

INNOCENTII QVARTI PONT. MAXIMI SVPER LIBROS QVINQVE DECRETALIVM,

CVM

INDICE PECVLIARI

NVNC RECENS COLLECTO, nouiſque inſuper Summarijs additis, & Margarita Baldi de Vbaldis Perusini.

FRANCOFVRTI AD MOENVM, M. D. LXX.

192388

Ove
KBI
170
.A3
C66
196

Herstellung: Anton Hain KG, Meisenheim/Glan

REVERENDISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO MARQVARDO EPISCOPO SPIRENSI, ET PRAEPOSITO VVEISSENBVRGENSI, &c. NEC NON CÆSAREAE MAIESTATIS SACRIQVE ROMANI IMPERII CAMERÆ IVDICI DIGNISSIMO, DOMINO SVO CLEMENTISSIMO S. P. D.

CVm reuerendiſsime Præſul, omnes homines liberaliori ingenio præditos ſumma ope niti deceat, ne ventri ſomnoq; dediti vitam ſicuti peregrinantes tranſigant, ſed aliquo negocio intenti præclari facinoris, aut artis bonæ famam quærant, vt præclarè Saluſtius Romanæ hiſtoriæ princeps ſcriptum reliquit, ego cùm neq; naturę ductu, neq; fortunæ beneficio ad prius contendere poſſem, in iuuentute mea alterum ſequendum mihi ſum ratus, ac Chalcographiæ tractationem colendam, expoliendamq; ſuſcepi, quod eam nec ſordidam, nec ludicram, ſed liberalem, ac Reipublicæ perquàm vtilem ac cõmodam eſſe perſpicerem. Etſi enim ſint, qui eam non modò mixtum quid ſeu medium eſſe velint inter liberalium artium, & mechanicarum opera, ſed & vtilitates eius, quæ longè ampliſſimæ ſunt, numero & pondere incõmodorum exuperari exiſtiment, tamen iniquiſſimis eorum iudicijs, & ingratiſſi-

ma cenſura,à concepto propoſito minimè abduci potui,ſed in itinere, quod natura commonſtraret,conſtanter intrepideq; perrexi. Nam ad primum quod attinet,ſi ſcriptoria ars non ad opificum operas, ſed ad artium liberalium officinam referri debere putatur,& impreſſoria ſuo quodam iure numero liberalium artium aggreganda erit, quod hæc illam cùm elegantia,tum perpetuitate,deniq; celeritate longiſſimè ſuperet. Quis enim ignorat, prælis typographicis vno die plura, minoribuſq; impenſis,quàm ſcriptoria dimidio anno immenſis ſumptibus exarari ſolere, vt doctiſſimi viri Ioan. Anthonius Campanus Epiſcopus Aprutinus,& Valla fœlicitatem naturæ ſui ſeculi, ac ſubtilitatem ingeniorum,quæ artem multis retrò ſeculis incognitam adinuenêre, admirati,id inuentum elegantiſſimis ſuis verſibus ornârint.Siquidem illius diſtichon toto terrarum orbe celebratiſſimum circumfertur his verbis:

Imprimit ille die,quantùm non ſcribitur anno,
Nunc paruo doctus quilibet eſſe poteſt.

Et politiſſimi iudicij viro Vallæ, alij verſus, non minori Germaniæ laude,quàm eruditione referti tribuuntur:

Abſtulerat Latio multos Germania libros,
Nunc multo plures reddidit ingenio.
Et quòd vix toto quiſquam perſcriberet anno,
Munere Germano conficit vna dies.

Vnde,cùm etiam doctiſſimorum virorũ iudicio, plus impreſſoria,quàm ſcriptoria ars præſtet,nemo ei,meo iudicio,tàm iniquus erit, vt non æquè eam,atq; ſcriptoriam liberalem eſſe conceſſurus ſit, nec quicquam de dignitate artis liberaliſſimæ detracturus. Quòd verò nonnulli per eam in Eccleſiam atq; Rempub.non minus malorum, quàm cõmodorum inuehi conqueruntur obid, quod exorta in Germania dulciſſima patria noſtra ſuper religione communi cõtentione, laxatisq; liberè & audacter ſcribendi frænis,nullus ferè modus, aut finis inuicem conuiciandi,maledicẽdi,ac invſitatis vocibus ac ſcriptis debacchandi eſſe ceperit,id tale eſt, vt me à cultu huius artis minimè deterrere potuerit.Etſi enim (proh dolor) in rem optimam corruptelam illapſam eſſe,ac quorundam veſaniam eo licentiæ proceſſiſſe, fateri coget,vt ſalubri remedio Magiſtratus ac ſuperiorum indigeat, authores & diſſeminatores libellorum maledicorum ac impiorũ cohercentium,tamen ſciens nõ in hunc finem chalcographiam inuentam, excultamq; eſſe,vt innocentes & immeriti per eam deformentur,conuitijſq;proſcindentur,vel falſa dogmata,& impij cultus propagentur, & ſtatuens eum, qui talia ſuis typis diuulget, ſeſe & peccati alieni,& pœnarum ciuilium participem facere,ſuiſq; typis cõtra Dei gloriam, proximi dilectionem, & publicam tranquillitatem abuti, artem vtiliſſimam penitùs reijcere,vel condemnare,vel quod minus eſt,de eius vſu quidquam detrahere poſſum. Quæ enim hæc iniuſticia foret, ob abuſum rei ſubſtantiam eius tollere, & magis maleficium, quàm beneficium agnoſcere velle? Sunt ſanè libelli impij atq; maledici minimè vel

me vel in Repub. vel in Eccleſia tolerandi, an verò ob id vtiliſſima ars Chalcographica penitùs exibilabitur, ac mala ex ea prouenientia, autoritateq; magiſtratus medicabilia, immenſis eius vtilitatibus præponderabunt? Minimè gentium verò: Nam vt alię profeſſiones Theologia, Iuriſprudẽtia & Medicina ſuis vitijs atq; exceſſibus laborant, quibus æqui iudices ignoſcere minimè grauantur, ſic, vt ſpero, nec noſtræ Chalcographiæ præla ob vnicum vel alterum abuſum deprimentur, vel conterentur, ſed caput ſuum exerent, ac vires oſtendent, ita, vt vtilitatibus eorũ magis, quàm incommodis examinatis, iniquè eorum preſſuram quærentium conſilia potius, quàm illa preſſa dici poſſint. Nam vt taceam alleuationem laboris in deſcribendis bonis liberis, qui maximus, ſuperioribus ſeculis ante hanc artem inuentam fuit, & vt præteream compendium lucri in cõparandis monumẽtis veterum & recẽtium Autorum, quantùm huius muneris beneficium eſt, quod eius organo omnis generis profeſſiones, artes, atq; hiſtoriæ, veteres atque recentes longiùs & latiùs per orbem terrarum propagatæ, atq; excultæ, multorumq; doctorum virorum ingenij monumenta in tenebris deliteſcentia quaſi ab orto in lucem, cum perpetua nominis ipſorum memoria reuocata atq; prolata ſunt? Aluerint olim præſtantium virorum memoriam ſtatuæ affabrè fuſæ, & imagines artificioſè ſculptæ, prout Scipio ille Africanus, dum propoſitas ſibi antiquorum Heroum intueretur imagines, dicere ſolebat, ſe lectione rerum geſtarum eorum virorum ad illuſtria facta plurimùm excitari, & Caius Cæſar cùm in Hiſpanijs Magni Alexandri ſtatuã aſpexiſſet, illachrymaſſe traditur, quod id ætatis nihil dum memoria dignum præſtitiſſet, qua ille iam magnam ſibi orbis terrarum partem ſubiecerat. At Chalcographiam res geſtas fortium virorum, ac monumenta doctorũ ab omni obliuionis interitu vindicantem, cõciliandę immortalitati multo accommodatiorem aptioremq; eſſe videmus, cum prædicatione virtutis excellentium Heroum, & diuulgatione monumentorũ ingenij doctorum, ipſis ſtatua non vno in loco, ſed in toto terrarũ orbe quaſi ampliſſimo theatro, indelebili trophæo ponatur. Quare cum huic arti excolendę, partim quod liberalis, partim quod Reipub. perquàm vtilis ſit, me in iuuentute dedidiſſem, initio prela mea optimorum quorumq; librorum, qui lingua populari ac patria conſcripti eſſent, deſtinaui, memor Platonici dicti in Epiſtola ad Archytam Tarentinum, quod Cicero lib. 1. officiorum citat: Non nobis ſolum nos natos eſſe, ſed ortus noſtri partem patriam, partem amicos vendicare, mox quoq; ea pro iuuanda re literaria, ad bonos authores latinos excudendos conuerti, poſtremò quoq; cum librorum iuridicorum precium, partim iniuſticia Bibliopolarum æqualitatem precij excedentium, partim remotis ex Italia & Gallia vecturis, deniq; vectigalium immodicorum & aliorum ſumptuum auctione ita multiplicari cernerem, vt noſtræ gentis homines precij magnitudine grauati, ſubinde ab vtiliſſimorum librorum emptione deterrerẽtur, ob publicam vtilitatem ſtudioſorum etiam iuridica ante annos quinq; imprimere cepi, quorũ prin-

cipium licet minus lætum ac auſpicatum fuerit, non tamen propterea inſtitutum abijciendum cenſui, ſed id ita continuandum, vt publicæ vtilitatis, quàm proprij commodi ac emolumenti maiorem rationẽ à me haberi oſtenderim, ijs libris aliquot ſuperioribus nundinis excuſis, quos non ſolùm Iuris ſtudioſis, ſed & doctis probari confido. Quare cùm inſiſtendo meo inſtituto cognouiſſem, Exemplaria doctiſſimorum commentariorum Innocentij Quarti in quinq; libros Decretalium à Iuris ſtudioſis deſiderari, nec ea ex Gallijs ob triſtiſſima bella eius regni inteſtina expectanda, ac quæ ex Italia adferuntur nõ ſolùm cariora, ſed & pauciora eſſe, quàm vt ab omnibus comparari poſſint, rem nõ ſolùm meo inſtituto conuenientem, ſed & Iuris ſtudioſis vtilem atq; pergratam facturum me exiſtimaui, ſi ea ad publicam vtilitatem quàm emendatiſſimè recuderem, & deſiderio multorum ea expetentium ſatisfacerem. Tantæ ſiquidẽ authoritatis Innocentius hic fuit, vt Speculator eum patrem Iuris, & ſtellam lucidiſſimam ſuis temporibus mirificè rutilantem, Fridericus de Senis Monarcham Iuris diuini ac humani, lucemq; mundi, Colucius Florentinus lumen limpidiſſimum decretorum, Archidiaconus patrem & organum veritatis, Faber dominũ Canoniſtarum nominârit. Eum ergo à multis mendis repurgatum, ac typis meis excuſum Reuerendiſſimę Celſitudinis tuæ nomini cõpluribus de cauſis peculiariter dedicare, eiuſq; patrocinio ac defenſioni committere volui initiò quidem, quòd etſi (vt dixi) ſcripta Innocentij in magna ſint authoritate, tamen cùm, vt ipſemet de ſe in proœmio Decretalium ſcribit, nõ tàm in ſcholis ea tradenda, quàm in Camera diſcutienda, atq; in iudicijs practicanda ſint, nulli ea magis conſecranda viderentur, quàm Iudici Cameræ Imperialis, cuius munus Celſ. T. grauiſſimo iudicio Cæſareæ Maieſtatis ſuſtinet, vt ea in foro ac praxi examinata, atq; diſcuſſa, non tàm authoritatẽ conſequantur, quàm priſtinam retineant, & quæ longo tempore in iudicijs hinc inde obſeruata fuêre, ampliſſimi iudicij Imperialis authoritate & teſtimonio approbata, vigeant. Deinde quòd ſummi decretorũ interpretis ſcriptis nullius nomen prę figendum videretur, quàm qui conditione, genere, eruditione, ac rerum experientia ei par eſſet. His itaq; conſideratis, nullus T.R.C. mihi cõuenientior occurrit. Fuit enim Innocentius Epiſcopus Roman. Celſ. tua eodem munere, licet minori potentia fungitur. Genus is ex nobilib. de Fliſco & comitibus Ianuæ & Lauaniæ deduxit, nec nobilitas generis Celſitudinis tuæ in obſcuro poſita eſt, prognatæ ex nobiliſſima genere & virtute familia, de Hateſtain, per paucis ſplendore & antiquitate ſtemmatis in ora Rhenana cedente. Eruditionis laus Innocentio maxima tributa eſt, vt commemorata iuris noſtri interpretum eulogia teſtantur. Quanta verò ea in Celſitudine tua ſit, grauiſſimum ſapientiſſimi omniumq; ingeniorum ſagaciſſimi Cenſoris Maximiliani II. Imperatoris iudicium de ea oſtendit, qui generoſo comite Friderico de Levvenſtein Iudice Cameræ Imperialis æquiſſimo rebus humanis exempto, dignam Reuerendiſſimam Celſ. tuam præ cæteris iudicauit, quam adminiſtrationi iuſticiæ ac inſpectioni

ſpectioni Camerę ſuę Imperialis præficeret. Quare cum in Innocentio & Celſitudine tua tantam ὁμολογίαν quaſiq; concentum conditionis, generis & eruditionis perſpicerem, nulli potius eius celeberrima cõmentaria, quàm Reu. Celſ. tuæ offerre volui. Quid dicam de alijs virtutibus R.C.T. prudentia, iuſticia, moderatione, humanitate ac beneuolentia erga literatos, quæ tanta eſſe fertur, vt niſi hi vires neruoſq; ingenij ſui ad eam ornandam intendant, grauiſſimè peccare videantur? Etſi itaq; ob has cauſas R.C.T. hanc vel dedicationem, vel compellationem minimè diſplicituram confido: tamen cùm varia, ac plerumq; peruerſa ſint hominum hoc tempore de factis aliorum iudicia, nec quiſquam adeò circumſpectus eſſe queat, vt calumniatorum & ſycophantarum latratus ac morſus effugiat, R.C.T. reuerenter atq; ſubmiſſe rogo, vt & meum conſilium in dedicandis ei hiſce commentarijs in optimam partem interpretari, & calumniãtium honeſtos labores iniquitatem, per legitimos tramites (vt Imperatoris verbis vtar) reprimere atq; expellere, meq; Celſitudinis ſuæ gratia atq; fauore benignè amplecti dignetur. Id quod ſi obtinuero (obtenturum me autem ſpero) non ſolùm omni animi contentione enitar, vt inter deuinctiſſimos R.C.T. cultores habear, ſed & vt omnibus Iuris ſtudioſis eam operam meis prælis pręſtem, qua illi in libris comparandis precij magnitudine ac inæqualitate ſubleuati, tuæ Celſitudini perpetuas gratias ſint habituri, eamq; tanquam publicæ vtilitatis ſtudioſorum promotricem eximiam deprædicaturi. Quod reſtat, omnia mea officia cum omni animi ſubmiſſione, ac reuerentia Reuerend. Celſ. tuæ offero, quam Deo Opt. Max. quàm commendatiſſimam eſſe, & diutiſſimè rectiſſimeq; viuere & valere ex animo precor & opto.

Datæ Francofurti Cal. Sept. Anno

M. D. LXX.

Reuerend. Celſ. tuæ

Subiectiſs.

Sigiſmundus Feyrabendus,
Typographus & ciuis
Francofurtenſis.

D. INNOCENTII IIII. PONTIFICIS MAXIMI VITA, PER DO. THOMAM DIPLOVATATIVM CONSTANTINOPOLITANVM, I.V.D. EDITA: ad reuerendiſsimum Do. Nicolaum Comitem Lauaniæ, Epiſcopum Sabinenſem, S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalem de Fliſco.

Innocẽtij patria, familia & natio quæ fuerit.

INNOCENTIVS QVARTVS PONTIFEX MAXIMVS, NATIONE *Ligur, patria Ianuenſis, patre Obizone, familia Fliſca ex Lauaniæ Comitibus. Audiuit Bononiæ in Legibus Azonem iam ſenem, Accurſium Florentinum, & Iacobum Baldouinum. In iure Canonico Laurentium Hiſpanum, Vincentium, Ioannem Theutonicum, & Iacobum de Albaſio, & dicit Io. And. in c. literas, de tempo. ord. quòd audiuit etiam Vgutionem antiquum Doctorem, quem appellat Magiſtrum, qui Vgutio floruit tempore Azonis ſecundum Io. And. in additio. Spec. in tit. de reſti. ſpolia. §. nunc dicamus. ver. porrò. Et fuit primus qui ſcripſit ſuper Decreto Gratiani.*

Præceptores Innocẽtij qui fuerint.

Hic Innocentius ſecundum Ioannem Andr. in addit. Specu. in titu. ne ſede vacan. in rubr. antea vocabatur Sinibaldus, & fuit presbyter Cardinalis ſancti Laurentij in Lucina, & Ianuenſis de nobilibus de Fliſco, & Comitibus Ianuæ & Lauaniæ, & ditauit nos dupliciter, ſcilicet Apparatu ſolenni, vt Magiſter, & Conſtitutionibus, quas, vt Pontifex, edidit in generali Concilio Lugdunenſi, & poſt quas in 6. lib. Decreta. habemus. Et adde quod Blondus Foroliuienſis in lib. 1. de Italia illuſtrata in regione Liguriæ dicit, quòd à Lauanio prædicto originem traxit Fliſcorum, proſapia Lauaniæ Comitum dicta in Italia nobiliſsima, quæ Innocentio Quarto & Adriano Quinto, & pluſquàm triginta Cardinalibus ornata fuit, imò ſeptuaginta duo, & hodie ornatur R. D. tua, quæ in omnium ſcientiarum ſtudijs, & præſertim in vtroque Iure delectatur. Adde etiam quòd Conſtitutiones prædictas, quas vt Pontifex edidit, enumerat Ioan. And. in additio. Spec. in rubri. de ſumma trini. & fide cath. & dicit illas ſummè neceſſarias fuiſſe: Et dictas Conſtitutiones Authenticas appellat Hoſtien. in ſumma ſua, & ſuper ipſis pulchrum Apparatum compoſuit idem Innocen. qui eſt inſertus in Apparatu ſuo in fine cuius libet tituli, & poſtea fecit Hoſtien. alium Apparatum, quem habeo, incipit: Cum in multis iuris infirmitas caſus reprobatus. Et Bernar. Compoſtel. Gloſſator recolligit etiam dictum Apparatum, & nomen illi impoſuit Margaritam Compoſtellani, incipit: Vt Apparatus Decretalium per dominum Papam Innocentium. Scripſit etiam idem Innocen. librum de Iuriſdictione imperij, & authoritate Pontificis, contra Petrum cognominatum Vineam, quem librum Apologeticum nominauit. Sororibus quoque ſanctæ Claræ regulam pulchram compoſuit, quam Vltramontanæ ſorores ſeruant, incipit: Forma vitæ ordinis. Item librum vnum Epiſtolarum ad diuerſos, & quædam alia. Et trahens moram Lugduni, poſt Concilium ibi celebratum, compoſuit, vt dixi, Apparatum hunc ſuper Decretalibus, vbi ſine nominis inſcriptione fundauit principium ſuper authoritate Ezechielis, de quo vide Io. Andr. in proœmio Decreta. Gregorius & c. in 2. col. in nouel. & Ioan. de Imol. in 2. col. qui Apparatus eſt tantæ authoritatis, ſecundum Bernar. Compoſtel. in proœmio Decretal. circa medium, quòd in Romana curia, ad quam de totius mundi partibus negotia veniunt ſicut cauſarum experientia declarat, vix occurrit quæſtio, quæ per ipſum congruè decidi non poſſit. Et in eodem opere multa ſunt adſanum intellectum notata, & multorum opiniones fideliter recitatæ, multæ inſuper quæſtiones aliæ benè deciſæ, quæ in alijs Apparatibus factæ non ſunt, aut malè ſolutæ. Et dicit Archiepiſcopus Florentinus in tertia parte Hiſtoriæ ſuæ tit. 19. cap. 4. quòd dicta lectura eſt maioris authoritatis, quàm lectura aliorum Doctorum, & idem Archiepiſcopus in d. tit. 19. cap. 5. dicit, quòd Innoc. fecit Apparatum prædictum notabilem breuem quidem, & ideo obſcurum, ſed ſecundum & magnæ authoritatis apud Canoniſtas & Iuriſtas penè ſuper alias lecturas, & ideo Anto. de But. in ca. tanta. in 3. col. de exceſ. præla. & Abb. in cap. non minus. in 3. col. de immu. eccle. dicunt, quòd Inno. communiter loquitur confusè, & fuit ſubtilis nimium, ſecundum Abb. in cap. at ſi clerici, in prin. in 7. col. de iudi. & Imol. in l. ex diuerſo. §. ſi. ff. ſolu. mat. & Ioan. de Anna. in cap. continentia. in 2. col. de cleri. percuſ. & dicit Abb. in cap. cùm dilectus. in 14. col. de ord. cogni. quòd ipſe Innoc. in multis locis videtur eſſe ciuilis, & nimis ſubtilis, & Abb. in cap. 1. in penul. col. de præſcrip. dicit, quòd fuit Doctor ſubtiliſsimus. Et dicit Andr. Barba. in cap. poſtulaſti, in 9. col. de fo. compe. quod Innocen. Saturninus in ſuis Gloſſis ita breuiter & obſcurè proceſſit, vt ſæpenumero ignoremus, quid velit ſentire, & quòd Hoſti. & Ioan. And. potius abbreuiauerunt dicta ipſius, quàm declarauerũt, & quod peius eſt, obſcuriores ipſius gloſſas reddiderunt. Et præcipuè ipſe Ioan. Andr. in recitandis illis Gloſſis nihil laborauit, ſed eas retulit de verbo ad verbum, vt fecit Hoſtien. & ideo ſecundum eum Doctores, Legentes, & Scribentes non poſſunt breuiter ſe expedire, ſi obſcuras Gloſ. Innoc. declarare voluerint. Et dicit Abb. in rubri. Decreta. in 1. col. quòd illa gloſ. facit multùm contra Inno. qui vnam & eandem materiam in

Innocentius dupliciter nos ditauit legendo & cõſtituendo cõſtitutione & quid præterea ſcripſerit.

Innocentius hunc Apparatum ſuper Decretal. Lugduni compoſuit.

Vtilitas & authoritas huius apparatus.

Innocentius propter breuitatem dicitur ſubtilis.

Iudiciũ And. Barb. de Hoſti. & Iohan. Andr.

riam in diuersis locis ponit, vario modo loquendo: Et de seipso dicit Innoc. in proœmio Decretal. quòd non omnia quæ ipse scripsit, sunt in scholis tradenda, sed in Camera discutienda, in iudicijs practicanda. Et dicit Bal. ibi in 8. col. quod meritò dicit Innoc. de seipso quia ipse non multa scribit prolixo & implicito sermone, quòd quantumcunq; sunt vtilia sunt tamen difficilia ad intelligendum. Et Archid. melius omnibus, intellexit mentem Innocen. secundum Ioan. de Imol. in cap. testimonium. in vlti. col. de testib. & sequitur Feli. in cap. 2. in 23. col. de rescrip.

Innocentij scripta non omnia esse in scholis tradenda, sed in Camera & in iudicijs practicãda, & esse quidẽ vtilia, sed tamen quoq; difficilia ad intelligendum.

Et adde quòd mens Innoc. fuit per dictum Apparatum Decretales Glossis suis exornare, sed præsentato apparatu per Bernar. Compostel. suum capellanum mutauit opinionem suam & voluit quod Glossæ Bernardi inserentur in Decretalibus, & de suo Apparatu fecit Volumen vnum. Secundò adde quòd postea idem Innocen. ad dictum apparatum fecit additiones, quas in libro hoc omnes appositas esse reperies. Et vbi pro Innocen. est glossa, non dicas quòd Inno. tenet sic, sed dic quòd est glossa, cum qua concordat Inno. Ita docet nos Anto. de But. in cap cùm causam, in fi. de verb. signi. Tertiò adde, quòd licet Inno. existens Pontifex composuerit dictum apparatũ, tamen sententiæ ipsius non habent vim legis aut canonis, ita dicit idem Innoc. in cap. per tuas. el 2. de simo. Et ideo Archi. & Gemini. in sum. 20. distinct. notant, quòd dicta Papæ, quando dicit exponendo vel glossando non faciunt ius, & sic secundum ipsos licitum est arguere contra dicta Innocentij, licet fuerit Papa, cùm dixerit vt Glossator, & meminit Abb. in cap. capellanus, in 3. col. de fer. Vnde dicit Innocen. de semetipso in cap. innotuit. ante fin. de elect. licet forsitan mihi non creditur loquendo de seipso. Et refert Hostien. in cap. solet. de senten. excommu. in 6. quòd sæpè audiuit Inno. dicentem, quòd non intendebat, vt suæ glossæ facerent ius, & ibi refert Io. Andr. & plenè Felin. in cap. 2. in 23. col. de rescrip. & in cap. ne innitaris, circa fin. de constitu. & in d. cap. per tuas, in fi. de simo. Quartò adde quòd quando Innocent. refert plures opiniones, & nullam firmat, censetur vltimam approbare, secundum Ioan. Andr in cap. 1. de pe. lib. 6. & in cap. 1. de sen. excommu. lib. 6. Bal. in authen. ex testamento, in vlti. col. C. de collat cum concord. de quibus per Ias. in l. si idem cum eodem. §. fin. ff. de iurisdi. om. iudic. & Feli. in cap. cùm ex officij. in 13. col. de præscrip. Adde Alex. in consil. 100. in 1. vol. incip. Super primo casu causæ vertentis. in penul. col. in cons. 175. in 2. vol. incip. Inspecto diligenter processu. in 3. col. & Bal. in consil. 47. in 2. volumi. incip. Punctus talis est. Vbi idem dicit, quòd quando Innoc. nemini attribuit vltimam opinionem, est opinio sua, & secundum eum debemus tantum authorem allegare.

Innocentius, quando pluresopiniones refert & nullam firmat, tũc vltimam censetur affirmare.

Sententia Innocentij an habeat vim legis, vel Canonis?

Mens Innocentij quæ fuerit.

Innocentius fuit pater iuris, & stella lucidissima suis temporibus mirificè rutilans, & veneranda memoria eius fulget, vt splendor firmamenti perpetui, velut stella in æternitates perpetuas permansura dicit Specu. in proœmio sui Specul. versic. porrò super huius, & in ver. nouissimè. & idem Specu. in suo aureo Repertorio Iuris canonici, in proœmio, in ver. huius libelli, dicit, quòd in glossis Inno. Quarti omnis elimata & practicatoria iuris eluescit veritas & dicit Fede. de Senis in cons. 4. incip. Casus talis est, quod Innoc. fuit Monarcha iuris diuini & humani & idem Federi. in consil. 36. incip. Casus talis est, dicit, quòd fuit lux mundi. Item fuit lumen lympidissimum Decretorum secundum Colucium Floren. in suo Opere, de nobilitate legum, & medicinæ, cap. 9. in fin. Fuit etiam pater & organum veritatis, & ideo tanquam expositor exsollit alios authores secundum Archidi. in cap. pia, de excep. lib. 6. & dicit Ioan. Fab. in §. pupillus. Instit. de inuti. stipul. quòd in curia ecclesiastica opinio Innocen. adoratur vt idolum, & ideo in §. fideiussores. Institu. de fideiusso. appellat ipsum dominum Canonistarum. Fuit etiam maximus Legista, secundum Bapti. Seuer. in suo tract. de modo studendi, in 8. colum. & ipsum iuris Monarcham appellat Andr. Barb. in cap. 1. in 28. col. de constit. dicit etiam Paul. de Cast. in consil. 53. incip. Quare exceptiones, in 1. colum. quòd quando Innoc. dicit aliquid, non oportet dubitare, cùm ipse sit pater veritatis. De Inno. facit mentionem Gloss. Bernar. in cap. super quæstionum. §. fin. & in cap. excommunicamus, & in cap. pastoralis, de offic. delega. & in proœmio Grego. in cap. cùm M. Ferrarien. de constitu. & in cap. significauerunt, de except. & in cap. 1. de offic. ordi. & in cap. 1. de mutu. petitio. & in cap. fi. de dila. & in cap. quoniam contra, de probatio. & in cap. quia iudicante. de præscrip. & in cap. fi. de foro compe. & in cap. de testibus, & in cap. cùm olim. de testib. & in cap. dilecti. de testib. cogen. & in cap. dilect. & in cap. Nicolao. & in cap. causam. & in cap. sæpe. & in cap. vt debitus. de appella. & in capitu. quod ad consultationem, de sen. & re iudi. & in cap. clerici. de cler. excommu. & in cap. fina. de magist. & in cap. 1. de eo qui fur. ordi. fusce. Item de ipso Innocentio facit etiam mentionem Hostien. in summa, in titu. de schisma. in 2. col. & in titul. de elect. & elect. potest. §. quis eligitur, & in titu. de appella. in forma appella. diffi. & in dicto cap. solo. de senten. excommu. Innocen. vitam pro sequuntur omnes Historiographi, & præcipuè Platina in vita Ponti. fol. 186. & Archiepiscopus Floren. in d. 3. parte histor. cap. 5. & ibi ponitur de Concilio generali Lugduni per ipsum celebrato, in quo Feder. II. ab Imperio Patrum consensu deposuit: De qua depositione habetur in cap. ad Apostolicæ, de senten. & re iudica. lib. 6. & ibi dicit idem Innocen. post principium, quòd meritò tanta fuit talis sententia, vt sciunt omnes, quot & quantis periculis, & maris & terræ proditorum assassinorum, & alijs infinitis subiecit Papa, qui hanc tulit sententiam vix enarrare posset. Et de tempore assignationis & priuationis ponit Roffre. Beneuen. in libellis Iuris canonici in titu. ne sede vacan. & Ioan. Andr. eod. tit. in additio. & dicit quòd fuit anno domini 1244. & ponit Bapti. Seuer. in dicto tractatu de modo studendi, in 30. colum. & in l. admonendi, in

Innocentij elogium.

Innocentius appellatur dominus Canonistarum & eius opinio adoratur vt idolum.

Platina vitam Innocentij de scripsit.

Episcopus Florent. Federicum II. ab imperio deposuit, Anno 1244.

di, in 54. col. ff. de iureiur. & Alberi. de Rosa. in suo Dictionario, in verbo, concilium, & in versic. Roma. vbi ponit versus, quos scripsit etiam Federi. prædicto Innocentio:

Roma diu titubans, longis erroribus aucta,
Corruet, & mundi desinet esse caput. Quibus respondet Innocentius:
Niteris in cassum nauem summergere Petri:
Fluctuet, ast nunquàm desinet esse ratis.

Et de morte ipsius Federi. ponit Albe. de Rosa. post Odoffre. in authenti. cassa. C. de sacrosanct. eccle. Iste Innocen. fuit amator religiosorum, & doctorum virorum, quorum familiaritate mirificè delectatus est, quos etiam ad Cardinalatus gradum erexit, & præcipuè Hugonem, vita & doctrina insignem ordinis prædicat, sanctæ Sabinæ Cardinalem promulgauit, qui scripsit glossas, & non modicas in Bibliam, & Octonem Gallicum de castro Rodulfo, Cancellarium Parisiensem, & Gulielmum, & Octobonum de Fisco nepotes, qui Octobonus postea fuit Pontifex Maximus, dictus Adrianus Quintus, cui direxit librum Spec. Gulielmus Durandi, & tunc Cardinalium sedes, iam pridem vacua, viris optimis repleta fuit, quibus & mandauit, vt pileo vterentur roseo, & equo veherentur, & Paulus Secundus etiam capitis tegmenta rosata addidit, quod nunc vsq; magna cum gloria seruatum est, & tandem accersitus idem Innocentius à Proceribus Regni Siciliæ Neapolim nuper instauratam petijt, ibique cùm regnasset annos vndecim, menses sex, & dies duodecim, mortuus fuit, & sepultus in ecclesia sancti Laurentij fratrum minorum. Habuit autem Innocentius fratrem nomine Vgolinum, qui genuit filium Obizonem Gulielmum, qui fuit Cardinalis, & Octobonum, qui postea fuit Pontifex, vt suprà dixi. Obizo genuit Iacopinum, qui fuit Rex Siciliæ, Iacopinus genuit Franciscum, Franciscus genuit Hectorem, Hector genuit Nicolaum, Nicolaus genuit Hectorem, Hector genuit Nicolaum & Ioannem Franciscum, & Iacopinum, Iacopinus genuit Vrbanum, Paridem, Ioannem, Ambrosium, Hectorem, & te reuerendissime pater, quem non minus faciundum puto pro genitoribus tuis: Cui me quantulum sim dedo ac humiliter commendo. Laus Deo.

Innocentius fuit doctorũ virorum amator, & multos etiam, præsertim Hugonẽ ad summos gradus erexit

Innocentius vbi & quo tempore sit mortuus.

Fratres Innocentij & genealogia.

FEDERICI NAVSEÆ BLANCICAMPIATI IVRISCONSVLTI

HENDECASYLLABVM.

DIC, quis restituit tibi decorem
Tantum, maxime episcope Innocenti,
Interpres sapiens, sagax, fidelis
Iuris Pontificum, Deiq; summi?
Dic, quis Cymmerias tibi tenebras
Amouit? nitidum subinde clarum
Infundens & Apollinem Diana
Longè candidiorem? Agè & agresti
Quis spina exuit, & rosis decorat,
Sentes depulit, addiditque pulchra
Frontililia? Dic, quis author? inquam
Author Lucius est Rhosellus ille,
Hic lucem, pariter rosasque nobis
Doctus contulit, hunc decet proinde
Immortale decus, rosis corona
Structa luce micantiore dignus
Paulus Lucius est meus Rhosellus.

FINIS.

INCIPIT TABVLA ALPHABETICA OMNIVM Titulorum & Capitulorum ſuper quibus ſcripſit dominus Innocentius.

DE INCIPIENTIBVS AB A.

De authoritate & vſu pallij. *fol.*88
Cùm ſuper. eo.
Ad hoc. eo.
Niſi ſpecialis. eo.
Ad honorem. eo.
Ex tuarum. eo.
Cùm ſis. eo.
Quia nos. eo.
De alienatione iudicij mutan. cauſa facta. *fol.*184
Ex quorundam. eo.
Ex parte ſcabinorũ. eo.
De arbitris. *fol.*185
Sanè. eo.
Non ſine. eo.
Peruenit ad nos. 186
Dilecti filij. eo.
Cum tempore. eo.
Cùm dilectus filius. 187
Cùm olim ſuper. eo.
Contingit interdũ. eo.
Per tuas literas. eo.
Ex parte tua. 188
Expoſita nobis. 189
Innotuit nobis. eo.
Cùm à nobis. 190
Compromiſſum. eo.
De appellatio. *fol.*317
Dilecti filij. eo.
Inter cætera. eo.
Ad noſtram. eo.
Perſonas. 318
Cùm ſit Romana. eo.
Ad hæc ſi. eo.
Si duobus. eo.
Ex ratione. 319
Meminimus. 320
Super eo. eo.
De appellationibus. eo.
Peruenit. 321
Conſuluit. eo.
Suggeſtum. eo.
Ad præſentiam. eo.
Cùm teneamur. eo.
Conſuluit. eo.
Cùm parati. eo.
Ad hæc. 1. eo.
Quæſtioni. 322
Præterea. eo.
Conſtituris. eo.
Propoſuit. eo.
Qua fronte. eo.
Reprehenſibilis. eo.
Ad hæc. 2. eo.
Peruenit. eo.
Conſuluit. eo.
Ad hæc. 3. eo.
De priore. eo.
Quia nos. eo.
Ad audientiam. 323
Accepta. eo.
Poſtremò. eo.
Ad hæc. 4. eo.
Cùm in eccleſia. eo.
Directè. eo.
Præterea. 324
Secundò. eo.
An ſit. eo.
Nouit. 325
Sæpè contingit. eo.
Conſtitutus. 326
Conſtitutis. 327
Ex parte. 329
Significauit. eo.
Significantibus. eo.
Ex inſinuatione. eo.
Bonæ memoriæ. eo.
Dilecti. 330
Paſtoralis. eo.
Solicitudinem. 331
Dilectis filijs. 332
Vt noſtrum. 333
Oblatæ. 334
Per tuas. eo.
Vt debitus. eo.
Cùm ceſſante. 335
Cum ſpeciali. eo.
Cùm cauſam. eo.
Dilecto filio. eo.
Nicolao. eo.
Sua nobis. eo.
Dilecti. eo.
Ex parte M. eo.
Intimaſti. eo.
Significante. eo.
Interpoſita. 340
Inquiſitioni. 341
Vna ſententia. eo.
Si iuſtus. 342
lib. 6. Cordi. eo.
lib. 6. Legitima. 343
lib. 6. Romana eccleſia. eo.
lib. 6. Vt ſuper appellatione. 345
De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus. *fol.*485
Si legitimus. eo.
Si quis epiſcopus. eo.
Illa præpoſitorum. eo.
Omnipotens. eo.
Nulli epiſcoporum. eo.
De his criminibus. 486.
Accuſaſti. eo.
Euidentia. eo.
Cùm P. manconella. eo.
Ex parte. eo.
Si conſtiterit. 487
Meminimus. eo.
Licet in beato Petro. eo.
Veniens. eo.
Super his. 488
Qualiter. 490
Cùm dilecti filij. eo.
Cùm oporteat. eo.
Cùm dilectus filius. 492
Inquiſitionis. eo.
Ad petitionem. 493
Accedens. 494
Qualiter & quando. eo.
Sicut olim. 496
Olim I. & V. eo.
Prælatorum. 497
De apoſtatis & reiterantibus baptiſmum. *fol.* 509
Præterea. eo.
Ex literarum. eo.
Tuæ fraternitati. eo.
Quidam. eo.
A nobis expetijt. eo.
Conſultationi. eo.
De adul. & ſtupro. *fol.* 513
Si ſeduxerit. eo.
Peruenit. eo.
Si vir. 514
Maritus. eo.
Significaſti. eo.
Intelleximus. eo.
Tua fraternitas. 515

DE INCIPIENTIBVS AB B.

De bigamis non ordinandis. *fol.*112
Super eo. eo.
De bigamis. eo.
Nuper à nobis. eo.
Debitum. eo.
Quia. 113
De bap. & eius effec. *f.* 454
Literas. eo.
Si quis puerum. 454
De quibus. 455
Maiores. eo.
Debitum. 456
Licet græcos. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB C.

De conſtitutionibus. *fol.*2.
Canonum ſtatuta. eo.
Cognoſcentes. eo.
Translato. eo.
Nam cõcupiſcentiâ. eo.
Ne innitaris. eo.
Cùm omnes. eo
Quæ in eccleſiarum. 3.
Cùm acceſsiſſent. 4.
Cùm M. eo.
Eccleſia ſanctæ Mariæ 6.
Ex literis. eo.
Ex parte. eo.
Quoniam. eo.
De Conſuetudine. *fol.*31
Conſuetudines. 32
Ex literis. eo.
Ad noſtram. eo.
Quanto. eo.
Cùm inter vos. 33
Cùm enim. eo.
Cùm venerabilis. eo.
Cùm dilectus. eo.
Cùm conſuetudinis. 34
Ex parte. eo.
Cùm tanto. 35
De corpore vitiatis ordinandis vel non. *fol.*111
De presbytero. eo.
Cùm de tua. eo.
Ex parte G. eo.
Significauit. eo.
Ex parte M. 112
Expoſuiſti nobis. eo.
Thomas. eo.
De clericis pereg. *fol.*113
Tua nos. eo.
Inter quatuor. eo.
Tuæ fra. eo.
Te nobis. eo.
De cauſa poſ. & proprie. *fol.*219
Suſceptis. eo.
Ad vltimum. eo.
Cũ eccleſia ſutrina. 220
Cùm ſuper. 221
Paſtoralis offi. 222
Cùm dilectus. 224
Cùm olim quæſtio. eo.
In cauſa. 225
De confeſſis. *fol.*246
Cùm monaſterium. eo.
Cùm ſuper. eo.
Ex parte. 247
lib. 6. Statuimus. eo.
De clericis peregrinantibus. *fol.*345
Conquerente. eo.
De confirmatione vtili vel inutili. *fol.*345
Si quis. 346
De cõfirmationibus. eo.
Bonæ. eo.
Cùm dilecta. 347
Ad noſtram. eo.
Porrecta. eo.
Venerabilis. eo.
Tua nobis. eo.
De coha. cle. & mu. *fol.*349
Inhibendum. eo.
Si quiſquam. eo.
Clericos. eo.
Sicut. eo.
Super eo. eo.
Si autem. eo.
Veſtra duxit. eo.
Tua nos. 350
A nobis. 352.
Quæſitum. eo.
De cler. coniug. *fol.*352.
Si qui. eo.
Sanè. eo.
Quod à te. eo.
Sanè. eo.
Diuerſis. eo.
Cùm olim. eo.
Ioannes. eo.
Ex parte. eo.
De clericis non reſidentibus in eccleſia uel præbenda. *fol.*353
Non liceat. eo.
Ex geſtis. eo.
Quia non. eo.
Relatum. eo.
Fraternitati. eo.

Conquerente. eo.
Decæterò. eo.
Ex parte. eo.
Qualiter. eo.
Inter quatuor. eo.
Ex tuæ. eo.
Cùm decorem. 354
Ex parte. eo.
Cùm dilectus. eo.
Ad audientiam. eo.
Cùm ad hoc. eo.
Clericos. eo.
De clerico ægrotante vel debilitato. fol 368
Cùm percuſsio. eo.
Presbyterum. eo.
Tua nos. eo.
Ex parte. eo.
*De conceſsione præbendæ & eccleſiæ nõ vacãtis.fo.*370
Qui in viuorum. eo.
Nulla eccleſiaſtica. eo.
Relatum. 371
Propoſuit. eo.
Quia diuerſitatem. 372
Cum noſtris. 373
Poſt electionem. 375
Cùm ſuper ꝗſtione. 376
Literas veſtras. 377
Ex parte. eo.
Conſtitutus. 378
Dilectus filius. eo.
Ex tenore. eo.
Accedens. eo.
Poſtulaſtis. eo.
Cum dilecta. 379
lib.6. Quia cunctis. eo.
De commodato. fol. 390
Cum gratia. eo.
*De cenſibus & exactio. & procurationibus.fol.*445
Sancitum. eo.
Omnis. eo.
Scientes. eo.
Licet. eo.
Peruenit. eo.
Cùm Apoſtolus. eo.
Prohibemus. 446
Præterea. 446
Eccleſijs. eo.
Innouamus. eo.
Cùm clerici. eo.
Eaquę. eo.
Significauit. eo.
Sopite. eo.
Grauis. 447
Quanto. eo.
Cum inſtantia. eo.
Ex parte. eo.
Cùm olim. eo.
Olim cauſam. 448
Cùm venerabilis. eo.
Super eo. eo.
Procurationes. eo.
Venerabili eo.
Cum canonicis. 451
Authoritate. eo.
lib.6. Romana eccleſia. eo.
De capel.mona. fol.438
In eccleſijs. eo.
Dilectus. eo.
Ex parte. 440
Ad audientiam. eo.
De conuerſione coniugatorum. fol.424
Præterea. eo.
Verum. 425
Quidam. eo.
Cùm ſis. eo.
Coniugatus. eo.
Vxoratus. 426
Ex parte. eo.
Conſuluit. eo.
Chariſsimus. eo.
Placet. eo.
Ex parte. eo.
Conſtitutus. 427
Veniens. eo.
Accedens. eo.
Significauit. eo.
Gaudemus. eo.
Dudum. eo.
Mulier. 428
De conuer. infide. fol. 163
Laudabilem. eo.
Ex literis. eo.
De conſecratione eccleſiæ vel altaris. fol.452
De conſecratione. eo.
Ad hæc. eo.
Conſuluiſti. eo.
Cùm ſicut. eo.
A qua. eo.
De celebratione miſſarum, & ſacramento euchariſtiæ. fol.452
Presbyter. eo.
Quidam laicorum. 453
Conſuluiſti. eo.
Ex parte veſtra. eo.
Cum mirthę. eo.
In quadam. 454
Volentes. eo.
Pernicioſus. eo.
De cuſto.euchari. fol.457
Statuimus. eo.
De clandeſtina deſponſatione. fol.469
Si quis. eo.
Quod nobis. eo.
Cùm inhibitio. eo.
De conditionibus appoſitis in deſponſatione. fol.470
Quicunq. eo.
Cùm ſit proprium. eo.
De illis. eo.
Verum. eo.
Super eo. eo.
Per tuas. 471
Si conditiones. eo.
De coniug.lepro. fol.473
Peruenit. eo.
Quoniam. eo.
Literas. eo.
De coniug.ſeruo. fol.473
Dignum. eo.
Propoſuit. eo.
Licet. 180
Ad noſtram. eo.
De cognatione ſpirituali. fol.473
Verum autem. eo.
Super eo. 474
Martinus. eo.
Contracto. eo.
Tua nos. eo.
De cogna.lega. fol.474
Si qua. eo.
De conſanguinitate & affinitate. fol.474
Ex literis. eo.
Super eo. 475
Quod. eo.
De infidelibus. eo.
Quia circa. eo.
Tua nos duxit. eo.
Non debet. eo.
Vir qui. eo.
De calumniato. fol.498
Cùm fortius. eo.
Cùm dilectus. eo.
De clericis pugnantibus in duello. fol.513
Porrò. eo.
Henricus. eo.
De crimine falſi. fol.518
Falſidicus. eo.
Super eo. 519
Ad audientiam. eo.
Dura ſæpè. eo.
Quam graui. eo.
Ad falſariorum. eo.
Accedens. eo.
Ex conſcientia. eo.
De colluſione detegenda. fol.519
Scripta. eo.
Crimina. eo.
Audiuimus. 520
Intantum. eo.
De clerico venato. fol.520
Episcopum. eo.
De clericorum percuſsionibus. fol.520
Si quis. eo.
Præſentium. eo.
Continentia. eo.
De clerico excõicato deſpoſito miniſtrante. fol.520
Si quis epiſcopus. eo.
Si quis presbyter. eo.
Latores. eo.
Illud. 521
Poſtulaſtis. eo.
Propoſuit. eo.
Apoſto.ſe. eo.
Si celebrat. eo.
De clerico non ordinato. fol.522
Si quis. eo.
Ex literis. eo.
De clerico per ſaltum promoto. fol.522
Continebant. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB D.

De dilationibus. fol.213
Dilecti. eo.
Præterea. eo.
Literæ. 213
Expoſuit. eo.
De dolo & contu. fol.237
Ad hæc. eo.
Ex literis. eo.
Cauſam. eo.
Prout. eo.
Finem. 238
Cùm dilecti. eo.
Cùm olim. 239
Veritatis. 240
Contingit. 241
Venerabilis. 242
lib.6. Actio. eo.
De depoſito. fol.390
Grauis illa. eo.
Bona fides. 391
De donationibus. fol.397
Conſultationibus. eo.
Per tuas. eo.
Cùm dilecti. eo.
Paſtoralis. eo.
Inter dilectos. 399
Apoſtolicæ. eo.
Propter. 400
De decimis, primitijs & oblationibus. fol.414
Decimam. eo.
Nouum genus. eo.
Ex multiplici. eo.
Commiſſum. eo.
Nuncios. eo.
Dilecti. eo.
Suggeſtum. 415
Ex parte. eo.
Ad audientiam. eo.
Quoniam. eo.
Parochianos. eo.
Ad hæc. eo.
De terris. eo.
Quamuis. eo.
Cùm ſint homines. eo.
Prohibemus. eo.
Ad apoſtolicæ. eo.
Non eſt. eo.
Ex tranſmiſſa. 416
A nobis. eo.
Tua. eo.
Tua nobis. eo.
Ex parte tua. eo.
Paſtoralis. 417
Cùm contingat. 418
Cùm in tua. eo.
Dudum. eo.
In aliquibus. eo.
Cùm non ſit. 419
Nuper. eo.
Interdicimus. eo.
De deſpon.impub. fol.466
Tua nos. eo.
Vbi non eſt. eo.
Puberes. eo.
Literas. 476
Acceſsit. eo.
Continebatur. eo.
De illis. eo.

A nobis.

TABVLA TITVLORVM ET CAPITVLORVM.

A nobis. eo.
De illis. 2. eo.
Atteſtationes. eo.
Ex literis. fo. 468
Duo pueri. eo.
Ad diſſoluendum eo.
Tuæ nobis. eo.
De diuortijs. 482
Quæſiuit. eo.
Porrò. eo.
Significaſti. eo.
Ex literis. eo.
De illa. eo.
Quanto. 483
Gaudemus. eo.
De dona. inter vi. & vxo. & de dote poſt diuortium reſtituenda. fo. 483
Significauit. eo.
De prudentia. eo.
Plerunque. 484
Et ſi neceſſe. eo.
Nuper. eo.
Per ueſtras. eo.
Donatio. eo.
De delic. puerorum. fo. 520
Quæris. eo.
Referente. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB E

De elec. & elect. pote. f 41
Nullus. eo.
Oſius. eo.
Poſtquam. eo.
Significaſti. eo.
Quia diligentia. eo.
Licet. eo.
Cùm in cunctis. 42.
Cauſam. 43
Noſti. eo.
Conſiderauimus. 44.
Suffraganeis. 45.
Super eo. eo.
Cum monaſterium. eo.
Cum terra. eo.
Tranſmiſſam. 46
Cùm inter R. 47
Qualiter. 48
Cum inter. eo.
Cum nobis. eo.
Innotuit. 49
Cum inter ea. 50
Dudum. 51
Bonæ me. Magurn. 52
Querelam. 54
Cum Vintonienſis. 52
Per inquiſitionem. 57
Cum cauſam. 58
Quod ſicut. eo.
Auditis. 60
In cauſis. 61
Cũ eccl. Vulterana. 62
Cum dilecti. 63
Cum in iure. 64
Venerabilem. 65
Coram. 66
Bonæ memoriæ. eo.
Cum ad noſtram. fo. 67
Officij. eo.
Illa quotidiana. eo.
Scriptum eſt. eo.
Ne pro defectu. fo. 70
Quia propter. 71
Quiſquis. 74
Nihil eſt. eo.
Vt præteritæ. 75
Cum poſt. 76
Conſtitutis. eo.
Eccleſia veſtra. eo.
Cum in magiſtrum eo.
Cumana. eo.
Sacroſancta. 77
Cum in veteri. eo.
Congregato. 78
Dudum eccleſia. eo.
In Geneſi. 81
Manaſſa. 82
Eccleſia veſtra. eo.
Si alicuius. 84
His quibus. eo.
lib 6. Statuimus. eo.
lib. 6. In electionibus. eo.
De ætate & qualitate, & ordine præficiẽdo. fol. 101
Vt abbates. eo.
Ex ratione. eo.
Indecorum. 102
Eam te. eo.
Præterea. eo.
Queris à nobis. eo.
Ad aures. 103
Cum bonæ. eo.
A multis. eo.
Tuam in domino. eo.
Cum contingat. 104
Intelleximus. eo.
Accepimus. eo.
Cum ſit ars artium. 105
Quamuis multa. eo.
De eo qui mittitur in poſſeſſionẽ cauſa rei ſer. 242
Conſtitutis. eo.
Cum ſicut. 243
Cum veniſſent. eo.
Si aduerſarius. eo.
lib 6. Cũ in obtinẽdis. 244
De exceptionib. fol. 289
Denique. eo.
A nobis. 290
Cùm eccleſiaſticæ. eo.
Paſtoralis. eo.
Cum inter priorem. 291
Cum venerabilis. 292.
Olim. 294
Dilecti filij. eo.
Apoſtolicæ. eo.
Pia. 295
Dilectæ. eo.
Significauerunt. 296
Exceptionem. eo.
Aduerſario tuo. 297
Venerabilem. eo.
De emp. & vend. fol. 391
Placuit. eo.
Vt menſuræ. 392
Cum dilecti. eo.
Peruenit. eo.
Ad noſtram. eo.
Cum cauſa. eo.
Si uenditori. 69
De eccleſijs ædificandis vel reparandis. fol. 458
Cum dicat. 74
Ad audientiã noſtrã. eo.
De his. 75
Ad audientiam. 76
De eo qui duxit in matrimonium quã polluit per adulterium. fol. 472
Propoſitum. eo.
Significauit. 77
Super hoc. eo.
Ex literarum. 78
Cum haberet. eo.
Significaſti. 81
Veniens. 82
Si quis vxorem. eo.
De eo qui cognouit conſanguineã vxo. ſuæ. fo. 474
Si quis. eo.
Veniens. 86
De illo. eo.
Super eo. eo.
Diſcretionem. eo.
Fraternitati. eo.
Ex literis. 102
Veniens. eo.
De eo qui furtiuè ordines recepit. fol. 522
Veniens. eo.
Cum H. lator. 523
Innotuit nobis. eo.
De exceſſib. præla. fol. 523
Peruenit. eo.
Ad hęc. 524
Ad aures noſtras. eo.
Sanè. eo.
Illud. eo.
Cum ad quorundã. eo.
Sicut vnire. eo.
Quam ſit. eo.
Ex literis. eo.
Inter dilectos. eo.
Accedentibus. 526
Dilecta in Chriſto. eo.
Grauem. 527
Nimis iniqua. eo.
Nimis praua. eo.
Tanta eſt clauis. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB F.

De filijs presbyterorũ ordinandis vel non. fol. 106
Vt filj presbyterorũ. eo.
Ad præſentiam. eo.
Præſentium. eo.
Conquerente. eo.
Veniens. eo.
Propoſuit. 107
Ex tranſmiſſa. eo.
Conſtitutus. eo.
Ex tua nobis. 108
Quoniam. eo.
Ad extirpandas. eo.
Ad hæc. eo.
Michael presbyter. eo.
Literas. eo.
Cum decorem. eo.
Ad abolendam. eo.
Dilectus filius. eo.
Nimis. eo.
De foro compe. fol. 196
Si quis. eo.
Nullus. eo.
Sanè. eo.
Si quis contra. eo.
Si clericus laicum. eo.
Ex tranſmiſſa. eo.
Verum. eo.
Cum ſit generale. 197
Licet ex ſuſcepto. eo.
Ex tenore. 198
Si diligenti. eo.
Cum contingat. eo
Poſtulaſti. eo.
Ex parte B. 199
Conqueſtus. eo.
Dilecti filij. eo.
Significaſti. 200
Propoſuiſti. eo.
Licet ratione delicti. eo.
lib. 6. Romana eccleſia. 201
De ferijs. fol. 214.
Omnes. eo.
Quoniam. eo.
Licet tam. eo.
Capellanus. eo.
Conqueſtus. eo.
De furtis. fol. 515
Qui furatur. eo.
Fures. eo.
Si quis. eo.
Qui cum fure. eo.
Ex literis. 516
De fide Inſtru. fol. 273
Scripturam. eo.
Scripta. 274
Ex literis. 276
Accepimus. 276
Contingit. eo.
Inter dilectos. eo.
Quod ſuper his. 277
Paſtoralis. eo.
Cum dilectus. eo.
Cum Ioan. Eremita. eo.
Ex parte. 279
G. perpetuus. eo.
Imputari. eo.
Si cautio. eo.
Cum P. tabellio. eo.
Si inſtrumenta. 280
De feudis. fol. 395
Inſinuatione. eo.
Ex parte. eo.
De fideiuſſorib. fol. 396
Clericus. eo.
Peruenit. eo.
Conſtitutus. eo.
Quod quibuſdam. eo.
Cum pro quo. 397
De frigid. & maleficia. & impotẽtia coeũdi. fol. 475
Accepiſti. eo.
Quod ſedem. 476
Ex literis. eo.

Conſultationi. eo.
Laudabilem. eo.
Fraternitatis. 477
Literæ veſtræ. 478

DE INCIPIENTIBVS AB H.

De his quæ vi metúſue cauſa fiunt. fol. 173
Actio. eo.
Perlatum. eo.
Abbas. eo.
Ad aures noſtras. eo.
Ad audientiam. 174
Sacris. eo.
Cùm dilectus. eo.
Super eo. eo.
*De his quæ fiunt à prælatis ſine conſenſu cap. fol.*383
Irrita. eo.
Continebatur. eo.
Cùm nos. eo.
Nouit. eo.
Quanto. eo.
Ea noſcitur. 384
Cum apoſtolica. eo.
Tua nuper. eo.
Paſtoralis. 385
Et ſi membra. eo.
*De his quæ fiunt à maiori parte capituli fol.*385
Cùm in cunctis. eo.
Quæſiuit. 386
Ex ore. eo.
Ex parte. eo.
*De hæreticis. fol.*506
Dubius. eo.
Firmiſsimè. eo.
Fraternitatis. eo.
Si quis. eo.
Sicut ait. 507
Ad abolendam. eo.
Vergentis. eo.
Si aduerſus. eo.
Cùm ex iniuncto. eo.
Excõicamus.1. eo.
Excõicamus.2. eo.
Abſolutos. eo.
De homicidio voluntario vel caſuali. 509
Si quis. eo.
Interfeciſti. eo.
Si perfodiens. 510
Cum iuramento. eo.
Si quis. eo.
Sicut dignum. eo.
Presbyterum. eo.
Continebatur. 511
Lator. eo.
Suſcipimus. eo.
Ad audientiam. eo.
Dilectus. eo.
Ex literis.1. eo.
Ex literis.2. 512
Significaſti.1. eo.
Petrus diaconus. eo.
Significaſti.2. eo.
Tua nos. eo.
Sicut ex literarum. 513
Poſtulaſti. eo.
Exhibita. eo.
Ioannes. eo.
Petitio tua. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB I.

*De in integ.reſti. fol.*175
Requiſiuit. eo.
Cùm veniſſent. 176
Auditis. 179
Ex literis. eo.
Tum ex literis. 180
Suſcitata. 182
Coram. eo.
Conſtitutus. 183
Cauſa. eo.
Beneficio. 184
*De iudicijs. fol.*191
De quouultdeo eo.
Decernimus. eo.
Quanto. eo.
At ſi clerici. eo.
Cæterùm. eo.
Dilecti. 192
Intelleximus. eo.
Clerici. eo.
Cauſam. eo.
Cùm nõ ab homine. eo.
Quia V. eo.
Cùm veniſſent. 193
Nouit ille. eo.
Paſtoralis. 194
Examinata. eo.
Cum deputati. 195
Cauſam. eo.
Exhibita. eo.
Venerabilis. 196
Significauerunt. eo.
lib.6.Iuris eſſe. eo.
*De iura. calum. fol.*209
Inhærentes. 210
Literas. eo.
In pertractandis. 211
Imperatorum. eo.
Cæterùm. eo.
Cùm cauſam. eo.
Cùm in cauſa. eo.
*De iureiurando. fol.*283
Ex adminiſtratiõis. eo.
Peruenit. eo.
Ego N.epiſcopus. eo.
Nullus. eo.
Debitores. 284
Ad noſtram.1. eo.
Si verò. eo.
Ex reſcripto. eo.
Querelam. eo.
Tua nos. eo.
Cùm quidam. eo.
Sicut. 285
Veritatis. eo.
Verum. eo.
Veniens. eo.
Breui. eo.
Quanto. eo.
Venientes. eo.
Ad noſtram.2. eo.
Ad noſtram.3. 286
Eate. eo.
Quintauallis. eo.
Tua nos. 287
Quemadmodum. eo.
Etſi Chriſtus. eo.
Sicut noſtris. 288
Cùm contingat. eo.
Sicut. eo.
Nimis. 289
Petitio. eo.
Ex literis. eo.
Intellecto. eo.
Mulieri. eo.
Clericus. eo.
Iuramentum. eo.
*De inſtitutionibus. fol.*368
Non amplius. eo.
In eccleſia. eo.
Ex frequentibus. eo.
Authoritate. eo.
Ad decorem. eo.
Cùm veniſſent. eo.
Cùm ad noſtram. 370
*De iure patro. fol.*440
Perlatum. eo.
Quæcunq. eo.
Quoniam. eo.
Præterea. 441
Quod autem. eo.
Quia clerici. eo.
Ex literis. eo.
Illud. eo.
Querimoniam. eo.
Cùm laici. eo.
Cura. eo.
Si verò. 442
Cùm ſeculum. eo.
Ex inſinuatione. eo.
Conſuluit. eo.
Nullus. eo.
Significaſti. eo.
Conſultationibus. eo.
Suggeſtum. 443
Relatum. eo.
Eam te. eo.
Præterea. eo.
Cùm autem. eo.
Nobis. eo.
Per noſtras. eo.
Cùm propter. eo.
Cùm dilectus. eo.
Paſtoralis. 444
Poſtulaſti. eo.
Tranſmiſſæ. 445
*De immuni. eccle. cœmeteri. & rerum ad eas pertinentium. fol.*485
Vt in domibus. eo.
Peruenit. 459
Indicatum. eo.
Non minus. eo.
Cum eccleſia. 460
Inter alia. eo.
Aduerſus. eo.
Quia plerique. eo.
*De Iudæis & Saracenis, & eorum ſeruis. fol.*505
Præſenti. eo.
Multorum. eo.
Iudæi.1. eo.
Quia ſuper. eo.
Ita quorundam. eo.
Iudæi.2. eo.
Sicut Iudæi. eo.
Quam ſit. eo.
Significauit. eo.
Quod olim. 192
Poſtulaſti. eo.
Ad liberandam. eo.
*De infantibus & languidis expoſitis. fol.*509
Si à patre. eo.
De iniurijs, & damno dato. fol. 540
Si rixati. eo.
Si læſerit. 541
Si egreſſus. eo.
Si quis. eo.
Olim. eo.
In noſtra. eo.
Si culpa tua. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB L.

*De libelli oblatio. fol.*202
Ignatius. eo.
Significantibus. 203
Dilecti filij. eo.
*De litis conteſt. fol.*204
Olim. eo.
lib.6.Exceptionis. eo.
*Vt lite non conteſta. ne procedatur ad teſtium receptionem, vel ad diffinitiuam ſententiam. fol.*205
Ad hæc Deus. eo.
Accedens. 206
Tuæ fraternitatis. eo.
Accedens.2. eo.
Quoniã frequenter. 207
De locato, & conducto. fol. 392
Ex reſcripto. eo.
Veſtra. eo.
Propter ſterilitatẽ. eo.
Potuit. 393

DE INCIPIENTIBVS AB M.

De maioritate, & obedientia. 156
Cum certum. eo.
Si quis. eo.
Legebatur. eo.
Omnes Principes. 157
Illud dominus. eo.
Solitæ. eo.
Per tuas. eo.
Inter quatuor. eo.
Quod ſuper. 158
Cùm in eccleſijs. eo.
His quæ pro eccleſia. eo.
Dilecta filia. eo.
Dilecti filij. 159
Cùm olim. 160
Statuimus. eo.
Cùm inferior. eo.
Humilis. eo.
De mutuis petitionibus. fol. 203

Ex lite-

Ex literis. eo.
De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ. *fo.*478
Literæ. eo.
Ex literis. eo.
De magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. *fo.*505
Quoniam. eo.
Prohibeas. eo.
Quanto. eo.
Quia. eo.
De maledicis. *fo.*520
Innotuit. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB N.

Ne sede uacante aliquid innouetur. *fo.*382
Nouit. eo.
Illa. 283
Constitutus. eo
Ne cleri. uel monach secu. negotijs se immisc. *fo.*161
Multa sunt. eo.
Sacerdotibus. eo.
Non magnopere. 162
Sed nec. eo.
Clericis. eo.
Secundum. eo.
Sicut te. eo.
Sententiã sanguinis. eo.
Super specula. eo.
De natis ex libero ventre. *fol.*473
Indecens. eo.
Ne prælati uices suas uel ecclesias sub annuo cẽsu cõcedant. *fol.*504
Præterea. eo.
Quoniã in quibusdã. eo.
Quoniam enormis. eo.
Querelam. eo.
De noui ope. nũ. *fo.*529
Intelleximus. eo.
Cùm ex iniuncto. eo.
Significantibus. fo.530

DE INCIPIENTIBVS AB O.

De ordinatis ab eo qui episcopatui resignauit. *fo.*101
Requisiuit. eo.
Cum clericus. eo.
De ord. cognitio. *fo.*215
Intelleximus. eo.
Cùm dilectus. eo.
Tuam. 217
Super. eo.
De obligatis ad ratiocinia. *fo.*110.
Magnus episcopus. eo.
De offi. Archidia. *fo.*114
Vr archidiaconus. eo.
Mandamus. eo.
Ea quæ. eo.
Cùm satis. eo.
Archidiaconus. 115
Ad hæc. eo.
Significasti. 116
Vt nostrum. eo.
Dilecto filio. eo.
De offi. archipresby. *fo.*118
Vt archipresbyter. eo.
Ministerium. eo.
Officium. eo.
Vt singulæ. eo.
De offi. primicerij. *fo.*118.
Vt primicerius. eo.
De offi. custodis. *fo.*118
Custos ecclesiæ. eo.
De offi. uicarij. *fo.*118
Ad audientiam. eo.
Prouideas. eo.
Ad hoc. eo.
Clericos. eo.
Tua nobis. eo.
lib.6. Romana ecclesia. 119
De officio & potestate iudicis delegati. *fo.*119
Quia quæsitum. eo.
Sanè. 120
Si pro debilitate. eo.
De causis. eo.
Præterea. 121
Significasti. eo.
Si quando. 122.
In literis. eo.
Consultationibus. eo.
Sanè. eo.
Ex parte. N. 123.
Ex parte tua. eo.
Quoniam. eo.
Super eo. eo.
Causam. 124.
Causam quæ. eo.
Cum te. eo.
Relatum. eo.
Gratum. eo.
Prudentiam. eo.
Cum causa. 128
Cùm super. 129
Consuluit. 130
Insinuante. 131
Quærenti. 132
Super quæstionum. eo.
Pastoralis. 135
Ex literis. 135
Licet. eo.
Cùm in iure. 138
Cùm olim abbas. 139.
Cùm olim magister. 140
Coram dilecto. eo.
Cùm R. eo.
Cùm contingat. eo.
Venerabili. 141
Significantibus. 142
Suspicionis. eo.
P. & G. 143
Cum uicesimum. 144.
Vno delegatorum. eo.
Quoniã apostolica. eo.
lib.6. Statuimus. 145
De offic. legati. 146
Cùm nõ ignoretis. eo.
Nisi specialis. eo.
Quod translationẽ. eo.
Licet tranen. eo.
Dilectus. eo.
Nouit ille. eo.
Volentes. 147
Excommunicatis. eo.
Nemini. eo.
De officio iudicis ordinarij. *fol.*147
Pernicioſam. eo.
Si sacerdos. eo.
Cùm ab ecclesiarũ. 148
Cùm uos. 149
Ex parte tua. eo.
Significauit. eo.
Quanto 150
Ad reprimendam. eo.
Duo simul. 151
Quod sedes. eo.
Pastoralis. eo.
Licet. eo.
Irrefragabili 151
Quoniam. eo.
Inter cætera. eo.
Conquerente. 153
Vt iuxta. 155
Dilectus. eo.
Graue. eo.
His quibus. eo.
lib.6. Romana ecclesia. eo.
De offi. iudicis. *fo.*155
Ex literis. eo.
Iudicis officium. eo.
De obseruatione ieiuniorũ. *fo.*457
Ex parte vestra. eo.

DE INCIPIENTIBVS AB P.

De postulatione prælatorũ. *fo.*35
Ad hæc. eo.
Gratum. 36
Bonæ memoriæ. 1. 37
Bonæ memoriæ. 2. eo.
Postulationem 40
Et si vnanimiter. eo.
De Pactis. *fo.*161
Antigonus. eo.
Quoties in conuen. eo.
Qualiter. eo.
Cùm pridem. eo.
Accepimus. eo.
Cum clerici. eo.
Plerique. eo.
Pactiones. 162
De plus petitioni. *fo.*219
Concilium. eo.
De postulando. *fo.*165
Clerici. eo.
Ex parte. eo.
Cum sacerdotis. eo.
De procuratorib. *fo.*165
Alia quidem. eo.
Quærelam A. eo.
Ex insinuatione. 166
In nostro. 167
Tuæ. F. 169
Cum pro causa. eo.
Quia in causis. eo.
Auditis. eo.
Petitio vestra. eo.
Accedens. 170
Dilectus. eo.
Constitutis. 171
Mandato. eo.
Non iniustè. eo.
Consulti. 172
De probationibus. *fol.*247
Ex epistolæ. eo.
Sicut. 248
Ex literis. eo.
7 †Integritate) ſed quare non communicant cum alijs, cùm ipſi venerint contra conſtitutionem ſuam, vnde non debet gaudere conſtitutione. ſuprà, eo. cùm acceſsiſſent. & non debet canonicus carere præbenda. infrà, de præben. relatum? Reſpon. quidam dicunt communicationem iſtam iuſtam eſſe, ſed hîc non fuit facta impediente petitione eorum: petierant enim tantum ſuperexcreſcentes reditus, ſicut ex litera apparet. Vel dicas, quòd non debebant communicari præbendæ, licet ſuper numerum præbendarum canonicos elegiſſent, cùm ſtatutum eſſet tantùm ſuper numero præbendarum contra quem non venerant. Sed quæres, ſi non venerant contra numerum præbendarum, quare ſuperexcreſcentes reditus fuerunt eis aſsignati, & non communiter aſsignati ſicut ſtatuerant? Reſpondeo, quia conditio ſtatuti extiterat, ſcilicet, niſi prouentus adeò excre. &c.

8 †Superexcreſcentes) C. de alluuio. leg. vt contra. vbi dicitur, quòd paludes melioratæ cura cultorum non debent ſeparatim cenſeri, & iſtorum canonicorum diligentia non deberet eis obeſſe, vt quod cura eorum actum eſt, alijs aſsignaretur, ſed hoc eſt propter fauorem cultus diuini in ſeruitoribus ampliandi. Si autem reditus ſuperexcreſcentes non ſufficerent ad tot præbendas, quot ſunt canonici: tamen eis communiter aſsignabuntur illis reditus, quia ſi concedit eis quod plus eſt, ſcilicet, quando ſufficiunt ad omnes præbendas, multò fortius concedere intelligitur, quod minus eſt. 16. q. 2. c. 1. & ſi de iſtis reditibus fiant præbendæ, ruptum eſt priuilegium, quod habebant de certo numero canonicorum & præbendarum, ſed ſi non fiant præbendæ, non rumpitur priuilegium præbendarum.

Nos credimus contra: quia ex quo tot fructus creſcunt, vnde poteſt fieri, vna præbenda ſtatim rumpitur priuilegium, & hoc ſatis probatur per hoc capitulum, vbi dicitur: quod in priuilegio ſubintelligitur niſi tantum poſſeſsiones &c. & ſi contra hoc impetrentur, literæ non facta mentione de certo numero valent, nec aliqua exceptione elidi potuerunt.

9 †Reuocatis) cognitione præmiſſa quæ ſint contra innouata, vel non, quia lite pendente, non debet pars aliqua priuari commodo poſſeſsionis. 11. quæſt. 1. quia. 16. quæſt. 4. volumus. infrà, de iure pat. conſultationibus. C. de proba. l. 2. quamuis argumenta ſunt contraria. ff. de peti. hære. diuus. ff. §. pe. ff. qui ſatis. cog. ſi fideiuſſor. 2. q. 7. quoties. nec ſunt talia reuocanda ſine cauſę cognitione diligenti.

Sed videtur contra. ff. de ædi. edic. quod ſi nolit. §. ſi mand. & l. ædiles. §. ſciendum. vbi dicitur, quod ea quæ contingunt poſt litem conteſtatam &c. Etſi hoc dicas habere locum, quando idem eſt iudex qui reuocat, & quo cognoſcente aliqua ſunt innouata, non benè dicit, quare eodem modo procedere debet ſucceſſor, & primus iudex. ff. de iudi. mortuo. C. de iudi. properandum. Sed dic illam. l. ædiles. non dicere, quod ſummatim cognoſcendum de his ſit, quæ poſt litem conteſtatam accidunt, ſed quod ea pertinent ad cognitionem iudicis, quæ

poſt

poſt litis conteſtationem accidunt, & non pertinent, ſi ante litem conteſtatam acciderint, niſi expreſſè peterentur: Hîc mandat Papa reuocari ea, quæ innouata eſſent ab alterutra partium circa præbẽdas ſupple quę vacauiſſent poſt receptionem horum. puta reuocanda erat collatio præbendarum talium, ſi per capitulum eſſent collatæ alijs, ſiue antiquis, ſiue etiam nouis canonicis ſine cauſa: Vel ſi aliquis de iſtis canonicis, qui agebant eas ſpecialiter cepiſſent: & idem mandat etiam de poſſeſſionibus ſuperexcreſcentibus. Sed ſi poſſeſſiones eſſent alienatæ, penitus in extraneos, in quos per venditionem vel alio iuſto titulo tranſiſſent dominium, ab eis reuocari non poſſunt. † quia motio litis perſonalis [a], non facit rem eſſe litigioſam, cùm per actionem perſonalem non contendatur de dominio. C. de litigio. in Auth. litig. & ad præbendas de nouo vacantes non competit, niſi conditio ex hac decre. infrà, de præben. relatum. & ſimiliter ad reditus vel poſſeſſiones ſuperexcreſcentes non competit, niſi conditio ex hac decre. vel officium iudicis quæ perſonales actiones ſunt tantùm.

Aliqui tamen dicunt, quòd etiam ſi ſine cauſa capitulum daret præbendam de nouo vacantem alicui canonico, quem de nouo reciperent, quòd hæc collatio non reuocaretur. arg. infrà, de præben. dilectus filius G. & de conceſ. præben. ex parte Aſtenſ. nec eſt contra. infrà, de præben. inter cætera. quia ibi eſt ſpeciale, ex quo authoritate Papæ fiebat permutatio præbendarum, & per conſequens videbatur inhibuiſſe illis ad quos pertinebat collatio earum, quod eas non conferrent, vt hîc not. ſicut & dicimus, quòd ex quo receptus eſt aliquis in canonicum authoritate Apoſtolica, non tenet collatio præbendæ illius, quæ ſibi ſecundum receptionis ſuæ ordinem deberur, licet nullum ius habeat in præbenda, ſed tantùm perſonalem actionem, ſcilicet, conditionem quam habet ex canone illo. infrà, de præben. relatum.

Sed oppones ex quo præbendæ iſtæ non ſunt litigioſæ, quare non tenet collatio de eis facta canonicis antiquis, ſicut & nouis, vel aliam ſicut quibuslibet extraneis? Reſpondeo, quia antiquus canonicus cùm eſſet membrum capituli, cum aliàs capitulum tenebatur iſtis, qui agebant conferre nouas præbendas, vel reditus ſuperexcreſcentes niſi iuſta cauſa in contrarium ſuaderet: ergò malè faciebat ſi ea recipiebat: ergò iuſtè ab eo reuocantur, ſi acceperit. infrà, de verbo. ſigni. ius dictum. Item modica vis videtur ſiue poſt motam litem coram Epiſcopo, ſiue antè mutata ſint aliqua circa prædicta, niſi quia poſt motam litem videtur maior mutantium malitia. gloſſ. autem hîc poſitæ, ſcilicet, cognitione præmiſſa. & quia ex quo modicum faciunt ad intellectum decreta. licet bona & vera continentur in eis, & generaliter dicimus, quòd quandocunque quis dicit aliquam rem ſibi deberi, ſiue corporalem, ſiue incorporalem. vt ius præbendæ, vel præbendam, ſemper ille à quo petitur, illam alienare poteſt ſine periculo litigioſi. Et idem eſt ſi petatur confirmatio electionis: ſecùs eſt autem ſi quis dicit rem ſuam eſſe, & de dominio vel quaſi dominio eius agit, ſi quis agat. q. confeſſoria ad aliquam rem vel præbendam, quam alius tenet, in qua dicit, ſe ius habere, & ſuam eſſe, & ideò ſibi deberi. Nam hîc benè dicimus, quod ſi ille à quo petitur eam alienet, quod incidit in vitium litigio, nec eſt contra, ſi dicitur quia iura non ſunt in bonis noſtris, quia ſunt in quaſi bonis.

† Item not. quòd licet prohibeatur voluntaria alienatio rei litigioſæ, non tamen prohibetur neceſſaria [b]. ff. de rei vendi. is à quo. & l. ſeq. de hoc etiam no. infrà, de arb. ex parte (Epiſcopo Ferrarienſ.) quia ex quo de præbendis his, vel poſſeſſionibus agebatur coram Papa, vel eius delegato, eius negotium ad ſe reuocaſſe videtur, & ideò alij inferiores non debent ſe de eis intromittere. infrà, de offi. leg. licet. 3. q. 6. quamuis. Sed certè ſi eſſent pares iudices, licet vnus ſuper aliquam rem cognoſceret, nihilominus teneret, quod ab alio fieret ſuper eadem re, licet pro magna parte ad eundem iudicem mittendi ſint, ſi pars peteret, & diceret, quod cauſa ſuper eiſdem poſſeſſionibus vertitur coram tali iudice: Vnde peto, quod remittatis nos ad eundem iudicem [c], quia poſſet mihi multùm præiudicare diuerſus proceſſus eorundem. Item laborioſum nimis eſſet mihi, ſi coram duobus de eadem re litigarem, & ſi ob hanc cauſam appellaret, iuſta eſſet appellatio. ff. de quib. reb. ad eun. in l. 3. arg. ff. de cau. lib. ſi pariter. Sed ſi pars non peteret, credo quod legitimus eſſet proceſſus coram vtroque iudice habitus.

[a] *Perſona. Intellige hoc prouidere ante litem conteſtatã ſecus poſt, vt p Ange. Auth. d. litig. in prin. aduerte p intelligẽtia huius decret. quia Henri. Bohic, in verſi. tenet quod iſte tex. loquatur nõ de vitio litigioſi, ſed de litis pẽdẽ. vitio. all. Hoſt. ita tenere in c. ſignificante. in verbo, non audiebant. in frà, de app. ea quod intelligũt hũc tex. Ioan. An. & Gui. de Mon tela. in Cle. 2. in gl. 1. vt lit. pend. Et ſic alienatio facta lite pendente, vel appellatione tenet ipſo iure retractatur tamen officio iudicis bene ficio tit. inf. vt lit. pen. & C. nil nouã. app. pen.*

[b] *Neceſſaria. Adde Bar. in l. damni. §. ſi dominus. ff. de dã. infect. & Alex. de Imo. in l. quæ quã. §. Iul. in addi. ff. de aquapluuiarcẽ. & etiã adde q nõ impedit confiſcationẽ bonorum. l. ſi cõſtãte. §. fi. & ibi Alex. ff. ſol. matri.*

[c] *Ad eundẽ iudicẽ. Pro intellectu ti. de quib. reb. ad eundẽ iudicẽ ea. vide aliquid p Franc. Are, in conſ. 29. col. 17. ver. nõ obſt.*

habitus. arg. ff. de peti. hæredi. l. penul. ff. de rei ven. is à quo.

Nec videtur nobis verum, quòd Papa vel ſuperior incipiendo cognoſcere propter hoc videatur ad ſe reuocaſſe cauſam, quæ inter alios vertebatur, ſed inter eoſdem tantùm. & ſic loquuntur præalleg. c. licet quamuis. & ſic etiam hîc loquitur, ſcilicet, de partibus tantùm. Item decreta. loquuntur, quando aliquod negotium ex certa ſcientia ad ſe reuocat, & non quando ordine iudiciario procedit, ſed ſecundum hoc ſuperflua eſt gloſſ. quæ incipit. cognitione præmiſſa, quia de iure conſtat, quòd reuocandum erat, quicquid à partibus fit nouum, ex quo coram aliquo iudice lis mota eſt.

CAPVT X.

1 *Nunquid laici poſſint de rebus Eccleſiæ temporalibus vel ſpiritualibus diſponere.*

1 ECCLESIA SANCTAE MARIAE. (Statutum) † Nam laici de rebus eccleſiæ temporalibus ſiue ſpiritualibus diſponere non poſſunt. infrà, de re. eccle. non alie. c. cum laicis. Ius eligendi in collegiata eccleſia in eos non cadit, etiam ſi ſint patroni. infrà, de elec. ſacroſan. & c. cumana. Nec de re ſpirituali in eis compromitti[a] poteſt. infrà, de arbi. contingit. c. Nec iudicare. infrà, de iudi. decernimus. Hæc decreta. ſumpta eſt de canone. 96. diſt. benè quidem. (Sibi) id eſt, monaſterio.

[a] *Compromitti. Intellige, ſcz. vt arbiter, ſed tanquã arbitrator ſic. ita Inno. in c. quin vanallis. inf. de arbit. Pe. de Anch. in conſ. 28. inci. iſtam quæſt. & in conſil. 34. incip. in hac cauſa. co. 2. circa media.*

CAPVT XI.

1 *Aliud eſt ſimpliciter aliquem excludere, & aliud in perpetuum excludere.*
2 *An perpetuò remouere, & ſimpliciter remouere idem ſit.*

1 EX LITERIS. (Veſtræ fide præſtita) quòd ſtatuta noſtra ſeruarentur. (Perpetuum) dicit hîc Innoc. † aliud eſt aliquem ſimpliciter excludere, & aliud in perpetuum. ſi. 33. quæſt. 4. non oportet. & 1. q. 4. ſunt nonnulli. infrà, de dona. paſtoralis. ff. pro ſoc. cùm ſocietatem. arg. contra. ff. de pen. ſeruus. Ex quo enim tempus diffinitur, non eſt de quolibet tempore vel perpetuò intelligendum. 1. q. 1, eos. ff. de euic. ſi rem. §. fi.

2 † Item inuenio quòd idem eſt, perpetuò & ſimpliciter remouere. 1. q. 1. reperiuntur. in fi. 69. diſt. ſi quis ex ipſis. 11. q. 3. ſi ſacerdotes. 27. q. 1. de viduis. Vnde de clerico, qui ſi à Papa deponitur, perpetuò intelligitur eſſe remotus, ſatis poteſt dici, quòd vbi ſententia ſuper aliquo delicto ferretur, perpetuò amoueri intelligeretur, quamuis in ſententia non diceretur perpetuò, ſed vbi propter contumaciam tantùm amoueretur, quæ vt dicit hîc, pœnam perpetuam non meretur, ſed quouſq; pœniteat, vel ſatisfaciat, tunc iuramentum [b] & priuatio, ius temporalis intelligitur, id eſt, quouſque ſatisfaciat, quia iuramentum eſt ſecundum ius interpretandum. infrà, de iureiur. ad noſtram. (Canonici) infrà, de ver. ſig. cùm olim.

[b] *Tunc iuramentum. Intellige hoc iuxta ea, quæ not. idem Inno. in c. cùm bonæ. infrà, de ætat. & qualit. & Io. And. in cle. 1. de decim. & ita Henric. Bohic.*

CAPVT XII.

EX PARTE. (Diminuti.) Et ſic non fuit iuſta cauſa huius ſtatuti, & ideò non tenuit. ff. de man. princ. in nouis. (Conſtitutione) no. infrà, de maio. & obe. ſtatuimus. (Confirmationem) in generali forma obtenta, ſcilicet, quòd non facerent mentionem de priori ſtatuto, reditibus nõ diminutis, & de aſſenſu Epiſcopi neglecti. infrà, de conſue. cùm conſuetudinis.

CAPVT XIII.

QVONIAM CONSTITVTIO. (Omnes.) & ſuprà, eod. cap. 1. (Obſcurum) diſt. 4. erit. (Præferendis) de hac materia no. ſuprà, eo. cùm omnes. (Maioribus) id eſt, prius ordinatis. 17. diſt. §. vlti. (A minoribus) id eſt, poſterius ordinatis. (Cùm leges.) ſuprà, eo. c. 2. C. de legi. leges &c.

TITVLVS III.

DE RESCRIPTIS.

CAPVT I.

1 *Vnicuiq; generaliter & liberè ſecundum antiqua iura, licet & ante ſententiam & poſt appellare.*
2 *In his caſibus in quibus de iure licet appellare, etiam non obſtante, quod remota ſit appellatio poterit appellari.*
3 *Priuilegium ſecundò impetratum, quando & quo caſu tollat primum.*
4 *Reſcriptum vel priuilegium quod contrà vel præter ius aliquid continet, derogat genera-*

generali reſcripto continenti ius commune.

5 *Reſcriptum ſecundum ſpeciale, derogat primo generali.*

SICVT ROMANA. & infrà (Indultum.) † Iſta indulgẽtia videtur ſuperflua, cùm generaliter & liberè ſecundũ antiqua iura liceat cuiq; appellare, & ante ſententiã & poſt. 2. q. 6. non ita. inf. de appel. ſuper eo. & in maioribus & in minoribus cauſis. inf. de appel. c. de appellationibus. & etiã fruſtratoriè. inf. de appel. cùm ſit Romana. † Sed quod de iure cõmuni competit, non debet priuilegio impetrari. C. de theſau. l. 1. ff. ad munici. l. 1. Quidam vt iſta indulgentia ad aliquid valeat, intelligitur per eam conceſſum appellari etiã, vbi Ius inhibet appellare: vt 2. q. 6. §. diffinitiua. niſi fortè propter delictum inhibeatur appellatio, vt ſi in notorio crimine, iacens vellet appellare. infrà, de hære. ſicut ait. Nam ſicut hîc ſpecialiter non indulgeretur, ita nec in generali indultũ intelligitur. ff. de pig. oblatione. C. quæ res pig. oblig. l. 1. inf. de iureiur. veniens. Alij dicunt id ſolùm per hanc indulgentiam conceſſum, quod de iure cõmuni licet. C. de inoffi. teſt. ſi quãdo. Nam plus ſolet timeri, quòd ſpecialiter iniũgitur, quàm quod generaliter impetratur. 23. diſt. quamuis. Vel locum habet hîc indulgentia in perſona, quæ propter ſuum delictum prohibita fuerat appellare, & fortè poſtea reſtituta, hoc priuilegiũ impetrauit, vel in ea perſona quæ à ſuis iudicibus grauari timebat. Hu. etiam non intelligit hanc indulgentiam extendi ad eas, niſi à iure vel à iudice, vel à ſuperiore appellatio prohibeatur, ſiue ſpecialiter, vt ſi dicat: non obſtante appellatione in tali cauſa procedas, ſiue generaliter, vt ſi dicat: non obſtante appellatione in omni cauſa procedas, ſed tantùm quod tunc ſibi liceat appellare, quãdo alijs licebat de iure olim & hodie tantùm grauaretur vel à ſententia.

2 † Et in his caſibus, ſcilicet, vbi de iure licet appellare, etiã non obſtante, quòd remota eſt appellatio, poterit appellare, & ita ceſſant omnia cõtraria omninò. infrà, c. 1. & 2. Nam non debuit fieri mentio in ſecundo de priori, cùm quod cõtinetur in primo, non extendatur ad id, quod continetur in ſecundo. Nam cùm iſtud priuilegium ſit odioſum, non debet extendi ad prohibitionem Principis, qui de eo cogitaſſe non videtur: Non enim præſumendũ eſt, quòd alicui daret priuilegium de ſuo mandato contemnendo.

Sed tamen quidã etiam ſecundũ hanc opinionẽ dicunt, illam indulgentiam extẽdi ad caſus etiam in iure prohibitos, qui eos ſicut & alia iura in ſuo pectore habet, licet aliæ ſolutiones nominatę ſint in glo. hîc ergò.

3 † Vel dic & melius, quòd ſicut ſecundo impetrans non tenebatur facere mentionem de iure cõmuni, quòd liberam concedit appellationẽ: ſic nec de priuilegio, quod ſolùm ius commune continet quale hîc erat, ſcilicet, quòd ſibi liceret liberè appellare. Et hac ratione dicimus, quòd ſi plebanus impetraret priuilegium ſuper decimis ſuæ parochiæ: & poſtea alius ad quem de iure nõ pertinent ſuper eiſdẽ decimis priuilegiũ impetret, ſiue in toto, ſiue in parte, ſecundum priuilegium præualet primo, etiãſi ambo pariter generalia ſunt. Et eſt hoc ea ratione, quia in primo nihil cõcedere intelligitur, ſed tãtùm confirmare: In ſecundo verò intendebat de nouo aliquid conferre: & ideò præiudicat primo, a etiamſi de primo nõ faceret mentionem, cùm intelligebatur ex certa ſcientia in præiudicium plebani conceſſiſſe: nam ſicut de iure communi mentionem facere nõ tenetur: ſic nec de priuilegio quod ſolùm ius commune continet, & ſecundum hoc expone literam.

a *Primo. quando ſecundum priuilegium tollat primũ aliqd per Car. in cõſi. 52. & adde an priui legiũ ſpeciale alicui conceſſum tollatur per legẽ generalẽ? & dic no. per Alexã. in conſil. 10. col. 1. in fi. & col. 6. in fi. per Frã. de Are. in conſi. 14. & per do. Bar. Soci. in conſi. 156. col. 10. verſi. confirmatur.*

4 † Quia ſpecialis) id eſt, reſcriptum, vel priuilegium, vel indulgentia, quod cõtra, vel prẽter ius aliquid cõtinet, derogat generali, id eſt, mãdato, vel reſcripto, vel priuilegio, quod quoniam ius commune continet. Vel dic, quod ſi à principio oppoſuiſſet contra literas, quòd non valerent, qa tacuerat de priuilegio ſuo, quo ſibi cõcedebatur, q, ſibi liceret in qualibet cauſa appellare, & hoc expreſſo non habuiſſet literas cum clauſula ſub app. re. tunc literæ ſuum effectum amiſiſſent, & non proceſſiſſent iudices, ſed ex quo à principio non propoſuit, videtur renunciare beneficio ſuarum literarum, & excep. contra tenorẽ literarum aduerſarij & literis conſentire: vnde vlterius contra eas aliquid dicere nõ poteſt.

5 † Et ſpeciale mandatum) hic ergò derogat ſecũdum primo, licet in eo non fiat mentio de primo contra. inf. c. 1. & 2. Reſpõdeo, dicunt quidam hoc locum habere in priuilegio & indulgentia, ſed contraria, ſcilicet, quòd primum derogat ſe-

cundo, habet locum in reſcriptis, hoc reprobatur. infrà, de offi. delegato, ex parte. Sed reſponde, quòd Papa ex certa ſcientia ſic reſpondit ibi.

Sed his abiectis quòd hîc dicitur ius aſſerimus generale, tã in priuilegijs, q̃ in reſcriptis, vt ſpeciale ſecundũ in caſu ſuo deroget generali primo, licet mẽtio nõ habeatur de ipſo generali. & expreſſum eſt, infr. eo. paſtoralis. niſi tale eſſet primũ generale, quo expreſſo literas nõ habuiſſet. inf. de offi. dele. ex parte. ſecùs autem vbi ſpeciale impetratum eſt, poſt ſpeciale vel generale, vt in ſeq. proxi. c. nec ob. infr. de fil. presby. ex tua. quia ibi nõ derogat primum generale, ſpeciali ſecundo, vel ecõuerſo, ſed quòd generali authoritate factum erat, non retractatur.

Nec obſt. infrà, e. de offi. dele. ex parte. quia ibi primum fuit ſpeciale, quia de prima vacante quæ tantùm vna futura erat, licet incertũ ſit, de qua vel melius ſuppreſ ſit veritatẽ talem, ſcilicet, de tenore præcedẽtium literarum, quàm ſi expreſsiſſet, non obtinuiſſet ſecũdas literas, ſed hîc licet dixiſſet de priori indulgentia, non minùs literas ſecundas, non obſtante appellatione habuiſſet: † quia in iudicijs non eſt habenda acceptio perſonarum. 4. q. 4. c. 2. ſed vbi iura ſibi contraria reperiũtur, ſi vtrunque eſt, idem primo per ſecũdum derogatur, licet de primo nõ faciat mentionem. ff. de leg. l. non eſt nouũ. Quoniã omnia iura in ſcrinijs ſuis habet recondita. 30. q. 1. peruenit. C. de teſta. omnium. C. de inoffic. teſta. ſi quando. de conſtitut. c. 1. lib. 6. Particulari autem iuri, aut alicuius caſtri per aliud non derogatur, niſi de eo mentio fiat. 25. q. 2. præſcriptionem. inf. eo. cùm ordinem. & c. eam te.

Quod intelligo, ſi tale eſt particulare quo expreſſo literas nõ habuiſſet. Vel dic, vt in gl. iſta indulgentia valet. (Derogat) melior ratio, quia priuilegiũ intelligitur tantùm, quando cauſa cõmuni iure tractatur, & non, quando præter Ius appellatio inhibetur. inf. de offi. leg. ſtuduiſti. inf. eo. paſtoralis. ſi. 23. diſt. quanquam. C. de pigno. l. 2. ff. qui pot. in pign. hab. l. 2. & ff. de ſen. & re iud. l. diuus.

CAPVT II.

1 *In reſcriptis intelligenda eſt hæc clauſula, ſi præces veritate nitantur, etiamſi non apponatur.*

2 *Literæ impetratæ nulla facta mentione de prioribus non valent.*

3 *Ad confirmationẽ ſententiæ nõ ſufficit ſuppreſsio priorum literarũ, neq; etiam pactũ ſuum, ſed probationum vel iuris veritas.*

4 *Literæ impetratæ poſt tempus appellationis effluxum non valent.*

EX PARTE. (Moueretur) id eſt, ipſe F. (Ipſe) id eſt. F. (Cognitione) hoc non valuerunt literæ. C. de præci. imper. offer. quoties. infrà, eod. cùm adeò. Tamen non credo hæc verba fuiſſe in litera, quia ſi ibi eſſent, ſtatim Papa mandaſſet ſine vlla inquiſitione ad ſe mitti vel detineri, quaſi ſuſpectum de falſitate, ſed literæ poterunt eſſe tales. Conqueſtus eſt nobis F. quòd Epiſcopus Conuentrenſis, eum ſua Eccleſia ſpoliauit nullo iuris ordine ſeruato: vnde mandamus quòd eum reſtituas. (Intelligenda) 25. q. 2. vniuerſa. contrà † vbi dicitur, quòd non valet reſcriptum, niſi habeat hanc clauſulam, ſed hoc ſecundum Canones, illud ſecundum Leges. & notat. quòd nõ aliter viderentur conditiones intelligendæ in contractibus, & reſcriptis, niſi apponatur, niſi fortè ſint generales conditiones. 31. q. 1. c. vlt. & fin. 1

Habita. Decreta. iſta multiplicem iniquitatem continere videtur. Et primò in eo, quòd innuit, quod † literæ ab F. impetratæ non valeant, ſi mentionem de prioribus non fecerint, cùm illa non eſſet talis veritas ſuppreſſa qua expreſſa, nihilominùs literas in communi forma habuiſſet, cùm ſiue ordinario iure, ſiue ex delegatione cognouiſſent, & etiam qualeſcunq; literæ eſſent, ſemper à diffinitiua ſententia licitum eſt appellare, vt C. de app. eos. §. quoniam etiam. 2

†Vnde & ſi iudices non debeant procedere ſecundum formam in literis ipſius intra appoſitam, debent tamen ſecundum ordinem iuris procedere. infrà, eod. ſuper literis. Sed reſpondeas ideo nõ valent, quia dolo ſuppreſsit priorem commiſsionem, vt in decret. ſuper literis. Vel dicas, quòd ſi dixiſſet formam cõmiſſionis & proceſſum habitum per eandem, ſcilicet, quòd conuictus erat de periurio, & quòd præbendæ renunciaſſet, literas iſtas non obtinuiſſet: vt inf. de hære. ſicut. & de ſen. & re iudi. inter monaſterium.

† Secundò continet iniquitatem in eo, quòd dicit ſententiam confirmari, cùm ad confirmationem ſententiæ non ſufficit ſuppreſsio priorum literarum, 3

nec etiam pactum ſuum: ſed veritas probationum vel iuris. infrà, eodem capit. olim.

Sed tu dicas verum eſſe quod opponitur, & ideò expone literam cõfirmes ſententiam, ſupple ſicut rationabiliter fuerit confirmanda cognitione præmiſſa. infrà, de appell. oblatæ. & habes ſimile. ſup. de conſtitut. cùm M. in fin. Vel potes remouere priorem iniquitatem, quia in iſtis literis non fiebat mentio de appellat. & ſicut non valet ſententia contra res priùs iudicatas. ſuprà 2. q. 6. §. diffinitiua. ita nec literæ impetratæ, niſi faciant mentionem de appellatione, ſi impetrẽtur ab appellante. infrà, eod. ex parte. ſecùs autẽ ſi ab appellato, vt notat. infrà, de appellat. oblatæ.

4 †Vel dic, quod ideò non valebant literæ, quia iam tempus appellationis efluxerat: & idcircò etiam benè ſequitur quòd ſi non eſt habita mentio priorum literarum, ſupple maximè confirmet ſententiam, id eſt, confirmandam denunciet in Authent. & de his qui ingre. ad appel. §. 1. colla. 5. Vel dic, quod ideò dicit, ſi non fuit habita mentio priorum literarum, quod confirmetur ſententia, quia nec per conſequens fecit mentionem, quando appellauit, vel in qua cauſa, & ita rata manet ſentẽtia. C. de temp. app. Authent. ei qui. in ver. appellatore. Si autem mentionem feciſſet, & non tranſiſſet in rem iudicatam, cùm non eſſet negligentia proſequendi appellationem ſuper illa cauſa, quæ commiſſa erat Conuen- ☞ trenſis. (Venire) quia falſè præſumuntur. Inno.

CAPVT III.

1 *In literis ſecũdo impetratis oportet expreſſam fieri mentionem de primis ad hoc, vt per ſecundas derogetur primis.*

2 *Secundæ literæ in quibus caſibus per exceptionem elidi poſſunt.*

3 *Vterque iudex, id eſt, primus & ſecundus iuriſdictionem habet, niſi ea per exceptionem elidatur.*

4 *In ſententijs latis vigore diuerſorum reſcriptorum inſpiciendum eſt quæ literæ alijs prævaleant, & eis ſtandum eſt.*

5 *Vtrique iudices ſi eligere nolint arbitros & procedant ex euentu ſententiæ latæ ſuper reuocatione literarum pendet quorũ proceſſus valeat.*

6 *Reſcriptum legitimum perditur per ſecundum faciens mentionem de primo, & alijs etiam caſibus quos habes hîc.*

AETERVM. (Aduerſarius.) Secùs ſi idem inf. eod. ex tenore. (Priores) inf. de offi. deleg. ſane. 1. contra. Sol. hîc cùm ad ſecundos iudices literæ ſecũdæ impetrẽtur: ibi cùm ad eoſdem iudices ſecundum diuerſas formas.

Nec valet ſol. hîc notata, quòd hîc loquitur, vbi nõ eſt præſumptio mutatæ vo- 1 lũtatis. † oportet enim in ſecundis literis expreſſam fieri mentionẽ, vt per ſecundas primis derogetur. infrà, de offic. deleg. ex literis. vel ibi non conſtat, quæ ſint primę, hîc autem conſtat.

2 †Nec ſecundæ) elidi poſſunt per exceptionem ſecundę literæ, quę de primis nõ faciunt mentionem, vt hîc. ipſo tamen iure valẽt, quod eo ipſo apparet, quòd tenet proceſſus habitus per eas, niſi fuerit exceptum, & quòd poſt annum prævalẽt contra negligentes. inf. e. ſuper literis. Item eliduntur literæ ope exceptionis, ſi impetratæ fuerint ante terminum appellationis præfixum. inf. de app. ſignificaſti. ſæpè contingit. & c. oblatę. Item eliduntur per exceptionem, ſi ab excommunicato fuerint impetratæ. inf. de proba. poſt ceſſionem. inf. de æta. cùm bonæ. tamen hoc ſimpliciter non concedo. Item ſi doloſæ ſint impetratæ per falſi ſuggeſtionem, vel veri ſuppreſsionem. 25. q. 2. reſcripta. ſalua diſtinctione. inf. eo. ſuper literis. Vnde ſi proponit exceptionem coram iudicibus, quos dicit non habere iuriſdictionem & ſuperaddit.

☞ †Et ſi dubitatis, quòd primæ literæ non præiudicent vltimis, eligantur arbitri ſecundũ conſtitutionis tenorẽ, quã habes. inf. e. paſtoralis. credunt qdã q, hoc ſufficiat ad hoc, q, quicquid factũ fuerit, caſsũ ſit & irritum, etiã ſi iudicaretur per iudices, illas literas, contra quas ſic excipitur, alijs prævalere & legitimas eſſe: Et hoc ea ratione, quia cùm ille petierit ſecũdũ debitũ ordinẽ iudiciorum procedi, ſcilicet, ſecũdum tenorem prędictę decre. & ipſe ordo non fuerit omiſſus, non debet valere quod fit. 2. q. 6. §. item ſententia. inf. de off. dele. venerabili. inf. eo. cùm dilectus. Idẽ videtur dicendum, etiã ſi non ſit petitum, q, ſic procedatur: cùm decr. nõ dicat, quòd peti debeat, ſed ſufficit ambigi inter partes & iudices, & hoc ipſum eis certum eſt fortè, quia de earum reuocatione diſputauerunt, & neutra pars alteri conſenſit, ſed in ambiguitate & contradictione remanſerunt, & ex quo ambigitur ſecundũ

tenorem prediçtę decr. procedi debet, nec credunt in his neceſſàriam appellationẽ, quia non tenet ipſo iure quod facit. arg. 2. q. 6. §. diffinitiua.

3 †Sed tamen ſecurius & etiã iuſtius eſt exceptionẽ ꝓponere & appellare, quia ſi iuriſdictio ꝑ exceptionẽ nõ elidatur, vterque iudex iuriſdictionẽ habet, ſed ſi corã primis iudicibus, quorũ iuriſdictionẽ dicit reuocatã ꝑ ſecundas literas, ꝓſequeretur quęſtionẽ iſtã, an eſſet eorũ iuriſdictio reuocata, necne ſi interim pendente lite hac ſuper principali quęſtione ꝓcederent corã ſecundis iudicibus, de partiũ cõſenſu tacito vel expreſſo, videtur quòd ꝑ talẽ ꝓceſſum renunciare videtur & literis & q̃ſtioni, quã de reuocatione ꝓpoſuit. arg. inf. de offi. dele. gratũ. ſed & ſi interim nõ proceſsit in principali, ſed ipſe primus iudex ſententiã ꝑſentibus partibus tulit, ſuã eſſe iuriſdictionẽ, tenebit quicqd vlterius fecerit ille iudex, niſi appellauerit. Nam cùm poſsint cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. inf. c. ſuper literis. ergò tenebit ſentẽtia, niſi appellet, ſi autem nec pars, nec index ſecundus aliquid mandat, vel excipit corã primis iudicibus, ſcilicet, qui cœperunt iuriſdictione vti inter partes: ſi tamẽ & ipſi ſimul ſecundi cum eis eodẽ tẽpore cum illis procedunt, in hoc caſu credunt quidã q; proceſſus priorũ iudicũ tenet etiã ſi poſtea cõſtet literas primas, ꝑ quas proceſſum eſt reuocatas: poſſet ꝑ alias & etiã ſi excõmunicent ſecundos, tanq̃ turbatores ſuæ iuriſdictionis, tenet excõmunicatio. Et hoc ideò, quia primi iudices habuerunt iuriſdictionẽ & eã exercere cœperunt, ſi quis ergò cõtradicit iuriſdictioni eorũ vel facto vel dicto, oſtẽdere debet illud, ſcilicet, cauſam quare cõtradicat, & maximè oſtendere tenetur literas per quas data eſt iuriſdictio. inf. de offi. deleg. cùm in iure. Nec videtur vis facienda in hoc, quòd primas literas impetrauit: ſed in eo, quòd iuriſdictione priores vti cœperint. & hoc ideò, quia occupantis melior eſt conditio. inf. de appel. vt debitus. ſed ſi eſſet caſus ibi, vbi non eſſet potior conditio occupantis: tunc ſufficit ſolùm exercitium iuriſdictionis: cùm ſic appareret partes conſenſiſſe ex quo coram eis litigant, & prioribus de iuriſdictione renunciaſſe tacitè. inf. de re iudic. inter monaſterium.

4 †Alij dicunt, quòd nec primi iudices, nec ſecundi poſſunt aliquã iuriſdictionẽ in alios iudices exercere, quia cũ ex literis non detur eis aliqua iuriſdictio in eos, ſcilicet, iudices, nec in hoc caſu ius det ei iuriſdictionẽ inter eos, ſed ꝑcipiat arbitros eligi. inf. eo. cùm contingat. Patet q̃d ſi primi iudices alios excõmunicant, non tenet excõmunicatio, ſi aũt iudices primi vel ſecũdi inter partes ferãt ſententiã, vel excõmunicationis, vel interdicti, vel aliam, cùm nõ contenderint de iuriſdictione, ſed tantùm literas oſtenderint ꝑ quas iuriſdictio dicitur reuocata, nihilominùs tamẽ iudices amborũ reſcriptorũ ad contrarias ſententias ꝓceſſerint, tũc inſpiciẽdum eſt, quæ literæ alijs ꝓualeant, & iudicabitur proceſſum illorũ tenere. quorum literæ alijs ꝓualerent & aliorũ proceſſus irritabitur, & ſic intelligitur decre. inf. de offic. dele. ex literis. Si autem literas non oſtẽderet reuocatorias, teneret quicquid facerẽt primi iudices. inf. de reſti. ſpol. audita. inf. de offi. dele. cùm in iure. ſed ſi facta prima oſtenſione, dicerẽt primi iudices: nos volumus cognoſcere, an reuocetur iuriſdictio noſtra, non valet illud: quia cognitio non ſibi ſed arbitris demãdatur. inf. eo. paſtoralis.

5 †Sed & tunc ſi noluerint eligere arbitros, ſi alterutri iudices procedant ex euẽtu ſententiæ, quæ fertur ſuper reuocatione literarũ pendet quorum proceſſus valeat. inf. de offi. deleg. ex literis. ſiue ſit ꝓceſſum ad ſententiã excommunicationis propter contumaciam, ſiue ſuper principali procedatur. primi autẽ prædictã decr. ex literis ſoluunt, vt ibi dicit gloſ. (Nec ſecundæ) †hodie autem attenditur tempus impetrationis literarum, ſed præſentationis. inf. de appel. vt debitus.

6 Priorũ eſt). †Nota perdi primũ reſcriptũ legitimũ ꝑ ſecundũ, quod facit mẽtionẽ de eo vt hîc. item per negligentiã impetrantis poſt annũ. inf. e. ſi autẽ. & c. plerunq;. & per ſolicitudinẽ præueniẽtis. inf. de appel. vt debitus. propter fraudẽ, ſi ſecundas impetrat & vtitur. inf. eo. ex tenore. per mortem delegãtis vel delegati. inf. de offi. deleg. gratum. & c. relatum. & per ſuperuenientẽ cauſam, quæ id à principio inualidã faceret. inf. de offi. dele. inſinuãte. Perditur etiã quandoq; per excommunicationem ad tempus, ſed recuperatur per abſolutionem. inf. de offi. dele. prudẽtiam. §. 6. item per mortem impetrantis, vel eius contra quem impetratur. ff. quæ ſent. ſine app. l. pen. (in expenſis) factis in allegando ius ſuum. ff. de iu. ſi quis ex. ff. ſi quis in ius voc. ex quacunque.

CAPVT

CAPVT IIII.

INTER CAETERAS. (Eandem) poſſeſſorem ſtudeas ſpoliari. In ſimilibus. C. de legi. leges. ff. de legi. non poſſunt. infrà, de tranſlat. inter.

CAPVT V.

SI QVANDO ALIQVA.

CAPVT VI.

1 *Ciſtercienſes non poſſunt trahi ad iudicium per literas, niſi de ipſorum ordine fecerint mentionem.*
2 *Nunquid per ſpecialem commiſſionem priuilegio generali derogetur.*
3 *In quo differant literæ de gratia, & literæ de iuſtitia.*
4 *Literæ valent etiam non facta mentione de priuilegijs alicuius.*
5 *Monachi citati debent venire priuilegium ſuum allegaturi.*

1 VM ORDINEM. (Specialiter) † nam ſi ſuper poſitionibus alijs vel debitis impetrentur literæ contra Ciſterciēſes, benè valent, quia ad hoc non extenditur priuilegium, ſed poſtea largius priuilegium impetratum, quod per nullas literas poſſunt trahi in cauſa, quę de eorum ordine non facerent mentionem. (Indulſit) inf. de deci. ex parte, ſcilicet, decimam laborum ſuorum nō ſoluendam. Minimè teneamini.) † Mirum videtur, quòd priuilegium generale ad omnes eiuſdē ordinis per ſpecialem cōmiſſionē non derogatur. ar. contra. ſup. eo. ſicut Romana. ff. de neg. geſt. in totū. & inf. e. paſtoralis. §. 1. Reſp. nō valere ſpecialem commiſsionem propter ſuppreſsionem veritatis, quam ſi expreſsiſſent literas etiam in forma communi non obtinuiſſent. inf. eod. ſuper literis.

Hoc non videtur eſſe verum, quia etiā & ſi de priuilegijs Ciſtercienſ. mentionē facerent in communi: tamen in forma literas habuiſſent: vt not. inf. e. ſuper literis. Sed contra ſup. de conſti. cū acceſsiſſent. inf. eo. conſtitutus. vbi habes, quòd ſi literæ non faciunt mentionē de ſtatuto quòd poſſunt elidi per exceptionem, ergò eadē ratione ſi non faciunt mentionem de priuilegijs Ciſtercienſ. poſſunt elidi literæ impetratæ cōtra eos, etiam ſi nullam haberent indulgentiam, quòd non valerent literæ, quia non faciunt de eorum ordine mentionem.

3 † Sed dic quòd literæ de gratia benè eliduntur per exceptionem, ſi non faciunt mentionem de priuilegijs, quia eas non obtinuiſſent ſi de priuilegio cui derogant mentionē feciſſent, ſed in literis de iuſtitia quę habēt formam communem, nō eſt neceſſe fieri mētionem de priuilegijs, ſicut non eſt neceſſe fieri mentionē de alijs peremptorijs exceptionibus, vt pacti de non petendo, & huiuſmodi.

4 † Et ideò dicunt quidā vt ſupra naturale, quòd hoc, quod hīc dicitur, nō eſt propter ſuppreſsionem veritatis, quia etiā nō facta mentione de priuilegijs alicuius valent literæ, ſed propter beneficiū huius indulgentiæ in qua eis indulgetur, quòd nō conueniatur per literas, quæ non faciunt mentionem de ordine eorū, quia aliàs & ſi de ordine, & de priuilegio facerent mētionem, tamen literas de iuſtitia haberent cùm poſſent priuilegio tacitè vel expreſsè renūciare. inf. de deci. ex multiplici. inf. de priuil. accedētibus. (Minimè teneamini) † cùm allegatis priuilegiū veſtrū. ff. de iur. om. iud. ſi quis. inf. de app. ſi duobus.

CAPVT VII.

1 *Collatio præbendarum quando pertinet ad Epiſcopum non debet ſcribi capitulo, ſed epiſcopo vt aliquem recipiat.*
2 *Per literas directas capitulo non tenetur Epiſcopus quempiam recipere de neceſſitate, de honeſtate tamen ipſum recipere debet.*
3 *Mandatū capitulo & tanquam capitulo factum: epiſcopum ligare non intelligitur.*
4 *Vacante ſede ea quæ ſunt iuriſdictionis deuoluuntur ad capitulum.*
5 *Capituli poteſtas ceſſat vbi primùm nouus epiſcopus factus eſt.*
6 *Delegatio non debet excedere fines mandati.*
7 *Mandatum factum vices gerenti, ſiue vniuerſaliter, ſiue ſingulariter in vna re tātùm dominus adimplere debet.*
8 *Quando certum eſt Epiſcopum eſſe in loco nō magis cogitur implere mandatum per literas directas capitulo quàm ſi dirigerentur cuique extraneo.*
9 *Si capitulo mandaretur quòd illum cui Papa contulerat præbēdam reciperet in canonicum quilibet tenetur recipere etiam ſi capitulum contradicat.*

1 TAM TE. & infrà, (Donatio) Nota, quòd vbi collatio præbendarum pertinet ad Epiſcopum, non debet ſcribi capitulo, quòd aliquem recipiant, ſed Epiſcopo, niſi ſuper hoc eſſet conſuetudo, & ſi aliter ſcribatur, non valerent literæ, quia ab eo petitur præben-

da,qui non habet ius dandi eam, nisi Papa ipse contulisset præbendam, quia tunc benè mãdaretur capitulo, quod ipsum reciperẽt,qa receptio in hoc vltimo casu tãtùm in facto consistit. Ius enim plenè assecutus est per collationem Papæ,sed in primo casu non tantùm consistit in facto,sed & ius confertur in canonicatu. Alij dicũt quod tenet tale mandatum factum capitulo, mortuo Episcopo, vt not. in glo. non videtur.

2 Negatio) non debes intelligere † quòd Episcopus per literas directas capitulo teneretur de necessitate iuris cõferre alicui præbendam, licet de honestate teneatur, sed redarguit Episcopum de mendacio, scilicet, quia dicebat se nullum mandatum recepisse, cùm constet eum & singulos canonicos aliud mandatum recepisse, cùm capitulum recepisset mandatum, licet eo fortè non ligaretur, vel dic vt in glo. quæ incipit, vt videtur. Vel dicq; hæc decre. ad hoc de gratia loquitur, & quod dicit de data literarum, ad hoc dicit, vt notet causas motiuas non necessarias, quare debeat cogere Episcopum ad conferendam præbendam Iudæo.

3 † De capitulo) non videtur quòd iste Episcopus eum recipere debuerit, cùm mandatum capitulo & tanquam capitulo factum eũ singulariter ligare non intelligatur. arg. 12. q. 2. §. qui manumittitur. ff. de rerum diui. in tantum. §. vniuersitatis. & §. seq.

Ad hoc autem vt benè intelligas decre. debes scire, quòd collatio prædictæ pbendæ pertinebat ad Episcopum: vacante autem sede Episcopali collatio præbendæ non deuoluatur ad capitulum. inf. ne sed. vac. illa. secùs autem Episcopo negligente. inf. de consec. præben. nulla. † Tamen ea quæ sunt iurisdictionis deuoluũtur ad capitulum, & generaliter tunc negotia ecclesiæ expedire debet: vt inf. de hære. ad abolendam. inf. de elect. cùm in cunctis. inf. de consec. præben. & eccle. non vacã. nulla. & c. quia diuersitatẽ. dominus Papa tanquã eis qui gerunt vices Episcopi scripsit pro hoc Iudæo recipiendo, & benè: qa null' alius est cui sede vacãte possit scribi p̃ receptione alicuius, nisi capitulo, & dicit: si omnes canonici qui præsentes erant tempore datæ literarum, mortui essent, successores eorum tenerentur recipere eum. Sic eodem modo Episcopus, qui in hoc ius succedit, vel potius mãdato. Nam licet capitulum vacante sede succedat Episcopo in iure conferendi præbẽdas, quia tamen capitulum ratione coniunctionis, quæ est inter eos & cõiunctionis etiã ratione iuris, quod conferre mandatur, scz, iure præbendæ, in qua Episcopus habet collationem & capitulum receptionem ad eam. Episcopus succedit capitulo in adimpletione ipsius mãdati sibi cõiuncti.

5 † Et quia quasi inuicem Episcopus & capitulum videntur facere, quia licet authoritate Papæ faciant, tamẽ vice Episcopi facere videntur, quod ex eo apparet, q; si post tales literas impetratas fiat nouus Episcopus, & tunc cessat potestas capituli, & redit ad Episcopum, vt hîc habes expresse, & hæc etiam credunt aliqui & non malè, etiam si non capitulo, sed cuicunq; extraneo mandasset Papa, quod aliquem institueret in ecclesia sua vacante collatione præbendarum: Nam si antequam cõferat ordinet ecclesia de aliquo, qui possit conferre præbendas ad eum redibit potestas. ar. hîc quòd debet subintelligi, si res in eodem statu perseueret vsq; ad collationem. ff. si ex noxa. cau. l. 1. & tamen nõ credimus, quòd si aliquis executor datus esset contra istud capitulum, quod redeunte potestate ad Episcopũ quòd posset procedere contra Episcopum, & huius rei infrà plenius assignatur.

☞ † Ordinato ergò Episcopo redit eum potestas conferendi, directis igitur literis ad capitulum tanquam ad vicarium, & facto ibi postmodum Episcopo, eisdem literis tenetur Episcopus facere quod mandabatur capitulo per Papam, quòd etiã iure cõmuni in hac collatione, vel potius succedat mandato, vt Episcopus. inf. de concess. præben. quia in Authen. vt nulli iudi. §. & hoc quoq; iubemus. & §. seq. arg. ff. de condi. inde. filiæ. ff. de annu. lega. annua. §. à Titio. inf. de vsur. tua. Sed contra. inf. de alie. iud. mut. cau. fac. c. 1. vbi innuitur, quòd licet possessio mutata sit ab eo, contra quem impetratæ sunt literæ, in alium non conuenietur alius, nisi malitia eius interuenerit. Cùm ergò hîc non fuit malitia Episcopi per literas contra capitulũ impetratas, non poterit conueniri. Præterea rescripta distinguuntur, vt non extendantur ad multas personas. inf. eo. fedes. præterea ratio cui innititur Papa, non videtur sonare. s. quia tempore datæ erat Archi. secundum hoc idem esset, & si non esset Archidi.

Quod fateor, dico enim quòd quilibet extraneus factus Episcopus, tale mandatũ implere

implere tenebatur. Respondeo. ad decr. de alie.iudi.mut.cau.fac. c. 1. q, licet successor teneatur adimplere: non tamen delegatus contra hoc capitulum, vel contra quemlibet aliũ vices gerentem datus, vbi lis contestata esset contra successorẽ procedet: nec hoc dicitur. Ratio est diuersi-
6 tatis: † quia delegatio non debet excedere fines mandati. inf. de offic. deleg. cũ olim. & ff. manda. diligenter. Item strictè interpretandũ est rescriptũ. inf. c. sedes. ac subditis quandocunq; potest obedire debet, nec debet distringi obediẽtia, vt hîc, 8. q. 1. sciendum. 11. q. 3. si dominus. qui resistit. c. quid ergò. quamuis.

Quidam etiam dicunt, quòd etiam authoritate literarũ contra prædictos impetratarum proceditur, contra vniuersalem successorem, qualis hic episcopus erat, ad quẽ deuenerant omnia iura episcopatus, quæ prius erant apud capitulũ. arg. inf. de iud. quia in Auth. de iureiur. à mo. præsti. §. 1. col. 5. C. de hæred. instit. l. vl. Decr. aũt præalle. non obstat cùm ibi ille in quẽ trãslata est possessio, non erat generalis successor, sed in re ille tantùm vel speciale est in vicario, qui idẽ intelligitur cum domi- ☞
no, nec extendũtur in extraneos, si hæres, vel successor & dominus, qui eadẽ persona censetur cum prædecessore & vicario cõuenitur in Auth. de iureiur. à mo. præsti.

Nos tamen hoc non fatemur, cũ diximus, quòd executor datus, vt literæ impetratæ contra vices agentem valent cõtra dominũ, nisi lis contestata esset, sed benè fatemur, quòd valerent cõtra successorẽ: vt not. inf. de offi. dele. quoniã abbas. Non enim per omnia, sic vna persona censetur vices agens cum domino, sicut succes-
7 sor cum prædecessore † sed mandatũ factũ vices gerẽti, siue vniuersaliter, siue singulariter in vna re tãtùm dominus adimplere debet, fingitur enim successor in adimplendo mandato vices agenti facto, sicut hîc habes. & in Auth. præalle. Auth. de iureiu. à mo. præsti. sed nõ fingitur vicarius in sustinẽdo iurisdictionẽ vel executionẽ contra eũ datã, q, non inuenitur in iure: & sufficit etiã ad hoc ratio præassignata, nec innititur Papa illi rationi, quia tũc esset de capitulo ea ratione, quòd propter hoc teneatur dare, sed quia hæc erat causa, ąd non debebat scribi episcopo cùm nõ esset, & quia nullus alius erat ibi cui Papa scribere deberet vacante sede, nisi capitulo. & hoc est quod sequitur.

8 † Nec esses &c.) nã si certũ esset episcopum ibi esse, nõ magis cogeretur implere mandatum per literas directas capitulo, quàm si dirigerentur cuique extraneo.

Sed oppones aut Papa contulerat ius in hac præbenda Iudęo aut non: & si cõtulerat ius malè facit Papa q, redarguit episcopum: quia episcopus ad quem pertinet sola collatio benè facit, si de nouo non conferat, quia sola collatio Papæ sufficit: imò iniuria fieret priori collationi Papæ p̃ secundam, sed capitulũ erat redarguendũ, quia non recipiebat eum sine alio mandato episcopi. Si autem Papa non contulisset ei ius in beneficio, tunc eodem modo videtur iniusta redargutio episcopi, cũ literæ non valerent quibus mandabatur recipi in canonicum ille qui non erat canonicus, & per eos canonicus fieri nõ poterat, cùm ad eos non pertineret collatio præbendarum. Respondeo. quòd per literas istas nullum ius quæsitũ est Iudæo in beneficio, sed ipsi canonici authoritate literarum ipsarum poterunt ei conferre ius, quia ipsum recipiẽdo faciunt & consentiunt in ipsum tanquàm in canonicum.

† Et generaliter dicimus, quoties Papa sic scribit, vel capitulo ad quod pertinet electio, vel si non pertinet ad eos electio, vel Episcopo, qui habet potestatem conferendi præbendas, quòd intentio Papæ videtur esse, quòd non tantùm quæ facti sunt faciant, scilicet, recipiendi, seu etiam ius conferant, & sic de facto videmus Papam facere quotidiè, & tamen credimus, quòd si Papa scriberet penitus extraneo, quòd reciperet aliquem in fratrẽ alicuius Ecclesiæ, in qua ius recipiendi non haberet; quòd literæ nullo modo valerent, nisi expresè sciretur, quòd Papa sicut extraneo scriberet ex certa scientia.

† Sed dices, quare ergò etiam post creationem Episcopi, non eis conferant ius, cùm hanc potestatem Papa eis concesserit. Respon. quia non intelligitur purè cõcessisse, sed sub conditione, scilicet, ecclesiam eodem statu durante. arg. ff. si ex noxa. cau. l. 1. ratione enim naturalis coniunctionis quæ est inter electionem & receptionem, videtur ea sic coniunctim canonicis commisisse, licet conferentes in collationibus eorum sint diuisi.

Alij dicunt quòd si mandatum capitulo directum tale est, quòd quilibet de capitulo, vel aliqs singularis implere potest, ille implebit etiam si capitulũ contradicat. de hoc no. inf. de post. p̃la. bonę. quale

eſt iſtud, hoc non placet, niſi dirigatur mandatum tanquam ſingularibus, quale eſt mandatum de recipiendo inueſtitu. à Papa.

9 †Etſi malè mandaretur capitulo, quòd illum cui Papa contulerat prębendam reciperet in canonicum: quilibet tuetur recipere etiam ſi capitulum contradicat, ſecùs ſi mandaret capitulo quod eligeret: quia tunc quilibet ſigillatim non eligeret cùm ex tali electione ius non quæratur, nec deberet ſic fieri. inf. de elect. quia propter. 63. diſt. c. 1. & 2. & quia tũc potius officium mouentis quàm facientis accepit. arg. ff. quando app. l. 1. §. ſolent. Itẽ electio pertinet ad ius, receptio ad factum. Si autem Epiſcopo ſcriberetur, & moreretur ante præſentationem literarum capitulũ per illas literas non deberet illum recipere. Innoc.

CAPVT VIII.

1 *Prima eccleſia vacare intelligitur per translationem, ad aliam.*

2 *Literæ non valent, in quibus Imperator ſupprimit nomen dignitatis ſuæ.*

AD AVRES. (Minoribus.) Maximè beneficijs obtinendis. inf. eo. cùm adeò. vel intelligitur, q̃ loquitur †quando aliquis habet vnã eccleſiam in qua reſidet, & impetrat reſcriptũ ſuper obtinendis reditibus prioris eccleſiæ, ad quam tranſiuit, quòd non valet cũ ſtatim ſua translatione vacare intelligatur prima eccleſia. 21. q. 2. ſi quis. inf. de præbẽ. de multa. Secùs fortè dicet aliquis ſi tranſierit ad beneficium vel præbendã, tunc valet reſcriptum ſuper reditibus priorum beneficiorum obtinendis quouſq; ſententialiter eccleſia priuetur. arg. inf. de præben. cùm non ignores. & de cõceſ. præben. & eccleſ. non vacan. literas. 8. q. vlti. nonne. (Pauperes clericos) id eſt, pauperes eccleſias, in quibus ſunt pauperes clerici.

a *Exceptio. q̃ poſſit opponi iſta excep. ſurreptionis plenè p Abb. & Mod. in c. cũ dilectus. & in c. ſuper literis. inf. e. & c. ad audientiam. el. 2.*

b *Iuriſdictio. intellige hoc verũ in literis ad lites, qa tales literæ dãt inriſdictionẽ, & tñ p̃ceſſus ſecundũ Hen. Bohic. in c. ad audientiã. el. 2. & 12. diſtin. inf. eod. & ita dixit tenere Bart. Io. And. hîc. & Inno. in c. cum dilecta.*

a †Vires) & debet hæc exceptio a in principio proponi contra literas ad declinandum iudicium. arg. inf. eo. ſi proponente. ſi enim in principio non proponatur, & tanquam elidens literas, poſtea proponi non poteſt, cùm non ſit iuſta exceptio cõtra petentem beneficium, quod habeat aliud beneficium, cùm plura beneficia quis non poſsit habere, vt inf. de præben. cùm iamdudum.

Alij tamẽ dicunt & benè, quòd ſemper poteſt opponere, de hoc not. inf. de eo. ſuper literis. verſus. finem. inf. de lit. conteſt. exceptionis perempto. Quidam tamen dicunt quòd etiam poſt ſententiam latam per huiuſmodi literas reuocabitur quicquid factum erit. arg. inf. eo. conſtitutus. & c. ad audientiam. arg. pro eis, quod literæ ſunt ſurreptitiæ, quod ex eo apparet, quia non procedunt de ſua intentione, vt hîc. & inf. eo. poſtulaſti. c. ſi proponente. & inf. eod. cum dilecta. dicunt enim eodẽ modo procedendum, quando ſententia lata eſt per literas obreptitias, ſicut ſi eſſet lata per literas falſas, vt not. inf. de proba. licet. Alijs videtur & fortè melius, quòd p literas obreptitias, vbi ſcienter dicitur falſum, vel verum tacetur, benè detur iuriſdictio b. inf. eod. ſuper literis. Et ideò ſi per iudicem harum literarum detur ſententia, quòd aliquis eſt recipiendus, ſi non appelletur, debent eum recipere, ita quòd vlterius non audiantur, quia hæc ſententia non eſt contra ius ſcriptum, ſed tantùm contra ius litigatoris. 2. q. 6. §. diffinitiua, & idem videtur, ſi non ferat prædicto modo ſententiam, ſed tamen cum cauſæ cognitione mandent, nec appellentur. infrà, de re iud. quod ad conſultationem, fatemur tamen, quod hoc eſt contra intẽtionem Papæ, & quod tenet cum peccato hoc beneficium, ideò poteſt contra eum agi denunciando. inf. de iureiur. quemadmodum. in fi. Idem ſi ſcientes factum, ſcilicet, eum habere aliud beneficiũ, & ideò non teneri, vel etiam ſi credebant ſe teneri errantes in iure, quia non iam authoritate reſcripti, ſed propria voluntate recipere videntur: non poſſunt decętero cõtradicere. C. ad leg. falci. error. ff. de regu. iur. cuius per. ff. de condi. inde. l. 1. & l. ſi id quod. & l. ſine. §. videbitur. & §. qui filius. in fi. Si autem ignorabant factũ, ſcilicet, eum habere aliud beneficiũ, & ſi receperunt eũ ſine iudicis mãdato. Vel ſi neſciebãt ſibi exceptionem perpetuã cõpetere, q̃ cõpetebat, tunc benè poterunt cõtrauenire. inf. eo. conſtitutus. inf. eo. ad audiẽtiã. nec eſt cõtra. inf. eo. cum dilecta. †Vbi dicitur q̃ caſſandum eſt quicquid fit per literas obreptitias, quia ibi dicit furtiuas quales non ſunt iſtę, licet per fraudem ſint impetratæ.

Nec obſtat etiam. ff. de fal. qui nomine. nec alia quæ nota. inf. de proba. licet. quia hîc non eſt iudicatum per falſa inſtrumenta, ſicut ibi: ſi tamen iſti qui poſſunt elidere literas, vel prouiſionẽ p exceptionẽ eligũt aliũ poſt electionem, vel p-

uiſionem

uiſionem factam ab illis qui poteſtatem habebant prouidendi, licet inefficacem propter exceptionē non valet, quia facta eſt poſt primam qualemcunq; non caſſatam.inf.de elect.conſiderauimus.infr.de exceſ.præla.inter dilectos. Alij tamen aliter dicunt,quia hîc non eſt iudicatum per falſum inſtrumentum ſicut ibi.

CAPVT IX.

SI AVTEM ALIQVIS. (Negligentia) quæ præſumitur anno elapſo. infrà, eod. plurimùm ex parte. (Excuſari).infrà,de appel. vel debitus delegatis,vel alia iuſta cauſa. (Conueniri) quòd dicit hæc decret. locum habet in iudicijs nondum cœptis. In cœptis enim ſi literæ Apoſtolicæ impetrantur, locum habet quòd dicitur. infr. de appel. oblatæ. & alijs conſtitutionibus.inf.de appel.promulgatis.

CAPVT X.

AD HAEC SVMVS. & infrà,(Morbo) vnde ordinarij iuriſdictio eneruatur, quod eſſe non debet.infr. de offic.legat.c.2.& de maio. & obed.per tuas. 11. q. 1. peruenit. & 9. q. 3. nunc verò. & eſt argument. contra nimiam generalitatem.infrà,de appellat. c. 2. ſignificatis.de do.ex literis. infrà, eod. ſedes.ff.de iur. fiſ.l. ita fidei. ff. de edend.l. 1.§.edend.ff.de interrog. act. de ætate.§. vbi. & credo, quòd ſi hodie tales literas concederet,quòd valerent,niſi reuocaretur, vt iſte cùm habeat [a] plenitudinem poteſtatis.

CAPVT XI.

AD AVDIENTIAM(Cōſtructione).inf.de prob. cùm cauſam contra.ff. de ſta. ho. imperato.ff.de ma.teſtat.qui habet.C.de leg.tu.legatis.

CAPVT XII.

1 *Non eſt condemnandus in expenſis is qui appellationem quæ eſſe deſijt non proſequitur.*

2 *Non ſolùm innouatum per iudicem imò per partem in præiudicium alterius, eſt in ſtatum priſtinum reducendum.*

3 *Fauorabilius eſt partes rei ſuſtinere quàm actoris.*

4 *Nudus inuitus expoliatus ante reſtitutionem de facto non cogitur reſpondere accuſatori, nec alij in criminali cauſa.*

5 *Appellatus poteſt appellationem proſequi, dummodò non feſtinet.*

6 *Appellator extra iudicium ſi impetrat literas ſuper negotio in quo appellauit non valent literæ niſi ſuper appellatione.*

7 *Appellatus nec literas impetrare poteſt ſuper proſecutione appellationis nec ad aliumiudicem ire niſi ad quem appellatum eſt.*

EX PARTE S. Petebat O. in capella ſe ius habere, & cùm S.nomine matricis eccleſiæ, cuius erat rector ibi prout conſueuerat capellanum,poſuiſſet dictus O. propter hoc appellauit,& eiecto capellano qui ipſam capellam nomine eccleſię poſsidebat,ipſam capellam poſſedit,& ſic ſpoliauit eccleſiā, cuius nomine tenebatur,cùm S. appellationi deferens dicto O. detinente capellā, & ipſam proſequi non curante proſecutus fuiſſet. & in fine anni, prout ei licuit. inf.de appel.oblatæ.Literas impetrauit p quas mādabatur iudicibus vt vocatis, &c. quòd canonicum fortè decernerent ſuper eo,quòd dictus O.eccleſiā ipſam prędicto S.poſt appellationem interpoſitā ſpoliauerat:tandē dictus O.à iudicibus ipſis tertiò citatus, cōparuit & excepit, quod ſup eodē negotio prius literas impetrauerat, de qbus in literis ad ipſos impetratis nulla mentio habebatur per quas appellationem etiam proſequi intendebat. Sed replicatum eſt per S. quòd biennium à tempore appellationis tranſierat,propter quod appellationem vlterius proſequi non poterat, nec per literas ſuas poterat de appellatione cognoſci,cùm de ipſa non facerent mentionē,nec impetratis ab eo præiudicare poterant:quia circa ipſam ſententiā,vt dictum eſt impetrauit eaſdē. Vnde cùm literę dicti O.dicerentur prius impetratæ fuiſſe,& à tempore appellationis bienniū eſſe trāſactū relinquitur quod erat annus & amplius quòd idem O. literas impetrauerat,quæ annali præſcriptione tolluntur,vt non præiudicent poſtmodum impetratis,vt ſup.eo.ſi autē. propter quod Papa præmiſsis narratis mādat alijs iudicibus, vt quòd poſt appellationem innouatum eſt reuocetur, & ipſi eccleſiæ reſtituatur capella, & appellato ſatisfiat de expenſis, quas proſequendo appellationem fecerat, quia appellans eam fuerat proſecutus, ſed eſt per ſpoliationem appel-

[a] *Cùm habeat. Adde tamē p Papanō præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, vt p eundē Inno. in c. innotuit. de ele. & Alexan. de Imol. in cōſi. 2. col. 3 ver. nec obſt. in 1. vol. niſi ex cauſa. vt ibi. et quando cēſeatur velle in plenitudine poteſtatis. vide late p Pau. de Caſ. in cōſi. 414. ſecundū nouiſſ. impre. inci. in facto p̄ſenti nō intēdo aduiuri. & vide Alex. de Imo. in l. quanquā. C. de teſt. mi. & in l. qdam cōſulebat. ff. de re iudi. & his etiā adde not. in d. cap. innotuit. p̄dictis etiā adde Alex. in cōſi. 219 co. 6. ver. ſextò cōfirmatur. et in co. 8. ver. non obſt.*

appellationi renunciatum. infrà, de app. an ſit. ſic pro nõ appellante habetur. † cur dicit eum condemnandum in expenſis, cùm non quæ eſſe deſierat, appellationem proſequi teneretur: nec valet, ſi dicas hîc eſſe quod non poteſt excipere pro eo, quòd ſuam turpitudinem allegaret, cũ ipſe appellatus iſtud aſſeratin literis, quas vt ſequitur hîc impetrauerit. Dic ergò ipſam renũciationẽ appellationis tali facto habitam in ſpoliantis odium valere: & non in eius fauorem: imò & ſi verbo renunciaret, non valet, niſi hoc in re integra feciſſet, quando appellatus detulit appellationi. † quia non licet mutare conſiliũ in alterius præiudiciũ. ff. de re iudi. nemo.

Quæritur inſuper cur non intentat interdictum vnde vi, ſicut implorat officium iudicis, vt in ſtatum priſtinum, quod factum eſt poſt appellationem reducat? Dic, quòd per interdictum probationibus magis grauaretur: quia violentiam oporteret eum probare, ſed hîc ſufficit probare, quod ante appellationem poſſidebat,
2 quàm iſte modò detinet: † Nam non ſolùm innouatum per iudicẽ, imò per partem in præiudicium alterius eſt in ſtatum priſtinum reducendum, ita quòd ad reſtitutionem fructuum perſonarum teneatur. infrà, de appel. bonæ. in fin. Præterea, cùm extra iudicium fuerit appellatum, & non ex veriſimilibus cauſis non tenet appellatio, vt in d.c. bonæ. & ſic non eſt reuocandum, quod poſt appellationem fuerit attentatum.

Dic, quòd hoc eſſet verum, quando ab appellato eſſet attentatum, ſed hîc eſt innouatum ab appellante qui ſuam appellationem nõ poterat impugnare: Vel dic, quòd delatio appellationis deuoluitur ad Papam.

3 † Cur nõ impetrat ſuper toto negotio? Dic ſufficere ſibi, quòd reducatur in priſtinũ ſtatũ & non agere, ſed partes rei ſuſtinere, ꝙa fauorabiliores ſunt rei &c. vel cùm facta reductiõe poſſideat, nec poteſt agere cũ poſſidenti, nec ſit actio prodita. Alij ponunt caſum dicendo in iudicio appellatũ, quia cùm O. fuiſſet coràm epiſcopo conuentus, & intentaret contra eũ interdictũ vti poſſidetis, ipſe O. appellauit. (Inno.) iſte O. in cauſam traxit capitulũ, vel S. perſonã coràm ordi. in qua cauſa O. appellauit. & poſt appellationẽ ab eccleſia capitulũ amouit, per ꝙ ſuæ appellationi renunciaſſe videtur. inf. de app. an ſit conſtitutus.

Quidam intelligunt hanc decr. loqui quando iſte O. appellauerat extra iudicium ab aliquo grauamine, quod ſibi intulerat S. vel inferri timebat, & appellatus conſenſerat appellationi, ideò reuocauit quicquid factũ eſt poſt appellationẽ eius. Literæ aũt impetratæ ab S. nõ reuocantur, quia ſpoliatio facta ab O. obeſt. vt vlterius non poſsit impetrare literas ſuper appellatione contra voluntatem S. infrà, de app. c. an ſit. Sed S. non prohibetur impetrare, cùm ſuper appellatione & ſuper alijs contra voluntatem O. (Detinet nũc) ſed non nomine eccleſiæ de Tarcto, aliquin non fieret reſtitutio, cùm expoliata non eſſet.

† Capellanum) duplex auxiliũ competit S. in hac ſpoliatione facta ab O. Primum, ꝙ non obſtante appellatione eius iudex à quo appellauit poterit procedere. inf. de appel. an ſit. Secundũ auxiliũ eſt,
4 quòd † nudus inuitus expoliatus ante reſtitutionem de facto non cogitur reſpondere accuſatori, nec alij in criminali cauſa. 2. q. 2. c. 1. & per totum. 3. q. 2. c. 1. & 3. per totum. Imò ꝗd plus eſt, nec libellus dandus, nec deliberandum eſt, an ſit recipienda eius accuſatio: imò ſaluæ ſunt eius exceptiones tã peremptoriè quàm declinatoriè iudicij. 2. q. 7. ſymmachus.

Et hoc intelligo, ſi fit à propria ſede eiectus, vel maiori parte fortunarum ſuarum ſpoliatus. 2. q. 2. in ſcripturis. ſi enim aliqua re ſpoliatus eſſet, benè poſſet accuſari, & quantumcunque ſit eiectus vel ſpoliatus ciuiliter, & de rebus quas poſsidet nõ poteſt conueniri, niſi ab expoliatore. infr. de ordi. cogn. cùm dilectus. 2. q. 2. c. 1. Si autem proprijs rebus ſuis ſpoliatus eſſet, credo quòd poſſet accuſari ab alio, quàm à ſpoliatore.

Arg. tamen contra. 3. q. 3. §. penul. ſed illud intelligitur quòd non poſſet accuſari
4 à ſpoliatore *a*, vel potes dicere, quòd nec etiam ab alio ſi nõ habet eccleſiaſtica, ſed ſua tantùm: quãuis melius videtur, quòd nunquam obſtet exceptio ſpoliatorũ rerum ſuarum, cùm nõ accuſatur, nec principaliter, nec acceſſoriè, vt rebus ſuis abijciatur, ſed à rebus eccleſiæ & ab epiſcopatu deponatur. Item proſequens ſuam vel ſuorum iniuriam admittitur. 4. q. 6. omnibus. niſi ipſe ſpoliaſſet. Ad hoc benè facit. ſup. de reſtit. ſpol. frequens (Miniſtrantem) olim. (Amouit) & malè. in frà, de mutat. peti. prudentiam. (Proſecutus) literas impetrando ad iudicem,

vt

a Spoliatore. Intellige etiã nec ab eius amico, nec cõſanguineo. ita Abbas in c. istẽ cùm quis. inf. de reſtit. ſpol. & videtur text. c. accedens. el. 2. inf. vt lit. nõ conteſt.

vt procedat, non obſtante friuolæ appellationis obiectu, quo non obſtãte, procedendum eſt. inf. de appel. paſtoralis. & p illas literas ſi voluerit appellans, cognoſcetur de appellatione, ſicut ſi poſt ſentẽtiam appellatum eſſet, & appellationem ſuper confirmatione ſentẽtiæ literas impetraret. inf. de appel. oblatæ.

5 Vel potes dicere, † quòd appellatus appellationem poteſt proſequi, dũmodò nõ feſtinet nimis. inf. de app. oblatæ. C. de appel. Auth. ei q. Vel dic, & melius, q, impetrauit literas nõ O. ſup expoliatione ſua, vel ſup iniuria ſibi facta, nec fuit neceſſe, q, expectaret finem termini appellationis exequendę: qa appellatio nõ debuit, pdeſſe O. quia contra eam fecerat. inf. de app. an ſit. & hoc eadem ratione videtur, quòd hæ literæ valeant, ſiue faciãt mentionẽ de appellatione, ſiue non (quam ſpoliationẽ) ſiue appellationẽ ſecũdũ alios. (Curauit) licet enim literas impetrauerit de appellatione: tamen mentionem non fecit, vel non eſt proſecutus intra annũ. (Negligẽtia) not. arg. † q, quis facit poſitionem vel articulos ſub diſiũctione. arg. inf. de in integ. reſtit. cõſtitutis. inf. de prę ſcrip. auditis. vbi not. &c. hoc verum quando loquitur de alieno facto, niſi, pbabilis eſt ignorãtia. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. (Diuturnitate.) inf. e. plerunq;. De appellatione.) Idẽ eſſe dicitur ſi de appellatione dixiſſet, cùm nihilominus in forma cõmuni literas obtinuiſſet. inf. eo. ſuper. vel melior eſt hæc ratio, quia literæ ſuæ euanuiſſent per ipſius negligẽtiam & alterius ſolicitudinem. inf. eod. plerunq;.

6 † Appellator extra iudiciũ ſi impetrat literas ſuper negotio, in quo appellauit, non valerẽt literæ niſi ſuper appellatione ſi appellatus cõſenſerat appellationi. inf. de appellat. ſæpè, & c. ord. vel ſi aliàs intereſt appellãtis. ff. de reg. iur. nemo. aliàs non eſt ei denegãda iuſtæ plenitudinis licentia. C. de appel. ſi quis. & hîc dicũt interfuiſſe appellati, a quòd appellator proſequeretur appellationem.

7 † Appellatus autẽ, nec literas impetrare poteſt ſup proſecutione appellationis, nec ad aliũ iudicẽ ire, niſi ad quem appellatũ; quandiu appellator poteſt proſequi appellationem, quòd hîc nõ poterat propter lapſum annũ. de hoc notat. infrà, de elect. ſtatuimus. de maio. & obed. cùm dilecti.

☞ † Alij tamen dicunt, quòd appellator & appellatus ſemper debent mentionem facere de appellatione, vt hîc. (Si ita,) ſcilicet, quòd non fuerit proſecutus appellationem, vel melius, quòd eum poſt appellationem propriam ſpoliauerit. (Reuocatis) quia appellatione pendente nihil innouandũ eſt. ff. nihil inno. pen. appel. l. 1. (Attentata) ſuper prædicta Eccleſia vel contingẽtibus appellationẽ. (Reſtituere) & iuſtè cùm ea fuerit expoliatus poſt ap- b pellationẽ b. nam & S. & capellanus eius eccleſiam matricem defendebat, & ſe in cauſa ipſius eccleſiæ: & ideò matri eccleſiæ fit reſtitutio, & non S. (Condẽnantes.) inf. de appel. repræhenſibilis. ſæpè contingit. C. de fruc. & lit. expen. l. pen. & vlt.

a *Appellati. Et ſic quãdo intereſt appellati ne appellatio deſeratur nõ poteſt appellans illi renũciare. Adde eũdẽ Inn. in c. ſi. infr. de ac. & Spe. de li. cõcep. §. nũc dicamus. verſi. porrò. Cu. in l. per hanc. C. de temp. app. & Bart. in l. ſi quis libellos. C. de ac.*

b *Poſt appellationẽ. Et hîc poteſt ſumi cautela, quòd quando quis timet ſpoliari quòd appellet extra iudicia liter, quia tũc poterit petere reuocari attentata, appellatione pẽdente, et ſufficit ſibi probare poſſeßionẽ & ſpoliũ. Nec tũc obſtat excep. dominij. ita Ab. in c. in literis. de reſtitu ſpo. et Philip. Peruſi. in ca. bonæ. de appel.*

CAPVT XIII.

1 *Quot modis dicatur quis aliquid poſſe.*
2 *Exceptiones de impotentia iuris vel facti nunquid poſſint opponi contra ordinarium.*

1 SCISCITATVS. † Quinque modis dicitur aliqs aliquid poſſe. Vnde verſus:

Poſſe quidem rebus, dat ius natura poteſtas. Officij meritum, quintum diuina voluntas.

De potentia iuris habes, 22. q. 2. faciat. 26. q. 2. Agathoſa. in fi. De potentia naturæ, inf. de deſpõ. impub. puberes. & c. à nobis. De potẽtia offi. 21. diſt. inferior. De potẽtia meritorum. 3. q. 7. §. tria. De potentia diuinæ voluntatis. de pœni. diſt. 1. §. charitas. Sed hæc tantùm in duo mẽbra diuiditur, in potẽtia iuris & facti non impedit, ne etiã committere poſsit cauſam alteri, cùm nihil habeat, nihil dare poterit. 1. q. 7. daibertũ. Impotẽtia facti nõ impedit cõmittere. infr. de offi. dele. ſi pro debilitate. & c. paſtoralis. ſed tamẽ delegatus nõ tenetur admittere, vt inf. de offi. del e. corã. vtrum coram eodem probẽtur huiuſmodi exceptiones. not. ſup. de offi. dele. cùm ſuper Abbatia.

2 † Sed quæritur, an hæ exceptiones de impotentia c iuris vel facti cõtra ordinarium poſsint opponi? Reſpondeo, hæ exceptiones locum habẽt contra delegatum, contra ordinarium autem quandiu toleratur in dignitate, locum non habent. vt notat. infrà, de offic. delegat. cùm ſuper. & hæ exceptiones, quòd ſit infamis, vel ſeruus, vel mulier, vel aliàs moribus, vel legibus prohibeatur, cùm ſint declinatorie iudicij ante litẽ cõteſtatam

c *De impotentia iuris et facti. Adde Speculum. in titu. de offi. deleg. §. 5. verſ. verũ. & in §. fin. ver. ſed quæritur.*

teſtatam proponendæ & probandæ ſunt. arg.de arbit.dilecti. C. de excep.l. pe. alij contrà.

Secùs tamen dicerem in his quæ natura prohibẽtur,vt furioſus, cùm iura naturalia ſint immutabilia. 5. diſt.in princip. Item ſecùs in his,qui iudicio prohibentur, vt impuberes.Item nec prætextu infamiæ vel ſeruitutis ſententia retractabitur. † Itẽ not.quòd infamis non poteſt ſe excuſare à iudicando, niſi excipiatur contra eum. arg. C. de decu. nec infamis. & l. infamiam.ff.de offi.præto.Barbarius.(Alio) quia illiteratus & imprudens:in Authen.de iudi.in prin. (Ineuitabilis) quæ numeratur. 3.q.7.§.tria. (Dummodò) ſupple: & tunc duo poſſunt procedere ſine tertio. (Dummodò) excuſationem per literas. 64. diſt. c.1.& §.fi.vel per certum nuncium. infrà de offi. deleg.prudentiam. ff. de reb.eorũ qui ſub. tu. l. magnæ.§. illud. (Excuſati.) nec alij duo poſſunt procedere. infrà,de offi.delegat.c.prudentiam.ff.de recep. l. item ſi vnus. §. fin. Non placent hæc, vt not.prædicta decret.prudentiam, quamuis ſit grauiter agẽdum, & ſic not. contrà. infrà,de offic. delegat. prudentiam.§.adijcimus.ſed duo benè procederent. tertio de ſola voluntate excuſato.

a Paſtoralis. Ad iſtũ text. vide eũdẽ Inn. in c.ſuper. literis.inf. eod. vbi dicit: q̃ non habet locum in ordinarijs.et Lud. Roma. in conſil.160. dat aliam limitationẽ,ſcilicet quòd non proceditur quãdo reſcripta.

CAPVT XIIII.

1 *In quibus caſibus locum habeat hæc decre.*
2 *Neque priores,neque poſteriores iudices poſſunt alijs deferre iuriſdictionem cognoſcẽdi de principali.ſed ſolùm cognoſcendi cuius ſit iuriſdictio.*
3 *Nunquid partium conſenſus requiri debeat in electione iudicum.*
4 *Iuriſdictio ſuper principali cauſa ad quos iudices pertineat,vel quæ literæ alijs præualeant non pertinet ad iudices vtriuſq; partis,ſed ad ipſas partes.*
5 *Ad iudices qui prius citauerunt pertinet cognoſcere de principali cauſa,ſi non excipiatur, & ſi excipiatur, de exceptione cognoſcere debent.*
6 *Primi iudices ſemper appellantur hi qui primò citauerunt.*
7 *Duplex competit auxilium partibus litigantibus,primum de arbitris,ſecundum quod coram iudicibus citantibus excepti, de ſuis literis non reuocatis proponant,et coram eis probent.*
8 *An ſi arbitri adiudicent iuriſdictionẽ eis qui non habent iterum hoc prætextu audiatur quærela.*
9 *Literæ ſuper pluribus rebus vel quæ pluries impetratæ ſunt, poteſt primò de vno, & poſtea alio tempore de alio agere.*
10 *Nunquid ſi citata & nominata perſona ſuper rebus non expreſſis impetret reſcriptum,an finita cauſa contra eum mota ſuum reſcriptum elidatur excep.*
11 *Promiſſione generali facta, ſi moriatur delegans ante rerum vel perſonarum expreſſionem,delegatus tamen poſt mortem delegantis audiet,ſi in aliquo cœperit vti iuriſdictione.*
12 *Tantum valet expreſſio coram iudice facta, quantum ſi in literis eſſent expreſſa res & perſonæ.*

PASTORALIS *a* OFFICII. & infrà, (Renouatione.)Sed obijcitur, an ſecundum reſcriptum facit mentionem de primo, & ſic reuocatur, an non facit mentionem,& ſic reuocatur primum. argu.ſuprà eod. cęterùm. Sol. neutra pars diſiunctiuè eſt perpetua. Prima enim tollitur. infrà, de appel.oblatæ ſæpè.Secunda pars tollitur. infrà,eod.plerunque.

1 † Dicas ergò locum habere hanc decre. ſi dubitetur de facto,puta quia delata eſt data, vel quia eadẽ eſt,vel quia fortè primæ literæ haberi non poſſunt, quas conſtat iudices habuiſſe, vel quia elapſus eſt annus à tempore impetrationis, & dicit impetrator ſe non vſum propter abſentiam impetrati iudicis, vel ſi quid dubium aliud de facto allegetur, & eodem modo, ſi dubitetur de iure: puta ſi non faciunt mentionem de his quæ ſi dicta eſſent, non eſſent literæ obtentæ,ſicut de proceſſu negotij,iuramento,& cæteris conſimilibus.infrà,de re iudic. inter monaſteriũ. infr.eod.conſtitutus. Vel quicquid cogitari poteſt,in quo ſit dubitatio iuris, habet locum,quòd hîc dicitur, ſed quid ſi non ſapientes iudices, ſed imperiti dubitant. ar. quòd idem infrà eodem cùm contingat. & de hoc etiam notat.infrà eod. cùm contingat.

2 † Deferendum) neutri iudices alijs deferre poſſunt iuriſdictionem cognoſcendi de principali, ſed tantùm cognoſcendi cuius ſit iuriſdictio, & ſi quæratur cuiuſmodi iudices ſunt iſti,& à quo habeant iuriſdictionem,in hoc dicimus, quòd ſunt ordinarij,& à decret. iſta habent iuriſdictionem. arg. ff. de officijs eius cui man. eſt iuriſdict. l. 1.& infrà,de app.cum ſpeciali.

3 † Si quæris vtrum conſenſus partium ſit requirendus in electione huius iuriſdictionis? Dicimus quod non, cùm expreſsè hæc decret. dicat, quòd deferre ſibi poſſunt iudices ad inuicem. Veruntamen niſi partes conſentiant,pars condemnata poterit appellare. ar. infrà,de offic.deleg. ſuper quæſtionum. plus placet quod nunquã appellare

appellare poteſt,qualemcunq; ſentẽtiam proferant, quia nullum præiudicium fit eis in principali cauſa, nec principaliter, nec acceſſoriè, & æquè poſſunt eſſe iuſti, & æquè benè iudicare vni iudices, ſicut alij. Et ſi illi iudices quibus adiudicata eſt iuriſdictio malè iudicent in principali, tunc appellent, & idem eſt in ſimilibus. De principali autem cognoſcere non poſſunt ſimul, cùm alteri in hoc iuriſdictionem non habeant. arg. inf. dele. cùm ſuper. melius autem dicitur, quòd vterq; habeat iuriſdictionem, licet alter horum elidi poſsit per exceptionem. Vnde ſi partibus placet eorum iuriſdictionem prorogare poſſunt.

4 A partibus.) Not.† quod huiuſmodi cõmunicatio, ſcilicet, ad quos iudices pertineat iuriſdictio ſuper principali cauſa, vel quæ literæ alijs præualeant non pertinet ad iudices vtriuſq; partis, ſed ad ipſas partes: Non enim intereſt iudicum, cùm ipſa iuriſdictio non pertineat ad eos ratione alicuius dignitatis, ſed ex delegatione tãtùm. Imò cùm ſint ambo paria iudicia iudices communes videntur operas ſuas ingerere in inuitos, quod eſſe non debet. ff. de procu. quæ omnia. Vnde non eſt aliorum iudicum mittere ad alios, quod non procedant quouſque cognoſcant de viribus literarum, quia cùm non habeant aliquam poteſtatem ſuper eos, non pertinet ad eos aliquid mandare alijs iudicibus, ſed pars citata coram alijs iudicibus debet excipere dicens: Non pertinet ad nos cognitio in principali cauſa, quia reuocatæ ſunt literæ ad vos miſſæ, vel ego habeo alias priores, quæ non ſunt reuocatæ per ſecundas, & tunc benè poteſt habere teſtimonium aliorum iudicum ſuper hoc, quòd aliæ literæ ſuper eodem ad alios impetratæ ſunt, & etiam ipſorum amborum iudicum eſt diffinire ſuper hæc, quæ literæ alijs præualeant, ſi poſſunt in vnam ſententiam concordare, alioquin partes eligerent arbitros, qui ſuper viribus literarum diffiniant. Iſtos autem arbitros non compellunt ambo pari iudice, ſed tantùm illi coram quibus fuit à parte alia exceptum de præualentia ſuarum literarum: illi enim ſoli ſunt ſui iudices in hoc, cùm coram eis cœperit cauſa, & coram alijs nihil ſit actum. imò ſunt ſui iudices in hoc, imò ſi alij iudices vocaſſent partem aliam coram ſe iuſtè, exciperet, hæc cauſa iam initium habet coram alijs iudicibus per citationem. Vnde vos vlterius intromittere non debetis. inf. de appel. vt debitus. niſi in hoc conueniatis ambo, & diffiniatis quæſtionem de viribus literarum, vt hîc: & ſi iudex vellet procedere contra eum, appellet cauſa adiecta, quia prior iudicum coram quibus fuit exceptum, eſt cognitor exceptionis principalis etiam quæſtionis. Sed quid ſi pars citata non propoſuit exceptionem de viribus literarum coram primis iudicibus, ſed ſtatim iuit ad alios ſuos iudices, & fecit citari partem aduerſarij? Reſpon. quòd in hoc caſu, ſi pars excipiat domini mei iudices, iam cœperunt cauſam per citationem cognoſcere. Vnde vos non habetis intromittere. benè dicunt, & ſi non exaudiuntur & appellauerint iuſta eſt appellatio.

5 † quia ad iudices qui citauerunt pertinet cognoſcere de principali cauſa, ſi non excipiantur, & ſi excipiantur, debent cognoſcere de exceptione. C. de excep. ſi quidem. Videtur tamen ſi iſte aduocatus à ſecundis iudicibus non declinaret forum ſecundorum iudicum, ſed excideret de virilibus literarum, quòd tũc oportet quod ſecundi iudices cognoſcant de hac exceptione pari ratione quam ſup. diximus, & ſi coram vtriſque eſſet exceptum coram vtroq; pari iudicio procedetur, ſed ſententia illorum præualeret qui primò eam tuliſſent, dummodò tranſierit in rem iudicatam, quia res iudicata corã prioribus ipſis iudicibus non valet. 2. quæſtio. 7. §. diffinitiua. Alij aliter dicunt, ſcilicet, quòd iudices ambo ſimul procedere debent, licet melius eſſet, quod ex quo coram vnis exceptum eſt de ambiguitate literarum, coram alijs non audiatur ſuper eadem. † Item ad officium iſtorum iudicum tantùm qui primò citauerunt pertinet, cogere partes ad eligendos arbitros, & arbitros ad eligendum terminum, & etiam ſi arbitri nihil diffinirent intra terminum eis aſsignatum, ipſi ſoli procedent in cauſa principali. inf. de offic. deleg. ſuſpicionis. infrà, de appel. legitima.

6 † In hac autem gloſſ. ſemper appellamus primos iudices eos, qui primò citauerint. Item prædicta probantur ſic: ante tempus huius decre. pertinebat tota iuriſdictio ad alios, coram quibus primò cœpiſſet agi, ſed per decre. hanc non eſt additum, niſi hîc, ſcilicet, quòd ambo iudices debeant cognoſcere de arbitris: ergò in omnibus alijs primi iudices ſuam iuriſdictionẽ obſeruabunt. C. de teſta. omniũ.

☞ †Alij aliter dicunt, ſcilicet, quòd ambo iudices in omnibus ſimul procedere debent, hæc vera ſunt, vbi per partes proponitur literas per alias reuocatas, qtia tunc videntur concedere, quòd iudices coram quibus hoc proponitur de ipſa exceptione cognoſcant, ſed ſi proponant alios iudices eſſe qui præferri debent in cognitione huius cauſæ, tunc coram ambobus eligendi ſunt arbitri, & ambo cogent arbitros procedere in cauſa, & omnia alia circa hoc ſimul facient. Alij autem dicunt, quòd iudices primò citantes non dimittunt quin procedant quicquid dicant partes, niſi alij iudices hoc petant,
7 ſed certè aliud videtur melius. †A partibus) iudicibus, ſcilicet, vel melius partes appellant litigantes, qui habent duplex auxilium. Primum de arbitris. Secundum quod proponant coram iudicibus citantibus excep. de ſuis literis non reuocatis. & probant coram eis. ſuprà, eod. ex parte. inf. eod. ex tenore. Nam ſicut iudices inuicem hac parte poſſunt ſibi deferre, idem videtur & de partibus, licet aliqui contradicat & dicunt neceſſe eſſe, quòd coram iudice qui iuriſdictionem exercere cœperit, excipiant de literis reuocatis, & petant arbitros coram quibus de hoc diſputetur, ſi non poterunt iudices vtriuſque partis concordare, vt hîc, & non poſſunt coram eis procedere in hac exceptione, ſed coram arbitris tantùm. Contra. inf. eod. ſuper. hîc dicitur
☞ †quòd iudex coram quo talia proponuntur debet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. ad idem. ff. de iud. ſi quis ex. ſed dicũt illam loqui, quando non ſunt alij iudices delegati, vel etiam ſi eſſent delegati. ideò petebatur hoc ſecundum priorem modũ procedatur, nec credimus hanc decre. locum habere, ſi dicatur quod per literas deleg. non ſit ordinarij iuriſdictio reuocata, cùm hîc dicatur tantùm, quãdo ambigitur de reuocatione literarum, ſed ad ordinarium fuerunt literæ impetratæ. Itẽ quia delegatus poteſt coërcere ordinarium: inf. de offi. deleg. c. 1. & c. ſanè. delegatus autem non, quia par in parem non habet imperium. inf. de ele. innotuit. nec etiam habet locum hęc. decre. ſi proponatur coram iudicibus appella. citantibus, quòd per ſuas literas non ſint literæ principalis cauſæ reuocatæ. Nam tunc appellationis iudex cognoſcet. inf. de appel. vt debitus. inf. eo. dilectus filius. Et eſt ratio diuerſitatis, quia in alia cauſa impetrantur ſecundæ literæ, ſcilicet, app. in alia primæ, ſcilicet, principalis, ſed benè dicimus eam habere locum ſi in cauſa appellationis diuerſæ à partibus literæ impetrẽtur, quod fieri poteſt. inf. de confir. vti. bonæ. in prin. (Sopiantur).

8 †Sed quid ſi iudices vel arbitri diffinierint penes illos eſſe iuriſdictionem, penes quos nõ eſt nunquid hoc protextu iterum audietur quærela, quaſi non ſit à ſuo iudice lata ſententia, vel ſit lata à iudice, qui iuriſdictionem non habet. ar. C. de iuriſdict. om. iudi. conſenſus. ff. de iudic. l. 1.

Sed nos dicemus vlterius hanc quæſtionem non audiendam, ex quo ſemel lata ſentẽtia tranſit in rem iudicatam, ſicut ſententia contra res prius iudicatas non valet, in qua ſententia fertur primò iudicatum non eſſe, vt ff. de ſen. ſi appel. l. 1. in
☞ prin. argum. 2. q. 6. §. diffinitiua. †Et res iudicata pro veritate accipitur. ff. de ſta. ho. ingenuum. & vtriq; iſtorum iudicum habent iuriſdictionem. licet poſſet per exceptionem elidi, ſicut not. ſup. eod. cæterùm. Niſi fortè exprimeret errorem ſuum, puta quia diceret quòd per clauſulam illam nullis literis veritatis & iuſtitiæ præiudicantibus reuocarentur primæ literæ. inf. de confir. vti bonę. §. vlti. vel ſi ſententiaret, quod nõ teneretur facere mentionem de proceſſu. inf. de re iudic. inter monaſterium.

9 †In quibuſdam) dicimus, quòd vbi literæ impetrantur contra plures, vel ſuper pluribus rebus, quòd primò poteſt contra vnum agere, & poſtea contra alium alio tempore, & etiam poteſt agere contra eundem ſuper vna re, & poſtea ſuper alia, & eodem modo poteſt facere per generalem clauſulam.

Nec obſtat. inf. de offic. deleg. in literis. vbi dicitur, quòd ſemel functus officio ſuo vlterius ſe intromittere non poteſt, quia hîc ſuper eodem de quo vult non eſt functus officio ſuo. argumen. contra præ☞ dicta. ſuprà eod. ad hoc. †Alijs) quid ſi dixit de vna re tantùm, ſed generalem clauſulam poſuit in perſonis, puta cauſam quam B. habet contra O. & quoſdam alios ſuper iurepatro. T. eccleſiæ. & poſtmodum vnus de contentis ſub generali clauſula impetret literas contra primum impetratorẽ ſuper eodẽ iurepatro. & certè aliquibus videtur nõ valere ſecundũ reſcriptũ, cùm ſit impetratũ ſuper re expreſſa in primo, vt hîc, Ad hoc ergò, vt ſecũdũ valeat

valeat neceſſe eſt alias res & perſonas exprimi in ſecundo reſcripto, quàm in primo. Sed hîc ſequitur abſurditas talis, quòd ſi aliquis illorum qui continentur ſub clauſula generali, velit agere ſuper re expreſſa vel nominata, quod nó poſsit, cùm ſuper ea non poſsit impetrare iudices, nec eodem modo ad iudicem ordinarium ire, nec coram delegatis primis poteſt, cùm non ſint delegati eius, vt quidam dicunt, & idcircò melius eſt dicere, quod contentus ſub generali clauſula poſsit ſuper expreſsis literas impetrare, & corã ordinario litigare, & ſi primò incœperit, quod citet per generales literas præualebit, etiãſi primus non poſtpoſuit vti dolo, vel negligentia, aliàs non, vt hîc.

☞ †Eſt ergò neceſſarium ad hoc, vt literæ in prædicto caſu non valeant, quòd res & perſonæ ſint expreſſę in primo reſcripto, vel nominatę coram iudice, niſi ageretur actione pro ſocio, famil. erciſ. communi diuidun. Quarum prima veram ſocietatem continet. Aliæ duæ communionem rerum pro diuiſo vel indiuiſo, & idem dicere videtur in actione tutelæ, quæ notat continuationem actuum. ff. de quibus rebus ad eundem iudi. ea. l. 1. & 2. C. arbit. tute. omnes. & idem fortè poteſt dici, ſi petatur reſtitutio in integrum. C. ſi vt hæred. ſe abſtin. Authen. ſi omnes. vel confirmatio. ff. de adop. nam vel ſi petatur confirmari electio. in omnibus enim his caſibus licet omnibus non expreſsis vel nominatis contradicere electioni vel confirmationi, & etiam ſine cõuentione alterius delegati iudices adire, quia communis omnium iudex eſt. & ideò impetratis literis ſuper aliqua ſocietate contra aliquem ſociorum, vel ſuper alijs caſibus præmiſsis vlterius nullus aliorum poterit literas impetrare. Et idem fortè dicendum eſt in alijs caſibus, vbi agitur de rebus vel iuribus indiuiſibilibus, vel etiam vbi idem eſt negotium, & eadem cauſa defenſionis, & eodem communi iure innititur. infrà, de appel. ſua. vbi nota. ſed non eſt ſic idem negotium nec eadem cauſa defenſionis in iure patro. de quo prædiximus. ☞ †Si autem perſonæ ſint expreſſæ vel nominatæ ſupplecitatę ita quòd perpetua ſit iuriſdictio etiam ſuper alijs negotijs, vbi nulla eſt communio decreto ſuper vlla re, & ſuper non expreſsis impetrare poteſt reſcriptum non viribus huius decret. ſed Authen. quę eſt. C. de interlocu. om. iu. Authen. & conſir. quæ prohibet reconuentionem fieri ſub alio iudice.

10 †Sed poſſet quæri, ſi citata & nominata perſona ſuper rebus non expreſsis impetret reſcriptum, an finita cauſa contra eum mota ſuum reſcriptum elidatur excep. argu. quòd ſic. infrà eod. ſuper literis. C. ſi nup. ex reſcrip. pe. l. 2. arg. contra. infrà, de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. inſtit. quibus modis teſt. infir. §. non tantùm. ff. de iniu. rup. teſta. poſthumus. Sed reſpondeo elidi reſcriptum, & contraria illa loquuntur, quando tempore facta teſtamenti & mortis, & tempore impetrationis literarum proceſſus erat legitimus, hîc autem tempore impetrationis legitimus non fuerat, ſicut in primis concor. Expreſſę) quod hoc modo fieri poteſt A. impetrauit literas, quod B. & quidam alij iniuriabantur ei intendens ſub clauſula generali comprehendere C. ſed poſtea antequam exprimatur C. idem C. impetrauit literas contra A. qui prius impetrauerat contra eum ſub generali clauſula dicit, quòd literæ C. præiudicant literis A. in rebus. leue eſt exemplum. (Speciales.) ſuprà eod. c. ſicut Romana. (Superflua) quantum ad hunc caſum.

11 (Obtinet) ex hoc colligimus † quod generali promiſsione facta, ſi moriatur delegans ante expreſsionem rerum, vel perſonarum delegatus, nihilominus poſt mortem delegãtis audiet, ſi in aliquo cœperit vti iuriſdictione. ar. inf. de offi. delegatum. licet vndiq;.

12 (Exprimatur) hîc dicimus † tantum valere expreſsionem coram iudice factã, quantum ſi in literis eſſent expreſſę res & perſonæ, non tamen comparamus citationem cum excitatione perpetuatur iuriſdictio contra citatum. infrà, de offi. deleg. licet. gratum. ſed expreſsionem non, ſed id benè fieri habet, quæ hîc dicitur, ſcilicet, quia decætero ſecundæ literæ non valebunt, niſi de prioribus literis vel expreſsione generalis clauſulæ in primis literis contentæ fecerint mentionem ſalua diſtinctione habita. infrà eod. plerunque. & fit hîc expreſsio hominum vel rerum etiam ſine citatione, vt ſi iudex mittit ei. Scias quòd talis per huiuſmodi literas te conuenire intendit tempore ſuo.

CAPVT XV.

1 *An in generali clauſula comprehendantur ſimplices clerici.*

2 *Quæ personæ dicantur maiores & digniores.*
3 *Appellatione plebis, digniores veniunt, vt senatores.*
4 *Viliores personæ dicuntur illæ, quæ vilissimas exercent artes, vt sunt artes Scenicæ, tabernariæ, & ludicræ.*
5 *Propriæ significationi verborum standum est, nisi vbi ex causa contrarium inuenitur.*
6 *Maiora & grauiora negotia quænam intelligantur.*

SEDES APOSTOLICA. (Minores) hîc est ratio. dicimus quòd si maior litigat cũ minore hac exceptione omissa. s. de maioritate & dignitate personarum & negotiorum tenet sententia contra eum lata, quia tacitè eorum iurisdictio prorogasse videtur.

1 † Quid si dixit conqueritur de Episcopo & quibusdam alijs, nunquid per generalem clausulam poterunt simplices clerici conueniri? Respon. ex vi grammaticæ non, sed contrà considerandum est, quòd consuetudo habet contra. inf. eod. Rodulphus. inf. de consuet. cùm dilectus. & est ratio, quia aliter proceditur contra maiores, quàm contra minores. 45. dist. cùm beatus. inf. de offic. deleg. sanè pastoralis. 1. respon. 3. q. 6. hoc quippe. 24. q. 3. qui contra pacem.

2 † Dicuntur autem maiores qui sunt in primo gradu, minores qui in secundo. 10. q. 12. antiquos. ff. ad leg. Cor. de Sicca. l. penul. [a] Alij iudicant maiores [a] vel minores personas habito respectu ad personas inter se, scilicet, nominatorum in rescripto & conuentorum siue in dignitatibus sint, siue priuati. arg. 24. quæst. 4. duo. Alij credunt maiores dici potentia vel diuitijs digniores nobilitate, vel ordine, vt quia sunt clerici, vel quia alia præditi sunt dignitate, & cùm tamen generales literæ plus odij habeant quàm fauoris. arg. sup. eo. ad hoc. C. manda. per diuersas. dicunt eas restringendas, & non ad maiores vel digniores, quocunque genere maioritatis vel dignitatis extendendas. argument. hîc.

Et inde dicunt, quòd si nominat magnam personam potentia vel diuitijs, & per illas literas velit conuenire personam in dignitate constitutam, non potest. & idem econtrà, si nommauerit personam in dignitate constitutam, & post velit conuenire personam maiorem potentia vel diuitijs non potest.

Alij contradicunt & hos æquiparant & quascunque laicus personas nominauerit, non potest clericos conuenire, quia sunt maioris professionis. 96. distinct. duo. inf. de maio. & obed. solitę. & hac ratione si nominauit clericos secundi ordinis vel minoris dignitatis, non conuenit clericos primi ordinis vel minoris dignitatis, & possunt dici clerici secundi ordinis, non cathedralium ecclesiarum clerici. Et eodem modo si impetrauerat literas contra eum, qui est sub alio, non poterit conuenire eum, qui præest, vt si impetrauerit contra filium vel mercenarium, non conuenietur pater vel dominus, vt hîc dicimus, quia decreta. verba sic habent. arg. ff. qui & à quibus prospexit. aliàs autem nomine plebis & digniores intelliguntur, vt senatores institut. de iure natu. §. plebs.

3 † Minores) aliqui dicunt viliores sicut tabernariam, libertam, scenicam, & alias de quibus habes. C. de incest. nupt. humilem. C. de inoffic. testa. in arena. † licet enim sit pauper. aliàs est bonus ipso nominato connumeratur diues per generalem clausulam [b]. argum. in l. præalleg. humilem. & instit. de suspect. tuto. §. vlti. Digniores dicuntur, qui sunt claræ opinionis, qui in prædictis vilioribus nominatis per generalem clausulam non conueniuntur, maiores intelligunt vel ordinem, vt clericos. 96. dist. duo. vel propter dignitatem cum administratione, quam habent omnes prælati ecclesiastici de iure communi, vt not. infrà, de offic. ordi. cùm ab ecclesiarum. si de minoribus, id est, non clericis, vel non in talibus dignitatibus constitutis fiat mentio per generalem clausulam, non conueniuntur. argu. ff. de iurisdictione om. iudi. magistratibus. sed si administrationem vel iurisdictionem non habent, licet habeant dignitatem, dicunt aliqui, quòd quo ad conuentionem nullam habent priuilegium, licet habeant quo ad quædam. C. de inoffic. test. l. sciant. C. de postul. quisquis. §. penul. Nisi essent viri qui olim existentes in maxima dignitate, vel eximia dignitate eam dimiserint. De quibus habes. C. vbi sena. vel clar. quoties. qui per generalem clausulam similiter non poterunt conueniri. arg. ibidem.

☞ † Nos dicimus quòd non potest certa doctrina dari de præmissis, sed discretus iudex

a *Iudicant maiores. Vide in ppposito Abb. c. super eo. el. 1. inf. de rest. vbi colligit quatuor qualitates superioritatis s. auitiarũ, nobilitatis, potẽtiæ, & honoris, & q intelgantur maiores per Pet. de Ancha in repe. c. primi. ad st. up. de consti. vbi refert se habuisse in facto, & quod vbicũq; tale verbũ profertur à lege vel statuto, in materia indifferẽti refertur quo ad ætatẽ. & adde Barba. late in repe. l cũ acutissimi. eo. 68. C. de fide. latissimè p Feli. in rub. quẽ per te vide.*

b *Clausulã. Ad de Bal. hîc q per istã clausulã generalẽ, & quidã alij nõ includũtur pauperes alleg. l. Titi⁹. ff. de procur. pro quo facit q dicit Ray. de Forli. in l. nõ facile. §. 1. ff. si cui plusquã p legẽ fal. vbi q pauperi remittit satisdatio. & adde q pauper dicitur ille q laborat malis moribꝰ. Bal. in d. l. humilẽ. & do. Mari. Sozi in cap. 1 de uc. & in cons. 17. col. fi. versic. 2.*

iudex examinabit omnia ſupradicta, & eis diligenter inſpectis iudicabit qui ſint maiores, & qui minores, & qui digniores, ſecundum quod iuſtum eſt. †Maiores) hoc ſic ſtatuitur in odium abutentium reſcriptis Apoſtolicis, ſed ſecùs eſt in procuratoribus, vt licet nominentur minores perſonæ. Tamen maiores perſonæ & de maioribus negotijs & rebus conueniri poſſunt, nam proprię ſignificationi[a] verborum ſtandū eſt, niſi vbi ex cauſa contrarium inuenitur, & idem intelligimus in contractibus & alijs. Multitudinem) ſuprà eod. ad hoc. ff. de teſti. l. 1. & dic multitudinem, ſcilicet, quadragenarium numerum ſicut in teſtibus. de teſtibus cùm cauſam. & talem interpretationem iam ☞ recepit, vnde non eſt mutanda. ff. de lega. minimè hodie tantùm quatuor, infrà eod. cùm in multis. †Maioribus) maiora negotia intelligo de maioribus ſummis grauiora, quia de ſpiritualibus de crimine, vel libertate, vel propter ſcandalum quod inde oriri poſſet, nos credimus propter generalem clauſulam poſſe agi de minoribus ſummis, niſi nimium excederent, ſed nominata petra non poteſt agi ☞ de caſtro. †ſuper hoc etiam præcipuè valet diſcretio iudicis, vt videat quæ ſint maiora negotia, & quæ minora. (Fraus) inf. de fil. presbyte. ad præſentium. inf. de dona. c. 2. 30. q. 1. dictum.

1 2 3 4 5

CAPVT XVI.

1 *Iudex partes & etiam alios punire poteſt, ſi viderit eos in aliquo malè verſari.*

EX TENORE. (Vtipſe commodo) ſup. de reſcrip. cæterùm. inf. de offic. dele. ſanè contra. †Secundò not. quòd cùm plures literæ ſuper eodē impetrātur negotio, aut impetrāturab eodem, aut à diuerſis. Item aut ad eoſdem, aut ad diuerſos iudices. Si aliquis impetrat duo paria literarum in fraudem ad diuerſos iudices, ſcilicet, cauſa vexandi aduerſarium non ad cautelam, ſcilicet, vt ſi morerentur iudices vnius commiſſionis, vel aliàs impedirentur, recurſum haberet ad alios, neutrę valerent: vt hîc. Si verò ad eoſdem iudices & diſcordent literæ in data præualent primæ ſi in ſecundis non fiat mentio de primis. ſuprà eod. cæterùm. Si verò eſt forma & data eadem ad eoſdem iudices valent vtræq; arg. ff. de his quæ in teſtam. delen. l. fin. ff. de teſt. vnum. ſi verò ſunt diuerſæ neutræ valent. C. de fid. inſtrum. ſcripturæ. Si verò literæ impetrantur à diuerſis perſonis ad eoſdem iudices vtræq; valent, ſi concordant in forma & data. Si verò data eſt eadem, ſed forma contraria, conſulendus eſt dominus Papa. infrà, de offi. deleg. ſanè. & hoc ſi vtraq; pars oſtendat ſuas literas, ſi autē actor ſubticet ſuas literas per annum fortè conualeſcunt literæ rei. infrà eod. plerunque. Si verò impetratæ ſunt à diuerſis, & non apparet quæ illarum ſunt primæ, neutræ valent, vt dicunt quidam, ſed melius videtur quòd præualeant literæ prius præſentatę. †Vtipſe commodo) imò videtur, ☞ quòd cauſam perdere debeat. ar. C. de aſſer. tollen. l. 1. §. fina. ſed illud ſpeciale eſt fauore libertatis, ſed quomodo iſte iudex, qui tantùm de excep. cognouit pronunciabit, quòd careat commodo vtriuſque, cùm de qua re &c. ff. de iudic. de qua re. inf. de ſi. licet. inf. de ordi. cogni. cùm dilecti. Reſpon. †iudex partes & etiam alios punire poteſt, ſi viderit eos in aliquo malè verſari. C. de teſtam. nullum. Item hoc [b] eſt notorium iuris, vnde ſine ordine [b] iuris procedi poteſt, vt not. inf. de coha. cleri. & muli. tua. & c. veſtra.

1 2 3 4 5

[a] *Propriæ ſignificationi. Adde quòd proprietas verbi cognoſcitur vel ab alluſione, vel à ſignificatione, vel ab authoritate, vt p. d. Mari. Soz. in cōſ. 1. col. 2. verſ. cùm ergò. & plenè qñ ſtatutū ſit proprietati verborū in cōtra ētib⁹ p. Alex. in cōſ. 80. col. 4. ver. cōfirmatur & col. 6. ver. & pro hoc. & in cōſ. 22. co. 2. in pri. vbi impropriantur, vt de ſeruiant mētei in 1. volu. & vide eūdem Alexā. in d. vol. cōſ 50. co. 4. in fi. vbi q̄ pprietati nō creditur, niſi ratione abſurdi, vel repugnātia. & vide eundem in cōſi. 42. in 4. vol & aliqua per Iaſ. in Authē. nouiſ. C. de inoffi. teſt. & per Alex. in l. 1. C. quod cuiuſq; vniuerſi.*

[b] *Sine ordine. Adde eunde Inno. in c. qualiter et qñ. infrà, de accuſ. Felin. in c. a l audientiam. inf. de accuſ. Abb. & Doc. in d. c. veſtri. Franciſ. d. Are. in conſi. 165. & adde eundē in no. in c. ex parte. inf. de ver. ſig quòd iudex in notorio potius poteſt procedere exequendo quàm condemnando. & refert do. Mari. Soz. in conſi. 22. col. verſi. quarto. & dicit Henri. Bohic. in c. ad audientiam. inf iureiur. in col. fi. quod licet requiratur ſententia, non tamen requiratur in ſcriptis. Et ita intelligit not. per Ioan. And. in c. parte. el. 1. ſup. alleg.*

CAPVT XVII.

VM A DEO SCRIPTA. (Sufficientem) quæ ſufficiens ia attenditur ratione nobilitatis, ſcientiæ magnitudinis & dignitatis. 21. diſt. non cogantur. de pręben. de multa. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. §. in honorarijs. ff. de vſufruct. ſed & ſi quid. §. 1. (Qualiter) ſcilicet, per vim (ſuppreſionem) ſuprà eod. ad aures.

CAPVT XVIII.

1 *Nunquid lite non conteſt. liceat teſtes recipere.*
2 *Comminatio de qua in hac decre. facienda eſt poſt peremptorium.*
3 *Quando per ſequentia determinentur præcedentia.*

CAVSAM QVAE INTER. (Probationes recipere) †per quod videbatur teſtes poſſe recipi lite non conteſtata. Quod non eſt verum. in- ☞ frà, vt lit. non conteſt. quoniam. †nam in reſcriptis verba ambigua ſunt interpretanda, ſecundum ius commune. ff. de cõſtit. tu. l. 1. C. de inoffi. teſtam. l. ſi quando. in priuilegijs ſecùs. inf. de deci. ad audientiam. & de do. paſtor. ſup. de priuil. ex ore. idem in beneficijs Principum. inf. de verb. ſig. olim. Nam hæc potius ſunt amplianda, quàm reſtringenda. ff. de conſti. prin. l. vlti. Idem dicimus in indulgentijs, non tamen ſunt largè interpretandæ, vt à verbis priuilegij recedatur. inf. de priuil. porrò. ſtatuta ſecundũ ius cõmune interpretamur. inf. de cõſue. cùm dilectus. diſpẽſationes & permiſsiones reſtringimus. inf. de conſang. & affi. quòd dilecto. Dicta autem teſtium & alia intelligimus ſecundum quod nulli, vel minus ſunt captioſa. inf. de teſti. cùm tu fili. ff. de reg. iur. ſemper in dubijs, vbi non eſt ambiguitas non 2 interpretamur. ff. de leg. 3. illę ancillę. † Et quantum) quidam dicunt hãc clauſulam vicem peremptorij obtinere. arg. inf. de in inte. reſti. ex literis. in fi. & de dona. cũ dilect. non credimus. imò poſt peremptorium facienda eſt hæc comminatio. ff. de iudi. ad peremptorium. & ad hoc etiam 3 conſonant decre. præalle. † Intelligentes ibidem) & ita clauſula ſequens reſpicit præcedentia & determinat ſequentia, prout ius poſtulat, 32. q. 7. Apoſtolus. inf. de app. ſecundo. vel prout eſt de voluntate partium. ff. de pac. dot. cùm pater. ff. de condi. inde. quia & quandoq; per ſequentia non determinantur proxi. idem de dona. cum dilect. & de appella. quæſiuiſti. Cariturum) quomodo reuocatur ſine appel. cùm non ſit contra ius ſcriptum, ſed contra ius litigatoris? Reſpon. imò caſſum & irritum eſſe debet, cùm ſit factum contra ordinem iudiciorum. C. de ſen. & interlocu. l. prolatam. ſcilicet, ſi teſtes eſſent recepti lit. non conteſt.

a Authoritas Papæ. intelligo hoc verum qñ præſtatur ſuper reſubiecta Papæ, vel ſi per iuribꝰ pertinẽtibus ad eũ. ita Abbas hîc, & ideò dicit Inno. in c. eũ inter P. de renunc. q̃ in non pertinentibus ad Papã ipſe nõ abſoluit à iuramẽto ſine cauſa rationabili.

b Sine literis q̃ gratia poſſit fieri ſine ſcriptura. Adde Feli. in rub. de cõſti col. 3. ver. & poſſunt iſta. & ibi vide concor. Et ibi an poſſit probari per teſtes.

CAPVT XIX.

1 *Nunquid ad conſtitutionem faciendam ſola decani & capituli authoritas ſit ſatis.*
2 *Quando authoritas Papæ intelligatur excepta in iuramento.*
3 *Quando liceat excipi contra literas.*
4 *Effectus literarum nõ impeditur ſi poſt executorias iuratur.*
5 *Quandocunq; conſtat aliquem non legitimè inſtitutum etiam poſt ſententiam deb remoueri.*

CONSTITVTVS APVD SE. Et ipſe) id eſt, canonici. (Eis.) id eſt, canonicis. (executoribus) qui eos compelle- 1 rent cognitione tamen præmiſſa, vt inf. ſequitur. (Per decanũ) †nũquid ſola authoritas decani & capituli ſufficit ad conſtitutionem faciendam, ex hoc loco videtur quòd ſic contra. inf. de conſue. cũ cõſue. & ad hoc no. ſup. de cõſtit. cùm acceſsiſſent. ſed hoc ſtatutum nõ dicitur valere, ſed dicitur eos non cogendos propter iuramentum, de quo in literis mentio non habetur, vel erat confirmatum à Papa.

2 †Iuramento) ſed in omni tali iuramẽ- *a* to intelligitur excepta authoritas Papæ *a*, vt hîc. & inf. de iureiur. veniens. ergò non facit contra iuramentum recipiendo ad mandatum Papæ. Io. dixit hanc conditionem non ineſſe iuramento, ſed ideò intelligitur excepta authoritas Papæ, quia Papæ non præiudicatur, quin poſsit contrarium facere vel ſtatuere. Alij dicunt, quòd in veritate intelligitur hæc conditio, ſicut multæ aliæ ſi. 22. quæſt. 2. beatus. inf. de iureiur. quemadmodũ. Iſti autem canonici non coguntur eum recipere, quia literæ fuerunt impetratæ tacita veritate, & tali de qua præſumitur, quòd ſi eſſet expreſſa non obtinuiſſet literas, & hæc eſt ratio, quare hæc exceptio de iuramento debet proponi in princip. contra literas, & non ex poſt facto, quia non obſtat receptioni in canonicum iuramentum. Hoc non placet, quia exceptio iſta, ſcilicet, quod non fecit mentionem de iuramento, non proponitur in initio tantùm & contra reſcriptum, ſed ſemper vſq; ad diffinitiuam ſententiam tanquam verè peremptorię. hæc enim exceptio non tantùm afficit literas, ſed gratiam quæ poteſt fieri ſine li- *b* teris *b*, & ſemper literas præuenit: & idcircò eſt peremptoria gratiæ.

3 †Fatemur tamen, quòd ſi aliqua exceptio pacti vel iuramenti competeret mihi tantùm contra literas, vt ſi pactus eſſet, vel iuraſſet, quod non impetraret literas contra aliquem, & ipſe contra iuramentũ impetraret literas contra eum. in principio poſſet quidem excipi cõtra literas, ſed poſt litem conteſtatã non. C. de excep. l. fin. ſed ſecùs ſi iuraſſet, vel pactus eſſet quòd eum conueniret, quia tunc non tantùm perimit literas, ſed actio-

☞ actionem. † Item non præiudicant literæ Papę tali iuramento, niſi de illo faciant mentionem, non quia non poſsit præiudicare, ſed quia non præſumitur velle præiudicare, quia non eſt author periurij. inf. de iureiuran. ſi verò. non enim debet viã periurijs aperire. inf. de iureiur. ſi verò. & ſacramẽtũ etiã temerariũ, vel in fraudẽ obtentũ, nõ debet quis deſerere ſine authoritate ſuperioris. inf. de elect. venerabilẽ.

4 † Executorias) quaſi dicat, ſi poſt executorias iuraſſent non impediretur effectus earum, quia non eſſent literæ impetratæ, tacita veritate, ſed videtur idem etiã poſt monitorias, cùm per eum ſit negotiũ cœptũ. inf. eo. ſuper literis. ſed dic cœptũ, quo ad hoc, quòd de honeſtate ipſe debet perficere quod incœpit, & eodem modo ſi iuramentũ præcederet monitorias, nõ va-
☞ lerent. † ſed iuramentũ præſtitũ poſt executorias, nõ præiudicat: quia per illud nõ poteſt tolli ius, q, quęſitũ erat p eas, ſcz. ius petendi præbendã, ſed iuramentũ præſtitũ poſt monitorias & præceptorias præiudicat, quia per eas nullum ius quæritur.

5 † Irritum) in beneficijs ſatis defendi poteſt, quod quandocunq; conſtet aliquẽ non legitimè inſtitutum, etiam poſt ſententiam remoueri debet, cũ ibi debet eſſe omnis puritas, & abeſſe omnis obreptio. 1. q. 1. ſi quis neq;. inf. de ſen. & re iudi. cùm olim. & c. cũ Bertoldus. & de conceſ. præben. cum noſtris. inf. de ſen. & re iud. inter monaſterium. contra. ſed non loquitur in beneficijs, vel expone hanc decre. ſuper irritum ſupple procedendum per tramites iuſtitiæ, puta quia poſt appellationem proceſſerunt, & fuit iuſta cauſa appellandi, cùm in literis nõ fieret mentio de iuramẽto, alioquin cũ eſſent iudices licet poſſent elidi p exceptionẽ ſi tacitè vel expreſſè in eis cõſenſum fuerit tenet, quòd ab eis factũ eſt. 2. q. 6. §. diffinitiua. inf. de fil. preſby. ad noſtrã pręſentiã, inf. eo. cùm dilecti.

CAPVT XX.

1 *Cùm omiſſum eſt aliquid neceſſarium exprimi non valent literæ.*
2 *Exceptio peremptoria non admittitur contra reſcriptum.*
3 *Reſcripta ſunt latiſſimè interpretanda.*
4 *In literis gratioſis valent literæ non dolum ſed ignorantiam aliquam continentes.*
5 *Iuriſdictio an detur per literas ſubreptitias. & in nu. 6.*
7 *An ſi quis literas à Papa impetrauit & negat aduerſarius eum appellaſſe nunquid vocatus tenebitur reſpondere.*
8 *Non poteſt quis de una eademq; re ſub pluribus conueniri.*
9 *Non auditur obijciẽs cõtra reſcriptũ quòd iudex ſit criminoſus vel impetrator homicida.*
10 *Exceptio contra iudi. quãdo proponi debeat, & quid de exceptione iuriſiuran. in nu. 11.*
12 *Peremptoriæ exceptiones an proponi poſſint contra reſcriptum ad declinãdum forum, & quid de dilatorijs. in nu. 13.*
14 *Exceptio de veritate tacita in cauſa beneficiali quando proponi poſſit.*

SVPER LITERIS. (Vt) prima regula (priori modo) ſcz. per fraudem vel malitiã. (Facta fuerit) de hoc enim ipſe dubitãs ratione dubietatis cognoſcet, ſicut & alibi. ff. de libe. cau. ordinata. & C. eo. lite. † & debet probare dolum, qui allegat. ff. de proba. quoties. §. qui dolum. arg. inf. de præſump. dudum.

(Cognoſcet) quia fraus nemini debet patrocinari. ſup. eo. ex tenore. ſup. eo. ſedes. & eſt ſimile. C. ſi contra ius vel vti. publ. & ſi legibus.

Et intellige, quod nullatenus debet cognoſcere de cauſa, ſi obijciatur exceptio, nam ſi nõ excipiat, ſed conſentiat, vt cognoſcatur cognoſcat, vt. C. ſi contra ius vel vtili. pub. præſcriptione. C. de fal. nec exemptũ plus dicimus, quia ſi etiã illud per fraudẽ obtineat quod aliàs obtenturus eſt, non valet. C. ſi contra ius. & ſi. (Poſteriori) per ſimplicitatẽ. (Nam) ſecunda regula.

1 † In communi forma) hoc non intelligitur, quando tacuit ea quæ neceſſe exprimi ſunt de proceſſu, quia tunc non valent literæ, etiã ſi tale quid ſit omiſſum quo expreſſo nihilominus literas habuiſſet. Alij tamen contradicunt, & benè videtur. arg. inf. de app. oblatæ. De tacita autẽ veritate ſic pone exemplum, ſi quis falsõ ſignificauit Papæ, quòd erat ſpoliatus, & Papa mãdauit, ſi eſt ita, quod reſtituatur ante cauſę ingreſſum: poſtea inuenitur quod ſpoliatus eſt authoritate iudicis, ſed nõ ſic, quòd ſit reſtituẽdus ante cauſæ ingreſſum, quia benè ſeruauit ordinẽ procedendo contra hunc ſpoliatũ. C. vnde vi. ſi quis in tãtam. tamẽ poterit p literas petere reſtitutionẽ, quia hîc impetrator appellauit à ſentẽtia iudicis, cuius authoritate ſpoliatus eſt nõ ſtatim ſed p, bata legitima appellatione, & nõ mireris, quia diximus eũ per has petere reſtitutionẽ, quãdo non faciũt mentionẽ de appellatione, nã licet nõ faciãt mẽtionẽ de appel. nõ minus p eas p, ceditur. inf. de app. oblatæ. Sed videtur, q, iſtis, qui appellauerunt hîc cõpetat rectũ interdictũ, vel cõſtitutio, ſi quis in tantã, q, non debuerit victor authoritate iudicis à quo appellatũ eſt accipere poſſeſsionẽ ſibi adiudicatam. C. de iur. fiſc. prohibitũ. C. ſi per vim.

l. 1. Sed resp. hoc quod diximus locum habere, vbi iudici à quo appellatum est licet sententiã exequi secundum quod no. infrà, de offi. dele. pastoralis. §. præterea, aliter tamen leuius patet.

Pone casum sic. Papa sic scripsit: conquestus est nobis A. de B. qui pecuniã suã quã sibi mutuauit reddere cõtradicit, quo circa mandamus, quatenus si est ita dictũ B. ad restituendam pecuniam compellas, postea coram delegato A. petit mutuum, & petit quod secundum tenorem rescripti compellatur B. sibi restituere pecuniam. B. respondet, & dicit: A. tacuit veritatem, quam si expressisset, non literas habuisset, scz. de pacto de non petendo, sed A. dicit: etiamsi de pacto dixissem cùm adiuncto, scilicet, cùm essem in furore, vel in pubertate literas habuissem, scilicet, hoc modo. conquestus est nobis A. de B. qui pecuniam quam sibi mutuauit restituere denegat prætextu pacti de non petendo, quod sibi fecit, cùm esset impubes vel furiosus: hoc enim casu A. nihilominus in forma communi literas habuisset, scilicet, cum illa clausula partibus conuocatis causam decidas, vnde B. petit, quod secundum ordinem iuris procedat, scilicet, quod recipiat testes probationes suas super pacto interposito, & quod A. fuit maior, & sanæ mẽtis: vel aliter & melius, cùm B. diceret: literas non valere, quod de suo pacto mentionem non faciebant. A. respondet, dicens: & si de tali pacto, quod non præiudicabat mentionem feciſſem: tamen rescriptum in forma communi habuissem, vnde per has meas literas procedendum est, & si non secundum formam clausulæ, tamen secundum iuris ordinem.

a Ignorantia. Adde hoc procedere in literis gratiosis vel beneficialibus, vt per Doc. hîc, secùs in priuilegijs, qa subreptio etiam nõ dolosa vitiat indistinctè priuilegium, vt per Doc. hîc, & per Legistas, in l. præscriptione. C. si cõtra ius vel vtili. publi. & tenet do. Bartho. Soci. in consi. suo. inci. consultatione in qua multas char. 10.

2 †Sed hodie hæc exceptio, scilicet, peremptoria, non admittitur contra rescriptum. infrà, de lit. contest. exceptionis peremptorię, in 6. & est quasi simile inuenire vbicunq; omittitur peremptoria exceptio principale negotium contingens, vbicunq; certa clausula vel specialis in literis de communi iustitia ponitur. Vel potes ponere casum per decre. infrà, de appel. oblatæ. † Item habet locum, quod hîc dicitur si taceatur exceptio dilatoria soluendi vel faciendi, nam nihilominus per tales literas procedetur in forma communi post tempus moratoriæ dilationis, vel etiam antè, cùm & ante finem dilationis agi possit, licet solutio fieri debeat. arg. C. de proba. ad probationem. in declinatorijs autem fori non videntur posse habere locum.

3 †Et not. quòd licet generaliter dixerit hæc decre. quod quando talia rescripta impetrantur, quod iudex non debet sequi formam litis, sed ordinem iuris, tamen oportet sic restringi, vt processus quem habiturus est iudex comprehendatur sub verbis rescripti positis tam in petitione, quàm in conclusione: ea tamen quantumcunq; possunt salua intentione mandantis, & proprietate verborum sunt latissimè interpretanda. VERBI GRATIA: Rescriptum impetratum est in prædicta forma, ille qui impetrauit omissa causa mutui vult procedere & agere ex causa stipulationis, vel donationis, vel cõsimili non potest, quia isti duo modi agendi non possunt comprehendi per tenorem eius, quod petitur in rescripto, quod tantùm de mutuo mentionem facit, licet benè comprehendatur sub conclusione, quæ generaliter loquitur de restitutione pecuniæ, & idem si dicimus petitio quæ modò datur possit comprehendi per verba petitionis, sed nõ per verba conclusionis. VERBI GRATIA: Rescriptũ Papæ sic continet. Conquestus est nobis A. de B. qui super tali possessione iniuriatur eidem, vnde mandamus quatenus si inueneris, quòd per vim sibi abstulerit illam, cogas ipsum ad restitutionem, si postea A. nolit sibi dicere per vim sibi ablatam, sed per fraudem, vel dicat A. conqueror de B. qui talem possessionem quam mihi vendidit, eam mihi dare contradicit, dicimus tales libellos non admittendos, quia conclusio non patitur, licet petitio pateretur, & sic iudex iudicare super prædictis libellis non posset, † Quia fines mandati diligenter seruandi sunt. ff. man. diligenter. & potior, imò sola vera causa, quia petitionem generalem restrinxisse videtur. arg. C. de procu. maritus. C. de transact. age. & facit ad hoc quod not. infrà, de transact. c. 1. in gl. quæ incipit transactio. Sed si benè attendas omnes casus præcedentes sunt de veritate tacita. Restat igitur vt aliquos ponamus vbi sit falsitas expressa. VERBI GRATIA:

4 †Abbas non Cistercienſ. dicens se Cistercienſ. nõ ex malitia, sed ex ignorantia *a*, fortè procuratoris impetrantis impetrauit literas contra plebem, quę exigebat decimas laborum suorum, quòd imponeretur silentium sibi benè valent hæ literæ, sed non procederetur secundum hanc conclu-

concluſionem, ſed ſecundum formã communem, ſcz. partibus conuocatis, & ſi fortè ſpeciale priuilegiũ habet ſuper his obtinebit, alioquin ſuccumbet, præterea expreſſum caſum habes. inf. eod. olim. (Dediſſemus) id eſt, dare tenemur de iure vel conſueuimus. (Secundum ordinẽ) ſecundum hoc membrũ intelligitur. 25. q. 2. preſcriptione. & inf. de appe. oblatæ. (Procedat) arg. pro ſimplicitate & imperitia. de conſec. diſt. 2. c. 3. inf. de re. permu. cũ vniuerſorũ. ff. de ven. inſpi. l. 1. §. fin. ff. de proba. cũ de indebito. (Procedat). ff. de eden. l. 1. §. fi. ff. qui ſatiſ. cog. de die. §. quod minori. C. qui admit. ad bono. po. quod autẽ. argu. contra. ff. de in ius vocan. l. 2. C. de fal. mone. l. 1. (Si verò) tertia regula. (Nos nullas) ſup. eo. ad aures. inf. de coha. cler. & mu. ſup eod. inf. de ſent. & re iudic. inter mona. inf. de fi. presby. inter dilec. C. ſent. reſcin. nõ poſ. l. fi. inf. de ſent. & re iudi. cũ olim. ſup. eo. cũ adeò. & c. conſtitutus. inf. de tranſ. ex literis, quia in his caſibus iniuſtum eſſet literas concedere, vel libellum admittere. inf. de præben. cùm teneamur. inf. eo. poſtulaſti. ſuprà, tit. 1. cùm acceſsiſſent. inf. de deci. ex multiplici. ſup. eo. cæterùm. inf. de fil. presbyt. ex tua. (ad præſens) inf. de teſtib. veniens. inf. de conceſſ. præben. & eccle. non vac. cum noſtris.

5 † Forſan) imò ſine forſan. inf. de appei. ſi duobus. ff. de iudi. ſi quis ex. & loquitur hic quãdo opponitur cõtra literas de falſa ſuggeſtione, vel veritatis ſuppreſsione, ſed nõ dicitur eũ habere iuriſdict. quia etiã per tales literas benè datur iuriſdictio: vt no. ſup. e. cæterũ. & ſententia quã hîc iudex tulerit ius faciet inter partes, niſi appellaretur, ſecùs ſi nullam haberet iuriſdictionem, quia tunc non teneret ſententia, qua pronunciaret ſuam iuriſdictionem.

† Sed quid ſi literæ falſæ dicuntur, nam vel oportebit impetrantẽ reſcriptũ probare verũ, ſi erit ſuſpectũ, vel contradictorẽ illum eſſe falſum ſi reſcriptum non ſit ſuſpectum. C. de proba. iubemus. Authen. de fid. inſtru. §. ſi verò mo. col. 7.

6 † Sed oppones, ponamus, quòd reſcriptũ verè falſum erat, ſed ipſe iudicauit verũ, & poſtmodũ in principali negotio proceſsit, & ſententiã tulit, apparet hanc ſententiã non tenere, quia per falſum reſcriptũ proceſsũ eſt. Item quia à nõ ſuo iudice lata eſt: ergò & nihil profuit iudicare iuriſdictionẽ ſuã eſſe. † Reſpondit quidã imò ex quo à ſententia in qua iuriſdictionem ſuã iudicauit nõ eſt appellatũ, tenebit ſententia in principali lata per errorẽ litigantium. arg. ff. qui cum fal. tuto, l. 1. §. ſed. ff. quæ ſenten. ſine appel. reſcind. non poſ. l. 1. ff. de offi. præſid. Barbarius.

7 † Et ſi quæratur à quo habẽt iuriſdictionẽ, dicunt q, à lege, quæ dat eis cognitionẽ & diffinitionẽ in hoc dubio, & ita ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè iudicet, p veritate ſumitur talis ſentẽtia, niſi ſuſpendatur per appellationem. 2. q. 6. §. ſi ſententia. ff. de iuſti. & iur. l. penu. melius videtur dici, q, nõ tenet ſentẽtia. C. ſi à non cõpe. iudic. l. 1. nec de hoc fortè cognoſcet. Alij dicunt, ſed non benè, q, in veritate iuriſdictionẽ non habuit per literas falſas, & tamẽ q, fecerat tenet p, pter communẽ ignorantiã litigantiũ. ff. de offi. præto. Barbarius. &. ff. eo. l. ſi forrè. ſed certè hoc nõ videtur ſtare, etiã ſi modò conſtaret, quod falſæ fuerint literæ: † quia ſentẽtia à nõ ſuo iudice lata nõ tenet. inf. de offi. vica. quoniã, & qa de falſo etiã poſt rẽ iudicatã agitur. C. de fal. quærelã. Sed reſpon. q, res iudicata p veritate accipitur inter partes, quæ cõſentiunt litigare coram eis. ff. de ſtatu homi. ingenuũ, vnde ſufficit ſic iudicatum eſſe, nec vltra de ea poteſt quæri, & hoc idẽ dicũt ſi iudicatũ eſſet inſtrumentũ falſum eſſe verũ, q, in principali negotio p, ducitur, ſed ſi omiſſa eſſet exceptio falſi, benè etiã poſſet poſt ſententiã p, poni. vt. C. de fal. quærelã. C. ſi ex fal. inſtru. l. vlt. & not. inf. de p, ba. licet, ſed debes reſpõdere, quia aliud eſt quãdo iudex iudicat vt principali, nõ obſtãte exceptione falſi inſtrumẽti: nã hîc cùm verè ſit iudex, benè tenet ſententia, ſed in alio caſu, quãdo iudicat verũ reſcriptũ, & ſe iudicẽ non magis eſt iudex, vnde adhuc poſt eius ſentẽtiã põt de falſo dicere, & põt dicere ſentẽtiã à nõ cõpetente iudice latã, ſi etiã poſt omnes ſentẽtias ageretur coram vero iudice de falſo, vel q, nõ eſſet iudex q, ſentẽtiã tuliſſet, & ille verus iudex ſentẽtiaret, ſentẽtia teneret, cũ in veritate nõ teneret, tanquã quæ nõ eſſet à ſuo iudice lata, cũ vlterius cõtra eã nihil dici poteſt, quia facit ius inter partes, qa in veritate iudex eſt, licet malè iudicet. Alij tamẽ dicũt q, non debet ipſe cognoſcere, an reſcriptũ ſit falſũ: ſed ille cuius dicitur fuiſſe reſcriptũ. 19. diſt. in memoriam. † Itẽ qd ſi qs impetrauerat literas à Papa, & aduerſarius negat eũ appellaſſe, nũquid vocatus tenebitur reſpõdere alias ire. Reſpondeo ſic: nã cõſtat eũ habere iuriſdictionem per reſcriptũ Papæ, licet elidi poſsit p exceptionẽ, quia per falſi ſuggeſtionẽ ſunt impetratæ literæ, & not. inf. de offici. delega. paſtoralis. §. præterea. Si quis autẽ conuenitur ſuper maleficio vel cõtractu benè confitetur crimen vel contractum, ſed dicit ſe non conueniendum

coram

coram illo iudice, quia non deliquit, nec contraxit in ſua dioceſi: ſed alterius, & idcircò quicquid iudicaretur, ſibi non prodeſſet, vel obeſſet, quia verus iudex hoc ratum non haberet ſicut nec poſſet, nec etiam videtur, quòd de hoc ipſe debeat cognoſcere. Quia qua ratione hoc cognoſceret, & alius in cuius dioceſi dicitur cõmiſſum eſſe delictũ. Reſpon. hîc iudex coram quo conuenitur cognoſcet de iuriſdictione vt hîc, & ſi pronunciauerit ſuam iuriſdictionem, niſi appellaretur, tenebit quicquid factum eſt in cauſa principali, vt dictum eſt in ſuperiori articulo, vt diximus de illo qui iudicat ſuã eſſe cognitionẽ, qui tamen habet aliàs iuriſdictionẽ, vel cognitionẽ ſuper incidenti & poſtquã emel fuerit iudicatum, vlterius non conuenitur. 81. diſt. presbyter autem. ff. nautæ caupo. licet. §. fin. Secùs eſt quando dicitur falſum reſcriptum, per quod dicitur data iuriſdictio, quia nec ille iuriſdictionem inter partes habet per illud reſcriptum, nec etiam cognitionem ſuper incidenti, an ſit falſum reſcriptum. Et ſi timet iſte, qui refugit iudicium, ne grauetur de facto appellet ex hac cauſa quod per falſum reſcriptum vult procedere, & reuocabitur quod fecerit. infrà, de appel. interpoſita. & c. ad audientiam. & eodem modo reuocabitur, quicquid fiet contra eum, etiam ſine appellatione: quia factum eſt à non ſuo iudice. infrà, de offi. iudi. quoniam Ratio autem diuerſitatis eſt, quia vbi cognoſcit, an maleficium ſit in ſua iuriſdictione commiſſum, vel contractus celebratus hoc facit ratione præcedentis iuriſdictionis, quam conſtat eum habere propter dubium. ff. de iudic. ſi quis ex. vnde tunc ſuper hoc tenet ſententia ab eo lata, etiam contra ius litigatoris & multa indicta, ſed de falſitate reſcripti non cognoſcit, niſi ratione iuriſdictionis ſibi ex eodem reſcripto datæ, vnde ſi reſcriptum verum eſt, tenet ſententia: & ſi non eſt verum, non tenet ſententia. C. ſi à non compe. iud. l. iudex. pendet ergò de futuro, an teneat ſententia vel non.

8 †Item non valet, quod obijcitur, quòd alius pari ratione poterit cognoſcere & iudicare, quia aliàs non poteſt cognoſcere, quia ſub eo non conuenitur, nec poteſt de eodem ſub pluribus conueniri, quia cùm ille qui conuenit eum ſub primo iudice, conuenit eum ſub ſecundo, excipiet reus, quod non poteſt eum conuenire ſub eodem facto coram diuerſis iudicibus. ſuprà, eo. ex tenore. Et benè caueat ſibi, quod non excipiat de declinatoria fori illa, ſcilicet, quia non deliquit, nec contraxit in ſua iuriſdictione, quia tũc ſi ſententiaret ſuper hoc præiudicaret primæ ſententiæ, nec etiam ex officio ſuo inquirere poteſt de maleficio, nam tunc locum poteſt habere officium, vbi non eſſet qui ageret, at hîc eſt qui agat, ſecùs autem eſt dicendum, ſi conſtaret vbi maleficium eſt commiſſum, ſi diceretur per accuſatũ illum locum eſſe alterius iuriſdictionis, quàm eius coram quo fit accuſatio: nam tũc nõ videtur, quod deberet cognoſcere cùm graue præiudicium fieret illi ſaltem ſuper poſſeſſione, quam amittit, hoc ipſo quod patitur eum cognoſcere. ff. de ſerui. quoties. Si autem de poſſeſſione conſtaret, ille cognoſceret qui in poſſeſſione eſt: ſed in ſuperiori caſu, ſcilicet, quando non conſtat ne maleficium impunitum remaneat, ſuperior puniet †, qui debet ſupplere defectum ſubditorum. 9. q. 3. cùm ſcimus. vel differtur quouſq; hæc quæſtio de poſſeſſione & iuriſdictione diffiniatur. arg. 3. q. fi. item ſi crimine. infrà, de teſti. veniens. Alij dicunt, quod ſimul debent conuenire, vt diffiniant ad quem pertinet iuriſdictio, argu. ſuprà eo. paſtoralis. in princ. ſed hoc non credimus. Illud enim tantùm obtinet, quando modica dubitatio eſt, & quæ poteſt ex literarum inſpectione finiri, & quæ nulli iudici in iuriſdictione præiudicat. Vel dic, & fortè melius, quia & hoc quando negatur eum corã quo agitur accuſatio poſſidere ipſe debet cognoſcere, an poſſideat. & ſi ſententiauerit ſe poſſidere, etiam ſi cognoſcat de principali, non fit præiudicium alij ſuper poſſeſſione, qui ignorauit, † cùm poſſeſſio non amittatur ſine animo, & ignorans non poteſt habere animum amittendi. ff. de acqui. poſ. poſſideri. §. in amittenda. & l. quemadmodum. argu. ff. de acqui. poſ. ſi id quod. §. fi. & ſi habet ſuſpectum accuſatorem, quod vel fraudulenter, vel ignoranter malè defendit cauſam ſuam, quæ eſt an poſſideat, an ſiſtat ei in cauſa: vt no. infrà, de regu. iur. cùm ſuper. Vel dic, & melius, quod licet iudex iudicet, quod ad eum pertinet cognoſcere de maleficio, & contractu commiſſo in tali loco, quia eſt de ſua iuriſdictione nulli fit præiudicium per hanc ſententiam, niſi partibus, & quantumcunq; cognoſcat poſtea inter partes de maleficio, vel contractu propter hoc alius non perdit

dit poſſeſsionem loci vel iuriſdictionis, quia res inter alios &c. inf. de ſen. & re iudi. cum ſuper. Item: quia licet turbet poſſeſsionem alterius, non tamen eam acquirit, nec alius eam perdit, niſi de toto eijceretur per modum quẽ notaui. inf. de cap. mona. dilectus. licet enim de vna vel pluribus cauſis cognoſcat, nõ extenditur hæc poſſeſsio iniuſta, niſi ad cauſas de quibus cognoſcit. arg. ff. de acqu. poſſ. quod meo. §. fi. & l. quod ſeruus. & contra hunc eſt intentandum interdictum vti poſsidetis. & non vnde vi. infrà, de proba. licet.

9 †Qualiter) ſcilicet veritate & falſitate, quæ ſcilicet fit ſuper proceſſu negotij vel iudicij: puta quia non fecit mentionẽ de citatione, vel de appellatione vel ſimilibus. Sed ſi obijciatur contra reſcriptũ, quòd criminoſus ſit iudex, vel impetrator homicida, ſcilicet, non auditur, quamuis ſi Papæ dictum fuiſſet nunquam iudicem homicidam dediſſet: & idem ſi dicatur de impetrante.

Sed obijcies ſi dicitur infamis iudex, quòd non eſt de proceſſu auditur. Reſpon. non auditur hoc modo, ſcilicet, non valent literæ, quia tacuit veritatem. Sed quia hanc exceptionem habet declinatoriam iudicij, etiamſi eſſet ordinarius ſecundum quoſdam, vbi non impetrantur literæ, & not. infrà, de offi. deleg. cùm ſuper. vide. inf. de offi. dele. ſuper ea. decre. qualiter debeant proponi & probari ex-
a cep. contra iudicem. Non enim minus a, literæ valent licet non faciant mentionem de his, quæ nec proceſſum negotij, nec principalem cauſam contingunt.

10 †Item dicunt quidam b, quod hæc ex-
b ceptio peremptoria, non expreſſa in literis commiſsionis, ſemper in principali negotio eſt differenda. arg. inf. de fo. compe. ex parte. nam ſi proponat exceptionem hanc, quod de peremptoria exceptione mentionem non fecit ad declinandum forum, nihilominus ſi iudex iudicet procedendum per literas, oportet eum in principali peremptoriam eandem probare. Itẽ ipſi excipienti contra literas vel forum eſt vtilius, quod proponatur in principali quæſtione, quia ſi eam probauerit, abſoluetur à toto debito, ſed ſi ad declinandum forum proponatur, abſoluitur tantùm, quòd per illas literas reſpondere non cogitur: Vnde ſi aliæ literæ contra eum impetrentur, cogetur reſpondere ſuper debito eodem, imò videtur quod de peremptorijs exceptionibus mentionem facere non tenetur, cùm tantùm ſint proponendæ ad actionis excluſionẽ. ff. de excep. l. 2.

Et hoc verum dicitur, niſi eſſet talis peremptoria, quę tantum, vel plus prodeſt caſſando literas, quantũ ſi abſolueretur à debito vel petitione principali, qualis eſt exceptio rei iudicatæ. C. ſenten. reſci. non poſſ. l. fi. quæ ſi proponatur ad declinandũ forum, vel caſſationem literarum, plus prodeſt quàm ſi lite conteſtata ſuper debito proponatur, nam maius auxilium habere non poteſt, quàm rei iudicatæ, ſed ſi habet, & ſibi ſeruatur & beneficio eius ſententiam quam proponit ad caſſandum literas, ſed ſi proponat in principali quæſtione, & per errorem iudex, vel malitiam ferret ſententiam contra priorem ſententiam, ſecunda teneret, quòd ſibi eſſet magnum præiudicium.

11 †Et idem poſſet dici ſi opponatur exceptio iuriſiuran. non expreſſa in literis, ſed certè ſi diligenter attendatur ratio, quam hi inducunt pro ſe, pro alia opinione facit, quia ſi proponatur exceptio de peremptoria exceptione non expreſſa ad caſſandum literas, duplex bonum conſequitur. Primum, quòd proceditur contra eum ad caſſandum literas. Secundũ, quòd remanet eius ſalua exceptio, nec ſubiacet periculo, quòd pactum de non petendo, vel alia exceptio peremptoria per contrariam ſententiam renocetur, arg. opti. ff. de condi. indeb. elegãter. §. pen. C. ſen. reſci. non poſſ. peremptorias. quia & ſi feratur ſententia contra eũ, quando excipit ad caſſandum literas: tamẽ poſtea nihilominus
c eandem c, exceptionem poterit ponere in principali, vt perpetuò abſoluatur, quia ad aliud excipitur ſecundo, ad aliud primo, ſed certè veritate inſpecta, non videtur quod per taciturnitatem, vel expreſsionem falſam peremptoriarum exceptionum, quæ principale negotium contingunt minus valeat reſcriptum. infrà, de lit. conteſt. exceptio. peremptoriæ.

12 †Item non videtur contra reſcriptum ad declinandum forum, poſſe proponi peremptorias exceptiones, quæ tantùm *contra reſcriptũ, ſed differtur in cognitionẽ negotij principalis, vt ſentit Inn. hîc, cui addo Henr. Bohi. in 3. col. & dic rationẽ eſſe, vt lites abbreuientur, ad q̃ iudices curare debent. l. quidã. ff. ſi cer. pet. & ff. de cõdi. inde. l. dñs teſtamẽto. & c finẽ lectibus. inf. de do. & cõtu. Nam ſi primò proponeretur in vim dilatoriæ, & pnunciaretur ſuper ea iterum poſſet proponi in vim peremptoriæ, & pnunciari ſuper ea, & ſic fierẽt duo iudicia, & quia cognoſcere de ipſa perẽptoria nõ eſſet cognoſcere, niſi de ipſa principali, quod non poteſt fieri ante litem conteſtatam, inf. de lit. conteſt. c. 1. & vt lit. conteſt. per totum.*

Non enim minus, & ſic ex his habes, quod iſtæ exceptiones crẽ minꝰ ſẽ, uel in famiꝫ oppoſitæ contra iudicẽ vel partẽ nõ afficiũt reſcriptum. adde Specul. in tit. de exc. §. dicto. ver. et vt plenius. & ver. uidetur ergò & Hen. Boh. in 3. col. in fi. Sed die, q̃ fallit hoc in excommunicatione oppoſita cõtra iudicẽ. vt inf. de re iudi. ad probandum. Itẽ fallit in præiudicialibꝰ exceptionibus, quia iſtæ ſunt peremptoriæ, vt no. Hoſt. inc. 1. de ord. cog.

b Item dicunt quidã. & ſic q̃ eſt exceptio perẽptoria orta ante impetrationẽ reſcripti, ſi eſt perẽptoria actionis in facto principali cõſiſtẽs, vt puta pactũ de non petendo, vel ſimiles, ut ſup. dixit Inn. in gl. in ver. in cõi forma circa mediũ. tunc nõ debet opponi in vim dilatoriæ cõ-

c Eandem exceptionem cum Inn. hic tenet Henr. Bohic. hîc

contra

in 3. col. ver. modò si ꝓponeretur. & gl. in c. 1. inf. de lit. cõteſt. in 6. licet ibi Card. contra in gl. in verbo, tãtũ in fi. Et aduerte, quia hoc non habet locũ in exceptione rei iudicatæ & trãſactionis, & litis finitæ & iuriſiurãdi ſecundum Inno. hîc in uer. Sed his obſtare. & ſequitur Hen. hîc.

a Quia exceptiones. Adde Specu. in ti. de except. §. dicto. verſic. ſed nunqd. & Henr. Bohic. hîc, in 2. col. verſi. ſi quæris.

b Exceptio, & ſic quãdo exceptio peremptoria orta ante impetrationẽ reſcripti gratioſi, ſi non opponitur ante litem cõteſtatam ad peremptionem literarũ, & gratiæ in eis cõtẽtæ, quia fuit omiſſa poteſt proponi poſt lit. conteſt. adde eundem Inno. Hoſt. & Archidia. in c. exceptiones peremptoriæ. infr. de lit. conteſt. lib. 6. & Hoſt. inf. de renun. c. veniẽs. et Henri. Bohi. hîc, in 2. col. verſi ſed ad pleniorem.

contra principalem actionem competũt, & hoc expreſſẽ dicit. inf. de fo. compet. ex parte. inf. de lit. conteſt. exceptio. peremptoriæ, ſed per illas tantũ tacitas, quæ non obſtarent principali actioni, ſi exprimerentur dicimus literas annullari, vt ſi tacuit lit. conteſt. & obtinuit alij eandem litem cõmitti, non facta mentione de citatione, vel lite conteſtata, certè non valent literæ. inf. de offi. deleg. gratũ. inf. de re iudi. inter. Vel pone caſum per decre. inf. eod. dilec. vel per decre. de coha. cler. & mulie. c. ſuper. diximus exempla, quando tacet veritatẽ ſuper proceſſu iudicij talẽ, ſcz. quam ſi expreſsiſſet nullatenus literas habuiſſet, etiam in quacunq; forma communi. Et eodem modo ponas exempla, quando exprimit falſitatem. ſcz. in proceſſu iudicij, vt ſi obtinuit reuocationem commiſsionis impetratæ ab aduerſario primo, mentiendo quod fecerat citari aduerſarium per delegatũ, vel ordinarium; nam hæ literæ elidi poterunt.

☞ Sed his obſtare videtur, † quia exceptio rei iudicatæ peremptoria eſt, & tamẽ ponitur ad declinandũ forum. C. quę ſen. reſcin. non poſſ. ſi. Reſpon. illa exceptio licet ſit peremptoria, tamen eſt de proceſſu. iud. vnde admittitur ad declinandum forum. Item nõ obſtat. ff. de condi. indeb. elegãter. §. pe. quia & tranſactio proceſſu iudicij intelligitur, cùm non debeat fieri, niſi ſuper re incerta & lite dubia. ff. de tranſact. l. 1. & idem poteſt dici de omni iureiurando, præſtito in præiudicio.

Sed obijcies, ſi dixiſſet exceptionem peremptoriã, contra ſe competere literas non habuiſſet: ergò debet carere impetratis, vt hîc. Reſpon. ſi hoc fatetur ſimpliciter verum dixiſſe, ſed ſi dixiſſet exceptionem contra ſe competere, ſed ſe replicationem habere literas habuiſſet, nõ obſtante exceptione, & quia ſi prima opinio teneret, ſequeretur hîc abſurditas, quia exceptiones & replicationes inutiliter ante litis conteſtationem agitarentur, plus valet ſecunda ſolutio. Item quod diximus in principio huius gl. ſcz. quod literæ nõ eliduntur, niſi per tacitam veritatem, vel expreſſam falſitatẽ, quæ tangunt proceſſum iudicij, vel principale negotium non placet, quia exceptiones [a] illæ quæ afficiunt reſcriptum tantũ admittẽdæ ſunt, quamuis non ſint de proceſſu iudicij, vt ſi dicitur non valere reſcriptum, quia impetratum eſt per excõmunicato. inf. de æta. & qualit. bonę. inf. de proba. per conceſſi. vel quia falſum eſt, & obreptitiũ. vt not. inf. eod. cùm dilectus. vel dicit ſe habere priuilegiũ, propter quòd reſcriptũ, nõ valet. ſuprà, eo. cùm ordi. Vel ſi dicit, quòd renunciauit literis impetratis & impetrandis, & omnibus quæ impetrarentur prętер aſſenſum communem. inf. eod. ex parte. Vel quia ſint literæ nimis generales. ſuprà, eo. ad hoc. ad idẽ. inf. de confir. vti. ad noſtram. & in multis alijs ſimilibus caſibus. ad idem. ſuprà, eo. ex tenore.

13 † Sed quid dices de dilatorijs? Reſpon. idem primò, quòd nõ debet proponi contra reſcriptum, nec ad declinandum forum. C. de proba. ad probationem, ſed ad differendam intentionem actoris. Item videtur iuſtè dici poſſe, quod in priuilegiis & beneficialibus reſcriptis, ſi aliqua falſitas ſit expreſſa, vel veritas tacita, quæ Papam ad gratiam concedendam induxerat, quod contra reſcriptũ põt opponi de veritate tacita, & in proſecutione negotij contra petitionem directã de eodẽ exceptio proponetur. VERBI GRATIA: Aliquis habens beneficium cum cura animarum, vel etiã ſine cura impetrauit literas ſuper beneficio contra reſcriptum huius, poſt excipi de veritate tacita, ſuprà, eodẽ. ad aures. C. de diuer. reſcript. l. vlti.

14 † Sed ſi omittatur hæc exceptio contra reſcriptum, poſtea tamẽ etiã lite conteſtata, illi qui petit beneficium ex illis literis, obſtat exceptio [b], arg. inf. de conceſ. præben. cum noſtris. & hoc ea ratione, quia prædictæ falſitates pariter afficiunt reſcriptum, & gratiam in ea datam. Nec ob. inf. de lit. conteſt. exceptiones peremptoriæ. vbi de hoc no. (In vtroq;) id eſt, & quòd eſſet habiturus literas in forma cõmuni, & quando nullas omninò literas habiturus eſſet, ſed tamen ſemper ſine dolo errabat delegans. infrà, de app. poſtremo. ff. de in integr. reſtit. l. 3.

CAPVT XXI.

1 *Prælati nomine intelligitur eccleſia & prælati miniſterium.*
2 *Abbates tenentur congregationum ſuarum negotia defendere.*
3 *An ſit neceſſarius conſenſus conuentus, ſi abbas egerit, & econuerſo.*
4 *Nunquid epiſcopus poſſit agere abſq; conſenſu capituli, vel econuerſo.*
5 *In bonis diſcretis non tenetur abbas reſpondere, niſi de parte ſua.*
6 *Quo caſu poſſit abbas ſine conſenſu conuentus cauſas conuentus agere.*
7 *Quilibet monachus poteſt pro dignitate, vel officio, vel pro obedientia eccleſiæ ſuæ agere.*

EDOCE-

EDOCERI EOSDEM. Abbates (tueri) nomine † enim prælati eccleſia intelligitur, & prælati miniſterium. ff. de annu. l. annua. & ff. de condi. & demon. l. filio. & eccleſia eſt in epiſcopo. 12. q. 1. ſcire quandoq; tamen nomine eccleſiæ, non deſignatur epiſcopus. de teſta. requiſiſti. 12. q. 2. illud. & q. 3. pontifices. ff. de condi. indebi. l. fi. ff. de rebus dub. ciuibus.

2 † Teneantur) hîc habes, quòd tenentur abbates negotia ſuarum congregationum defendere, & ad idem C. de epiſ. & cle. Orphanotrophos. arg. ff. quod cuiuſque vniuer. ciuitates. & l. conſtituti.

Et hoc verũ eſt, vbi res, de quibus agitur communiter, poſſidentur ab abbate & conuentu, ſi autem ſunt ſeparatæ, tunc abbas aget pro ſuis, & conuentus pro ſuis per ſyndicum. arg. ff. quod quiſq; vniuer. nomi. l. 1. §. quibus.

3 † Sed nunquid, ſi abbas egerit, neceſſarius eſt conſenſus conuentus, & econuerſo, ſcilicet, ſi conuentus egerit, neceſſarius eſt conſenſus abbatis? Lau. dicit quod ſic. arg. 12. q. 2. placuit. 17. q. 4. in venditionibus. infrà de procur. c. 1. inf. de iudi. cauſam. C. de epiſc. omnes. §. hoc. nihilominus. † Vin. dicit nunquam conueniendum eſſe conuentum, ſed abbatem, ſi diſcretè quis vult agere. arg. inf. de iudi. cauſam. & filius quàmdiu eſt in poteſtate patris, conueniendus non eſt. C. de ann. excep. l. 1. in fi. Et arg. ad hoc, quod vacante ſede, nihil innouatur. inf. ne ſed. vac. per totum. Nec currit præſcriptio contra eccleſiam. infrà, de præſcript. c. 1. & c. de quarta. & ſi lis oriatur inter prælatum & collegium, ſuperior, ſcilicet, epiſcopus vel archiepiſcopus dabit collegio procuratorem, cuius officium expirabit finita cauſa. inſtit. de. auto. tuto. in fin.

Hoc intellige, quando nomine eccleſię agitur, nam ſi nomine ſuo, ſcilicet, quia vna pars canonicorum petit ſuum electũ confirmari alia contrarium petente, quia quælibet pars, quæ pro ſuo iure contendit, agere poteſt ſine authoritate ſuperioris.

4 † Sed quid de epiſcopo *a*, vtrum poteſt *a* agere ſine conſenſu capituli vel econuerſo, & quid de clericis eccleſiarũ conuentualium, & quid de ſacerdotibus capellarum, an neceſſarius ſit conſenſus ipſorũ, nos autem in omnibus his reſpondemus, quod † quicunq; vel quæcunq; habet adminiſtrationem poteſt agere & conueniri ſine conſenſu alterius. ff. quod cuiuſque vni. l. fi. inf. de iudi. cùm deputati. in Auth. de eccle. titu. §. fi. col. 9. C. de epiſc. & cler. Orphanotrophos. & l. omnes. eo. tit. non contradictio eſt, imò potius concordat, cùm dicat, quòd œconomus debet conueniri, nec dicit ibi requirendũ alicuius conſenſum in agendo, ſed in conſtitutione œconomi, quod eſt officium vel dignitas, quæ tunc communi conſenſu conferebatur, quia id negotium erit commune epiſcopo, & conuentui requirendus eſt conſenſus vtriuſq;. Similiter non obſt. inf. de procu. c. 1. quia ibi presbyteri & diaconi adhibentur vt teſtes, nõ ad aliud: imò pro nobis facit, quia ibi dicitur, quod epiſcopus facit procuratorem, ſimiliter non obſtat. inf. de iud. cauſam. quia ibi non dicit requirendũ conſenſum epiſcopi propter hoc, quod non tenetur, ſi tantùm cum capitulo ageretur contra capitulũ, ſed quia ſi non fuerit requiſitus, nõ tenebit contra epiſcopum. inf. de ma. & obe. inter. inf. de ſent. & re iud. cùm ſuper contra. arg. ff. de iure do. ait prætor. hoc tamen benè dicerem, ſi vellet conſtituere vnum generalẽ perpetuum officialem, qui omnia negotia communiter gereret, ſiue in cauſis, ſiue in alijs, q̃d hoc debet facere cum conſilio capituli, ſicut & clericus, ad hoc tantùm officium cõſtituere dicunt, cùm hæc inter ardua negotia ſint. 89. diſt. iudicatũ. arg. 18. q. 1. hoc tantùm. arg. infr. de ijs quæ fi. à præla. quanto. Idem eſt fortè in arduis cauſis, & ſic poſſent loqui. inf. de procu. c. 1. & alia. c. quæ requirunt conſenſum capituli. † Et eſt ratio, quia in magnis negotijs capituli conſenſus requiritur. Item in alienationibus voluntarijs, neceſſarius eſt ſemper conſenſus epiſcopi & capituli. inf. de dila. expoſuit.

5 † Congregationum) nota. quòd licet res de qua agitur communis ſit abbati & conuentui, tamẽ ſi diſtincta ſunt bona de illa re cõmuni, nec abbas agens ſine conuentu, nec conuentus ſine abbate: nec literæ impetratæ contra alterũ, vel pro altero tantum valebunt: vt hîc expreſſè dicitur, niſi ſuam cauſam alter ſpecialiter proſequatur, ſed de rebus ad alterum tantum ſpectantibus pro ſe tantum, vterque agit.

a De epiſcopo. Quando prælat⁹ agat, vel conueniatur, vel ſine conſenſu capituli, vide etiã per Cardi. in conſil. 134. in ſecundo dubio.

Hæc etiam intellige vera, vbi communiter diſcreta ſunt bona, quia ſi non generaliter eſſent diſcreta, ſed conuentus per ſe aliquas poſſeſsiones haberet, vel reditus pro veſtibus ſuis, vel alijs huiuſmodi, &

abbas ſimiliter haberet alia, tunc abbas ſine conſenſu capituli ageret pro omnibus.

6 †Omninò) puta quia conuentus priorem, vel aliũ adminiſtratorẽ & miniſtralem perpetuũ vel temporalem habet, qui eorum cauſas agat, vel ſi abbas habet magnos reditus, vel magnas poſſeſsiones per ſe, & conuentus aliàs per ſe: tamẽ conuentus nunq̃ habuit aliũ adminiſtratorẽ per quem cauſæ ſuæ tractãtur: tunc abbas ſine cõſenſu conuentus cauſas cõuentus aget, quia legitimus adminiſtrator eorũ eſt. ar. ff. quod cuiuſq; vniuer. ciuitatẽ. nec hæc poſſunt dici bona conuentus diſcreta, vel ſeparata ab abbate, cùm multum iuris habeat in eis abbas. ſ. adminiſtrationẽ, licet fructus diſpenſentur in vſus monachorũ tantùm. inf. dere alie. vel nõ. poſſeſsiones,

a attenditur in his conſuetudo a vel conſtitutio, vt not. inf. de pba. ex literis. & videtur de iure poſſe ſuſtineri, quia nulla vis eſt, etiam ſi nullæ poſſeſsiones ſint diuiſæ, ſed oẽs ſint cõmunes ſiue pro medietate, ſiue pro inæqualibus partibus, ſiue p parte ſint diuiſæ, & pro parte indiuiſę ſiue oẽs ſint diuiſę, quia ſemper abbas omnium eſt adminiſtrator, niſi cõſuetudine, vel conſtitutiõe legitimè facta, vel alio modo ordinatum ſit, pro qua parte agat abbas, & p qua parte conuentus, vel niſi diuiſa ſit adminiſtratio, nam tũc ratione adminiſtrationis poſſet conuentus facere ſyndicum, qui etiã cauſas ageret. inf. de iudi. cùm deputati. ff. quod cuiuſque vniuer. ciuitates.

7 †Item dicimus, q̃ quilibet monachus pro dignitate vel officio, vel pro obedientia eccleſiæ ſuæ agere poteſt. inf. de iudic. cùm deputati. Illud aũt non poſſet concedere abbas monacho, q̃d haberet adminiſtrationem aliquarũ poſſeſsionũ vel villæ & pro eis agere, niſi ſicut procurator vel ſyndicus. Nam ſi vult aliter agere, oporteret q̃ diceret, ego nomine meo, vel p̃bendæ meæ, quod nõ licet. inf. de ſta. mo. cùm ad monaſterium, ſed ſuperiores agent nomine officiorum, vel obedientiarum ſuarum, † canonici aũt ſeculares, qui poſſunt habere proprium, benè poſſunt agere nomine præbendarum ſuarum, vbi habent eius adminiſtrationem: poſſent etiam dicere in libello, ago nomine meo.

a *Conſuetudo. Adde Henr. Bohic. q̃ idẽ tenet etiam ſi ex priuilegio hoc ſibi competat, vt inf. de priuileg. c. porrò. quia tunc poterit etiã ſolus agere. Exquo priuilegium & conſuetudo præſcripta regulariter æq parantur, vt in c. qa ſæpè. infr. de elect. & in Extrauag. ſuſcepti regiminis. in princ.*

b *Cauſa vna. et ſic tenet hic Innocẽ. quod lex Barbari non habet locũ in delegato. Adde q̃ cõmuniter tenetur contrariũ vt hic p̃ Doc. quibus adde Alexand. de Imol. in conſ. 72. incip. in cauſa & lit. in 2. vol. Et latius in d. l. Barbarius. in col. pennl.*

CAPVT XXII.

1 *Nõ efficitur q̃s iudex per literas obreptitias.*
2 *Cancellarij conſcientia ſufficit ad hoc, ne literæ ſint falſæ.*
3 *Literæ quando & quo caſu dicuntur eſſe obreptitiæ.*
4 *Ordo literarum eſt attendendus, nec valet proceſſus inordinatè factus.*
5 *Proceſſus factus à iudice, qui nõ ſeruauit ordinem à Papa præſixum, nihil valet.*

VM DILECTA. (procurator.) Nota moniales faciũt procuratorem in cauſa electionis nomine ſuo, & eodẽ modo ſi de crimine ageret.

1 †Subſcriptione) hîc eſt ratio, quare p̃ceſſus abbatis & cõuentus decernitur irritus, quia literæ per quas proceſſerunt fuerunt obreptitiæ. i. furtiuæ. Vnde nõ fuerunt iudices: non enim fit iudex per literas obreptitias. infr. de offic. vica. c. pe. C. ſi à non compe. iud. per totum. Hoc enim ſolum q̃ alijs cõmiſſum erat de quo hîc mentio non fiebat non faceret proceſſum abbatis irritum, quamuis poſſet eorũ proceſſum impedire ſi exciperent, vt not. ſup. cæterũ. Sed dices videtur, q̃ proceſſus debuerit tenere, quia ignorabant literas obreptitias. ff. de offic. præſi. ſi fortè. ff. de offic. præto. Barbarius, ſed dic illa tolerata p̃pter vtilitatẽ multorũ, qui habuerunt neceſſe agere apud eum, cùm præfecturam teneret & præſidatum. & in illa. l. ſi fortè. licet aduenìente ſucceſſore, nõ debeat exercere iuriſdictionem, tamẽ habet eam: hîc autem

b cum cauſa vna b tantùm cõmiſſa ſit, non eſt multa vtilitas ſubditorum, vnde p̃pter hoc nõ eſt tolerandus eius proceſſus. item hîc nullam habet iuriſdictionẽ vel dicho rum proceſſum caſſatũ, quia ex cauſa hîc poſita, ſcilicet, quia ſuper hoc alijs cõmiſſa cauſa erat, appellatum fuit, & hanc appellationem hîc ſunt proſecuti.

2 †Conſcientiam) & furtiuè. nam licet non ſciat Papa de literis, conſcientia ſufficit cancellarij ad hoc, vt non ſint falſæ. inf. de falſa dura.

3 †Et dicuntur literæ obreptitiæ, quãdo per alicuius operam factum eſt, quod impetratæ literæ effugiant plenã intelligentiam Papæ, vel alterius, qui neceſsitate iuris vocandus eſt, & qui eſt præſens, niſi literæ impetrentur, vt hîc. inf. de re iudi. cũ olim M. Quidam tamen dicunt, quod etiã ſi operam dederit quod effugerent ſcientiam aduerſariorum, vel quorumlibet aliorum præterquã Papæ vel officialis eius, quod nõ dicuntur obreptitiæ. & eſt ratio: quia ad eos non pertinet dare vel denegare literas, licet ſi ſcirent poſſent impedire.

Et intelligo obreptitias etiam ſi ſint iuſtæ, dummodò prædicta interuenerint, & econuerſo ſi literæ ſint per falſitatem expreſ-

expreſſam, vel veritatem ſuppreſſam obtente, dummodo per alicuius operam Papæ conſcientiam nō effugerint, non ſunt obreptitiæ: & per eas procedi poteſt. C. ſi contra ius vel vtili. public. præſcriptione. infr. eo. in noſtra. in primo caſu non tenet 3 proceſſus habitus per literas obreptitias, in ſecundo caſu tenet proceſſus habitus per literas obreptitias veritate tacita impetratas, licet per exceptionem etiam elidi poſſint: † obreptitia autem dignitas dicitur, ſi non eſt ex certa ſcientia clericorū. inf. de elect. in cauſis. vel cōtra conſcientiam expreſſam eius, qui prohibendi poteſtatem habet. arg. inf. de poſtu. c. 2. Nos autem dicimus obreptitias, licet per literas tacita veritate impetratas ſit obtenta, idē ſi dolo tacuit veritatem, niſi dolus fuiſſet in fugiendo conſcientiam Papæ, qua muis in alio ſenſu poſsit dici probabiliter omnia beneficia & priuilegia impetrata per falſitatē vel veritate tacita, qua expreſſa priuilegiū vel beneficium non habuiſſet, poſſet dici obreptitia. ff. de dam. reſti. l. 1. inf. de elect. dudum. in fi. Item ſententia diffinitiua reuocatur ſi per obreptionem dolo malo ſit illicita. ff. de do. cùm à te. ff. de iudic. cùm prætor. 35. q. 9. veniam. & c. pœnitentiam. Si autem ſine dolo malo contra veritatē dicatur, lata ſententia nō reuocatur. ff. de iudi. cùm prætor. Si tamē contra aliquem petentem reuocationem ſententiæ: quia iniuſta ſi reſponſum ſit ab aduerſario eam non reuocandam, & poſtea appareat eam reuocandam, reuocabitur, q̄d probo, quia ex quo cognouit pronunciare debet. ff. de iudi. de qua re. & iuſtè: & ſecundum allegata. ff. de offi. p̄ſi. illicitas. 11. q. 3. illa ſummopere &c. tunc vera. 30. q. 5. indicantē. ſed ex allegatis apparet eam reuocandā: ergò reuocabitur. arg. ad prædicta. ff. quæ ſent. ſine ap. l. 1. in princ. vel aliter: vt not. inf. de re iud. l. cùm Berthol. (Irritandum) De hac materia inuenies ſup. eo. cōſtitutus. (Principaliter.) & ideò non erat p̄termittendus vel ponendus. (Subtractorum) videtur quod Papæ conſtiterit de ſubtractis: & ideò obreptitiæ fuerunt literæ per quas mādabatur de eis cognoſci, cùm de eis conſtaret.

4 †Noſtri formam) no. pro ordine ſcripturæ. 44. diſt. ſit rector. in fi. 3. q. 7. in grauibus. C. de ap. l. 1. ff. de vſufruc. q̄ties contra. ſup. eo. cauſam. ſo. vbi aliquid principaliter mandat Papa, & ſtudioſē ordinem attendebat, locum habet quod hîc dicitur infr. de offic. deleg. venerabilis. nam fines mandati &c. ff. man. diligēter. aliàs ſecùs. Vel dic, quod etiā in his de quibus cognouit inordinatè proceſsit. vnde non tenet: vt C. de ſen. & interlo. prolatam.

5 †Inter ordinem) cui ordini neq; tacitè neq; expreſſè renunciari à monialibus poterat, quia à Papa ex certa ſcientia illū in fauorem eccleſiæ appoſuerat, ſcilicet, q̄d primò idoneæ perſonæ committeretur adminiſtratio, & quod ei reſignarētur ablata, & not. quod hîc non eſt ordo cōmunis iudiciorum, ſed ſpecialiter à Papa p̄fixus, & ſi quis hunc ordinem non ſeruat, nihil valet proceſſus, ſed ſi contra ſolitum ordinem iuris fiat, niſi ſit talis ordo, qui ſit 4 de ſubſtantialibus iudiciorum [a] benè tenet, & eſt ratio, quia fines mādati diligenter obſeruandi ſunt. arg. ff. man. diligenter. (Reſtitutis) no. moniales petere reſtitutionem. inf. de accuſa. c. ex parte. c. pen.

[a] *Iudiciorum. Quando peruerſio ordinis iudiciarij vitiet proceſſum vltra dicta p Mod. hîc. Ad de Franciſc. Aret. in l. moribus. 4. prius col. 4. ff. de vul. & pupil. & in cōſi. 173. col. 1. & per Card. in conſ. 71. Scias tamen, quod quando in reſcripto iudicis aliqd ponitur pro forma: tunc pars poteſt facere, & expreſsè renunciare, illi formæ caſus eſt in c. fi. de offi. deleg. & not. Inno. in c. prudentiam. inf. eod. ti. & refert Franciſ. Aret. in d. §. prius.*

CAPVT XXIII.

1 *Annalis præſcriptio in quibus caſibus currat.*

PERVNQVE CONTINGIT. (Exhibēt) parti aduerſæ faciēdo ipſam per primas literas citari. primò enim exhibuerat iudici ſecundū q̄ſdam. alij dicunt quod tunc primò exhibeat iudici.

1 †Annum) quidam dicunt annum iſtū currere à die, quo compoſuit ſarcinulas. ff. ex qui. cau. ma. ab hoſtibus. §. ſed quod alij à die datæ. arg. ſup. eo. conſtitutus eam te. inf. de teſt. cauſam. alij à die quo datæ fuerunt iudicibus, inf. de ap. ſuper eo. nos inhæremus literæ, ſcilicet, quod incipit currere ex quo copiam habuerit delegatorū intantum, quod potuit facere citari partes. ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. 1. & 2. q. 6. biduum. & dico hunc annum vtilem ab initio, ſed poſt continuum, & habet locū hæc præſcriptio annalis, quando reſcriptum impetratur ad agendum, ſecùs ſi ad faciendum vel excipiendum. ff. de nundi. l. 1. ff. de do. excep. purè. §. 1. quia tunc prolixius tempus vel perpetuum habet. Contrà de diuer. reſcrip. falſo contra. ſup. eod. cæterùm. ſi autem contra. inf. de ap. vt debitus oblatę. Sol. verum eſt quod reſcripta perpetuantur vſq; ad 30. annū, ſi per alias literas non reuocentur: vt in l. falſo. ff autem ſecundæ fuerunt impetratæ, & faciunt mentionē de primis, reuocantur primæ ſi non faciant mentionem, minimè vt in decre. cæterùm. ſed in pœnam maleficiorum

clorum & negligentium ſtatutum eſt per hæc iura, quod ſi is, qui impetrauit primas literas exhibet eas iudici, & non negligit vti eis, ſemper valent primæ: vt dicit decr. Si autem exhibet eas & negligit vti eis per annum, & is qui ſecundas literas impetrauit, vtitur literis ſuis, primæ poſt annum perdunt vires, vt hîc, & ſi is qui primas literas impetrauit, non exhibuit eas iudici cùm potuit, & is qui impetrauit ſecundas, exhibet eas, & incipit conuenire aduerſarium per ſuas ſecundas literas, non valent poſtea primæ, vt in decre. vt debitus. Decre. autem oblatæ. loquitur in iudicijs appellationis, poſſet tamen dici, quod ſolum tempus præſentationis primi vel ſecundi reſcripti attenditur, vt in decre. vt debitus. niſi obijciatur, quod abſq; dolo vel negligentia poſtpoſuit præſentare, vel vti eis, quia tunc auditur oſtendens legitimum impedimentum etiã poſt annũ non præſumitur negligens, vel doloſus, vnde non incumbit ei ꝓbatio aduerſario, vt hîc, iudex tamẽ ex varijs coniecturis æſtimabit, vel negligentiã, vel ſolicitudinem, & etiã eis inſpectis æſtimabit cui parti incumbit ꝓbatio. (Habuit) & literas exhibuit. (Negligentia) quæ præſumitur lapſu anni.

CAPVT XXIIII.

1 *In quo caſu hæc decre. non habeat locum.*
2 *Mandatum à diuerſis iudicibus emanatum quando exequi debeat.*
3 *Duo ordinarij eiuſdem ſi mandant contraria cui non parendum eſt.*
4 *Quando non exhibentur ſecundæ literæ tenetur executor priorum literarum mandatum exequi.*
5 *Qualiter per ſecundas literas cognoſcatur eſſe reuocatas primas.*
6 *Quid iuris quando diuerſis temporibus executori porriguntur diuerſa & contraria mandata.*
7 *An teneat ſententia lata à iudice excommunicationis executore dicente ſe dubitare vbi dubitandum nõ eſt: & an idem dicendum ſit in executore qui dicit ſe certum quod exequatur vbi dubitandum eſt, vide in numer. 8.*

SVM CONTINGAT. (ſuſcitatam.) Ita excipiatur, quia niſi excipieretur à parte contra literas, ſemper debet exequi mandatum priorum iudicũ probato, quia ſunt iudices, niſi per exceptiones elidantur, vt ſup. eo. cæterũ.

1 †Innoteſcit) quidam dicunt hanc decre. nõ habere locum, ſi partes ad inuicem excipiant de reuocatione literarum, ſed tunc tantùm, quando iudices contraria mandata mittunt. Item dicunt, quod non eſt vis, ſi coram iudicibus non excipiatur ad reuocationem literarum, vel contra, ſufficit enim & eſt neceſſe ad hoc, quod hæc decre. locũ habeat, quod iudices vtriuſq; partis hoc modo ſcribãt, ſicut hîc dicitur, vel alijs conſimilibus: litera autem quæ ſequitur non contradicit. infr. vbi dicit, et idipſum facere debes, ſi primo mandato recepto & executioni mandato tibi forſan innotuerit per literas iudicum, ꝗd inter iudices ſuper iuriſdictione demandata cœperint diſceptare, eſt enim intelligendum, quod innotuit per literas iudicum, non per aſſertionem partium, quia ſic videretur quod eſſent iudices.

2 †Innoteſcat) quandocunq;. ff. de admi. tut. pater. Vel dic, quod licet dici audiuerit diuerſos iudices ſuper eo. negotio impetratos, nihilominus debet exeq; mandatum delegati, niſi pars altera excipiat non eſſe obediendum mandato: quia alijs commiſſum eſt negotium. †Crederem tamen, quod prudenter faceret iſte, cui mandatur ſi expectaret aliquãdiu & maximè, vbi non audiuit tantum diuerſis iudicibus negotium eſſe cõmiſſum, ſed audiuit eos contendere de iuriſdictione: ita tamen, quod niſi vtraque pars ſit præſens, vel fuerit parata contendere, & procedere ſecundum formam huius decre. prius faciat, quod mandetur quàm ſe excõmunicari, vel aliquam pœnam infligi ſibi patiatur. argu. ad hoc cùm vterq; literæ tribuant iuriſdictionem, niſi per exceptionẽ elidantur: vt not. ſup. eo. cæterùm. per cõſequens poteſt eſſe, quod pars nõ vult excipere contra iudicem. †Sed quid ſi ſciret exceptionem: tunc fortè ſecùs eſſet, quandiu paratus eſt ꝓcedere ſecundum hanc decre. non teneret excommunicatio in eum lata, quia cùm non ſit de eius iuriſdictione &c. alij non poſſunt ab eo puniri, niſi qui in iuriſdictione ſua ſunt rebelles ſibi & contumaces. inf. de offic. deleg. ſanè. hic autem quia non eſt contumax, ſed conſtitutioni obedit, puniri non poteſt.

Et hoc intellige verum, ſcilicet, quod non tenetur obedire primis iudicibus, niſi oſtendatur ſecundum reſcriptum in quo iuriſdictio ſalte indirectè reuocatur, puta, quia dicit non obſtan. literis ad tales iudices impetratis vel conſimilia, vel quia ſecundæ literæ mentionem faciunt de primis expreſſè, per huiuſmodi enim literas

non

non reuocatur præciſè iuriſdictio priorũ iudicum, ſed per exceptionem: remanent enim iudices, & ideò tenet, q̃ fit ab eis, ſed ſi directè reuocarentur, ſcilicet ita, q̃ non ſit neceſſaria alicuius exceptio. ſ. à ſuperiore dicente expreſſè: reuoco cõmiſsionẽ, quam ei feci, nõ ob fauorem partium, ſed proprio motu, etiamſi nullus excipiat: tũc non tenet quod fit ab eo, quia non eſt iudex. inf. de offi. vica. c. pe. ff. de iud. iudicis. ff. de poſtu. quos. Item not. quod licet partes parere debeant iuri coram iudice delegato quouſq; cognoſcat, an ſua ſit iuriſdictio: vt ſup. eo. paſtoralis. in princ. ff. de iudi. ſi quis ex. alij tamẽ dicunt, quòd partes parere nõ coguntur, quando inter iudices contentio eſt de iuriſdictione, nec tenet, quod fit ab eis. inf. de offi. deleg. ex literis. niſi ſecundũ tenorem huius decre. Si autem de iuriſdictione cõſtat: tunc parendum eſt ſecundum q̃d not. inf. de offi. deleg. cùm in iure. Item dicunt aliqui, q̃d etiamſi iudex dixiſſet reuocamus iuriſdictionem talis iudicis, q̃ partes huic reuocationi poſſunt renũciare & tacitè & expreſſè, etiam poſtq̃ iudices ſciunt, quod in eorum fauorem factũ eſt. C. de leg. quod fauore. ſecùs eſt ſi proprio motu reuocaſſet, & modo, ſed & tunc teneret, quod ante ſententiã reuocationis fieret. ff. de offi. præſi. ſi fortè. inf. de procu. mandato. alij tamen in hoc dicunt contra & fortè melius, quia quãdo directò ſic reuocat ſine vlla exceptione reuocatum eſt, & hoc ſatis ſonat diuerſitas verborũ de hoc plenius not. inf. de conceſ. præben. quia cunctis.

3 †Executione) q̃d ſi duo ordinarij eiuſdem, puta quia habet eccleſiam in vtraq; dioceſi mandant eodem modo contraria ☞ ſicut iſti delegati. Reſpond. hoc nunq̃ habere locum [a], niſi in delegato, & quando ambigitur de reuocatione literarum, quia nec poteſt habere locum, quia ſi vnus ordinarius mittit quod denunciet aliquem excommunicatũ ſententia, quam ipſe tulit tenet, & tunc alius ordinarius qui eſt ei par, non poteſt tibi mandare, quod ab eadem ſententia denuncies eum abſolutũ. Si autem mandat, quod denunciet à ſua ſententia eũ abſolutũ, ſecurè illud facies.

4 †Poſtulata.) Sed quid ſi non exhibeantur ſecundæ literæ: tunc executor exequitur mandatum priorum, ſi ad terminum præfixum nõ exhibuerit. inf. de excep. paſtoralis. tamen videtur q̃ terminus non ſit dandus ſine cauſę cognitione. 3. q. 3. §. ſpatium. & hic iuriſdictionẽ non habet, nec terminũ dare poterit, ſed poteſt dici illud loqui de dilationibus, quæ dantur pro teſtibus & ad inſtructionẽ cauſæ, in quibus exigitur cauſæ cognitio, ſecùs in citationibus. Item cũ non teneatur exequi mandatum, niſi literas oſtendat iudici, infr. de offi. deleg. cùm in iure. ſic nec differre tenentur, niſi reſcriptum oſtendatur, ſi tamen incidenter veniſſet, expectaret eum modicũ iudex, quouſq; iret pro reſcripto, q̃a non debet ei imputari ſi non venit cum ſacco paratus. ff. de ſolu. quod dicimus. & ☞ l. ſi fortè. † nam literæ quæ non apparent, dicuntur non eſſe. argu. ff. de contrahen. empt. l. in lege. de conſe. diſt. 1. ſolennitatem. non tamen poteſt cogere aduerſariũ ad exhibendum eas, cùm non habeat in eo iuriſdictionem: vt hîc in fi.

5 †Si ex ipſarum.) Sed qualiter poteſt illud perpendi ex ſola inſpectione literarũ, nam licet ſecundæ expreſſè faciant mentionem priorum iudicum & rerũ, per hoc nõ conſtat eas reuocatas, cùm poſſint per ſuggeſtionem falſi vel dolo eſſe impetratæ. ſupr. eo. cæterũ. Ad hoc ergò vt executori nullatenus ſit hæſitandum, oportet vt hoc diſcat per aſſertionem partium, quia cauſarũ merita &c. de reſti. in integ. cùm ex literis. C. ſi per vim vel alio modo. l. fi. & ſic videtur, q̃ aliquam poteſt exercere iuriſdictionẽ inter partes, quod infrà negatur. Aut nunq̃ poterit licere eas reuocandas, & ſic credo, q̃ nunq̃ ex ſola inſpectione poteſt ſcire, niſi aliquid intelligat ex literarũ inſpectione, & partiũ aſſertione, & per hoc tamen nõ habet iuriſdictionem inter partes, quia niſi priores literas habens, obijciat aliquid contra ſecundas, ☞ iudex præſumit eas eſſe reuocatas. † Si aũt obijciat ſtatim executor, debet ſuperſedere, quia per negationẽ facta eſt res dubia. C. qui. ad liber. procla. non licet. l. 3. & l. 4. hoc caſu loquitur. ſup. eod. paſtoralis. q̃d ſi tunc dubiũ ſit de reuocatione, quando expreſſè fit mentio iudicum & rerũ, quia aduerſario obijcitur literas eſſe impetratas propter falſi ſuggeſtionem, ſi illam decre. ſup. eo. cæterũ. & qui aliter gloſſauerit ſenſu indiget. Item licet executor dubitet, an debeat abſoluere, vel condemnare, nõ tamẽ ſecundum regulã Arriani pronior ad abſoluendum hoc ideò, quia non conſtat, an ille iudex habeat iuriſdictionẽ. Hîc tamen not. q̃d hæc decre. nunq̃ habet locũ, niſi vbi aliàs contentio, vel concertatio eſt ſuper literis, & vbi locũ habet decre. ſup. eo. paſtoralis. ſi aũt non eſſet con-

[a] *Habere locũ. Vide etiã ad hæc eundem Innoc. in c. cũ iam dudũ. infrà de præbẽ.*

certatio ſuper literarum pluralitate, ſed tantùm diceretur, vel obijceretur vnicas ſolas literas impetratas eſſe per dolũ, vel falſi ſuggeſtionẽ inexcuſabilem: tunc debet executor ei parere, qa iudex eſt, & hîc conſtat. arg. inſ. de offi. deleg. ex literis. & c. ſanè. & c. ſi quãdo. (Hæſitandum) & ita videtur, q̃ non ſit petenda copia reſcripti, niſi dubitet, & vbi contraria mandata exhibentur. contra tamen verum eſt: vt inſ. de offi. dele. cùm in iure. (Mandatum) tũc nõ credimus, quod debeat literare denunciationem. (Exequaris) ſiue mandet quod abſoluas excõicatum quem prius denunciaueras, ſiue q̃ priorem excõmunicationem denuncies inuſtam vel nullam, ſiue quicqd aliud quod cõprehendi poteſt ſub tenore reſcripti. (Procedere) ſed licet non tenearis exequi, non tamẽ debes impedire eos, vel executores eorum, quin hoc exequantur. inſ. de offi. dele. ſi quando. ſed inſpecta decre. illa potius videtur dicere cõtrarium ſi cauſam habeant prohibendi. Et ad ipſum) vt non exequaris mandatũ, niſi ſecundum tenorem, qui hîc continetur, & quem colliget ex inſpectione literarum.

6 † Notat. enim hîc primò, quid iuris ſit, quando diuerſis temporibus huic executori porrigebant diuerſa & cõtraria mandata iudicũ, quia primò mandauit vnus, q̃ denunciaret excõicatum, quod etiam fecit. in ſecundo mandauit alius, q̃ denunciaret abſolutũ, quod facere non debet, & in iſto caſu, non poteſt excuſari iudex, qn ſciat contentionẽ eſſe inter iudices ſuper iure eo tempore, quando ſecundas literas recepit, cùm ſibi contraria mandata dixerint, ideò ſecundum mandatũ non debet exequi, niſi ſecundũ tenorẽ huius decre. Secundo autem no. hîc qualiter executor ꝓcedere debet, quãdo ſimul vtrumq; mandatũ dirigit executori, & rũc eodẽ modo debet ꝓcedere ſecũdũ tenorẽ huius decr.

7 (†Dubitare) & ſi dicat ſe dubitare, vbi dubitandũ nõ eſt, & ꝓpter hoc iudex excõicationis in eum ſententiã ꝓferat, credimus nõ tenere, qa cùm nõ ſit de iuriſdictione eius, nõ habet iuriſdictionem ſuper eum, niſi in caſu vbi cõceditur, & vbi contumaciter reſiſtit ei obedire q̃, iſte non facit. Itẽ ſi recurrendũ eſt ad arbitros, qualitercunq; dubitetur de reuocatione literarũ: ergò eadẽ ratione quãdocunq; hi executores dubitant de iuriſdictione eorũ ſuperſedere debẽt. Alij tamẽ dicunt, ſententiã excõicationis in hos executores latam tenere, ſi per alias literas nõ ſit iuriſdictio reuocata, alioquin nõ tenet. ar. inſ. de offi. dele. ex literis. ſed certè illa decr. nõ loquitur in illo caſu, quando in executores fertur ſententia, ſed quando ipſi executores ferunt in alios, qui turbãt iuriſdictionẽ eo-
8 rum. † Idẽ q̃ dictũ eſt in executore, qui dicit ſe dubitare vbi nõ eſt dubitandum, dicendũ eſt in executore, qui dicit ſe certũ, q̃ exequatur vbi dubitãdũ eſt, q̃uis nõ improbabiliter dici poſſet, q̃ in hoc caſu lata in eũ ſententia ab eo cõtra mandatũ cuius exequitur mandatũ alterius iudicis tenet, & hoc ea ratione, qa turbat eius iuriſdictionẽ, quæ eſt iuſta cauſa excõicationis. inſ. de offic. deleg. c. 1. Hæc aũt cauſa ceſſat in alio. ſ. quando nõ exeqtur, qa nullo modo turbat. Melius tñ eſt inter tales ꝓcellas iudici qeſcere, & neutrũ iuuare q̃ alterũ iuuare, & alterũ lædere. 14. q. 5. deniq;. 23. q. 2. primũ. Et in tantum eſt verũ, vt dicunt quidã, q̃ tenet ſententia lata in hunc executorẽ, q̃ exequitur q̃, etiã ſi poſtea appareat reuocatã iuriſdictionẽ huius executoris: tenet tamẽ ꝓpter dubiũ ſentẽtia lata in turbatores anteq̃ ſuper iuriſdictione reuocata ſit ꝓnunciatũ, cùm ante vtroſq; iudices iuriſdictionem habere conſtet. Et hæc vera ſunt, niſi nimis magna, & notoria & inexcuſabilis eſſet excuſatio & ignorantia ꝑdictorũ: qa tunc teneret ſententia.

CAPVT XXV.

LIM EX LITERIS. (interpoſitã) inſ. de præben. accedens. (Detinebat) not. ſequeſtrari q̃d fieri non debet, niſi ex cauſa. infrà, de ſequeſtra. ad hoc. C. de prohi. ſe. l. 1. 2. q. 6. quoties. (Omnia) vel ad alterũ, ſcilicet, ſi ꝓbaret canonicã inſtitutionẽ, vel dic vnũ, ſcz. falſitatem probabit & valeant literæ, quia aliter nõ reuocaſſet Papa iuriſdictionẽ ab Abbatibus, niſi ꝓpter falſitatẽ: ſecundum aũt ꝓbare tenentur, vt eccleſiã habeant. (Super his.) arg. ſup. eo. ex parte. inſ. de reſti. ſpo. ex conqueſtione. ff. de excuſ. tuto. qui reſtituere. contra. inſ. de conceſ. præben. accedens. inſ. de præbẽ. cùm iã dudũ. inſ. de ap. ſignificauit. (Super his.) id eſt, ſuper collatione eiuſdem eccleſiæ ſibi facta.

CAPVT XXVI.

1 *In literarum impetratione non ſufficit narrare factum, niſi quis narret cauſam facti.*

2 *Non valent literæ ab excommunicato impetratæ tacente de ſua excommunicatione, et an ſi per huiuſmodi literas aliquid factum fuit, retractabitur, habes in nume. 3.*

4 *Valet proceſſus habitus per literas tacentes de excommunicatione antequam excipiatur de excommunicatione.*

DILEC.

DILEC. FI. ABBAS. (amouendos.) generales tamen viſitatores amouere nõ poſſunt aliquos. infr. de ſtat. mo. in ſingulis. & c. ſeq.

1 †Sine cauſa) non ſufficit narrare factũ, vt ex ſpoliatiõe, niſi quis narraret cauſam falſitatis ex cauſa, qua expreſſa, præſumi debet literas non eſſe conceſſas: vt hîc. & C. de adopt. l. 3. et etiã modũ facti, quando modus cauſam dandi vel negandi præſtaret. C. de tranſact. vt reſponſum. nam aliter ſcriberet ſi in modũ inquiſitionis actũ eſſet aliter ſi alio modo. ar. 2. q. 1. in primis. inf. de accu. qualiter. el. 2. inf. de fimo. c. licet. (Excommunicationis) ſi enim ſe excõmunicatum dixiſſet nullas literas obtinuiſſet, cùm ei interdicatur agere.

2 †(Viribus carere) quomodo tenentur facere mentionẽ de cauſa amotionis, cũ dicant nullam ſubeſſe. Reſpond. & ſi non ſubſit, debet facere mentionem de ea, quã prætendit viſitator præſumitur doloſè ſeriem negotij tacere, ſi non facit mentionẽ de cauſa quam prętendit iudex. inf. de coha. cler. & mulie. ſuper eo.

Sed obijcies fortius, quare non dixit, ſi nõ fecit mentionem de re iudicata ab abbate. Reſpon. † quia ad hoc vt obſtet exceptio rei iudicatæ oportet q, eædem perſonæ ſint. ff. de re iudi. cùm quæritur. hîc autem fortè fuerunt alienæ, in primo enim iudicio fuerunt partes & abbas amoti, in ſecundo autem fortè amoti, & epiſcopus vel executores, qui eum expulerunt, vel ſubrogati loco eorum. Item oportet quod cauſa agendi ſit eadẽ. ff. de except. rei iudi. & an eadem. hîc autem non eſt eadem: cum cauſa primæ accuſationis fuerit crimen: cauſa autem huius eſt expoliatio. Itẽ alia actio licet ſententia feratur in cauſa pprietatis, non tantùm parit exceptionẽ in cauſa poſſeſſionis, ſic nec econuerſo. ff. de excep. rei iudic. & an eadem. in fi. ff. de vi & vi ar. cùm fundus. ff. de acqui. poſſeſſ. neutraliter, vel dic quod debeant facere mentionẽ de cauſa amotionis, & de ſententia abbatis ppter quam amoti ſunt ab epiſcopo, vel executoribus, in qua ſententia crimen pro quo amoti ſunt cõtinetur. Veritas enim eſt, quod de ſententia mentionem facere oportet. Nec obſunt prędicta, quia non obſtat exceptio rei iudicatæ, vbi non eædem ſunt perſonæ & cauſa etc. quia hîc non opponitur exceptio rei iudicatæ cõtra literas, qa ſi de ſententia mentionem feciſſet, literas non habuiſſet.

3 †Sed quid ſi aliquid per tales literas actum ſit, nunquid retractabitur, ar. quod ſit. ſup. eo. conſtitutus. cum dilecta. inf. de offi. vica. c. ſua. 35. q. 9. veniam. ff. de iudi. ſi prætor. inf. de ſent. excom. cum pro cauſa. inf. de re iudi. cùm olim. nec obſt. 3. q. 6. §. excep. vbi dicitur, quod exceptio non admittitur poſt ſententiam, quia non tenet, quod ibi dicitur vbi agitur de falſo. inf. de procu. in noſtra. & de pba. licet. & hæ literæ benè poſſunt dici falſæ propter ſuppreſionem talis veritatis: imò quia replicatio omiſſa ante ſententiam proponitur poſt ex cauſa: vt ff. quãdo act. de pe. eſt an. l. 2. multò fortius exceptio, ad idem. inf. de re iudi. ad probandum. inf. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. in fi. In contrarium videtur, quia per tales literas datur iuriſdictio, licet elidi poſsit per exceptionem. ſup. eo. ſi autem. ff. de bo. poſſ. ſecundum tabu. l. pe. §. teſtatio. Vnde ſi ſciuit ſibi exceptionem competere, & non propoſuit, imputet ſibi, ſiue ſciuit prætextu exceptionis de nouo repetere, nõ debet retractari ſententiam. inf. de re iudi. inter mona. ad idem. ff. de manu. cùm ex falſis. ff. de hær. inſti. l. fin. Dicunt quidam ſententiam latam occaſione huiuſmodi literarũ retractandam per in integ. reſt. Alij dicunt per tales literas non dari iuriſdictionem, & ſic nulla ſententia ipſo iure, & ſi iudex talis falſo iniuſtam tulit ſententiam. inf. de re iud. cùm I. & A. C. ſi ex fal. inſtru. falſam. tu dic vt not. ſup. eo. conſtitutus. in fi. glo. & inf. de re iudi. cùm Bertholdus. & ſup. e. cum dilecta.

4 †Et dic, quod proceſſus per eas habitus valet antequam excipiatur de excõmunicatione, literæ enim non afficiuntur excommunicatione impetrantis, quid enim nocet excommunicatio impetrantis quin Papa poſsit cauſam, cui vult delegare, licet afficiantur excommunicatione facientis. 3. q. 5. conſanguineos. inf. de procu. c. fi. vbi not. ſed in odium excommunicati datur exceptio dilatoria contra literas. de ſententia autem amotionis ſemper proponi poteſt, ſed in modum dilatoriæ habet proponi ante litem conteſtatã. C. de proba. excep. infr. de lit. conteſtata exceptionis.

CAPVT XXVII.

1 *Nunquid modicum habens beneficium teneatur de eo in impetratione alterius beneficij facere mentionem, & quid de habente beneficium ſufficiens, & tamen non facit mentionem, eſt tamen paratus reſignare, an valeant literæ, habes in nume. 2.*

ROSTVLASTI. (paternis.) Quia huic quæstioni non respondit, videtur quod de bonis paternis nõ debeat mentionẽ facere. inf. de præsum. nonne. sed quidam contra, quia talis indignè accipit beneficium ecclesiasticũ. 16. q. 1. quoniã quicquid. 12. q. 1. illi autem. ad idem. inf. de p̃ben. tuis. & c. episcopus. nõ tamen fateor q, indignè accipiat dummodò benè dispensẽt. (Cùm secundum) inf. de præbẽ. cùm secundum. (Beneficio) nomine enim beneficij [a] intelligitur p̃benda 1. q. 3. ex multis.

1 †Sufficientis) ar. q, de modico sic minus sufficienti beneficio non debet facere mentionem, ad idem de concess. præben. cùm dilectus. el, 2. arg. ff. de ven. inspi. l. 1. in fin. In contrariũ videtur, quia quamuis modicum sit beneficium: tamẽ illi deseruire tenetur, & manibus victum quærere debet. 91. dist. clericus. Respon. si per simplicitatem non fiat mentio, nihilominus valent literæ. arg. sup. eo. super. sed si dolosè secùs. infr. eod. si proponente. & not. de hoc. inf. eo. mandatum.

2 †Sed quid si habens beneficium sufficiens nõ fecit mentionem, sed sit paratus resignare, dicimus non valere literas, quia tempus datæ inspiciendum est. sup. eã te. & q, dicit de vicario, idẽ intellige si habeat aliquam possessionem ab ecclesia. 16. q. 1. possessiones. vel reditum [b] vel pensionẽ. inf. eo. ad audientiam. sed secùs de patrimonio.

[a] *Beneficij. appellatione beneficij qd veniat vide gl. in Cle. auditor. in verb. beneficio. de rescri. in Cle. 1. in ver. beneficiũ. vt lit. penden. & in Cle. si Romanus Põtifex. super vers. beneficio. de p̃ben. & gl. in Cle. 1. in ver. bẽeficiali. de causa possessi. & proprie. et inquantũ hic dicitur quod venit præbẽda intellige latè sumpto vocabulo. Ita Ro. de contes. præbẽ. decisi. 8. Item adde quod appellatione beneficij venit Papa. Ita Abba. in c. ad aures. de pe. est tex. in c. 1. de maledic. Et vide glo. in Cle. de rer. permut. vbi appellatione beneficij venit ospitale, no. tamẽ quod si Papa cõcedit potestatẽ alicui de prouidendo alicui de beneficio, nõ venit tũc beneficiũ curatũ, ita Car. in cõs. 30. col. 4. vers. ad prædicta. & an bñficij appellatione veniat etiã pensio, vide latissimè, p Felin. in c. in nostra. inf. e. tit.*

[b] *Vel reditum Adde quod Cal. in t. 2. de proba. cons. 30. reprobat Inno. hic. & ibi dicit, quod si per canonicos assignatur dimidia præbenda vni sacristæ ad eius sustentationem, talis sacrista impetrans beneficium non tenetur de hoc facere mentionẽ, et sequitur Feli. inf. e. in c. in nostra. col. 3. ver. 1.*

CAPVT XXVIII.

1 *Reus vltra duas dietas originaliter citari non debet.*
2 *Legales dietæ quot milliaria contineant.*
3 *A fine diœcesis computatur dieta: non autem à loco vbi reus est vel vbi habitat.*
4 *Delegatus sedis apostolicæ non potest vltra duas dietas trahere.*
5 *Partes etiam si consentiant in iudicet, non tamen poterunt vltra duas dietas eos trahere: nisi expressè cõsentiant quod vltra duas dietas eos trahant.*
6 *Delegatus si cœpit abesse vltra duas dietas, & non in breui reuersurus, tamen si reus vult litem prosequi: etiam ipse actor si non appareret eum tacitè in eum cõsensisse etiã longius morantem obtinere poterit à superiore reuocari huiusmodi delegatum.*
7 *Præsumitur impetrator habere mandatũ nisi probetur contrarium.*
8 *Quæ sunt illæ personæ à quibus nõ debet exigi de iure mandatum: habes remissiuè.*
9 *Nati de nepharijs & incestis nuptijs non sunt nommandi filij nec alendi.*

NONNVLLI. (Reus.) Actor enim benè potest citari vltra duas dietas, nã si Romanus conueniat Anglicum vltra duas dietas: & postea Anglicus reconueniat Romanũ, vltra duas dietas coram eisdem iudic. benè citabitur vltra duas dietas, quia aliter causa procedere non potest, nisi alter alteri propinquaret, quamuis posset dici, quòd actor potius dicitur citare, quàm citari.

1 †Item dicitur, q, originaliter reus non debet citari vltra duas dietas: nam secùs est, si actor fiat reus, vt in causa appellationis vel alio modo, quia semper à foro rei originalis computandæ erunt duæ dietæ, licet videretur contrariũ, quia cùm nullius tantùm ad quem appelletur sit forum attendendum, & ab illo foro duæ tantùm dietæ sunt computandæ. Sed respon. q, licet iudex appellationis possit cognoscere si vellet: tamen ex quo ꝓpter alienationẽ partium alij cõmittit, potius sequetur forum, & fauorem rei originalis q̃ actoris, & idẽ dicimus si actor reconueniatur, quia benè poterit vltra duas dietas citari, dummodò à foro rei non distet vltra duas dietas. arg. 3. q. 8. cuius in agendo.

2 †(Vltra duas dietas) legales secundũ quot. 20. milliaria dantur in die. ff. de ver. sig. l. 3. Nos intelligimus de vulgaribus. ar. inf. de spõ. ex liter. ff. de supfi. l. Labeo. inf. de cõsue. cũ dile. ff. de leg. 3. nõ aliter. di. 4.

3 †Dietas) hæ autem duæ dietæ computantur à fine diœcesis, vbi habet domiciliũ reus, si personali agatur, vel vbi est res, vt hîc, si agatur reali. & inf. eod. c. proxi. arg. inf. de fo. compe. ex parte. non autem credimus cõputandas à finibus diœcesis, vbi cõtractus celebratus est, vel delictum cõmissum, nam cùm ibi trahi non possit per iudicem ordinarium, nisi ibi inueniatur: vt not. inf. de fo. cõpe. dilecti. eodem modo nec per literas apostolicas trahi debet, ad locũ illi vicinũ p duas dietas, alij cõtra: (Diœcesi) not. dietam cõputari à fine diœcesis, nõ à loco, vbi res est, vel vbi habitat.

4 †(Per literas) hîc collige, q, hæc constitutio in foro delegati sedis apostolicæ locum habet, nã ordinarij episcopi & archiepiscopi & etiam legati sedis apostolicæ benè trahunt vltra duas dietas: imò videtur quod delegati archiepiscoporum, & legatorum vltra duas dietas trahere possunt, quia non est prohibitum: alij contrà.

†(Impe-

5 †(Impetratæ) ſupple, quod trahatur vltra duas dietas. dicunt enim iſti, q etiam ſi per partes cõſentiant in iudices, non tamen poterunt vltra duas dietas eos trahere, niſi expreſſè conſentiant, q vltra duas dietas eos trahant, & de hoc poterit conſtare, vel per confeſsionem partium, vel alio modo, etiam ſi in literis non contineatur, non obſtante conſtitutione de duabus dietis: Alij dicunt, q ex quo cõſentiunt in iudices, non poſſunt contra eos proponere, quod eos traherẽt vltra duas dietas, niſi fortè ad tam remota loca traherent, q etiam ſi eſſet hæc clauſula. ſ. non obſtante conſtitutione de duabus dietis &c. tamen appellare poſſunt ꝓpter grauamen, Tamen quare hoc non poſſunt ꝓponere non video. ſ. quod trahatur vltra duas dietas, cùm iſte conſenſus non tollat aliud partibus, niſi quod eos nõ poſſunt recuſare, ſed ſi grauetur, benè licet ab eis appellare.

☞ †Item credimus, quod ſi conſenſerunt in iudices, qui diſtabant vltra duas dietas, dummodò citent eos ad loca, vbi lares habent ipſi iudices, & communiter ibi habitent, & credimus quod ſi in diuerſis locis haberent loca vbi habitarent: tunc ſi vnus habitaret in vno loco, & alius in alio, q ad locum vbi quiſquis eorum habitat poſſent citare partes, qa in hoc conſenſiſſe videntur tacitè, quia æquitas ſuadet quod partes compareant coram iudice, & nõ iudex coram partibus. C. de epi. & cle. iubemus.

6 †(Impetratæ) ſi delegatus cœpit abeſſe vltra duas dietas, & non in breui reuerſurus, tunc ſi reus vult proſequi litem, etiam ipſe actor, ſi non apparet, cùm tacitè in eũ conſenſiſſe etiam longius morantem obtinere, poterit à ſuperiore reuocari huiuſmodi delegatum. ff. de vaca. mu. l. pe. & §. fi. ff. de procur. poſt litem. & l. aut longa. Et hac ratione videtur, quod ſi huiuſmodi delega. ſubdeleget cauſam huiuſmodi, & poſtea incipiat abeſſe, vel etiam tempore ſubdelega. aberat, q licet ad eum ſit appellandum, ſi medium cauſæ cõmiſit. infr. de offi. dele. ſuper quæſtio. tamen nec appellans, nec appellatus ad eũ ire debebit, ſed ad primum delegantem, vt alij cõmittat cauſam appellationis facit 2. q. 6. biduum. (Conſtitutione) id eſt, de æta. & quali. eã te. & non habet hîc locum, quod ſpeciale derogat generali: vt ſup. e. paſtoralis. Sed hoc ideò eſt, quia non præſumitur dominum Papã, qui ignorat dietas, velle concedere vltra duas dietas. (Suſcitare quærelas) quod eſt contra ius. C. de tranſact. l. cauſas. C. ſen. reſcin. l. fi. (Eas) ſi darentur aduerſario. (Indebita) quia non per literas legitimè impetratas, vel ſupple maximè.

7 †(Mandato) præſumimus impetratorem habere mandatum, niſi ꝓbetur contrarium, nõ enim eſt præſumendum quod pecuniam ſuã iactat. ff. de proba. cùm de indebito. & quod in anibus laboribus ſe fatiget, & ſic eſt præſumptio, quod ꝓbationem iactant in negantem. ff. de proba. ab ea. (Mandato) ad impetrandum † quantumcunq; enim aliàs generale mandatũ habet ad negotia & lites, tamẽ non poterit impetrare, niſi habeat ad impetrandũ ſpeciale: conſuetudo tamen curiæ Roma. eſt, q ſi contradictor negat impetratorem habere mandatum, impetratori incumbit ꝓbatio ante impetrationẽ, ſed poſtea nõ.

8 †(Perſonis) ff. de procur. ſed & hæ. hi ſunt aſcendentes & deſcendentes in infinitum, de collateralibus aũt non inuenitur in lege niſi de fratribus. Sed quibuſdã videtur, quod etiam omnes agnati. ſ. qui per virilem ſexum deſcendunt, & omnes cognati, qui per muliebrem impetrare, & agere poſſunt pro coniunctis [a] perſonis, dummodò ſint in gradu, q eis ſuccedere poſsint, & hoc dicunt. argu. l. ff. de procu. ſed. & hę perſonæ, vbi dicit, quod inter cõiunctas perſonas numerantur affines, ex quo colligitur quod ſi affines ſint in gradu, inter perſonas coniunctas cõputantur quo ad ꝓcurationes, multò fortius agnati vel cognati. Alij tamen dicunt q quo ad procurationem iſtam non reputant coniunctos collaterales, niſi fratrem & ſororem, nec valet. arg. de affinibus, quia nec affines collaterales admittendi eſſent, ſed tantùm aſcendentes, vt ſocer pro ſocero, & deſcendentes, vt gener pro genero. arg. pro his. ff. de poſt. l. 1. §. fi. & l. ſeq. Nec faciunt vim quantum ad hanc procreationẽ inter naturales & legitimos, vel naturales tantùm [b], cùm & ipſi multis priuilegijs gaudeant: vt in Authen. quib. mo. nat. effi. legi. §. 2. & §. ſeq. Idem dicunt quidam de ſpurijs, & natis de inutilibus nuptijs, & de inceſtis, dummodò certum ſit, q de certo patre nati ſunt, quia & ſi eis nõ ſint agnati: tamen eis ſunt cognati. arg. inſti. de ſuc. cog. §. vulgo quæ. quia vulgo quæſiti non habent agnatos.

Pro coniunctus. Adde q cõiunctus vt his in quibus requritur ſpeciale mandatum, nõ agit pro cõiuncto Bar. in l. 1. ff. de mi. Bar. & Doct. poſt gl. in l. vero pro curatori. ff. de ſol. & d. Bart. Soci. in conſ. 154. col. 2. verſ. ſecunda ratio, & quando coniunctus admittatur pro coniuncto cũ eam tiẽe rati, vel eũ iuratoria cautione per eundẽ domi. Bart Soci. in conſ. 120. col. 2. verſi 1. probatur. & ver ſic. poſtremo. & in cõſ. 230. col. 2. verſic. circa ſecundum. Adde tamen quod quando ſunt plures cõiuncti qui volũt agere pro coniuncto ſemp admittitur ꝓximior: ita Alex. de Imol. in cõſ. 26. col. fi. ver. poſtremo. & in conſil. 71. col. 2. in fi in 1. volu. Et quo ad acquirendũ. An coniunctus æquiparetur procuratori. vide per eundem Alex. in conſ. 41. col. 2 ver ſic. Tertiò, qa in 5. volu. Et vſq; ad quem gradum dicitur quis coniunctus per Alex. in conſil. 4 in 2. volu.

b Naturales tantùm. Adde an tales compre hendãtur appellatione coniunctorum & affinium. vide per Alex. in cõſi. 60. col. 2. circa fi. in 2. volu. Et ibi, quid de ſpurio. Et qd de baſtardo, per eundem Alexan. in conſi. 2. col. 11. in 1. vol. & adde Innoc. hic, adde Auto. de Roſel. in arbore affini. col. 14.

† Alij

9 †Alij tamen aliter dicunt, quia nati de nepharijs & inceſtis nuptijs, non ſunt nominãdi filij, nec alendi, & omnis paternæ ſubſtantiæ indigni. in Auth. quib.mo. na. effi. leg. §. fi. Et idem videtur de ſpurijs, & omnibus alijs prohibitis, præter naturales. arg. ff. de ſta. ho. vulgo. ff. de in ius vo. quia ſemper. inſti. de ſuc. cog. §. vulgo. Imò qdã dicunt de naturalibus tantũ. arg. C. de natu. lib. l. vlt. Sed nos hoc non credimus.

CAPVT XXIX.

1 *Vbi quis reali conuenitur actione, & nomine rei ſortitur forum, computandæ ſunt dietæ à dioceſi, in qua res eſt, cùm ibi conueniri debeat. Et quid ſit dicendum in perſonali actione.*

2 *Iuriſdictio priorum iudicũ eſt ſuſpenſa, vbi cauſa appellationis eſt commiſſa ex certa ſcientia.*

3 *Iudices appellationis cognoſcere debent, an ſit legitimè appellatum, & an appellatio ſit legitima.*

1 DILECTVS FILIVS. (erat eccleſia.) Vbi enim realj cõuenitur quis actione, & nomine rei ſortitur forum, vt hîc, computandæ ſunt dietæ à dioceſi, vbi res eſt, cùm ibi debeat conueniri: vt inf. de fo. compe. ſanè. C. vbi in rem act. l. fi. Idem eſt & ſi perſonali actione agatur: ſi tamẽ in rem ſcriptam. inf. de fo. compe. ex parte. Si autem perſonaliter conueniatur, poterunt cõputari dietæ ab omni loco, vbi habent beneficia, ſi eſt ibi plenè inſtructus: vt not. inf. de fo. compe. ex parte. cùm vbiq; poſsit conueniri.

☞ †Et quod diximus in reali, ſcilicet, q̃ non poteſt trahi vltra duas dietas à re, de qua agitur, intelligas dictum propter odium trahentium extraordinarium iudicẽ, nam aliàs benè, licet etiã in reali actione reum conueniri vbi habet domicilium, & ſi ibi nõ ſit res. C. de p̃ſcrip. lon. tempo. l. fi.

2 †(Procedẽtes) & malè, cùm iuſta cauſa eſſet appellationis, ex quo enim tenet appellatio, quando proponitur iuſta cauſa eſſe appellationis, & ſi ſit falſa. inf. de appe. vt debitus. iudex ſuperſedere debet. C. de appel. quoniã. ff. appel. pen. per totum. inf. de offi. deleg. paſtoralis. Hoc non placet. inf. de ap. Romana. Si verò non fuerit appellatum, & tamen fingens ſe appellaſſe literas impetrauit, vel ſi appellatio non tenuit, quia ſine rationali cauſa, vel quia tertio in eadẽ cauſa appellauit, nihilominus ꝓcedat iudex prior, quouſq; impetrẽtur literæ appellationis: iudex tamẽ appellationis aliàs ſemper cognoſcet appell. vt not. ſup. eo. paſtoralis, in princ.

3 †(Cognoſcere) ſup. c. paſtoralis. Contra. ſup. eo. cùm cõtingat. Sol. illud habet locũ, quando diuerſi iudices cõtendunt ſe habere iuriſdictionẽ principalẽ: hîc quando non habent iuriſdictionẽ principalem, alij in cauſa appellationis, nam ad iudices appellationis pertinet cognoſcere, an ſit appellatũ, & an vera & iuſta ſit cauſa appellationis, vt hîc. (Pertinere). i. an ſit vera cauſa appellatiõis & ſic iuriſdictio ſua, an non ſit vera, & ſic iuriſdictio ſua debet remitti ad priores iudices. infrà, de appel. vt debitus. ☞ †nam quandiu cognoſcit iudex appellationis, an ſit recipienda appellatio, nõ debet prohibere priores iudices, à quibus appellatũ eſt ante ſententiã procedere. inf. de appel. Roma. eccle.

CAPVT XXX.

1 *Secundæ literæ impetratæ nulla habita mentione de primis elidi põnt per exceptionẽ.*

2 *Exceptio odioſa etiam ex alieno facto cõpetit.*

3 *Literæ ſecundæ niſi faciant mentionẽ de primis receptis non valent.*

4 *Electio eorum qui priuati non ſunt poteſtate eligendi valet.*

5 *Is cui ſemel pro pluribus ſcribitur, ſcilicet, vt eos recipiat in canonicos debet tñ tantum recipere primum & non ſecundum.*

6 *Non poteſt aliquis authoritate literarũ quæ elidi poſſunt aliquid petere.*

CAPITVLVM SANCTAE CRVcis. (Conſimili.) id eſt, præbendali vel cõſimili, quia vterq; debeat obtinere beneficium cùm vacaret. i. primo vacaturũ, & dicunt quidam ſecùs, ſi in literis diceretur, quod aſsignarent ei ꝑbendam, cùm primò facultas ſe offerret, quia tunc vtræq; literæ valerent, & primę & ſecundæ, & vtriq; eſſet prouidendũ, ſed primo priori, & poſt illum ſecundo. Alij tamen dicunt, & fortè non malè, quia ſiue in literis vtriſq; dicat, ꝓuideatis ei, de prima vacatura ꝑbenda, ſiue ꝓuideatis ei, q̃ citò facultas ſe obtulerit, ſemper literæ ſecundò ptæſentatæ poſſunt elidi per exceptionem, quia nunq̃ videtur eſſe intentio Papæ, quod ſimul plures vacaturæ in vna eccleſia debeantur, ſed ſi poſt exceptionem primi, & poſtq̃ eſſet aſſecutus præbendã, ſcriberetur pro alio, benè valerent ſecundæ literæ etiamſi in eis non diceretur non obſtante ſi pro alijs ſcripſimus: illud autẽ certum eſt, quod ſi in prædictis literis contineatur. nõ obſtãte ſi pro alijs ſcripſimus, quod ſemper ſecundæ literæ valent etiam ſi primus nondum ſit receptus.

1 (Non habita mentione.) †& idcirco elidi poſſunt per exceptionẽ, ſup. eo. cęterùm, ſi

rũ. ſi ſuper eodẽ beneficio primo vacaturo erant ſecundæ ſuper quo erant primæ.
☞ † (Appellationi) ex cauſa, ꝙa primò mandatum ſuper primo beneficio pro alio receperant, vel tenet appellatio propter illã cauſam iuſtã, & ſecundũ hoc expones relaxetis quantũ ad iſtã ſententiã, id eſt, nullam pronuncietis. Si verò nullam cauſam appellationi adiecit tenuit excõicatio vel ſuſpenſio, & tũc nõ eſt neceſſaria expoſitio. Sed op. ſi nullã adiecit cauſam appellationi excõicatus eſt iuſtè, quia exigente cõtumacia vel negligentia capituli, licet b. iniuſtã cauſam proſequeretur, ꝙa in ſuis literis nõ fecit mentionẽ de prioribus: ergò nõ debet abſolui, niſi ſententiæ pareatur. inf. de verb. ſig. cùm olim. & c. ex parte. Sed reſpon. quia non abſoluentur, niſi pareãt ſententiæ, & benè parent, ſi pſtant
☞ cautionẽ de parendo iuri, ꝙa pro ſola contumacia erant excõicati, nã cùm nõ eſſet lis cõteſtata, adhuc nõ poterant excõicari, niſi eũ reciperent ſecundũ hæc iura, ne ſit contra. inf. de eo q mit. in poſ. cùm alij aũt. rñ. illud loqui, quãdo ſine ꝑiudicio alterius põt pareri, ꝙ hîc nõ erat, imò erat in præiudiciũ primi. ar. inf. de re iudi. cũ ſup.

Sed dices, nunquid factum eſt præiudicium primò cùm ſciuerit agi ſuper præbenda ſibi debita? Reſpon. nõ, cùm ſecundum agentẽ nõ potuerit prohibere, & nõ vtatur eo iure, quo ſecundus. ff. de re iudi. ſæpè. in fi. quãuis quidã dicãt, & fortè melius, q̃d quia vtuntur eodẽ iure. ſ. mandato domini Papæ ſuper eadẽ præbenda, & idcircò fit præiudiciũ, ſicut eadem. lex eſt in argumento. de hoc no. inf. de re iudi. q̃uis. ſententia aũt excõicationis lata per c. fuit iuſta. cùm nullus ſe opponeret: cùm tamẽ ſcirẽt, & fuit lata nõ præmiſſa appellatione, vnde ab ea abſoluendi nõ erunt, niſi eũ reciperent, vt hîc dicitur. (Eos) c vel r. ſecundũ aliã literã. (Eo) inf. de præben. pro illo. vbi nota primò videt ꝙ contra. b. c. nõ habuit excep. ex literis a. c. impetratis, cũ
☞ nõ ſint ſuæ literæ, nec ꝓ eo impetratæ, ſed
2 contra illũ. † Itẽ mirabile videtur, cùm capitulũ nõ receperit. c. q̃modo. c. datur excep. ex pſona alterius vel literis? Reſpon. non datur exceptio ex literis, vel pſona alterius, ſed exceptio hæc oriẽ ex maleficio b. ſi ſciẽter veritatẽ tacuit in literis, vel etiã ſi ignoráter, vel dic quòd exceptio odioſa etiã ex facto alieno competit, & ſic volunt qdã colligere ex hac decre. ꝙ ſi aliqs impetrat literas in aliqua eccleſia, vbi Papa ꝓuidit alijs, nõ valẽt, niſi expreſſè ibi ſit clauſula, nõ obſtãte ſi ꝓ alijs ſcripſimus, etiã ſi ante impetrationẽ literarũ ei erat ꝓuiſum ibi. Sed nos contrariũ dicimus. ſ. ꝙ etiam ſi nulla clauſula, vel cõditio ꝓ vel cõtra apponatur in literis, ꝙ ſecũdo debet in eadẽ eccleſia prouideri, & hæc decre. loquitur quando primo ſcribitur ꝓ vno vt ſibi ꝓuideat in primo vacaturo beneficio, & anteq̃ ꝓuideatur primo ſcribitur ꝓ ſecundo eodẽ modo in q̃ caſu ſecundæ nõ valẽt, nõ
☞ qa in eadẽ eccleſia alij ꝓuiſum ſit, † ſed qa ſecundæ literæ ſup eadẽ re nõ valẽt, niſi de primis fecerint mentionem. c. eo. paſtoralis. §. 1. & idẽ dicimus ſi ſcribatur, ꝙ ſibi ꝓuideatur, quã primũ ſe facultas obtulerit, etiã vbi ꝑbendæ non ſunt diſtinctæ, qa vna tantũ vice oportet primo facultatẽ offerri: ſecùs aũt dicerẽ ſi primo ſcriberetur ꝓ
☞ vno, q̃d ſibi daretur prima vacatura. † Secundo ꝓ alio ꝙ ſibi daretur ſecunda vacatura, cùm hîc de diuerſis ꝑbendis agatur, vel ſi ſcriberetur ꝓ ſecũdo, cũ iã prouiſum eſſet primò, nã hîc nõ oportet dici ſi ꝓ alio
3 nõ ſcripſimus. † Alij tamẽ dicũt, ꝙ ſecundæ literæ nõ valẽt, niſi de primis receptis faciant mentionẽ. ar. inf. eo. mãdatũ. & c. ſeq. Si aũt ſecundus receptus eſſet, ꝓfertur primo. inf. de his q̃ fi. à ma. par. capi. ex ore. nã cũ lite pẽdẽte nõ debeat canonicis auferri poſſeſſio eligẽdi. inf. vt lit. pẽ. ad memoriã.

4 † Item cùm non ſint priuati poteſtate eligendi, tenet eorum electio. vt not. infr. de præben. inter cætera. licet peccent eligendo, ſi fraudulenter forſitan propoſitis exceptionibus differtur inſtitutio illius, ꝓ quo Papa ſcribit & puniendi eſſẽt, vt ei quem malitioſè fraudauerant, ſicut vni ex alijs prouiderent. inf. de præben. dilectus filius g. Si autem alicui mandatum eſſet, quod præbendam in aliqua eccleſia alicui conferret, ſiue cum cauſæ cognitione, ſiue non, non credo quod pendente cognitione ſuper perſona illius, cui mandatum eſt conferri, poſſit alij conferri, & ſi con-
☞ feratur, quod teneat collatio, † quia hoc ipſo, quod dedit Papa alij poteſtatẽ dandi præbendam, abſtulit canonicis conferendi poteſtatem, & hoc ſatis videtur dici. infrà, de conceſ. præben. & eccle. nõ vacan. conſtitutus. imò quod plus eſt idem dicimus, ſi non expreſſè eſſet ei data poteſtas prouidendi, ſed tantùm executor deputatus eſſet ad faciendum, ſi ille ad quem pertinebat de iure hoc nõ faceret. inf. de conceſ. præben. & eccle. non vacan. propoſuit. & Arch. inf. de his quæ fi. à ma. par. capi. ex ore. ſecùs autem ſi tantùm datus eſſet executor

executor ad compellendum. inf. de præben. dilectus filius g. nec valet si dicatur adhuc pẽdet lis de illo, cuius executor est, an sit dignus, & interim non debet possessione priuari, quia nõ priuat eos Papa possessione eligendi, vtendò plenitudine potestatis, vel alium super hoc executorem constituendo, sed negotiũ illud ad se reuocauit, nec vult alium de suo facto iudicare, quod esset si ad electionem procederent, & de hoc plenius not. inf. de præben. inter cætera. at in primo casu non est ita, quia nec sibi, nec alij electionem retinuit.

5 †Item credimus quòd ille cui semel scribitur pro pluribus, scilicet, vt eos recipiat in canonicos, licet habeant aliquam exceptionem contra personas, nec contra rescriptum: tamen tantùm recipere debet primum, & non secundum, vt hîc. secundò imponendum est silentiũ, etiam si pro primo tantùm monitorie, & pro secundo executorie scriptum esset, sed tamẽ tenet ☞ electio de alio facta, vt dictum est. †(Prius) videtur quod literæ monitoriæ. C. non debeãt impedire executorias. b. sicut nec impedirent iuramentum sequens, ac ipsius obseruationem. arg. à contrario sensu. sup. e. constitutus. sed illud est ea ratione, quia iuramentũ est licitum cùm in eo intelligatur authoritas Papę excepta, licet Papa nõ intelligatur scribere ex certa scientia contra illud, nisi exprimat in literis, literæ autem istę sunt vitiosæ, cùm veritate tacita sint impetratæ, scilicet, quòd rescriptum erat pro alio, cui nondum prouisum erat. †(Nondum silentium,) sed dices nonne hæc exceptio fuit proponenda in prin. contra literas. scz. quod non valebant? Respon. sic & proposita fuit à capitulo, & propter hoc appellatum, vt prædictum est, vel etiam si tunc omissa fuisset à capitulo, tamẽ tunc proponi posset ab aduersario, scilicet, C. quamuis dici posset, q, & si vterque hanc exceptionem omisisset ad declinandũ forum, tamen C. eam proponere posset, quandocunq; ante sententiam, scilicet, quod alij esset præferendus. Quidam tamẽ aliter dixerunt, quod tantùm in initio ꝓponi debet, sed si diligenter attendas, hic C. nihil proponebat contra literas, quia nec contra eum agebatur, sed per has literas responsum fuit consultationi capituli & ei prouisum.

6 †(Silentium imponens) ne authoritate illarum aliquid petat, quæ elidi poterant, quia non faciunt mentionem de primis, sup. eo. cæterùm. inf. de offi. deleg. ex parte. nisi fortè in secundis esset clausula inserta, non obstante si pro alijs. nam hæc clausula in hac beneficiali litera. s. recipiatis eum in fratrem, & prouideatis ei cùm prima ꝑbenda vacauerit, est largè intelligenda. ff. de consti. prin. l. fi. sed tamen restringitur ad illos, qui literas impetrauerunt & beneficium obtinuerunt, & nõ extenditur ad illos, quibus nondum est per apostolicas literas prouisum: nam ibi secundæ literæ nõ valent etiã sine illa clausula, non obstante si ꝑ alijs, qa cùm vnum tantùm sit beneficium primò vacaturum, non est credendum, q̃d Papa in duos diuidi voluerit. inf. de præben. tuæ. dummodò prosequi nõ negligat. Alij tamen contradicunt. s. quòd authoritate huius clausulę poterit petere beneficiũ, etiam si primus nondum haberet, sed primo prius prouidebitur, & hæc est vtilitas huius clausulæ.

a authoritas papæ. Adde Abba. supr. in c. constitutus. & ibi no. ad Innoc. & Abb. in c. significasti. in 4. & 5. col. inf. de elect.

CAPVT XXXI.

1 *Quæ à iure præcipiuntur, licitè in pactum etiã in spiritualibus deducuntur.*

2 *Reuocari debet ꝙ fit per literas surreptitias.*

1 AD AVDIENTIAM. II. (beneficio literarum.) †Nec reputamus hîc simoniã, cùm ea quę ꝑcipiuntur à iure licitè deducantur in pactum, etiam in spiritualibus. 18. q. 2. eleutherius. di. 6. c. contra morem. 28. dist. de syra. infr. de elect. significasti. & illud est de iure, si vult habere beneficiũ, quod renunciet literis, quia quod plus est etiam si haberet beneficium, & etiam in pactionẽ deduci posset, quod illi renunciaret, cùm ad hoc teneatur de iure. inf. de præben. cùm non ignores. & c. cùm iamdudũ. & secundum hoc expone venditas, id est, tali pacto renunciatas, nã si pro pecunia, vel aliquo temporali renunciasset literis, cùm ex eis habeat ius ad petendũ spirituale beneficiũ, esset simonia. argu. sup. eo. proxi. c. vel retineas in proprio sensu, si nõ erat scriptum super prouisiõe spirituali, sed temporali, vel dic quod benè fuit simonia, nec hoc negatur. (Decernens de cætero) hãc pœnam haberet ex eo, quòd vendidit literas, q, de cætero per literas apostolicas ei prouideri non debet & iustè, quia aut renunciauit literis, quod haberet sufficiens beneficiũ, & tunc non valebunt secundę literæ, quæ de sufficienti beneficio non faciunt mentionem. sup. eo. postulasti. Aut non habuit sufficiens beneficium, & tunc imputet sibi.

2 †(Reuocand.) per tramites iustitiæ puta prosequendo appellationẽ, vel petendo restitu-

reſtitutionem in integ. contra ſententiam vel mandatum, ſi quod factum eſt de prouidendo ei. Si autem ſententia excommunicationis, vel ſuſpenſionis propter contumaciam, vel miſsionem in poſſeſsionē lata eſſet contra eum, dicerem reuocandam etiã ſine his tramitibus, & ita poteſt intelligi. ſup. eo. conſtitutus. quia non intereſt eius, niſi fortè ratione expenſarum. ff. ne vis fiat ei in poſſ. l. 1. §. hęc verba. & expenſas habere non debet propter fraudē, vel ſpeciale eſt in beneficijs, vt no. ſup. eo. conſtitutus. & c. cum dilecta.

CAPVT XXXII.

1 *Pars licet per fraudē literas obtineat nihilominus valent literæ, & proceſſus per eas.*
2 *Literæ quandocunq; per fraudem impetrentur elidi poſſunt.*
3 *Electus in Epiſcopum retinet priora beneficia vſq; ad tranſactum tempus de conſecrandis Epiſcopis.*
4 *Non eſt præſumendum dominum Papã ſcribere ſuper pluribus vacaturis.*

IN NOSTRA. (propoſuiſti.) Fraudulenter vel dic, quòd hîc fraus non deprehenditur in prin. ex impetratione plurium literarum, nec ibi fraus eſt, quia hoc benè licet, vt ſi vnum nõ poſſit habere vel propter ſcandalum, vel propter ius, vel alia de cauſa habeat aliud, ſed deprehenditur ex poſtfacto, ſcilicet, ex malo vſu literarum.

1 †(Fraudulenter) not. quod licet pars per fraudem literas obtineat, nihilominus valent literæ & proceſſus per eas. Nec ob. ſup. eod. ſuper. quia ibi loquitur, quando vel veritatem ſupprimit fraudulenter, vel exprimit falſitatem, quòd hic non fecit, cùm adhuc nullum beneficium haberet.

2 †Sed obijcies in ſecundis benè debuit facere mentionem de primis. ſup. eod. cæterùm. Sed illa loquitur, quando à diuerſis perſonis ſuper eodem facto diuerſæ literæ impetrantur, ſed hîc totum contrarium, quia ab vno ſuper diuerſis eccleſijs ſunt literæ impetratæ. & ita non eſt etiam contra. ſup. eod. ex tenore. quia loquitur quando ab eodem, & ſuper eodem negotio diuerſæ literę impetrentur, alij dicunt, & melius, quandocunq; per fraudem literæ impetrentur elidi poſſunt: quia dolo. & ſup. eod. ex tenore. Nec obſt. quòd hîc dicitur: nam ſi cùm primum beneficium obtinuit, exceptum eſſet de fraude repulſus fuiſſet, ſed poſt non valet hęc exceptio. †Sed dices nónne apparet quod per obreptionem obtinuit etiam primum beneficium: ergò & illo debet priuari. 1. q. 1. ſi quis. & not. ſup. eo. conſtitutus. ſed reſpondeo, q, non agebatur ad hoc, ſed tantùm ad caſſationem ſecundarum literarum, & ideò ſuper eo ſententiari non debuit. inf. de ſimo. licet heli. Vel dicas quòd iſta fraus non vitiat beneficium, licet vitiet impetrationem. Voluntas enim domini Papæ eſt, quòd ei prouideatur, item non fuit ibi obreptio ſtrictè ſumpto vocabulo. †(Recepti) per hoc dicunt quidam à ſimili, quòd ſi pars patiatur quæſtionem ſuper electione, vel præſentatione ſua facta ad eccleſiam parochialem, cùm tamē poſſeſsionem eccleſiæ non haberet, ſi receperit pendente huius quæſtione aliquam eccleſiam habentem curam animarum, hoc ipſo videtur renunciare liti motæ ſuper electione, vel præſentatione ſua, quòd hîc plenè colligitur. Item ratione probatur, quia aut intendebat renunciare eam recipiendo ſecundam, & ſic habemus propoſitum. Aut non intendebat renunciare, ſed intendebat ſi obtineret in cauſa dimittere illam, quam recepit lite pendente, & accipere illam quam vicit, & hoc eſt penitus illicitum, cùm conſenſus huius non debeant eſſe temporales, ſed perpetui: nam in eadem vocatione, in qua vocatus eſt, &c. vt 70. diſtinct. capi. 2. ſicut. & conſenſus matrimonialis: vt 32. quæſt. 2. ſolet aliquando. inf. de condi. app. c. fi.

Non obſtat. inf. de elect. cùm in cun-
3 ctis. † vbi dicitur, quòd electus in Epiſcopum retinet priora beneficia vſque ad tranſactum tempus de conſecrandis Epiſcopis, quia ſicut hîc dicimus, ita & ibi dicimus, quia recipiendo Epiſcopatũ priora beneficia renunciare intelligitur, vnde ex quo confirmatus eſt in Epiſcopum, non poſſet dimittere Epiſcopatum, & ad priora beneficia redire. inf. de tranſact. inter. quamuis hoc ei ſit ſeruatum à iure, q, ſi ex neceſsitate iuris caſſetur eius electio, quod poſsit ad priora beneficia redire, vt in prædict. decre. cùm in cunctis.

†Item non obſtat ſi dicas, ſi quis habet eccleſiam pleno iure, & quo ad poſſeſsionem, & quo ad proprietatem, & tamen ſi eligatur ad aliam & moueatur ſibi lis, ita quòd poſſeſsionem eius habere non poteſt propter huius electionem & conſenſum non videtur renunciare priori eccleſiæ. inf. de elect. cùm in cunctis. 21. q. 2. ſi quis iam. & not. inf. de præben. de multa. ergò

ta. ergò multofortius si habebat litem primo, non videtur renunciare liti recipiendo ecclesiam, quia huic qui nihil habebat, nisi litem non videtur aliquid imputandum, si accipit ecclesiam, & litem sibi seruauit, sed illi videtur imputandum aliquid, qui habebat ecclesiam, & litem accipit. His sic respondemus, quòd hoc totum facit malum initium, quòd iste qui litigat & aliam acceperit, si conditionaliter vel temporaliter consentiret, vt dictum est: & semper oportet quòd sit ibi istud malum initium, quia aut non est protestatus de retinendo primum ius, & sic videtur ei renunciare, cùm vtrunque simul habere non possit, & recipiendo secundam præcisè & sine protestatione, ☞ primę videtur renunciare. †Item si protestatus tunc fuit malum initium est, quia temporalis fuit consensus, sed quando habet ecclesiam in pace, & consentit in aliam purè illius receptione ecclesiæ non fuit malus consensus, imò bonus, quia semper est de præsenti, vnde hîc non videtur renunciare primę, quousque adipiscatur possessionem secundæ. decre. autem ista non facit multum ad propositum, quia iste de quo loquitur decre. non potest aliud beneficium obtinere: est tantùm statutum in odium impetrantis multas literas super beneficijs, & vt vitetur fraus horum impetrantium, nam nos non possemus negare, quin ille qui receptus est ad vnum beneficium posset aliud recipere, & super alio litigare, si ad aliud canonicè eligatur, nec per hoc videtur priori renunciare, maximè cùm vtrunque posset retinere, & generaliter dicimus quòd recipiendo vnam ecclesiam, videtur renunciare liti quam habebat super alia ecclesia, quam simul cum illa habere non potest, sed si esset tale beneficium illud super quo litigabat, quod non prohibetur retinere cum illo, quod recepit non videtur renunciare liti secundum recipiendo. Item habens ecclesiam ei non videtur renunciare, si cõsentiat in aliam, & de ea litiget, maius est enim renunciare ecclesiæ quàm liti.

4 †(Huius molestari) siue impetratæ fuerint, antequam reciperetur in aliqua ecclesia, siue post, quia non est præsumendum, quod super pluribus vacaturis dominus Papa scriberet. Sed si postquam receptus est ad vacaturam præbendam impetrauit literas de vacante beneficio, non facta mentione de priori receptione, credimus valere, si velit renũciare iuri, quod habet ex priori receptione, quia non credimus hanc veritatem suppressam talem qua expressa literas non habuisset. argu. 7. quæstio. 1. pastoralis. 1. de præben. cùm secundum. arg. sup. eod. super literis.

CAPVT XXXIII.

1 *Pars quæ ratum habuit factum procuratoris falsi non potest postea contrauenire.*

2 *Dominus videns causam suam suo nomine agi per falsum procura. nec contradicit præiudicatur sibi.*

3 *Reuocatio procuratoris debet notificari aduersario ad hoc vt sibi non præiudicet quod cum procuratore ab eo constituto factum est.*

4 *Licet dominus reuocauerit mandatum, valent tamen literæ si procurator id nescivit.*

EX PARTE DECANI. (impetratæ) Ante istas. nam si post impetrentur aliæ contra istas valent, vt inf. in fin. huius decre. dicetur. Vel dic, quòd illæ fecerunt mentionem de primis, & quod de consensu partium impetratæ erant. aliàs enim nõ valerent. & hęc clausula ad præsentes & ad futuras literas refertur.

1 †(Protuliſtis) contra. inf. de procu. in præsentia. C. de procu. licet sol. si constaret per confessionem partis aduersæ, quod reuocatum esset mandatum sine fraude, haberent locum contraria, sed hîc ex perspicuis iudicijs dolus præsumitur. C. de do. dolum. & ideò non præsumitur facta reuocatio, nisi fraudulẽta. Vel dic & melius illam locum habere in illo, qui nunquam fuit procurator constitutus, nam si semel fuerit cõstitutus, vt occurratur fraudibus, statutũ est, quòd quicquid fit cum eo antequã reuocatio notificetur aduersarijs, vel iudi. tenet. inf. de procu. mandato. & in alijs concordantijs positis in gloss. quæ incipit & benè. Hîc autem certum est, q; si ratum habuerit factum procuratoris falsi, siue expressè, siue tacitè, dummodò eius nomine agatur vlterius contrauenire non potest. ff. rem ra. habe. l. 3. §. falsis. ff. de neg. gest. si pu. §. sed si ego. ff. de re iudica. licet.

2 †Et ex hoc dico, si dominus videt causam suam suo nomine agi per falsum procuratorem, & nõ contradicit, q; fit sibi præiudiciũ. nam ex voluntate sua creditur agere, cùm possit eum prohibere, & non prohi-

Et ex hoc dico. Adde q; hîc sequitur Oldr. in cons. 290. inci. pro fundamento. & Ang. in l. mutus. §. is q procuratorẽ. ff. de procu. Ab. in c. quis. infrà, de re iud. Car. & Imo. in c. cũ olim. inf. de offic. deleg. & vide Feli. & ibi concor. per eũ in c. fraternitatis. colũ. 4. circa me. inf. de testi. & vide de hoc dicto p Alexã. de Imo. in repe. l. sæpè. col. 2. ff. de re iud. vbi latissimè. Et vide Alex. in cõs. 158. colũ. 4. ver. benè facit. in 2. volu.

prohibet.ff.de re iudi.ſæpè.& contra eum mandabitur ſententia executioni, cùm credatur ex mandato agere.ff.de re iudic. l. 4. debuit enim proteſtari quod ſibi factum procuratoris ſuo nomine agentis cùm primò ſciuit ſibi diſplicebat. C.de filijsfamil.l. 2.

3 †(Protuliſtis)& benè.ad hoc enim, vt ſibi non prę iudicetur, quod cum procuratore ab eo conſtituto factum eſt, oportet q̃ notificet aduerſario reuocationem.ar. ff.de procuratoribus ſi quis procuratorem & ſic intelligimus. inf. de procuratori.ex inſinuatione. & in præſentia. vbi not.vel iudici. arg.ff.rem ratam ha. ne ſatiſdatio. inf.de procura.mandato. vel quod publicè conſcribat dominus, ne quis habeat eũ pro procuratore.arg.ff.de inſtitu. l. ſed & ſi.§.1.& ſeq.ſed hæ leges loquũtur tantùm de procuratore negotiorum, & intelligimus, quòd poſsit reuocare ante litis conteſtationem, quia poſt non poteſt ſine diſtinctione. & ff.de procur. quæ omnia. & l.ſeq.& l.poſt lit.& l.ſeq.(Dicebant)& benè.quia poſt reuocationem ſuam fuerant impetratę. Nec ob.quia tenet, q̃ contra eũ facit.ſ.lit.conteſt.quia illud tenet in fauorem iudiciorum, niſi aduerſario, vel iudici notificet, vt dictum eſt, ſed ſecùs eſt in literis vbi confeſsio ſua in eo præiudicat ſibi, quod eſt contra eum, ſed pro ſe non prodeſt(Concilij) ſup.e.nonnulli (Perſonis).ff.de procu. ſed hæ. (Procuratorem) qui hoc impetrauit.

4 †Sed in hoc non videtur neceſſe reuocationem peruenire ad aduerſarium, ex quo ipſemet confitetur ſe reuocaſſe, quia ipſi ſua confeſsio præiudicare debet, & in fauorem aduerſarij inductum eſt, quod reuocationem ſignificet iudici, ſed dic, quòd quamuis reuocauerit mandatum, tamen literæ valent, ſi procurator nõ ſciuit, quia non eſt ibi aliquod de vitijs cõtentis. ſup. e. nonnulli. & benè poteſt habere ratam impetrationem ab alio factã, & ſine vitio, ſed ſi reuocatio ad eum peruenisſet, tunc literæ falſæ eſſent.ſup.eod. nonnulli.& ideò nulla ratihabitione poſſent vires ſuas recuperare.

CAPVT XXXIIII.

1 *Reſcriptum non extenditur ad perſonas in eo non contentas.*

SIGNIFICANTE V. Hoc eſt ideò, quia ita generaliter locutus fuit V.remen.quòd nõ poterat de perſona conſtare, nam etſi per aliqua adiecta poſſet conſtare, quod V. Leodien. eſſet illa perſona contra quam agere volebat, licet in literis cum V.remen.nominauerit, nihilominus per illas literas conueniri poſſet. arg.inſti.de le.§.ſi quis in nomine. 1 C.de teſta.ſi quis in. †(Conueniri) reſcriptum enim non extenditur[a] ad perſonas non contentas in reſcripto, imò quo ad res & perſonas reſtringendum eſt.ſup.eo. ſe.Apoſto.& inf.c.proxi.

[a] *Extenditur. Et ſic ſtrictè interpretatur. Adde Soci. in cõſi. 112. col.3.poſt me diũ. replicatum in 2. vol. conſ.172.*

CAPVT XXXV.

RODVLPHVS CLERICVS.

SIGNIFICAVIT. (Poterant conueniri) contra dñam agere non poſſunt ex perſona eius, quia non erat eis debitrix tempore datæ literarum, quod inſpiciendum eſt. ſup. eo.eam te.inf.eo.c.fi.nec ex perſona defuncti, cũ morte eius expirauit iuriſdictio antequã citaretur. ff. qui ſatiſ. cog.ſi deceſſerit.ff. de regu. iur. Neratius.inf.de iudi.quia V. contra ſup.eo. paſtoralis.in fi.de offi. dele.licet nobis.non placent hæc, imò dicimus, quòd etiam ſi citatus non ſit ille contra quem literæ impetratæ ſunt, nominatim tamen ſucceſſor generalis & hæres conueniri poſſunt per literas impetratas contra prædeceſſores. inf. de fo. compe. dilecti.hîc autem loquitur, quando prædeceſſor illius, qui modò conuenitur non erat expreſſus in literis, ſed tantùm per generalem clauſulam poterat conueniri, & tunc locum habet, quod dictum eſt, ſi in vita ſua citetur, vel exprimatur prædeceſſor, ſucceſſor non poterat conueniri, quia ſuper prædeceſſore non habuit exercitium iuriſdictionis.ſup.eo.paſtoralis.§. 1 fi.† & tamen benè fatemur, quòd per generalem clauſulam poteſt conueniri nomine alicuius eccleſiæ illæ, qui factus eſt prælatus poſt impetrationem literarum, quia non propriè dicitur conueniri perſona prælati, ſed eccleſia.

CAPVT XXXVI.

EX INSINVATIONE, (mẽtionem.) Nam hîc eſt talis falſitas, quæ tacita præſumitur, quod literas executorias nõ habuiſſet. (Mentionem.) in Authẽ. vt ſpon. largi. §. & hoc inſuper.

CAPVT XXXVII.

1 *Quot modis dicatur quis negligere, vel non proſequi gratiam Papæ.*

2 *In literis non est considerandum tempus datæ sed præsentationis.*

3 *Virtus præsentationis tanta est, vt si secũdus impetrans prius præsentat secundas literas, in quibus continebatur, si pro alio nõ scripsimus, præfertur tamen in beneficio.*

4 *Literarum præsentatio non sufficit quod executoribus fiat, nisi fiat collatori beneficij.*

5 *Capitulum nolens subire laborem contradicendi non imprudenter faciet recipiendo omnes in canonicos, de quibus ei scriptũ est à Papa.*

6 *Non potest capitulum de criminibus vel alijs defectibus opponere contra præsentatores literarum.*

7 *Nunquid receptus in canonicum per capitulum possit se illi opponere qui prebendã petijt per literas Papæ.*

MANDATVM APOSTOLICVM. (Si pro alio) apponitur enim hæc clausula in fauorem ecclesiæ, cui scribitur, vt si de alio grauata est authoritate sedis Apost. quandocũq; siue ante impetrationem literarum secundarum, siue pòst, vel etiam si contra eam aliquis agat, antequam lis finiatur vlterius non grauetur de alio prætextu istarum literarum, ponitur etiam in fauorem impetrantis, etiam si pro alio scriptum sit, ipse tamen dolo vel negligentia negligat prosequi literas suas, secundus non obstante quod pro alio scripsit, poterit petere beneficium.

1 †Dicimus autem eum negligere vel non prosequi gratiam Papę, qui literis, vel iuri suo renunciauit, vel contra quem sententia lata est, vel qui vxorem accepit, vel qui habitum clericalem eiecit, vel qui primã præbendã vacantẽ post præsentationẽ literarum non obtinuit, vel qui non prosequitur litigando contra capitulum, vt illam sibi det, quia siue eo sciẽte dedit capitulum illam præbendam alij, siue eo ignorante, nunquam tamen potest aliam petere, quæ post illam vacabit, quia non est scriptum, nisi pro prima, & non licet fines mandati excedere. ff. man. diligenter. sed potest denunciare superiori, quando eo ignorante collata est prębenda, vt procedat secundum tenorem. c. inf. de præbẽ. dilect. fil. Si verò eo sciente necessitate iuris coacti sunt alij dare præbendam, huic debitam imputet sibi. ff. de re iu. sæpè. & hoc ea ratione, quia si primus prudenter egisset, secundus pro quo scriptum erat cũ clausula nullam præbendam habuisset, & ita culpa eius translata est præbenda ad alium: Vnde iustũ est, quòd decętero nullam habebit, secùs autẽ esset, si sine clausula scriptum esset pro vtroq;, quia tunc vterq; debet habere aliquam præbendam, nisi per culpam alicuius eorum perditur aliqua præbenda, vel transfertur in alium, iustum est quòd ille qui prior erit tempore omnibus sequentibus præferatur, vt not. inf. de præben. relatum. alij tamen dicunt idem vtrobiq; idem videtur etiam si prædictis modis nõ neglexit, vel renunciauit, sed tantùm in hoc negligens fuit, quia literas non præsentauit, quia ex quo secundus nõ inuenit primas literas præsentatas etiam si ex necessitate omisit vti: primus tamen per secundas literas obtinebit beneficium, non obstante contradictione primi. Nec obstat clausula quæ hîc ponitẽ.

2 †Et est ratio, quia tempus non datæ literarum, sed præsentationis est considerandum, vt sup. e. c. capitulum. inf. de app. super eo. nam cùm literæ capitulo dirigãtur, & eis incumbit dare canonicatum & præbendam, iniustum esset, quòd ipsi litigarent non literis receptis, & ideò sic est intelligendum mandatum recipiatis eum in canonicũ & assignetis ei primò vacaturam prębendam, subintelligendũ est. s. quæ vacaret post pręsentationem literarum: Vnde si post datam literarum, & ante pręsentationem earum vacasset præbenda, & alij data est authoritate illarum literarum sibi alia quæ vacaret post præsentationem literarum secundarum danda esset. arg. inf. de app. super eod.

☞ †Item dicimus quòd ratione pręsentationis literarum hoc habet, quòd si recipiatur alius in canonicum authoritate secundarum literarum, primus præfertur secundo, etiam recepto in canonicum in assecutione prębendæ. ar. sup. e. capitulũ. & si cõtradiceretur, malitia sua alicui prodesset. Item cùm nihil sit, q, primò debeat imputari, quia solicitus fuit in prosecutione iuris sui, quare non pręfertur secundo in eo, quòd nulli quæsitum est adhuc, sed ad collationẽ partium eorum quibus fauendum non est, cùm iniquè egerint pferendo secundum in receptione, vel collatione canonicatus, quia licet sit canonicus, tamen nihil iuris habet in prębenda. Fatemur tamen, quòd si prębendam ei dedissent, quod illa non posset ab eo qui iam ius habet a duocari. inf. de prębend. dilectus filius g.

3 †Item dicimus, quòd tanta est virtus præsentationis, quòd si secundus impetrãs prius

prius præſentat ſecundas literas, in quibus continebatur, ſi pro alio nõ ſcripſimus, tamen præfertur in beneficio, quia ſic eſt intelligendum, ſi pro alio nõ ſcripſimus qui literas præſentauit, & ſi in literis primis continebatur eadem clauſula, non poteſt habere beneficiũ per illas literas, quia ſic intelligẽdum eſt, ſi tempore præſentationis literarum pro alio non ſcripſimus.

4 † Item dicimus, quòd nõ ſufficit præſentationem literarum fieri executorib⁹, niſi fiat collatori beneficij, quia non eſt executoris dare beneficium, ſed tantùm poteſt cogere ad dandum, ſed ſi eſſet executor qui debet conferre, ſi pro alio ſcriptum non eſſet, primò vacaturam præbendam in vna eccleſia, & alius poſt impetrationem huius executoris, & præſentationem ei factã impetrat literas ad capitulum, & præſentet præualebunt primę, ☞ licet poſtea præſententur capitulo ea ratione: quia primæ prę̃iudicant ſecundis. ſup. e. cęterùm. quia collatio huius prębẽdæ ad executorem pertinet, ideò ſunt ſibi literæ præſentandę & non capitulo, ſed ſi capitulum ignoranter contuliſſet ſecundo prębendam, tunc dic ſecundum q̃ not. inf. de elect. innotuit. Non autem credimus, quòd licet per annum diſtuliſſet vti literis impetratis, q̃ ꝓpter hoc videtur renunciaſſe hîc literis Papæ, vel non ꝓſequi.

Nec ob. ſup. eo. plerunq; quia loquitur de literis impetratis in iudicijs vel cauſis. hîc autem loquimur de literis beneficialibus, quæ non pereunt ſecundis impetratis ſuper eodem beneficio, & ſi prius p̃ſentarentur ſecundę, vel etiam ſi multo tempore vti poſtponatur, & dicimus q̃ ſi ille, qui primò literas impetrauit aliquo prędictorum modorum neglexit vti literis beneficialibus, literę ſecundę valent, nec impediuntur per primas, etiam ſi in ſecundis contineatur clauſula illa tantùm, ſi ꝓ alio nõ ſcripſimus, dummodò neglexerit vti primis, & non intelligitur pro eo ſcriptum, qui contrarium facit ei quod ſcriptum eſt.

☞ † Sed oppones: ergò tantum valet huiuſmodi clauſula, ſi pro alio ſcripſimus quantum ſi adijciatur qui gratiam proſequatur, & hoc quidam dixerunt. Sed nos dicimus ad hoc valere hanc adiectionem, quia executor datus in ſecundis literis, vel etiã fortè capitulum cui præſcribitur per receptionem primi, & ſecundi præfiget terminum ei primo, qui præſentauit literas, vt ſi vult proſequi gratiam Papæ, proſequatur, alioquin proſequatur ſecundus. ff. de adop. ſicut. ſed ſi eſſet ibi tantùm, ſi pro alio non ſcripſimus, non valent literæ ſecundę ſuper eodem beneficio impetratæ, licet non proſequeretur gratiam Papę. fortè vel quia execratur litem non vult litigare in præſenti, ſed expectat magis congruum tempus ad litigandum, vel expectat, quòd illi ad quos pertinet electio propria voluntate ſine coactione ipſum recipiant, & ſi non in prima vacatione, tamen in ſecunda vel tertia, vel vlteriori. Hoc tamen ſic credimus, ſi nondũ poſt præſentationem literarum vacauit aliqua præbenda, quia adhuc poteſt expectare & petere, vel ſi compoſuiſſent de ſecunda, vel vlteriori danda, ſed ſi neutrum horum interueniſſet non videtur, quod prætextu primarum literarum, ſecundus impediatur. † Et etiam plus dicimus, quia ſi eſt ibi clauſula quæ ponitur in hac decre. quandoque ſecundus petat præbendam authoritate ipſarum literarum, & ſciat primus niſi veniat & proſequatur prębendam authoritate priorũ literarum, quòd fit ei prę̃iudicium, ſi ſcit p̃bendam peti. quę primo loco ad eum pertinet. inf. de reg. iur. quamuis. & ff. de reg. iur. ſępè. & intantum fit ei prę̃iudicium q̃ nec aliam prębendam authoritate illarũ petere poterit, quia de ea ſcriptum nõ eſt, & ideò idem diximus, ſi in ſecundis literis non contineatur, ſi pro alio non ſcripſimus, quia vtrobiq; videtur Papę intentio fuiſſe, quòd de pluribus non grauetur.

5 † (Proſequi) licet autem capitulum, vel Epiſcopus cui ſcribitur ſuper receptione alterius poſſit ſe defendere contra petentem beneficium, quando primò ꝓ alio ſcriptum eſt, vt hîc. & ſup. eo. capitulum. prudenter tamen faciet capitulum, ſi non vult ſubire laborem contradicendi, ſi oẽs recipiat in canonicos, quia nemini prę̃iudicatur, cùm iuribus canonię oẽs pariter poſſint vti ſine alicuius præiudicio, licet de prębendę aſſignatione eſt vis, quia fieret in eius prę̃iudicium, & ſi ideò tunc dicunt quidam faciet ſibi exhiberi vtraſque literas, & procedet ſecundum tenorẽ decre. ſup. eo. cùm contingat. & ſi non ſeruaret iſtam formam, incurreret periculũ ☞ quod eſt inf. de prębend. dilec. fil. g. † Si autem vult contradicere capitulũ, vel Epiſcopus aut contradicet primo præſentanti literas, vel alijs poſt p̃ſentantibus ſi vult cõtradicere primo, tunc ipſe ſolus ad quẽ pertinet receptio & collatio præbendę ſe

opponere poteſt, illi autẽ pro quibus primò ſcriptum eſt opponere ſe nõ poſſunt, quia non poſſunt dicere ſibi, quia debet præferre, quia primò præſentans, debet alij præferri. ſup. eo. capitulum.

6 †Item de criminibus, vel alijs defectibus opponere nõ poſſunt, quia eorum nõ intereſt, vt not. inf. de accuſ. ſuper his. ſed ſi vult aliquis obijcere poſt primũ præſentant ſuas literas, tunc quo ad impugnandum receptionem ſuam ſolũ capitulũ, vel Epiſcopus admittatur, quia non intereſt primo p̃ſentanti literas, ſi primò ſecundus recipiatur quàm ipſe, quia in aſſecutione p̃bendæ præcedet, licet primò receptus ſit: vt not. inf. de p̃ben. relatum. ſi aũt poſt p̃ſentatas literas petat ſibi aſsignari p̃bendam: tunc capitulum ſi habet primò præſentantem pro canonico recepto prudenter faciet, ſi ſe nõ miſceat liti, ſed ſinat eos litigare, & acquieſcat mandatis iudicis vtriuſq; partis, ſecundum tenorem decre. cùm contingat. Si verò non habet pro canonico, tunc contradicat capitulum, vel Epiſcopus ſi vult, & ſi nõ vult cõtradicere, ſed libenter aſsignat p̃bendam primò p̃ſentanti, tunc ſi primus obtineat poſtea cõtra capitulũ patietur pœnã quæ eſt. inf. de p̃ben. dilec. fil. g. quia malitioſè egit, cũ neutri debeat aſsignari beneficiũ, ex quo probabiliter poterat dubitari. ſup. eo. cùm contingat.

Nos tamen hoc, q̃ dictum eſt de procedendo ſecundum tenorẽ decre. ſup. eo. cùm contingat. non credimus, niſi vtriq; executores mandarent, vel parati eſſent, vt ex tenore eius decre. colligitur & benedicimus, quia ſi ipſe p̃ſentans primò velit ſe opponere q̃ poteſt, quia ſua intereſt, & p̃ ſuo iure appellare, vt 2. q. 6. non ſolent. & niſi de iure ſuo dicat fieri ſibi præiudicium. inf. de reg. iur. quamuis in hoc. ſ. quod ſecundus pro quo lata eſt ſententia obtinebit p̃bendam, ſed ſi iuſtam cauſam haberet ignorãtię, primus etiam poſt latam ſentẽtiam p̃ ſecundo p̃ſentantę, & etiam poſtquam ſibi eſſet aſsignatum beneficiũ, daretur ſibi in integrum reſtitutio, ex generali clauſula. ff. ex quib. cau. in integ. & not. inf. de p̃cu. quærelã. Contra capitulũ aũt, ſi bona fide denegabat primò præſentantem recipere, nec malitiam adhibuit in aſsignatione p̃bendæ faciendæ ſecundò nullam habebit actionem, fortè melius dicitur, q̃ habebit actionem contra capitulum, quia debuit ſibi cauere, quòd ille cui præbenda aſsignabatur, ſeruaret capitulum indemne. ff. de rei ven. is à quo. & l. ſeq. ff. de peti. hære. l. pe.

7 †Sed quæritur, an receptus in canonicum per capitulum poſsit ſe opponere illi, qui petijt præbendam per literas Papę, vel canonicatum tantùm, & dicunt quidam quod ſic. Alijs videtur q̃ nõ, poſsint ſe opponere receptioni in canonicum, vel aſsignationi p̃bendæ, quia nõ intereſt eorum, quia nullum ius habet in p̃benda futura, & in canonicatu nullum ſit ei p̃iudicium, ſed contra literas benè poſſum opponere, q̃ non valent, quia non faciunt mentionẽ de ſua receptione, quam ſi Papa ſciuiſſet, non ſcripſiſſet pro eis, & ſi recepti à capitulo nullum habent ius certum in p̃benda, nec aliquid petere poſſent ratione receptionis ſuæ, vel prouiſionis à capitulo factæ. tamen ratione acceſſorij ſuperior cùm opportunitas ſe offert faciat aſsignari præbendam. inf. de præben. relatum. inf. de conceſ. præben. cùm ſuper q̃ſtione.

†Et Papa nunquã intendit dare literas præiudiciales. ff. de vul. ſub l. ex facto. & contra literas ſe opponere poteſt ſemper quouſq; alius recipiatur in canonicum, quia vſq; tunc ex eis agit, & vtitur impetratis, ſed ex quo receptus eſt, extũc receptus à capitulo, nihil poteſt proponere cõtra literas, quia non iuuabit ſe principaliter ex literis, ſed ex receptione ſua, quia receptus eſt in canonicum, & ſi obijciatur ei, quòd non poteſt petere præbendam ex tali receptione, quia ſi contrarium diceretur aperiretur via vacaturis? Reſpon. quia ex receptione ſimplici capitulum nõ poſſet agere ad præbendam vacaturam, nec etiam vacantem certam. arg. oppo. ff. de contrahen. empt. l. vlti. §. vlti. & ad Treb. l. 1. §. ſi habes. C. de do. vel ęris. cum ſuis cõcor. ſed ex receptione quæ eſt facta authoritate Papæ, qui non impeditur concedere vacaturas ſecùs. (Intentio) quod appareret ex appoſitione clauſulæ.

CAPVT XXXVIII.

LITERIS APOSTOLICIS. (Niſi alio) idem & ſi ſit clauſula, ſi pro alio non ſcripſimus, non enim aliud intendit dominus Papa per clauſulam iſtam, niſi vt eccleſia de plurium receptione non grauetur. ſup. eod. man.

†(Monitorias) ar. ex ſolis monitorijs habet ius ad petendum. ad idem. ſup. eo. capitulum. ſed non eſt verum, licet illi prouidere teneantur. inf. de præben. dilect. fi. g. nam

nec ex

nec ex monitorijs, nec ex præceptorijs, nec executorijs, sed habet officium iudicis ad petendum beneficium secundum tenorem literarum Papæ, si à Papa contulisset, tunc haberet ius in re.

CAPVT XXXIX.

1 *Mandatum speciale factum abbati, derogat generali facto Episcopo.*

ABBATEM. (Qui prouideret.) Nec tamen adhuc prouidit, vnde speciale mandatum abbati directum in suis ecclesijs: tamen præiudicat generali mandato episcopi in omnibus ecclesijs. supr. eo. c. 1. & c. pastoralis. si autem iam prouidisset ei abbas in vna ecclesia, & postmodum alia vacaret, nõ video, quare episcopus non posset alij ibi prouidere in qua non esset alij prouisum, cùm diuersæ sint ecclesiæ, nisi fortè essent ecclesiæ de mensa abbatis, vel nisi collatio pertineret ad abbatem, tunc enim cùm omnes vno iure censeantur, si vni prouidit grauatus est abbas, vnde episcopus non potest alij prouidere.

Et hoc intelligo verum, quando vult prouidere authoritate literarum impetratarum postquam prouisum est primo, nam si ante impetratæ fuissent secùs: vt no. suprà, eo. mandatum cogi. quando in literis non continetur per eccl. censu. compellatis verius credimus, quòd non sit hæc sufficiens ratio, imò nec vera, quòd non possit episcopus cogere abbatem ad prouidendum illi de quo scriptum est episcopo, quia ex quo in literis continet, facias tali clerico prouideri, poterit quoslibet cogere ad prouidendum etiam si ibi non dicitur, per censuram ecclesiasticam cogas, sed illa est sufficiens ratio & vera, ☞ † quia speciale mandatum factum abbati, derogat generali facto episcopo, vel quia clausula, si pro alio non scripsimus eximit eum à iurisdictione episcopi, & quòd in ecclesijs illius abbatis illi prouidere non possit. (Prouidendi) quando in literis continetur authoritate nostra prouideas.

CAPVT XL.

1 *Non potest secundus deleg. absoluere nisi elapso termino, priori assignato.*

2 *Absolutio secundorum iudicum tenet etiam ante terminum si partes consentiant.*

3 *Remissio excommunicati ad excommunicatorem locum habet in ordinarijs etiam si sit ab eis appellatum post sententiam excommunicationis.*

4 *Debet excommunicatus absolui præstita cautione & iuramento priusquam cognoscatur de iniusta excommunicatione.*

AB EXCOMMVNICATO. (Statuto) scilicet, quia iniustè, vel non præmissa monitione, vel non seruato ordine dicit se esse excom-
1 municatum. † (Obtentis) iste secundus non potest absoluere, nisi elapso termino assignato priori, & si absoluat non valet, quia iurisdictionem habet ex parte limitatam & formam certam. argu. suprà, eo. cùm dilec. nec etiam sufficit, si partes consentiant in eum, cùm nihil attendatur forma solita, & etiam honor excommunicatoris, sed & si omnes, scilicet, partes & iudices consentiant, quod ante tempus absoluatur. tamen non valet absolutio, quia cùm sub conditione sit tibi mandata absolutio, scilicet, si primus intra certum tempus non absoluit, quod secun-
a dus absoluat ante conditionem [a] extantem, nulla sibi absolutio competit. ff. de verb. signi. cedere diem. repete tamen quod diximus. infrà, de offi. dele. de causis.

2 † Quidam tamen benè fatentur, quòd si excommunicator diceret ego non absoluam: vos absoluatis eum, si vultis, quòd in hoc casu secundus potest eũ absoluere etiam ante terminum, quia in manifestis non est locus coniecturis. ff. de verb. obli. continuus. §. cùm ita. alij tamen dicunt, quòd tenet absolutio secundorum iudicum etiam ante terminum si partes consentiant. primus autem post terminum assignatum potest absoluere, semper antequam pronunciet eum iniustè excommunicatum, & etiam si partes velint, quod sic probetur, quia quandocunq; ante absolutionem constet de iusta excommunicatione remittendum est ad excommunicatorem. Et sic apparet, quòd apud primum etiam post terminum assignatum remanet iurisdictio, & sic habet super eum iurisdictionem in eo pro quo excommunicatus est, ex quo patitur ☞ se absolui, absolutio tenet. † Item cùm iudicia sint absolutoria, & nihil aliud hîc petatur, nisi absolutio, & ille qui excommunicauit paratus sit absoluere audiendus est, & tenebit absolutio, & hoc habet locum, vbi per errorem omissa est

[a] *Ante conditionẽ. Et sic attẽditur implementum cõditionis in literis executorijs. adde P. de. Ancha. in consi. 297. inci. Efficacib⁹. col. 4. post prin.*

absolutio antequam procederetur ad cognoscendum de iniustitia excommunicationis, nam si hoc petat absoluendus: vt not. in gl. veruntamen. (Ita) si contra statuta concilij generalis, id est, iniustè excommunicatus est, quid faciet hic excommunicans ad quem remittitur. Respon. si creditur se iustè excommunicasse non absoluat, sed ad alium mittat, † quia postea ad eum remittetur pro mandatis recipiendis. infrà, de offi. del. prudentiam misi. si verò non creditur se iustè excommunicasse prudenter facit, si absoluat eũ.

3 (Obtentis) remissio ista excommunicati ad excommunicatorem habet locum in ordinarijs, etiamsi fit ab eis appellatum post sententiam excommunicationis. infrà, de offi. ord. ad reprimendam. infrà, de sen. excom. per tuas. in fi. in delegato autem ita dicendum si non fuit appellatum, nam si fuit appellatum & appellatio recipiatur, non habet iurisdictionem delegati. infrà, de offi. dele. pastoralis. §. præterea. & ideò non remittitur ad eum. Item si non fuit appellatum à delegato, & lata sit sententia diffinitiua per delegatum, intra annum remittendum est ad delegatum, sed post annum minimè superiori ratione. Item infrà, de offi. dele. quærenti. sed sine vlla remissione delegãs iuxta formam ecclesiæ eũ absoluet, cuius authoritate excommunicatus est, sed si subdelegatus excommunicauerit, & ab eo appelletur delegatus, primus tantùm absoluere debet. infrà, de offi. deleg. super quæstionum. §. porrò. & §. vlti. si autem primus delegans absolueret, teneret absolutio. Item & si alij deleget absolutionem, & ipse delegatus absoluat, tenet absolutio. arg. contra. infrà, de offi. ord. ex parte. infrà, de sen. excom. cùm pro causa. sed antequam primus deleget, vel deleg. secundo super absolutione absoluat, potest excipi, quòd non absoluat, vel non procedat per tales literas veritate tacita impetratas. Si enim dixisset, quomodo delegatus est medius inter primum delegãtem & subdelegantem, non habuisset literas nisi ad eum, scz. deleg. arg. prædictę decre. super. etiam ex causa potest legitimè appellari, si autem absoluat, non præmissa appellatione tenet, licet non debet fieri, nec nocet, si postea appelletur, quia cùm sententia excommunicationis nõ suspendatur per appellationem multò fortius absolutionis, quia promptiora sunt iura ad absoluẽdũ, &c. ff. de acti. & obli. Arrianus.

† Item omnis res, per quascunq; causas cõtrahitur per easdem dissoluitur. infrà, de reg. iur. c. 1. sed per solam sententiam fit quis excommunicatus: ergò & per solam absolutionem absolutus fit aliquis. Item sic actio iniuriarum tollitur pacto, ita & hæc sententia absolutione. ff. de pac. l. si vnus. §. pacta. hoc autem posito, quod sit sublata & verum est non debet amplius excommunicari, nisi præmissa canonica monitione. infrà, de sen. excom. sacro. & probata causa. 2. q. 1. nemo. & nisi sint contumaces denouo. 11. q. 3. certũ. (Difficultate) iuramenti & cautionis mandatorij. infrà, de restit. spo. literas. in fi. † Quidam tamen & fortè benè dicunt, quòd iurare debet, ne disciplina ecclesiastica rumpatur. arg. 23. q. 5. excommunicatorum. inf. de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. significasti. & ita non est contra. infrà, de iureiu. & si Christus. vbi sunt authoritates prohibentes iuramentum, sed supple non iurabit omninò, vel frustrà, id est, sine causa, hæc autem est prædicta causa quæ est iusta. infrà, tit. proximo, cùm inter.

4 † (Cognitio) veruntamen priusquam cognoscatur de iniusta excommunicatione, absoluetur præstita cautione & iuramento, & postea cognoscet solus delegatus de iustitia excommunicationis, scilicet, an excommunicator iustè, vel iniustè, vel ex ordine, vel ex animo, vel ex causa excommunicauerit.

Et hoc est verum, quando quæritur de iniustitia excommunicationis excommunicatori pœnam infligat, & tunc puniet iniustè excommunicantem. infrà, de sent. excom. sacra. si verò inuenerit iustam excommunicationem remittet excommunicatum ad excommunicatorem, vt eius mandata recipiat. inf. de offi. deleg. prudentia. & attende cùm dico quod statim debet absoluere, nisi obijceretur, quod pro manifesta offensa est excommunicatus, vel quia non paret rei iudicatæ: tunc enim debet præcedere emenda. infrà, de ver. sig. ex parte. & cap. seq. De causa tamen principali eodem modo cognosceret, si est causa inter Episcopum & excommunicatum, & in literis fit apposita clausula consueta, scilicet audias, si quid fuerit quæstionis. nam nullus debet esse iudex in propria causa. C. ne quis in sua causa. l. 1. si verò cum alio causam haberet coram excommunicatore, aut est appellatum aut non. Si est appellatum eodem modo procedet inter

partes,

partes,ſi in literis ſit mentio de appellatione: vel eius cognitio cauſa demandatur, ſi verò ſit appellatum, debet eum remittere ad Epiſcopum, qui de cauſa cognoſcere cœpit. ff. de iudi. de qua re. infrà, de iureiurand. ad noſtram. 2. niſi ſit ibi prædicta clauſula, ſi quid manſerit quęſtionis: Et quia perpetuata eſt eius iuriſdictio per citationem. infrà, de offic. delegat. gratum.

☞ †Sed obijcies quòd nunquam habuiſſet literas, niſi dixiſſet contra ſtatutum concilij generalis ſe excommunicatum fuiſſe, ergò ſi hoc falſum appareat, debet carere commodo literarum. ſup. eod. ſuper literis. Reſpondeo, hîc illa regula fallit propter periculum excommunicationis & participationis, vnde ſtatim abſoluendus eſt. vt in decre. cùm contingat. Item hæc exceptio cùm ſit peremptoria non debet proponi contra literas. inf. de lit. conteſt. c. fin. & inf. de foro compe. ex parte.

CAPVT XLI.

1 *Mentiri plus eſt, quàm verum tacere.*

SI PROPONENTE. Secùs ſi nõ ꝓponeret ſed ſubijceret, quia tunc crederent valere. Reſpõdeo, † quia plus eſt mentiri quàm verum tacere. arg. ſup. eo. poſtulaſti. (Fraudulenter) hæc eſt cauſa, quare reſcriptum non valet, ſcilicet, fraus. ſuprà eod. ſuper literis. & c. in noſtra. vt de hac materia notauimus, nec poteſt de facili prætendere ignorantiam in proprio facto. ff. pro ſuo. l. fi. in fin. & notat. ff. mandat. l. item quæritur.

CAPVT XLII.

1 *Nunquid ſi quis aliquem conuenit perſonali actione coram aliquo iudice, poſſit eum coram alio iudice etiam ordinario ſuper alia perſonali conuenire.*

2 *Ordinarijs iudicibus non debet ſubtrahi debitus honor.*

3 *Non licet reo actorem cõuenire niſi ſub actoris iudice.*

QVIA NONNVLLI. Nomine hîc tenetur crimine falſi, ſicut & qui ſuppoſuit partum. ff. de fal. falſi nominis. & l. qui falſam. & ſequẽs ſimiliter. (Et qui eas) non valet, quòd ſit per has literas pro his quorũ nomine ſunt impetratæ. (Nihil) de iud. cùm quem. (Ad futuras tradunt,) id eſt, aliquos citari faciunt ſuper controuerſijs de nouo emergentibus, ac ſi literas ad eas traherent (ad futuras tradunt) & valet ſententia in nouis negotijs, niſi excipiatur contra. ſuprà eodem, ſignificauit. ſuprà eod. eam te. ex tenore.

1 †Pluribus) dixerũt quidam, ex quo aliquis conuenit aliquem perſonali actione coram aliquo iudice, coram alio iudice etiam ordinario ſuper alia perſonali non poteſt eum conuenire, quia ſi reo qui fauorabilior eſt in iure. ff. de reg. iu. fauorabiliores. hoc nõ licet. C. de ſen. & interlo. in Auth. & conſequẽter multò fortius, nec actori. ff. de re iud. non debet. Si actor cõuenit aliquem ſuper aliqua actione perſonali, licet ſuper alia per aliud reſcriptũ coram alijs delegatis ipſum cõuenire nõ poſsit, tamen coram ordinario ipſum poterit conuenire, & hoc vt honor non ſubtrahatur ordinarijs ipſis. nam reo iſtud nõ licebit, ſi velit reus reconuenire, quia non coram ordinario, ſcilicet, coram delegato iſtud facere debet: quòd tamen credimus verum. nam benè poteſt actor reum conuenire ſub diuerſis iudicibus ordinarijs, vel ordinario & delegato alio, & ſuper perſonalibus & realibus actionibus, & ꝙd dicitur in prædicta. l. fauorabiliores. &c. intelligimus in eadem cauſa, & poſtquam incœpit cauſam. nam & hîc vtraq; cauſa, & coram vtroq; iudice fauorabilior erit reus, quàm actor: ſcilicet, incipiendo cauſam coram diuerſis iudicibus fauorabilior non eſt, & ſequeretur abſurditas, quia coram delegato non poſſet, cùm non ſit ei commiſſum, nec coram ordinario, vt dicunt quidam.

2 †Item debitus honor ſubtrahitur iudicibus ordinarijs, quòd eſſe non debet. inf. de app. vt debitus. intelligo ergò decr. hãc ☞ †quòd ſi ſuper perſonali actione conuenerit coram iudice delegato, & impetret literas ad alium delegatum contra eumdẽ ſuper alia actione perſonali carebit commodo literarum & cõdemnabitur in expenſis, vt hîc. ſecùs ſi coram ordinario cõueniat, cùm hoc non inueniat prohibitũ.

☞ †Si quæras quare aliud ſit in realibus? dicimus quòd in realibus computantur dietæ à dioceſi vbi ſunt res. ſuprà eodem, dilect. filio. 1. vnde ſæpè contingeret, quòd non poſsit ſub vno delegato omnes reales intentare, & aliæ etiam

rationes

rationes aſsignari poſſent. Item alia ratio poteſt aſsignari ꝙd actori licet corã pluribus ordinarijs conuenire, ſed non reo, quia iura voluerũt ſubtrahere materiam malignandi reis, qui quaſi offenſi libenter ſe vindicarent etiam iniuſtè: ſed hîc de actore non præſumitur.

3 †Reus) quamuis reo non liceat conuenire actorem, niſi ſub actoris iudice, tamẽ malitioſè facere poteſt, & poteſt repelli per exceptionem iudex rei, ſed ſi non excipiatur ante litem conteſt. tenebit quòd legitimè coram eo fiet, dummodò aliàs iuriſdictionem habeat. ff. de iudi. l. 1. & alij contradicunt. (Quomodo) ſup. eo. ſuper. ſi proponẽte. (Expenſis) ſup. eo. cæterùm. (Cõdemnetur) nihilominùs accuſari poterit criminaliter de crimine ſtellionatus. ff. de cri. ſtel. per totum.

CAPVT XLIII.

QVM IN MVLTIS. in. ar. Idem videtur, quòd ſi ibi ponitur clauſula, & nõnulli homines, vel aliæ conſimiles cũ eadem ſit ibi ratio. idem etiã videtur, ſi dicit ſibi damnum, vel iniuriã factã per homines alicuius loci, vel quia conueniet alios quaſi vniuerſitatẽ, & tũc loco vnius cenſetur, ſi in illo loco non eſt vniuerſitas, non poterunt per illud reſcriptum conueniri vltra 4. Idem videtur, ſi in literis dicitur: cites omnes illos, quos talis tibi nominauerit, ſed ſi in literis dicitur, cites omnes, qui ei contradixerunt, vel qui eum moleſtarunt ſuper tali re. dicunt quidam ſecùs eſſe, ſed nos non videmus, quare hoc dicant. in cauſa autem inquiſitionis ſiue de crimine, ſiue de iure inquiratur, plures quàm quatuor citari poſſunt, quia non trahuntur in iudicium, ſed ſuperior ex officio inquirit. (Generalem) nam omnes expreſsi in literis conuenientur, & propter eos 4. (Vel quatuor) credimus tamen quòd ſi ſuper re indiuiſibili, vel etiam in eo caſu, in quo eſſent ad eoſdem iudices remittendi literæ impetrentur, quòd etiam tunc plures quàm quatuor poterunt per illas literas conueniri in iudicium. vt notat. ſuprà eod. paſtoralis. in gloſſ. quid ſi. Alij dicunt, quòd licet ille, qui impetrat literas ſuper certa re etiam indiuiſibili, dicat alios ſibi iniuriari: tamen per generalem clauſulam non citabuntur, niſi quatuor.

Fatemur tamen, quòd alij quorum intereſt, ſi volunt pro ſuo iure coram eodem iudice, quòd admittendi ſunt, vel etiam ſi coram alijs agere vellent, quòd ſunt ad eundem iudicem remittendi. inf. de reg. iur. cùm ſemper. ff. de libe. cau. pariter. † Citatorio) cuiuſlibet illorum quatuor. nam ſi velles intelligere, quòd tantùm quando primùm citat, debeat illos quatuor exprimere, non eſſet cõtra fraudem prouiſum, quia primùm citatorium poteſt multis eſſe occultum, & vocat hic primũ citatoriũ, propter multa citatoria eiuſdẽ perſonæ facta, non tantùm in principio cauſæ, ſed etiam in qualibet parte iudicij, & in illis citationibus ſequentibus non eſt neceſſè exprimi illos quatuor.

CAPVT XLIIII.

1 *Non poſſunt delegati cauſas minoribus ſubdelegare.*
2 *Non debet fieri commiſſio clericis plebium Lombardiæ.*
3 *In cauſis tractandis quæ ſint loca magna vel inſignia.*
4 *Manifeſta & notoria pro expreſſis haberi debent.*
5 *Locus vbi cauſa agitur debet eſſe magnus & inſignis.*

PRAESENTI DECRETO. (Prouidendum) per hęc verba dicunt quidã quòd hęc decre. non ſtatuit ius, ſed eſt prouiſio quã Papa ſuis legatis & cancellarijs, imponit, & dicũt ꝙd literę valẽt, & ſi in minoribus perſonis fiat commiſsio, poteſt cõtra eos excipi, quòd per illas literas non procedatur, cùm non ſint de perſonis hîc contentis. arg. ad hoc, quare hoc enim imputaretur vel iudicibus vel partibus, cùm tantùm delegantis ſit eligere iudices, quibus committat, & non debet dare iudicem ad petitionem partium. ff. de iudi. obſeruandum. Melius videtur quòd poſsit contra tales iudices excipi, & ex talibus cauſis appellari, & alludit conſuetudini Romani eccleſiæ, vbi de facili cancellarius non dat iudicem ex officio ſuo, ſed partes eos eligunt. Nam ſi certum eſſet, quòd ex ſe cancellarius eos dediſſet, non haberet contra eos locum exceptio vel appellatio, & videtur quòd huic exceptioni poſsit renunciare tacitè & expreſſè, quia in fauorem eorum introductum eſt, ſcilicet, ne coram vilibus perſonis partes & aduocati eorum ſtare cogantur. † Item videtur, quòd ſi Papa ſcribat alicui nominando eum magiſtrum, locum

vel ſimplicem clericum, quòd non habet locum exceptio, quia ex certa ſcientia videtur facere contra conſtitutionem.

1 † In legato credo contrà niſi partes cõſentirẽt. & hoc dicitur idem multò magis intelligo de legatis, ſcilicet, quòd nõ poſſunt minoribus ſubdelegare cauſas, & nõ habet locum hæc decre. in auditoribus. inf. de offi. dele. ſuper. §. 1. Item ordinarij non comprehenduntur hac conſtitutione. (Dignitate) not. inf. de prẽben. de multa. † Honorabilibus) ſufficit quòd eccleſię ſint cathedrales, nõ ſufficit quòd ſint collegiatæ, ſicut ſunt multę in Sicilia & Tuſcia, niſi ſint ita honorabiles, quòd ibi ſint clerici propter ſcientias, & mores, & diuitias honorandi. † Quid enim ſi magni viri magnam cauſam agerent coram illiteratis & pannoſis clericis, verè riſui pateret.

2 † Quid dices de clericis plebium Lombardiæ? Reſpondeo, non debent eis fieri commiſsiones, niſi ſint aliàs honorabiliores, vt Modecienſ. eccleſiæ, & ſancti Antonij, & ſancti Dominici. † In ciuitatibus) ſufficit enim ciuitatem epiſcopalem eſſe, vt ibi cauſę agitentur, etiam ſi nõ ſint magnæ, & etiam ſi non habẽt peritos. Alij cõtra arg. pro his. quia ceſſat ibi cauſa huius conſtitutionis, quia non poterunt ibi habere aduocatos, nec alia neceſſaria, ſed in alijs locis non epiſcopalibus neceſſe eſt, quòd ſint magnę, & quòd habeãt peritos, & propter hoc dicuntur inſignes.

3 † Copia) tam pro aduocatis quàm pro aſſeſſoribus & conſiliarijs: quæ autem ſint loca magna vel inſignia: Vel ibi dicatur eſſe copia peritorum ad communem opinionem prouinciæ recurrendum eſt. ff. de ſup. le. Labeo. & arbitrio boni viri, id eſt, iudicis illius terræ, ad quem fit citatio relinquerur. ff. de verb. obli. continuus. & nõ arbitrio iudicis ciuitatis, qui in hoc potius pars cẽſetur quàm iudex, quia nõ prę ſumitur, quòd contra factum ſuum ſentẽtiaret. C. de arbi. ne in arbitris, ſed quid ſi locus ille alium haberet iudicem in tẽporalibus, & alium in ſpiritualibus. Reſpondeo, ſi ambo ſunt præſentes ſimul amborum arbitrio diffiniendum eſt. Et idem ſi ſint plures, dummodò omnes hi domini ijdemq; iudi. ſint perſonæ eccleſiaſticę, qa ad ſecularem iudicẽ arbitriũ nõ credimus eundum, & ſi non ſint omnes præſentes, tantùm præſentes procedant, & ſi omnes domini ijdemq; iudices eſſent abſentes, vel certa ratione ſuſpecti: tunc alij boni homines eligentur ad hoc, & ſi nõ poſſent hi concordare procederetur ſecundũ tenorem conſti. inf. de app. legitima, & procedent hi non ſeruato iuris ordine. Nobis magis placet, quòd arbitrium boni viri dicitur, id eſt, iudicis qui de cauſa cognoſcit: & ſic loquitur. l. ff. de ver. obl. continuus. (Cauſæ) delegatæ (iudicibus) deleg. † Impunè) & ſi contra talẽ abſentẽ procedatur quaſi cõtra cõtumacẽ nõ tenet ſi notoria facti eſt executio eius, puta quia nulli eſt dubium, vel eſſe debet, quòd locus ad quẽ citatur non eſt inſignis: ſed ſi dubia eſſet excuſatio de facto: tũc debet ire & corã eo ꝓponere de facto loci & pitorũ vel huiuſmodi: & ſi pars neget, debet reqri arbitriũ boni viri, cui ſi pars citans ſtare noluerit, pars alia appellet & ſecurè. & ſi pars alia q̃ allegat cõtra locũ arbitrio ſtare nollet, iudex ſecurè ꝓcedat, & ſi aliquis à bono viro dicit ſe grauatũ ſuper hoc: id eſt, à diffinitione hac, an ſit locus inſignis vel nõ: tunc non licet appellare: ſicut nec in arbitris, ipſius enim arbitrium dicitur. ff. de verbo. obli. cõtinuus. (Itẽ quia modicũ intereſt. ff. de ap. l. 1. vel dic, q̃ etiã ſine requiſitione boni viri, poteſt ſtatim appellare ex his cauſis, ſcilicet, appello, ne procedas, quia nõ eſt locus iſte aptus examinationi cauſarum, vel propter ſui vilitatẽ, vel propter defectũ iuriſperitorũ: iudex autẽ qui cognoſcet de appellatione, ſi inuenit cauſam veram appellationis caſſabit quicqd iudex fecit poſt appellationem. alioquin confirmabit. inf. de appel. interpoſita. in prin. appellatio autẽ nec in hoc caſu, nec in prẽcedenti eſt admittenda, niſi certum eſſet locum non eſſe aptum. ff. qui ſatiſda. cog. ſi verò. §. 1. † Sed quid ſi pars nõ vadat nec appellet, quia credit ſe tutum per hãc conſtitutionem vbi dicit, non paretur impunè. Reſpond. tutius eſt ire, & defectum coram iudice exponere, ſed ſi non vadat, & feratur ſentẽtia contra ipſum, vel miſſio in poſſeſsionem, vel excommunicatio non tenet, quæ citatio nulla eſt. argum. ff. de arbit. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. Sed contra videtur, quòd ſemper teneat, niſi in citatione exprimeret errorem, puta venias ad talem locum non inſignẽ, ſicut dicitur in ſententia. 2. q. 6. §. diffinitiua. in princ.

4 † Sed reſpondeo & in ſententia, & in citatione ſufficere, ſi notorium eſt impedimentum, & hæc notoria manifeſta, pro expreſsis debent haberi. ff. qui ſatiſda. cog. ſi verò. ff. de fer. l. 1. alij cõtra, Sed ſi nõ ſit notorium, ſi nõ vadit, tenet excommunicatio, & miſsio in poſſeſsionẽ. ff. de. iud.

ſi quis

ſi qs ex.inf.de ap.ſi duobus.nec facio vim, vtrũ iudex ſciuerit defectũ loci, an ignorauit,ſufficit enim in veritate eſſe,q̃ notorium eſt,ibi defectum loci eſſe, credimus tamen,q̃ expreſſè proprio verbo tacitè litigando,in talibus locis poſſunt renunciare huic exceptioni:ſed nõ eundo ad alia loca, vel non appellando,non videtur renunciare,vel tacitè conſentire,quòd procedant,imò potius contradicere.

5 †Item dicimus,quòd licet iudex delegatus clericos peritos haberet qui iudici, & partibus poſſent ſufficere pro conſilijs, tamen in hoc caſu impune non paretur, quia licet in vno termino habeat eos paratos,fortè non habebit in alio, quia etiam conſiliarij & aduocati non habent ibi propria domicilia, vel maiora ſalaria requirerent, & fortè non poterit eoſdem conſiliarios & aduocatos in alio termino habere, quòd eſt graue, & diſpendioſum in ſingulis cauſis nouos aduocatos conducere,& ſecreta ſuæ cauſæ reuelare,cùm boni iudicis ſit ſumptibus & laboribus partium parcere, nobis videtur, quòd eſt neceſſe, quòd locus vbi cauſa agi debet,ſit magnus & inſignis. ita quòd qui vadunt illuc pro cauſa inueniãt ibi hoſpitia & conductitia pro ſe, & euectionibus ſuis,& vbi inueniantur neceſſaria victualia pro communi prætio.† Et ideò adiecit inſignia,quia benè ſunt alicubi loca magna,& tamen ibi prædicta non inueniuntur,neque conductitia,neque penalia, vel ſi inueniuntur, hoc fit cũ magna difficultate,quia nõ ſunt ad hoc cõſueti. poſſunt etiam hæc inueniri in aliqua modica villa,& tamen non eſt idoneus locus, quia non eſt magnus,nec inſignis. Eſſet enim ridiculum,quòd cauſę tractarẽtur in tam vilibus locis, etiam ſi ibi eſſet copia peritorũ,nec credimus neceſſe,quòd ibi morentur periti,nec hoc dicit hæc litera,ſed ſufficit quòd ibi de vicinis locis poſsit haberi copia peritorum.

CAPVT XLV.

1 *Oportet iudicantes in cauſa reali eſſe rebus vicinos.*

2 *Proceſſus habitus abſente altera parte non valet.*

3 *Graue eſt defendere quòd expreſſè poteſt renunciari & non tacitè.*

DISPENDIA LITIVM. Perſonales literæ confirmatorię,& proceſſus per eas habiti,non impediunt literas in communi forma impetratas, ſiue impetrẽtur ante confirmatorias, ſiue pòſt inter eaſdem perſonas,† quia cõſeruatores non habent cognitionem, niſi oriatur exceptione aduerſarij: vt not. inf. de offi. dele. ſtatuimus.

Item hæc decre.non habet locum,quãdo appellatur à grauamine ante ſententiam:tunc enim poteſt impetrare literas ad quoſcunque vult,nam qua ratione debent impetrare ad iudicem appellationis, eadem ratione debent impetrare ad iudicem principalis cauſæ, cùm vni alijs non poſsint prohibere vti ſua iuriſdictione.infrà,de ap.Romana.§.1. hoc etiã ex eo apparet,quòd ſi quis coram eodem iudice, contra eundem mouet plures perſonales actiones,& in vna appellauerit, & in alia non, nihilominus coram diuerſis iudicibus proſequetur plures actiones perſonales contra eundem. Sed nõ eſt malũ,quia non ſunt ambæ principales, & eſt neceſſe ad hoc,vt locum habeat hæc decre. quòd ambæ ſint principales,& non appellationis,& videtur quòd hæc decr. habet locũ, non ſolùm in literis apoſtolicis,ſed etiam in alijs.Sed ſi aliquis coram conſeruatoribus,vel alijs iudicibus non habentibus poteſtatem cognoſcẽdi,de eo ſuper quo traditur in iudicium cõuenitur, nec propter hoc minus valet proceſſus habitus per bonas literas, ſed fruſtratoriè trahens aliàs punietur.

1 †In perſonalibus)ſecùs in realibus, cũ res aliquando oporteat ſubijci oculis, & ideò oportet vicinos eſſe rebus.ff. de cenſi.forma. infrà, de lib. oblat. ſignificantibus.(Qui verò contrarium)cum effectu, ſcilicet, vtẽdo pluribus literis,nam ſi vnis tantùm vtatur,valebit proceſſus habitus per eas.

2 †Valeat)ſi fuerit exceptũ.Vel dic quòd etiam ſi reus non excipiat, tamen proceſſus pro alterutro habitus per eas, nõ valebit,quia ambo ſcienter contra ius faciũt, & hoc videtur velle litera,& ita ſeruat curia Romana, quia litera dicit, quòd proceſſus habitus per eas non valeat,nec poſſunt renunciare tacitè, ſcilicet, litigando coram eis: quia ſic dicit litera quòd proceſſus eorum non valet, & ſic videtur,quòd loquatur,quando partibus præſentibus proceſſerunt,ſi enim in abſentia partium proceſsiſſent: tunc nulla eſſet pœna,quia cuiuſcũq; alterius iudicis proceſſus,in abſentia partium habitus teneret. Et eſt ratio, quia tunc, quia non viderẽtur renũciare,licet litigauerint, quia

non

non præſumuntur ſcire has conſtitutiones, vel etiam ſi ſcirent, parcitur eis, quòd non videantur renunciaſſe, quia fortè verentur iudices, & timent ab eis appellari, vel eorum iudicium fugere expreſſè: tamen ſatis crederemus, quod poſſint renunciare, quia literas credimus valere, & per eas iuriſdictionem dari. ſuprà, c. cæterarum.

3 † Alij contrà & verè multum graue eſt defendere, quod expreſſè poteſt renunciari, & non tacitè. Hæc poteſt eſſe ratio, quia quando expreſſè renunciant, videntur nouam iuriſdictionẽ dare quod poſſunt, quia iudices ſunt per illas literas. ff. de iu. l. 1. ſi tacitè non videntur renunciare, ſed ex iuriſdictione per illas literas datas procedere, quia non licet, & errant.

☞ † Item propter verba præcedentia huius decret. Dicimus etiam, ſi pro reo haberetur proceſſus, q̃ nullus eſt. Item detur per eadem verba, quod non valet proceſſus habitus, nec per ſecundas literas, nec per primas. Dicunt autem quidam, quod ſemper recedere poſſunt ab his iudicibus vſque ad ſententiam, poſt ſententiam autem, à qua non eſt appellatum non, quia iam poſt ſententiam ceſſat cauſa ſuperius aſſignata, ſcilicet, quod timẽt iudices: ex tunc enim non oportet eos timere, quia functi ſunt officio ſuo, & quia non poſſunt eis deterius facere, quia iam ſententiam contra eos tulerunt, quia verè iudices ſunt. Alij dicunt contrarium, ſcilicet, quod etiam ſententia non valet, & magis concordant literæ. (Niſi) quandiu autem de hac ſuſpicione inquiritur, non procedent iudices rei recuſantis, quia ſi aliquid dicitur, facile eſt cuilibet deludere huic conſtitutioni. (Simili) quia commodo impetrati carebit, & in expenſis condemnabitur.

TITVLVS IIII.

DE CONSVETVDINE.

1 *Conſuetudo quid ſit.*
2 *Per actum bis iteratum inducitur cõſuetudo.*
3 *Conſuetudo ſemper præiudicat iuri idq; multis caſibus quos hic habes.*
4 *Conſuetudo ad hoc, vt præiudicet, quæ requirantur.*
5 *An extraneus contra conſuetudinem faciens teneatur.*
6 *Tenetur contrahens ſtare conſuetudini loci vbi contractus celebratus eſt, & adde etiam ſeruari conſuetudo loci contractus. vt habes in nu. 7.*
Contractus non valet ſine conſenſu, & nihil eſt conſenſui tam contrarium quàm error.
8 *Iudex tenetur ſeruare litigantium conſuetudinem. Limatur vt hic.*
9 *An ſit peccatum violare ſtatuta & decret. & quibus ſit permiſſum venire contra iura & contra præcepta. habes in nu. 10.*

DE CONSVETVDINE.

1 † Conſuetudo eſt ius non præſcriptum, moribus diuturnis populi inductum. inſti. de iure nat. §. conſtat. Etiam inducitur conſuetudo primò, quia ſic obtentum eſt ſine contradictione. inſti. de iure nat. §. ex non ſcripto. ff. de leg. diuturna. ff. de teſt. teſtium. §. vlt. ff. de admi. tut. ſine hærede. §. penult. ff. quemadmo. teſta. ape. ſed & C. quæ ſit long. conſue. l. 1. C. de edi. pri. an. in totum. Secundò, quòd libelli quærimoniarum, quæ conſuetudinem obſtant non recipiantur, & ſi recipiebantur, iudicabantur ſecundum conſuetudinem. ff. de legi. ſi de interpretatione. & l. ſeq. C. quæ ſit lon. conſue. l. 1.

2 † Tertiò, quia iudicatum eſt conſuetudinem eſſe cùm quæſtio eſſet, an conſuetudo eſſet nec ne. ff. de leg. cùm de conſuetudine. & non ſufficit altero iſtorum modorum tantùm ſemel iudicatum eſſe longo tempore, ſed bis ad minus iudicatum, vel factum eſſe debet. C. de epiſ. aud. l. 3. in fi. Sed contra. quia non exemplis iudicandum eſt. C. de ſent. & interlo. nemo.

Sed nos dicimus hoc intelligi, quando ſic iudicat volens conſuetudinem introducere, & in poſterum ſimiliter iudicari, ſed videtur quod vna ſententia ſufficeret: vt infrà, de re iudi. in cauſis. C. de leg. l. vlt. ſed illa ſpecialiter loquuntur in Papa & Imperatore.

3 † Et debes ſcire, quòd ſemper conſuetudo præiudicat iuri, videlicet, vt quis non ordinetur à ſuo prælato. 24. q. 1. pudenda. Item in elec. inſ. de elec. cum eccleſia vulterana. Item vt alij clerici præter canonicos admittantur in electione. infrà, de cau. poſ. cum eccleſia ſutrina. Item quòd filij presbyterorum græcorum, licet de iure poſſint eligi in epiſcopos, ſi conſuetudo repugnet non eligentur. infrà, de cle. coniu. cùm olim. quamuis poſſet dici, potius id fieri propter ſcandalum vitandum, quàm propter conſuetudinem. 12.

dist. nos consuetudinem, sed illud non dicimus propriè consuetudinem, sed dispensationem propter scandalum. 1. q. 7 conuenientibus. cum duobus. §. seq. Item per consuetudinem coguntur aliquem eligere de aliqua ecclesia. infrà, eo. cùm dilectus. infrà, de ver. sig. abbate. Item propter consuetudinem abbates sine consensu capituli conferunt præbendas. infrà, de his quæ fiunt à ma. par. c. ea noscitur. Item in baptismo seruatur consuetudo. de conse. dist. 4. de trina. Item in matrimonio seruatur consuetudo, siue potius propter scandalum. infrà, de cog. spi. c. 1. Item inferiorum ordinum clerici non coguntur propter consuetudinem, vel per subtractionem beneficiorum ab vxoribus separari. 84. di. quorundam.

4 †Et not. quòd ad hoc vt præiudicet consuetudo, oportet quod sit præscripta. infrà, de causa pos. cum ecclesia. ff. de legi. sed & ea. de qua præscriptione dicemus. infrà, eod. cum consuetudinis. Item quod bonam fidem habeat, & animum introducendi consuetudinem, & vtendi iure suo. ff. de aqua quoti. l. 1. §. Aristo. ff. de itin. actuq; pri. l. 1. §. vlt. †Item quod res sit præscriptibilis, secùs si non esset præscriptibilis, qualis est quando clericus confitetur se subesse Episcopo, & tamen denegat sibi reuerentiam, vel procurationem ratione visitationis. infrà, de præscri. cùm non liceat. de censi. cùm instantia, & generaliter non præscribitur consuetudo contra ius naturale. 32. q. 7. flagitia. & contra statum ecclesiæ. 25. q. 1. sunt quidam. & contra ordinationem. infrà, de tem. ord. c. 2. & quæ occasionem malignandi inducit. 12. dis. nos. & contra bonos mores. 12. dist. illa. & infrà, eod. ad nostram. & c. cum venerabilis. & quæ grauamen inducit, infrà, eo. c. 1. †Item oportet quod sit inducta de scientia eius, qui super eos, vbi inducitur habet ordinariam iurisdictionem & potestatem condendi leges. ff. de legi. de quibus 93. dist. illud. & non sufficit toleratio. infrà, de præben. cùm non ignores. & c. cum iamdudum. & si spiritualibus personis præiudicat etiam illorum consensum interuenire oportet [a], nec præsumitur interuenire, nisi manifesto iudicio probetur, puta quia recipit aliquod præmium. ff. com. præ. venditor. §. 1. Item oportet quod non sit inducta per errorem. ff. de leg. quod non ratione. 8. dist. consuetudo. 12. dis. omnia. Item vbi populi est iurisdictio, oportet quòd maior pars populi vtatur illi consuetudine. ff. de iust. & iur. l. pen. nam sicut minor pars non potest condere vel scriptam: ita nec consuetudinem introducere. ff. de legi. de quibus.

5 † Sed quid si extraneus contra consuetudinem faciat, nunquid teneatur. ar. quod sic, quia nullius peregrini licet &c. 8. dist. c. 1. & 2. dist. 12. illud. arg. ff. de iudi. hæres. §. 1. Contra. quia nesciuit, nec scire debuit, cùm in aliena consuetudine probabilis sit error, sicut in facto alieno. ff. pro suo. l. vlti. Dicunt quidam quia monitus, vel sciens debuit seruare, si verò nesciuit non tenetur, quia non est in culpa, supra de consti. cognoscẽtes ibi rem, quæ. arg. ff. de act. emp. & vend. l. Iulia. in prin. 82. dist. proposuisti. imò deberet imputari ei, qui potuit expressius legem dicere, ff. de pac. veteribus & decrepitis &c. vt ff. ad Velle. l. 2. §. verba. Si autem nec ciuis esset in culpa, quia credebat consuetudine esse ius commune, erat aliàs simplex, nec etiam peregrinus, qui consuetudinem ignorabat, tunc posset dici contractum non tenere, quia ambo errabant, & nihil potest esse tam contrarium consensui, sicut error. ff. de iurisd. om. iud. per errorem, & sine consensu contractus non tenebat. ff. de acti. & obli. consensu. C. de actio. & obli. sicut hoc non placet.

6 †Sed dic melius quòd in prædictis casibus tenet contractus, & tenetur stare consuetudini loci, vbi contractus celebratus est, tamen si enormiter læderetur, ex generali clausula restitueretur in integrum. ff. ex quib. cau. in l. 1. Sed iudex appellationis quid faciet, seruabit ius commune vel consuetudinem suam vel litigantium, & dicimus consuetudinem litigantium. infrà, de eo qui mit. in pos. cùm venissent. in Auth. de app. in prin. contra. infrà, de reg. iu. cum causa. sed hoc ideò, [b] quia consuetudo laicorum [b] non potuit litigare ecclesiam. 10. dis. c. 1. & quia erat in grauamen ecclesiarum, etiam sine consensu capituli, vnde non valet. infrà, eo. c. 1. quanta sit authoritas consuetudinis dicemus infrà, eo. cùm consuetudinis.

7 †Illud tamen not. quòd consuetudo loci vbi contractus celebratus est seruari debet. ff. de vsu. l. 1. in prin. & loci vbi maleficiũ perpetratur. ar. ff. de extraor. cri. l. 8 pe. §. sunt quidam. †Idem etiam credimus si in principali quæstione alia consuetudo iudicis

[a] *Oportet. adde Ang. qui hoc alleg. in cons. 267. inci. visis & examinatis. & refert Felin. in c. cùm aliter. col. 6. versi. Decimò fallit. supra, de cõsti. Et sic intelligas Inn. in c. in nostra infrà, de iureiur.*

[b] *Consuetudo laicorũ. Adde quod idem tenet Host. hic in sum. in ver. sed pone. & Cy. in l. 2. ad fin. C. quæ sit long. consuet. Et Pet. de Anc. in cons. 258. inci. sup. dictum statutum. col. 1.*

iudicis, alia fit litigantium quia consuetudinem litigantium obseruabit. arg. infrà, de eo qui mit. in pos. cùm veniſſent. C. de consue. l. 1. C. de edi. priua. leg. an totum.

Hæc autem vera credimus in iuribus, vt prætextu consuetudinis contra eam facere liceat. nam in præceptis quantumcunq; tempore aliqui non seruant, ea semper peccant, & ipsi & alij obseruare tenentur. 8. dist. cap. 1. nam quod præceptum est, necesse est fieri. 14. q. 1. c. vlt. & diuturnitas temporis &c. 32. q. 6. flagitia. contra 4. dist. statuimus. & c. seq. sed illud non fuit præceptum sed consilium.

9 † Item nonne peccatum est violare statuta, & decre. 25. q. 1. violatores. & in multis eiusdem q. fateor peccatum esse, vbi venio contra ius cupiditate, vel sine causa, vel in casu non concesso, sed vbi venio contra legem, vel canonem authoritate consuetudinis legitimè introductæ secùs.

10 † Vel dicas & melius, quòd contra iura & contra præcepta venire licet his, quibus licitum est nouam legem & specialem introducere contra illud ius vel præceptum, similiter & nouam consuetudinem. Sed si tale esset quod contra illud ius vel præceptum, non licet sine peccato legem specialem statuere, sic nec consuetudinem: & ad hoc vt non peccet ille, qui contra ius vel præceptum domini Papæ facit, oportet quod ex aliqua iusta causa faciat, & volens consuetudinem introducere & superiore consentiente, scilicet, eo qui legem fecit, vel qui potestatem habet condendi legem contra illud ius vel mandatum.

CAPVT I.

CONSVETVDINES. granamen. (Introducere) qualis est illa. infrà, de his quæ fi. à maio par. ca. c. (Remittere) id est, tollere. & non secundum eas iudicare.

CAPVT II.

1 *Possessio absq; apprehensione rei transfertur. Idq; fit authoritate iuris consuetudinarij, item per scotationem.*

2 *Ecclesia habet priuilegium quod res sibi legata, vel vendita, vel donata, competit sibi rei vend.*

EX LITERIS. id est, consueuit. Consuetudo erat obtenta contradictorio, quòd quando aliquis sub forma scotationis aliquid dat, non solùm donare intelligitur, sed etiam possessionem tradere aliter non videmus, quomodo in hoc introduceretur consuetudo. ff. de leg. cùm de consuetudine. nec mireris, quod ex consuetudine aliquis fiat possessor sine apprehensione, sed enim possessor habet plurimum iuris: vt in rebus pecularibus per seruum quæsitis. ff. de acqui. pos. l. 1. §. item ac. & l. possessio. l. si me. §. seruus. ff. pro. soc. l. 2. ff. de vsuf. iusto. §. fi. & in gloss. quam hîc habes continetur. (Et audientium) & ita videtur quod forma seruari debet in faciendo, & exprimi in dicendo, scilicet, ego do talem rem pro remedio animæ meæ. (Quæ) scilicet, donatio.

1 † Possessionis) hîc habes quòd possessio transfertur sine apprehensione rei. & simile. ff. de acqui. pos. quòd meo. §. fi. ff. de contrahen. emp. clauibus. insti. de re. diui. §. interdum. infrà, de pac. cùm pridem. C. quæ res pign. ob. l. 2. ff. de rei ven. quædam. ff. de acqui. pos. l. 1. §. pen. contrarium arg. ff. de acqui. pos. quemadmodum. & l. qui vniuersas. §. qui per colonum.

2 † Possessionis) hoc est authoritate iuris consuetudinarij. si. 23. dist. in nomine. Item priuilegium est ecclesiæ, quòd res sibi legata, vel vendita, vel donata, competit sibi rei vendicatio. C. de sac. san. eccle. l. fi. in alijs contra. C. de rei vend. seruum. hoc habes per scotationem tradi possessionem. Idem videtur quod per inuestituram. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. ex ore.

Nos tamen hoc non credimus de inuestitura. arg. ff. de acqui. pos. si stipulatus. Ac tamen dicebat, quod ex inuestitura hoc ius habet, quod authoritate sua potest ingredi possessionem.

CAPVT III.

AD NOSTRAM audientiam. (Illicite ratis) hic non redarguitur. C. de offi. re. prouin. l. potiores. 95. dist. esto. Incipientibus) hoc non redarguitur. C. de iudi. certi. in Auth. de iud. §. quia verò non. (Consilio) redarguitur plurimum consilium. 20. dist. de quibus. C. de fideicom. lib. l. fi. 24. q. 3. si habes.

(Consuetudo) talis, scilicet, quæ est contra bonos mores hîc redarguitur, quia eorum responsum habetur pro sententia, vel quod alius quàm iudex fert sententiam. C. de sen. ex peri. reci. l. 1. &c. (Suo iudi.) sicut hîc fiebat. C. si à non compe. iudi. l. 1. 2. & 3. infrà, de iudi. at si. q. 1. in primis. (Ecclesiasticis) idem est & in ciuilibus.

CAPVT IIII.

1 *In necessitate etiam à laico conceditur Eucharistiam sumere.*
2 *Baptismatis Sacramentum in necessitate ab hæretico sumi potest.*
Confessio in necessitate socio fieri potest, sed absolutio non potest fieri per eum.
3 *Character sacramenti chrismatis nõ confertur per simplices sacerdotes.*
4 *An autem ex delegatione, vel authoritate Papæ poterit conferre, vide in nu. 4.*
5 *An Papa possit prohibere episcopum chrismare, & quid econtrà.*
Papæ an sit obediendum in omnibus.
Prohibitio à chrismando vel à baptizando sine constitutione non valet.

QVANTO DE benignitate. (Et infrà consuetudinem.) vt infrà, de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. cùm haberet. infrà, de simo. non satis. 32. q. 7. flagitia. ff. de fur. inficiando. §. infans ap.

1 †Necessitate) idem est in sacramento eucharistiæ ab his, qui sunt extra ecclesiam. 24. q. 1. cœpit.

Hoc tamen non fateor, nisi de excommunicatis & hæreticis, & sic loquitur. c. cœpit. nam ab alijs etiam laicis in necessitate eucharistia sumetur, nam vt quidam dicunt ipsemet assumere sibi potest. 32. dist. §. verùm. tamen ille §. loquitur tantùm de sacerdotibus fornicatoribus & simoniacis, non est laicis.

2 †Sacramentum verò baptismi, & ab hæretico in necessitate sumi potest. 33. q. 1. si quam sorte. Socio autem confiteri quis potest in necessitate. de pe. dist. 1. quem pœnitet. sed non absoluetur ab eo, & etiam pœnitentes reconciliari possunt à socio.

Quòd quidam intelligunt etiam de excommunicato. de conse. dist. 4. sacramentum. Hoc tamen capitulum quidam intelligunt de reconciliatione quæ fit per confessionem: non de illa, quæ fit ab excommunicatione, quæ non nisi Episcopus vel Sacerdos facere potest. infrà, de sent. excom. nuper. in fi. & c. de cæteros. vbi. no.

†Et idem dicunt in qualibet absolutione vel reconciliatione spirituali: cùm hoc pertineat ad potestatem clauium, quæ non cadit in laicum. arg. 20. dist. §. 1. 96. di. cùm ad verum.

Excipimus in his ablutionem quæ fit in baptismo etiam per laicum, propter necessitatem Sacramenti. 33. quæst. 1. si quem. idem in vnctione olei: sed de omnibus quæ spectant ad officium presbyteri illud solùm licet laicis quod de iure exprimitur.

3 †Subeat) hîc habes quod simplices sacerdotes nõ conferunt characterem sacramenti chrismatis. argu. 80. dist. quamuis.

4 †Sed nunquid ex delegatione, vel authoritate domini Papæ possent conferre? & quòd possunt est arg. 95. dist. pernertit. & concordant omnes Doc. quòd ex delegatione Episcoporum non licet, nec vnquam licuit de Papali authoritate dixit Ala. quod non potest. Siluester dixit quòd ex delegatione domini Papæ, & adminiculo sacramenti habiti quilibet clericus potest, quicquid habet ipse conferre, quòd verò non habet minimè. arg. 1. q. 7. Daibertum. & si dominus Papa primo conferret presbytero potestatem chrismandi, & postea auferret, nihil conferret sic, sed prohiberet Episcopo, chrismare, & contempta prohibitione confirmaret, imprimeretur character. vt 1. q. 1. quod quidam 9. quæst. 1. ordinationes.

5 †Ratio diuersitatis, quia Episcopus potest confirmare ex officio & ordine sacerdos alius ex delegatione & adminiculo habiti sacramenti: mandato ergò sublato, nihil potest: Alij dicunt, quòd si Papa prohibet Episcopum chrismare, quod postea chrismando nõ confert characterem, licet enim Papa non possit tollere sacramentum confirmationis, potest tamen contra illud, vt in forma & in personis, & in diebus, à quibus, & in quibus conferri debeat, suas constitutiones facere. vt not. infrà, de bapti. cap. 1. & si potest circa personas conferentes aliquid statuere, ergò certæ personæ, vel etiam Episcopo potest potestatem auferre chrismandi. Item dicunt in baptismo. † Tamen si Papa talia faceret sine causa magna, & alijs nota, non debet sustineri tanquam faciens contra

a generalem a ſtatum eccleſiæ. De Epiſcopo autem non credunt, quòd ſi prohibet aliquem à baptizando, quòd propter hoc minus baptizatus eſſet, non enim Epiſcopus poteſtatem habet ſuper hoc aliquid conſtituendi, ſicut Papa. Hoc autem dicunt, Papam poſſe per illud priuilegium ei diuinitùs datum: Quodcunq; ligaueris ſuper terram &c. qui ſic intelligitur, quodcunque ligaueris per conſtitutiones vel præcepta. ei enim in omnibus obediendum eſt in ſpiritualibus & in his quæ ad animam ſpectant, niſi contra fidem vel his ſpecialiter prohibita ☞ ſint. † Et quidem ſatis benè videntur dicere in eo, quòd dicunt quod poſſunt facere conſtitutiones ſummi Pontificis ſuper præmiſsis & eis factis ſi conſtituatur, quòd non valent ſacramenta à talibus collata, non valebunt. † Item benè ☞ fatemur, quòd poſſunt Epiſcopos prohibere à chriſmando, vel Sacerdotes à baptizando, ſed in hoc non valet prohibitio ſine conſtitutione, quod non teneat ſacramenti collatio etiam ſi fiat contra mandatum Epiſcopi.

a *Generalem, & ſic Papa nõ poteſt ſtatuere contra generalẽ eccle. adde Bal. in l. 2. verſi. ſed dubitatur. C. de iu. aur. annul. Ab. in c. quæ in eccleſiarũ. col. 3. ſuprà, de conſt. ver. ſecundò limitarem. & in c. ſi quando. ſuprà, de reſcri. in c. cũ parati. col. 2. infrà, de app. & per Fel. in d. c. ſi quando. col. 10. ſuprà, de reſcr. & idem Fel. in d. c. quæ in eccleſiarum. colum. 17. in prin. verſ. limita tertiò.*

CAPVT V.

1 *Capitulum poteſt locum aliquem interdicto ſupponere.*

2 *Suſpenſo interdicto, an interim poſsit appellari, vt releuetur interdictum.*

3 *In interdicto non licet per priuilegium cantare diuina officia ianuis apertis.*

4 *Ad Papam pertinet extirpare vitia & malas conſuetudines.*

VM INTER VOS. (generale) quod interdictũ generale, quod particulare dicitur. no. infrà, de verb. ſig. cùm in partibus. (Ab Epiſcopo) & ideò admittuntur canonici, vt non ſolùm agant de interdicti ſui obſeruatione, ſed etiam Epiſcopi, vel potius vt accuſent de violatione, quia hæc accuſatio publica eſt, vel actio pupillaris, vel ideò admittuntur, quia aduerſarius vult reſpondere, ſed ſi nollet, non cogeretur.

1 † Vobis) hîc habes quòd capitulum locum aliquem interdicto ſupponit, fil. & decanus. infrà, de appellatio. dilectis. Contrà de his quæ fi. à ma. par. ca. quæſiuit. infrà, de exceſ. præl. cap. 1. vbi dicitur quòd ſolus Epiſcopus hoc non poſsit ſine conſenſu capituli. Sol. nec Epiſcopus: nec inferior prælatus hoc poteſt ſine conſenſu capituli, niſi aliud ex priuilegio, vel conſuetudine præſcripta habeat. arg. ad hoc. 15. quæſt. 7. Epiſcopus nullius. & infrà, de his quæ fiunt à præ. quanto. & ad hoc no. infrà, de exceſ. præla. cap. 1. (In ciuitate) quando locus interdicitur, clerici in alijs locis celebrare poſſunt.

2 † Licitum) quid ſi ſuſpendatur interdictum, nunquid interim poteſt appellare vt releuet interdictum? Reſpondeo, non, quia licet ſuſpenſo interdicto, de gratia poſsint ibi celebrari diuina, eccleſia tamen ſemper manet interdicta. infrà, de priui. cùm & plantare. §. & ſi templarij. nec enim nouum eſt poſterius interdictum, licet interim eius executio ſuſpendatur. arg. ff. de præca. ſed ſi manente. & ff. de pecu. peculium. §. ſi ergo. & ſic cùm maneat interdictum, appellari non licet.

3 † Rumperetur) arg. quod per priuilegium non poſſunt cantare ianuis apertis. infrà, de priui. quòd quibuſdam. dic vt not. inf. de priui. vt priuilegium. & ideò non valet conſuetudo contraria, tanquàm quæ inducit grauamen eccleſijs. ſuprà, eo. cap. 1. vel quæ eſt contra bonos mores. 12. diſt. illa.

4 † Duximus) quomodo eſt hoc quod licet tantùm ageretur ad obſeruantiam interdicti: tamen Papa irritat conſuetudinem ad quod actum non erat, quod eſſe non debet. infrà, de ſimo. licet. Sol. cùm conſuetudo eſſet notoriè mala, vt hîc docetur, & domini Papæ officium ſit extirpare vitia. infrà, de his quæ fiunt à præla. quanto. non debuit expectare, quòd ageretur ad hoc, ſed quomodocunque ei innotuerit debet illa eadem remouere. 23. quæſt. 3. ecce. & ad hoc eſt. C. de ſac. ſanct. eccleſ. l. nouatione. infrà, eo. cùm venerabilis. cùm conſuetudinis. & cap. pen. vbi enim eſt contentio, an aliquid poſsit eſſe de iure nec ne, non eſt ordo iudiciarius requirendus, qualis eſt conſuetudo talis valeat necne, vt in dictis decreta. arg. infrà, de fi. presby. quoniam ſacris.

CAPVT VI.

VM OLIM Londonenſis Epiſcopus (conceſsimus) quòd tantùm cum capitulo ſuo facere poſſet. infrà,

de his quæ fi. à præla. quanto. & no. ſuprà, de conſti. cùm acceſsiſſent. (In ceſſionibus) ff. de al. ſcri. l. 1. ff. de decu. ſpurij. 25. diſt. perlectis. 17. diſt. c. ſi.

† Eccleſijs eiuſdem, hoc verum eſt, cùm talis conſuetudo eſſet generalis in alijs eccleſijs eiuſdem prouinciæ. infrà, de elect. cùm eccleſia Vulterana. Si verò diuerſæ ſunt conſuetudines, habebit illam dignitatem, quæ ſine aliorum præiudicio commodius ſeruari poteſt, vt hîc ſequitur. & 12. diſt. nouit. & ſi eſſet ibi tanta diuerſitas, quòd benè perpendi non poſſet, quæ eſſet vtiliter accipienda, recurrendũ eſt ad Metropolitanam eccleſiam. 12. diſt. de his. ſi verò in prouincia non eſſet talis dignitas, recurrendum eſt ad vicinas prouincias. infrà, de cenſi. ſuper eo.

Et hoc intelligimus, quando iam facto præcedente non poſſunt concordare de dignitatibus eius. ante enim, vel pòſt, ſi poſsint concordare, tenebit quod ſtatuerint ſuper dignitatibus eius. 11. diſt. catholica. ſed ſi concordare non poſſunt, præcentor factus non poteſt petere modo prædicto. Præiudicio) ff. de reg. iur. quoties. infrà, de cenſi. ex parte. vel is eſt ſenſus. aſsignes ei quamcunque dignitatem voluerit de omnibus dignitatibus quas præcentores habent in Anglia, non habita diſtinctione maioris partis eccleſiarum, vel minoris, dummodò ex aſsignatione tua nulli fiat præiudicium, nec ei præiudicetur approbatis conſuetudinibus eiuſdem eccleſiæ.

a Si autem directè. exemplifica vt eſt negotiũ electionis ſiue iuris eligendi, quia tunc capitulũ poteſt agere. & cõueniri indiſtinctè ita põderat. Hẽ. Bohic. in c. edoceri. col. 3. in prin. ſuprà, de reſcr. all. c. abbate ſanè. inf. de elect. cap. cumana. c. 2. de in inte. reſt. & c. dilecti. de exce. & c. cũ eccleſia. inf. de cauſa poſſ. & proprie.

CAPVT VII.

1 *Abbates ſine licentia Papæ tranſire ad aliam dignitatem non poſſunt, nec debent ſine confirmatione miniſtrare. Limitatur vt hîc.*

VM VENERABILIS frater noſter (temeritate) & ideò malè. 7. quæſt. 1. non oportet. cùm multis ſeq. c. 58. diſt. cap. 1. & 2. C. de ſacr. ſan. eccle. quæ ſub prætextu. & debet hîc carere habita & ambita. infrà, de conceſ. præb. literas. 7. quæſt. ſi quis Epiſcopus. infrà, de transla. Epiſcopi. c. quanto. tamen eccleſia prima poteſt eum repetere ſi vult. 7. quæſt. 1. ſi quis verò. & c. ſi quis presbyter. † Conſuetudinem) quæ erat, vt tales abbates ſine licentia Papæ tranſirent, & ſine confirmatione miniſtrarent, quorum neutrum facere poterat. infrà, de elec. qualiter. infrà, de transla. eccle. per totum. Hodie autem licet non ſit mutatum in Italia in adminiſtratione. tamen hodie ex generali diſpenſatione Papæ vltra Italiam conſtituti, & concorditer electi, poſſunt in temporalibus & ſpiritualibus miniſtrare. infrà, de elect. quòd ſicut. & c. nihil. ſed hoc cùm in prouincia eſſent legati à quibus poterat confirmationem habere, non prodeſt conſuetudo.

CAPVT VIII.

1 *Vacante monaſterio abbate, licitè poſſunt monachi etiam de ſtatu monaſterij litigare.*
2 *Non poteſt Epiſcopus ſtatuere, quòd vna eccleſia eligat prælatum de alia, vt electioni eorum interſit.*
3 *In electione continentur plures partes quas hîc habes.*
4 *Suſpenſus neq; eligere neq; eligi poteſt, nec poteſt excommunicare, neq; poteſt præbendas dare, nec poſtulari, nec mueſtire. item à quibus rebus prohibeatur.*
Suſpenſus vel excommunicatus licet nihil valeat quod agat in ſpiritualibus, tamen valet in temporalibus quam diu toleretur ex ignorantia.
5 *Si canonici excommunicati vel ſuſpenſi eligant licet tolerentur, poteſt tamen excipi contra eorum perſonas.*
6 *Conſuetudo ſi non eſt ſpecialiter contra aliquam eccleſiam, ſed generaliter contra omnes, ſufficit præſcriptio 10. ann. tam cõtra eccleſiam, quàm contra alios.*

VM DILECTVS filius. g. (iure eligendi) tanquam procurator conuentus, & ſic eſt arg. quòd vacante monaſterio, poteſt agi de electione, & de tali quæ quodammodo per conſequens tangit, quaſi ſtatum monaſterij, ſcilicet, quod de alio monaſterio eligere teneantur, ſi autem directè a ſtatus monaſterij tangeretur vacante monaſterio agi poſſet. infrà, ne ſe. vac. cap. 1. & vlt. vbi not.

1 † Vel potes dicere, quòd vacante monaſterio abbate, licitè poſſunt monachi etiam de ſtatu monaſterij litigare, quia non carent monaſterium legitimo defenſore, cùm conuentus poſsit facere ſyndicum. ff. quod cu. vni. l. 1. ſecùs autem ſi vacet eccleſia Epiſcopo, cùm capitulum non habeat defendere iura Epiſcopi. ſuper iure autem ſuo Guil. proprio nomine agebat, & ideò ſuper vtroq; fertur ſententia, de hoc plenè no. infrà, ne ſe. vacan. c. 1. (De iure communi) 18. quæſt. 2. abbate. & cap. quam ſit. 16. quæſt. vlt. cap. vlt.

2 (Conſtitutum) Ioan. dicit † quòd licet Epiſco-

Epiſcopus poſsit vnam eccleſiam alteri ſubijcere. infrà, de exceſ. præla. ſicut vnire. non poteſt ſtatuere, quòd vna eccleſia eligat prælatum de alia, vel electioni eorum interſit, cùm hoc contra ius commune ſit. 16. quæſt. vlt. cap. fi. infrà, de iure pat. nobis. Sed certè non videmus, quare Epiſcopus cum capitulo ſuo hoc non poſsit. argu. infrà, de his quæ fi. à præla. quanto. & 11. diſt. catholica. & eſt hoc ſatis expreſſum. & infrà, de ver. ſig. abbate. Et eſt hic argu. ſecundum opi. Ioan. quòd minus iuſtus titulus, ſcilicet, conſtitutio Epiſcopi parit cauſam præſcribendi. ff. pro emp. quod vulgo. ff. pro leg. l. 4. & vlt. infrà, de emp. peruenit. Tu dic, q☞ hic non eſt iniuſtus titulus, imò plus dicunt quidam, quòd Epiſcopus quæcunq; ſtatuta vult, dummodò non ſint contra ius, poteſt facere ſuper eccleſia ædificata, vel ædificanda, antequam ordinetur de clericis, & alijs, non ſolùm quæ reſpiciant præſens tempus, vel etiam proximum, ſed etiam remotum in futurum vt hîc, ſed poſtquam factæ ſunt eccleſiæ. etiam per conſequens habent iura communia, non☞ poteſt ſtatuere in eis Epiſcopus aliquid in eius præiudicium. infrà, de exceſ. præla. ad hæc. ſuprà, eod. cùm olim. niſi iuſta cauſa ſubeat: vt no. infrà, vt eccle. benef. vt noſtrum. in fi. Vel dic, quod monaſterio Carofenſ. hoc licitum fuit Epiſcopo concedere, cùm ſicut ex interpretatione Papæ colligitur nihil aliud intelligitur conceſsiſſe, niſi quod ad eum pertinebat, ſcilicet, confirmationem quæ de iure communi ad Epiſcopum pertinet, & ideò etiam ſequitur, quòd ſic interpretatur, quòd nec iuri communi, nec priuilegio derogatur, & ſic etiam non eſt contra, quia non poteſt imponere ſeruitutem rei, quæ non eſt obligata, ſed confirmationi quæ ſua eſt donata, quod licet Morinenſ. loci dioc.

3 † Electio) nomine electionis intellige confirmationem, & hoc eſt, vt ſtatutum iuri communi concordet, habet enim electio plures partes, continet enim ſcrutinium, publicationem, conſenſum plebis & ipſam confirmationem. argu. 51. diſt. qui in aliquo.

4 † Suſpenſus) ſuſpenſus non poteſt eligere, nec eligi. vt hîc, & infrà, de æta. cum bonæ. infrà, de elect. inter. R. de cle. excom. mini. poſtulaſti. Nec poſtulari. infrà, de poſtu. c. 1. in fi. Nec inueſtire. infrà, de conceſ. præben. & eccle. non vac. quia diuerſitatem. Nec excommunicare. 24. quæſt. 1. audiuimus. Nec præbendam dare de iure, niſi ratione officij detur ei præbenda, & ſit ei annexa. 1. q. 3. ſi quis obiecerit.

Quidam tamen dicunt, ſed non placet, quòd excommunicare poſsit, & præbendas dare, & alia facere quæ ſunt ex iuriſdictione, non de ordine. arg. infrà, de elect. ex tranſmiſſa.

Et hæc intelligimus vera, niſi ſuſpenſus eſt ab officio & beneficio, vel officium tantùm cum ratione officij competat beneficiũ. 81. diſt. ſi quis ſacerdotũ. & c. eos.

† Quid ſi eſſet ſuſpenſus ab ingreſſu eccleſiæ vel à Pontificalibus, cùm pro qualibet re poſsit interdici prout viſum fuerit ſuperiori. vt infrà, de offic. ſanè. & cap. paſtoralis. in prin. argu. ff. de pœ. morjs. dicimus quòd ab his ſolis prohibentur quæ ſunt interdicta ſibi, & quæ dependent ab illis, & non ab alijs, cùm pœnæ ſint moliendæ &c. de pœni. diſt. 1. pœnæ.

† Item dicunt quidam quòd licet non valeat in ſpiritualibus, quòd facit excommunicatus vel ſuſpenſus, valet tamen in temporalibus quamdiu toleratur ex ignorantia, quia fortè ſunt ſuſpenſi à iure, non per ſententiam, & ideò omnia eius facta tenent. arg. 8. q. 3. nonne.

Sed hoc verum non credimus in his quæ ratione publici officij faciunt. argu. ff. de offi. præto. l. Barbarius. aliàs ſecùs.

5 † Vnde ſi canonici excommunicati, vel ſuſpenſi eligant a licet tolerentur, & etiam non ſunt nominatim excommunicati vel ſuſpenſi, tamen excipi poteſt contra perſonas eorum. C. de ori. iur. l. 1. & caſſatur quod fit ab eis, quia non dicitur quilibet canonicorum habere publicum officium, ſed capitulum poteſt dici habere publicum officium in electione & alijs, quæ ad illud pertinent (per illud) infrà, de præſcri. cauſam. vbi not. de hac materia. infrà, de do. inter fraternitatem. de teſti. cùm tu. C. de inoffi. dona. l. 1. de pœni. diſt. 1. periculoſè. (Talis) ſcilicet, rationabilis. infrà, e. c. fi. & præſcripta. infrà, de cau. poſ. & pro. cum eccleſia ſutrina. in fi. & eſt neceſſaria præſcriptio 30. anno. in eccleſia. vt in Auth. huius conſti. inter pri. & con. & in Auth. de eccl. ti. §. partem. In alijs ſufficit 10. vel 20. anno. ff. fi. ſer. vend. ſi quis di. ff. de aqua plu. arcen. l. 2. in fi.

a *Eligant. hoc dictum alle. Fel. in proœ. Greg. col. fi. in prine. & Fel. in c. Rodul. col. fin. ſuprà, de reſcri. dicit hoc ſingulare & ibi das concordan.*

Et hæc vera ſunt ſi quod præſcribitur, & aſſueſcit habet continuam cauſam. ff. de ſer. vrb. prædi. foramen.

6 †Item credimus, quòd ſi conſuetudo non eſt ſpecialiter contra aliam eccleſiam, ſed generaliter [a] contra omnes tam contra eccleſiam quàm contra alios, ſufficit præſcriptio 10. annorum, ſicut contra alios, ita contra eccleſias. Alij autem diſtinguunt inter eccleſias & priuatos. (Alioquin) ſcilicet, ſi non habet continuam cauſam, neceſſaria eſt præſcriptio cuius non erat memoria. ff. de aqua quoti. hoc iure. §. ductus aquæ. & not. quòd non ſemper debet allegare titulum, ſed probare tempus. ff. de vſur. cum de in rem. de hoc plenè not. infrà, de præſcri. ſi diligenti. (Præiudicet) ſcilicet, quòd Caroſenſ. eligebant & confirmabant.

[a] *Sed generaliter. intelligo hoc verũ de conſuetudine, quæ generaliter ſeruatur inter clericos & laicos. ita intelligit Hen. Bohic. in ca. quæ in eccleſiarum. col. 2. circa fi. ſuprà, de conſtitu.*

CAPVT IX.

1 *Vbi alicuius conſenſus requiritur non refert vtrum conſentiat, quando ſit id, cui conſentire debet, an poſtea.*

CVM CONSVETVDINIS. (Vſus) quia ſpiritualium perſonarum. (Nouitates. ff. conſti. prin. in rebus. 11. diſt. quis neſciat. infrà, de cau. poſ. paſtoralis. infrà, de reli. do. 2 ne nimia. † Conſenſu) not. quòd vbi requiritur conſenſus alicuius, non eſt vis, vtrum conſentiat, quando ſit illud cui conſentire debet, an poſtea. infrà, de elec. cap. quòd ſicut. dummodo à principio teneat id cui conſenſus accedit, quia aliàs ei, quòd nihil eſt conſenſus accedere non poteſt. infrà, de elect. auditis.

Arg. Contra. ff. de ſer. ru. præ. per fundum. ff. communia. præ. receptum. vbi dicitur, quòd ſi multi habent aliquem fundum, & ſigillatim quilibet conceſsit alij ſeruitutem in eodem fundo, quando vltimus conſentit confirmantur conceſſiones omnium aliorum, qui prius conceſſerant, & tamen præcedentium conceſſio, vel ſaltem vnius ſolius, quia principio conceſsit non valuit. Sol. dicimus quòd quilibet pro parte ſua potuit concedere, & tenuit eius conceſsio, ita quod vlterius contra eam venire non poteſt, ſecùs tamen in alienationibus rerum eccleſiæ, vbi non tenet, quòd à paucioribus fit niſi maior pars ibidem reſidentium contractum inierit. 10. quæſt. 2. hoc ius. 12. quæſt. 2. ſine exceptione. imò & tractatus præcedere debet alienationem. vt prædicto c. ſine exceptione dicitur.

Et hæc vera ſunt vbi requiritur conſenſus, ſed vbi requireretur authoritas, tũc non ſufficit eius conſenſus qui authoritatem præſtare debet, ſed ſicut verbum ſonat authoritatem præſtans. author & principalis eſſe debet in ipſa venditione. inſtit. de autho. §. tutor. 17. quæſt. 4. in venditionibus. de hoc plenius not. infrà, de rebus eccle. non alie. dudum. Conſtitutiones) quæ tangunt epiſcopum, & iura eius vel communem ſtatum illius eccleſiæ, & idem eſſet ſi conſuetudo eſſet ſuper rebus magnis vel negotijs eccleſiæ. infrà, de his quæ fi. à præla. quanto. ſuprà, de conſti. cùm omnes. vbi de hac materia not. Innoc.

CAPVT X.

1 *Conſuetudo an & quando habeat vim abrogandi legem & interpretandi.*

2 *Conſuetudo quandoq; parificatur pacto. Maior pars quod conſenſerit, omnes conſenſiſſe videntur.*

3 *Laudabilis conſuetudo etiam ſi non ſit præſcripta eſt ſeruanda.*

Conſuetudo derogat legi, ſi eſt inducta de conſenſu illius qui habet poteſtatem faciendi legem municipalem ſuper illa re &c.

1 EX PARTE CONSVETVDINIS. argu. contra. †quia magis authoritas conſuetudinis eſt. eſt enim legis abrogatrix. ff. de legi. de quibus eſt interpretatrix. ff. de legi. nam ad ea. & hîc eſt etiã adiutrix. inſtit. de iur. nat. §. ex non ſcripto. ſed quidam dicunt hanc prædictam authoritatem olim conſuetudinem habuiſſe, quando populus condebat leges. inſti. de iur. nat. §. lex. at hodie conſuetudo populi, non eſt tantę authoritatis, cùm tranſtulerit poteſtatem hanc in principem. inſtit. de iur. na. §. ſed quod. Nam cùm legislatoris ſuffragio leges ſcribantur, eiuſdem tacito conſenſu abrogantur. ff. de legi. de quibus intelligas. C. quæ ſit lon. conſue. l. 1. & inf. eo. c. fi. vel leges primæ, ſcilicet, quæ dicunt, quòd conſuetudo eſt abrogatrix & interpretatrix & conditrix loquuntur de legibus municipalibus, quas quiſque ſibi

sibi populus statuit, quas etiam à contraria lege, vel consuetudine tollere potest. Lex autem generalis, & imperialis tantùm lege imperiali tollitur, & sic loquitur hîc & lex cod. Vel in legibus primis loquitur de generali consuetudine, quæ ex certa scientia legislatoris, scilicet, principis inducitur. Lex autem codicis & hîc, loquitur de speciali consuetudine, quæ & si ex certa scientia principis inducitur, tamen legem non abrogat, licet in eo loco seruetur. ff. communia præd. venditor. §. constat.

Sed contra ff. de sepul. vio. l. emptor. §. diuus. Sed distingue, vtrum consuetudo præcesserit legem: & tunc lex derogat, an econuerso, & tunc lex abrogatur, nisi lex consuetudinem prohibeat admitti, vt in vsura & in reuerentia. infrà, de præscri. cùm non liceat. & casibus quos no. suprà, in 1. c. Vel nisi sit consuetudo per errorem introducta, quia tunc in eo loco non abrogaret. ff. de legi. quòd non ratione, licet quidam hîc & illam. l. aliter intelligant. & ad idem. 12. di. omnia.

Alij distinguunt, an sit talis lex cui derogari possit per pactum, qualia sunt quæ in fauorem aliorum introducuntur, vt si conuenerit, quòd amisso pignore, non teneatur debitor. C. de pig. act. quæ fortuitis. tunc consuetudo abrogat legem in eo loco, vbi est consuetudo, si verò talis sit lex cui non possit derogari per pactum, qualis est infrà, de for. compe. si diligenti. & C. de pac. si quis in conscribendo. & in casibus ibi no. tunc non possit
2 per consuetudinem abrogari. †Et videtur meritò consuetudinem parificari pacto, quia ipsa consuetudo tacitus consensus dicitur. ff. de leg. l. de quibus.

Sed hoc non videtur verum, quia secundum hoc furiosis & infantibus qui consentire non possunt non obesset. ff. loca. qui ad certum. Sed fortè dices & malè, quòd cùm maior pars consenserit, omnes consensisse videntur. ff. de vi & vi ar. l. pe. ff. ad muni. quod maior.

☞ Sed illa regula vera est in obligationibus & vt vniuersitas possit conuenirit talis autem consuetudo inducitur non tantùm ad hoc, sed etiam detrahit singulorum patrimonio, & per eam etiam singuli conueniuntur, quòd per pactum esse non potest, nam & si millesies paciscerentur extranei, quod ego conueniar, vel aliquid dem, non obest mihi. ff. de ver. ob. stipulatio ista. §. alteri. & §. si stipuler. Alij distinguunt, an lex sit sola & consuetudo contraria, & tunc legem abrogat, an lex lata per consuetudinem sit roborata, vel sicut contraria consuetudo postea inducta lege vincatur. arg. probant quòd de venditione dicitur, quæ solo dissensu dissoluitur, si traditione non fuerit roborata, alioquin contra. C. quando lic. ab em. di. l. 1. Vec dic quòd hîc loquitur, quando consuetudo est laudabilis, tamen quia præscripta non est, iuri præscripto non præiudicat, sed vbi non est scriptum ius contrarium 18. quæst. 2. seruitium.

3 †Seruanda est consuetudo laudabilis etiam si non sit præscripta. 11. dist. in his. ff. de leg. diuturna. §. sed & ea. vel dic melius, quòd hæc decret. determinat contrarietatem, scilicet, quòd tunc consuetudo generalis legi præiudicat si est præscripta, aliàs non. Item not. quòd non aliter consuetudo derogat legi, nisi sit inducta de consensu illius, qui habet iurisdictionem & potestatem faciendi legem municipalem super illa re, & contra illam, de cuius consuetudine agitur, nam qua ratione super illa re & contra eam habet potestatem faciendi constitutionem, & eadem ratione inducendi consuetudinem. arg. ff. de. leg. de quibus, non est vis siue ipse dominus consuetudinem inducat, vel subditi eius consensu. Alienant) malè. ff. de fun. do. leg. 1. & l. iu. & hoc intelligas in dote, scilicet, quòd ibi no. tenet alienationem in rebus personalibus distinguitur, an sit translatum dominium in maritum, vt tunc teneat alienatio, an non. ff. de iure dot. si ego. §. dotis. & tunc non tenet. (Bonis) imò dotem amittet. in Auth. vt lice. ma. & auie. §. quia verò plurimas. vbi etiam continetur, quod de rebus adultorum fieri debeat. & ad idem in Auth. vt nulli iudi. §. si quando.

CAPVT XL.

1 *Rationabilis consuetudo quænam sit.*

VM TANTO. (naturali) 32. quæst. 7. flagitia. (derogare) potest tamen addere, diminuere, & distinguere. ff. de iusti. & iu. l. ius ciuile. & l. ius autem. & est videre in testibus, nam & in Euangelio legitur: In ore duorum vel triũ &c. inf. de testi. in omni. tamen

tamen per canones & leges alicubi requiruntur plures. 2. q. 4. c. 1. C. de toſta. l. fi. & qua ratione ius ciuile hoc faciat, conſuetudo facere poteſt. ff. de leg. de quibus contra. 18. q. vlt. c. ſed poteſt dici illud ex permiſsione, vel indulgentia fieri, non de iure. (Conſuetudinis) bonæ & non præſcriptæ. (Præiudicium) quia præſcripta non eſt. arg. 11. diſt. in his. †Rationabilis) dicitur omnis conſuetudo, quæ non obuiat canonicis inſtitutis, vel etiam quam ius ſuſtinet etiam contra canonica inſtituta, irrationabilis eſt quæ à iure improbatur. ſuprà, eo. cùm venerabiles. (Præſcripta) 40. annis, vt not. ſuprà, eod. cùm dilectus.

TITVLVS V.

DE POSTVLATIONE PRAELATORVM.

CAPVT I.

1 *Quæ ſit differentia inter poſtulationem & electionem.*
2 *Cur ſubditus alterius eccleſiæ poteſt eligi, & tamen neceſſariò requiritur conſenſus prælati ſui.*
3 *Ineligibiles qui dicantur.*
4 *Interrogatus non reſpondens habetur pro confeſſo.*
5 *Iudici de facto licet ſupplere.*
6 *Sufficit citationem ſoleniter elidi, & publicè publicari.*
7 *Interdictum non ſeruans remouendus eſt ab officio.*

AD HAEC. (In beato Petro) Secundum antiqua iura non videtur multa differentia fuiſſe inter poſtulationem & electionem, indifferenter antiqui vtebantur his vocabulis. 63. diſtinctione. literas. 61. diſtinctione. §. his omnibus.

1 †Sed hodie cùm proprius intellectus per iura & conſuetudinem cuilibet verbo ſit accommodatus magna eſt differentia. Nam quando dicit ego eligo, nihil aliud eſt dicere, quàm conſentio in te, tanquam in ſponſum, vel prælatum, vel canonicum, ſed ſi perſona talis eſt, quæ ſponſus, vel prælatus, vel canonicus eſſe non poſsit, ſine diſpenſatione, vt irregularis & alij. de quibus not. inf. e. cap. vlt. peccauit ſi dixit eligo, & idcircò caſſatur & punitur. infrà, de elect. innotuit. ſi autem dicat poſtulo, non intelligitur in eum tanquam in ſponſum, vel prælatum, vel canonicum conſentire. ſolideò poteſt variari infrà, eo. bonæ, niſi placuerit maioribus à quibus poſtulari debet, ſed tunc ſi placuerit habebitur in ſponſum ipſo iure. infrà, de condi. appel. ſuper. eo.

2 †Sed quæres, quæ ratio eſt quod ſubditus alterius eccleſiæ, poteſt eligi, & tamen neceſſariò requiritur conſenſus prælati ſui. 64. diſt. literas. & reſpond. non poteſt eligi alligatus vel irregularis. Reſpond. ad hoc vt aliquis eligi poſsit hoc ſolùm requiritur, q. eligibilis ſit, & quod ſtatim, vt electus eſt, ſine alterius requiſitione & ſine diſpenſatione ſtatim conſentire poteſt, ad illam dignitatem, qualis eſt ſubdiaconus, qui eligibilis eſt, & ſine contradictione in eccleſia poteſt, vbi eſt ſubdiaconus. infrà, de æta. & quali. à multis poſſum enim conſentire, vbi talis ſponſus meus ſit.

Hoc non videtur verum, quia etiam monachus in abbatem ſui monaſterij eligi debet. infrà, de renun. poſt translationem. †Melior ratio videtur, quod quilibet eligi poteſt, qui ſine alterius requiſitione electioni de ſe factæ conſentire poteſt, & hoc poteſt ſubdiaconus, licet non poſsit tranſire ſine licentia ſui Epiſcopi, hoc autem non poteſt monachus, niſi quando eligitur in abbatem ſui monaſterij, & ideò tunc conſentire poteſt. argu. præalle. decre. poſt translationem, ſed alij obligati & irregulares perſonæ ineligibiles ſunt, quia conſentire non poſſunt, vnde ſine diſpenſatione non poteſt fieri matrimonium inter has perſonas & eccleſias & eligentes, nec conſentire poteſt, niſi primò patronus, vel ille qui primò obligatus eſt, aſſenſum præſtet. 54. diſt. ex antiquis. & c. ſeq. vnde dicimus, ſi quis eligat poſtulandum, caſſanda eſt electio. infrà, eodem c. vlt. infrà, de ele. innotuit. ſi autem poſtulauerit eligendum, ſi minus ſolenniter, puta quia quæratur ab epiſcopo, vt daret ſuum ſubditum non eſt malum, ſed poſt neceſſe eſt interuenire ſolennem electionem, ſi autem ſolenniter poſtulet, nihil agit, quia non conſentit in eum, vt in ſponſum per poſtulationem. Item Epiſcopus qui conſentit, quod tranſeat non poteſt per ſuum conſenſum matrimonium ſpirituale inter eos facere.

†Sed dices quare ſecùs in poſtulatione eius, qui de iure poſtulandus eſt vt irregularis, Reſpond. in vera & neceſſaria ſti-

ria ſtipulatione facit poſtulans, quod poteſt, quia conſentit in eum, ſi ſuperior approbauerit, & ſuperior qui poteſtatem habet diſpenſandi omnia complet, ſcilicet, approbando poſtulationem, vnde qui cætero verus eſt ſponſus & verum matrimonium initiatum & conſummatum initiari vlterius non poteſt, vt dictum eſt, ſed quando poſtulant ſolenniter quem eligere poterant, & in quem tanquam in ſponſum conſentire, & non eligunt ſibi imputent, & videtur hoc ipſum ſtudioſè feciſſe. † Item alius Epiſcopus cuius ſubdiaconus eſt, non habet poteſtatem facere ſuum ſubditum alterius eccleſiæ ſponſum, licet de tranſeundo poſsit accommodare conſenſum, alij ſequuntur groſsiciem canonicam, & etiam vtilitatem eccleſiarum, & dicunt quòd ſi ſolenniter fiat poſtulatio de perſona eligenda, quòd in omnibus eandem vim habet, ſicut ſi perſona in eligibilis poſtulata eſſet, ſæpè enim aliqui magis volunt poſtulare, quàm eligere, quia dubitant de perſona, an ſit eligibilis. & quòd ſecuriusest faciunt, quia poſtulant, & ideò per huiuſmodi poſtulationem intelliguntur conſentire in eum, dummodò ſuperior concedat, & hoc ſatis conſonat æquitati, niſi de eorum voluntate contrarium appareat, & tunc dic vt ſupra.

3 † Sed ſi vis ſecurè procedere, dic eligimus & poſtulamus talem ſecundum quod de iure melius valere poteſt. Ineligibiles autem omnes illos & ſolos dicimus, qui ſine diſpenſatione eligi non poſſunt, criminoſus autem eligibilis eſt, & inde eſt quod ſi tempore electionis erat criminoſus, ſed poſtea egit pœnitentiam, non tenetur renunciare, ſed ſine vlla diſpenſatione poteſt in Epiſcopatu remanere: vt no. infrà, de elec. dudum Romana. non mireris, quòd diximus de ſubdiacono, quod ſtatim, vt electus eſt, poteſt conſentire electioni de ſe factæ, & intelligo antequam epiſcopus det ei licentiam, nec ſequitur, tranſire non poteſt ſine licentia epiſcopi, ergò nec conſentire poteſt. Nam ſi res eſt communis, vnus ſine alio non poteſt concedere ſeruitutem, & tamen conſentiendo poteſt facere, vt alius eam debeat. ff. de ſerui. ruſt. præ. per fundum. nam vterque ſuum conſenſum in ſua poteſtate habet, at non eſt idem in poſtulandis. Vel dic quod regulares magis ligati ſunt, quàm ſubditi: nam ius ſtatuit illos poſtulandos & hos eligendos, & non omnium quæ à iure tradita ſunt, ratio reddi poteſt. ff. de leg. non omnium. (Conuenientes) & appellationi
4 renunciantes tacitè vel expreſſè. † Non ſignauit) hæc taciturnitas pro confeſsione non habetur, ſed contra: quia ſi quis interrogatus non reſpondet pro confeſſo habetur. ff. de interro. act. de ætate. §. nihil. C. de iureiu. l. 2. infrà, de præſum. nonne. at iſte fuit requiſitus vt dicit litera. ergò ſi tacuiſſet ſibi nocere debet & pro confeſſo habetur.

5 † Requiſitus) arg. quòd licet ſupplere de facto iudici, & hoc dicunt quidam. arg. ff. de pe. hæ. l. fi. alij contradicunt, niſi ſit ei notum, vt iudici, ſicut eſt vt dicunt teſtes, & in atteſtationibus ſcriptum eſt. infrà, de cor. vitia. cap. 1. C. de app. l. fi. inſtit. de acti. §. ſi vnus. ff. de ædi. edic. bouem. §. aliquando. de iure autem ſemper ſupplere licet. C. vt quæ deſunt aduo. per totum: hoc autem ideò ſupplenit de facto, quia in modum inquiſitionis agitur, quia cum magna inquiſitione debet fieri confirmatio epiſcoporum. 47. di. de patro. infrà, de elect. poſtquam. & c. cum nobis. 41. di. miramur. & maximè quando petitur admitti poſtulatio, quæ tantùm de gratia procedit. infrà, eodem poſtulationem. & eodem modo in ordinatione non tantùm epiſcopi, ſed etiam cuiuslibet clerici. 24. diſt. ordinationes. Item in conſecratione. 24. diſt. quòd epiſcopus. illud idem in electione. infrà, de elect. dudum in Geneſi. 13. quæſt. dilectiſſimi.

Nec obſtat. infrà, de act. qualiter vbi dicitur, quòd debet præcedere infamia, quia illa loquitur quando de crimine contracto fit inquiſitio, hæc autem quando de perſona, nec debet nunc de aliquo crimine nominatim moneri, niſi eſſet diffamatus, ſed in genere tantùm, ſcilicet, ſi ſit malæ vitæ. arg. ff. de quæſt. l. 1. §. qui quæſtionem. de ætate tamen ſcientia & irregularitate perſonæ etiam ſine infamia præcedente ſpecialiter inquiret. infrà, de elect. cùm nobis. & de his quæ continentur in eo. 23. diſt. quod epiſcopus idem eſt in accuſationibus clericorum. 2. q. 7. ſi qui ſunt. & c. ſeq. ſed in his prædictis ſufficit habere literas bonas teſtimoniales, ex quo contradictorem non habet, niſi contraria fama laboret. 2. q. 7. criminationes. 7. q. 2. qualiter, 56. diſt. c. vlt.

8. q. 2.

8. q. 2. qualia. inf. de præb. in Lateranenſ. Nec ſunt quærendi teſtes in huiuſmodi inquiſitionibus, quæ fiunt contra non diffamatum. † Item credimus, quando fit viſitatio alicuius eccleſiæ, vel fit generalis inquiſitio in capite & in membris, infrà, de ordi. c. 1. 10. q. 1. decernimus Epiſcopus. 18. q. vlt. viſitandi non ſemel. infrà, de ſtat. mo. in ſingulis. & c. cùm ad monaſterium. infrà, de re iud. cum I. & A. & hoc caſu iurant dicere veritatem de omnibus criminibus, exceptis occultis. infrà, de accuſ. qualiter. Quando † autem fit inquiſitio de certo crimine non debent teſtes dicere veritatem de occultis, vel manifeſtis, niſi de his de quibus copia facta eſt infamato. infrà, de accu. qualiter. §. debet. (Notitia) .ff. de proba. verius. ff. de decre. ab ordi. faci. l. fi. 82. diſt. poſuiſti. ſuprà, de conſti. cognoſcentes.

6 (Conſtitutio) † idem dicunt quidam in citatione, quòd ſufficit, quod ſolenniter edatur, & publicè publicetur, nec eſt neceſſe, quòd ſingulorum auribus inculcetur per nuncium, vel per literas, ſed ſufficit quòd citatus nouit ſolenniter & publicè citationem emiſſam. arg. hic nec poteſt dicere, ſed neſcire, ſi in ſuis partibus facta eſt. 16. diſt. quòd dictis. 82. diſt. propoſuiſtis, infrà, de ele. non reſi. tuæ. infrà, de præſum. quanto. ſecundum quoſdam. Alij dicunt, citationem non valere, niſi fiat, vel ad perſonam vel ad domum: vt not. infrà, de eo qui mit. in poſ. ſi aduerſus. (Solenniter.) ff. de inſtr. ſed & ſi. §. 1. 12. q. 2. qui humanis. in Auth. vt factæ nouæ conſti. circa princ. (Publicè) ſufficit ſolummodò quòd publicè lata ſit, etiam ſi non ſit ibi ſolennitas, quæ habetur. 12. q. 2. debent in conſtitutione leges, tamen non eſt malum dicere, quòd neceſſe ſit ibi ſolennitatem ſeruare. C. de legi. humanam. (Læditur) idem dicit in excommunicatione quod in conſtitutione, quo ad publicationem, item ſicut in edicto ſufficit, quod publicè proponatur, infrà, qui fil. ſint le. cauſam. ff. de dam. infect. l. 4. §. toties. C. de an. excep. vt perfectus. C. de iud. properandum, contra. ff. quæ ſent. ſi. appella. re. l. 1. §. item ex. ſed ibi non fuit edictum ſolenniter propoſitum, vel in eo loco in quo debuit. ff. de iuſti. ſed & ſi. §. 1. (Conſilium) 11. diſt. quòd dictis. Regi) infrà, de offi. dele. ſanè. §. 1. quæ eius iuriſdictionem ſuberat, & de iure fuit hæc interpretatio. ff. de verb. ſign. l. pupillus. §. territorium. vel poteſt exponere, id eſt, quæ ſibi in crimine fauebant, & tunc etiam benè fecit, quòd eos excommunicauit: & ipſo iure in canonem incidebant. inf. de ſen. excom. nuperimò plus dicimus, quod & ſi ex vi poſitorum verborum in literis Apoſtolicis hoc facere non poſſet, quia tamen generalis legatus erat, ratum erit quòd fecit authoritate legationis, vt potius res valeat quàm pereat. infrà, de præben. niſi eſſent. † Item quòd legatus interpretatur reſcriptum Papæ eſt propter cauſam, quam agebat legatus, & de hoc no. infrà, de verb. ſig. olim fuit. & ſicut quilibet iudex in cauſa interpretatur legem. ff. de leg, non debent. & l. nam ſi. legatus autem ſuam conſtitutionem interpretatur. infrà, de verb. ſign. ex parte veſtra. (Sanctiones) 28. diſt. ff. ad. l. Aquil. ita vulneratus.

7 † Perſonam) qui enim interdictum non ſeruat remouendus eſt ab officio. inf. de cler. ex-mi. poſtulatis. §. vlt. & quidam dicunt talem irregularem eſſe ſuſpenſum, & ſatis videtur hoc dicere. infrà, de elec. cum inter R. ſenio. arg. 11. q. 3. ſi quis Epiſcopus dam. † Priuare) hîc habes quod cõſtitutio Lateranenſ. conc. quæ loquitur de his, qui ſcienter indignum eligunt, quòd priuantur ea vice poteſtate eligendi. infrà, de elect. in cunctis. trahitur ad poſtulationem. infrà, de elect. bonæ memoriæ. infrà, c. proxi. ſecùs tamen ſi poſtulatur illegitimus. 56. diſt. Cenomanẽſ. infrà, de elect. innotuit.

CAPVT II.

1 *Vbi propter vitium perſonæ poſtulatio, vel electio eſt caſſata, non eſt amplius aſſumendus ad eandem.*

2 *Priuati ſunt poteſtate eligendi qui ſcienter indignum elegerint.*
Appellatio non impedit electionem, niſi vera & iuſta cauſa interponatur.

3 *Electio vbicunq; eſt nulla propter perſonam electi, tunc ipſo iure eligentes priuati erũt poteſtate eligendi.*

4 *Poſtulatio non eſt confirmanda, cùm nihil iuris conferri poſſit.*

RATVM. (niterentur) & innouarunt ipſum poſtulando de facto, ſed quia de iure non poterant, & ipſo iure non tenebat poſtulatio, & ideò ponit niterentur. (Reuocare) & malè. infrà, de elec. cum eo. Priuilegium) ex priuilegio enim, & de gratia erat quodammodo eligebat, cùm de iure potuiſſent priuari. ſuprà, c. proxi. in fin.

† Item

1 †Item de hoc credo verum, ſcilicet, quòd ipſe iure priuati ſunt poteſtate eligendi, vbi propter vitium perſonæ caſſata ☞ eſt poſtulatio, vel electio: vt hîc. ſup. capi. proxi. ſecùs ſi propter defectum formæ. inf. de elect. ſuper eod. & eodem modo: ſecùs eſt ſi caſſetur propter irregularitatẽ. inf. de elect. innotuit. vbi dicitur, quòd cùm qui caſſatus erat poteſt eligere: poteſt tamen dici, quod hîc dicitur, quòd ſi irregularis poſtulatus fuit & ſimpliciter, & eius eſſet caſſata poſtulatio, ſi poſtea ijdem poſtularent eundem, priuati eſſent poteſtate eligendi, vt hic. arg. op. C. ſen. re. non poſ. l. vlt. c. autem innotuit. loquitur quando non fuit admiſſa poſtulatio, quia peccauerunt in forma eligendo, quem poſtulare debebant. Vel melius ibi renouata eſt poſtulatio de ſpeciali gratia, ſed benè eſſent priuati ipſo iure poteſtate eligendi, ſi ſcienter illegitimum elegiſſent. Item priuati ſunt ipſo iure, qui electionem celebrare attentauerunt per abuſum potentiæ ſecularis. inf. de elect. quiſquis.

2 †Item ſi elegerint indignum ſcienter, id eſt, malæ vitæ, vel minoris ſcientiæ, vel illegitimum. inf. de elect. cùm in cunctis. in prin. & c. innotuit. & c. ſcriptum. & dicesidem vbicunq; eligitur, qui poſtulandus eſt, qui autem poſtulandi ſunt. inf. eo. c. vlt. ſed ſecùs ſi eligendum poſtulauerit, quia tunc non eſt ipſo iure priuatus, ſed alium, vel eundem eligere poteſt, cùm etiam ſi benè poſtulaſſent, licet ab ea recedere, & alium poſtulare. inf. eod. bonæ memoriæ. Item qui recipit in Epiſcopum poſtulatum, vel electũ cuius nulla eſt poſtulatio, vel electio ipſo iure priuatus eſt poteſtate eligendi. inf. de elect. bonæ memoriæ. mag. Item ſi ſunt aliqui ſuſpenſi vel excommunicati in capitulo, in alios recidit ius eligendi. ſup. de cõſue. cùm dilectus. Item priuati ſunt poteſtate eligendi ipſo iure, qui non eligunt intra tempus in Latera. cõcilio cõſtitutum. inf. de cõ. præben. & eccle. non va. c. 2. inf. de ſup. neg. præla. c. 3. Item laici. inf. de elect. ſacro. ſanc. & c. maſſana. Item qui poſt appellationem legitimam poſtulant. inf. de elect. bonę. ſed ſi elegerunt poſt appellationem, non eſſent priuati.

☞ †Ratio diuerſitatis eſt, quòd appellatio non impedit electionem, niſi ex iuſta & vera cauſa interponatur. inf. de elect. cùm inter canonicos, ſed poſtulationem impedit etiam ex falſa cauſa interpoſita appellatione, cùm non debeat fieri, niſi in concordia. inf. c. proxi.

†Alij tamen contradicunt, his priuatis ipſo iure poteſtate eligendi, datur vera regula, ſcilicet, quod tenet electio eis non vocatis facta, ſiue notorium ſit, quòd ſint ipſo iure ſuſpenſi, ſiue per probationes poſsit fieri manifeſtum, quod licet facere manifeſtum, etiam poſt electionem factam, nam non oportet ante electionem facere eos priuare per ſententiam, vel eligendi licentiam obtinere, quòd ſatis probatur ex iuribus præal.

3 †Item alia regula datur, quòd vbicunq; electio eſt nulla propter perſonam electi, & tunc etiam ipſo iure eligentes priuati erunt poteſtate eligendi, ſi ſcientes cauſam, quare ineligibilis erat ipſum elegerunt, ſecùs autem ſi propter defectũ formæ electio ſit nulla, quia ob hoc non erunt eligentes contra formam priuati poteſtate eligendi. inf. de elect. quia propter. (Deuolutam.) ideò eligere poterant ſiue incontinenti, ſiue ex interuallo, vt infrà not. de elect. dudum (Authoritas) ſpecialis non generalis legationis.

4 † Prouidiſti) benè dicit prouidiſti, quia poſtulatio nunquam eſt confirmanda, cùm nihil iuris conferri poſsit, & ideò ſuperior non debet dicere, confirmo poſtulationem veſtram, ſed debet dicere ſecundum quod poſtulaſtis, de tali prouideo. Vel dic ſic: poſtulationem veſtram admittimus, & hoc eſt magis vſitatum & iuri magis conſonat, quia ad ſuperiorem non pertinet prouiſio. (Mandato) niſi ſpeciale mandatum ſuper hoc recepiſſet authoritate legationis non potuit dare licentiam tranſeundi. inf. de offic. leg. niſi ſpecialis.

CAPVT III.

1 *Nominatio canonica, quæ dicatur.*

RONAE MEMORIAE. (allegare.) C. quæ deſunt aduo. l. 1. ſup. eod. ca. 1. vbi de hoc. (Generali) hîc habes quòd inſtantia Cardinalium eſt ſolicitudo omnium eccleſiarum. (Speciali) 7. quæſtio. 1. ſcias. inf. de renun. niſi cùm pri. ff. pro ſo. actione. §. Labeo. in Authen. de reſt. & ea quæ pa. §. licet. C. de cadu. tollen. l. 1. §. vlt. (Et gratia) ipſi enim non acquiritur ius ex ſtipulatione. inf. eod. c. penul. nec prælatus cogitur concedere

eum.64.dist.literas.in Authen. de san. Epis.§. nullum nisi ex causa.inf.de iurepat. nullus.(Vocem)hoc dicitur propter quosdam,qui dicebantur amisisse potestatem eligendi,vel Suffraganeos qui habent ius in electione.

1 †(Nominationem) nominatio canonica dicitur, quando omnes concordant de aliquo ineligibili assumendo, & vadũt ad eum, à quo hoc petendum est, exquirunt consensum eius,nam hîc dicitur nominatio canonica , quæ non potest dici proprie postulatio,cùm postulatio solenniter fiat, vt not.inf.de elect. in causis.tamen in hoc credo similem postulationi, quia postquam ille à quo postulatus consensit,non posset à possessione resilire sine consensu illius,qui præstat assensum.arg. inf.c.proxi.nam eadem ratio est in nominatione & postulatione.sed si illi duo,scilicet, postulatus & ille à quo postulatur consentit etiam,quòd à nominatione recederetur. Credo quòd posset fieri etiam contradicente nominato , secùs credo,si postulatio esset solenniter facta.

CAPVT IIII.

1 *Qui permittitur electioni de gratia interesse, nec ius nec commodum aliquod sibi acquiritur.*
Papa circa spiritualia omnia potest, & nullus potest quærere possessionem, quæ ei præiudicet.
2 *Quomodo possit quis quærere & præscribere contra Romanam ecclesiam.*
3 *Is cui Papa dat aliquid ex plenitudine potestatis possidet & præscribit.*
4 *Colonus si possessionẽ interuertat, datur interdictum vnde vi.*
5 *Quando agitur confessoria pro aliquo iure, agenti incumbit probatio,quod nec vi, nec clam,nec precariò possedit.*
6 *Quando in corporalibus agitur possessorio recuperandæ possessionis præmitti debet causæ cognitio.*
7 *In postulatione vbi non est acquisitum ius variare licet.*
8 *Capitulum si alienationi vel cuipiam contractui consentit, an possint aliqui resistere.*
9 *An præsentatio & postulatio aliquo possint recedere præsentantes.*
10 *Pallium datur personæ, sed contemplatione loci.*

BONAE MEMORIAE.(ius) Melius & leuius dixisset si sic proposuissent, cùm essent in quasi possessione eligendi. (Proficiendo)in hac præsenti vocatione.de qua agitur.

1 †(Gratia)sed si ille,qui ex delicto debet interesse electioni permittatur interesse de gratia, sufficit ei dummodò permittatur interesse tanquam suffragium præbens , & possessionem retinens, si quã habebat.sed si vocaretur tantùm pro consilio habendo,vel vt possessionem de debito interessendi amitteret,tunc non sufficit talis admissio. quæ est cum præiudicio sui iuris. Quidam tamen dicunt contrà & benè,quia ex quo consensit interesse de gratia, sicut aduersarius protestatur, non potest retinere possessionem. inf. de app.solicitudinem.in fi.

†Requisitus.)Quæritur cùm lex dicat, quòd ille,qui vadit per fundum alienum, vel actus facit per quos quærit potest aliqua seruitus,vel ius quod non quærit possessionem seruitutis,nisi eo animo faciat, quod credat se vti iure suo. ff. quemad. ser.amit.l.fi.ff.de iti.actuque pri.l. fi.quomodo constare debet de intentione? & dicimus quod debet constare per expressa verba vtentis, quibus exprimat, se vti actu seruitutis, intendens vti iure, quod habebat, nec alius contradicebat facto, vel dicto,sed patiebatur, vel potest intendere vti iure suo,id est, seruitute, vel alio iure tanquam suo, id est, non intendit vti illo actu,quasi ex gratia, sed quasi ex debito.Potest etiam cõstare per actum, quem exercet, qui talis est, qui non potest conueniri de facili, nisi homini qui intendit vti iure suo , vt si interfuit electioni in scrutinio vel compromisso.argum.inf.de præben. dilecto. inf. de elect. in Genesi.

†Item de illo, in cuius præiudicium dicitur acquiri possessio , debet constare per probationes eiusdem, qui vult quærere possessionem,quòd sciebat, vtens intendebat vti iure suo,quia quando nescit, nõ fit ei præiudicium.ff.de acqui. pos. clam. §.fi.& potest constare si ei dicebat,ego intendo vti iure meo,& alius patiebatur,vel si cùm vteretur,& alius cui fit præiudicium prohibuit, & ipse eo prohibente vsus est possessione seruitutis quærit possessionẽ, nisi sibi prouiderit de retinenda possessione per modum, qui not. inf. de in inte.rest.c.2.& eodem modo probatur eum quod credebat scire vti iure suo,si aliquid de his sciuerit & sustinuit eum facere, qui non nisi prioribus conuenerit, vt dictum est.de elect. Has autem præsumptiones quod intendebat vti iure suo. & quod aduersarius hoc sciat ex pluribus præsumptionibus arbitratur iudex, scilicet, ex multiplica-

multiplicatione actuum, & modo petendi, & faciendi, & ex alijs multis huiusmodi. & secundum eas refundat onus probationis in alterutrum. Quod autem credat sibi de iure competere seruitutem, hoc non est necesse in inquisitione possessionis, cùm etiam prædo eam acquirat. inf. de rest. spo. in literis. sed necessarium est ad hoc, vt præscribat quando emit à non domino bona fide. inf. de præscri. si dilecti. vbi not.

Hoc autem intelligimus in præiudicium alicuius fieri siue ius tantùm aliquod possideat, vt si erat in possessione faciendi iurisdictionem in aliquam terram siue proprietatem, & possessionẽ habeat rei, in qua ius quæritur, vt est quando dominus fundi eum possidebat, vel sicut sunt canonici cathedralis ecclesiæ, nam dominus fundi non dicitur possidere seruitutẽ in proprio fundo, quia res sua nemini seruit, sicut nec canonici dicuntur possidere ius eligendi.

☞ †Sed hoc ipso, quod sunt canonici, penes eos est potestas eligendi, sicut penes dominum est potestas eundi per fundum, nam sine eorum scientia, non potest quis quærere ius vel possessionem exercendi iurisdictionem, vel eligendi, vel cuiuslibet seruitutis in fundo ignorantibus prædictis, & sic de similibus, sed si dominus non possideret fundum suum, videtur quòd etiam præter eius scientiam quæritur possessio seruitutis, quia nullum videtur fieri præiudicium in possessione, cùm ipse non possideat. ☞

Quidam tamen dicunt, & non improbabiliter, quod aliud est in canonicis & iure eligendi, quæ benè possunt adinuicem superari, scilicet, vt penes canonicos nulla sit potestas eligendi, sed penes alios tantùm, sed secùs est in domino fundi, quia non posset esse sine potestate eundi, & ideò dicitur, quia non potest ei constitui seruitus, quia est ei inseparabilis, seruitus talis & plus dicimus, quòd si plures sint, quibus ex possessione fieret præiudicium, omnes scire debent, quod intendit vti iure suo, sed si essent ita inseparabilia iura, quod vni tantùm fieret præiudicium, & alterius ius saluum manet, tunc contra illum valet acquisitio possessionis qui scinit, & non contra illum qui ignorauit. VERBI GRATIA: Cõiunctę sunt in eadẽ parochia iurisdictio Episcopi & plebani sui, vt not. inf. de offic. ordi. cùm ab ecclesiarũ. nam tũc si quis intendit quærere iurisdictionem in illa parochia Episcopalẽ vel plebanalem, vtriusq; scientia necessaria esset, sed si tantùm plebanalem intenderet quærere sine præiudicio Episcopi, tunc solius plebani scientia sufficeret, & idem dicimus in similibus: puta si aliquis inter possessionem rectoriæ vel præbendę alicuius ecclesiæ, quam alius possidebat non intendens quærere possessionem eligendi, sed ecclesiæ tantùm. Hìc enim possessionem ecclesiæ acquireret ignorantibus electoribus & confirmatoribus, & cuiuslibet similibus sufficit solùm possessorem ecclesiæ scire, & si ecclesia vacaret, nullius scientia necessaria est, sed contra inuadentem possessionem vacantis ecclesiæ competeret institutio vel interdictum. C. vnde vi. l. conquerebatur: vel officium iudicis.

Alij videtur & fortè melius, quod etiam in vacante ecclesia est necessaria scientia illius, qui custodit vacantem ecclesiam. arg. inf. vt eccle. bene. c. 1. in fi. 12. q. 2. illud. non licet etiam cõfirmatoris vel inuestitoris, cùm sine authoritate eorum nõ possit iustè prædicta possidere, nec sufficit horum scientia ad probandum iustam possessionem, sed sufficit ad probandum, quòd non constat, quòd sit iniusta. & hoc sufficit ad hoc, quod competat sibi interdictum, vel officium iudicis. †Quidam etiam requirunt scientiam electorum, sed non placet contra. Papa autem quia circa spiritualem iurisdictionem omnia potest, & plenitudinem potestatis habet, nullus potest quærere possessionem, quæ ei præiudicet cùm illam habeat à domino tantùm, & ideò est immutabilis. 21. dist. in nouo. & c. seq. 22. dis. omnes. 96. dist. Imperator. dist. 5. §. 1.

2 †Specialia autem iura, vt possessionem alicuius ciuitatis, vel villæ tantùm, possit quis quærere & præscribere contra Romanam ecclesiam. inf. de præscrip. ad audientiam. & eodem modo Papa, sicut alius vtendo iure alterius præscribere potest, sed vtendo ex plenitudine, nec possessionem quærit alicuius iuris, nec præ-
3 scribit. †Illi autem quibus Papa dat aliquid ex plenitudine potestatis, vt sunt illi quibus concedit decimas, vel aliquid aliud ad alios pertinentes, tunc ille benè possidet, & præscribit, qui etiam ipsam possessionem tradit ex plenitudine potestatis, sicut & sibi posset eam accipere ex plenitudine potestatis, & tamẽ cùm dat rem vnius creditoris, eam esse alterius, non

transferetur dominium, sed possessio tantùm. ff. de acqui. rer. dom. procurator. & ideò præscribit quia bonam fidem habet & iustum titulum. inf. de præscrip. si diligenti. Requisitus) & ideò, nec ius aliquod fuit sibi quæsitum, nec etiam possessio, nisi speciàliter actum sit ab vtroque, scilicet, dante accipiente precariò, quòd possideat. ff. de acquir. pos. si quis à non. Vnde ipse requisiuit, vel dedit sua authoritate, potest negare. C. de agri. & censibus litibus, & dicunt quidam in his incorporalibus quòd cùm ad capitulum pertineat electio de iure. inf. de causa pos. & proprie. cum ecclesia. Si alius dicit in possessione esse non precariè, debet illud probare antequam restituatur. ff. si ser. ven. si quis di. maximè cùm non sit hîc naturalis possessio: tamen in rebus corporalibus, si quis habeat precariam possessionem, sed neget eam precariam, aduersarius debet probare eam precariam, & non potest eam sub authoritate auferre, quia negatione effecta res dubia. C. de inge. & manumis. l. tertia. & ex quo dubiũ est ☞ non debet vltionem sua authoritate sumere. C. de iudi. l. nullus. C. de acqui. pos. cùm nemo.

4 † Item argum. ad hoc, quia colonus si interuertat possessionem, interdictum datur vnde vi, ergò & possessio. ff. de vi & vi. argu. colonus. & l. cùm fundus. qui tantùm precariam possessionem habet, & ad hoc dico, tutum esse, vt semper veritas sciatur, protestetur qui dat precariò, quod precariò concedit. 7. quæstio. 1. Pontifices. inf. de iurepatr. consultationibus. melius dicitur, quod quando ab hoc Suffraganeo agitur interdicto recuperandæ possessionis, vt vnde vi, vel conditione ex decre. inf. de elect. quærelam. necessaria sit restitutio, hoc solo probato, quod erat in possessione facti, quando fuit electus. ff. de vi & vi. l. 1. §. interdictũ. nec tenetur probare se vnde vi, vel clam, vel precariò ☞ possidere, imò plus dicimus, quòd si aduersarius vellet probare ipsum agentem, & petentem restitutionem per vim possedisse, non auditur. inf. de resti. spo. in literis. Item argum. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quia me. & l. Fulcinius. sed si velit ei obijcere, quod precariò detinet, vel quod precariò admissus est ad electionem, & ideò non possedit, nec competit ei restitutio, benè auditur cùm sit licitum precarium concedendi illud reuocare, quando vult. ff. de preca. l. secunda. & l. qui precarium. & hoc eodẽ modo, si velit obijcere, quòd clam detinet, vel elegit, admittitur talis exceptio, quia non admisit possessionem, qui nescisit nisi cùm postea suspicetur se posse repelli. ff. de acqui. possess. clam. §. fin.

5 † Si autem ageretur confessoria pro aliquo iure, tunc dicerem, quòd incumberet agenti probatio, quia nec vi, nec clam, nec precariò possedit, & sic loquitur. ff. si ser. ven. si quis di. Et eodem modo, si agatur interdicto retinendæ possessionis. ff. vti pos. l. 1. & eodem modo interdicto de iti. actuq; priua. & de aqua quoti. & in multis alijs, & tunc etiam si conuentus prædictis actionibus excipiat, se portionem in actione, vel interdicto, quia ipse verè possidet, & aduersarius, scilicet, actor ab eo possidet vi, aut clam, vel precariò, id est, eum qui infestat, & possidere prohibet, & sic ipse possideat, audiendus est, & qui melius probauerit in interdicto obtinebit.

† Si autem ab eodem petitorio & possessorio agitur recuperandæ possessionis, hi licet restituendi sunt, in quasi possessionem eligendi, probato, quòd interfuerint electioni, tamen si non probauerint de suo iure super proprietate, succumbẽt. inf. de causa pos. & proprie. cum ecclesia. circa fin. nam quælibet res præsumitur libera, nisi probetur alium habere ius ibi. C. de seruit. altius. C. de pig. ac. nec creditor. C. de prob. sine. ar. contra. ff. de proba. circa. 1.

Et hoc intelligo verum, si illi cum quibus agitur, probent se dominos, vel aliàs constat eos habere ius in proprietate, sicut erat in canonicis sutrinis, quos constabat ius habere in electione Episcopi de iure communi, vt in eadem decre. cum ecclesia.

† Si autem non constet de proprietate eo iure quo isti, pro quibus lata est sententia in possessorio, licet nihil probent in petitorio facti sunt petitores, & licet ius non habeant, tamen obtinebunt, cùm sint in possessione restituti. ff. si vsusfruct. petitfrui. inf. respon. Contra. inf. de causa pos. & proprie. cùm dilectus. vbi dicitur, quòd licet sententia præcedere debeat in possessione: executio tamen præcedere debet in proprietate. Solut. ibi loquitur quando alia pars probauerat de proprietate, sed hîc loquitur quando

petitor

petitor benè probauit ſuper poſſeſſorio, & reus nihil probauit de proprietate. Itē non ob. inf. de cauſa poſ. paſtoralis, quia ibi loquitur, quando tantùm agebatur petitorio, & poſtea eo dimiſſo, volebat trāſire ad poſſeſſorium, quod non licet, niſi ſecundum quod ibi dicitur.

Alij tamen contradicunt aſſerentes, quòd ex quo agitur petitorio, & poſſeſſorio, ſuper vtroque fertur ſententia. ff. de iud. de qua re. & ſic actore non probante, reus abſoluitur, & per conſequens non reſtitueret, ſed retinebit rem de qua agitur. Sed nos reſpondemus, quòd nullam ſententiam feret ſuper proprietate, quia ☞ ſibi de cauſa non liquet. †Si verò tantùm prætorio egiſſet, ſcilicet, confeſſoria, dicens: dico mihi ius eſſe eligendi, vel intereſſendi electioni in iſta eccleſia, quātumcunque probet petitor ſe poſſediſſe, & ſpoliatum, niſi de proprietate probet, ſed ex priuilegio vel præſcriptione, vel iure communi ad ſe pertinere, ſuccumberet etiam ſi alius, qui poſſidet nihil probet. vt in ea. vtifrui. dicitur.

Et eſt ratio diuerſitatis, quia in ſuperiori caſu, q egit poſſeſſorio & petitorio, ratione poſſeſſorij reſtituitur, quam poſſeſsionem amittere non debet, niſi par- ☞ tem alteram conſtet proprietatem habere, at vbi tantùm petitorio agitur, ratione poſſeſſorij non reſtituitur ei poſſeſsio, & hac ratione dicimus, prudenter agere clericum, extra dioceſin, vel prouinciam cōſtitutum, ſi dicit ius non eſſe Epiſcopo, vel Archiepiſcopo dicendi ius in eum, & eodem modo ſic prudenter aget capitulum contra extraneum, qui ingerit ſe electioni, nam cùm feudata ſit eorum intentio ſuper iure communi, etiam aliter non probato de proprietate, tamen quia de proprietate conſtat per ius commune, & contrarium non conſtet, poſt mandabitur ſententia executioni in petitorio. inf. de cauſa poſ. cùm dilectus. & c. cū eccleſia. Sed ſi ſint in prouincia vel dioceſi ſtultè agerent petitorio, & eodem modo, ſi non ſint de eccleſia, vbi ad ſe ius eligendi ſpectare dicunt, ille autem qui eſt in dioceſi, & dicit ſe exemptum: tamen moleſtatur & excommunicatur ab Epiſcopo, prudenter agit, ſi poſſeſſorio agit, dummodò competat ſibi, vel iniuriarum contra excommunicatorem, vel imploret officium iudicis, vt præfigat terminum moleſtato & Epiſcopo, intra quem probet de iure ſuo, & procedet ſecundum tenorem legis quæ eſt. C. de inge. & ma. diſfamari. inf. qui fil. ſint le. cauſam, dicimus tamen, quod negatoriam intentans, non facit reum poſſeſſorem ſeruitutis. ff. ſi ſer. ven. & ſi fortè. §. ſciendum. & l. loci. inſti. de act. §. contra.

6 †Item quidam dicunt, q, quando agitur in huiuſmodi incorporalibus poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis, quod p̄mitti debet cauſæ cognitio, videlicet, an veriſimile ſit, quòd iure ſuo vti voluerit, an de gratia admiſſus ſit, quod ex perſonis colligi poteſt. Nam veriſimile, q, ſi Suffraganei admittātur, quod admittūtur quaſi ius habentes, ſecùs autem eſſet de alijs clericis prouinciæ. arg. de carbo. ædict. carbonianum. §. cauſæ. Illud autem quod dicitur in glo. hîc poſita, quia vt quidā dicunt non eſt verum. ſ. quod ignorante domino alicuius rei, non poſsit in illa re incipere poſsideri, vel præſcribi ſeruitus aliqua, vel ius, quæ benè præſcribi & poſsideri poteſt, præſcriptio enim iurium, currit inter p̄ſentes & inter abſentes, vt not. inf. de præſcrip. de quarta. ſed in quibuſdam iuribus verum eſt, quod vtens non credit vllam quærere poſſeſsionem, nec præſcribere, ſicut in eadem glo. not.

☞ †Et ſi quis dicat quòd hæc præſcriptio poſſet ceſſare, ſi probet proteſtationem occultam coram quibus factam, quòd illis iuribus vtimur tanquam intendens vti iure ſuo, certè nec hoc ſibi prodeſt, quia apparet, quòd malam fidem habet, ſcilicet, quod clam proteſtatur, & non coram eo, cui præiudicat, & ideò non poteſt poſsidere, vel præſcribere. inf. de præſcri. quoniam.

Illud autem indubitanter eſt verum, quòd ſi ego poſsideo aliquod ius, quòd illud nullus poteſt præſcribere me ignorante, vt not. inf. de offi. ord. conquerente. in gloſſ. vt plenè. Pro prima tamen opinione, ſcilicet, in re ab alio poſſeſſa, nullus poſsit incipere poſsidere ius ignorante poſſeſſore rei. facit. C. de ſerui. l. 2. ff. de ſerui. quoties. & de ſerui. ruſti. præd. l. 1. §. fin. vbi dicitur, quòd vſus vtentis ſeruitute, & patientia poſsidentis rem, neceſſaria ſunt ad acquirendam poſſeſsionem ſeruitutis, patientia autem non dicitur, niſi ſciat eum vti, quaſi intendens acquirere ſeruitutem. ff. ſi ſer. ven. & ſi fortè. §. 1. (Opportuna) & de modo poſtulandi & 7 perſona poſtulata. †Diffidere) inf. de ſimo. per tuas. 54. diſt. generalis. ff. man. quintus. C. ad velle. l. pe. Arg. contra. ff.

de neg.geſt. atq;. & not.quòd in poſtulatione, vbi non eſt acquiſitum ius, licet variare a licui. inf. c. 1. & in nominatione. inf. de elect. quod ſicut.

Et hoc verum eſt antequam poſtulatio, vel nominatio ſit præſentata ſuperiori. inf. e. c. circa fi. ſi verò eſſet ius quæſitũ, non liceret. inf. de elect. cùm inter canonicos. ff. de re. iu. nemo. hîc autem licet præſentata eſſet poſtulatio, tamen licet variare, quia hoc dominus Papa conceſſit, & ſub certa forma ſi communiter de iure ſuo diffiderent, & ſi Suffraganei in contradictione perſiſterent, & ſic ſonat litera iſta & non aliter. Vnde non valet poſtulatio, quam aliqui ſingulariter diffidentes fecerunt de quinq; clien. † (Temerè recedentes) quod non erat licitum per literas ſup. dictas reuocare conſenſus, niſi in communi, vel niſi maior pars tanquàm diffidens reuocaret, quia tunc oẽs facere videntur. ff. ad munici. quod maior. & niſi Suffraganei de ſuo iure diffiderent, quod hîc non erat.

a *ed dices. Adde hæc dicta Inno. vide Feli. c. eũ oẽs. col. 6. in prin. ſup. de conſti. & ibi allegat cõ cordantes.*

b *Præterea receptio. Adde ꝙ Henricus Bohic. c. tua nuper. col. 2. intel. Innocẽ. hîc quòd ſatis fit, ꝙ receptio fiat in c. ſed ꝙ ſufficit quòd ſinguli recipiant ex quo ſunt in capitulo. & ita dicit ꝙ intelligi debet, ꝙ no. Arch. in cap. ſimpliciter. de præb. in 6. & in c. 1. in gl. pen. 63. diſt.*

a Sed dices[a], & ſi alij non curarent mãdatum Apoſtolicum implere, vel ſuas cõſcientias ſaluare, nunquid iſti in malo ſuo eos ſequi deberent. abſit. Reſpon. qa iſti nõ ſaluabant conſcientias, cùm eſſet, ſecundam poſtulationem fecerant Suffraganeis irrequiſitis, vnde apparet, quòd non ex diffidentia iuris, ſed ex inconſtantia faciebant, vel melius cùm hæc poſtulatio præſentata eſſet Papæ, non licebat ei vlterius variare, niſi ſuper hoc mandatum haberent ſpeciale Papæ, cùm ergò hîc nõ liberam licentiam eligendi, ſed mandatum ſpeciale, & ſub certa forma haberent, non debebant id tranſgredi, quod fecerunt, cùm ſeparatim à poſtulatione receſſerunt. Nec eſt illud perpetuò verum, quòd ſi dominus Papa aliquid mandat alicui collegio, quòd aliqui de collegio debeant implere mandatum, maiore parte contradicente, ſed eſt ita diſtinguendum, ſi vnius obedientia ſufficit, vel prodeſt ad mandatum implendum, vt ſcribatur pro aliquo beneficiando alicui capitulo, vnus ſolus de capitulo poſſit eũ beneficiare, debet implere mandatum.

Hoc non credimus verum, quia ei non ſcribitur, ſed dic, vt not. ſup. de præſcri. eã te. arg. contra. ff. quando app. ſit. l. 1. §. ſolent. inf. de elect. cùm inter R. ſi verò vnius obedientia non prodeſt tenere, facit vt hîc dicit. vnde ſi Papa mandaret capitulo Pariſien. quod reciperet aliquem canonicum cæteris contradicentibus, ego non reciperẽ, niſi dominus Papa ei contuliſſet præbendam, & poſtea mandaret, ꝙ reciperetur, tũc benè reciperem, quia nihil confert ei receptio. Præterea receptio b pertinet ad canonicos, tanquam ad ſingulares, ſed electio, vel receptio, quæ cenſenda ſit pro electione, ſicut illa, quæ fit nulla electione præcedente, pertinet ad canonicos tanquam ad capitulum, vnde facienda eſt tantùm in communi, & cum tractatu. inf. de elect. quia. 64. di. c. 1. & 2.

8 † Sed quid dices, ſi capitulum conſentit alienationi, vel alicui contractui, nunquid aliqui poſſunt reſilire? Reſpon. quòd non, quia totum capitulum non poſſet, vt not. inf. de elect. noſtri. Sed quid ſi capitulum conſenſiſſet alicui procurationi, vel alicui alij facto, quod penderet ex futuro, quo ad reuocationem, & poſtea aliqui cõtrauenire vellẽt, nunquid poſſent? Reſpõ. quòd ſi eſt in cauſa in qua tanquam capitulum conſenſum præſtitiſſet ſumm, ſinguli reuocare non poſſent, vt ſi facerent procurationem ad aliquam cauſam, vel contractum celebrandum pro eccleſia, vt hîc, niſi omnes facerent, vel maior pars. inf. eod in cauſis. ff. ad muni. quod maior. Si autem conſenſiſſet vt ſinguli, re integra poſſunt reuocare mandatum, vt ſi plures habentes rem communem feciſſent procuratorem ad litigandum, vel cõtrahendum de illa. Vel ſi plures electorum qui diuiſi ſunt, ſuos faciant procuratores ad proſequendum electiones ſuas. inſti. mand. §. rectè. & etiam re non integra nõ obſtante contradictione ſociorum, dummodò non contradicat ille contra, quem inſtitutus eſt, vel potius ipſe procurator inſtitutus. ff. de procu. quæ omnia. & duabus. l. ſeq. hoc tamen ſcias quòd ſi feciſſet ſocietatem ex certo propoſito & tractatu, ſecundum quod dicitur. ff. pro ſo. vt ſit. l. ſeq. ſocio perſiſtente in ſocietate competit actio pro ſocio contra ſocium ad intereſſe. ff. pro ſoc. ſed etiam ſocius. Ipſam) ſcilicet, ſecundam electi. (mandati) nam cùm ibi diceretur, quòd eis diffidentibus, etc. nec in communi diffideret, vt debebant nõ ſeruabitur mandatum, quia cùm ex alia cauſa non diceretur diffidere, niſi quia non admiſerant Suffraganeos ad primam electionem, & ſi in hac ſecunda non admiſerant, apparet eos non ex diffidentia iuris, ſed ex inconſtantia hoc feciſſe. Item nec Suffraganei conſentiebant vel diffidebant, quod ſimiliter erat in man-

In mãdato, vt præsens sonat hæc litera (cõsuetudine) si erât in quasi possessione, inf. de causa pos. cùm ecclesia (Literæ) scilicet ☞ secundæ peruenirent. † Cùm ergò per cõsequens mandatum etiam si esset reuocatorium nõ debet retractari, quia legitimè factum est, inf. de rest. spo. audita. quare ergò dicit, quòd vtraq; erat cassanda, cùm per aliorũ consensus de nouo electio celebrata ratificata esset, quòd potuit. infr. de elec. quòd sicut. & cùm duæ partes eligẽtium consentirẽt in eum, eius erat postulatio acceptanda. inf. de elect. scriptũ. sed hîc dicit, quòd cum postulatio tantùm de gratia sit admittenda. sup. eo. c. 2. & 3. inf. eo. c. pe. & istæ in discordia & cum scandalo essent celebratæ, non erat admittenda, quia postulatio Archi. secunda facta, erat post postulationem de quinq; Clienſ. qualemqualẽ nõ cassatã, quòd esse nõ debet. inf. de elect. cõsideraui mus, & quia videbatur nimia ambitio de episcopali sede ad archiepiscopalẽ transire. 92. dist. legitimus. ff. de mun. & ho. vt gradatim. postulatio aũt quinq; Cliẽ. nõ tenet, qa facta est â minori parte. Sed dices, quòd si à minori parte facta est nõ tenuit, quomodo impediuit secũdã? Respõdeo, perit exceptione, & si nõ per actionem. infr. de elec. auditis.

☞ † Vterq;) ideò cassanda est, quia cũ vterq; eorũ semel postulatus esset & inordinatè, quia in neutro fuerit consensus suffraganeorum, & propter alias causas superius assignatas ea vice non potuit iterũ postulari, nec eligi. inf. de ele. consideraui mus. quamuis melius dicatur illud contingere potius ex speciali prohibitione, quàm de iure communi. fortè melius dicitur, quòd postulatio prima Collocenſ. non erat approbata, quia facta fuit contentio suffraganeis, secunda autem Collocenſ. cassata fuit: quia facta fuit non vocatis quibusdã 10 Canõ. prima aũt, & secũda quinq;, qa fuit facta à minori parte. Si dices etiã à pauciores licet eligere, dũmodò oẽs vocentur. Respõdeo, hîc nõ fuerunt oẽs vocati, quia soli canonici vocati fuerũt non suffraganei, vel aliter, vt no. inf. de ele. cùm nobis. (Reuocat) qa cõsenserũt in postulationẽ Collocen. & sic videbatur primum mandatum impletũ, vbi dicebatur, quòd si suffraganei cessarent à contradictione, quòd ipsi mitterent pro confirmatione postulationis Collocenſ. (innouarent) hæc est secunda postulatio Collocenſ. imò potius innouatio, quia nunquam ab eo recesserunt. Cæteris) quòd facere potuerunt, etiam si esset minor pars, imò si esset vnus solus, ad vnum enim recidit ius capituli. ff. ꝙd cuiusq; vni. l. sicut. §. fi. 65. di. c. fin. nisi aliàs peccasset. (Remansisse) & malè, quia ad hoc capitulum instabat postulationi Collocenſ. ideò secundũ formam primi mandati, à quo nõ fuit recessum, non licuit ad aliam prouisionẽ procedere eligendi, & etiam postulandi. sup. eod. gratum. de hoc aliter not. inf. de ele. cùm nobis. (de vno) hæc est secunda postulatio quinque (Clienſ. nocebat) postulationi Collocenſ. (alium) quinque (recedere) 6. quæstio. 3. denique. C. de relig. l. 1. inf. de offic. delega. licet.

9 † Sed nunquid si præsentauerũt, eo postulato possunt recedere, vel etiam si postulauerint episcopum, qui est monachus ab abbate nunquid possunt recedere, antequam præsentent Papæ, arg. quòd non possunt recedere à contrario sensu. 2. q. 6. nominationes. & hîc nam cum eadem ratio illusionis sit vtrobiq;, idem ius erit. sup. de constit. translato. tamen melius videtur, cùm tantum ex gratia nitatur postulatio, quòd semper reuocare possunt, quousque superiori qui potestatem habet confirmandi præsentem, siue sit Papa, siue sit alius (intelligimus) hîc incipit sententia (approbãda) de iuris rigore, vel per causas positas in gl. cũ ergò. Vel dic, quòd quantum ad eligentes bona erat postulatio Collo. maximè postquam suffraganei eam acceptauerunt, nec vnquam in decr. dicitur, non habere ius, imò contrarium innuitur hîc in fin. vbi dat sententiã trãseundi & hoc magis placet, quàm quòd dicitur in gl. quæ incipit: cùm ergò. (Consensus) qui licet de iure ius non attribuit, Papa tamen cùm ex plenitudine potestatis prouidit, debuit informari ab eis.

10 † Ad nomen) nónne potuit vti pallio in noua Ecclesia, quòd personam sequitur vsque ad sepulturã. inf. de vsu pal. ad hoc? Respondeo, non datur tantùm contemplatione personæ, sed etiam loci. Vnde nõ vtitur [a] extra ecclesiã vel prouinciã. infr. de vsu pal. cum super. & c. ex tuarum. hoc etiam probatur ex eo, quòd si renunciet loco archiepiscopali de cætero eo vti non potest. inf. de renunc. ad supplicationem.

[a] *Non vtitur. Vide. d. Bar. So. in l. ciuib. col. 2. in 2. no. tab. ff de reb. dub. & Bald. sequitur hîc in l. 2. C. de seruit. & aq. col. 8.*

CAPVT V.

POSTVLATIONEM: (Acquisitum.) suprà ca. proximo.

CAPVT VI.

1 *Episcopus à Papa postulari debet.*
2 *Non debet quis fieri monachus ob spem vel promissionem quòd fiet abbas.*
3 *Secularis vel laicus qualiter ad monasterium vocari debet.*
Seruus debet postulari à domino, libertus à patrono, omnes enim obligati ab his sunt postulandi, quibus sunt obligati. Item quid sit dicendum in tutoribus & curatoribus, & in officialibus, qui ad annum eligantur.
4 *Quæ genera personarum non debeant eligi, sed postulari.*

ET SI VNANIMITER. (Eligi) potest tamen eligi in postulando de renunc. post translationem. inf. de elect. c. in causis. nam aliud est eligere, & aliud postulare. 61. dist. §. sed aliud. quandoq; tamẽ canõ indifferenter vtitur his verbis. 63. di. literas. Sed dic vt not. sup. eo. c. 1. in prin. † Postulari) postulari debet episcopus à Papa, vt hîc. Itẽ regularis à suo priore. inf. de renũ. post translationẽ, vbi de his duabus postulationibus not. itẽ laicus. 61. dist. osius. sed illud capitulũ loquitur de episcopatu. Sed qd dices de canonicatu, scilicet, si laicus postuletur in canonicũ, & quidã dicũt idẽ. Nam cùm in electione sequatur ius canonicũ, & hoc non cadat in laicũ: vt sup. de consti. cũ M. non debet elidi, sed potiùs postulari. Si quæras à qbus debeat postulari? respõdeo à seipsis, dicit enim eis vel postulabit ab eo, vt fiat clericus, & sic eligitur in canonicũ, & ex illa postulatione fiat clericus ad illũ titulũ, sine quo ordinari nõ debet. 70. dist. c. 1. ita erit canonicus ex postulatione & ordinatione ad illũ titulũ sine electione. Quidam tamen dicunt, quòd laici qui nõ sunt alijs obligati, benè possunt eligi in canonicos. ar. contra. inf. de ele. cũ ad nostrã. & 2 c. cũ ex officij. vbi dicitur † q̃ non debet fieri monachus spẽ aut ꝓmissionẽ habẽs, q̃ fiat abbas. Sed dic aliud in abbate, aliud in canonico, cũ ille primò ꝓbari debeat. Vel dic, q̃ nõ debet hanc intentionẽ habere, q̃ fiat abbas, sed si nõ habẽs hãc intẽtionẽ postuletur, non est malũ, vt nota. & sic nõ est aliud in abbate, quàm in canonico.

3 † Qualiter aũt clericus secularis, vel laicus vocari debet ad monasteriũ. no. infr. de elec. officij. & hoc de liberis, & nõ obligatis, si enim est seruus, debet postulari à domino. 54. dist. c. 1. si libertus à patrono, q̃ aliquod obsequiũ in eo retinuit. 54. dist. quicunq;. itẽ si quis est colonus perpetuus ascriptitius: vel aliàs obligatus conditione seruili, vel tributo seruili & ꝑpetuo, & ꝑsonali, nã secùs si ratione rei suæ, redderet tributũ suũ. † Anglici enim licet reddãt ecclesiæ tot dena. quot sunt capita, nõ tamẽ est ꝑsonale tributũ, sed reale, q̃ inde appareat, quòd si exierint terrã, liberi sunt à tributo. 54. dist. si quis obligatus. itẽ curiales & officiales curijs astricti, siue quia sunt iudices, siue executores, siue milites, siue in quocunq; certo officio constituti, etiã ioculatores postulari debẽt. 51. di. c. 1. 2. & 3. Itẽ si sunt in publico officio, vel administratiõe. 51. di. ꝑterita. ff. de mu. & ho. in rescripto. §. debitores. 54. dist. c. 1. hi aũt omnes obligati ab his sunt postulãdi, quibus sunt obligati, vt eisdem. c. colligitur.

† Quid in tutoribus & curatoribus, & in officialibus, qui eliguntur ad annũ, vel ad modicũ tempus, & super hoc vide, quæ notabimus inf. de obli. ad ratio. c. 1. item postulandi sunt ad omnes dignitates, habentes curam animarum in non sacris ordinibus cõstituti. inf. de elec. cùm in cunctis. & c. dudũ. inf. de æta. præterea. & ibi postulãdi sunt ab episcopo, vel ab alio, qui eis curam animarũ concedere debet, nisi postulentur ad episcopatum, quia tũc necessaria est dispensatio fortè Papę. Item in minori ætate constituti, postulandi sunt quòd ex eo apparet, quia si eligantur, cassanda est electio. inf. de ele. cùm in cũctis. & c. dudum.

4 † Restat ergò, quòd tantùm sunt postulandi, & si ad episcopatum vocentur, à Papa sunt postulãdi, si verò ad alias dignitates, ab episcopis, & de hoc no. inf. de ęta. & quali Iudęorũ. Itẽ clericus alterius profes-
siõis[a], seu ordinis postulãdus est ab episcopo, & abbate, & monachis. 58. dist. c. 2. de stat. mona. quod Dei timorem. arg. cõtra. inf. de elec. officij. sed in suo monasterio eligendus. sup. de rescri. cum dilecta. sup de cõsue. cùm dilectus. Imò in monasterio tã clericus nõ professus, quàm professus de alio monasterio tantùm postulandus. inf. de ele. cùm monasteriũ. Itẽ licet monachi debeant postulari in episcopos, tamen in abbates sunt eligẽdi. inf. eo. cùm in veteri. itẽ nouitij sunt postulãdi in abbates à Papa. inf. de elec. officij. & neophiti ad sacros ordines postulandi sunt à quolibet Episcopo, etiãsi promoti sunt ad minores ordines. 48. dist. sicut & filius postulandus est à patre, si est in eius potestate, inf. de ele. officij. Itẽ irregulares quales sunt illegitimè nati. inf. tit. ꝓxi. innotuit. & postulandi sunt ipsi à Papa tantũ ad oẽs dignitates

a Professionis. sed quid de religioso ordinis minorũ, an debeat eligi vel postulari. vide per Car. in eius cõsi. 36. inci. venio ad dubia. & ibi, an in reseruatis cadat electio vel postulatio.

dignitates & curam animarum. infrà, de fil. presby. c. vlti. Item infames, siue sint infames infamia iuris. 51. di. qui in aliquo. C. de infa. l. 1. 2. q. 3. §. notandum. siue infamia facti. 81. dist. tantis. C. de digni. l. 3. Itẽ publicè pœnitentes. l. dist. canones. 55. dis. pœnitentes. Item qui fuerunt hæretici. 1. q. 8. conuenientibus. & §. sequentibus. Itẽ qui se abscindunt spontè sine necessitate. 55. di. si quis abscidit. & c. sequen. Item corpore vitiati in membro inducente deformitatem, siue casu, vel facto alterius, siue sint nati sic. 51. dist. qui in aliquo. 55. dist. si euangelica. inf. de corpo. vitia. per totum. Item bigami viduarum, & corruptarum mariti. inf. de biga. per totum. 32. dist. si cuius. C. de adul. eum qui. Item homicidæ. inf. de temp. ord. c. vlt. l. dist. miror. Ité qui aduocati, vel iudices, vel scriptores fuerunt in causa sanguinis, vel denunciatores, vel dictatores. inf. ne cle. vel mo. sententiam. 50. dist. c. 1. dummodò sit secretum homicidium, vel mutilatio mẽbri deformitatem generans. 55. dist. si euãgelica. Item vexilliferi, vel capitanei, vel etiam quilibet milites, etiam si illi nemi-
nem occiderunt. inf. ne cle. vel mo. sententiam. 55. dist. c. 1. & c. si quis post. Item chirurgi etiam si sine culpa eorum sequatur mors, infrà, de ho. tua nos. Item omnes qui remanent suspensi. sup. de cõsuetud. c. cùm dilectus. Itẽ simoniaci. infr. de simo. tanta. Item intrusi per potestatem laicalem. inf. c. proxi. quisquis. Item insufficienter literati. inf. de elect. dudũ. Item falsarij. inf. de falsa. ad falsariorum, vbi dicit, quòd falsarij ꝑpetuò sunt priuati ab officijs & beneficijs. Item si fuerunt conuicti, vel confessi de crimine, & condemnati. 15. q. vlt. si quis. ar. inf. de testi. testimonium. Imò idem dicunt, si non fuerunt condemnati, erat tamen crimẽ enorme & manifestũ. 50. dist. de his verò. Item si pro quantocunq; leui crimine, & occulto descenderint ad monasterium causa agendi pœnitentiã. inf. de renũ. post trãslationem. l. si ille. Item celebrantes excommunicati vel interdicti, inf. de ele. cũ inter R. & c. quia diligentia. generaliter omnes postulandi sunt qui nõ possunt officium, ad quod postulantur, exercere sine dispensatione. Contra. infrà, de elect. quia diligentia. Sol. ibi dicimus aut postulandos prædictos, si irregularitatem incurrent, sine peccato, vel etiam cum peccato, sed egerunt pœnitentiam, nam si essent adhuc in peccato, cassaretur postulatio propter indignitatem postulati, sup. eod. capitulo 1. & tit. proxi. scriptum. Et hi omnes irregulares postulandi sunt ab his, ad quos spectat confirmatio, & qui dispensare possunt ratione dignitatis, vt episcopi. inf. de iud. at si clerici. inferiores autem prælati non possunt dispensare, nisi in casibus expressis in iure. infr. de sen. excom. cùm illorum. inf. de eo qui furt. ord. susce. c. 2. in casibus tamen in quibus tantùm Papa sibi reseruat dispensationẽ, à solo Papa postulabuntur. inf. de senten. excom. nuper. & fortè semper si postulentur ad episcopatus.

a Collegium. Adde glo. in rub. ff. de colle. illic. Bald. in rub. C. quæ proso. do. in c. dilecta. infr. de excess. prælato. & Bart. in l. fin. ff. de colle. illici.

b Populum. Quid sit populus vide Bal. in l. etiã. cõlũ. 3. C. de exec rei iur. & ad Innoc. hic Adde Bar. in l. ptor. in prin. ff. vi bon. rap. & Bal. in Auth. ꝙ locũ in fin. C. de colle. & adde ꝙ Bar in l. sicut. §. 1. ff. ꝙ cuiusq; vniuersi. not. dicit quòd populus & gẽs est idẽ. et adde etiã Car. in Cle. in plerisq. in vlti. q. de electi. et Alex. in l. de minore. §. tormenta. in addi. ad Bart. ff. de ẽpti. quot autẽ homines faciant paro-chiam. vide gl. in c. vnio. 20. q. 3. & quot faciunt familiã. vide Bal. in l. iube mꝰ §. sin aũt. in fi. C. ad tre. & ibi ꝙ potest verificari in vno.

TITVLVS VI.

DE ELECTIONE ET ELECTI POTESTATE.

CAPVT I.

1 *Duo faciunt congregationem, tres collegiũ.*

NVLLVS. (Duo) † Congregationem faciunt, vt hîc, tres collegium *a* ff. de ver. sig. Neratius. & 10. populum. *b* 10. q. 4. vnio. 20. turbam. ff. vi bo. r ꝑ. l. vlt. §. 1. 4. vel 5. porci. 10. oues gregẽ. ff. de abige. oues (in congregatione) tunc enim conuentus est electio prælati; nisi aliter in ipsa, quãdo ecclesia fuit fundata, extiterit ordinatum, vel de consuetudine aliud obtineat. infrà, de iurepa. nobis. sup. de consue. cùm dilectus. si autem plures essent in ecclesia, nõ vt collegium, solius patroni est electio. inf. de iurepa. postulasti. (canonicam) eorum si commodè vocari poterant. inf. eod. quòd sicut (presbyter) id est, prælatus: de præbendis autem cuius sit collatio, not. inf. eo. cum ecclesia vulterana.

CAPVT II.

OSIVS. (Excusationem) In duobus peccatũ fuit in electione hac, quia per laicos fuit celebrata. 16. q. 7. si quis clericus. & c. per laicos. Item propter rumorem populi, vt 8. q. 1. c. licet. infrà, de pe. dilec. fi. ff. de appel. si constat. 61. dist. miramur. cùm teneret episcopatum, & quæreretur ab eodem de institutione sua, sic se excusauit literæ &c. vel cũ peteret confirmationem, hoc pro se allegauit (populi) 92. dist. c. vlt. 18. q. 2. abbas (synceram) informatam charitatem. infr. de reg. iur. estote. arg. contra (laicam) id est, viaticam.

CAPVT

CAPVT III.

POSTQVAM.) Inquirantur) inf. eod. ſcriptum. non per teſtes vel iuramentum, vel inſtrumenta, ſed famam eius audiendo: vt nota. ſup. de poſtul. c. 1. & literas teſtimoniales.

CAPVT IIII.

1 *Non debent electores ante electionem pactionem aliquam vel conuentionem interponere, ſecùs eſt in conditione.*

SIGNIFICASTI. (Apocriſarijs) id eſt, ſecretis nuncijs (conditione) ſimpliciter dicimus† quòd ante electionem, electores & ſuperiores nullas debent interponere actiones, nullas conuentiones. 1. q. 2. quàm pio. & de conditionibus dicunt quidam ſecùs, nam poteſt benè eligi aliquis ſub cõditione honeſta etiam inſolita, & de nouo inuenta. VERBI GRATIA: Eligimus talẽ in ſacerdotẽ, ſi ꝓmiſit quotidiè celebrare miſſam de ſancta virgine Maria. arg. hîc. ſed melius eſt, ſi dicat per conuentionem conſecutã, ſcilicet, vt promittat omni die, &c. inf. de præbend. ſignificatum. Iſtæ enim conditiones videntur monitiones ad id, quòd de iure tenetur ſecundum ſtatutũ. ff. de tute. mutu. §. 1. promiſsiones autẽ & cautiones à iure, vel conſuetudine, vel pacto approbatas quæ ad eos pertinent, non ſolùm ſuperior & capitulum, ſed etiã Rex ante cõſecrationem petere poteſt, vt hîc. c. di. optatum. 23. diſt. quanquàm. 63. diſt. quia facta imò de nouo tam capitulum, quàm ſuperior poſt electionem poteſt ex cauſa nouas vel vtiles & iuſtas cautiones & promiſsiones inuenire, & exigere ante conſecrationem & etiam fortè ante confirmationem. 23. diſt. de Syracuſane. 8. q. 3. Artaldus *a*.

Hoc autem eſt certum, quòd ſtatuere poſſunt aliqui ſuper vacante beneficio, & illud ſtatutum tenebitur ſeruare electus. inf. vt eccle. benefi. c. 1. in fin. & melius. fortè dicitur, quòd nec conditio ante electionem ritè apponitur, nec illa decre. ſignificatum. dicit, quòd appoſita fuit ibi cõditio, ſed fuit ſtatutum, quòd ex eo apparet, quia ſicut in eadẽ decr. dicitur Papa confirmat ſtatutum (aiunt) opponendo (Quid eſt,) reſpõdet (Amplius) ſcilicet, iuramentum (in aliud) ideſt, malitia eorũ, ſcilicet, quòd non ſeruant, quod ſimpliciter promittunt (illo) ſcilicet, Chriſto. (prouide.) 2. q. 5. c. 1. de con. diſt. 1. ego (pro obedientia) 33. diſt. quanquam. 1. q. vlt. quotiens. (Pro vnitate) 22. q. 1. vt nouum (Corporum) id eſt, ab illis archiepiſcopis, qui de corpore ſunt beati Petri, id eſt, Eccleſiæ, cuius caput eſt Chriſtus, & eius Vicarius eſt Petrus, & eius ſucceſſores. vel hoc vult dicere, quòd hoc inſignium, ſcilicet, pallium nullus dat, niſi Papa, & ſi obijciatur de Patriarchis. reſpon. illi dant non ſua authoritate, ſed Papæ iuſtum eſt. inf. de mutu. pet. c. 1. & 2. 95. diſt. eſto. C. de ſent. cùm Pap. C. de poſtul. l. pen.

a *Artald⁹. Adde ꝙ hanc eãdẽ opi. tenet Arch. in. c. 1. in gl. 2. inf. de iureiur. in 6. & Henric. Bohic. hîc, & intelligit tale onus quòd poſſit imponi ſecùs ſi nõ poſſet imponi.*

b *Quod accuſari poſſit. adde ꝙ hanc candẽ app. tenet Archi in d. c. ſi Papa. & in c. vbi maius periculũ. inf. e. in 6. & no. in cle. ne Romani. eo. ti. et vide quæ in ꝓpoſito no. ipſe Archi. in c fidei. in glo. 2. inf. de hær. li. 6. & ibi quis ſit iudex cõpetens in crimine hæreſis Papæ vbi ꝙ conciliũ generale eo viuo et eo mortuo eius ſucceſſor. & refert Henric. Bohic. hîc.*

CAPVT V.

1 *Chiſmaticus ſine diſpenſatione eligi non poteſt.*

QVIA DILIGENTIA. (Nullum) ſi enim à ſchiſmatico ordinem recepiſſet, non haberet executionem ordinis. 1. q. 1. Arrianos. 9. q. 1. ordinationes (confirmari ad epiſcopatum admitti) nam cùm fuerit chiſmaticus eligi non poterat ſine diſpenſatione (eccleſiæ) ſcilicet, Aquilenſ. (redierit) 15. q. 6. nos ſanctorum. inf. de hæred. ſicut. 3. q. 4. beatus. argu. contra. 3. q. 4. huc. & c. conſanguineorum.

CAPVT VI.

1 *Electus Papa à paucioribus quàm à duabus partibus, ſi ſe pro electo gerat, ſubiacet pœnis huius decre.*

2 *Nemo rei, in qua ſe ius habere credit, renunciare creditur.*

LICET. (Conſtituta.) 23. d. in nomine. 79. di. c. 1. & 2. & 5. (aut) pro & (Nominare) cùm intentione eligendi & eligendo (Exceptione) niſi hæreſis. 11. diſt. ſi Papa. & fortè melius eſt ꝗd accuſari *b* poſsit, ſed nõ excipi (A duabus) etiam ſi non computando. de hoc not. inf. eo. cùm in iure. inf. eod. cumana. (ſi receptus) nõ eſt ius in receptione ad oſculum pacis, ſiue de obedientia præſtita, ſiue de cathedratione, quia & ſine his, dũmodò eligatur, vel nominetur animo eligendi, ſufficit ſibi ad hoc vt ius habeat, & vt Papatũ ſua authoritate, accipere poſsit. 23. di. c. 1. (Si quis aũt) hoc quòd ſequitur videtur intelligendũ, quãdo tertia pars, vel pauciores eligũt poſt primã electionẽ factam à duabus partibus, nã ſi aliàs, ſcilicet, non facta priùs alia electione, tertia pars, vel etiã pauciores facerẽt electionẽ, nõ eſſent excommunicati, nec ſubiacerẽt pœnis dictis

ctis pœnis huius canonis, licet delinquerent.

1 † Sed electus à paucioribus, quàm à duabus partibus, si se pro electo gerat prędictis pœnis subiacet, vt statim sequitur in versi. se. propterea. & quòd electores prædictæ pœnæ non subiacent, quando in discordia eligunt, nec alteruter electorum habeat duas partes, vel etiam, si tantum tertia pars, vel etiam pauciores aliquem eligant, nullo ab alterutra parte electo ex eo probatur, quòd huic electioni possunt alij consentire, sicut statim sequitur, quòd non esset si electio nulla esset, & electores essent excommunicati (maior) id est, nisi aliquis de illis, qui primò non consentiebant modò consentiant, oportet eos tot
2 esse, quot faciant duas partes. † (Voluerit) id est, si se immiscuerit, vel, id est, monitus non renunciauerit, sed priùs dictum magis placet, quia nemo cogitur renunciare alicui rei, in qua se credit ius habere, & nemini facit iniuriam qui ius suum prosequitur. inf. de elect. cum ecclesia vulter. (prævalere) dummodò forma seruetur. inf. de elec. quia propter (speciale) non est hîc aliqua forma ex necessitate seruanda. imò quocunq; modo appareat duas partes consentire in aliquem, tantùm in electum ius habet & verus Papa est.

CAPVT VII.

1 *Scientia requirenda & æstimanda est secundum dignitatem, & locum, & ordinem, ad quem quis assumitur.*
Turpe est aliorum manibus quærere, quod apud se inuenire debet.
Illiteratus non debet ordinari ad aliquem ordinem, secùs si parum literatus & spes est quòd possit proficere.
Scientia emmens quæ sit, & quæ sit mediocris.
Sufficiens est id, quod sufficit ad faciendum ea quæ sibi imminent.
2 *Peccare dicitur ille qui recipit dignitatem vel aliud officium ad quod nõ habet sufficientem scientiam.*
Electio & confirmatio quantum tempus requirant.
Beneficia electi quando possint conferri: & num. 3. & 4.
3 *Electio qui non vult consentire electioni: nec tamen dissentit, debet superior præfigere tempus infra quod, vel consentiat vel dissentiat,*
4 *Nunquid electus ante terminum sibi præfixum ad consecrandum, si perfectè translatus esset, habet quietam episcopi administrationem, poterunt conferri eius beneficia propria.*
Et quid sit dicendum de prælatis.
5 *Archidiaconus curam animarum habet tamen non principaliter.*
6 *Sola negligentia electi sufficit in episcopatu: in alijs inferioribus necessaria est admonitio.*
Ordo an sit in notarijs seruandus.
7 *Potestas episcopi deuoluitur ad capitulum eo peccante primo loco.*
8 *Ex delicto episcopi commisso in confirmatione deuoluitur electio ad capitulum.*
9 *Quo casu electio deuoluatur ad archiepiscopum.*

CVM IN CVNCTIS. Ministerijs, id est, dignitatibus & officijs (grauitas) 61. dist. §. vlt. 1. q. 7. conuenientibus (& literarum) inf. eo. cùm nobis olim. 78. dist. presbyter. 38. dist. quæ ipsis. 8. q. 1. oportet. 93. dist. his igitur. 58. dist. si officia (in episcopo) 1. q. 1. vilissimus. Exegerit) secùs in secularibus dignitatibus, vbi sufficit annũ inchoasse. ff. de mu. & ho. ad rem pub. (& scientia) † est autem 1 scientia requirenda & æstimanda secundum dignitatem, & locũ, & ordinem, ad quem assumitur. inf. eod. ecclesia vestra. si enim assumitur ad episcopatũ, debet habere scientiam noui, & veteris testamẽti, cùm sit iudex animarum, & iuris cùm ius dicere debeat. 11. q. 1. de persona. presbytero autem sufficit, vt sciat canones pœnitentiales, &c. 38. dist. quæ ipsis. Arch. & omnes alij ad quos spectat cognoscere de causis, debẽt scire iura, quia verecundũ est patricio. &c. C. de vet. iure enu. l. 1. & turpe est aliorũ manibus quærere, quod apud se inuenire debet. Cantor debet scire cantum, & sic de omnibus ordinibus, quod satis colligitur ex eis quæ eis dantur, & dicuntur in ordinatione. 23. dist. per totum. & ex potestate & officio quod habent ☞ exercere tenentur. † qui autem omninò illiteratus est, omninò ordinari non debet ad aliquem ordinem. Si tamen ordinetur, potest dici, quòd ordinem recepit, & clericus erit: quia inspecta prima origine clericatus, primi clerici dicebantur in sortem domini electi. 12. q. 1. clericus. 21. dist. cleros. si autem sint parum scientes, & spes sit, quòd possint pro- ficere promoueri possunt a, si autem 4 non sit spes eorum non debent promoueri, nisi talis ecclesia quæ nunquam debet egere consilio & auxilio eorum, vel nisi sint Monachi, vel Eremitæ, qui potius egent contemplatione, quàm scientia. Scientiam autem reputamus eminentem, quæ subtiles quæstiones discutere,

a *Promoueri possunt. Adde quæ hoc dictũ multum. no. do. de Imo. in Cle. 1. infr. de æta. et qua li. & Vin. in c. illiteratos. 36 dist. & refert Feli. in ru. infrà. de magis.*

discutere,& diffinire nouit, & in promptum responsiones habet, ille habet mediocrem,qui sit aliquo modo examinare negotia, quamuis ad omnia nesciat respõdere,& qui in libris veritatem eorum, quæ sciret tenetur, scit quærere, & sic in promptu omnia non habet. Hæc autem omnia ad arbitrium discreti iudicis arbitrantur,ille enim habet sufficientem,quæ sufficit sibi ad faciendum ea, quæ sibi imminent.

2 † Item videtur,quòd qui non habet scientiam saltem competentem & sufficiẽtem,peccat recipiendo dignitatem,vel aliud officium, ad quod non habet sufficientem scientiam.38.dist.omnes.& inf. de ætat.& qualì.c.fi.18.q.2. si quis abbas. tamen cum istis ex causa dispensandum est, quia imperfectum scientiæ &c.inf. de renun.nisi cùm pridem.§.pro defectu. (decurso tempore) trium mensium computandorum à die vacationis, quòd sonare videtur.l.dist.postquam.c.di.c.1. 75. dist. quando generalius tamen intelligitur, q̃ capitulum habet tres menses ad electionem à die vacationis, & alios tres à die electionis ad consecrationem. 75. di. §. à tempore.& quidam benignè interpretãtes adhærent ei.arg.inf. eod. ne pro defectu.non autem dicimus intra tres menses faciendam electionem à die vacationis. l. di.postquàm. & à die confirmationis intra alios tres menses debet consecrari. 75. di. quoniam.& si est electus in archiepiscopũ, debet obtinere omnia quæ sua dignitas requirit,puta pallium & huiusmodi.c.di.c.1.melius dicitur,quòd Metropolitanus à die consecrationis habebit tantùm tres menses.c.dist.c.1. licet quidã aliter dicant. Confirmationem autem statim post electionem quilibet electus petet modico tempore concesso ad se vel nuncios præparandos.61.dist.cathed.& c. quòd episcopus.& l.dist.postquam. Quidam dicunt, quòd habet sex menses post electionem ad petendam confirmationẽ, & sic intelligitur.inf.vt lit. non contest. quoniam.§.quòd si secundò aliter forsan.

Sed quid si sit electus,sed non vult consentire electioni,nec tamen dissentit, Nã electores variare non possunt.inf. eo. inter canonicos.item quid si consentit electioni,sed confirmationem non petit,nũquid talis electi beneficia conferentur.

☞ † Ad vltimum respondeo quòd si is qui consentit electioni, negligit petere confirmationem, non conferuntur eius beneficia,sed cogetur, vt vel nõ solùm confirmationem, sed etiam consecrationem intra tres menses petat, vel loco cedat,vel etiam si contempserit facere alterum ab archiepiscopatu remouebitur. c. dist. c.1.

3 † Ad primam autem quæstionẽ dicimus, quòd à superiore præfigetur sibi tempus intra quod respondeat, ita tamen quòd non excedat tres menses à die vacationis. arg.l.di.postquam. & posset dici, quòd si intra id tempus non consentiret tacitè videtur dissentire. Alij dicunt & fortè meliùs,quòd si canonicis requirentibus consensum eius non sit paratus ad consentiẽdum,quòd ipsi possunt eligere alium. arg. inf.eo.cùm inter ca.in fin.nam qui tacet, vel obscurè reſpondet, vbi plenè potest respondere, pro confesso habetur. ff. de inter.act.de ætate. §. qui tacuit. & §. vbi habita tamen aliquantula deliberatione. ff. pro soc. quòd dicimus, insti. de inuti. stip.§.vlti.arg.contra insti.de verb. ob. §. omnes. ff.de peti.hære. quòd si possessori 1.q.1.non est putanda in fin. Ante tamen, quàm renunciet,vel aliquis eligatur,si ille qui consentire distulit electioni de eo factæ,saltem modo consentire velit,admittendus est.inf.eod.cùm inter canonicos. ff.de adop.l.mancipiorum.(is)id est, prælatus.Idem credo de patrono,& dicimus, quod hi cõferre possunt, etiam nulla sententia admonitionis præcedente,vt hîc, si autem nouo iure niterentur,secùs. inf. de concess.præb.non va.cùm nostris.Vel dic, vt ibi no.nos credimus tunc tantùm trãsactum tempus de consecrandis episcopis, quandocunq; fuerit in episcopum consecratus,etiam si primo mense,vel septimana obtinuit cõfirmationem, & tunc licitè possunt eius beneficia conferri. † Item & quando omni sua negligentia eiecta, & sua diligentia interuenire potuit consecrari,& si nõ sit consecratus, vnde si erat sacerdos statim debet dare operam cum consecratore suo,quòd eum consecret,& si non erat sacerdos,vel diaconus, vel subdiaconus,laborabit cum ordinatore suo, quòd eum successiuè sine interpellatione per singula tempora ordinationum ordinet,si fuerit postulatus authoritate eius, qui habet potestatem admittẽdi postulatos operam, quòd quam citò potest fieri ordinetur,& cõsecretur,& si secundũ hoc potest fieri primo mense, & nõ fiat,extũc possunt eius beneficia conferri, etiam si sine eius negligentia differtur per sex mẽses,vel annum,vel etiam amplius, non dicitur

Vel obscurè. Adde q̃ Alexand. de Imo.in d.l.de ætate.§.nihil refert hic dictũ in. hic et illud sequitur.

citur esse transactum tempus de consecrandis Episcopis, nec eius beneficia conferri possunt, si autem per gratiam dispensantium obtineat consecrationem, differri statim credimus eius beneficia posse conferri. argu. ff. ex quib. cau. ma. l. qui mittuntur. & l. seq. † Item dicimus, quòd ex quo semel fuit in mora, statim possunt eius beneficia conferri, & si non sit transactum tempus de consecrandis Episcopis. alij contra, scilicet, quod semper debet expectari vsq; ad tempus decursum. de hoc etiam no. infrà, de præb. de multa. hoc enim tempus præparatum est ad hoc congruum. ff. de postu. l. 1. §. 1.

4 † (Disponendi) quid si ante terminum prædictum perfectè translatus est, & habet quietam Episcopi administrationem, nunquid poterunt conferri eius beneficia propria, videtur quòd sic. argu. 21. quæst. 2. si quis iam translatus. 16. quæst. 1. ne pro cuiuslibet. ff. de procu. filius. §. veterani. C. de iur. do. in l. 2. infrà, de offi. dele. gratum. credimus tamen, quòd ante consecrationem non sufficiat perfecta translatio & quieta administratio, nisi decursum sit tempus, ea maximè ratione, quia adhuc potest excipi contra eum, & remoueri ab Episcopatu, & tamen habebit priora beneficia. infrà, de accu. super his. sed si ante tres menses habeat quietam administrationem, & sit consecratus, liberè eius beneficia conferuntur. arg. hîc. Si verò non posit habere liberam administrationem, ipse tamen est consecratus, non conferuntur eius priora beneficia, etiam post tres menses. Est enim necesse vtrumque interuenire. 92. dist. si qui Episcopi. Alij contrà, secùs si per electum staret, quominus ministret, quia tunc perinde habetur, ac si administret. Quid de alijs prælatis nunquid ipso iure vacant priora beneficia. Respondeo sic si habeant curam animarum, vel sunt personatus. infrà, de præb. de inuita.

5 † Archidiaconus) not. arg. archi. habere curam animarum, sed non principaliter. vt 16. q. 6. nullus. infrà, de offi. arch. cùm satis, potest tamen excommunicare. infrà, de eo qui fur. ordi. suscep. c. 1. vbi de hoc not. (Annexam.) infrà, de app. reprehensibilis. infrà, de pe. licet. infrà, de institu. cùm veniissent (annum) infrà, de æta. præterea.

6 † Admonitio) in Episcopatu sufficit sola negligentia electi. c. dist. c. 1. in cæteris inferioribus necessaria admonitio: vt hîc. infrà, de æta. & quali. quæris. necessaria est sententia admonitionis, veruntamen sine iuris solennitate, vt hîc. & infrà, de æta. & quali. quæris. infrà, de concess. præb. cum nostris. cum enim ista non possunt esse, nisi notoria. infrà, de transla. Episcoporum. c. 1. & 2. non est ordo [4] seruandus. 2. q. 1. de manifesta (canonibus) præfixum à canonibus tempus intelligitur, vt singulis temporibus ordinationum accipiat ordines successiuè, hoc enim dicit. c. faciendum. vbi necessitas imminet. 77. dist. c. vlt. & hîc imminet necessitas, cùm dignitas vacat, quæ talem ordinem requirit (Remoueatur) per subtractionem beneficiorum & amissionem locorum cogendi sunt ad ordines non præcisè. infrà, de æta. quæris. 60. dist. consuluit (officio) id est, dignitate (appellationis) infrà, de appel. reprehensibilis. (Hoc sanè) scilicet, quòd promoueatur ad ordines quos dignitas requirit (promoti) id est, confirmati, sed non ordinati (Obstant) puta quòd factus sit irregularis sine culpa sua post inuestituram (contra formam) puta minoris ætatis (illegitimos) illiteratos & malæ vitæ quæ continentur in principio. c. elegerint scienter indignum. infrà, eo. innotuit. (priuatos) prima vice tantùm. infrà, eo. cum Vintonens. & tunc ipso iure. infrà, eo. quisquis (beneficijs) non officijs. nec ecclesia remanet sine seruitio (suspensos) ipso iure. infrà, eo. innotuit. circa fi. Alij dicunt per sententiam priuandum beneficio. infrà, eo. quisquis. Sed potest dici illam decre. obtinere in suo casu, scilicet, quando quis per potentiam laicalem eligit aliquem, quem timor aliquo modo excusat: hîc autem loquitur, quando scienter eligunt malignos, qui nullo modo sunt excusabiles (Episcopus) cùm ad eum spectat collatio vel electi confirmatio (consenserit) cùm ad alios pertinet electio.

7 † Per capitulum) hîc habes, quòd Episcopo peccante primo loco deuoluitur eius potestas ad capitulum. infrà, de concess. præb. nulla.

Quòd intelligimus verum de beneficijs, quæ ad Episcopum pertinent proprio iure, nam si ad eum non pertineat collatio ipso iure, sed deuolutio, puta quia propter negligentiam aliorum clericorum, deuoluitur ad eum potestas eligendi aliquem, tunc non ad capitulum, sed ad proximum superiorem deuoluetur hæc potestas. arg. infrà, eo. ne pro defectu, &

[4] *Ordo seruandus, quod in notorijs non debeat seruari ordo, adde Abb. in c. bonæ el. prim. infrà, eo. ti. di. Mari. So. in consi. 22. col. 3. ver. 4. probatur. Alexand. de Imol. in l. si confessus. in addi. ad Bar. ff. de custo. reo. & latè Fran. Are. in consi. suo solenni. 165. & adde eundem. Innoc. inf. eo. in t.*

est ratio diuersitatis, quia in eis, quæ ad eos proprio iure pertinent, est inter eos maior coniunctio quàm in alijs quæ aliunde obuenient. arg. infrà, de test. requisisti.

8 †Et per capitulum) tunc deuoluitur electio ad capitulum ex delicto Episcopi commissō in confirmatione tantùm, quādo primus ad quem pertinebat electio, vel præsentatio scienter elegit indignum, & Episcopus scienter confirmauit, vt si ignoranter esset indignus electus. Item ad primum rediret potestas eligendi. infrà, eo. innotuit. & c. dudum. & si primus scienter elegisset indignum, sed Episcopus ignorans confirmasset, tamen post confirmationem cassatam propter indignitatem electi elegit Episcopus, qui ignorauit indignum, & debet iste ad quem deuoluitur potestas eligendi propter delictum aliorum intra sex menses computandos, à tempore quo sciuerunt electum & confirmationem, vel electionem scienter factam de indignis. infrà, de concess. præben. quia diuersitatem.

9 †Eligere) sicut ille, ad quem deuoluitur propter negligentiam. infrà, de concess. præb. nulla. hîc adde quæ notantur infrà, de concess. præben. inter dilec. Plus placet nobis, quòd nunquam in casu isto, scilicet, quando aliqua minor ecclesia scienter eligit indignum, & Episcopus scienter confirmat indignum electio ad capitulum cathedralis ecclesiæ deuoluatur, sed deuoluitur ad Archiepiscopum tantùm, & ista decreta. loquitur, quando consensit fieri electionem de indigno interessendo electioni, vt canonicus, & sic loquitur decr. infrà, de concess. præb. postulastis. & quia potestas Episcopi transit in capitulum. ille de quo capitulum prouidet habebitur pro confirmato sicut habetur si Episcopus de eo prouidisset.

CAPVT VIII.

CAVSAM. (Contulerunt) Tempore quo vacat, quia aliàs non licet. infrà, de concess. præb. constitutus. (Recipi) quòd tenetur recipere abbatissam, non ex vi compromissi, per quod non tenetur, nisi ad pœnam, vel interesse. ff. de arb. diem. §. vlt. & l. seq. nisi dictum eius sit omologatum. C. de arb. cumanam. Vel dic quòd tenerentur eam recipere, quia ipsi intelliguntur elegisse per Episcopum, qui vice eorum eligit. ff. quod cuiusq; vni. l. 2. §. 1. infrà, eo. in causis. cùm dilecti. in fi. arg. inde est, quòd etiam in personam electi dicere possunt compromittentes, quod aliàs nō possunt. ff. de arbi. qualem. & l. diem. §. stari.

CAPVT IX.

1 *Potest Episcopus in causa suæ ecclesiæ esse iudex.*

2 *Non licet iudici aliquid reuocare in sententia diffinitiua ab eo lata.*

NOSTI. (Disponendi) hodie autem in concordia electi in remotis partibus ante confirmationem hoc possunt. inf. eo. nihil. (Reuocare) quomodo erit hic iudex in causa sua contra. C. ne quis in causa sua. l. 1. item si violenter & sine iudicio occupauerit etiam rem suam cadit à iure suo. C. vnde vi. si quis in tantam, & idem si ius sibi dicitur iure sibi debita. ff. quòd me. cau. extat.

1 †Item nunquid seruabit ordinem iudiciorum, dicunt aliqui, quòd nihil aliud vult dicere, nisi quòd seruet ecclesiam indemnem. vel dic Episcopum [a] posse esse iudicem in causa ecclesiæ suæ. 2. q. 7. si quis ab Epis. 45. dis. si quis. & procurator fisci in causa fisci iudex est. C. vbi causæ fisci. l. 1. & Episcopus dicitur procurator ecclesiæ. 12. q. 1. si priuatum. & imperator in causa fisci. ff. de his quæ in testa. delen. l. proxi. & tamen res fisci imperatoris dicuntur. ff. ne quid in loco publ. hoc interdictum. Quando possit quis in re sua esse iudex, no. infrà, de foro comp. cùm sit. & melius infrà, de censi. venerabilis. & de verb. sig. ex parte. in his ergò non habent locum leges contrariæ, quando sine authoritate iudicis quis sibi ius dicit, & dicimus eum seruare ordinem iudiciorum, nisi esset notorium.

Quidam tamen intelligunt hanc decre. in notorijs tantùm, vbi non seruabit ordinem iudex, sed sola monitione præmissa excommunicabit. 16. q. 1. in canonibus. alij supplent hîc studeas reuocare, vt debet. & sic debet quasi actor non quasi iudex.

2 †Item in sententijs diffinitiuis, non licet iudici aliquid reuocare, semel enim est functus officio suo. infrà, de offic. dele. in literis interlocutorijs autem secùs. ff. de re iudi. quòd iussit, nisi

tſi

[a] *Episcopum. de hoc vide aliquid per Ale. de Imo. in consil. 19. col. 2. versi. quis igitur. in prin. li. vbi & in his, quæ sunt de eius mensa, non potest esse iudex. Et quādo quis possit sibi dicere ius in causa propria, vide per eandē Alex. in cōs. 135. col. 1. & 2. vo. duplicatum inter consilia Cæpo. consi. 26. adde an & quando quis etiam nō recognoscens superiorē & cōcurrat voluntas aduersarij possit esse iudex in causa ppria. vide per d. Bart. So. in consi. 96. col. 4. ver. tertio quæ cōsi. 136. colu. 2. vers. ad quorum confirmationem. in cōsi. 120. col. 7. circa prin. consi. 77. col. fi. & in consi. 221. colum. 7. circa finem.*

fit ſententia Papæ, quæ ſi eſſet per obreptionem obtenta per ipſum mutari poteſt. 35. quæſt. 8. c. ſiue ante. ſimiliter conſtitutiones mutare poteſt. ff. de leg. non eſt nouum. In contractibus autem mutare licet, ſi non pariatur alicui præiudicium, re adhuc integra in contractibus, ſcilicet, qui alterius gratia tantùm contrahuntur. infrà, eo. in cauſis. ff. de procur. ante. & in contractibus innominatis. & ff. de condi. cauſa da. ſi pecuniam. In contractibus autem nominatis, qui vtriuſque gratia contrahuntur non licet mutare, etiam ſi non ſit præiudicium & etiam re integra. ff. loca. qui operas. re autem non integra nunquam licet mutare etiam in non nominatis contractibus, & etiam ſi non intereſt. infrà, eo. in cauſis. ff. de procu. poſt litem. & l. ſeq. & l. quæ omnia. ff. de reg. iur. nemo. ff. de adop. poſt mortem, niſi fauor aliud inducat. ff. de lib. cauſa interrogata, ſed per hanc diſtinctionem non ſoluitur contrarium. infrà, de fil. presby. veniens. quæ eſt huic contra. 12. quæſt. 2. non licet. infrà, de præb. cùm non ignores, ſed dic quòd factum eſt improbatum à iure, ita non poteſt allegari contrarium, licet venire contra factum ſuum, vt in his contrarijs. Sed huic contrarium videtur infrà, de cleri. coniu. diuerſis. Sed poteſt dici illud non eſſe improbatum à iure. 84. di. cum in præterito. vel illud ſpeciale in pœnam Epiſcopi, & ſic intelligitur. infrà, de fil. bresby. veniens. quamuis poſſet ibi reſponderi, quòd fuit diſpenſatio. Sed adhuc eſt contra. 12. quæſt. 2. monemus. ſed ibi non potuit reuocare factum ſuum, quia remotus ab adminiſtratione erat alienator, ſed de iure benè agit ad reuocandum factum ſuum. ff. de pac. ſi vnus. Item nec eſt argu. contra. C. ad turpil. quamuis. ff. de adul. ſi maritus. §. ſi negauerit, quia ibi non reuocat alienator, ſed egit ad reuocationem. C. de agri. & cenſi. quemadmodum, quòd quidem licitum eſt, nam venditionem, locationem, & alios contractus licet reuocare, quia non tenet, vel per beneficium reſtitutionis vel alijs modis ſecundum quòd quilibet inuenire licet, Sed nec ad reuocationem talium contractuum agere poteſt, niſi turpitudinem ſuam alleget, vt ſi velit reuocare, datur ei ex turpi cauſa. ff. de condi. ob tur. cau. per totum. infrà, de do. inter. ſed ſi turpitudinem ſuam allegat, tamen nomine eccleſiæ poteſt agere vt hîc, cum ſuis concor. Quamdiu enim toleratur, nomine eius agere poteſt. 6. quæſtio. 4. nonne. nec de malitia perſonæ poteſt excipi contra eccleſiam. 18. quæſtio. 7. ſi Epiſcopum.

Ad contraria autem, ſcilicet, infrà, de fil. presby. veniens. & de cleri. coniu. diuerſis. Reſpondeo, vt ſuprà, quid autem iuris ſit quando ſemel approbaui perſonam vel inſtrumentum, an ſcilicet poſſim vlterius reprobare. not. infrà, de ex-com. cùm venerabilis.

CAPVT X.

1 *Quid requiratur ad hoc vt electio facta à paucioribus confirmetur.*
2 *Electio nulla quænam ſit.*
3 *Secunda electio ex interuallo non valet niſi electionis tempore notorium eſſet primam electionem nullam.*
4 *Electores priuantur quandoq; poteſtate eligendi, licet electio non ſit nulla.*

CONSIDERAVIMVS. Hanc decreta. intelligo quãdo ex interuallo fiunt diuerſæ electiones, ſi non fiant ex interuallo valet ſecunda electio à maiori parte, vel de perſona iuuat à maioribus meritis. infrà, eo. dudum. 73. diſt. c. vlt.

(Appellationem) No. quòd non priuantur iure eligendi licet egerint poſt appellationem, vel contra priuilegium, vel poſt electionem primam non caſſatam, non enim inuenio hoc expreſſum in iure. Vnde non debeo extendere pœnam. de pœn. diſt. 1. pœnæ. de hoc not. ſuprà, de po. præ. cap. 2. (Appellationem) recipiendum (Tenorem) fortè ne quis aliunde eligeret, vel in certo loco fieret electio, vel de certa eccleſia. ſuprà, de conſti. cùm dilectus. infrà, eo. venerabilem. (qualencunq;) de qua notum non eſt quòd eſſet nulla.

1 †Hîc no. quia ad hoc, quòd confirmetur electio facta à paucioribus pluribus eligentibus indignum, quòd non eſt neceſſe, quòd tempore electionis eſſet notorium à pluribus electionem factam eſſe nullam, vel quòd electus ab eis eſſet indignus, vel quòd electores priuati ſunt ipſo iure, vel priuandi poteſtate eligendi, infrà, eo. dudum. Imò ſufficit, quòd tempore quo ferenda eſt ſententia ſuper electione ſit notorium. Vel aliter conſtat, quòd fuerit nulla electio, vel indignus

electus: imò plus dicimus, quòd ſufficit probare aliquid quare prima ſit annullata, quando ſit in eodem contextu. infrà, eo. congregato. Nec eſt neceſſe, quòd ſit notorium, dummodo aliquo modo probetur.

Item hoc eſt verum quando vno contextu fiunt plures electiones. infrà, eod. congregato.

2 † Et nota intelligendum ſequentia, quòd dicitur electio nulla, ſi egerunt ad dignitatem habentem curam animarum, vel alia quæ maiores ordines requirunt patientem defectum in ordinibus, ætate, ſcientia & vita. vt ſupr. eo. cùm in cunctis. in prin. ſuprà, de poſtu. c. 1. infrà, eo. reſcriptum.

Item ſi irregularem & aliàs in natiuitate infrà, eo. innotuit. Idem ſi illiteratum 36. diſt. illiteratos. l. di. nemo. vbi habes idem de corpore vitiatis. Idem de laicis. 61. di. Oſius. Item ſi eligatur quicunque poſtulandus eſt. de quo no. ſuprà, de poſt. c. fi. Item ſi laici interfuerint electioni Epiſcopi tanquam ius habentes. infrà, eo. Maſſana. Idem ſi à ſuſpenſis, vel ſi de ſuſpenſo facta ſit electio. ſuprà, de conſue. cùm dilectus. multofortius ſi ab excommunicatis. infrà, de app. conſtitutis. Item ſi non ſeruetur forma. infrà, eo. quia propter. & c. in Geneſi. Item ſi minor pars maiore parte non vacata proceſſerit ad electionem. inf. eo. auditis. ſi autem duæ partes ſint præſentes, & alij contemnantur, nihilominus tenet electio, ſed poteſt caſſari petere contempto, & fortè non alijs, idem poteſt etiam ratificare eandem, ſi conſentiat etiam modo. infrà, eo. quod ſicut. & c. eccleſia veſtra. ff. quòd cuiuſque vniuer. l. nulli. & l. ſeq. Poteſt etiam dici, quòd non ſit nulla, licet poſt appellationem ſit facta annullanda. argu. ſuprà. eo. conſiderauimus. vel ſi fiat contra priuilegium, vt ibi dicitur. Eſt autem annullanda, ſi fiat tractatus corpore defuncti nondum tradito ſepulturæ. infrà, eo. bonæ me. Hoc quibuſdam non placet, nec valent excuſari, quòd ex ignorantia iuris vel facti deliquerunt, ſiue ſcienter, ſiue ignoranter contra prædicta fecerint, electio eſt nulla, vel annullanda, ſecundum quòd diſtinctum eſt. ar. infrà, eo. innotuit. Quando verò eſt ex interuallo, dicunt quidam quòd duo ſunt neceſſaria ad hoc, vt teneat ſecunda electio, ſcilicet, quòd prima nulla ſit ipſo iure, & quòd primo eligentes priuati ſunt poteſtate eligendi ipſo iure. vt no. inf. eo. auditis. Item quidam dicunt, quòd tertium eſt neceſſarium, ſcilicet, quòd prima electio pendeat, nam ſi electus renunciaſſet, vel ſi caſſata eſſet electio: tunc non poſſet fieri ſecunda electio, niſi omnibus vocatis. argu. infrà, eo. cùm Vintonenſ. Nec diſtinguo hîc, an ſit notorium tempore electionis, primam electionem nullam eſſe, & primos electores priuatos poteſtate eligendi, an non, dummodo tempore ſententiæ conſtent duo vel tria prædicta. arg. hic. inf. de ap. conſtitutus.

Et hæc intelligo vera, quando alij ſunt primi eligentes, alij ſecundi, nam ſi ijdem ſunt, qui primò elegerint & ſecundò, tunc ab ipſo iure nulla eſt electio prima, licet non ſint priuati poteſtate eligendi, quia primò elegerunt: tamen tenet ſecunda ex interuallo facta, & etiam ſi prima non ſit caſſata. infrà, eo. cum terra, quamuis quidam intelligant illam, quando notorium eſt, primam nullam eſſe, vt ibi no. imò neceſſarium eſt, vt in hoc caſu, ſcilicet, quando ijdem primò & ſecundò eligũt ad hoc, quòd teneat ſecunda, quòd per primam electionem non ſint priuati ipſo iure poteſtate eligendi, cum ſi eſſent, non tenet ſecunda electio. inf. de ſup. neg. præla. licet.

Sed contra. infrà, eo. cum terra. vbi dicitur, quòd etiamſi perſona ſit vitioſa, quòd poſſunt procedere ad electionem ſecundam, ſed etiam qui talem eligunt ipſo iure priuati ſunt. ſuprà, eo. cum in cunctis. ſed illa decr. cum terra. dicens, quòd loquitur cùm ignoranter eligunt vitioſam perſonam, vnde ipſo iure non ſunt priuati poteſtate eligendi: vt infrà, eo. c. dudum. in gl. quæ incipit circa fi. Si verò eodem caſu retento electio ſit aliqua, licet poſsit caſſari ex cauſis prædictis: tunc publicato ſcrutinio ſiue ſtatim, ſiue longiori interuallo, non licet eiſdem alium eligere. infr. e. c. publicato. ab alijs autem electio etiam in hoc caſu facta, in eodem contextu tenet, ſecùs ſi ex interuallo. infrà, eo. congregato. ſupra, eo. conſideraumus.

3 † Alij dicunt, quòd ex interuallo non valet ſecunda electio, niſi tempore electionis notorium eſſet primam electionem nullam. arg. ad hoc. ſuprà, eo. conſideramus. & ſic intelligitur, infrà, de app. conſtitutus. Ex quibus autem cauſis diximus electionem nullam vel annullandam, & etiam in alios poteſtatem eligendi tranſlatam propter vitium electi, vel eligentium ex eiſdem cauſis, idem dicimus in poſtu-

postulantibus. sup. de postu. c. 1. & 2. secùs autem si ex alia causa quàm propter vitium electi, vel eligentium. infrà, e. innotuit. suprà, de postu. c. fi. de renun. post translationem. 61. dist. ofius. Item si electio fit post appellationem legitimam tenet, sed postulatio non, vt quidam dicunt. infrà, eo. proxi.

Et intelligo eundem contextum, vel aliquam fieri eodem contextu, quæ fit omnibus canonicis existentibus in capitulo simul, nam si vna pars recedat, & remanentes in capitulo aliquam faciant electionem, cassatur electio, quæ fit contemptis recedentibus, quòd non esset si esset in eodem contextu facta, vt iam dictum est. infrà, e. auditis, nisi fortè incontinenti à priore scrutinio, vel compromisso procederent, quia quæ statim fiunt &c. ar. ff. si cer. pet. lecta. C. de pact. petens. & habes expressum. ff. de test. hæredes. §. pe. Sed huic obstat præalle. decr. auditis. sed dic, quòd ibi non processerunt ex scrutinio priori, vbi in glos. ver. l. consenserant. sed de nouo consenserant in R.

☞ †Melius credimus, quòd si electio est nulla propter eligentes, qui nullam habent, nec habuerunt potestatem eligendi, quia tunc tenet secunda electio. infrà, de sen. & re iud. cùm Bertholdus. Vel habuerunt quidam potestatem eligendi, sed amiserunt, vt quia sunt excommunicati, vel suspensi ab officio & beneficio non intelligas de suspensione à beneficio, vel fortè ab ingressu ecclesiæ, vel alia super aliqua singulari suspensione. vide de his suprà de consue. cùm dilectus. in glos. suspensus. Nec distinguo si sint nominatim vel publicè excommunicati, vel interdicti, vel non, quia semper nulla est electio prima, & secunda tenet. infrà, de app. constitutis. & intelligo suspensos siue sint suspensi à iure, vt qui negligunt eligere intra tempus statutum. infrà, de concess. præb. c. 2. & qui eligunt indignos vt laicum. infrà, eo. sacrosancta. & c. massana. suprà, eo. cùm in cunctis. siue sint suspensi ab homine, siue à iure. De suspensis autem no. de postu. gratum. Item dicitur nulla, propter personam electam, quæ ineligibilis, id est, quæ eligi non potest sine dispensatione: & tales sunt omnes postulandi. de quibus no. suprà, de postu. c. fi. Item dicitur nulla, propter defectum formę. infrà, eo. quia propter. de hac elect. datur regula vera, quòd vbicunq; electio est nulla, non impedit secundam fieri, siue in eodem contextu, siue ex interuallo, & hoc probatur per superiora iura, & benè facit. suprà, de sup. neg. præl. c. vlt. nam quòd nullum est impedimentum, præstare non potest. ff. de verb. ob. si dari stip.

Sed caue tibi, quia potest esse, quòd secunda cassatur, non quia facta sit, post primam non cassatam, sed quia vna pars capituli fecit eam non vocatis illis, qui fecerunt primam nullam, qui tamen vocari debebant, si scienter non deliquerant in prima, nec facio aliquam vim vtrum tempore electionis sit notum nullam electionem esse, vel electores ipsos suspensos tempore electionis, an non sit notum, sed postea per probationes fiat manifestum, vt hîc. Item not. quòd aliquando electio est nulla, & tamen electores nec priuati sunt ipso iure potestate eligendi, nec priuandi vt si eligant ignoranter ineligibilem.

4 †Item priuati sunt aliquando ipso iure eligendi, & tamen electio non est nulla, vt si elegerunt criminosum scienter. sup. eod. cùm in cunctis. infrà, de iureiur. sicut nostris (ad suum) infrà, de app. bonæ memo. 81. dist. tantis. 11. q. 1. quia res. ff. de li. cùm quid. arg. contra. ff. de mune. & ho. gradatim. infrà, de matri. contracto contra interdi. eccle. ex literis. †Fama) quia non remouetur propter delictum personæ. infrà, eo. super eo. alioquin contra. ff. de re milit. qui cum vno. §. non omnes. & §. exacto. ff. de his qui no. infa. l. 2. §. si ignominiæ. fortè & si propter delictum personæ remouetur, non esset infamis. infrà, de accu. super his. quòd verum est quando crimen opponitur excipiendo vt hîc (istam,) sed & in ista posset eligi de iure. inf. eo. super eo. sed Papa hîc ex speciali causa præter ius interdixit.

CAPVT XI.

SVFFRAGANEIS. Ad mandatum. infrà, eo. quòd sicut contra. §. pe. sol. hoc adeò leue est, quòd etiam suffraganei possint vacante sede sua authoritate facere. 64. dist. quia per illa autem quæ ibi dicuntur, vel sunt grauia, sicut conuocare concilium, vel digniora sicut ordinare clericos, & nulla quæ pertineant ad ordinem facere potest, cùm pallium non habeat in quo est plenitudo pontificalis officij. infrà, de vsu pal. cap. 1.

Et intelligo q, ratione ſuæ dignitatis, nõ poteſt facere aliqd Epiſcopale, ſed pro alio Epiſcopo benè poſſet ordinare clericos. ar. inf. de renunc. ad ſupplicationem. Sed dices, ipſe videtur facere vel cõſecrare ex quo mandat. inf. de ſent. excõ. mulieres. ſol. illud habet locũ, quando mandat, quòd ad ſe pertinet, vel quòd pro ſe fieri vult: hoc autem mandat, quod ad officium eorum ſpectat, quòd eſt de iuriſdictione, ſcilicet mandare, vt faciat officium ſuum. arg. ff. de iuriſ. om. iudi. l. 3. 4. reſpon. & ideò poteſt hoc ex quo confirmatus eſt. infrà, eod. tranſmiſſam. vel dic, quòd hæc decre. loquitur quando non eſt in mora petendi pallium. arg. infrà, de appel. c. ex inſinuatione. illa contraria loquuntur quando eſt in mora.

CAPVT XII.

1 *Vitium perſonæ in modum exceptionis probatum præiudicat in alia electione.*

SVPER EO. (Alterius) idem ſi eiuſdem, vt infrà ☞ ſequitur. (vitio) propter criminis conſcientiam, vel irregularitatem.

4 *Eccleſiaſticæ perſonæ. Adde Car. in tit. de ſta. regu. conſi. 6. & in conſilio. 31. in ti. de ſta. monach. & vide gl. in l. 2. ff. de in ius vocã. & hãc opini. tenet Card. in c. 1. in prin. q. 2. de ſentẽ. excom. contrarium tamen tenet ipſe in cle. 2. in 13. q. & ſequen. de præb. de quo vide etiam per Abb. & Doct. in c. 2. infrà, de foro compet.*

1 Et no. hîc, † quòd vitium perſonæ in modum exceptionis probatum præiudicat in alia electione. Contrà. infrà, de excep. deniq;. §. fin. infrà, de ord. cog. cùm dilectus. ff. de his qui no. infa. Lucius. ſol. licet non ſit infamis de iure propter crimen ſic probatum: eſt tamen infamis de facto, quæ infamia repellit à dignitatibus acquirendis. C. de dig. l. 2. 31. di. tantis. ff. de decu. generaliter. §. ſpurios. C. de inoffi. teſt. fratres. infrà, de accu. omnipotens, quia quòd plus eſt, propter infamiam facti ab obtenta dignitate ſuſpenditur. 2. q. 5. presbyteri. c. ſi mala. Vel ideò eſt, quod hîc dicitur, quòd vitium quod obijciatur electionem, de qua agebatur tangebat. infrà, de excep. deniq;. Vel eſt hoc, quia licet hic modus agendi appelletur exceptio, habet tamen pluribus vim & modum actionis. infrà, de ac. ſuper his. ff. de decu. generaliter. §. ſi quis. & æquè benè dicitur accuſatio, ſicut exceptio. in Auth. de ſanc. Epiſc. §. ſi quis autem. & §. ſi autem tempus. in Auth. quomodo & quando oportet. in prin. & §. 1. vnde in hac exceptione neceſſarium eſt electum vocari, & litem conteſtari, & reliquum ordinem ſeruari, infrà, eod. dudum. quæ non ſunt aliàs in exceptione neceſſaria (fortè) nam tunc etiam ſine vitio ſuo, puta quia alius aliquid dedit pro eo, non poterit ad eam eccleſiam aſſumi, niſi ex diſpenſatione. 1. q. 5. c. 1. & 2. arg. contra. 1. q. 1. c. 1. ſol. infrà, eod. c. ſi alicuius.

CAPVT XIII.

VM MONASTERIVM. (Suis) ipſius dominus in qua, fiebat poſtulatio (in eremo.) infrà, de relig. domi. vt Epiſcopus. & c. inter quatuor. contra. 19. quæſt. 2. econtrà Paulus, ſed hîc loquitur de eremitis, qui habent proprium: at hic electus non habebat proprium, & erat monachus, licet in eremo moraretur, alioquin non liceret eum habere in abbatem. infrà, eo. officij, ſed certè vbi intentione bona quis duceretur tantùm, & non ambitione, crederem, quòd teneret poſtulatio, etiamſi non eſſet profeſſus, & hoc ſanare videtur finis decretalis præallega. ad idem 16. q. 1. presbyteros. † Et no. quòd licet eremitæ poſſint habere proprium, quia non abrenunciant, tamen eccleſiaſticæ perſonæ ſunt, & continentiam ſeruare debent & promittere. 27. q. 2. §. ecce. & de iſtis habes 16. quæſt. 1. c. qui verè.

CAPVT XIIII.

1 *Non valet conſuetudo contra libertatem eccleſiæ.*
2 *Eligi poteſt alius non caſſata prima electione.*
3 *Secunda electio expirat obtinente prima.*
4 *Poſt publicatam electionem non caſſatam non licet eligere.*

VM TERRA. (Alterius) perſonæ denominatis (totius) id eſt, ambarum perſonarum electarum (ſancimus) ſi ſuprà, de conſue. inter vos. vbi de hoc no. licet enim patriarcha, ſi eſt de conſuetudine, poſſit intereſſe electioni ſuffraganei Archiepiſcopi, ſicut quod minus eſt ſuffraga. poſſunt intereſſe electioni Archiepiſcopi. ſuprà, de poſtu. bonæ memor. modus tamen iſte nominandi grauis eſt, vnde remouendus eſt.

1 † Abolendam) quia grauis erat eccleſijs. ſuprà, de conſuet. cap. 1. nec erat præſcripta conſuetudo, quia ſi eſſet præſcripta, fortè non eſſet reprobanda in patriarcha. argu. infrà, eo. ſacroſancta, Vel dic, quòd hoc non poteſt conſuetudine

tudine induci, quòd poſtquam conſenſerint in aliquem ipſum eligendo, quòd poſtea per aliquem irritetur, ſi noluerit conſentire, niſi ſecundum formam iuris Decre. autem ſacroſancta. non obeſt, quia illæ perſonæ ibi non erant electæ, ſed tantùm nominatæ. Vnde ibi nullum ius erat quæſitum nominatis. Item ibi non probat illam nominationem, ſed potius improbat modo, ſcilicet, quia eligunt poſtulandum (vel modo) infrà, eo. quia propter (diligentiam) id eſt, diligentem inquiſitionem faciant de perſona eligendæ.

2 † Hîc habes, quòd eligentes poſſunt alium eligere prima electione non caſſata. Contra. ſuprà, eo. conſideraui-mus. ſed & contra videtur, quia ſi eligunt indignum, ipſo iure priuati ſunt poteſta- ☞ te eligendi. ſuprà, eo. cùm in cunctis. ſuprà, de poſtu. cap. 2. infrà, eo. innotuit. & idem ſi non ſeruauit formam. infrà, eo. quia propter. Sol. non videtur hîc, quòd non caſſata prima electione procedatur ad ſecundam, ſed diligentiam habeant inquiſitores, ſcilicet, vt plures habeant paratos ex prima electione, vt ſi contigerit vnum electum caſſari, eligatur ſecundus. 60. diſt. ſtudij. 75. diſt. Florentinum. vel eligant ſecundum ſub ea conditione, ſi primus caſſaretur. arg. in c. Florentinum.

3 † Expirat ſecunda electio prima obtinente, ſicut in ſubſtitutione. C. de impu. & alijs ſubſt. poſt aditam, ſed hi modi eligendi per curiam reprobantur, vt no. 61. diſt. ſtudij, & eſt expreſſum. infrà, eo. in electionibus. Sed ſolue vt hîc in eadem gloſſ. vbi dicit, nos aliter. hæc ergò decre. loquitur de ignorantibus vitium, qui non priuantur poteſtate eligendi. infrà, eo. innotuit: ſed ad hoc hîc non eſt reſponſum, cùm hîc dicitur etiam ſi in forma ſit peccatum, ſed reſponde, quòd tempore huius decr. hæc pœna impoſita, nondum erat peccantibus in forma alij, aliter quòd tempore huius decre. licitum erat eligentibus mutare vota ſua, vſq; ad electionem publicatam. infrà, eo. cùm inter. in fi. & c. auditis.

4 † Et poſt talem electionem publicatam non caſſatam, non licet alium eligere, nec vota mutare, vt in dictis decre. hoc hodie tamen correctum eſt hîc, quia poſt publicationem ſcrutinij, non licet variare vota ſua. infrà, eo. publicato, niſi fortè eſſe adeò notorium primam nullam eſſe, quòd non contenderetur de iure, nec contendi poſſit. arg. C. de confir. tu. l. 3. vt ſi non conſentiret electioni, vel ſi electio nulla eſſet ipſo iure, vt ſi facta ſit, non ſeruata forma, vel etiam ſi facta ſit ab excommunicatis. argu. infrà, de appel. conſtitutis. nam hi nullam excuſationem habent, quare dicant ſuam electionem tenere, ſecùs ſi elegiſſent indignum, quia poſſent prætendere, quòd ignoranter elegiſſent. infrà, eod. innotuit. in fi. item ſecùs ſi dicant, quòd poſt appellationem, quia appellatio aliquando eſt admittenda, aliquando non. infrà, eo. cum nobis. ſuprà, eo. conſideraui-mus, & ſic in omnibus alijs vbi aduerſarius poteſt aliquid contendere de iure, ſed melius no. infrà, eo. dudum. 2.

☞ † Nos autem aliter intelligimus hanc decr. ſcilicet, vt ſit ſenſus, vt canonici poſtquam conueniunt in capitulo ſolenniter publicent factam electionem, & poſtea ſuperiori confirmandam præſentent, & ſi ſuperior, vel propter vitium perſonæ, vel formæ, eam caſſauerit iterum, eligant alium, & ſic faciant quouſque eorum electio confirmetur, & tunc poſtquàm fuerit confirmata, eam præſentent regi, vel patriarchæ: Nec tamen negamus, quòd ſi aliter de conſuetudine, vel priuilegijs obtinet, quin poſſint ante confirmationem, ſed tamen poſt ſolenniter publicatam electionem præſentare regi. infrà, eo. cùm inter vniuerſos. & c. quòd ſicut. (propter hoc) ſcilicet, quòd prius non requirantur rex vel patriarcha.

CAPVT XV.

1 *Electus non confirmatus, non poteſt adminiſtrare res eccleſiæ ſuæ.*
2 *Electus & confirmatus, poteſt diſponere de dignitatibus & alijs rebus ſuæ eccleſiæ.*

TRANSMISSAM. (Poſtpoſito) quòd non licet. 20. quæſtio. 3. eos in Auth. quomodo & quando oportet. §. ſemel. & in Auth. de ſanc. Epiſ. §. ſi verò conſtanter, & non incidunt in canonem qui tales percutiunt. infrà, de ſent. excom. in audientia.

1 † (Confirmationem) no. quòd electus quam citò eſt confirmatus ſine alia poſſeſſione, vel inueſtitura, vel ſtallatione, ſtatim poteſt adminiſtrare res eccleſiæ ſuæ in temporalibus & ſpiritualibus,

tam in colligendis fructibus, quàm in actionibus intentandis nomine ecclesiæ suæ, vt hîc: sine confirmatione autem hoc non potest, nisi clerici sint in ecclesijs exemptis, qui sunt in partibus remotis. infrà, de elect. qualiter. & c. nosti. Vel nisi aliud sit ibi, quod succedat loco confirmationis, sicut in Cister. sicut est in quibusdam alijs, quibus hoc ex speciali priuilegio est indultum, quòd sine aliqua confirmatione benedictione recepta ministrent, imò q, plus est sine aliqua benedictione, si Episcopus noluerit benedicere ipsi poterunt administrare. infrà, de sup. neg. præla. c. 1. vel nisi hoc habeant ex consuetudine.

Quidam tamen dicunt hoc non posse introduci consuetudine, quòd graue esset ecclesijs. infrà, de reg. iur. cum causa. & hoc obtinet in omnibus ecclesiasticis personis habentibus qualemcunque administrationem, etiam si sint canonici, qui habeant administrationem præbendarum suarum, nam in eis aliqui confirmantur, & qui non confirmantur, loco confirmationis aliud faciunt, quod loco confirmationis habetur, scilicet, quòd inuestiuntur per Episcopum, vel inferiorem prælatum ad quem hoc pertinet de iure vel consuetudine. infrà, de. concess. præben. proposuit. & de his quæ fi. à ma. part. ca. ex ore. vel assignatur ei aliquid loco præbendę, & pro canonicatu assignatur ei in choro stallum, & in capitulo locus. arg. infrà, de renun. cùm inter. de præb. c. cùm dilectus. & c. dilecto.

☞ †Et possunt hæc habere locum in ecclesijs, vbi habetur præbendæ distinctæ, quia quilibet habet suæ præbendæ administrationem, sed vbi non sunt præbendæ distinctæ, videtur sufficere loco confirmationis, quòd canonici communiter eũ recipiant in canonicum, vel Episcopus, vel alius prælatus recipit professionem in manibus suis, vel dat ei pannos altaris, vel campanas, vel aliquid simile. 23. di. quamuis. arg. de re. iur. c. vlt. inf. de ma. & obe. legebatur. isti si agant nomine ecclesiarum dignitatum administrationum, vel præbendarum suarum; non potest eis obijci, vos non estis canonici electi, vel vestra electio non tenet, ex quo si sunt instituti, vt dictum est, facta enim eorum tuitione confirmationis firma manent: vt infrà eo. nihil. Vel potes dicere, & melius, quòd isti sic electi & confirmati, per se omnia bona ecclesiarum suarum, vel dignitatum, vel præbendarum suarum, si non habent contradictores, possunt sua authoritate occupare. arg. C. de ædi. di. Adri. tol. l. fi. ff. de acqui. pos. cùm hæredes. Si verò habent contradictores qui bona prædicta possideant, tunc oportet eos ostendere suas confirmationes tenere. Si verò non habeant contradictores, non tenentur aliquid probare de iustitia confirmationis, nec tenentur probare aliquid de iustitia electionis, & hoc ex eo apparet, scilicet, quòd illi qui tenent bona ecclesiæ, aliàs non debent res suas sibi restituere, nisi probent suam confirmationem tenere, quia si prædicti electi, id est, confirmati, non essent prælati, vel nisi tuitione confirmationum defenderentur, isti non liberarentur eis solummodò inuestitis.

Et idem quòd diximus in confirmatis, idem intelleximus de inuestitis, sed secùs intelligimus in illis qui adepti sunt possessionem habendo stallum & locum in capitulo, & in choro iuris Episcopalis, vel iuris canonicalis, vel cuiuscunque alterius iuris siue præb. ff. si vsufr. pe. l. vlt. istis enim sufficit in possessione esse authoritate superioris. Et est ratio diuersitatis, primi enim astringuntur ad probandũ, qa non sunt in possessione, isti autem vltimi ideò non astringuntur, quia non sunt in possessione, & nemo ecõtrà cogitur dicere titulum suæ possessionis. C. de pet. hære. cogi. ff. si vsusfruc. pet. vti.

2 †(De talibus) ex quo enim aliquis delectus est & confirmatus, potest dare præbendas dignitates, & honores, & alia disponere de rebus ecclesiæ. suprà, e. nosti. & iuramentum recipere à vasallis. infrà, eo. qualiter suspendere, interdicere, excommunicare, vt hîc. (Inquisitionis) vt est audire accusationes clericorum. 16. q. 6. si autem. & c. Episcopus. hoc autem fateor, nam hoc benè audiet electus confirmatus, quòd sic probo, quia hoc audiet simplex sacerdos delegatus, ergò non pertinet ad ordinem. l. di. studeat. præterea quilibet iudex ordinarius, qui habet administrationem & merum imperium audit causas criminales: ergò & confirmatus, qui habet merum imperium, vt hîc apparet, quia excommunicat & consilium conuocat. infrà, eo. quòd sicut. §. pe. (ministerium) ordinare: consecrare virgines: dedicare ecclesias. 68. dist. quamuis.

CAPVT XVI.

1. Nunquid

1 *Nunquid eo ipso quod alia pars non seruat pactum: possit actor redire ad ius pristinum.*
2 *Beneficia absq; pacto aliquo dari debent & renunciari.*
3 *In vno negotio non sunt ferendæ plures sententiæ diffinitiuæ.*
4 *Excipiens de appellatione non est admittendus: quando eius non interest.*

VM INTER R. (Intitum) Quia deuictum vt instantia precum, vel propter mala, quæ sciebat de eo, & probari non poterat non liceret alij, nisi Papæ ex plenitudine potestatis, vel inuitum ab initio, sed post volũtarium de manu, per hoc videtur quòd inuestitura det possessionem, sed non est ita: vt no. suprà, de consuet. c. 2. & infrà, de his quæ fi. à maio. par. cap. ex ore. (dum viueret) infrà, de confir. vti. vel inut. porrecta. contra sol. quòd ibi dicitur in prima facie verum est, si certum sit prioratum confirmatum per Papam, tenet vt hîc.

† (Procederent) sed nonne eo ipso quòd alij non seruabant pactum, dabatur isti pristina actio. infrà, de pac. cùm pridem. nam actor qui non habet actionem ex transactione simplici, agit pristina actione, & si excipiatur de renunciatione replicabit fidem nõ seruanti, &c. C. de pact. cum proponas. & de transac. cùm mota. & si reus esset liberatus per acceptilationem daretur condictio ob causam, vt poneret se in pristinam obligationem. ff. de condi. ob cau. da. si quis. vel datur actio præscriptis verbis ad interesse. ff. de condi. causa. da. similiter. ff. de præscri. vt ob eam. Si autẽ dolo esset inductus ad transactionem, ageretur de dolo. C. de transa. actionem. Vel si non sit alia via succurrendi ei. ff. de dolo. & eleganter. §. seruus. & l. seruus. apparet autem, quòd sua intererat: ergò iustè potuit appellare. 2. q. 6. non solent. arg. ad prædicta. infrà, de iureiur. peruenit. ff. ad Velleia. similiter. C. de inoff. test. si iure. Sol. dixerunt quidam quôd si actum fuit inter partes, quòd si alia pars resiliret à pacto, tamen pœna solueretur, & pactis actoris staret. ff. de transa. qui fidem.

2 Vel dic, & melius, † quia in beneficijs non habent locum, quæ superius dicta sunt, quæ sine pacto debent dari, & renunciari. infrà, de pac. cùm pridem. arg. infrà, de transac. super eod. & cap. de cætero. Sed quare non restituitur hîc pristina actio, sicut in illa decre, cùm pridem? Respon. quòd ibi dicitur, factum est de gratia tantùm, sicut & ex decre. apparet expressè, & præterea ibi habuit possessionem, quòd non hîc, præterea ibi non restituitur ad ecclesiam, sed ad interdictum vnde vi. Sed hæc solutio non valet, quia pacto sublatum fuit interdictum vnde vi. ff. de pact. si vnus. §. pacta. Præterea iste iam vestiuerat pactum rei interuentu, puta receptione custodiæ & prioratus, vnde decætero non debebat sibi restitui prima petitio. C. de transact. si pro fundo. ff. de re. permu. l. 1. Superiora autem loquũtur, quando pactum non fuit vestitum, sed tantùm simplex transactio interuenit, ille autem clericus de quo loquitur decr. cùm pridem. suum pactum nullo modo vestierat (interesse) ex hoc loco satis apparet, quòd etiam hi quorum non interest specialiter non admitterentur ad dicendum contra electionem de forma hîc. R. senior admissus fuit, contra iuniorem, qui electus est, & dicit electionem non canonicam, quia facta est à suspensis, & super hoc auditur, sicut apparet ex sequentibus, ibi mandat, quòd si de hoc constiterit, scilicet, quòd sit â suspensis electus, quòd cassaretur, quod factum est de eo, & tamen eius non intererat, vt hic dicit. Et quidam hoc confitentur, sed qui contra dicũt, respondent huic decre. & dicunt hunc R. senioremesse monachum huius monasterij, & ideò intererat eius habere bonum abbatem.

Nec obstat quòd dicit, quod sua non intererat, quia non dicit sua non interesse, quod se non opponat R. iuniori, qui debet esse suus abbas, sed quia non intererat eius appellare responsione sui iuris, ne alius eligeretur, cùm ipse suo iuri renunciasset, hic R. senior prosequebatur appellationem contra electionem R. iunioris, sed hoc stare non potest, cum cassata appellatione, postea de interdicto agere non poterat, sed respondemus quod de interdicto agere potest post confirmationem & benedictionem principaliter agẽdo. infrà, de appe. c. constitutis. 2.

3 † (Illa) mirum videtur, quomodo sententiat per partes, imò sententiauit nullam appellationem, & tamen adhuc remanet quæstio super electione, non enim plures sententiæ diffinitiuæ in vno negotio ferendæ sunt, præterea super incidentibus quæstionibus sententiandum non est, Respond. non est sententiandum

tiandum per partes ſuper principali, puta ſi petantur centum, non eſt ferenda ſententia ſuper quinquaginta ſi confiteantur, niſi vellet pars renunciare reſiduo. ff. de excep. rei iud. l. licet. Sed dic quòd vbicunque de aliqua exceptione conſtare poteſt ſine probationibus facti, ſcilicet, per iura ne partes fatigentur laboribus & expenſis, ſtatim de illa exceptione iudicandum eſt: vt ſuprà, de conſue. cùm inter vos. ſed ſecùs vbi ſunt neceſſariæ probationes facti, cùm ibi non poſſunt ita de facili quærere, ſicut in his, quæ de iure ſunt, cùm iura debeant eſſe nota, vt liceat ſupplere de iure. Super eo verò quod dicit de incidentibus, ſic reſpondeo, ſi in modum exceptionis proponatur incidens quæſtio, puta vnius defenſio quæ competebat ex his quæ acta erant inter partes, ſicut eſt pactum de non petendo, res iudicata. Sacramenti delatio, in his incidentibus non pronunciatur. C. de ord. iud. leg. 1. & 2. C. de ord. cog. leg. 1. ſatis enim ſufficit pronunciari in principali, vt per conſequens videatur pronunciatum in incidenti.

Hoc eſt verum niſi criminalis incidat ciuili, vel econuerſo. C. adl. Iuli. de adulte. quem Alexand. C. ad l. flaui. de plag. præſes. & ſic poteſt intelligi. l. ff. de præuar. præuaricationis.

☞ †Vel dic, quòd ſi quis vult proponere de præuaricatione debet proponere in modum accuſationis, non exceptionis. vnde ſemper ſuper eo primo pronunciandum eſt, & ſic etiam poteſt intelligi quòd dictum eſt de alijs ciuili, vel criminali ſibi inuicem incidentibus. Si verò quæſtiones ſunt emergentes, quales ſunt, quæ emerguntin iudicio. VERBI GRATIA: An danda ſit dilatio, nec ne, admittendi ſunt teſtes nec ne, quis ſit in poſſeſſione libertatis, vel ſeruitutis, ſemper pronunciandum eſt ſuper emergenti, quia aliter non poſſet procedi in cauſa. ff. de li. cau. l. libertatis. §. vlt. ff. vti poſſi. l. 1. §. 1. ff. de iud. de qua re. niſi conditio iudicij vel rei impediat. C. de ordi. iud. leg. 1. & 2. & talem dicere poſſumus, vbicunq; dicitur aliquam exceptionem non eſſe admittendam, vel replicationem, vel etiam actionem, vel libellum, vel aliquid tale, illud ſtatim debet expediri, antequàm ſuper ipſa exceptione, vel alio proposito probationes recipiantur, cùm & ſi reciperentur non adminicularentur intentioni. C. de prob. ad probationem, infrà, de teſtib. veniens. ff. de offic. aſſeſ. leg. vnica.

4 †Et ita eſt hîc, vbi dicitur non tenere appellationem, & non profuturam appellanti, etiam ſi conſtaret de ea, & ideò non eſt admittendus excipiens, vel proponens de ea, ſcilicet, quia eius non intereſt: ſed & ſi dicatur appellatio iuſta, & ideò impedire quòd ſecutum eſt, tunc cùm principalis quæſtio ab illa ſeparata ſit cauſa appellationis ſuper ea ſententiandum eſt, & ſic hîc erat, proſequebatur enim appellationem, & ideò dicebatur non valere electionem, quæ erat ſequuta poſt appellationem. Benè ergò fecit iudex, ſi ſententiauit appellationem iniuſtam, & per conſequens non impedire electionem ſequutam. Aliud autem quòd propoſitum erat contra eandem ele. ſiue in modum exceptionis, ſiue in modum denunciationis, vel accuſationis non diffiniunt, quia ſibi non conſtitit. hic R. ſenior non proſequebatur appellationem contra electum R. iunioris, ſed hoc ſtare non poteſt cùm caſſata appellatione poſt ea de interdicto agere non potuiſſet, ſed reſpondeo quòd de interdicto agere poteſt poſt confirmationem & benedictionem principaliter agendo. infrà, de appel. conſtitutis (interdicto poſito) & non ſeruato à monachis electoribus: vnde ſunt interdicti, quòd notandum eſt & inter eos erat electus R. (ſuis) ſcilicet, præpoſiti & capituli. Iſti enim ſcripſerunt domino Papæ quomodo Cardinales miſerant literas de interdicto, quæ quidem præſumptionem inducebant, ſed & in contrarium benedictio Epiſcopi aliam præſumptionem inducebat, ſcilicet, quòd eccleſia vbi benedixerat interdicta non eſſet, de qua tamen dicebant literæ, quod erat interdicta, vel quòd R. non eſſet interdictus, & quia neutra alteram vincebat recipiuntur probationes. argu. ff. de in integ. reſtitu. diuus. infrà, de reſti. ſpolia. literas (literis) hæ literæ teſtimoniales inducebantur ad probandum locum, vel monaſterium interdictum, & ideò interdictos & ſuſpenſos electum & electores, quia ibi celebrauerant (conſulebatur) hæc ſeniori reſtituta ſunt priora tus & cuſtodia vt in integra continetur.

CAPVT XVII.

QVA-

QVALITER. (Immiſcuit) infrà, eo. quòd ſicut contra. & c. nihil. contra. ſuprà, de conſue. cùm venera. vbi not. de hoc licet permittat ſe inſtallari propter hoc non dicimus eum ſe immiſcere propter conſuetudinem quæ hîc habet arg. ff. de leg. minimè. ff. de acqui. hære. pro hæred. C. de tu. qui non ſatiſd. tutor. (tenere) quia non fuit electio confirmata: aliàs ſecùs. ff. de offi. præto. Barbarius. infrà, de iure patro. conſultationibus.

3 *Nunquid eo ipſo quòd admoniti nolunt redire qui præſentes ſunt poſſunt eligere: & an tres citationes, vel vna peremptoria ſit neceſſaria. item citatus eſt quis ad diem vſque ad quam horam diei expectari debet, vide in nu. 4. & 5.*

6 *Nunquid exiſtentes omnes de capitulo negligentes vno excepto, an ille ſolus poterit eligere.*

CAPVT XVIII.

1 *Decano abſente poteſt procedi ad electio.*

VM INTER. † (Ad decanum) no. quòd abſente decano, qui eſt honorabilior perſona in capitulo, procedetur ad elect. infrà, de conceſ. præb. poſt elec. & ad vocandum capitulum pro eligendo (intimatum) nobis capitulo capuano (cognouerit) nec tamẽ venire cogebantur ſi eſſent in loco vbi citari deberent niſi ſpecialiter vocarentur cum dicat conſtitutio vocatis qui poſſunt &c. infrà, eo. quia propter. quare enim nuncium expectarent, ſi non eſſet dies ☞ præfixus. Ille autem qui procurat ne citatio ad eum perueniat: quia latitat vel eo faciente cognoſci non poteſt vbi ſit. ff. de euic. ſed dictum. §. ſi præſente. infrà, vt lit. non conte. quoniam electionem impedire non poteſt (aſſumatis) & alijs abſentibus, ſed nonne ex quo nuncium miſerant debuerunt expectare. infrà, de offi. leg. licet. 3. q. 6. multum. Reſpon. non: quia non debuerunt citari, vel iſti etiam in termino aſſignato non iuerunt: ſed iterum mandauerunt quòd expectarentur. & fortè cauſas abſentiæ aſſignabant & habebant iuſtã excuſationẽ: & videbatur quòd ex quo vocati eſſent ſemel, & habebant iuſtã excuſationem quòd iterum debebant expectari ſed hoc non obtinet: quia citatio fiebat ☞ de gratia. †Item in electione eſt ſpeciale: vt ſi legitimo impedimento detineatur quòd non expectetur ſi procuratorem conſtituat. infrà, eo. quia propter.

CAPVT XIX.

1 *Valet appellatio quandoq; adhoc ne electio fiat in certo loco vel certo tempore.*

2 *Si is à quo appellatur aliquid fecit extra iudicium contra appellationem id tantum reuocatur & non alia quæ fecit poſt appellationem.*

VM NOBIS. (Appellationem) non videtur quòd talis appellatio poſsit habere locum, quia ſi ſequitur electio canonica non fit contra appellationem, ſi ſequitur electio non canonica etiã præter appellationẽ caſſaretur, vt no. inf. eo. auditis (canonicę) appellatio enim talis ſola ea caſſat quæ fiunt illegitimè. infrà, de reſti. ſpo. audita, ſecùs in noui operis nunciatione. infrà, de noui oper. nunciatio. c. 1. (nulla.)

†Hæc appellatio benè tenet aliquando ne fiat electio in certo loco, vel certo tempore, vt ſi tunc temporis, vel eo loco timetur impreſsio facienda. 23. diſtinctione. 3. infrà, eodem. bonæ memoriæ Magun. Sed contra. infrà, de his quæ fiunt à maio. par. capitu. c. cùm in cunctis. vbi diximus. † quòd non valet appellatio facta extra iudicium, ſi non probetur vera cauſa, ex qua appellatum eſt: ergò non valet appellatio, quæ fit propter timorem impreſsionis, niſi ſequatur impreſsio. Solut. iuſta cauſa eſt quare non fieri debet electio, iſtius timor impreſsionis ſecuturæ & imminens non vanus, & ſi, non ſequatur impreſsio, dummodo veriſimile & probabile ſit, quòd timoris effectus ſequatur, ſi ibi fiat electio, & ideò ſufficit probare hanc cauſam, ſcilicet, iuſtum timorem, hæc eſt enim cauſa, quę iuſtam facit appellationem. ar. ff. quòd metus cauſa. metum. infrà, de appel. bo. memo. Alij dicunt contra, quòd non valet appellatio, niſi ſequatur impreſsio.

2 (†Contra formam) hîc not. quòd ſi ille, à quo appellatur extra iudicium aliquid facit contra appellationem, illud ſolùm reuocatur de non alia, quæ fecit poſt appellationem, etiam ſi iuſta eſt appellatio. Vnde ſi aliquis appellat ne capitulum procedat ad electionem per compromiſſum, & capitulum non obſtante appellatione compromiſerit, ſed compromiſſum non habuit effectum, vel quia compromiſſarij non concordauerunt, vel quia electus ab eis aliquid noluit acceptare electionẽ, nam in his caſibus ſi poſtea capitulum eligat

eligat alium vocato prædicto appellante, & contemnente intereſſe, innitens ſuæ appellationi, tenebit electio. Nam quòd factum eſt illegitimè, ſcilicet, proceſſus compromiſſariorum caſſabitur, & quòd benè factum eſt, ſcilicet, electio poſterius facta erit rata, & eodem modo, ſi quis appellet, ne capitulum admittat talem, quia eſt excommunicatus, & capitulum eum admittat ignorans eum excommunicatum, & cum eo ad electionem procedat, electio quidem valebit, quia canonicè facta eſt, quia non eſt iuſta cauſa appellationis, quare capitulum non debeat procedere ad electionem, vel quòd non teneat electio, quia excommunicatus intereſt.

† Sed cauſa iuſta eſt, ſi ſcienter eum excommunicatum admitterent. infrà, de procu. c. fi. in hoc autem benè fuit iuſta appellatio, quia vox eius non præſtaret ſuffragium, & quantum ad illud benè valet appellatio, & benè transfert negotium ad ſuperiorem. Simile dico ſi appelletur à mero proniſore, ne det alicui præbendam quæ non noceat, & poſtea det ei canonicatum ſecundum quod poterat ex vi reſcripti, & præbendam non vacantem, quam dare non poterat ſola collatio præbendæ, quæ eſt iniuſta reuocabitur, & collatio canonicatus qui eſt iuſtus rata erit. arg. infrà, de præb. relatum. & c. dilectus filius. Et idem eſt ſi coram receptore teſtium appelletur, ne recipiatur teſtis talis, quia eſt excommunicatus, & ipſe nihilominus recipiat illum & alios, illius receptio caſſabitur, & aliorum receptio rata erit, & idem eſt in omnibus ſimilibus, ſecùs autem eſt, ſi in iudicio appelletur, quia tunc qui in vno articulo appellauerit, quia vocatus ad locum non tutum, vel recipit teſtem quem conſtabat excommunicatum vlterius quicquid fecerit poſt talem appellationem in tota eadem cauſa totum reuocabitur, ſecùs autem eſſet ſi coram eodem iudice quis haberet duas cauſas, etiam ſi vna eſſet conuentionis, & altera reconuentionis, licet tamen appellet in vna tenet proceſſus, in alia tamen poteſt dici, quòd etiamſi coram iudice proponeretur, quòd eſſet excommunicatus, & appellaretur, ne reciperetur tamen valet eius receptio, niſi incontinenti haberet paratas probationes. in Authen. de teſti. §. ſi verò. & §. ſemper, quia non fit ſibi præiudicium ex receptione, niſi iudex ſequatur dictum eius. infrà, de reg. iur. c. 1. & idem in ſimilibus, vbi non fit præiudicium, licet poſsit fieri & periculum, & damnum eſt in mora: non tamen contra. Sed contra videtur, ſcz. q, appellatio hæc ſufficeret ad caſſationem electionis, quia electio non tenuit, cùm tamen poſtulari non debuerit in minori ætate conſtitutus. infrà, eo. dudum. ſuprà, eo. cùm in cunctis. Sol. verè allegatio ſufficiens eſt, ſi habeatur reſpectus ad veritatẽ negotij, quia verè minor erat, ſed ſi haberetur reſpectus ad aduerſarios, vera non erant, quia hoc non allegabant, ſicut enim hîc dicitur nihil contra perſonam dicebant, vel dic, quòd licet Papa non confirmauerit eum, nõ tamẽ fuit probatũ eum minoris ætatis.

3 † (Reuocare) ſed nunquid eo ipſo, quòd volunt redire ad tractandum de electione poſſunt procedere, qui præſentes ſunt, & videtur quod non, nam quis conſtituit eos iudices ſuper alios, quis dedit eis poteſtatem citandi cùm par in parem non habet imperium. infrà, eo. c. proxi.

4 † Item an ſunt neceſſariæ tres citationes, vel vna peremptoria. 24. q. 3. de illicita.

5 † Item ſi citati ſunt ad diem vſque ad quam horam * diei expectabitur? Reſpon. quod non ſunt citationes iſtæ, quæ fiunt cum canonicis, ſed ſunt denunciationes, vel monitiones, quas poſſunt facere non ſolùm iudices, ſed etiam pares, vel minores, & illi tantùm, qui præſentes ſunt licet pauci, & vnus ſolus, ſi alij nõ ſunt præſentes, alios reuocabunt. arg. 10. q. 2. hoc ius. ſuprà, c. proxi. & tales ſunt hæ denunciationes, quales illæ quæ fiunt venditoribus. ff. de euict. ſi rem. §. vlt. &. l. ſi dictum. §. ſi præſente. & l. Herennius. & dicimus, quòd non ſunt neceſſariæ ſolẽnitates peremptorij, & trium citationum, ſicut in iudicijs, ſed ſtatim non venientibus vocatis, poſſunt procedere præſentes. inf. eo. quod ſicut. §. ſi autem. arg. ſup. de poſtu. bo. memo. vltra medium. inf. de teſti. c. 2. De gratia tamen inuenimus, aliquando plures vocationes fieri. 63. di. plebis dioce. Nec propter hoc dicuntur præſentes eſſe iudices abſentium, ſed ius hoc, ſcz. citandi habent à iure. 65. diſt. c. fi. 10. q. 2. hoc ius. ff. quòd cuiuſ. vni. ſicut. & dicimus, quòd ſi præſentes in die citationis mane celebrata miſſa ſpirituſſancti procedant ad electionem, non retractari prætextu abſentium, nam dicatur debere expectari finem diei. infrà, de offi. dele. conſuluit. arg. C. de iudi. properandum. 2. quæſtio. 6. appellatione. ff. de verb. obl. inſulam. ff. de excu. tut, non tantùm. 16. quæſt. 3. placuit.

Non eſt

* *Ad quam horam. Adde Pe. de Anch. in c. cùm epiſcopus. infrà, de offi. ord. in 6. qui dicit allegãdo Inn. hic, quòd citatus ſimpliciter intelligitur citatus propria hora, qua iudex ſolet ſedere. & adde Abba. in hoc. c. & ibi Fel. in c. 2. infrà de teſti. cogen. & Fel. in c. cùm M. Ferr. colum. 2. ſup. de conſti. & dum in litera præcedenti quæritur, an ſint neceſſariæ duæ citationes vel vna adde Felin. & ibi cõcor. in c. ex literis. col. 4. ver. in glo. 1. in fi. ſuprà de conſtit.*

Non eſt verum propter miſſam, quæ conſueuit ibi dici propter ſobrietatẽ, quæ ibi exigitur. nam ad ea quæ, etc. ff. de leg. nam ad ea, ſed conſultius facient, ſi expectabunt ſequens mane. arg. decre. conſuluit. Nec erit neceſſaria alia citatio, vt eadem decre. dicit. Alij dicunt, quòd debẽt expectare circa finem diei, vt in decr. conſuluit, ita quòd nec præcipitanter feſtinẽt, nec nimia cunctatione retardent. ff. de admi. tu. tutor qui re. §. 1. Sed omnibus his videtur contra. inf. eod. cùm in veteri. vbi caſſatur electio, quia vltra terminum, quẽ ſtatuerant elegerunt, nec expectauerunt conſilium conſiliatorum domini Papæ. Sed reſpõ. quia ibi peccauerunt multipliciter eligentes, nam in tractatu nõ requirierunt conſilium conſiliatorum. † Item licet poſsint eligentes ſibi præfigere terminum ad eligendum, non tamen poſſunt præfigere conſiliatoribus à Papa deputatis, quia alio iure quàm canonici in electione cenſentur.

6 † Sed quid ſi omnes negligentes ſint excepto vno, nõnne ille ſolus poterit eligere? Reſpon. ſi finis labatur termini ſtatuti à iure ad electionem poterit ipſe ſolus eligere. 65. di. c. vlt. arg.

Hoc eſt hîc verum etiam, ſi aliqui ſint abſentes, & non citati, cùm ipſe ſolus alijs abſentibus nõ poterit citare, tempus enim à canone ſtatutum interpellat pro eod. C. de contrahen. ſtipu. magnam. Item qui ſcit certiorari non debet. ff. de acti. emp. & vend. l. 1. Nec obſt. decre. inf. eod. quod ſicut. quia loquitur, quando fit electio, an terminum canonis, quia tunc ſunt omnes vocandi, & valet ad hoc, quia ius vniuerſitatis recidit in vnum. 65. diſt. c. fi. ff. quod cuiuſq; vni. ſicut.

† Sed nunquid minor pars, vel vnus ſolus reſidens ad terminum non ſtatutum à iure, ſed quem ipſe præfigat alios non reſidentes, nec ad terminum venientes poterit vocare, & alijs non venientibus eligere. Dicunt quidam quòd ſic, quia in omnibus recidit in eum ius capituli. arg. 65. diſt. c. fi. Sed tutius eſt, cùm hæc ſit res grauis, & magna deliberatione egeat, & in mora non ſit periculum graue, cùm non tranſeat tẽpus eligendi, ſed ſi minus quàm duæ partes venerunt eorum, qui vocandi erant, quòd expectent vſq; ad terminum à iure præfixum, hoc tamen ſaluo, quia ſi ibi eſt prior, qui velit alios vocare, quod poſsit, vt not. inf. de maio. & obe. c. 1. (ex officio) not. inquiſitionem fieri ſine infamia de hoc no. ſup. de poſtu. l. 1. in prin. (eminentis) de ſcientia quæ ſit eminens quæ ſufficiens no. 36. di. c. 1. & ſup. eo. cùm in cunctis. (ipſum) ſcilicet, præpoſitum (perdurante) vbi, ſcilicet, eis nõ liceat variare electionem de alio (concedimus) diſpenſatiuè (adminiſtrationem) dicunt quidam per hæc verba dari confirmationem. inf. de æta. ex ratione, ſed nos tantùm eum viſitatori comparamus.

CAPVT XX.

1 *Non licet alicui niſi Papæ diſpenſare cum illegitimis, vt habeant dignitates, & curam animarum.*
2 *Peccat qui defectum quod eſt in ſe non patefacit in electione quæ ſit de perſona eius.*
3 *Decretum debet continere totam ſeriem & formam electionis nomina eligentium & eorum conſenſum & ſubſcriptiones cuiuslibet, & nomen electi debet continere, & ad quam dignitatem eſt electus, & quòd ſcriptura illa ſit facta per publicam manum, vel per duos idoneos viros, & ſigillum capituli apponatur.*
4 *Decretum non eſt Authentica ſcriptura, vbi lis eſt ſuper eadẽ electione eccleſiæ.*
5 *Nunquid ſi canonici depoſito Epiſcopo eligant antequam recipiant literas Papæ de admonitione: Papa verò poſt literas reſtitutionis ipſius mittat, valet electio.*
6 *Capitulum cui ſpectat de iure communi ſi eligat antequam Papa, & Papa ſimiliter ad quem ſpectat de plenitudine poteſtatis, poſtea eligat, debet electio capituli confirmari cùm ſit canonica & ſuam caſſare factam ex plenitudine poteſtatis.*

INNOTVIT. (Diſtuliſti) Sed nunquid Archiepiſcopus potuit diſpenſare ſicut in minori ætate diſpenſant Epiſcopi confirmando minores electos in archipresbyteros. inf. de æta. præterea. diſpenſant Epiſcopi cõfirmando filios ſacerdotum. inf. de fil. presby. veniẽs. & cum adulteris, & alijs criminoſis. inf. de iud. at ſi. & cum corpore vitiatis. inf. de cor. vitia. c. 1.

† Reſpon. quòd nunquam licet alicui, niſi Papæ diſpenſare cum illegitimis, vt habeant dignitates, & curas animarum. inf. de fil. presby. c. fi. imò Romana eccleſia, vt quidam dicunt, quod nõ eſt verum, ſeruat quòd ſolus Papa poteſt diſpenſare cum illegitimè natis, nam maiores quæſtiones, & ſanctiones, ſicut quæ fiunt in electionibus Epiſcoporum, ſedi Apoſtolicę, ſeruantur. inf. de transla. Epiſcopi. inter corpo. de app. vt debitus. 17. diſtin. de multis.

 † (Qui



a *Cùm non sit. Et sic Papa nõ ꝑsumitur vti plenitudine potestatis. Adde Bal. in l. si testiũ. C de testib. & m. pæ. feu. col. 12. Abba. in cap. ad hoc. sup. de rescri. Lud. Ro. in l. 3. §. nũciatio. col. 4. ff. de noui op. nũc. & Feli. in c. 1. col. 8. circa fi. sup. de consti. & ibi concordantes. & in c. quæ in ecclesiarũ. col. 18. post prin. sup. de consti.*

b *Sed tantũ ex causa. Adde eundẽ Innoc. in c. constitutus. de relig. domi. post gl. ibi. & Legistas. in l. fi. C. si contra ius vel vti. pub. Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de leg §. nũc ostenden dũ. ver. 63. et Alex. de Imo. in cons. 1. col. pẽ circa prin. in 2. volum.*

2 †(Qui cõscientiam) nisi dixisset peccasset. l. dist. ex pœnitentibus. 8. dist. priusquàm. si tamen fuisset confirmatus, licet peccasset, quia tacuit irregularitatem, si post dispensetur cum eo, tenet quod factum est. inf. de renun. nisi cùm pridem. §. personæ.

Et hoc intelligunt quidam, cùm ille, qui dispensat habet potestatem dandi sibi dignitatem, vel beneficium super quo dispensat, sicut Papa habebat: si autem non haberet potestatem dandi sibi dignitatẽ, vel beneficium super quo dispensat, secùs dicendum est, quia non intrauit per portam. Quidam tamen contradicunt & benè, quia ex quo ipsi eligendo fecerunt, ꝙ potuerunt quandocunq; superior dispensat licitè tenebit Episcopatum. inf. de renun. nisi.

3 †(Decreto) vbi debet tota series & forma electionis contineri, nomina eligẽtium & consentientium subscriptio cuiuslibet, & debet esse factum tabellionis manu, vel alicuius Authenticæ personæ, vel sigillatum sigillo cuiuslibet, & credimus decretum de solennitate esse, non de substantia. arg. 61. dist. Episcopus. Itẽ credimus, quòd decretum potest fieri incontinenti facta electione, & etiam ex interuallo, & post recessum aliquorum canonicorum, qui fortè tantùm causa electionis veniẽt, & idem dicimus, quòd decretũ fit etiam sine subscriptionibus eligentiũ, ☞ vel sigillis. Sufficit enim, quòd capitulum ad quod pertinet electio suo sigillo sigillet, vel etiam aliquo alio publico, vel Authentico sigillo faciat sigillari, vel per manum tabellionis Authenticari, est tamen ordinarium, quod electores subscribant, & dicitur huiusmodi litera sic Authentica decretum, quia in ea continetur ordinatio ecclesiæ, scilicet, series electionis, deriuatur enim à decerno. i. ordino vel dispono, & credimus, quòd melius sit decretum per capitulum quàm per compromissarios, quamuis & per eos possit fieri, dummodò illud capitulum approbet expressè.

4 †Item no. quòd decretum non est Authentica scriptura, nec sufficiens probatio, vbi lis est super eadem electione ecclesiæ, sed tantùm est testimonialis litera, ☞ sicut ex ipsius tenore apparet. †Item arg. ad hoc, quia præter decretum debent discretæ personæ mitti, quæ superiorem instruant tam super electione, quàm de persona. inf. eo. nihil. §. fi. & sup. eo. de postu. bonæ memo. in princ. (asserunt) in literis transmissis (consimili) sup. eo. cùm in cunctis. (par) 21. dist. inferior. ff. ad Treb. illo à quo. §. tempestiuum.

Et hoc verum est, nisi se ei subijciat. ff. de iurisd. omn. est receptum. 2. q. 7. nos (si in schoʼis) & contra. ff. de castren. pecu. milites. (in canone) sup. eod. cùm in cunctis. (ignorantiam) sup. de postu. c. 1. (petendã) no. procu. non admitti ad impetrandam gratiam, nisi habeat ad hoc mandatũ speciale à domino, aliàs tamẽ si fuissent missi ad eligendum simpliciter, benè potuissent postulare. inf. eo. in causis.

5 †(Ordinationem) ar. ad quæstionem dominicalem, qua quæritur, si canonici depositio Episcopo eligant antequam recipiant literas Papæ de admonitione, & post Papa mittit literas restitutionis ipsi⁹, vtrum valet electio? Et quod non valet. arg. hîc. 8. q. 4. c. vlti. C. de manda. princ. l. 1. arg. contra. 7. q. 1. eos. ff. de decu. l. 2. C. de accept. neq;. Item nisi hoc decretum præcessisset, statim facta cassatione, poterant aliũ eligere, secùs esset, si esset in possessione corporali, & fuisset depositus, quia tũc cùm fuisset in possessione corporali, non est alius eligendus, nisi primò possessionẽ dimittat, vt no. inf. de concess. ꝓben. cum nostris. & c. literas. quod non credo, scilicet, quòd aliud est si possidet.

☞ †Item quòd facta electionis cassatione & prohibitione, quod possent aliũ eligere, cùm enim simul, & sic publicè cassetur & potestatem eligendi protrahat, si ante tempus receptionis literarum electionem interim facerent, non teneret, quia scientes hanc prohibitionem præsumerentur inobedientes, & contemptores mandati Apostolici, nec admitterentur probationes eorum, si ignorantiam allegarent propter coniunctionem cassationis & suspensionis, sed si non publicè, vel simul fecisset cassationem electionis & prohibitionem electionis, teneret electio quam hîc ignorantes fecerunt, quia de iure cõmuni eam fecerunt, & mandatum Papæ, quod de plenitudine potestatis fecit, non eos ligauit cùm nesciunt, nec scire potuerunt, vel debuerunt impediente temporis breuitate, nec enim debent suspicari illi, ad quos de iure communi spectat electio, quòd Papa de plenitudine potestatis illa
a electione vtatur, cùm non sit a ea vtendũ
b generaliter, sed tantùm ex causa b. †Et ideò crederem, licet in hoc forsitan non creda-

a credatur a, quòd & si capitulum ad quod spectat de iure cõmuni antequã Papa eligat, & Papa similiter ad quẽ spectat de plenitudine potestatis, postea eligat, quòd electio capituli debeat confirmari, cùm sit canonica, & suam cassare, factam ex plenitudine potestatis. arg. inf. de reg. iur. omnis. aliàs enim valdè absurdum sequitur, quod electionem canonicam casset, quod esse non debet. sup. eod. postquam. nam mandatum non debet ligare, nisi ex quo ad eos peruenit. ff. de acquir. pos. qui absenti. & fortè alij aliter dicunt, sed si Papa primò eligeret, & postea capitulum ignorans electionem à Papa factam, idem dicunt quidam, & malè. Nam in hoc casu cum iusta ignorantia sunt ducti capitulum videtur, quod sit canonica eorum electio. Sed posset responderi, non esse canonicam, quia post aliam facta est licet capitulum non sit in culpa, & quia suspẽsis ab eligendo electio facta est. Papa enim eligendo alijs aufert potestatem eligendi. Item videtur si dixit animo auferendi sibi electionem, priuamus eos hac vice potestate eligendi, si de hoc constat. Et de hoc satis plenè innuit. l. præal. ff. de acquir. pos. qui absenti. vbi mentem mittentis considerandam ostendit. Hoc etiam ex verbis hîc positis satis apparet, quod statim valebit eis auferre potestatem eligendi, etiam ante præsentationem literarum.

a *Nõ credatur. Adde ꝙ Inno. hic de seipso loquitur, vt refert Feli. in c. 2. col. 20. ver. de diuersorũ librorũ. sup. de rescri. & latius atte statur ꝙ dicit Host. & Ioã. And. post eũ in c. solet. de sent. excõ. in 6. se multotiees audiuisse ab Inno. ꝙ nolebat ꝙ hæ suæ gl. facerẽt ius. & dicit Feli. in loco præallegato. & in c. ne innitaris. col. 1. in fin. sup. de consti.*

CAPVT XXI.

1 *Crimen in modum exceptionis probatum in vno iudicio præiudicat in altero.*

2 *Electio non est facienda de aliena ecclesia quandiu reperitur idoneus in eadem.*

3 *An eo ipso quod quis elegit confirmasse videatur.*

4 *Non est sufficiens causa appellandi quod de aliena ecclesia quis eligatur.*

CVM INTER EA. Inscriptum hoc non sufficit, imò necesse fuit, quòd publicaretur electio. sup. eod. cum terra. inf. eo. quia propter, sed sicut ex sequentibus apparet solenniter fuit electus, aliter enim olim non expectaretur consensus eius, quia nihil iuris haberet ex solis consensibus, sed hodie contra. inf. eo. publicato.

1 †(Recusatus) si de hoc constare ineligibilis esset. arg. sup. eo. super eo.

Quod verum credo, si in iudicio repulsus esset, secùs si aliter, imò plus dicimus quòd si alicuius electio cassaretur propter infirmitatem, vel corporis vitium, & post cassaret illud vitium, non remoueretur à secunda electione, licet à prima remotus fuerit per sententiam, nec contradicit. sup. eod. super eo. quia ibi loquitur de amotione, quæ fit propter pactũ cum infamia remaneret etiam post sanationem, id est, post pœnitentiam. 1. q. 1. ve-
2 rum est (nec ad ecclesiam) † hîc habes, quòd non semper prævalet electio, de eadem ecclesia facta. ad idem. inf. eo. in causis. ad hoc dixerunt quidam, quòd si duæ partes conueniunt in extraneum, tenet electio extranei, vt hîc. Nam duæ partes instar totius obtinent. C. de decu. nominationem. sup. eo. licet. ff. de decre. ab or. fa. l. 3. Alij dixerunt, quòd semper tenet electio de eadem ecclesia, dummodò vnũ duo eligant. arg. 61. dist. nullus. & c. obitum. 63. dist. literas. C. de Episc. in ecclesia. 7. quæstio. prima. deniq;. Nos dicimus, quòd siue de eadem siue de aliena ecclesia semper tenet electio facta à maiori & saniori parte capituli. arg. hîc. inf. e. in causis. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. cùm in cunctis.

Est tamen verum, quòd semper de eadem debet assumi, si ibi reperitur idoneus, si tamen contrarium fiat tenet (pro parte sua) id est, pro se, solus enim erat.

3 †(Confirmauit) sed nónne eo ipso, quod eligit, intelligendum est confirmasse? & dicimus quod sic, vbi eodem iure ad eum pertinet electio & cõfirmatio. VERBI GRATIA: Quia aliquis ex cõcessione habet electionem & confirmationem. ar. 63. dist. in Synodo. ff. de accu. l. 3. vbi verò diuerso iure, vt hîc, quia electio ad eũ spectabat ex compromisso, & confirmatio authoritate sedis Archiepiscopalis, secùs. arg. sup. eod. cùm inter vniuer. inf. de concess. præben. postulastis. inf. de fi. instr. inter dilect. circa fi. ver. cæterùm. ff. quando app. sit. l. 1. inf. eod. quod sicut, & eadem ratione, si in consecratione excipiatur cõtra eum audiatur, quia facit tanquam alius. 4. quæstio. septima. §. tria. (discretioni vestræ) hæc quæstio delata est ad Papam capitulo nolente recipere electum per Archiepiscopum (consenserit) præteriti perfecti (epilentico) arg. 33. dist. maritum. (clerici etc.) not. non sufficit appellare extra iudicium assignata iusta causa, nisi sit vera, vt not. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1.

4 †(Exalijs) & sic habes hîc, quòd non

est sufficiens causa appellationis, quòd de aliena ecclesia eligatur. (Causis) sed licet ex vi appellationis non possit opponere aliquam de prædictis exceptionibus, quia non licet aliàs prosequi, nisi aliàs, quæ sunt expressè in app. inf. de app. constitutis, tamen quascunq; alias exceptiones tam cõtra formam, quàm contra personam poterit proponere, antequam confirmetur, vel consecretur. inf. de accu. super his. & not. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. vbi not. quòd non sufficit extra iudicium appellare ex causa legitima, nisi & illa sit vera, vt hîc. Imò plus dicimus, quòd etiam si obtulisset se velle probare incontinenti veritatem causæ, tamen non reuocabitur electio post talem appellationem, nisi statim probetur, & veritas causæ non obstat. inf. de appel. interposita, quia ibi loquitur de appellatione, quæ fit in iudicio, & facit ad hoc, quia quamuis appellans offerat se velle probare, tamen non est coram quo probet, quia capitulum, vt pars capituli, quæ contradicit non est in hoc idoneus iudex, quia nec appellans tenetur coram appellato litigare, nec appellati tenentur, si volunt probationes huius recipere, probationes enim superiori & communi iudici reseruantur. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. cùm in cunctis. sed si appellans & appellatus conuenerint, quod vel coram ipsis appellatis vel alijs recipiantur probationes super veritate causæ, tunc satis potest concedi, quod non valet electio interim facta, quia lite pendente nihil innouandum est. arg. inf. de offic. leg. licet. 4. quæstio. 6. dudum. sed quid si appelletur à confirmatore, ne confirmet, quia morbo epilentico laborat. Respon. idem, quia confirmatio postea facta tenet, nisi veritas causæ probetur, sed si coram confirmatore offerret se probaturum veritatem causæ, tunc secùs dicerem, quia cassaretur confirmatio, postea habita etiamsi non probaretur veritas causæ. inf. de appel. interposita, & est ratio diuersitatis, quia hîc cõfirmator erat legitimus iudex, & ideò poterant coram eo probationes induci, & hæc appellatio rectè dicitur in iudicio emissa non extra iudicium, sed superior appellatio, de qua hîc loquitur extra iudicem emissa est.

☞ †Sed quid si ad Episcopum pertinet collatio præbendæ, vel dignitatis, & tunc cùm Episcopus crederetur paratus conferre alicui criminoso, venit aliquis & dicit domine, intellexi, quòd vos vultis tali conferre talem præbendam quem ego dico vobis criminosum, & paratus sum incontinenti probare & appello si de eo prouideatis. Respon. quidam quod quicquid fit post talem appellationem cassandum est, tamen alijs videtur & fortè melius, quod cum prouisio, vel collatio quam facit Episcopus, non fiat in iudicio, nec ordine iudiciario seruato, quod quãtumcunque proponat iustam exceptionem, & etiam si se offerat eam probaturum, non tamen cassabitur, quòd fit post talem appellationem ex ea causa interposita, nisi probetur veritas, secùs autem est, quando aliquis petit prouisionem authoritate literarum domini Papæ, tunc debet audiri excipiens contra talem, & potest appellari, nisi audiatur. inf. de appel. dilectus. Et est ratio, quia ordine iudiciario procedit. de hoc not. inf. de app. constitutis. inf. de concess. præb. proposuit. (non compromiserũt) maximè. idem est enim, & si compromiserunt partes, post publicationem enim electionis non est licitum variare. ff. de ser. rusti. præd. l. per fundum. inf. eod. publicatio. inf. de iure patr. pastoralis. & hoc sonat litera sequens consentire volente, idem etiam dicimus in electione canonicorum. arg. 2. quæst. 5. ei qui. ver. nominationes. C. de appel. qui ad ciuilia.

Potest etiam intelligi, quòd si cõpromisissent, tunc quando electus erat negligens in consentiendo, nam tunc, quia electio facta ab Archiepiscopo teneret, etiã si Præpositus modò consentire vellet non posit, nam quia culpabilis fuit in differendo consentire licitum fuit electoribus compromittere, cùm nihil iuris haberet electus, & etiam si voluissent iam eligere potuissent, vt no. sup. eod. cùm in cunctis.

Sed oppones, si hoc est, quare ergò daturis potestas iterum consentiendi? Respon. hoc est ideò, quia nondum renunciauerat, & tamen quia Episcopatus adhuc vacabat consentire poterat. ff. de op. leg. mancipiorum. C. de repu. hær. l. fi. † Vel dic, quòd secundum hæc iura licebat electoribus non solùm post publicationem votorum, sed etiam post solennem electionem ante consensum electi, & sua vota in alium mutare, & super electionem cõpromittere. arg. hîc, & sup. eod. cum terra. sed hodie correctum est. inf. eod. publicato. (& si) id est, quamuis (volente) aliud in postulatione. suprà, de postu. bonæ. 2.

CAPVT

CAPVT XXIII.

1 *Eligentium numerus & authoritas attendi debet.*
2 *In electo attenduntur merita, quæ in scientia, moribus, vita, et ætate consistunt, sitq; de legitimo matrimonio natus.*
3 *Indignum eligentes sunt ipso iure priuati potestate eligendi.*
4 *Iudex debet mittere acta causæ, ad hoc vt Papa sufficienter instruatur de ea.*
5 *Episcopus dispensare non potest super electo in præiudicium alterius.*

DVDVM. (Conscientias) 2. quæst. 7. si qui sunt. (se asseruit) erat enim cõmissa causa, vt si displiceret partibus audire diffinitionem eorum causam instructam remitteret (numerus) & licet de numero & zelo, & alijs quæ circa electos, & eligẽtes attendi debent, non posit certa regula dari, quædam tamen de eis notabimus, vt per eam informetur iudex, quid faciendum, & quid præeligendum existat.

1 †Igitur circa eligentes attende numerum, qui consistat in quantitate, & attende authoritatem, quæ consistit in partibus, & in qualibet dignitate, & in maioribus ordinibus, & etiam prouectiori ætate, & in tempore ordinationis, vt hîc. 74. dist. Episcoporum. consuluit. & in religione. 23. dist. in nomine. & sic concurrant adinuicem numerus, & authoritas, numerus maior præfertur, nisi pauciores ita authoritate polleant, quòd eorum authoritas sit multitudini præferenda. inf. de testi. in nostra. inf. eod. ecclesia vestra.

2 †Circa electum attende merita, quæ consistunt in scientia, moribus, vita, & ætate, qui natus sit de legitimo matrimonio. sup. eod. cùm in cunctis. 38. dist. quæ ipsis omnes fallentes. 8. quæstio. prima. licet. ☞ †zelus autem eligentium sciri non potest, nisi per præsumptiones, sed ex præsumptionibus, vel bonus, vel malus zelus præsumitur. C. de dol. dolum. Hoc autem scias, quòd maior pars semper præsumitur habere bonum zelum. inf. eod. c. fi. nisi hanc præsumptionem elidant impedimẽta, quę sunt in electo. inf. e. c. fi. Cùm enim diligenter debeant electores de eo, qui sibi præficitur inquirere. 8. quæst. 2. c. fi. præsumuntur scire impedimenta electi, nisi probetur contrarium. sup. eod. innotuit. Vel nisi præsumptionem illam alia præsumptio elidat. inf. de præsump. Quia & consistit zelus in intentione, vt 8. quæst. 2. dilectissimus. & non est magna vis in zelo quis, scilicet, meliori, vel minus bono zelo, seu affectione ducatur, dũmodò non declinet ad malum, puta quia carnali zelo seu affectione eligat indignum, vt hîc, & inf. de ap. constitutis. 1. q. 1. sunt nonnulli. & c. seq. sanitas autem eligentium non consistit in intentione tantùm, sed etiam in effectu & opere: † vt ea pars sanior dicatur, non solùm, quę non eligit indignum, sed quæ eligat digniorem, vt inf. e. tit. ecclesia vestra. 8. q. 1. licet si tantùm. Sanitas enim partium ex meritis electorũ, de quibus suprà dictum est, probatur & iuuatur, vt in eadem decre. ecclesia, & hæc sanitas modicũ valet in electione facta ex interuallo, sed valet ad hoc, vt teneat electio facta in discordia, & nõ ex interuallo, vbi oportet, quòd sit facta à saniori parte capituli. inf. eod. ecclesia vestra. & habet locum tantùm, vbi eligitur ex vtraq; parte dignus.

Dicam autem sanioremm partem, quæ meliorem eligit, nisi numerus vel dignitas eligentium nimis præponderet. inf. de test. in præsentia. quod arbitrio boni viri est relinquendum. arg. ff. de verb. obli. cõtinuus. §. cùm ita. ff. pro soc. si societatem. ff. de iure delib. l. 1. & ff. de testi. l. fi eo. Si verò ex altera parte sit indignus, dicam sanioremm partem illam, quæ dignum elegerit, vt ipsius electio præferatur, dummodò pars eligentium indignum ignoranter, non sit duplo maior. inf. eod. scriptum. si verò sit duplo maior numerus indignum eligentium, si scienter elegerunt præualet electio minimæ partis, etiam vnius. ar. eiusdem decr. scriptum.

3 Et est huius diuersitatis ratio, † quia quando eligitur indignus, quotquot scienter eum eligunt ipso iure, priuati sunt potestate eligendi. sup. eod. cùm in cunctis. Vnde tunc etiam in vnum recidit ius capituli. 65. dist. c. vlt. quando autem ignoranter eligit indignum maior pars, tenet electio facta à maiori parte, & hoc ideò, quia est sanior. inf. eod. congregato. & hîc non autem ea ratione diximus tenere eam, quod in minorem partem reciderit ius eligendi, nam cùm non peccauerunt, quia indignum ignorabant ius eligendi non amittunt. sup. eod. innotuit.

☞ †Sed quæres, quare in hac ratione sanioris partis obtinet etiam electus à minori parte quàm tertia, vel etiam ab vno? Respon. quòd ibi duæ partes ratione delicti, puta quia non scienter indignum elegerunt,

gerunt,non ſunt priuati poteſtate eligendi, & ipſi ſunt capitulum,non tertia pars. ff.de decr.ab or.fa.l. 3. C. de decur.rationes.ſed ibi tantùm maior pars eſt ex vna parte indignum eligens, ſed ignoranter & minor totius ex alia, ſed maior tertia parte dignum eligens, illa maior pars, non dicitur capitulum, cùm non ſint ibi duæ partes, nec minor dicitur capitulum, quia non recidit in eos ius vniuerſitatis, cùm maior pars non deliquerit, & ideò adhuc remanet vnum tantùm capitulum tam ex maiori parte, quàm ex minori,& hac ratione dicitur prævalere poſtulatio duarum partium,quia ipſi ſunt capitulum totum infrà eodem ſcriptum, & hæc electio facta à maiori parte, dicitur prævalere,quia eſt facta à ſaniori parte,vt dictum eſt.

☞ †Sed conſueuerat hîc quæri,quid iuris ſit ſi minor pars primò eligat dignum, & in eodem contextu maior eligit indignum ſcienter,vel ignoranter,& videtur quòd non valet, cùm ſecundi nondũ peccauerunt,vnde non poterat adhuc aliqua poteſtas eſſe translata eligendi in primo eligentes.

Sed nos non facimus differentiam, qui primò eligant, cùm vna fingatur electio, vel vnus contextus electionis à principio Scrutinij vſque ad publicatam ele-
☞ ctionem. †Et quidam dicunt, quòd publicato Scrutinio, qui elegerunt indignum,priuati ſunt poteſtate eligendi,etiam ſi ad publicationem electionis non procedatur. arg. inf. eod. publicato. imò plus eis videtur, quòd ex ſolis conſenſibus, qui ſcienter indignum elegerunt priuati ſunt poteſtate eligendi, ſi perſeuerant vſque ad publicationem. Poſt talem ergò priuationem tenere debet electio, quæ ex rectis conſenſibus procederet.

Nec obſtat, quod primò factum eſt quàm illa,quæ ex nullis conſenſibus inſurgit,& quæ ſimul contextu fit. Si autem nõ ex ſolis conſenſibus quæreret ius electus, nec priuati eſſent electores poteſtate eligendi, vt eſt, quando ignoranter nominant indignum, ſed ante publicationem electionis ſciunt eum indignum,tunc,& ſi maior pars à propria nominatione indigni non recedat, ſed tamen non eligat,& maior pars eligat dignum, caſſabitur electio huius digni. Non enim debent eligere,niſi plures prius eligerent,ſed communiter aliam electionem de nouo facere debuerunt.ar.ſup.eo. cum terra. Alij dicunt,quòd ex ſolo cõſenſu in malum ſint priuati,quod ex eo probatur,quòd ſecundum iura antiqua, quando nõ erat neceſſaria publicatio electionis, ſed ſoli cõſenſus ſufficiebant,& etiam ſecundũ Modernos in minoribus dignitatibus, in quibus forma. c.quia propter.non requiritur vbi puniatur quis ſcienter conſentiens in indignum,ergò & hodie hoc idem ius ſeruabitur, cùm non ſit mutatum. C.de teſta. ſancimus. Alij tamen dicunt,quòd publicata electione, indigni perditur poteſtas eligendi.arg.ſup.eo.cum terra.ſæpè enim zelus & ſanitas ſumuntur pro eodem,in poſtulatione autem ſanior pars dicitur, quæ eligit dignum quàm quæ poſtulat indignũ, niſi poſtulans ſit duplo maior.inf. e.ſcriptum.(dignitate) fortè habebat canonicus aliquam præbendam, cui dignitas adhærebat, vel erat nobilior vel literatior(tempore) quia ante ordinatus fuit (allegationes)facti puta exceptiones, reſponſiones ad dicta teſtium inſtrumentorum contrarietates & conſimilia.Nam de allegationibus iuris intelligi non poteſt, cùm eas habeat in pectore ſuo.31.quæſt.1. peruenit.

4 †(Præſentare) culpa fuit iudicis, qui acta mittere debet Papæ,& ideò impeditur ſententia preferenda,aliàs cum omnibus iuribus quælibet pars comparere debet, nec contumax hîc expectari debuit. C.de iudi.properandum.§.ſin autem. Vel dic, quòd hoc ideò expectatur, quia ex illis actis probatur ius præſentis,& non cõtumacis, nam ſi tantùm pro contumace etiam facerent rationes eius, quas potuit, & debuit in termino portare: tunc iudex poſſet procedere eis non expectatis, tamen melius credimus,quòd eius abſentiam ſupplere debeat Dei præſentia. C.de iudi. properandum. §. ſin autem reus. & inf.de eo qui mit.in poſ.causa rei ſer.eum qui.ſiquidem ſupplicatur etiam iura contumacis ibi continere,quòd eum requirere & expectare debet (dicta erant) non dicenda cùm eſſet concluſum (electionis) tempore electionis ſpectãdum eſt.inf.eo. auditis.inf.de cle.excom.mini.poſtulatis. in prin.ar.contra.inf. de æta.præterea.inf.
5 eo. quod ſicut. †(In ordinibus)inf.de æta. præterea.Contra Sol.hîc erat talis, quod infrà breue tempus poſſet ad eum ordinẽ promoueri, quem dignitas requirebat. Item in diſpenſatione illud,hoc autem nõ erat

erat diſpenſatum,vel dicas licet diſpenſari poſſet electio,tamen eſt nulla, cũ tamẽ debuerit poſtulari,& ad illos tranſit poteſtas eligendi,ſi ſcienter talem elegerunt, vnde ex quo alius electus eſt in præiudicium alterius non poteſt diſpenſare epiſcopus(Abſentia)inf.vt lit.non conteſt. quoniam.no.quòd nec etiam iſti iudices quibus committitur cauſa eum citare debẽt, imò eo non citato,procedent ad determinandum cauſam.alij contra (impedimẽtis)ſi impedimentum haberet quare promoueri non poſſet,non crederetur bono zelo feciſſe, niſi aliud impedimentum contra eum probetur.

CAPVT XXIII.

1 *Abſentes non debent ire, nec dare procuratores,cùm timent vim ſibi fieri in electione.*
2 *Appellatio propter iuſtum metum impreſſionis interpoſita tenet.*
3 *Iuſtus timor intruſionis ſufficit ad reddendum electionem nullam.*
4 *An recipiens epiſcopum poſtulatum ad adminiſtrationem,ſit ipſo iure priuatus eligendi poteſtate.*
5 *Ex factorum iteratione mutari non debet quod longam interpretationem recepit.*
6 *Super iniuſto facto notorio proceditur ſine ſolennitate iuris.*
7 *Non præſumitur pro iudicis proceſſu in præiudicium alterius: niſi quatenus conſtiterit legitimis documentis.*
8 *Sententia excommunicationis licet nõ tranſeat in rem iud. præſumitur tamen pro ea, & excommunicato incumbit onus probandi eam iniuſtam.*
9 *Si qui peccant indignum eligendo & ob id eligendi poteſtas ad alios transferatur:et ſi ipſi eodẽ modo peccent non transfertur ad primos poteſtas eligendi, ſed ad dominum Papam tãtùm vel eius ſuperiorem.*
10 *Poſtulatio in concordia non in diſſenſione fieri debet.*

BONAE MEMORIAE MAGNVM. (Eligentibus) diuerſis temporibus & diuerſis locis factæ fuerunt hæ electiones (recepiſſe) gerens ſe manifeſtè pro prælato eccleſiæ Magun.(miniſtraſſe) ſed fingebat, quòd non facerent ſicut prælatus, ſed quaſi miniſter, cui à capitulo promiſſum erat, ſicut cuilibet extraneo(irritatam) vt ſup. e. qualiter,& quia epiſcopus erat,non licuit ei tranſire ad illam eccleſiam. inf. de trã-
☞ ſla.epiſc.c. 1. † Item licet licitum ſit miniſtrare in eccleſijs vltramodo. ſine confirmatione.inf.eod. nihil. ſi tamen præſens ſit legatus,non poteſt.ſup.de conſue.cùm venerabilis. Itẽ huic poſtulato e iã abſente legato nõ licuit,qa illa cõſtitutio habet locũ in electis canonicè & cõcordia,& nõ in poſtulatis,qui non poſſunt ſine diſpenſatione tranſire. ſup. de conſue. cùm venerabilis. Item hæc poſtulatio in diſcordia erat(de vi) hoc eſt, qa metuebat accedere ad eccleſiam Magun. & impreſſionẽ in electiõe fieri ſibi & magis fieret, & ideò appellauit,ne ſibi ſine ipſo & ſuis alij pro-
1 cederent.† (vi)id eſt,iuſto timore violentiæ: & iuſta cauſa erat,quare timebãt impreſſionem fieri in electione,& cũ in electionibus & in alijs appellationibus extraiudicialibus,neceſſe ſit probari veritatem cauſæ.hîc ſufficit probare iuſtã cauſam timendi impreſſionem ſubeſſe etiã ſi nõ ſit ſequuta impreſſio,quia nemo ſe debet periculo exponere,vel expone. de vide impreſſione facta in hac ſtipulatione, & ſic non eſt obiectio,quia appellatio facit nullam electionem ſequentem, vel nõ quaſi eligentes hîc priuati ſunt poteſtate eligendi ipſo iure,quia hîc non facit tantum appellatio quantũ cauſa quę ſuberat, ſcilicet impreſſio per quã elegerũt, vnde ipſo iure priuati ſunt poteſtate eligẽdi. Et hæc ſol.mihi melior videtur, & veracior. inf.eo.quiſquis.

2 †(Conſtat)ſi enim cõſtaret de iuſto timore violentiæ,conſtat iuſtã fuiſſe appellationẽ ex hac cauſa interpoſitã, cui dum deferre tenerentur, ſi non detulerit, non poſſent a duerſarijs opponere in eodẽ negotio, quòd aduerſarij pro ſuis appellationibus iuſtis non detulerunt, ſup. de reſcri. ex parte.inf. de appel.an ſit, ſed ſi primo eligentes contra appellationem alterius tertio venirent contra appellationẽ eius,q licitè ſecũdo venerit contra appellationem priorum eligendo. cùm prima electio eorundem,qui tertio nunc eligũt non tenuerat,quia poſt appellationẽ legitimam facta fuit,& tamen ſi electio ſuperior,vel ſecunda nulla fuit,quia fortè electus irregularis,vel aliàs ineligibilis eſt, & tunc benè iſti ſecundi poſſent opponere contra eorum electionem,vel ſecundi, cũ ſecundi veniendo contra appellationem priorum vſi fuerunt iure ſuo,primi aũt in præueniendo in primã electione & in tertia tantùm iniuria vſi ſunt,& ideò contra
☞ Abb.dici poteſt.† Itẽ no.quòd licet in vna electione veniant aliqui contra appellationẽ aliquorũ,& in alia electione,vel negotio alij veniant cõtra appellationẽ eorũ benè poſſunt obijcere quòd appellatio

præcesserit. Habet enim hoc locum, quãdo tantùm de vna electione, vel negotio agitur, nam si in vno negotio, tunc nõ detulissent, nihilominus tamen aliud negotium quod cõtra me faceres post legitimã appellationem irritaretur, posset autẽ esse ea ratione, quare hic nõ audiuntur electores episcopi Varmacens. proponentes contra electionem præpositi de appellatione præmissa, non, quia non detulerunt simpliciter appellationi aduersariorũ, cũ si iniusta esset causa appellationis præpositi non sit deferendũ, sed est ratio, qa nõ detulerunt iustè appellanti talis erat appellatio præpositi electi in archiepiscopũ, scilicet, iusta. Sed certè & si hoc non sufficeret, tamẽ appellatio facta cõtra præpositũ, nõ poterat impedire eius electionem, cũ nullã causam allegauerit, nisi quia facta erat post aliam postulationẽ, scilicet, Varmacensi. sed cùm eius postulatio nulla esset, puta, qa facta erat post appellationẽ legitimã, nõ potuit impedire secundã electionem, & eodem modo, nec appellatio emissa ad cõseruationẽ talis possessionis, quæ nulla est, nõ potuit impedire electionem. Nam licet aliqui non possunt ire ad locum, vbi debet fieri electio propter metum, vel periculum personæ, non credo, quòd ꝓpter hoc debeat retardari electio, nec illi qui sunt in loco debito & electioni deputato, debent ad alios exire, imò absentes tanquam legitimo impedimento detenti, debent cõstituere procuratores, inf. eo. quia propter, dummodò duæ partes vocandorum vel præsentium in loco debito sint. ff. de tut. & cur. l. vlti. ff. quòd cuiusq; vni. l. nulli.

☞ † Planè melius dicitur, quòd si maior pars canonicorũ consentit, q, eatur ad absentes, ibitur, si iusta causa impediti sunt, si non cõsentiant, nõ ibitur. ff. ad munici. quòd maior, est tamen vtile, quòd plures intersint tractatui. ar. inf. eo. cùm in veteri. inf. de arbit. cùm olim. 20. di. de quibus. 64. extra. si autẽ nulla iusta causa, sed tantùm voluntaria detinentur, tunc vnus solus toti collegio posset cõtradicere, ne ad eos iretur. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. Sed per hoc non soluitur præsens cõtrarium, vbi dicitur, quòd hi absentes appellauerunt ex eo, quòd timebant sibi inferri iniuriam, & iusta reputata est appellatio eorum, licet pauciores essent.

Sed potest hoc intelligi, quòd non fuit iusta appellatio ex eo, quòd non fieret in absentia aliquorum qui iustã causam habebant timoris, scilicet, quia timebant ex eo, quòd timor erat iustus de omnibus canonicis, & vt electio pura & sine violẽtia, & â vitio posset fieri in ciuitate, & hæc fuit iusta appellatio. 23. di. in nomine (alij) scilicet, electores Varmacen. (ipso) pręposito (deferendum) inf. de app. constitutus. an sit. sup. de rescr. ex parte. vbi de hoc no. (frustrà) inf. de vsu. quia frustrà. ff. de mino. auxilium. (vnde) id est, hac ratione.

3 † Appellatione) & causam, quæ suberat, scilicet impressionem quæ fiebat in electione, quia sic cõtinetur in integra Philippus dux Sueuiæ, qui se ꝓ Rege Alamaniæ gerebat, istum Varmacẽs. per vim intrusit. Sed si nõ intrusisset, sed solus iustus timor intrusionis fuisset, tamen sufficeret ad reddendũ nullã electionẽ, & ad priuãdum ipso iure postulãtes potestate eligẽdi, quia pro eodem videtur debere haberi, si impressio facta sit, & si iustus timor impressionis subsit, licet impressio nõ sit secuta, quam sequi fortè nõ fuit necesse, quia electores scientes eam imminere nõ expectauerũt eam, quia sine impressione fecerunt, quòd cũ impressione fecissent, si ibi expectassent, & ad hoc facit infr. de app. bonæ memo. quia ibi loquitur de appellatione extraiudi. & tamen sufficit ex verisimili causa appellari.

4 † Recipientes) hinc videtur, quòd si aliquis receperit episcopũ postulatũ ad administrationẽ, ipso iure priuatus est potestate eligendi, videtur enim à postulatione recedere, & eum habere pro electo, & cõfirmato. cũ hoc solis cõfirmatis liceat, & idem est, si contra appellationem legitimam elegerint. ar. ꝙd tantũ priuari debeant. inf. de transla. episcopi. quãto. sed nunquid idem si quis recipiat electũ cuius electio nõ tenet ipso iure. ar. quòd sic † de similibus est ad similia procedendum. ff. de leg. non possunt.

Sed contra credimus. Ratio diuersitatis est in gl. quæ incipit not. quia postulatio non finitur publicata postulatione, sed tantùm habito consensũ eius qui postulationi consentire debet, & ideò est, quòd si quis medio tempore inter postulationem publicatã & assensum superioris deliquerint, ita priuatus est pocestate eligendi, sicut si postulasset indignum, secùs autẽ est in electione, quæ finitur ipsa publicata, & ideò si quis postea peccat, licet aliàs puniatur, nõ tamen propter hoc priuatus est potestate eligẽdi (indignos) potestate eligendi (notoria) scilicet, de translatione episcopi

episcopi & receptione ipsorum canonicorum. infrà de translat. quanto. (Testes) licet enim factum esset notorium: ipse tamen ignorabat, vnde absente parte, & reliquo ordine non seruato, potuit procedere ad testium receptionem. 2. q. 1. manifesta. infr. de iureiur. ad nostram. 11. q. 3. eorum.

5 † Item no. quòd sic seruat totus mũdus, quòd contingẽte maleficio notorio statim inquirit iudex generaliter, nõ contra certam personã, & facta inquisitione vocat nominatos in inquisitione de maleficio, vt se defendant, & quòd longam interpretationem recipit ex iteratione factorum mutari non debet. ff. de leg. minimè & l. si de interpretatione & l. seq. Itẽ tunc cùm maleficium sic notoriè factum est, sed quis illud fecerit sit incertum, iudex nullo vocato procedet ad inquisitionem illius maleficij, scilicet, per quos sit ☞ factum, & idem si certum sit de aliquibus personis, & de aliquibus incertum. salua tamen remanet defensio illi, de quo dictũ est in inquisitione. infr. de offi. ord. c. 1. ff. de offi. præsi. congruit. ff. de custo. & exhi. re. diuus. & l. seq. C. de fer. prouinciarum. in Auth. de col. §. iubemus autẽ. & est ar. opti. quia si nulla persona nominata sit in inquisitione de statu monasterij, & testes recipiuntur, qui de quolibet monacho testimonium ferent: ipse tamen contra quẽ dici dictum eius impugnare poterit. infr. de re iudi. cùm I. & A. ar. 2. q. 5. sæpè interrogãt, sic poterit fieri & in maleficijs notorijs, & dicunt quidam, quòd hæc inquisitio quæ fit de incerta persona est tãtùm præparatiua alterius inquisitionis, nam contra personam in prima inquisitione nominatam recipietur noua inquisitio, & dicunt quidã, quòd ijdẽ testis, qui dixerunt in prima, scilicet, quãdo contra nullã personam agebatur iterum recipiẽtur in secunda contra certam personam agitur. ☞ arg. inf. de test. veniens (archiepiscopi) & eum eligentium (cassauit) iustè (cõfirmare) iniustè cùm parte altera nõ citata hoc fecerunt (cõtra legati) & verè iniustè processerat legatus, quia non citauerat canonicos, licet episcopum citare non teneretur (porrò (allegando dicit, quia delictum eligentium non erat sic notorium, qui citari debuerant, & hæc est responsio Papæ. q. d. prẽsumitur benè quòd legatus citauerit electores Varmacens.

6 † Notorius) not. quòd iniusto facto, scilicet, transitu episcopi de vno episcopatu ad alterum, quòd quasi ex sui natura non potest esse, nisi notorium. inf. de translat. episcopi. quanto. proceditur sine solennitate iuris, securius credimus, quòd primo, q̃ procedet legatus debet illuc mittere officialẽ, q̃ videat, scilicet, de fama. & huiusmodi & postea procedere cõtra eum, veruntamẽ remanet saluũ episcopo, vt possit illud probare falsum, & quòd plus est notorium. C. de accu. ea quidem. & si nõ habeat officialem, sed sit notoriũ per famam in tali facto ordine iudiciario non seruato, proceditur & ad probatiões recipiendas, quòd tamẽ non liceret in alio casu, quòd sui natura non esset notoriũ. inf. eo. venerabilem. de notorijs autem not. inf. de coha. cle. & mu. vestra. Quia ergò sic contra episcopum procedi potuit Papa in hoc confirmat processum legati, id est, cassationem postulationis.

† Vel dic, quòd cùm postulatio tantùm gratiæ innitatur sine iniuria eo non citato, cùm eius non interesset potuit eius postulationem cassare, processum verò contra canonicos habitum nõ confirmat, cùm illa quæ opponebantur eis, scilicet, ap. receptio episcopi non esset sui natura, quia notorium, & quia eorũ intererat vnde citari debebant, & reliquus ordo iudiciarius obseruari, & ideò tacitè legati processum cassat in eo, quòd confirmat electionem præpositi, quòd ex eo perpenditur, quia non dicit ratam habemus confirmationem legati, sed confirmandam duximus electionem.

☞ † Sed dices quare confirmat electionẽ, respõdeo, quia canonicè electus erat præpositus à suis cõplicibus, apud eos deuoluta fuit potestas eligendi propter peccatũ postulantiũ episcopũ, quòd cõstitit Papæ, sed nõ cõstitit legato partibus ꝑsentibus, & ideò non cõfirmatur eius ꝓcessus (examinatione) solẽni. inf. de iure. ad nostrã.

☞ † Præsumitur) inf. de renun. in præsentia. infr. de probat. post cessionem. inf. de re iudic. sicut. ff. de re iudi. res eadem hodiè credo idem, postquam sentẽtia transit in rem iudicatam, cùm res iudicata pro veritate accipitur, & esset difficillimum super acta causam recensere, antequàm autem transeat in rem iudicatam non præsumitur pro iudice, nisi certum probauerit. infr. de proba. quoniam contra. & notat. ibi quòd dicit, non præsumitur pro processu iudicis, & non negat, quin pro sententia, & maximè post-

quàm trãsit in rẽ iudicatã, debet præsumi.

Io. dixit

Io.dixit in nullo hodie præsumi pro sententia.ar.decre.quoniam contra.

8 † In sententia autẽ excõmunicationis,quamuis non transeat in rem iudicatã tamen prę̃sumitur pro ea, vnde onus probationis,quòd sit iniusta, incumbit excõmunicato.inf.de offi.ordin.ad reprimendã.inf. de sen. excõ.sacro,& nisi sit appellatũ,quia si appellatum est,licet excõmunicatio omninò teneat de iustitia, tamen excommunicationis non præsumitur pro sententia,& ei incumbet probatio,cui incũbebat ante appellationẽ.arg.inf. de offi.ord.ad reprimendã,(approbari)p̃ testes. per confessionem enim posset approbari. inf.de confes.statuimus.(negantis)6.q.vl. actor.C.de contrahen.stipu.optimã. (per rerum)id est,solitum cursum causarũ (cũ & si quilibet) ex hoc loco videtur, quòd non capitulũ,sed singuli singulariter sunt citandi.

Quòd fateor verũ esse,vbi dubium est, quæ pars sit capitulum: secùs aũt si cõstaret,& multò magis, vbi est certũ (singulares)inf.eo.cùm dilecti.(aduersarij)episcopus & canonici.(ex tribus)scilicet, p̃sumptione,scilicet,quòd virũ pastorali prędictum dignitate contra formã canonicã,nõ solùm eligere,sed etiã recipere p̃sumpserunt contẽptu,quia postq̃ procurator eorum vestras literas reportauit quibus mãdabatur,q̃ si Varmacẽs.episcopus in tẽporalibus,vel spiritualibus ministrasset,ipsius postulatio cassaretur ipsi postmodum. q.electo suo, sicut ex eorũ literis apparet, quibus eum suũ electũ nominãtes temerè spreuerunt & blasphemia,quia legatũ nostrũ,quantũ in eis fuit infamantes eũ corruptũ fuisse pecunia,sunt mentiti.(Quòd 10
contra eũ)nõ ratione sui iuris, puta proponẽdo,q̃ electio præpositi non tenebat, quia ipsis contẽptis facta fuit. nã propter prædicta priuati sunt potestate eligendi: ideò ratione sui iuris,nõ poterant petere cassari eis absentibus electionẽ factã,sed si de crimine agerẽt,vel exciperẽt,benè audirentur,vel etiã si vellent,aliàs sicut quilibet dicere electionẽ nõ tenere, quia hoc nõ prohibetur,vel dic,q̃ etiã nec admitti debẽt electores ipsi cõtra præpositũ, & de crimine,vel de minus canonica electione ꝓpter malũ zelũ,quẽ habere præsumitur. arg.2.q.7.accusatio.& c.seq.3.q.9.c.fin.

Sed hoc tãtùm intelligo in criminalibus spiritualibus,& ecclesiasticis causis:vt eo. c.sonant.aliàs enim suam iniuriã & causam quisque potest prosequi.4.q.6.omnibus (reddidissent) quòd tamen non erat.

9 †(Ad nos) hîc habes, q̃ si aliqui peccauerunt eligendo indignũ, & propter hoc transferatur potestas eligendi ad alios,& si ipsi eodem modo peccent, non trãsfertur potestas eligendi ad primos,sed ad dominũ Papã tantùm,vel ad eius superiorẽ. Sed cõtra.inf.eo. cùm Vintonẽs.sed ibi nõ peccauerũt ambæ partes,sed vna tantùm, quæ elegit illegitimè natum,& ideò iniustum esset, quòd ab eis qui non peccauerunt, vel non peccauerunt intãtum, quòd debebant perdere potestatem, & transferatur potestas eligendi ad superiorẽ. Alij dixerunt, quòd si ambæ electiones simul fiant,obtinere debet,quod hîc dicitur. Si verò diuersis temporibus,cõtra, sed litera hoc non patitur.† (Electionem)nõ est vera litera hîc posita,nec potest tolerari,sed vera litera registri hæc est, electionẽ memorati archiepiscopi duximus supplequondam confirmandã,ne quid &c. pallium etiam concedendum:licet autem.& inf. districtè præcipimus quatenus eidem archiepiscopo debitam exhibeatis reuerentiam & honorem. (Confirmantes) de gratia nõ ex iuribus electionis, cùm enim postulatio non esset nulla ipso iure, quòd ex eo apparet,quia ratificari poterat consentientibus postea contemptis. inf. eo. q̃ sicut.&c.ecclesia vestra.procedi non poterat ad secundam,prima nõ cassata. sup. eo.considerauimus.inf.eo.auditis.& not. de hoc.sup.c.proxi.& sic etiam per consequens non erat ad alios deuoluta potestas eligendi,nisi per sententiam priuarentur, primò quia peccauerunt, vel posset dici, quod de iure confirmauit,quia postulatio nulla erat ipso iure, † cùm postulatio in 10
cõcordia fieri debeat, & nõ in dissẽsione. sup.de postu. bonæ memoriæ V. secùs in electionibus,vbi nõ est reprehendẽda dissensio.63.dist.c.vlt.quamuis. hoc nõ credo.inf.eo.scriptum, vnde secundum eos per cõsequens tenet secunda electio,cùm certum esset, vel esse deberet cuilibet clerico postulationem non debere fieri in dissensione,vtpote iure prohibente, & sic etiam cùm scienter deliquerint recipiendo indignum ius eligẽdi ad alios deuolutum erat, vt prædiximus.sup.c. proxi. Vel potest dici, quòd appellatio quæ præcesit postulationem Varmacẽs. reddidit postulationem nullam, & peccatũ postulantium transtulit potestatem eligẽdi ad alios,& his benè additur,q̃ cùm postulatio non dicitur perfecta,anteq̃ postulãtes postulent

stulẽt à superiore, sicut ex vi verbi apparet,quia & quicquid postulatur ab aliquo postulatur,& quia anteq̃ ab alio postulẽt, possunt variare.sup. de postu. bonæ memo.propter ea quæ facta sunt in medio, scilicet,quia transiuit & ministrauit episcopus,nulla est postulatio ipso iure, vt in prin.decr.dicitur,& quia canonici medio tẽpore antequã per superiorem admitteretur postulatio ipsum indignum receperũt, & ideò priuati sunt ipso iure potestate eligendi, & ita canonica fuit electio decani facta ab his in quos ius eligendi resederat.

☞ † Sed opponesi electio præpositi facta fuit,antequàm recipiant postulatum, nõ debet tenere electio, cùm nondum peccassent electores Episcopi,sed dic, cùm à principio quo postularunt vsque ad fin. id est,quousque Papa consenserit, intelligatur vnus actus,id est,vna postulatio, & vnus contextus in quacunque parte illius actus peccent eligẽdi potestas ad alios deuoluitur,vt quæ incontinenti fiunt inesse videntur.ff.si cer.pet. lecta. non hoc placet, & solue: vt in glo.quæ incipit,id est,in statum.

CAPVT XXIIII.

1 *In vno eodem libello de pluribus agi potest.*
2 *Interdictum vnde vi competit pro iuribus incorporalibus subtractis quod declarat vt hic habes.*
3 *Licet quis per annum vel plures omiserit ex causa petere debitam pensionem, vel si vna vice omisit electioni interesse non propter hoc amittit possessionẽ: quæ sine animo non amittitur.*
4 *Quãnam modo dicatur quis spoliari iuribus incorporalibus.*
5 *Actio furti datur contra consiliatorem furti: si aliàs furaturus non erat.*
6 *Possessor sine causæ cognitione spoliari non potest.*
7 *Verba sententiæ concipienda sunt in persona procuratoris vel syndici.*
8 *Interdicto vnde vi habetur ratio fructuum & omnis causæ.*

1 QVAERELAM. (Petebat) prætoris agit.† Not. quòd de pluribus potest agi in vno libello, & quòd pro vna re potest agi possessorio & petitorio.inf.de ca.mo.dilectus.ff.de act. empt. & vend.non est nouum. ff. fami. ercis. & hæredes.§.de pluribus.nec sunt contrariæ istæ petitiones cùm ambæ competant cõtra possessorem (remoueri) † not. agi ad remotionem alicuius etiam & sine accusatione,vel inquisitione,vel denunciatione,qui modi sunt.inf. de accu.super his. & e.qualiter.sed illa loquuntur, quando agitur de crimine, hic autem non remouebitur propter crimen,sed quia non habet ius in ecclesia.inf.eo.cùm dilectus.infrà, de iureiur. quærelam. Item propter negligentiam quis remouetur.inf.de offi. custo. c. cùm tamen negligentia est crimen.1.q.1.§. ecce cum honoribus. & 2.q. 7.negligere.† (Pleno iure) per hæc verba ☞
apparet,quòd agebatur petitorio, quo ad articulum hunc, & tamen non præiudicat populo,qui non erat in iudicio, nam res inter alios acta, alijs non præiudicat. infrà, de re iudic. cùm super controuersia.C.qui.res iud.nõ noc.l.1.& C.res inter alios acta.per totum(petens) ista secunda pars libelli non cõtinet, nisi possessorium, & idcircò in fine salua manet quæstio proprietatis.

2 †(Pensionẽ,)id est,in statũ percipiendi pensionẽ reduci,quòd ex tenore sententiæ inf.apparet,& ita habes arg. quòd interdictum vnde vi competit pro iuribus incorporalibus subtractis ad idem. infrà, de cau.pos.& proprie.cũ ecclesia.ff.de mor. infer.l.1.§.item si.ff.de vi & vi ar.l.3.§. vnde.& §.pertinet.& §. qui vsufru.ff. de ser. quoties.

Sed ar.cõtra.quia non datur,nisi ꝓ rebus soli vel solo cohærentibus. ff. vnde vi. l.1.§.inter.& §.seq.Ad hoc respondeo, directum interdictũ vnde vi non competere,sed conditionem ex hac decre. & ex ea quę est inf.de cau.pos.& proprie.cùm ecclesia.Sed quid dices de alijs iuribus denegatis,de quibus non loquũtur decr. præalle.& ideò non competit cõditio ex decretali,nunquid vtilis conditio ex hac decre.extenditur ad alia?Respondeo, idẽ ff. de legi.& con.nõ possunt.inf.de cap. mo. c.2.vel potest dici competere vtile vnde vi,& maximè inquãtum ad aduersarium peruenit.ff.de vi & vi ar. l.1.§. si filius. vel officio iudicis(de nouo)† Dicunt quidam, ☞
quòd quis negligendo per annum rem suam possessionem eius amittit alio possidente de facto,id est,per annũ, & habẽt ꝓ se.ar.ff.de dam.infect.si finita.§.nõ tamẽ. Alij dixerunt per 10.vel per 20.annos.inst. de vsucap.§.& cùm hoc.ff.de vsucap.l.sequitur.§.si viam.& de acquiren.poss. possideri.§. si seruus. nos hoc tamen reputamus absurdum, quòd tantùm tempus necessariũ sit ad amittendũ possessionẽ,quãtũ ad amittendum proprietatem, & ideò dicimus

dicimus hoc relinquendum arbitrio iudicis. ff. de iure deli. l. 1. §. vlt.

3 † Et not. quòd licet per vnum annum, vel plures ego omiserim ex causa petere debitam pensionem, vel si vna vice omisi interesse electioni, nõ propter hoc amitto possessionem, quæ sine animo nõ amittitur, sed quando petam pensionem, si denegetur, tunc amitto possessionem. argu. C. de ser. & aqua. l. fin. & tunc possum vti interdicto recuperandæ possessionis. & in eo veniunt omnes pensiones præcedentium tẽporum, vt hîc, & per simile si vna vice non interfui electioni, non amitto possessionem, sed alia vice interero electioni.

Et hoc verum est, quando sum in possessione interessendi electioni, sed secùs esset si essem in possessione, quòd solus eligerem, quia tunc si alius eligat, & pro electo habeatur à subditis benè amitto possessionem, quia nõ video habere animum retinendi possessionem, cùm electũ ab alio patiar vti dignitate sua, sed cùm debeo interesse electioni electio, non fit nomine cuiuslibet canonici singulariter, sed nomine capituli, & ideò non priuatur possessione ille, qui contemnit, & qui non interest, quia capitulum quod est in possessione eligendi, non priuatur possessione eligendi, nec etiam ille, qui non interest, quia ille non suo nomine hoc ius possidebat, sed capituli, nisi fortè essent plures, qui diuersis iuribus deberent interesse electioni, vt erant. inf. eo. scriptum. & c. cum ma. Nam tunc si illi qui vtuntur vno iure excluderent eos, qui alio iure vtũtur, tunc benè possum agere interdict. recuperandæ possessionis, quia licet omnes qui conueniunt ad electionem dicuntur, quãtum ad hoc vnum capitulum facere, tamen quo ad alia diuersa sunt, & diuersis iuribus veniunt ad hanc electionem.

4 † (Subtractus) dicitur autem quis spoliari incorporalibus iuribus, si qua fuerunt hactenus soluta certis terminis, vel ab homine, vel à iure præfixis eisdem terminis non soluitur. volens ea in posterum non soluere, vt hîc, & hoc ipsum, si sit certum, secùs autem crederem, si non possit soluere, cùm tamen soluere affectaret. & de hoc not. sup. de postu. bonæ. argu. ff. si ser. ven. sicut. §. planè. ad idem, quòd sicut in expoliatione corporalium rerum necesse est dolus malus, sic in expoliatione incorporaliũ. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ad solã. & §. interdictũ hoc ꝗd. ff. vi bo. rap. l. 2. §. doli.

† Sed dices, nunquid si potens erat ille, cui debebatur pensio, & ille non credidit per debitores volentes possessorem priuare possessione pensionem posse retineri, dices eum amisisse possessionem, & expoliatum. arg. quòd non, quia non est suspicatus, &c. ff. de vsu. non solùm. §. si dolus. & pro his multum facit. ff. si ser. ven. & si fortè. §. 1. vbi dicitur, quòd etiam dum ædificas, retineo seruitutem altius tollendi & possessionem, nisi sciens patiar. Sed contra credunt quidam, quòd debuit suspicari, cùm per vim pensionem sibi debitam auferre non posset. ff. quòd me. cau. extat. si autem denegaret ante terminos, cùm nondum esset debitum, non dicimus spoliatum, & non solùm contra eum, qui subtraxit pensionem competit hoc officium, sed etiam contra eum, qui ratam habuit subtractionem eius nomine factã. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. & multo fortiùs contra eum, qui mandauit denegari pensionem, vel huius subtractionem, vel ius aliud. ff. e. l. 1. §. deiecisse. contra eum autem, qui consuluit non credo dandum interdictum vel conditionem ex hac decre. quia nullo iure cauetur, nisi in defectum.

5 argu. ff. de eo per quem fac. erit. l. fi. † licet actio furti detur contra consiliatorẽ furti, si aliàs furaturus non erat. insti. de fur. §. certè. Idem de seruo corrupto tenetur, qui solùm consiliatur. ff. de ser. cor. l. 1. Sed isti casus sunt speciales, & non statim cõpetit interdictum, vel conditio post mandatum, sed facta spoliatione, non enim competit interdictum, nisi expoliato. ff. de vi & vi ar. l. 1. in princ. & extunc computatur annus in interdicto: licet secùs in conditione. Et licet quidam dixerunt in huiusmodi prohibitionibus, vel denegationibus oriri interdictũ vti pos. cùm potius videatur vis turbatiua, quàm expulsiua. argu. ff. vti pos. si duo. §. 1. & §. 2. & 3. tamen melius videtur competere interdictum vnde vi, ex quo debita pensio denegatur vel suo iure vti prohibetur. ff. de vi & vi ar. idemque. §. vnde vi. † Item quid si episcopus mandet parochianum non in iudicio, nec consulendo, sed si se intendẽs obligare ex mandato, quòd plebano non soluant decimas? Respondeo, tenebitur interdicto vnde vi, vt dictum est, vel conditione, vel officio iudicis, sed nõ nisi pro illis qui denegauerunt, & tenebitur ad omne, quòd interest plebani pecunialiter non fuisse prohibitum, vt no. inf. de sepul. certificari. quòd ipsum eius iuramẽto est declarandum. 2. q. 1. in primis, & not. inf. quòd met. causa. c. vlti. ius autem vel possessio iuris cùm sit res spiritualis æstimationem non recipit, & ita quòd est not. dignum expoliato plebano, nec quasi possessio pristini iuris recipiendi decimas restituitur, quia fortè iam alius est in quasi possessione, cui rusticus soluit, nec interesse datur, quia interesse[a] non recipit, ad officium autem iudicis pertinet, vt mandatum factum parochianis reuocet, & q. simile mãdatum faciat, vt plebano respondeat sicut ante inhibitionem de hoc faciebant. ar. inf. de censi. significauit.

6 † Alij contra. cùm non possit possessorem spoliare sine causę cognitione. de hoc no. inf. de fil. presby. veniens. Alij dicunt quòd si Episcop⁹ vel alius iudex processisset sine ordine iudiciario, vel ex impetu, cùm sit notoriũ iuris, quod reuocare poterit possessionem ipsam possessore non vocato, sed si alius quàm iudex prædicta mandauerat possessori per suam reuocationem non fit præiudicium, & idem fortè in iudice esset, si extra iudicium eadem præcepisset. Hoc autem certum est, quòd contra ipsum possidentem competit vtile interdictum vnde vi, vel vtilis conditio. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. familiæ. dicitur autem quis spoliari iure, si fiat sine eo electio animo spoliandi alium, vel aliquid aliud de quo est in possessione, quòd eius interfit. inf. de causa pos. cum ecclesia. & multo fortius si eo electo de capitulo eligeretur.

† Sed quid si eiecerunt eum de capitulo vbi tractatur de electione, sed non elegerunt? Respon. eum non expoliatum possessione eligendi, & ideò ad hoc nõ competere petitionem, sed competere officiũ iudicis, vt restituatur ad capitulum quo spoliatus est. ff. de vi & vi arma. si plures. §. vlti. Nam sub electione comprehenditur capitulũ, vbi de ea habetur tractatus, inf. eod. c. proxi. hoc non multum placet, quia nõ videtur velle expoliare eum possessione capituli. † Sed quid si fecerunt vnã electionem eo eiecto, nónne si postea interfuit alij electioni, cùm recuperauerit possessionem amissam, poterit agere ad cassationem primæ electionis, petẽdo restitutionem offic. iu. Respon. sic. ff. de vi & vi ar. idem est. §. qui vsu. & l. 1. §. illud quoque. & §. si fundum à quo. & §. quod ait. & duobus §. seq. & l. meritò. Item quid si elegerint non vocato eo, qui erat in possessione, sed non fecerunt fraudulenter, sed ex ignorantia, vel quia credebat eum non præsentem elegerunt. Item quid si in veritate erat absens, nunquid in tali casu propter hoc amisit quasi possessionem. Item quid si cùm esset absens, vel in tali statu, quòd interesse non poterat, puta excommunicatus, vel suspensus, si tunc eligunt, nunquid amittit possessionem, & an competit ei officium iudicis, & maximè si non intendebant ei subtrahere possessionem.

[a] *Quia interesse. & sic in cã spirituali nõ datur interesse pecuniarium. Adde Ro. in tit. de pecu. decisi. 8. & an tiquis. & Feli. in c. ex parte Decani. colũ. 7. vers. sed quo ad propositum sup. de rescri.*

† Ad omnes prædictas quæstiones respon. quòd non amittit possessionem, nisi aduersarius habeat voluntatem subtrahendi ei ius suum vel expoliandi, & hoc ipsum etiam fiat spoliatus, quòd eum spoliare intendit, vel ei sua iura subtrahere, cùm sicut possessio quasi sic possessio, non potest sine animo amitti. ff. de acqui. poss. quemadmodum, sed hunc animum habere debet, quàm citò aduersarius ei notificat, quòd eum non admitteret, vel quòd sibi non vult soluere, vel potius nõ soluit, volens ei ius suum subtrahere, sed oportet aut eum qui agit probare se fuisse in possessione non precario, vel aliter dic, vt not. sup. de postu. bonæ memorię. & se spoliatum quod satis ex confessione & respõsione aduersarij patebit, vel ex factis præcedentibus. † Sed quid si dicat, se non expoliasse, nec animo expoliandi elegisse, sed ex simplicitate, vel ignorantia, tunc poterit petere cassari, quod factum est nõ per interdictum, sed quia non est seruata forma, quia eo contempto facta est. sup. eod. quòd sicut. Est autem perpetua hæc conditio, sicut aliæ conditiones, si autem aliquis prohibuit armis alicui ne ingrederetur possessionem, cuius possessionem primò non deseruerat animo interdictũ competit, & idem si prohibuit eum vti iure suo, puta vsufruct. vel administratione, cuius quasi possessionẽ habebat. ff. de vi & vi arma. idemque. §. vnde vi. & §. pertinet. Si autem non armis, sed verbo tantùm prohibuit, & talis fuit prohibens, quòd eius prohibitio iustum metum faceret, locum habet interdictum contra eum, si post inuasit illam possessionem intra annum insolidum, eò quòd occasione dictæ prohibitionis ad eum peruenit, aliàs non interdictum enim hoc atrocitatem desiderat. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdictum hoc. §. ad solam. si autem esset in possessione, & exiuit possessionem propter minas, non haberet locum interdictum, sed quòd metus causa. ff. quòd me. cau. l. metus. 1. respon. si autem antequam

veniret ad locum vnde deiectus metu armorum illic exiſtentium diſceſſit contra eos, locum habet interdictum. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. idem Labeo. ſi autem illuc non ibant, verum eſt poſſidentem poſſeſſionem amiſiſſe ſolo animo. ff. de vſuca. non ſolùm. §. ſed dominus. veruntamen quia doloſè non egerunt, vt ſpoliarent, non tenetur interdicto. ff. de vi & vi ar. idemq; §. §. ſi quis armatus. Credimus tamen, quòd etiam tunc ſi acciperent poſſeſſionem ſic derelictam competit, vel vtile interdictũ, vel actio in factum, quia propter vim quã timuit de poſſeſſione exiens vacua poſſeſſio ad eos puenit. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. familiæ. & §. ſequen. ſi verò alius occupaſſet poſſeſſionem, & poſtea deueniſſet ad alios, quorum metu exiuit, quia tamen metũ non intendebant inferre contra hos, non competit interdictum. ar. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. qui à me. (in ſpiritualibus) ſimiliter & ei de temporalibus reddere rationem debet, cùm eccleſiæ ad laicos non pertinent. 10. quæſt. 1. c. 2. & ſeq. ſecùs autem eſt in eccleſijs Monachorũ. 16. q. 2. & c. 2. quia ibi non Epiſcopo ſed Monachis ratio reddi debet.

7 †(OEconomi) no. ſententiã ferendã in perſonam procuratoris, quod fatemur ſiue per eum ſit lis conteſtata, ſiue non. C. de ſen. & inter. l. 1. & 2. ff. de procur. licet. §. pe. & l. qui proprio. 1. reſpon. & idem dicimus in defenſore ſine mandato. ff. de neg. geſt. liberto. §. vlti. quidam diſtinguunt, ſi lis conteſtetur per procuratorem contra ipſum ferendam ſententiam alioquin cõtra dominum. ff. de his qui not. infa. furti accipere. §. 1. quos confundit. C. de procu. nihil. contra tamen eſt in crimine iniuriarum. C. de iniur. l. vlt. & idem põt dici in cauſis materialibus, & criminalibus, vbi non aptè poſſunt concipi verba in perſona procuratoris, nos dicimus, q, vbicunq; verba apta ſunt vtriuſq; perſona, concipit ſententiam poſſe fieri in perſonam procuratoris & domini. inf. de proba. licet in fi. contraria autem loquuntur in defenſore. de hoc no. inf. qui ſi. ſint leg. cauſam q̃ inter. (in quaſi poſſeſſione) inf. de iure patr. conſultationibus. & c. cùm propter. † (Pẽſionis) mirũ videtur, q, cùm tantũ vnum petierit, ſcilicet, ſibi reſtitui penſionem ſubtractã Papa condemnat ad reſtitutionem iuris, & ad reſtitutionem penſionis, & ita verba ſimul poſita duplicem videntur recipere intellectum, q, eſſe non debet? Reſpon. quòd quando petijt ſibi reſtitui penſionem intelligitur tãtùm petijſſe reſtitutionem iuris percipiendi penſionem q, autem additur in ſententia q, penſionẽ, id eſt, pecuniam ſubtractam de penſione reſtituat non fit, quia ſit principaliter peti-
8 titũ, ſed eſt acceſſoriũ, †quia in interdicto vnde vi, & ex quo quis deiectus eſt habetur ratio fructuum & omnes cauſæ, ſed in alijs interdictis, ex quo ædicta ſunt nõ credo. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ex die. Itẽ hîc ſententiatur cenſum dandum, quando nullã cauſam cenſus probauit, & eſt contra. inf. de cenſi. peruenit. ſed poteſt dici q, hîc p, bauit cauſam cenſus, ibi non, vel aliud vnde agitur petitorio, hîc autem agebatur poſſeſſorio (quæſtione). ſ. ſit debita, an nõ.

CAPVT XXV.

1 *Secundi electores ſi peccarent etiam ex interuallo quaſi eligendi poteſtate priuati eſſent, non tamen ad primos, ſed ad Papam eligendi poteſtas deuolueretur.*

2 *In negotijs cõiunctis ſæpè aliud accreſcit alicui propter ſocium.*

3 *Factum vel dolus procuratoris non debet obeſſe domino.*

4 *Electio facta in qua admittuntur priuati ad electionem non eſt confirmanda.*

5 *Pronunciari debet ſuper petitione non ſuper cauſa.*

6 *Electio facta, an ſuſpenſis non vocatis tenet, etiam antequam per ſententiã priuẽtur.*

VM VINTONIENSIS. Prima electio facta fuit per præſumptionem, quia ſcienter elegerunt indignum, ſecunda per impreſſionem, & ideò fuerunt caſſatæ, & ſic continetur in regiſtro, nec mireris, q, ſecũdi qui per impreſſionem elegerunt nõ fuerunt priuati ipſo iure poteſtate eligendi, quia nondum erat facta conſtitutio. inf. e. quiſquis. per quam priuati ſunt, licet per ſententiam priuari poterant, ſi Papa voluiſſet: ſed noluit ſicut hîc apparet. Et not. hoc, quòd qui primò elegerũt, non debuerunt intereſſe electioni, quæ primò fieri debebat poſt caſſationem duarũ priorum electionum, quæ factæ ſunt vno contextu, ſicut apparet ex hoc loco, quia hîc ſecundò eligentes, qui non erant priuati, admiſerant primò eligentes, qui erant priuati ipſo iure de gratia, & non de debito iure, & hoc idem obtinet, vt quidam dicunt, ſi primò plures electiones fierent ex interuallo, & non in eodem contextu, ſcilicet, ſup. eod. bonæ memo. Magun. in fi. vbi expreſſè habes,
1 †quòd etiam ſi ſecundi electores peccarent ex interuallo, & non in eodem contextu quaſi eligendi poteſtate priuati eſſent,

ſent, non tamen ad primos, ſed ad Papam eſſet eligendi poteſtas deuoluta, ex quo conuenitur, quòd ſi ſecundi non deliquiſſent in tantum, quòd eſſent eligendi poteſtate priuati, quod tantùm apud ipſos eligendi poteſtas remanſiſſet. Alij tamen dicunt, & vt videtur melius, quòd ſi ſecundi qui non deliquerunt ex interuallo facient ſecundam electionem, & contingat hanc ſecundam electionem non procedere, vel quia electus non admittit electionem, vel quia renunciat, vel quia caſſatur, nec tamen electores peccant, ita quòd debeant poteſtate eligendi priuari, tunc remaneat electio penes omnes, dũmodò ſint adhuc intra tres menſes: iam enim eſt reintegratum capitulum, quo ad electiones futuras nec contradicit decre. præalle. bonæ memo. Magun. in fi. quia ibi loquitur, quando ſecundo eligentes deliquerũt tantùm quòd priuati fuerunt ipſo iure poteſtate eligendi, vel debuerunt priuari per ſentẽtiam. In quo caſu dicimus benè nos, quòd electio vel prouiſio tunc tranſit ad ſuperiorem, quia totum capitulum deliquit. Itẽ not. q, hæc decr. dicit, quòd prima vice tãtùm ſunt qui peccauerunt eligendi poteſtate priuati intelligendum eſt de illa vice, quæ occurrit poſtquam prima electio ſit, vbi vna ſola facta fuit, ſiue primæ ſiue plures fuerunt factæ caſſatæ fuerunt, & idem etiam videtur, ſi non fuerint caſſatę, ſed electi renunciauerunt in manu archiepiſcopi, q, facere potuerunt iuri ſibi quæſito ex electionibus, vt not. inf. de transla. epi. inter cor. imò idem videtur ſi electioni de ſe factę non cõſenſerunt, ſemel enim eligendo functi ſunt officio ſuo.

Vnde iterum eligere non debent, q, ſic probo. Conſtat quòd hæc electio quæ imminet facienda poſt caſſationem primæ electionis, vel poſt renunciationem, vel poſt non admiſsionem electionis, alia eſt à prima, cùm primam iam ex toto caſ-
☞ ſauerit. †Ergò ab iſta ſola repelluntur, cùm vna ſola vice priuari debeant, & ad alias decætero admittentur, vt hîc. Item not. quòd ſi illi ad quos eſt deuoluta poteſtas eligendi, eligunt talem, quòd ipſo iure ſunt priuati poteſtate eligendi, non deuoluetur poteſtas eligendi ad primos, qui propter peccatum in prima electione cõmiſſum fuerunt priuati poteſtate eligendi, ſed ad Papam. ſup. eod. bonæ memo. Magun. hoc etiam probatur ratione quod fecerunt iſti totum capitulum feciſſe videtur, cùm in eos tota poteſtas capituli fuerit deuoluta, non ergò à capitulo ad capitulum eſt deuoluenda poteſtas, ſed ad ſuperiorem, quando autem ſimul procedunt, ſed in diſcordia, tũc dicitur deuolui poteſtas à delinquentibus in non delinquentes, qui finguntur capitulum, vt not. ſup. e. dudum. ſi autem iſti ſecũdi ad quos deuoluta eſt poteſtas eligendi, non eligerent intra tres menſes, qui deputati ſunt à iure ad faciendam electionem à die vacationis. l. dies. poſtquam cùm intelligatur vacaſſe ab eo die, quo caſſatæ ſunt electiones, vel ex quo electi renunciauerũt, vel non admiſerunt electiones, ex tunc ad Papam vel ad alium ſuperiorem deuoluitur poteſtas eligendi. inf. eod. ne pro defectu. ſed ſi reddatur electio capituli de gratia, omnes intereſſe debent, quod ſatis ex hac decre. probatur. nam cùm hîc dicatur, q, ſi non elegerunt intra terminum ſibi aſsignatum à Papa, quòd ex tũc omnes ſimul admittantur & eligendi poteſtas ad oẽs reintegratur, quare nõ idem eſſet multo fortius in termino iuris, alij tamen dicũt, & fortè benè, quòd illis qui non peccauerunt non incipit currere tempus à die caſſationis, vel renunciationis, vel non admiſsionis, ſed à die primæ vacationis, tamẽ tempus illud quo ſecundi nõ proceſſerunt ad electionem, quia fortè dubitabant de prima electione, an teneret, vel de primis electoribus, an eſſent priuati poteſtate eligendi non computaretur in tribus menſibus deputatis electioni, imò ſubduceretur. inf. de conceſ. præben. quia poſſet dubitari, quòd electio teneret, vel quòd non eſſent electores priuati poteſtate eligendi, quia fortè dubitabant de natalibus electi, vel etiam dubitabant, an habeant diſpenſationem, & tales dubitationes fauorabiles ſunt, vt non ſatigetur eccleſia laboribus & expenſis, quas incurrit eccleſia magis, ſi fuerint duo electi in diſcordia quàm vnus, fatemur tamen quòd ſi certum eſſet, quòd electio prima non teneret, & quòd electores eſſent priuati poteſtate eligendi, quia tunc prædictum tẽpus non ſubduceretur, niſi eligerent, electoribus autem non eſt fauorabile hoc credere, imò contrarium, tamen & ſi non habent illum de cuius natalibus dubitant, poſſent habere multos alios, vnde ius præſumit eos ſcire impedimentum, niſi probent contrarium. ſup. eod. innotuit. nec excuſantur, ſi credunt eum habere indulgentiam, niſi in veritate habeat, vt hîc ar. 7. q. 2. dilectiſsimi.

2 †Sed quid dices, ſi quæ factæ ſunt electiones ex interuallo, ſed primò eligentes ſunt priuati ipſo iure poteſtate eligendi, vel etiam ipſis currit tempus trimeſtre. alijs autem, qui non peccauerunt in electione, licet electio ſit caſſata ex alia cauſa, non currit trimeſtre tempus, nunquid in iſto caſu eligent iſti ſoli, an omnes ſimul eligent, cùm iam in vna electione priuati ſunt poteſtate eligendi? Reſpon. omnes ſimul, quia capitulum dicitur admittere, vel retinere electionem, & ipſi in prædictam electionem, quam proſecuti ſunt, finguntur capitulum, item ſæpè in negotijs coniunctis aliud accreſcit alicui propter ſocium. ff. ſi ſer. amit. ſi commune. ff. de bo. poſſ. contra tab. non putauit. §. in adoptione. & §. ſequen. cum ſuis concor. (elegerunt) iſtæ electiones caſſatæ fuerunt primò, & poſtea omnes canonici de vtraque parte, qui erant in curia cùm poteſtatem haberent in omnibus abſentibus eligendi ſimul conuenerunt in vnum ad tractandum de electione & non potuerunt concordare, & hoc eſt quod ſequitur etc. & ſic continetur in integra. vel dic aliter, vt in gloſſ. de vna (tractauerunt) primò caſſatis ſuperioribus.

Concordes) de vna perſona, vtraque tamen pars proceſsit ad electionem quæ ſibi placuit, quæ poſtea ſimiliter caſſatæ fuerunt, vel partes diſciſſæ eius noluerunt immitti. aliter enim videtur, quòd malè dicat quod ſequitur, quòd non ſecũda, ſed tertia imminebat facienda, abſurdum enim videtur ſi quilibet tractatus electio diceretur, & poſt vnum tractatum habitum illi, qui primò peccauerunt ius eligendi recuperarent. Alij dixerunt, quòd poſt tractatum etiamſi neminem eligant recuperant ius eligendi, & appellant hîc ſecundam electionem & tertiam tractatum illum qui habitus fuit de electione, & totum quod ſit in vno termino aſsignato ad electionem faciendam, & non ſimpliciter fit, quòd vna vice vel duabus, dummodò non perficiatur & ſoluatur terminus aſsignatus. Hi tamen electores, ſicut omnes alij primum terminum habuerunt à iure, & ita illum elegerunt, & ille terminus hîc appellatur prima electio, ſed caſſatis illis electionibus Papa iterum dedit eis alium certum terminum, vt eligerent, & hic ſimiliter ſecundus terminus dicitur hîc ſecunda electio, ſiue elegerint, ſiue non, † & tunc tantùm dices ſecundam electionem factam, quãdo terminus vel iuris, vel hominis ſic elapſus erat, quòd vlterius eligere non poterant, & oportebat eos habere de nouo nouam licentiam eligendi, ſed primò dictum verius, & hoc ſolùm, ſcilicet, quòd electiones celebratę fuerunt etiam ſecunda vice, vel quia vnus terminus electionis tranſit iuſtificat ſententiã Papæ: quia oẽs ſimul cenſuit ad electionẽ admittendos.

Quidam tamen dixerunt, quòd illud, quod fecerunt non delinquentes ad electionem admittendo delinquentes iuſtificauit ſententiam, reddit enim non delinquentes inhabiles ad excipiendum cõ-
3 tra delinquentes. †Sed contra videtur, quòd factum procuratoris, vel dolus non debet obeſſe domino. inf. de offic. dele. cũ olim. in fi. ff. de procu. ignorantis. quamuis poſſet reſpondere, quòd iſte erat procurator generalis, cuius dolus & factum domino obeſt. ff. de tribu. procuratoris. ſed nos benè dicimus, quòd hæc ratio Papam non mouit, cùm per hoc eorum iuri non præiudicaret & aliam rationem Papæ aſsignat, & hi, ſcilicet, prior & ſui (aſſerebant) quando tertia electio facienda imminebat (quòd illi) ſcilicet, Archi. & ſui (hominem) ſcilicet, Decanum Sarrabianenſ.

4 †Primam electionem) ex hoc, ſcilicet, quòd priuatos admiſerãt ad electionem, videtur quòd ſi facta eſſet electio non erat confirmanda. arg. inf. eod. maſſana. arg. inf. de offi. deleg. cùm ſuper Abbatia. Sed tu dic, quòd quando teneret electio, ſecùs in iuriſdictione. Nec obſtat decret. maſſana. quia ibi erant admiſsi laici ſcienter, & tanquam ius habentes in electione, q̃ eſt prohibitum in iure. 63. diſt. Adrianus. hîc autem admiſsi ſunt clerici, qui non prohibentur à iure intereſſe electionibus, & etiam illi, qui de gratia & non de iure vocantur. 63. diſt. c. pe. & ideò prior & ſui qui de gratia admittebant alios non propter hoc debuerunt priuari poteſtate eligendi, cùm benè potuerint ſuo iuri renunciare. Vel dic, quòd hic Archi. & ſui non erant priuandi ab eligendo cum alijs, quia non conſtabat, quòd ſcienter elegerint indignum, ſcilicet, Decanum, imò dicebant ſe credere eum habere diſpenſationem Papæ. †Imò plus dicunt quidam, ſed malè, vt nobis videtur, quod licet ſcienter eligentes indignum ſint ipſo iure priuati poteſtate eligendi. inf. eod. ſcriptum. ſup. cùm in cunctis. tamen niſi hoc conſtat per confeſsionẽ ſolenniter factã, vel per

vel per ſententiam, ſiue illis eligere non poſſunt, cùm ſint ipſi in quaſi poteſtate eligendi. 8. q. vlt. nónne, & ſi fecerunt, nõ tenebit electio, quia cùm debeant vocari, & nõ ſint vocati caſſari debet electio. inf. de cauſ. poſ. cũ eccleſia. inf. c. quia ꝓpter.

†Sed contra, ad quid ergò ſunt priuati ipſo iure? Reſpon. ad hoc, quòd ſi in ſententia non dicatur ſint priuati, vel nos priuamus poteſtate eligendi, ex quo tamen dicit caſſamus electionem veſtram, quia ſcienter elegiſtis indignũ, vlterius ad electionem eos admittere non tenetur, quia fact quidem quæſtio etc. 2. q. 3. notãdum. & nos etiam hæc verba dicimus, vbi agebatur cõtra canonicos, ſi autẽ contra electum ageretur, ſic iudicaretur, caſſamus electionem de te factam, quia ſcientea te indignũ elegerũt, non ꝓiudicaret canonicis electoribus, quia res inter alios, etc. inf. de re iud. cùm ſuper. †Item & ſi quando ageretur contra electores, Decani & ſimpliciter petatur caſſari electio, & non ex hac cauſa, quia ſcienter elegerunt indignum, licet poſtea iudex hoc in ſententia dicat, non eis ꝓiudicat, cùm non potuerit prouidere, vt ſuper eo de quo actum non fuerat, ſe defenderet. Alij tamen dicunt in hoc articulo, q̃ ex quo generalis fuit petitio, & maximè quia à ſententia vbi expreſsit, potuerit appellari: imputandum eſt eis, ſi non adducant omnes probationes ſibi vtiles, vel ad minus, ſi non appellant. arg. C. de anna. excep. l. vlt. ff. de iudi. l. ſolem⁹.

†Sed opponas contra, cùm ad hoc nõ ſit actum, vt priuentur poteſtate eligendi, quomodo ſententia in hoc poteſt præiudicare cõtra id, quod legitur. inf. de ſimo.
3 licet. †Item ſuper petitionem, non ſuper cauſa pronunciandum eſt. ar. prædictę decre. Ad hæc duo ſic reſpõdeo, quòd etſi ad priuandum eos ab electione expreſſe non agatur, pro conſequentia tamen agitur, quia vnum ex altero ſequitur, & ſic ſunt connexa ſicut infamia ſequitur damnatũ furti, licet non ad infamiam irrogandam agatur, ſed ad pœnã furti exigendam. ff. de fur. non poteſt. ar. 2. q. 3. §. notandum. 3. q. 6. hoc quippè. Item magna differentia eſt, ex qua cauſa damnetur quis, nam ſi damnetur crimine ſtellionatus ex cauſa, vel crimine quod infamet, vt quia dolo aliquid fecit, infamia ex tali ſententia irrogatur, ſi verò cùm ex ea cauſa intentet crimen ſtellionatus, quæ non infamat, vt quia rem obligatam ſibi alij obligauit, infamia non irrogatur, quia nulla contraria infamat. ff. de cri. ſtel. l. 1. 2. & 3. §. nos autem.

6 †Nos dicimus, quòd electio facta à ſuſpenſis non vocatis, tenet etiam antequã per ſententiam priuentur, quòd expreſſè colligitur, inf. e. bonæ. Nec obſtat decre. inf. de cau. poſ. & proprie. cũ eccleſia. vbi dicitur, quòd non debet priuari poſſeſsione ante ſententiam, quia licet ſuſpenſi nõ debeant intereſſe electionibus, nõ poſſunt agere poſſeſſorio, vt reſtituãtur in poſſeſsionem eligendi, cùm ſint poſſeſsione eligendi priuati, licet non aduocent eos ad electionem (cùm illi) illi tamẽ qui eligũt, benè fatentur eos eſſe in poſſeſsione eligendi, Vel dic, quòd prædicta decre. cũ eccleſia, non obſtat, quia ibi neq; iure eligẽdi, neq; poſſeſsione priuati erant, ſed hi à iure priuati, erant in poteſtate eligendi, vt patet ex iuribus prælle. Etſi obijcias, nõ erant priuati poſſeſsione, licet proprietate, vel poteſtate eligendi? Reſpondeo, q̃ in corporalibus hoc ipſo fertur ſententia contra aliquem, licitè enim illud ius denegatur, vt not. inf. de conceſ. præben. cũ noſtris. Item nec ego ſine alijs eligendo priuo eos poſſeſsione, ſed dico, quòd in prælẽti electione propter delictum ſuum vocem non habent. Item non ob. c. nónne. quia hi electores nihil ſubtrahunt, ſi iure ſuo vtuntur, vnde crederem †quòd ſi ſuſpenſi venirent ad eligendum, cùm non ſuſpenſis quòd non deberent eis vim inferre, ſi eligant, & iure ſuo vtantur, quia nihil eis obeſt eorum præſentia, ſed faciant proteſtationem, quod non conſentiunt quod electioni interſint, & contra eorum voluntatem interſint. Item illud c. nónne. loquitur in his, quæ fiunt ratione publici officij, electio autem ad canonicos non pertinet ratione publici officij, vt no. ſup. eo. de conſue. cùm dilectus.

†Sed quid dices de occultis excõmunicatis, nunquid eis non vocatis procedẽt non excommunicari. arg. quòd non. 6. q. 3. c. 2. & 3? Reſpõ. ſicut in ſuperioribus ſuſpenſis, ſcilicet, quòd eis non vocatis procederent non excommunicati, prædicta autem capitula nõ obſunt, quia loquũtur, quando non poteſt probari excommunicatio, hoc autem intelligimus, quando ꝓbari poteſt, quòd ſint priuati ipſo iure, q̃ ſi probare non poſſunt, tam in primo caſu quàm in ſecundo punientur. Item nec obſtat. 2. quæſt. 1. nos in quenquam, quia ibi loquitur de condemnando, hîc autem loquimur de iam condemnatis à iure, licet non ab homine. †Admiſerunt)

& ideò intereſſe potuerunt: quia non ſuſpenſi, ſed prior & ſui quorum erat electio eis de ſuo gratiam facere potuerunt, ſed ſi ad Papam vel àlium deuoluta eſſet eligẽdi poteſtas, tunc ſi eligerent non teneret. inf. de ſuppl. negli. præla. c. pe. (illos) ſcilicet, Archi. & ſuos (celebrandum) id eſt, ad tractandum de ſecunda electione qui tractatus habitus fuit in curia nec habuit effectum, vnde dicitur. ſuprà, infecto negotio vel aliter, vt hîc notatur. (concilij) ſup. eod. cùm in cunctis. (huius) ſcilicet, qui eligunt illegitimos.

CAPVT XXVI.

1 *Simoniacum ſcienter eligens beneficijs eccleſiaſticis ſe reddit indignum.*
2 *Confeſſio extraiudicialis ſufficit ad priuandum quempiam futuris beneficijs.*
3 *Confeſſio coram ſeculari iudice non ſufficit vt quis ab Epiſcopo condemnetur.*

PER INQVISITIONEM. Id eſt pacta inquiſitionis R. (olim) hic ſolùm intantum vitabat electionem ipſius, quòd ſufficiebat ad caſſationem eius, & ad faciendum culpabiles electores hoc ſcientes. 1. quæſtio. 1. nullus. (per ambitum) C. de Epiſco. ſi quenquã. ad hoc ipſum etiam ſufficit, quòd dicitur de precibus amatorum, ſi eſſent pro indigno ſcienter. 1. quæſtio. 1. de ordinationibus. & c. ordinationes. (expreſsis) in actis ipſius inquiſitionis (ipſum) R. (ſeq.) ſcilicet, Maſcaron (primæ) bis enim fuit electus in Epiſcopum, ſed prima electio fuit caſſata: (credens) ſcilicet, Maſcaron. & ſic mala conſcientia elegit eum, vnde ad gehẽnam ædificauit. 28. quæſt. 1. §. ex his. (ipſemet) Maſcaron (eius) R. Epiſcopi (recipiens) hic commiſit furtum contrectando rem alienam inuito domino. (talem) ſcilicet, R. tam criminoſum (eligendo) ipſe Maſcaron. †Eccleſiaſticis.) 23. quæſtio. tertia. ecce. & quæſtio. prima. ſubdi. in Authen. de Epiſ. §. ſi verò crimẽ. ff. de iureiur. ſi duo. C. de libe. cau. iubemus. 11. quæſt. 1. ſtatuimus. propter prædicta crimina, non ſolùm debet puniri, vt decętero ei portę dignitatis non pateant: vt C. de digni. l. 3. ſed etiam præteritis beneficijs in perpetuum ſpoliari, maximè cùm fuerunt magna crimina & manifeſta per confeſsionem eius. 1. quæſtio. 7. ſi quis omne. 15. quæſtio. 7. ſi quis presbyter. l. diſt. de his verò. veruntamen oportet cum eo agi ſuo ordine, vel inquirendo, vt hîc. vel accuſando, vt deponatur, ſi enim ad hoc non ageretur quomodo ferretur in eum ſententia, quia debet ferri ſecundum modum agendi. in f. de ſimo. licet. præterea confeſsio facta in alio iudicio non præiudicat. inf. de iudi. at ſi clerici. ad idem. inf. de ordi. cog. cùm dilectus.

2 †Sed nos benè credimus [a], quòd ſola confeſsio etiam extra iudicium facta, ſufficiat ad priuandum eum futuris beneficijs, cùm per confeſsionem talem incurrit infamiam facti, cuius effectus eſt abſtinere à beneficijs. C. de digni. l. tertia. & etiam ad priuandum iam habitis. inf. de confeſ. cùm ſuper. inf. de excel. præla. quam ſit grauè. & ad idem. 2. quæſtio. 1. mulieri. ff. ad leg. Aquil. proinde. inf. vlti. inf. de proba. per tuas. C. de non nume. pecu. generaliter.

†Et hæc ſunt vera, dummodò coram non prohibito iudice fecerit confeſsionem, & eſt neceſſe, quòd confeſsio ſit ex cauſa expreſſa, licet extraiudi. vt in l. generaliter vel ſolenniter. vt 3. quæſt. 6. ſi debitum. nec facimus vim vtrum ſcriptura interuenit necnè in cõfeſsione facta extra iudicium, vt videtur ſonare. l. illa generaliter. in prin. quia in fi. eiuſdem. l. generaliter loquitur. †Item ad probandum alium intellectum confeſsionis neceſſaria eſt ſcriptura, vt in ea l. dicitur.

Quod tamen intelligendum eſt, quãdo confeſsio ædita erat in ſcriptis, ſed ſi ſine ſcriptis facta erat ſufficiunt teſtes vel alia probatio ſine ſcriptis. Et non obſtat ei quod diximus, quòd confeſsio in alio iudicio non præiudicat. inf. de ordi. cog. cùm dilectus. quia ibi non fuit confeſſus, ſed eo abſente & non vocato contra eum probatum eſt crimen, imò plus dicimus, quòd ſi contra eum agentem & præſentem, & ſe defendentem probaretur crimẽ, niſi ageretur de crimine, & criminaliter nõ debet puniri, cùm contra probationes ſiue ſint teſtiũ, ſiue inſtrumentoru multa poſſunt obijci, quę etiã ſi aliquando taceat is cõtra quem producuntur, non debet puniri, niſi inquantum modus agendi patiatur, ſed in confeſsione, vbi quis non poteſt propriæ confeſsioni contradicere ſecùs. C. de non nu. pecu. generaliter. in fi. ſed infr. de excep. deniq;. expreſsè dicit quòd etiam ſi cõfiteatur nulla pœna ſibi imponitur, ſed ſolue, vt ibi. †Sed quomodo reſpõdebitur decr. at ſi clerici. dicimus, quòd confeſsio coram ſeculari iudice, non ſufficit vt epiſcopus condemnet eum, ſed vocatus ab epiſcopo requiritur de crimine, quòd cõfeſſus eſt coram ſeculari iudice, & ſi vellet variare nõ admitteretur, niſi probet, quòd etiã alio caſu intelligatur confeſsio ſua, vt inl. generaliter. vel ibi [a] fuit violenter tractus coram ſeculari iudice, & etiam ſic ne in aliquo laicorum iura ſuper clericos approbentur. Item decre. cùm ſuper eo, & quàm graue eſt, intelligo vt ibi no. & quẽadmodum diximus in iudicio per confeſsionem neceſſe extra iudicium factam, ſi dicunt quidam de inſtrumento, quòd probet in alio iudicio: vt no. inf. de fi. inſtr. c. 1. de teſtibus. ſi fuerint publicati: vt not. inf. de teſti. Albericus, & idem in ſententia, ſiue interlocutoria, ſiue diffinitiua, ſiue excommunicationis, nam & in alijs iudicijs obſtãt. inf. de appel. paſtoralis. 4. q. 3. §. itẽ lege. ff. de iu. priua. l. 1. ſed ſolutio præcedens nõ ſatisfecit huic decr. cùm hic ſine aliqua accuſatione fuerit motus.

3 †Reſpondeo, dicẽdum eſt ergò hîc idcircò condemnauit eũ, quia crimen quòd confeſſus eſt tangebat crimen, de quo fiebat inquiſitio, aliàs autem ſecùs eſt, vt infrà. no. de confeſ. cùm ſuper. vel dic, licet non poſsit imponi ei ordinaria pœna, poteſt tamen ei imponi extraordinaria. inf. de excep. c. 1. vel dic, quòd hic de quo agitur confeſſus eſt crimen ſuum, & ita cùm ſit notorium, iure poteſt inde puniri, ſed condemnari de crimine non poteſt, cùm non ſit accuſatus criminaliter, ſed admoueri benè poteſt etiam ſi ciuiliter agitur. inf. de accu. acquiſitionis. & maximè ex quo crimen, quod eſt confeſſus tãgit cauſam de qua agitur, vt hîc. inf. de excep. deniq;. Vel dic. quòd etiã hi deleg. cõtra Maſcaron ordine iudiciario procedãt, (amouẽtur) eo tamẽ vocato & ſi vellet oſtẽdere confeſsionẽ ſuam in alio caſu intelligi audiretur. C. de non nu. pecu. generaliter.

CAPVT XXVII.

1 *Ad eccleſiam regularem non tenet electio facta de non regulari.*
2 *Clericus ſecularis eſſe non poteſt clericus in monaſterio.*

VM CAVSAM. (Permulta) iſta conſuetudo eſt contra bonos mores, & contra ius cõmune. 15. q. 1. nemo. & c. presbyteros. 18. q̃ſtio. 2. peruenit. & ideò non eſt ſeruãda. 12. diſt. illa, ad idem ſupr. de conſue. ad noſtrã. & c. cũ venerabilis. (qd ſit) 93. di. legimus. ff. de offi. pſid. ſed licet. (in bonæ.) 16. q. vl. in noua.

1 (Irritetis) †quia regularem eccleſiam non tenet electio facta de nõ regulari. inf. e. officij. (profiteatur) eſt autem in optione monaſterij, vt clericos illos non recipiat improfeſſos, ſi ſibi placet, niſi recepti eſſent in probatione, ſed tũc in eorũ optione relinquetur. (dimittant) not. †quòd

2 nullus ſęcularis clericus poteſt eſſe clericus in monaſterio, quòd intelligo ſic, quòd habeat ius in participatione ſpiritualium ſicut eſt habere vocem in electione prioris & huiuſmodi.

[a] *Vel ibi. Pro intelligentia Inno hic vide Abb. in d. c. at ſi clerici. colũ. 4. circa mediũ. & de iſta cõfeſsione facta coram incompetẽti. Add. Inn. in c. qualiter & quando. el. 2. inſr. de accu. et latiſſime p Feli. per Ale. de imo. in cõ ſil. 13 colũ 4. verſ. fortifi. cari. etiã et in cõſi. 116. co. 4. in 1. vol & in conſi. 19. in 4. vol. col. 4. in prin. Et adde q̃ talis cõfeſsio facta coram incompetenti habet vim cõfeſsionis extraiudicialis: ita Franc. de Are. in conſi. 26. col. fi. allegat Inno. hic & vide ipſũ in conſi. 150.*

CAPVT XXVIII.

1 *Prælatorum electioni intereſſe poſſunt laici ſi hoc habent de iuriſdictione ſua.*
2 *Iura ſpiritualia in non ſpirituales et non conſecratas perſonas non honeſtè cadunt.*
3 *Imperatores dicuntur eligere vel confirmare vice Papæ & non ſua.*
4 *Contempti ſi volunt poſſunt facere electionẽ factam eis contemptis caſſari.*
5 *An ſi mortui ſint eligentes: & viuant contempti: poſsint electionem ratificare.*
6 *Venditio iuſta vel alius contractus beneficio reſtitutionis reſcindetur.*
7 *Electio dicitur largè, & ſtrictè, & ſtrictiſſime.*
8 *Electio vix dicitur eſſe niſi omnia iura ſolennia obſeruentur.*
9 *Ab initio contradicere intelligitur ſi uſq; ad conſecrationem contradicatur.*
10 *De forma omiſſa agi poteſt etiam poſt confirmationem & conſecrationem.*
11 *Vbicunq; circa electionẽ dolus expreſſus admiſſus eſt ſemper renunciare tenentur.*
12 *Quilibet celebrantium celebrat: licet vnus ſpecialiter celebret.*
13 *Poteſt epiſcopus abſq; pallio ordines conferre in epiſcopatu alterius ſicut miſſã celebrare.*

QVOD SICVT. (Verùm.) Sed q̃res, quomodo auditur acculatio de hoc crimine. ſ. q̃ non fuit canonica electio propter nominationes p̃cedentes poſt conſecrationẽ cõtra id, q̃ not. in hoc c. in gl. q̃ incipit canonica hæc. Reſpõdeo. hoc crimẽ quòd obijciebatur tale erat, id eſt, intruſio cùm alius deberet eſſe epiſcopus, q̃ ſi verũ eſſet etiã tunc audiri debebat. Itẽ ſicut hîc dicitur, quòd nõ fuerunt ad accuſationẽ admiſsi, ſed quæ ſequuntur, obijciebãtur contra armachanũ electũ, qui de eis accuſabatur, vel denunciabatur,

[a] *Benè credimus. Aduerte in hoc quia Inno. met. in c. quã ſit. de exceſ. præla. videtur ſentire cõtrariũ in fin. Sed pro concordia vide Abb. in c. at ſi clerici. col. 4. verſi. ſed quia. ſup. de iudi. & p Feli. in c. de hoc. inf. de ſimo. & ibi latiſſimè quam vim habeat confeſsio extraiudicialis. Et vltra ibi dicta per eũ. Adde. d. Maria. Soci. in cõſil. 8. colu. 2. verſi. ꝓterea. vbi q̃ q̃ talis cõfeſsio habeat omnia requiſita, q̃ in criminali plenè nõ probat. Et q̃n præiudicet in criminalz, vide etiam latè per eundẽ Fel. in c. olim el. 1. col. 2. ver. eſt igitur. ſup. de reſcr & aliqd per Alexã. in conſ. 114. col. 2. in fin. in 4. vo. & q̃ ſufficiat ad priuandum beneficio: non aũt ad pœnam ordinariã. adde. d. Ro. deci. 284. & ad dictũ Inno. hic m quantũ dicit q̃ talis cõfeſsio inducit infamiam. adde Abba. in d. c. olim. de reſcri. colum. 2. Et vide Corſe. in ſuo repertorio. in verſ. confeſ. col. 2. verſ. per confeſsionem. adde tamen quòd confeſsio extraiudicialis in delictis quo ad forum eccleſiæ fauore animæ plenè probat, ita Bald. in l. 1. col. 4. C. de fal. cauſa adiect. lega & Bar. in l. cùm quis. §. codicillis. col. pe. verſ. hoc faciunt. ff. de lega. 3 Flo. in l. ſi quis teſtamentum ff. ad leg. Aquil. Lanfran. in c quoniam contra. in verſ. confeſsiones. inf. de proba. & Alex. de Imol. in l. c 5. in addi. ad Bar. vide. ff. de adul. & in l. magiſtratibus. & ibi Moder. ff. de iuriſ. om. iudi.*

ciabatur,&etiam de contemptu poterat ciuiliter agere implorãdo officium iudicis,vt eius electio cassaretur.(nihil). 16.q. 7.contra sanctorum.contra.2.q.6.ei. qui ver.nominationes.

Hoc secundum iura Inno.intelligo verum,si tractando,vel deliberando tamen nominat aliquem,nãsi post tractatũ quilibet diceret,ego eligo tamen,benè vim electionis obtineret secũdum illa tẽpora, vt expresse habes.inf.eo.cum in iure. &c. venerabilem(in ecclesia) id est, in illo loco cathedrali.23.dist.nomine.

†Nominatio,(scilicet episcopornm.62 di. Adrianus.nam electioni aliorum prælatorum interesse possunt laici, si hoc habent de iurisdictione sua.infr.de iure pat. nobis,Et quidam dicũt idem in episcopis, sed decr.hodiè hoc non tantum prohibet in episcopis,sed etiam in omnibus prælatis in ecclesijs collegatis.inf. eo. sacrosancta.mors autẽ defuncti prælati potest nũciari principi,&eius consensus requiri, si de consuetudine,vel priuilegio hoc habet princeps,& si fiat electio contra consuetudinem vel priuilegiũ cassabitur.63.dist. lectis.18.q.2.abbatem.

†Iura enim spiritualia in non spirituales,&non consecratas personas non omninò honestè cadũt,&hoc est statuere ius naturale suadet.inf.de iud.c.2.

Et hoc intelligitur esse verùm,quòd nõ potest interesse electioni tãquàm ius habens in electione:quia si haberet potestatem per eum contraheretur matrimonium,vel aliud vinculum inter prælatũ, vel canonicum & ecclesiam.sup. eo. cum inter ca.quòd esse non debet,præsentare autem ad aliquam ecclesiam non est spirituale,licet annexum sit spirituali,nec cõtrahitur aliquid vinculum inter præsentatum &ecclesiã,cum nihil sibi iuris acquirebat.inf.de iure pat. pastoralis.

3 †Sed quid dices de imperatoribus, quibus concessum est à summis pontificibus. 63.distinct.Adrianus.& c.seq.Respondeo, quia ibi faciebant vice Papæ,& non sua, vel dic,quòd per eorum electionem & cõfirmationem non contrahebatur aliquod vinculum inter ecclesiam & electionem, ad consecrationem tantùm quę per spirituales personas fiebat,& dicemus quòd ex inuestitura regum,vel electione non habebant instituti ab eis aliquod ius spirituale,puta quòd possent conferre ecclesias, vel canonicatus,vel ordinare clericos,vel huiusmodi potestatem autem horum recipiebant à confirmatore, vel cõsecratore,vel quocunq; alio ministro spirituali, & ecclesiastico. Per inuestituram autem laicorũ potest recipere vasallagia, & alia temporalia(periculo.)† Not. quòd si quis non possit vacari sine periculo,vel venire, nihilominus præsentes possunt procedere in eorum absentia,sed hoc vltimo casu citãdus est,& citatus vices suas potest cõmittere.inf.eo.quia propter.

4 †Infirmanda)Notat.hîc, quòd isti cõtempti post confirmationem & cõsecrationem, si volunt,facient cassari electionem factam eis contemptis:& per consequens amouebitur de Episcopatu, licet confirmatio & consecratio ritè factæ sint, quia ad ea non erant vocandi, sed hoc est ea ratione,quia electione cassata constat omnia consequentia per obreptionẽ obtenta, & videtur hac ratione, quia amouendus est,quòd licet concilium prouinciale de hoc possit cognoscere,non tamẽ diffinire.inf.de cler.non resi.ex tuę.3.q.6. accusatus.

5 †Propter bonum pacis) & si contempti velint consentire,eligentes autem velint resilire ab electione non possunt.sup. de elect.cùm inter ea.arg.ff.de ser. rustic. prædi.per fundum.licet sit arg.cõtra. sup. de postu.bonæ.63.dist.quanto. sed quid si mortui sint contempti, dicimus quòd si sint tales successores qui succedunt in honore & onere,vt sunt abbates & prępositi, tales successores,si aliquid factũ est in prę iudicium dignitatis,possunt prosequi cõtemptum prædecessorum,quia tunc potius dicitur contempta dignitas,quàm persona,electus enim tali contempto non tãtùm non reuerebitur personam, sed nec dignitatem,quos reuereri solent electi. 8. q.2.dilectissimi.ar.inf.de offi.dele.quoniam Abbas.& de offi.or.pastoralis. fingunt enim eedem personæ cùm prædecessoribus,sed in canonicis secùs. Nam canonici qui substituuntur, canonicis non succeduntin honore & onere,sed capitulum eis succedit.inf.de test. relatum. 2.& c.cùm consenserit,contradicere nomine eorum non potest. †Sed quid si lite pendente moriatur contemptus, vel transeat ad aliam ecclesiam? Respondeo,perit accusatio,nec datur sententia,si reus vel accusator mortuus. fuerit.l.fin.

6 Sed quid si mortui sunt eligentes,& viuant cõtempti,nunquid possint ratificare electionem?dicimus quòd sic. quia cõsensus eorum retrotrahitur, ad tempus electionis.

electionis.argument. suprà, eod. dudum. & qa tenet electio, licet possit infirmari, sed argument. contra. ff. commu. prædi. receptum.sed ibi non tenet priorum concessio quousque sequitur vltima. Et præterea præcedentes consensus trahuntur ad vltimum, quòd non est in electione, †sed dices quomodo est electio canonica, vbi aliquis eligentium est contemptus, cùm ius præcipiat omnes vocandos, qui volunt & possunt interesse. infrà, eod. quia propter.& c.coram dilect. & etiam cùm possit cassari contempto persequente contemptum.Et ad hoc respondemus, quòd electionem canonicam facit mutuus consensus capituli & electi cum forma seruata, quòd hîc fuit,nam capitulum dicitur ex quo duæ partes præsentes fuerint.ff.quòd cuiusq; vniuer.notat.l. nulli. & l.seq.contẽptus enim non potest renũciare iuri pro se inducto.inf.e. c.ecclesia.

Nec ob.quòd potest cassari: ergò non est canonica institutio, potest enim quæcunque bona electio cassari propter vitium electi:& tamen non minùs est canonica.†Item ista venditio vel alius contractus rescinditur beneficio restitutionis, & tamen nihilominus est iustus, vt infrà, de in integ. restit.per totum.idem videtur, si per compromissum procedatur,scilicet,quòd vnus solus contemptus potest reuocare electionem, alius autem hoc non potest, quia hoc non est contra formam, quòd singuli non compromittant,sicut non est contra formam, quòd singuli non requiruntur ad scrutinium. inf.eod. ecclesia.

7 Canonica †electio dicitur largè,strictè, &strictius, dicitur strictius vbi omnia interueniunt,etiam q̃ sunt de solẽnitatibus, quę à iure pręcipiuntur,& sic loquitur ca. 63.di.c.1.Strictè dicitur canonica,vbi omnia interueniũt,quæ sunt de substantia,& non alia,quæ sunt de solennitate, puta sine quibus est electio, puta si omittatur forma. infr. eod. quia propter. Largè autẽ dicitur canonica, quæ scilicet est secũdũ ius naturale,scilicet, quia nulla est seruata forma, sed tamẽ cõsensus electi & eligentiũ interuenit,& non causa ex quibus fit nulla electio. sup. eo. consideraui-mus.& quidem secundum primam acceptionem non habet locum regula,quæ est 62.dist.c.vlt.vbi dicitur, quòd nullus non canonicæ electus ordinetur,& sic contra præsumptum fuerit deponatur ordinans & ordinatus.inf.e,ecclesia.

8 †Et ar.est hîc quòd vix est electio, nisi omnia iura solennia obseruentur,& tamẽ ideò non est nulla,nec cassatur electio. In alio autem casu,scilicet,quando ea interueniunt, quare est nulla electio de iure positiuo,sed alia de iure naturali,tunc distingue:quia si dolus vel delictum electi, vel eligentium fecit,quòd electio sit nulla etiam de iure naturali,vt quia intrusus est vel simoniacæ electus, tunc semper habet locũ regula prædicta,scilicet, quòd deponatur ordinans & ordinatus, nec tenent ordinationes eorum, quo ad executiones.62.distinct.c.1.infrà; de simo. per tuas. nec potest tenere beneficium per talem dolum quæsitum. infr. de renunc. nisi cùm pridẽ.§.1.16.q.7.si quis de feud. si autem dolus vel delictum non fuit tale, quòd electionem faceret nullam,sed annullandam, vt contemptus alicuius qui electioni interesse debet, tunc non debet renunciare beneficium si quæsitum, nec peccat tenendo contra voluntatem contempti,nisi prohibeatur à iudice,licet enim contemptus possit officium iudicis implorare pro ipsius cassatione: non tamen peccet quousque cassetur.Hoc enim officium iudicis de rigore iuris est introductum,nam de æquitate esset, quòd cõtemnentibus eum imponeretur pœna, & non cassaretur electio à maiori parte facta & etiam quòd non imponatur illi, qui nullo modo deliquit. argum. ff. ad municip. l. quòd maior. † vnde sicut condemnatus iniustè ad restitutionem rei suæ, non peccat tenendo eandem rem, si non auferatur per iudicem, vel dari præcipiatur, si nec iste, qui iure naturali canonicè electus est,scilicet, per consensum eligentium licet iure positiuo cassari possit.arg.ff.de condit. inde Iulianus.

†Alij tamen dicunt,quòd contemptus non habet offic. iudicis, sed tantùm exceptionem, vnde tunc tantùm competit hæc exceptio, quando confirmatio vel consecratio petitur. Postquam autem consecratus est, cùm non fit contra quid detur vlterius securus manet. Alij dixerunt, quòd semper agere potest, & sic habes expresse, quòd semper peccat tenendo contra voluntatem contempti. Si autem ipse erat in peccato, quare cassari poterat similiter sine peccato tenet beneficium acta pœnitentia. 68. dist. sicut semel. nisi esset tale peccatum, quòd executionem etiam acta

pœnitentia

pœnitentia impediret. infrà, de renunc. niſi cùm pridem. ſi autem deliquit tacendo irregularitatem ſuam, tunc omnibus modis debet offerre renunciationem ſuam, & peccat tacendo beneficium, ſed tamen diſpenſabit ſuperior in aliquibus irregularibus. infrà, de renun. niſi cùm pridem. §. perſonæ. ſed ordinationes eius executionem habent, quia non erat nulla electio de iure naturali, ſed deponendus erat. Si autem nulla ſit electio propter formam non ſeruatam, vel aliud conſimile. Conſenſus tamen legitimus eligentium & electi interuenit, qui ſolus de iure naturali ad electionem & alios contractus ſufficit. infrà, de trãſact. inter corporalia. tunc videtur dicendũ, quòd niſi ab initio ſe opponat, poſtea contradicere non poteſt. ff. de decur. l. pen. in fin.

9 † Et intelligo ab initio contradicere, ſi vſque ad conſecrationem contradicatur, ſed de hoc plenius notat. infrà, de cauſa poſſid. cùm olim. & hic ordines confert, & ſine peccato in beneficio manet. infrà, de ſup. neglig. præla. c. pen. & dicimus hunc per canonicam electionem de iure naturali intereſſe, nec eſt verum quòd hic non habet fundamentum, & ideò non poſsit ſuperædificare in ordinibus & alijs. 1. q. 1. principatus. imò fundamentum habet, ſcilicet, canonicam electionem de iure naturali, & facilè redit ad ius naturale. ff. de pact. ſi vnus. §. idem dicimus. maximè, vbi non oritur 11
ſcandalum, nec læditur honeſtatis publicæ iuſtitia, nec generalis ſtatus eccleſiæ, quòd eſſet ſi rediretur ad illud ius naturale, quod conſobrini ſimul contrahant. inf. de reſtitut. ſpol. literas. vel quòd irregulares remanerent in ordine, cùm
☞ ex hoc ordo dehoneſtatur. † Sed ius poſitiuum de forma ſeruanda inuentum eſt propter periculum eccleſiarum, quæ erãt in litibus, quæ iam ceſſant poſtquàm conſecratus eſt pacificè. Eſt enim hoc ius poſitiuum, quaſi de rigore iuris inductũ, & poteſt dici in hoc caſu, quòd poſt conſecrationem de forma non ſeruata, nihil poterit obijci. argument. ff. de decu. l. pe. in fin. etiam ab his, qui prẽſentes non erãt, & eſt ratio, quia ſuum intereſſe non proſequuntur, quia nullum eſt, nec intereſt eccleſiæ, cùm eccleſia in eius conſenſu perſeuerauerit, nec interſit eius ſi bonus eſt prælatus, & etiam, quia ſemel inquiſitum de forma vlterius de ea agi non debet. argum. infrà, eod. cùm dilect. & no. infrà, de caut. poſ. cùm olim. vel dic, vt
10 notat. infr. de dol. cùm olim. † vbi dicitur plus poſt confirmationem & conſecrationem adi poſſe de forma omiſſa.

Nec mireris, quod id, quòd nullum eſt tractu temporis ſit ratum, quia hæc non eſt nulla de iure naturali. Item hîc non eſt ſolus tractus temporis, imò eſt adita confirmatio & conſecratio. arg. in Authent. de nupt. §. quoniam. in fi. C. de donatio. C. ſi ma. fac. ra. ha. l. fi. & de hoc no. infr. c. bonæ. Alij tamen dixerunt, quòd electio quæ nulla eſt nunquàm ratificari poteſt, & nunquàm poteſt illud beneficium ſine peccato retinere, & ordinationes eius executionem non habent, ſi autem electio ſit aliqua ſed peccatum ſit in electione, & ſit tale, quòd verget in periculum eccleſiæ ſemper proponi poteſt, & debet ſicut per electionem fiet executio præbendarum. infr. de præbend. dilectus. ſi autem metus vel impreſsio interuenerit, quare facta ſit electio, quia affectata eſt electio renunciare tenetur, argu. inf. quòd me. cauſa. c. 2. tamen quia electio aliqua eſt quouſque caſſetur, ordinationes eius tenent. tamen ſi vnus ſolus eſt coactus de electoribus, & non tot, quòd etiam ipſis non coactis, nihilominus electio teneret, poteſt dici, quòd hic renunciare non tenetur, ſed ſi ipſe culpabilis fuit in violentia inferenda agat pœnitentiam. 68. di. ſicut.

11 † Alij dicunt & fortè melius, quòd vbicunque dolus expreſſus circa electionem admiſſus eſt, vt in prædictis caſibus ſemper renunciare tenentur, & eodem modo ſi pro ſe rogaſſet de electoribus. ar. ſuprà, eod. per inquiſitionem. ſi autem dolus interueniat in mente conceptus, videlicet de feſtinatione, vel dilatione electionis, quia æſtimabat, quòd ſi modò eligerent, ipſum eligerent, & ſi differrent mutarent propoſitum, vel econuerſo, vel huiuſmodi, vel de obſequijs exhibitis, renunciare nõ tenetur. inf. de ſimo. c. vlt. melius videtur, quòd ſi dolus ſit in mẽte cõceptus, ſiue extra ad verba & ad actus tranſiuit, ſemper acta pœnitẽtia remanet ſecurè in beneficio, licet enim peccauerit in ingreſſu propter hoc nõ tenetur renunciare, vt in decr. præall. de ſimo. c. vlt. Nec reſtringo q̃ poſsit agere pœnitẽtiã remanendo in ordine peccatũ tantũ conceptũ mẽte: imò dicimus, & ſi ſit in verba & opus emiſsũ; & illa decr. locũ habet in ſimonia tantùm

tantùm mente concepta, de dolo autem in confirmatione, vel conſecratione commiſſo. notat. infrà, de dol. cùm olim. metus autem ſi ex eo principaliter habuerit eccleſiam, facit quòd eam retinere non poſsit, cũ non ſit ibi liber cõſenſus. inf. de ſpon. cùm locũ. Item hũc dicimus ſolum contemptũ poſſe agere & excipere de ſuo contemptu contra petentẽ ſe confirmari (miſſarum) ar. quòd in collatione cuiuſlibet ordinis debet celebrari miſſa.

12 † Principaliter) per hoc dixerunt quidã, quòd quilibet celebrantium celebrat, licet vnus ſolus ſpecialiter celebret, & dicunt quòd etiam ſi ſpecialiter celebrans, non celebraret, & verba ad conficiendũ apta, non dixerit tamen ad verba aliorum conficietur, tamen cauti debent eſſe celebrantes, vt in verbis confectionis nõ præcedant principaliter celebrãtem, nec nocet, ſi concelebrantes eadem verba repetunt, ſicut nec obeſſet, ſi idem principaliter celebrans eadẽ verba repeteret. Alij dicunt quòd ſunt tantùm ad ſolennitatẽ, nec ad verba eorũ conficitur corpus, quia ad hoc non intendunt, nec intendere debent. Prius dictum magis placet, quia non video, quare ad preces aliorum non conficiatur corpus Chriſti, cùm ibi ſit perſona apta, ſcilicet, ſacerdos. & materia, ſcilicet, panis & vinum, & verba cum intentione (nec diuidatur) 23. diſ. quorundã. & 7. quæſtio. 1. nihil. & c. illud.

13 † Pallio) id eſt, antequàm habeat palliũ, tamen ſine pallio poteſt cõferre ordines in Epiſcopatu alterius, ſicut poteſt miſſam celebrare. inf. de vſu. pal. ex tuarum. Alij tamen dixerunt, & fortè meliùs, nunquàm etiam cum licentia dioceſanorum poteſt epiſcopale officium exercere, antequàm habeat palliũ, niſi authoritate Papæ. ar. inf. de renun. ad ſupplicationẽ epiſcopos conſecrare. ſup. e. ſuffraganeis. cõtra ſol. ibi, (ſed tanquàm archiepiſcopus.) 23. q. 4. ſi eccleſia. ff. de adopt. ſi pater nec etiam poteſt. nam cùm epiſcopatum non habeat nec poteſt epiſcopale officiũ exercere.
☞ † Item in archiepiſcopali eccleſia non poteſt epiſcopale officium exercere, cùm ibi non poſsit exercere ſine pallio, quia in eo confertur plenitudo põtificalis officij. infr. de vſuca. c. 3. & hac ratione dicimus, quòd de mandato alterius epiſcopi, epiſcopale officium poterit exercere.

CAPVT XXIX.

1 *Intereſt appellantis ſuam defendere appellationem.*
2 *Appellationis forma ſeruanda eſt in electione.*
3 *Quot requirãtur ad hoc vt electio dicitur canonica.*
4 *Quilibet de capitulo obijcere poteſt in formã & perſonam electi.*
5 *Electio quæ eſt ipſo iure nulla præſtat impedimentum ſecundæ.*

AVDITIS ATTENTATAM. Hîc lege decre. finẽ (ſcilicet nos igitur electionem cùm enim) hîc incipit narrare factum (In R.) archi. de quo ſupra dictũ eſt. (archidiaconos) plurale debet eſſe ſingulare. Hæc enim fuit cauſa, quare malè intelligebatur hæc decre. & falſa ſcribebatur (alium) à magiſtro R. de quo dicitur (nominante) non eligente. vt ex ſequentibus apparet. & nihilominus archi. ſed illum cum alijs nominabat. Hunc autem ſolus (ad electionem) ideſt, electionis publicationem quæ tamẽ olim neceſſaria non erat, ſed ſoli conſenſus ſufficiebant. ſup. e. cùm inter canonicos, alij extra (in electione) R. archidi.

†Prorumpit appellans) iam appellationem iſtam, ſcilicet, ne decanus procedat ad electionem ſine conſenſu ma. par. ca. tamen appellãs poterit proſequi, quia ſua intereſt ſuam appellationem defendere. Alij tamen dicunt, quòd non ipſe appellãs ſed capitulum vel electus cauſam proſequatur, quia eligens eligendo functus eſt officio ſuo, nec ſua ſpecialiter intereſt, vnde vlterius non habet quid faciat. argu. inf. de offi. iud. dele. in literis.

Nec mireris, ſi alius proſequatur, cùm non appellauerit nomine alterius, quod non eſt verum, cùm enim nomine Eccleſiæ faciat electionem, vel eius interſit appellationem, quam emittit Eccleſiæ nomine mittere videtur, & non ſuo, ſicut quilibet alius procurator, ſed eccleſia eam exercere poterit, ſcilicet, capitulum, vel maior pars. argu. C. de appellat. ſi actor. tamen ad hoc, vt eam exercere poſsit, neceſſe eſt, quòd capitulum appellationem ratam habuerit intra decem dies computandos à die qua appellatum eſt, & idem dico, ſi quis appellet, ne fiat electio canonica, ſup. eo. cùm nobis. ſecùs autem dicẽdum eſt, vbi eligẽs pro iure ſuo appellaret, quia tunc ipſe tantùm proſequi, & renunciare

appel-

appellationi ſuę poſſet.ar.ſup.eo.quòd ſicut.§.ſi autem.inf. de appel. conſtitutus. tamẽ in hac appellatione modica vis eſt, quia & ſine appellatione,& capitulum & quilibet cuius intereſt contra electũ agere,vel etiam excipere poteſt, ac ſi appellaſſet:vt no.inf.de accu. ſuper his. in hoc tamen valere poteſt appellatio, quia reuocat negotium ad ſuperiorem.

2 †Non valebant) in hoc quidã credunt, valere appellationem talem, appello ne fiat electio,niſi canonica: de qua dicitur ſupr.eod.cùm nobis.vel ne ſine conſenſu maioris partis capituli, vt hîc,quia ſi poſtea fiat minus canonica, vel aliàs contra appellationem electio eſt nulla, quæ tamen non eſſet nulla, ſed annullanda, in quibus caſibus ſi appellatio non prȩceſiſſet,puta ſi eſſet aliquis contemptus. ſuprà, eod.quòd ſicut.vel ſi eſſet à maiori parte electus.

Sed obijcitur,ſi appellans remittat appellationẽ,tamẽ electio,vel ratificaretur, nõ ergò eſt nulla? Reſpõdeo, hoc ideò cõtingere,quia ratificatur electio, quia fingitur non appellaſſe.ff.de ijs qui no. infa. l.furti.in prin.† Item obijcitur, quare appellatio faceret electionem nullam,vel alium contractum ſi fit extra iudicium, nõ enim debet auferri, vel diminuere poſſe eius à quo appellatur,quia potius prouocatio quàm appellatio dicitur.inf. de ap. cùm ſit Romana,ſed dicũt authoritate huius decr.& ſup.eo.bonæ. has vires habere appellationes extra iudicium factas, vel potes dicere,quòd appellatio hîc multum facit in electione iſta, quod vt melius videas pone exemplum tale.20.erant in capitulo.10.elegerunt alium,ita tamẽ,quòd nulli eſt ius quæſitum,ſed in electione iſta ſeruata eſt forma,qa non eſt de forma, q̃d à pluribus eligatur,ſup.eo.dudum.inf.eo. cõgregato:imò cùm in vnum ſolum poſſit reſidere ius eligendi. arg. prædictarum decr.& not.ſup.cùm nobis.apparet,quòd non eſt de forma quòd à maiori parte eligatur,contra hunc electum à 10. poteſt quilibet de capitulo procedere, tamen ſi ante lit.conteſt. vel etiam poſt lit. cõteſt. aliqui voluerunt conſentire in eum,valere poterunt tales conſenſus, quia electioni quæ non eſt nulla,imò ei quæ in veritate tenet accedunt.ar.ſup.eo. licet. quamuis caſſari poteſt propter minorem numerum,& ſic inuenimus in omnibus decret.quòd propter minorem numerũ caſſantur electiones. & non denunciantur nullæ.inf.eo.congregato.ſup.eo. dudum, & hoc c.cõſiderauimus. & in multis alijs decre.& ele.cui prædicto modo vota maioris partis acceſſerunt. Confirmabitur ea ratione,quia facta eſt à ſaniori parte,licet non maiori,& quòd ſit ſanior apparet ex eo,quòd ſequitur,quia poſtea eis accedunt alij.ar.ſup.e.licet. † Sed tamen credunt iſti,quòd ad hoc,quòd poſsit dici ſanior pars, oportet quòd ſit ad minus à principio tertia pars.de hoc no.ſup.e.dudum. infr. eod. ſcriptum. nec credunt iſti quòd primis votis poſsint alia accedere lite pendente inter electos.imò quidam dicunt idem,ſi alius quàm electus opponat ſe electioni.ar.hîc.& inf. vt.lit. pend. per totum.& de teſt.cauſam.

3 †Alij tamẽ dicunt,quòd eo tẽpore quo fit electio,oportet q̃d priores cõſenſus tot ſint,ex quibus poſsit ſurgere canonica electio,& ſit maior pars & ſanior, & innitũtur literæ decr.inf.eo.propter.ſed ſi cõtra hunc electum ageret, aliqui canonici ſuo nomine,tũc ſi aliqui de canonicis iſtis,qui conuenerant ad procedendũ contra electionem vellent diſcedere,ab hac contradictione poſſent,vt no. de poſtul. bonæ.2. ſi autem appellatum eſſet,tunc etiam ſi vnus ſolus vellet procedere contra electionem,& caſſare ipſam,quia facta eſſet poſt appellationem legitimam ab ipſo factam dicimus,quia etiam poſtea nullus cõſenſus poteſt accedere tali electioni, quia facta eſt poſt appellationem,& quicquid fit poſt appellationem,debet eſſe caſſum, & ita electioni factæ poſt appellationem, qa nulla eſt, vota poſtmodum nullo modo poſſunt accedere quãdiu pendet appellatio,ſed ſi ille qui ꝓſequebatur appellationem,ipſe renũciet expreſſè vel tacitè,ſcilicet, lapſu anni: tunc benè valebunt ei vota adiecta.

4 †Et dicunt,quòd hanc appellationem & etiam illam appellationem ne fiat niſi canonica electio poteſt proſequi quilibet de capitulo, dummodò appellet, etiam ſine appellatione, quilibet de capitulo poteſt obijcere in formam & perſonam electi: vt notat.infr.de accu. ſuper his. Alij dicunt & fortè melius, quòd electio decani non fuit nulla ratione appellationis,quæ nil in his operatur,ſed qa facta fuit à tam paucis,puta tertia parte vel paucioribus.inf.e.ſcriptũ. in fi. vel electionem decani nullam,id eſt, annullãdam, & ſi quæres,quare ergò non poterãt valere ſubſequentes cõſenſus? dic vt not.inf.e.

ecclesia

eccleſia veſtra. & dic, quia niſi electio à principio fiat à maiori parte & ſaniori, habito reſpectu ad aliam electionem à minus ſaniori factam,vel ad alios, qui priuati ſunt ipſo iure ſiue in eodem contextu,ſiue ex interuallo ſemper nulla eſt: nec poteſt ratificari: vt hîc expreſsè dicit. † Appellatione pendente) lite enim pendente non potuit illi aliquid iuris accreſcere,infrà,vt lite pend.c.fin. de teſt. cauſam.

Et hoc intelligo ex facto ſuo, ex facto enim aduerſarij poteſt. ff.de rei vend.l.ſiue autem.§. 1. ff. de pact. ſi tibi.10.§.ſi pactus.ff.de regul.iur.quòd abſentes.ſupr.c. proxi. contra ſol. quidam quòd hæc electio erat ipſo iure irrita, quia à minori parte celebrata, & poſt appellationem legitimam,ſuprà autem erat aliqua electio, ſed annullanda opę exceptionis oppoſita à contempto non (poterat) quaſi dicat, ſi omittat proſecutionem appellationem poſsit fieri rata, quòd non fatemur hîc (poſt illam) non fuit cauſa caſſationis ſecundæ electionis prima electione nondum caſſata, quia cùm eſſet nulla etiam ex interuallo licebat facere ſecundam.ſup.eo.bonæ.Sed quia electores non erant priuati poteſtate eligendi, & expone poſt primam electionem non caſſatam,id eſt, contemptis electoribus primæ electionis non caſſatæ, vel ſupple: maximè vel allegando dicit prædicta, & videtur hæc vltima reſponſio melior.

5 †Nondum) hæc electio quæ nulla eſt ipſo iure impedimentum præſtat ſecundæ.arg.ff.ad Trebel.l.1.§.accuſatione.ff. de iniuſt. rup. teſt. cùm in ſecundo.ff. de vſuca.pro dona.inf.de ſpon.iuuenis. & de deſpon.impu.ad diſſoluendum.ar.contra ff.de verb.oblig. ſi dari ſtipuler. vel fortè poſſet laudabiliter dici idcircò caſſatam ſecundã electionẽ, quia facta fuit cõtemptis electoribus partis alterius,quæ erat maior pars, qui vocandi erant ex quo ex interuallo fiebat electio, cùm non eſſent priuati ipſo iure poteſtate eligendi, ſed priuandi. Si autem duo concurrerent,ſcilicet, quòd electio eſſet nulla, & quòd electores priuati eſſent poteſtate eligendi ipſo iure,vt quia elegerunt indignum, vel per ſecularem potentiam, vt ſuprà, cùm in cunctis.& infrà,eod. quiſquis.& conſimilibus crederem quòd teneret ſecunda electio etiam non caſſata prima.infrà.de appel.conſtitutus. inf.de re iud.cùm Bertholdus.inf.de ſup. neg. præla.c.vlt.

Sed oppones & hîc priuati erãt ipſo iure,quia poſt appellationẽ elegerunt.ſupr. eo.literæ.Reſpondeo,hîc non fuit appellatum,niſi contra decanum, & ideò non ſunt priuati poteſtate eligendi ipſo iure, licet elegiſſent. Item non fuit appellatum vt non conſentirent in quos vellent, ſed ne publicaretur electio, ſed alia ratione patet eos non vocandos,etiam ſi vocandi non eſſent ipſo iure, quia in eodem contextu videtur facta electio, hîc enim quidam negant, quia capitulum exiuerant. Item quidam dicunt,nõ eſſe priuatos ipſo iure qui poſt appellationem eligunt, vt notat.ſuprà,de poſtulat.gratum. & decr. ſuprà,bonæ.Reſpondeo, vt ibi. Vtranq; R. qui Archid.& matri R. electus fuit à cantore & parte ſua,ſcilicet electionem, ſiue nominationem.5. Archi.quam fecit primo cantor,& hîc non confirmat,nec caſſat ipſe enim de ſua electione non continebat:ſed inter electos alios tantum erat contentio erat enim nominatus.5. Archi. non electus.& ideò de iure ſuo non confidebat. † Sed dices cùm ſecundum iura Innocentij ſtatim ex conſenſibus ius acquiratur. Quare ergò non cõfirmata electio. 5.Archid. cùm eſſet facta à maiori parte, & ſaniori,vt hîc dicitur. Reſpondeo, quia non conſenſerant eligendo,ſed deliberãdo tantùm.ſup.eo.c.proxi. vnde non acqrebatur ſibi ius,hodie enim nõ ſic neceſſe eſt publicare electionem.inf.c. quia propter,ſemper tamen fuit neceſſe in cõmuni conſentire nec valebant ſi clandeſtinè & ſeparatim fiebant.2.q.6.ei qui.verſ. nominationes.63.di.quanto.ſicut & omnia negotia vniuerſitatis in cõmuni fieri debent nõ ſegregatim 4.ff.quòd cuiuſq; vni. nulli.ſigillatim autem poſſunt conſentire,vbi de rebus communibus non vniuerſitatis contrahunt. ff. de ſer. vrb. præ.per fundum.ff.communia vtriuſque iudi. receptum.

4 *Non ſegregatim. De hoc plenè.ſup. de cõſt.in.ca. eũ oẽs. maximè Moder et ad de q̃ donatio facta ſegregatim per homines vniuerſitatis de re communi valet. ita Alex. de Imo. in cõſ. 43. per totum in 4. vol.*

CAPVT XXX.

1 *Poſtulatio ſtatim quod eſt facta debet publicari capitulo.*
2 *Cùm quis à pluribus poſtulare teneatur non eſt vni à quo primo poſtulet.*
3 *Non licet poſt factam poſtulationem ab ea diſcedere.*
4 *Mandatum etiam re non exiſtente integra reuocari poteſt.*
5 *Electoribus pro vna vice licet ex toto poteſtatem eligendi alij conferre.*
6 *Non ſufficit ſolo facto contra translationem poteſtatis venire: ſed verbo debent nunciare*

nunciare compromiſſario, ne vlterius in electione procedat.

IN CAVSIS (abeis.) ſcilicet canonicis(quinque) iſti quinque poteſtatem habẽt à capitulo non ab illis duobus, q eos eligũt. ff. quòd cuiuſq; vniuer. item §. 1. idem dicimus ſi quinque debent eligere electores alios (conueniſſent)no. quòd ille cui datur poteſtas eligendi poſtulari poteſt. inf. de renun. poſt tranſlationem. ar. ff. iudi. ſol. iam tamen. §. pe. ff. commo. l. ſi. ar. contra. ſup. e. innotuit. in fi. (electionem)no. epiſcopus quòd eligit in poſtulandum. inf. de renun. poſt tranſlationem.

1 †Publicarunt)ſic videtur ſemper faciendum, vt facta poſtulatione deberet publicari capitulo tantùm non populo, niſi primò poſtularetur à Papa, cùm nihil videtur dictum poſtulamus talem, niſi dicatur à te, & præſente: tamen poteſt tolerari quod eſt de conſuetudine, vt ſolenniter fiat poſtulatio, & eriam coram populo, & nihil aliud eſt dicere poſtulamus, niſi eligimus, vel ordinamus poſtulandum, infr. de renun. poſt tranſlationem. & talis poſtulatio in aliquibus vim electionis habet: quia cùm aliàs nullus debeat eſſe epiſcopus, niſi canonicè electus hic, vlterius non eligetur, ſed approbabitur poſtulatus. & ſic epiſcopus fiet vel caſſabitur, ſicut ex hoc capitulo colligitur. inf. eo. ſcriptum. & ex omnibus capitulis, quæ de poſtulatione loquuntur, & in hac poſtulatione debet ſeruari forma cõſtitutionis, quia propter. ar. 61. di. Oſius. & c. epiſcopus. poteſt tamen & aliter, id eſt, ſine ſolennitate fieri poſtulatio, de qua habes. 61. di. Oſius. & ☞ c. vlt. & §. ſed & aliud. † & ſatis eſt honeſtũ & vtile vbicunq; aliquis à laico debet poſtulari, vel alio quocunq; præterquàm ab illo, qui debet confirmare quòd hoc vltimo modo fiat poſtulatio, & poſtea eligatur ſolenniter.

Et hoc eſt verum, quando poſtulatio eſt talis cuius electionem tantùm illius à quo poſtulatur conſenſus impediebat, quales credo libertos eccleſiarum promotos ad ſacros ordines, ſi poſtulentur ad regimen alicuius eccleſiæ, nam aliorum liberti ordinari non poſſunt, ſi ibi patronus aliquid retineret. 54. diſtinct. quodcunque. & c. vlt. ſi verò adhuc ſit aliud impedimentum, quod eum eligi prohibeat, puta quia aliud impedimẽtum habet, iterum poſtulabitur, cum ſolennitate decret. quia propter. ſi verò omne impedimentum poteſt tollere ille, qui confirmare debet, tunc eſt vtilius poſt ſolennẽ poſtulationem facere, vt remoueatur circuitus, & multus labor: & ſic fuit factum hîc, & ferè in omnibus decret. quæ de poſtulatione loquuntur non negamus: tamen quin ſemper in optione poſtulantium ſit, vel cum ſolennitate, vel ſine ſolennitate poſtulare.

2 † Item non credimus vim conſtituendam, cùm à pluribus tenetur poſtulare â quo primò poſtulet, puta vel à prælato, cuius clericus eſt, vel à Papa qui fortè ſolus diſpenſare poteſt, vel ab ipſo poſtulato, & ideò non dicitur matrimonium initiatum quouſque omnes qui conſentire debent, & quorum conſenſus neceſſarius eſt requiratur & habeatur, aliàs abſurdum ſequeretur, quòd archiepiſcopus matrimonium ſpirituale initiatum ſepararet contra. inf. de renun. & inter. quidam tamen hoc epiſcopum confitentur, & aliter intelligunt illam decr. quidam tamen & fortè non malè dicunt, quòd ſi à laico facienda eſſet poſtulatio de priuato, vt de obligatis conditioni, quòd primò ſunt petendi dominis & plenam libertatem conſequi debent. 54. di. nulli. & in c. ſeq. & poteſt hæc dubitatio habere locum, & in poſtulatione ad clericatum, & tunc dicunt quidam, etiam obligatum laico poſſe ſolenniter ad clericatum poſtulari, ſed non debet ordinari quouſque libertatem conſequatur, & ſic loquuntur. c. ſupradicta, & non currit iſtis ſpatium trium mẽſium, & propter has poſtulatiões multas, & etiam non occultas, & non ſolennes vltra tres menſes protrahat electionem. eſt enim hoc iuſtum impedimentum nec fuit iterum in mora. infrà, eod. ne pro. C. de inoffi. te. l. contra mores. (reuocauerunt) quantum in eis fuit, ſed non potuerunt (pulſari). infr. de offic. cu. c. 1. & 1. di. ius miſ. hoc ſignum ſufficit ad vocandum præſentes & in minoribus negotijs, in electionibus autem vbi neceſſarij ſunt abſentes neceſſarij ſunt nuntij, vel literæ. arg. inf. de offic. dele. prudentiam. inf. eo. coram.

3 † Eligit) videtur quòd potuerunt recedere à poſtulatione, cùm ex eo non acquiratur ius. ſuprà de poſtula. c. penul. ſed certè vt hoc dicitur, poſt poſtulationem factam, non eſt licitum ab ea diſcedere, niſi fortè omnes cõmuniter diſcedere vellent, ſicut eſt ar. in eadẽ decr. vel

vel maior pars. ff. ad municip. quòd maior. Sed dices hoc maior pars elegit, Archidiac. Reſpon. non eſt verùm licet ipſi dixerint, vel dic hoc eſſe ea ratione, quia licet poſſent à ſua poſtulatione recedere, non tamen ab iſta ad quam ex fide præſtita, & ratione compromiſſi tenẽtur, quàm non ipſi, ſed cõpromiſſarij fecerũt. (Quia) hic incipit ſententia Papæ.

4 † Cùm res) videtur etiam quòd re non exiſtente integra poſsit reuocare mandatum. infrà. de proc. ex inſinuatione. ff. de condi. ob cau. l. dedi. & in l. ſi pecunia. in princ. ff. loca. cùm in plures. & l. mandaui. inf. de iudi. iudicium ſolum. ex quo tres concordauerũt de vna perſona intererat eorum non reuocari mandatum, vnde nõ potuerunt reuocare, vt in prædicta. l. ſi pecuniam. vel dicimus quòd non eſt hic purum mandatum, ſed ceſsio iuris, vel collatio poteſtatis, vt hic dicit, ſcilicet, quòd capitulum trãſtulit poteſtatem. & ad idẽ inf. d. cùm dilect. & c. cùm in veteri. qua reuocare non licet, ſicut nec iuriſdictionem. inf. dele. ſuper quæſtionum. inſt. de dona. verſ. certis ex cauſis. C. de reuoc. do. ſi donationes. 16. q. 7. viſis. 32. q. vlti. c. 1. C. de dona. l. vlt. ſed his videtur contra inſti. manda. §. mandatum. ff. de iudi. iudicium & decre. præalle. ſuper quæſtionum. etiã cõtra dicere videtur, vbi dicitur, quòd ad delegantem poteſt appellare, niſi totam iuriſdictionem commiſerit, & per conſequens iuriſdictionem delegati reuocare. Idem ergo & hic dicendum, ſcilicet, quòd totum ius eligendi non commiſerit, ſed tantùm hac vice quòd illi reuocare poſſent. Item eodem iure debent cenſeri iſti compromiſſarij, quo ad alios, ſed ☞ alij ad nihil agere poſſunt, niſi ad intereſſe de arbitr. per tuas. ergo nec iſti. † Ad ☞ hoc ſic reſpondemus, quia licet hi quibus confertur poteſtas eligendi, aliquando compromiſſarij appellantur, tamen proprius dicuntur donatarij, quia eis eligendi hac vice poteſtas collata eſt & donata, & ideò ex quo conſenſerunt donationi ſibi factæ, id eſt, tranſlati poteſtatis eligengi, vlterius conferentes poteſtatem eam nequeunt reuocare iſti. de donatio. §. alie. Nec eſt etiam verùm, quòd hic à cõtrario ſenſu poſſet colligi, ſcilicet, quòd res eſſet integra reuocari poſſet mandatum, quia non ſemper valet huiuſmodi argum. Vel dic, quòd electores iſti non conſenſerunt verbo donationi ſibi facta: ſed facto tantùm, ſcilicet ſecedendo ad tractatum de electione, & ideò benè dicit, quia res non erat integra, quia donationi cõſenſerunt ipſo facto, & non aliter, ſed & ſi aliter cõſenſiſſent, ſcilicet, ſolo verbo vel alio modo ſuffeciſſet. Item non obſtat de procuratore cuius mandatum reuocare licet, quia nec ſimiles ſunt procuratores, qui nihil ſibi honoris vel vtilitatis procurant, ſed tantùm laborem. ff. de proc. quia omnia & alieno nomine tantùm agunt, ſed hi electores ſuum honorem proſequũtur, & ſuo nomine eligũt, vnde benè dicit decreta. inf. eo. quia propter, quòd committatur poteſtas eligendi aliquibus, qui eccleſiæ prouideant. Ipſi ergo ſunt qui eligunt, non illi qui poteſtatem eligendi dederunt. † Ex hoc videtur, quòd quãdo publicant electionem, nõ debent dicere, nos eligimus nomine eorum, qui nobis poteſtatem eligendi contulerunt, ſed ſuo tantùm, vel nec ſuo vel alieno nomine eligunt, ſed ſimpliciter dicãt nos ex poteſtate nobis tradita talem eligimus, vel de tali prouidemus eccleſię, Nec eſt etiam cõtrarium de iuriſdictione, quæ etiam re integra reuocatur ab ordinario, qui vnam cauſam alij ex toto cõmiſit. ff. de iudicat. iudicium, quia ille delegatus non poteſt dici donatarius, nec etiã poteſt dici, quòd ordinarius delegans iuriſdictionem amiſerit etiam in ea, quàm commiſit, quòd ex eo apparet, quia ad ipſum appellandũ eſt, & inde etiam eſt, quòd reuocare poteſt, & etiam ex eo hoc probatur, quia ſi aliquis ſit delegatus, qui non habet iuriſdictionẽ, niſi in vna cauſa, & illam iuriſdictionem totam alij committit, remouiſſe à ſe videtur iuriſdictionem & in alium tranſtuliſſe. & hic poteſt dici donatarius. † Et ideò ☞ ad eum eligentem non poteſt appellare, nec poteſt iuriſdictionem reuocare. infrà, de offi. deleg. ſuper. & hoc eſt quòd dicit. l. ff. de offic. præſi. vbi dicitur, quòd præſes non poteſt à ſe abdicare imperium.

Quòd ſic intelligendum eſt, quia retinendo dignitatem vel vniuerſalem iuriſdictionem non poteſt facere, quin ſemper ſuper omnes habeat iuriſdictionem ſaltem in aliquibus renunciando autem dignitatem, vbi & vt debet, benè amittit imperium, ſed ſecùs eſt in electoribus, † quia 5 eis benè licet vna vice ex toto poteſtatem eligendi alij conferre, vt hîc, infrà eodem, cùm dilecti. & c. cùm in veteri. & c. quia propter. Item non obſtat quòd dicitur, ſcilicet, quòd ex compromiſſo agitur tantùm ad intereſſe, quia ſicut dictum eſt

licet illi electores dicantur cõpromissarij, qa illi q in eos potestatem transferunt eligendi semper ꝓmittunt habere ratũ, q ab eis factum erit, tamen proprius dicuntur donatarij, nec ex tali promissione aliquid potestatis accrescit. imò plus dicimus q̃d etiã si esset compromissum tamẽ in spiritualibus non agitur ad interesse sed semp tenet, q à cõpromissarijs fit. vt not. infr. de arb. dilecti. hoc credo verius, scilicet, quòd fuerint cõpromissarij & tenẽtur recipere electũ ab eis secundũ formã cõpromissi.

† Et credo q omnes cõmuniter possent reuocare potestatẽ eis traditã, & hoc credo etiam de vno solo etiam alijs contradicentibus, nam cùm non possit cõpromissum ꝓcedere à principio vno solo cõtradicente, & eadẽ ratione non procedit vno reuocante, vel aliter vt melius not. sup. de postulat. bonæ. 2. tamen hoc speciale credimus in cõpromissarijs electionis, quòd postquam incœperint tractare de electione, quòd nec singuli nec etiã omnes possunt reuocare potestatem, vt hîc. † (Cùm res) non sufficit solo facto venire contra translationem potestatis, scilicet, eligẽdo, sed verbo debet nunciare cõpromissario, ne vlterius procedãt in electione, alioquin tenebit electio facta à cõpromissorio antequàm sciat electionem factã, an non. ar. ff. de procura. si procuratorem. ff. de iud. iudicium. ff. de instit. sed & si. §. 1. & 2. (integrã) † res dicitur non esse integra, cùm in negotio compromisso quo ad substantialia ipsius negotij in aliquo est, processerunt. VERBI GRATIA: cõpromissum est in negotio electionis, cùm cõpromissarij cœperint de electiõe tractare, puta q vnus dixit mihi videtur talis bonus, & alius respon. quod sibi placebat, vel displicebat & hoc innuit hęc litera, quę dicit, q hoc modo sit res non integra, sed si de solennitatibus electionis aliquid fieret non minùs esset res integra, nec minùs reuocare posset, vt si cantassent missam de sancto Spiritu, vel etiã si intrassent capitulũ, sed nihil de electione tractantes. ar. ff. de procu. ante lit. & l. se. vbi habetur † q̃d res est integra, quòd ad procuratorem quoucunq; lis contestatur, licet multæ præcedant vt citatiões declinatoriæ fori, & alia huiusmodi: alij tamen dicunt contra. Item si compromissarij habuissent tractatũ de aliquibus, sed ab eis ex toto recessissent, vel si elegissent & ipse renunciasset cùm simpliciter potestatem procedendi haberent videretur res integra. ar. inf. de cleri. nõ resi. relatũ. C. quomodo & quando si. alij præsses contra & alibi dicitur res integra quousq; sua interfit. ff. de condi. ob tur. cau. si pecuniam. sed hoc non impedit reuocationem dummodò soluat interesse.

CAPVT XXXI.

1 *Episcopus non potest vbi præbendæ non sunt distinctæ eligere canonicos.*
2 *In electionibus beneficiorum & collationibus consuetudo spectatur.*

VM ECCLESIA VVLTERANA. Quosdã elegit † vbi præbẽdæ nõ sunt distinctæ & negligentibus canonicis, nõ potest episcopus eligere canonicos. inf. de concess. præben. ex parte. sed ad eligẽdũ potest eos cogere p cen. ecc. secùs aũt si essẽt ꝓbendæ distinctę, sup. e. cũ in cũctis. inf. de cõcess. ꝓbend. non vacan. nulla. & hoc est ea ratione, qa nõ dicitur iure, q episcopus suppleat defectus canonicorũ, in his secùs est enim si discretè. inf. de concess. præb. nõ va. nulla. 9. q. 3. cùm simus. & ar. inf. de sup. neg. pla. Romana. Ab iniuria) id est, ab inquietate episcopus Vulteranus in prima petitione egit possessorio. s. q canonici nõ molestarent eũ super electione canonicorũ. Molestare aũt videbantur, cũ institutos ab eo inquietabant sup dicta autẽ petitione, cũ vterq; ꝓbationes induxisset, qa constitit melius ꝓbatum & de antiquiori tẽpore ꝓ canonicis absoluũtur ab impetitione ipsius episcopi, vel erat fortè iniuria canonicorũ, q erant ab episcopo instituti, q̃ institutos ab eo vel electos nõ recipiebant, vel q ipsi canonici etiã eligebãt alios, nã prædicta faciẽdo vim facere videtur, quominùs q̃etè possideat, & ideò cõpetit interdictũ vti possidetis. ff. vti pos. si duo. §. iterũ. eodẽ modo si minùs terrerẽt electos ab episcopo, quominùs cõsentirent electioni ab episcopo factæ, vel dic, q episcopus intẽtabat negatoria. de quo not. inf. de ver. sig. abbate. (quia nõ videtur) ff. de iniur. iniuriarũ. §. 1. ff. de peti. hære. illud. inf. de ap. bonæ. 14. q. 1. q debetur. 14. q. 5. nõ sanè. 64. di. qa per ambitiones (longè melius) & ideò debẽt obtinere. inf. de ꝓba. ex literis. & c. licet. vbi not. (in secundo) hîc agitur petitorio (paterentur) decætero (notoriũ) & ꝓ episcopo nullę sunt probationes alię. Item rei euidentia vel sentẽtia alia ritè lata. inf. de accu. euidẽtia. inf. de coha. cleri. vestra. & c. tua. ff. de le. si de cõsuetudine.

2 † Eligendi quòd episcoporum sit collatio præbendarum de iure videtur. 21. di. §. 1. & c. in

1. & c. in nouo. in Auth. de mẽsu. or. inf. de pecu. c. vlt. ar. contra. infr. de his quæ fi. à præla. nouit. & c. ea noscitur. 93. di. diaconi. sol. in electionibus & beneficiorũ collationibus consuetudo spectatur. infrà, de his quæ fi. à præl. sine consen. ca. ea noscitur. inf. de concess. præben. vel eccles. non vac. nulla. infr. de iure patr. nobis. infr. de cau. pos. cùm ecclesia sutrina. inf. de verb. signifi. abbate.

CAPVT XXXII.

1 *Electionis confirmatio tenet etiam si electio sit nulla.*
2 *Confirmatio semper fieri debet cum causæ cognitione.*
3 *Nunquid confirmatus cuius electio non tenet sit prælatus illius ecclesiæ.*
4 *Cõfirmatio magis videtur sequi vim decreti quàm confirmationis.*
5 *Exceptio doli habiti in electione tam contra consecrationem quàm confirmationem competit.*
6 *In spirituali causa iuratur de calumnia ab excipiente.*
7 *Potest quis super facto alieno coram se habito iurare.*
8 *Neganti non incumbit probatio.*
9 *Sentẽtia lata in causa inquisitionis vel donationis seu exceptionis præiudicat alijs de eodem agere volentibus.*
10 *Sententia interlocutoria transit in rem iudicatã: ita quod super ea postea nõ auditur.*

VM DILECTI. (Examinatis) licet enim examinauerit voluntates aliorum, non tamen propter hoc obligantur, vt eorum vota sequantur sed liberam habeãt eligendi potestatem, vt ex sequentibus apparet (declarãdo) idẽ esset & si super hoc non sententiasset, dũmodò præmissa super hoc petitione, inq̃sitione & electione, eo non obstante confirmaret. arg. ff. de nego. gest. Nesennius. §. fin.

1 † Confirmauit) confirmatio electionis tenet etiam si electio sit nulla, dummodò fiat ex certa scientia confirmationis, & durante voluntate eligẽtium, vel si ex voluntate confirmatoris pendet, sic est etiã in confirmatione adoptionis. ff. de adop. adoptio. sic etiam est in tutoribus datis ab ijs qui eos dare non possunt, vel qui dati sunt non solenni testamento: vt no. plenè in sum. C. de confir. tut. sicut. & sic etiam dicitur testamentum, quòd non valet cõfirmari in illo testamento, quod valet fortè non semper propriè sumitur vocabulum confirmationis. & propter hoc contingit quòd post confirmationem nõ potest dici in forma electionis.

2 † Item confirmatio semper fieri debet cum causæ cognitione, scilicet, vt semper inquiratur de forma & processu electionis, & de persona electi. inf. eo. nihil. & nisi inquiratur non valet confirmatio. arg. præ. decre. nihil. ff. de transact. cùm hi. §. si prætor. & ff. de rebus eo. magis. §. antepe. 24. dist. c. fi. 61. dist. c. fi. 61. dist. episcopus. nec tamen credimus necessariũ, nisi summariam cognitionem, licet sit nulla confirmatio, tamen quæ dicit, & quæ facit quandiu tolerantur valent. 8. q. 4. nónne. ff. de offi. præto. Barbarius. quamuis posset a dici quòd illa. l. loquitur quando tenet confirmatio, sed melius facit pro his, quia quæ fiunt à procuratore tenent. ff. de procur. si is. nec potest eis agẽtibus op. cùm nõ sint canonicè instituti: vt not. inf. eo. nihil. sed satis benè creditur alijs, quòd posit obijci, quòd confirmatio non tenet. arg. de decur. l. vlt. Alij tamen hoc non fatentur probato tamen in modum exceptionis, quòd cum confirmatio nulla est non tenebit, quòd egit, quia non est communis ignorantia, licet res inter alios acta non præiudicet.

a *Quãuis posset. sentit hic in. l. ꝑ Barbarius. nõ fuit ꝑtor. & est cõmunis intellectus ad diclam. l. Barbarius. vt ibi dicunt nouiss. in col. 4. in fi. allegant. idẽ Inno. in. c. nuper. inf. de big.*

3 † Sed potest quæri de confirmato, cuius electio non tenet, an sit prælatus huius ecclesiæ & certè iurisconsultus interrogatus de ista quæstione non respondit, sed dixit, quòd ea quæ dicit, & quæ facit valerent. ff. de offi. præto. Barbarius. nobis autem videtur, quòd siue electio non teneat, siue confirmatio non est electus prælatus. 62. dist. per totum. 1. q. 1. ordinationes, sed in eo quòd dicunt, quod quæ dicit, & quæ facit tolerantur, benè dicunt propter communem ignorãtiam, & propter tuitionem confirmationis. arg. sup. e. transmissam. & no. sup. e. nihil. nec valet si obijciatur, si non est prælatus, quomodo aget, quomodo valebunt quæ cum eo qui est prælatus fierent. Respondeo, benè ex bono & æquo animo propter communẽ ignorantiam, vel quia potestatem administrandi recipit ex confirmatione. suprà eo. transmissam. & vide simile, quia si sententietur pro aliquo super aliqua re, quæ non fit sua sententia, non facit eam suam. ff. de condi. inde. Julianus. ff. de rei vendi. cùm ex diuerso. ff. si ser. vend. sicut. §. dist. ver. si quæratur. & tamen rem illam vendicat per publicianam. nec obstat sibi exceptio quòd non sit dominus. ff. de pub. sunt & aliæ. §. 1. ff. de iureiur. sed & si.

4 †Item videtur, quòd confirmatio magis ſequatur vim decreti, quàm confirmationis, quia in ea ſummariè proceditur, & ex hoc eſt quòd facilius admittatur ad contradicendum: quia eſt tam contra decre. quàm contra ſententiam, ſi quid obreptũ eſt. ff. de re. eo. qui ſub tut. l. 1. in princ. & l. magis. §. antep. & hoc etiam locũ habet vbi alius eligit & alius confirmat, quia ſi idem eſt qui eligit & cõfirmat, quia poteſtatem miniſtrandi tribuit, & hi magis propriè dicũtur prouiſores, quàm electores, vel quàm confirmatores, tunc non eſt neceſſària, quia non eſſe poteſt cauſæ cognitio in confirmatione, ſed antequã prouideatur debet diligenter examinare perſonam de qua prouidere debet. 8. q. 2. illud dilectiſsimi. Item non obſtante tali cõfirmatione, quilibet admittitur ad dicẽdum & contra perſonam, & cõtra formã, ſicut admitteretur ante confirmationem. arg. inf. qui ma. accu. poſ. cùm in tua. ſed licet ſic admittatur ad dicendum in perſonam, & in formam, nõ tamen propter hoc impeditur effectus cõfirmationis. inf. de appel. conſtitutis.

Nobis nõ placet quòd dictum eſt, quòd non tenet confirmatio ſine cognitione cauſæ, ſicut probatur ex decre. quam pro ſe inducũt. inf. e. nihil. vbi dicitur, quòd ſi ſine præmiſſa examinatione confirmauerit, & poſtea inueniatur habere defectum, quòd punitur confirmans & confirmatus deponitur, ex quo appareret, quòd cõfirmatio tenet, ſed reuocatur ſi malè eſt confirmatus, vel ſi electio eſt minus canonica & repete quæ notat. inf. de dona. cũ olim.

5 † Ex aduerſo) non fuit ſublata exceptio doli habiti in electione per cõfirmationem, quia tam contra cõſecrationem quàm confirmationem competit. infr. de accu. ſuper his. (& ſaniori) quòd ſi verum eſt, nulla eſt electio: vt ff. mand. diligẽter. (recuſare) denunciando. inf. de appellat. conſtitutis. infr. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. in modum enim exceptionis non videtur, quòd poſsint procedere, niſi
☞ à parte electi peteretur † conſecratio tamen poteſt dici, cùm intra modicum & certum tempus teneatur petere confirmationem, & cõſecrationem, quòd intra illud tempus etiam ſi non petat, tamen poteſt agi excipiendo quandoque dicatur exceptio non ſolùm actionis, ſed etiã intentionis eſt excluſio & electi confirmati intẽtio eſt, vel eſſe debet, quòd conſecretur. Itẽ hæc exceptio eſt quaſi accuſatio de hoc not. inf. eod. dudum. inf. de do. & cõtu. cùm dilecti.

6 (A contradictoribus) † hîc habes, quòd in cauſa ſpirituali iuratur de calumnia ab excipiente. ad idem. inf. de reſtitu. ſpol. literas. infrà, de teſtim. præſentium. infrà, de excepti. paſtoralis. ſi hoc eſt propter præſumptionem, quæ eſt contra eum. aliàs autem dicunt quidam, & non malè, quòd in ſpirituali cauſa & principali, niſi propter præſumptionem, quæ eſt contra eum, vt hîc non iuratur de calumnia. infrà, de iura. calum. literas. & decreta. ſeq. imò plus facit præſumptio, quia qui iurauit ſuper tota lite propter præſumptionem iurat, poſtea ſuper exceptione. in Authent. de teſti. §. ſi verò. ſed certè aliqui dicunt, & non malè, quòd non eſt mere ſpiritualis cauſa, vbi agitur de teſtibus ſpiritualium, ſed etiam popularis, ſi eſſet mere ſpiritualis: tamen crederem iuramentum de veritate dicenda non de calumnia præſtanda. infr. eod. dudum. ſed quando iurat de veritate debet iurare etiam quòd ſi de credulitate quæretur veritatem reſpondebit, & ſic ſe habet conſuetudo eccleſiæ Romanæ. Alij tamen dicunt & fortè melius, vt nota. infr. de iura. cal. literas. tamen ſi iuretur propter hoc non debet vitari proceſſus iudicis, & ſemper raro quærendus eſt de credulitate.

7 †Iuramenti) iſti non ſunt teſtes in propria cauſa, ſed ſuper facto alieno coram ſe habito iurant ad idem. C. de fideicom. l. vlti. iuſti. de teſta. ordi. §. legatarius. nam iudici pluſquàm alijs creditur, de his quæ coram eo aguntur, & his plus creditur qui in toto negotio interfuerunt. C. de adult. adulterij. ff. de adult. l. vlti. poſſet etiam dici quòd hoc eſt propter defectus probationum. ad idem. C. de hæred. l. vlti. 4. q. 3. §. item ſerui. (Reſpondeo, duo) ſecùs eſſet, ſi vnus ſolus eſſet, quia tunc non crederetur ſibi de hoc quòd quilibet nominaretur, niſi aliàs probaret. argum. infrà, de probat. quoniam nec eſt ſimile de tabellione, qui recipit teſtes, cui creditur quòd vera ſcripſit, niſi contrarium probetur quia illud publicam authoritatem, quam habet ſicut etiam per præſ. decre. quoniam probatur.

8 † Sed obijcies, quare magis oneratur contradictor probatione formę, vt inf. vbi dicit alioquin quàm probatione dicti ſui? Reſpondeo, quia illi qui negat nõ incũbit probatio. C. de proba. actor. hîc contradictor negat, ſcilicet, ſe cõſenſiſſe in archid.

vnde

vnde non incumbit ei probatio, ſed in ſequentibus vbi dicit, quòd debet probare formã plus aſſerebat, quàm negabat. ſ. talem fuiſſe formam. ſ. q, ſingulorũ vota debent inquiri, & ideò incumbit ꝓbatio ſibi (ſingulares) ſup. e. bonæ memoriæ Magũ. (caſſetis) id eſt, nulla ꝓnuncietis, nec mireris, quòd ad dictũ iſtorũ caſſatur electio, quia licet probatum ſit quòd contra formam ſibi datam elegerunt, & ideò tanquàm peccatores videntur à teſtimonio repellendi, non tamen conſtat eos peccaſſe, quia fortè formam ignorabant, vel fortè non ſunt veræ probationes, licet nõ fuerunt probatæ. Item nec ipſis præiudicat, cùm non agatur contra eos, & etiam ſi ſciuiſſent, licet quòd hoc, ſicut de alio pacto poſſet excipi cõtra eos, & ſic repellentur à teſtimonio, tamen ſi non excipiretur, benè admittuntur ad ferendum teſtimonium, ſi autem falſum teſtimonium dixiſſent, non admitterentur, poſtea contra. inf. de teſt. ſicut.

☞ †Item benè dicimus, quòd ſi dicerent iſti electores nos amore, vel precio decepti, vel etiam ignorantia iuris eum contra formam elegimus, non valeret teſtimonium eorum ad probationem. inf. de teſt. ſicut. 14. q. 3. c. fin. ſed hoc intelligetur, quando hoc nõ dicebant imò ſe ignorãtia vel alio modo excuſabãt. Alioquin) id eſt, ſi contradictor probauerit factum compromiſſum ſub prædicta forma, nec mireris, ſi ei incumbit probatio, quia ex quo conſtat de compromiſſo præſumitur ritè proceſsiſſe. ff. de proba. ab ea. (ad hãc pœnã) quòd ſi non feciſſet, eſſet pœna in arbitrio iudicis. inf. de accu. ſuper his. inf. de offi. dele. de cauſis. hîc habes quòd clericus obligat ſe ad amiſsionem præbendæ. arg. contra. C. quæ res pig. obli. poſ.
☞ ſpecie. †Item obligat ſe ad pœnam ordinis, vel anathematis. 1. q. 7. quoties. de cõſe. diſ. 2. ego Berengarius. Item obligat ſe ſub alia pœna. 23. diſ. quædam. 25. quæſt. 2. quæcunque. inf. de arbit. cum tempore. de hoc not. inf. de offic. deleg. p. & h.

9 †Iudicata) not. quòd ſententia lata in cauſa inquiſitionis, vel denunciationis, vel exceptionis, præiudicat alijs volentibus agere de eodem. Hoc idem videmus circa crimina, & circa populares actiones. inf. de accu. ſuper his. 23. quæſtio. 4. ſi illic. & ff. de popu. act. l. 3. ff. de procura. non cogendus. §. qui ita. arg. ff. nau. cau. ſta. l. licet. §. poſſumus. arg. contra. inf. de ſen. & re iu. quamuis, 2. q. 5. mennam, & c.
☞ hîc habet. inf. de accu. veniens. † & hoc eſt verum, quod in popularibus actionibus abſolutio facta præiudicat omnibus, niſi in duobus caſibus, puta ſi quis proſequitẽ ſuam iniuriã, & probat ſe ignoraſſe, quando primò agebatur. ff. de act. ſi cui. §. fi. & cùm vult docere de colludio prioris accuſatoris. ff. priuat. l. 3. ff. de iureiur. eum qui. §. 1. imò in omnibus dicimus, quòd ex eadem cauſa non poteſt quis agere diuerſis actionibus. ad idem vt not. inf. de purg. cano. cùm dilectus. & de collu. deregen. c. fi. melius forſan diceretur, quod ſpeciale eſt in ætate ſuper qua ſententia lata, ius facit, quo ad omnes. ff. de mino. l. de ætate, vel ſi faciat ius in eius præiudicium, qui dolo adhibito ſe probauit maiorem, vt interim non decipiantur cõtrahentes cum eo. ff. de mino. l. minori. In eius tamen fauorem nõ facit ius, quin non obſtante tali ſententia, poſsit excipi de ætate contra ipſum petentem aliam dignitatem. C. ſi mi. ſe maio. dixe. l. 2. vel forſan ſuper dignitate eſt aliud, propter periculum animæ, quòd in ipſius detentione incurrit, id autem dicit hęc decre. ſ. ex quo ſententia lata eſt, ſuper ætate, non poteſt de hoc vlterius quæri.

Et intellige verum, vbi ſolenniter inquiſiuit, ſententiam tulit præcedente inquiſitione, nam ſi non ſolenniter feciſſet, nec de certo crimine, vel defectu ſolennitatis, vel perſonæ, ſed in genere tantùm, tunc nihilominus poteſt de illis criminib. vel defectibus perſonæ inquiri, & agi, ſed in defectibus formæ electionis, cùm de his ſemper inquiri debeat ſolennius, non poterit iterum inquiri, niſi ſecundum formã quam not. ſup. e. quòd ſicut melius. inf. de dolo. cùm olim.

☞ †Item non credimus neceſſe, q, in cõfirmationibus electorum ſit ſeruanda forma ædicti, vel banni, quam habes inf. qui ma. accu. poſ. c. fi. imò dicimus, quòd non eſt neceſſe prędicta proponi, ſcilicet, quòd quicunq; vult aliquid dicere contra confirmationem vel electionem, quòd vſque ad certum diem veniat, & dicat, tamẽ benè confitemur, q, ſi prædictum ædictũ fuit propoſitũ, quòd vlterius audiri debet, vel non audiri ſecundũ tenorẽ eiuſdẽ decre. Super hac tamẽ materia pro magna parte certa forma tradita eſt. inf. e. ſtatuimus.

10 †No. quòd interlocutoria tranſit in rẽ iudicatam, ita quòd ſuper ea poſtea non auditur, ſed hoc eſt, quando diffinitiuè ꝓnunciatum eſt ſuper principali, ſcilicet, q,

electio confirmata fuit, nec fuit appellatum à confirmatione, quia si esset appellatum, & prosequeretur causam appellationis benè audiretur super expectatione ætatis, licet super ea esset pronunciatum, vt no. inf. de sen. & re iud. quod ad consultationem, hìc autem non erat appellatũ, sed tanquam contra confirmatum agebatur de fraude in electione commissa ꝓpter officium iudicis (legitimam) 2. q. 6. anteriorum. inf. de sen. & re iu. quod ad consultationem. & c. cùm inter. inf. de testi. significauerunt.

CAPVT XXXIII.

1 *Inter electores computantur consentientes.*
2 *Ex solis consensibus in aliquem velut in electum directis secundum antiqua iura intelligitur facta electio Episcopi vel Prælati.*
3 *Consensus non valet nisi sit in certa persona, sicut nec matrimonium.*
4 *In spiritualibus vox propria alicui prodest.*

QVM IN IVRE. (Quem ex se) Etsi hoc dictum non esset, possunt tamen vnum ex seipsis eligere. 8. q. 1. in scripturis. ff. de tut. & cu. vbi absunt, sed si in vnum collata esset potestas, non posset seipsum eligere. inf. de insti. c. vlt. inf. de iu. pat. per vestras. 24. q. 1. didicim⁹. nisi fortè iurasset eligere meliorẽ, & ipse se talem crederet. ff. de tu. & cu. da. ꝓtor. sed vt mihi videtur cum alijs præsumere debeat bonũ, & in se culpas debeat agnoscere, vbi non est culpa. 5. dist. ad eius. inf. de præsump. dudum. hic si talis est, potius est repellendus, vt Pharisęus quàm admittendus, vt Iudæus. †Dummodò) dicunt quidam q, consentientes inter electores computantur. ff. q, cuiusq; vniuer. l. planè. ar. ff. de adop. si consul. †Sed quid si ipse consensit in alium, nunquid postea potest mutare in se, vel potius electioni de se factæ consentire. ar. quod non. sup. eo. cùm inter canonicos. ff. de reg. iur. nemo. veruntamẽ credimus, quòd si sua electione, scilicet, quam ipse fecit de alio, deberet succumbere electioni de se facte patet, nõ dico mutare, sed electioni de se factæ consentire, & tamen consensus eius non sibi, sed illi quẽ elegit proderit. Aliud est enim eligere se, vel alium, & electioni de se factæ consentire. Si verò non deberet succumbere, non haberet mutare, vel suę electioni consentire. ar. sup. de postul. bonæ memoriæ. 79. di. si duo. & no, de hoc. sup. eod. c. dudum.

Sed obijcitur authìc, consentit electioni factæ, & hoc non potest esse, cùm electio eius, nõ teneat, quia in eũ maior pars non consensit, sicut continebat lex compromissi, aut faciendum, nec hoc debet fieri. inf. e. cũ post petitã. Respon. q, hic cõsensit electioni de se factæ, †nam secundũ antiqua iura ex solis consensibus in aliquẽ directis, velut in electum intelligitur factã electio episcopi, vel prælati. sup. e. cùm inter capitulum. & secundum moderna iura hoc idẽ hodie obseruatur in minoribus dignitatib⁹, cùm non sit immutatum. C. de testa. sancimus. Vel dic, q, hìc consensus tantùm est de electione facta, qui tantùm post publicatã electionem requirit ab eo, sicut ab extraneo, & benè intelligitur secundũ formã cõpromissi in eũ consentire, maior pars ex qua tres consentiunt, quia licet non sit maior numero, quia tamẽ est sanior, quia eligunt vnum ex seipsis, quod apparet, quia secundum ordinem scripturæ elegerũt, qui erat q, primò ex seipsis eligerent & post ex alijs. ff. de vsufr. quoties.

†Sed dices licet habeat maiorem partem quàm alius, non tamen habet maiorẽ & sanioremem partem de. 7. quòd esse debet. inf. e. ecclesia. & c. in Genesi. Respõ. quòd eoipso, q, dixit ex se voluit ius eligendi tãtùm residere in 6. si ex se eligerent, & sint pares eligentes, cùm electus non possit inter electores numerari, quia nec se nominare, nec eligere potest expressè. inf. de insti. c. vlt. inf. de iure pat, per vestras. nec tacitè dicendo. s. consentio electioni de me factæ, vel consentio electioni quam fecerunt tales, quia hoc deterius est. s. ambitio & fraus, quam quando expressè. s. quando dicitur consentio in me, vbi est tantùm ambitio, nec lex dicit, quòd suũ suffragiũ sibi prosit, sicut apparet rectè intelligenti.

2 †Sed quæres, quid si alius præponderat in meritis? Respon. præponam electum ex se, quia dicimus saniorem partem, nisi inquãtum colligitur ex ordine scripturę, cùm compromissum sit diligenter seruãdum. ff. de arbi. si cùm dies. §. planè. quamuis quidam alij contradicunt, & non malè, nisi vbi omnia paria sunt in numero & ordine, quia ambo ex se elegerunt, quia tunc ad merita eundum est.

3 †Sed quid si diceret, consentio in illum, in quem maior pars consenserit, vel quem talis elegerit, dicimus non valere pro electione, id est, vt suffragium præstaret alicui. ar. ff. de procur. l. 2. quia consensus non valet, nisi sit in certam personam,

sonam, sic nec matrimonium. Nec obst. sup. eo. in causis. vbi dicitur, quod dat alijs potestatem eligendi, & sic in certam personam non consentit? Respõ. quòd in certos electores consensit, & in nullos electos. Item ex quo præsens est, non debet alij committere vices suas. inf. eod. quia propter. in fi. †Item compromissarius elegit, & non compromittens. Posset tamen compromittere, quòd illum haberet pro prælato, quem talis eligeret. sup. eo. in causis. & tunc licet hìc, quem compromissarij elegerunt, dicatur electus à capitulo, qui est electus à tribus, hoc tamen non est, quia elegerũt, sed ex vi cõpromissi, vt hìc. & sup. e. in causis. põt etiam assensum electioni faciendum præstare, & respondeadecr. inf. e. cùm post petitionem. vt ibi solui. Alij dicunt, vt ꝓdictum est, q, eius consensus auget numerum, nõ solùm quando proceditur per compromissum, sed etiam si per scrutinium. Alij quòd tunc tantùm auget numerum, quando proceditur per compromissum, & non per scrutinium.

†Ex prædictis satis patet, quòd si quinque vel pluribus, vel paucioribus sit data potestas eligendi sub ea forma, quòd nisi oẽs consentiant, quòd non valeat eorum nominatio, vel electio, quòd ipsi nullum ex se possunt eligere, quia ille qui ab alijs eligitur, non potest in se consentire, vt ꝓdictum est. †De se) hìc habes expressè, q,
4 in spiritualibus propria vox alicui ꝓdest.

Ar. contra. 8. q. 1. in scripturis. in pe. gl. sciendum qui Episcopatum, vbi dicitur, q, desiderantibus est negandum, & fugientibus est offerendũ. †Sol. dic, quòd antequã quis eligatur, si quæratur consensus eius debet dicere, nolo q, me eligatis, & rogo dũmodò sit dignitas honoris. ar. inf. cùm post. et. c. præalle. tamen nõ reprehenderem, si quis responderet, non est mei propositi Dei vocationi cõtradicere. ar. 19. q. 2. duæ. sed ex quo electus est, si petitur q, consentiat, etiam cùm vox eius præstitura sit suffragium etiam congruè respõdetur, volens nolo, & nolens volo, sed si aliquãtulum renitatur melius facit, sed & si statim propter Deum, & non ambitionẽ consentiat fortè timens, ne pernicioſus aliquis non malefacit, vt hìc. Et potest dicere, quòd necessitas charitatis ad hoc eum cogit. 8. q. 1. sciendum. si autem confirmator, vel consecrator quærat vis cõsentire electioni de te factæ, debet respondere non est hìc quæstio nostra, nec præsentis temporis cum electoribus hoc quærentibus responderẽ consentiebam. †Si aũt quærat vis confirmari & consecrari? Respon. volo, & peto, quia non ambit Episcopatum, cùm per mutuum cõsensum iam sit initiatum matrimonium, & hæc, scilicet, confirmatio & consecratio confirmatiua sunt prioris actus. s. electionis. Ille autem qui in discordia electus est, si consensit prima facie, satis præsumptuosus habetur, vel ad obedientiæ meritum aliquid adijcere videtur, vnde nulla est. 8. q. 1. sciendum. vnde huic satis de facili esset dignitas deneganda. 8. q. 2. in scripturis, & in hoc casu melius petitur confirmatio per canonicos, tamen si verisimiliter præsumeretur de aliquo malo introducendo, vel alia causa iusta apparet, quare multum posset de suo protectu præsumere, posset legitimè consentire & etiã ius suũ prosequi. arg. Hieremiæ exemplo. sup. vt in præalle. c. in scripturis. 8. q. 1. in postulatione dicimus, quòd antequã postuletur, debet contradicere, vt sup. dictum est in electione, sed si canonicè facta est postulatio, pulchrius est, q, prius omnium aliorum requiratur cõsensus, sed & si ipse primò consentiat dicendo, consentio postulationi si placuerit illis, ad quos pertinet admittere postulationem, sed sibi caueat, ne in matrimonium consentiat ne nimię redargutioni subiaceret, nam solẽnis postulatio licet non in omnibus, tamen in multis formam electionis tenet. sup. eo. in causis.

CAPVT XXXIIII.

1 *Quemadmodum in coronatione inquiri potest de vita & meritis coronandi, ita etiam contra eum excipi potest.*
2 *Imperator ex electione habet suã authoritatẽ.*
3 *Necessaria est examinatio in benedictione Abbatum.*
4 *Imperij electoribus eligere Imperatorem negligentibus Papa eliget.*
5 *Potest quis propria authoritate contra illicitum iuramentum venire, neq, solũ in temerarijs, sed & in illicitis iuramẽtis licet sine authoritate superioris contrauenire. vt in num. 6.*

VENERABILEM. (In messem) 6. q. 3. c. 1. (altera) 3. q. 9. per totum (verùm) respon. Papæ (in germanos) impropriè enim dicitur Constantinopol. Imperator. inf. de ma. & obe. solitę. (examinandi) 78. di. quid est.

1 †Coronamus) arg. quòd sicut potest inquiri in coronatione de vita & meritis coronandi, ita etiam possit excipi contra eum,

eum.ar.inf.de app.vt noſtrũ. Et eſt ratio, quia in vnctione & conſecratione fit manus impoſitio,quæ non debet fieri ſine inquęſitione.ſup.e.cum nobis.& in coronatione tribuitur confirmatio, vt hîc, & ea ſine examinatione fieri non debet.ſup.eo.

☞ cũ dilecti † non reputamus tamẽ abſonũ, q, aliorum electio qui hoc habent ex priuilegio confirmetur,ſine prędcedente examinatione,ſicut eſt Ciſtercien.& Prędmoſtraten.Nam ſicut dicitur in parte dante tutorem filio emancipato,quia prætor eũ confirmat ſine inquiſitione.inſti. de ſatiſ. tu.§. ſed hoc,q, fit propter confidentiam, quã ius gerit in tutore dato à patre, & idẽ dici poteſt in aliquibus, quòd tantam fiduciam in his habet Papa,quod eis indulget,quòd ſine inquiſitione eorum electiones confirment.

2 †Credimus tamen,quòd ſi Imperator coronam in loco debito recipere non poſſit, nihilominus authoritatẽ miniſtrandi ab Archiepiſcopo Colon.poſſet recipere, vel ſuam authoritatem habet ex electione,in pallij autem datione,non credimus neceſſario examinationem faciendã,nec propter exceptionem differendam, quia conſequitur ad priora,& quia ibi fit ma-

3 nus impoſitio. †In benedictione autem [a] Abbatum credimus [a] neceſſariam examinationẽ,cùm fiat manus impoſitio, & ibi ordinandi poteſtatem accipiat.inf.de accu. meminimus.69.diſt. quoniam. inf. de ſup. negli. præla.c.1. Sed licet Abbates in benedictione plenitudinem officij recipiant,non tamen per eam intelligitur dari confirmatio,vel adminiſtratio in temporalibus,quòd ex eo apparet, quia ante habet hoc,ſicut in Archiepiſcopo videmus, qui ex confirmatione poteſtatem recipit adminiſtrandi, tamen dicitur poſtea in ſuſceptione pallij recipere plenitudinem Pontificalis officij, q, apparet tantùm intelligendum eſſe de ſpiritualibus, melius dicitur, quòd plenitudo officij quandoq; ſumitur pro confirmatione.inf.e.nihil.§. fi.ſed aliquãdo aliter,ſicut apparet in Archiepiſcopis,qui in pallij datione recipiũt plenitudinem officij, & tamen ante ſunt confirmati & adminiſtrant(examinatio)

☞ † in examinatione venit, an ſit criminoſus,vel etiam negligens.15.q.6. Item alius & etiam an ſit canonicè electus,vt hîc(ſacrilegium) cuius familia à ſacramentis & alijs actionibus remouetur. 17.q.4.miror. 3.q.4.nulli(obiectioni)ab illo loco verum hucuſque eſt interpoſitio(approbãdo) in

[a] *Credim⁹. Adde nunde Innoc.in c.1.inf. de ſup.negli. præla. qui videtur tenere cõtrarium q, hîc dicit.*

præiudicationibus & alijs collationibus ſuis & etiã ſuis literis ſuadeat (quo ad factum)id eſt,ex eo q, ſit legitimè electus,vel in eo,q, alterius electores electoribus alterius eſſent præferendi,ſed ꝓpter demerita ducis,benè dicebat ſuam electionem nullam (denunciatoris) denunciabat enim principibus & alijs fidelibus,quos videbat vicinos præcipitio, ſcilicet, adiuuandum Phil.Ducem.& ad obtinendum imperiũ, ne iuuaret eum, cùm criminoſus eſſet,& tanta dignitate indignus.23.q.3.in vnum ſunt inquieti. & c.ſeq. & ar.l.di.c.ſi duo. nam ad hoc teneretur ex officio,vt 43.di. Epheſijs. & 47.di.quòd ad nos.93.di.diaconi.23.quæſtio.quinta.anima.&illis,qui iuuabant conſulebant, quòd ab eo recederent, & in hoc pacto non perſeuerarent.2.qſtio.1.ſi peccauerit,vel in eo quòd Phil.malum.dicebat exercebat officium ſuum, vel denunciatoris, quia publicè peccauerat, vnde publicè arguebat. 45. di.ſed illum,vel denunciabat ſententiam priuationis Phil. quam Papa fecerat, vt inf.ſequitur.de hoc no. inf.de app.ſolicitudinem (indignam) notoria enim erant eius crimina. 2.quæſt. 1. de manifeſta (& ex eo)hoc enim ipſo,quòd electores Ducis elegerunt notorium excommunicatum, & aliàs indignum, & quod aliàs contempſerunt deuoluta fuit poteſtas eligendi ad alios. inf. e.ſcriptum. & c.cõgredato. ſup. eod.dudum. vbi de hac materia no.(eos) electores (contemptus) ſup.eo.quòd ſicut (regem) quia ſicut Aquiſgrani per Colonenſ. Archiepiſcopum fuit coronatus, vt continetur in integra, & ideò cùm ſit in poſſeſſione coronam regni habendo,non eſt cõtractus,ſi eſt,Regem nominat(quod autem)hucuſq; factum legatum defendit ex nunc loquitur de ſuo (admonitionem) quòd ſatisfaciat de iniurijs, & exceſsibus ſuis,& expectationem ad iudicium,vbi de ſuo iure cognoſcetur(alterius)ſcilicet,iuſte electo(non alij)id eſt,illegitimè electo reprobato legitimè electum, & coronatum pro Rege habere, & iuuare de iure (conuenire) in vnam tantùm perſonam,

4 ſed in duas. †Et defenſorem)ff.de ſolu. quòd ſi fortè. ff.de ritu nup. ſi quis tutor. quaſi dicat non,ſed eis negligentibus eligere Imperatorem Papa eligit, & ſi plures elegerunt, Papa de iure cognoſcet inter eos & diffiniet, & ſi aliqua partium erit contumax, nihilominus parte altera abſente poteſt procedere. inf. eod. ſtatuimus.(tunc demum)ſcilicet,poſt coronationem

☞ tionem. †Iuſtè)caſſauit enim Papa,quòd factum erat de Phil.Duce. ſed non confirmauit electorem Regis O. & ideò reſeruauit contradictoribus poteſtatem dicẽdi in formam, & perſonam, & tunc interim debent eum habere propter coronam,quã acceperat à Colonen. Archiepiſcopo Aquiſgrani.Notoria)Reſpondent tacitè ob. q.d.quare reprobaſti Phil.vel quare legatus denunciat prædicta,nullis probationibus receptis contra eum,& ideò dicit non reperimus probationes,quia crimina eius ſunt notoria(ad eius)ſcilicet, Lotharij vel

☞ Papæ.† Adhęrere)cùm electus eſſet à maiori parte & coronat⁹,vbi debuit, & à quo debuit, qui obtinet iura confirmationis quouſq; reprobatur,& ei debet obedire,vt hîc.8.q.vlti.nónne, & hoc eſt quòd licitè Papam conſuluit (notorio) nihilominus tamen ordinem,qui in notorijs requiritur obſeruauit(excommunicatio)hoc eſt,notorium iuris , & duo ſequentia notoria ſunt facti,quòd non poterat inficiatione celari. inf.de coha. cle.& muli.veſtra.vbi no.(progenitores) 56.di.ſi gens.15. quæſt. 7. cùm multæ. (excommunicatis) non ſequitur quòd læſam habeat conſcientiã, niſi fortè petijſſet ad cautelam, quòd hîc non dicitur (iuramentum) quod fecerat nepoti tanquam Imperatori futuro, dum adhuc pater ſuus Henricus viueret, vel regnaret (illicitũ) propter ſucceſsionem viuentis.C. de pac.pactum.

Sed hoc non videtur obſtare,cùm voluntas acceſſerit viuentis. C. de pact.l. vlt. ſed illa loquuntur in hæreditaria ſucceſsione, quæ non habet locum in imperio.

5 † Venire) tali modo ſicut fecit.ſ. vſurpando regnum, nam aliàs cùm fuerit illicitũ ꝓpria authoritate potuit venire, ſcilicet, non obediendo,vt Imperatori,nec debuit expectare ſuperioris authoritatem. ff. de cond.inſti.l.ſi. §. vlti. quia in eo quod neceſſario defendit,non eſt neceſſaria ſuperioris authoritas. ff.de leg.3.fideicommiſſa.§.ſi quis illicitè.ſed ſi dubium eſt,an teneret, debet adiri ſuperior.

☞ Nos aliter dicimus,† quòd ſi iuramentum nõ poſsit ſaluari ſine interitu ſalutis æternæ, vt ſi iurauit corrumpere ſanctimonialem,iugulare patrem, & cõſimilia, debet authoritate propria dimittere,licet debeat pœnitere.22. quæſt.4.c.1.& ſequẽtibus.ſi verò poſsit ſaluari ſine interitu ſalutis æternæ, ſed aliàs eſt temerarium & pernicioſum exemplo, vel periculoſum, quale hoc erat,non debet venire contra ſine authoritate ſuperioris,vt inf. de iureiur.ſi verò.& c.cùm quidam.§. vl. & c.verùm.& idem ſi dubium eſt, vt ſup.dictum eſt. ſi autem temerarium tantùm eſſet,& non pernicioſum exemplo,nec periculoſum,tũc illud ſeruari debet.inf. de iureiu. ſi verò debi.22.q.4.§.illicitum.in fi. niſi eſſet metu,vel dolo extortum,quia tũc ſemper talia iuramenta abſoluuntur. inf. de iureiu.verùm. & c.cùm contingat. & not. inf.quòd me.cauſa.ad aures.

6 †Et no.quòd non ſolùm in temerarijs, [a] ſed in illicitis iuramentis [a],licet contraueníre ſine authoritate ſuperioris,ſi neceſsitas vrgeat,& non poſsit haberi ſuperiori à quo petatur abſolutio. 11.q.3,anteceſſor. & idem eſt ſi fortè magis vtilitas, vel ne-

☞ ceſsitas ſpiritualis hoc exigat. †Fiducia) quod non eſt malum, ſi ad hoc habet bonam intentionem. 61. di. quid proderit.8. q.1.in ſcripturis.vel dic,quòd nullus debet aſpirare,ſed curare debet,ne impedimentum apponatur,quod eligi non poſsit (de domo)8.q.1.Moyſes.(obſtante) 15.q. 6.alius. inf. de transla. præla. quanto. ſublato enim principali & acceſſorio. C. de legi. non dubium.

[a] *Iuramentis. hoc dictũ dicit ſingulare Felꝛ.in c.1.colum. 15. poſt med. ſup. de conſtit. & pro hoc addo q, facit q, dicit gl. in c. ego. N. de iureiu. de iurante nõ reuelare ſecreta conſilij, qa põt. reuelare illicita,& illam glo.dicit ſingul. Roma. in ſuo ſingulari.506. & vide Felꝛ.in d.c. ego N.col.pẽ. & ad Innocẽ. hîc adde Card. in conſ.15. incip. ad ducapitulum, bia ſing. col. 2. verſic. Ad ſecundum.*

CAPVT XXXV.

ORAM. (Omnibus)not.oẽs qui ſunt in prouincia vocandos ad electionem, quòd dicitur de pulſatione cãpanæ. ſup.e.cùm in cauſis.Intellige quòd illud ſit ad vocandum præſentes ad capitulum, non abſentes ad electionem, & dicunt quidam, hoc tenere ſi abſentes intra prouinciam non diſtent vltra duas dietas.arg.ſup. de reſcri. nonnulli. alij dicunt, quòd intra prouinciam & extra vocandi ſunt illi tantùm, qui commodè vocari poſſunt.ſup.quòd ſicut.& hoc intelligo,vbi non eſt certa conſuetudo.Conſuetudinem autem in electionibus præualere dicerem.ar. 12. diſt. nos conſuetudinẽ. & ſup.de conſue.cùm dilectus.inf.de cau. poſſ. cum eccleſia. & melius, inf. eod. in Geneſi.

CAPVT XXXVI.

1 *In cauſis electionum non eſt locus feriis.*
2 *Caſſatur electio ſuper qua tractatum habuerunt electores.*
3 *Electionis tractatus non inuenitur prohibitus ante ſepulturam.*
4 *Quæ requirantur ad hoc vt dicatur tractatus.*
5 *Non eſt illicitum poſt mortem prælati communiter tractare de ſucceſſoris electione.*

6 Voces

6 *Voces eorum qui conſpiratam perſonam nominauerunt, non præſtabunt rei ſuffragium.*

BONAE MEMORIAE. (Crem.) not. quòd qui die ſtatuto comparere nõ tenetur propter ſolennitatem, vel aliam cauſam, tamen poſtea competenti tempore debet comparere, 1 vel dic † quòd in cauſis electionum nõ eſt locus feriis, vt not. inf. de fe. c. fi. & 15. q. 4. placita. tu dic melius quòd iſte H. nec tunc, nec poſtea fuit arctatus ex citatione facta ante mortem, ſicut apparet ex fine decr. (Archipresbyteri.) capitulum enim reputans H. contumacem elegerunt Archipresbyterum in termino malè aſſignato (irritandam) repete, quæ dicta ſunt ſup. eo. dudum. & c. quòd ſicut (contradictionis) id eſt, quòd non poſsit, nec contra perſonam, nec contra formam obijcere, ſi iterum eligatur, quia præſumitur malo zelo contradicere, & ideò non admittitur, vel, id eſt, nõ obſtet ei vox eius, nec alij accreſcit, ſi capitulum, vel maior pars capituli eum iterum volunt eligere. † In primo) non quòd primus conſenſus ſufficiat, qui fuit illicitus, ſed nouus requiritur circa eandem perſonam. inf. de eo qui duxit in ma. veniens. 63. diſtin. quanto. ff. communia præd. receptum.

2 † Caſſauimus) nõ quòd priuati eſſent electores ipſo iure poteſtate eligẽdi, quia tunc diceretur irritam pronunciamus, ſed quia tractatum habuerunt in cauſa quare 3 caſſatur. † Sepulturæ) cùm nullum decretum inueniatur, vbi prohibeatur ante ſepulturã tractatus electionis, imò quod plus eſt, ipſa electio, quinimò cùm ſtatim poſt mortem de iure poſsit fieri electio, quia morte viri ſoluta eſt vxor, id eſt, eccleſia à lege viri nubere poteſt, cui vult, ergò & eligere epiſcopum. inf. de ſecun. nup. c. pe. & vl. 7. q. 1. ſicut. Sed ex his quæ in dec. dicuntur apparet, quòd tractatus, de quo fit hîc mentio, non fuit tãtùm habitus ante ſepulturã, ſed etiam ante mortem. & ſic iudicatum fuit in eccleſia Illerden. ſcilicet, quòd à tẽpore mortis poteſt fieri electio. Item licet hîc cauſa aſsignetur, tanquam quæ cooperetur, tamen non fuit hæc ſufficiens cauſa ſententiæ, ſed cõtemptus canonici ſufficit ad caſſationem ſententiæ, ſic aliquando nõ ſufficiens poſita in ſentẽtia. ſup. e. auditis. in fi. (de ipſa) id eſt, Archipresbyteri. & hæc in integra continetur. † Tractatũ) commune totius capituli, quòd non licet ſine authoritate adhuc viuentis, ipſe enim poteſt vocare canonicos, & mouere ad concordiam, & de certa perſona conſulere. 79. diſt. ſi trãſitus. ſed inuicem deliberare ac cogitare de aliquo bono, qui ſuccedat præſenti cùm morietur non eſt malum, imò prudentia, ſed ſi in capitulo diceretur, & communiter ſimiliter non eſſet malum, niſi tractaret, vt obligarent promiſsione, vel pœna, quòd omninò eſt illicitum. 79. diſt. c. 2. & ſeq. vel niſi aliud faciat, quod pertineat ad tractatum legitimum, ſicut eſt vocare abſentes, nam credimus, quòd ſi per communem tractatum capituli, vel maioris partis ſit deliberatum de certa perſona, licet non ſit firmatum, electio de eo facta poſt mortem caſſabitur. arg. hîc decre. 79. diſt. nullus. ſed ad hoc vt dicatur tractatus capituli præceſsiſſe, oportet quòd vel totũ capitulum tractauit, vel maior pars.

4 † Item ad hoc, vt dicatur tractatus, oportet quòd ibi fuerit diſcuſsio, & examinatio perſonæ & etiã aliorum, quæ tũc temporis in perſona eligenda requirebantur, & dicunt quidam, quòd ad hoc, vt caſſetur occaſione tractatus præcedentis mortem, oportet quòd interuenerit citatio, vt hîc, vel aliquid aliud, quod ſit de ſolennitate electionis, ſicut eſt facere ſcrutinium, vel compromiſsum, vel aliquid huiuſmodi, & credunt etiam ſufficere, ſi ob hunc tractatum fiat capitulum principaliter, & ibi de certa perſona deliberetur, & firmetur ſaltem verbo, vel dicto, nam ſi ſecundario, vel incidenter cõmiſceatur hîc tractatus, & ab omnibus nõ impediret, quin poſt mortem eligi poſsit. Item quidam dicũt, quòd licet caſſari poſsit electio nominati ante mortem, ſi tamẽ alium eligant non caſſatur, quia non ſunt priuati poteſtate eligendi, vt hîc patet. † Alij dicunt, quòd omnis electio etiam de alia perſona facta, non eſt irritanda, & ad hoc multum facit, quia ſi propter perſonã nominatam in tractatu, & non propter paucitatem eligentium eſſet caſſata præſens electio, non tantus fauor exhiberetur ei in ſecunda electione, quòd ſibi contradici non poſſet: tu dic, quòd in caſſatione electionis factæ de perſona nominata, non attenditur eius odiũ, quia fortè nihil ſciuit de præſenti nominatione, ſed attenditur honeſtas eccleſiæ, & odium contractãtium. & ideò ſtatutum eſt, quòd perſona prius nominata non poſsit eligi, vt hîc. Itẽ olim propter ſolennia exequiarũ differebatur

batur tractatus vſq; ad tertium diẽ poſt mortem 79. di. nullus. hodie autẽ ſtatim poſt mortem licet 7. q. 1. ſicut alterius.

5 † Tractatum) poſt mortem prælati, non eſt illicitum tractare cõmuniter de electione ſucceſſoris, nec diuiſim, dũmodò nihil ibi diffiniant. Hæc enim duo, ſcilicet, deliberare maximè certum fuit, vel illicita, ſed primũ per ſe tantùm non eſt illicitũ, & videtur diffinitio, ſi is cui commiſſum eſt dicit. Eligatis talem, vel talẽ, ſiue dicat omnibus ſimul, ſiue ſingulariter, ſingulis idẽ videtur, ſiue vnus ſolus dicit, ſiue omnes, vel maior pars dicit, benè ſumus omnes concordes, q̃d talis eligat, quia hæc videtur diffinitio vel ordinatio, ſed ſi aliqs, vel aliqui, non ex cõditione, vel mandato aliorum, nec ordinando aliquem, nec ſuam voluntatem exprimendo, & etiam alij ſuadendo dixerit talis eſſet bonus ad eligendum, nec crederem peccatum quamuis ſit tutius ſilere. † Hoc idem etiam videtur, ſi duo eundo per viam promitterent, vel diffinirent quod aliquẽ eligerent, quod puniendi eſſent. arg. 79. diſt. c. 1. Item caueant iſti ſegregati, vel omnes ſimul, ne ſuper contradicendo alicui malo, vel de ꝓmouendo aliquo bono faciant aliqua iuramẽta, vel promiſsiones, vel ſubſcriptiones, quia ſi fecerint punientur, nec vnquam de facili poterunt prætendere cauſam, quare fecerint. 11. q. 4. ſi quis clericorum. & c. præcedentibus. tamen ſi omninò appareat iuſta cauſa in contrarium valeret, & non punirentur. 16. q. 6. ſanè. tamẽ quod poſtea fiet ab iſtis conſpiratoribus valet, niſi facerent factum cõſpiratum, puta ſi eligerent perſonam de qua conſpirauerant, nam electionem credimus huiuſmodi caſſandã, quia fuit contra mandatum iurium prædictorũ. arg. 10. di. vides. C. de leg. non dubium. ſed nec credimus ipſo iure nullam, nec ipſo iure cõſpiratores priuatos poteſtate eligendi, quia hoc canone non prohibetur.

6 † Et arg. hîc, ſed non ſunt priuati poteſtate eligendi, tamẽ voces eorum, qui conſpiratam perſonã nominauerint, nõ præſtabunt ei ſuffragiũ, non ea ratione, quia priuati ſunt poteſtate eligendi, ſed quia lege vel canone prohibente elegerunt, vel nominauerunt. 10. di. vides. C. de leg. non dubium, tamen ſi illi, qui ſe obligant prædicta diffinitione, vel ſcripturis, vel aliis modis prædictis, poſtea ſe abſoluant, ſatis dici poteſt, quod non caſſabitur electio, & eorum voces, præſtabunt ſuffragia, iã enim erat in tali ſtatuto, quòd lex, vel canon non prohibeat ab electione, & omnis res per quaſcunq; cauſas, &c. de re. iur. omnis. iam enim deſinit eſſe & præſumitur vnum factum, quòd primo præſumebatur, & erat arg. infrà, eo. officij. ff. de iud. deniq; ſed tamen non nego, quin poſsit puniri pro præterito exceſſu.

† Item ſi totum capitulum ante mortem ordinauerit de aliquo eligendo, vel & maior pars poſtea idem illicitè ordinauerit ſeparatim ab alijs, & poſtea ſimul cum alijs qui prædictis non interfuerint conueniant tempore licito ad electionem faciendam, tenebit electio facta ab alijs, qui prædictis non interfuerunt, ſi ſunt vltra tertiam partem capituli, quia eſt ſanior pars. infrà, eo. ſcriptum. in fi. & no. ſup. eo. dudum. & infrà, eo. congregato. ſi autem fiat à minori parte quàm tertia, vtraque caſſabitur, quia de omnibus ſimul intelligitur fieri vnum capitulum, nec ſunt priuati poteſtate eligendi, & hoc ideò eſt, quia ſi illi ijdem qui malè ordinauerunt electionem de aliquo faciendo alium elegerint, tenet eorum electio. Et hoc eſt, quòd illi qui peccauerunt in ordinatione prædicta non poſſunt procedere ad electionem, prædictis non vocatis, nam non ſunt ipſo iure priuati poteſtate eligendi plus placet, quòd prædictus tractatus, non eſt conſpiratio: quia non eſt contra aliquẽ, ſed ſimpliciter poteſt dici tractatus, quòd aliquando eſt illicitus ſi ibi aliquid ſuper futura electione certum promittatur, vel diffinitur. 79. di. c. 1. aliàs licitus. ſi ibi aliquid eſt licitum (arcere) cùm non teneat citatio.

CAPVT XXXVII.

VM AD NOSTRAM. (Traditio) ſuprà, eo. cùm cauſam. ſed poſtulari poteſt: vt no. ſuprà, eo. cùm monaſterium. (ſi vllam ſpem) principaliter ſecundario ei licitum eſt eccleſiaſticos honores ſperare. 69. di. ſi officia. 64. diſ. conſuluit. vel dic, vt dixi ſuprà, eo. venerabilem.

CAPVT XXXVIII.

1 *Legatus diſpenſare non poteſt vt homo alterius profeſſionis eligatur.*

2 *Poteſt monachus præfici ſecularibus eccleſijs.*

OFFICII. (Et partem) & benè si erat in potestate eius, aliàs homo liber à se tantùm postulandus est. (dispensare) † hîc habes, quòd legatus
1 non potest dispensare, vt homo alterius professionis eligatur, quod apparet ex eo, quòd cassatur electio, postulari autem potest, & tunc si postulatur in abbatem, non de facili admitteretur, sed si postularetur ad aliam dignitatem, vt archid. vel consimilem, non oportet ita solennem inquisitionem fieri: quia archidia. regulariter plus oportet scire intra canonica, quã regularia, imò idem dicimus de monachatu, quia clericus ad eum debet postulari non eligi (incontinenti) 30. q. 1. si qua. ff. si cer. pet. lecta.

2 † Sed cùm monachus possit præfici ecclesijs secularibus: vt 16. q. 1. sic viue. & c. si clericatus, quare clericus maximè qui benè scit regulam non potest fieri abbas? Respon. quòd licet sciat regulam, non tamen probauit vitam, vel habitum. 19. q. 3. monasterijs. nam cùm non sit probatus in regula, non potest fieri abbas, sicut Neophytus, qui non est probatus in clericatu, non potest fieri sacerdos vel Episcopus. 48. dist. sicut Neophytus. tamen quidam dicunt, quòd in eadem die qua fit monachus, potest eligi in abbatem. Hæc autem electio cassata fuit propter suspicionem simoniæ, vel ambitionis (si vr- ☞ gens) maximè.

† & peccantes mortaliter remouentur à legitimis actionibus temporalibus. inf. de test. super eo. multo fortius à spiritualibus. inf. qui fil. sint legi. per venerabilẽ. sed non est simile, quia eligendo ius suum prosequitur, à quo nullus prohibetur. 4. q. 6. omnibus. sed testificando prosequitur publicum officium à quo repelli debet quilibet criminosus, & sic loquitur decr. super eo. Item in electione non est iudex, qui remoueat illum contra quem dicitur crimen, vel qui est criminosus, sed in receptione testium est iudex qui audiuit exceptiones & alia de iure.

2 † Item licet excommunicatus minori excommunicatione possit per sententiã remoueri, si directè accusetur ab his actibus & alijs, non est tamen ipso iure remotus, nec est audiendus extra iudicium, quod est, quando fit electio excipiens de crimine quòd ipso iure non priuat, cùm etiam sic probatum non infirmaret, nec priuaret eum iuribus suis. inf. de iudi. at si clerici. nam & aliàs clericus suspensus est, quo ad se, & quo ad alios. 1. q. 1. sacerdotes. & iam contingeret, quod vix aliqua electio esset canonica, cùm vix aliquis sit sine crimine. l. dist. quia tua. sed si electus minori excommunicatione ligatus sit, nunquid valebit electio de eo facta, videtur quòd sic exemplo Esaiæ & Ezechielis. 8. q. 1. in scripturis. l. dist. quid est. ☞ † Et ordinatus in crimine non enormi executionem retinet. 68. dist. sicut.

Sed contrarium verum est, in excommunicato minori excommunicatione, & habes expressum in præal. decr. si celebrat. sed hæc plenè non satisfacit dubitationi nostræ, cùm ex suppletione defectus videatur minus canonica electio, vbi excommunicatus minori excommunicatione interest, sed dicimus hanc suppletionem non esse de necessitate, sed ex abundanti, imò plus dicimus, quòd si interfuit excõmunicatus maiori excommunicatione, tenet electio, si hoc ignorauerunt, vel etiã scierint, dummodò protestẽtur, quia ideò admittunt eum, quia dubium est de excõmunicatione eius. Non autem admittunt eum tanquam habentem ius in electione, si enim scienter admitterent tanquam ius habentẽ in electione, non valeret electio. ar. inf. de procu. c. vlt. inf. de re iud. ad probandum. inf. eo. massana. inf. de offi. dele. cùm super ab. & idem dico, si admitterent quoslibet alios, quos ius prohibet admitti sicut laicos. infrà, eo. massana. Secùs si

CAPVT XXXIX.

1 *Canonica electio est, licet excommunicati minori excommunicatione sint admissi non excommunicatis.*
2 *Excipiens de crimine quòd ipso iure non priuat: non est audiendus quando fit electio.*
3 *Electio non excommunicati præualet electioni excommunicatorum.*
4 *Electio excommunicatorum qui tamen non sunt per sententiam excommunicati tenet.*
5 *An quod dicitur de electionibus spiritualibus: possit idem dici in non spiritualibus.*
6 *Acculare alium nemo cogi potest.*

1 ILLA QVOTIDIANA. (Canonicam.) † Not. electionem canonicam esse, licet excommunicati minori excommunicatione sint admisti non excommunicatis. infrà, de cler. excom. mi. si celebrat. Quidam dixerunt eam cassandam, quod apparet ex eo, quòd dominus Papa dicit hic, quòd supplet defectum, si quis fuit, Et ad idem facit, quia cùm participare excommunicato sit peccatum mortale. inf. quòd me. cau. sacris.

illi, ad quos deuoluta est potestas eligendi alios, qui sunt priuati potestate eligendi, quia indignum elegerunt ad electionem admittant, quia hoc non est contra ius, sed præter ius, quia ibi fauor non peccantium maximè attenditur, cui renunciare ☞ possunt. ar. supr. e. cùm Vintonens. † Imò plus dico, quòd si omnes præter vnum essent excommunicati, & vnus solus nõ excommunicatus cum protestatione præmissa admittat alios excommunicatos, tenet electio, quia in eo recidit ius capituli. ff. quod cui. vni. sicut. & no. infrà, de offi. ord. in refragabili.

3 † Sed quid si ignorabant eos excommunicatos tempore electionis, sed post probata est excommunicatio? Respon. si omnes excommunicati elegerunt vnum, & solus non excommunicatus aliũ, tenet electio non excommunicati. ar. inf. e. congregato. & melius. supr. e. bonæ memoriæ Mag. & sup. de postu. gratũ. si verò excõmunicati, & non excommunicati conueniunt in vnam personã. Distinguunt quidam. inf. licet malè, quòd si tot sunt excõmunicati, quòd excõmunicatione semota aliorum electio non teneret, non valet electio. Si verò pauci sunt excommunicati, & plures nõ excommunicati, tenet electio. ar. inf. c. proximo. in fi. Alij dicunt & benè, quòd semper tenet electio, etiamsi vnus solus sit non excommunicatus, quia in eum recidit ius vniuersitatis, vt hîc dictum est, & ad hoc facit, quòd dicitur duobus tutoribus, quorũ vnus est verus tutor, alius est falsus, & præstant ambo authoritatem, nam tenet authoritas. ff. quòd cùm fal. tuto. l. 1. §. & est ea ratio, quia siue verus tutor solus sit tutor, siue cùm alio: tamen & solus authoritatem præstare potest, vnde his casibus vbi in omnem euentum tenet, quòd fit ab vna parte, non habet locũ, decre. inf. de offi. dele. cum super. sicut & est hîc in electione. Nam si minor pars esset excommunicata, & maior nõ excommunicata & cõcors est de aliquo eius electio tenet, siue minor sit excommunicata, & tenet tunc propter vitium minoris partis, & si maior sit excõmunicata, tunc tenet propter numerum, videtur quòd melius dicerent numerum. scz. quòd si minor pars sit excommunicata, tenet electio facta à maiori parte, & hoc propter numerũ, si verò maior pars sit excõmunicata, tunc electio minoris partis tenet propter vitiũ maioris partis, at vbi in vnum casum tenet in aliũ, non sicut in duobus iudicibus dele-

gatis cum clausula, quòd si non ambo &c. secùs est, nam si potest interesse, nõ tenet processus alterius, si autẽ non possunt, tenet, & tunc habet locũ ratio decr. cũ sup.

† Vnde dicerẽ, quòd si tres sunt iudices delegati, cum clausula, quòd si nõ omnes, &c. & omnes tres conueniant ad ferẽdam sententiam, vnus tamen esset recusatus, vt suspectus, vel excõmunicatus teneret sententia. Nec ob. inf. de iu. ad probandũ. quia ibi loquitur quando excõmunicatus sine excommunicato sententiam ferrenõ poterat, vel dic & melius, quòd decre. prædictæ, cùm super. ad probandum. de procu. c. vlt. loquuntur, quando excõmunicatus vel alius qui iure prohibetur interest alicui tractatui, vel facto interest tanquã ius habens & authoritatem præstans & ab alijs scienter admittitur, nam in hoc casu totum irritatur.

Hæc autem quæ dicta sunt intelligimus, quando ignoranter admissus est, & postquam sciunt nolũt illi quos tractatus tangit, quòd eius authoritate nitatur, sed tantùm authoritate illorum, qui de iure poterant præstare authoritatem. Alij dicunt quòd non tenet etiam si intra cetum esset vnus excommunicatus, sed Papa de gratia tenetur supplere, vt hîc. Idẽ quòd in electione dicimus, etiam in alijs negotijs siue procuratorum constitutionibus, siue alijs. infrà, de procu. consulti.

4 † Alij dicunt, quòd etiãsi omnes essent excõmunicati, non tamen per sententiam, quòd tenet electio, & idem dicunt in constitutione procuratoris: vt no. inf. de procur. consulti. sed de hoc no. sup. e. cũ Vintonens. nobis videtur, quòd in hoc pares sunt electores & iudices, qui si ambo admittant scienter personas ad eligendum vel iudicandum, quia de iure interesse nõ possunt, nec per eorum consensum valet, quòd fit ab eis. infrà, eo. massana. infrà, de offi. deleg. cùm super. inf. de procu. c. fi.

Quòd tamen intelligo verum, si poterunt eos expellere de facto, & de iure, q; si de iure nõ possunt expellere, quia occultũ est impedimentũ, qa interesse nõ possunt, vel electioni, vel iudicio, licet & coelectores & coniudices hoc sciant securè procedant cum eis, præmissa tamen priuata protestatione, quòd ipsi non consentiunt, q; alij qui non possunt interesse electioni, vel iudicio, habeant in eis vocem, vel quando sint eorũ electores, imò pro se tantùm eligunt, & ex suis votis tantùm & cõsensibus volunt electionem inniti. ar. 2. q. 7. pleriq;.

& idem intelligo ſi de facto non potuerũt expellere, quia tunc ſimili proteſtatione facta, & publicè ſi audent, vel occultè. inf. quòd met. cauſa. perlatum. procedat ad electionem.

Hîc tamen prudenter attende, vt nihil faciant, quòd nihil videatur conſentire, q̃ ſecũ eligant, quia ſi idonei ſcrutentur non idoneos hoc ipſo videtur cum eis eligere, nec valere proteſtatio quæ contradiceret facto. inf. de app. ſolicitudinem. niſi fortè & hoc ipſum. ſcz. quòd ſcrutarentur facerent timore. ar. inf. quòd me. cauſa. perlatum. hoc non placet, quia non ſcrutantur tanquam ipſi, ſed quaſi capitulum, & ideò præiudicat eis etiamſi ſciant. Per illud autem, quòd ambo ad eoſdem ſcrutatores vadunt, vel quòd dant aliquibus poteſtatẽ eligendi; vel publicandi electionem, vel proferendi ſententiã non viderentur contra ſuam proteſtationem venire, ſi autem ſcienter admittant perſonas ad eligendũ, vel iudicandum, quæ intereſſe de iure non debent, ſed tamẽ de ſuo conſenſu poſſunt admitti, tunc valet quòd cõmuniter fit ab eis. ar. ff. pro ſoc. l. 1. §. 1. ſup. e. cũ Vintonẽſ. ſup. e. in cauſis. inf. de offi. dele. ſuper quæſtionum. §. 1. & c. coram. ſi autem ignorãter admittant, etiam eos qui nullo modo per eorũ conſenſum poſſunt intereſſe electioni vel iudicio, ſemper tenet quòd fit ab eis. ar. ff. pro ſoc. l. 1. §. 1. quia principalis eorum intentio eſt eligere, ſiue cum alijs, ſiue per ſe tantùm, ſi alij de iure intereſſe non poſſunt. ff. de iniur. eũ qui. §. ſi iniuriam. &. §. ſeq. † Item dic, quòd ſi totum capitulum, vel maior pars illi. ſ. penes quos eſt poteſtas faciendi capitulum, vel nõ faciendi, admittunt ſcienter excõmunicatos notorios, nõ valet electio facta ab hoc illicito capitulo, etiam ab ignorantibus excommunicatos, & idem eſt ſi non ſunt notorij excõmunicati, dummodò probari poſsit, iſti non enim ignorantes excõmunicatos in hoc illicito capitulo cum conſentiẽtibus, debẽt p̃cedere ad electionẽ faciendã, ſed debent expectare finem termini ſtatuti à iure. Vel dic, quòd ſtatim, & in eodem capitulo poſſunt ignorantes eligere, quia ipſi ſoli ſunt capitulum, cùm alij ipſo iure ſint priuati poteſtate eligendi. ar. inf. eo. maſſana. ſed certè illa decr. hoc non dicit.

† Alijs videtur, quòd hæc electio ignorantium valet, ſi ſit in eodẽ contextu, quia aliorum electio eſt mala, vel nulla. ſup. eo. dudum, inf. e. congregato, ſed ex interualo non valet, niſi vocatis alijs. Non enim caſſatur eorum electio, qui eligunt cũ excommunicatis, quia priuati ſunt poteſtate eligendi, vel quia voces eorum nõ præſtant ſuffragium, quia communicãt cũ excõmunicatis, qui priuati ſunt, tales enim non remouentur ab eligendo. infr. de cle. exc. mi. ſi celebrat. ſed hæc eſt cauſa, quare non tenet electio eorum, quia intendũt eos eligere, cum excõmunicatis, quod eſſe non poteſt. inf. de offi. dele. cũ ſuper. & videntur etiam ſi diuerſos eligant excõmunicati, & non excommunicati, quia ſcienter admittunt excommunicatos, & cum eis coeligere intendunt, quod non valet electio, etiam non excommunicatorum prædicta ratione, quia coeligere videntur, licet diuerſos eligant. ar. ff. de re iudi. duo. & ff. de arbi. ſi in tres. & l. ſeq. nec eſt vis ſiue capitulum admittat ad eligendum, & ſic coeligant ſiue ſingulares perſonæ capituli ſcienter coeligant cũ excõmunicatis, quod apparet, ſi poſtquam ſciuerint in auxilium ſuæ electionis, vtantur vocibus excõmunicatorũ. Semper enim caſſabitur talis electio, quia quod volunt non poſſunt, & quod poſſunt nolunt. infrà, de offi. deleg. cùm ſuper.

5 †Item quòd dictum eſt in electionibus ſpiritualibus, idem videtur etiam in non ſpiritualibus. ſ. quòd ſi excõmunicati & nõ excommunicati ſunt miſti ad aliquod negotium vniuerſitatis faciendum, & tota poteſtas recedit in non excommunicatos, quia nulla ratio diuerſitatis videtur, licet aliqui dicant contrà, ſed ſi non eſt factum vniuerſitatis, ſed aliàs cõmune. Tamen nõ recidit poteſtas in non excommunicatos, quia excommunicatus nomine ſuo benè cõſtituit procuratorem. inf. de iudi. intelleximus. ſed non in factis vniuerſitatis, q̃ non eſt eius membrũ, ſed ab ea præciſum cũ interdictis, aut non excõmunicatis, benè poſſunt alia negotia præter electiones facere, puta procurationes, contractus, & huiuſmodi, qui ab eis nõ prohibentur, etiã in negotijs vniuerſitatis. Si autem nõ ſunt notorij excõmunicati, nec probari poteſt: tunc non ſolùm non ſunt expellendi à capitulo, ſed etiam vocandi, & hæc benè p̃bantur. inf. de procu. c. fi. 6. q. 2. c. 1. & 2. 23. q. 4. iubemus. Si autem capitulum, vel maior pars vocauerit ignorãter notorios excõmunicatos, tunc valet nihilominus electio facta, vt in iſto c. ſed tamen in hoc caſu propter præſumptionẽ contrariã, capitulo incumbit p̃batio, vel maiori parti, q̃ ignorauerũt. ar. inf. vt eccl. beneſi. c. vno. 82. diſ. propoſuiſti. ſed in hoc caſu, ſi aliqui ſunt in capitulo, qui ſciũt aliquos notoriè excommunicatos, vel de quibus probari poteſt, quòd ſunt excommunicati, nihilominus voces eorũ præſtabunt ſibi ſuffragia, dummodò ſcientes excommunicatos nõ conſenſerint expreſſè, q̃ excõmunicati vocarẽtur ad capitulũ, tacitus enim cõſenſus ſcientium, vel præſentia non obeſt, eùm etiamſi contradicerent, vel proteſtarent ignorãtes, non cogerentur p̃pter dictum eorũ, nec etiã deberent ceſſare à vocatione eorũ, & eodem modo ſi aliqui de ſcientibus nõ interfuerunt electioni. Horum enim ſcientium electio tenet, & voces eorum p̃ſtant ſuffragiũ, nec eligunt cum excõmunicatis, quia hoc non intendunt, ſed per ſe tantũ, quia nõ eſt in poteſtate eorum, eos admittere vel expellere.

6 †Solu. dices debere eis imputari, qui p̃bare poſſunt, & non reprobant. Reſpon. non eſt verũ, quia non eſt p̃ſens coram quo p̃bent capitulũ in hoc non ſit iudex. Item nemo cogitur aliũ accuſare. C. vt ne inui. age. l. 1. & ſic nõ cogitur accuſare, ſic nec appellare, quia non p̃deſt, niſi appellationẽ p̃ſequeretur, quòd eſſet agere. inf. de ap. cũ ſit Romana. Fatemur tamen q̃ ſi appellauerit, quia aliquis eſt ibi notoriè excõmunicatus, & in cauſa appellationis p̃bauerit excõmunicationẽ notoriam, q̃d caſſabitur quicquid factũ erit poſt appellationem. Nec valet quod dicant, quòd ignorabant eos excõmunicatos, quia debebant deferre appellationi ex iuſta & vera cauſa interpoſita. Secùs autem eſſet ſi non appellaret, ſed tantũ capitulo denũciaret aliquos excõmunicatos intereſſe electioni, q̃a tunc non caſſaretur, quòd fieret poſt talẽ denunciationẽ, in qua nullius ſuperioris examen implorandũ. Item dicendum videtur de interdictis, & omnibus alijs, quos ius eligere prohibet, ſed non intelligitur de his, quos iuś vel iudex ab electiõe repelleret, ſed tantũ ab electione non prohibentur. ſuprà, eo. cùm Vintonienſ.

CAPVT XL.

1 *Beneplacitum partium non habetur ad inquiſitionem, ſed ad diffinitionem.*
2 *Compromiſſum fieri non poteſt vno ſolo contradicente.*
3 *Quando aliquis ex iuſta cauſa electioni intereſſe non poteſt vota ſua procuratori committere licet.*
4 *Vnus ſi loca plurium admittitur tantum poteſt vox eius, quàm ſi omnes voces ſuas dediſſent.*
5 *Sufficit poſtulatum duas habere partes.*
6 *In poſtulatione peccante maiori parte, ius eligendi recidit in minorem partem eligentẽ.*
7 *An tertia pars eligens dignum: ſit dicendã maior & ſanior, dupla poſtulante indignũ.*

SCRIPTVM EST. (De numero (ſcz. quòd numerus poſtulantium erat duplo maior (partis) eligentium plebanſi (reuocatam.) infrà, de cenſi. olim. (pars altera). ſ. poſtulantium. Eradienſ. (intentionem) ſcz. poſtulationẽ præferendam electioni (vbi nati) infr. de præſump. quoſdam. † Conſenſerint) quia niſi eſſet de aſſenſu partium, prius debet conſtare de defenſione partis & reuocatione, cùm ex illo conſtaret, ſi numerus eſſet duplo maior nec̃ne, Vel dic, quòd beneplacitum partium non habetur ad inquiſitionẽ, quàm omnibus modis vult fieri, vt ſuprà dictum eſt, ſed ad diffinitionem habetur beneplacitum, quàm non vult fieri, niſi partibus placeat, ſed ſi partibus placet, fiat ſecundum formam quæ ſequitur (vt præpoſiti). Iſti enim & ſi aliàs ius non haberẽt in electione, quia vtraque pars conſenſit, quòd admitterentur ſuffragiũ præſtabunt voces eorum. † Per alios). ſ. procuratores conſtitutos ad eligendum, ex his videtur, quòd aliqui de electoribus poſſunt facere compromiſſarios, & alij non, & quòd illi qui non faciunt, tenentur huiuſmodi cõpromiſſarios admittere, ſed contra videtur, quòd vno ſolo contradicente, non poteſt fieri cõpromiſſum. Item ſi ſunt compromiſſarij, ergò habent poteſtatem prouidendi eccleſiæ. inf. e. quia propter. quòd cõſtat eſſe falſum, quia nec qui compromiſerunt ſoli habent poteſtatem. Item ſecundũ hoc videtur, quòd hæc electio partim ex compromiſſo, partim ex ſcrutinio procedat, quòd non videtur conueniens. Sol. dicimus quòd ibi non fuerunt compromiſſarij, ſed procuratores fuerunt, quibus aliqui vota ſua commiſerant, quòd licet, quando ex iuſta cauſa aliquis electioni intereſſe non poteſt. inf. eo. quia p̃pter. & etiamſi ſolummodò placet alijs coelectoribus, vt hîc, & ſatis apparet ex his, quæ dicuntur hîc, quia poſt talem cõmiſsionem votorum debet fieri ſcrutiniũ, & non debet attendi in ſcrutinio, quot ſunt voces procuratorum, ſed qui ſunt illi qui vota ſua eis commiſerunt, vt hîc dicitur. nam ſi propriè commiſſarij eſſent quaſi dõnatarij, & tamen vota eorum attenderentur, & non illorum, qui in eos ſua vota tranſtuliſſent, cùm ex ea translatio-

ne nihil poteſtatis in eis remãſiſſet: vt no. ☞ ſup.e.in cauſis. † Sed quæres cùm ſæpè cõtingat, quòd in aliquibus eccleſijs electio non tantũ pertinet ad capitulum, ſed aliquando ꝑ tertia parte pertinet ad capitulũ, per alia tertia parte ad clerũ ciuitatis, & ꝑ alia ad prælatos, ad hoc cùm non omnes poſſunt, nec debeant intereſſe electionis ſcrutinio ꝓpter inconueniens q, ſequeretur. ſ. fortè clerici ſoli plures ſunt, q̃ totũ capitulum & prælati, & ſic ſi eorum vota ſingulariter attenderentur, non ſolũ tertiam partẽ, ſed etiam maiorem in electione habent, videlicet nunqd ergò in hoc caſu licebit facere compromiſſarios? Reſpon. non, ſed faciant vt hîc fecerunt. ſ. vota ſua cõmittant aliquibus procuratoribus, qui poſtea cũ alijs faciant ſcrutinium vel cõpromiſſum, ſi cõpromittendi poteſtatem habẽt, & ſi duobus commiſerint vota ſua, & tunc vnus poterit conſentire in vnum in ſcrutinio, & alius in aliũ, hoc non fatemur, quia cùm q̃libet harum triũ partium quaſi vniuerſitas cenſeatur ad electionem faciendã per procuratorem tantum quemlibet vniuerſitas reſpondebit, ſed illius vnius vox valebit pro parte tertia, aliàs enim ſequeretur abſurditas, quòd eadem vniuerſitas ſibi ipſi contradiceret per vnum procuratorem eligendo alium, vel etiam per alium, alium.

3 † Nec ob. quòd hîc dicitur, quòd admittebantur ſinguli, tanquã ſingulares ꝑ ſuis eccleſijs, non omnes tanquã vna vniuerſitas, qa hîc ſinguli tanquã pro ſingulis eccleſijs habebant ius, & nõ tanquã pro vniuerſitate eccleſiarum & prælatorum. Imò plus dicimus, q, ſi diuiſim capitulũ aliquibus compromiſſarijs conferret poteſtatẽ, & prælati alijs, & clerici alijs: tamen iſti quaſi cõpromiſſarij non poſſunt eligere, ☞ qa in nullos ſingulariter eſt translata poteſtas eligendi, quia nec ipſi transferentes ſoli ſine alijs hanc poteſtatem habebant, ſed nec in omnes translata eſt, quia ſimul in omnes transferre noluerunt. Fatemur tamen quòd ſi in omnes transferre vellent ☞ poſſunt, & non ſolùm in eodem tempore, ſed etiam in diuerſo. ar. ff. de ſer. ru. prædi. per fundum. ff. cõmunia prædi. receptum. procuratores autem & ſimul & diuiſim conſtituere poſſunt ad hoc, vt vice eorum eligant.

4 † Totq;) no. quòd ſi vnus pro pluribus admittitur tantũ, poteſt ille ſolus ſiue vox eius, quàm ſi omnes voces ſuas dediſſent, & hoc intelligimus, quòd omnes tanquã ſinguli habeãt ſingulas voces. Aliud enim eſſet ſi vniuerſitas prælatorum habeat tantùm vnam vocem, vel duas, licet plures eſſent prælati.

5 † Duplo). i. duas partes, ſufficit enim q, poſtulatus habeat duas partes, & non eſt ☞ neceſſe, quòd plus habeat. † Item videtur, quòd etiam ſi ab vno ſolo electio fiat, quòd electio debeat præferri, cùm poſtulatio nõ tam iuſtitię quàm gratię imitatur, electio autem tantũ iuſticiæ. ſup. de poſtu. bonæ. 1. ſed hoc argumentum nõ valet, nam potentatio ſimpliciter innitetur gratię. 16. q. 3. ſi quis. & tamen ſi non admittitur, fit iniuria præſentatio. 16. q. 7. decernimus. & ideò agit contra non admittentem eum. inſ. de iu. pat. paſtoralis. & idem in poſtulatione. ar. ad idem. ff. de aqua quot. l. 1. §. pe. & dic ea, quæ hîc dicuntur locum habere in electoribus, & in iure, quòd ad electores ꝑtinet, & quòd ex electione & electoribus acquiritur. Ius autem confirmatoris, diſpenſatoris, vel alterius ſuperioris, non tangitur in hac decre. Imò in optione eius remanet, ſicut & ante hanc decr. erat, vtrum velit confirmare, vel diſpenſare, nec nẽ. ſup. de poſtul. bonæ. (minimè) hîc habes notabile, quòd quando in vocatione aliqua contingit fieri vnam poſtulationem, ſiue vnam electionem, quòd nõ ſeruatur illa regula, q, is eligatur, qui à maiori & ſaniori parte fuerit nominatus.

6 † Et iterum habes aliud, quòd peccante maiori parte in poſtulatione, ius eligẽdi recidit in minorem partem eligentem, & hoc intelligimus ſi electio non fiat ex interuallo, ſed in eodem contextu, vel nõ potes dicere, non fallere hîc regula m, reputatur enim ſanior, quæ eligit illa, quæ poſtulat, vt no. ſup. eo. dudum. (poſtulantium) ignoranter indignum. † Reprobare) ☞ poſtulatio reprobatur, qa de indigna perſona electio, quia non habet tertiam partem capituli, quæ ad minus neceſſaria eſt, quando alij non delinquunt ſcienter poſtulando, vel eligendo indignum. de hoc no. ſup. eo. dudum. † Maior pars) non intelligas quòd licet maior pars poſtulantium, vel eligentium eligendum eligendo indignum ſcienter priuata ſit poteſtate eligendi quòd propter hoc alij, qui ignorantes eum indignum ipſum eligerent, eodem modo priuati ſunt poteſtate eligendi, ſed hoc ideò fuit, quia maior pars poſtulantium archiepiſcopum indignum priuati ſunt poteſtate eligendi, reliqui qui elegerunt plebanum ſunt maior pars.

Confir-

Confirmatur ergò electio plebani in hoc caſu non, quia illi qui ignorantes Archiepiſcopum indignum ipſum elegerunt priuati ſunt poteſtate eligẽdi, ſed qui plebanus maiorem partem habuit non computatis ſcienter eligentibus indignum, ſed per hoc videtur, quòd non ſolùm ſi maior pars, ſed etiam ſi vnus ſolus de duplo numero tolleretur, quia ſcienter elegiſſent indignum, quòd deberet confirmari electio, quia vno ſublato, nõ remanet duplex numerus. Reſpon. non eſt verum, quia licet priuatus ſit poteſtate eligendi, tamen in hac poſtulatione iuſtè admittitur, & ideò computandus eſt ad complendũ numerum duplum, licet ſuffragium nõ præſtaret poſtulationi, vox eius autem diceremus ſi primo priuatus poteſtate eligendi admitteretur ignoranter ad poſtulationem, quia tunc non computaretur ad numerum duplum complendum.

7 † Nec eſt dicenda maior, & ſanior tertia pars eligens dignum dupla poſtulante indignum, dummodò tantùm in vna, vel etiam in pluribus excedat poſtulans indignum, dum tamen ſemper remaneat maior numerus ignorantium indignũ, quàm ſcientium, quia licet ſi non eſſent cum eis ſcienter poſtulantes indignum, tamẽ præualet poſtulationi electio, quia non eſſet duplex numerus, ſi ſubducerentur ſcienter eligentes indignum, tamen quia eis ſunt adiuncti, non præualet, quia tertia pars, quæ elegit non fuit capitulum, imò duæ partes, qui poſtulauerunt fuerunt capitulum, & permanſerunt capitulum, licèt minor pars de eis deliquerit ſcienter poſtulando indignum, ſed ſi maior ſcienter indignum poſtulaſſet, puta ex. 33. 17. tunc deſijſſet eſſe capitulum in illis duabus, & fuiſſet capitulum, vt potius maior & ſanior pars capituli qui elegit. nam tantũ dicimus vnum capitulum, vel licet maior pars in vnum conſentiant, & minor in alium, ſed tunc dicimus diuerſa capitula, vel vnum capitulum, & aliud non capitulum, quando duæ partes eorum qui ad electionem vocandi ſunt, in vnam perſonam ☞ conueniant & tertia in aliam. † Sed quid ſi de. 32. poſtulantibus indignum fuerant. 17. ſcientes dignum, & alij. 15. ignorantes, ſed eligẽtes dignũ fuerunt tantùm 14. Reſpõdeo. poſtulationẽ & electionẽ caſſandã, ex quo duplũ numerum habet inter ignorantes, & ſcientes poſtulatũ dignum, & maior pars eſt ignorantiũ poſtulatum indignum, quàm ſint omnes illi, qui elegerunt dignum, ſed poteſt dici ſine ſubtilitatibus hoc procedendum ſecundum literam ſimpliciter ſeruandum, vt ſonat (ſcienter) de hoc no. ſup. eo. dudum. in gl. cir- ☞ ca. † Indignum) indignitate peccati in quo perſeuerat, ſecùs ſi pateretur defectum, tunc enim non priuarentur poteſtate eligendi. ſup. eo. innotuit. niſi caſſatam poſtulationem iterare vellet. ſup. de poſtu. gratum. (debeant) illi qui ſcienter elegerunt indignum non alij (priuari) per ſententiam ſi electio fiat ex interuallo. Si verò incontinenti non eſt neceſſaria ſententia, vt hîc. vel melius, id eſt, priuati nunciari. ſup. eo. cùm in cunctis.

CAPVT XLI.

1 *Sex menſium curſus neceſſarius eſt in paſtoribus cathedralium & regulariũ eccleſiarũ.*
2 *Quæ dicatur regularis eccleſia.*

1 NE PRO DEFECTV. † (Tres menſes) hoc eſt ſpeciale in paſtoribus cathedralium, & regularium eccleſiarum. In his enim neceſſarius eſt curſus ſex menſiũ. infr. de conceſ. præben. nulla. & ibi no. quid ſit iuſtum impedimentum, & iſtud tempus debet à compromiſſarijs obſeruari, cùm capitulum nõ poſsit eis plus dare, quàm noſcatur habere. ff. de acquir. re. do. traditio. & interim capitulo currit tẽpus. Nec ob. C. de temp. ap. Auth. ſi tamen. quia ibi [a] compromiſſum eſt de voluntate præſcribentis, & eius cui præſcribitur, hoc verũ tantum de voluntate eius, cui præſcribitur, negligentia enim iſtorum capitulo imputatur, quia perdit quis ius, quo per ſe vel per alium nõ eſt vſus. ff. quemad. ſer. amit. vſum. ſed cũ capitulum in culpa non fuit, ſeu in mora, quia perſonæ indiligenti cõmiſerat, videtur quòd ſi non eligat, tunc legitimè capitulum ſit impeditũ ad hoc, vt tempus ſibi non currat. inf. de conceſ. præben. quia diuerſitatem. maximè, quando id reuocari non poteſt, quia res non eſt integra. ſup. e. in cauſis. Propter quod dicũt aliqui, quòd impedimentum ab alio illatum, nõ imputatur prædictis quæ in ipſum ſibi retulerunt, ſicut in proximo caſu fuit. ff. ſi quis cau. l. non exigimus. §. quòd diximus. quia debuerunt ita ꝑ rogare compromiſſum, ſi poſtea eligere potuiſſent, ſi compromiſſarij negligentes fuiſſent in eligendo, vel dic melius quòd ſi ſunt donatarij eorum tantùm impedimentum attenditur, ita quòd impedimentum nihil ope-

[a] *Quia ibi. Adde Pet. de Anch. in cõſ. 214. col. pen. ver. 3. inducitur conſilium. Ludouicus Anticus. Parechianus.*

ratur, nec eos negligentia excusat, secùs quando sunt compromissarij, quia tũc iure compromittentium eligere debebant impedimentis mutuis se excusant: donatarij verò sunt, quando simpliciter eis prouidendi tribuũt potestatem, sed compromissarij, quãdo simpliciter vel ad tempus id committunt, vt vice eorum eligant: vt no. inf. eo. c. quia propter (cathedralis) id est, episcopalis.

2 †Vel regularis) regularem ecclesiã dicimus, secundum quòd hîc intelligitur, quamlibet ecclesiam collegiatã, vbi sunt clerici, vel conuersi sine proprio viuentes, dummodò sit collegiata, & collegij sit electio. Non autem hîc intelligimus comprehendi parochiales ecclesias, vel dignitates cathedralium ecclesiarum præter episcopatum, quia litera hoc non sonat. Item non intelligimus hîc, quòd dicitur de prioratibus qui dantur ab abbatibus, quidam tamen hoc quòd hîc dicitur, intelligunt de regularibus omnibus, siue electio pertineat ad conuentum, siue ad superiorem abbatem, siue quemlibet alium, & non videmus rationem diuersitatis, de prioribus autem, vel cæteris officijs quæ sunt in monasterio suo abbate, eidem monasterio præsidente, benè credimus sub hac regula non arctari, quantum ad terminum trium mensium, quia nõ habet principaliter curam. † Iniusto impedimento) secùs si iustum esset impedimentum. 28. di. de Syracusane. 11. di. benè. inf. de concess. præben. quia diuersitatem. arg. C. de inoffi. testa. contra maiores. ff. ex qui. cau. ma. l. quòd quidem. & si non eligatur transfertur ipso iure electio ad proximum superiorem, nec tenet electio postea facta ab eo. inf. de sup. neg. prælat. licet. & decre. seq. & si postea primus eligat & secũdus eodẽ modo, cùm nulla sit ipso iure prima, tenet secunda no. inf. de sup. neg. prælat. c. vlti.

☞ †Sed quid dices, si habuerunt iustum impedimentũ, nunquid transactis tribus mensibus poterunt eligere sine licentia, vel oportebit eos impetrare in integrum restitutionem, & dicũt quidam, quòd sine vlla restitutione eligere poterunt, quia nec currit eis tempus. arg. infr. de concess. præben. quia diuersitatem. Alij distinguunt, an tale sit impedimentũ quòd faciat dormire præscriptionem, sicut excommunicatio, & tunc locum habet opinio supradicta. inf. de concess. præben. quia diuersitatem. an non faciat eam dormire, sed iuuatur beneficio restitutionis in integrum, vt absente causa reipublicæ, & tunc non poterunt eligere, nisi beneficio petito. & not. infr. de præscrip. ex transmissa. tamen hoc non placet.

Credimus tamen, quòd nõ incipit currere hoc tempus, nisi ab eo tempore, quo sciuit ecclesiam vacare & potuit prouidere, sed ex quo cœpit currere sine aliqua retardatione consummat cursum, vnde nõ videtur indifferenter locum habere hæc restitutio in integrum, sed si postquam incœpit currere ante finem, legitimo impedimento detineretur, puta infirmitate, vel alio quo prouidere impediretur, benè consulerem sibi restituendum tempus, quo fuit impeditus, nisi prius esset alij ecclesia illa collata, quia tunc ei non auferetur. arg. inf. de iure. pat. consultationibus. sed certè tunc ei restituetur electio, & præbenda alij aufertur, licet canonicè collata fuerit, quia omnia debent reduci ad eum statum, in quo fuerunt tempore, quo impetrat restitutionem, & benè dicitur, quia eligere debuerunt, nam si omnes in capitulo dissentiant, & vnus vel plures, qui nullũ postea elegerunt, dicant cassata electione ab vna parte facta, & transacto iam tempore trium mensiũ se debere eligere, malè dicunt, cùm tunc eligere debuissent, & etiamsi vnus solus benè elegisset, eius electio tenuisset. inf. eo. congregato.

☞ †Sed quid dices, si non debuit eligere, puta postulatus est aliquis bonus à duabus partibus, alij consentire postulationi nolunt, nec eligere, quia non teneret, suprà proximo cap. hîc sic. Respondent aliqui quod sibi non eligant intra tempus, & postulatio ab alijs facta cassetur: tamen electio eis vltra tempus seruetur, cùm eligere non debuerunt, sed contrà potius videtur eis imputandum, quòd nõ elegerunt, quia per postulationem non imponetur necessitas superiori, quòd approbaret postulatum: vt no. in ea. decr. vel quòd refutaret electionẽ, & videtur idem etiamsi ponas conuersum casum. s. quòd si confirmare debet postulationẽ vlterius non poterant eligere, & quòd nisi aliud canonicum obest confirmare debet postulationem, cùm alij qui non elegerunt, nec postulationi consenserunt, tanquam contumaces sunt reputandi. Fatemur tamen, quòd & in illis officijs vel ministerijs, quæ pertinent ad collationem abbatis, & vbi cura animarum non est, Episcopus supplebit defectum abbatis, non intra tres menses, sed intra sex menses, infrà, de concess. præb.

cess. præb. nulla. 18. q. 2. c. 1. (deuoluatur) & ita est correctum. inf. de concess. præben. dilectus. licet quidam dicant contrà (consilio) requirere hoc consilium est de honestate & non de necessitate.

☞ †Ipsius) qualiter potest, puideri de eis, cùm omnes deliquerint nõ eligendo? Respon. fortè non omnes peccauerũt, vel qa non erant præsentes, vel si erant præsentes propter scandalum vel aliam causam dimiserunt eligere intra tempus.

CAPVT XLII.

1 *Quæ sint de forma electionis.*
2 *Electores ire debẽt ad requirendum infirmorum vota qui in eadem ciuitate vel claustro eodem iacent.*
3 *Vbi per compromissum fit electio non est necesse fieri collationem vel electionem in capitulo.*
4 *Si duo vel tres tantùm sunt in capitulo quomodo eligent, & quid si sit solus vnus in quem ius eligendi recidit. vide in nu. 5.*
6 *Scrutatores debent singulos vocare ad scrutinium, nec sufficit generaliter vocare.*
7 *Necessaria est priuatio per sententiam quando ex intervallo facienda electio est.*
8 *Electio facta contra formã est ipso iure nulla.*
9 *Si aliquis fecit furtum vel rapinam licet velit rem furtiuam restituere, tamen ob id non euitabit pœnam dupli vel quadrupli.*
10 *Qui in electione vocẽ habet si est in loco vnde vocari debet nisi vocetur potest facere cassari electionem, quia eo contempto facta est.*
11 *Quicquid fit lege vel canone prohibente pro infecto haberi debet.*
12 *In spiritualibus quicquid fit per obreptionẽ etiam post sententiam reuocatur.*
13 *Iuramentum ob incrudelitatem capituli introductum est.*
14 *Maioris partis iudicio statur; quoniam per plures melius veritas inquiritur.*
15 *Quo casu possit procurator in diuersos consentire.*

QVIA PROPTER. (Viduatis) propter illud verbum dicunt quidam, obseruandas in electione cuiuscunq; per quam contingit ecclesiam viduari, & etiam in plebibus & capellis, dummodò eædem plebes, & capellæ prælatos habeant, qui generalem prælationẽ habeant in spiritualibus tam in clericos, quàm in laicos parochianos earum ecclesiarum, & hos prælatos benè dicimus spõsos. ar. 21. q. 2. sicut. in canonicis autem, & prælatis cathedralium ecclesiarum, qui non habent curam nec prælationem generalem, sed in certis tantùm articulis, & vbi non per mortem prælatorum inferiorum, sed per mortem superiorum. scz. episcoporum viduantur ecclesiæ, non est necesse has formas seruari. Quidam tamen dicunt, quòd istæ formæ habent tantũ locum in cathedralibus & regularibus ecclesijs. C. ca. proximo. †Præsentibus omnibus) de forma est, quòd capitulum cõgregetur, & quòd de capitulo aliqui non distincto numero assumantur, siue per aliquos de capitulo, siue aliunde, & quòd ipsi secreto exquirant, scilicet, non audientibus alijs præter scrutatores, tamen & præter scrutatores credimus, quòd possent habere duos, vel plures testes. Excluditur enim tantum, ne capitulum audiat, & vult quòd sigillatim, & non binis simul euntibus vota cunctorum, qui sunt in capitulo exquirant, quamuis non obsit si nõ respondent, vel captiosè respondeant. ff. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit. & §. q, autem. & etiam non obest, quominus teneat electio, si aliqui de capitulo non requiruntur, dummodò suum contemptum non prosequãtur, & vota in scriptis redigantur, siue per eosdem scrutatores, siue per vnum tabellionem, siue per vnum vel duos viros idoneos, cùm aliàs constare nõ posset. infr. de proba. quoniam contra. & quòd vota scripta, mox publicentur in cõmuni. i. capitulo nõ credimus contra formam, si in capitulo sunt aliqui extranei, puta religiosi, vel etiam alij. 63. di. obeũtibus. & quòd collatio habeatur, de qua habetur plenius. inf. eo. in genesi. & quòd sequatur electio cõmunis in capitulo, nam hæc est de necessitate formæ, sed illa, quæ fit coram populo, non est de forma, & hoc innuit litera huius capituli, in fin. vbi dicit statuentes quòd hoc præceptum quod vltra formam &c. Alij contradicũt, & oportet q, electio fit cõmunis. i. ab vno fiat qui potestatem de consuetudine, vel voluntate sociorum habeat. ar. inf. eo in genesi. †Vtrum autem valeat, si tradetur hæc solẽnizatio electionis. inf. e. publicato. vota autem scrutatorum inquirent ipsi ijdem, nam cùm data sit eis potestas inquirendi vota cunctorum, ergò & sua. ar. sup. e. cùm in iure. Vel possunt alijs committere, qui scrutatorum vota seruent, sed prius nobis magis placet.

2 †Vota autem infirmorum, qui in eadem ciuitate, vel claustro eodem iacent, ipsi possunt ad eos ire, & requirere, quia præsens ipse esse videtur, qui in hortis est. 2. q. 7. biduum. & quia efficacior est vox eius, q̃ procuratoris, & dulcius est bibere de fonte, q̃ de riuulo. arg. 76. dis. c. ieiunium. & credimus sufficere, si in scrutinio respõdeat, nec est necesse, q, postea reqratur

in col.

in collatione, vel in alijs, quæ possunt per alios fieri, vel si magis eis placet, possunt pro se procuratores constituere, per quos suæ voluntates scrutabũtur, vt hîc, sed q̃d scrutatores sint fide digni, non est de forma. † Item quòd ille eligatur, in quem maior & sanior pars consenserit. sup. e. auditis. & hæc licet enim post multi consentiant non valet: vt no. inf. eo. ecclesia. † vbi autem per compromissum fit electio, non est necesse fieri collationem, vel electionẽ in capitulo, sed sufficit quòd vbicunq; fuerint compromissarij viduatæ ecclesiæ, prouideant de pastore, & ideò cautè dicitur, prouideant non eligant, tamẽ alij contradicunt, & argumentum habẽt pro se, quia licet dominus prouidisset de rectore filijs Israël, tamen synagogã vocari præcepit, vt coram ea publicaretur. 8. q. 1. licet. Itẽ non possunt plus iuris in alios transferre, quàm ipsi habeant sed ipsi debent eligere in ecclesia cathedrali. sup. eo. q̃ sicut. in prin. & c. bonæ memoriæ Mag. 23. dis. in nomine. ergò & illi, quibus dant potestatem eligẽdi, sed primi respondent, quòd coram populo facienda est publicatio, sed illa electio, quæ debet fieri coram populo si processum est per scrutinium potest fieri vbicunq;, sicut si proceditur per compromissum, quia potius dicẽda est prouisio, quàm electio. arg. quia illi qui prouidebant olim de iure sic dicebant. 63. dis. lectis: reatina. nobis. cùm longè. inf. de app. qua fronte. nam quidam dicunt, illos posse alij prouidere, qui hoc habent iure suo. scz. consuetudine vel priuilegio, & sic loquũtur præmissa capitula, qui autem ex compromisso procedunt, ibi debent eligere, vbi qui compromiserunt eligere tenebantur, & quia non potuerũt aliud transferre, quàm habeant. 16. q. 1. si quis. & hoc est tutius. † Assumatur) quare hîc circuitus habetur cùm sicut conueniunt de electoribus, sic possunt de prælato conuenire. Respon. multi difficilius conuenirẽt in prælatum, quàm in electores, præterea aliquid timidi malum nominarent in publico, & tamen bonum nominabũt in priuato. Item remouetur appellatio, quam quidam faciebant, ne post nominationem, vel electionem suam alius eligeretur. suprà. eo. considerauimus.

4 † Tres) si cõmode potest fieri, alioquin duo vel vnus. arg. in Auth. de san. Epi. §. 1. Sed quid si tamen tres, vel duo sunt in capitulo, quomodo eligent tres? Respon. illi tres, vel duo conueniãt in capitulo, & ipsi inuicem ipso facto constituant se scrutatores, & vnus alium inquirat, si sunt duo, sed si sunt tres, possunt duo vnum facere scrutatorem. ar. ad hoc. quia si scrutatores inuicem possunt se inquirere, eodem modo prædicti tres vel duo.

5 † Sed quid si vnus solus sit in quem ius recidit eligendi, respondeo ille solus vocatis testibus dicet votum suum, & postea eliget, & electionem publicabit. Vel dic, quòd hæc constitutio non habet locum, nisi vbi sunt quatuor ad minus, quòd ex eo apparet, quia dixit assumãtur tres fide digni. Præterea dicit præsentibus omnibus, quòd ad minus de tribus intelligi oportet, vbi igitur pauciores sunt possunt eligere quemcunq; volunt, dummodò mutuus consensus hincinde conueniat, & hoc cõstet. & not. quòd hæc decre. non prohibet, quòd si primi scrutatores infirmantur, vel aliàs secedunt, quin alij scrutatores eis succedant, qui inquirent vota inquisitorum. Item si non potest fieri vna die, fiat in continuata. De collegio) electorum accidit enim quãdoq; quòd huiusmodi collegium non tantùm facit capitulũ maioris ecclesiæ, sed omnes illi, qui de iure vel consuetudine vocem habent in electione. suprà, e. scriptum. & supr. de postu. bonæ. (cunctorum) vota scrutatorum, vel ipsi inter se inquirent, vel alijs de capitulo committetur.

6 † Item hîc apparet, quòd scrutatores nominatim debẽt singulos vocare ad scrutinium, nec sufficit generaliter vocare sic. scz. venite ad scrutinium, qui scrutandi remansistis. Item vocandi sunt, non tantũ qui sunt in capitulo, sed etiã qui extra capitulum sunt, si videri possunt. ar. insti. de re. di. §. examen. etiam si non possunt videri, & sunt circa capitulũ, & illi de capitulo hoc sciuerint, quia si aliter fiet, esset malitia, quæ omninò in electionibus est vitanda (redacta) per aliquem ex se, vel tabellionem etiam extraneũ sic vidi (Mox) antequam diuertant ad alios actus. C. qui tes. fa. po. cùm antiquitus, & de hoc no. inf. e. publicato (publicent) ipsi omnes scrutatores, vel pars eorum, vel ipsum capitulum, nõ enim est de forma, per quam fiat (interiecto) ne procedatur ad electionem, sed benè posset appellari, ne eligatur, qui est tali crimine irretitus. suprà, eo. cùm nobis. sed nihilominus electio de bono non cassabitur, nisi probetur malus. infrà, de his quæ fi. à maio. par. ca. cap. 1.

† (Collatione) numeri ad numerum, zeli ad ze-

ad zelum, meriti ad meritum: vt inf. eo. in Genesi. & credimus, quòd si facto scrutinio obijceretur, quòd aliqui requisiti non habẽt vocem in electione, & ideò non augent numerũ, plenè facienda est collatio, vbi ibidẽ dicitur (alioquin) id est, si nõ obijcitur, non est de necessitate iuris, q̃ plenè in capitulo fiat collatio, & si statim potest sciri veritas bonũ est tamẽ & si omittatur collatio plenè etiã, quando aliquid obijcitur, nihilominus tenet electio. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. 1. (eligatur) antequã ad alia diuertatur. inf. e. cùm post. solenniter publicata electione in capitulo, & cõmuniter. i. ab vno vice omniũ. inf. e. in genesi. (&) pro. i. (forma) inf. e. ecclesia. (Vel saltẽ) sola prima forma est de necessitate, aliàs enim non inuenitur etiã vno contradicẽte, scz. ad compromissum, & hîc videmus (viris) etiam extra collegium (non valeat) ipso iure. inf. eo. in genesi. † Per inspirationẽ hæc non est forma, sed vbicunq; cognitum fuerit, electionem per inspirationem factã cõfirmabitur, quia si Dei spiritu agũtur, &c. inf. de reg. & tran. ad re. licet. 19. q. 1. duę. & videtur esse per inspirationem, & si duo vel tres nominauerunt eligendum, nihilominus fit per inspirationem, sed si aliquando interrogetur, vis talẽ, vel etiã si maior pars nominet sigillatim, non fit per inspirationem Dei, sed hominis instigatione facta præsumitur (priuentur) † necessaria est priuatio, per sententiã, quando ex interuallo facienda est electio, secùs si incontinẽti. de hoc no. sup. e. dudum. & no. inf. e. cumana. hîc dixerunt quidam, quòd illi, qui non peccauerũt in electione, etiã si sit minor pars, habent conditionẽ ex hac decr. vel officio iudicis cõtra delinquẽtes in forma, vt priuentur per sententiã in potestate eligendi ea vice, & ad eos solos, qui nõ deliquerunt detur p eandẽ sententiam potestas eligendi. ar. pro eis, quia certum est, quòd eligentes contra formã, priuandi sunt potestate eligendi, ergò soli non eligentes sunt reputãdi capitulũ, quo ad electionẽ faciendã, & in eos solos recidit ius eligendi. 65. di. c. fi. ff. q̃ cuiusq; vni. sicut.

8 † Item electio facta contra formã nulla est ipso iure, vt hîc. inf. eo. in Genesi. ergò non impedit, quin illi, qui non peccauerũt possunt eligere, ergò electio est apud non delinquẽtes in forma, & inde est, vt dicũt, quòd tenet electio ab eis facta, siue in continẽti, siue ex interuallo. ar. ff. de verb. ob. si dari stipuler. Alij dicunt, quòd si hi qui non deliquerunt sunt pauciores quàm illi, qui deliquerunt contra eligẽdo, licet electio talis sit nulla, vt hîc, tamẽ ex interuallo non possunt eligere, nisi communicent cũ prioribus & delinquentibus. supr. e. auditis. vbi no. & quantum ad hoc satis benè dicere videntur, sed & addunt, quòd nomine suo minor pars, quæ non peccauit contra formã eligendo nullã actionem vel officium iudicis implorare possunt, vt maior pars priuetur potestate eligendi, vel vt sibi detur potestas, sed nomine ecclesiæ possunt denũciare hoc superiori, & superior benè tenebitur sibi imponere hãc pœnam, sed tamen quòd minori parti adiudicetur potestas eligendi, hoc non tenebit per sententiam, quia nec vllo iure hoc cauetur, nec vnquam factum inuenitur.

† Sed dices hîc oportere dici ex necessitate, quia cùm capituli sit electio, & in pauciores nõ peccantes non reciderit ius eligendi, ergò ipsi eligent, sed ipsi respondent, quòd facta cassatione & malè eligẽtes, & benè omnes simul faciunt vnũ capitulum, vnde minor pars nõ potest eligere, nisi maior restituatur potestas eligẽdi, quia cũ maior pars deliquit totũ capitulũ deliquisse videtur. & ideò voluitur potestas eligendi ad proximũ superiorẽ. Auth. debere san. Epi. §. si quis oratorium. Nec mireris, quòd non delinquens punitur, pter delinquentem, quia simile habes. sup. e. scriptũ. in fi. ar. 16. q. 1. §. verùm. 15. q. 4. cũ multæ. tamẽ plus rationi consonum videtur, quòd minor pars agere possit ad hanc pœnam, ex hac decr. antequã prouideatur ecclesiæ, sed & aliud adijciunt, licet pluribus nõ placet. scz. quòd non delinquentibus debet adiudicari potestas eligẽdi. imò quòd plus est sine adiudicatione hoc ipso, quòd maior pars priuatur potestate eligẽdi, deuoluitur ad minorẽ. arg. ff. q̃ cuiusq; vniuer. sicut. † Sed quæro si maior pars, quæ eligit contra formã velit resilire à sua electione, vel quia electus non consentit, vel si cõsentit, postea renunciat. quæritur vtrum possit de nouo eligere contradicẽte, & appellante altera parte ex ea causa, vos non potestis eligere, quia vos estis priuandi, & ad nos est deuoluenda eligendi potestas, & dicunt quidam, quòd nõ valet eorũ electio, quia in delictis non prodest pœnitẽtia in forensi iudicio. C. de apostatis qui. cum suis concor. Item si diceretur cõtrariũ, absurdũ sequi videtur, q̃ in optione delinquentis sit post perpetratũ delictũ effugere pœnitentiã à lege impositam.

9 † Item pro eis etiam est, quòd si aliquis fecit

fecit furtum, vel rapinam, licet velit rem furtiuam restituere, tamen propter hoc non euitabit pœnam duplici vel quadruplici. ff. de fur. qui ea mente. ff. vi bo. rap. ☞ l. pe. ar. contra. ff. de publ. ca. l. 1. ff. de hære. Manichęos. Item pro eis est, quòd dicit, l. q, si res obligata est restitutioni, alienari non potest. C. de fideicom. l. fi. vltra medium. eadem ratione, cùm ista electio obligata sit restitutioni, quia debet redire ad non delinquentes vlterius, eligere non possent, ad idem facit. ff. de in diem addi. l. vbi. §. fi. vbi dicitur, quòd si ego vendidi fundum sub addictione in diem, puta vt sit melior conditio vsque ad certum tempus offertur quod res esset inempta, si autem intra illud tempus præfixum ipse emptor alij vendiderit, vel obligauerit rem sic emptam, licet teneat talis contractus, quòd factus est à domino, si tamen extiterit conditio, scilicet, quòd alius meliorem offerat conditionem, reuocato primo cõtractu, poterit sic rem venditam, vel obligatam recuperare à simili, hîc licet posset dici, quòd teneret electio facta ab his, qui deliquerunt, quia penes eos erat potestas eligendi, sed tamen illi, qui non deliquerunt, & ad quos debet potestas eligendi deuolui hîc poterant, non obstante electione facta ab his, qui potestatem habebant, sed ea prius irritata dabitur ei potestas eligendi, ad idem facit, quia alienata in fraudem patronorum & creditorum reuocantur, licet domini fuerint qui alienarent: vt. ff. de his quæ in frau. cre. & de iure pa. c. illud. imò plus est, quia etiam ea, quæ nõ sunt alienata, id est, donata vel legata in fraudem, si tamen fraus est ipso ☞ facto reuocantur. ff. quæ in frau. cre. omnes. §. Lucius. Item ad idẽ facit, quòd ex quo semel commissa est stipulatio, vlterius purgari non potest. ff. de arg. celsus. ☞ † Alij verò dicunt, & vt videtur melius quòd electio eorum tenet, dummodò fiat sine suspicione pœnæ, nec in fraudem legis fiat, nec in fraudem non eligentium, quæ suspicio vix habetur, & hoc ideò, quia facta ab his, qui potestatem habent eligẽdi, & quia effectum conatus non habuit. ar. opti. ff. de in ius vo. quoduis. ff. de his qui no. infa. qui autem. ff. si quis cau. & si post. C. de appel. l. si quis lib. Item videtur, quasi determinata hæc quæstio. C. de do. post con. C. de bo. pro. si quis post hanc. vbi dicitur, quòd licet lex præcipiat, quòd qui commiserit capitale crimen, bona eius publicentur, tamen si ante sententiam alienat bona sua, tenet alienatio, dummodò alienatio fiat sine suspicione pœnæ. ff. de dona. si aliquis. ☞ † Ista autem suspicio semper videtur, quòd esset in electionibus, dummodò de bonis personis prouideant, cùm in eis semper periculosa est mora. infrà, de app. oblatæ. in fi. & ideò non mala suspicio, sed bona fides præsumitur. Item facit pro eis. C. de pac. inter emptorem. l. 1. & 2. C. de dona. ante nupt. cùm autem. C. de iure. do. etiam. vbi dicitur, quòd si venditur vel donatur res sub tali pacto, quòd aliquo casu contingente, res donata, vel vendita perueniat ad donatorem, vel venditorẽ, tamen si interim emptor, vel donatarius eandem rem, vel aliam alienauerit, tenet alienatio, & transfertur dominium, nec reuocari potest, sed actio præscriptis verbis competit contra alienantem à simili, & hoc tenere debet electio facta ab his, penes quos erat potestas eligendi, sed ipsi electores, si inueniantur in aliquo deliquisse, punientur aliqua pœna. Ea autem quæ alij per se inducunt, non obsunt nobis: quia benè fatemur, quod in delictis non prodest pœnitentia.

Quòd verum intelligo, quia si accusentur isti eligentes de crimine, punirentur non hac pœna per hanc decr. inflicta. sed aliqua, quam eliget iudex, & eodem modo respondeo ad aliud, quod pro se inducebant, scz. quod ex contrario videtur sequi, quod in optione delinquentis est vitare pœnam delicti, quia non sic euitant pœnam, quia licet non patiantur hanc pœnam, patientur aliam.

☞ † Item aliud, quod inducunt de fure & raptore non obstant, imò si quis benè attendat, concordat eis, nam & ibi dicunt, quòd si quis post furtum factum ante condemnationem alienet res suas, euacuabit pœnam duplici & quadruplici. ar. prædictarum. ll. de do. post con. cum suis cõcor. in hoc tamen est differentia, quia ibi facilius pſumitur, q, faceret alienationẽ propter suspicionem pœnæ, quàm in electionibus. Item ibi agẽti contra furẽ nullũ ius datur, sed datũ tamẽ declaratur, quòd statim furto facto habuit actionem & ius, & quadruplum cõtra furem, sed hi canonici habẽt ius in electione, nisi per sententiam detur. Item quasi expressum videtur, quòd hi dicunt suprà, eo. cùm terra.

Item non obstat. l. vlti. C. de fideicom. quia res quæ subiacet restitutioni ex causa fideicommissi obligatæ sunt, & in potestate fideicommissi. Item

Item non obstat, quòd obijcitur de venditione facta sub pacto. l. commissariæ, vel addictionis in diẽ, vel de alienatis in fraudem creditorũ, vel patronorum, quia illa sunt specialia, nec trahũtur ad cõsequẽtia.

Item non obstat, l. de arb. celsus. quia ibi loquitur de pœna cõmissa certæ personæ, & in stipulatione hominis, sed secùs est in pœna legis, quæ mitius agit, q̃ homo. ff. de iu. pat. qui contra. §. 1. ff. de arbi. quid tamen. §. fi. & l. seq. Item secundũ alios idem esset priuatos & priuandos, quod est absurdum dicere.

10 † Illud autem penitus) super hoc dicimus, quòd ille qui habet vocem in electione si est in loco, vnde vocari debet, nisi vocetur, q, potest facere cassari electionẽ, quia eo contempto facta est. sup. eo. quòd sicut. §. 1. & c. venerabilem. & inf. e. ecclesia vestra. Item dicimus, quòd nõ tenetur eum citare, nisi in loco, quo citandus est de iure. i. intra duas dietas, vel consue. quę in his præualet. sup. de reseri. nõnulli. sup. eo. coram. inf. eo. in genesi. & si citauerint non tenentur eum expectare. sup. eo. cùm inter vniuer. Item dicimus, q, si scitur, vbi est infra loco, vnde citari debet, debet citari personaliter, si autem nescitur vbi est, citari debet in loco vbi communiter moratur per publicũ edictum. inf. de cle. non resi. ex parte. & c. ex tuæ. inf. de fo. compe. ex parte. inf. de eo qui mit. in poss. si aduersarius. vbi not. Item dicimus, quòd si tempore citationis erat in loco, vnde citari ☞ deberet, sed electionis tempore erat extra fines electoribus deputatos, nõ præiudicat ☞ capitulo, quia non interest citati. † Item si fuerint tempore electionis infra fines electoribus deputatos, sed tempore citationis non erat ibi. i. tempore quo alij citabãtur similiter nõ obest capitulo, quia habet legitimam excusationem, quòd debitã diligentiam habuit in citando eum, sicut alios. Item si vigilans est, puta quia aliquãdo est intra fines, aliquando extra, licet aliquo die intra illud tempus, quo citationes fiunt infra fines electoribus deputatos, non præiudicat capitulo. ff. de inst. sed & si. §. conditio. tamen tutius est in hoc casu citare ad domũ. Item dicimus, quòd ille qui absens est, si est in loco vnde vocari debet, & detinetur iusto impedimento, potest constituere procuratorem, & si nõ admittatur procurator eius, quòd faciet cassari electionem, quia eo absente facta est cùm potuerit esse per se, vel per procuratorem, quorum alterum sufficit, vt hîc.

Item plus dicimus, quod etiamsi sit in loco, vnde nõ est vocandus, etiamsi nullum habet impedimentum, eum procuratorẽ constituere potest ad electionem, & præsentes hunc procuratorem de gratia possunt admittere si volunt. ar. sup. e. scriptũ. & c. Vintonens. 63. di. obeuntibus.

11 † Item ar. ad hoc, quia si ex toto possunt in alium extraneum transferre potestatẽ eligẽdi, multò fortius vnam vocem dare. Sed contra. C. de leg. non dubium. 10. vides fili. vbi dicitur, quòd quicquid fit lege prohibente, debet haberi pro infecto, ergò hæc procuratio quæ facta est hîc canone prohibente, pro nulla est habenda, & non solùm hæc procuratio nõ valet, nec quicquid ex ea secutũ est, ergò nec electio quã ipse fecit, vt in ea. l. dicitur. Sol. verè debẽt huiusmodi procuratio & electio haberi ꝓ nulla. i. debent cassari, si excipiatur contra ipsam, quia malè facta est antequam procedatur per ipsam, sed si non excipiatur, cũ tamen sibi sciant competere exceptionem, tenet procuratio, & quod per eam fit, siue electio, siue aliud, & vides simile, q, secundæ literæ post primas impetratæ, nõ valent, & tamẽ nisi excipiatur contra eas, tenet quòd fit per eas. sup. de reseri. cæterùm. vbi not. ad idem. sup. de reseri. super literis. inf. de appel. oblatæ. Item licet non teneat promissio per metum facta, si tamẽ postea fit solutio nõ repeteretur. ff. de cõdi. ob tur. cau. si ob turpem. ad idem. ff. ad ☞ mace. Itẽ si. §. fi. & l. seq. † Item dicimus, q̃d procuratores huiusmodi debent habere speciale mandatum ad iurandum in animam domini, quòd dominus credit, quòd tempore electionis erat bona fide sine fraude intra fines, qui deputati sunt ad vocationes electionum, & quòd iusto impedimento tenetur, quare electioni interesse non potest, modò & credit, vel dubitat, quòd eodem impedimẽto tenebitur, tempore quo electio facienda erit, & hoc dicit hic §. & debent exprimere impedimẽtum & fines, & nec enim in suo iuramẽto debent ponere verba iuris. inf. de pur. canoni accepimus. Illud autem non placet, quòd possit constituere procuratorem ad eligendum, nisi & det ei potestatem iurandi in animam suam, quia non venit instructus, & inde sequeretur absurditas, quòd vel oporteret capitulum congregatũ expectare, quousq; nuncius iret, & rediret ab eo, vel iterum alium terminũ electioni assignari, quæ absurditas in simili casu tollitur. 63. di. cũ lege. ar. ad hoc. c. di. optatum.

12 †Item videtur,quòd post præstitum iuramentum,si alius eui vox eius præiudicaret vellet probare, quòd dominus tempore electionis erat in eo loco, vnde vocari non debebat: vel q; non detinebatur iusto impedimento,quòd non sit audiendus.ar. ff.de do. quòd si deferente. nisi fortè dicas aliud in spiritualibus, vbi reuocatur quicquid fit per obreptionē etiam post sententiam.sup. de rescr.dilectus constitutus. & c.ad audientiam. vbi no. quòd si non exegit iuramentū prædictū à ꝓcuratore,tunc decætero non possunt, nec de loco nec de impedimento excipere, quia hanc exceptionē remisisse videtur capitulū,quando sibi iuramentum remisit, & si dicat, quòd capitulum deceptū fuit ignorantia facti, quæ etiam peritissimos fallit. ff. de igno. iu. l. 2. puta, quia credebat aduersario qui hoc dicebat, dicetur ei, quòd supina fuit eius ignorantia, quia ius talibus prouidebit, q; possunt exigere iuramentum per q; tolletur eius ignorantia, & veritas apparebit (priuentur) postquā ille, qui cognouit de electione priuauit eligētes, qui sunt minor pars propter peccatū in forma cōmissum potestate eligendi, maior pars eis non vocatis licitè eliget. Si autem maior pars sit priuato potestate eligendi, tunc non eligit minor pars, nec etiam ordinarius, qui priuationis sententiam tulit, sed Papa tantùm.inf.de concess.præb. quia diuersitatem. sup. e. bonæ memoriæ. Alij tamen,quòd hoc habet locum, vbi capitulum priuatur, sed vbi maior pars tantùm priuatur potestas eligendi, deuoluitur etiam ad minorem partem,quare enim non eligeret minor pars, cùm non sint priuati, nec ipso,nec per sententiam, sed tamē benè fatemur,q; peccāte maiori parte in forma, quòd totum capitulū priuari potest.

☞ †quia quòd maior pars facit totum capitulum facere videtur, secùs aut est, quando delinquunt eligēdo indignam personā scienter, quia tunc propter delictum maioris partis,non priuatur per sententiā capitulum,cùm non possit delinquere.ff. de do. si ex dolo. §. 1. & pœnæ suos debent tenere authores. C.de pe.sancimus. & infrà, de his quæ fi.à maio.par. ca. quæsiuit. (absens) absentem puto etiam si sit in eadem villa, dummodò nō possit ire ad capitulū. sup.e.c.bonæ memo.(in eo) de hoc no.suprà eo.corā (iusto) puta,quia timet venire ad capitulū.sup. bonæ memoriæ Magunt. vel ægritudine.5.q.3. si ægrotans.vel si vocetur ad maius tribunal. de re iud.contra.

13 †Si opus)si autem opus sit,relinquetur iudicio capituli, propter incredulitatem enim capituli introducitur iuramentum. ar.sup.eo. significasti. infr.de iureiur. & si Christus. & oportet quod iterum ad eum vadat nuncius,qui eum iurare faciat,cùm enim personaliter teneatur iurare, nō teneretur illud facere, nisi requisitus fuerit, & si vnus vel plures de capitulo nolint recipere procuratorē sine iuramento eius, sed maior pars capituli velit admittere, valebit vox huius procuratoris, non obstante contradictione minoris partis. ff. ad muni.quòd maior.

Et hæc dicimus vera, etiamsi minor pars offerat se ꝓbaturum coram superiore, quòd nullum iustum impedimentum habet, nec est admittenda super hoc probatio coram superiore, quia hoc. s. procuratorem eius admittere est arbitrium capituli,vnde si vult eum admittere,non tenentur admittere contradictionē cuiusq;, imò etiamsi sciat capitulū,vel maior pars, quòd nullum habet impedimentum, tamen procuratorem eius admittere potest. sup.eo.scriptum.

Nec ob. q; hîc dicitur. s. quòd interdicimus quòd hoc non fiat, quia interdictio fit in fauorē capituli, vnde si vult interdictionē remittere potest, quia in eius fauorem introducta est. ff. de le. quòd fauore. alij dicunt contra. s. quia si coram superiore probauerit nullum impedimentum subesse reuocabitur suffragium per eius vocem exhibitum, non autem quicquid factum est post talem contradictionem, etiamsi super hoc esset appellatum, nisi totum quòd factum est penderet ex voce eius, quia tunc totum reuocandum esset.

☞ †Sed opponas, quicquid fit post appellationem, reuocandum est. inf. de appel. cùm causam. Sol. illud locum habet in iudice, vbi post appellationē desinit esse iudex, sed secùs est extra iudicium, vbi non debet omittere,quin iure suo vtatur ꝓpter aliquā appellationē,quantumcunq; iusta, & sic hoc non debet omittere capitulū ꝓpter aliquā appellationē, quin ad alia procedat. Item licet ꝓcedat capitulū post appellationē, non tamen contra appellationē,quæ tantū fuit,ne vox absentis per procuratorē admitteretur.sup.eo.cum nobis. & idē in similibus est dicendū (faciat) absens canonicus. Ipse enim debet iurare, ꝓ se,vel per aliū,qui iuret in animam eius, & de eius mandato, nam tunc ipse iurare videtur.ff.de admi.tut,ita. §. gessisse. †Collegio)

legio) quid si nullus velit recipere vices eius, quidam dicunt, quòd cogēdus est recipere, Alij dicunt, quòd imputari sibi debet, & procedant præsentes ad electionē. Hoc autem, non credimus quòd de certa persona debeat scribere capitulo,cū certa persona ante scrutinium non sit exprimēda, & quia sigillatim debent dicere vota sua, procuratori autem suo benè potest scribere de certa persona.

14 †Vicem suam)sed nunquid procurator iste habebit duplicem vocem?ar.quòd sic. vt sup.e.scriptum.& c.in causis.sup.de rescrip. pastoralis. infrà, de testi. licet. ff. de condi. & demon.fundum.

In contrariū videtur quòd idcircò statur iudicio maioris partis, qa ꝓ plures melius veritas inquiritur.64. dist.extra. ff. de pac.si plures. C. de fideicommiss.l.vlt.nam si pares sunt vtrinq;,licet cùm vnus plures voces habeat,nec zelus,neq; ratio facit, q; vna debeat alteri prævalere, & hæc eadē quæstio potest fieri in pluribus iudicibus quorum vnus alteri voces suas commisit.

☞ †Ad hoc respondemus quòd si est cōstitutus procurator, qui exprimat consensum absentium, & dictum absentis circa certā aliquam personam planum est, quòd duplū valet vox eius, quàm alterius, & tunc non est verus ꝓcurator,sed nuncius. Alij tamen dicunt, q; nō credimus, q; simpliciter debent ei cōmittere vices suas, & nullam personam exprimere, quòd allegant pro se,& eadē ratione ipse idem posset capitulo, vel scrutatoribus illā personam exprimere,sed nō valet p̄dicta ratio,quia vota debent sigillatim inquiri, quòd nō esset si capitulo scriberet, q; si scriberet scrutatoribus, nō sufficeret, quòd nō possunt eū absentē admittere, nisi prius capitulū hoc approbet,&hoc ipsum satis colligitur hîc, quia generaliter cōmittat ei vices suas. s. vt quicquid fecerit ratū habeat.In hoc casu non est intelligibile, qualiter per vnam animā possit exprimere plures consensus, primò dicendum, consentio in talem nomine meo, & postea consentio in eūdem procuratorio nomine,vel etiam in alium, q; est impossibile simul & semel cōsentire in diuersos. Tamē licet hæc subtilitas suffragetur,potest dici secundū pinguē intellectū constitutū, q; prævalet electio facta ab illo, qui plurium voces habeat, vt iuribus prælle.arg.ff.ad Silla.l.1.§.vlt.& ff. de ope.lib.l.si libertus. §. vlti. Nec est contra naturalem æquitatem, quod consensus vnius maius suffragium præstet quàm consensus alterius.

15 †Item dicimus,quòd quando est procurator, & non ad certam personam eligendam,quòd non potest in diuersos consentire, sed si de certa persona mandatur, tunc potest in diuersos consentire, quia tunc non propriè dicitur ipse consentire, ☞ sed ille qui mandauit. †Item hic procurator poterit compromittere ei, qui non est ad certam personam, cùm in eum totum ius quòd habebat transtulerit, sed si fecisset procuratorem ad certam personam secùs,quia tunc non intelligitur fecisse procuratorem, nisi ad formam necessitatis. ff. de procu. licet. §. si seruus. (clandestinas) quæ fiunt per insidias, vel se certa cōuenticula, vel priuatas subscriptiones. infrà, vt eccle.benefi. vt nostrum. 79. di. c. 2. Solennirer) coram populo. est enim corā eis publicanda.8.q.1. licet tamen non credimus cassandam electionem si omittatur, cùm enim ex electione facta in capitulo sit electo, ius quæsitum sine culpæ sua non admittitur illud. 56. dis. satis peruersum. (publicetur) per quemcū q;.cùm enim hæc publicatio non sit de substantia, sufficit per quemcunq; fierei, id est, non teneat eam secretam.

CAPVT XLIII.

1 *Minori excommunicationi subiacet, recipiens inuestituram de manu laici.*

QVISQVIS. (Electioni abusum) nam si de consuetudine vel priuilegio haberet secùs.63.di. Adrianus. inf. de iur. pat. nobis. † Careat) est enim irrita.16.q.3. quoniam.& qui in tantum procedit, vt inuestituram de manu laici recipiat, minori excommunicationi subiacet vsq; ad condignam satisfactionē: vt eo. c. & c. si quis deinceps. & si contra eum agatur de primo,debet excommunicari.16.q.7.constitutiones. Dixerunt autem aliqui, quòd ineligibilis fit ipso iure. ar.hîc:& in prēall.c.sed alij dicunt contrà, sed malè, vt infrà, de iure pa. præterea. Credimus tamen Episcopum posse dispēsare. arg. inf. de sen. excom. nuper. & de iudi. At si clerici. decre. ante alleg. præterea non contradicit, loquitur enim, quando quis ecclesiam vt proprietatem, non vt beneficium recipit de manu laici, qui non ita punitur, sicut qui recipit vt beneficium, qui verò electionem, id est, quicunq; clerici celebrauerint ele-

ctionem aliquam per abusum secularis potestatis, scilicet, quòd clerici in electionibus Episcoporum, vel prælatorum laicos interesse fecerint. inf. eo. sacrosancta. & c. massana. vel si principes laicos super personis eligendis requirant clericos, vt consensum præstent. suprà, eodem. cùm terra. & c. quòd sicut. vel qui minus potentium aliquem elegerunt. sup. eo. bonæ memoriæ Magun. (suspendantur) per sententiam (priuati) ipso iure.

CAPVT XLIIII.

1 *Sufficit solum decretum ad probationem canonicæ electionis.*
2 *Citatio non est necessaria quando petitur electio confirmationis ad hoc quòd confirmetur.*
3 *An factum ab administrante, qui pòst remouetur teneat.*
4 *Nunquid factum ab intruso in aliqua ecclesia valet.*
5 *Simoniacus est suspensus ab officio & administratione ipso iure.*
6 *De crimine excipi potest contra ferentem testimonium.*

NIHIL (EST) quòd ecclesiæ Dei animaduersione diuersæ pœnæ statuuntur in canonibus circa indignè promotos, & indignè promouentes. 1. q. 1. si qui Episcopi. 36. di. qui ecclesiasti. 50. di. ex pœnitētibus. 55. di. nullus. 64. dist. c. vlti. 51. dist. c. 1. Careat) id est, carere iudicetur. Vel dic, quòd eo ipso, quòd dicitur in sententia superiorem negligentem fuisse in confirmatione electi, hoc ipso sequitur hæc pœna. Qui siue Episcopi, siue inferiores prælati. sup. de consue. cùm venerabilis.

Et hoc verum est in electis, & in postulatis non, nam cùm postulasti, non possunt transire sine dispensatione, nec interim administrationem habent, electi autem iam habēt initiatum matrimonium.

1 †Aut personas) de iure enim est quòd solum decretum sufficit ad probationem canonicæ electionis. vt suprà, eo. innotuit. 61. dist. Episcopus. sed consuetudo Ro. ecclesiæ est, quòd non confirmat aliquem electum, nisi sint præsentes apud sedem Apostolicam, duo de his qui interfuerint electioni, nisi aliquando ex certa scientia aliquid de gratia faciat.

2 †Item dicimus, quòd non est necessaria aliqua citatio, quando petitur confirmatio electionis ad hoc quòd confirmetur, vt dictum est, & ita est generalis consuetudo, debet enim quisq; q vult contradicere ire, vt contradicat confirmationi, arg. infrà, statuimus. nec valet si dicat, se nescire, quando petijt confirmationem, cùm liceat cuilibet prænenire & denunciare futurum præcipitium, quòd fieret, si confirmaretur, vel ordinaretur, sicut est in sponsalibus carnalibus. infrà, de despon. impu. ad dissoluendum. † Item ad hoc facit, quòd mora periculosa est in electionibus. infrà, de app. obla. & suprà, eo. cum inter vniuer. tamen si citentur canonici, secundum generale edictum, & mittatur vt omnes veniant, qui volunt dicere contra electum, melior est electio, quia difficilius decætero admittentur: sed solum decretū sufficit ad dicendū aliquid contra electū, nisi de nouo ad eius notitiam perueniret. arg. infrà, de ætate. accepimus. † Administrent) isti ex sola electione administrationem habent à Papa. 22. dist. in nomine. C. de ver. sig. quidam. circa fi. C. ad Treb. l. pe. & sic administrare possunt, ac si prælati essent confirmati. Alij dicunt quòd sunt vt visitatores vel procuratores. suprà, eo. cùm nobis. & custodes. 61. di. obitum. 7. q. 1. constitutum. sed obedientiam à subditis recipere non debent.

3 †Sed pone quòd isti, qui sic administrant pòst remouentur, nunquid tenet quòd ab eis factum est: arg. quòd tenet. suprà, eo. quærelam. infrà, de iure pa. consultationibus. ff. si cer. pe. eius. 8. q. 4. nónne. ff. de procu. si procurator. ff. de offi. præto. Barbarius. 3. q. 7. §. tria. Arg. contra. infrà, de hære. fraternitatis. 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. omnia. 12. q. 2. precariò. ff. de eo. qui pro tut. l. fi is. ff. de re. eo. qui sub. tu. quod neq;. Sol. dicimus, quòd omnes qui habuerunt canonicum ingressum, licet pòst fiant hæretici, vel simoniaci, ratum est quòd fit ab eis quousque toleran tur, vt in. d. c. nónne. infrà, de do. & contu. veritatis, nisi fortè essent ordinationes, vel consecrationes, vel alia spiritualia, quæ quo ad executionem irritæ sunt, nisi interueniat dispensatio. 1. q. 1. si quis ad simonia. 9. q. 1. c. 1. & 2. hoc non placet de simoniacis, vel nisi essent leges, vel ordinationes, quas feciſſet, quæ in eius opprobrium cassantur. infrà, de hær. fraternitatis. multofortius cassantur, si à principio non haberent canonicum ingressum, vt quia simoniacè, vel per intrusionem, vel schismaticè, vel quia hæreticus, vel excommunicatus assumptus est, vel aliàs etiam contra ius naturale est electio de eo facta, vel etiam non est confirmata,

mata. alienationes enim & ordinationes ab eo factæ non valēt. vt 12. q. 2. alienationes. cum suis concor. simile in procuratore. ff. de procu. si is. &. ff. de re. eo. qui sub tut. vel cu. quòd neq;. sed de istis nō cōfirmatis dicunt aliqui, quòd si aliqua fecerit in iudicio, vel etiam extra iudiciū ex officio, vt emancipationes & similia, quòd propter errorem communem, & vtilitatem publicam valet. ff. de offi. præ. Barbarius. Quamuis posset a responderi, quòd ibi ideò tenet, quia erat prætor confirmatus à præfecto prætorio, vel ipsa electione, sed non confirmatus, nec electus non est Prælatus, sed fur. ff. de decur. Modestinus. 1. q. 1. ordinationes. &. c. si quis neq;. †Alij dicunt, sed non placet, quòd quandiu est in possessione episcopatus, etiam nō confirmatus valent, non solùm prædicta sed alia omnia, quæ facit, ne illudatur contrahentibus, & quia tanta subtilitas de facili verteretur in pernicié eccleſiæ. C. de ver. signi. l. cùm quidam. C. ad Treb. l. pe. ff. de mi. in integ. resti. l. similiter. Sed respondemus, quòd ibi erat hæres. Item quòd sic agebat, etc. ff. ad Maced. si quis. & dic illā loqui propter odium Maced. & satis dici posset, id quòd facit iste, qui est in possessione de fructibus, & etiam si interim cōferret beneficia, quòd propter beneficium possessionis bona fide tenet, quia hoc ratione possessionis fit ad commodū possessionis pertinet verum, si bona fide percipiat, quia credit suam electionem canonicam, & se legitimè confirmatum, facit fructus suos. ff. vsur. quòd scit. prętera sal- rare licet. †Vel dic, quòd nulla lege dicitua distinctiõe de fructibus, quæ est in summa, secùs autem si esset malæ fidei. C. de rei vend. certum. si autem crederetur prælatus, & non esset in possessione secùs inf. de iure pa. consultationibus. alij dicunt tenere, quòd facit in recipiendo. s. vt liberentur ei soluentes, non autem in dando s. quia non acquiritur his, quibus dât arg. ff. si certum peta. eius qui. sed potiùs videtur, quòd siue bonæ fidei possessori prælato, non autem confirmato, siue malæ fidei quis soluerit non liberatur, etiam si annuas pensiones soluat, quia nemo liberatur soluendo, alij etiam bonæ fidei possessori pensionem, nisi fortè esset prædo, qui res alterius alicui locasset, quia tunc fortè liberatur colonus soluendo etiam prædoni. ff. de condi. inde. si vrbana.

4 †Nam vbi aliquis est intrusus, in aliqua ecclesia sine authoritate superioris qualis est omnis non confirmatus, puta quia sua authoritate occupauit, vel aliorum potentum, quicquid facit non tenet, siue alienando, siue præbendas conferendo, siue agendo, siue iudicando, nec liberantur ei soluentes. 16. q. 7. si quis de. sicut etiam non tenerent, si à quocunq; extraneo fierent, non enim debet esse melioris conditionis, quia vitiosus est. arg. contra. infr. de iure patro. consultationibus. Sed potest responderi sic, quia bona fide possidebat, & non tanquam prælatus, sed quasi patronus, qui confirmatione non eget, & ideò commodo possessionis tam in præsentando, quàm alijs gaudere debebat, hic autem malæ fidei, & quasi prælatus, qui confirmatione eget quam non habebat, & ideò non valent, quæ agit, nec potest bonam fidem allegare, nisi confirmationē, vel institutionem habuerit superioris prælati. 16. q. 7. sicut. sup. eo. qualiter. & similiter respondeo ad id, quòd dicitur, quod possessori hæreditatis potest fieri solutio & conueniri. C. de peti. hære. l. penult. §. quia. †nam creditoribus hæreditarijs, pensionarijs, & alijs, satis videtur licitum ignorare hæredem mala fide possidere, cùm debeant eum credere bonæ fidei, nisi probetur contrarium. infrà, de præsum. dudum. hæres autem sine alicuius authoritate, quando vult, & sola voluntate adit hæreditatem, sed in prælato vbi certa forma est possidendi, scilicet per confirmationem superioris nemini ignorare licet. †Vel dic, quòd nulla lege dicitur, quod possessori hæreditatis, vel alij, siue sit bonæ fidei, siue malæ fidei possessori facta solutio liberet debitorem, sed. l. præalle. ponit quid iuris si sic agit, si autem non sit intrusus sua authoritate, sed confirmatur per superiorem cùm ex confirmatione potestatem recipiat administrandi. sup. eodem, transmissam. siue canonica sit electio, siue non, etiam si sit simoniacus in ordine, & in ipso beneficio tenebit, quicquid cum eo fit, & ratione officij ratum est. 19. di. secundum. & est verum hoc quandiu toleratur. 8. q. vlti. nónne. & alijs concor. vel nisi sententia vel inhibitio data esset contra eum. infrà, de dolo, veritatis. vel nisi aliàs esset notorium eum suspensum. infrà, de re iud. ad probandum. 32. dis. præter. optime habetur. infrà, de excess. præla. tanta. Nec repellitur talis ab agēdo huiusmodi exceptione,

a *Quāuis posset. ad hæc dicta Inno. & de Alex. de Imo. plenè in conf. 138. col. 4. ver. his cō sonat. in 1. vol. & Mod. in. d. l. Barbarius. colu. antepe. versus. fi. limita nūc.*

quòd non sit Episcopus, sed fur, quia non intrauit per ostium canonicæ electionis, cùm ipse & omnia gesta eius tolerat authoritate, & intentione confirmationis. ar. op. ff. quòd cũ fal. tut. l. 1. §. pe. ff. de minorib. §. ait permittitur. ff. qui. mo. vsu. amit. l. 1. §. 1. ff. de vsur. in prin. ff. quæ in frau. cre. l. 1. ff. de aqua plu. arcen. quòd princ. arg. contra. C. de eo qui pro tut. l. vlt. vbi expressè habes, quòd admittitur exceptio contra tutorem agentem, qui non fuit legitimè nominatus, sed ibi non tuebantur facta eius magistratu, cùm eum non dedisset.

5 †Item obijcitur, si est simoniacus, ergò est suspensus ab officio, & administratione ipsò iure: vt not. infrà, de simo. p tuas. ergò non valent, quæ cum eis fiunt, vel saltem excipi potest. Respon. licet sit suspensus à iure, tamen facta eius defenduntur authoritate confirmationis, nisi esset notorius simoniacus, quia tunc licet subditis ab eo recedere. 32. dis. §. verùm. alia etiam de hac materia notantur infrà, de offi. dele. cùm super. excommunicato autem propter periculum excommunicationis poterat obstare agenti, siue sit confirmatus, siue non, sed facta ab excommunicato tolerato non retractantur. inf. de dona. inter dilectos.

6 †Sed contra prædicta. inf. de testi. super eo. vbi dicitur, quòd contra ferentem testimonium excipitur de crimine. Respon. quòd illud, scilicet, reddere testimonium licet sit publicum officium. ff. de test. l. 1. ff. quemadmo. test. ape. si quis. tamen testis illud non reddit ratione publici officij quòd habet, vel cùm redderet testimonium, non contineatur sub confirmatione in illo, non tuetur eum prætor, quin contra eum excipiatur, & idem dico in accusatore. 3. q. 5. accusationes. 2. q. 7. quærendum. Item dicunt quidam, quòd de quocunq; capituli crimine damnatus fuerit decætero sibi obediendum non est vt prælato, nec valet quòd facit arg. op. ff. de his qui not. infa. l. quòd ait. §. miles. ff. de testi. leges. tuitio autem prætoris valet his, qui contrahunt cum tali prælato & ecclesijs, sed non valet malo prælato.

CAPVT XLV.

1 *Necessariæ impensæ dicuntur illæ sine quibus electionis negotium non valet expediri.*
2 *Quid agendum vbi maior pars quæ elegit indignum velit expensas habere & minor similiter quæ elegit dignum.*
3 *Quæ requiruntur ad hoc vt capitulum possit expensas petere.*
4 *Electorum capitulum licet de pluribus ecclesijs constituatur: debet tamen solum capitulum ecclesiæ cathedralis electionem prosequi.*

1 VT PRAETERITAE. (necessariæ) † necessariæ impensæ sunt, sine quibus non valet electionis negotium expediri, vt est mittere pro consensu electi, & pro confirmatione, & pro aduocatis, causam tamen habeat & generaliter, ex quo ius dat ei officium prosequẽdi electionem omnes expensas, quas sine dolo malo facit recuperabit. ff. de bo. au. iud. possid. prætor. §. 1. & 2. dummodò probabilem modum non excedat. ff. de dam. infec. l. inter quos. §. vlt. & l. sequen. præterea non faciet delicatas. ff. de pig. act. si seruos.

† Et ex his apparet, quòd & si succubuerit in causa, cuius electionem prosequitur capitulum, tamen repetet expensas, quas sine dolo malo fecit, & implorabit officium iudicis pro his expensis, vel condi. huius decre. Si autem alius præter capitulum, siue sit maior pars, siue minor negotium electionis prosequuntur, habebit actionem. neg. gest. non dico, si sine dolo malo agat, vt dixi in capitulo. Sed si vtiliter ad minus ad principium agat. ff. de neg. gest. sed an vltro. in fi. & l. Pomponius. nec sufficit quòd bona fide egerit, vel quòd maior sit numerus, & ideò præsumitur pro eo, quia nec sic habebit expensas, nisi vtiliter egerit, vel ad minus incœperit vtiliter agere, nec enim propter hoc vtiliter agit, licet hoc credant, vel etiã a b alijs præsumatur, † vtiliter autem dicitur agere, qui male electo, vel electioni contra formam attentate contradicit, nõ autem sic credimus, si non prosequitur contemptum, vtilius enim agetur ecclesiæ negotium, si aliàs canonicæ electioni consentiret. ar. contra. ff. de reli. l. 1. & l. at si quis. §. Labeo. vacante autem Episcopatu, nihil accipient, sed postea accipient has expensas: vt dictum est, & si ante acceperint, patiuntur hanc pœnam. arg. ff. quòd met. cau. extat. quidam tamen dicunt, & melius, quòd interim poterunt accipere expensas. ar. hîc. & infrà, de hæretic. ad abolendam. & not. infrà, de ma. & obe. hisq; quicquid autem sit Capitulum faciet expensas, & pòst repetet, vt hîc.

† Sed

2 †Sed quid * si maior pars, quæ elegit indignum velit habere expensas, & minor eodem modo, quæ dignũ elegit? Respon. cùm apparet post diffinitionem maiorẽ partẽ vtiliter gessisse, habebit act. neg. ge. l. sic autem capitulum eodem modo repetet expensas conditione ex hac dec. quamuis malum elegerit ignoràter, quia sufficit, quod dolus malus obfuerit, secùs autem si elegissent scienter indignum. ar. præalle. l. ff. de bo. aut. iu. pos. prætor. §. 2. imò plus dicimus, quòd capitulum, id est, maior pars scienter eligens indignum restituere tenetur ecclesiæ, cùm ei licitum non sit male alienare, vel dispensare res ecclesiæ.

3 †Item no. quòd ad hoc, vt capitulum possit petere expensas, non sufficit, quòd maior pars, vel etiam tres partes, quæ elegerunt vnum illam electionẽ prosequantur, sed est necesse, quòd iterum conueniant, & vocentur omnes canonici præsentes, tam isti multi, qui vnum elegerunt, quàm pauci qui alium elegerunt, & tunc diffiniet capitulum, quam electionem velit prosequi, & illi, qui à capitulo destinabuntur, pro illa electione prosequenda expensas habebunt, & si minori parti placet, quòd capitulum etiam iure suæ electionis portaret per superiorem diffiniendam credimus, quòd tenentur facere & fortè nisi faciat, non habebit expensas, si succumbat in electione, quam prosequitur, quia superfluas expensas fecit, nam aliàs nisi conueniant, & diffiniant seu ordinent, non dicentur expensæ per capitulum factæ, & sic nõ possunt petere expensas huius decre. beneficio etiam si sint tres partes, quæ vnam electionem prosequantur, nam dicitur hîc quas capitulum etc. nisi vtiliter prosequantur, tunc petentur act. neg. ges. vt supr. diximus.

4 †Capitulum) nota, quòd licet capitulum electorum constituatur de pluribus ecclesijs, solùm tamen capitulum ecclesiæ cathedralis prosequi debet electionem, sicut colligitur ex decre. quam habuistis suprà, eod. rescriptum. vbi habes, quòd multi præpositi conueniebant ad elec. & ex hac decre. vbi istud ius soli capitulo cathedrali reseruatur (negotio) vel mittendo pro confirmatione, vel ad electum vt consentiat (occupent) † vacante enim episcopatu omnes res ecclesię inuẽtario facto, vel apud canonicos, vel apud œconomos custodiẽtur. 12. q. 2. si qua. & c. nõ liceat. 16. q. 7. in noua. de hoc no. inf. vt eccle. benef. vt nostrum, de offi. ordi. cum vos.

* Sed quid. circa hæc dicta Innoc. vide Card. in suo consi. 5. incipit. in elucidatione.

CAPVT XLVI.

VM POST. (petitã quandiu) id est, intantum, quòd diuertant ad alios actus, vel, id est, post obtentum consensum electi, & ideò cassatur, aliàs ex causa liceret differre. ar. inf. e. publicato. ar. contra. ff. de vsufr. sciẽdum. ff. de admi. tu. tutor qui. §. 1. † Requisitum) per capitulũ & malè, quia aut dissentit, & ita non potest eligi tanquàm dissentiens, aut consentit, & sic notabitur de ambitione, quòd esse nõ debet. 1. q. 6. sicut. C. de episco. si quenquam. secùs si per aliquẽ de canonicis, hoc nõ placet, quia nõ est nulla electio, licet protrahatur. inf. eo. publicato, vel etiam si antè requiratur eius voluntas, quia benè potest respondere illud, per quod cognoscitur eius volũtas. s. quòd consentiat nec est malum, vt ecclesiæ laboribus parcat & infamię, hoc autem ideò cassatur, quia antequàm esset electio in capitulo publicata consentit electioni, ac si facta esset, & si non fuit seruata forma.

CAPVT XLVII.

ONSTITVTIS. (exprimere) & benè ex quo enim petebant se debere interesse electioni, debuerunt dicere causam petitionis. ff. de excep. rei iudi. & an eadem. §. actiones. Sed fortè dices in possessione erat eligendi, & petebat cassari electionem factam eis non vocatis, vnde non debebat cogi, dicere titulum suę possessionis. C. de pet. hęre. cogi. Sed respon. regulam illam fallere propter præsumptionem contrariam. C. de proba. siue. conuentus enim interest electioni de iure. 16. q. 6. c. vlti. & præsumebatur contra abbates istos, cùm nihil debeant iuris in prioribus monasterijs retinere. inf. de reli. do. ne nimia. (deberent) petebant autem isti abbates ratione personarum suarum, non ratione monasteriorum suorum se debere interesse electioni abbatis Fiscanens. (indultum) quòd non potuerunt inf. de relig. do. ne nimia. aliàs autẽ, si essent canonici seculares, possent hoc alijs concedere. ar. sup. eod. scriptum. infr. eod. Cumana. 63. di. adeuntibus. Sed potest dicere potestatem concedendi esse datam ecclesijs, non personis, sed & personis videtur specialiter concedi. sup. eo.

cùm Vintonenſ. 33. di. in nomine. laicis authoritatem concedi non poteſt, infrà, de inſti. c. 2. 16. quæſt. 7. in noua. nec clericus alterius profeſsionis. ſuprà, eo. officij. Sed hoc vltimum non credimus. arg. 22. diſt. in nomine. 63. diſ. c. penul.

CAPVT XLVIII.

ECCLESIA VESTRA. (Maiorem) arg. contra. ff. de verbo. ſig. maiorum. ſed iſtud propter conſtitutionem, quæ dicit, quòd maior pars conſentire debet. ſuprà, eo. quia propter. (ad electionem) ſolennem de qua habuiſtis ſuprà, eo. quia. (conſentientium) quia nec etiam formam ſeruauerit, quia non elegerit, & quia non habebat maiorem & ſaniorem partem capituli: vt ſuprà dictum eſt. vel alia cauſa abfuit quam hîc ſcriptam non habemus.

CAPVT XLIX.

VM IN MAGISTRVM.) Tales abbates in eccleſijs regularibus & monaſterijs fuêre. ſuprà, eo. officij.

CAPVT L.

1 *Valet electio timore facta niſi prius proteſtarentur electores ſe eam timore duſti facere, & quid ſi non proteſtantur, vide in num. 2.*

3 *Ex non contradictione non videtur quis approbare proteſtationem: niſi expreſſè conſentiat.*

4 *Proteſtationis modum & formam habes hîc.*

5 *An plura mandata præſentanti obediendum ſit.*

6 *Electionis commodum & omnis alius fructus eſt veri domini etiam non poſſidentis.*

VMANA. (proteſtatione.) † Hæc proteſtatio prodeſt, nam canonicis vel quibuſcunq; alijs nocet, ſi non proteſtantur, quòd timore faciunt, cùm ſit ibi violentia etiam non magna, vel occulta fortè, quia laici ſe ingerunt electioni violenter, & hi ad quos pertinet eligere, non audent eos repellere, quia ſi non proteſtarentur, conſentire videntur, & non tenet electio. infrà, eo. maſſana. infrà, quòd met. cau. c. 1. ſed ſi eſſet magna, quæ caderet in conſtantem virum, etiam pòſt non præmiſſâ proteſtatione proponere poſſunt.

☞ † Rationem huius diſtinctionis non videmus, quia ibi niſi fuerit magna violentia, ſcilicet, quæ caderet in conſtantem virum, nec cum proteſtatione, nec ſine proteſtatione excuſat canonicos. infrà, de ſpon. cùm locum. ſed ſi fuerit magna violentia, proteſtatio benè oſtendit animi 2 diſſenſum. † Si verò non proteſtarentur canonici hoc, ſcilicet, quòd non fiat eis præiudicium licet violenti, & tales, qui non habent ius in electione, vel qui ſunt excommunicati interſunt electioni, vbi aliqui ratione poſſeſsionis intereſſe debent electioni non ratione proprietatis, vel quia intereſſe non debent, quia ſunt excommunicati & ſuſpenſi. Occulti & immiſcent ſe electioni, non præiudicat his non proteſtantibus, quia etiamſi proteſtantur, non prodeſſet eis, quia quandiu tolerantur ſine denunciatione, vt ſunt in poſſeſsione, non poſſunt nec debent expelli. 8. q. vlti. nónne. inf. de cau. poſ. cùm eccleſia. Si autem dubium eſt, an ſint in poſſeſsione necné, vel an ſint publicè ſuſpenſi, vel excommunicati, vel ſi ſit certum, vel ſi timetur ſcandalum, vel ſi quacunque iuſta cauſa ſubeſt, propter quam periculoſum eſſet eos expellere, ab electione bona erit proteſtatio hæc, ſcilicet, ſi ſunt in poſſeſsione, vel ſi non ſunt excommunicati, vel ſuſpenſi, valeant voces eorum. Sed proteſtatio quæ ponitur hîc in decre. periculoſa fuit capellanis, & clericis cùm ſi ſine proteſtatione iſta interfuiſſent electioni, & elegiſſent aliquem canonicè, licet non de iure, neq; de conſuetudine præſcripta intereſſe deberent, tamen ad hoc, quòd electio teneret, ſufficeret quòd eſſent in poſſeſsione. infr. de iure pat. conſul. Nec eſt contra. infrà, de cau. poſ. cũ eccleſia. quia ibi illi, qui erant in poſſeſsione neminem elegerunt, nec dicetur ibi eorum electio caſſata, ſed canonicorum ſibi aduerſantium quòd poti- 3 us pro nobis. † Et ſecundum hoc hîc habes arg. quòd ſi aliquis proteſtatur aliquid cõtra alium, & ille non contradicat, videtur approbare proteſtationem, quod non credimus, niſi expreſſè proteſtationi conſentiat, nam proteſtanti præiudicat, ſi proteſtãdo aliquid cõtra ſe dicat. ar. ff. de interrog. ac. de ętate. §. 1. aliàs no. de hoc. ſup. de conſti. cũ M. hîc autem cõcordes fuerunt de proteſtatione, & ideò vterq; præiudicat. Item non videtur, quòd talis proteſtatio ſibi debeat prodeſſe, cùm factum contradicat proteſtationi. infrà, de app. ſolicitudinem, ſup. de conſti, cùm M. ſed hæc iuſta

iuſta cauſa fuit proteſtandi, & ideò valet ſ. dubietas iuris illius, quòd ſe habere debeant capellani. infr. quòd met. cau. perlatum.

4 † Sed ecce[a] aliquis fatuus aduocatus facit proteſtationem ſuam iſto modo, Proteſtor quòd non intendo conſentire in iuriſdictionem veſtram, tanquàm indelegatam, vel ſubdelegatam, vel ordinariam, & ſaluis his proteſtationibus à quibus propter aliqua, quæ dicam, vel dico recedere non intendo, peto mihi fieri copiam iuriſdictionis, & libellum etc. nõ dicimus quòd iudex ſapiens debet dicere, & ego vos, vel te ſtatim authoritate, qua fungor contumacem reputo. 11. q. 3. certum. & ar. inf. de iudi. c. 1. & tex. eſt. inf. de verb. ſig. ex parte. ad intelligentiam, ver. quòd ſi citatus noluit ſtare iuri etc. vnde poteſt excommunicari cùm maior ſit iuſta contumacia, quàm aliqua aliarum, ſed benè dicit, non intendo conſentire, niſi quantum de iure fuerit & neceſſe eſt.

☞ † Proteſtatione) ſi ſimul concurrunt ad intereſſendum, electioni duo, quorum vnus dicit, quòd eſt in poſſeſsione bona fide vacantis præbendæ, & alius, qui dicit quòd non eſt in poſſeſsione, ſed ius habet eius præbendæ, & prudenter faciet capitulum, ſi vtrunq; admittat cum proteſtatione, quòd vox eius præſtet ſuffragium, ſi præſtare debet, & non aliter, ſed poſtea, quando coram iudice petetur cõfirmatio, ſi conſtiterit modò. ſ. tempore petitæ confirmationis ſic fuiſſe tempore, quo electio fiebat, licet tunc non conſtabat, & licet modò quando petitur confirmatio aliter ſi vox poſſidentis bona fide præſtabit ſuffragium, & non vox veri domini, quia iſtud commodum pertinet ad poſſeſſorem bonę fidei. ſuprà, eod. quęrelam. infr. de iure patro. conſul. & non ad dominum. inf. de cauſa poſ. cum eccleſia.

☞ † quia electio facta à vero domino caſſatur, quando nulla facta erat à poſſeſſore ☞ bonę fidei, ſi autẽ tempore electionis conſtitiſſet ſic eſſe, ſicut dicebat, tunc poſſeſſorem bonæ fidei admittere debet, ſi autẽ conſtaret capitulo, quòd alter eſſet poſſeſſor malæ fidei, nõ debet eum vocare ad electionem, ſed ſi venit non vocatus, non eſt eijciendus. infr. de reſti. ſpo. in literis. imò plus eſt, quia ſi admittatur, tamẽ vox eius non præſtat ſuffragium, quia nullum commodum pertinet ad malę fidei poſſeſſorem. C. de condi. ex. l. mala.

5 † Nec cõparo iſtos illis, qui plura mãdata præſentant, quorum nulli obediendum eſt. ſup. de reſcri. cùm contingat. nec cõparamus eos agentibus duobus vti poſſidetis, vbi ambobus æqualiter probantibus, iudex ſuperſedet ſententiæ. Et eſt huius dicti ratio, quia in neutro prædictorum poſſet vnum admittere, & alium repellere, vel etiam ambos repellere, quin alicui fieret præiudicium, ſed in caſu noſtro propter proteſtationem poteſt ita prouideri, quòd nemini fiet præiudicium. nec comparo eos depoſitario, & domino ſimul concurrentibus ad depoſitum repetendum, quia loquitur, quando conſtat, quod eſt dominus, quia facienda eſt ei reſtitutio, ſed hîc dicimus, quando non conſtat.

[a] *Sed ecce. Aduerte, quia vt dicit Fel. in c. cùm M. Ferra. col. 21. verſ. quinta cõcluſio. ſuprà, de conſt. iſta eſt additio. hanc tamen practicã vt dicit Felin ibi ſequitur Imol. in. d. c. cùm M. Ferra. co. 12. & vide ibi per Fel.*

6 † Nec ob. ſi opponatur, quomodo poteſt vox illius, qui nõ eſt in poſſeſsiõe, præſtare ſuffragium? Reſpondeo, quod cõmodum electionis & omnis alius fructus eſt veri domini etiam ſi non poſsidet, ſi nullus alius eſt in poſſeſsione, vel ſi ſit quis in poſſeſsione, ſed malæ fi. vt no. inf. de iure pa. conſul. iſte enim vtitur hoc modo, non vt poſsidens, ſed vt dominus, hæc autem vera videntur in illis poſſeſſoribus malæ fidei, quorum facta non tuentur confirmatio. Vel aliter, vt not. de iure pat. conſul. (maiorem partem) non computatis capel. & clericis de quibus non fuit probatum, quòd debeant intereſſe, item cùm inter canonicos & abbates, de quibus cõſtabat, quòd intereſſe debeant eſſent. 21. & tantũ 10. conſenſerunt in Archi. & 9. in archiepiſcopũ neuter habebat maiorem partem, de 21. canonicis. vox autem ipſius Archi. ſibi ſuffragium non præſtabat, imò oberat, quia alium non elegerat, ſe enim eligere non poterat, ſed & ſi ſua vox non prodeſſet, nec obeſſet, tamen conſentientes in archipreſ. qui in arch. non conſenſerat ſimiliter erant 10. (probatum fuerat.) † dicta enim teſtium interpretanda ſunt, ſecundum quòd nulli, vel minus ſunt captioſa. infrà, de teſt. cùm tu fili. ff. de iureiurand. quamuis (elegiſſe) aliud eſt dare ſcrutationes, & aliud eligere (de iure cõpetere) quòd oporteat propter proteſtationem aliàs non (priuantes) ſuprà, eodem. quia propter.

CAPVT LI.

SACRO-

SACROSANCTA(nominandos)hîc vult dicere, quòd abbas debet nominare duos meliores priores totius ordinis,& de illis duobus debet eligere vnum † dictus comes, & potest dici, quòd cùm in fauorem militis esset hoc inductum,si aliàs esset de iure ad arbitrium militis, deberet illos duos nominare abbas.C.de lega.quòd fauore. si tamẽ miles nominaret minus bonum,cùm etiam in fauorem ecclesiæ sit factum hoc pactum, abbas non nominabit eos,sed bonos,&ipsi prioratui conuenientes. Alij dicunt, quòd ad arbitrium boni viri recurrendum est.ff.pro so.si quis so.collegiata,idem est in non collegiata, si sic intelligas vt electione acquiratur ius spirituale, non obstante.contra inf.de iurepa. nobis. sed solutio est.sup.e.quòd sicut.

CAPVT LII.

1 *Compromissum electionis requirit capituli consensum,idq; ante compromissum. vt in num.2.*
3 *Reprehensibile est compromissum factum absq; consilio consiliariorum.*
4 *In scrutinio singulorum consilium est requirendum.*
5 *Tempus non competens quod dicatur.*

CVM IN VETERI. (cum consilio)per hęc verba voluit Papa potius,quòd in tractatu electionis essent,& suum consilium pręberent, quàm consensum,qui de iuris necessitate expectandus non videtur,&quia non requisierunt, vt debuerunt,non tenuit electio tanquam postposita forma mandati: vt inf.de ar.cũ olim.ff.de admi.tut.cùm plures.

1 †Eligentis) per scrutinium,vel compromissum,vt hîc colligitur,nam hîc non redarguitur compromissum, sed quòd nõ fuit consiliũ requisitum, sed quęres,quando debuit requiri eorum consilium, & à quibus.s.à capitulo,an à compromissarijs, & videtur,quòd à capitulo,cũ ipsis scribatur, quòd eorum consilium requirant.

2 †Item videtur, quòd ante compromissum esset eorum consilium requirendum,cum etiam in compromissarijs eligendis posset esse periculum, sicut ex tenore decr.huius colligitur.†Item videtur, quòd sufficiat si compromissarij eorũ consiliũ requirãt.ar.ff.de admi.tut.ita.§.gessisse.nec est necesse,super cõpromisso requiri consilium eorũ, & sufficit quandocunq; requirere, dũmodo non nimis tardet vt hîc. Alij dicunt,quòd super omnibus accessorijs electionis requirendum est consiliũ eorũ, ex quo in principali requirendũ est,arg.inf.de offi.dele.præterea.ff. iud.sol.iam tamen. §. in hac ar. inf. de ar. cũ olim.nec possunt eligere p cõpromissum,vel etiã scrutiniũ secretum in hoc casu,sed publicè consiliarijs presentibus dicent vota sua,nam cùm hîc sint speciales delegati,non est necesse seruari formam, sicut si etiã ibi Papa.ar.C.de testa.omniũ.

3 †Nec obstat,quòd dicitur hîc non reprehendi compromissum, cùm dicamus reprehendi, nisi factum sit de consilio cõsiliariorum,vnum enim quòd sequitur in tractatu electiõis innuit consiliũ requiri, & antè & pòst,quando tractabitur, aliàs enim dicitur clandestina electio. arg. 69. di.si quis Papa.prius dictum magis placet, nec videtur necesse eos admittere ad tractatum,cùm sufficiat competenti tẽpore consilium requirere, & expectare etiam post tractatum compromissariorum, secùs si diceret tractetis, & eligatis cũ consilio talium,&ita loquitur decr.inf.de ar. cùm olim.

Item fortè posset dici,si mandaret, celebretis electionem,vel eligatis cũ consilio talium, quia tunc non solùm de persona,sed &de forma,&omnibus alijs consilium requiret.arg.ff.de admi.tu.cũ plures.sed quia hæc decr.videtur contrarium innuere,contrarium tenet.

4 †Si autem per scrutinium, tũc requirendum est consilium in communi antequàm ad scrutiniũ procedant. Nec obest si dicas,quòd postea alium eligeret, quia in nullo casu tenetur eorum consilio stare,sed si post scrutinium eos in collatione requirant laudo, sed si ante nollet requirere,tunc tantum non crederem sufficere, cùm tunc videretur eorũ consilium deluſorium, cùm hi qui in scrutinio maiorem partem habent, debeant eligi.inf. e.publica.sup.e. quia propter.sed si mandaretur, quòd cum eorum consilio assensu obtento eligerent, tunc satis videtur, q; non astringãtur ad formas constitutionis. Alij tamen dicunt,quòd postquã cõsilium eorum obtinuerunt de certa persona,tunc illum elegerunt per vnã de formis (Causa de leg.) hanc metam non redarguimus (sociorum) sed & si ipsius abbatis sancti Begni. consilium requirere debuerunt, secundum formam literarum domini Papæ, consilium autem si requirerent,nulla esset postea electio.suprà,eodem,cùm post. Alij tamen dicunt, non

non esse requirendum consilium abbatis sancti Begni. quem eligere intendebant.
(proponente) & benè. † Vno)pro se & pro alijs, vel pro se tantùm, nam & si alij vellent consentire,quòd eorum consilium in tractatu non requireretur, tamen tertius non tenetur stare eorum voluntati, cùm quilibet teneatur implere mandatum Papæ,etiamsi alij nolunt.vt no.sup.de rescri. eam te(festinanter)& benè.ff.de admi.tu. tutor qui re.ff.de vsu.sciendum. (Requisitum)competendi tempore,etiam responsum interpretatur. vt inf. sequitur (in tractatu)inst.de Auth.tut.§.tutor.12.q.2. fine exceptione.

5 † Non competenti) non competens tempus appellatomne,quòd est ita breue, quòd cum deliberatione consilium dare non possunt,vel non competens esse dicit omne, quod est extra tractatum, vel quod est dum durat potestas prouidendi,sed requiritur tali tempore, quòd deluſorium videtur, scilicet, postquam concordarunt de certa persona eligenda statuerunt.

CAPVT LIII.

CONGREGATO. Qui, scilicet,cantor (in eum) scz. cantorem (alium) scilicet, decanum (postmodum) antequam diuerterent ad alios actus procedentes tamen ex eodem scrutinio, & durante eodem contextu electionis,aliàs non deberet fieri secunda, prima non cassata,vt sup. eo. considerauimus. & not. de hoc. sup. e. c. dudum. vel dic, vbi prima nulla est ipso iure, si fiat secunda ex interuallo tenet. Præficias)dicunt quidam hoc contingere, quia plures scienter elegerunt indignum.sup.e. innotuit. sed nos dicimus idem, dummodò in eodem contextu fiat vtraq; electio, etiam si ignoranter elegerunt indignum. arg. sup. eo.scriptum ipso enim facto apparet minorem partem saniorem, vnde eius electio præfertur. sup.e. dudum. arg. inf. ecclesia vestra . nisi fortè numerus in duplo excederet, tunc enim non confirmaretur electio minoris partis,nisi probaretur eos scienter elegisse indignum.vt sup.eo. scriptum. & not.de hoc.sup.eo. dudum.

CAPVT LIIII.

1 *Electoribus se opponentes possunt excipere vel agere etiam nullo pro electo agente.*
2 *Excipiens debet contestationem vel exceptionem suam dare in scriptis.*
3 *An valet pœnitentia recepta ab eo qui habebatur pro prælato cùm non esset.*
4 *Soli sedi Apostolicæ est reseruatum dispensare:episcopus autem commendare potest.*
5 *Tenet collatio facta ab eo ad quem pertinet etiamsi ex iusta causa appellaretur.*
6 *Quæ ad processum minimè spectant: post appellationem cassari non debent.*
7 *Possessionis oblatio pertinet ad iudicem: est ff. de processu iudicij.*
8 *Electum vocari non est necesse, si contra electores ageretur quòd indignum elegerint.*
9 *Electo non vocato potest procedi vbi agitur de cassatione electionis propter peccatum processus.*
10 *Litis contestatio dicitur esse necessaria super exceptione facta contra electum.*
11 *In petitione confirmationis vbi tantùm superioris officium imploratur non est necessaria litis contestatio.*
12 *Tempus electionis spectandum est.*
13 *An dispensatio sit semper necessaria vbi excipitur vel accusatur contra aliquem.*
14 *Electio non semper cassabitur,etiamsi in modum exceptionis probatum fuit crimen de quo egit vel egisse præsumitur.*
15 *Indulgentia sicut rescriptum ob veritatis suppressionem & falsitatis expressionem redditur inualida.*
16 *Quo casu valeat dispensatio facta de mandato Papæ.*
17 *Rescripta ad beneficia debent facere mentionem de omnibus tam maioribus quàm minoribus.*
18 *Dispensationes restringi debent, & vltimæ voluntates ampliari.*
19 *Dictio præter,de sui natura est exclusiua.*

DVDVM ECCLESIA. Rothomagen. (procuratore) no. electores petere confirmationem, sic. sup. eodẽ, cùm inter dilec. & c. cùm dilecti.sed & ipse electus potest petere.su-
1 prà,eo.cùm inter R. † Electionem)not.illos qui se opponunt electoribus, posse excipere, vel agere etiam nullo agente pro electo, siue postulando confirmationem, siue cõsecrationem, hîc enim nullus agebat, vel aliquid pro electo petebat, sed cõtradictores tantùm se opposuerunt, quod exeo apparet, quia non dicitur hîc, quòd aliquid opponerent contra petitionem confirmationis vel cõsecrationis, sed opponebant contra electionem quæ iam facta erat, & quia responsio electi sequitur oppositionem contradictorum, & hoc melius apparet.inf.in eo.decr.quia ibi dederunt libellum,ad idem facit.sup.e.cùm dilecti.inf. de ap. constitutis. 63. di. nullus inuitis. & potest esse ratio,quare hoc fit.s. periculum vocationis ecclesiarum.an infrà,de app.oblatę.est enim contra generalẽ rationẽ,cũ exceptio tantũ competit cõtra actionẽ,vel intẽtionẽ,ff, de exce.l.1.C. de non

de non nu.pe.ſi quaſi.de hoc no. ſup. e. cũ dilecti. †Item poteſt dici, quòd hîc non excipiebant, ſed agebant, nam ex eadem decre. habes, quòd libellum dederũt contra electum eundẽ, in quo ex certis cauſis electionẽ caſſari petierunt, & eſt quaſi popularis hæc actio, quæ tuetur ius populi, & eccleſiæ Dei. ff. de ac. populari. l. 1. nec tamen verè popularis dici poteſt, cùm in ea ꝓcurator cõſtituatur. inf. de ac. ſuper his. & prætextu criminis, vel infamiæ non repellitur. vt no. in præall. decr. ſuper his. q̃ nõ fieret, ſi popularis eſſet. ff. de popu. act. popu. & poteſt dici anomala, ſecundũ hũc modũ agendi à canonibus introductũ, qui autem ad hoc admittatur, no. infr. de acc. ſuper. & vt nobis videtur æque bonum eſt hoc modo vltimo petere, vel agere quàm primo modo excipere, cùm nihil ꝑ exceptionem cõſequi poſsit, quòd nõ conſequetur per hanc actionem, & nulla exceptione poteſt repelli ab agendo, qua non repellatur ab excipiendo, nec aliquo onere grauatur agens, quo non grauetur excipiens. ſup. e. cũ dilecti. inf. de exce. deniq;. & inf. de acc. in c. ſuper his. hæc enim exceptio quaſi vim actionis obtinet. ſup. de poſt. c. 1.

2 †Aliqui tamen dicunt, non eſſe admittendum excipientem, niſi ex parte electi petatur aliquid, & ſemper qui excipit cõteſtationem, vel exceptionem ſuam, debet dare in ſcriptis. arg. in Auth. de temp. nõ ſo. §. cum teſtatione. col. 8. Item poteſt contra eũ agi in modum denunciationis. vt no. inf. de deſpõ. impu. ad diſſoluendũ.

Additio. hæc ſunt vera, quando electores petunt confirmationem, non tamen ſunt vera, quando petunt ordinationẽ vel conſecrationem electi, nam tunc nulla exceptio, vel actio, vel denunciatio admittenda eſt contra petitionem eligentium, niſi vocetur electus cùm per confirmationem iam ſit matrimonium confirmatum, & iam non ab obtinendo repelleret, ſed à non obtento. Et ideò eſt neceſſaria inſcriptio ad pœnam, infr. de acc. ſuper his. & infrà, de transla. Epiſcopi. c. licet B. (dimiſſo) non eſt vis, ſiue ante electionem Archi. dimiſit ſiue pòſt (an eodem conſilio) inf. de præben. de multa (cupiditatis) inf. de præb. cùm iamdudum (furtum). ff. de fur. l. 1. §. vlt.

3 †Deceptæ) poteſt dici animas non deceptas, cùm ab omnibus habeatur prælatus, & valet pœnitentia ab eo recepta, veniam enim meruit, quia ignorans deliquit. 8. di. conſuetudo. ſed ſi ſciat antequã moriatur, credimus quòd de nouo debet ire ad verum ſacerdotem, & ab eo abſolui. infr. de pœni. omnis. in prin. & idem dicimus in pœnitentia, quòd in ordinante diximus. inf. de ſimo. per tuas. vel poteſt dici, quòd verè abſoluitur quamdiu toleratur à ſuperiore. 8. q. 4. nónne.

4 †Per conceſsionẽ) ſoli enim ſedi Apoſtolicæ hoc eſt reſeruatum. ſ. diſpenſare. inf. de ꝓben. de multa. commẽdare autẽ poteſt epiſcopus. 21. q. 1. qui plures. inf. de accu. ſi conſtiterint. vbi no. nam tunc nõ habet in eccleſia ille, cui commendatur, nec in fructibus, niſi ad colligendum, gubernandũ, & erogandum pro vtilitate eccleſiæ, & ad cuſtodiendum clericos hic etiam dicitur viſitator. ar. 61. obitum. & in c. Cathinenſ. & c. vlti. 12. q. 1. quoniam Velina. 70. di. c. 2. 7. q. 1. quia. & c. conſtitutũ. & c. remoto. & poteſt reuocare hanc cõmendationem, quando vult. ff. depoſi. Lucius. (excuſationem) ſcz. de ar. conceſsione. aliàs autem excuſationes. ſ. de diſpenſatione Papæ, & quòd Archi. Ambianenſ. non habebat curam animarum, non excuſauit hîc (nullatenus) quòd hæc excuſatio non erat de iure, ideò tanquam de notorio iuris ſtatim fert ſententiam. de hoc no. ſup. de conſue. cùm inter (retinent) tanquàm titulatas. † Diſpenſatum) quidam dicunt, quòd ex quo coram iudice aliquo ordinario vel del. admittitur, vel exceptio, vel probatio alicuius, qui dicit ſe tenere canonicè duas curas, vel etiam ſi admittatur contra eum exceptio, quæ iniuſtè tenet, extunc non licet illi ad quem pertinet collatio alij conferre, & ſi conferat, non valet. arg. inf. de arbi. c. ex parte. Alij dicunt, quòd lis mota vel receptio probationum non impedit, quin ille, ad quem pertinet collatio primæ eccleſiæ poſsit eam conferre, cùm motio litis non auferat ſibi ius ſuum.

Et hoc dicunt eſſe verum, etiamſi ille ad quem pertinet collatio primæ eccleſiæ ſit ille, qui mouet litẽ quòd iniuſtè detinet duas curas. Sed hi dicunt, quòd ſi ab alterutra partium appelletur ad Papam, quòd extunc nõ poteſt eam conferre, quia iam videtur cauſa huius eccleſiæ ad ſe. ap. relata. ar. ſup. de poſt. bonæ me. circa fi. inf. de offi. leg. licet. & no. inf. de ꝓb. inter cęteras.

5 †Alij dicunt, quòd etiamſi appellaretur ſiue ab ipſo ad quem pertinet collatio, ſiue ab alio, & eſt iuſta cauſa, putà quòd partibus non aſsignabat locum tutum, quòd ſemper tenet collatio ab eo facta, ad quem pertinet, nec obſtat decr. de ar. ex parte. vt ibi dicemus, nec ob. quòd ibi dicitur de appellatione, quia per appellationem cauſa defertur ad Papam, & non poteſtas conferendi ei defertur, vel alij defertur, vel alij aufertur.

6 †Item non valet, ſi dicit q̃ caſſandum eſt, quicquid fit poſt appellationem legitur, q̃ illud intelligitur de his, quę pertinẽt ad iudicium, vel ad cauſę proceſſum, vnde benè dicimus, q̃ ſi poſt talem appellationẽ recepiſſet teſtes, vel ſententiam protuliſſet, vel interlocutionem, vel diffinitiuam, q̃ illa benè caſſarentur, ſed collatio eccleſiæ non, quia non pertinet ad proceſſum cauſæ, quia nõ confert eccleſiam, quaſi litigans, ſed quaſi alius, quia ſæpè contingit, q̃ alius quàm ille, ad quem pertinet collatio, objcit q̃ habet iniuſtè plures curas.

7 †Item benè concedimus, q̃ pendente cauſa, & maximè appellationis, non auferetur ſibi poſſeſsio, quia illud. ſ. auferre poſſeſsionem pertinet ad iudicem, & eſt de proceſſu iudicij, ſed conferre ius præbendæ habet quis ratione iuris ſui tãtùm, & iudex nemini debet tollere ius ſuum, etiam pendente lite. inf. vt li. pendẽ. à memoria. 3. q. 2. quia ea.

8 †Partibus) ſi agatur contra electores, quia ſunt priuati poteſtate eligendi, quia indignum elegerunt, non eſt neceſſe vocari electum, ſi autem electores petant cõfirmationẽ electi quod poſſunt, vt hîc. inf. de cauſa poſ. cum eccleſia. ſi objiciatur, q̃ propter crimen electi non ſit confirmanda electio, non eſt procedendum, cùm ex hoc maximum præiudicium poſsit generari electo, ſi eſt ineligibilis. ſup. eo. ſuper eo, niſi vocato electo. vt not. inf. de procu. in præſentia. vel niſi ſciret cauſam agi, & non curaret intereſſe. ff. de re iu. ſæpè. inf. de reg. iu. quamuis. Alij tamen dicũt idẽ & ſi ſciat cauſam ſuam agi, tamen in hoc caſu nõ credimus ſufficere eius ſententiã, imò tota ſententia reuocabitur de facto, q̃ tamẽ de iure nulla eſt, vt nec electo noceat, nec electoribus, & propter cõnexitatem. ff. quemadmo. ſerui. amit. ſi communionem. † Si tamen citatus noluit cõparere, nec ſe defendere, tunc habet locum decre. ſuper eo.

Et hæc vera ſunt, & ſi conſenſerit electioni, quia timore probationum videtur fugere iudiciũ. 3. q. 9. decreuimus. ſed ſi cõſenſiſſet, q̃ maximè contingere poſſet in poſtulatione, nec vocari debet, nec ſibi præiudicat, ſi poſtulatio non admittitur. arg. inf. de dolo & contu. cum dilecti.

9 †Si verò propter peccatum proceſſus tantũ petatur caſſari electio, & quia aliàs connexa ſunt iura eligentiũ, & electi põt procedi etiam nõ vocato electo, quia aliàs nullum ſibi fit præiudicium. arg. decr. ſuperius allegatæ ſuper eod. cùm inter vniuerſas. Quidam tamen dicunt, q̃ in hoc caſu electus ignorans cauſam ſuã agi iterũ cauſam reuocare poteſt, niſi citetur. inf. vt lite non conteſt. quoniã. q̃ non credimus. Et q̃ hîc diximus ſatis in hac decre. innuitur, niſi à principio ꝓcedebat cauſa ſine electo. ſed obiectis criminibus electus abfuit cauſæ. Illud autem cõſtat, quia electores compromittere non poſſunt ſuper facto electionis, vel renunciare. ſup. eod. cùm inter canonicos. quod autem diximus, quòd quando opponitur in perſona electi, quòd debet vocari, videtur habere locum, quando contradicens non expreſsit in appellatione de crimine, quòd electo obijcere intendebat, quòd ſi expreſsiſſet, non eſt neceſſe vlterius eum vocari. ſup. e. ſtatuimus. quidam tamen idem dicunt, quòd ſi non expreſsit, quòd contra perſonam aliquid dicere vellet, nos dicimus, quòd licet prædicta ſint vera, quãdo electores petunt confirmationem, nõ tamen vera ſunt, quando petunt confirmationem, & conſecrationem electi, nã tunc nulla exceptio, vel accuſatio, vel denunciatio eſt admittenda contra petitionem eligentium, niſi vocetur electus, cùm per confirmationem iam ſit matrimonium confirmatum, & iam non ab obtinendo repellatur, ſed ab obtento, & ideò eſt neceſſaria inſcriptio ad pœnam. arg. inf. de accu. ſuper his. inf. de transla. epiſ. licet. Iuramento) not. in cauſa ſpirituali iurari de veritate dicenda. de hoc not. ſup. e. c. cùm dilectus.

10 †Conteſtatione) not. conteſtationem litis neceſſariam ſuper exceptionem factam cõtra electum, ſuper ipſa autem electione, puta ſi electus petat confirmari, vel ſi de gratia Papæ, vel alterius quis petat beneficium, non eſt neceſſaria litis cõteſtatio, nec libellus. inf. vt lite non conteſt. quoniam. §. 1. vel dic, ſemper idem in vtroq;, ſcilicet, quando agit de electione facta, vel exceptione, quia ſi pręſentes ſunt facienda eſt litis conteſtatio. ſed ſi ſunt abſentes contumaciter lite non conteſtata proceditur. inf. vt lit. non conteſt. quoniam. §. 1. ſecùs autẽ quando authoritate

literarũ Papæ petit beneficium, quia cùm tunc sit potius executor, quàm cognitor, licet exceptiones aliquas admittere debeat. sup. de rescri. constitutis. & c. capitulum. liti non contestata proceditur. Itẽ quia nihil potest petere, nisi quod contenetur in rescripto Papæ, ne alia causa, & ideò illud sufficit pro libello *a*. arg. inf. de dila. præterea. & contradictio est pro responsione, tamen securius est dare libellũ.

a Pro libello. q rescriptũ sufficiat pro libello. Adde Bald. in addi. Spec. in tit. de lib. con. ver. 2 & ver. 3 & Sal. in Authẽ. qui semel. C. quomodo & quando iud. & qd in summarijs pAbb. post Innoc. in c. pterea. col. 3. verſ. sed p declarationc. inf. de dila. et vide Alex. de Imol. in l. 1. §. fi. ff. de extraor cog. & vide ad prædicta d. Maria. Sozi. in c. 1. col 16. verſ. 26. Fallit. inf. de libel. ob. & Feli. in c. ad audientiã. el. 1. colu. 3. verſic. literæ non dant ius.

11 †Item quando petitur confirmatio, nec habet aduersarium, sed tantùm superioris officium implorat, non est necessaria litis contestatio, nisi cùm in alijs vbicunque imploratur officium iudicis, nec aduersarius se opponit, cùm enim non possit esse lis, nisi inter plures, non potest esse litis contestatio, vbi lis non est. Item in confitentem nullæ sunt partes iudicis. ff. ad le. Aquil. pro me confiteri autem intelliguntur illi, ad quos pertinet contradicere si moniti tacent. ff. de inter. ac. de ætate. §. vlt. interest (proposita) C. de lit. contest. in l. 1. (tandem) si post cassationem processus prædicti decidenda. †Danda) super processu electionis, & super omnibus quæ non sunt criminis, puta si esset irregularis, sed super criminibus non debet iurare de veritate dicenda, cùm si à quolibet inquireretur de suis criminibus occultis, vix quisquam sine criminibus reperiretur. l. dist. quia item nemini dicendum est, vt se prodat in publicum. 2. quæstio. 1. si peccauerit. Sed contradicere videtur litera sequens, vbi habes, quòd requirebatur ab hoc electo, an haberet plures curas, quod constat esse peccatum, vt probatur sup. in hac eadem decre. Ad hoc respondent quidã, quod licet sit peccatum plures curas habere sine dispensatione, non tamen plures curas habere simpliciter est peccatum, & sic de alijs quæ sequuntur. Non enim peccatum est excommunicare, interdicere, visitare, & similia, de quibus inquirebatur, sed certè hæc responsio non placet, quia licet hæc non sint crimina, inducuntur tamen ad probandum id, vnde remouetur tanquam criminosus. †nam modus agendi vel excipiendi diligenter attendendus est, nam cũ isti intenderent remouere electum propter crimen, quia plures curas animarum habebat, & ad probandum, quòd dignitas curam animarum habebat faceret positionem, quòd excommunicabat, interdicebat, & similia, sicut non tenetur respondere, an sit criminosus, sic nec illis positionibus, per quas peruenitur ad illud, sed si nõ deberet dignitatem habere cura, quasi esset crimen, sed agitur contra aliquem, q non sit ei ius excommunicandi, interdicẽdi, & similium, tunc benè interrogabitur. Ad hanc autem decre. respondemus, quia non coactus, sed voluntarius respondet, item de his iustè debuit interrogare, cùm essent talia quæ non possunt esse nisi notoria. inf. de translat. quanto. qualiter autem facti, talia notoria sunt, dicimus tamẽ eum cogendum respõdere, an sit infamatus de aliquo crimine, vel condemnatus. peccaret enim si grauaret aduersarium in hoc probationibus, & si confessus fuerit se diffamatum, vel etiam probatũ sit, inquiretur ab eo, an crimen commiserit, quia si negauerit bonũ est, cùm famam suã clarificauerit, si verò confessus fuerit, & hoc sic militer bonum est, vt infamatus non promoueatur. C. de dig. l. 3. lib. 12. †Item dicũt quidam, & non malè, q de omnibus, q̃ impediunt executionem officij post actam pœnitentiam interrogari debent, cùm sic bonum eius procuretur. ar. 23. q. 5. prodest. Item nec iste prodest se in publicum, quia tantùm de his quæ nota sunt quare. s. infamia & condemnatione, non de crimine occulto, nec etiam dicitur, quòd manifestet crimen, sed si verum est, quòd cedat iuri & liti, & non respondebit, nisi velit, secùs autem in testibus, quia nec de his respondere coguntur, quia accepta pœnitentia non peccant testificando, idem credo etiam quòd principales personæ nõ coguntur respondere, si ad aliam pœnam quàm spirituale agatur.

12 †Electionis tempore) quòd electionis tempore tenuit, nihil facit ad rem cura & si ante tenuisset, cùm peccauerit sufficeret ad cassationem de rigore iuris. 25. dist. primum. nec videtur obesse, si dicas, quòd si ante habuisset & dimisisset, quia præsumitur pœnituisse, quia idem dicere debes, etiam si post electionem habuit, sed resignauit cùm propter quòd electus est peccator non minus valet electio, vt not. inf. eod. eccleſia. vel dic, quòd ideò dicit tempore electionis, quia sicut, vel ante etiam, scilicet, quando electio imminebat facienda, vel etiam post electionem renunciaret, præsumitur simulatam, & fictam facere pœnitentiam, vel propter honorẽ quem primò desiderabit, & ideò non prodest ei, tunc temporis facta resignatio, sed si cõstaret veram pœnitentiam eum agere, & non affectione honoris eum resignasse,

gnasse, siue antè, siue pòst resignauit, dicũt non admittendam exceptionẽ de officijs iudicis in criminibus, vbi est necessaria dispensatio, licet de rigore iuris posset admitti. arg. ad hoc. 2. q. 7. quærendum. nam apparet eos mala intentione accusare eum, qui veram pœnitentiam egit, nisi prosequeretur suam iniuriã. 3. q. 6. omnibus. vtrum autem necessaria est dispensatio nécne, & in quibus criminibus hoc locum habet, dic vt not. inf. de temp. ord. ex tenore.

13 †Alij dicunt, quòd semper vbi excipitur, vel accusatur contra aliquem, semper sit necessaria dispensatio, siue sit enorme crimen, siue mediocre, siue modicum, cùm illa distinctio quam posuimus, super illa decr. ex tenore. habet locum, quando non accusatus petit ordinari, vel etiam ille, contra quem non excipitur, & per hoc patet, quod delegatus admitteret omnem exceptionem cuiuslibet criminis, cùm dispensare non possit, tamen antequam procedat prudenter faciat, si retulerit delegãti, vt per eum dispensetur, sed alia ratione videtur hoc non posse stare. Sicut enim pendente lite, non valet impetratũ priuilegium. inf. vt lit. pen. c. vlt. inf. de testib. causam. eadem ratione, nec dispensatio pendente accusatione, vel exceptione.

Sed hoc fateor verum esse, si ex dispẽsatione alteri fieret præiudicium, sicut ex priuilegio, nam & si ex priuilegio nemini fieret præiudicium, valet lite pendente impetratum. Item non mireris si dispensetur cum eo, cum quo crimen probatum non est: sic inf. de cle. excom. mi. Apostolicè. argu. inf. de exce. Apostolicè. inf. de sent. excom. c. venerabili.

Et hæc vera sunt si obijciatur crimen præteritum, de quo pœnitentiam egerit electus, si autem crimen, in quo perseuerat electus, scilicet, de quo pœnitentiam non egit electus, semper admittitur exceptio. l. di. c. absit. 24. dist. c. 1. 25. dist. c. vlt. Item prudens iudex attendit dignitatem, ad quam vocatur, quia facilius dispensabit in minori, quàm in maiori. Item facilius cum illo, qui aliàs plures gratias habet, quia literatus, eloquens, prudens, & sic de alijs, quàm cum minus gratioso, itẽ facilius ab obtinendo repelleretur quàm ab obtento. Item licet dispensetur cum accusato de crimine, vel cum eo, contra quem excipitur, vt repellatur à promotione, non tamen dispensatur cum eo, cõtra quem excipitur, vt repellatur à promotione ab accusatione, vel testimonio in causa criminali, quia illius illaudabilis intentio est. 2. quæstio. 7. si quis Episcopus. quia fieret in eius præiudicium, contra quem testis inducitur, vel accusator. Itẽ in huiusmodi exceptionibus semper probationes, & dicta testium in meliorem partem interpretari debemus. VERBI GRATIA: si dicat clericum electum venatorem debemus interpretari, quòd causa, scilicet, recreationis hoc agat. †Item si dicit eum irascibilem, vel indignantis naturæ interpretabitur, quòd ex iusta causa hoc faciat, & sic de alijs. inf. de re. iudi. c. 2. & not. sup. de rescript. causam. 1. quæstio. 7. sancimus. inf. de ele. excom. mi. proposuit. inf. de scruti. c. vno. nisi in contrarium aliæ probabiles præsumptiones mouerent, quæ colliguntur ex personis, & ex multis circumstantijs. inf. de præsump. quia verisimile. vbi not. hæc autem interpretatio latior fiet, quando excipitur contra aliquem, quàm quando accusatur, vbi vterque patitur æquale supplicium, & vbi quis prosequitur suam iniuriam, vel suorum, & non videtur, quòd in excipiendo plus sit admittendus ille, qui prosequitur suam iniuriam quàm alius, qui non prosequitur, quia non agitur, vel vindictam illius iniuriæ, sed vterque agit ad eum repellendum, vel dignitate in testimonio, vel quouis alio, †imò plus *a* dicimus, quòd eccleſiasticus iudex etiam accusando non debet admittere illum, qui libidine vindictæ accusat, quia peccat. 23. quæstio. tertia. lex. & c. seq. & quæstio. quarta. in prin. cùm si libidine vindictæ non facit omnibus est præferendus, quia melius & fidelius prosequitur negotium, quia melius scit. 4. q. 6. omnibus. 2. q. 1. si peccauerit.

a Imò plus. Ad de Archi. in c. quærendũ. 2. q. 7. & ibi ponit signa, quã do cognoſcatur, quod libidinẽ, & refert Feli. in c. quæ in eccleſiarũ. col. 4. in princ. ſup. de conſti.

14 †Item dicunt aliqui, & fortè non malè, quòd si in modum exceptionis probatum fuit crimen, de quo egit, vel præsumitur egisse pœnitentiam, non semper cassabit electionem, sed aliam pœnam imponet ei, puta si modicum est crimen, nec est tamen inde scandalum ortum. sup. eod. quòd sicut. 63. di. Salonitane. (archi.) ideò inde constituit in Arch. Ambianen. non propter ipsum, qui antè renunciauit, sed quia quantumcunque illum receperit post concilium, cùm prius haberet plures curas animarum, videtur prioribus eccleſijs renunciasse, & si per consequens fur & ambitiosus probatur illas retinendo,

tinendo, illas autem cùm retineret tempore electionis, sibi obesse debuit. (suspendi) hoc tamen videtur plus spectare ad iuris ordinem, quàm ad curam animarum, quæ videtur in secreta confessione consistere. de hoc not. inf. de offic. ordi. cùm satis. (De personalibus) inf. de præben. de multa. & repete quæ diximus ibi.

15 †Inualidam) not. indulgentiam, sicut rescriptum inualidam esse propter expressionem falsitatis, vel suppressionem veritatis. argu. ff. de nata. resti. l. secunda. de hoc not. sup. de rescri. cum dilecta.

Inualidam reputamus) hoc intellige verum, vbi falsitas est expressa, vel veritas tacita, de his quæ sunt circa dispensationem obtinendam, quibus tacitis vel expressis, non habuisse dispensationem, qualia sunt quæ hîc ponuntur, scilicet, quod habebat ecclesias super quibus dispensabatur canonicè, si enim dixisset, quòd nõ canonicè haberet, nunquam dispensationem obtinuisset, sicut si non dixisset, quòd exiles prouentus haberet, non habuisset dispensationem, sed si simpliciter dispensasset, non habita mentione de exilitate beneficiorum satis videtur, quod valet dispensatio, dummodò non esset nimia pluralitas, quia tunc videtur talis veritas tacita, quam si expressisset non habuisset dispensationem, quamuis videatur posse dici, quòd nec tunc vitiaret dispensatio, propter multitudinem beneficiorum, sed in veritate peccat multiplicando beneficia, & propter multitudinem beneficiorum procederetur ad depositionem eius, vel cassabitur eius electio, & non propter hoc, quòd plura beneficia receperit habentia curam, & hoc ex eo apparet, quia si dimitteret priora beneficia, & esset contentus tantùm vno quod prius habuerat, & altero, quod de nouo post dispensationem receperit nullo modo peccat, & ea licitè tenet, idem videtur, quòd si iste qui habebat plura beneficia minus canonicè impetrauit dispensationem, quòd sibi liceat habere plura beneficia, & non exprimat de obtentis, quòd dispensatio valet, licet dispensatio nihil sibi prosit, quo ad plura beneficia. Sed valet quo ad futura si ea licitè quæsierit.

☞ †Idem videtur etiam si dispensator dicit, indulgemus, vt tibi liceat personatum vnum recipere, & simul cum obtentis retinere, nam si prius vnum beneficium habebat canonicè, & alia non, bona est dispensatio, & poterit retinere prius licitè, cùm de nouo quæ sit idem videtur, quòd si indulgentia dicit, & liceat tibi plures personatus recipere, si tibi canonicè offerantur, & postea receperit ea non canonicè, licet enim iste peccet, & posset contra eum procedi, quia malè tenet prædictos personatus, non tamen peccat, quia plures tenet, idem si in indulgentia continetur, dummodò personatum in quo non resideat faciat idoneæ seruiri, licet postea non obseruet conditionem, nihilominus tamẽ valet dispensatio, & personatuum receptio & collatio, sed debet illis priuari, conditio enim non fuit apposita, neque dationi indulgentiæ, neque receptioni personatuum, sed fuit monitio, vel mandatum, quod post receptionem personatuum seruire debet. sic. ff. de tute. muto.

16 †Item & si Papa [a] mandat alicui, [a] quòd dispenset cum aliquo, non valet dispensatio, nisi sit sublimis, vel literata persona, quia mandatum Papæ & potestas data referenda est ad ius. inf. de præben. de multa. secùs si Papa dispenset, quia de factis eius non licet iudicare. 17. quæstio. quarta. nemini. & §. præcedenti. †Item si quis habet dispensationem super duobus beneficijs, cum cura obtinendis, benè dispensatum intelligitur super duobus beneficijs, quæ primò obtinuit, sed si illa, vel aliquid illorum amiserit, non licebit ei aliam, vel aliud recipere sine noua dispẽsatione. argum. ff. de leg. 3. fideicommissa. §. si quis decem. & ff. de condi. & demon. hæc conditio. & ff. de verb. sig. boues. §. 1. in fi. argum. quia indulgentiæ ambitiosæ restringendæ sunt. C. de sena. con. l. 1. quæstio. prima. principatus. Alij aliter dicunt (assecutus) quia nec ante concilium Lateranens. vel tantùm fuit licitum habere plures curam animarum habentes. inf. de ele. non resi. quia nonnulli. & c. relatum. Sed ante constitutionem de multa poterant Episcopi dispensare, postea non: hic autem electus, nec dispensationem probat, nec allegabat per plures. inf. de æta. eam te. 70. dist. sanctorum. 21. quæst. 1. qui plures. de hoc not. inf. de præben. cùm iamdudum. (haberet) vel ex dispensatione.

17 †Beneficijs) not. arg. quòd rescripta super beneficijs debent facere mentionẽ, non tantùm de vno beneficio vel maiori, sed de omnibus & etiam de minoribus. Item non solùm de beneficijs, sed etiam de reditibus ecclesiasticis, tamen posset responderi aliud esse in dispensationibus, quæ sunt restringendæ. inf. de consan. & affi. quod dilecto. aliud in rescriptis beneficialibus quæ sunt amplianda. ff. de man. prin. benef. (de nouo) id est, non intendebamus dispensando, cum eo super eo quaslibet sibi denominatas ecclesias retinere, de nouo sibi concedere aliquod ius in ipsis ecclesijs etc. q. d. dispensatio nostra, facit quòd non obsit sibi plures curas habere, sed non operatur, quod aliâs eas canonicè possideat, non enim eas concedere intendebamus cum prioribus. argumen. contra. ff. de ann. leg. Seio. §. vxori.

18 †Sol. dispensationes restringendæ sunt, & vltimæ voluntates ampliendæ, & sic obtinuit contra præpositum Argentinum, qui habebat dispensationem, quod præter obtenta posset aliud beneficium curam habens recipere liberè, ac licitè retinere. Fuit enim iudicatum, quòd per hoc in obtentis non erat dispensatum, & potest responderi ad illam. l. Seio. §. vxor. quòd ibi testator donationis causa concesserat vxori annuum â se viuo, secũdum aliam literam percipiendum, vnde cùm in testamento prædixit post annum, & à me viuo, & etiam potest apertè intelligi volentis adijcere ad libertatem, non autẽ detrahatur intendentis.

Sed adhuc obstat. ff. de procu. sed hæ personæ. §. præter satisdationem. Si ibi constat, quod tenetur procurator de iure ad illam satisdationem præstandam, vnde non potest intelligi hæc dictio præter excludere satisdationem, quamuis includat, & idem respondit ad l. emp. Pomponius. §. sed si his. vbi apertius apparet ista solutio.

19 †Aliàs autem hæc dictio, præter, de sui natura semper habet excludere, & ideò cautè videtur lex dixisse, quòd qui obligauit æs pignori affirmans aurum esse, tenetur pignoratitia præter stellionatum, & subijcitur in litera, quæ fecit à superfluo, ponetur si non de natura sui hæc [a] dictio præter [a] excluderet, & est ad idem. ff. de diuor. nullum. arg. tamen contra. C. de ser. fur. l. quarta. §. si ad prædictam, sed ibi potest eodem modo responderi, vt sup. dictum est, & hæc dispensatio fuit, quòd liceret ei Archi. ad quem vocatus erat licitè retinere, non vt liceret ei alia accipere.

Item & si Papa. Mod. in c. postulasti. sup. de rescri. col. 12. vers. hãc secundã, dicunt quòd idẽ etiam tenet Inno. in c. cùm ad monasterium. vers. item ibi cõditori. inf. de sta. monach. et in c. veniens. in gl. 1. inf. de fil. presby. & vide alios cõtor. in d. col. 15. & q ista vers. sit additio, refert etiam idẽ Feli. in c. ad audiẽtiam. el. 2. col. 5. vers. omnia autem ista. de rescri. & hoc dictũ allegat etiã Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 2. in prin. sup. de consti.

plenè facienda est, vt nu. 2. & quid agendum, vbi in ea oritur dubium, vel non oritur: vide etiam in nu. 3.

4 *An valeat electio vbi non tractaretur de aliquo absente de quo tractandum esset.*

5 *Non contradictio pro consensu habetur, vbicunque expressus consensus non requiritur.*

6 *Communis electio à quo & per quæ verba fiat.*

7 *Iudices si concordant quòd vnus pro omnibus sententiam ferat sufficit omnes esse præsentes.*
Consensus qualis requiratur ad hoc, vt faciat electionem canonicam.

8 *Et si duo contempti essent non cassatur electio, nisi suum prosequerentur contemptum.*

IN GENESI. (Cum) hæc cõstitutio suspenditur vsque ad finem (ibi nos hîc) etc. (in cõcilio) sup. eo. quia (plenè) sed perfunctoriè vel studiosè se-

1 miplenè. †Plenè) collatio in omni electione est necessaria. sup. eod. quia. sed si fiat electio in discordia, siue duo eligant, siue vnus solus, sed alijs contradicentibus, tunc adhibenda est plena collatio, scilicet, numeri ad numerum, zeli ad zelum, in quo intelligimus etiam venire collationem, & de sanitate & meriti ad meritum, quod qualiter fiat, notat. sup. eo. dum. & si omittatur collatio alicuius horum, dicunt quidam nullam esse electionem. argument. ff. de transact. cùm hi. §. si prætorij. Alij tamen dicunt sufficere talem qualem collationem, & solius vnius ad hæc, vt forma seruata videatur.

[a] *Hæc dictio, præter, vide Bar. in l. 1. ff. de pig. act. in l. nã q ligde. §. si. ff. de pe. leg. Bal. in c. 1. §. sed & resti. per quos fiat inuest. & in l. si ita legatũ. in prin. & ibi Doc. ff. de leg. 1. per Bar. in l. Seio. §. vxori. ff. de ann. leg. de quo vide etiã plenè per Card. in Cle. 1. de sum. tri. & in Cle. 1. §. pen. de hæret. & in Cle. 3. in prin. de pact. vbi includit, qñ sequitur præpositionẽ affirmatiuã, sed si negatiuã stat propositiuè & excluſiuè, & vide etiã Bar. in l. si tñ. §. fin. col. fi. vers. his pmissis. ff. si quis cau. & Bart. Bal. & Saly. in l. actione. C. de transact.*

2 †Item dicimus, quòd in tantum plenè facienda est collatio, quòd si de aliquo articulo oriatur dubium, de illo tractandum erit, & discutiendum vt hîc, non vt diffiniant aliquid vel probationes recipiant, vel tanquam iurisdictionem habentes, sed ad veritatem inueniendã, sic sup. de rescri. cùm cõtingat. sed quicquid fiat, postquam discussum est hac occasione, scilicet, quia quòd venit in collatione non sit seruandum, non est cassanda electio.

3 †Sed si non sit motum dubium, sufficit quòd collatio fiat in genere, puta nos habemus 10. vos habetis 5. nos habemus zelum, quia elegimus virum religiosum, vel simile, vos non, qui elegistis clericum secularem, electus noster habet scientiã, vester non, sed si dicatur ex aduerso, licet tuus habeat numerum, noster habet scientiam, vester non, vel in tuo numero sunt excommunicati, vel infames, de his

erit plenè discutiendum, vt ar. hîc arg. C. de fal. falsi. Sed obstare videtur, quòd hîc dicitur, scilicet, quòd non fuit hîc tractatum, & tamen videtur innuere, quod debuit discuti. Sed dic non fuit tractatum conferendo in collatione plenè, aliàs benè fuit dictum, quòd ex eo apparet, quia vnus ex eis emisit protestationem.

4 †Sed quid si notorium esset aliquid, vnde videretur tractandum de aliquo absente, videtur quòd nihilominus valet electio, etiam si non tractaretur. inf. eod. ecclesia. quamuis posset dici contrarium. Nec obstat decre. quia ibi non dicit non habitam collationem de absente, melius videtur, quòd licet omnis discussio & tractatus omittatur, nihilominus valet electio. Sed si vnus solus in concordia sit electus, tamen de necessitate est collatio, non numeri, quia pater, sed zeli & meriti.

5 †Collatio) sed licet collatio, & communis electio sit de substantia electionis, non tamen est de substantia, quòd singuli faciant collationem, vel expressum consensum dent in collatione, vel communi electione, cùm sufficiat tacitus, non contradictio enim pro consensu habetur, vbicunque expressus consensus non requiritur. l. dist. si seruus. ff. de pig. fideiuss. §. pater. C. de dona. præsens. & l. si censura. ff. de decur. honores. §. fi. C. ad Velleia. si sine. maximè in re concupiscibili, & meritoria, sicut est, quod per canonicam electionem prouideatur ecclesiæ, secùs autem esset, si res onerosa[a] esset, quia tunc necessarius est expressus consensus, sicut est, quòd quis affirmat officium procurationis, vel quòd res sua seruiat. ff. de procu. filius. §. inuitus. ff. de ser. vrb. præd. inuitus. 2. †Item si collatio, vel cõmunis electio fit in absentia aliquorum, possunt eam ratam habere, quia ius nõ dicit, quòd in ea alicuius præsentia vel solennitas requiratur, & ideò potest haberi ratum. insti. de act. §. prætor. ff. de acquir. pos. si quis mihi. §. iussus. C. de condi. inde. l. indebiti. ff. ad mace. l. fin. secùs autem in scrutinio, vbi requiritur expressus consensus & præsentia saltem maioris partis. sup. eod. quia propter. ibi singulorum vota expirant, & vbi dicit præsentibus omnibus etc. vbi dicitur, vel saltem aliquibus etc. † Et idem dicunt quidam in publicatione electionis, quæ fit in capitulo, quia nullus debet eam publicare, nisi prius committatur sibi ab alijs, & hoc videtur hoc modo faciendum, quia si non est certa persona, ad quam ex officio pertinet hæc pronunciatio, à singulis debet requiri, per quem volunt hanc pronunciationem fieri, vel si est persona ad quam hoc pertineat ex officio, non debet prorumpere ad hanc pronunciationem, vel electionis, nisi cùm ordinatum fuerit, quod fiat electio communis. argumen. hîc sed primum dictum magis placet. Item videtur quòd si in scrutinio vel compromisso vota eligentium inueniantur diuersa, quod neutra pars debet requirere illos, qui consenserunt in alium, vt consentiant publicationi electionis suæ, vel etiam si contingat vnam partem post scrutinium apertum, & post electionem ab vna parte publicatam velle nouum scrutinium, vel compromissum facere, non debet alios requirere, vt interfint scrutinio, vel compromisso, non possint à prioribus suis votis recedere, nisi communiter omnes, vel maior pars recederent. sup. de postu. bonæ. & not. inf. eod. publicato. Tractatum) in collatione, sed aliàs perfunctoriè tractatũ erat, scilicet, quia non computaretur in numero, & esset in diffinitum, sed noluerunt, imò contempserunt attendere, vel inquirere rationes, quare expellendi non essent (communiter) id est, ab vno vice omniũ, vel ad minus vice partis, quæ benè eligit, vel canonicè singuli, qui consenserant in
6 eũ, consensissent in scrutinio. † Singularis electio, vt quilibet) diceret, ego eligo talem in Episcopum, vel etiam in plurali dicendo, nos eligimus, nisi esset talis, qui habet hoc ex officio, vel quia sit ei collata potestas, & tunc siue dicat in plurali, siue in singulari, semper intelligitur communis, sed quid si aliqui hanc potestatem, nemini dari velint, respondemus, quòd cùm sit tale, quod per vnum exercere necesse sit, stabitur maiori parti. inf. de his quę fi. à ma. par. cap. c. 1. & no. sup. de cõsti. cùm veniisset. Item licet hîc assignetur hæc ratio est, quæ est in decretali, melior tamen & verior est, quia si liceret cuilibet prorumpere in eligendo, quilibet etiam malus, vt acquireret sibi gratiam electi festinaret eligere, & illa locum auferret collationi.

7 †Singularis) sicut etiam, quando sunt iudices, si concordant, quòd vnus pro omnibus debeat ferre sententiam, sufficit quòd omnes sunt præsentes. ff. de re iud. non tantùm. & l. cui autem. Nec est cõtra. C. de sent. ex peri. reci. l. 2. quia non licet per alium ferre, qui per vnum ex se ferũt, cùm censeantur vnum corpus, vel vnus iudex, iure negamus, qui omnes simul ferè possint, licet non concordent, ambo sententiare debent. in Authent. vt iudi. nõ ex. sa. iuss. §. 1. col. 9. Si autem aliquis non concordat, vel discordat, sed dubitat si iurauerit, quòd sibi non liqueat, eo quiescẽte, alij iudicabunt. ff. de re iudic. si vni (idẽ) scilicet consensus scrutinium. † Numero) licet hæc subtilitas satis inutilis seruetur in electionibus episcoporum, & aliorum, in quibus est forma seruanda, quam habes infrà, eod. quia propter. non tamẽ seruabitur in alijs electionibus, nisi forma nõ requiratur, nam ibi sufficit dicere cuilibet separatim, consentio in talem, vel eligo, quia sicut in matrimonio carnali mutuus consensus cõtrahentium, vel per verba expressus sufficit. infr. de spon. tuæ. sic & eadem ratione in matrimonio spirituali, idem consensus etiam separatim præstitus, sufficere videtur. infr. de transl. episcopo. inter corporalia.

Et si quæratur quis consensus facit electionem canonicam, vel primus vel vltimus? † Respondemus quod illius consensus, qui vltimò consentit, sine cuius consensu non valeret electio præcedens, consensus confirmat. argument. ff. si ser. ven. receptum. ff. de seruitu. rusti. prædi. per fundum. hoc non placet, quia simul[a] consentire debent non diuisim, quia vt collectum consentiunt non vt singuli, Alij tamen dicunt, quòd nunquam valet electio coram eorum, qui sine solennitate formæ eligendi sunt, nisi post habitus consensus fiat communis electio, vt hîc dicitur (vel communis) in capitulo (suæ partis) id est, quòd ipse eligit, vel quòd pars ipsa eligat aliquem (excludi) ab eo, quòd computaret in matrimonio, vel ab electione, publicato enim scrutinio, dixerunt & diffinierunt, quod duo non debebant computari inter electores, & ideò non dici electionẽ vniuersalium à minore parte factam.

8 †Item non intelligas quòd electio cassaretur, licet duo cõtempti essent, nisi illi prosequerẽtur suum contemptum: vt notat. sup. eod. quod sicut. sed ideò cassatur hîc, quia de eorum exclusione, vel absentia non habuerunt plenam collationem, & intelligimus nõ plenam, dummodò ex studio, vel procurata negligentia aliqua manifestatiõibus omittãt. Vel dic verius, quòd idem vim facit in exclusione horũ duorum, quia si in veritate excluſi essent, & iustè, tunc benè haberet præsens electus maiorem partem totius capituli, sed istis computatis non habebat maiorem totius capituli, & ideò etiam non prosequentibus suum contemptum cassanda erat electio, tanquàm à minore parte facta, nam propter subsequentem eorum cõsensum, non ratificatur electio. sup. eod. auditis. & c. quia propter.

Et est notãdum, quòd etiam ad numerum computantur absentes, qui deberent citari, & fuerunt cõtempti, propter omissam autem collationem absentiæ eorum, non videtur cassanda electio, cum pari ratione, de omnibus quæ circa electionem & electum aguntur, deberet habere parẽ tractatum, & hoc quia triginta erant canonici computato cum protestatione admisso, & absente qui debuit vocari 15. elegerunt Gui. & hic fuit à maiori parte capituli electus, sicut protestatione admissus iustè fuisset exclusus, & absens non debeat computari, & quia nec iustè fuit excluſus, & absens debuit computari, ideò non habuit maiorem partem.

† Protestationem) quòd eius vox valeret, quãtum de iure valere deberet, & tũc deberet valere vox, dũmodò sit in possessione, secùs si dixisset, valeat vox eius, si de iure interesse debet. sup. e. Cumana. (absentes) de hoc not. sup. eo. coram. (concilij) quia omissa collatione, & quia non habuit maiorem nec saniorem partem, & quia non fuit communis electio.

[a] *Res onerosa. & sic in præiudicialibus tacens nõ habetur pro cõsentiẽte. Adde Abba. in c. vestra. de lo. & Feli. in c. cùm oẽs. col. 6. post mediũ. sup. de cõsti. Abba. in c. ex parte Decani. col 3. & 4. sup de rescri. & adde no. in l. quàpatitur. ff. mãd. & Felin. in c. i. col. 1. sup. de maio. & obed. in c. cùm M. Ferra. col. 16. in princ. sup. de consti. & in c. nõnne. & ibi concor. inf. de præsum. & vide per nouis. Papiẽ. de hoc dicto in l. exigendi. C. de procura.*

[a] *Quia simul. Adde idẽ Innoc. in c. auditis. supr. eo. & Feli. & ibi allegat cõcor. in c. cùm omnes. col. 15. in princi. sup. de consti.*

CAPVT LVI.

MASSANA. (Per laicos) sup. eod. quisquis. vbi de hoc not. multòfortius quando ipsi solli prohibentur. sup. eo. quòd sic. vbi not.

CAPVT LVII.

1 *An valeat factum absente eo qui contempsit interesse termino ei statũto.*
Citatus ad testes recipiendos vel ad alium articulum spiritualem, licet sit contumax, nihilominus tamẽ postea ad articulos, vel ad sententiam vocandus est.
2 *Qui cùm assignatur terminus, præsens est: non debet postea vocari si se absentat.*
3 *Consensus contempti qui de iure vocandus erat, vbi & quando valeat.*
4 *Nunquid absentes qui vocari tenebantur, ratum habere debeãt si præsentes dignum elegerunt.*
5 *Ratum haberi potest etiam nõ suo nomine gestum: & vide etiam in nu. 6.*

7 *Quod capitulum facit à maiori parte fieri dicitur.*

8 *Quo casu liceat à nominati electione discedere.*

9 *An publicato scrutinio liceat cuipiam variare.*

10 *Quodammodo electio quæ cassatur vel nulla est iterum reuiuiscere valeat.*

11 *Quando possint electores compelli ad publicandam electionem.*

ECCLESIA VESTRA. (Interesse,) scilicet, termino statuendo, cùm licet canonicus noluerit interesse.

1 † Canonicus) nihilominus tamen vocari deberet postea ad electionem, dummodò nesciuerit terminum assignatum, fortè quia ante exiuit terram, quã termi nus statueretur, vel alia de causa, qui enim contempsit interesse statuendo in termino, quo ad termini assignationem, tenet illud, quod factũ est eo absente, sed electioni nõ interesse contempsit, cùm de ea tractatus nõ haberetur, & est hîc ar. quòd licet aliquis citetur ad testes recipiẽdos, vel alium articulum spiritualem, nihilominus postea ad illos articulos, vel ad sententiam vocandus est, licet primò contumax fuerit. arg. C. quomodo & quãdo iud. ea quæ.

Et hoc dicimus esse verum, nisi ideò recesserit a capitulo, vbi assignatur terminus, vt ignoraret diem electionis, & non notificaretur ei in illo capitulo, nã in hoc casu fingitur procurasse nescire, vnde debet sibi imputari. 37. dist. §. Veritaq; . si procurasset ne ad eũ peruenisset citatio. infr. vt lit. non conteſt. quoniam. secùs si pro alia necessitate sua recessisset etiam fraudulenter, non tamen in fraudem citationis. ff. ex qui. cau. in pos. ea. l. Fulcinius. §. quid sit. sed videtur, quòd etiam si recessit, ne diem sciret, tamẽ reuocari deberet, nã si primò fuerit malitia eius, vitando scire terminum, modò est malitia capituli, ąd non citat, & vltima malitia prępondерat. ff. de peri. & cõmo. rei ven. l. illud. sed non negamus malitiam siue negligentiam capituli, cùm certum sit de malitia absentis, quam semper durare præsumo, quousque veniat, sed si veniret, & nõ admitteretur, nisi priuaretur per sententiam, tũc esset malitia capituli vltima, & imputaretur. ca. etiam sic loquitur. ff. de peri. & cõmo. rei ven. illud. cùm enim certa sit malitia absentis in hoc articulo, scilicet, tvitandã electionis scientiam, non est locus coniecturis super malitia. ff. de re iudic. & contumacia. secùs si in vno articulo fuisset contumax, nihilominus in alio citaretur.

2 † De hoc autem scias, quia hi præsentes sunt, quando assignatur terminus alijs, non deberet postea vocari, si se absentauerit, quia si scit, certiorari non debet. ff. de acti. empti. & vendi. l. i. secùs est in illo, qui sciuit ecclesiam vacare, qui benè citandus est. supr. eod. cùm inter vniuersas. (absens existeret nõ vocato) & malè, licet enim contempserit capitulum in termini assignatione, non tamen consensit, quin vellet interesse electioni: vt nota. sup. eo. cùm nobis.

3 † Adiacere) & dicit malè, cõsensus enim contempti, qui de iure vocandus erat, etiam post scrutinium & post electionem valet in hoc, vt decætero non possit cassare electionem. supr. eod. quòd sicut. non autem in hoc, vt aliquod suffragium sibi auferat eius vox, cùm tantùm ex priori scrutinio fit procedendum, & ex votis in primo scrutinio habitis electio iudicetur canonica, vel non. Absurdum enim esset, si ex superuenientibus votis hoc penderet, cùm incontinenti facto scrutinio, & collatione debeat eligi ille, in quem omnis vel maior, vel sanior, etc. sup. eo. auditis. & c. quia propter. est præterea in electionibus tempus electionis spectandum, sup. eod. dudum.

Roborare tamen potest maiorem partem † si autem aperto scrutinio veniret, & contemptus peteret scrutinium de nouo fieri, exaudiendus est, cùm notorium iuris, quo est malè factum vel processum. argument. suprà. eod. cùm terra. ipsi autem per se, vel alius hîc petens, non sunt exaudiendi, perfecta autem electione, hoc non posset esse, contempto petente, cùm electio teneat ipso iure, licet possit cassari, vt notat. supr. eod. dudum. sed si scrutinio facto veniret aliquis, qui vocem haberet in electione, & tamen non fuit in eo loco, vnde vocandus esset, non crederem consensum huius aliquid afferre, cùm publicato legitimo scrutinio, procedendum sit ad electionem. infrà, eod. publicato. sup. eod. quia propter.

† Sed ad collationem admitteretur, & idem dicimus etiam si omnibus legitimè vocatis compromissum esset in aliquos ab his qui præsentes sunt, & postea veniret aliquis de canonicis absentibus, antequàm

antequam publicaretur electio, ille superueniens, nisi adhuc rem integram inuenerit, non poterit reuocare cõpromissum. argument. sup. eo. in causis. ar. 6. q. 1. factus.

4 † Sed nũquid si præsentes elegerunt dignum, absentes in locis, vnde vocari debẽt necesse debent habere ratum. ar. quod sic. quia vtiliter gestum est negotium eorum. ff. de nego. gest. Pomponius. & l. sed an vltro. Sed contra verum est, & hoc est ea ratione, quia nullus dari debet inuitus. 41. dist. & quia in electionibus vocari debent omnes qui volunt & possunt commodè interesse. sup. eod. quia propter. & quia non est absentis negotium, sed ecclesiæ.

5 † Item nota. quòd quis ratum habet etiam non suo nomine gestum, quòd etiam est in omnibus spiritualibus, 2. quæstio. 1. in primis. 9. quæstio. 3. Lugdunen. infrà. de iure pat. cura. aliàs fortè secùs. ff. de procurat. si seruus. (denique) hîc potest incipere responsio Papæ, vel est allegatio electorum magistri Ber. (Ad contemptum) imò plus dicimus † quòd etiam si præsentes aliqui non vocentur ad scrutinium, nihilominùs tenet electio. argument. hîc sufficit enim seruare formam, scilicet, quòd scrutinium fiat, sed ibi vota duarum partium de præsentibus, vel de his, qui vocari debent & interesse volunt, & scrutarentur non teneret. ff. quòd cuiusque vniuer. planè. & possunt variare illi, qui primò elegissent, & alium eligere, & sic intelligitur. 63. distinct. quanto. sicut enim ibi dicitur, quòd oportet duas partes esse præsentes, & sic oportet easdem duas partes scrutari. † Sed quid si omnes volunt ratam habere electionem à paucis factam, nunquid possunt vel ad minus canonicam? Respondeo, cùm forma sit de substantia & electio à paucioribus quàm à duabus partibus celebrata, vel aliàs minus canonica sit nulla, necesse est eos eligere de nouo. argumen. prædicti. c. quanto.

6 † Item hoc notat. quòd ille cuius nomine gestum non est ratum habet. Contra. ff. de precar. si seruus. sed dic, quòd ille qui consentit ratum habet nomine ecclesiæ, & pro ecclesia ratum habet, & ille qui eligit, & si non nomine contempti, tamen nomine ecclesiæ eligit, vnde hanc electionem, contemptus potest ratam habere ex quo nomine eius procurator, cuius fingitur facta est.

7 † Item no. quòd computandæ sunt duæ partes, ita quòd in parte absentium nõ cõputentur illi, qui vocari nõ debẽt, sed nec ex parte absentium videntur esse computandi illi, qui nolunt, & contemnunt esse in illo termino assignato, contumacia enim repræsentat absentes, nec malitia eorum debet eis prodesse. sup. de resc. ex tenore. nisi maior pars eorum, qui vocandi erant, & interesse volebãt ad electionem abessent, quia tunc minor pars procedere non posset ad electionem, & est ea ratio, quia sicut per capitulum præfixus est terminus electionis, ita per capitulum dicitur facere, quòd maior pars facit. ff. ad munici. quòd maior. si autem alius quàm capitulum vocaret ad electionem faciendam, qui de iure hoc facere posset, tunc fortè posset dici, quòd etiam si minor pars sit præsens, tamen proceditur ad electionem, & valebit quòd facient præsentes, sed nos hoc non credimus aliter, nisi sicut si vnus canonicos citasset, nec tamen negamus, quemlibet contemptum posse facere cassari electionem. sup. eo. quòd sicut. & not. in gloss. hîc posita quæ incipit & malè. Item hi dicuntur habere ratum quando electioni terminus præfixus est ante finem term ini à iure præfixi, aliàs enim secùs est, vt notat. sup. eod. cùm nobis. † Alia quæ ponuntur ibidem) quæ alias pœnas imponebant delinquentibus in electione.

Sed non semper electionem irritam nunciabant, si autem ex omni peccato in electione commisso, irritabitur electio ipso iure, iam omnes aliæ pœnæ & omnia iura in eis prodita euanescant, & paucæ electiones sine cassatione euaderent, vel hoc dicit, quia multa alia necessaria, vel vtilia sunt in electione, quæ tamen non sunt de forma, sicut est quòd eligatur de eadem ecclesia. 61. di. nullus. vel quòd sit sine crimine, qui eligitur. 25. dist. §. nunc autem. & c. vlti. vel quòd sit legitimè natus, vel sufficientis scientiæ. sup. eo. cùm in cunctis, & sic de alijs multis. Vno). C. de inof. test. si quãdo. vel is est sensus, si tu vis dicere, quòd vocare singulos est de forma, & per consequens reddat irritam electionem, & idem etiam dicas de singulis, quæ ponuntur in constitutione concilij, & eadem etiam ratione quòd nihil sit addendũ, & si contra fiat, ą electio sit nulla, certè ad hoc sequitur, ąd vix aliqua electio erit valida, qa vix est, qn aliquid addatur, vel detrahatur, & sic etiam per consequens frustrà laborauerunt, summi

ſummi Pontifices in iuribus faciendis, per quæ prouideretur eccleſijs, quòd ita difficile erit hanc conſtitutionem ſeruare cõcilij, quòd nũquàm aliqua electio erit valida, vel dic, q, iura quæ loquuntur de ratificatione abſentium vacuatione abutuntur, de quibus tamẽ non propriè dicitur, q, ſint multis vigilijs excogitata, quia pauca ſunt, & hæc eſt allegatio cardinalis, qui contentus erat caſſatione vtriuſque, cùm nollet dimittere cardinalatum propter epiſcopatum.

8 † Publicato variare) ſigillatim. ſupr. de poſtu. bo. me. vbi de hoc no. ſed nec etiã in omnibus in cõmuni variare licet, niſi notorii eſſet per ſententiam, vel rei euidentiam aliquem caſum, vel impedimentum ſubeſſe, quare nominatus eligi nõ poteſt. Nam in hoc caſu cùm poſt electionẽ publicatam liceret aliam facere: vt notat. ſup. e. cùm terra. & c. dudũ. multòmelius eſt. nõ publicare, ſed quid ſi non ſit nulla, ſed annullanda, puta, quia aliquis cõtemptus eſt, vel alia cauſa dicimus, quòd procedere debet ad electionem, & ad hoc cõpelli, & eſt ratio, quia neſcimus an ſuperior velit eam caſſare, an non. Itẽ neſcimus, an cõtemptus velit proſequi contemptũ, cùm non cogatur. ſup. eo. quòd ſicut. nec aliter debet caſſari, niſi per ſuperiorẽ, vel ad petitionem aduerſariorum, & non ad petitionem eligentium, ſed ad petitionẽ contempti poterit reincipi ſcrutinium, ſi non ſit proceſſum ad electionem publicandam, ſi autem aliquis diceret, quòd paratus eſt procedere ad probationẽ alicuius impedimenti contra electum, & ideò peteret non publicari electionem, & propter hoc etiam appellaret, non audiremus eum quouſq; ſcrutinium eius ſortiretur effectũ, ſcilicet, publicari electionem, vt hîc. arg. inf. de conceſ. præbẽ. poſt electionem. infr. de app. conſtitutus. niſi diceret incontinẽti paratas probationes, quia cũ tũc poſſit facere notoriũ per probationes, recipiendi ſunt, ne eccleſia grauetur laboribus & expenſis, nec vocatur nominatus in ſcrutinio ad has probationes, ſed in modum inquiſitionis procedetur, & tamen ſi non admittatur contradictio, vel appellatio illius, qui vult probare coram capitulo crimen contra nominatum in ſcrutinio, & non admittitur, tamen non caſſabitur electio ſequens, niſi probetur crimen. infrà, de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. ſuprà eodem, cum inter ca. & c. bonæ.

9 † Sed quid dices, nunquid cùm ſcrutinium publicatum non eſt, licitum eſt alicui variare? Reſpondeo ſic antequàm recedant de loco, vbi inquiruntur vota aliorum, ſed ſecùs, poſtquàm inde recedunt, cùm non ſit iam res integra, quia ceſſauerunt inquirere, & exiuerunt à loco inquirendi, & intrauerunt capitulum, vt illud aperiant. argument. ſupr. eod. in cauſis. ſed tunc dicunt quidam, quòd ſi capitulo toti, vel maiori parti placeret, quòd deſtrueretur illud ſcrutinium, poſſet etiam ſine aliqua cauſa, cùm capitulum illud quod fecit poſsit deſtruere, & cùm non ſit alicui factum præiudicium, nec etiam infamia aliqua oriatur nominato, cùm clauſa ſint vota. Sed alijs hoc non placet, imò dicunt, quòd cuilibet de capitulo licitum eſt ſuperiorem adire, & petere capitulum cogi ad publicationem ſcrutinij electionis, vt hîc. Sed hoc capitulum non facit ad rem, cùm loquatur publicato ſcrutinio & quæſtiones fiant, quando non publicato ſcrutinio & volunt reuocare: non tamen credimus, quòd aliquis de capitulo debeat audiri petens publicari electionem, niſi ſit maior pars. argum. hîc, ſed cum ſuperiore agat. Item quia debet eſſe communis electio. ſuprà, eod. in geneſi. † Item argum. à contrario ſenſu, quòd antè variare poſſunt, quòd eſt validiſsimum. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſd. l. 1. §. huius rei. inf. de præſump. nónne. argu. ſupr. de bo. col. nonnunquàm.

Et intellige quòd hîc dicitur, ſi ſcrutinium eſt legitimè factum, & ex votis exceptis apparet alicui nominato ius acquiſitum, ſi autem ſecùs eſſet, poſſet iterũ ad ſcrutininm, vel ad cõpromiſſum procedere. & de hoc not. ſup. eod. cùm terra. & c. dudum. in glo. hîc habes. quid enim ſi nullus habet maiorem partem, repetant ſcrutinium. ſup. eod. in geneſi. † ſed quid ſi publicato ſcrutinio electores peccent in communi electione, vel in collatione eã committendo, vel aliter, certum eſt, quòd hæc electio non valet. ſup. eod. quia propter.

Sed nunquid iterum debebunt eligere eundem, in quem conſenſerunt in ſcrutinio. Solut. dixerunt quidam cum vnus actus ſit electionis, licet habeat plures partes, ſcilicet, initium in ſcrutinio vel compromiſſo, & medium in collatione, finem in publicatione electionis, & in omnibus iſtis actibus nihil habeat

beat facere electus, ſed electores tantùm ipſorum peccatum ſufficit, vt caſſetur quicquid factum eſt, & etiam ſit præiudicium electo, ne decætero eligatur, quia cùm vnus ſit actus, qui in vno peccant, in toto peccare videntur. Alij tamen dicunt. ar. huius decre. quòd licet, quando poſt apertionem ſcrutinij peterent, vel in collatione, vel in communi electione caſſanda ſit electio, tamẽ remanebit electio ſaltem ius quæſitum ex votis publicatis, ſed contra, quia ex nominatione non quæritur ius. ſup. eod. quòd ſicut. in prin. 2. q. 6. nominationes. ſed ipſi dicunt illa locum habere, quando nominationes non fiunt ſolenniter & communiter & animo obligãdi ſe, quia tunc benè quæritur ius ex nominatione. ſup. de poſtu. bonæ. 1. ſup. e. cũ in iure. & hoc hîc expreſsè videtur dicere, ſed non ſic eſt, ſi poſt conſenſum compromiſſariorum faciant prouiſionem, quam non tenerent, quia tunc ex votis compromiſſariorum nullum ius quæritur, ſed ex compromiſsione tantùm, quia nec etiam cõpromiſſum eſt, niſi ſuper eo, quòd eum habeant pro prælato de quo prouidebitur.

10 † Sed cõtra, quomodo electio quæ caſſatur, vel nulla eſt iterum reuiuiſcet. Sol. hoc licet, quia non eſt nulla, niſi propter defectum ſolennitatis. Item contra quòd nominatus etiam à minori parte debet præferri, poſtquam in eodẽ contextu fiũt ambæ electiones. ſup. eo. congregato. Sol. illud habet locum, vbi ex prioribus votis, non eſt ius quæſitum electo à maiori parte, forte qui eſt criminoſus, licet occultus, vel quia alium defectum occultũ habet, vel quia peccatum fuit in ſcrutinio, & inde ex eo non eſt ius quæſitum. Item cõtra quomodo eligetur iterum cùm electores ſint priuati poteſtate eligendi. ſup. eod. qa propter. Sol. ipſi ijdem eligent, ſi non priuentur per ſententiam, vel ſi priuẽtur, ſuperior & maximè Papa, qui eligeret eis ſuſpenſis. infr. de conceſ. præb. quia diuerſi. eligeret eum, ſicut hoc ipſum fieret, ſi inter ſcrutinium & electionem electores morerentur, vel aliàs amitterent poteſtatem eligendi per excommunicationem, vel alio modo.

11 † Compellantur) incontinenti. ſ. antequàm diuertant ad alium actum, & ita nõ eſt contra. ſup. e. cùm poſt peti. vel poſſet dici, quòd poſſent compelli, quãdo malitioſè differunt publicare electionem, puta quia vellẽt ab electo extorquere promiſſiones, vel pecuniã, vel aliquid ſimile, non enim eſt malitijs hominũ indulgendũ. ff. de rei vend. l. in fundo. & fortè non peteret hic nominatus, cùm ſibi ex nominatione ius non acquiratur. ſup. eod. quòd ſicut. & ne notetur de ambitione. 1. q. 5. ſicut. C. de epi. ſi quãquàm. ſi aliqui de canonicis, vel dic, quòd etiam ſi publicatio in capitulo differatur per multos dies, nõ propter hoc eſt nulla electio. decret. autem. Reſpond. vt ibi. & hoc credimus melius (compellãt) contra. ſup. eo. cùm poſt petitam. vt ibi.

CAPVT LIX

SI ALICVIVS. (Illa vice) id eſt, in ea vocatione vnde ſi ad archiepiſcopum deuoluatur electio, nõ poteſt eum illa vice eligere, ſed alia vice poteſt. Epiſcopi) niſi fortè cum epiſcopo eſſet ſimonia perpetrata. 1. q. 5. præſentiũ. Contra. 1. q. 5. quicunq; ſolutio. ibi de ſciẽter ſimoniaco, vel ibi vocat beneficium dignitatem, cõmune autem credimus ambobus, quòd ſiue dignitatem, ſiue beneficium ſic obtineat ad eandem dignitatem, ſiue beneficium reaſſumi non poterit ſine diſpenſatione. inf. de renunc. poſt tranſla. §. rurſus. Alij tamen contra dicunt, & hoc innuit decret. quòd aliud ſit in beneficio, & aliud in dignitate, & quòd poteſt benè epiſcopus diſpenſare in beneficio nõ in dignitate.

CAPVT LX.

HIS QVIBVS. (Interdicitur) quia priuilegium habẽt aliqui, ne alij eligant, niſi eis requiſitis, ſicut plures reges, eccleſia Rauennas, quæ non eligit, niſi conſulto primò Papa, vel etiam per ſpeciale reſcriptum mandaretur aliquibus, quòd aliquo inconſulto non eligerent, Hæc enim impedimenta cùm ſint præter ius & quaſi incognita non præiudicant, ſicut ſi electores eſſent excommunicati, vel interdicti, vel longè remoti à loco, vbi celebrari debet electio. infrà de conceſ. præbend. quia diuer. ſecùs eſt in tempore, quòd expéditur in vocandis electoribus ad electionem, quia illud tempus benè præuidit conditor canonis, & per hoc & alijs impedimentis conſimilibus dedit eis terminum trium menſium.

CAPVT

CAPVT LXI.

1 *Electio redditur nulla tam ex parte electi quàm eligentium.*
2 *Appellans iustam suæ appellationis causam præfigere debet.*
3 *Quo casu simul agi possit causa principalis & appellationis coram diuersis iudicibus.*
4 *Nunquid hi qui se opposuerunt: sed tamen non appellauerunt debeant venire & appellationem prosequi.*
5 *An possit aliquis cuius interest præter appellantem assistere appellantibus.*
6 *Electi petitio admitti non debet, nisi vocatis his quos res tangit.*
7 *Principales personæ & capituli procuratores instructi debent accedere ad superiorem.*
8 *Qui terminus detur appellanti ad iter arripiendum.*
9 *Nunquid possit appellans vltra terminum sibi à iure præfixum: appellationem prosequi.*
10 *An testes ante lit. contest. recepti legitimè recepti sunt.*
11 *Hæc clausula, sicut de iure procedendum fuerit procedatur, quomodo intelligenda.*
12 *An ad cassationem sufficiat vt vnum solum de multis obiectis probetur.*

STATVIMVS. (Prouisionem) ante confirmationem, post confirmationem autem non habet locum hæc constitutio, nisi fortè simul fieret prouisio & confirmatio, nam tunc credimus quòd hæc constitutio locum habet. inf. de causa pos. & propri. cùm olim. vbi no. (Impugnat) si autẽ nullus se opposuit electioni, tunc superior ad quem pertinet confirmatio sine vllius temporis expectatione inquiret de forma electionis & meritis electi. supr. eod. nihil. nec est necesse, aliquem citari, vel publicè ædictum proponi, vnde credimus, quòd etiam si hanc ipsam inquisitionẽ omitteret, de qua dictũ est, scilicet, de forma electionis & meritis electi, nihilominus teneret cõfirmatio, eo saluo, quòd si per errorẽ aliquid fieret procederetur, sicut nota. infr. de causa pos. cùm olim. & idẽ dicimus in consecratione & ordinatione, quod est necesse aliquem vocari, sed solenniter fieri. 67. di. reliqui (in persona) † electa vel eligentium, cùm vtraq; reddat electionem nullã. supr. de consue. cũ dilecti. hoc non placet quãtum ad eos, qui obijciunt in personis eligentium, cum hoc singulariter loquatur, scilicet, in personam: nec est bona ratio, vitium eligẽtium reddit electionem nullam, ergò pœnam pati debent huius constitutionis, nam & cùm peccatum est in forma, nulla est electio. sup. e. qa propter. & tamen qui obijcit in formã, non patitur pœnam vltimæ partis huiusmodi constitutionis, sed licet nõ teneatur pœna huiusmodi constitutionis, tenetur tamẽ ire, vt agat causam appellatiõis, & potest hæc obiectio melius dici contra formã q̃ personã, & propter hoc benè dicit ꝓpter hoc
2 † iustã enim causam suæ appellationis ꝓfigere debet appellans, alioquin nullũ processum siue electorũ, siue confirmatorum impediet appellatio, nisi fortè esset de electiõe episcoporũ, & magnarũ abbatiarũ, sicut est hodie expeditũ per cõstitutionẽ Alex. 4. de app. dilectus. quia tũc etiã sine assignatione causæ valet appellatio, & sic intelligunt quidã finẽ decr. inf. de app. vt debitus. & solã causam expressam prosequi poterit. inf. de app. dilecto. f. g. & c. cordi. Item videtur, quòd hæc appellatio & ius huiusmodi decr. habet locũ in iudicio, & extra iudicium, & est hoc spirituale in casibus, vnde ait hæc decr. q. ap. obtinet vim citationis termini, sicut expressè dicit hęc decre. etiam in appellationibus, quę fiunt extra iudicium, quod aliàs secùs est: vt no. inf. de app. cùm sit. post talẽ aũt appellationem non debet dimittere electores, qn ad electionem procedant, nec prætextu appellationis cassãbitur, quòd postea factum erit, nisi aliàs vera sit causa appellationis. sup. eod. cùm inter ca. sed confirmatores & etiã quicunq; alij, ꝓcedere nõ debent, ratio diuersitatis, qa causa appellationis deuoluta est ad iudicem appellationis, sed non electi, iudex autem appell. elapsis terminis, hîc statutis, hoc modo procedet, si alterutra partiũ fuerit absens, nam si fuerit absens appellans, & examinata electione confirmabit, vel infirmabit, vel remittet electum ad suum ordinarium, appellanti imponet pœnam huiusmodi constitutionis, si verò appellatus fuerit absens, tunc si appellatum est extra iudicium, inquiret de appellante, an sua interfit appellare. 2. q. 6. non solent. & si inuenit q̃d sua interfit, quæret an ex iusta causa appellauerit, & nõ de veritate causæ, quam si inuenerit iustã cassabit, quicquid factum est per quoscunque in præiudicium huius appellantis. inf. de appellat. si duobus.

Nec ob. decr. inf. de ap. interposita, quę dicit quòd non reuocatur, quod fit à iudice à quo appellatũ est, nisi probet veritatẽ causæ, vel nisi offerat se probaturum causas, ex quibus appellat, quia ibi loquitur, quando

quando dubium est, an reuocari debeat iurisdictio à iudice, à quo appellatur, an non, quia si inueniatur quòd causa appellationis non sit vera, remittitur ad priorem iudicem, at hîc certum est, quòd ab eo ad quem appellatum est nec de iure, nunquam causa remittetur ad priorem iudicem, & sic cùm plures essent appellãtes, vnus appellauit ad ꝓximũ ordinariũ, alius ad Papam, nihil valet quòd fit ab inferiori ordinario. infr. de app. si duobus. si autẽ in iudicio appelletur, benè habet locum decre. præalle. interposita. Hoc non placet, imò idem dicimus in appellationibus emissis in electionibus, & in alijs appellationibus emissis extra aliàs iudicium de quibus nota. inf. de his quæ fi. à ma. par. cap. c. 1. vel etiam in iudicio, de quibus no. inf. de ap. Romana. §. causa autem. in glo. quæ incipit, si verò iudex. quæ dicimus enim quòd nisi subsit veritas causæ appellationis, tenebit processus habitus ab ordinario, sed si vera est, & iusta causa appellationis non tenebit, quòd fit ab electoribus, nec quòd fit ab ordinario, sed tenebit quòd fit à iudice appellationis.

Caueat ergò appellans, ne coram iudice appellationis petat infirmari electionẽ factam ab appellatis, quia tunc contingeret eandem causam agi coram duobus, scilicet, causam cõfirmationis coram ordinario, & causam infirmationis corã iudice appellationis, quod esset iniquũ, sed debet petere suam appellationem pronũciari legitimam, & cassari quicquid factũ est post suam appellationem, & per hoc obtinebit quod cassabitur sentẽtia, & totus processus habitus coram ordinario.

3 † Sed oppones, quomodo simul agetur causa principalis & appellationis coram diuersis iudicibus? Respon. benè propter ignorantiam, quæ est an vera sit causa appe. vel nõ, sed cùm postea apparuerit causam veram esse appellationis, patebit processum iudicis ordinarij iniquum, & si apparuerit causam esse falsam appellationis approbabitur sententia ordinarij, sed quid si corã ordinario probetur falsa causa app. & coram iudicibus appellationis, probabitur vera. VERBI GRATIA: appellatum est, ne eli datur Petrus, quia occidit talem tali die, & postea coram ordinario probatum est indirectè, quòd non fecit illud homicidium, coram iudice autem appellationis probatum est, quòd fecit. Respondeo, stabitur sententiæ, & probationibus habitis coram iudice appellationis, nec obest ei probatio vel processus habitus coram ordinario, nec etiam sentẽtia ab eo lata, cùm ille processus, vel sententia non fuerit habitus inter appellantem & appellatos, quia appellans nunquã debet corã ordinario litigare, quia sic suæ appellationi renunciaret. inf. de app. solicit. inf. de offi. dele. gratum. & relatũ, sed processus appellationis verè est inter appellantem & appellatos, quia aliàs nõ valeret processus habitus coram iudice appellationis, nisi habitus esset partibus præsentibus, vel per cõtumaciam absentibus.

† appellatus autem potest causam principalẽ prosequi coram iudice à quo appellatum est, si appellatio non fuit legitima, & potest etiam prosequi causam appellationis coram iudice app. cùm corã vtroq; asserat appellationem non valere, & ideò coram vno agendo, non videtur renunciasse iurisdictioni alterius, si autem iudex app. pro appellato ferat sententiam, scilicet, quòd non valuit appellatio, nec iudex à quo appellatum est ferat sententiam in causa principali pro appellante, licet absente & contumace, quia verè apparet eũ contumacem fuisse ex quo iudicatum est eum iniustè appellasse, tenebit vtraque sententia, quia si benè inspexeris concordat. † Appellari) idem est & si alio modo, quàm per appellationem negotium electionis ad proximum superiorem deferatur, & coram ipso aliquid obijciatur contra formam vel personã, sed hoc ideò dicit, quia quasi semper per appellationem huiusmodi negotia electionum ad sedem apostolicam deferuntur, vel ideò, quia si Papa nõ sit proximus superior, & vna pars vadit ad proximum superiorem, alia ad Papam, tunc ille prælatus procedit in causa, qui prius citauerit. inf. de app. vt debitus. hoc non placet.

4 † Tãtis) isigitur qui se opposuit, & q appellauit venire, debet vel mittere, vel ꝓsequi appellationẽ: alioquin patitur pœna, quæ infrà sequitur, sed nunquid alij, qui se opposuerunt, sed non appellauerunt venire debent? Respon. illi soli venire tenentur, vel mittere, qui appellauerũt, vel quorũ nomine appellatũ est, vel qui appellationẽ alijs interpositã expressè ratam habuerunt, & si non venerint punientur, vt hîc: alij verò qui se duntaxat opponũt, nõ tamẽ appellant, nec appellationẽ ab alijs interpositã ratã habent, non tenentur venire vèl mittere, sed eorum oppositio vel absentia processui non obstabit, videntur

autē nolle agere, & quodāmodò ei q; factū est consentire, vt ff. de appel. l. scio. tunc enim appellandū est, cū ordo decretū electionis interponit: vt ff. quando appell. sit. l. 1. §. solēt. Sed fateor, q; appellatū ꝓsecutio & victoria non appellantibus, vel appellantibus, sed non prosequentibus prodest, vt C. si vnus ex plu. ap. l. 1. & 2. & infr. de appellat. vna.

☞ † Sed qd si is, q ꝓsequitur, vt ꝓsequatur ex fide, sed cū aduersario colludat nunqd alius, qui appellauit, & nō ꝓsequitur, vel q se opposuit, sed nō appellauit, causæ ꝓsecutionem assūmere potest inuito eo, q ficte prosequitur, puto q; sic, vt ff. de appella. l. ab executione. §. alio cōdēnato. (interest)

5 † aliæ personæ quarum interest præter appellantē possunt assistere appellantibus, & etiā per se si innuerit appellatos procedere in causa ꝓuisionis, quia curia cōmunē forū est, sed nō poterit ad eorū petitionē ꝓcedi cōtra appellatos absentes, secūdum tenorē huius cōstitutionis, sed si aliquis appellasset cōtra electionē alicuius, qa esset facta eo contempto, vel quia esset facta in eius præiudiciū, cū priùs esset canonicè electus, & in alijs consimilibus casibus, satis videtur, quòd & capitulū, & q-libet alius debet cōparere sine alia citatione, vt super prædictis dicat, quicquid dicere potest, & si non compareat, decætero nō admittetur ad dicēdū aliquid de his super quibus appellatum est, puta q; ille, qui appellauit habuit ius, vel quòd appellatio est iusta, sed si ex alia causa q; ex qua appellatum est, velit ipse appellator, vel etiam alius dicere electionē non tenere, vel cassandam esse, benè audiretur, nec imputatur ei, si super his non compareat. argum. ff. de insti. actī. habeat. inf. de appe. constitutus. & c. dilecto.

6 † Itē si electus vellet dare petitionē suā, peto electionē meam cōfirmari sine alia adiectione, nō debet admitti talis petitio, nisi vocatis omnibus, quos res tāgit, si fiat non præiudicet eis. ff. de mi. etiā. §. fi. licet dicamus benè valere cōfirmationē, si electio est canonica, etiā si nullus citetur, vt not. supr. eo. cū dilec. itē ille idem, qui appellauit ex alia causa, potest dicere contra electionē, sed si det petitionē talē, peto tali appellanti imponi silentium super contradictione sua, ex ea causa, ex qua appellauit, benè auditur, si aūt non arripuit iter intra mēsem, vel si nō expectauerit per 20. dies, non habet locum processus huius constitutionis.

7 † Instructos) instructi debent venire & principales personæ, & capituli procuratores cū decreto, & cum omnibus instrumentis factis de electione, & sup contingentibus, & sup appellatione, & super eo, q; immiscuit se administrationi, & consimilibus. itē debet portare instrumēta sup his, q̄ vult ꝓbare sine alterius obiectione, sed si ad obiectionē aduersæ partis expediat eum habere aliqua instrumenta, quæ secū nō habet, ad hoc dabitur sibi dilatio. C. de tēp. in integ. rest. petendū. 1. Respon. testes aūt secum ducere nō tenetur, sed & sup instrumentis, si qua iusta causa mouerit iudicem, iterū dabit dilationem. ff. de eden. si quis ex argen. §. fi. & l. seq.

☞ † A die obiectionis) hæc obiectio fit extra iudiciū, q; ex eo apparet, quia corā nullo iudice agebatur, itē potest habere locū hæc decr. in appellatione, vel cōtradictione, q̄ fit ante electionē. VERBI GRATIA: appello ne eligatis talem, q; est morbosus. sup. e. cū inter dilectos. vel ne eligatis sine me, q; debeo interesse electioni huius, sed si electione facta, dixit: domine ego appello ne vos ꝓ electo geratis, quia electio vestra nō valet, ꝓpter talē defectū formę vel personæ, & hæc appellatio secundum formam nō potest habere locū in exēptis, in non exēptis aūt benè posset hæc appellatio habere locū, etiā in iudicio, vt puta si electus peteret confirmationem, à suo ordinario, & tunc aliquis obijceret, quicquā in formam vel personā, & propter hoc ante sententiam, vel pòst appellaret, locum haberet decre. & tunc debet arripere iter intra 20. dies computandos à die obiectionis finitæ per appellationem, vel alio modo finitæ corā iudice, corā quo proposita fuit. Et videtur q; hæc obiectio possit fieri non solùm ab eis, qui vocem habēt in electione, sed etiam ab omnibus qui possunt prædicta obijcere, vel contra electum excipere, de quibus not. inf. de accu. sup his. sed si facta communiter & concorditer electiōe postea aliquis appellet, nihilominus sit electus, non obstante eius appellatione, vel contradictione administrabit. arg. sup. eo. nisi. in §. fin.

8 † Iter) hîc datur terminus ad iter arripiendum. & inf. de senten. & re iud. cùm causam. alibi ad iudicē adeundū: vt inf. de appel. personas. alibi ad prosequēdum. vt inf. de app. cùm sit Romana, ex ratione. c. sæpè cōtingit. & c. oblatæ. ali. ibi ad prosecutionē perficiendam. & in Authē. de his qui ingre. ad appel. §. sancimus, C. de app. in Au-

then. ei qui appellat. 2. q. 6. si quis appellat, nisi per iudicem steterit: vt C. de temp. appella. l. cum anterioribus, §. illud. etiam quo casu, vel appellanti restitutio indulgetur: vt. ff. ex quib. cau. l. sed & si per prætorem. vel tempus ipso iure non cedit: vt in Authent. vt spon. lar. §. hoc quoq;. & maximè si appelletur ad summum Pontificem, vel ad principem, in quo casu locum habet, quòd legitur. 2. q. 6. anteriorū. §. ad hoc. in Authent. de appel. & infr. quæ tempora. §. ad hoc sancimus. sin autē non arripuerit iter intra mensem, vel si nō expectauerit per 20. dies, non habet locum processus huius constitutionis. Item videtur, quòd debet habere locum, quantum ad hoc quòd veniat instructus, vbicunque à iudice præfigitur terminus ad prosequendum negotium prouisionis, etiam si alterutra partium hoc non petat propter periculum moræ. inf. de appellat. oblatæ. &c. cordi. Alij aliter dicunt, quòd non inuenitur expressè cautum.

9 † Intra mensem) quidam dicunt, quòd vltra terminum istum non potest prosequi appellationem. inf. de appella. personas. licet aliàs non prosequēdo appellationem possit & in formam & personā dicere, quòd vult. inf. de appel. constitutus. & vltra habet terminum. Alij dicunt, & vt videtur melius, quòd etiam vltra terminū prosequi potest appellationem, dummodò sit res integra, quia iste terminus non præfigitur appellationi tātùm, sed appellationi & negotij principalis prosecutioni, licet modica, vel nulla differentia sit, siue prosequēdo appellationem, siue alio modo opponat se electioni.

☞ † Intra mensem) iste mensis computatur à die appellationis publicè emissæ, etiā ignorantibus appellationem emissam, q; ex eo apparet, quia Papa voluit prouidere contra vacationem ecclesiarū, credimus tamen, quòd si diceretur electio nulla vel irritanda propter indignitatem personæ electæ, quòd non præiudicaret personæ electæ, quin adhuc eligi posset.

Nec ob. sup. eo. super eo. quia ibi loquitur quando ipsemet tractauit causam suæ electionis, vel quando sciuit ab alijs tractari, quamuis melius videretur dici, quòd scientia sola sibi obesse nō debet, sicut nec testi. inf. de ordi. cog. cum dilec. Item hæc decre. habet locū, vbi quis publicè appellat contra electionem, sed si non esset appellatum, sed aliàs aliquis iret ad superiorem propositurus aliquid cōtra electionē, expectari debet aduersarius, contra quem agitur per sex menses, & etiam amplius ex iusta causa, puta si esset vltra mare, vel etiā minus longè, & sic loquitur. inf. vt lit. non cōtest. quoniam. §. quòd si forsitan. & hoc plus placet, quàm quod continetur in gl. quæ incipit, idem est & si. & tamen non multum contradicunt. Ad hanc materiā vide. c. causam, de elect.

10 † Absentia) & si processum fuerit ad alia quod de illis, ad quod non proceditur nisi lite cōtestata, puta ad receptionem testiū, vel huiusmodi, si postea veniat & petat libellum, vel fieri litis contestationem, non est audiendus, quia eius cōtumacia fecit, vt lis habeatur pro contestata, & si cōtrariū diceret, sequeretur absurditas, q; testes recepti non valerent antequam ante litis contest. recepti. quòd esset absurdum cū legitimè sint recepti authoritate huius

☞ decre. † Item nō est cogēdus probare mādatum procuratoris, si per procuratorem egit, & dicatur non tenere quòd factū est, quia non erat procurator ratione prædicta. ff. de procu. Pomponius. §. rati. sed dicunt quidā, & est securum, quòd dicūt, q; licet de his qui egit in absentia partis, non est cogendus probare mandatum: tamen vlteriùs iudex non admittet eum agentē procuratorio nomine, nisi probatum mādet: tamen cū hoc videatur esse de æquitate non scripta tantùm. argu. prædictæ. l. Pompon. satis videtur, quòd si in remotis partibus ageretur causa, nec de facili posset probari ꝓcuratio, quæ fortè amissa est, quod & tunc non probata procuratione procederet iudex vsque ad finem causæ, & idem dicimus, si peteret aduersarius de nouo veniens rescriptum commissionis, contumacia enim sua facit, quòd vlteriùs nō potest declinare eius iurisdictionem, sicut & præsentia hoc faceret, & proponere negligeret: vt no. inf. de re iu.

☞ † Et hæc vera sunt, vbi petit copiam rescripti ad declinandum iurisdictionē iudicis, sed si peteret, vt videret, an per commissionem sibi factam posset cognoscere de his, de quibus vult cognoscere, tunc benè esset ei facienda copia rescripti, si illud amisisset. ff. de edend. si vnus. §. fi. & l. seq. sed licet prædicta probare nō cogatur, tenetur tamen probare exhibitionem eorū per acta. inf. de proba. quoniam. vbi nota.

☞ † Per 20. dies) intra hoc tēpus petet suam electionem confirmari, & electionem aduersarij infirmari, dummodò eodem tempore factæ sint ambæ electiones, quia si di-

uersis temporibus factæ sint transacto tẽpore huius primæ electionis, poterit petere suã electionem cõfirmari, & super cõfirmatione, vel contra poterit sententia ferri, sed non poterit petere electionẽ post factam infirmari, nisi transacto tempore huius constitutionis à die secundæ electionis, & hoc satis probat litera præsens, & præiudicabit sententia prædicta secundo electo, nisi postquàm sciuerit sententiã primo electo latam, appellet intra decem dies, & nisi intra tempus huius constitutionis prosequatur. inf. de re iudi. cũ super. (Absentia) quandoq; contingeret siue ab initio, quia non venit siue ex postfacto, scilicet, quia venit ac contumaciter recessit. infr. de eo qui mit. in pos. c. 1. infr. vt lit. non conte. quoniam. §. porrò. & §. quòd si forsitan.

11 †Absentia) benè dicit, sicut de iure procedendum fuerit procedatur, de iure autem sic procedendum est, quia si appellatus fuerit ꝑsens, in optione eius erit, quòd cognitio appellationis præcedat cognitionẽ electionis, an omissa causa appellationis, procedatur tantùm in causa electionis, nam hîc idem est in alijs causis, vt not. infr. de app. cordi, sed hoc est speciale in causa electionis, quia etiã si non sit terminus assignatus ab homine, nec fit delatũ appellationi, tamen literæ impetratæ ab appellante intra terminũ huius decre. nõ valent, & talibus literis non obstantibus, nec obstante etiam absentia appellantis, ꝓceditur in curia Papæ, vt hîc. Si verò appellans tantùm & non appellatus fuerit præsens, non poterit procedi in curia, nisi priùs cognoscatur de causa appellationis, quæ si probata fuerit iusta, proceditur in curia in negotio electionis, & si appellatio apparuerit iniusta, remittitur ad iudicem à quo appellatum est. inf. de app. cùm speciali. in fi. & hoc obtinet quando appellatur in iudicio, quia si extra iudicium appelletur, semper alterius partis absentia non obstante proceditur in curia.

12 †Defecerit eius) dicunt quidam, quòd si plura obiecit, licet plura probauerit, si in vno solo obiectorum defecit, sufficit ad hoc, vt hæc pœna sibi imponatur. arg. sup. de rescrip. cùm à Deo. & alij dicũt, & fortè melius, quòd sufficit vt vnum solùm de multis obiectis probet, quòd sufficit ad cassationem, & hoc ea ratione, quia cùm hanc pœnam patiatur excipiẽs præter ius commune. infr. de accus. super his. in odium illorum, qui impediunt ordinationem ecclesiarum, & ex hoc, quòd vnum de multis probauerit, patet quòd non habuit hanc fraudẽ, nec est hæc pœna astringendus maximè, quia pœnę sunt mitigandæ. de pœ. dist. 1. benè. & habet locum hæc pœna siue obijciat crima, siue defectus, siue irregularitates. decre. enim generaliter loquitur. †Item non admittitur procurator super criminibus, nisi hoc expressè contineatur in procuratione, sed & benè admittitur etiam si ibi non exprimantur crima.

CAPVT LXI.

1 *An votum conditionale sit validum vel non.*

IN ELECTIONIBVS. (Oritur) id est, legitimè factis quasi dicat, si aliàs scrutinia essent malè facta, non recideret ius eligẽdi in alios (cõditionalia) puta consentio in A. si est legitimè natus, vel si nouit iura & huiusmodi, vel eligo si habet maiorem numerum (alternatiua) puta eligo A. vel B. vel sic eligo A. & si. 10. voluerit B. (& incerta) puta eligo illũ, in quo maior pars consentiet, vel eligo eum, in quem consentiet decanus.

In alios) hoc intelligitur, quando in eodem contextu fiũt duæ electiones, vna ab illis, qui huius vota etiam probata emittunt, & aliam ab illis qui bona vota emittũt, si enim omnes huius mala vota emitterent, vel etiam maior pars, sed minor pars neminem eligeret in eodẽ contextu, tũc in reliquis reddit eorum vox, imò plus dicimus, quòd si ipsi ijdem eligent, antequàm priuarentur potestate eligendi, tenet eorum electio, nisi hoc facerent suspicione pœnæ. arg. ff. de dona. post contractum. de hoc in simili casu not. supr. eod. quia propter. in gloss. hoc dixerunt.

1 †Item hæc decre. loquitur quando vota eligentium sunt cõditionalia, sed si electi votum est conditionale, puta consentio electioni, si Papa dispẽsauerit mecum, vel si tali placuerit, talis consensus nullus est, cùm electiones purum consensum requirant, sicut ipsi in eum purè consentire tenentur, & electus non purè, sed conditionaliter consentiat, vnde statim eligere possunt, nisi fortè ex gratia ei velint dare aliquem modicum terminum, imò plus videtur quòd si electores tunc consentiant electo, scilicet, qui sub conditione cõsentiat electioni, tũc & eorum

eorum vota similiter cõditionalia reprobata sunt, vnde ex illis votis non debet effectum sortiri facta electione, nisi fiat de nouo.

Et hæc vera videntur, etiam si sub conditione talis electus recipiatur ad osculũ pacis, etiam si recipiat obedientiam à subditis, vel stallum in choro, vel aliàs administraret, cùm hæc & similia traditio dominij & possessionis benè possent fieri sub conditione. ff. de acquir. pos. l. qui absen. ff. de iure dot. in dotis fruct. §. fi. ff. de donat. l. 2. §. si pec. Sed dices nónne in his cõtradicit protestatio, vel conditio eius facto, quia protestatur se non recipere ecclesiam, nisi sub conditione, & tamen facit ea, quæ prælati vel electi sunt. infrà, de appel. solicitudinem. Sol. hîc non contradicit protestatio facto, puta benè sic de concordantia possunt recipere aliquem ad osculum pro prælato, & quòd prælatus recipiat obedientiam à subditis, & administret etiam ius prælaturæ, & nó esse prælatum, postquàm placet partibus, imò idẽ est, & si non consentiant ambæ partes: sed vna tantùm dicit, & tunc illi qui eum recipiunt ad osculum, non tenentur eum habere pro prælato, nec illi qui promiserunt obedientiam tenentur, nisi conditio extiterit, nec ea quæ gessit, quasi gesta à prælato. arg. eius quòd dicitur de hærede, qui aliqua gerit protestans, quòd non gerit pro hærede. ff. de acquir. hære. pro hærede. nec contradicit. inf. de appel. solicitudinem. quia illa duo de quibus loquitur ei simul concurrere non possunt, scilicet, petere absolutionem vel excommunicationem, & non renunciare appellationi quam inde emisit.

TITVLVS VII.

DE TRANSLATIONE PRAELATORVM.

CAPVT I.

1 *Ecclesia Romana cæteris omnibus prælata est à Deo.*

2 *Papa dicitur imperium habere à Deo, Imperator autem à populo.*

1 CVM EX ILLO PRIVIL. †Tu es petrus, etc. vsque, tibi dabo claues regni cœlorum, quo priuilegio Romanam ecclesiam cunctis ecclesijs prætulit, & ei ligandi atque soluendi potestatem contulit. 21. dist. in nouo. & c. quamuis. q. d. propter illud speciale priuilegium potestatem habet condendi canones, per quos maiores ecclesiæ causæ referantur ad eum.

2 †Dominus noster) Imperator autem habet à populo Romano. insti. de iure nat. §. sed qui. arg. contra. C. quomodo opor. epi. in prin. col. 1. (canonica) 12. di. præceptis (translationes) 7. q. 1. mutationes. & c. omnis qui. & c. & temporis qualitas. infr. e. inter corporalia (archiepiscopum) futurum vel animi destinatione (licuit) quantum licuit habes sup. de elect. trãsmissam. & c. quòd sicut.

CAPVT II.

1 *Spirituale coniugium non humana, sed diuina potestate dissoluitur.*

2 *De matrimonio carnali ad spirituale valet argum. vt hîc.*

INTER CORPORALIA. (Destruuntur) sic in peculio. ff. de pecu. nõ statim & in possessione. ff. de acqui. pos. possideri. §. in admittenda. (destruantur) quo ad exteriorem destructionem, quę fit per depositionẽ, cessionem, & similia, aliàs per peccatum facilè destruuntur virtutes. 40. dist. sicut. 32. q. 1. cùm renunciatur (solus) 15. q. 7. episcopus solus (à Metropolitanis) 63. distinct. c. 1. 2. & 3. (condemnari) 3. q. 6. quamuis dudum (fortius) id est, dignius, nam aliàs cum maiori difficultate separatur carnale matrimonium. 22. q. 7. c. 1. infr. de iureiur. quemadmodum. nisi in hoc casu, infrà, de conuer. coniug. ex publico. quasi spirituale quòd separatur per depositionem, cessionem, & alijs modis, vt hîc, & superiori. c. (suo) id est, suis constitutionibus, vel vicarij sui (præcipiens.) 33. q. 2. quos. & c. antiqui.

1 †Separet (sua authoritate, non autem separat homo carnale matrimonium, cũ episcopus, vel etiã archidiaconus per constitutiones Papæ dissoluit, sed ipse Deus cuius authoritate factæ sunt (remouetur) cùm sit iusta ex causa. 24. q. 3. si quis nõ retè. 1. q. 7. necesse. & c. seq. (tua) scilicet, translatio, cessio, depositio (cõstitutione) id est, potestatem dissoluẽdi matrimonia, non habet ex authoritate terrena, sed diuina. (derelinquere) 7. q. 1. mutationes. infrà, de reg. & transl. licet (cõfirmationem) post consensum autem suum, ante cõfirmationem posset, cùm habeat tenue ius.

inf. de accu. ſuper his. ſup. de elec. cum inter ea. (eligẽtium) & mediantibus electoribus inter electũ, & eccleſiã, ſiue populũ ſibi ſubditum (contractum) conſummata tamen conſecratione. inf. eo. licet. (nihil) quo ad veritatẽ matrimonij. † Cùm quis) non probat hoc eſſe, quòd ob hoc cõtigit abeſſe. C. de proba. neq; not. inf. de reſtit. ſpo. cùm ad ſedem. inf. de teſt. cùm tu fil. 38. diſt. quæ ipſis.

2 † Item, id eſt, ſicut matrimonium carnale non poteſt diſſolui, niſi authoritate Dei, vel Vicarij eius, id eſt, per cõſtitutiones ab eo factas, & in caſibus ab eo conceſsis, ſic non poteſt matrimonium ſpirituale ſeparari, niſi authoritate Papæ, & in caſibus in conſtitutionibus eccleſiæ contentis, vel Papæ (de illo) inf. de ordi. ab epiſcopo, quę re. epiſcopatui. e. 1. (electorum) & ita quòd ſtatutum erat in epiſcopis, extenditur ad electos confirmatos, ſic. ff. de iure do. ſi ſponſam. C. qui po. in pig. l. fin. ff. de fun. do. lex Iul. inf. de iureiur. quemadmo. (in canone) c. di. quoniam (quo ad quædam) ea, ſcilicet, quæ myſterium conſecrationis deſiderant. ſup. de elec. tranſmiſſam. (inutilem) de pœ. di. id eſt, ſcindite. ff. quòd cuiuſ. vni. l. 1. §. pe. ff. qui ſatiſ. cog. quoties. 12. q. 2. non liceat. (ad pœnã.) ff. de excep. rei iu. euidẽter. ff. de interdic. & rele. l. relegatorũ. §. vlti. & l. ſeq. (& de tranſlatione) inf. de deci. ad audientiam. inf. e. licet: (prohibitum) inf. eo. licet. ar. ff. de verb. obli. quiſquis. ff. de arb. ſed cùm dies. §. planè. inf. de arbi. cum dilecta. inf. de deci. ad audientiam. inf. eo. licet. inf. de priui. ſanè. & c. parentibus. ar. contra. inf. de cauſa poſ. cum eccleſia. ff. de iudi. ſolemus. ff. de po. Lucius. ſupr. de reſcri. cũ adeò. & c. cauſam. inf. de offi. dele. præterea. inf. de ſen. excõ. nuper. (maiores) 40. diſt. homo Chriſtianus. ff. de re mili. omne. §. q manet. (conſenſu). 42. diſt. quãto. ſup. de elec. cum inter dile. (perdurãte) fortè nõ peccauerant poſtulãtes in recipiẽdo epiſcopum. & ideò ſeruatur eius conſenſus, aliàs autẽ ſecùs, vt inf. c. proxi. vel dic hoc ſeruari eis de gratia.

CAPVT III.

VANTO. (Quos Deus. 32. q. 2. quos Deus. (retinuit) ſuprà, e. c. 1. & 2. (cui) 25. q. 1. cõtra ſtatuta. 11. diſt. eccleſiaſticarũ (tranſeat) 33. q. 4. eſt iniuſta (præcipimus) † no. ſententiã ferri in notorio non citata parte. de hoc not. inf. de coha. cle. & mulie. (illicitè) conſentiendo eum habere epiſcopum, & recipiendo ſine authoritate ſummi Pontificis. vt ſup eo. proxi. (ſuſpendimus) id eſt, ſuſpẽſos denũciamus. ar. ſup. de elec. bonæ me. Magun. melius placet q; per ſententiã ſuſpendatur. (non debebit. 21. q. 1. clericus. (nec illis) 7. q. 1. ſi qs epiſcopus. & eſt verũ q; dicit hæc decr. & illud. c. quãdo ſine authoritate ſupioris trãſit cauſa illius, cuius erat prima eccleſia q; ſua authoritate dimittere non poteſt. 7. q. 1. non oportet. c. ſi qui verò. quam etiam illius cuius eccleſia ad quam tranſit, quam occupare non poteſt ſua authoritate. ſup. de elect. qualiter & hic. (ſpreuit) dixerunt quidam. argument. huius decret. quòd quia conſentit electioni à modo ad aliam eccleſiam ſine authoritate Papæ tranſire non poteſt. argum. ſup. de electi. cùm inter. alij dicunt contra. argument. ſupr. eodem, inter corporalia.

CAPVT IIII.

1 Matrimonium dicitur eſſe res indiuidua & ſimplex.
2 Licet ſub aliquo ineligibili diſpenſetur, debet tamen poſtulari.
3 Nunquid perſona illa dicatur eligibilis quæ conſentire poteſt.
4 Cur verba priuilegij ſiue indulgentiæ non interpretatur Papa largiſſimè.

1 LICET INTANTVM. † Non tamen propter hoc intelligas matrimonium habere partes, ſiue principium, medium & finem, cùm ſit res ſimplex & incorporea, vnde diuidi non poteſt, ſed referas hæc verba ad proceſſum facti, & ſolennitatem & poteſtatem, quam conſequitur per confirmationem, per conſenſum enim eligentium & electi, & confirmantis, quo ad ſubſtantiam, plenum eſt matrimonium, ſiue ſacramentum ſubſtantiæ, nihil enim adijcit conſecratio. ſup. eod. inter corporalia. 2 † Poſtulatio) hic enim quaſi expreſſum, quòd licet diſpenſetur cum aliquo ineligibili, tamen debet poſtulari.

Quod intelligũt quidã verũ, vbi remanet impedimentũ, ſicut hîc, vbi etiã poſt diſpenſationẽ remanet epiſcopus, q; impedit ne trãſire poſsit, ſed ſi penitùs tolleretur irregularitas, vel impedimentũ, vt illegitimo, ſatis videtur, q; poſſet eligi. ſupr. de elec. cum Vintonien. Alij tamẽ dicunt contrà, ſed quicquid dicatur, hîc eſt notabile, q; conſentire poteſt poſtulationi de ſe factæ, ſe factæ, & ſuperior etiam minor Papa poterit approbare poſtulationem, vt hic totum hoc colligitur. Eſt autem ea ratio, quare magis tollitur impedimentum in irregularitate quàm in honore epiſcopali, vel alio modo, quia fauorabile eſt illud ita tolli, quòd nihil remaneat, nec etiam vlla memoria, ſed honor epiſcopalis, verè etiam bonum eſt, quod remaneat, ſicut etiam dicitur in pacto, quod tollit ipſo iure actionem ex delicto, ſed non actionem ex contractu. Item videtur, quòd ex quo conſentire poteſt, quod eligi debet, quia ex eius arbitrio pendet initiare matrimonium.

3 † Item ex hoc quod conſentire poteſt, videtur quòd perſona ſit eligibilis, & videatur quòd tutius ſit hunc eligere poſtulandum. ſup. de elect. in cauſis, licet hoc iure niti videantur, tutius tamen eſt quòd omnia per ipſum fiant, ſcilicet, quòd antequam conſentiat licentiam Papę habeat, & quod poſtuletur vt eligatur, nam & hoc ſonare videtur litera indulgentiæ, vbi dicit, dum tamen nihil obſtet de ea, nam hoc cognoſcere, ſcilicet, aliquid ſibi obſtet non eſt ipſius poſtulati, ſed ſuperioris, item cognitio debet præcedere adeptionem epiſcopatus, cùm ſit conditio, item quia turpius eijcitur etc. inf. de iureiur. quemadmodum. ergò per ſe ſine ſupe rioris licentia conſentire non poteſt.

4 † Reſeruaſſe) ſed quare verba priuilegij non interpretantur largè. inf. de verb. ſig. olim? Reſpondeo, quia forma verborum non patitur. inf. de priui. porrò. Item quia p tale priuilegium noluit peruertere cõſuetas examinationes poſtulationum. C. de inoffic. teſt. ſi quando. Sed quæro quam vtilitatem conſequatur per iſtam interpretationem, cùm potius ſit interpretandum vt res valeat, quàm quòd pereat. inf. de verb. ſig. Abbatem. ff. de reb. dub. quoties. ad idem. ff. ad muni. l. 1. ff. de leg. 1. ſi quando. ff. commo. in commodato. §. pe. Reſpon. ideò attenuat vires huius priuilegij, quia per ambitionem fuit obtentum. 1. quæſtio. 1. principatus. C. de ſena. com. l. 1. ſi enim contra ius aliquid obtinetur, præſumitur eſſe ambitioſè obtentum. ff. de mino. l. tertia. in princ. † Vel hoc eſt ideò, quia eſt diſpenſatio, vnde eſt reſtringenda. inf. de conſan. & affi. quod dilecto. & no. de hoc. ſup. de reſcrip. cauſam. vel dic, quod ſuper examinatione, non dabitur ei aliqua indulgentia, ſicut ex verbis indulgentiæ colligitur, ſed in hoc valet ei indulgentia, ſi vocetur per poſtulationem, vel ad maiorem dignitatem, poteſt conſentire per mutuum eius conſenſum, & eligentium initiatur ſpirituale coniugium, quod non eſſet ſi indulgentiam non haberet. ſup. eo. inter. in fi. † Et dicimus, quòd eo præſtante conſenſum ſecundæ, vacat prima de iure. ſup. c. proxi. inf. de conceſ. præben. non vac. literas. niſi ſeruaret formã indulgentiæ, tunc enim nõ vacaret, niſi poſt tres mẽſes intra quos debet confirmari & conſecrari. argum. c. diſt. c. 1. ſup. de elect. cùm in cunctis. honores enim gradatim ſunt deferendi. ff. de mu. & hono. & gradatim. 93. diſ. legimus (examinata) examinatio iſta fiet extra iudicium, ſicut cùm mandatur alicui, quod prouideat, ſi eſt idoneus: nam propter hanc clauſulam non credimus, quod ſit neceſſarium, quòd huiuſmodi iudices vel executores debeant aliquem vocare ad ſciendum, ſi velit dicere illum pro quo ſcribitur non eſſe idoneum, vt not. inf. de conceſ. ec. non vac. propoſuit. licet tam illi authoritate delegati cum hac clauſula, ſi eſt idoneus procedunt quàm qui ordinant ſemper antequam prouideant de aliquo beneficio examinare debeant, an ſit idoneus nécne, vt not. ſup. de poſtu. capi. 1.

TITVLVS VIII.

DE AVTHORITATE ET VSV PALLII.

CAPVT I.

VM SVPER. Prouinciæ. inf. de verb. ſigni. cum clerici. contra (commiſſæ) cùm inter miſſarum ſolennia tãtùm. c. diſt. contra morem.

CAPVT II.

AD HOC. (Sepeliri) de conſe. diſt. 1. nemo clericus. arg. contra. ſi habuit duo pallia nomine duarum eccleſiarũ, quarum Archiepiſcopus fuit, cum ambobus debet ſepeliri. arg. ſup. de poſtu. bonæ. 2. in fi. tamen pallium vltimæ eccleſiæ erit deſuper. aliud enim intelligitur ſepultum ab eo die, quo prior eccleſiæ ceſsit, imò quidam dicunt, quòd primum pallium non induetur in ſepultura, ſed tantùm ſecũdum, & primum ponetur ſuper eo, vel ſub capite eius, & hoc eodem modo debet fieri, ſi aliquando contingit alicui dari duo pallia.

CAPVT III.

NISI SPECIALIS. (Plenitudo)c.diſt.quoniam quidem. id eſt, plena executio in his quæ ordinis ſunt, & etiam in his quæ ſunt iuriſdictionis,ſi maxima negotia ſunt,vt eſt conſilium cõuocare. ſup. de elect. quòd ſicut.§.penul. (re confundi)23.quæſt.5.ſi non licet.

CAPVT IIII.

AD HONOREM. (In patre.)2.quæſtio.6.decætero.

CAPVT V.

1 *An in aliena dioceſi celebrare vel prædicare liceat.*
2 *Ambitioſa priuilegia reſtringi debent.*

EX TVARVM. (Corruptela)ff.de offic.procu.l.1.2i.diſ. cleros.26.diſt.§.ecce.(dummodò is) epiſcopus. alij dicunt, quòd in hac licentia danda, neceſſaria eſt authoritas Archiepiſcopi,cùm de ſuis inſignijs agatur.†Permittat)nulli enim licet in aliena prouincia,vel dioceſi celebrare vel prædicare.7. quæſtio.prima. Epiſcopi.9.quæſtio.2.nullus primas.6.q.3.ſcriptum.& not.quòd licet Papa det priuilegiũ,vult tamen quòd priuilegium intelligatur ſine præiudicio alicuius.inf.de offic. ordi.licet.inf.de offic. deleg.ſuper eod. ſi tamen Papa hanc clauſulam non adieciſſet,crederem quòd ſine licentia eius vti pallio non poſſet,vel verius non dicitur hîc, quòd habeat licentiam vtendi pallio,ſed ordines faciendi,vel conſecrandi ſuper quo nullum priuilegium habebat. † Item dic, quòd Epiſcopus ſine authoritate ſua non poteſt dare licẽtiam alij Archiepiſcopo, quod vtatur pallio in ſua eccleſia, cùm ſit ſignum prælationis.ſup.eo.niſi. &c.ſeq. †Vnde non crederem,quòd etiam Epiſcopus qui habet pallium, niſi eſſet exemptus hanc licentiam,poſsit dare alij Archiepiſcopo, niſi ille cui dat licentiam,priuilegium habeat, ſicut hîc habebat. arg.ad hoc. quia non habet poteſtatem vtendi pallio, niſi intra eccleſiam. itẽ ar. quia priuilegium ambitioſum reſtringendum eſt, de quo no.ſup.de transla.Epiſcopi.c.ſi.

CAPVT VI.

CVM SIS.(Vbicunque.)Intra tuam prouinciam vel fuit priuilegium ſpeciale.

CAPVT VII.

VIA NOS. (In alia) dummodò intra prouinciam vel etiam in alia de licentia Epiſcopi dicere,vel etiam ſacerdotis: dummodò ibi celebret ſine Pontificalibus. † Soluta) quia ex quo non poteſt,niſi in ſolennitatibus priuileg. apparet quod non poteſt quando celebrat pro defunctis, cùm non ſit ſolennitas.

TITVLVS IX.

DE RENVNCIATIONE.

CAPVT I.

LITERAS TVAS: ET INFRA.

CAPVT II.

1 *Non extenditur iuramẽtum ad ea de quibus in iuramento cogitatum non fuit.*
2 *Beneficium licet petere quis non poſſit,tamẽ poteſt ea per re,quæ ſpectãt ad beneficiũ.*

VM INTER P.(Beneficio) id eſt, iure ratione beneficij contingente (non petendo) inf. de iureiu. ſi verò contra. † Sol. dicunt quidam, quòd hoc ideò eſt, quia hoc iuramentum præſtitit ſpoliatus.inf.de reſti.ſpol.ſolicitè.

Sed hoc verum non eſt, nec decre. hoc dicit,nam ſpoliatus dummodò ſponte renunciaret, tenetur ſeruare iuramentum ſuum, ſicut eadem decre. ſonat,Alij dixerunt,quia præſtitit non ſuo iudici,& ideò non tenetur.arg.6.q.3.deniq;.

Sed nec hoc verum eſt, †quia etiam temerarium iuramentum ſeruandum eſt, quouſque abſoluatur.inf.de iureiur. cùm quidam. in fi. ſup.de elect. venerabilem. Alij dicunt, quòd iurauit non petere ex priori iure vel facto, quòd hîc non faciebat,ſed ex poſteriori inueſtitura petebat, cui petitioni iuramenti exceptio non obſtabat.ff.de vul.ſubſt.ex facto.§.1.ff.de except. rei iudi. ſi mater. §.eadem.& l.cùm quæritur. cum l.ſeq.& an eadem.ff.de inſti.acti. l. habebat. vel quòd melius eſt, cùm iurauit capitulo non petere,non fecit contra iuramentum recipiendo ex canonica electione canonicorum, qui potuerunt abſoluere à iuramento, quod eis fecerat, nec facit contra iuramentum ſi accipiat ex inueſtitura Papæ.ff.de vulg. & pup. ſubſti. ex facto. §. 1. arg. inf. quòd met.

met.cau. ad audientiam. † Et not. quòd licet non poſſet petere beneficium, tamẽ ex quo canonicè adeptus eſt beneficium, poteſt petere ea, quæ ſpectant ad beneficium,puta ſtallum in choro,& ſimilia. Vel melius dic,quòd etiam beneficium poſſet petere,& de eo litigare & contra capitulum, quòd de nouo eum eligit, & contra aliquos litigatores, ſi autẽ ſolus Papa dediſſet ſine conſenſu capituli,adhuc credo q, nõ poſſet petere agendo contra capitulum, niſi Papa expreſſè de iuramento retuliſſet. arg. ſup. de reſcrip. conſtitutus. ſed ſi de iuramẽto Papę[a] referret,& neceſſitas vel vtilitas ſubeſſet, poſſet recipere,& etiam contra capitulum agere propter poteſtatem diſpenſandi, ſed ſi non ſubeſſet iuſta cauſa, quandocunque diſpenſaret Papa, non conſulerem clerico quod ageret contra capitulum.

[a] *Iuramẽto Papæ.Adde Feli.in c.1.col.1. in prin.ſup.de conſti.& in cũ quæ in eccleſiarum.col.8. ver.demum. & ibi cõcor. eo.tit. Et vide etiã Abb. in c.ſignificaſti.col.3.in fi. ſuprà de electio.*

CAPVT III.

1 *An ſtatim quòd quis aſſumit habitum probationis intelligatur renunciare prioribus beneficijs.*

EX TRANSMISSA. (Abbatis)ſecularis clericus eſt (clericus) eiuſdem eccleſiæ (habitum) probationis, qui tamen non fuit ſibi datus, quia ibi non erat.expone ergò ſic, id eſt,dixit quod volebat apud ſanctum ſaluatorem habitum accipere, & poſtea iuit & accepit (gratia complendi) id eſt, vt ſtaret in probatione eo animo,quòd ſi ſibi placeret religio remaneret, & votum ſuũ & profeſsionem faceret, non tamen fecit,quòd ex ſequentibus apparet (reſtitui) contra. 12. quæſtio. 2. nulli. 17. quæſtio. 4.ſunt qui opes.contra ſol.hîc non poterat repetere, ſed eccleſia ſancti ſaluatoris potuit ei reſtituere, ſed fortè debuit de iure poli,licet non iure fori. 17. q.4. c. vlt. in Authen.de mona. ſi verò.ad idem. 16. quæſt. 6. de lapſis.vel resiſtę erant datæ ſub conditione vel ea intentione, vt eo inde recedente res ſibi redderentur. inf. de cle. coniug. quòd à te.

† Receptionem)arg. quod eo ipſo, q; aſſumit habitum probationis, intelligitur renũciare prioribus beneficijs, de hoc no. inf.de re. poſtulaſti.& hoc plus præſumitur,ſcilicet,quòd pro derelicto habuit priſmam eccleſiam, tam propter hoc, quia omnia bona de eccleſia abſtulit, quàm propter ſuſceptionem habitus probationis(acceperant) populo(recipiant) cùm non fuerit profeſſus, nec apparet eum quandoque voluiſſe ſeculo renunciare, nam ſi hoc appareret,oporteret eum aliã religionem intrare. inf. de reg.conſul. & c.ſtatuimus.

CAPVT IIII.

1 *Actoris probationes admittẽdæ ſunt ſuper implicita aſſertione.*
2 *Spoliatus ſi per duos teſtes violentam probat ſpoliationem, non valet aduerſario aliqua probatio ſuper ſpontanea voluntate.*
3 *In actione de dolo vel quod metus cauſa, an idem ſeruari debeat quod in actione poſſeſſorij.*
4 *Nunquid is qui metu coactus renunciauit amiſerit poſſeſſionem.*
5 *An quod dicitur in renunciatione eccleſiæ poſsit etiam dici in renunciatione iuris alterius.*
6 *Probationes rei ſuper cauſis coloratis ab eo propoſitis audiendæ ſunt.*
7 *Qui pecuniam pro beneficio dedit non poteſt illud ſine diſpenſatione retinere.*
8 *Actoris tantùm probationes admitti debent ſuper violentia.*

SVPER HOC. (Vtrum prima quæſtio eſt,quia ſup.quęritur an ex quo conſtat aliquem beneficium reſignaſſe,vel adiuraſſe,ſi dicat ſpoliatus quòd coactus fecit, an ſit audiendus, & videbatur quod non, maximè quòd abiurauit, de qua abiuratione tantùm continetur in quæſtione, cùm iuramentum ſemper ſit ſeruandum,inf.de iureiu. ſi verò ſanè. quæro cuius probationes ſint primò admittendæ, vel actoris ſpoliati, vel rei, vel vtrius.prima quæſtio eſt,an exceptio ſpontaneæ reſignationis ſimpliciter ſine adiectione iuſtæ cauſæ ſit admittenda,& reſpondet quod non, vt inf.de app. conſtitutus.

1 †Repoſcentibus) hoc vult dicere hæc decre. quòd ſi aliquis repetit beneficium ſuum,& reus opponat exceptionem ſpontaneæ adiurationis,non eſt audiendus excipiens, niſi probabilem cauſam aſsignet reſignationis, & quod teſtes ſunt admittendi actoris, non rei,ſi actor velit replicare,quod coactus reſignauit non ſponte.

Nec obſtat inf.de reſti. ſpo.acceptat. quia ibi non coactam renunciationẽ,ſed ſpoliationẽ probare volebat,& intelligit hæc decre.quãdo agebatur petitorio, ſiue poſſeſ-

possessorio, siue per interdictum, siue per condictionem ex l. siue canone, siue per officium iudicis, siue per actio. quòd me. causa. siue per actio. de dolo, quæ omnia remedia competunt spoliatis. 3. quæst. 1. in summa. sed reus negabat spoliationem & metum, vel dolum, & dicebat spontaneam resignationem, & oportet istos qui tenent hanc opinionem confiteri, quòd nullo tempore sunt admittendæ probationes rei, si intentetur petitorium, quia nõ sunt admittendæ. demum de hac causa cognoscitur secundum, quod intelligunt hanc decre. nec post eum, post sententiam non sint proponendæ peremptorię excep. C. sen. rescin. non pos. l. 2. nec de nouo potest petere ecclesiam, cùm lata sit sententia contra eum. ff. de except. rei iud. si mater. §. ea. Alij aliter dicunt & melius, vt no. inf. quòd met. cau. super eod. si autem primò egisset possessorio non obst. Sed cõtra. inf. de resti. spol. accepta. sed dic secũdum eos, eam probationem, staret exceptio rei iudicatæ in petitorio. sup. de elec. quærelam.

2 †Inducunt autem pro se, quòd non sit audiendus reus excipiens, nec probationes eius admittendæ, quia præsumptio est contra eum, vt hîc, quia si spoliatus per duos testes probat violentam spoliationem, non valet aduersario aliqua probatio super spontanea voluntate, etiam si per centum testes probaret, cùm reddant testimonium de intentione, quæ soli Deo cognita est, & ideò eius testimonium valet, at si ille, qui probat vim vel metum, vel dolum probet, quòd oculo vidit. ar. ad hoc. inf. quòd met. causa. c. 1. & sic hoc testimonium prævalere debet.

Nec obstat quod obijcitur, scilicet, qa secundum hoc nunquam admitteretur ad probandam spontaneam renunciationẽ, scilicet, de spontanea renunciatione nunquam haberet locum, vbi aduersarius vult probare eam per vim, vel metum extortã, sed vbi hoc probare nollet, locum haberet probatio spontaneæ renunciationis, nec per hoc remouetur, quin reus possit probare indirectè, nullam violentiam interuenisse. inf. de test. series ex tenore. Item si præsumeret contra eum, qui dicit sibi violentiam illatam, puta quia potentior sit eo, qui vim intulisse dicitur, vel quia talis persona est, quæ dicitur vim intulisse, quia non præsumitur vim intulisse, vel propter religionẽ, vel propter fidelitatem suam, tũc nullo modo admitterentur probationes actoris, vel si admitterent, admitterent etiã cũ eis probationes rei, & pro eis magis ꝓsumitur. ar. ff. q; me. cau. nõ est. & sic sonat finis huius decre. ibi habito hoc, etc. Vel dic, quòd finis huius decre. non dicit quòd probationes rei, qui dicitur spoliasse, non admittentur, sed de probationibus spoliati tantùm dicit, quòd sunt admittẽdæ, quia de his tantùm dubitabat, & non de probationibus rei. Alij dicunt hanc decre. loqui tantùm, vbi agitur possessorio, & tunc obtinet, quod dicitur, & sic loquitur decre. inf. de rest. spo. solicitè. Sed dices, ad quid prodest reum dicere causam? Respon. quia si reus possessor dicat, tu non fuisti spoliatus, sed antequam te non admitterem, vel iura ecclesiæ subtraherem, sponte renunciaueras, ex tali causa audiendus est. inf. de rest. spo. accepta. nisi spoliatus vel magis qui non est in possessione probare velit, quòd per vim fecit renunciationem, quæ præcesit spoliationem, vt hîc. & not. inf. de rest. spo. solicitè. renunciationem autem factam eo existente spoliato, sibi obijcere non posset. inf. de rest. spo. solicitè. nisi primò restituatur, vt ibidem. Vel dic etiam, quòd renunciatione facta, post talem spoliationem, potest excipere, sed tamen testes expoliati petentis restitutionem primò recipientur, sic loquitur decre. inf. de rest. spo. solicitè. & secundum hoc nulla est differentia, siue renunciatio processerit spoliationem, siue subsequatur.

Sed hoc non placet, quia litera huius decre. hoc non patitur, quæ dicit quòd nulla probatio rei admittenda est, sed tãtùm probata facta spoliatione fieri restitutionem, vnde dicunt alij, quòd siue renunciatio præcedat spoliationem: siue sequatur, nunquam impedit restitutionem. & hæc decre. non contradicit, quia reus non negabat spoliationem esse, sed dicebat eam spontaneam resignationem, & ideò sibi licuit sua iura subtrahere, & ideò admittitur excipiens de spontanea resignatione, licet in probationibus præponatur spoliatus, si autem aliàs vellet dicere: tu sponte post spoliationem renunciasti non iuri tuo, sed petitioni restitutionis per pactum, benè posset. ff. de pac. si vnus. §. pacta. secùs autem si alia causa diceret, quòd non deberet ei restitui ecclesia, scilicet, quia propter peccatum, vt simoniæ, vel aliud huiusmodi priuatus esset sententia prælati iure, quòd in ea habebat, vel etiam, quia post spoliationem, vel ante secundum alios renunciauit spõte ecclesiæ, nam his non obstantibus põt agere interdicto non ad rem, quam renũciauit sponte si confiteretur: secùs autem si negaret, vt hîc, nec ad rem, quam aliàs legitimè propter peccatum, scilicet, amisit, sed ad damnum & aliam causam. ff. vnde vi. idemq;. §. vsum. & l. si plures. §. vlti. Sed dices nónne eoipso quòd sponte renunciat, videtur esse sublata proxima causa turpitudinis, scilicet, ius. ar. C. quòd met. causa. l. 2. ff. de condi. ob tur. cau. si ob turpem. & ita non posset vlterius etiam ad damna agere, sed dicit non esse simile, quia sponte renunciando non approbo inde mihi factam, nec videor negligere, cùm possint esse aliæ causæ renunciationis præter metum, scilicet, propter scientiã, vel religionẽ, vel huiusmodi, sed solummodò, quòd per dolum, vel ob turpem causam promisi, videor approbare metum quem pertuli, item promissio & datio sunt multum sibi vicinæ, non autem sic spoliatio & renunciatio, imò plus etiam, quia qui metu vendidit recipiendo precium, non videtur renunciare actioni, quod met. cau. C. quod met. cau. si vi.

3 †Sed nunquid dices idem, quòd in possessorio, si agatur quòd met. causa, & de dolo, scilicet, quòd debeat exprimere causam probabilem, & quòd testes tantùm super vi vel dolo sint recipiendi, cùm illa sint restitutoria. ff. de do. arbitrio. §. ideò. & respondẽt quidam, sed malè, quòd sic. alij autem secùs, nam si aliquis agat q; met. causa ad rescindendum contractum acceptilationis, vel aliam liberationem, & aduersarius dicat, non metu renunciasti vel contraxisti, audiendæ sunt vtriusq; probationes, nam nisi modò audiatur & feratur sententia pro eo, reus decætero non potest agere ex illa venditione obstante exceptione rei iudicatæ, vel magis recessione contractus. arg. ff. quod me. cau. metum. §. si putat. & §. fi. l. illud. quod non est, quando agitur possessorio. ff. de except. rei iudi. & an. §. fi. & eodem modo dicit, quòd reus poterit opponere contra metum tradentem & agentem actione, quòd metus causa ad restitutionem ipsius rei traditæ renunciationem post metum secutam, quia cum sua, scilicet, eius qui se dicit passum metum non interfit, neq; ratione possessionis, neque ratione proprietatis, cùm renunciauerit agere non potest, sed potius excipere potest. ar. ff. quòd

metus causa. sicut. §. satis. & §. qui pos. Idẽ dicimus in alijs actionibus restitutorijs. litera autem quæ sequitur, non videtur hoc sonare non vi nec metu, cùm non dicat q; quando agitur quòd met. causa, tunc debeat exprimere causam remotam à metu, sed quando petitur restitutio possessionis beneficij, & ipse excipit, q; non fuit spoliatus, sed renunciauit sponte, deberet adijcere iustam causam & probabilem talem, scilicet, q; sit remota vi, vel metu, & omni malitia, q; si non esset tanquam excipiens, de sua turpitudine esset repellendus, quáuis & de hoc dici possit, quòd si præsumptio est contra eum, cogitur dicere causam resignationis. ar. sup. de elect. constitutis. inf. vt eccle. bene. c. 1.

† Item quòd hîc dicitur non videtur habere locum, nisi quando agitur contra violentiam, vel alios contra quos petitio restitutionis possessionis competit, sed quæres secundum primam opinionem, quare reus potest excipere de renunciatione præcedente spoliatione, vel potius non admissione, vel etiam quæ fuit similis cùm ex spoliatione & non de sequenti? Respon. quia ex quo renunciauit à modo, amisit possessionem quam primò habebat, & ita desinit possidere, vnde si esset seruitus & remissa alicui, vel esset permissum alicui ædificare, ex tunc tanquam qui quasi possidet, incipit præscribere, quæ non currit, nisi possidenti, vel quasi possidenti. ff. de vsucap. l. tertia. ff. de ser. vrb. præd. si ædes. ff. quemad. ser. amit. si stillicidij. ff. de acqui. poss. peregrè. §. quibus. cùm ergò hic non possideat, ex quo renunciauit, & ad hoc quod competat sibi beneficium restitutionis possessionis, oportet eum probare, quod possidebat tempore spoliationis, quòd hic renuncians non faciebat, apparet quod debet admitti eius exceptio, nisi spoliatus velit probare coactam renunciationem, vt hîc.

4 †Sed oppones nónne & si metu coactus renunciauit tamen possessionem amisit. ff. quòd me. causa. metus. in princ. & §. fin. Respon. licet possessionem amiserit & in veritate non daretur sibi interdictum si constaret, tamen per hanc exceptionem quæ continet turpitudinem prouenientis, non repellitur, quia de ea excipiens non auditur. Vel dic, quòd ille qui cogitur renunciare iuri proprio, quòd in aliqua re habet ius, vel dominiũ, q; in ea habet amittit, sed nõ possessionẽ, quia nõ creditur

creditur animum habere dimittendi poſſeſſionẽ, & leges prædictæ loquuntur quãdo ſponte renunciauit, ſed in renunciatione quæ ſequitur ſpoliationem ſecùs. illa enim non impedit petitionem reſtitutionis poſſeſsionis, cùm in veritate tunc poſſideret, cùm fuerit ſpoliatus. Sed quæres quare quando agitur poſſeſſorio, non admittuntur probationes rei, ſed quãdo petitorio ſic? Reſpon. quia in poſſeſsione fit ei modicum præiudiciũ, cùm ſtatim poſſit de proprietate agere petitorio. C. ſi de mo. poſ. l. 1. ſi autem quando agitur petitorio non admitterentur probationes, fieret ſibi magnum præiudicium, quia ſemp ſibi obſtaret exceptio rei iudicatæ. ff. de except. rei iu. l. ſi mater. §. eandem.

☞ †Quod autem dixit renunciationem præcedentem ſpoliationem, vel non admiſsionem poſſe obijci contra petentem reſtitutionem poſſeſsionis, intelligo niſi ſpoliatus primò poſt renunciationem incœperit de nouo poſsidere, de qua non ſit incontinenti eiectus, vel etiam ex interuallo, quia tunc etiam non poſſet petere reſtitutionem poſſeſsionis ratione primæ ſpoliationis. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. cùm ergò. C. vnde vi. ſi quis. ff. de except. rei iudi. ſi rem. & l. ſi quis.

5 †Item quòd dictum eſt in renunciatione eccleſiæ, dicendum videtur in renunciatione iuris alterius, ſed nónne dices idem in donatione. VERBI GRATIA: peto reſtitutionem poſſeſsionis alicuius rei, excipis: tu mihi ante eandem rem donaſti, nunquid amittenda eſt talis exceptio? Reſpon. non, quia poteſt eſſe quòd donauit, & tamen verum eſt, eum poſtea fuiſſe in poſſeſsione, & tunc ſpoliatum eſt, ſed ſi vellet dicere eum non poſsidere, quod dicitur fuiſſe ſpoliatus, ſed ipſe reus poſsidebat, dicunt quidam admittẽdum ad probandum. ar. ff. de proba. circa. Alij autẽ. arg. hæc decr. dicunt, ſi actor qui ſe dicit ſpoliatum agit interdicto, & velit probare poſſeſsionem & ſpoliationem probationes rei ſuper donatione, vel renunciatione non præcedente, non eſſe admittendas, aliàs autem videtur ſequi inconueniens, quod verum videtur, ſi vterque probauerit ſe poſsidere.

☞ †Hîc alij reſpondent & benè, quod fertur ſententia pro melius probante. ſup. de elect. cum eccleſia vulcera. inf. de prob. ex literis. ſi autem pariter probant, abſoluitur reus. inf. de fi. inſtru. inter dilectos. in fi. Huic autem decr. reſpondent, nam hoc quod non admittuntur probationes rei ſuper ſpontanea renunciatione ſpoliato volente probare coactam renunciationem, quia præſumptio eſt contra eum, ſecùs autem ſi vterque dicit ſe poſsidere, quando dicitur ſpoliatio facta, quia ibi pro nullo eſt præſumptio, item hæc decre. locum habet in interdicto vnde vi, ſecùs ſi agatur vti poſsidetis, ibi enim pariter vtriuſque teſtes admittuntur. inf. de prob. licet (obiecta) ſcilicet, à reo. †Exceptio) poteſt autem reus clericus, vel ei canonicè ſubſtitutus, quia dicitur ſpoliaſſe, & propter hoc agitur contra eum de recuperanda poſſeſsione excipere, & ſe defendere, quia actorem ſpoliauit authoritate epiſcopi, in cuius manibus ſponte renunciauerat, & ſpoliatus poteſt replicare, quòd Epiſcopus, vel metu, vel dolo eum ad renunciandum induxit. 2. quæſt. 1. notum. †Item poteſt reus prædictus, vel alius in locum eius canonicè electus, excipere de renunciatione coram quolibet facta, contra agentem interdicto vnde vi, vel iudicis officio, vt reſtituatur ſibi eccleſia, ad quam reuertens non eſt admiſſus, ſed ſecùs eſſet ſi expelleretur, quia licet ſponte renunciando in manibus etiam non ſui prælati ius non amittit, tamen poſſeſsionem amittit, vnde alius cui canonicè confert eam occupare poteſt, ſed & ſi ipſe, dum vacat ipſa poſſeſsio, eam capiat, non debet tamen expelli ſine iudice (cognitione) idem antequam cognoſcãt de ſpoliatione, vel melius, niſi adijciat iuſtam cauſam, de qua cognoſcitur (Et an) ſecunda quæſtio (actoris) ſpoliati petentis reſtitutionem (ſi) ff. de pac. ſi vnus. §. pacta. (quòd hîc) reſpondet primæ quæſtioni, (verũ) contra hanc tamen præſumptionem admittitur probatio in contrarium.

6 †Inquiri) à reo dicto ſpoliatore, fortè enim dicit eum ideò reſignaſſe, quia plura beneficia habebat, quæ non poterat ſalua conſcientia retinere. inf. de æta. & qualitate. vel quod ſimoniacè adeptus fuit beneficium vel aliud ſimile, & huiuſmodi cauſis propoſitis ſuper eis audiendæ ſunt probationes rei. inf. de reſt. ſpo. capi. 1. & c. ſolicitè. contra Solu. ibi quæſtio erat de ſpoliatore reſignante: hîc autem non dicitur quòd ſpoliatus reſignauerat (quam) reſignationis cauſa.

7 †Pecuniæ) nos credimus hoc caſu nõ obſtante aſsignatione talis cauſæ, ſcilicet, quòd data pecunia reſignauit reũ repellendum

lendum ab exceptione, & actori faciendam reſtitutionem, quia ſuã turpitudinẽ allegat, niſi forte diceret, eum ab alio pro reſignatione pecuniã recepiſſe, ſecùs autem ſi cùm peteretur res prophana exciperet, ꝙd renunciaſſet data pecunia, nam vt reſignaret, non licuit aliquid ei dare, etiam pro expenſis. infr. de pac. cùm pridem. inf. de præb. niſi. inf. de re. permu. ad quæſtiones. hoc autem probato, & qui beneficium reſignauit, non poteſt petere, & ille qui dedit pecuniam non poteſt retinere ſine diſpenſatione. inf. de tranſact. conſtitutis. (extortum) ſcilicet, reſignationem (inuenerit) per dictũ excipientis. (iuramentũ) ſi enim interuenerit, præſumitur inuitus iuraſſe, & hoc eſt quod ſequitur (à malo eſt) non credentis. 22. q. 1. ita ergò. de elect. ſignificaſti. inf. de iureiu. & ſi Chriſtus. 1. reſpon. præſumitur non ſine iuſta cauſa præſtitum, quia non præſumitur voluntariè iuraſſe (replicatio) qualis eſt ꝙ coactus reſignauit, & ꝙ coactus iuſtam renunciationis cauſam cõfeſſus eſt. Admittere) ꝓbationes ſunt cauſa reſignationis, poſtquam enim cauſam à reo dicto ſpoliatore allegatã iudex approbauerit, probationes ſuper ea recipere debet, niſi à ſpoliato fuerit replicatum, ſed nos ſupplemus, admittere non poſtponat exceptiones ſpontaneæ reſignationis, ſcilicet, poſtquam iniuſtam cauſam & probabilẽ aſsignauerit, & ſtatim ſubdit quis in hoc caſu præferatur in probationibus dandis, & dicit quod actor ſpoliatus (porrò) hîc reſpondet ſecundę quęſtioni (negantis) ſcilicet ſpoliati qui negat ſimpliciter ſe reſignaſſe, qui cùm nullam habeat implicitam affirmatiuã, probare non poteſt, & ideò eſſent eius probationes admittendæ (replicando) dicendo ſe coactum ad reſignationẽ & cauſarũ confeſsionem, hæc negatio habet affirmationẽ implicitam, quam probare poteſt. VERBI GRATIA: negatiua eſt, cùm ſe negat ſponte reſignaſſe, ſed illa habet hanc implicitam, metu coactus reſignaui, & hoc probabit (aſſertionem) id eſt, quod coactus reſignauit, & coactus eam cõfeſſus eſt. (Ad dignitatem) quia ſi eſſet homo magnæ dignitatis & opinionis præclarè non crederetur metũ intuliſſe, vel pertuliſſe, & ideò magis apertè probationes requirerentur ab eo. ff. quod me. cauſa. non eſt (ad-
8 mittendas.) †ſpoliati, ſcilicet, & nõ ſpoliatoris. nam ſequeretur magnum periculum ſi ſimul admitterentur teſtes de ſpontanea renunciatione & violentia, cùm poſſet contingere, ꝙd pauci eſſent, qui ſcirent violentiã & multi eſſent ſuperuenientes, qui ſpõtaneam confeſsionem audirent. inf. quod me. cau. c. 1. eſt ergò benè ſtatutum, vt tantùm probationes actoris ſuper violentia recipiãtur, ſed nónne poſſet eſſe ꝙ primo fuit coactus, ſed poſt alio tempore fuit ſponteneus, videtur ergò ꝙ ſi reus de poſteriori tempore probare velit, quod ſit audiendus. C. quod me. cau. l. 2. ff. de cond. ob tur. cau. ſi ob turpem. Reſpond. non tunc admittendas probationes, quia cũ agitur poſſeſſorio, vt hîc nõ ſunt admittendæ probationes quod poſt ſpoliationem ſponte reſignauit. infr. de reſt. ſpol. ſolicitè. ſed ſi petitorio agetur ſimul admittentur vtriuſꝙ allegationes: vt in l. alleg.

CAPVT IIII.

1 *Quo caſu liceat prælato de vna eccleſia ad aliã tranſire.*
2 *Electus in mora eſſe non dicitur donec prælatus non habeat eccleſiam pro vacante.*
3 *An ſtatim quod quis recipit ſecundam eccleſiam vacet prima.*

ADMONET. (Ordinationẽ) id eſt, ad te. l. dioce. pertinentes (intrare) licet vt hîc dicitur clericus in perſona tu cõſtitutus, de quo hîc loquitur nõ poſsit dimittere eccleſiam ſuam ſine licentia ſuperioris: tamen poteſt conſentire electioni de ſe factæ, vel potius trãslationi, & ſi aliqui de aliqua eccleſia eum eligunt, nõ peccant: quia hoc non eſt prohibitum. ſup. de electio. cùm inter. & c. dudum.

1 †Dimittere) niſi velit ad religionem tranſire. 19. quæſt. 2. duæ. infr. de reg. licet. hinc apparet, quod quãdo prælatus tranſit de vna eccleſia ad aliam eccleſiã, licitum ſit epiſcopo vel alij prælato ad quẽ pertinet prima eccleſia eã alij conferre, ſi ad epiſcopum, vel alium prælatum pertinet ꝓuiſio, vel electio in prima eccleſia, vel alij ad quem hoc pertinet mandare, quod conferat. Eſt tamen licitum epiſcopo, vel alij prælato ad quẽ pertinet prima eccleſia pleno iure quo ad ſubſtitutionem, & alia ſpiritualia ipſum prælatum qui tranſiuit reuocare ad primam eccleſiam, vel prælatum potius non licentiare eum, ſed retinere in pri-

ma eccleſia, cui non p̃iudicat ſuus tranſitus, inf. eodem. quod in dubijs.

2 †Et ſic etiam apparet, quod ſi ad aliũ pertinet electio, vel præſentatio in prima eccleſia, & ad aliũ pertinet eccleſia, quo ad inſtitutionem, quod præſentator, vel electo nõ ſtatim debet eligere, vel præſentare, ſed requirere debet prælatum ſi ratum habet tranſitum prælati, quoniã ſi ratum habet ſecurè eligat alioquin differant, quia nunquã dicitur electo eſſe in mora, quandiu alius prælatus non habet eccleſiam pro vacante.

☞ †Alij dicunt & forè non malè, quod niſi prælatus ad quem pertinet eccleſia in ſpiritualibus infra ſex menſes, facit illũ qui tranſiuit redire ad propriam eccleſiam, vel hoc ipſum incipiat proſequi intra ſex menſes, vel procedendo contra eũ, vel coram ſuperiore petendo quod compellatur ad primam redire, q̃d electo poteſt alium eligere circa finem ſex menſium, quia tacitè videtur ratificare tranſitum eius, & idem dicunt, ſi etiam ad eundem prælatum pertineat eccleſia in ſpiritualibus, & quo ad electionem, quia niſi intra ſex menſes, vel eligat, vel contra tranſeuntem procedat, quòd ad proximum ſuperiorem deuoluitur poteſtas eligendi, quia ex quo non poteſt diſpenſare expreſſè, quod teneat vtrãq; nec tacitè poteſt impedire, q̃n poteſtas eligendi ad eum tranſeat ad quem de iure pertinet. ar. inf. de præben. de multa.

3 †Hîc benè fatemur, q̃d poteſt conſentire electioni de ſe factæ, ſed niſi intra modicũ tempus p̃figendum à prælato obtineat licentiam à primo prælato, quod eccleſia ſecunda alij cõfertur. infr. de cle. non reſi. c. fi. & no. ſup. de elec. cũ in cunctis. †Nec videtur quamuis teneat electio, q̃d teneat collatio de ſecunda eccleſia facta quouſq; abſolutus fuerit à prima. 71. diſt. per totum. vbi enim dicitur, quod irrita erit talis ordinatio, ſecùs autem eſſet ſi talia beneficia eſſent quæ ſimul haberi poſſunt, de hoc not. infr. de cle. non reſi. c. ſi contra. infr. de præb. de multa. vt dicitur, q̃d recipiendo ſecundam, eſt ipſo iure priuatus. Prima ſol. illa intelligitur, quando recepit ſecundã de licentia ꝓprij epiſcopi, vel dic, quòd non eſt priuatus, quo ad ſe. ſ. quòd non poſsit eam repetere, ſed nõ eſt priuatus, quin primus poſsit eam retinere, ſed adhuc magis contradicit penul. §. eiuſdem decre. vbi dicitur quod ex quo recepit ſecundam eccleſiam nõ facit fructus ſuos. Sol. illud intelligitur vt dictum eſt, quando de licentia ꝓprij epiſcopi tranſiuit, & tũc nihil iuris ſibi retinuit in prima, vel quando de licentia eius trãſiuit, ſed tamen ſuſtinet epiſcopus q̃ vtramq; teneat, vel dic quòd ſicut quando ſine licentia primi epiſcopi tranſiuit vtramq; tenet. priuatur quo ad ſe prima eccle. ſic etiam fructibus, vt eos nõ faciat vlterius ſuos.

a Not. quod licet. hoc dictũ refert & ſequitur Pe. de Anch. in cõſi. 208. inci. iudex de iure. col. 3. poſt me diũ. & adde eundem Inn. in c. quoniam contra. in fin. inf. de proba. et de materia quando falſa cauſa vitiet ſententiã vide per Felin. in c. ſicut. col. 11. verſi. falſa cauſa. infr. de re iudic. vbi plenè. & adde eundẽ Innoc. & ibi addita in c. quoniam contra. inf. de re iud. & Pe. de Ancha. in conſil. 65. colu. 3. in prin. pro clariori. deci. dubiorum.

CAPVT VI.

1 *Tenet ſententia, licet in ea falſæ cauſæ ſubijciantur.*

IN PRAESENTIA. (Ad vnã) ff. de teſt. ob carmen. §. vlt. inf. de re iud. cũ inter cauſam (præſumi) inf. de proba. poſt ceſsionem. inf. de re iud. cùm inter nos. & c. ſicut. ff. de ſta. ho. ingenuum. ff. ſi lĩ. pend. ap. l. 1. ff. de re iudi. res iudicata. (ſi tu) qui agebas, quòd quidam abbas qui reſignauit abbatiam, eam de facto dimitteret (ſententiæ) Dulmeñ. & cum iudice à qua nõ erat appellatum, ſi in rem tranſierat iudicatam, de hoc not. ſup. de elect. bonæ me. Mag. ſi autem eſſet appellatum, vel aliàs ante ſententiam non creditur iudici, niſi quantũ legitimis conſtiterit documentis. inf. de proba. quoniam. quare quæ diximus. inf. de off. dele. cùm in iure. inf. de prob. quoniam.

1 †Præter iſta) not. quod licet *a falſæ cauſæ ſubijciantur in ſententia, tamen ſententia tenet quia non eſt contra ius ſcriptum, ſed contra ius litigatoris, ſed multò melius valet, ſi iuſta cauſa ſubeſſet, quæ expreſſa non eſt: vt hîc. inſti. qui manu. nõ poſ. §. eadem. 2. q. 6. item ſi ſententiam. ver. ſi verò contra ius litigatoris. Sed cõtra. ff. de excu. tuto. qui teſtõ. Sol. ibi loquitur quando cauſa expreſſa erat contra ius ſcriptũ, ſcilicet, quia habenti legitimum tutorem nõ poteſt dari teſtamentarius, vel ibi loqtur, quando ſententia data fuit ſub conditione, quæ non extitit. Item ſi exprimat vnam contra ius & aliam, quæ non eſt contra ius tenet ſententia, vt potius res valeat, quàm pereat. inf. de verb. ſignif. abbate. (quaſdam epiſcoporum) ſemiplena probatio in quorum præſentia idem abbas renunciauit (confeſsionem) plena probatio, C. de confeſ. l. 1. §. eo. certum.

CAPVT VII.

SANE.

SANE. (Literas) Confeſsionis præbendæ (admittatis) plus nititur hæc decr. æquitati quàm iuri, alij dicunt eã niti iuri, quia tantũm ſe iuri ſubmiſit: vt dicemus inf. eo. veniens.

CAPVT VIII.

1 *Non valet reſignatio, niſi in manu eius à quo quis habet beneficium.*

2 *Quo caſu requiratur conſenſus capituli maioris eccleſiæ in reſignatione, & an prælatus renunciare poſsit in manibus ſubditorum habes in num. 3.*

QVOD IN DVBIIS. (Sponte) ſecùs ſi coactè. inf. quod met. cauſa. ad audientiam. †Reſignares) reſignatio enim non valet, niſi in manu eius, à quo quis habet beneficiũ, ſcilicet, epiſcopi qui confert. ſup. eo. admonet. 18. q. 2. abbas. ff. de ori. iur. l. 2. §. cùm placuiſſet. ff. de offi. præ. legatis.

Et intelligatis hoc verum, quod nõ tenet reſignatio, quin eccleſia poſsit eũ repetere. 7. q. 1. non oportet. & ſuperior. 33 q. 5 mulier. ipſe tamen non poteſt repetere eccleſiam, quia & ſi inutilis ſit renunciatio, tamẽ obtinet vim pacti ſicut inutilis acceptilatio. ff. de pact. ſi vnus. §. pe. ff. de acceptila. l. ſi accepti. 7. q. 1. eos. vel verius poteſt priuari eccleſia, qa peccauit renunciando in manibus laici, & hoc ſonat litera hîc cui licet in manu *a laici reſignauerit, tamen non *a amittit præbendæ ſuæ proprietatem, cùm non poſsit reſignare ſine epiſcopo, niſi primitus per ſententiam ſuperioris ſpolietur. 17. q. 2. Gõſaldus. ſecùs de poſſeſsione: vt not. ſup. eo. ſuper hoc. & hæc vera ſunt in beneficijs iam perceptis. ſecùs in iuribus acquirendis, q̃bus benè renunciare licet. inf. e. veniens. †Item dicimus, quòd in renunciatione non ſolùm debet interuenire authoritas prælati recipientis reſignationem, ſed etiam conſenſus canonicorum eccleſiæ, quam reſignat. 19. q. 3. ſtatuimus. 58. diſt. ſi quod.

2 †Capituli aũt maioris eccleſiæ conſenſum nõ credimus requirendum, niſi fortè renunciaret magnæ dignitati, vel niſi talis eſſet p̃ſona de qua magnus honor, vel periculum eccleſiæ immineret, tunc enim quia magnum negotium eſt, eius eſt aſſenſus requirendus. inf. de his quæ fiunt à præla. quanto.

3 †Item non poteſt prælatus renunciare in manibus ſubditorum, vel etiam canonicus in manibus fratrum, vel etiã in manibus ſui præpoſiti. infr. eo. c. vlt. ſed neceſſaria eſt authoritas epiſcopi, vel confirmatoris. ſup. eo. admonet. niſi præpoſiti eſſet cõfirmatio, & inſtitutio, tunc enim ſatis dici poſſet, quòd renunciationem eius recipere poſſet, ſicut in monacho: vt not. infr. eo. c. vlti. videtur tamen & non improbabiliter dici, quod neceſſarium ſit, ad hoc vt valeat licentia alicuius ſuper renunciatione, quod poſſet etiam in iudicio eum inuitum deſtituere (ſuſceperunt) propter hoc ſuſpenſi ſunt à communione ſacramentorum. 16. q. 7. ſi quis deinceps. de hoc no. ſup. de elect. quiſquis.

CAPVT IX.

AD SVPPLICATIONEM.

CAPVT X.

1 *An liceat epiſcopo ſine licentia Papæ renunciare.*

2 *Quicunq; in dignitate ſine diſpenſatione manere non poteſt, debet cedendi licentiam petere.*

3 *Licet prælatus in temporalibus nequeat paſtorale exercere officium non debet cedere: quia poteſt coadiutorem adhibere, ſecùs in ſpiritualibus.*

4 *Quibus caſibus poſsit prælatus ob plebis & ſubditorum perſecutionem cedere.*

5 *Licet prælato ſe in murum opponere contra quærentes poſſeſsionem, vel libertates eccleſiæ.*

6 *Vtilius nonnunquã permittitur naſci ſcandalum quàm vt veritas omittatur.*

7 *Quot modis dicatur perſona aliqua irregularis.*

8 *Irregularitates & earum pœnæ ſunt de iure poſitiuo.*

9 *Irregulares ſunt celebrantes ſi ab officio ſuſpenſi ſunt.*

10 *Illegitimos omnes ab ordinibus repellit eccleſia.*

a Tamen non amittit. Adde quod Feli. in c. in noſtra. col. 16. verſ. 34. ſup. de reſcri. dicit dictum Inn. hic verum. & q̃ aliàs dedit hîc concordãtes quas per te vide.

NISI CVM PRIDEM. (Frugem) id eſt, ſi credis viram contemplatiuam meliorem quàm actiuam. (ſanctificato) Hieremia. ſ. qui vitam actiuam habuit, & prædicationi inſtitit ille Hieremias (cuius verbi) recuſabat verbum prædicationis baiulare dicens, a, a, a, neſcio loqui etc. & tamen poſtea prædicauit. 8. q. 1. in ſcripturis.

1 †Cedendi) videtur quòd pro nulla cauſa poſsit epiſcopus renunciare ſine licentia Papæ ſiue irregularis, ſiue criminoſus. inf. eo. c. proxi. 6. q. 3. deniq; ff. de admi. tuto. tutores. §. qui ſe. Quidam tamen dicunt contra in ſimoniaco & intruſo,

truſo, quia ſunt fures. 1. q. 1. ordinationes. nec habent titulum, vnde quantò magis tenet rem furtiuã magis peccat. 14. q. 6. ſi res. ff. de cond. furti. ſi pro fure. ſed nobis videtur, quod nec hi debent dimittere eam poſſeſsionem facti, quam habent ſine licentia, ſed de rebus eccleſiæ abſtinere debent. inf. eo. c. proxi. §. ruſsus. Et idẽ in omnibus ſuſpenſis ſiue ab homine, ſiue à iure dici poteſt.

2 †Forſitan) 33. q. 2. admonere. de pœ. diſtin. quamobrem. ff. de rei vendi. item ſi. §. 1. illius. quale eſt ſimo. 1. q. 1. erga ſimoniacos. inf. de ſimo. tantum. vbi de hoc not. & c. penul. & apoſtata. inf. de apoſta. c. ſi, & ſchiſma. inf. de ſchiſma. c. 1. vbi not. 7. q. 1. factus. & c. ſeq. intruſio. vt 16. q. 7. ſi quis deinceps. & ſi non ſit ſeruata forma in electione. ſupr. de electioni. quia propter. & hoc eſt ea ratione, quia non ſunt prælati, ſed fures, qui non intrauerunt per oſtium. 1. q. 1. ordinationes. & c. ſi quis. neq; hoc quod dictum eſt de forma, non placet: vt notat. ſup. de elec. quod ſicut. inter hæc crimina computant quidam homicidium. inf. de tempo. or. c. vlt. arg. 50. di. miror. ſed alij reſpondent & malè ideò factũ, quia homicidiũ erat manifeſtum, aliàs ſi eſſet occultum, licet ſibi benè conſuleret, ſi abſtineret poſt pœnitentiam, non tamẽ ei præcipitur. 50. diſt. de clericis. & c. de his inter hoc. computant etiam quidam quodlibet crimen, quod ipſo iure irrogat infamiam. ff. de his qui not. infa. ait. argu. 3. q. 7. §. porrò. C. de infa. l. 1. quia talis infamia per pœnitentiam aboleri non poteſt. 2. q. 3. §. hinc colligitur. poteſt enim petere reſignationem quicunque commiſit publicè enorme crimen propter ſcandalum. 50. diſt. ſacerdotes. vbi no. & c. de his verò.

3 † Si autem aliàs fuit criminoſus quocunq; crimine quantumcunq; enormi, præter prædicta, & conſimilia, de quibus not. inf. de tempo. ordi. ex tenore. ſi tamen crimen ſit occultum, poſt peractam pœnitentiam, non poteſt petere reſignationẽ iuſtè, vel ad minus ei concedi debet. 50. diſt. quia tua. & c. domino ſancto. Item licentiam cedendi petere debet omnis, qui non poteſt remanere in dignitate ſine diſpenſatione. de quibus not. inf. de tempo. ordi. ex tenore. de falſarijs occultis literarũ domini Papæ, videtur quòd poſt abſolutionem & pœnitentiam actam ſine peccato ordi- natur, nec poteſt petere ceſsionem, quia non eſt infamis ipſo facto, quia nullo iure inuenio eum infamem. (impotens) ff. de verbor. ſign. morbus. ff. de re iudi. quæſitum.

4 † Paſtorale) ſcilicet, in ſpiritualibus, nam licet in temporalibus non poſsit exercere officium ſuũ non debet cedere, quia poteſt habere coadiutorem. 7. q. 1. quia frater. & quidem infirmus nõ eſt cogendus cedere, ſed ſi petat ei conſentiendũ eſt. inf. c. proxi. (defectum) ignorantia ſecundum quod dicitur defectus ſcientiæ non peccatum, ſed pœna. 15. q. 1. § 1. ſed ſecundũ quod dicitis negligentia dicendi aliquibus eſt peccatum, vt puta illorum qui ſunt in aliquo officio, ſi negligant diſcere ea, quæ pertinent ad officium ſuum. 38. diſt. c. 1. & ſeq. Item not. quod nullus tenetur ad ſcire, ſed tenetur ad operari ſecundum conſcientiã, ad credere autem benè tenetur aliquis: vt not. ſup. de ſum. trin. & fid. cathol. in principio (ſpiritualium) 38. diſt. per totum. (temporalium) 30. diſt. Petrus. 86. 6. fratrem (competens) ſup. de elect. cùm nobis. (Malitiam) 7. q. 1. ſeruandum. & c. vlti. in hoc §. diſtinguitur quid iuris ſit in extrinſeca, vel intrinſeca perſecutione, extrinſeca perſecutio conſiſtit in manifeſtis & præciſis inimicis eccleſiæ, qui nos perſequuntur, intrinſeca in ſubditis, qui adhuc nõ ſunt præciſi, nec corrigi volunt. In exteriori perſecutione diſtinguitur, an ſolus prælatus quæritur, an totus clerus, aut tota eccleſia, ſi ſolus prælatus, aut eo recedente tuta eſt ſalus eccleſiæ, & tunc fugiet, & ſi non: tunc ponet animam ſuã pro ouibus ſuis ſi totus clerus quæritur, ſi aliàs poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugit cum prælato, ſi non poteſt conſuli, remaneret cum prælato, vel omnes, vel quidam ex his, ſi eſt altercatio inter eos de remanſuris, res ſorte dirimatur. 26. q. 2. ſors. ſi autem tota eccleſia quæritur & fides impugnatur, tunc non debet fugere, ſed omnes ex aduerſo cõſurgere pro domo Iſraël. ſi. 43. diſtinct. ſit rector. circa intrinſecam diſtinguitur. aut omnes ſunt mali, aut quidam mali, aut omnes boni, aut quidam boni, ſi boni ſunt admixti malis, eos non deſeret. 23. q. 4. tu bonus. ſi mali omnes ſunt, aut ſpes eſt de correctione, aut non: ſi eſt ſpes, non ſunt deſerendi, ſi non eſt ſpes, ſunt deſerendi: vt inf. c. vlti. † Nos dicimus, quòd ſi ſolus

ſi ſolus epiſcopus quæritur, vel alius prælatus, vel prædicator, vel etiam ſocius, ſi autem eſt alius per quem eſſe poſsit tuta ſalus eccleſiæ, vel populi cedat, ſi vult, & etiam ſi nollet, ſi periculũ eſt deſtructionis eccleſiæ, vel magni ſcandali & periculi, & in temporalibus & in ſpiritualibus, aſsignabit ei ſuperior bonum con- a cambium a ſuæ prælaturæ, vel dignitatis. arg. inf. eo. c. §. pro graui. & argu. ad hoc: ga publica vtilitas præfertur priuatæ. ſi. 7. q. 1. mutationes ſcias. & c. ſed alij contra. inf. de re. iur. qui ſcandalizauerit. & arg. contra quod ſi non præfertur publica vtilitas in furioſis & in alijs infirmis. vt 7. q. 1. quãuis. qualiter eſt perculſio. & c. 1. quare hic præfertur. Sed dic, quòd in c. prædictis non præfertur priuata vtilitas publicæ, imò vtraq; vtilitas ibi ſeruatur, priuata in eo, quod infirmus remanet in dignitate. & publica in eo, quod infirmo datur coadiutor, nec credimus quòd propter ſcandalum dimittatur veritas iuſtitiæ naturalis, quod eſſet ſi furi non præciperetur ꝺ̃d emenꝺaret furtum, vel ſi adulter cum adultera dimitteretur per ſententiam, & ſic de alijs quæ contra nouum & vetus Teſtamentum præciperentur, ſecùs autem dicendum eſt in his, quæ ſunt de iuſtitia poſitiua, nã in his ex iuſta cauſa ille, qui legem, vel canonem condidit propter ſcandalũ, vel aliam iuſtam cauſam contrarium mandare poteſt, & etiam in certis caſibus contrarium ſtatuitur. vt not. infr. de ſtatu mona. cùm ad monaſterium. & ſup. de conſti. cùm M. Et ideò quod dixímus de vno prælato, vel ſocio, idem intelligimus de multis, dummodò ſcandalum nõ timeatur, ſed ſi ſcandalũ periculoſum timeretur, vel de vno prælato, vel de vno clerico, ſi cogeretur ad accipiendum aliam eccleſiã ſua dimiſſa, vel quod magis eſt populo: tunc magis eligerem vitare ſcandalum, quod quis iuſtè moueretur de iure poſitiuo quàm ſcandalum perſecutorum, quod iniuſtè moueretur. Si autem quæritur tota eccleſia, id eſt, clerus & populus, ſiue ab infidelibus impugnetur ſiue à fidelibus. Item ſiue quæritur, vt fidem dimittant ſiue vt eis infidelibus ſubijciantur & ſeruiant, qui liberi hactenus fuerunt: tunc opponere ſe debet prælatus eccleſiæ. 33. q. 7. igitur. & c. ſeq.

Dixerunt tamen aliqui, quod etiam tunc fugiendi eſſent omnes, ſcilicet, clerus & populus quod inde recederẽt, ſed hoc non credimus, dummodò ſpes ſit, quòd ſe defendere poſsint, tum quia patriam defendit ille, tum quia periculoſum eſt, quòd multus populus marium & mulierum vagetur per mundum, & idem etiam intelligerem de clericis, ſi multi eſſent clerici, & de his periculum immineret, quamuis erga clericos tanꝯ ſapientiores minus periculũ timeatur, ſed ſi non ſit ſpes, quod totus populus ſe defendere poſsit ab impugnantibus, vel fugiendũ eſt, vt malus malum euitetur, vel ſerui fierent impugnantium fidelitũ, & etiam infidelium ſi aliter euadere non poſsint, ita tamen conueniant, quòd fidẽ & ritus ſuos non dimittant. 7. q. 1. ſciſcitaris. ſic enim videmus in veteri Teſtamento ſæpè factum, † imò etiam quod ipſi clerici ſecundũ eſſent principis infidelis in peccatum deduci poteſt, ſi aliter euadere non poſſunt, ſi autẽ clerus quæritur vniuerſus, puta, quia illi qui perſequuntur ciuitatẽ, dicunt ſi vultis repellere clericos, nos parcemus vobis, nunquàm ſine populo cùm prælati vel clerici poſſint recedere debent, quia perdere clericos eſt pdere Sacramenta & Doctores fidei, ſed ſi illi de populo nollent, vel non poſſent eos tenere, vel defendere licitè poſſent ab eis recedere, & expectare temporis tranquillitatem. 7. q. 1. ſciſcitaris. & debent ſecum ducere, quos poſſunt ne in tanto diſcrimine remanent ſine ſacerdotibus & ſacramentis, & ſi qui parati eſſent ad martyrium, & Deus inſpiraret eis, benefacerent: ſi ſuſtinerent. 7. q. 1. in §. cùm verò prælatorum. Item licet idem dicendũ ſit, & in maioribus & in minoribus prælatis, iudex tamẽ prudens diligenter attendat, quod ſi remoueret vnũ ſacerdotem de eccleſia, quia ab aliquo de populo quæritur ad mortem, vlle eſſet ſtatim eius ceſsionem admittere, ſed debet interdicere eccleſiam, vel claudere, vel reliquias extrahere. arg. infr. de iurepat. c. 1. & 2. & 3. hîc autem ita de facili non fieret ab epiſcopatu, eſſet enim nimis difficile, quòd totum epiſcopatũ ſine his quæ ad epiſcopalem dignitatem pertinent remaneret, ſed propter defectum ſacerdotis, vel alterius prælati non ſit cum eius populus de licentia ſuperioris ſi iuſtã cauſam videat ab alio valeat de facili obtinere. Itẽ inquiret, an ſit alius modus prouidendi epiſcopo præter ceſsionem, puta, quia

a *Bonum cambium. & ad hoc dictũ Inno. hic adde Ioan. An. in regu. quod ob cauſam de re. iur. in 6. et Ludo. Ro. in conſ. 355. col. 6. verſ. ex his igitur. & in. conſilium circa primũ. & etiam adde Mode. in l. fi. colu. 2. C. ſi cõtra ius vel vti. publi. & vide in præpoſito Abba. in c. conſtituitur. colu. 3. de religi. do. vbi quod in concilio Baſiliẽſi. fuit ordinatũ quod nec epiſcopus nec abbas poſſet inuitus transferri ſine cauſa rationabili & cunctis Abbatibus. in c. fi. ſup. de poſt. prælat. vbi quod ita fuit ſtatutum in concilio Piſano. & hoc dictũ Inno. hic refert etiam Feli. in c. quæ in eccleſiarũ. col. 10. circumſpectionem. ſup. de conſtitut.*

habet ſecum armatos quibus defendatur, vel tutum locum vbi moretur, ſic & de minoribus alijs circumſtantijs quæret.

5 †Item credimus, quod in murum ſe debet opponere prælatus ſi quærantur poſſeſsiones vel libertates eccleſiæ, quia ſine corporalibus non conſiſtit eccleſia. ſi. 1, q. 3. ſi quis ob. beatus Thomas pro his martyrizatus eſt, de intrinſeca autẽ perſecutione ſeruandum eſt, quòd nunquàm bonos propter malos dimittet: vt in §. hoc.cum. 7, q. 1. niſi alius magis proficere poſſet, quia tunc ſuperior eum transferre poſſet, & ipſe non malè faceret, ſi deſideraret hoc, quia maius bonũ minori præferretur. argu. 7, q. 1. omnes. 21, q. 3. ſi quis dixerit. ſi autem omnes ſint mali: tunc cõſtat quod poteſt recedere. 7, q. 1. hic ergò. & appello extrinſecam perſecutionem eam, quæ fit alicui ſiue in publico, ſiue in priuato. intrinſecã quæ contingit ex peccatis aliorum, & tamen prælatus non auditur. 7, q. 1. §. hic tunc (adhęrere) vt non prædices, vel non fructificet tua prædicatio (exaſperans) propter malos (culpa) ſubditorum (ſanguinem) 4. diſt. denique. 4, q. 7, §. is ita. 23, q. 4. non poteſt.

6 †Diſtinguendum) Grego. diſtinxit ſuper Ezech. debemus enim vitare ſcandalũ, quantum cunq; poſſumus ſine peccato, alioqn vtilius ſcandalum naſci permittitur, q̃ vt veritas relinquatur. inf. de reg. iu. qui ſcandalizauerit. veritas ergò bonæ vitæ vel iuſtitiæ propter ſcandalũ nunq̃ deſerenda eſt, veritas autem diſciplinæ deſeri poteſt propter multitudinẽ peccantium. 50. diſ. vt conſtitueretur. & hoc intelligimus vbi non defendunt errorem. 44. di. cõmeſſationes. ſi enim defenderẽt vel excuſarent, tunc nullo modo parcendum eſſet multitudini. de pœ. di. 6. c. 1. in fi. 82. diſt. plurimos.

7 †Irregularitati) irregularitas perſonæ dicitur pluribus modis, primò enim ſiue p defectibus qui ſunt in aliquo ſine peccato, vt quia eſt bigamus, vel viduæ maritus, vt hic, vel de illegitimo matrimonio natus, alios etiã defectus habetis 50. di. non confidat. & ſi. 54. di. per totũ. Item ſecundo modo dicitur irregularitas perſonæ, vbi generaliter omnis homo p̃hibetur ordinari ſine diſpenſatione Papæ, vel etiam celebrare in ordine iam ſuſcepto, ſiue patiatur defectũ ſine peccato, ſiue grande peccatum cõmiſerit, & qui ſunt hi. not. inf. de temp. ordi. dilec. fi. non ergò hic dicitur irregularis, quia ſecundum regulã apoſtoli ordinari prohibetur, ſed quia eſt extra regulam aliorum.

8 ‡Nam cùm generaliter epiſcopi poſſint cũ omnibus diſpenſare, niſi eis ſpecialiter prohibeatur, vt no. inf. de temp. ordi. dilec. cum prędictis ſpecialiter diſpenſare prohibentur. Papa aũt in omnibus irregularitatibus diſpẽſat, quia ipſæ ſcilicet irregularitates, & pœnæ harum de iure poſitiuo ſunt. Alio etiam modo dicuntur irregulares omnes illi, qui non poſſunt, nec remanere in ſuſceptis ordinibus, nec promoueri ad maiores etiam poſt peractam pœnitentiã ſine diſpenſatione Papæ, vel inferiorum prælatorum, de quibus no. inf. de temp. or. dile. ☞ †De defectibus ſacramentorũ videtur, quod tantùm ex conſtitutione eccleſiæ inducant irregularitatem, quo ad ordinationem in hoc, quod cum eis nõ poſſit diſpenſari niſi per Papam.

Sed contrarium videtur, quia vnum capitulum apoſtolicæ regulæ eſt, oportet epiſcopum vnius vxoris eſſe virum. 26. diſt. c. 1. & 2. ſed poteſt reſponderi q̃ hoc non eſt ex defectu ſacramenti, quòd prohibetur ordinari, ſed quia nõ poſſet eſſe ordinator viduitatis, quia coniugia frequentauit, & hoc ſatis videt expreſſẽ ☞ dicere. 26. diſt. vna. in fi. †Vel potes dicere, quod licet per nouum Teſtamentũ inducatur huiuſmodi irregularitas, quo ad hoc, quod promoueri non poſsit: nõ tamẽ quo ad hoc, quod per alium quàm per Papam non poſsit diſpenſari. capitulo tamen. 26. di. acutius. & inf. de bigamis. debitũ. videntur dicere q̃ defectus ſacramenti eſt cauſa quare p̃moueri non poſſunt, ſed reſpondeo, eſt cauſa coadiuuans, vel aliàs vt dicimus. in veteri autem Teſtamento erant irregularitates temporales, & non perpetuæ: quia eijciebant extra caſtra, vt quãdo quis tangebat morticinium, de vna tamen videtur, quod fuerit perpetua. ſ. quòd ſummus ſacerdos debet habere virginem nõ repudiatam, ſed nec tunc erat propter defectũ ſacramenti, ſed p̃pter cauſas prædictas. Item etiam videtur in corpore vitiatis, qui tantũ de iure poſitiuo ſunt irregulares, & idem de filijs illegitimis, & eadem de obligatis. ad ratiocinia.

9 †Item no. quòd ſuſpenſi ab officio, ſi celebrãt ſunt irregulares, vt in prealleg. c. 11, q. 3.

c. 11, q. 3. ſi quis epiſcopus. ſed ſuſpenſus à beneficio, ſi celebrat non eſt irregularis, quia in iure non inuenitur. (irregulariter) & benè in temporalibus & ſpiritualibus ſecundũ quod canones iubent & regulę eccleſiaſticæ. inf. de accu. qualiter (indulgerit) ipſe enim ſemper petere debet, cùm ſine diſpenſatione nõ habeat executionem officij, ſuperior autẽ penes quẽ eſt poteſtas diſpenſandi diſpenſationem impendet etiam non vocatis iſtis, ad quos pertinet electio vel cõfirmatio, vel quicquid aliud iuris. Sed contra hoc videtur qa iſte prælatus non intrauit per oſtium, quia tempore quo fuit electus & confirmatus & conſecratus, malum habuit ingreſſum ppter defectum diſpenſationis, & tempore quo diſpenſatum fuit ſimiliter non videtur habere bonum ingreſſum, quia non habuit cõſenſum, nec electorum, nec confirmatorum, nec cõſecratorum, ſed dic, quòd iſte per diſpenſationẽ obtinet canonicũ ingreſſum, & prædicti. ſ. electores & cõfirmatores & conſecratores nõ poſſunt reſilire, dummodò ille qui poteſt, velit diſpenſare. ar. ſup. de elec. cùm inter canonicos. in fin. ſup. de poſtu. bonæ. 2. circa fin. (potuerit) de iure, ſcilicet, cùm examinantur (culpa) taciturnitatis in examinatione (& cauſa) defectus naralium (diſpenſari) per Papam in epiſcopis & inferioribus prælatis, & cum alijs clericis per epiſcopos ſecundum quoſdam: Sed contra. inf. de fil. preſ. c. penul. (zelotes) id eſt, zelans & vlciſcens peccata, vel exactor caſtitatis. 1, q. 4. §. æquè. 24, q. 1, §. 1.

10 †Notos) ſicut legit in hiſtorijs manzer de ſcorto natus, ſpurius[4] de concubina ſic dicta à ſpurcitia incontinentiæ, notus de adultera, qui quaſi videtur filius & non eſt, ſicut nota febris, quæ videtur aliqua & nõ eſt illa, eccleſia autem omnes illegitimos ab ordinibus repellit. ſup. de electio. cùm in cunctis (ociotas) de conſe. diſti. 5. nunquam. (qui verò.) 19. q. 2. duæ. inf. de reg. licet. (pontifex) Martin⁹ (illius) Pauli apoſtoli. (plus cæteris) 24. q. 4. quis nos. (& meritorius) 43. diſt. Epheſijs. ff. ad l. Aquil. ſi ſeruus. § ſi calicem. 47. diſtin. c. vlti. ff. de negot. geſt. ſed an vltro. (ſecura) & ideò eligendo. de pœ. diſtinct. 7. c. vlti. ff. de rit. nup. adoptiuus. (in fœcunditate) Lia enim habuit quatuor filios Rachel tantũ duos (latoris) Moyſi. 36. diſtin. ſi quis vult (indulgetur) 18. quæſtio. 1. cap primo. 7 quæſtio. 1. hoc nequaquam.

CAPVT XI.

1 *Qui poteſt eligere poteſt etiam poſtulare.*
2 *Solus prioris conſenſus non ſufficit in alienatione perſonæ.*
Conſenſus epiſcopi an ſit neceſſarius in poſtulatione, ſed benè eius requiſitio.
3 *An poſsit monachus abſq; abbatis & conuentus conſenſu conſentire poſtulationi de ſe factæ de aliqua dignitate.*
4 *In Epiſcopo debet fieri ſubtilior inquiſitio quàm in alijs dignitatibus.*
5 *An propter crimen, poſsit quis cedere epiſcopatui.*
6 *Papa diſpenſare poteſt contra quatuor concilia & contra euangelium, dum tamen nihil contra fidem ſtatuat.*

POST TRANSLATIONEM. (Poſtulandum) nihil enim aliud eſt eligere poſtulandum, quàm poſtulare. † ſi enim elegiſſet eum 1 ad epiſcopatum, caſſaretur electio, quia regularis eſt, qui non poteſt conſentire, cùm non habeat proprium velle, vel nolle. 12. quæſtione prima. non dicatis. quia epiſcopus conſentire non poteſt, qui ſimiliter ſine ſuperioris licentia ſe non poteſt transferre. ſuprà de transla. epiſcop. inter. in fin. & ſuprà de poſtu. per totum. argumentum. contra. infrà de voto. per tuas. ſed expone ibi electionem, id eſt, poſtulationem. & notauimus de hoc ſuprà, de electionibus. in cauſis. Vel non eſt eligendus ſimpliciter, ſed cum determinatione hac, ſcilicet, in poſtulando, vt hîc, & prælegatis capitulis. Alij dicunt, & fortè melius, quòd etiam monachus eligitur ad epiſcopatum, argumentum. infr. de voto. per tuas.

2 †Priore) & etiam alio conuentu. ſolius enim prioris conſenſus non ſufficit. 19. quæſtio. tertia, ſtatuimus. argumentum. 12. quæſtione prima, præcipimus. ſi tamen ſine cauſa nollet conſentire, cogeretur per ſuperiorem. infr. de iure patronatus. nullus ſed ſi iuſtam cauſam haberet, non deberet compelli, & ſic intelligo. 73. diſtinctio. literas. & 71. diſtinct. capitulo primo & ſecundo. & nota. regularem requirendum ab abbate, & cõuentu ſi eſt exemptus, vt hîc. ſi verò non ſit exemptus, deberet requiri ab eiſdem abbate & conuentu. 19. quęſtione tertia. ſtatuimus.

[4] *Spurius. Adde diſtũ Inn. hic. adde Bartholũ. & ibi Alex. de Imol in apo. in l. ſi gener. colũ. 2. circa prine. ff. de his quibus vt indign. et adde Fran. de Are. in c. at ſi clerici. §. de adulterijs. co. 5. inf. de indi. & ibi q̃ ſpurius eſt nomẽ generis, & ideò natus ex ſoluto & ſoluta, non tamẽ vnica cõcubina in domo retenta dicitur etiã ſpurius. d. l. concubinã. cũ gl. quam ibi approbant Dy. & Bar. de cõcu. refert Alex. in conſil. 184. col. 2. in 5. vol. & in propoſito vide Ludo. de Sardis in ſuo tract. de ſpurijs circa principium.*

ſtatuimus. & ab epiſcopo ſimiliter. 16. quæſtio. 1. qui vere.

☞ †Melius credo epiſcopi conſenſum nõ eſſe neceſſarium in poſtulatione, ſcilicet, vt ab epiſcopo poſtuletur, quaſi à præſtante authoritatem poſtulanti, ſed huius epiſcopi requiſitio eſt neceſſaria, ſiue fiat poſtulatio ſiue electio, quia eius clericus eſt. 73. diſtinctio. literas. 22. diſtinctione, capitulo primo & ſecundo. & eadem ratione ſi ſit clericus plurium epiſcoporum, ab omnibus eſt requirendus, requiſitio enim Papæ neceſſaria eſt propter diſpenſationem. argumentum. capitul. de electione. innotuit. 58. diſtinctione. Cenomañ. Vel melius hîc requiritur, quia fuit epiſcopus, & nõ quia fuit monachus. argumentum. ſuprà de translat. capit. primo. licentiam autem ſui præpoſiti, vel archipresbyteri, vel concilium prælatorum ſecularium non exemptorum, non credimus requirendum, ſed ſolius epiſcopi conſenſum ſufficit requirere. argumentum. inf. de cle. percuſ. capitulo vltimo. 71. & 72. diſtinctio. per totum. epiſcopus tamen non debet eum licentiare ſine conſilio fratrũ electi: vt nota. ſuprà eodem cap. quòd in dubijs.

3 †Hîc autem dicunt quidam, quòd monachus non poteſt conſentire poſtulationi de ſe factæ, ſiue in epiſcopũ, ſiue ad quamcunq; aliam dignitatẽ eligatur, niſi prius habeat conſenſum abbatis & conuentus, quia nõ habet velle vel nolle. 12. quæſtione prima. non dicatis. ſed iſtorum cõſenſu obtento antequam habeat cõſenſum epiſcopi, poteſt conſentire poſtulationi ad quantamcunq; dignitatem, & etiam electioni ad minores dignitates de ſe factæ, ſed nõ poteſt deferere primam eccleſiam, niſi habita licentia ſui epiſcopi, ſicut nec alius clericus. vt ſup. eo. admonet. licet in monacho, quidam dicunt ſecùs. 63. diſtin. literas. & 62. diſt. c. 1.

☞ †Et dicimus, quod quo ad hoc, quod teneat poſtulatio de monacho ad minores dignitates ordinis, non eſt neceſſaria authoritas Papæ, & etiam cùm poſtulari debet, ſi malè contingat de eo fieri electionem cõſentientibus abbate & conuentu, credimus per epiſcopũ poſſe diſpenſari, ſicut in alijs dignitatibus. 55. diſt. priſcis. cùm Papa ſibi non reſeruauerit. inf. de ſen. excom. nuper. abbates autem poſſent eligi in epiſcopos, ſupr. de elect. cùm in veteri, in abbatem autem proprij monaſterij, credimus monachũ eligendum non poſtulandum. arg. ſup. de ele. cùm dilecta. ſup. de cõſue. cùm dilectus. (capituli) 7. q. 1. hoc nequaquam (pontificatũ) multofortius ad minores dignitates. arg. ſup. de transla. c. vlt. 8. q. 1. mutationes. officium tamen aliquod in quo non ſit dignitas, ſatis crederem, q̃ poſſet habere, quia plus eſt ad onus quàm ad emolumentũ. C. de infa. l. 1. quamuis poſſet dici, quod licet ex hac cauſa repellat̃ ab epiſcopatu, & difficile diſpenſetur contra concilium eum eo: tamen ſi poſtuletur à Papa ad abbatiam, vel prioratum facilius cum eo diſpenſabitur, qa non eſt contra concilium, & licet ſit indignus maiori, non eſt indignus minori. arg. ff. de inter. & rele. l. relegatorum. §. vlti. & l. ſeq. Item hoc, c. non habet locum, ſi aliam dignitatẽ dimiſerit, & fuerit factus monachus. benè enim poterit ad epiſcopatum poſtulari, niſi probatum fuerit ei crimẽ, ſi autem fuerit probatum, tunc non propter concilium q̃d de his mentionem nõ facit, ſed propter crimen repellitur. 25. diſt. primum, nec 4 mireris. † quia difficilior inquiſitio ſit in epiſcopo, quàm in alijs dignitatibus, qa epiſcopatum non licet dimittere ꝓpter monachatum, ſed alias dignitates licet dimittere, vnde ibi non fit tanta inquiſitio, quare illam dignitatem dimiſerit. ar. inf. de reg. licet (ex quatuor) 15. diſ. ſicut. Comperto) ſtatim ſiue intra modicum tempus. 1. q. 1. conſtat. inf. de regu. c. 1. alioquin ratum habere videtur, & ratihabitio retrotrahitur in maleficio. infr. de ſimo. ſicut eſt nobis. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quoties. 34. q. 2. ſi virgo. C. de transact. quamuis. C. quomodo & quando iud. ſi ab eo. (dimittens) arg. quod etiam ſimoniacus nõ poteſt cedere ſine licentia Papæ (redire) quando epiſcopus poteſt diſpenſare cũ huiuſ. ſimoniaco. habes ſuprà. de electione. capitulo penultimo. ſecùs eſt in alijs dignitatibus, quia eaſdem in alia vocatione reaſſumi valet. ſuprà de electione. cap. penultimo. (q̃d in eo) hæc eſt vera interpretatio illius capituli.

5 †Dixerunt) & benè, ſed non ſufficit, ſiue enim fuerit conuictus & confeſſus, ſiue non, ſed tamen quia commiſit crimen, licet occultè amplius ad epiſcopatum non reſurget, & hoc innuit ſi. huius decre. vbi dicit, alioquin etc. ſed poteſt melio-

meliorem rationem aſsignare, quia ſuperior non daret ei licentiam cedendi propter crimen, niſi de eo conuictus eſſet, vel confeſſus, vel niſi crimen eſſet tale, quod executionem poſt peractam pœnitentiam impediret ſine diſpenſatione. vt ſupr. eod. c. proxi. benè dicitur. hos tamen caſus ſupponit, & tamen crederem quod ſi authoritas ſuperioris pro occulto & leui crimine, in quo perſeuerabat ceſsiſſet, vel etiam in quo non perſeuerabat, ſed de facto cùm de iure non debuerit ceſſerit iterum, vel epiſcopatum poterit reaſſumi (alijs) non eſt reprobus intellectus, ſed ſuperior eſt vtilior (& non ordinem) inf. de ordi. ab epiſcopo. qui re. epiſca. c. 1. (ordinem) id eſt, ordinis executionẽ, characteri enim renunciare non poteſt. 1. quæſtio. 1 quod quidam. 32. q. 7. licitè. hanc autem executionem recuperabat de ſpeciali mandato Papæ. Conſtiterit) probante electo, præſumitur enim prima facie, quod nõ ſine cauſa reſignauerit. argu. hîc. & infr. c. proxi. 7. quæſtio. 1. hoc nequaquam. alij dicunt quòd nunquam debet aliquã ex prædictis cauſis probare, niſi eſſet præſumptio contra eum, quæ eſſet ſi ordini renunciaſſet, & tunc poſſet probare quòd ex aliqua prædictarum cauſarum reſignauit: vt ſic ceſſet præſumptio, & admittatur poſtulatio, primo dicto magis conſonat litera (tunc) ſcilicet, quando ceſsit dignitati (antea) non exiſtens prælatus aliquãdo poteſt celebrare propter ſcandalum, & tunc prælatus non prohibetur. 6. diſtinctio. teſtamentum (alioquin) id eſt, ſi non reſignauit ex prædictis cauſis, quæ ſunt ſine peccato, ſed ex alia, id eſt, propter peccatum non diſtinguo, ſi ſit ex eo conuictus, vel non, vel diſtinguendum eſt, vt dixi in illa gloſſ. & benè. vel alioquin, id eſt, ſi epiſcopus non probauit prædicta, vel ſi aliàs ei non conſtiterit.

6 †Durum) ſed non impoſsibile. diſ- 4 penſat enim Papa contra quatuor concilia (Capitulum) 115. quæſtio. 1. ſunt quidam. 34. diſt. lector. 82. diſt. preſ. Et contra verba Euangelij, licet non contra mentem. nam in Euangelio dicitur: In ore duorum vel trium cõſtat omne verbum. inf. de teſti. in omni. tamen poſtea eccleſia ſtatuit in cauſis, cardinales plures requirendos. 2. quæſtio. 4. c. 1. & 2.

CAPVT XII.

VIDAM (Siue epiſcopi.) ſiue alij prælati, ſiue ſimplices clerici (inſtantia) quia enim ita perſeuerant, præſumitur contra eos vt hîc de pœnitentia. diſtin. 1. diuortium. C. ad Velleia. ſi mulier. in fi. ff. de quæſtionibus. l. vnica. §. dicimus. eſt etiam hoc ideò, ne illudatur Papa, ſicut in poſtulatione, poſtquam eſt præſentata Papæ, ſuprà de poſtu. bonæ. 2. Ar. contra. ff. de ceſsi. bo. is qui. ſi tamen antequam ſuperior ſciat, reuocet petitionem ſuam ſiue mandatum, vel etiam poſtquam ſciuit antequam licentiam concedat, vel literas ſuper ea valet reuocatio, infra eod. elect. nec eſt ſimile in poſtulatione, cùm hæc reuocatio nullius intereſt, ſicut illa ſed & quia non fit publicè & ſolenniter intereſt poſtulati, ſi autem reuocaret antequam ſuperior admittat ceſsionem, & ſuperiore hoc neſciente det licentiã, videtur quòd teneat licentia. argument. ff. de procurat. ſi procuratorem. quamuis poſsit diſtingui, an per procuratorem, vel literas, vel per nuncium petat ceſsionem. Compellendos) hoc videtur intelligendum, ſi poſtquam Papa intellexerit voluntatem eorum velint reſilire, antequam Papa conſentiat, nam ſi Papa conſenſiſſet antequam reuocetur petitio licentiæ, non eſt cogendus cedere cùm ſatisfaciat petitio epiſcopi & aſſenſus Papæ, & iam non ſit epiſcopus illius eccleſiæ, ſuprà eodem. quòd in dubijs. hoc placet ſi ceſsionem obtuliſſet Papæ, ſed vbi non obtulit ceſsionem Papæ, ſed tantùm licentiam cedendi petijt in futurum in eius manibus, quam dominus Papa deputauerit, ſecùs eſt, & tunc obtinet quod hîc dicitur.

a Diſpenſat. ad de eundem in ca. quæ in eccleſiarum. circa fi. ſupr. de conſtit. & in c. ſuper eo. interas ſuper ea valet reuocatio, infra de bigam. & adde Pet. de Ancha. in conſi. 124. incip. circa bigamos vbi q̃ Papa diſpenſat etiam contra epiſtolas Pau. & vide quæ latè ponit Feli. in d. ca. quæ in eccleſiarũ. col. 6. ver. ſecunda concluſio. & adde Hen. Bohic. in cap. propoſuit. de conceſ. præb. vbi quod Papa diſpenſat contra ius diuinum, dummodò non ſit contra fidem, nec nutriat peccatũ mortale, nec inducat ſubuerſionem fidei, nec periculũ animarũ. & circa legẽ euangelij dicit q̃ diſpenſat circa ea, quæ ſũt conſilij, vel in parabolis dicta: non tamen circa ea quæ cõſiſtunt in præceptis, vel prohibitionibus, vide tamen circa q̃dicta Felin. in loco q̃ alleg. in colu. ſeq. & ſeq.

CAPVT XIII.

1 *Renunciare iuri ſuo & ſe gratiæ ſubmittere quomodo inter ſe differant.*

VENIENS. (Canonici) etiã ſi expreſſa eſſet renunciatio literarum, vel iuris q̃d habebat, vel habitur⁹ erat iſte ſubdiaconus, tamẽ ex illa renunciatione nõ poſſet excipere, niſi capitulum cui facta fuit renunciatio, vnde videtur q̃d iſti canonici, de quibus non dicitur hîc, quod nomine capituli exciperent, non eſſent admittendi. ſol. verè non ſunt admittendi ad excipiendũ de renunciatione, quæ non eſt eis facta, ſed excipiunt, vt quilibet de capitulo quod

non intrudant eum per literas, quibus renunciauit, ſicut poſſet excipere, quòd aliàs nõ intrudent eum, quia literæ eius falſæ ſunt, ſed ſi capitulũ vellet eum recipere, vel remittere renunciationẽ factam, benè poſſet, & ex tunc non admitterentur canonici ad excipiendũ de ea. Sed ſi capitulum mandaret his canonicis, quod non proponerent de renunciatione, non obedirent ei, quia ipſi principaliter non proponunt de renunciatione, ſed de intruſione, quam ſuo nomine proponant, & non nomine capituli, plus placet quod ex quo quis aliquid renunciauit libera voluntate, & eo animo quod dominiũ illius rei vlterius habere non vult, etiã abſente illo cui prædicta a renunciatio prodeſt, illa renunciatio [a] omninò valet, & ſibi præiudicat, & cuilibet parit exceptionem. argu. C. de ac. accuſatio. 7. q. 1. quàm periculoſum. & inf. de præſcr. c. pen. ff. de acqui. hære. is poteſt. & l. 2. & ſit hæc renunciatio non tantùm expreſſè, ſed etiam tacitè ꝙlibet iudicio. C. de reſti. in integ. l. 1. ff. de acqui. hæred. recuſari. & hoc ipſo quod renunciat aliquam rem conceditur occupanti, multò fortius quàm ſi haberetur pro derelicto. ff. pro derelic. per to. inſti. de re. diui. in fi.

[a] *Illa renunciatio, & ſic renunciatio facta abſenti tenet adde Pet. de Ancha. in conſ. 34. incip. in hac cauſa. col. 3. poſt medium. qui ſequitur Innoc. hic.*

Fatemur tamen, quòd non amittit dominiũ rei per renunciationem, dum tenet illam rem, licet amittat poſſeſſionem. ff. de acqui. poſ. ſi quis. §. 1. ſi autem renunciat iuri, vel ſeruituti quam habet in aliqua re etiam abſente domino rei, ſtatim ſit res libera, & eodẽ modo ſi renunciat. C. de pac. l. poſtꝙ. Sed contrà. C. de repu. hær. ſicut. Sol. ibi dicit, quòd valet renunciatio in auxilium renunciantis, nam non poteſt alij per ſuam renunciationẽ facere præiudicium, ſed in ſuum damnum benè præiudicat renunciantí (videtur) ſed non erat, & ideò retractatur ſententia (iudicium) hìc potuit eſſe in vna cauſa retractationis ſententiæ cum tertio non cõmittente, nec recuſante duo malè ꝓceſſerint. inf. de offi. dele. prudentiam. (ſi gratiæ) quod idem eſt, ac ſi literis renunciaſſet, cùm idem ſit tacitè renunciare quod expreſſè. infr. de offi. deleg. gratum. C. de iure do. l. 2. inf. de præben. pro illorum.

1 †Caſſauit) quicquid dicant gloſſ. hìc poſitæ, credimus hanc ſententiam iuſtã, & ſententiam dele. iniuſtam, nam aliud eſt renunciare literis ſiue iuri ſuo, quod periculoſum eſt. ff. de pac. l. 2. 7. q. 1. ꝙ periculoſum. aliud eſt ſubmittere ſe gratiæ, quæ ſubmiſsio proteſtationem continet quod gratiam expectent, & ideò ea non ſecuta, ius primum recuperat. C. de tranſact. ſiue. ff. de dona. hoc iure. §. vlt. & ff. & C. de condi. cauſa data per to. Idem ſi ſubmiſiſſet ſe miſericordiæ. ſup. eo. ſanè. idem ſi ſubmiſiſſet ſe voluntati, nam & tunc in alijs præcedentibus caſibus ſecundum quod bonus vir arbitretur, debet ei prouidere. ff. de ope. lib. ſi libertus. ſi autem talia non expreſsiſſet, licet ad gratiam aſpiraret, ſecùs dicerẽ. C. de condi. cauſa da. ſi non repetendi. ff. de condi. ob cau. l. dedi. §. ſi quis. ſed cõtrà. inf. de pac. cùm pridem. ſed dicimus ibi gratiam contineri.

CAPVT XIIII.

IECTAE. (Abſoluit) talis autẽ abſolutio vim reſignationis non obtinet. Item reſignatio debet p̃cedere abſolutionem. ff. de offi. præſ. l. pe. & reſignatio non poteſt fieri ſine authoritate illius, à quo recipit: vt nota. ſupr. eod. quod in dubijs (ſanior) de hoc not. ſup. eo. quidam (reſignare) ita quod teneat, & quod monachi ſint abſoluti.

CAPVT XV.

1 *An ſit neceſſarius conſenſus conuentus, vbi quis ad arctiorem religionem trãſire vult.*
2 *Non debet abbas licentiam dare monacho ſuo arctiorem religionem intrandi.*

DILECTI. (Sufficientem) in iſto fuit defectus ſcientiæ (abbate) monachus aũt de licẽtia ſolius abbatis poteſt dimittere monaſteriũ, dummodò ad aliud arctius tranſeat. 19. q. 3. ſtatuimus. infr. de reg. licet. nam & ei ſoli facit obedientiam. 12. q. 1. nõ dicatis.

1 † Sed quæres nunquid poteſt fieri monachus alterius monaſterij ſine licentia epiſcopi? Reſpon. non ſi eſt paris, vel minoris religionis, ſed authoritate epiſcopi poteſt fieri diſpenſatio. arg. inf. de reg. ſignificatũ. ſed arctioris poteſt. Alij tamen dicunt neceſſarium eſſe conſenſum cõuentus, etiamſi ad arctiorem religionem tranſeat hoc tutius. & 58. diſt. c. 2. & præall. c. ſtatuimus. Alij etiam dicunt neceſſarium eſſe cõſenſum epiſcopi. arg. 16. q. 1. qui verè.

Quod credo verum eſſe, quantum ad hoc, vt alius epiſcopus eum non ordinet

dinet ſine licentia eius, niſi primò fieret monachus alicuius monaſterij arctioris ſecundi epiſcopi.

2 †Item no. quòd vnus abbas non debet dare licentiam monacho ſuo intrandi religionem arctiorẽ, niſi primò eam inueniat, & paratus ſit eam recipere, & ſi aliter recedit, fugitiuus eſt & apoſtata, cùm nõ ſit in alicuius obedientia, hoc autem forte poſſet facere prior eius, ꝙd daret licentiam monacho volenti intrare religionem, quod ſub ſua obedientia iret quærere locum religioſum, qui ſibi placeret, tamen nõ conſulo priori quòd hoc faciat, niſi forte vt euitet maius malum, ſcilicet, quia ſi nõ daret hanc licentiã, ipſe ſua authoritate recederet. † Abbas) presbyter autem inſtitutus per epiſcopum, & præſentatus per abbatem in manibus epiſcopi renunciare debet, qa ab eo inſtitutus eſt, & nõ debet fieri, niſi requiſito abbate, quia ſua intereſt. inf. de præb. in Laterañ. ar. inf. de off. archi. ad hoc. §. vl. Item non valet ſi dicit, ego volo renunciare temporalia coram abbate, vel ſpiritualia tantùm coram epiſcopo, quia iſta coniuncta ſunt, quod vnum ſine altero dimittere non poſsit. 1. q. 3. ſi quis obiecerit.

TITVLVS X.

DE SVPPLENDA NEGLIGENTIA PRAELATORUM.

CAPVT I.

1 *Benedictio epiſcopi in abbate, ſuccedit in locũ confirmationis.*
2 *Non poteſt abbas ordinem conferre, niſi ſit benedictus.*

STATVIMVS. (Subſtitutos) cõfirmatos. ſup. de ele. noſti. vel dic, quod etiam ſine confirmatione expreſſa datur hæc bened ctio.

1 †Per hanc benedictionem intelligitur data cura monaſterij, quia ſuccedit in locum confirmationis, nec eſt facienda aliqua examinatio, vel inquiſitio in in hac benedictione, ſicut quando confirmatur tutor datus à patre filio emancipato. ff. de teſt. tu. pr. & plus dicimus, quod etiam ſine benedictione authoritate huius canonis habet hìc abbas plenam adminiſtrationẽ, ex quo epiſcopus ſibi benedictionem denegat, ſed ſi epiſcopus diceret veriſimiliter, ego volo coram ſuperiore aliquid probare contra eum, quare benedici non debet, tunc nõ crederem quòd deberet adminiſtrare ſine ſuperioris authoritate, non præmiſſa cognitione. inf. de reg. licet tamẽ ſi malitioſè proponit, quod probari non poteſt punietur ſecundum conſtitutionẽ. ſup. de elec. ſtatuimus. & facit ad hoc, ꝙ no. inf. de reg. licet. Alij tamen dicunt, quòd etiam ſi iuſta cauſa ſubeſſet, quare epiſcopus eum benedicere nollet, & etiam ſi iuſta cauſa expreſſa apparet, tamẽ tenet quod ſit ab eo, quia Papa eius facta tuetur per iſtã conſtitutionẽ, quam hîc ponit hęc decre. & de hoc no. ſup. de elec. nihil intelligunt hanc conſtitutionem habere locum, quando nullam veram cauſam ſuæ cõtradictionis aſsignat (renuerit) ſine cauſa, aliogn ſi iuſta cauſa ſubſit non ei licebunt quæ ſubſequuntur: vt not. inf. de reg. licet (benedicere) ar. quòd aliquis dare poteſt, ꝙd non habet. ar. C. de teſt. milit. cùm conſtitutio. §. vl. de iure emphy. l. vl. ar. contra. 1. q. 7. Daibertum.

2 †Et alia) ſcilicet conferre lectoratũ. 69. diſt. c. 1. forte melius dicitur, ꝙ cùm conferre lectoratum non ſit officij tantùm, ſed ordinis. inf. de ætate, cùm contingat. non poterit ordinẽ conferre, niſi ſit benedictus: vt inf eo. c. nec tamen dicimus, quòd tantùm ex ordine habeat hanc poteſtatem conferendi lectoratũ, ſed ex ordine & benedictione, vt in prædictis. c. dicitur. Et idem intelligo de ordinibus minoribus lectoratu, ſicut eſt oſtiariatus & pſalmiſtatus. inf. de æta. cũ contingat. exorciſtatus autem & accolitatus conferre non poterit, niſi priuilegium habeat. ar. contra de eo qui fur. ordre. c. 1. Sed epiſcopus qui renunciauit etiam executioni ordinis, maiꝰ habet priuilegium, ꝙ abbas benedictus, & idem quod in abbatibus diximus eſt in coepiſcopis. 68. diſt. c. 1. in fi. illi autem qui dicunt, quod abbas ex quo per eum non ſtat, quin recipiat benedictionẽ poteſt conferre lectoratum intelligunt, ꝙ benedictio nihil facit ad collationem ordinis, ſed priuilegium generale hoc facit, quod conceſſum eſt abbatibus benedictis, quod poſsint lectoratum conferre, ꝙd priuilegium per decre. iſtam extenſum eſt in abbatibus Ciſtercien. vt etiã ſi non receperint poſsint illum conferre & alia facere, quę ad officium pertinent: pſalmiſtatum autem quilibet ſacerdos conferre poteſt.

CAPVT

CAPVT II.

SICVT NOBIS. (Perſonas) infr. de of. arc. vt ſingulæ. 25. q. 1. quæ ad perpetuã. ff. p ſoc. actione. §. Labeo. (epiſcoporũ) conceſſo enim quod eccleſiam conuertat in proprios vſus, vel fructuum alicuius eccleſiæ factam ab epiſcopo ſine conſenſu ca. non valet. inf. de don. paſtoralis. (inſtituit) ꝙ non debent facere epiſcopi etiam cum cõſenſu capituli, niſi capellæ ad eos pertineant pleno iure, tunc enim poſſet ſi cauſa ſubeſſet. inf. de præſcri. cùm olim. 16. q. 7. c. 1. aliàs tantùm ad epiſcopum ſpectant capellæ. inf. de cap. mo. c. 1. (ita penſionibus) nouis & malè. inf. de cenſi. prohibemus (in epiſcopalibus) ſcilicet, in procuratorem. 10. q. 3. cauendum relatum & in cathedratico. 10. q. 3. illud. & ſic in hoſpitalitate. 42. diſtin. 2. 1. (exempte) inf. de priui. cùm & plantare. §. in eccleſijs (in Lateranenſ.) infr. de conceſ. præben. c. 2. (generetur). q. d. hac vice tantum priuabuntur. ſupr. de elect. cùm in cunctis.

CAPVT III.

TICET. (Ad archiepiſcopũ) ad quem primò de conſuetudine ptinet collatio præbendarũ, ad capitulum pertinet ex negligentia epiſcopi. inf. de conceſ. præb quia diuerſi. † Et ita not. quod nec ei ad quem primò, nec ei ad quem ex negligentia pertinet electio, non currit tempus, niſi à notitia. (à notitia) inf. de conceſ. præben. quia. & c. ex parte. ff. de pe. hær. item veniunt. §. petitio. arg. cõtra. C. quis or. in bo. poſſeſſ. l. vlt.

CAPVT IIII.

ITERAS. (De patientia) Non de iure communi. ſup. c. proxi. vtrum autem ipſi poſsint ſine peccato tenere, dic ꝙ non ſine noua collatione: vt hîc, & not. de elect. quod ſicut. & c. eccleſia. el. 2. & ſup. de renunc. niſi.

CAPVT V.

DILECTO. (Impedire) not. electionẽ quæ nulla eſt aliam non impedire. ſupr. de electio. cùm Vintonenſ. de hoc not. ſup. de elect. dudũ. (dictum G.) electo ab archiepiſcopo in cantorem.

CAPVT VI.

ROMANA. (Edictũ) archiepiſcopus Remenſis excõmunicauit ſuffraganeos ſuos quia eum viſitantem non recipiebãt: & tunc archiepiſcopus fecit fieri edictũ per totam prouinciam, quod omnes ſubditi ſuffraganeorum licitè etiam principalibus cauſis irent ad curiam Remenſ. & hoc edictũ hîc reuocatur (culpis) ſi. inf. de præben. ex parte Aſteñ. & ſup. de elect. cum eccleſia Vulter. in fi. no. infr. de conceſ. præben. quia diuerſi.

CAPVT VII.

1 *An poſſunt reges regno priuari.*
2 *Ex quibus cauſis poſsit regibus curator dari.*
3 *A ſubditis peti debet curator regibus: & ſuperior proximus eum ipſis cõcedere debet.*

1 GRANDI. † (Regni) ſpeciale eſt in regno, quod reges nõ poſſunt priuare, nedum filios, ſed nec fratres, vel alios cõſanguineos ex ſtirpe paterna deſcendentes, à regno ſola voluntate, licet ex cauſa Papa, vel alius ſuperior rege, poſsit eum priuare. inf. de voto, licet.

Et hoc eſt verũ, vbi reges deferuntur per ſucceſsionem, ſed ſi per electionem defertur, ſecùs eſt. ſup. de elect. venerabilem. Generalem) per hanc ſolam generalem & liberã adminiſtrationem non licet ei donare. ff. de pac. contra. §. fi. niſi in regibus & eorum curatoribus ſpeciale quis dicat, cùm ſpeciale & proprium ſit eis donare.

2 † Vtilitatem) no. cauſas iuſtas dandi curatorẽ regibus, ſcilicet, ſi neſciunt ſuum regnum defendere, vel in eo iuſtitiã & pacem ſeruare, & maximè religioſis perſonis, locis, & pauperibus, & etiam quod plus eſt, ſi neſciunt perdita recuperare, & idẽ quod diximus in regibus ſeruandum eſt in ducibus, comitibus, & alijs, qui habent iuriſdictionẽ ſuper alios, alijs autem priuatis non datur curator, niſi ſint furioſi vel prodigi. C. de cu. fur. iul.

3 † Aſſumptus) benè dicit ſit aſſumptus. q. per alios. eſt enim hoc ordinarium, quod curatorem regibus & ſimilibus perſonis petant ſubditi, & ſuperior proximus debet ipſum concedere, & ſi non habet alium ſuperiorem, Papa hoc facere debet. arg. inf. qui ſi. ſint legi. per venerabilem. ff. de tuto. & cu. da. ab his. §. diuus. & hîc. curator autem iſte ſatisdare debet, rem eius cui curator datur ſaluã fore, & debet facere inuentarium, nec debet dari, niſi cauſa cognita. ff. de cur. fur. obſeruare. & l. ſe. C. de cur. fur. l. fi. §. cùm antiquitas. item ſciendum eſt, quòd in furioſis ipſo iure agnati ſunt curatores & prodigis, poſtquam interdictum eſt eis bonis. ff. de cura. fur. Iul. ſcribit.

TITVLVS XI.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM ET qualitate ordinandorum.

CAPVT I.

1 *Velum conſecrationis à quo, & quibus diebus dari debet.*
2 *Item veſtis religioſa à quo accipit vidua. in num. 2.*

1 SVBDIACONOS. (Deo dedicatis) 20. q. 1. deuotis. contra ſol. quòd ibi minus dicitur hîc ſuppletur. † Velum cõſecrationis à ſolis Epiſcopis, & ſolis virginibus, & ſolis ſolennibus feſtiuitatibus, & diebus dominicis datur, niſi ingruat neceſsitas, quia tunc ſicut baptiſmus omni die dari poteſt. 20. q. 1. deuotis. de conſe. diſt. 4. venerabilis. & c. baptizandus. † Velum autem profeſſionis nullus Pontifex dat viduis, vt alleg. c. deuotis. in fi. ſed ipſemet ſibi aſſumant de altari. 28. quæſtio. 1. viduas. & capitibus ſuis imponant. 27. quæſt. 1. viduæ. Nec eſt contra. inf. quòd met. cau. perlatum. quia ibi non impoſuit velum conſecrationis, ſed imponere ſimulauit.

2 † Veſtem autem religioſam accipit vidua à ſacerdote, vel miniſtro eius. 20. quæſtio. prima. vidua. inf. qui cler. vel vo. conſuluit. quòd enim ibi dicitur, quod accepit velum à ſacerdote, intelligitur religionis. Velum profeſsionis ſuſcipit à virgine & corrupta cùm profitetur, nec eſt vis, an per ſe ſumat de altari, an à ſacerdote, & ſi non recipit ante 12. annum. 20. quęſtio. prima. c. 1. & quæſtio. 2. puella. velum conſecrationis in 25. ann. niſi ex diſpenſatione aliter fiat. 20. quæſt. prima. placuit. velum ordinationis quod olim dabatur diaconiſſę, & in 40. an. 27. quæſt. 1. diaconiſſam. 20. quęſtio. prima. ſanctimonialis. velum prælationis olim dabatur Abbatiſſis. in 40. ann. 20. quæſtio. 1. iuuenculas.

CAPVT II.

SANE. (Multitudo) l. di. vt cõſtitueretur. 1. quæſtio. 7. quo. 44. di. cõmeſſationes. in omnibus his parcitur multitudini. illis tamen qui fuerint cauſa exceſſus, non parcitur de facili. inf. de cle. ex. mi. latiores (conſuetudo) hîc excuſat à pœna. ſi. 32. q. 4. objciuntur. 4. di. deniq;. inf. de ſi. non ſatis. inf. de eo qui dux. in matri. eum haberet. à culpa autẽ, vel pœna æterna non excuſat.

CAPVT III.

DE EO. (Duos) & etiam plures dùm tamẽ generalem ordinationem non faciat (ad minores) quos omnes ſimul vni conferre poteſt. ar. inf. de eo qui fur. or. re. cùm H. lator. & arg. 72. di. quicunq;. niſi conſuetudo repugnaret. 75. diſt. ordinationes.

CAPVT IIII.

1 *Criminoſus poſt peractam pœnitentiam promoueri poteſt, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare, niſi tale crimen commiſerit quod impediat executionem officij poſt pœnitentiam. vt nu. 2.*
3 *Diſcretus debet eſſe prælatus in diſpenſando, vt ſcandalum & puritatem pœnitentiæ & multa alia quæ Deus & diſcretio prælati ſibi adminiſtraueris attendat.*
4 *Electio ad hoc vt valeat neceſſe eſt vt poſsit celebrare.*

1 EX TENORE. (Deliquit) Fortè enormiter, vt quia cõmiſit inceſtum, tamen diſpẽſationem non requirit, vel vſuram quam tamẽ reſtituit (nõ aſcendat) arg. † quòd criminoſus acta pœnitentia poteſt promoueri, & in ſuſceptis ordinibus miniſtrare. 34. di. fraternitatis. l. diſtin. ponderet. quia tua. & c. domino ſancto. & in multis alijs. c. arg. contra. 25. diſt. primùm. 1. quæſt. 7. omnẽ. 48. diſt. quoniam. Sol. dicunt quidam quòd ſi non eſt promotus promoueri nõ poteſt ꝙ graue videtur, cùm ferè ſit cõtra naturã, vt qs ſit ſine crimine. 25. diſt. §. criminis. nos dicimus idẽ in promouendis quod in promotis, licet facilius impediatur promouendus quàm deijciatur iam promotus. 15. quæſtio. prima. §. vlti. † Et dicimus quatuor maximè cõſideranda circa hoc, primùm quantitas criminis, ſcilicet, ſit modicum, mediocre, vel enorme, vel tale quod etiam poſt peractam pœnitentiam impediat

impediat executionem officij, ſecundum qualitatem criminis. an. ſcilicet, ſit occultum, vel manifeſtum. tertium modum publicationis, vel per euidentiam operis, vel per ſententiam, vel confeſsionem ſpõtaneam, quartum ſatisfactionem veram, pœnitentiam non ſimulatam. & ſi quidẽ crimen enorme & manifeſtum eſt deponitur, nec promouetur, niſi ex diſpẽſatione ordinarij epiſcopi. 50. di. miror. & c. de his verò. ſi enorme & occultum parte pœnitentiæ peracta poterit miniſtrare in ſuſceptis ordinibus, & monendus eſt vt abſtineat à ſuſceptione ordinum, vt hîc, tamen ſi voluerit, non eſt prohibendus, vt hîc, & credo quod promoueri poſsit ſine peccato. inf. de apo. c. 2. in fi. inf. eo. quæſitum. & non credo neceſſariam diſpenſationem ordinarij, ſed ſufficit ſacerdotis abſolutio ex poteſtate clauium. arg. 6. quæſtio. 1. illi qui. quamuis meritoria ſit humilitas ſi abſtineat.

2 †Et hæc ſunt vera, niſi ſit tale crimen quod impediat executionem officij poſt pœnitentiam. de quo plenè no. ſup. de renun. niſi cùm pridem. §. 1. talis enim licet prohiberi non poſsit miniſtrare in ſuſceptis ordinibus, & etiam promoueri ad maiores, quia peccatum eſt occultum, vt infrà, de ſimo. extuæ. & arg. 6. quæſt. 2. c. 1. & 2. ſi tamen facit, peccat. vt 1. quæſt. 1. erga fi. ſi verò eſt modicum ſiue mediocre & occultum, fortè non eſt monendus, vt abſtineat à ſuſceptione ordinum, ſi verò eſt mediocre & manifeſtum, ſi conuictus eſt in iudicio, vel timore probationis confeſſus, deponitur. 15. quæſt. 7. ſi quis. 80. diſt. c. 1. ſi verò operis publicatione, vel ſpontanea confeſsione acta pœnitentia, cum eo poterit miſericorditer agi, quandoq; plus, quandoq; minus, inſpecta probitate perſonæ, & alijs circumſtantijs. 15. q. vl. ſi quis presbyter. 50. diſt. presbyterum.

Et hæc omnia intelligas, ſi veram pœnitentiam egit, ſecùs ſi ſimulatam. 50. diſt. vt conſtitueretur, quæ autem ſunt enormia mediocria. collige inf. de iu. at ſi cle. arg. contra. 31. di. c. 1. Item de hac materia tractatur. 50. diſt. ſacerdotes. hæc gl. bona eſt, ſed melior eſt illa. inf. in verbo ſi vis, & plus continet quàm hîc. Item nõ hoc ideò præcipit, quod peccat ordines recipiendo, ſed quia monet eum ad humilitatem, vt
☞ ſic magis mereatur. † & idem dicimus q, non peccat ſtatim facta confeſsione celebrando, ſed bonum eſt conſiliũ, quod pro parte ſatisfaciat, item ſi ius naturale quærimus, quod cõtinetur in L. & Euangelio, nullus criminoſus in crimine mortali exiſtẽs, debet celebrare, vel Deo offerre: nam iudicium ſibi mãducat & ſacrificium indigne bibit, qui indigne ſumit. ſi. 49. di. c. vlt. 1. q. 1. ſicut Papa odit. item cùm his qui diſpliceret etc. ſi 49. di. §. 1. item ſecundũ idem ius naturale, omnis qui eſt ſine peccato, & Deo placens ſecurè, & ſine vlla diſpenſatione offert Deo ſacrificium, ſiue fuerit criminoſus, ſiue nõ, quod probatur exemplo Ieſu ſummi ſacerdotis. & Dauid. ſi. 50. diſt. põderet. & idẽ ſi. 50. diſtin. quid eſt. & c. cùm exaudiero. & c. domino ſancto. Item in nouo teſtamento de exemplo Petri & Pauli, vt 50. diſ. ponderat. quia ad idem. §. econuerſo. ſed huic iuri naturali ſancti Patres ſuccedentibus temporibus ſubſequentes experti ſimulatas pœnitentias multorum addiderunt ſua ſtatuta, per quæ illud reſtrinxerunt, q, licet, ſcilicet,
☞ reſtringere. inf. de biga. c. 2. videlicet, † q, nullus criminoſus quantumcunq; de crimine conuictus de iure communi, ſi non pœnituerit, non deberet promoueri, & ꝑmotus deberet deijci, & deiectus non debet reſtitui. ſi. 50. diſt. presbyterũ. & c. peruenit ſi poſt. vt conſtitueretur, ſed per hec ſtatuta non aufertur poteſtas prælatis diſpenſandi cum verè pœnitentibus, & maximè vbi non eſt ſcandalum. 50. diſt. vt cõſtitueretur. c. domino ſancto.

3 †Diſcretus tamen ſit prælatus in diſpenſando, vt attendat ſcandalum, & puritatem pœnitentię, & multa alia, quę Deus & diſcretio prælati ſibi adminiſtrauerit, cum cauſæ autem cognitione, ſummaria danda eſt diſpenſatio. 1. q. 7. diſpenſationes. & c. exigunt. & in multis alijs. c. eod. q. nam ſi capti vel deprehenſi fuerint in aliquo mortali crimine propter ſcandalum, quod eſt in populo de oblatione talium ſtatutum eſt, vt nõ celebrent. 50. diſt. de his verò. Idem dicimus, ſi conuicti vel confeſsi fuerint. ſup. eo. ſi quis dia. ſi epiſcopus. & hoc idem eſt, & ſi aliter ſit notorium. contra. inf. eod. quæſitum. niſi diſpenſetur cum eo. 81. di. miniſtri. & 82. diſ. presbyter. quod fieri debet cum verè pœnitentibus. ſup. eod. ſi quis diaconus. à beneficio tamen non credimus eum debere abſtinere, niſi ſibi præcipiatur, cùm tantùm in conſtitutionibus prædictis de officio dicatur & non de beneficio. ar. ſimile. 40. diſt. diſciplina. ſed tamẽ per ſententiam priuabitur beneficio. 81. diſt. & in c. ſi quis à modo. & c. ſequen. & c. ſi quis eos. &

eos. & concordant hîc conſtitutiones iuri
☞ naturali, vbi dicunt nihil cum ſcãdalo alterius faciendum eſt. inf. de no. oper. nun. c. 2. ſcandalizantur enim cùm vident eos, qui deprehenſi ſunt in crimine vel cõfeſſi, vel conuicti celebrare. inf. c. proxi. 11. q. 3. abſit. 25. diſt. primùm. ſed dices nõne idem ſcandalum remanet ſi diſpenſatur? Reſpon. non cum catholicis, qui credunt claues eccle. ſcilicet, quod prælati habent poteſtatem ligandi & ſoluendi & diſpenſandi. 50. diſt. ponderet vt conſtitueretur, de hæreticis autem ſi eis ſcandalum generet, non eſt curandum. 11. q. 3. inter verba.

☞ †Sed dices vbi non cognoſcitur, vel vbi neſcitur deprehenſio iſta, non eſt hîc ſcandalum, ergò licitè offeret? Reſpon. nõ poterit, maximè ille qui condemnatus eſt, quia iura ad ea quæ frequentius accidunt adaptari ſolent. ff. de leg. nam ad ea. & nõ poſſent omnes articuli diffiniri de iure. ff. de leg. non poſſunt. item poteſt dici & ſi ſcandalum ceſſet quod ſemel ortum eſt.

Et hæc vera ſunt in capitalibus criminibus & in prædictis caſibus, cùm vix aut nunquam poſsit deprehendi, vel confiteri, vel condemnari quin ſit in ſcandalum & infamiam, ſed ſi aliter ſit notoriũ, puta per rei euidentiam, & ſunt talia, quæ facilè habere poſſunt excuſationem, & inde oriri magnum ſcandalum non conſueuit, ſicut tenere plures eccleſias habentes curam animarum, ſatis dici poteſt, quòd poſt pœnitentiam licitè celebrabit. arg. ſup. de elect. dudum ro. vbi requiritur, quod tantùm tempore electionis non habuerit plures curas, ad hoc vt electio valeat. Idem ſi fecit tumultum in cõſilio. 5. q. 4. in loco. vel ſi fuit excommunicatus. 4. q. 1. c. 1. vel contumax. hoc enim multoties excuſationem habet. Alij tamen dicunt, quòd qualitercunq; manifeſtus ſit exceſſus, maximè ſi ſcandalum eſt poſtea non celebrabit etiam acta pœnitentia. ar. hoc ſubditi tamen eius officium audient, quouſq; ſententialiter condemnetur. 8. q. vlt. nõne. ſi. 28. di. conſulendum. & ſicut
☞ hic non poteſt celebrare, ita nec eligi, † qa
4 ad hoc vt valeat electio, neceſſe eſt vt poſſit celebrare. inf. de cleri. excom. mi. ſi celebrat. & habes expreſſum de conuicto. ſup. de electio. ſuper eod. & de confeſ. inf. de confeſ. cùm ſuper. & eadem ratione idem poteſt dici de deprehenſo, & ſicut non poteſt eligi ad epiſcopatum, ita nec ad alias dignitates. ſup. de elect. per inquiſitionem † ſi autem crimen ſit occultum, quantumcunq; ſit graue, acta pœnitentia, vel parte eius celebrat, vt inf. ca. proxi. inf. de apoſta. c. 2. & hoc ſine vlla diſpenſatione, niſi ſit crimen, quod poſt pœnitẽtiam impediat executionem ſine diſpenſatione, vt homicidium & alia de quo no. ſup. de renun. niſi cùm pridem. §. 1. irregularis autem non obtenta diſpenſatione, nõ celebrauit. 50. diſtin. ex pœnitentibus. tamen cum eo ſi occultum eſt diſpenſare debet. ſup. de renun. niſi cũ pridẽ. §. pſonę.

CAPVT V.

1 *In ſententia excommunicationis & ſuſpenſionis à ſuo iudice lata ſemper eſt obediendum.*

2 *A ſententia mandati grauatus appellare debet intra 10. dies.*

3 *Ad cautelam eorum quæ fieri poſſunt aliquid faciendum, vel omittendum eſt.*

AD AVRES. (Debitam) arg. cõtra. ſup. e. c. proxi. Sol. hîc de regulari loquitur qui non habet velle, nec nolle. 12. q. 1. nolo. & c. non dicatis. ibi de ſeculari, qui non eſt ita aſtrictus in obedientia, vel hoc factum eſt propter ſcandalum, quod ibi non erat, vel is de quo loquitur in decre. ſuperior habebat ius petendi ordinem ratione tituli, vel dignitatis quam habebat, vnde non poterat ſine cauſa prohiberi, ad hoc non erat intitulatus, vnde abſque cauſæ cognitione poterit prohiberi. argum. inf. de ſpon. præterea. 2. Vel dic, quòd ordinator & prælatus ſuus eum prohibere poteſt, vt hîc, ſed alius non, vt in contrario, ſcilicet, pœnitentiarius, & ſic loquitur proxi.

1 †Tutius.) arg. pro obedientia. c. diſt. contra morem. 8. q. 1. ſciendum. ff. de re mili. in bello. & l. 3. 11. q. 3. abſit. ar. contra. 12. q. 2. non liceat. 15. quæſtio. 6. iuratores. 11. quæſtio. 3. non ſemper. C. de decur. omnes. ſo. in ſententia excommunicationis & ſuſpẽſionis à ſuo iudice lata, ſemper eſt obediendum. 11. q. 3. ſententia paſtoris. & c. ſi epiſcopus fortè niſi in caſibus. inf. de ſen. excom. per tuas. & c. inquiſitioni. † in ſententia diffinitiua & interlocutoria, dummodò ſeruetur in eis ordo, neceſſe eſt vel obedire, vel appellare. C. vt pen. cauſa. l. vlt. præceptum autem quod ſit extra iudicium, & ſine cauſæ cognitione, ſi non ſpectat ad officium ſuum, non tenetur ei parere. 7. q. 1. frater. & hoc ſi verò præcipit quod eſt malum non parebit. 11. quæſtio. 3. qui reſiſtit. & c. ſi dominus. & ca. iuſ. ſed ſi dubita-

dubitatur parebit & excusatur à peccato propter bonum obedientiæ. 23. quæst. 1.
2 quid culpatur. † Ab hac sententia mandati si quis senserit se grauari, bonum est appellare intra 10. dies. inf. de appella. ad audientiam. de priore proposuit. C. de appella. si à sententia. & l. hi qui. sed necesse est assignare iustam causam appellationis. argu. inf. de offi. ordi. licet. inf. de appel. ad nostram. causæ autem cognitio nō est necessaria, vani enim capitis esset, qui diceret, prælatum non posse præcipere sine causæ cognitione, & maximè de his, q pertinent ad suum officium. 7. q. 1. frater.
☞ † Hîc autem dicunt quidam, quòd si prælatus aliqua deberet facere cum capitulo, sicut sunt magna negotia, licet securius sit appellare: tamen & si non appellet, nō tenetur illo præcepto, sicut si præciperet episcopus, quod aliquis aliquod officium acciperet, puta œconomatū, vel vicedominatum, vel consimilia. 2. quæst. 6. ei qui. ver. nominationes. 74. distin. gesta. vbi honoratus non obediens episcopo suo in susceptione ordinis, etiam circa appellationem auditur, de hoc not. inf. de his quę fiunt à maiori par. cap. c. 1. (ministerio.) 24. quæstio. quarta. sicut ex cel. (scandalo) 54. dist. generalis. 28. quæstio. 1. vxor. 12. distin. illa. Argu. contra. 20. quæst. prima. iam nunc. 21. quæstio. 3. inter verba. inf. de regu. iur. qui scandalizauerit. Solu. pro vitando scandalo, rigor iustitiæ committitur, sed peccatum non perpetratur. 11.
3 quæstio. 3. quid ergò. † Esse potest) not. aliquid faciendum, vel omittendum ad cautelam eorum, quæ fieri possunt. 32. q. 1. dicit dominus. ff. de nego. gestis. diuortij. ff. de his qui deie. vel effu. l. si verò. §. prætor. ff. de damno infect. qui bona. §. qui stipulatus. inf. de ser. non ordinan. instruendi.

CAPVT VI.

SI ARCHIEPISCOPVS. (Ordinandū) id est, cōsecrādum. (omnibus.) ff. de aqua pluuia. arcen. in concedendo. 8. quæstio. 1. licet. 66. distin. c. 1. C. de autho. presby. l. vlt. C. de omni agro deserto. l. quicunque. lib. 11. (ordinetur) id est, consecretur (iussu) si Archiepiscopus viuit: nam si mortuus esset ipsi sua authoritate possent. 64. distinctione. quia (ordinari) id est, consecrari: sed melius. 3. quæstio. 7. accusatio. inf. (sed ipse) archiepiscopus cum omnibus suffraganeis (eum) episcopum (elegerit) si ad episcopum pertinet electio (vel) id est, examinauerit & examinatum approbauerit.

CAPVT VII.

1 *Si in consecratione archiepiscopi obijciatur ei aliquid, quis erit iudex.*
2 *Cuius interfit vocare suffraganeos ad consecrationem archiepiscopi, vel episcopi, mortuo archiepiscopo.*

NEC EPISCOPI. (Maiori) 65. dist. c. 1. & 2. & 3. ff. de pac. maiorem. ff. ad muni. quod maior (numero) fortè quia si proponatur aliud contra eum, & etiam probatum maiori parti videtur contra eum tale crimen, quod eum à promotione repellit in veritate, stare debet archiepiscopus sententiæ maioris partis, sed eam & si non sequitur, sed minorē tenebit sententia archiepiscopi, non enim requiritur hîc consensus suffraganeorum tanquam eorum, qui ius ei tribuant in episcopatu, sed tanquam consiliatorum, sed quid si non vocentur omnes, sed tres tantùm, dicimus quod necesse est vocare duas partes. ff. de decre. ab or. fal. l. 1. & no. sup. de electio. cùm nobis. & c. ecclesia vestra. licet alij aliter dicāt, nec mireris. quia sunt consiliarij necessitatis, sicut illi de quibus habes sup. de elect. cùm in veteri.
1 † In consecratione autem archiepiscopi si cōtingat ei aliquid obijci, non audient suffraganei, qui conuenerunt ad consecrationem, cùm ipse super eos sit, & in eis iurisdictionem habeat ex confirmatione. sup. de elect. suffraganeis. & c. trāsmissam. 21. dist. inferior. & est. q. expressum. arg. inf. de præben. graue. sed ad Papam, vel alium superiorem remittetur negotium.
2 † Sed quis vocabit suffraganeos ad consecrationem archiepiscopi, vel etiam archiepiscoporum mortuo archiepiscopo? Quidam dicunt capitulum archiepiscopalis ecclesiæ. arg. inf. de re. ad abolendam. sed melius credimus consilium suffraganeorum. 65. dist. si fortè. Item credimus, quòd primatis assensus requirendus est in consecratione episcoporum subditorum archiepiscopo. sed & si sine assensu eius fiat recipit executionem, cùm nullā iurisdictionem super eos habeat, nec plus iuris in eis habet, quàm in canonibus conceditur. 9. q. 3. conquesti.

Nec

Nec obstat 65. dist. placuit. vbi dicitur, quòd primas requiri debet, sed dicunt quidam illud c. loqui tantùm in subditis primatis, alij tamen dicunt, & fortè benè, quòd etiam consecratio aliorum non tenet sine primate, quia cùm hoc factū magnum sit, & quòd totam prouinciam tangit, & ipse sit caput prouinciæ sine eo exe/cutionem non recipit consecratus, & sic videtur loqui c. prælleg atum placuit. Itē credimus quòd si aliquis episcoporū condemnatur in consecratione archiepiscopi, vel episcoporū, quod poterit agere, vt priuetur executione officij, sicut in electione agitur, vt cassetur. sup. de elect. quòd sicut. & c. cùm in veteri. inf. de arbi. cùm olim. 65. dist. non debet. & etiam grauior pœnitētia poterit sibi imponi. de hac materia satis habetur 18. & 65. dist.

CAPVT VIII.

VM QVIDAM. (Expertes) per sententiam non ipso iure (apud nos) ipse enim qui deliquit eos ordinando eos restituere non potest, vel cum eis dispensare, sed alius, scilicet, successor eius benè posset cum eis dispensare, vel archiepiscopus. inf. eod. consultationi. cū condemnatis autem à se benè potest dispensare. arg. inf. de cle. coniuga. diuersis. 1. quæstio. 5. c. 2. Vel dic melius, quòd authoritate delegati processit archiepiscopus, & dic, quòd nec ordinator, nec successor posset cum eo dispensare, vt hîc. ar. contra. inf. eo. consultationi. sol. ibi.

CAPVT IX.

1 *Non debet episcopus Græcus cōtra ritus suos ordinare, neque Latinus contra suos.*
2 *Ordinatus à Græco & vtens matrimonio cōtracto secundum Græcos, an sit tolerandus inter Latinos.*

VM SECVNDVM. (Institutionis) Græci enim episcopi extra quatuor tempora cōferunt sacros ordines græcis clericis, sed latinis non conferebant, nisi in quatuor temporibus, & eodem modo faciebant episcopi latini, & hoc prohibet, vult enim quòd quisque vnam solam & propriam consuetudinem obseruet.
1 † Nolumus.) inf. eo. quòd translationi. contra solutionem. hîc non prohibet ordinari græcos à latinis, vel econuerso, sed prohibet commixtiones & consuetudines rituum obseruari in ordinibus, id est, quòd episcopus græcus secundum ritus suos, puta extra quatuor tempora, vel alios consimiles ordinat clericum latinū, & eodem modo, nec latinus debet ordinare græcum contra ritus suos approbatos, & ita quotiescunque ritus sunt contrarij, nunquam debet ordines dare, quia si ordinat contra suum ritum, peccat, si verò seruat ritum suum, & facit contra ritum ordinandorum, nec hoc licet.
2 † Vel dic, quòd licet prohibeatur facere, vt hîc tamen factum toleratur, vt in contrario. & not. quòd ordinatus à græco, & vtens matrimonio contracto secundum græcos in sacris ordinibus, si breuem moram tractaturus sit apud latinos tolerandus est vtens contracto matrimonio, si verò longam moram traheret, non esset tolerandus propter scandalum, & nunquàm debet sibi dari ecclesia latinorum, nisi primò continentiam promittat: Latinus autem nec apud græcos, nec latinos matrimonio vtetur contracto.

CAPVT X.

EX PARTE. (Dubitastis) Causa dubitationis fuit, quia hic clericus videbatur apostata, & ideò non admittendus ad legitimos actus. 3. quæstio. quarta. beatus. & sic multò fortius videtur à spiritualibus suspensus. inf. quisi. sint legi. per venerabilem. nec Abbas potest dispensare cum suspensis. arg. sup. de elect. cùm inter R. inf. de cle. excom. mi. postulasti. sed dic, quòd propriè non dicuntur apostatare, nisi qui legem Christianam dimittunt. 3. q. 4. beatus. 26. quæstio. vlt. non obseruetis. & qui relicta professione quam dimittere non licet, dimittūt sine causa. 50. dist. cap. vlt. sed coronam dimittere licet. inf. de cleri. coniu. Ioannes. & ita apparet non esse substantia ordinis. Exequi) si monasterium ad quod transiuit erat arctius, quam primùm non peccauit & sine dispensatione potest promoueri. inf. de reg. licet alioquin cùm peccaret non posset esse, nisi manifestum peccatum. sup. de transla. quanto. sine dispensatione non potest promoueri. Nobis benè videtur, quod potuit esse occultum, quòd monachus albus fuerit, & quòd idē moram fecerit in monasterijs nigrorum, & non est simile de episcopo, qui cum

multis transit in turba, & in monacho qui stat occultè & habitu mutato incedit.

CAPVT XI.

QVOD TRANSLATIONEM. (Ordinantur) 9.q.2. c. Lugdunens. septuagesima prima. dist.c.1.2.&3.(vel licētia)cùm ex hoc loco appareat tolerari latinum ordinatum à græco, non attendam quātum, vel hoc vt possit matrimonio contracto vti, quòd ordinator fuerit græcus, vel latinus, sed ecclesia ad quam ordinatur cuius morem seruare debet.8.dist.quæ contra. & eum qui ordines dari mandat, vt hîc. si autem non ordinat ad certam ecclesiam ritum ordinationis seruabit. inf. de præben. cùm secundum. (clericos) etiam græcos (toleratur) & hæc est toleratio ratione scandali, vel multitudinis. 23.quæstio.4.non potest. sup.eo.sanè. vel aliter, vt ibi.

CAPVT XII.

QVM IN DISTRIBVENDIS. (Subdiaconus) priuilegia subdi. Papa. sunt. 2.q.3. presul. inf. de maio. & obe. per tuas. ff. de albo scri. l. vl. in alijs autem ordinatoribus non est necesse, quod ordinatus ab vno obtineat ab eo licentiam, vt ordinetur ab alio, imò sine licentia potest ab alio ordinari, dummodò sit clericus eius, & aliud non sit impedimentum, vt no. inf. de cle. pere. c.1. & inf. de præben. cùm iam dudum. Et benè fatemur quòd in ordinū collatione quæritur iurisdictio in ordinato, vnde alius nō potest eum ordinare sine licentia eius. 73. dist.c.vlt. nisi primò fieret de iurisdictione eius, puta quia sub eo beneficium quæreret, quia tunc ratione beneficij posset eum ordinare. Item hîc colligitur quòd non potest deponi, nisi per Papam, sicut nec per alium ordinari. arg. 9. q.2. nullus primas. & c. seq. & secundum quosdam, nec perpetuò suspendi (mandaremus) hoc fit per excellentiam conferētis ordinem. Fallit hæc regula quæ est. 9. quæstio. secunda. nullus primas. argumen. de conse. dist.2.c.vltimo.

CAPVT XIII.

1 *Quo tempore sint faciendæ ordinationes, & nunquid de nocte fieri possint habes in nume.2.*

ITERAS. (Recepimus ieiunio) continuato ieiunio ab ordinatore & ordinato, vnde si celebrat in die sabbati, nihil sumat, nisi corpus & sanguinem (continuato) ordinationes faciendæ sunt in sex temporibus anni. 76. di. c. 3. & sunt faciendæ in sabbato non alio die. sup. eod. de eo, vel dominica sequenti continuato ieiunio. 75. dist.q. à patribus.

1 † Et possunt in nocte Paschali ordinationes fieri, in alijs autem noctibus non possunt, cùm nec missa ibi debeat celebrari in prædicto c. quod à patribus. item quæ fiunt in die dominico est ea ratione, quia mane diei dominicæ fictione canonica trahitur ad vesperam diei sabbati, vel ad diem sabbati. Hugu. tamen ordinationes dixit faciendas die dominica, & quæ fiunt in sabbato, fiunt in nocte fictione canonica, quia vespere diei sabbati trahitur ad mane diei dominicæ. Sed prius dictum magis placet, si enim ordinationes die dominico faciendæ essent, quare continuaret ieiunium, cùm benè reputandus esset ieiunus, si die dominica non comedisset etiam sine aliqua continuatione diei sabbati, consecrationes autem tātùm diebus dominicis fieri debent. 75. dist. c. 1. & c.q. die, hîc dixerunt aliqui quòd eadem dominica posset recipere ordinationem & consecrationem episcopalem, sed certè hoc de nostro consilio non facit.

2 † Nec valet ratio eorum, scilicet, quia cùm dies dominicus & dies sabbati fingātur vnus dies, & die sabbati possit ordinē sacerdotis recipere, & die dominica consecrationem, eadem ratione in die dominica vtrunq; recipere potest, ideò non valet prædicta argumentatio, quia nec ordinem, nec consecrationem debet recipere sine missa, sed in die dominico, non potest quis duas missas celebrare, vel dic & melius, quòd non fingitur vnus dies propter consecrationem. Vnde dicimus quòd benè, licet ordinato in die sabbati in sacerdotem aliquid comedere, & consequenti dominica consecrationem recipere (necessitatis.) q. d. non expedit sic continuare ieiunium & die dominica conferre ordinem, nisi necessitas adsit, fortè quia sabbato eum inuasit infirmitas, vel tardè venit, ita quòd sabbato non potuit ordines conferre.

CAPVT XIIII.

1 *Virginitas est voti sed non præcepti.*
2 *Ingressus monasterium ante 14. annos, non est monachus.*

VEL.

VEL NON EST COMPOS. (Sui episcopus conuen. sacrorum) 77. d. placuit. episcopus inuenit. † (Ad ætatem) sic ergò ætas non est de substātia, sed si cōtradixit statim post susceptionē ordinis, & perseuerauerit in cōtradictione vsq; ad finem. 14. an. vel si cōtradixit statim post finem. 14. anni contrahere potest matrimonium. arg. 20. q. 1. illud. inf. de regula. ad audientiam.

1 † Quia virginitas est voti & non præcepti. 32. q. 1. integritas. item hoc ex eo satis probatur, quia etiam si vellet ante legitimam ætatem, non posset se astringere voto expresso ad continentiam. 20. q. 1. ca. 1. ergò multò fortius, nec voto non expresso, scilicet, per susceptionem ordinis, nec tamen videtur aliquibus, quòd hoc necessarium sit interrogare ordinatum, sicut necesse est interrogare ingressum in monasteriū. vt notat. inf. de reg. c. 1. & est ratio diuersitatis. quia hîc licet minor iam ordinem habet: vt hîc.

2 † Et ideò facilius expressè & tacitè votum ordini ex cōstitutione annexum introducitur, sed ingressus monasteriū, non est monachus ante 14. annos. & ideò non introducitur votum sine expressa interrogatione, vel alia ratificatione, & idē est in matrimonio. inf. de despon. impu. attestationes (iniuriam) 70. di. c. 1. 16. quæsti. 7. decernimus.

CAPVT XV.

1 *Postulationes episcoporū admittit archiepiscopus: item dispensare potest cum clerico electo qui debuit postulari.*
2 *Non licet episcopo dispensare, nisi vbi concessum inueniatur, & vide in numero. 5.*
3 *Episcopus dispensat cum accipientibus ordines extra quatuor tempora, & etiam in multis alijs casibus vt hîc habes.*
4 *Dispensationis diffinitionem habes hîc.*

DILECTVS FILIVS G. (Canonicus) hîc potest colligi pœna, quam Papa imponit electo sic ordinato, quia ipsum suspēdit ab episcopatu illo perpetuò, quod ex eo apparet, quia hîc eum simplicem canonicū, & non episcopum, vel etiam electum appellat (Elegerunt) & malè cùm esset postulandus archiepiscopus.

1 † Not. quòd archiepiscopus postulationes episcoporum admittit, item q; archiepiscopus potest dispēsare tacitè & expressè cum clerico electo, qui debuit postulari, nam hîc cùm Papa hoc sciret, non ex hac causa venit contra electionem, sed posset responderi, quòd in nullo venitur contra electionem, vel electum, sed tātùm cōtra ordinatorem, & ideò de eo mentionē nō fecit (Trecen.) suo suffraganeo (perfecit) non dicebat Trecen. (constiterit) partis assertione, scilicet, Trecen. episcopi (episcopum) Trecen. (confessus) Imilicen. tamen dicebat contrarium.

2 † Dispēsatio) not. non licere dispensare episcopo, nisi vbi inuenitur cōcessum. ar. contra. inf. de sen. excom. nup. sed potest dici, episcopo non licere dispensare in his, quæ pertinent ad generalem statum ecclesiæ, nisi vbi inuenitur expressum, vt hîc. arg. sup. e. sanè. in criminibus autem licet semper episcopo dispensare, nisi prohibeatur, & sic loquitur contrà. Vel dic, non licere episcopo dispensare super faciendo, scilicet, vt aliquid fiat cōtra canones, nisi vbi permittitur à iure. vt hîc. sup. de cōsti. c.1. nisi contraria cōsuetudine & præscripta esset eis derogatum. sup. de consue. ca. vlt. sup eo autem q; factū est semper dispēsare potest, vt toleretur, nisi vt prohibeatur, vt in contrario. ar. ad hoc. 22. q. 5. videtur. † Et dicit & fortè melius, quòd vbi ius concedit dispensationem simpliciter episcopus dispensare potest, & sic loquitur. inf. de sent. excom. nuper. inf. de cleri. excom. mi. postulatis. si autē dispensatio nō conceditur à canone nūquàm episcopus potest dispensare, vt hîc, etiam si in canone non inueniatur, quòd Papa dispenset. inf. de consan. & affi. quòd dilecto. 25. q. 6. quòd scripsi. arg. ad hoc. quia cùm episcopi debeant seruare canones, non debent contra facere, nisi expressè cōcedatur. 25. q. 1. c. 1. 2. & 3. & 4. & seq.

3 † Dispensatio) dispensatio permittitur episcopo cū his, qui accipiunt ordines extra quatuor tēpora. inf. e. consultationi. q; nō placet, vt not. in gl. inf. eo. prohibetur, etc. Item q; quis habeat duas ecclesias intitulatas. 70. dist. sanctorum. Aliqui tamen dicunt, quòd in hoc nō est necessaria dispensatio. vt not. inf. de præben. cum iam dudum. quia de cōmuni iure possunt eas habere, nec prædictum. c. dicit, quòd necessaria sit dispensatio, sed dispositio. Item cum ordinato ab alieno episcopo. 70. dist. c. 1. 2. & 3. & 9. q. 2. Lugdunē. Item cum eo, qui suscepit ordinem ignorāter ab eo, qui renunciauit dignitati episcopali. infr. de eo qui re. ord. episcopi. ca. 1. Item cum eo, qui suscepit ignoranter ordinem ab excōmunicato. inf. de eo. qui re. or. cap. 2. Item

dispẽsat cum eo,qui est 14.an. ad dignitates.inf.de æta.indecorũ. Itẽ dispensat cũ eo,qui est in minoribus ad dignitates.inf. de æta.præterea. Item cũ adultero & minoribus criminibus irretito post pœnitentiã.inf.de iud.at si clerici.§.de adulterijs. Item cum eo qui facit duellũ.infr.de cor. viti.c.1. Itẽ cum apostatis.inf.de apo.c.2. Item cum eo qui plures cõcubinas habuit. inf.de big.quia. Itẽ cum eo, qui institutus in ecclesia ab eo qui instituere non poterat.inf.de cler.pere.c.vlt. Item cum his,q insacris ordinibus cõstituti matrimoniũ contrahunt.inf.de cler.coniu.sanè.sacerdos. Item cũ regularibus,vt possint in secularibus ecclesijs ministrare.inf. de stat. mo.quòd Dei timorem.Item cum diacono qui verberauit clericũ & sponsalia cõtraxit.inf.qui clerici vel vo.c. 1. & cũ pugnãtibus in duello.inf.de cle.pu. in du. c. 1.& si tamen inde non proueniat homicidiũ vel diminutio mẽbrorũ, sed & tũc potest dispẽsare in beneficio.inf. de cle.pug. in du.c.2. Itẽ in beneficio cum clerico excõmunicato ministrãte in beneficio.inf. de cler.ex.mini.postulastis.in prin.& c.2. Itẽ cũ clerico p saltũ ꝓmoto.inf.de cle. p sal. ꝓmo.c.1. Item cũ clerico nõ ordinato ministrante.inf.de cle.non ordi.c.1.Itẽ cũ clerico furtiuè susc̃ipiente ordines.inf. de eo qui fur.or.susc.c.1.& vlti. salua distinctione ibi posita.Item quòd religiosus ad mitiorem ordinem transeat.inf.de regul. significatum. Item in cõmutatione præbendarum.de rerum permu.quęsitũ.Item cum eo qui bigamum ordinauit.infr. de biga.c.2.&idem intelligo si alios irregulares ordinent.Adde & alium casum. inf. de præsbytero vel diacono in casu nõ cõcesso librum,vel calicem ecclesiæ alienãte:vt 50.distinct.si quis presbyter:vbi dicitur, q talis ab administratione ecclesiæ, debet remoueri in iudicio,tamen episcopi dimittitur si cum eo voluerit dispensare.

4 † Dispensatio)dispensatio est iuris cõmunis relaxatio facta cum causæ cognitione ab eo,qui potestatem habet dispensandi. † Et notat. quod episcopi non possunt dispensare contra iura condita à Papa, nec alijs superioribus:sed nec contra iura,quæ ipsi ijdem fecerunt,adde,nec contra approbatas consuetudines, licet ipsi possint tollere & interpretari, ex quo enim leges fecit episcopus vel consuetudinem & ius alicui est quæsitum,ex illo iure non potest ei ius quæsitum tollere, & quòd quisque iuris in alium etc. & patere legem quam tu ipse tuleris. de constitut. cùm omnis.Nec etiam antequàm quæratur ius ex ea, potest episcopus dispensare, quòd quis in eam non incidat, cùm non facta sit speciali commodo alicuius, sed pro communi.q.d.erit.In pœnis autẽ imponendis licet integralitas personarum, & honestas attendenda sit.ff.de pœn. aut facta.& illis inspectis,aliquando grauior, aliquando minor pœna imponenda sit, non tamen dicitur ibi dispensare, quia de iure communi inferuntur. ff. de his qui notat.infa.qui ergò.§.pœna.C. eodem titul. si posses. ex hoc etiam inde apparet, quòd post sententiam non potest eam minuere.3.quæstio.3.§.notandum. ver. pœnæ. Aliquando prohibetur episcopo dispẽsare,quòd aliquis vno die recipiat plures sacros ordines, vt hîc, sed post susceptos cum susc̃ipiente dispensare posset, cùm non prohibeatur.Item cum eo, qui ordinauit,& qui ordinatus est in die, quo non debuit.suprà,eod.cùm quidam.& argum.huius.c.dilec.& prælle.c.cùm quidam.videtur melius dici,quòd dixi in præcedenti casu, scilicet, quando plures sacros ordines eodem die accepit,quòd episcopus non posit dispensare. Item cum minore 14.an.ad dignitates.inf.de æta.indecorum. Item cum homicida.50.distin. miror.Itẽ cum filijs illegitimis ad dignitates personatus, & beneficia habentia curam animarum.inf.de fil.presbyt.c. vltim.& penulti. Item cum corpore vitiatis.50. distinct. nemo.55. distinct. si quis. ar.contra.inf.de cor.viti.significauit. Itẽ cum bigamis & viduarum maritis. inf. de biga. c.2. 24. dist. lector.Item cum eo, qui duas vxores duxit de facto,vel secũdas nuptias de facto contraxit.inf. de biga. nup. Item cum his,qui duellum fecerunt vnde secutum est homicidium, vel diminutio membrorum.infr.de cle.pu.in du. c. 2. & non solùm non dispensatur cum his, qui faciunt duellum,sed nec cum his, qui faciunt fieri.inf.de cler.pu.in du. c. 2. Item cum his,qui scienter in excommunicatione positi fecerũt ad ordinem promoueri,siue sciebant ius, quòd tales denunciat excommunicatos,siue ignorabãt ius:Imò dicimus,quòd si suum factum ignorabãt, quando se promoueri fecerũt,puta se verberasse clericum,quia in culpa sunt, non potest episcopus cum eis dispẽsare. inf. de sent.excom.cùm illorũ. Item cum eo,qui de iusta excõmunicatione conqueritur in iudicio seculari.21.q.vlt.c.pe.Itẽ cũ simoniacis

niacis in ordine.inf.de simoni. de simoniacis.itẽ cum infamibus.2.q.4.§. hinc colligitur.vthîc:ibi not.& in §. notandũ. Itẽ cum nouitio,vel cũ homine alterius professionis,vt fiat Abbas.sup.de elec. officij. Itẽ vt quis in vna ecclesia habeat duas prębendas.inf.de concess.præbẽ.literas. Item cũ penitùs illiteratis, vt sunt clerici & cũ solenniter pœnitentibus.50.di.non confidat.Item cum seruis & obligatis certis cõditionibus tantùm,vt in eod.c.non confidat.54.distinct.per totum.tamen seruata distinctione quæ est inf.de ser.non or.c.2. Item nec cum obligatis ad ratiocinia.inf. de oblig.ad ratiocini.c.1.seruata tamẽ distinctione ibi posita. Item non potest dispensare vt sine aliquo interuallo temporis quis maiores ordines assumat:vt in pallegato.c.non confidat.& hîc.minores autem ordines simul & sine interuallo dispensatiuum conferre potest. sup. de tempo.ord.de eo.Suspendimus)quia non fuit actum contra episcopum.ideò tam modica pœnitentia imponitur ei.& not.de hoc sup.de elect.per inquisitionem, vel misericorditer egit cum eo dominus Papa,fuit enim sponte confessus.15.quæstio.vlti.c.1. & c.si quis.

CAPVT XVI.

ONSVLTATIONI. (Sustinere.)Hîc habes quòd archiepiscopus a potest dispensare cum eo, qui accepit ordines extra quatuor tempora.quidam tamen dicunt quòd hoc fecit ex speciali mandato Papæ.arg.sup.eo, cùm quidam.

CAPVT XVII.

QVAESITVM. (Est notoria) No. propter scandalum sacerdotem cessare.50.dis.de his verò. (Impediri) licitè enim isti ministrant,post pœnitentiam,sed ante pœnitentiam non administrant sine peccato. Item videtur, quòd in quolibet peccato mortali, vel notorio licet subditis abstinere ab horum officijs,vbi nullum inde prouenit scandalum,sed ob hoc facit,vt peccatorum confusus pœnitentiam agat,sed si scandalum inde prouenturum timeretur, vel si crederet sacramenta minoris efficaciæ, hoc non licet.inf.de coha.cle.& mulie.vestra.

TITVLVS XII.

DE SCRVTINIO IN ORDINE FACIENDO.

CAPVT I.

EX PARTE TVA. (Dioc.) 24.distinct. quando. (Et sciet) ecce mirabilis responsio, cùm eum non nouerit, ex quo videt eum à bonis præsentari, & nihil mali scit de eo rectè sic testificatur.infrà,de præsump. dudum (Dignum)infrà,de præsump. dudum. 86. distinct.si quis verò.ff.de reg. iur. si infirmus.ff.de manu.test.seruos.ff.de leg.2. cũ pater.§.rogo.arg.contra. C.de his qui væta.impe.l.3.C.de proba.ex persona.ff.de magistra.conue.l.1.§.magistratus.infr.de sen.excom.desideres.§.2.30.quæstio.5.alter.de consec.distinct.4.paruulos.57. dist. c.1.inf.de spon.iuuenis. Nunciare) sed si Metropolitanus voluerit desistere propter eius dictum debet obtinere à Metropo,quòd se absente faciet prædictam ordinationem, sed si non potest obtinere, debet prædicta verba dicere.ar.inf. de of. dele.pastoralis. §. penul. vnde credimus, quòd si sui absentiam obtinere non potest de facto vel sine scandalo, quòd prædicta verba dicere debet, agit enim hic, vt minister, non vt ipse.23. quæstio. 5. cùm minister.& ecclesia quæ nihil debet scire de occultis, per eum loquitur & testificari dicitur, non ipse: si autem præsens esset non consulerem sibi, quòd aliquo modo postponeret supradicta verba dicere cum sic omittẽdo,licet tacitè publicaret crimen fratris.

a *Archiepiscopus circa hoc. Adde q̃ lño. in. c.dilectus. sup. e. in gl. in verſ. prohibetur videtur tenere, q̃ solus Papa circa hoc dispẽsat, & idẽ Specu. in tit. de le. §. nunc ostendẽdum ver. 52. & Ray. in ſua ſumma in tit. de le. §. in ſum ma. & diſtin Innoc. hic & frater Ioan. in Summa confeſſionũ in ti. de ætate ordi. q. 36. & Ray. in loco præal. intelligũt veram in ordinibus ſuſceptis, quia in eis potuerit impoſita pœnitẽtia diſpenſare, ſecùs aũt de ordinibus ſuſcipiẽdis. ita prædicta refert Hẽri. Bohic. col. 5. verſ. tertio modo. & de hac materia dicit tenẽdũ q̃ not. Hoſt. hîc in Sũma. in. §. ſi. verſ. per prælatũ. cum ſeq.*

TITVLVS XIII.

DE ORDINATIS AB EPISCOPO QVI RESIGNAuit episcopatui.

CAPVT I.

1 Necessaria est dispensatio, vbi quis ordinatus est ab eo, qui ordinare non potuit.

REQVISIVIT. (Dignitati.) Idem quòd hîc appellat renunciare dignitati. suprà, de ren. post translationẽ. vel appellauit renũciare ordini, id est,executioni ordinis,vel dignitatis,& sub

a Nō est necessaria. Adde de hoc & dic, vt per eundē Īn. in c. 1. inf. de schismati.

b Cōferūt. Adde q̄ cōmunis opinio est, q̄ vltra lectoratū, non possit alios ordines conferre de quo per Doct. in ca. Abbates. vers. q̄ro. inf. de priuil. in. 6. & vide aliquid per Abb. in c. quāto. co. 2. de cōsti. et in c. veniens. co. 1. de præscri. & in Cle. attendētes. de statut. mo. in apost.

c Non habent vocē. Adde gl. in ca. exeo. inf. de ele. in 6. in ver. suffragiū. & gl. in c. cùm M. sup. de consti. Bal. Pau. de Ca. & d. Ale. in l fin. C. de test. mil. Bar. in. l. Lucius. §. impator. ff. de iur. fis. Et Car. in Clem. 1. hîc eo. ti. in prima oppo. & in 16. q. qui dixit, q̄ minor 16. annorum, non dat vocē & Alex. in d. §. Lucius. in addi. ad Bar. & vide eūdem Alex. in l. spurij. §. 1. ff. de decurio.

sub hoc continetur collatio ordinum sacrorum, vbi ei renunciasse videatur: quia non potest cōferre sacros ordines, qui dignitati, vel ordini renunciauit (episcopis) 69. distinct. quoniam videmus. (Executionem) sed characterem sic (Crassa) ff. de iur. & fac. igno. regula. §. 1.

1 †Dispensare) est necessaria dispensatio, licet nullo modo culpabilis fuerit ordinatus propter executionem, quam dare non potuit, quia non habebat. 1. q. 1. statuimus. 1. q. 7. Daibertum. hoc non placet, sed ideò est necessaria dispensatio, quia non poterat esse sine suspicione scientiæ. Vel dic, quòd hic ordinatus ignorāter, patitur pœnam sine culpa, sed non sine causa, vt homines sint cauti, à quibus recipiunt ordines, & in vituperium ordinantium, & de hoc notat. inf. de schismat. c. 1. plus placet, quòd in his necessaria est dispensatio, quia semper suspecti sunt de scientia, si certum esset de ignorantia, nō
4 est necessaria *a* dispensatio. 9. q. 1. ordinatiōes. inf. de cle. ex. mi. apostolicę. Vel dic, ☞ quòd hoc non statuitur sine causa, licet
c sine culpa ordinati causa est, vt cauti sint clerici, à quibus ordinatur & in vituperium ordinantium & etiam dispensatio est facilis.

CAPVT II.

CVM CLERICIS. (Dispensari repete quæ dixi in fi. proxi. decret.

TITVLVS XIIII.

DE AETATE ET QVALITATE, ET ORDINE præficiendorum.

CAPVT I.

VT ABBATES. Hoc est hodie regulare, quia benedicūtur. sup. de sup. neg. præa. & c. 1. & conferunt *b* ordines. 69. distinct. c. 1. olim tamen erat secùs. 93. distinct. c. à subdiaco. & hodie etiam propter necessitatem potest minoribus ordinibus assumi. infr. eo. tuam. (Iustam) suprà, de electi. cùm in cunctis. contra ibi so. (Iustam) Contra. inf. de cler. ægrot. cap. 1. 55. distinct. præb cepta. ff. de stat. hom. l. quòd furere. ff. de postu. l. 1. §. causa. Sol. hîc loquitur, quādo culpa sua peruenit ad casum, in quo promoueri non potest, vel quando ante electionem habebat impedimentum. sup. de renun. nisi. §. 1. & §. personæ. contraria loquuntur quando sine culpa sua quando consecutus electionē post impedimenta.

CAPVT II.

1 *Generalis ecclesiarum administratio, cōmittenda est tantùm clericis.*
2 *Non debet quis sine titulo ordinari.*

EX RATIONE. (pueris) Sed nunquid habebant vocē in electione ar. quòd non. ff. de decur. spurij. ff. minores. ar. C. de fal. mo. l. 1. ar. C. de re mili. l. vlt. aliqui tamen dicunt consuetudinem seruandam, & si non appareat cōsuetudo, dicunt eos recipiendos, licet voces maiorum credantur saniores. supr. de elec. dudum. 1. † pueri autē nutriti in monasterio & oblati & recepti, non habent
c vocem *c* antequàm profiteantur, & antequàm compleatur tempus quo profiteri possint. inf. de sta. mo. ea quæ. §. si. Itē videtur, quòd episcopus teneatur de administratione puerorū. ff. ad muni. Lucius. §. imperatores. ff. de mag. con. l. 1. in prin. & per totum. Concesit) arg. quòd Archi. non instituunt. si. 16. q. 7. nullus contra. infrà. (Ecclesias) id est, personatus ecclesiarum (Tolerari. ff. de iure immuni. l. 2.

1 † Clericis) not. tantùm clericis cōmittendam generalē administrationē ecclesiarum, scilicet, ita quòd super omnes dominētur, speciale autem procurationem aliquarum rerum temporalium, possunt recipere laici. 89. dist. iudicatum. 16. q. 7. in nouo. ita quod alij superioribus, & alij generalibus procuratoribus respondeant, & isti sunt quasi vicarij aliorū, & agere possunt, & respondere de his, quæ sibi cōmittuntur. inf. de procurat. c. petitio. (Committas) not. de officio archiepiscopi. qui dispensat cum malè institutis à suffragaeis. sup. de temp. ord. consultationi, & q si inuenit suffraganeū circa aliquam rem deliquisse, quòd id emendat & circa illam rem suam facit ordinationem. 9. q. 3. cùm scimus. & hoc ideò, quia episcopus qui deliquerat tales instituendo, hoc facere non debebat. Vel dic, q̄ hoc facit ex delatione Papæ (Aetatem) de dispensatione nostra, vel potius archiepiscopi tolerando eos.

† Ecclesias)

2 † Ecclesias) beneficium autem habere possunt, & ordinari supra septennium. 77. dist. in singulis. & ordinari non debet sine titulo. 70. dist. c. 1. & ratione tituli & ordinis, habebit beneficium. argu. ff. de decur. spurij. §. minores. inf. de præben. relatum. & c. cùm secundum. (Aetatem.) 25. an. sup. de elec. cùm in cunctis.

CAPVT III.

1 *Nunquid sacer ordo liberet à patria potestate, & vide etiam in numero. 2.*
3 *Pater clerici, an habeat legitimam in eius bonis ecclesiasticis.*

INDECORVM. ff. de excu. tu. l. minores. C. de le. 1. l. vltim. ff. de adulter. sic euenit.

2 † Nouerunt) videtur ergò, quòd quilibet prælatus & clericus non debeat esse in potestate patris. ar. ff. ad Trebel. nam quòd ad ius. ar. Cōtra. ff. de ado. si pater. & l. per adoptio. imò presbyter in potestate patris est. C. de epis. au. presbyteros. 1. q. 1. pueri. & c. estote. ff. de adult. si eue. insti. de adop. §. vlt. alijs videtur quòd quilibet sacer ordo liberet à patria potestate, liberat enim à dominio, q̄ est fortius 54. dist. si seruus sciēte. & c. ex antiquis. & c. se. præterea cùm principatus liberet: vt insti. quib. mo. ius. pa. po. §. filius. multo fortius sacer ordo. 96. dist. duo. inf. de ma. & obe. solite. de episcopali q̄ liberet habes. 56. dist. si seruus sciente.

2 † Nobis videtur quòd prælatura inferior episcopatu, vel sacer ordo non eximat à patria potestate in rebus paternis, & in omnibus secularibus, cùm in iure cautum non inueniatur, vnde si clericus iste velit agere de patrimonio se cōueniri, vel si velit adire hæreditatē, vel etiam si super beneficio suo velit agere, vel conueniri authoritate patris, in cuius potestate est, aget sicut in castrensibus. C. de bo. quæ liber. non solùm vsque ad medium.

Nos tamen diximus contrarium in beneficio, & in omnibus spiritualibus. argument. de restit. spol. ex parte. 96. dist. benè quidem. inf. de iud. c. causam. in his enim quæ ratione ordinis, vel dignitatis agit, nihil ad patrem. ff. ad Trebel. l. ille à quo. §. vlt. & l. seq. in prin. imò authoritate prę1á ti pupillo dabitur curator liti. sup. c. 1. 12. q. 1. c. 1. C. de cura. fu. l. fin. in princip. C. de bo. quæ libe. l. fi. sup. fi à patre. si autē maior est, aget vt alius. ff. ad Mace. l. 2. si. autē nomine ecclesiæ aget, certū est q̄d nō requiretur authoritas patris, sed prę1ati. sup. c. proxi. inf. de procu. c. 1. de iudi. causam. C. de epis. l. omnes. §. hic nihilomi. & per prælati sui authoritatem administrabit & eius defectum supplebit, vt hîc.

Et licet Auth. C. de epi. presbyteros di-
3 cat, quòd legitimam habebit pater in bonis, hoc fateor in bonis ꝓphanis, in ecclesiasticis autem nec per successionem, nec alio modo commercium habebit, cùm nō posit de eis testari, sed omnia debent ecclesia remanere. inf. de test. in officijs. & c. ad hoc. inf. de pecu. cler. c. 1. & 3. 12. q. 3. & 4. & 5. per totum. nec alio modo debet dispensare res ecclesiæ, nisi in suas necessitates, & eorum qui seruiunt sibi cuilibet, tamē inter viuos donare, licet, pro remuneratione seruitij. inf. de testa. relatum. & licet etiam in pauperes dispensare. 1. quæstio. 2. pastor. & c. clericos. 16. q. 1. quoniā (14.) sup. de elec. cùm in cunctis. contra so. id ius commune, hic de dispensatione. nā intra 14. an. prohibetur dispēsatio quòd est hîc notabile. sup. autem dispēsare potest, cùm non sit prohibitum. inf. de sen. excō. nuper. sed adhuc est contra. supr. c. proxi. vbi archiepiscopus dispensat in decimo, sed corrigitur per istam.

CAPVT IIII.

1 *An possit aliquis præesse diuersis ecclesijs.*
2 *Recipiens secundam ecclesiam caret prima, neq; potest eligere quam velit.*

IAM TE. (Literarū.) Nō enim semp literis Papæ obediendum est, quia decipi non potest Papa. sup. de rescrip. si quando. & c. cùm adeò. sunt enim literæ aliquando cōtra ius, vel publicam vtilitatem, vnde non valent. C. si contra ius. rescripta. nisi ex certa scientia facta inde mentione quòd pro minus literato, vel minore scriberet. 17. q. 4. §. qui verò (Scientia.) supr. de elect. cùm in cunctis.

1 † Ex vna (quòd fit per vnionem. infr. de relig. dot. quia monasterium. ff. argu. fur. c. l. si gemina. Item si vna parochialis ecclesia alij subsit, licitè enim prælatus est ambarum, & tamen in subiecta erit alius presbyter. Item si aliqua ecclesia in fundo suo construat aliam ecclesiam vtriusque prælatus erit Vicarius: tamen sub prælato erit in noua, & sic potest intelligi,

intelligi,quòd episcopi dispensatione,aliquis præest diuersis ecclesijs. 80. dist.sanctorum.

2 †Ad vnam) olim itaque non erat statutum,quòd careat prima recipiendo secundam,scilicet,inf.de præben. referēte. ff.de col.& cor.l.1. C.qui mi.po.eis. hodie autem prima vacat,nec potest eligere quā velit.inf.de præben.de multa.† Tenues.) 10.quæstio.3.vnio.21.q.1.per totum. tertiā causam habes,scilicet,raritatē clericorū. 21.q.1.c. 1. potest etiā habere vnā titulatā, & plures commendatas.21.q.1.qui plures. sed hoc ex dispensatione episcopi.70. dist. sanctorum.de hoc not.sup.de elec. dudū. & inf.de accu.si constiterit.

CAPVT V.

1 *Ecclesiæ honores habere non debent,nisi in sacris ordinibus constituti.*

2 *Per episcopi dispensationem potest quis in minoribus constitutus ordinibus eligibilis reddi.*

PRAETEREA.(Licet.) Ad personatus autem non habētes curam animarum, benè eligi possunt,vt in minoribus ordinibus constituti.ar. hîc à contrario sensu.sup. de elect.cùm in cunctis.§.inferiora.& inf.eo.tuā. Item si personatus nullam habet curam,quare compellatur ad ordines,sed contrà sup.de ele. dudum.ro.vbi dicitur, quòd idem iudicium habendum est de beneficijs habētibus curam animarum,& de personatibus: sed ibi loquitur allegando, vel ibi specialiter statutum est æquale iudicium in dispēsatione illa de pluralitate beneficiorū,q̄ est omninò restringenda:nō autem sic est in electione,quæ fit ad huiusmodi honores, qui curam non habent,vt esset inutile habere sacros ordines.

Sed adhuc videtur contrarium.60.dist.
1 innouamus.† vbi dicit, quòd honores ecclesiæ non debent habere,nisi in sacris ordinibus constituti:sed ibi loquitur tantùm de honoribus,qui habent curam, sicut ex textu eiusdem.c.& alijs eiusdem quæstionis habetur.De ætate autem nō inuenitur cautū,quantæ ætatis debet esse, qui eligitur ad dignitatem curam animarum non habentem,& ideò videtur quòd quilibet qui scit & potest gerere dignitatem illam, rectè eligitur,etiam si requiratur ætas.sufficit maior 14.[a] an.cùm exinde possit etiam suas facultates ministrare, & cessat tutor.item post 14. annum potest esse ordinarius iudex.ff.de iud.cùm prætor,Imò etiam pupillus potest esse in dignitate. C. de re mili.l.fi.item etiam in patiēte defectum in ætate & scientia videtur sufficere, quia non est statutum contrariū.ff.d e,p-
2 ba.ab ea.† Assumi)per episcopū à quo postulari debet, & non est eligibilis. sup. de elec.dudum.2.aliqui dicunt.arg.quòd hîc dicitur,quòd episcopus per dispensationē suam potest aliquem in minoribus ordinibus constitutum,facere eligibilem, alij contrà.Breue)scilicet, annum, nam cùm intra annum & dimidium ex necessitate dispensatiuè quis possit promoueri ad sacerdotium,77. dist. monachus.dimidium enim subtrahimus,propter ordines minores, vel dic intra annum& dimidium.

CAPVT VI.

1 *Ordinarij an ex aliquo peccato possint deponi.*

2 *Si quis promoueri nolit, non potest excommunicari.*

QVAERIS A NOBIS.(Beneficijs) Quæ tamen ordines certos nō requirunt, qa si requirent,tūc eis præcisè auferuntur beneficia, & alijs cōferuntur.sup.eod.c.1.(Salua)34. dist. ha-
1 buisse.1.q.1.sacerdotes.†Ordinarij.)& tamen deponi nō debent,vt si est peccatum occultum,quòd dispensationem non requirit,sed nec tunc deponēdi sunt, sed sub in terminatione diuini iudicij obtestandi, vt non ministrent.sup.de temp. ord. quæsitum(Minimè)24.dist.si qui clerici . placuit.& c.gesta.1.& c.honoratus.& c.consuluit.(Contrarium)1.q.6.sicut. 24. q. 4. displicet.8.q.1.in scripturis. (Præferātur) in stallo & honore.Vtiles.74. distinct. cōsuluit fortè, quia sunt prudētes in temporalibus. 50. dist. accedens. (Auferuntur) qualiter cogendi sunt,si necessitas, vel vtilitas sit eos promoueri ad ordines,vel dignitates,no.74.distinct.in princ.

2 †Auferantur)si noluerint promoueri, quia si voluerint promoueri,cùm crimen sit occultum,non poterant eis auferri beneficia.Si quæras, an possit prohiberi ab ordinibus.Respon.vt dixi sup. de tempo. ordi.ex tenore. superior autem licet dicat subditus, quòd læsam habeat conscientiam non debet ei credere, & potest ordinare eum,vel alij committere ordinandū. inf.de offi.dele.pastoralis. §. penult. infr. de simo.

[a] *Maior 14.an. Adde Archi. in c. si eo tēpore.de rescr. in. 6. & adde q̄ 19. An.in c. exeo. infr.de ele.in 6. & in di.c. si eo tēpore.in glo.fi. tenet q̄ pupillus potest esse canonic⁹: q̄ opinio seruatur de facto secundū Henric. Bohic.hîc, in ca. super ordinata. inf. de p̄ben. & etiam adde q̄ in dignitatibus sine cura sufficiunt 20. anni,nec minus & cū dispensatione ordinarij.ita Hēri. in d. c. super inordinata.alle.tex. in c.vnico.infr. isto eod. titu. a in 6.*

de simo.per tuas.3.Non autem credimus, quòd nolens promoueri, possit excommunicari, cùm nemo præcisè cogendus sit crescere.74.distinct.gesta.& c. vbi. Itē sequitur hoc inconueniens. excommunicatus in se nouit impedimentum irregularitatis, vel aliud quare promoueri non potest,& ex alia parte, cùm per offensam manifestam inobedientiæ sit excommunicatus,non est absoluendus, nisi satisfaciat,sic nunquam absoluitur.inf. de verb. signifi.ex parte. Item hæc decret. etc. videtur dicere,quòd tātùm per subtractionem beneficiorum cogendus sit. 73. dist. c.2.& c.vlti.sed contra.c.distin. c. 1. solue vt ibi.Compellas)hîc colligitur differentia inter hunc casum,siue hanc pœnam & superiorē,quia hîc cogitur per subtractionem promoueri, cùm non dixerit se criminosum, superior non cogitur promoueri,licet auferat ei beneficium.Per amissionē)ad tempus.in hoc enim casu non ex toto auferuntur sibi locus & beneficium, & alijs conferuntur: sed tantùm ad tempus quousque ordines recipiat, & hoc innuit verbum compellas,si enim auferantur sibi ex toto, non compelleretur vlterius promoueri:in superiore autem casu sibi perpetuò auferetur beneficiū, statim cùm promoueri recusat.

CAPVT VII.

AD AVRES NOSTRAS. (Vt putabas) nam si veritate esses peritus, ita munitus esses prudētum regulis,quòd in singulis ægritudinibus præterita,præsentia & futura cognoscere:vt dixit Hyppo.(Remordet)quòd imperitè egeris: aliàs euentus mortalitatis non imputatur medico.ff.de offi.præsi.illicitas. §.sicuti. ff.ad l.Aquil.qua actione. §.vlti.ff.de var.& extra. co. si medic. vel etiam si remordet conscientia,quòd egeris negligenter.ff.manda.fi fideiussor. de hoc not.inf.de homi.tua.

CAPVT VIII.

1 *An semel suspensus intelligatur perpetuò suspensus.*

2 *Si per annum quis in excommunicatione, vel interdicto permānerit spoliari debet omnibus beneficijs.*

1 QVM BONAE. (Suspensionis) †Ab officio & beneficio,si quis suspenditur simpliciter nō addito perpetuò; tamen perpetuò intelligitur suspensus, si fit cum causæ cognitione, scilicet, sententiando & diffinitiuè, si processum est criminaliter agendo,vel inquirendo, vel aliàs ciuiliter agendo de crimine. argum. inf.de accu. inquisitionis . & tunc statim possunt eius beneficia conferri alijs, cùm sit damnatus per sententiam, vt nota.inf. de concess.præben. literas . si non sententiando diffinitiuè, sed interloquendo, vel cùm ad hoc non ageretur suspensus sit aliquis simpliciter, non intelligo eum suspensum perpetuò.sup. de consti . ex literis.sed si esset temporalis iudex, & non expressit causam suspensionis, quæ suspēdit,intelligatur suspendisse toto tempore suæ administrationis.ff.de pe.l.vlt.

Hoc non credo,imò semper erit suspēsus quousque absoluatur, ne rumpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ.23.q.6.excommunicatorum.sup.de consuetu.cùnt inter vos. si verò expressit offensam, vel euidenter apparet, vel propter contumaciam suspendit, quæ fortè pendente lite contingunt: intelligitur suspendisse quousque satisfaciat de contumacia vel offensa pro qua suspensus est.2. quæst. 5. presbyter. 81. distinct. si qui sunt. & idem intelligimus in statutis factis. sic. sup.vt si aliquis in aliquo negotio fuerit inobediens,quòd sit suspensus.sup. de cōstitut.ex literis.vbi nota. & horum beneficia non debent alijs conferri, nisi primò ab eis sententialiter remoueantur, & idem etiam intelligimus,si sint excommunicati, si enim per suspensiones temporales, vel excommunicationes intelliguntur priuari ecclesijs,nisi super eis feratur sententia:vt nota.in gloss.omnibus. vbi autem, scilicet,ad tempus suspenditur statim finito tēpore redit ad ecclesiā, & cessat suspensio.ff.de postulat.puto,secùs [a] est,si sit suspensus quousque satisfa-
[a] *Secùs est. Imol. in c. ex literis. prout ibi in 8.co. refert Feli. sup. de constit. sequitur hic dictū Inno. hic.*
ciat,quia tunc necessaria est specialis absolutio etiam post satisfactionem. 2.q. 5. presbyter.Ratio autem diuersitatis ea esse potest,quia cùm certum tempus habet suspensionis,nec aliud exigitur,nulla potest esse dubitatio de eius absolutione, sed quando dicitur,quousq; satisfaciat, multæ possent esse dubitationes:quia vnus diceret plenè satisfactum, & alter negaret, alij contradicunt.

2 †Habuerat) omnibus enim beneficijs tam habitis ante excommunicationem, quàm postea acquisitis debet spoliari per sententiam,si per annum in excommuni-

catione,vel interdicto permanserit, & sic intelligimus hoc cap.& 11. q.2. rursus.per quod c.mitigatus est rigor capituli quòd præcedit in c.q.si quis presbyter. vbi dicitur, quòd statim post excommunicationem locum amittit, nisi statim docuerit de iniustitia sententiæ,& post talem sententiam latam post annum, super amissione beneficiorum non audietur vlterius super eis:vt in d. c, rursus. sed tantùm super crimine, pro quo hi fuerint excommunicati audientur.C.de requi.re. l. 2. &
☞ posset etiam dici † quòd solus lapsus anni sine sententia amotionis à beneficijs sufficit,vt vlterius non audiatur super beneficijs,& ita videtur loqui.c.rursus.2. autem dicuntur in excommunicatione, eadem intelligo in suspensione.ar.hîc,& licet dicatur hîc de triennio,idem est in anno. infrà,de cleri.non resi.ex tuæ.cõtra,scilicet, vbi non expectatur, nisi per sex menses, sed ita in alio casu loquitur, scilicet,quando latitans possit spoliari ecclesia etiam sine delicto:hîc autem loquitur in præsente excõmunicato (Postmodum) hîc habes quòd suspensi eliginõ possunt de hoc sup.de consue.cùm dilectus.

CAPVT IX.

AMVLTIS. (Decreuit.) 60.dist.nullus in episcopum. (Habuisse) supple sacros,nã primitiua ecclesia subdiac. habuit. 21. dist.§. 1. & 25. dist. c.1.(In quibus)verba Inn.sunt.(Vrbanus) 32.dist.erubescant. (Et iterum) 32. distin. nemo(Synodo) 32.distinct. si qui eorum (Statuisse)32.distinct.autem. 16. distinct. nullum.

CAPVT X.

1 *Nunquid precibus ordinatus, dici possit simoniacus.*
2 *Munus interuenire debet ad hoc vt dicatur quis simoniacus.*
3 *An adulationem faciens, dicatur simoniam committere.*
4 *Abbatis nomen magis est solicitudinis quàm ordinis vel honoris.*

IVAM IN DOMINO. (Respectu).1. quæst. 1. quibusdam laici fortè habebant. (Laici)† dicunt quidam indistincte, quòd si quis precibus ordinetur, quòd simonia committitur, & inducunt pro se argu. 1. q. 1. ordinationes. 7.quæstio. 1. in scripturis. infrà, de iurepat. per tuas. sed certè non sunt illa violenta. argument. Quidam tamen hoc concedunt, si est indignus, sed si est dignus, licitè porrigi preces superiori pro se. 1. quæstio. 1.§. nunc itaque. & etiam canonicis, vt expressè habes infrà, de simon. tua. nónne licitum est cuiquam desiderare pro Deo rogare, vt sorti dominicæ asscribatur, vt sacramenta sibi liceat in sacerdotali ordine ministrare, præterea Papa ad multorum petitiones petentibus confert beneficia. suprà, de rescript. capitulum. & sequent. si quis autem rogat electores, vt eligatur ad curam animarum,vel in prælatum tanquàm ambitiosus honoris, illicitæ sunt preces. 1.q. 1. nullus itaque. & quæstio. 6. ficut. C. de episcop. & cleric. si quanquàm. si autem precibus alienis ordinetur vel promoueatur quis, & sunt preces carnales, & pro indigno simonia committitur. 1. quæstio. 1. de ordinationibus. & cap.sunt nonnulli. si verò sunt pro digno, licet sint carnales, dummodò non habeant respectum ad preces, sed ad meritum eligendi, vel promouendi, vel ordinandi, non committitur simonia, vt hîc. 1. quæstio. 1. quibusdam. si autem sunt spirituales, iustæ sunt preces, & non committitur simonia. 1. quæstio. 1. latorem.

☞ † Fortè melius dici posset, quòd licet quis siue pro se, siue pro alio roget, siue electores siue quoscunque alios, etiam pro indigno, siue pro dignitate, siue pro beneficio,non dicitur habere beneficium simoniacum, licet peccet iniustas preces fundendo, nisi faceret intendens obligari collatori beneficij ex precibus, vel exonerare illum, quem rogat ab aliquo seruitio, quòd ei fecerat per exauditionem precum. Idem enim reputo remittere, quòd dare & benè est remittere cùm remittit obligationem naturalem,quæ est ad antidora a.art. ff.de calum. l.2. in prin.& l.3.in prin.ff.de peti.hære.sed si.§.consuluit.1.quæstio.1.si quis neque.

2 † Et potest ea esse ratio, quia ad hoc, quòd sit simonia oportet munus interuenire. 1. quæstio.1. sunt nonnulli.hæ autem preces non pro munere dantur, vt diximus,quia si pro munere darentur & offerrentur,tunc secùs esset,sed pro consilio, licet sæpè inhonesto, quando à se porriguntur,& etiam ab alijs aliquando, sed tamen non semper,puta si solum Deum in sua promotione attendit, & nõ potentiam, vel diuitias seculares. argum.8. q.1.c.qui episcopatũ. sed tamen licet ipse simoniacus sit,qui ita malè rogat. infr. de simo.tua.non tamen ille qui rogatur, est simoniacus,nisi dans beneficium, vel dignitatem preces secutus, propter preces dederit, vt hîc colligitur à cõtrario sensu, imò & si preces pro indigno secutus esset, non tamen renunciare tenetur, nisi fortè expressisset, quòd propter preces facit.infrà,de simo. c. vlti. & idem est etiam si pecuniam daret.ar.eiusdem decre. sed quid si dedit alij,vel preces porrexit alij ex pacto,scilicet,quòd propter datam pecuniam,vel preces porrectas det operam quòd habeat beneficium? Respondeo, idem ac si dedisset collatori beneficij. 1. q. 5. præsentium. nec distinguo vtrum fiãt preces pro digno,vel pro indigno.

3 † Item carnaliter,an spiritualiter fiant, cùm hoc ipso sit indignus, & hoc ipso sint preces carnales, quòd ex pacto propter preces vult habere beneficium, si autẽ faciat adulationem vt beneficium habeat, potest dici munus ab obsequio,& reputãdus est simoniacus secundum prædictam distinctionem.1.q.1.ordinationes. & 4. c. seq.tamen non tenetur illud beneficium resignare.ar.inf,de simo. c.fi.

4 †.Non ascendat)fortè erat irregularis, qui tamen potest esse Abbas.argu.50.dist. accedens.& non sacerdos, vt ibidem argum.C.de his qui imple.sti. l. 1.lib.1.Abbas enim potius est nomen solicitudinis quàm ordinis vel honoris.18. quæst.2.hoc tantum.

4 *Ad antidora. & sic habes hic q simonia est deducere in pactũ obligationẽ ad antidora. Adde Hosti.in sum. de vsu.§.quæ pœna. ver. si tibi & bea. Tho.secunda. secũdæ.q. 28. art.2.in respõsione ad secũdum argu.Et plures cõcordantes ad hoc allegat Feli. in c. ad audientiam.ele.2. co.7.ver.fallit secundo. sup.de rescri.*

CAPVT XI.

1 *Nunquid psalmistatus sit ordo, & ad quem spectet hunc conferre.*
2 *Sacerdos an possit dare præbendas de nouo, & an habeat potestatem conferendi psalmistatum.*

QVM CONTINGAT. (Statutum)68.dist. quoniam (Impositio) quæ idem est, quòd benedictio. 1. q. 1. manus. de hoc nota. sup.de sup. negli.præla.c.1.

1 † Ordo(qui appellatur psalmistatus, & sic apparet psalmistatum esse ordinem 23.distinct.psalmista. Argumen. contra.93.distinct.subdia.77. distinct. illud. & hunc ordinem confert quilibet sacerdos. 24.distinct.psalmista.argum.contra. quia non debet ordinari sine titulo.70.distinct. c.1.& titulum conferre non potest.16.q.7.
2 nullus omninò. † Sed respondeo illud capitulum dicere, quòd non potest sacerdos dare præbendas de nouo in locis, vbi dare non consueuerunt. supr. quòd vbicunque sit habeat eas,& non residens in ecclesia sine licentia episcopi, sed in beneficijs quasi, vnde viuat dare potest. Vel dic quòd illud c.est locale, vel loquitur,de præbendis habentibus curam animarum. Vel dic, quòd licet sacerdos non haberet beneficia, quæ conferat ordinato: habet tamen potestatem conferendi psalmistatũ, vel ad suũ patrimonium,infrà,de præbend.tuis.vel si ab alio sibi conferatur beneficium.De hoc tamen ordine credimus,quòd si omittatur & conferatur,vel lectoratus,vel ostiariatus, quòd non est repetẽdum,sed si aliquis aliorum ordinum omittatur,recipiendus est. Ratio diuersitatis est, quia in hoc ordine nullum officium speciale conceditur,sed in alijs sic, & recipiendo quemlibet aliorum ordinum,videtur recepisse potestatem faciendi omnia,quæ ad hũc ordinem pertinent, imò aliqui dixerunt,quòd iste ordo abit in desuetudinem, sednos hoc non credimus.

CAPVT XII.

1 *Monachus qui non petita licentia ad aliud transiuit monasterium, debet ad id reuerti, si monasterium eum petierit, quãdo autem non teneatur reuerti,habes in nume. 2.*

INTELLEXIMVS. (Scilicet ad monasterium)ordinis sancti Benedicti (Canone) 19.q.3.mandamus.

1 †Reuertatur) si monasterium eum petierit.7.q.1.non oportet.ipse tamen repetere non potest, vel de nouo spoliandus est.arg.sup. de renun. quòd in dubijs, non enim melioris conditionis debet esse delinquens, quàm non delinquens.(Cucullam) si tamen erat monachus.argument.93.distinct. præcipimus. 33.q.5.quòd Deo.

2 † Exerceret)inf.de regul.licet. Contra.Solut. illud intelligitur cùm licentia petita transiuit, & ideò redire non potest ad canoniam priorem, hîc cùm licentia non petita,sed contra.inf.de regu.

ſanè, vbi dicitur, quòd ſi locus ad quem tranſiuit eſt arctior, quòd ibi manere poteſt, ſed ibi fuit permiſsio ſiue diſpenſatio, vel hîc ſtrictioris vitæ erant canonici regulares, quàm monaſterium monachorũ, arg. inf. de reg. ſanè.

Sed opponeſ ſi licentia non petita hîc ☞ tranſiuit, ergò fuit apoſtata, & ſic non debet promoueri. 3. quæſt. 4. beatus. Reſpondeo, licet fuerit apoſtata, non tamen impeditur eius promotio poſt ſententiam. ſup. de temp. ord. c. vlti. & nota. eo. tit. ex tenore. niſi ordinem in apoſtaſia ſuſcepiſſet. inf. de apo. c. vlti. dic quòd licitè tranſiuit & licitè redijt, quia non inuenit religionem, quæ ibi credebatur. Vel dic, quòd ſi trãſiſſet etiam ad minorem religionem, non eſt tamen apoſtata, quia in nullo venit contra ea, quæ ſunt de ſubſtantia ordinis, cùm ſemper in alicuius obedientia fuerit.

CAPVT XIII.

1 *Qui ordinauit aliquem non poteſt poſtea eiirregularitatem aliquam vel crimen aliquod obijcere, niſi ex cauſa ſuperueniente.*

2 *Epiſcopus licet de crimine excipere non poſſit, index tamen de ſuo officio inquirere poterit.*

3 *Succeſſor non tenetur de delicto, ſed de facto defuncti.*

ACCEPIMVS TE. (Infeſtant.) Supple & conquerente de nobis, quòd ſuper eorũ prouiſione tibi ſcribimus, cũ ſint indigni, & his Papa reſpondet. (Ac ideò) ſed ſi hanc diligentiã omiſeris, ſed quia hanc diligentiam habere noluiſti, & ideò tibi eſt imputandum, vt decætero contra eum non audiaris.

1 †Contra illos) petentes beneficium, nam cùm ſint connexa, & ordo & titulus. vt 70. diſtinct. c. 1. vno dato, reliquum dare tenetur. inf. de præben. cùm ſecundum. & ideò de mero iure non debet contra eũ admitti exceptio ordinatiõis de crimine. ad idem. 4. quæſtio. 3. ſi quis teſtibus. niſi deliquerit vt hîc, vel niſi de nouo ad eius notitiam perueniret, & ſuper hoc fidem faciat. inf. de excep. paſtoralis ſed certè nec de eo, quòd poſt ad eius notitiam peruenire poteſt excipere. tunc, ſcilicet, cùm teneretur examinare, examinationem non fecit, quia tunc non prodeſt ei ignorantia. arg. op. de clande. deſp. cùm inhibitio. §. ſi quis. nec litera iſta dicit, quòd audiatur ordinator de crimine ordinati, licet dicat Papa quòd faciat eũ examinari, & qui alios præter ordinationem audit, poteſt tamen verius dici de æquitate, q̃d exceptio criminis ſiue præcedẽtis ſiue cõſequẽtis ordinationem, ſemper habet locum †, quia beneficia non debent cõferri, niſi dignis. ſup. de reſcr. cùm à Deo. inf. de præſum. dudum. ipſe tamen qui talem ordinauit puniendus eſt. infr. ca. proxi. ſed ſi obijceretur illiteratura, vel irregularitas ſiue præcedens ordinem, dum tamen non eſſet in culpa, ſiue ſequens, non auditur qn teneatur ſibi dare neceſſaria. ſup. de tẽp. ord. vel non eſt compos. 23. di. ſi quis. & facile talis diſpenſationem habet. inf. de fil. presby. veniens. propoſuit: ſi autem à prædeceſſore eius eſſet ordinatus, non idoneitatis de mero iure admittitur exceptio. Sed hæc litera contradicit, ſed expone nõ poteris prætextu exceptionis, quando tu ordinaſti, Vel dic, ſpeciale in hoc caſu, vt ſucceſſor teneatur, niſi alius præſentauerit, quia tunc habet exceptionem, quòd præſentator primò cogatur in neceſſarijs prouidere. inf. de præben. cùm ſecundum. & ſi præſentator non poſſet prouidere, nec in menſa habere ordinatũ tenebitur epiſcopus. cùm in culpa fuerit aliquem ordinando ſine titulo. 70. diſt. c. 1. vel niſi alius, ſicut arch. ad quem ſpectat de officio. inf. de offi. archi. ad hoc ipſum examinauerit & ordinandum præſentauerit: tunc autẽ quia iuſtè potuit ignorare, poteſt excipere de idoneitate, & in his caſibus intelligitur finis huius decre. & inf. de præben. cùm ſecundum. vbi dicitur, quòd poteſt excipere de idoneitate, & archid. examinator punitur, & fortè in prouiſione ordinati. 24. di. quãdo. de examinatione tamẽ dic, vt no. inf. c. proxi. de quãtitate autem & qualitate beneficij ſemp poteſt excipere.

2 †Eſt tamen dignum no. quòd licet epiſcopus nõ poſsit de crimine excipere, iudex tamẽ de ſuo officio inquiret, vnde habes, quòd hîc Papa mandat tales examinari, vt hîc, & inf. de præb. cùm ſecũdum. arg. 2. q. 7. quærendũ. ff. de poſtu. quos prohibet. de ap. conſtitutis. ff. de adult. l. 1. §. ſi publico. de peti. hær. l. vl. ſi autẽ alius epiſcopus mandet alij quòd ordinet, & tunc ſi mandans non eſſet ſufficiens, tamen ordinator ad prouidendum ordinato non tenetur. 9. q. 3. epiſcopum.

3 †Prædeceſſoribus) nota. ſucceſſorẽ teneri non dico de delicto *a*, ſed de facto defuncti. de hoc no. inf. de præb. cũ ſecundũ.

a *De delicto. Intellige proprio ipſi. no ꝑlati, ſecùs ſi ad eccleſiã lucrũ peruenifſet. ita Barto. in l. 1. colũ. 2. verſ. quæro vtrum detur ff. de priui. delic. & in l. q oppue. & ibi Doctо. ff. de no. oper. nunc et Anton. de But. in c. 1. §. quibus. infr. de priuil.*

(Reputare)

(Reputare) 23. diſt. diaco. 8. q. 2. dilectiſsimi. inf. de cler. cõiu. diuerſis. inf. de actio. nulli. infr. de ſent. excom. in præſentia. ff. de lib. cau. ſi quis ſciens. 74. diſtinct. c. geſta. (Prouidere) vbi tamen prouiſio ad epiſcopum pertinet. arg. inf. de offi. ord. licet in corrigendis. & ſup. de reſcrip. abbatem.

CAPVT XIIII.

1 *Non excuſatur epiſcopus propter examinationem archidiaconi, cùm prælatus nõ debeat ignorare vitium ſubditi ſui.*

2 *Eo ipſo quòd ordinatus apparet indignus, & ordinans ſimiliter.*

VM SIT ARS ARTIVM. (Inſtruant.) †Notat. quòd non loquitur de examinatione, quæ quandoq; ſpectat ad archi. infr. de offic. archid. ad hoc. ſed de quadã inſtructione ſacerdotum tantùm, q̃ neceſſe habet epiſcopus facere, & ex hoc ſatis colligitur, quòd propter examinationem archid. non excuſatur epiſcopus, cùm & ipſi inſtruendo cognoſcere poſſint, an ſint digni, quãuis poſsit dici hoc locum habere, quando nõ eſt archid. qui examinet, & eſt not. quòd vbi non ex officio, ſed de ſpeciali mandato aliquis examinat, non tenetur prouidere examinator, ſed mandans, ſecùs ſi ex officio examinaret, vt nota. ſup. proxi. c.

Reſpondeo, melius dicitur, quòd hæc diſtinctio non habet locum, quo ad prouiſionem eccleſiæ, quia à neutro debet ei prouideri, niſi ſit dignus. ſup. c. proxi. ſed habet locum, quo ad pœnam ordinantis & examinantis & prouiſionem neceſſariorum, vt hîc.

2 † Ordinatos) ex mala ordinatione indignus apparet ordinator. 81. diſtinc. tantis. arg. inf. de re. iur. quamuis. ff. de reſcin. ven. quiſquis.

Et intellige hoc, quando per ſeipſum examinauit, ſi enim per alios, ipſi tantùm punientur. 24. diſt. quando. niſi ſit ei imputandum, quòd malos ad hoc officium deſtinauit. ff. nau. cau. ſtab. l. vltim. §. hac. & §. ſeq. quod melius dicetur.

CAPVT XV.

QVAMVIS MVLTA. (Tolerare) ſubſtantiam enim ſacerdotij, & ſaltem in epiſcopis & diuinitùs tradita eloquia, & diuinarum ſcripturarum doctrina. 28. diſt. omnes pſallentes.

TITVLVS XV.

DE SACRA VNCTIONE.

CAPVT I.

1 *Vnctio ſacra quam habeat ſignificationem.*

2 *Per baculum quo vtuntur epiſcopi, quæ deſignantur.*

VM VENISSET. (Apud nos) Græcos, ſcribit enim Patriarchæ Cõſtantinopoli. latino, ſed proximus ante eum fuerat ibi Patriarcha græcus, à quo iſte epiſcopus erat cõſecratus. (Suppleri). 1. q. 1. §. ecce (Cor). i. anima quæ hîc ideò dicitur cor: qa in anima nõ fructificat vnctio, niſi de corde & voluntate procedat. (Infirmatur) 95. diſt. §. ſed iſtud (Fidei) id eſt, fidelis presbyt. vel, id eſt, ſecundum fidem ſanctam. (Infirmum) id eſt, infirmo proderit contra infirmitatem corporis, vt vel eam minuat, vel vt patientius toleret, & etiam proficiet ad ſalutẽ æternam. (Vnctionem) id eſt, vnctio, id eſt, gratia ſpiritusſancti inuiſibilis, quæ fiet in anima corpore exterius vncto.

1 †Signum) vt præter id, quod ingerit ſenſibus hominum, ſcilicet, ipſam vnctionem & characterem animæ infixũ, & aliud faciat venire in notitiã hominum, ſcilicet, gratiã animæ infuſam, ſed ipſe character antequàm ſit expreſſus, ſacramentum eſt, dum efficit, quod deſignat, quia infuſionis gratia in anima cauſa eſt, & id ipſum deſignat, vt poſt id, quod ingerit ſenſibus hominum, ſcilicet, ipſam vnctionẽ, & characterem ante infixum, aliud faciat venire ad notitiam hominũ, ſcilicet, gratiã animæ infuſam: hic etiam character animæ impreſſus eſt ſacramentũ, quia facit quòd ſignificauit, quia præter id, quòd deſignat, ſcilicet, gratiæ infuſionem, & etiam ipſius gratiæ infuſionis cauſa eſt, vnde ſequitur, quòd ſi di. (quod deſignat). i. ſalutẽ (quod deſignat) quid deſignat vnctio, quid oleũ, quid balſamum inferius dicetur (Catechuminorum) id eſt, quo vnguntur catechumini & infirmi. (Et conficitur) ſupple ad exhibendum extremam vnctionem. (Conficitur) etc. nã & de chriſmate, fiunt exteriores vnctiões, vt ſequitur. (Myſtica) id eſt, ſignificatiua, id eſt, propter ſignificationem. (Ab intus) procedit, id eſt, de conſcientia. (Mortis) ſupple ducentis

centis(Cortina)id eſt, fidelis vnus alium ad fidem per bona opera trahat (Vnguẽto)ſcilicet,chriſmate(Vnge)id eſt, mentem humilia. vel, id eſt, mentem miſericordiæ habe. (Et fac.) munda opera fac. (Diſtillauerint) id eſt,opera mea dederũt bonum odorem alijs.(Oleo)id eſt, chriſmate,in cuius confectione eſt oleũ.(Balſamo)id eſt,chriſmate,in cuius confectione eſt balſamum. (Sicut) ad id quod ſeipſum,ſcilicet,ad ſalutem(Illius) ſcilicet, Chriſti(Caput.)33.q.5.cùm caput. (Vnxerit(id eſt,mihi gratiam infundit(Euangelizare)id eſt,prædicare(Annum)1.q.1. iudices.(Delibutio)id eſt,vnctio. (Capitis)id eſt,Chriſti.(differentia)96. di.duo (Nos).i.omnes Chriſtianos. (Vos) Chriſtiani(Genus)id eſt,electi generis hominum(Regali)id eſt,eſtis reges,id eſt,benè vos regentes &eſtis ſacerdotes,id eſt, ſancta exẽpla exhibentes(In pectore)96. diſt. peruenit. de cõſe.diſt.6.de his (Manus) de cõſe.diſt.4.de hinc.c.presbyteri.&. c. noũiſſimè.vbi iſtarum vnctionum ſignificatio habetur. (Per caput.) quod hîc intelligitur idem quod vertex(Oculi).i. intellectus(In capite).i. mente. (Cuius) mentis.(Odorem,id eſt,ad eius famoſiſsimam miſericordiam(Nomen)id eſt, cuius fama eſt de infinita miſericordia.(Simplex) de cõſe.diſt.4.presbyteri.(Idem)95. diſt. peruenit contra ſol. illud ad tempus pro ſcandalo fuit toleratum:licet hodie ſi ſacerdos ſimplex chriſmat nihil ageret.ſup. de conſe. quanto. 2.q.7.accuſatio.(Vicarij)68.diſt.quorum(venerat)ad robur: ſed per baptiſmum benè erãt abſoluti peccatis.(Catechiſmo).i.diluuio.(Iudaizat)hîc colligitur à parte alium ordinem in ſubſtantia habuiſſe diaco. in veteri teſtamẽto,alium in nouo, aliàs iudaizare videtur eccleſia in identitate.(Baculo)de conſec. diſt.1.nullus.45.diſtin.diſciplina.

2 †Per hiſtoriam)not.quòd cum Petrus miſiſſet Martialem, & collegam in germanias,mortuus eſt Martialis & collega redijt ad Petrum,& Petrus dedit ei baculum,& præcepit ei, quòd tangeret mortuum, & diceret ei ſurge in nomine domini,& quòd iret ad prædicandum, qui cùm 40.die à tempore mortis redijſſet ad eum, tetigit mortuum, & ſurrexit, & ne quia poſt non recuperauit baculum, nòn vtitur eodem, hæc eſt hiſtoria myſtica, ratio eſt, quia baculus in ſummitate habet recuruationem,quaſi ad trahendum, quòd Papæ hoc non eſt neceſſe, quia nullus ab eo diuertere poteſt. Item per baculum deſignatur coertio, accipiunt ergò reliqui prælati baculum à ſuperioribus in ſignum,quod accipiunt coẽrtionem, ſed cùm Papa â ſolo Deo habet poteſtatem, non debet habere baculum.21.diſt. in nouo.& c. quamuis.

TITVLVS XVI.

DE SACRAMENTIS ITERANDIS, VEL NON.

CAPVT I.

1 *An manuum impoſitio ſit neceſſaria in ordinatione.*

PASTORALIS. & infrâ, (Conſulere)licet non reſpõdeat,tu dic, quòd non debet miniſtrare, antequàm ſupleatur.52.diſtinct. ſolicitudo.inf.eod.cap.vlti. Alij dicunt,quòd manus impoſitio non eſt de ſubſtantia ordinis, & ideò celebrare poteſt. (Manuum)id eſt,benedictionem.1. quæſt. 1. manus.& hæc manus impoſitio fit nõ ſolùm ſubdiacono, ſed in minoribus ordinibus conſtitutis.69.diſt.c.1.

1 †Conſecratoria)manus impoſitio autem non fit niſi diacono & ſuperioribus. inf.eod.cap.vltim. 24. diſtinct. ſubdiaconus. Tu dic, quòd hæ impoſitiones non ſunt neceſſariæ, quia vera litera eſt diaconatus. (Delinitus) id eſt,vnctus ſecundum veram literam, quæ eſt diaconatus non eſt neceſſaria iſta gloſſ. quia diaconus benè recipit manus impoſitionem. (Supplendus.)ſup.titul.proxi.cùm veniſſet.in princip.1.quæſtio.1.§.ecce. inf. eod. cap.vlt.(Supplendum) quia ſibi fiet manus impoſitio,& dicetur oratio, quæ dicitur,quando fit manus impoſitio.inf.c.vlt. ſed in ſecundo caſu, vbi oleo vnctus eſt, non credimus balſamo vngendum, de quo oleo & balſamo fit chriſma, ſcilicet, & de chriſmate vngendum eſt. ſup. titul. px.c. 1. circa princip. Erat ergò chriſmate vngendus, & oratio dicenda, quæ dici cõſueuit cùm chriſmate vngitur, licet dicta fuerit,nec habet in hoc ſacramẽto,vbi non ſunt diuerſi actus locum, quod omiſſum eſt, cautè ſupplendum, ſed quaſi totum eſt iterandum,niſi fortè propter aliquas ſolennitates quæ non reiterabuntur ſi primò factæ fuerunt.

CAPVT

CAPVT II.

NOBIS HVMILITER. (Exhumandos)quia non ſunt in culpa, quicquid de corporibus eorum fit poſt mortem, ſed ſi elegiſſent ſcienter ab eis ſepeliri,crederent exhumandos, cùm grauiter deliquerint.88.diſt.c.ſi.

CAPVT III.

1 *Cuiuſmodi fuerit ritus ordinationis in primitiua eccleſia.*
2 *Dimiſſa in ordinatione non ſunt iteranda,ſed ſupplendum eſt.& vide in num.3. & 4.*

PRESBYTER ET DIACONVS.(Ritu)de ritu Apoſtolico inuenitur in epiſtola ad Titum, aliàs Timo. †quòd manus imponebat ordinandis, & quòd orationem fundebat ſuper eos, aliam autẽ formam non inuenimus ab eis ſeruatam,vnde credimus,quòd niſi eſſent formæ poſtea inuentæ, ſufficeret ordinatori dicere, ſis ſacerdos, vel alia æquipollentia verba, ſed ſubſequentibus temporibus formas, quæ ſeruantur,eccleſia ordinauit,& ſunt tantæ neceſsitatis dictæ formæ, quòd ſi ijs non ſeruatis aliquis fuerit ordinatus, ſupplendum eſt, quod omiſſum eſt,& ſi formę ſeruanẽ character infigitur animæ,id eſt,figura intellectualis,& indeficibilis oſtendens ordinem collatum ipſi conſecrato, nec mireris ſi per inſtitutionem eccleſię infigitur character in anima, cùm animæ ſint de iuriſdictione Papæ,& ſpiritualium patrum,vnde ſuper eis conſtitutiones ſuas facere poteſt, dummodò non ſint contrariæ conſtitutionib⁹Dei.ar.10.diſt.ſuſcipitis.95.diſt.cùm ad verum.inf. de ma. & obe.ſolitæ.& arg. ad hoc. 1.quæſtio.1.quòd Deo.vbi dicitur, quòd Imperator facit per ſuas conſtitutionés, quod character militaris indiuiſibiliter affigitur militi, & poſſet dici, quòd ille character qui infigitur ex conſtitutione Imperatoris,non infigitur intuitu animæ principaliter,ſed corporis,quòd ex eo apparet, quia mortuo milite,anima nihil ex illo charactere conſequitur: in monachatu autem non videtur,quod infigatur character,quia Papa facere poſſet, quòd non eſſet monachus,qui ordinem conſtituit monachorum.ar.inf. de ſta.mo.cùm ad mo. (Omiſſum)manus impoſitio(Iterandum)ordo(Statuto)no.ijſdem temporibus ſupplendum, quibus conferendum, ſcilicet, in quatuor temporibus. ſup. de temp.ord.c.1.2.&3.& ſeq.

2 †Supplendi) in ſabbato enim quatuor temporum vocabitur hîc ſacerdos,& manus impoſitio,quæ fuit in ordinatione modò ſupplebitur,& dicentur orationes, quæ præcipiuntur dici,quando fit manus impoſitio, quia ipſe manus impoſitioni adhęrent,& de manus impoſitione fit mẽtio in orationibus,fortè & idem dicimus, ſi omiſſa fuerit vnctio. ſup.tit.1.& eſt verum quòd non eſt iterandum,ſed ſupplẽdum vbi diuiſi & diuerſi ſunt actus, ſicut eſt in ordinatione ſacerdotis, vbi alius actus eſt tenere manus ſuper caput,aliud dare ei calicem, aliud patenam,aliud inungere, quorum ſi aliquod fuerit legitimè factum, non erit poſtea reiterandum, vt hîc.

☞ †Quidam tamen dicunt, quòd hæc duo,ſcilicet,de patena & calice, non ſunt ſupplenda,quia de ſubſtantia, tamẽ ſecurius eſt ſupplere, ſed ſi partem dixerit orationis, & non totam, nunquid eſſet tantùm medietas orationis dicenda,& dicimus, quòd à capite dicenda eſt, tamen in ordinibus multæ orationes poſſunt eſſe, quæ non ſunt de ſubſtantia ordinis,vnde ſi aliter ordo legitimè collatus erit, propter hoc non iteraretur,ſed ſi aliqua deeſſent,de his quæ ſunt de ſubſtantia ordinis, vel de quibus dubitatur,an ſint de ſubſtantia,vel etiam de ſolennibus, cùm poſtmodum illa quæ ſunt de ſubſtantia ſupplentur,& alia omnia omiſſa ſuppleri debent.

3 † Sed quid ſi vnxiſſet tantùm vnam manum, nunquid poſtea tantùm altera manus vngetur,& eſt dicendum quod ſic. arg. hîc,quia iterari non debet,quia iam conſtat manum vnctam, & vbi in orationibus dicitur, manus in plurali,diceretur manus in ſingulari,etc.in orationibus, ſi neſciatur quid ſit de ſubſtantia,ſi facta eſſet vnctio in aliquo, & non dicta oratio dicenda erit omninò, & non facienda vnctio,ſed non econuerſo,quia oratio adherere dicitur vnctioni, & non econuerſo,quod ex ipſis orationibus apparet,quæ de vnctione faciunt mentionem. Sed nos contra dicimus,quia ex quo actus non ſunt diuiſi, quòd etiam ſi orationes dimiſerit iterũ facienda eſt vnctio,quomodo enim diceret ſacerdos ſacrificare dignare per hãc vnctionẽ.ſup.tit.,pxi. c.1.& in baptiſmo expreſsùs apparet,quomodo enim diceret, ego baptizo, niſi immergeret,licet prius etiã immerſus eſſet.ar.de bap.c.1.

sed si non posset suppleri per eundem, qui ordinauit, potest per alium suppleri, & nunquam debet per alium suppleri, si per primum perfici potest. 7. q. 1. nihil. quòd etiã obtinet in officijs vespertinis, & alijs. 7. quæst. 1. illud. sed si conspersisset oleum super manus ordinandi, & inuasisset eum infirmitas, antequam vnxisset, alius supplens, vel ipse alia vice oleum fundet, & à capite incipiet, quia licet actus diuisi non sint iterandi, si tamen vnus actus nõ perficiatur à capite incipietur.

4 † Vnde si quis inter conficiendum sacramentum eucharistiæ, dum est in verbis illis, hoc est corpus meum, deficiat, alius non incipiat à capite, scilicet, ibi qui pridie. Idem dicimus in baptismo, sed si celebrato sacramento eucharistiæ, vel corporis deficiat alius, non incipiat à sacramento corporis, sed sanguinis (Impositio) falsa litera est impositio & vera est suspẽsio extracta de registro (Effunditur) id est, dicitur cum deuotione.

TITVLVS XVII.

DE FILIIS PRESBYTERORVM ORDINANdis, vel non.

CAPVT I.

1 Nunquid ad minores ordines sacerdotis filius sine dispensatione possit promoueri.

VT FILII PRESBYTERORVM. Vt statuimus sup. (Ex fornicatione) propter honorem sacrorum, & propter detestationem paterni criminis, prohibentur tales ab ordinibus, secùs in secularibus dignitatibus. ff. de decu. spurij. l. 2. §. nullum. (ex fornicatione) sup. de elect. cùm in cunctis. 35. quæst. 2. de incestis.

1 † Ad sacros) hîc videtur, quod ad minores ordines, & per consequens ad beneficium sine dispensatione valeat promoueri. arg. 55. dist. c. 1. Contrà credimus per id quod legitur inf. eod. literas. quamuis id possit intelligi speciale in filijs sacerdotum, cùm pœnæ sunt moliendæ de pœ. di. 1. pœnæ. (Monachus) tunc in monasterio, vel canonia regulari potest promoueri, etiam sine dispensatione, alibi non, sed nec in monasterio, nec alibi prælationem habebit. inf. eod. c. fi. nec ecclesiam secularem. 16. quæstio. 1. legi.

CAPVT II.

AD PRAESENTIAM NOSTRAM. (In ecclesia) si veritas erat, sed non expressit (Genitus) maximè idẽ enim esset, etiam si non esset in sacerdotio genitus, vel etiam si in eadem ecclesia non administrasset, sufficit enim ad eius abiectionem, quòd sit filius sacerdotis. (Amoueas) quia per obreptionem habetur, de hoc not. sup. de rescrip. cum dilecta.

CAPVT III.

PRAESENTIVM. (In paternis) maximè.

CAPVT IIII.

QVERENTE NOBIS. (Notorium) & si est: non potest esse, nisi notorium. inf. de translat. præla. quanto. & not. de coha. cler. & mulie. tua.

CAPVT V.

1 Spoliatus restitui debet, antequam cognoscatur de canonico ingressu.

2 Episcopus vbicunq; scienter facit contra ius commune: est ipso tale factũ, in quo potest dispensare habebitur pro dispensatione.

Dispensationis requisita quæ sint.

3 An episcopus missam illegitimè nati audiẽs, vel si ab eo procurationem visitationis recipit, vel aliàs vtitur eius ministerio dispensare intelligatur.

4 Nunquid sufficiat patientia ad hoc vt videatur dispensare.

5 Non debet quis amoueri non seruato ordine iuris.

6 Non dispensat episcopus cum aliquo, nisi id expressè dicat.

Filius sacerdotis potest iustè tenere ecclesiam, quousq; eam legitimè dimittat. Et eadem ratione qui malè erat destitutus, erat restituendus.

VENIENS. (Spoliasti) Primò iniquum videtur, quòd dicit hæc decre. quia si sciuit eum filium sacerdotis illius eccle-
siæ, non potest eum remouere, sed debet eum restituere. Sed cõtrà, nã licitum est ei contra factum suum venire 55. dist. pœnitentis. 12. quæstio. 2. non liceat. inf. de præben. cùm non ignores. sup. de elect. nosti. vbi de hoc not. & multùm fuit iniquius, si ignorauit eum filium sacerdotis, quòd ei ecclesiam restituat, & tamen hoc statim sequitur in eadem decre. tertiò videtur iniquum, quòd institutus per amotionem legitimam istius debeat

debeat reuocari, sed primam & secundam iniquitatem, soluit verbum positum in de-
1 cre. spoliasti. † quia cùm spoliatus fuit restitui debet antequam cognoscatur de canonico ingressu. 2. quæstio. 1. notum. inf. de resti. spoli. in literis. & c. item cum quis. sed dices, ex quo notum erat, quòd esset filius sacerdotis, non debet seruari ordo, nec etiam restitui. inf. de diuor. significasti. inf. eod. quoniam. sed respondeo, imò seruandum erat, quia fortè de dispensatione contendebat. argum. sup. de cle. dudum. el. 2. vel potest dicere, scilicet, quòd si sciuit creditur secum dispensasse.

2 † Potest enim esse regula generalis, quòd vbicunque episcopus facit scienter, quod est contra ius commune, & est tale factum in quo potest dispensare, quod pro dispensatione habebitur, maximè si nullus ex dispensatione lædit. inf. de biga. super eod. ad idem. inf. de cle. coniug. diuersis. cùm episcopus prohibeatur dispensare cum illegitimè natis, nisi in personalibus & beneficijs curam animarum habentibus. inf. eod. c. vlt. ergò licitum est dispensare in alijs. inf. de sen. excom. nuper. quãuis sit. arg. contra. inf. eod. c. pen. & sup. c. proxi.

Alij dicunt & securius, & sic fieri consulo, quòd ad hoc quod intelligatur dis-
a pensare a, oportet quòd præcedant ea, quę hunc præscium faciant, scilicet, quod præcesserit cognitio summaria super causis dispensationis, puta insit necessitas, vel vtilitas, vel alia iusta causa. ff. de in ius voc. libertus. 1. quæstio. 6. §. nisi rigor. cum mul. c. sequen. † imò plus dicunt quidam quòd necessaria est sententia dispensationis, vel potius decretum est necessarium, super dispensatione cõcessa, scilicet, dicendo decernimus eum idoneum ad ordinẽ, etc. & fortè vocabuntur hi, quorum interest. 1. quæstio. septima. quoniam quicquid. quod non credo. aliter præsumitur temerarium factum episcopi, nec dispensatio habetur, imò episcopus punietur, quòd nõ fieret, si dispensasset, sicut deberet in casu sibi dispensabili. 51. dist. qui in aliquo. 81. dist. quodcunque. de hoc not. inf. de cle. coniug. diuersis. Aliqui tamen dicunt hanc decre. per totum gratiam continere, tertia autem iniquitas soluitur in glo. quæ incipit, ordine.

3 † Nunquid si audit episcopus missam illegitimè nati, vel si recipit ab eo procurationem visitationis, vel si aliàs vtitur eius ministerio, intelligitur dispensare? Respon. non, quia prædicta regula intelligitur quando illud factum, quod facit superior tale est, vbi requiritur causæ cognitio, vel diligens examinatio, sicut ordinatio & confirmatio. sup. de elect. nihil. & not. sup. de postu. capi. 1. sed non est tale audire missam alicuius: nam ex quo debet inquirere de ordinando, vel confirmando, si episcopus talem ordinat, vel confir-
b mat, videtur de hoc inquisiuisse, & ex certa b scientia dispensare, sed non idem videtur, si dicit ei, quòd celebret missam, quia & hoc licet aliquis debeat attendere à quo audiat. 44. dist. cõmessationes. tamen non est talis cognitio, vel examinatio, quod videatur dispensatio.

4 † Item non sufficit patientia, vt videatur dispensare, sed exigitur factum solen-
a ne, vt est in ordinatione & confirmatione, quod non est, quando recipit procuratorem ratione visitationis, quia recipere procurationem, non est solennis actus, & pati eum remanere in ecclesia post visitationem non est agere, sed pati. Item nõ est idem in excommunicatione, quia ordinando excommunicatum à se scienter, non videtur ipsum absoluere, & hoc est ideò, quia in absolutione ab excommunicatione necessaria est certa forma. inf. de
b sent. excom. cùm desideres. 1. respon. (Innotuit) maximè, nam & si non innotuisset, tamen spoliatus restitui debet per eius ordinandi confessionem. 12. quæstio. quinta. hoc videtur. Alij dicunt quod sufficit innotuisse quomodocunque. ff. de admi. turo. si pater. §. vlti. sed quis probabit innotuisse? Respõ. qui dicit scienti-
☞ am. ff. de proba. verius. 82. dist. proposuisti. quidam tamen dicunt præsumendum contra episcopum, ex eo quod examinauit, vel examinare debuit. 24. dist. quando episcopus. & præsumitur nihil de contingentibus omisisse. 11. quæst. 3. absit. sup. de æta. accepimus, sed potest episcopus benè respondere, licet examinauerit: tamen per examinationem non potuit.

a Intelligatur dispẽsare. Ad de Inno. in c. diuersis falla cijs. infrà, de cle. coniug. ea quæ ibi posui.

b Et ex certa scientia, & sic narratio facti facta per principẽ operatur quantũ clausula ex certa scientia, ita ut legat Innoc. hic Pet. de Anch. in cõsi. 293. col. 1. circa fi. inci. vltra allegata.

5 † A moto) ordine iuris seruato, puta inuocabitur institutus, vt contradicat petitioni restitutionis. 3. q. 6. hoc quippe. Vel dic, cùm factum esset notorium, scilicet, spoliatio & institutio huius spolia. idcircò non erat necessarius ordo iuris, vt not. inf. de coha. cle. & muli. tua. hoc non placet, vel dic, quòd cùm peteretur ab episcopo restitutio ecclesiæ, cùm institutus ab eo scit eam peti, sibi præiudicat, nisi

defendat

defendat ius ſuum. ff. de re iudi. ſæpè. & not. ſup. de reſcri. ex parte Decani. inf. de re iudi. cùm ſuper. & c. quamuis. & idem ſi ageret ad caſſationem ſententiæ contra ſe latæ occaſione cuius alius inſtituturus eſt. inf. de procur. ex inſinuatione. de his aliàs no. plenius.

6 †Reſtituas (ſecundum eos, qui dicũt quòd non intelligitur diſpenſare ordinando, niſi expreſſè dicat. Non videtur, quòd hoc vltimũ poſsit ſuſtineri, ſcilicet, quod eccleſia auferat inſtituto ſacerdoti, cùm conſtet eum canonicè inſtitutũ, ſcilicet, in locum eius, qui eſt filius ſacerdotis, ſed poteſt reſpõderi hoc ideò eſſe, quia ſine ordine fuit ſpoliatus, vel dic, quòd in hoc caſu non dicit detentorem amouendum, imò ſi alius detineret, non enim eſſet iſte reſtituendus.

Nec obſtat quod præcepit in litera amoto, aliàs dic, quòd ibi ſubaudiatur, ſi quem inſtituiſti, & ita non ponit pro conſtanti aliquem inſtitutum, & illa clauſula, ſcilicet, amoto, etc. non referetur ad illum caſum, ſcilicet, quãdo ignorans fecit, quia tunc nunquam eſt ſibi reſtitutio faciẽda, cùm alius canonicè eam haberet, ſed ad primum tantùm, ſcilicet, quando ſciens fecit. Item poteſt intelligi, quòd epiſcopus remoueret eum, ſi poteſt ſua propria voluntate, quia iſte clericus expoliatus, ex tunc non habuit cauſam agendi contra eum, ſed ſi hoc non fecerit, multipliciter contra eum agi poteſt, nec mireris quòd iſte filius ſacerdotis reſtituitur, quia hoc ☞ eſt ex diſpenſatione, † vel dic, quòd filius ſacerdotis poteſt iuſtè tenere eccleſiam, quouſque eam legitimè dimittat. ſup. de renuncia. niſi cùm pridem. §. perſonæ, & eadem ratione iſte, qui malè erat deſtitutus erat reſtituendus. (Donec) in hoc eſt gratia ſiue diſpenſatio, quòd non poteſt eum remouere, donec alibi ſibi prouideat, cùm aliàs ſtatim remoueri debet. ſup. eod. c. 2. & 3. cauſa autem diſpenſationis eſt, quia indignum eſt etc. vt inf. c. proxi. (donec) nunquid per literas ad vnum epiſcopum impetratas cum hac clauſula, intelligis ſecum diſpenſari poteſt, vt quilibet poſſet ei in eccleſia prouidere.

CAPVT VI.

1 *Filius ſacerdotis ordinatus, non erit clericus eccleſiæ, ſed tantùm ſeruitor, vel vicarius temporalis.*

PROPOSVIT NOBIS. (Cõmittere.) ſcilicet, & benè de gratia eſt, quod ſequitur propter cauſam hîc poſitã, quia indignus eſt, etc. (Aſſenſu) ſed quæritur, nunc de aſſenſu patroni. arg. 64. diſt. principali. 18. quæſtio. vlt. eleutherius. Quidam dicunt ſolùm patronum debere eligere, & ipſe hũc ſubdia. eliget, qui erit prælatus. arg. inf. de iure pa. poſtulaſti. Alij dicunt non negari hîc, quin & patroni conſenſus requiratur. Melius
1 dicas, quòd ſacerdos aſſumendus non erit clericus eccleſiæ, ſed tantùm ſeruitor, vt hîc dicit expreſſè, vel vicarius temporalis, qui ſupplebit quòd ille non poteſt. 7. q. 1. Pontifices.

†Sed dices quare non præſentando indignum deuoluitur poteſtas ad epiſcopum. arg. ſup. de elect. cùm in cunctis? Reſpon. quidam aliud in clericis, aliud in laicis, vbi non eſt tanta diſcretio in negotijs eccleſiaſticis, vnde laico conceditur variare, non clericis. inf. de iure patr. cùm autem. & c. paſtoralis. nos credimus ad ſuperiorem deuolui prouiſionẽ, patrono præſentare indignum. in Authẽ. de ſan. epiſc. ſi quis oratorium. licet epiſcopus benè faciat ſi reddat prouiſionem patrono, quia non ſunt ita inſtructi in eccleſiaſticis negotijs (Eidem eccleſiæ.) Solu. 8. q. 1. nulli. & c. illlud.

CAPVT VII.

1 *Filius in paternis eccleſijs non habet hæreditariam ſucceſſionem, cùm nõ tanquã hæres habeat eccleſiam, ſed electione & noua inſtitutione.*

EX TRANSMISSA. (Diſtulit) Et benè diſpenſationem habebat, & quod ſequitur diſpenſatio fuit (Admittere) ex diſpenſatione veſtra, aliàs contra. ſup. eo. conquerente (Decreto) 8. qõ. 1. Apoſtolica. nam cùm media fuerit
1 perſona inter patrem & filium, non poteſt dici habere locum hæreditaria ſucceſsio, qui etiamſi ſuccederet patri, non propriè dicitur hæreditaria ſucceſsio, cùm non tanquam hæres habeat eccleſiam, cùm alius fuerit medius, ſed ex electione etiam noua inſtitutione, ſed & ſic propter perniciem exempli prohibetur.

CAPVT VIII.

1 *Spoliatus agens poſſeſſorio non eſt reſtituendus, cùm notoria eſt cauſa, quare eccleſiã habere non poteſt, niſi aliquid alleget cõtra notorium.*

CONSTI-

CONSTITVTVS. (Spoliauit) quod de iure non potuit. 15. q. 7. laici. arg. 23. quæſtio. 8. ſcire. (Quærelam) agendo petitorio. ſi tantùm etiam poſſeſſorio, non requirerentur probationes ſuper perſonatu, vel vicaria patris. inf. de reſti. ſpo. in literis. & c. item cùm quis. 3. quæſt. 1. per totum. ſed ſi agebatur petitorio, non tamen debet ei adiudicari eccleſia, ſicut hîc mandatur, cùm non ſit de legitimo matrimonio, nec probaſſet canonicam inſtitutionem, ſed dicimus hãc decre. loqui de diſpenſatione, vel nõ mouebatur q̃ſtio de canonica inſtitutione.
1 †Fuerunt tamen qui dixerunt non eſſe faciendam reſtitutionem, etiamſi agatur poſſeſſorio, cùm notoria eſt cauſa, quare eccleſiam habere non poteſt, niſi alleget aliquid contra notorium. arg. ff. quo. leg. l. 1. §. rediguntur. ff. de dolo. ex dolo. ff. de carb. ædict. l. 3. §. cauſæ. quamuis poſsit dici illam loqui in petitorio.

Secundum autem omnes hoc eſt verum, quia ſi iam cõſtaret, vel p confeſsionem eius, vel per probationes admiſſas, quod eſſet talis, quod ei de iure non eſſet facienda reſtitutio, puta quia eſſet illegitimus, vel quod eandem poſſeſsionem occupaſſet, nec diſpenſationem haberet, denegaretur ſibi reſtitutio. inf. de diuor. ſignificaſti. cùm eam ſine peccato retinere non poſſet, ſed ſi non conſtet ad hoc, ſed ſit res dubia, poteſt dicere ſpoliatus. non reſpondebo, niſi de poſſeſsione mea, vel de iure meo, & tu non es audiendus, niſi primò facta reſtitutiõe. inf. de reſtit. ſpol. in literis. contra. inf. eod. de ordi. cog. cum dilect. & c. vlti.

CAPVT IX.

EX TVA NOBIS. (Suſtinere) diſpenſatione tãtùm, vel pro, & aliàs enim malè diceretur, ſcilicet, quod etiam ſi ſint malæ vitæ, dummodò longo tempore tenuerit, quod cum eis debet diſpenſare. (Quidam) aduerſarij quorundam ex ipſis (Eos) ſcilicet, quoſdam aduerſarios, cum quibus litigabant, & cũ quibus archiepiſcopus iam diſpenſauerat authoritate literarum Papæ. (Eis) aduerſarijs ſuis filijs ſacerdotum. (Ipſis) impetratoribus literarum (Oſtendere) hoc de ſpeciali gratia. (Irritari) aut. conſtit. quæ de digni. §. illum. de pe. diſt. 2. quantumlibet. 23. quæſtio. 4. ſi ille. (Inſtitui) ſup. de elect. quiſquis. vbi not.

CAPVT X.

QVONIAM. (Sacris manifeſtũ.) q. d. ſi ibi ſtetit pro prælato, cùm hoc vix eſſe poſsit, quin ſit notorium, & ad tale notorium quod inficiari nõ poſsit, non eſt neceſſe teſtes requirere. (Deducatur) 2. quæſtio. 1. de manifeſta. & c. quæ Lotharius. niſi probabiliter dubites de eius prælatione, de qua tamen non videtur poſſe dubitari, cùm factum ſit ſui natura tale, quod de facili non poteſt eſſe, niſi notorium. ſup. de transla. epiſcopi. quanto.

CAPVT XI.

AD EXTIRPANDAS. (Filij) Idẽ in nepotibus, & alijs deſcendentibus. inſti. de hære. qual. §. ſui. & idem in collateralibus ſi iure ſucceſsionis petant. 8. quæſt. 1. Apoſtolica. (Filij) ſiue legitimi ſiue illegitimi. ar. ſup. e. transmiſſa. vel ſup. eod. conſtitutus. (Vicarij) perpetui. ſup. eod. conſtitutus. (Media) ſcilicet, maximè.

CAPVT XII.

AD HAEC. (Ex tua) inf. eod. ad abolendam. contra. ibi ſol. (beneficium) & prælatura patris aliquo mediãte. ſup. proxi. & c. extranſmiſſa.

CAPVT XIII.

1 *Filius quis ſit, & an ex concubina natus, dicatur filius.*

MICHAEL PRESBYTER. (Qui) ſcilicet, Anto. (Vicariam) perpetuam. ſup. eod. conſtitutus. (Conſtituerit)
1 filium. † ille eſt filius, quem legitimæ nuptiæ demonſtrant. ff. de in ius voc. quia ſemper, vel legitimus concubinatus in Authen. quib. mo. na. effi. leg. §. ſi verò effuſam. aliàs ſecundum leges talis non reputatur filius. ſ. quantum ad ſucceſsionem, vel paternam poteſtatem, vel quo ad alia priuilegia, vel iura ſecularia. Sed ſecundũ canones quantum ad hoc, vt repellatur à promotione, etiam ex indicijs alijs probaẽ filius. inf. qui fil. ſint leg. tranſmiſſæ. in fi. qd enim ſi certũ eſt ſacerdotẽ peccaſſe cũ muliere, & poſt filiũ qui ex ea natꝰ eſt ab ea nutritũ, vel filiũ nominabat, vel aliàs ſicut filiũ tractabat vel è præſumã eum

eum filium.inf.de præſump.c.2.C.de proba.non nudis. C.de teſt. neque profeſ.ff. de inoffi.teſta.ſi inſtitutus.§.1.tamen probatio in contrarium admittitur,vtin prędictis legibus dicitur.ad idem. ff.de leg.1. ſi ſeruus plurium. §.vlti. & multò fortius ſi pater & mater hos filios confiteantur,vt in decre.tranſmiſſæ.imò plus dico, ſi aliquando habuerunt eum vt filiũ,licet pòſt dicant non filium, tunc filius reputatur intantum, quod prohibeatur contrahere cum conſanguineis patris. inf. de proba. per tuas. Imò ſola affectione præſumitur filius. inf. de præſump.afferte. ſed non eſt ſufficiens probatio.(Habuit)maximè.

CAPVT XIIII.

1 *Filius in ſacerdotio ex vxore legitima natus, an poſſit ad ſacros ordines promoueri.*

LITERAS. (Natus)Tamen poſtquam fuit ſacerdos quod non licuit. 21. diſ. an. (Permittimus)diſpenſatione. alij cõtra. (In clericum) hic promouẽbitur ad ſacros ordines, quia permiſsio in genere mediocritatem reſpicit. ff. de oper.ſer. tria.& l.vlt. 1. reſpon.C.de do. ſi quis.arg.etiam ſic diſpenſatio.ff.de leg.3.nummis.ſup.de tranſact.c. vlti.

CAPVT XV.

CVM DECOREM. (Filijs.)Illegitimis (victimatur) ideſt, pro victima offertur.

CAPVT XVI.

AD ABOLENDAM. (Filij) illegitimi, vnde benè ſequitur maximè ſpurij, idem eſt enim in omnib⁹ illegitimis: in legitimis autẽ ſecùs. ſup. eod.ad hoc.quæ ſignatur contraria.(Suſpenditur) ſi autem ad epiſcopatus,vel dignitatem tales aſſumeret ipſo iure ſuſpenſus eſſet à beneficijs.ſup. de elect.cùm in cunctis.

CAPVT XVII.

DILECTVS FILIVS G. (Ap.ſe.leg.)Non intelligitur emanare à ſede Apoſtolica, quod à legato eius emanat, niſi à Papa emanet. (Canonicum) eſt autem canonicũ quod amoueatur ab eccleſia. ſup. eod. Michaël.15. diſt.per totum.

CAPVT XVIII.

1 *An liceat ſimplici epiſcopo diſpenſare, vel ſoli Papæ, vide in num.2.*

1 NIMIS. (In tua ſe.Apo.)† Aliàs autẽ ſimplex epiſcopus diſpenſare poteſt, cùm ſibi nõ ſit prohibitum. inf. de ſen. excom.nuper. & in eccleſia paterna, vt ſit ibi clericus poſt mortẽ patris aliquo medio.arg.ſup.eo. veniens.viuo autem patre nõ poſſet diſpenſare.ſup. eo. ad abolendam. nec etiam poſt mortẽ in præbendam patris nullo medio.ſup.e. ad extirpan.

2 †Alij tamen dicunt, quòd ſolus Papa cum filijs illegitimis diſpenſare poteſt:nã non inuenitur quod diſpenſet epiſcopus. de hoc no.ſup.de temp.or.dilectus.de ordinibus autem non inuenitur expreſſum quod in maioribus,vel in minorib⁹ liceat epiſcopo diſpẽſare,& quod hîc innuitur, quòd epiſcopis liceat diſpenſare in alijs eccleſijs quàm in dignitatibus, vel perſonatibus,vel habentibus curam, non contradicit, quia loquitur quòd epiſcopis licet eccleſias ſine cura conferre his,cum quibus diſpenſatũ eſt ſolummodò quod promoueri poſſunt ad ordines, ſed eccleſias cum cura, non licet conferre talibus, niſi in diſpenſatione contineatur expreſſẽ,quod eis liceat habere curam animarũ, & ſic de conſuetudine obtinere videtur. (Amotis)ſine ordine iudiciario. ſup. eod. quoniam ſacris. ſi eſt notorium. ſup. de tempo.ordi.ad aures.

TITVLVS XVIII.

DE SERVIS NON ORDINANDIS, ET EORVM manumiſsione.

CAPVT I.

MINISTRVENDI.(Ingenuitatis.)ſcilicet, id eſt,libertatis: nam ingenuus eſt, qui liber naſcitur. inſtitu. de inge. in princ.(Ingenuitatis) 54.diſt. quicquam(Pręcaueri)ſup.de tempo. ord. ad aures.

CAPVT II.

1 *Quo caſu ſeruus præſumatur dolo eſſe in poſſeſſione libertatis, vel non eſſe.*
2 *In actione petitorij libertatis, vel ſeruitutis inquirendum eſt primò quis ſit bonæ fidei in poſſeſſione.*
3 *Non acquirit aliquis ſeruitutis poſſeſſionem ſi dolo malo incipit poſſidere, vel tenere.*
4 *Dominus quando dicatur amittere poſſeſſionem ſeruitutis.*
5 *Seruus ordinari nõ debet domino cõtradicẽte.*
6 *Seruus effectus ſacerdos, an ſit liber. Et quid ſit dicẽdum, ſi eſt factus monachus vel clericus.*

DE SER-

1 DE SERVORVM OR.(Fugiens) †Seruus fugitiuus,de cuius fuga conſtat,ſi de ſtatu ſuo voluerit litigare, dicens ſe liberum excipiens,remittendus eſt ad iudicem domini, vnde fugit. C. vbi deſta. l.1.hoc enim ipſo, quod fugit,præſumitur dolo eſſe in poſſeſſione libertatis, & reducitur in poſſeſſionem ſeruitutis. C. de proba.l. ius. quòd ſic per terminos diſtinguo,aliquis per vim cœpit aliquem, vt ſeruum & tenet, ſcilicet, vt ſeruum, non tamen de iure eſt in poſſeſſione ſeruitutis.ff.de proba. ſi quis.l. 1.ff.de acqui. poſ. cùm hæredes. §. vlt. ff.de libe. cau. liberis.ſi tamen fugiat, in poſſeſſionem ſeruitutis reducitur, vt C. de proba. vis eius.quamuis illa lex poſsit intelligi,vt primò quàm reſtituatur,inquiratur,an ſit in poſſeſſione libertatis, & in illa inquiſitione veniet, an dolo, vel violenter detinetur, quòd ſi tunc fugit cùm violenter, vel fraudulenter detinebatur,non videtur dolo eſſe in poſſeſſione libertis.arg.l.contrariarum.

2 †Et hoc verum eſt inter actores de libertate & ſeruitute petitorio, quia non poteſt conſtare, cui onus probationis incũbat,& quis ſit actor,& quis reus, primò inquirendum eſt quis ſit bona fide in poſſeſſione. ff.de libe.cauſa.l.liberis.§.vlt.ſecùs autem ſi agat poſſeſſorio , quia tunc non admiſſa exceptione violentiæ, reſtituitur res,vt not.ſup. de poſtul. bonæ me. in gloſſ. & ideò. & ſuprà, de elect. quærelam.

3 †Vel dic,hanc diuerſitatem non tantùm contingere, quia agatur poſſeſſorio, vel petitorio, ſed quia eſt ſpeciale, quod non acquiret quis poſſeſſionem ſeruitutis, vel alicuius iuris in aliquo homine,ſi dolo malo incœpit poſsidere, vel tenere. ff.de proba.ſi quis liber. & eodẽ modo nõ acquiret poſſeſſionem libertatis, ſi dolo malo cœpit. ff. de lib.cauſa.igitur.§. 2.ſecùs enim eſt,ſi agatur de poſſeſſione alicuius rei corporalis, vel de iure aliquo, quòd poſsidere cœpit: nam ibi benè quæritur poſſeſſio,licet dolo cœperit poſsidedere vel tenere, vt not. ſuprà, de poſtu. bonæ.

Et hæc vera ſunt, ſi dolo hominem liberum tenet,ſecùs ſi ſeruum alterius,quia tunc acquiret poſſeſſionem iuris alterius, ſiue vi,ſiue dolo faciat,ſicut & alterius rei acquiret,ſed ſi ſit in poſſeſſione libertatis bona fide coram iudice eius agitur. C. vbi cauſa ſtatus.l.3.

4 †Vt autem ſcias , quando dominus amittit poſſeſſionem ſeruitutis, eò quòd mitteretur in poſſeſſionẽ libertatis,diſtingue: Nam ſi bona fide omninò ſe egerit ꝑ libero , ſtatim amittitur poſſeſsio eius, onus probandi incumbit domino eum eſſe ſeruum, & coram iudice ſerui,intelligo eum eſſe in poſſeſsione libertatis, ſi iuſtis rationibus, vel etiàm iniuſtis, dummodò ſine fraude & calliditate ſe gerat pro libero.ff.de lib.cau.liberis.in fin.& in l.igitur. §.poteſt.quæ probatio domino non incũbet,ſi poſsideret,inſti.de inter. §. retinendæ. Quidam tamen leges allegatas de lib. cauſa. intelligunt, ſi per decennium fuerit in poſſeſsione libertatis. arg. ff. de acqui. poſ. poſsideri.§. ſi ſeruus. ſed certè ſecundum hoc in præſcriptione libertatis eſſet neceſſarium biennium, cùm tamen conſtet aliquando ſufficere decennium. ff.qui & à qui.§.Ariſto.& ideò non placet. Si verò mala fide ſit in poſſeſsione libertatis,& deſijt dominus habere animum poſſidendi,ſtatim amittitur poſſeſsio,ſicut & aliarum rerum. ff. de acqui. poſ.ſi quis.§. differentia.& domino petenti,non reſtituitur poſſeſsio ſeruitutis,& licet mala fide ſit in poſſeſsione libertatis, puta quia ſcit ſe ſeruum, tamen onus probationis, quòd ſit ſeruus , ſuus incumbit domino, debet enim ſibi imputare qui poſſeſsionem adiecit.

Sed melius credo, quòd in hoc caſu, debet ei reſtitui poſſeſsio, quia generaliter loquũtur leges ſuperius aſsignatę.ff.de lib. cau.& ipſi ſeruo onus probandi incũbit,vt ibidem dicitur,ſi verò mala fide eſt in poſſeſsione libertatis, & certum eſt, quòd dominus non deſijt habere animum poſsidẽdi,diſtingue:aut dominus nõ amiſit cuſtodiam ſerui, aut amiſit, ſed non amiſit etiam ſi centum annis fuerit in poſſeſsione libertatis: tamen eum poſsidet, quia nec ab alio poſsidetur,nec ipſe ſuam poſſeſsionem interuertere poteſt.ff. de acqui. poſ.& cui. in fi. nam hoc idẽ eſt in poſſeſsione cuiuslibet rei mobilis,nam quamdiu ab alio nõ poſsidetur,nec amitto cuſtodiam, & animum poſsidendi habeo, & poſſeſsionem retineo, aliàs enim ſequeretur abſurditas,quia ſi ſeruus meus 10.vel 20.ann.ſe defenderet in arce, quòd amitterem poſſeſsionem eius,ſi verò amiſerit cuſtodiam eius, quia neſciebat dominus, quò fugiſſet, vel vbi eſſet,ſi ſeruus

habebat animum reuertendi retinet poſ-
ſeſsionem,aliàs non. ff.de acquir. poſſ. l.ſi
rem immobilẽ.ſed licet in eo caſu, vbi ha-
buit animum reuertẽdi, amittatur poſſeſ-
ſio, quando tamen mala fide eſt in poſſeſ-
ſione libertatis,reſtituitur domino poſſeſ-
ſio ſerui, & ſeruo incumbit onus probãdi.
ff. de lib.cauſa.ſi liberis.§.vlti.& l.igitur.
§.poteſt.& ad iudicẽ domini remittetur,
prius tamen coram iudice ſerui cõſtabit,
quòd ſit in poſſeſsione malæ fidei. Si verò
dubitatur, an deſierit habere animũ poſ-
ſidendi, nẽcne, tunc diſtinguo, an ſeruus
fuerit in poſſeſsione libertatis decennio,
an minori tempore, ſi minori non præſu-
mitur deſijſſe habere animum poſſeſsio-
nis,ſecùs ſi decennio,& ſic loquitur lex.ff.
de acquir. poſ. poſsideri. §. ſi ſeruus. hoc
autem vtrum ſit ſeruus in poſſeſsione li-
beratis vel non,an ſit fugitiuus,vel non,&
an bona fide, vel mala, & alia quæ dixi-
mus. ſup. quæri,examinari & terminari
debent, antequam agatur de proprietate
ſerui. vt ff. de lib.cau.liberis.§.vlti.& l.igi-
tur. §. poteſt. & quæritur hoc ſub iudice
ſerui, ratione dubietatis,ſi.inf. de appel.
ſi duobus. ff. de iudi. ſi quis ex. ſup.de re-
ſcrip. ſuper literis. & multum iſta valent,
quia ſimilia ferè requirantur,quando pre-
latus dicit aliquem ſuum clericum, vel
monachum, vel dominus dicit aliquem
ſuum libertum, vel aſſcriptitium,vel ori-
ginariũ,vel officialem,de ſimilibus enim
ad ſimilia eſt procedendum, vt ff.de leg.
non poſſunt.

5 †Recipiant) & non ordinatur ſeruus
ſcienter domino contradicente, & tunc
dicunt quidam, quòd remanet ſeruus,&
reſtituitur domino etiam ſi ſit factus ſa-
cerdos.ar.54.diſt.ſi ſciente. Alij contra-
dicunt & melius fortè,ſcilicet,quòd non
eſt reddendus domino. 54. diſt. ex anti-
quis. & c.frequens. ſi verò ſciente,& non
contradicente ſtatim efficitur liber. 54.
diſt.ſi ſeruus ſci. ſi autem ignorante do-
mino, ſed epiſcopo vel præſentatore ſci-
ente, quòd ſit ſeruus, tunc efficitur liber,
ſed epiſcopus, vel præſentator dabit duos
æquè bonos. 54. diſtin.ſi ſeruus ab.ſi verò
nõ habeat vnde ſoluat,& de nõ ignorante
eſt ordinatus, ſeruus reſtituetur domino,
ſed cum diſtinctione hac, ſcilicet,ſi enim
domino ignorante & epiſcopo & præſen-
tatore ſit ordinatus,ſi eſt in minoribus or-
dinibus,deponitur & reſtituitur domino.
54. diſt. nulli frequens. & c. ex antiquis.
diaconus verò & ſubdiaconus,dant pro ſe
vicarios,vel preciũ,& remanent liberi.54.
diſt.ex antiquis.inf.eo.miramur. ſi autem
non habent vicarios,vel precia deponun-
tur & reſtituuntur dominis.54.diſt.ex an-
tiquis.

6 †Si verò factus eſt ſacerdos liber eſt,
ſed aufertur ei peculium & datur domi-
no,vel ſeruit ei in officijs.54.diſt.frequẽs.
& c. ex antiquis. ſi efficiatur monachus,
vſque ad triennium poteſt repeti,& non
vltra 54. diſt. ſeruus ſci. & etiam ſi ignoran-
te domino factus ſit monachus,ſed in
clerico etiam ſi ignorante domino factus
ſit clericus,vltra an. repetere non poteſt,
vt in eodem c. ſi ſeruus ſci. †Et eſt ratio
diuerſitatis in clerico & monacho,quia
clericus publicè manet monachus ſecre-
to, non tamen licebit domino manus in
hunc clericum inijcere.17. quæſt.4.ſi quis
ſua.nec poteſt contrahere matrimonium
propter votum, quando votum fingitur
feciſſe in ſuſceptione ordinis quod po-
tuit. inf. de con. coniug.quidam.84.diſt.
cùm in præterito.& cogendus erit per epi-
ſcopum. arg. 97. diſt. ſi Imperator.in alijs
autem priuilegijs non gaudebit. inf. de
cle.coniug.Ioannes.& c.ſe.Idem dicimus
in originarijs aſſcriptitijs, & in omnibus
qui conditione ſeruili,vel ratiocinio ſunt
obliga.54. diſt. frequens, quis autem ge-
neralis, ſi quis & in libertis & alijs ſi ali-
quod obſequium patronus ſibi retinuit.
4.diſt.quicunque. vel in obligatis funcți-
onibus. 51. diſtin. præterea. inf. de oblig.
ad ra.c.1.

CAPVT III.

1 *Acquiſita ab eccleſiarum libertis, debent eſſe eccleſiæ.*
2 *Non poteſt libertus in ius patronum abſq; venia vocare.*
3 *Dominus ſponte ſeruum manumittens etiam ob leuem iniuriam ſeruitutem reuocat.*

DE FAMVLIS ECCLE-
SIAE. (Parochialis) ſubdi-
tas illi eccleſiæ, cuius ſerui
ſunt(Tranſmittere) in teſta-
mento,alij idem etiam inter
viuos,quòd non credimus.

1 †Pertinere) hoc eſt ſpeciale in liber-
tis eccleſiarum, quæ omnia ab eis quo-
cunque modo acquiſita debent eſſe ec-
cleſiæ,nam in non libertis ſecùs. 12. quæſt.
3.c.1. & in multis.c.eiuſdem.q. & ſequen-
tis.in libertis autem priuatorum ſecùs eſt,
nam ibi ſi liberti ſunt minores centena-
rijs, nihil tenentur relinquere patronis
laicis,

laicis,ſed ab inteſtato, ſi non habeat libe-
ros,in totum ſuccedit patronus,ſed ſi libe-
ros habet,in nihilum ſemper ſuccedit, ſi
autem ſunt maiores centenarijs,ſi habeãt
liberos, niſi exhæredatos nihil tenentur
relinquere patronis,ſi verò non habeant
liberos , tenentur eis relinquere tertiam
partem,& ſi non relinquent ad totam ter-
tiam, vel eius ſupplementum, agent pa-
troni bonorum poſſeſsione contra tab. Si
verò ſine liberis & inteſtati decedant,in
totum ſuccederẽt patroni.inſtit. de ſucc.
li.ſed noſtra.& §.ſeq.

Et hoc intelligimus tam in libertis ec-
cleſiarum qui manumiſsi ſunt, vt ſunt
presbyteri,quàm in alijs,dummodò liber-
ti legitimos liberos non habeant,nam ſi
haberent,crederem, quòd non tenerẽ-
tur relinquere eccleſiæ,vt §.ſed cùm no-
ſtra.& quia parentes theſaurizant,etc.16.
quæſtio. 1. prædicator. laici autem nec
hoc ius, nec aliquid habere poterunt in
libertis eccleſiæ,aliàs clericis.

2 †Accuſandi) id eſt,agendi, nam nul-
lus libertus abſque venia poteſt in ius vo-
care patronum. ff. de in ius voc. quiſque.
§.1.12.quæſt. 2. §. qui ma.nam cùm ſit vni-
uerſitas, non poteſt accuſari. ff. de dol.ſi
ex dolo.14.quæſtio.3.ſi hic. Vel dic,quòd
excipiendo, vel inquirendo non poterit
agere de crimine etiam ſi conſenſu capi-
tuli deliquiſſe dicitur.inf.de ſimo. veniẽs.
16.quæſtio. 6.placuit. ff. quòd met. cau.l.
metu.§.1.Accuſandi)12.quæſtio.2.epiſco-
pus.qui mancipium.(Teſtificandi.) C.de
teſti. l. libertorum. ff. de teſti. l. 3. §.lege.

3 †Libertatis) propter iniuriam etiam
leuem dominus ſponte manumittens ſer-
uum,reuocet in ſeruitutem.vt hîc.12.qõ.
2.octaua.C.de lib. & eod.lib. ſi manumiſ-
ſis. niſi remiſiſſet patronatum, propter
obſequium autem impoſitum,& non præ-
ſtitum, non redigetur libertus in ſeruitu-
tem.C.de lib.cau.ſolo.niſi nimis eſſet ne-
ceſſarium obſequium, puta quòd nega-
uit alimenta.ff.de lib.agn.alimenta.tunc
enim reuocabitur in ſeruitutem ex eiſdẽ
cauſis, quibus reuocãtur donationes.Au-
then. vt liberi decætero.§. illud.ſi verò ex
neceſsitate ſit factus liber, eadem eſt di-
ſtinctio,ſed diuerſæ pœnæ.ff.de iurepat.l.
1. Et his modis reuocantur in ſeruitutem
laicorum patronorum,liberti laici.

Sed liberti clerici non reuocantur in
ſeruitutem laicorum:nam non debent,p-
moueri, niſi directè,& ſine obſequio ſint
manumiſsi.54.diſt.quicunque, & ſi aliter
promoti ſunt,reuocantur ſecundũ diſtin-
ctionem.quam not. ſup. proxi. c. ſpeciale
igitur eſt in libertis eccleſiæ, qui propter
obſequium impoſitum non præſtitum re-
diguntur in ſeruitutem,& ſic intelligo.12.
q.2.diaco.nam ſi non eſſet impoſitum,nõ
tenetur. inf.eod.& eſt aliud ſpeciale in li-
bertis eccleſiæ,quia filij eorũ aſtricti ſunt
eccleſiæ,vt ſemper ſint liberti.12.q.2.de li-
bertis. ſecùs in libertis priuatorum.C.de
lib.& eo.li.l.1.& 2.niſi quantum ad hoc,&
propter ſuam ingratitudinẽ filij liberto-
rum viuentibus parentibus rediguntur in
ſeruitutem.aliàs enim in tit.C.fruſtrà ad-
deretur,& eorum liberis,& fit prędicta re-
uocatio propoſita hac accuſatione,& iu-
dicis officio implorato.

CAPVT IIII.

1 *Patronus poteſt incontinenti liberto clerico ſpirituales imponere operas.*

NVLLVS.(Donauerit) ſub ea
conditione,vt ſibi ſeruiret in
horis canonicis, aliàs tamen
poteſt ad aliam eccleſiam
tranſire, inf.c.eod. & no.hîc
1 †patronũ operas ſpirituales imponere,ſed
debet imponere incontinenti poſt manu-
miſsionem. ff. de oper. lib. vt inuitis.ff.de
lib.cau.l.vlti.§.ideò. vel incõtinenti,quia
quæ fiunt incontinenti, ineſſe videntur.
C. de pac.perens.ff. ſi cer. pet. lecta.aliàs
quæ aguntur cum ſeruo in ſeruitute,eum
non obligant.C.an ſer.ex ſuo fa.per totũ.
Item alias operas præter has, ſcilicet,ſpi-
rituales in libero clerico, non poterit re-
tinere.

CAPVT V.

CONSVLVIT. & inf.(Conditionis)
exiſtentem ſeruum.

CAPVT VI.

1 *Sicut in matrimonio poteſt apponi conditio, ita & in ordine apponitur conditio libertatis.*
2 *Conditio in ſpiritualibus locum habet.*

1 EO LIBENTIVS.& inf.(Do-
minorum)ſcilicet clericorũ.
(Eccleſiæ) cuius ſerui fuerũt
(Tenore) id eſt,intuitu, vel
modo. arg. ff. de tu.muto.§.
ſub conditione. conditio eius in ſpiritua-
libus eſſet illicita.1.q.2.quàm pio.

† Vel dic, quòd ſicut in matrimonio
poteſt apponi conditio,vt fidem accipiat.
28.q.1.iam nũc. & ita in ordine apponitur
2 conditio libertatis,vt hîc.inf.de condi.ap-

po.c.2.nam cum libertas ſit res ſpiritualis, poteſt venire in conditionem & commutationem.inf.de re.permu.ad quæſtiones. de hoc not.ſup.de elect.ſignificaſti. Melius dicas,quòd non fuit appoſita in ordinatione conditio, ſed in manumiſsione retinuit ſibi operas ſpirituales, quod potuit vt no.ſup.e.nullus. (Ad aliam)de licentia tamen epiſcopi,aliàs non licet.72. di.per totum.70.diſt.ſanctorum.21.quæſt. 1.c.1.& 2.ſed tunc nõ liceret,ſi patrona eccleſia contradiceret, cùm quicquid ſibi acquirit,ei acquirit.ſup.eod.de fami.hoc non placet,imò credimus hanc diſtinctionem locum habere,ſicut iacet, & in clericis & in laicis.

CAPVT VII.

MIRAMVR NON MODICVM.& inf. (Gaudet) ſup. de æta.& quali.à multis.(Primitiua) 60. diſt. nullus in epiſcopum (Grego.)31. diſt. autem.28.diſtin.nullum.(Vrbani)32. diſt. erubeſcant,&c.nemo.

CAPVT VIII.

DILECTVS FILIVS G.(Libèra) quod ſufficit. inſtit.de inge. §. ſufficit. niſi in caſu. C. de inuti. ſtip. qui autem.

TITVLVS XIX.

DE OBLIGATIS AD RATIOCINIA ORDINANDIS, vel non.

1 *Obligatus etiam cum iuramento alicui ad ſeruiendum,an poſsit ingredi religionem.*

1 OBLIGATIS. Pone aliquem obligatum etiam iuramento alicui curiæ,vel alij ad ſeruiendum,vel in propria perſona, vel ad ſcribendum librum, vel ad regimen ciuitatis, nunquid poterit ingredi religionem? Reſpon. ſi nulla fraude ducitur,ſcilicet,vt fugiat laborem, vel expenſas, ſed ſola charitate Dei ſecurè ingrediatur, quia qui lege Dei,etc. 19. quæſtio. 2. duæ. inf. de re. & tranſeun. licet. tamen de bonis eius, quæ habet,vel etiam quę obueniẽt poſt ingreſſum monaſterij ſatisfiet illis, quibus obligatus erat.19.q.vl.ſi qua. C.de epiſ.& cle. Deo nobis.§.1. vel etiam ſi ſcribere ſcit,vel aliquod opus facere,q; poſsit exercere ſalua regula,& officio non neglecto,de illo ſatisfaciet.ar.91. di.clericis. primò tamen deducet expenſas, ne ſit monaſterio oneroſus. arg.16.q.6.de lapſis. ſed illud loquitur de miſsis in monaſterium ad agendam pœnitentiam,in alijs autem dicunt nõ deducendas expenſas, quia qui altari ſeruit,etc.21.q.2.ad ratiocinia(.Debitores)ex cauſa mutui, vel alia huiuſmodi promoueri poſſunt.ff.de mu.& ho.reos.item curiales, qui ſena exercent,vt tabelliones in ciuilibus cauſis.60.diſt.Oſius.

CAPVT I.

1 *Laici exiſtẽtes generales adminiſtratores fieri non debent clerici,niſi prius reddiderint rationem ſuæ adminiſtrationis.*
2 *Laicus ſi in canonicum aſſumi debet: debet poſtulari præſertim qui ratiocinijs obligatus fuit.*
3 *Quæ genera perſonarum non debeant promoueri.*
4 *Clerici non poſſunt publica vectigalia conducere.*
Clerici an poſsint eſſe procuratores & talia officia exercere.

MAGNVS EPISCOPVS. (Dixit)id eſt,quæſiuit (Procuratores, actores, executores,ſeu curatores) generalis tam procurator, quàm ac. exe.& cur. †Pupillorum) contra adminiſtratores pupillorum, & maiorum abſentiũ ſi eligantur, vel poſtulantur in clericos, quilibet de eccleſia excipiens contra eos admittitur, ſed ſi eſſent adminiſtratores maiorum præſentium, non admitterentur, alij contra eos præter ipſos, quorum adminiſtratores fuerunt,nec ipſi intra tempus ſtatutum.ſup.de elect.ſtatuimus.

2 † Ordinari) hæc decreta. dicit, quòd laici qui ſunt generales adminiſtratores, non debent fieri clerici, niſi prius reddiderint rationem ſuæ adminiſtrationis,ſed hoc non dicit,quòd clerici qui gerunt generales adminiſtrationes etiam laicorum prohibeantur eligi ad dignitates. Et eſt ratio diuerſitatis, quia in primo caſu illi, quorum negotia gerunt grauantur, quia ſui adminiſtratores forum mutant, in ſecundo autem caſu non mutant,ſed contra.21.quæſtio,2.c.1.& 2. vbi dicitur,quòd clerici non debent tales adminiſtrationes ſuſcipere, & ſi acciperent aut dimittant, aut deponãtur, ſed certè ſi rectè inſpicias, non contradicunt, quia ibi non prohibetur quin poſsint eligi, dum tolerantur. (Dixit)

(Dixit)id eſt, reſpondit (honore) prædictorum officiorum.

2 †(Poſtulati)not. quòd laicus ſi debet aſſumi in canonicum,debet poſtulari, & maximè qui fuit ratiocinijs obligatus,& dicimus eum poſtulandum à iudice ſub quo debet reddere ratiocinia. C. de epiſ. officiales. vocatis his quorum negotia acta ſunt, & quod lædi poſſunt tali conceſsione.ff.de adop. Nam dicimus etiam ſolùm conſenſum ad liberationem illius ſufficere,cui obligatus eſt.54. diſt. ſi quis quicunque.

3 †(Munerari) obligati ratiocinijs non eccleſiaſticæ,ſed ſecularis perſonæ, vel qa ſint,& perſeuerent procuratores generales,vel domorum, vel actores cauſarum, vel executores negotiorum,ſeu curatores pupillorum,& multò fortius aliorum,alij etiam officiales generales non debent promoueri,vt hîc,imò ſi promoti fuerint,aut dimittent officium, aut remouebuntur. 21.quæſtio.3.c.1.& 2.inf.ne cler.vel mona. c.1.& no.quòd non nominat tutores,nam ſi tutelam, vel curam egerit, vel quæ neceſſaria ſunt à legibus impoſita aliquis gerat,non credo quòd impediatur eius promotio, cùm etiam promotus poſsit eam ſuſcipere.86.diſt.peruenit. ſed & aliarum perſonarũ miſerabiliũ procurationes & adminiſtrationes ſuſceperint,tamẽ authoritate epiſcopi eius promotio non impeditur,quòd etiam promotus ſuſcipit.86.diſt. peruenit.ſimiliter & eccleſiarum.89. diſt. iudicatum.17.q.6.noua.

Et ſunt hæc vera eo in officio permanente, ſi autem depoſuit adminiſtrationem, adhuc tamen obligatus eſt ex ea,& ſiquidem ſunt publica ratiocinia, non debet promoueri ante ea reddita, imò reuocari debet ſi promoueatur. C. de epiſ.offi. 51.diſtin.præterea. Si verò ſunt priuata ratiocinia, ſi in ipſa promotione mouetur ſibi quæſtio, aut primò mota eſt. diſtinguo,aut conuenitur de dolo & perfidia, aut de culpa. Si cõuenitur de dolo,& perfidia ante finitam litem, promoueri non debet.arg.81.diſt.tantis.23.diſt.illud.& ſic etiam poteſt intelligi hoc. c. ſi de culpa tantùm conuenitur, promoueri indiſtinctè poteſt: ſi autem non ſit cõuentus eodẽ modo promoueri poteſt, niſi infamia ſit eum de dolo teneri, tunc enim ex officio iudicis inquiret.6.q.1.infamis. Alij non diſtinguũt inter publica ratiocinia,& priuata. Nec an conueniatur de dolo,an de culpa,cùm hæc diſtinctio nullo iure nitatur,imò omnia iura in contrarium ſonãt, ſcilicet,quod pro quibuſcunque ratiocinijs ſiue publicis ſiue priuatis aſtringatur, promoueri non poteſt, niſi prius ratiocinia ſint reddita, vt hîc, quòd autem dixi non poſſunt eſſe procuratores cauſarum, ſcilicet,vel actionum intelligo coram iudice ſeculari,niſi pro eccleſia, vel miſerabilibus perſonis & conſanguineis, & his quorum negotia de iure gerit.ff.de poſtu. l.1.§.1.& l.ſeq. & idem videtur dicendum in procuratore, quòd in aduocato not. inf.de poſtul.c.1. corã eccleſiaſtico enim poſſunt,& pro laicis.ar. eius quòd dicitur de aduocato à contrario ſenſu.inf.de poſtul.c.1.2.& 3.

4 †Item clerici non poſſunt eſſe conductores.21.q.3.c.2.& intelligo publicorum vectigalium, vel vbi conducant vilius vt locent carius,quòd non licet.C. loca. milites. aliàs vnam poſſeſsionem pro opere manuum ſuarum licitum eſt conducere miſerabilibus perſonis, & conſanguineis, quorum negotia de iure geruntur. Authẽ. de ſanct. epiſ. §. ſi autem. 91. diſt. clericus victum.

Sed non credo quòd poſsit conducere villarum reditus,ſed ſolummodò quòd pro ſuis manibus operetur. aliter autem cadit in vitium quæſtus cupiditatis.inf.ne cle.c.1. Arg.contrà ne præla.vic.ſu.c.vlt. ſed loquitur de eccleſia,à qua non eſt prohibitum conducere. Vel dic,quòd vbicũq; inuenitur, quòd clerici non poſſunt eſſe procuratores,vel hæc officia exercere,intelligendum eſt generaliter, nam vnum negotium clericorum vel laicorum,procurare,vel adminiſtrare non prohibẽtur.

TITVLVS XX.

DE CORPORE VITIATIS ORDINANDIS, vel non.

CAPVT I.

1 *Epiſcopus in multum enormi & notorio crimine diſpenſat,ſecùs in his, qui ſunt corpore vitiati.*

DE PRESBYTERO.(Campaniæ.)Si dubitatur án ſcandalum generet, recurritur ad arbitrium epiſcopi. inf.e. c.proxi. Itẽ an poſsit ei permittere celebrare in priuato non publico, vt arg.inf.eo.ſignificauit.inf.de cle. peregrinantes. (Permittere) contra.inf.de cle.pu.in du.c.1. contra. 51. diſt. ſi quis poſt. Sol. h.

1 dispensatio ibi ius commune. † Et habes hîc arg. quòd in multum enormi crimine & notorio, dispensat episcopus. ad idem. inf. de apost. c. 2. si autem esset corpore vitiatus, non posset dispensare cum eo. 50. dist. venio.

CAPVT II.

QVM DE TVA. In oculo. ff. de ædil. edi. quod clauum. §. bosus. (canonici) & concubinæ. (Consilio.) Puta si generat scandalum, non confirmat electione, si autem non generat, confirmat. sup. c. proxi. (In quo) id est, in qua confirmatione (Curauimus) solus enim Papa dispensare potest in hoc. sup. de fil. presbyt. c. vlt. 50. dist. nemo. Vel dic, quòd cum electo in episcopum non potest dispensare nisi Papa in prædictis. Vel dic, quòd archiepiscopus potest dispensare, & hoc non negatur hîc, sed potius contrarium est verum. suprà, de elect. innotuit.

CAPVT III.

TEX PARTE G. (In cunabulis) † corpore vitiatus sponte, nulla causa interueniente, repellitur ab ordinibus, quia repellitur iam promotus. 33. dist. meritum. 55. dist. qui partem. si quis à me. si autem iusta causa subesset, puta timor lepræ non prohibetur incidi. inf. eod. ex parte. nisi generet deformitatem: tunc enim in omni casu repelletur. 55. dist. lator. si euan. inf. eo. c. vlt. & idem est si casu, vt eisdem. c. (Nicen. concilij.) 55. dist. si quis à me. & c. si quis peregrè. (In canonibus.) 55. dist. eunuchus.

CAPVT IIII.

1 *An & quando virilia sectus possit promoueri.*
2 *Et quid requiratur ad hoc, vt sit irregularis, qui ex indignatione se secat.*
3 *In casu abscissionis membri potest episcopus etiam sine authoritate Papæ dispensare.*

SIGNIFICAVIT. (Nobis) † virilia quomodocunque se secuerit quis, vel secari mandauit sponte, siue vt obsequium præstet Deo vt hîc, siue ex indignatione, siue nimio dolore morbi, promoueri non potest. 33. distin. maritum. sup. eod. c. proxi. secùs autem si à medicis, vel à seipso consilio tamen medicorum, vel à dominis, vel à barbaris, vel casu fortuito sectus sit in membris, quæ non generãt deformitatem. 50. dist. si quis eunuchus. (præcepta) sic enim seruandum est secundum quod distinximus. sup. capi. proxi.

2 † Et intellige quòd ad hoc, vt sit irregularis etiam qui ex indignatione se secat, oportet quòd amiserit aliquod membrum, licet sufficiat quantumlibet vile. 33. dist. maritum. Idem est & si non amisit membrum totum, sed partem, sed tamen est talis pars, quæ deformitatem generet, vnde generetur scandalum. sup. eod. c. 1. vel etiam inhabilem reddit ad officium exequendum. inf. eod. Thomas. vnde licet indignans extraxerit sibi dentem, vel quantumcunque grauiter se secuerit, nisi membrum amiserit, non est irregularis, vel etiam potius corpore vitiatus. Alij dicunt sufficere ad irregularitatem, si nõdum membrum, sed etiam si partem mẽbri etiam quæ non generat deformitatem abscindat ex indignatione. 55. dist. si partem: hic enim licet non possit repelli, quia corpore vitiatus, potest tamẽ repelli, quia sponte se abscidit, sed nec retinere potest sine dispensatione, si infamia inde fit, vel notorium. sup. de tempo. ordi. c. fin. Alij autem non credunt, quòd illi qui sibi manus injiciunt, non possunt promoueri sine dispensatione. arg. contra. 55. dist. qui partem.

☞ † Sed illud intelligo, quòd ex quo notorium est, quòd ex indignatione partem digiti sibi amputauit, non debet promoueri sine dispensatione, sed alijs secùs si amississet casu, vel etiam si verè esset notorium, quod ex indignatione fecisset, quia tunc ex quo non generaret deformitatem, non impediretur promotio, si autem ita secuerit quod claudicaret repellitur
3 tantùm, quia corpore vitiatus. † Et tua) authoritas archiepiscopi in hoc valet, q̃ authoritate Papæ poterit plus minúsve saltem in minoribus criminibus dispensare, vel speciale est, quod quando abscidit virilia propter Deum potest, licet stultè posit episcopus dispensare, sine dispensatione autem non poterit promoueri, vel in susceptis remanere, vel dic, quòd ideò suam authoritatem Papa addidit, vt securius faceret, cùm tantùm necesse non esset: hoc tamen non credo. Item non distinguo vtrum instabat operi licito nêcne, quando vitiatus est, quantum ad hoc, vt irregularis fiat, sed ad hoc prodest, quòd facilius dispensabitur (Concedas) ex dispensatione aliàs contra. 55. distin. si quis à me. Inno.

CAPVT V.

EX PARTE. (M.) 33. quæst. 2. hoc ipsum. infrà de cleric. ægro. tua nos.

CAPVT VI.

1 *Irregularitas non facit aliquem ab abbatia remoueri, sed taciturnitas peccati.*
2 *Non tenetur quis confiteri crimina, de quibus non fuit conuictus, vel confessus, vel aliàs sunt notoria.*

EXPOSVISTI NOBIS. (Ordines) benè dicit ordines, ipsos enim suscipiendo & tacendo irregularitatem peccauit. 55. distinct. ex pœnitentibus. & sup. de renunc. nisi cùm pridem. §. personæ. 56. dist. quia. 54. distinct. si
1 seruus sciens. † nam ab abbatia non remouetur propter irregularitatem. 50. distinc. accedens. 16. quæstio. 1. legi. sup. de ætat. & quali. tua. sed propter peccata taciturnitatis. 55. distinct. ex pœnitentibus. & propter hanc taciturnitatem non facit executionem sic suscepti ordinis. sup. de re-
2 nunc. nisi cùm pridem. §. personæ. † tenetur etiam confiteri crimina de quibus est conuictus confessus, vel deprehensus, vel aliàs notoria. 50. distinct. l. si ille. alia autem crimina confiteri non tenetur, sed si confiteatur & dispensetur securus est, vt viterius non accusetur, aliter autem secùs. 34. distinct. cap. vltim. Vel dic, quòd hæc Abbatia talis erat, quæ quærebat sacerdotem abbatem.

CAPVT VII.

THOMAS. (Pollicem) supr. eod. capitul. 1.

TITVLVS XXI.

DE BIGAMIS.

CAPVT I.

VT BIGAMI POENITENTES.

CAPVT II.

1 *An liceat episcopo, vel Papæ dispensare cum bigamo.*
2 *Quo casu Papa dispensat contra apostolum.*
3 *Papa potest interpretari: & etiam addere euangelio: & est in administratione maior Paulo.*

SVPER EO. (Quòd. c. fili) hîc habes art. quòd hoc ipso, quod aliquis episcopus promouerit aliquem, cum quo dispensare potest, dispensare intelligitur. & not. sup. de fil. presbyt. veniens. sed tu dic quòd hîc apparebat quòd valebat dispensare episcopus.

1 † Dispensare) not. quòd non licet dispensare cum bigamo, quòd fateor in episcopo, Papa autem potest vsq; ad subdiac. 34. distinct. lector. si autem promoueatur characterem recipit. Quidam tamen dicunt, quòd characterem non recipiunt. Sed contra videtur, quòd nec etiam Papæ liceat, quia est contra apostolum. 25. q. 1. sunt quidam.

2 † Sed dicendum est a quòd non dispen- a *Sed dicendũ est. Adde hic quæ notaui in e. post trãslationem. in fi. sup. de renũ. & vltra ibi addita, adde & Innocẽ. hic allegat Ang. in l. benè à Zenone. C. de quadri. præscri. & refert Felin. in ca. q̃ in ecclesiarũ. col. 7. in fin.*
sat Papa contra apostolum in his, quę pertinent ad articulos fidei, & fortè in his, quę pertinent ad generalem statum ecclesiæ, sed in alijs dispensat, quia licet apostolus dicat: Vouete & reddite domino iuramẽta vestra, tamen in iuramẽto seu voto dispẽsat. 15. q. 6. iuratos. inf. de vo. per totum. quamuis posset dici, quòd non videtur dispensare in voto, quòd in melius commutat. inf. de iureiur. peruenit.

3 † Item interpretari & addere potest euãgelio, vt colligitur inf. de testi. in omni. 2. q. 4. præsul. Itẽ maior est Papa quàm Paulus in administratione.

CAPVT III.

DE BIGAMIS. Quidã laici mortuis vxoribus suis promoti fuerunt in sacerdotes, qui postmodum contrahebant cum alijs de facto, quidam sacerdotes, qui nunquam habuerunt vxores cum viduis contraxerunt.

CAPVT IIII.

1 *Opinio nonnunquam præiudicat veritati.*
2 *Voluntas non exitus spectatur in maleficijs.*

☞ NVPER A NOBIS. & infrà, (Iuris) sic. ff. de his qui not. infa. quid ergò. §. 2. † quãdoque attenditur magis affectus, quàm effectus, vel quàm factum ipsum. de pœ. distin. 1. §. hoc autem. inf. de cler. non resi. relatum. infr. de concess. præbend. & ecc. non va. literas. ff. de condi. institut. mulier. §. 1. inf. de spõ. iuuenis. (Iuris) vnde exigit quòd de iure valeat matrimonium. (Destinatio). i. tantùm quære an animo habendi eã pro vxore accepit. (Duas) C. de adulter. cum qui,

(Partim)quia vnã tantùm potest habere de iure, aliam de facto. (In canone) 28. dist.presbyterorum.nam presbyter de iure nullam habere potest, aliàs cùm nulla contrahere potest, necesse est ergò quod de facto intelligatur.

1 †Reputandi, hîc habes,quòd opinio præiudicat veritati.inf. de spon. iuuenis. 3. quæstio.7. tria.ff.de offic. præto. Barbarius.C.de testam.l.1.22.q.2.homines.ff.ad mace.l.3.contra.inf.quæ fil.sint legi. per tuas.7.dist.veritate.8i.dist. quicunque. & C.plus va.quòd agi.l.1.2.& 3.

Et est verũ, quòd veritas præualet opinioni.contraria casualia sunt, & præfertur enim opinio in fauorem contrahentium & odium decipientium.ff. ad maced. l.3. Vel in fauorem prolis & testamẽtorũ. inf.qui fil.sint legi.cùm inter. C. de testa. l.1.vel aliqua communis opinio præfertur veritati.ff.de offi.præto.Barbarius.(Reputandus)quòd fatemur hîc, cũ propter intentionem,quo ad dispensationem bigamus dicitur.(Quæstione)quæstio talis fuit,an episcopus possit dispensare cum aliquo in sacris ordinibus cõstituto,qui ante sacros ordines aliquam habuit vxorem,& post sacros ordines aliquam sibi copulauit pro vxore. Et erat causa dubitationis, quia secundum matrimonium non tenebat,& ideò non videbatur bigamus reputandus.(†Clericis)in maleficijs spectatur voluntas,non exitus. 48. dist. c.vlti.ff.ad le.cor.de sica.diuus. C. eo. seruo. (Clericis)idem dicerem in monacho.27.quæst.1. quodcunq; idem in eo qui duas vxores habuit de facto.(Clericis)in sacris ordinibus constitutis.

2

CAPVT V.

1 *Quid significat illud Pauli, oportet episcopũ esse vnius vxoris.*
2 *Matrimonium inter duos significat vnã ecclesiam vni viro Christo subditam.*
3 *Quare exigitur maior castitas in vxore quàm in viro.*

DEBITVM. (Pastoralis officij)& infr. coniugio confirmato.(Vnus)id est,idem volens,vel, id est, eum amans. †Iuxta quod)id est,ad ostendendum, quòd carnalis copula est sacramentum incarnationis Christi, & quòd tantùm inter duos coniuges est sacramentum illud quòd in matrimonio signatur, id est, vna ecclesia vni viro Christo subdita,non est autem sacramentum hîc, vbi alter coniugum carnem suam in plures diuisit. (Protoplastus,) id est, Adam primò plasmatus. (Sacramentum) sed nónne,& qui nullam habuit hîc signare non potest: ergò nec promoueri. Respondeo,non requiri sacramentum, sed prohiberi defectum, qui defectus non est in eo qui non contraxit cum ea, authoritas oportet episcopum esse vnius vxoris, exponitur negatiuè, id est, non plurium, hoc autem est sacramentum, episcopus enim vnius vxoris, vir significat ecclesiam ex omnibus gentibus collectam vni viro Christo subditam. 26. distinct.c.acutius. qui autem plures vxores habuit, vel qui maritus est viduæ, hoc significare non potest.

Sed quæres quomodo ex hac authoritate sumitur hoc sacramentum? Respondeo, ex eo quod in singulari numero posuit os caro carne vxori, & ex verbo vltimo: erunt duo in carne vna, quasi non diuident carnes suas in plures.
2 †(Sacramẽti)illius, scilicet, qa matrimonium inter duos tantùm signat vnam ecclesiam vni viro Christo subditam, in secundo autem coniugio non est hoc sacramentum, nec esse potest: imò potius posset significare plures ecclesias vni viro subditas,ministerium autem incarnationis benè potest signare in secundo matrimonio. (Promoueri) 33.dist. maritum. & c.si quis.

3 † Carnem) sed quare magis exigitur in vxore quàm in viro: nam maritus corruptè promoueri non potest.34. distinct. curandum præcipimus.sicut si vir:ille autem qui post vxorem habuit concubinam promoueri potest.34. distinct. fraternitatis.Vgol.dicit, quòd vir significat ecclesiam,quæ sæpè adulteratur exorbitando à fide,& ita non deest significatio sacramẽti,licet vir adulteretur: vxor autem significat Christum, qui nunquam ecclesiam dimisit: ipse enim est fons viuus cui non communicat alienus.

Ego credo quòd vir significat Christum qui sibi copulauit synagogam, & post ecclesiam,& ideò non nocet,si vir diuidit carnem suam in plures: vxor autem ecclesiam, quæ semper virgo permansit saltem mente:vnde despõdi enim vos vni viro.& cap.27. quæstio. 1. nuptiarum. vnde si vxor in plures carnem suam diuidat deficit in ea sacramentum.(Ad sacerdotium)33.dist.Valentino.

CAPVT

CAPVT VI.

QVIA CIRCA MINIMA. & infr. (Habentes)non affectu matrimoniali.aliàs contra.sup.eod.nuper.Inno.

CAPVT VII.

ANOBIS FVIT: ET INFRA.

TITVLVS XXII.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

1 *Quæ sit differentia inter commendatitias & dimissorias literas.*
2 *Quis nam possit concedere commendatitias literas.*
Episcopus non debet ordinare clericum alterius episcopi, & si fecerit irrita est eius ordinatio.
3 *An possint abbates literas dimissorias dare.*

1 †Nota quòd aliæ sunt literæ commendatitiæ,& aliæ dimissoriæ. Commendatitiæ dicuntur,per quas commendatur de vita & moribus, exprimuntur etiam ordines,ibi quos habet.ar.72.dist.c.pe.& vlt. literæ autem dimissoriæ dicuntur, p quas dimittitur à iurisdictione prælati. 72. dist. c.vlti.has autẽ non potest concedere prælatus minor episcopo.inf.de offi.archi. fi-
2 gnificasti.† Commendatitias credo posse concedere quoslibet bonos prælatos. arg. sup.eo.inter.nam ibi innuitur, quòd non solùm per literas episcopi, sed etiam per alia argum.potest constare de ipsis ordinibus, vt licitè possit promoueri & celebrare,& hîc etiam non dicitur, quòd nullus istorum 5.eum ordinauit.

Quidam tamen dicũt,quòd quo ad ordines,scilicet vt recipiantur in ordine suo ad celebrandum.solus episcopus,qui ordinat,potest concedere cõmendatitias. ar. 72.dist.c.vlt.sed tunc tãtùm potest ab alio episcopo ordinari, quando per literas sui episcopi sit dimissus, vel alius casus concurrat,in quo licitè de iure ab alio episcopo ordinetur.

☞ Et ideò no.†quòd nullus episcopus debet ordinare clericũ alterius episcopi,& si fecerit irrita est eius ordinatio quo ad executionem.simile.9.q.3.episcopum. nisi alius episcopus daret ei beneficium. nam tunc cũ ratione beneficij fiat de iurisdictione secundi episcopi,benè potest ordinare eum,cùm etiam possit eum iudicare. 9. q.3.c.1.& 2. inf.de paroch.c.nullus.sed remanet de iurisdictione primi episcopi propter beneficiũ,quòd ab eo habet, nec amittit.

Sed contra.71. distin.c.1.per totum. & 72.distinct.per totum.sol.illa.cc. loquuntur quando clericus à iurisdictione episcopi secũdi ex toto eximebatur à primo, puta quòd habebat tale beneficium à primo episcopo, vel quòd de iure, vel consuetudine cum alio beneficio possidere non poterat,& idem est si beneficiũ,quòd secundo sibi datur eo modo tale sit, quòd cum primo possidere non possit, nam & hæc fuit intentio canonum illorum, qui clericum alterius episcopi sine eius voluntate sibi ex toto auferre non possit, sed si detur ei præbenda in sua iurisdictione,cùm ei hoc liceat non tolerando cum primo episcopo: vt notat. infrà, de præbend.cùm iam.& per consequens ex quo dat ei præbendam, poterit eum ordinare, licet sit curialius non ordinare sine
3 licentia prima ordinatoris. † De abbatibus autem, an possint literas dimissorias dare?dic,vt sup.de renunc.ca. fi. sed quid dices de abbatibus exemptis & alijs? Respondeo, quòd & ipsi literas dimissorias possunt concedere, si ita sunt exempti, quòd diocesani non habent in clericis eorum ordinationem, quòd rarissimè cõceditur alicui,nam & tunc cùm in omnibus quo ad ordines,& quo ad iurisdictionem pertinent ad exemptos,& per consequens literas dimissorias concederent.

CAPVT I.

1 *Quæ de causa quinque sigilla requiruntur in literis testimonialibus clericorum transmarinorum.*
2 *Nunquid clerici incogniti permittendi sint celebrare: & nunquid episcopus possit in hoc dispensare.*
3 *An sufficiat ostendere literas de sacerdotio ad hoc vt credatur quòd quis sit sacerdos.*

IVA NOS DVXIT.(Statuta)98. distinct.per totum. 1 † (Quinque) ideò plura requiruntur,quia sunt ignota, nam si esset vni notum, ipsi soli crederetur. infrà, de probat. post cessionem. 89. distinct. quamuis. 71. distinct. extraneo. 62. distinctio. per totum. & idem,etiam si per testes,& crederem duos sufficere. infrà eodem, tuæ. & credimus sufficere 5. sigilla episcoporum ignota. oportet tamen aliquam notitiam habere de sigillis, vel de clericis saltem per famam. Item hoc habet locum in his, vbi nullum aut modicum præiudicium alij generatur, si autem aliquantulum præiudicium

iudicium magnum generatur, non creditur eis, nisi per collationem sigillorũ, vel aliàs legitimè probetur. argu. in Authent. de instrument. cau. inf. de fi. instrum. c. 2. (Episcoporum) non aliorum inferiorum prælatorum (Alijs) etiam citra marinis clericis. (Obseruandum) hoc capi. loquitur in his, qui postulant recipi vt clerici in ordine suo, nam si tanquàm viatores petant recipi, non sunt ita subtiliter examinandi. 42. distin. quiescamus. & permittẽdi sunt secreto celebrare. inf. eod. tuæ. de consec. distinct. 2. non prohibeant. 7. quæst. 1. episcopi.

2 † In suspensione) id est, in probatione, non enim suspensi sunt, neq; ab homine, neq; à iure, imò sine peccato possent celebrare, dummodò in loco essent vbi celebrare possent, sed plebes suspensæ, id est, prohibitæ sunt audire eorũ officia, si autẽ diceretur ipse suspensus, vel à iudice, vel à iure, & celebret, esset irregularis, & solus Papa posset dispensare cum eo. 11. q. 3. si qs episcopus dã. in hoc enim casu potest dispensare episcopus. inf. eod. c. fin. Dicimus ergò, quòd cum eo hoc casu poterit dispensare episcopus etiam si celebrauerit populo, licet non debuerit celebrare sine dispensatione. Simile dicimus, licet quis deprehensus in publico crimine, non debeat celebrare, nisi cum eo dispensetur, tamen si celebrauerit, non præcedente dispensatione, etiam episcopus poterit super hoc dispensare, cùm ei prohibitum nõ inueniatur, posset etiã dici, quòd si hic suspensus esset à iure, quod episcopus dispensare posset. & c. si quis episcopus dam. loquitur tantùm de suspensis ibi ab homine, non à iure. de hoc tamen alibi plenius notabimus. inf. de cle. excom. mi. si cle. (De
3 actibus) ff. nau. caupo. stabu. l. vlt. §. ac. † In inferioribus) notat. non sufficit ostendere literas, quòd ordinatus sit in sacerdotem, nisi habeat literas de quolibet ordine, nisi forte qui ordinauit in sacerdotem, sit tantæ discretionis, quòd præsumendum sit de eo, quòd non ordinasset eum, nisi habuisset literas ab eo, qui ordinauit in diaconum, & ad alios ordines, & tũc nõ quæram literas super diaconatum. argum. inf. c. proxi. nec in alijs ordinibus. (Dispensari) id est, prouideri, vt celebret in ordine suo, & fit hoc sine dispensatione solenni, de qua dixi sup. de fil. presbyt. veniens. Vel dic, quòd dispensatio necessaria est propter hoc, quòd clericus est ignotus & testimoniales literæ ignotæ, & hanc dispensationem non potest facere nisi episcopus. inf. eo. c. vlti. & hoc magis placet.

CAPVT II.

1 *Ordinationem suam quomodo quis probare possit.*

INTER QVATVOR. & infr. (Argumenta) sigilla. no. ordinatorum vel per testes. inf. eo. proxi. vel per alia probabilia indicia vti quidã dicunt. arg. 2. q. 6. §. diffinitiua. §. nulli hominũ. inf. de præsum. literas. 32. q. 1. dixit. 27. q. 2. non aliqua. & C. de rei vendi. iudicia. nam cùm hic quærat alterius patrimonium, & in spiritualibus sufficiat credere, & aliàs sit bonæ vitæ, & habeat 5. sigilla episcoporum, licet ignota sint sigilla, si aliqua notitia habetur per famam, vel alio modo, vel de episcopis, vel terris eorum, licet aliàs non sit sufficiẽs probatio: tamen præsenti casu tales crederem posse admitti. (Conuersatio) imò vtrunque est necessarium testimoniũ ordinum susceptorum probatio vitæ. sup. c. proxi.

CAPVT III.

VAE FRATER. & infr. (Canonica) de consec. distin. 2. tribus. (Ad omnes ordines) de hoc. sup. eod. c. 1.

CAPVT IIII.

1 *Non est assumendus de aliena ecclesia sacerdos vel prælatus, cùm reperiatur idoneus in eadem.*

2 *Nunquid liceat exemptis aliquos in suis ecclesijs recipere sine licentia episcopi.*

3 *Instituti absq; scientia episcopi remouentur, nisi cum eis voluerit dispensare.*

TE NOBIS PROPO. (Clericos) & malè ignotos, & etiam per notos, sed ad celebrandum benè posset eos admittere etiam sine licentia episcopi, si eos plenè nosceret non per literas, quia solis episcopis est seruata hæc
1 cognitio. † (Instituere) hoc eis non licet, imò nec episcopo, nisi habeat licentiam eius episcopi cuius clericus est. 70. distin. per totum. inferioribus autem prælatis etiam cum licentia prioris prælati, non est licitum aliquem instituere in ecclesia sua,

sua, nisi primò episcopus diocesanus approbet & dispenset, vt hîc expressè habes. 72. distin. hortamur. & hoc est ea ratione, quia aliquãdo crederet aliquas literas sufficiẽtes, quæ nõ essent, vel posset ille clericus habere alia impedimẽta, sed nec admittere possunt ad celebrandum populo 71. dist. extraneo. sicut nec eis licet dimissorias dare literas, sed episcopo tãtùm 72. distin. extraneo. inf. de offic. argum. significasti.

2 † Quid dices de exemptis, an possint in suis ecclesijs aliquos recipere? Respondeo, episcopus in persona sacerdotis recepti, ab exemptis potest animaduertere cùm in sua dioce. delinquat celebrando. 6. q. 3. placuit. C. vbi de cri. agi. Authent. qua in prouincia. nisi fortè & familiares exemptorum sint exempti, quia tenor priuilegij diligenter est obseruandus. infr. de priuil. porrò.

☞ † Non erit ergò exemptis licitum aliquem clericum recipere sine licẽtia episcopi dioce. sed si ipse episcopus malitiosè differret suum dare assensum, ageretur ad hoc coram superiore. argu. inf. de iure pa. pastoralis. & potes dicere quòd nõ est necesse episcopum suum præstare assensum, sed tantùm cognoscere de literis cõmissorijs, postquàm autem pronunciauerit eum plenè dimissum, licitum est exemptis eum accipere.

Et hoc est verum vbi loco exemptorum populum habent, aliàs enim pro se & suis locis exemptis sine licentia episcopi licet eis accipere clericos, dummodò habeant literas dimissorias, nec ob. quòd dicitur, quòd ratione delicti possint in eos animaduertere intermittitur ei pœna, qa non deliquit. Vel dic, quòd illud intelligitur de non exemptis speciali priuilegio.

3 † Ex dispensatione) non potest episcopus dispensare in hoc, quòd si non habet literas dimissorias, remaneat in ecclesia, sed in hoc dispensat, quia ex ☞ quo malè institutus est in ecclesia, debet eijci, sed dispensatur cum eo, quòd remaneat, sed nunquid est etiam necessaria dispensatio in his, qui aliquo contempto sunt electi, vel post appellationẽ? Respondeo non, quia ibi electio est canonica, licet posset cassari, sed hîc secùs. ar. sup. de elect. quòd sicut. vbi de hoc no. Vel dic, quòd hic non recipit executionem institutionis suæ, nisi fuerit cum eo dispensatũ 9. quæst. 2. Lugdunen. & hoc ferè cùm primò idem est, vel meliùs quòd necessaria est dispensatio, quia ignotus est: vt notat. sup. eo. c. 1. Inno.

TITVLVS XVIII.

DE OFFICIO ARCHIDIACONI.

CAPVT I.

1 *Inest vicario cognitio & iurisdictio ordinaria.*

2 *Episcopus semel in anno visitare debet ecclesias sibi subiectas, vrgente verò necessitate etiam pluries in anno visitare potest. vt in nu. 3.*

VT ARCHIDIACONVS. (Vicarium.) Decre. huius tit. concedunt multa archidiacono, quæ alibi conceduntur alijs dignitatibus, & ecõuerso, quare dicendũ est. c. istorum tit. idcircò aliquando cõcedere aliqua officia vnĩ dignitati, quæ melius cõpeteret alij, quia illa dignitas ibi non est, cui melius competeret, vel loquitur secundum diuersas constitutiones, & cõsuetudines & diuersa loca, quæ multum valent, imò prævalẽt in officijs. sup. de consue. cùm olim. inf. de excess. præla. ad hoc. hæc glo. videlicet ad præsentem tit. & seq. de officijs. vbi autem contraria non probaretur cõstitutio, vel consuetudo præscripta, staretur his c. inf. eod. vt nostrum.

1 † (Vicariũ) quia vicarius est, & cognitionem & iurisdictionem ordinariam habet. C. de offi. iudi. l. 1. inf. de off. vica. quia 25. distin. perlectis. Item quia est vicarius per simplicem quærimoniam audit episcopus causas subditorum archidia. & absoluit excommunicatos ab eo. vt not. inf. de offi. archi. cùm ab. quòd non potest facere archiepiscopus in subditis suorũ suffraganeorũ. 2. q. 3. nullus prius. (Honore)
.i. si grauãtur ab alijs indebitè, & etiã fortè non ab episcopis, quia non sunt tantùm vicarij, sed certa dignitate potiuntur: vt per totum tit. hoc apparet † nec remoueri ☞ possunt ad libitum episcopi, nec pro velle eorum officium exercere: & de hoc nota. inf. de offi. ordi. cùm ab. sed ideò dicuntur archid. & etiam alij in dignitatibus constituti vicarij, quia omnia quæ exercẽt ad episcopos pertinent, sed constituendo dignitates hoc transeunt, nisi aliquam recipiant, tunc quòd credimus eos posse, vnde apparet quòd custodiam vacantiũ dignitatũ tantùm habent episcopi quo ad hæc iura, & quòd episcopi habẽt eorũ electionem. arg. inf. de instit. cũ. c. veniissent. inf.

vt

vt eccle.benefic.vt noſtrum.infr. eod. ad hoc.§.vlti.vel potius electio harum dignitatum, vel præſentatio pertinet ad eum, qui dotauit dignitatem. (Eccleſiaſticorum) virorum vel officiorum.(Delinquẽtium)argum.quòd archi.habet curam animarum.ar.contra.inf.eod. cùm ſatis.

2 †(Circumeat)epiſcopus ſi ſanus eſt,ſemel in anno viſitet eccleſias.10.q.1.epiſcopus.decernimus,ſed ſi fuerit infirmus, mittet pro ſe archidiaconum vel alium:vt ſup.eiſdem.c.

Et hoc eſt verum, vbi epiſcopus habet de conſuetudine mittere quem velit, vel vbi non eſt archidiaconus, vel archi. habet de officio,vt ꝑ epiſcopo viſitet,vt hîc. Quòd autem dicit hîc de tertio in tertiam viſitationem faciendam,intelligo vbi nõ eſt neceſsitas,nam ſi neceſsitas eſſet, licet in contrarium conſuetudo ſe haberet, nõ obſtaret præſcriptio vel conſuetudo. inf. de præſcrip.cùm ex officij.

3 †Et ſi neceſsitas eſſet pluries in annõ viſitare poteſt illam eccleſiam, quæ viſitatione indiget,non aliam.inf. eod. mandamus.18.q.vlt. viſitandi non ſemel. Vel dic,quòd de iure archid.non habet viſitationem,niſi quòd epiſcopus eſt impotens, vt prædictum eſt,& tunc non niſi de tertio in tertium annum,vt hîc.Nec eſt contra.inf.eod.mandamus.quia ibi erat conſuetudo ſpecialis illius archi. quòd omni anno viſitaret,monaſteria autem duplicẽ viſitationem habent quolibet anno, vnã ab epiſcopo.18.q.vlt.non ſemel.& aliã viſitationem generalium.inf.de ſta. mo. in ſingulis.& c.ſeq.Item dicunt quidam, & in alijs eccleſijs vnam viſitationem habeat ordinariam archi.aliam dioce. (Corrigat)minora,maiora autem refert ad epiſcopum.inf.eod.ad hæc.& eſt argu. quòd ex quo habet coërtionem,quòd poſsit excommunicare vel ad minus interdicere. inf.de offi.deleg.ex literis.arg.contra.inf. eod.cùm ſatis.

CAPVT II.

OFFICIVM VERO ARCHIDIACONI.

CAPVT III.

1 *Officium Archidiaconi quod.*
2 *Prælatus an teneatur de lata & leuiſſima culpa.*

EA QVAE.(Contra.) Et inf. quæ collecta fortè ad cuſtodiendum,nam quia eccleſia vnde erat archi. ſecuriorem ſacriſtiã habebat, alia eccleſia ibi ſua ciminilia vel † theſauros depoſuere,& de cuſtodia eorum omniũ archi. debet reddere rationem,vel ad officiũ archi.pertinet,vt diligentem curam habeat ſuper omnes prælatos eccleſiarum, qualiter hoc cuſtodiant,& ſi archidiaconus, in hoc inueniatur negligens, in hoc ipſe tenetur.(Negligentia.)† Prælatus enim qui ſuper hoc habet officiũ,ſcilicet, ſuper cuſtodia depoſitorum, prẽſtat dolum latam culpam & leuem.C.de pericu.tu.ſi res.C. arbi.tut.quicquid.ſed etiam de leuiſſima videtur,quòd teneatur. Sed contrà, quia depoſitarius non tenetur, niſi de dolo & lata.ff.depo.l.1.§.1.& l.quod nerua.niſi in certis caſibus,qui nominãtur. inf. depoſi. c.vlt.ſed dic,q̃d ſicut ille,qui accepit præcium pro depoſito ſeruando,vt in eadem decre.dicitur,tenetur de culpa: ita & qui dignitatem habet cui hoc officiũ eſt annexum,vt hîc,cùm plus ſit habere dignitatem,quàm præciũ: Vel potes dicere, quòd hæc ciminilia non erant depoſita, ſed in cauſam pignoris,vel alio modo erant accepta ab eccleſia vel epiſcopo,& apud archidi.gubernata.

1 †(Curam) quia nec habet, niſi demãdetur ab epiſcopo.16.q.2.nullus.arg. contra.ſup.eod.c.1.ſed B.dixit,quòd archidiaconus habet curam animarum. infr. de offic.delegat.ſuper.in fi.de præben. referente. & reſpõdet huic cap.quòd hîc erat contraria ſpecialis conſuetudo, quæ maximè in iuribus archid. ſeruanda eſt.

† (Curam)

CAPVT IIII.

1 *Archidiaconus de iure communi non habet curam animarum, niſi ſibi ſpecialiter ab epiſcopo demandetur.*
2 *Cura animarum quæ eſt poteſtas ligandi & ſoluendi in nullo prælato eſt, niſi ſit ſacerdos.*
3 *Archidiaconus vel alius prælatus, an poſsit eccleſiam vel præbendam conferre.*

QVM SATIS SIT. (Conſuetudinis) non præſcriptæ, cùm epiſcopus habet in priuilegio, quòd nullus prælatus ſuæ dioce. inſtituere debet præter ipſum.vel hoc epiſcopus habeat de conſuetudine præſcripta.hæc expoſitio neceſſaria eſt ſecundum B. qui dicit, quòd archid.de ſuo iure habet inſtitutionem clericorum & curã animarum. Sed Hug.hoc negat,& tunc non eſt neceſſarium hoc exponi, ſcilicet, non præſcriptæ, quia plena eſt litera vt iacet.

2 †(Curam) melius diſtinguitur ſic, cura animarum dicitur ſtrictè poteſtas ligandi & ſoluendi, ſcilicet, in foro pœnitentiali, & hoc in nullo prẽlato eſt, niſi ſit ſacerdos, vt probatur.21. di. in nouo.inf.de pe.& remiſ. omnis. quam curam alius dare non poteſt, quàm ſacerdos vel ſacerdotis authoritate generali & ſpeciali, vt hîc. 16. q.7. nullus. de authoritate generali intelligo.infrà, de offi. deleg. ſuper eo. 25. diſt. perlectis. & tunc non dicuntur ipſi dare, ſed illi quorum authoritate datur. ff. de admi. tut. ita. §. geſsiſſe. quamuis dici poſſet quòd archi. & electi confirmati, & alij huiuſmodi,quòd quamuis non ſint ſacerdotes: tamen poſſunt dare eccleſias ſacerdotibus, nec dant curã animarum, ſed hi eis dant, quando fuit factus ſacerdos ſimulcum ordine hanc poteſtatem ligandi & ſoluendi accepit,licet non in hos ſubditos,quos modò dat archidia. vel alius prælatus poteſtatem haberet antequam per ☞ ipſum inſtitueretur in eccleſia, quæ curam habet, ſed officium huius poteſtatis, quam non habebat concedit.11.q.1.eccleſiæ. ſimiliter & ſuperiori. 1. q. 1. §. ex his verbis. arg. largè dicitur cura poteſtas eijciendi & recipiendi in eccleſiam corrigendi, & puniendi exceſſus.21.diſt.§.1.ſub hac cura eſt excommunicare, interdicere, viſitare, & cætera talia, quæ ſunt ad correctionem morum.ſuprà, de elect. dudum eccleſia Romana. ſuprà, eodem c. 1. Hanc curam poſſunt habere archi. & inferiores prælati, vt ibi dicitur,de vtraque iſtarum curarum intelligitur. infrà, de præben. de multa. eccleſiam autem vel præbendam conferre archidiac. non poteſt,vel alius prælatus, præter epiſcopum. 16. q.7. nullus. niſi hoc ex conſuetudine vel priuilegio habeat, tunc facit tanquam vicarius.inf.de offi. deleg. ſuper eo.infrà, de inſtitu.cùm veniſſent.ſuprà, eo. c. 1.

CAPVT V.

1 *Prælati an poſsint excommunicare.*

ARCHIDIACONIS. (Sententiam.) Excommunicationis hîc ius commune in omnibus archi. & omnibus prælatis. argu. 16. q. 2. viſis. 24. q. 3. corripiantur. contra. 2. q. 1. nemo. infr. de offi. ord. cùm ab eccleſiarum. infr. de appel. reprehenſibilis.

Sed iſta & omnia alia contraria intellige, vbi contraria obtinet conſuetudo præſcripta. † Melius credo ius commune, quòd omnes hi prælati habentes iuriſdictionem ab Epiſcopis,ſint ordinarij. infrà, de exceſ. præla. ad hoc. & poſſunt excommunicare ſubditos. infr. de offi.ordi. cùm ab.niſi ſint mulieres. infrà, de pe. & remiſ. noua.& c. quæ dicunt prælatos non poſſe excommunicare.

Intellige vbi contraria eſt conſuetudo quæ iuriſdictio non tollit & tribuit. infrà,de exceſ. præla. ad hoc. C. de emen. propin. l. 1. Vel dic, quòd non debet excommunicare cum ſolennitate, quæ eſt. 11. q. 3. debet. cum c. ſeq. de hoc autem non dubitatur ab aliquo, quin minori excommunicatione poſsit excommunicare vel interdicere,ſicut intelligunt prima. c. quæ dicunt inferiores prælatos poſſe excommunicare.

† Item dicimus quòd prælati, qui habent tantùm iuriſdictionem à collegijs, vel alijs quàm Epiſcopis, non poſſunt excommunicare,quia hanc poteſtatem non poteſt concedere, niſi Epiſcopus. 24. q. 3. corripiantur,licet aliàs iuriſdictionem habeant: vt not. infrà, de offi. ordi. cùm ab. nam quod non habent, dare non poſſunt. 1.q.7.Dabertum. niſi fortè collegium eligeret authoritate Epiſcopi, & de iuribus Epiſcopalibus aliqua haberet, vel ab eo confirmaretur. de hoc not. infrà, de offi. ordi. quanto.

CAPVT VI.

MANDAMVS.(Aliquantum ſæpius) not.ſuprà,proxi.

CAPVT VII.

1 *An archidiaconus poſsit ſine Epiſcopo imponere pœnam pro delicto.*
2 *Epiſcopi accuſationes omnes criminales audiunt non autem archidiaconi.*
3 *Epiſcopus tenetur de facto archidiaconi.*
4 *Rurales decani de conſenſu archi. inſtitui & deſtitui debent.*

AD HAEC NOS DOMINVS. (Statuta) 15. diſt. perlectis. (Imperat) qualiter ſua officia expleant. (Parochiarum) id eſt, eorum qui per parochias morantur. ſuprà, eo. c. 1. (Audire) dicunt quidam, non tamen diffinire cùm ei conceſſum non ſit, alij contradicunt, ſcilicet, & quòd diffinire debent, & hoc magis placet. argu. ff. de

iudi. de qua. Item quidam hoc intelligunt tantùm de parochialibus eccleſijs. alij de ciuitatenſibus. arg. ſup. eo. c. 1. (Iurgia) ciuilia. & ſic de crimine agitur ciuiliter. (Conſtitutionem) ſup. eo. c. 1. (Vicarius) infrà, de offi. vic. c. 2. (Clementis) 93. diſt. diaco. (Perſpiciens) id eſt, inquirens non vniuerſaliter viſitando, ſed tantùm loca vel perſonas, de quibus eſt infamia. de hoc no. ſup. eo. c. 1.

1 †(Corrigat) verbis monitionibus & præceptis, pœnam autem pro delicto non poteſt imponere ſine Epiſcopo. infrà, de offi. cuſto. c. 1. ar. infrà, de offi. archi. c. 2. & vlt. ſi quis tamen diceret, quòd modicam pœnam ſibi imponere poſſet, vel ſuſpenſionem ad modicum tempus, fortè non peccaret. (Ardua) vt ſi exigat depoſitionem clerici, vel etiam ſuſpenſionem perpetuam, vel etiam multum diutinam, cùm enim hoc ſine capitulo facere non poſsit Epiſcopus. infrà, de exceſ. præla. c. 1. abſurdum eſt dicere, quòd archi. poſsit, idem eſt & ſi expediret facere vnionem eccleſiarum vel diuiſionem, ſcilicet, quia non fieret ſine Epiſcopo. in-
2 frà, de exceſ. præla. ſicut 2. † Imò omnes accuſationes criminales non ſolùm clericorum in ſacris poſitorum, ſed in minoribus ordinibus audirent Epiſcopi, non archi. 15. q. 7. Feli. ſi autem Epiſcopus nullus & etiam laicorum. infrà, de offi. ord. c. 1. Item cauſas matrimoniales. infrà, de conſan. & affi. ex literis. §. vlt. item omnia negotia vbi exigitur diſpenſatio: vt no. infrà, de eo qui fur. or. c. 2. Item ea quæ non licet Epiſcopo facere ſine conſenſu capituli, vel capitulo ſine conſenſu Epiſcopi, vt eſt collatio præbendarum, & multa alia, quæ continentur. inf. ſub ti. de his quæ fiunt ab Epiſcopo ſine conſenſu. c. ea. & de his quæ ſi. à ma. par. ea. c. 2. & vbi ſpecialis authoritas Epiſcopi requiritur, ſicut in alienationibus. 12. q. 2. ſine exceptione. 10. q. 2. hoc ius. 17. q. 4. in venditionibus. Item in monaſterijs non habent iuriſdictionem, correctionem vel reformationem, niſi conſuetudo hoc eis tribuat. infrà, eo. dilecto. Vel poſſet etiam dici, quòd comparandus ſit defenſori ciuitatis, vt vſque ad 300. aureos audiat cauſas ciuiles, etiam de minoribus & in maioribus criminibus poſsit clericum reum capere, & eum ad Epiſcopum mittere, & modicam mulctam indicere, & etiam clerici qui ſunt de ſua iuriſdictione, poſſunt præſtare authoritatem in adop. emanci. & teſtamentorum, & donationum inſinuationibus & manumiſsionibus, quas faciunt non nomine eccleſiæ, ſed proprio. in Authen. de defen. ciui. §. iudicare. vſque in fin. in eo tamen non comparatur ei, vt quidam dicunt, quòd ratione delicti vel contractus ſub eo aliquis conueniatur, cùm non habent territorium, vt not. infrà, de fo. compe. cùm contingat. eadem.

Et quæ hîc dico in archidia. intelligo & in alijs minoribus prælatis ordinarijs, qui vel de iure ſuo, vel conſuetudine habent iuriſdictionem. Hoc non placet, nec ſunt comparandi defenſoribus ciuitatum, quia non ſunt ordinatæ dignitates eccleſiaſticæ ſecundum iura ciuilia, ſed ſecundum conſtitutiones eccleſiaſticas, & ſecundum illas debent exercere iuriſdictionem, & non ſecundum ciuiles. (Alia) vt no. infrà, eo. vt noſtrum. (Beneficijs) collatis ab Epiſcopo, vel confirmatis: ſi enim ad alium, pertinet collatio vel confirmatio tunc non pertinet ad archi. inſtitutio.

3 †(Archi.) non ergò videtur puniendus Epiſcopus, ſi promotus ſit indignus. argu. 54. diſt. ſi ſeruus. ſed hoc ideò eſt, quia Epiſcopus tenetur de facto Archidiaconi, ſicut exercitor de facto magiſtri. ff. de exerci. l. 1. §. magiſtum. niſi communis opinio eſſet pro bonitate archi. infrà, de pig. ſignificante. (Omnibus) 75. diſt. Epiſcopus. C. de autho. præ. l. vlti.

4 † Item hîc habes, quòd de conſenſu Archidia. debent inſtitui & deſtitui decani rurales, & hoc eſt ea ratione, quia cùm archi. debeat habere curam parochiæ. ſuprà, c. vlt. & decanus qui hîc ſuppleat vices eius. infrà, de offi. archipreſ. cap. vlt. non debet abſque eius conſenſu inſtitui vel deſtitui, & idem in Epiſcopo, & loquitur hoc. c. ſecundum conſuetudinem, quia vbi non eſſet conſuetudo, ſecùs eſſet. (Ab omnibus) melius intelligitur hæc decret. de quibuſdam decimis, quæ in aliquibus partibus Franciæ conſtituuntur ad faciendum quædam officia, quæ communiter pertinent ad Epiſcopum & archi. nec inſtituuntur in aliqua eccleſia, nec confirmantur, ſed quaſi miniſtrales & officiales ſunt vtriuſque, & pro magna parte non conſtituuntur perpetuò, & ideò dici hîc pro

hîc pro tempore, id eſt, ad tempus. (Eligêdus) omnia quæ circa electionê huiuſmodi perſonarum vel confirmationem aget Epiſcopus, etiam faciet communiter cum Archi. ſed ſi diſcrepant cùm maior & principalior ſit authoritas epiſcopi, quàm archi. tamen vicariam dignitatem habet, credimus valere, quòd facit epiſcopus, ſi tamen archi. videret indignum inſtitui, poſſet pro iure ſuo appellare, vel aliàs contendere. Alij tamen contradicunt, ſcilicet, quòd non valeret, quòd facit Epiſcopus ſiue archidiaconus vel econuerſo, niſi conſuetudo ſe in contrarium habeat.

CAPVT VIII.

SIGNIFICASTI. & infrà, (Archidia.) 68. diſt. quamuis. 62. diſt. extra de confec. diſt. 5. non oportet. (Literas) ſcilicet, quòd ab alio Epiſcopo ordinetur. (Eis) clericis.

CAPVT IX.

VT NOSTRVM. (Ex officio) id eſt, conſtitutione (officium) ſuprà, eod. ad hoc.

CAPVT X.

1 *Mentione facta de procuratoribus comprehenduntur iuriſdictio, correptio, & reformatio tanquam paria ſub generali clauſula adiecta.*

2 *Condemnari non debet quis niſi actor probet ex ea cauſa ſibi deberi ex qua petijt.*
Verba iſta: ratione archid. vel ad eius archidia. ſpectantibus &c. comprehendunt non ſolùm iura, quæ debentur ex iure vel priuilegio, ſed etiam contrà debentur ex conſuetudine.
Conſuetudo in iuriſdictione valet.

3 *Poteſt Epiſcopus etiam inuito ſubdito quandoq; cognoſcere de cauſis ad eius iuriſdictionem ſpectantibus.*
Archiepiſcopi & præſides prouinciarum vel legati, non poterunt prohibere inferioribus Epiſcopis, vel alijs, quin habeant ita plenam iuriſdictionẽ in ſuos ſubditos, ſicut ipſi legati.

4 *Licitum eſt inter partes conuenire, vt ſub non ſuo iudice litigetur.*

5 *Archidiaconus, plebanus, vel alius minor Epiſcoporum in monaſterio non habet correctionem, vel viſitationem, vel iuriſdictionem.*

6 *Conſuetudo vbi eſt contra ius ſeu onerosa eſt, extendi non debet.*

7 *Conſuetudo nõ eſt extendẽda in his quæ conſiſtunt in præſtationibus & conſimilibus.*

8 *Nunquid archi. qui iuriſdictionem in omnibus exercuit monaſterijs intelligatur etiam exercere poſſe in monaſterijs de nouo ædificatis.*

9 *Cùm quis ſpecialiter de aliquibus accedit, de alijs prohibere videtur.*

10 *Nunquid de iuribus ad iura fiat extenſio.*

1 DILECTO FILIO. & infrà, (Quædam alia.) † Not. quòd facta mentione de procuratoribus ſub clauſula generali adiectâ, comprehenduntur iuriſdictio, correptio, & reformatio tanquam paria: quia cùm vnum debetur, & aliud, vel dic non comprehendit tanquam paria, quia paria non ſunt, ſed maiora, ſed comprehenduntur tanquam expreſſa per illam adiectionem, & quædam alia ad ipſum ratione archi. ſpectantia, propter hanc enim clauſulam de omnibus ſiue minoribus ſiue maioribus agere poteſt, dummodò de iure ad archi. ſpectent, etiam idem dicerem, ſi diceret, & rebus alijs ad eum ratione hæreditatis ſpectãtibus, quia de maioribus quàm expreſſa ſunt agere poteſt, dummodò ad hæreditatem ſpectent, poſſet tamen reſponderi his decre. ſi quis vellet dicere contrarium, quòd ideò fuit admiſſa hæc petitio, quia non fuit contra eum exemptum, aliàs ſecùs. ſuprà, de reſcri. ſedes. (Et ratione) ſecundum petitionem iſtam videtur, quòd etiam ſit de conſuetudine hæc iura habere debent in prædicto monaſterio nihilominus abſoluendum erat monaſterium, quia non ratione archidia. ſed conſuetudine
2 debebantur, † & non debet quis condemnari, niſi actor probet ex ea cauſa ſibi deberi ex qua petijt: vt not. inf. de offi. ordi. conquerente. Sed reſpondeo ſub his verbis, ratione archidia. vel ad eius archidia. ſpectantibus, comprehenduntur non ſolùm iura quæ debentur ex iure vel priuilegio, ſed etiam quæ debentur ex conſuetudine. inf. de præſcri. auditis. (Petijt) confeſſoriam intentando. (Si tamen) per hoc videbatur, ſibi licet erraret per ſuam intentionem fundaſſe. inf. de reli. domi. cũ venerabilis. infr. de capel. mo. dilectus. 16. q. 7. omnes. nam licet monaſteria quo ad legem iuris ſubſint epiſcopo, quæ conſiſtit in inſtitutione perſonarum in coërtione criminoſorum, in collatione ſacramentorum. 17. q. 2. hoc iure cognouimus. 16. q. 1. monaſteria. non tamen archid. ſed ſicut ex hoc capitulo apparet, quod eſt not. dignum hoc non extenditur ad archid. quia niſi probauerit conſuetudinem archidia. non exercebit legem iuriſdictio-

nis in monasterijs, soli enim Episcopi hoc habent in monasterijs. (Videlicet) ecce iurisdictio. (Et eius) ecce correptio. (Solent) nam consuetudo iurisdictione valet. C. de man. l. 3. infrà, de excess. præla. ad hoc. (Salua) licet Episcopo teneantur obedire in multis contra regulam: tamen per sedem Apostolicam quam confirmatam, vt hîc. 16. q. 1. qui purè. aliàs not. & c. cùm pro vtili. secùs si apostolicam eam non approbasset.

3 † Conueniri) iniusta vt detur petitio, quia Episcopus potest etiam inuito subdito aliquando cognoscere de causis ad eius iurisdictionem spectantibus: vt not. infrà, de offi. ordi. cùm ab. Imò quidam dicunt, quòd potest ab eis aduocare iurisdictionem. argu. ff. de iudi. iudicium. hoc non credo. vt expressè videtur dicere. Authen. de defen. ciui. §. interim. in fin. col. 3. leg. iudicium. loquitur quando in ea iurisdictione, quam exercet minor iudex, superior iudex habet maius imperium, quia tantùm in defectum superioris iudicis deuoluitur iurisdictio ad inferiorem. C. de iud. leg. cum speciale. C. de fabri. l. si quis. quia tunc si inferior vellet cognoscere, superiori posset prohibere, vel potest intelligi prælegata. l. iudicium. quòd superior, qui habet maius imperium in ipsa iurisdictione, potest prohibere inferioribus, ne procedant si sunt sui officiales vel vicarij, & secundum hæc cùm archidiaconi & archipresbyteri dicantur vicarij Episcoporum, & Episcopi dicantur in eos sua onera partiri. suprà, eod. cap. 1. & infrà, de offi. archipresby. c. fin. eis poterit prohiberi per Episcopos,
☞ † Archiepiscopi autem & etiam præsides prouinciarum, vel legati, non poterunt prohibere inferioribus Episcopis, vel alijs quin habeant ita plenam iurisdictionem in suos subditos, sicut ipsi legati, licet ipsi legati maiori dignitate præeminent, quin suam iurisdictionem exerceant, illud benè fatemur, quòd possunt audire querimonias omnium, qui ad eos vadunt. infrà, de offi. leg. cap. 1.

4 † (Conueniri) ad hanc quæstionem, non respondet hoc idem, quia petitio fuit iniusta, cùm licitum sit inter partes conuenire, vt sub non suo iudice litigetur. ff. de iurisdict. iudi. si conueniret. imò etiam sufficit si non excipiat, & hoc ipso consentire videtur, & tenet quòd facit alius iudex. ff. de iudi. l. 1. & 2. in princ.

Quidam tamen respondent hîc non esse admittendam petitionem propter fraudem, fiebat enim, vt sic subtraheretur iurisdictio eius, scilicet, archidiaconi. arg. ff. de dol. cùm quis. ff. de aqua plu. arc. leg. 1. & l. denique. vel propter consuetudinem. Alij dicunt, quòd propter hoc nō respondent huic quæstioni, quia in hoc monasterium non peccabat. Alij tamen dicunt, quòd sub illo verbo, quod sequitur in responsione Papæ, scilicet, iurisdictione aliqua etc. omnia comprehendit, scilicet, visitationem, correctionem, & iurisdictionem, & etiam quod prius debeant sub archidiacono conueniri quàm sub Archiepiscopo, & ideò non respond. (Specialibus) quasi dicat causas quæ tangunt Archiepiscopum & homines eius, & familiam, non peto, vt coram me primò agat (canonicos) ff. de leg. 3. si corpus. §. 1. 4. quæstio. 3. si testes. & infrà, de testi. veniens. C. de repu. consensu. §. seruis. C. de quæstio. interrogasti. (constiterit) per probationes archidia. (Pacifica) ad hoc enim, vt currat præscriptio, necesse est, quòd fiat pacifica. infrà, de præscrip. sanctorum.

5 † Iurisdictionem) not. Archidiaconum, vel plebanum, vel alium minorem Episcoporum in monasterio non habere correctionem, vel visitationem, vel iurisdictionem, & ita per consequens nec procurationem quæ ratione visitationis debetur. infrà, de præscrip. ex officij. 18. quæstio. 2. dudum peruenit. infrà, de cap. mo. cap. 2.

Sed nunquid in prioratibus, qui sunt per villas habebit prædicta? Respondeo. si sint monasteria vbi sit conuentus mona. vel etiam ad hoc instituta per Episcopum, vt ibi sit conuentus: tunc nec archi. ibi habebit iura archi. sed si ad hoc non fuerint instituta, tunc archidiac. ibi, sua iura habebit, nec priuilegio monasteriorum gaudebit. 10. quæstio. 1. cap. 1.
☞ † nam & in capellis monachorum constat, quòd Archidiaconus habet ius, quia exempti ab hoc iure non inueniuntur. Item dicunt quidam, quòd si monasteria habent priuilegium quod archidia. habet ibi iura archi. quòd Episcopus etiam in exemptis abbatibus ,ppter subditos habet ius. inf. de priui. ex ore. in fi. Item dicunt, quòd tunc tenetur abbas procurationem ratione visitationis facere archi. quia & si monachus visitare non debet, populum ei tamen

ei tamen subiectum visitare debet. 10. q. 1. placuit Episcopo. tamen posset dici, quòd Archidiaconus, vel alij prælati præter Episcopos, nihil iurisdictionis habent in monasterijs, neque populos eorum, sed parochialia iura habebunt, puta decimas & huiusmodi infra totam suam parochiam. 16. q. 1. decimas quicunque. nisi ipsis monasterijs datus sit populus cum iuribus parochialibus, sed prius dictum magis placet. Quidam tamen dicunt, sed nō placet, quòd archidiaconus in monasterijs habet correctionem & visitationem, quod hîc non negatur, sed iurisdictionem non.

Nec ob. 16. q. 1. alia. quia illud intelligitur, quòd possit sacerdos vel inferior
☞ prælatus non cogere, sed facere per superiorem cogi monachos ad soluendas decimas. (In huiusmodi) id est, consimilibus, puta eiusdem ordinis. & infrà, eiusdem metas constitutis, & non magis priuilegiatis, sed secùs si sunt eiusdem conditionis. (In huiusmodi) suprà, de consue. cùm olim. (De præmissis.) scilicet, quòd archidiaconus pacificè consueuit exercere iurisdictionem in dicto monasterio, vel in alijs eiusdem ordinis & conditionis.

6 † Prædicto) not. quòd vbi consuetudo est contra ius vel onerosa, non est extendenda: vt infrà, de deci. cap. tua. cùm
☞ contingat. neque ad alia iura. infrà, de capel. mo. c. 2. infrà, de præscri. auditis. nec ad alias ecclesias vel personas. 12. di. omnia. 11. dist. catholica. Si verò sit laudabilis consuetudo, & quæ iuuetur ratione, & quæ sit super re concessibili, quale est in archidia. in monasterijs quod de facili debet archidia. concedere, vt in alios sua onera partiatur. infrà, tit. proxi. c. fin. & de qua vel contra quam nihil sit statutū, illa seruanda est, & extendenda ad alias ecclesias, non ad alia iura, vt hîc. & suprà, de elect. cùm ecclesia Vulterana. 11. dist. in his. 12. dist. consuetudo. 8. dist. quæ contra. infrà, de censi. sopite. & dicimus sufficere si maior pars ecclesiarum, vel personarum eiusdem conditionis seruet illam. ff. de iusti. & iur. l. pen. infrà, de censi. sopite.

Et hoc non solùm intelligimus de ecclesijs eiusdem dioce. sed etiam eiusdem prouinciæ, & intantum hoc est verum, quia si certum sit eas non seruare consuetudinem, tamen cogi debent eam seruare, quòd ex eo apparet, quia ecclesiæ de nouo ædificatæ ad illud tenentur. infrà, de censi. super eo. suprà, de consue. cùm olim. & talia sunt quòd habeant vnum modum in officijs. 12. dist. c. pe. & vlti. & quòd seruetur mensura communis. infrà, de censi. ex parte. & quòd certas dignitates habeat aliquis prælatus, suprà, de consue. cùm olim. & hoc verum, quòd alij coguntur seruare, nisi habeant contrariam consuetudinem & præscriptam. suprà, de consue. c. vlt. infrà, de præscrip. auditis. vel nisi pro illa aliam habeat, scilicet, quia alius hæc iura in hoc monasterio exercet, & tale est, puta quia vna ecclesia ieiunat die sabbati, alia mercurij. 12. dist. illa. hîc enim minor pars non cogit sequi maiorem. † Alij dicunt in his, quæ sunt iurisdictionis vel iurisdictioni annexa fieri prorogationem de personis ad personas, dummodò pars maior vtatur. ff. de iusti. & iure. l. pe. ff. ad muni. quòd maior. ff. de testi. ad testium. nisi esset consuetudo introducta contra rationem. ff. de legi. quòd non ratione.

7 † In alijs autem quæ consistunt in præstationibus & consimilibus non est extendenda consuetudo, vt hîc, arg. contra. ff. communia præd. venditor. §. si constat. Sed ibi non dicitur extensio, quæ est circa vnam rem tantùm. infrà, de censi. sopite. cùm suis concor. non ob. quia ea
☞ præter consuetudinem debita erant de iure † nunquam tamen est restringenda ita consuetudo, vel priuilegium, vt vna res diuersò iure censeatur. infrà, de deci. cùm in tua dio. 12. quæst. 2. cognouimus. Item similiter fit extensio in his, quæ pertinent ad alium de iure communi. infrà, de reli. do. c. 1. sed mirum videtur, quòd negligentia vnius obest diligenti, qui non permisit contra se consuetudinem induci, vel præscribi contra illud. nam res inter alios etc. vbi in. C. per totum ti. Respon. hoc quòd hîc dicitur, non obest vel modicum obesset monasterio sancti P. quia iura quæ hîc petebantur, vel Episcopus exercebit in dicto monasterio, vel archidia. vel alius loco Episcopi, & sic nihil monasterio præiudicat, vel modicum sed Episcopo dignum est vt præiudicet, quia tacitè consentire videtur, quòd archidiaco. iurisdictionem archidiaconalem habeat in monasterijs, cùm videt & non contradicit. arg. suprà, de consue. c. 2. ff. de legi. de quibus. nam expressè si vellet, posset concedere ipsi

Archidiacono, vt perpetuò illam iurisdictionem in monasterijs faceret, nam cùm ipse Episcopus iurisdictionem archidiaconi habeat permissam, vel melius, scilicet, quam archidi. petebat tanquam Archidiaconalem eam alij concedere posset salua solennitate debita, cùm eam conferre non prohibeatur, & cùm omnia monasteria quæ sunt eiusdem conditionis debeant eodem iure censeri, vel potius iurisdictio quæ est in monasterijs eiusdem conditionis. infrà, de deci. cùm in tua. 12. quæst. 2. cognouimus. satis per consequens videtur, quòd ex quo Episcopus concedit tacitè, quòd habeat prædictam iurisdictionem in alijs abbatijs, quod etiam habeat & in ista sancti P. ar. prædictorum. c.

Sed & hæc intelligo vera, si ipse Episcopus vel abbas, vel quis alius in hoc monasterio nullum de prædictis iuribus ibi exercuit, quia sic interrupta est præscriptio. vt no. aliàs. Item quia si exercuit, tunc videtur & præsumitur, quòd nolit Episcopus in hoc monasterio sancti P. prædictam iurisdictionem, scilicet, eorum quæ interdum exercuit concedere archi. & propter hanc rationem dicerem, quòd si episcopo nesciente prædictam iurisdictionem exerceret, quòd non induceretur consuetudo. arg. sup. de consue. c. 1.

† Sed oppones nónne & si sustinuit, quòd in vno monasterio tantùm exercet prædictam iurisdictionem, videtur tacitè consentire, quòd eam habeat etiam in alijs monasterijs? Respon. non, quia tunc ratione præscriptionis potest in illo monasterio prædictam iurisdictionem vendicare etiamsi Episcopus consentit tacitè, & etiamsi nesciuit non ratione consuetudinis præscriptæ, nec impositæ, nec in ipso, nec in alijs, sed quando in pluribus tacitè consentit, tunc etiam videtur consentire in alijs, vbi non exercuit, quæ tamen eodem iure censetur. arg. prædic. c. & hac ratione, quia non tantùm ratione præscriptionis, sed consuetudinis præscriptæ hoc innititur. Posset autem dici, quòd hæc consuetudo extenditur ad noua monasteria, scilicet, quòd archi. in eis habeat iurisdictionem. ar. inf. de censi. super e. sup. de consue. cùm olim. Si autem sola præscriptione niteretur, tunc ad noua monasteria non extenderetur.

3 † Quidam tamen nullam differentiã facientes inter cõsuetudinem præscriptã, & præscriptionem dicunt, quòd etiamsi in omnibus monasterijs exercuit prædictam, non tamen exercebit in nouis monasterijs, id est, de nouo ædificatis. argu. prædi. decre. infra, de deci. cùm contingat. Nec obst. quòd elicitur. 12. quæstio. 2. cognouimus. vbi dicitur, quod etiam noui reditus iure veteri censentur, quia non statuitur ibi, quòd Episcopus de nouis reditibus partem suam soluat clericis, quia de veteribus sic soluit, sed quia de communi iure solui debet. Item non est contra. infrà, de censi. super eo. & suprà, de consue. cùm olim. quia ibi loquitur de his iuribus, de quibus nihil est certum in iure statutum, vnde dignum est, quòd in eis seruetur consuetudo antiquarum ecclesiarum eius prouinciæ, vel etiam vicinæ. ar. 12. dist. diuturni omnia. & c. seq. quòd archi. prædicta in monasterio exerceat contra ius est, sed eadem quæ diximus de archi. intelligimus etiam de decano, vel quolibet, qui prædicta iura exercet, cùm neutro iure communi vtatur.

† Item prædictis rationibus dicimus, quod si in hoc monasterio sancti Pauli decanus ex priuilegio, vel cõsuetudine præscripta prædicta iura exercuerat, in alijs autem archi. licet in omnibus alijs exercuerit archi. consentiente Episcopo, tamen non exercebit in hoc monasterio sancti Pauli, etiamsi toto tempore quo archi. præscripsit prædicta iura in alijs monasterijs, decanus in monasterio sancti P. nõ exercuit, Et hoc satis ꝓbatur ex hac litera, vbi dicitur in huiusmodi abbatijs, cũ non sint similes, si ad diuersos ibi iurisdictio pertinebat. Item dicimus, quòd si ageretur de alijs iuribus, videlicet, quòd ab omnibus alijs monasterijs consueuit habere. 10. Sol. annuatim, vel certam partem oblationum: non tamen propter hoc habebit in monasterio sancti P. quia diligens fuit, & est consuetudo onerosa & præterius.

Sed obijcies si de iuribus tantùm archiepiscopi agebatur, quare absoluitur vel condemnatur monasteriũ, item quare nõ vocatur & agit contra archiepiscopũ? Respon. vt no. inf. de maio. & obe. inter.

9 † Item quæritur, vnde est hoc, quia si episcopus archi. in omnibus alijs hoc expresse concessisset, non tamen ꝓpter hoc haberet in monasterio sancti P. tamen ꝓpter consuetudinem hoc obtinet. Respon. quia quando concessit de aliquibus specialiter, de alijs prohibuisse videtur. 45. di. disci-

disciplina. inf. de deci. ad audientiam. ex parte. sed in consuetudine de omnibus tacitè consentire videtur. Sed nunquid debet sufficere si ipse abbas sancti Pauli hæc iura in ipso monasterio exercuit? Respon. si exercuisset tanquam alia persona, & vicarius episcopi, crederem sufficere, nec extenderetur tunc cõsuetudo ad hoc monasterium, sed si tanquam abbas fecit cũ hæc sit alia iurisdictio. s. archidiaconalis, alia abbatialis benè fiet extensio, de qua hîc dicitur, scilicet vt in monasterio sancti Pauli, exerceat iurisdictionem vt in alijs.

10 † Sed nunquid de iuribus ad iura fit extensio, & dicunt quidam, quod vbi quis vtitur iure communi, vtendo vno iure, alia omnia iura quæ eodem iure debentur, pura episcopali, vel archidiaconali, retinere videtur, nisi aliud contra eum præscriberent, imò plus dicimus fieri hanc extensionem de iuribus ad iura, nisi ea exercet aliquis episcopus vel archi. in loco, quem non constet esse de alterius iurisdictione, nam tunc hoc ipso, quòd aliqua iura ibi exercet videtur acquirere locum, vt sit eius iurisdictionis, & vt ibi omnia iura exerceat decætero. inf. de relig. domi. c. 1. & hoc maximè obtinent in his iuribus, vbi consuetudo præualet, sicut est in iuribus archidiaco. & consimilibus. (Quam) potest enim esse, quod in vno iure obtinebit, non in alio. infr. de capel. mona. c. 2. (Eisdem) id est, consimilibus.

TITVLVS XXIIII.

DE OFFICIO ARCHIPRESBYTERI.

CAPVT I.

1 *Archipresbyter subest Archidiacono, quo ad administrationem, non quo ad ordinem.*

VT ARCHIPRESBYTER. & inf. (Volumus subesse) vt est de consuetudine, & intellige quo ad administrationem, non quo ad ordinem subest archi. 2. q. 7. puta. C. de offi. iud. l. 1. in his quæ spectant ad officium archi. vel de iur. vel cõsuetudine. (Et quod) voluimus, quod archipresbyter etc. (Collectam) id est, missam. 69. dist. quoniam. (Iniunxerunt) 25. dist. perlectis.

CAPVT II.

1 *Archipresbyter absente episcopo ex necessitate vrgente, potest reconciliare infirmũ pœnitentem.*

MINISTERIVM ARCHIPRESBYT. (Cardinalium) id est, principalium. 7. quæstio. 1. pastoralis. (In communicatione) id est, in missarum celebratione, & per totam septimanam facienda, quæ incipit die Dominico. (Obtemperando) q. d. non eos puniat sua authoritate, sed episcopo referatur, si in aliquo malè viuunt, & cõtra eos mandatũ sui episcopi faciat. (Cedant) quando debent officijs interesse. (Prohibita) si qua ad ordinationem pertinẽt episcopalem. 18. dist. quamuis coepiscopi. (Consulto) & præsente, sed & si est absens & necessitas vrget etiam eo inconsulto potest absoluere. 26. q. 6. c. vlti. intelligitur hoc de solenniter pœnitente, sed in hoc casu etiam simplex sacerdos eum absoluere potest. ar. 17. q. 4. si quis sua. & etiam laicus, vt quidam dicunt. de conse. dist. 4. sanctum est baptisma.

CAPVT III.

OFFICIVM ARCHIPRESBYTERI. (Foris) id est, extra ciuitatem, & ita habes quod omnes foranei Sacramenta, & sepulturas in maiori ecclesia recipient, nisi fortè eligerent alibi sepeliri. Sed certè hoc tantùm videtur loqui de grauiter peccantibus. ar. 50. dist. in ca. 26. quæstio. 6. c. fi. (Cum omnibus) id est, omniũ sacerdotum, quia ibi archipresbytero confiteri debent. (Exinde) id est, postquam audiunt confessionem. (Illis) peregrinis & sacerdotibus. (Curam) vt omnia sacramenta recipiant peregrini plus cæteris indigent, quia ibi notos non habent, de sacerdotibus autem confunderetur ecclesia, si sine sacramentis decederent.

CAPVT IIII.

VT SINGVLAE. Hoc capitulum loquitur de archiepiscopo rurali, & superius de ciuitatens. (Titulos) id est ecclesia. 70. di. c. 2. (Suæ) archi. quod solus episcopus est ordinarius. 11. q. 1. de persona. 80. distin. non debere.

(Partiatur)inf.de præsum.mandata. (De cretum)id est, contra ordinationes Epiſcoporum, ſecundum eorum autem ſtatuta poſſunt minora negotia diffinire, cùm ſint ordinarij.vt not.inf.de offi.ordi. cùm ab.

TITVLVS XXV.

DE OFFICIO PRIMICERII.

VT PRIMICERIVS.(Rationem)ſi non benè monuerit, & docuerit, vel etiam punierit delinquentes, vel ſaltem epiſcopo nunciaret, habet enim ordinariam iuriſdictionem in his, quæ ſibi commiſſa ſunt.infr.de offi. ordi.cùm ab.

TITVLVS XXVI.

DE OFFICIO SACRISTAE.

VT SCIAT SE SACRISTA.

TITVLVS XXVII.

DE OFFICIO CVSTODIS.

CAPVT I.

CVSTOS ECCLESIAE. (Indomitus) ex quo enim incorrigibilis eſt, ſine accuſatione remoueri poteſt: quia notorium eſt eius crimen.17. diſt.non licuit .11. q. 1. ſi quis ſa.2.q.7. quapropter.81.di.Maximianus. 23.diſt.c.vlti. infrà,qui fi.ſint leg. per venerabilem.inf. de iureiur. quærelam. benè dicit indomitus, quia priuſquàm deponatur, & alius ſubſtituatur, debet ſuſpendi ab officio. ſuprà de æta. & quali. quæris. & idem eſt in ſimilibus, vt ſi non portet coronam.

CAPVT II.

CVSTOS SOLICITVS DEBET ESSE.

a Sed etiam ſi aliàs. Hoc dicit ſingulare Pe.de Anch. in conſi.208. col.2. incip. iudex de iure iudicaturus. in ver. de nullitate autem, & alleg.etiã ipſe Pet.in conſi. 211.incip. diſcurrendum eſt,col.1.poſt med. in conſi.233. incip. 1. inquirendum in prin. & Alex. de Imo.in conſi. 208. col. 2. ver. cũ ergò. in 2. vol. & Pe. de Ancha.in conſi. 73.incip.viſis omnibus. col. 2. ver. venio ad ſecundum. & in conſi. 116. incip. ſecundum ordinẽ in fin. & in nſi. 289.in .de viriu ſententiæ.ante medi.2. col. & in conſi.291. incip. ſuper pluribus.co. 2. ver. tales autem exceptiones.& in conſil. 297. incip. efficaeibus. col.3. in princ. & col. 4. poſt princip.& ibi quod Papa etiam repellit reum, qui ex allegatione iuris tertij videtur ſe dicere improbum poſſeſſorem, & ad hoc dictum Innocent.hic adde eundem.infrà, de diuor. in.e. porrò.& Card.in conſil.29. incipit, iudex de re iudicaturus. colum. 3. verſ.de nullitate. vbi dicit hoc notabile quòd conſilium eſt inter conſilia Pe. de Anch. conſil. 208. ſupra allegato in principio.

TITVLVS XXVIII.

DE OFFICIO VICARII.

CAPVT I.

1 Ineptitudo libelli facit rumpi libellum.

AD AVDIENTIAM NOSTRAM.(Adeptus)& ſic amiſit ius, quod habebat in vicaria. infr. de conceſ. præben.vel ecc.non vac. li-
1 teras.21.q.2.ſi quis iam. † (A petitione)no. quòd vbi apparet ineptitudo libelli,rumpetur libellus.ar. ff. ſi men.fal. mo.dixe.l. 1.& quòd notabilius eſt non ſolùm ſi in libello contineatur ineptitudo, ſed etiam
a ſi aliàs[a] ſit notum, nam hic non dicebat ſe habere perſonatus, ſed tantũ petebat vicariam,& tamen ſufficit, quod notorium eſt, quòd habebat alios perſonatus, quod non poteſt eſſe occultum. ſuprà, de tranſact.quòd tolerandus eſt libellus.

CAPVT II.

1 Vicaria quando habeat locum.

PROVIDEAS. (Attentus) Vicaria non habet locum, niſi vbi quis plures habeat eccleſias ex diſpenſatione, vel abſens ex diſpenſatione, vel in caſibus,in quibus licitum eſt habere plures eccleſias,cùm perſona continuam reſidentiam ibi facere teneatur. ſupr. de æta. & quali.eam te.ſup. de elec.cùm inter. infr. de præben. extirpandę.habent etiam locum vicarię illorum, qui non habent curam animarum. infrà, eodem.c. vlti.

CAPVT III.

AD HAEC. (Si perſona) Epiſcopi & patroni.63.diſt. princ.16.q.7.dedimus. C.de autho. præ.l.vlti. Si conſenſus eius non affuit poſt mortem perſonæ, non duret prouiſio: vt not. ſup.de fil. presby. propoſuit.

CAPVT IIII.

CLERICOS. (In presbyteratu.) Quas.C.de iudi.à iudice.§.vicarias.

CAPVT V.

1 Vicarius an habeat iuriſdictionẽ ordinariam.

TVA NOBIS. (Literas) Impetratę erant fortè ſuper commiſsione aliqua de iuſtitia

ſtitia vel beneficio huiuſmodi. (Iuriſdi-
1 ctio) vicarius autem iuriſdictionem ordinariam habet, quòd ſic probo. poteſt decretum alienationibus minorum dare, & emancipationibus,& omnia facta quæ ad iuriſdictionem pertinent facere. C. de off.eius qui vi.al.l.2. Sed prædicta cùm cauſæ cognitionem requirant, delegari non poſſunt. ff. de off.procon.nec quicquam.§.1.ergò apparet,quòd prædicta facit vicarius iuriſdictione ordinaria, non delegatus,de iuriſdictione autem delegati,non ordinaria vel vicaria loquitur. ff. de off. eius cui man. eſt iur. per totum. (Reuocatis)tanquam à non ſuo iudice factum.11.q.1.c. vlt. C.ſi à non comp.iu.per totum.

CAPVT VI.

EX PARTE TVA FVIT.

CAPVT VII.

Iudicis ordinarij officialis iuriſdictionem ſuam exercere non poteſt poſt excommunicationem eius,cuius officialis eſt.

ROMANA ECCLESIA. & infr. (Cũ Remen. archiepiſcopus rationabili)fortè criminoſus eſt vel alia conſimili. (Vices). ſ. officialitatis.
1 † (Ipſius)id eſt, officialis, qui officium ſuum conſueuit exercere, quæ tamen huic vicario commiſſa ſunt ab epiſcopo non vicario,qui cùm ſit excommunicatus cõmittere non poteſt. Sed & ſi ante excommunicationem commiſiſſet idem dicendum videtur,nam etiam iudicis ordinarij officialis non poteſt exercere iuriſdictionem ſuam poſt excommunicationẽ eius cuius officialis eſt, ſicut nec poſt mortẽ. arg.ff. de offi. vica. diem. Vel dic, quod hæc decre. loquitur, quando officialis non epiſcopus commiſerat vices, quo caſu, & ſi non valeat quod facit huiuſmodi vicarius, tamen non eſt excommu-
☞ nicatus, quia officialis. † (Officium) id eſt, officialitatem : nam & ſi ob hoc eſſet excommunicatus officialis, quia officialitatem exercet ille, qui in eodem officio ſibi deſeruit ſiue ſtando iuri coram eo, ſiue ſuſcipiendo commiſsionem cauſarum ab eo excommunicatus eſt. Sed ſi ſuſcipiat commiſsionem cauſarum, vel vicariam officialis, vel etiam eandem officialitatem ab epiſcopo non eſt excommunicatus. (Ipſi)vicarij officialium. (Aliter) id eſt, propter aliam cauſam, & non propter officialitatem quam exercet. (Eodem) de facto, quia de iure hic officialis etiam non excommunicati, alios vicarios facere non poſſunt. arg. ſupra, eod. clericos. Sed benè credo,quod cauſas aliquas aliquibus committere poſſunt.

TITVLVS XXIX.

DE OFFICIO ET POTESTATE IVDICIS delegati.

CAPVT I.

1 Conſenſus quotuplex ſit.
2 Excommunicationis ſententia fertur in impedientem,etiam ſi nõ ſit eius iuriſdictionis ſubiectus.
3 Delegatus an & quando poſsit punire delinquentem extraneum in loco iuriſdictionis delegantis: & num.4.& 5.
6 Suſpectus de offendendo,an teneatur præſtare cautionem iudici de non offendendo.
Iudex partibus tutum locum prouidere debet.

QVIA QVAESITVM. (Minis) idem eſt ſi violentia.Item idem ſi dolo quocunq; modo illato, cum & his modis iuriſdictio turbetur. ſi. C. ne lit.pen.l. 1. infr. de immu. ecc.non minus.11.q.3.quatuor.ar.contra. 2. q. 1.legum. 23. diſt. quorundam. C. de arbi.in Authen. decernimus.ff. de poſtu. quorundam.

1 † (Pœna) Quadruplex eſt conſenſus. Primus eſt conſenſus negligentiæ,vbi minus peccat conſentiens, quàm faciens, niſi fortè nimis craſſa eſſet ignorantia in prælato.1.q.1.quicquid.83.diſt.conſentire nihil.Secundus eſt conſenſus conſilij,vbi ſimiliter minus peccat conſentiens quã faciens,ſed magis quàm primus.86.di.tãta. Tertius eſt conſenſus cooperationis, vbi æqualiter punitur conſentiens & faciens,vt hîc.2.q.1.notum. Quartus eſt cõſenſus authoritatis ſiue defenſionis, vbi plus peccat conſentiens quàm faciens, & magis punitur.24.q.3. qui aliorum. 11.q. 3.qui conſentit. (Eccleſiaſtica) infr.eod. ſignificaſti.

2 † (Eccleſiaſtica) ſpeciale eſt in ſententia excõmunicationis,vt feratur in eos, qui impediunt iuriſdictionem eius,etiam ſi nõ ſit eius iuriſdictiõi ſubiectus,ſed alia pœna nõ imponit extraneis, ſed & multã

poteſt

poteſt partibus indicere. ff. ſi quis ius di. non obten. l. 1. ff. de mo. mul. per totum. C. de ſpor. l. 2. nam & ſi delinquant partes etiam in alijs quâm quę commiſſa ſunt iudici, dummodò impediatur iuriſdictio eius, puta impetrando literas, vel aliàs puniet eos etiam delegatus in expenſis, & etiam aliam eis pœnam imponit. infr. eo. paſtoralis. in fi. ſupr. de reſcri. cæterùm. Plus etiam placet nobis, quòd delegatus Papæ, & ſubdelegatus omnes turbantes etiam extraneos iuriſdictionem eius excommunicabit, & pœna pecuniaria mulctabit, ſi aliàs poteſt ſuam iuriſdictionem defendere. inf. eod. præterea. ex literis. & c. de cauſis. inf. de pœ. licet. nam cùm Papa dedit eis iuriſdictionem, dedit omnia ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. ff. de iuriſ. om. iu. l. 2. infrà, eod. ſanè quia. cùm autem omnes ſint de iuriſdictione Papæ omnes puniet delegatus, ſecùs autem dicerem in alio delegato alterius iudicis, quia non puniet alios, niſi eos qui ſunt de iuriſdictione delegantis epiſcopi, niſi fortè aliqui extranei in loco, vbi eſt iuriſdictio epiſcopi delegantis turbaret hunc iudicem delegatum ab eo, nam tunc ratione delicti ibi commiſſi, punire poſſet eos, ſicut ipſe delegans. 6. q. 3. placuit. C. vbi de cri. agi opor. Authêt. qua in

3 prouincia. † Sed quid ſi quis veniens coram iudice delegato, non in derogatione iuriſdictionis delegati, ſed quia eius inimicus eſt, illum verberauit, occidit, vel incarcerauit, vel aliàs læſit eum: nunquid iudex delegatus talem iudicabit? Reſpon. quidam quod non. ar. ex qui. cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. 1. & 2. & ff. de his quæ in frau. credi. prætor. §. 2. vbi innuitur, quòd non aliter punitur, niſi in dolum & iniuriam eius fecit. Alij autem dicunt illas ll. loqui vbi ſolùmmodò alicui conceſ-

4 ſum eſt dolum punire. † Sed hic cùm gerat generaliter vicẽ ſuperioris in omnes eius ſubditos turbãtes eum iudicabit. Sed tunc tantum, ſi dolo malo, vel contumaciter aliquid faciat, puta quia ſciebat eum venire ad vocationem, & delegatus punietur ex captione vel ſpoliatione in via facta. ar. 24. q. 3. ſi qs ro. patronarũ. illi qui. Si autem ignorans eum venire ad iudicem expoliabit ſine cauſa, hoc poteſt delegatus mandare, & cogere quòd hominem reſtituat & ſpolia reſtituat, nam aliter non benè defendit iuriſdictionem in pœnali iudicio, niſi prædicta reſtitui faciat. Idem eſt ad hoc. infr. eo. ſanè. 3. ſed de iniuria cùm non fuerit facta iniuria delegato nõ puniet. Alij dicũt quòd ſemper ꝓcedet contra tales etiamſi ignorabant, quòd ad iudicem venirent. arg. c. prædictorũ. & ar. ff. ſi quis ius di. non ob. l. 1. ſed etiam dicunt illa loqui non tantùm de partibus non obtemperantibus, ſed etiam in alijs: vt inf. de teſt. cùm cauſam.

5 † Item multùm facit ad prædicta, quòd cõſtat iudici ex prædictis fieri iniuriã cùm eis diminuatur dignitas iudicis: ergò tenetur iniuriarum. ff. de iniur. l. 1. §. & l. iniuriarum. §. quidam. &. l. item. §. ſi quis virgines. &. §. committere. iniuriam autem ſuam ab extraneis irrogatam benè poteſt vindicare. 2. q. 7. ſi quis ab epiſcopo. 23. q. 4. ſed illic virilis. infr. eod. ſanè. quia excommunicabit iniuriatorem nec abſoluitur, niſi primò ſatisfaciat de iniuria. infr. e. ex literis. & quod etiã iniuriatorẽ partium eodem modo poſsit punire, videtur conſimili ratione, de hoc not. inf. de pœ. dilectus.

Et ſunt hæc vera. ſ. quòd ſic puniat extraneos & alios præter litigatores quãdo notoria ſunt, quia ſi ſint occulta, cùm ſuper eos non habeat iuriſdictionem vel cognitionem reſpondere non tenentur coram eo. nec ipſe iudex poteſt eos ad hoc cogere, ſed coram iudicibus ordinarijs conuenientur: vt no. ſupr. eod. paſtoralis. in fi. Idem etiam dicimus de litigatoribus, quia de occultis iniurijs non cognoſceret, nec puniet eos, cùm ſuper his non ſit datus iudex, quidam tamen dicũt, & fortè non malè, quòd ſi occultæ ſint iniuriæ, ſummatim inquiret iudex vt mulctam infligat, non pœnam legalem vel ordinariam, quia nec certa actio, vel accuſatio intentabitur coram eo. arg. C. de teſti. nullum.

6 † Item credimus quod ſi alius præter litigatores ſuſpectus ſit, quod eos qui vocantur ad cauſam velit offendere, quòd iudex coget eum præſtare cautionem ſuper eorum ſecuritate. ar. infr. de reſti. ſpo. literas. in fi. Item ab hoc facit, quia iudex partibus locum tutum prouidere debet. Sed pone: quia non dolo malo prohibeat eum ſtare iuri, ſed quia credit eum contra ius vocari: puta quia non credit eum delegatum. In hoc caſu dicũt quidam quod non poteſt eſſe ſine dolo: ex quo non contendit reus vel actor de iuriſdictiõe quod idem eſt in vtroq; vel etiam ſi contenderetur, ſed lata eſt ſententia à qua non eſt appellatum, ar. inf. eo. ſi quãdo. vbi etiam no. vel

no. vel ſi non eſt ſententia lata eam expectare debet. ff. de iudi. ſi quis ex. Si autem poſt appellationem legitimam vellet aliquam partem ad aliquid iniuſtè cogere ſecùs dicendum eſt, vt not. infr. de appel. dilectus. (Coercere). ff. ſi quis ius dic. l. 1.

CAPVT II.

SANE. (Opponuntur) ad eoſdem iudices impetrare, & ſubeadem data, ſed in diuerſis formis, & ita non eſt contra. ſup. de reſcrip. cæterùm. (Innotuit) expone vt diximus ſup. de reſcrip. cùm contingat.

CAPVT III.

1 *Nunquid teneat ſententia lata à iudice, qui non ſequutus eſt conſilium requiſitum.*

2 *An in commiſsione cauſæ poſsit apponi hæc conditio, committo tibi cauſam quamdiu reuocauero. Item quid ſi dicatur: committo tibi cauſam vt ſententiam feras, niſi reuocauero. habes in num. 3.*

4 *An delegatus Papæ vtens hac clauſula procedas omnibus inſpectis dicatur tranſtuliſſe poteſtatem à ſe in alium.*

5 *Quibus caſibus poſsit delegatus reuocare iuriſdictionem.*

SI PRO DEBILITATE. (Committere) Vel partibus contradicentibus, cùm hinc appareat hanc poteſtatem ſibi conceſſam. infr. eo. quamuis. &. C. de iu. à iudice. & quia poteſtate ſua vtitur, nemini iniuriam facit. ſup. de elect. cùm eccleſia. ff. de iniur. iniuriarum. §. 1. malitioſè tamen ſe exonerare non poteſt. inf. eo. paſtoralis. §. 1. arg. contrà. infrà, eo. ſuper quæſtionum.

3 † (Conſulere) tanquam virum diſcretum, non tanquam iudicem, nos dicimus quando poſsit & tenetur ſibi requirere conſilium, & non requiſierit non tenet ſententia. ff. mã. diligenter. quamuis ſit requiſitum conſilium, non ſequatur, tenet ſententia. inf. de arbi. cùm olim. ſup. de ele. cùm in veteri. ff. de admi. tut. decreto. Alij tamen dicunt, quòd tenetur ſequi conſilium. arg. inf. de offi. leg. licet. 2. q. 1. nomen. 3. q. 6. multum. ff. de iudi. eum quem. §. 1. de hoc etiam no. inf. eod. ſuper. in gl. nunquid ſi iudex. & ſicut poſuit in literis commiſsionis de ſuo conſilio requirendo, ita potuit ponere, quòd requireretur conſilium alterius, quia quãdo committit poteſtatem habet cer-

tam legem, & conditionem ſuæ commiſsioni dare, ſicut primus delegans, cùm non prohibeatur. arg. inf. eo. c. 1. hanc autem conditionem apponere non poteſt, vt ſententiam ferat, ſecundum quod ipſe mandat. ff. de arbi. item ſi vnus. §. item Pompo. & habet locum hæc decr. vbi totam cauſam committit, nam ſi per partem tantùm commiſiſſet, tunc non requireretur conſiliũ primi delegati, ſed idem ipſe diffiniet. infr. c. ſuper quæſtionum. §. porrò.

2 † Sed nunquid hãc conditionem poteſt apponere, cõmitto tibi cauſam quandiu reuocauero? Reſpon. ſic, quia per hãc commiſsionem non intendit committere ſententiam, hæc enim clauſula, quãdiu reuocauero reſtringit commiſsionem ad alia præter ſententiam, nam ſi ſententiam commiſiſſet iuriſdictionem reuocare non poſſet. ar. inf. eo. ſuper quæſtionum.

3 † Sed quid ſi dixerit cõmitto tibi cauſam, vt ſententiam feras, niſi reuocauero? Reſpon. hic ſententiam ferre non poterit, & quando voluerit poterit reuocare, quia cùm clauſa ſit contra ſubſtantiam commiſsionis, non tenet commiſsio, quo ad ſententiam. infr. de condi. app. c. vlt. 32. q. 2. aliquando ſolet. ſed nec quo ad alia, dicunt quidam tenere commiſsionem, vel poteſt dici, quòd hæc conditio non eſt contra ſubſtantiam commiſsionis, ſed eſt tantùm contra ius, & ideò cõmiſsio tenetur, & ſententiã ferre poterit, & conditio eſt reijcienda. inf. de condi. ap. c. 1. & poteſt has conditiones in principio ponere, ſed quando facit commiſsionem, executionem autem poſt ſententiam ſibi retinere nõ poteſt, cùm extunc tantùm primus delegatus appellare poſsit, & alia exercere. inf. eo. ſuper quæſtionum.

4 † Omnibus inſpectis nobis videtur, q, ille delegatus Papæ, qui dixit hæc verba non tranſtulit omnem iuriſdictionem à ſe in alium, quia ſub conditione commiſiſſe videtur, vnde ante conditionem extãtem non cedit eius dies. ff. de ver. ſig. cedere diem. vnde videtur nobis, quia ſi appelletur ab huiuſmodi ſubdelegato, non Papa, ☞ ſed delegatus Papę eſt appellandus. † Item à ſubdelegato poteſt ſi vult reuocare iuriſdictionem, & quòd non tenet ſententia ſubdelegati, niſi requirat conſilium delegati, & tunc requiſito conſilio ſi placuerit delegato, quod ſubdelegatus ferat ſententiam feret, & ſi prohibuerit non feret.

† Et

5 †Etidem videtur, si delegatus committat vices suas, quamdiu reuocauerit, vel si non reuocauerit, vel ferat sententiam, si placuerit partibus, & si non placuerit, quòd causam remittat ad delegatum. Nam in omnibus dictis casibus, videtur quod delegatus antequam feratur sentẽtia per subdelegatum, quòd possit reuocare iurisdictionem, & quod ad eum potest appellari. & ar. huius decre. & propter rationẽ supradictam, quia non transtulit totam iurisdictionem in alium. inf. eod. super quæstionum. §. porrò. & tamen si subdelegatus ferat sententiam in casibus, in quibus potest tenebit sententia, & non appellatur delegatus, sed Papa, quia res venit ad eum casum quod totâ iurisdictionem videtur in se transtulisse. Alij tamen contradicunt. (Graues) puta, inquisitio vel prouisio alicuius ecclesiæ de episcopo, vel alio ministro, & hoc tunc tantummodò, cùm ei dictum est, quòd personaliter intersit. inf. eo. c. vlt. §. 1. aliàs autem & si hoc dictum non sit, potest alij committere de consensu partium. inf. eo. quoniam. §. 1. vel aliter, vt ibi not.

CAPVT IIII.

1 *Iurisdictio prorogari potest de tempore ad tempus, & an fiat prorogatio de casu in casum habes in nu. 2. Item nunquid possit diminui. vide in nume. 5.*

Prorogatio de personis ad personas an fieri possit.

Clerici an possint prorogare iurisdictionem iudicis laici etiam consentiente Episcopo, & quid iuris sit in iudice ecclesiastico non ordinario.

3 *An prorogatio locum habeat in causis criminalibus & spiritualibus.*

4 *In foro pœnitentiali nullus habet potestatem prorogandi, potestatem absoluendi, nisi de consensu proprij prælati.*

Iurisdictio causarum criminalium & spiritualium an possit prorogari.

6 *Solennitates iuris de partiũ consensu remitti possunt.*

7 *Si duæ in eodem delicto inueniantur pœnæ, minor eligi debet, si verò nulla certa pœna inuenitur, infligi debet, quæ magis timetur.*

Nulla certa pœna inuenitur in citatis & contumacibus, sed tantùm in condemnatis & contumacibus.

DE CAVSIS. (Certũ quid) si. inf. 14. dicit. causa decidenda mandatur, nunquid 20. dierum gaudebit inducijs. ar. quod sic. 3. q. 3. §. spatium. in Authent. de exhi. & intro. §. illud. infr. de resti. spol. ex conquestione. ff. de re iudi. l. 3. §. vehemẽs. arg. C. de in integ. resti. petendum. Sed contra videtur, quod hîc dicitur, quòd expirat iurisdictio, nisi progetur. Sol. credimus dilationes in quæstione præsenti non sublatas, sed arctandas. arg. nam licet aliàs causæ criminales intra bienniũ sint terminandæ, quandoq; tamẽ 50. dies statuuntur. C. vt omnes cau. tam ciui. quod cri. l. 1. & tunc similiter minui oportet dilationes.

1 †Consensus) prorogatur iurisdictio de tempore ad tempus, vt hîc. inf. eo. consul. ff. de iudi. l. 2. §. si iudex. & eodem modo potest etiam diminui, vt si alicui mandetur, quod intra sex menses mittat causam instructam de consensu partium, hoc tempus potest diminui de re ad rem. ff. de iudi. de qua re. §. 1. ita tamen, quòd non proroget ad causas, quæ propter sui excellentiam eis delegari non possunt. C. vbi cau. fis. l. 1. C. de pœn. iudi. placet. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. l. 1. & in his prorogatur iurisdictio tam ordinarij, quàm delegati, fit etiam prorogatio de personis ad personas, videlicet, quando aliqui qui non sunt de iurisdictione alicuius, eligant eum in suum iudicem, siue præsit tribunali, siue non, id est, siue habeat merum imperium, siue non. C. de iurisd. om. iudi. l. ff. de iur. om. iud. si conuenerit. de personis ad personas non potest prorogari delegati iurisdi. inf. eo. P. & G. maximè cum delegati iurisdictio non debeat fines excedere mandati. inf. eo. cùm olim. †Clerici etiam non possunt prorogare iurisdictionẽ iudicis laici etiam consentiente episcopo, sed nec iudicis ecclesiastici non sui ordinarij sine licentia sui episcopi. inf. de fo. compe. si diligenti. & c. significasti. Fiet & alia prorogatio de iure, vbi non requiritur consensus partium. inf. eo. quoniam abbas. &. inf. de ali. iud. mu. causa fac. c. 1. de iudi. quia V. procurator etiam sine speciali mandato prorogare non potest. inf. eo. cùm olim. abbas nisi esset procurator habens liberam administrationem. ff. de procu. procurator cui. ff. de pac. rescriptum. §. vlti. & l. seq. quia tunc satis concederem, quod de tempore ad tempus, & de re ad rem prorogaretur.

2 †Quidam etiam dicunt fieri prorogationẽ de casu in casum. ar. inf. de app. cordi. Sed certè si benè attendas, ibi potius est omissio legitimę exceptiõis, quàm prorogatio iurisdictionis; vt not. inf. eod. prudentiam. in glo. quæ incipit, superuenientis. Idem nobis videtur verum, tamen si benè attendas potius dicitur omissio legitimæ exceptionis quàm prorogatio iurisdictionis, scilicet, amittere causam appellationis, & procedere in principali.

3 †Item dicunt quidam prorogationem locum habere in causis criminalibus & spiritualibus, & quo ad pœnam sanguinis, & quo ad pœnam depositionis & excommunicationis, dummodò iudices tales sint, qui merum imperium habeant, & etiam habent potestatem talia iudicandi & puniendi, licet non hos qui prorogant. ar. pro eis, quia per reconuentionem licet prorogare, & per consensum: vt not. infr. de mu. peti. c. 1.

☞ †Alij tamen dicũt in prædictis omnibus contrarium, & maximè in sententia excommunicationis, & in alijs pœnis spiritualibus, quarum potestas & iurisdictio ad nullum peruenit, nisi à solo Deo, vel eius vicario, alia autem potestas & iurisdictio peruenit ad principes à populo. insti. de iu. na. §. sed & quod.

4 †Illud etiam certum est, quòd in foro pœnitentiali nullus habet potestatem prorogandi potestatem absoluendi, nisi de consensu proprij prælati. infr. de pœ. & re. omnis. Item non est simile de reconuentione, vbi à lege iurisdictio prorogatur ad prorogationem, quę fit solo consensu. Alij dicunt & fortè melius, quòd iurisdictio tam criminalium causarum quàm spiritualium potest prorogari per solum consensum partium, dummodò iudices sint tales, quod de his possunt cognoscere, sed potestas excommunicandi vel absoluendi non potest per partes prorogari, cùm super eam nulla habeant potestatem. Sed benè possunt partes dare alicui iurisdictionem cognoscendi, & diffiniendi, an excommunicatio sit iusta vel iniusta, & ideò puniendus sit excommunicator. Item non est simile, quia de prædictis non potest iri ad arbitros, ergò nec prorogari iurisdictio, quia hoc est propter vtilitatem arbitrorum, quod non est in iudicibus prorogatis.

5 †Item videtur, quòd sicut iurisdictio ☞ potest prorogari de tempore ad tempus, ita potest & diminui, vt si mandetur, quòd intra sex menses mittat causam instructam, de consensu partium potest intra minus tempus remittere. Quidam tamen communem sensum dicunt necessarium in prorogatione hac vbi literæ impetrantur de communi consensu, vel etiã sine communi, sed est communis negligentia, quòd non proceditur intra terminum præfixum, vel etiam communis stultitia, quia nimis breuem terminum præfixere, aliàs enim si per malitiam partis contra quam impetratæ sunt literæ protelaretur causa vltra terminum non finiretur terminus. arg. C. de resti. in integ. peten.

Nos contradicimus. s. quod si per malitiam alterius partium prorogetur causa, tamen terminus non prorogabitur, nisi de consensu partium, legi autem petende respondemus, quòd illa habet locum, vbi terminus præfigitur parti, vt probet aliquid intra certum tempus, quia tunc esset graue, quod pars, quæ non fuit in mora puniretur: hîc autem loquitur, quando terminus præfigitur iudici, vbi nullum paratur præiudicium partibus, si ab eo ad superiorem deuoluitur iurisdictio. ar. C. vt intra cer. tem. cri. quæst. ter. per totum, & de hoc not. infr. de sen. excom. solet.

6 †Consensu) ar. iuris solennitates remitti de consensu partiũ. inf. de resti. spo. licet. inf. eo. consulta. ff. de fer. l. 1. & intelligo hoc de solennitatibus in fauorẽ partium introductis, secùs verò in his quæ pro publica vtilitate introductæ sunt. 3. q. 5. accusatores. 23. dist. quorundam. C. de lib. cau. nec si volens. C. de arbi. in Authẽ. decernimus. C. de lib. cau. l. vlti. §. sancimus. (Iudicio) id est. sententiæ.

2 †(Pœna) sicut est in vsurarijs. inf. de vsu. quia in omnibus. & hoc intelligas à principio, si enim perseueret in contumacia crescere potest pœnam. infr. vt lit. non contest. quoniam frequenter. inf. de iureiu. debitores. ad nostram. infrà, de vsur. præterea. quòd si duæ inueniantur pœnæ in eodem delicto, minorem eliget. de pœ. dist. 1. pœnæ. 50. dist. si quis spõte. si qua fe. vel ex hoc videtur arbitraria, vbi verò non imponitur certa pœna, infligi debet quæ magis timetur. infrà, vt lit. non conte. quoniam frequenter. †In citatis autem & contumacibus nulla certa pœna inuenitur, sed tantùm in condemnatis & contumacibus. (Punire) hîc habes quod iudex delegatus potest mulctare. fi. C. de spor. l. 2.

CAPVT V.

1 *Prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod venit ad id.*
2 *Quid iuris eſt in vno connexorũ, idem in altero.*

PRAETEREA SVPER HOC. (Ordinario) infrà, de ſponſ. ex literis. (non habeant) delegante. (Plenaria) nam conceſſo principali conceditur acceſſorium. 8. diſt. quo iure. 16. q. 1. ſi monachus. ff. de iur. om. iudi. l. 2. ff. de re iudi. quidam. C. vbi & apud quos. l. vlti. contra. 21. q. 3. conſtituit. ff. de po. l. 1. §. qui depoſitus. ff. de vſur. idem ſi fundus. 2. q. 7. quiſquis. (Plenariam) 1 †Itẽ prohibito aliquo, prohibetur omne id, per quod venit ad id. ff. de ſponſ. omninò arg. contra. ff. de lib. & poſthu. ſi 2 ita. §. penult. † Item quod iuris eſt in vno connexorum, idem in altero, ſuprà de conſti. translato. 1. q. 3. ſi quis obie. 8. diſt. quo iure. ff. de appel. ſi quis contra. infrà, de eo qui dux. in ma. quam pol. per adul. propoſitum. C. de fide inſt. l. 2. de ſpon. de illis.

CAPVT VI.

QVAMVIS SI VNVS: ET INFRA.

CAPVT VII.

1 *Delegati executio ad ordinariũ ſpectat, quid autem ſi nolit mandare executioni ordinarius, nunquid delegatus poteſt eum cogere. in nu. 2.*
3 *Principis non autem delegati intereſt indicere bellum.*
Delegatus an poſſit in corporalem poſſeſſionem mittere.
4 *Delegatus Papæ non poteſt in rebus non ſuæ iuriſdictionis corporalem poſſeſſionem dare.*
Iudex eccleſiæ ſiue ordinarius ſiue delegatus an poſſit in cauſa ſuæ iuriſdictionis in poſſeſſione laicali ſententiam exequi.

1 SIGNIFICASTI NOBIS. (Ordinarius) †hîc videtur quod executio delegati primo pertinet ad ordinarium. 2. q. 6. quiſquis. ff. de re iudi. à diuo. nos credimus delegatum poſſe per ſe, vel per alium, ſicut mauult executioni mandare. infrà, eo. quærenti. & c. paſtoralis. §. quia verò. ordinarius etiam ſi ſciat iniuſtam ſententiam, neceſſe habet executioni mandare. infrà, 2 c. paſtoralis. §. quia verò. † Non vult.

Sed quid ſi nolit mandare executioni ordinarius, nunquid delegatus poteſt eũ ad hoc cogere, argu. quod non, vt hîc. Item quia ſuper eam nullam habet iuriſdictionem, cum de ipſo in literis nulla mentio habeatur. Arg. contra: quia poteſt alios cogere, vt delegationem eius ſuſcipiant. infrà, eod. paſtoralis. & c. vlti. & poteſt excommunicare illos, qui impediunt executionem eius. infrà, eod. ex literis. & omnes turbatores iuriſdictionis ſuæ, ſuprà, eod. c. 1. Imò quod plus eſt poteſt cogere ſeculares poteſtates, vt exequantur. 23. q. 5. adminiſtratores. & c. principes. infrà, de offi. or. c. 1. & hoc videtur veriùs, quia delegatus delegantis vicem obtinet in cauſa ſibi commiſſa, & in omnibus pertinentibus ad cauſam, inter quæ eſt executio. 93. diſt. c. vlti. arg. ſup. de reſcri. ſuper literis. cùm contingat. & expreſſè habes infrà, eod. paſtoralis. §. quia verò.

3 † Executioni) non autem indicere poteſt bellum contra eum, hoc enim eſt principis. 23. quæſtio. 3. c. 1. & 2. cùm tunc ſibi liceat exequi ſententiam: vt infr. eo. in literis. poterit dare corporalem poſſeſſionem, non ſolùm cauſa cuſtodiæ, ſed etiam veram. arg. infrà, de re iudi. cum aliquibus. C. de iud. properandum. ff. ad munici. ea.

Sed eſt hoc verum ſine armis & ſine contentione defenſionis dare poteſt, nam ſi ipſe per ſe, vel à ſe vocatos milites ipſam rem non poterit aduocare, ſed ordinario iudici mandabit, vt manu mulctari faciat. 23. q. 5. adminiſtratores. ff. de rei ven. qui re. ff. de re iud. admo. §. 1. ff. de iur. om. iu. iubere. Item ſecùs in delegatis ab alijs, qui in poſſeſſionem corporalem mittere non poſſunt, ſed decernere tantùm & ordinarius mittet. ff. de dam. infec. l. 3. §. 1.

4 † Item non credimus, quòd delegatus Papæ in rebus, quæ non ſunt eius iuriſdictionis, puta in poſſeſſionibus laicalibus poſsit dare poſſeſſionem corporalem, puta ſi cognoſcat de dote: vt infrà, de do. inter vi. & vxo. de prudentia. vbi no. vel de alijs conſimilibus, ſed laico iudici dari mandabit. ff. de re iudi. admo. §. 1. 95. diſt. cùm ad veſtrum. 11. q. 1. de perſona. in fi. ſecùs autem in poſſeſſionibus eccleſiarum, quia nulli dabit corporalem poſſeſſionem, vt eſt dictum. Alij tamen dicunt ex quo cauſa eſt de iuriſdictione eccleſiæ,

eccleſiæ, licet poſſeſſiones ſint laicales, tamen iudex eccleſiæ ſiue extraordinarius ſiue delegatus, etiam in poſſeſſione laicali ſententiam exequetur. Innoc.

CAPVT VIII.

1 *Iudex delegatus an poſſit tranſactionem partium executioni mandare.*
2 *Iudex ordinarius an & quando mandato indicis delegati reſiſtere poſſit.*

SI QVANDO. (Minor eccleſia) vt plebanos, præpoſitos, & huiuſmodi. (Traxerit) quia per literas Papæ, aliàs canonicæ dicant ſe ibi canonicos vel canonicandos. (Tranſactione) id eſt, amicabili compoſitione. ☞ infr. de tranſact. ſtatuimus s. infr. de præben. niſi eſſent.

Non intelligas per hoc, quod dicit hîc de tranſactione, quòd iudex delegatus ad iuſtitiam faciendam, debeat tranſactionem executioni mandare, hoc enim dicere, eſſet abſurdum, cùm non ſit ei cõmiſſum, ſed hoc ideò dicit, quia cum hic iudex delegatus eſſet ſuper beneficio, & perſonis, de quibus agit hic, & dicat prædicta facta eſſe authoritate delegati, inferiores iudices ei reſiſtere non debent, niſi appellando. Si autem non contendent ſe authoritate delegati facere, tunc credo, quod eis reſiſtere poſſet ſine appellatione.

☞ † Item credimus ſi in dicto ſuo exprimeret errorem, ſcilicet, quòd diceret ad me pertinet executioni mandare tranſactionem partium, licet ſola inſtitutio ſit mihi commiſſa. arg. infr. de ſent. excom. per tuas.

Non ob. infr. de præben. niſi eſſet, quia iudex ibi nihilominus mandauit executioni, ſed Papa confirmauit ibi, quod factum fuit ratione delegationis, & quod factum fuit ratione compromiſſi, iudicibus enim malè procedentibus. ſ. ad ea quæ non ſunt ſibi commiſſa reſiſtere poſſumus, & contra eos competit interdictum vnde vi. arg. ff. de iur. fiſ. prohiberi. Sed ſi aliter circa ea quæ ſibi cõmiſſa ſunt malè agant, licet hoc certum ſit, tamen eis reſiſtendum non eſt, niſi per appellationem, vt hîc. (Canonicam) quæ ſola præſtet cauſam poſsidendi & iuſtum ti ☞ tulum. infr. de inſti. ex frequentibus. C. de manci. l. 3. arg. infrà. de iure pa. cura paſtoralis. (Reſiſtere) ſed appellare debet. infrà eodem, ſuper eo. ff. de appel. à ſententia. & ex quo per appellationem delegati fuit iuriſdictio reuocata, non debet mandare ſententiam executioni, ſed ſuperſedere. infrà eodem, paſtoralis. §. præterea. vbi not. & ſic ex tunc poteſt reſiſtere violenter, cùm non ſit eius iudex. arg. infrà, de appel. bonæ. & c. dilectus.

Hoc autem ſic intelligo verum. ſcz. quòd non poſsit reſiſtere ſi poſsidebat rem, vel ius illud in cuius poſſeſſionem mittitur is, de quo agit, vel in quo fit executio ſententiæ. Sed ſi non poſsidet, licet eum aliter res tangat non reſiſteret violenter, & ſic loquitur decr. præſens.

†Sed obijcies, nónne hic ordinarius quaſi poſsidebat ius inſtituendi, ergò reſiſtere poteſt? Reſpon. ſi peteretur ius inſtituendi locum haberet quod dicitur, ſcilicet, quod de iure reſiſtere poſſet: & ſi non appellaſſet, cùm ſecum actum non eſſet arg. prædictarum decre. ff. de re iudi. admo. niſi ſibi aliud imputare poſſet, ſed hic non negabatur ius inſtituendi ad epiſcopum pertinere, nec ſibi eius poſſeſſio auferetur, licet clericus mittatur in poſſeſsionem canonicatus, & præbendæ: capitulum autem ſi appellaret prædictam reſiſtentiam facere poſſet, quia eius iuri detrahitur.

CAPVT IX.

1 *Iudicis ordinarij & delegati differentia circa ſententiam latam, quæ eſt ipſo iure nulla.*
Verba cum effectu recipienda ſunt.
2 *Si mandatur cuipiam vt prouideat alicui quod in vna eccleſia recipiatur, poteſt antequam ibi recipiatur, mandare quòd in alia recipiatur.*
Iudex delegatus an poſſit ſententiam quam tulit reuocare.
3 *Delegatio ſecunda præfertur priori.*

IN LITERIS. (Præcepit) ſupple etiam mandata eſt, verba enim cum effectu recipienda ſunt. infra, de cle. non reſi. relatum. de pœ. diſtin. 1. hæc autem expreſſè. ſuprà eodem, ſignificaſti. & hoc poteſt vſq; ad annum à die latæ ſententiæ. infrà eodem, ☞ quærenti. † In iudi. ordi. & delegat. obtinet quod ſi tulit ſententiam, quæ teneat, quòd eam vlterius reuocare non poteſt, &

hoc satis patet, quod non appellatum transit ad rem iudicatam, & si est appellatum ad iudicem appellationis pertinet confirmare, vel infirmare primam sententiam, & non ad iudicem, à quo appellatum est. Item si appellans renunciat appellationi, hoc ipso firma manet sententia, nec iudex post renunciationem appellationis potest mutare sententiam infr. de senten. & re iudi. quòd ad consultationem. ff. de re iudi. q. iusit. †Si autem sententia lata nulla sit ipso iure, tunc distinguendum est inter iudicem ordinarium, & delegatum. Nam iudex ordinarius iterum cognoscit, non obstante sententia quæ nulla est. Item causam incipiet à capite. C. quomodo & quando iu.

2 l. si præses. †Si autem sit delegatus, non incipiet causam à capite, quia functus est officio suo, & non remanet iudex. C. quomodo & quando. si vt proponis, quia iam desijt esse iudex. ff. de arbit. qualem. in fin. secùs autem est in factis, & in omnibus alijs præterquam in sententijs. Nam illis, scilicet, in actis & in alijs, præter sententias, siue sit ordinarius, siue delegatus si non tenet, quòd fecerit, vel si tenet, & non est benè factum, vel aliàs effectum non habet de iure, tunc illud potest rectè facere, & de ordinario quidem constat, suprà, de elect. cùm terra. de delegato autem constat, suprà eodem, significasti. & videtur hæc distinctio probari. ff. de arbit. qualem. §. fin. infrà, de præben. relatum.

3 †Ex prædictis colligitur, quod si alicui mandatum est, quòd faciat alicui prouideri, & scripsit in vna ecclesia prouisione, quod antequam ibi recipiatur, potest mandare, quod in alia recipiatur.

Nec obst. suprà de rescri. in nostra. quia loquitur quando plures literæ super vnius prouisione impetrantur in fraudem. Si autem per primas literas sit receptus, tunc vlterius non habet prouisor quid faciat, quia plenè executus est mandatum apostolicum, & ideò non tenet secunda prouisio. argu. hîc infrà eodem, venerabili. Item videtur si mandatum est alicui, quòd prouideat alicui, nam si prouidit ita quod prouisio teneat de iure: licet de facto non habeat possessionem vlterius, tenet secunda prouisio, quia contrarium dicitur sequitur absurdum, scilicet, quod per vnum mandatum consequatur, non solùm duas, sed multas prouisiones & omnes valebunt. Aliqui tamen contradicunt. †Idem etiam in compromissarijs, quia si prouideat ignoranter de aliquo, cui prouideri non potest propter defectum natalium, vel propter alium defectum, vel si electus nolit suæ electioni consentire: iterum alium eligent, nisi reuocetur potestas ei data, quòd facere possunt, vt not. suprà de elect. in causis. †In delegatis etiam idem dicimus, quia si totam causam committat: tunc si subdelegatum non recipiant, vel etiam si recipiant ante tamen, quàm incipiat vti iurisdictione potest reuocare iurisdictionem alij delegatam, & alij committere: vt not. infrà eodem, venerabili. in fin.

CAPVT X.

CONSVLTATIONIBVS. Spoliatũ) oportet enim eũ probare, & possessionem & deiectionem. infrà de restit. spoli. olim causam. ff. quod me. cau. si cum exceptione. (Contumaciam) si autem esset contumax, fieret missio in possessionem, vel si esset lis contestata, procederetur ad sententiam. C. de iud. properandum. inf. vt lit. non contest. quoniam frequenter. & not. de hoc. infrà, de eo qui mit. in possessio. si aduersus.

CAPVT XI.

1 *Nunquid iudex vindicare possit impedientes executionem sententiæ.*
2 *An contra prohibentẽ competat actio ad hoc, vt remittat prohibitionem.*
Debitor an possit agere ad remissionem prohibitionis.

SANE. (Rebellis) qualiter iudex potest iudicare turbantes iurisdictionem suam. not. suprà eodem. c. 1. †Sed hîc quæro, an possit vindicare impedientes executionem sententiæ? Respon. sic, si minis vel dolo impediãt eũ. Si verò de iure se opponant executioni, tunc ordine iudiciario seruato, iudex cõtra impedientes potest procedere, scilicet, summaria cognitione. ff. de re iudi. à diuo. §. si super. Sed si præter executionem extra iudicium quis prohibeat aliquem soluere alij, quia dicat sibi nomen

men legatum. argu. eius quod est. C. de leg. l. 3. non potest ab hac prohibitione prohiberi, quia iure suo vtitur. suprà, de elect. cum ecclesia. argu. C. de rei ven. l.

2 si fundum. C. debi. vẽd. pig. l. 1. †Sed nunquid competit actio contra prohibentem, vt remittat prohibitionem? argu. quod sic. ff. de no. ope. nunc. l. 1. in princ. & l. de pupillo. §. si is. Quidam tamen dicunt, quod contra eum potest debitor agere, vt remittatur per iudicem, id est, vt ei detur potestas soluendi cui vult. ff. de no. oper. nu. de pupillo. §. qui rẽ is. & §. si is. & l. prætor. §. 2. vsq; in fin. ar. ff. de inge. ma. diffamari. videtur tamen aliud, scilicet, quia debitor non posit agere ad remissionem prohibitionis, cùm habeat alia remedia, scilicet, quod potest cautionem petere ab eo, cui soluit, quod seruabit eum indemnem contra alium. C. de pet. hære. l. vlti. §. si autem. ff. de rei ven. is à quo. & l. seq. sed in noui oper. nun. secùs, quia non potest procedere ad ædificandum, quin demoliatur, nisi facta remissione per iudicem: vt ff. de no. oper. nunc. l. 1. in princ. & per hanc tamen remissionem non fit ei præiudicium, quin etiam iterum posit petere demoliri opus alia ratione, non tamen propter hoc, quod ædificatum sit post nunciationem. Alius autem creditor contra creditorem prohibentem debitori, agere non potest: cùm ex mera prohibitione nullum sibi præiudicium fiat, quia eo prohibente petere potest. arg. ff. de re. iudi. sæpè. Nec est prohibitio modus auferendi actionem vel impediendi. C. de rei ven. si fundus. (Vices) 93. distinct. c. vltim. ff. de offi. eius cui man. l. 1. (Episcopus) cuius causa delegato est commissa, vel non est causa huius episcopi delegato commissa, sed aliter impediunt executionem delegati.

CAPVT XII.

EX PARTE N. (Vacare) talis concessio beneficij facta à Papa valet. infrà de cõcess. præbend. proposuit. ab alio non. inf. de concess. præben. nulla. (Archi.) vel quem tenebat aununculus R. (Omninò) id est, purè & sine omni conditione, aliàs esset simonia. 8. q. 3. talia. infrà, de testi. veniens. (Posterioribus) quæ exceptiones eliduntur, quia in eis tacita fuit ea veritas, quæ si expressa fuisset, literas non habuisset, scilicet, de prioribus literis. suprà, de rescrip. super literis. & ita non procedit oppositio q. generale derogat. de quo not. sup. de rescript. c. 1.

CAPVT XIII.

EX PARTE TVA. & infrà. (Procedere) suprà de rescri. causam. Sed contra arg. eod. tit. cum dilectus. (Nullæ) & specialiter enumeratæ. ff. si quis caut. sed & si. §. quæsitum. aliàs generale verbum non sufficeret. infrà, de resti. spol. audita. (Antecessor) 2. q. 8. lator. 21. q. 2. placuit. 27. q. 1. si homo. Sed expone eos non sic expressisse vt in factis sibi notis qualia erant quæ dicuntur in contrarijs.

CAPVT XIIII.

a Cautionẽ ad hæc dicta vide de Fel. in c. cùm M. Ferrariensis. col. 17. ante medium. suprà, de consti.

1 *Iurisdictio penes loca & dignitates est, & non penes personas.*
2 *Delegationes an transeunt ad successores.*

OVONIAM. (Præfixum) Cum altero socio qui adhuc viuebat. Nos dicimus & si sine altero terminum præfixisset, imò plus & si neuter citasset & ambo essent mortui: tamen succes-

1 sores procederẽt in causa, † cùm sit iurisdictio penes loca & dignitates, & non penes personas. Et ex hoc apparet, quod si taliter delegatus ad aliquam transeat

2 dignitatem, tales †delegationes dimitteret suo successori, imò quod plus est etiam si incœpisset procedere. C. de iudi. properandum. §. si autem. in medio. infrà, eod. pastoralis. §. vlti. Authent. vt nul. iudi. §. & hæc vera. ff. de iudi. mortuo, quamuis illa in ordinario loquatur: sed in delegato expressè loquitur. infrà, de offi. ordi. pastoralis. (Illi) scilicet abbati Cisterci. substituto loco mortui. (Socium) arg. successorem teneri ad id, quod prædecessor. inf. de solut. c. 1. de offi. deleg. pastoralis. circa fin. 11. quæstio. 3. si episcopus. 12. quæstio. 2. licet huiusmodi. 18. q. 2. dudum. ff. de iudi. mortuo. C. de ser. corrup. l. furti.

CAPVT XV.

1 *Delegatus non instituit, sed pronunciat ordinandam ecclesiam ad præsentationem illius, qui obtinet ius patronatus ad se pertinere.*
2 *Nunquid ordinarius examinet præsentatum, ex quo eum approbat delegatus.*

3 *Sola electio habetur pro confirmatione, vbi Papa mandat vel ſimpliciter rogat aliquod capitulum, vt aliquem canonicum faciat.*

SVPER EO VERO. (Aliquos) qui ſe dicunt patronos, vel qui ſunt. (Ius) ſcilicet præſentatione. (Ordinet) quæritur in quo profit adiectio iſta, ſcilicet, quòd ordinet eccleſiam, cùm ad eum non pertineat inſtitutio, nec ſibi fieri debeat præſentatio, vt hîc? Reſpon. quidam nihil aliud pertinet ad hunc delegatum, niſi ferre ſententiam ad quem pertinet præſentatio & exponunt. † (Ordinet) id eſt, ordinandas decernat, & ordinari faciat, ſcilicet, vt epiſcopus eligat, vel capitulum, vel quis alius ad quem pertinet Archi. in ſtal. ſup. de offi. Archi. vt noſtrum. Alij tamen dixerunt, quod hic plus habet, quare ſi ordinatio deuoluta eſſet ad Papam, quod authoritate harum literarum ordinare poſſet. Hîc autem conſtat, quod per tales literas nunquam fit præiudicium alijs, vt hîc.

Et hæc vera ſunt, vbi cauſam inter partes committat, quia tunc non intendit facere alicui gratiam vel præiudicium.

☞ † Si autem de plenitudine poteſtatis, vel intendens alicui gratiam facere, vel pœnam irrogare, committeret ordinationem alicui alicuius eccleſiæ vel perſonæ, poſſet ſuſtineri, quòd poſſet canonicos facere & eius canonicatus dare. arg. ſup. de reſcrip. abbatem. infr. de præben. pro illorũ, & ſtallum aſsignare, & omnia alia facere, quæ ſunt facienda, ſi factum reſpiciat ſiue ius. Alij tamen dicunt, quod nobis non placet, quòd debet mandare ei ad quem de iure pertinet, vt ſtallum aſsignet & alia faciat, quæ de iure vel de facto, maximè facienda ſunt. infrà, de priuil. paſtoralis. C. qui pro cau. ſer. ali. l. 1. Si autem ipſa facere renuncieret ſine cauſa, & tunc ipſe poſſet inſtituere & alia ſingula facere. arg. pro eis quòd dicitur. ſupr. de reſcript. abbatem. & ſup. eodem, ſignificaſti. hîc enim eſt ordinata ordinatio, & quidam ſic generaliter intelligunt, etiã ſi inter partes committatur cauſa, cum hac eadem clauſula.

2 † Sed quæres ſecundum iſtos, nunquid examinabit præſentatum ex quo approbatus eſt per delegatum? argu. quod ſic. ſuprà de elect. venerabilem. Reſpon. non debet approbari per delegatum, ſed per ordinarium qui examinabit eum, ſed ſi quid dubij fuerit decidetur per delegatum, intelligitur enim fieri ordinatio tunc demùm, quando fit cum effectu, nec intelligitur ſuo officio functus quouſq; ordinata ſit eccleſia. infrà, de cle. non reſid. relatum. ☞ † Sed quid ſi non appellat ordinarius, teneret quod fit à delegato, imputetur enim ſibi, quod ſciuerit, & non contradixit cum diſtinctione tamen: vt not. infrà, de re iudi. cùm ſuper contra. ſuprà de reſcript. ex parte, ſecundum nos 3 non habent locum iſtę obiectiones. † Item videtur quod ſi Papa mandat, vel ſimpliciter rogat aliquod capitulum, quòd aliquem faciat canonicum, ſola electio habetur pro confirmatione, quia authoritate Papæ hoc faciunt. argu. infrà, de præben. pro illorum. niſi preces potiùs induserent, aliàs innuerent conſilium quàm mandatum. arg. ff. man. l. 1. & 2. §. fin. & per hoc videtur, quod ſi Papa ſcribit patronis clericis, quòd nemini præſtabunt, ſed ipſi tantùm inſtituent authoritate Papæ, ſed ſecùs in patronis laicis. arg. ſuprà de reſcript. abbatem. infrà, de iure patro. cùm autem.

Et hæc vera ſunt, ſiue ſit merus executor datus, ſiue ſit datus ad compellendum tantum executor, & idem eſt etiam ſi nullus ſit datus executor, quia authoritate Papæ funguntur non tantum executores, ſed etiam illi quibus mandatur de recipiendo. (Archi.) ſuprà de offi. archi. c. 1. contra. in eod. tit. c. ſatis. cum ibi notat. (Intentionis) infrà, de decim. ex multiplici. infrà, de reſtit. ſpol. audita. ff. de translat. cum Aquiliana. ff. de pact. tres fratres. 22. q. 2. ne quis. (Commiſſa) infrà, de fi. inſtru. inter dilectos. C. quib. res iudi. l. 1. & 2. q. 5. interrogaſti. ff. de lib. cau. ſi vſumfructum. 16. q. 4. ne quis. C. res inter ali. ac. ſi cum fratre. arg. contra. 24. q. 1. ſubdiaconus. 71. diſtinct. tantis. infrà de iudi. at ſi cleri. ff. de re iu. ſæpè. 56. diſtinct. c. 1. ff. depoſi. l. 2. in princip. 11. q. 4. cùm multæ. & ſunt caſus vbi non habet locum illa regula, res inter ali. etc. ff. de inoffi. teſta. l. Papam. §. meminiſſe. ff. de ſta. ho. ingenuum. ff. de lib. agno. l. 2. §. ſi parens. ff. ſi ſer. vend. locum. §. ſi fundus. ff. quem.

ff. quemadmo. ſer. amit. ſi commune. C. de com. re. alie. l. 2.

CAPVT XVI.

1 *Confeſſio ſemper præiudicat niſi quando præceſſit metus.*
Metus non præſumitur.
2 *Quamuis ad mandatum iudicis dimiſſa ſit vxor, nihilominus agi poteſt.*
3 *Si plures ſunt iudices in vna cauſa & vnus ſit abſens, an teneat quòd ſit à pluribus, & quid ſit dicendum & ſi omnes ſint præſentes & inter ſe diſcrepant, an tunc ſententia plurimorum valeat.*

CAVSAM MATRIMONII. (Adeò affecit) & ideò non nocet. 31. quæſtio. 2. Lotharius. 15. q. 6. c. 1. imò matrimonium non dico tantùm ſtandum confeſsioni vnius, ſed nec amborum. infrà, de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. 35. quæſtio. 6. §. vlt. niſi fama amborum confeſsioni conſentiret. 35. q. 6. ſi duo. quamuis quidam aliter illud intelligunt.

1 † (Confeſſa eſt) fortè in abſentia iudicis, & idem fortè in præſentia, ſed tanta erat ſequitia ſiue potentia viri, quòd mulier timebat, quòd ſi coram iudice negaret, quòd eam fortius affligeret. Vel potes dicere, quòd cuilibet viro tanta poteſtas eſt, quòd mulier ſibi ſubiecta ſit. Sed hac ratione poſſes dicere, q, confeſsio nullius vxoris tenetur, nec ſibi præiudicaret, cùm quælibet hoc ipſum iuſtè timere poſſet? Reſpond. quia ſemper præiudicat confeſsio, niſi quando præceſsit metus, & hoc ideò, quia non præſumitur metu feciſſe, niſi quando metus vel verba præceſſerunt.

2 (Ad iudicium) no. † quòd licet hîc ad mandatum iudicis amiſſa ſit vxor, tamen agere poteſt, & ſi non ſit violenter eiecta, ſufficit enim quòd temerè eam dimiſit. infrà, de reſti. ſpo. literas. in prin.

Et hoc eſt verum, vbi nulla ſententia eſt, vt hîc. Vel eſt aliqua, ſed eſt appellatione ſuſpenſa, cùm omnia facta poſt appellationem legitimam debent in ſtatum priſtinum reuocari. infrà, de appel. bo. me.

3 (Vnius) no. † quòd ſi plures ſunt iudices, vno abſente, ſiue iuſta de cauſa, ſiue per contumaciam, niſi ſe excuſauerit vel delegauerit vices ſuas, non tenet, quòd fit à pluribus præſentibus. ff. de arbi. item ſi vnus. §. vltimo. & l. ſeq. infrà, de offi. dele. prudentiam. ff. de re iudi. duo ex. & hoc in dele. ſed committere poteſt etiam ſi in literis hoc non continetur. ſuprà, eod. quamuis. nec ſufficit alterius excuſatio, niſi committat, ordinarij autem benè ferunt ſententiam ſeparatim. ff. de offi. com. l. 1. in prin. argu. C. de Authen. præ. l. vlti.

Sed nec hoc ſemper, nec in omnibus ordinarijs obtinet, ſi verò omnes ſunt præſentes & diſcrepant, teneret ſententia plurimorum. 64. diſt. c. 1. 2. & 3. Si verò æqualiter diſcrepant, ſcilicet, quia duo abſoluunt reum, duo condemnant diſtinguo, aut ſunt arbitri, aut ordinarij, aut delegati, ſi arbitri nulla ſententia tenet. ff. de ar. diem. §. ſi plures. ſi delegati ſententia pendet quouſq; alteram delegans confirmet. ff. de re iud. duo. ſi autem ſunt ordinarij tenet pro reo ſententia. infrà, de proba. ex literis. ff. de re iud. inter pares. niſi in libertate vbi ſiue contra reum, ſiue actorem, ſemper tenet ſententia pro libertate & quærela inofficioſi teſtamenti, vbi ſemper tenet pro teſtamento, & in matrimonio, vbi tenet ſententia ſemper pro matrimonio. 33. q. 5. ſi quis acceperit. 22. q. 4. inter cætera. ff. de inoffi. teſt. ſi pars. aliàs pares iudi. ff. de re iudi. inter pares. pro hac diſtinctione eſt. infrà, de re iudi. c. vlti. vbi hoc totum eſt expeditum.

CAPVT XVII.

CAVSAM QVAE. (Interdicimus). 3. q. 5. accuſatores. 11. quæſtio. 3. quatuor. infrà, de offi. dele. inſinuante. ſimiliter ſi vaſallus. 22. quæſtio. 5. de forma. 4. q. 3. idonei. infrà, vt lit. non conteſt. accedens.

CAPVT XVIII.

1 *Delegatus an poſsit vni vel pluribus ſubdelegare cauſam.*
2 *Quod non eſt prohibitum, intelligitur conceſſum.*

VM TE. (Vni) Si vnus tantùm eſt delegatus, Papæ benè poteſt vni vel pluribus ſubdelegare cauſam, vt hîc. Item dicimus, quòd ſi ſunt duo vel plures, ſimul omnes poſſunt vni vel pluribus delegare cauſam. Si verò vnus delegatus velit cauſam pluribus delegare alijs ſuis ſocijs non delegantibus

2 bus hoc poteſt. arg. hîc. † Item quòd non eſt prohibitum, intellige conceſſum. Alij tamen dicunt, quòd vni tantùm debent committere propter abſurditatẽ, quæ ſequeretur ſi contraria vellent. & arg. ad hoc. ſuprà, eo. quamuis. (Interpoſita) ad primum delegantem quòd non tenet: vt no. infrà, eo. ſuper. (Indefinitam) infrà, eo. ſuper quæſtionum, etiamſi ſit appellatum ad Papam: quia tunc ad delegatum debuit appellari. inf. eo. ſuper.

CAPVT XIX.

1 *Iuriſdictio delegati quando expirat.*

RELATVM. Ante litis conteſtationem, & citationem Legiſtæ hoc dicunt ſimpliciter in Authen. dele. §. omnes. Decretiſtæ ſolùm citationem ſufficere dicunt ad perpetuitatem. infrà, eo. c. i. §. licet. ff. de iuriſ. om. iudi. & quia. C. quando li. princ. ob. l. 1. & 2. q. 6. anteriorum. Authen. de litig. in princ.

CAPVT XX.

1 *Succeſſor prælati an & quando teneatur ex impetratione prædeceſſoris.*

1 GRATVM. (Obitum) Sed quid ſi prælatus impetrans ſit mortuus? Reſpon. ſi non nomine eccleſiæ, ſed proprio nomine impetrauit & impetrans ante mortem incœpit agere, hæres vel ſucceſſor poterit ſupplere, dummodò tale ſit ius, quòd poſſit tranſire ad ſucceſſorem. ff. de inoffi. teſt. ſi pater. ſed ſi non incœpiſſet ſecùs. Si autem impetrauit nomine eccleſiæ, etiamſi non citauit, vel cœpit ante mortem, tamen ſucceſſor aget. ſup. eo. quoniam.

Et eſt hoc verum etiamſi expreſſum eſſet nomen perſonæ, & etiamſi nullo modo reus erat citatus, tamen conuenietur ſucceſſor. inf. de fo. compe. dilecti. (Inducias) vtrunque iſtorum, ſcilicet, inducit petitæ & renunciatio productioni ſiue allegationi ſufficit ad hoc vt renunciaſſe videatur appellationem. (Certus) idem eſt & ſi incertus ſit.

CAPVT XXI.

1 *Vtrum duo præſentes abſente tertio, & ſe nullo modo excuſante procedere poſſint.*
2 *Item an poſſint procedere ſine probationibus, quod ille tertius non poteſt vel non vult intereſſe, & ſi procedatur, an valeat proceſſus. habes in nu. 3.*
4 *Item cui debeat conſtare ſe impeditum quo minus venire poſſet.*
5 *Nunquid iudex abſens poſſit inuita parte ratum habere quod duo fecerunt.*
Iudicis factum an poſſit parti nocere.
Sententia quæ eſt nulla, an poſſit ratificari.
6 *An ſententia excommunicationis lata nomine alterius poſſit haberi rata.*
7 *An ſi quis nomine alterius iudicis faciat in terra eius iuriſdictionem, poſſit iudex ratum habere.*
8 *An ſit differentia inter iſtas clauſulas, videlicet, quòd ſi non omnes poteritis aut nequiueritis intereſſe, vel vbi ponitur tantùm, ſi non poteritis.*
9 *Nunquid quando ſcribitur pluribus iudicibus cum iſta clauſula, quòd ſi non omnes, ſiue ſine clauſula omnes & ſinguli habeant iuriſdictionem.*
Iuriſdictio conceſſa ſub conditione, an poſſit exerceri conditione non exiſtente.
10 *An proceſſus iudicis in quem per errorem vel facti vel iuris conſenſum eſt, teneat.*
Prorogatio errore iuris, vel facti, facta, an & quando valeat.
11 *Quod cum procuratore milite fit tenet, antequàm excipiatur.*
Prorogatio an valeat ſine conſenſu tacito, vel expreſſo.
12 *Literæ impetratæ ab excõmunicato valent.*
Excommunicatio an & quando poſſit in iudicio opponi.
Præſcriptio an currat contra excommunicatum, & an excommunicato currat tempus & terminus, ſi non produxit teſtes.
Probationes ſemel productæ & poſtea caſu amiſſæ, nunquid talis amiſſio ſit probanda.
13 *An quod hîc dicitur in delegato Papæ habeat locum in cæteris ordinarijs.*
14 *Nunquid in abſolutione excommunicati vocari debeat ille pro quo eſt excommunicatus.*
Delegati an & quando poſſint excommunicatum abſoluere.
Tutor quilibet ſolus adminiſtrare poteſt, ſecùs eſt in delegato, qui ſine condelegato nihil facere poteſt: Et id quod dicitur de tutore, idẽ præcedit in iudicibus ordinarijs.

PRVDENTIAM TVAM. (Quintô) ſuprà, de reſcri. ſciſcitat⁹. (Teneatur) dixerunt quidam Papam non reſpondere huiuſmodi quæſtioni, ſed ipſi de ſuo ſacco reſpondent, quòd ad citationem duorum citatus venire debet. ar. C. de Authẽ. præ. l. ſi. ſaltem allegaturus forum. infra, de ap. cùm parati. ſup. de reſcrip. ſuper literis. ff. de re iud. ſi quis. ſed hoc non dicimus etiam in reſponſione ſua credimus eum ſatisfeciſſe vtriq; quæſtioni, nam cùm dicat duos nõ poſſe procedere ad cauſæ cognitionem tertio non legitimè excuſato, & in dilatione danda requiratur cauſę cognitio. 3. q. 3. §. ſpacium. ergò non poterit dari dilatio abſque tertio, præmiſſa vera ſunt.

Sed

Sed hæc ratio non placet, quia ibi non loquitur de citatione, quæ benè fit ſine cauſæ cognitione, ſed de dilatione danda ad teſtes recipiendos, præterea iſti tres nõ habent ſeparatim iuriſdictionis exercitium, licet omnes tres ſimul, ergò non poſſunt mulctare vel iudicare, excommunicare vel in poſſeſſionem mittere, quamuis dicant propter odium contumacie poſſe procedere & malè. ff. de re iudi. duo ex. quamuis intelligatur illud quando non eſt ibi clauſula, quòd ſi non omnes etc. præterea citatus eſt certus quòd duo tantùm citant.

1 † Et ideò ad illorum citationem ire non tenetur, niſi fortè ipſi dicant, quòd ideò tantùm duo citant, quia tertius excuſauit ſe, nam tunc crederem, quòd deberet ire vt veritatem ſciat, & ius ſuum alleget. arg. infrà, de dila. præterea. ff. de in ius voc. l. 2. nam ſi dixerimus, quòd vbicunque eſt, vel eſſe poteſt dubium, debet ire ergò ſemper, quia ſemper poſſet eſſe, quòd foret delega. à Papa, vel imperatore, quòd eſſet abſurdum: tunc ergò tantùm tenetur ille ire, quem certum eſt non eſſe de iuriſdictione ſua, quando ipſe in citatione ſua ponit cauſam citationis & iuriſdictionis, puta quia delegatus ſit, vel cùm tres ſint & dicant, quòd ſi tertius excuſauit, nam ſic ex dictis ſuis ſit res dubia ſaltem aliquam cauſam dubietatis habet. ff. qui. ad lib. procla. non licet. l. 3. vel quando aliàs eſt iudex citati, licet citatus poſſit elidere iuriſdictionem eius per priuilegium. ff. de iudi. ſi quis ex. certum à iudicibus ad hoc deputatis, vt ſi dicat quomodo aliquis fuerit impeditus. arg. ff. commo. eum qui. §. vlti. & l. ſeq. ff. de reb. eo. qui ſub tu. l. magis. §. illud. melius enim ad eum nuncium mittere, quàm cum periculo reuocationis in litem procedere. ſuprà, eo. ſanè. vel ad hoc ſufficit vt credatur ſibi, quia licet probatæ fidei. 94. diſtin. nobiliſsimus. & etiam fortè ſeruiens notus, & diſcretus. nam cùm non ſit magis periculum in abſentia vnius iudicis, in vno termino leuior probatio ſufficit. & fortè tantùm argumenta probabilia ſufficiunt. ſup. de cle. pere. c. 1. & 2. Sed quid ſi probet alia partium non fuiſſe ſuum numerum? Reſpon. cùm ſit negatum, probari non poteſt. ff. de proba. ei qui. tamen ſi indirectè probauerit non procederet.

2 (†Nuncium) mirum videtur quare hîc requiruntur vel certi nuncij, vel excuſatores literati, vel aliæ probationes, cùm ex quo non eſt præſens conſtat, quia vel non poteſt, vel non vult intereſſe, & ſic videtur etiam, quòd ſine probationibus procedere poſſit, & verbum nequiuerit ſub ſe continet etiam verbum voluerit. infrà, eo. §. adijcimus. & ſi ſunt certi, certiorari non debent. ff. de act. emp. l. 1. Reſpon. licet ſciat tamen nunciari debet. ff. de adul. denuncia ſſe. circa prin. ff. quando di. leg. ced. legatum. vel die melius, vt no. illa gl. ex hoc loco.

3 (Canonicè) † per teſtes, qui deponant eum infirmum, vel captiuum, vel miſſum vltra mare, vel in aliam longam peregrinationem, vel infamem, vel aliàs in poteſtatem de iure, vel facto. ſup. de reſcri. ſcilicitatus. ff. de procur. aut lon. Nec ob. iudicis abſentia in hac cognitione, dummodo partes ſint præſentes, quòd ſic verè non poteſt intereſſe ſed ipſi neſciunt & procedunt. Quidam dicunt, quòd non valet eorum proceſſus. ar. ſup. eo. cùm ſuper. quia nõ ſeruato ordine proceſſerunt. 2. q. 6. §. diffinitiua. Alij contradicunt, nam cùm ipſi ſint iudices, ſicut apparet mihi ex cõditione appoſita, ſcilicet, quòd ſi non omnes intereſſe non poſſunt tenebit proceſſus duorum. † (Conſtare) quæro cui debet conſtare de hac excuſatione? Reſpon. in his duobus citatoribus. arg. ff. rem ra. ha. ne ſatis. inf. de ver. ſig. cùm olim. quia periculoſum eſſet hoc ex perſona rei metiri. ff. de iudi. ſolemus. Sed ſi de hoc, ſcilicet, an ſe excuſauerit, poſtea lite pendente fuerit dubium: tunc oportet, quòd probet veram excuſationem. inf. eo. cùm in iure. inf. de proba. quoniam cõtra. niſi de hoc fuerit dubium antè, & tunc diffinitur à quibus ſi non fuerit appellatum cùm tranſierit in rem iudicatam, de eo amplius quærendum non eſt. infr. de ſen. & re iudi. quòd ad conſultationem, tranſiuit enim in rem iudicatam, vt ibi dicitur.

† Idem credimus & ſi non fuiſſet obiectum, nec iudicatum, ſed vtraque pars ſciens non legitimam excuſationem coram eis litigare conſentit. arg. ad hoc, quia etiam penes duos tantùm eſt iuriſdictio, ſicut apparet ex tenore reſcripti, licet elidi poſſit per exceptionem, ſed ſi neſciens vel credens eum legitimè excuſatum, cùm in veritate non eſſet: tunc adhuc poſſunt obijcere de non legitima excuſatione tertij, & ideò non valet, quòd fecerunt duo, cùm tam error iuris

quàm

quàm facti impediat iurisdictionem. ff. de iudi. consentire. Vel vt alij dicunt, hic error impedit iurisdictionem horum duorum, quia semper eam habebant, etiamsi non expressè vel tacitè consentirent, licet cùm primò sciuerint, poterunt petere illud reuocari, & appellare etiamsi non reuocetur. arg. infrà, eod. cùm olim. & diffinient super hoc ipsi ijdem duo. arg. suprà, de rescri. super literis. infrà, de app. cùm parati. Quamuis uideretur, quòd per arbitros esset diffiniendum. infrà, de ap. cum speciali. sed speciale est in suspicione, nam nil gratius etc. 3. q. 5. quòd suspecti. & qui suspectus est in accessorio & in principali. inf. eo. suspicionis. Alij dicunt sententiã B. scilicet, quòd absens est legitimè excusatus, vel quòd ipsi possiunt, & procedere nihil facere in hoc casu, nam si non constat de eius legitimò impedimento, nulla est sententia tanquam lata ab his, qui iudicandi potestatem sine tertio non habebant. ar. inf. de offi. iudi. c. pe. Item debent omnes tres cognoscere, non duo tantùm, vt no. inf. eo. cùm super. Sed primi respondent & benè, quòd ipsi duo tantùm habent iurisdictionem de hoc cognoscendi, scilicet, an legitimè sit excusatus absens, cùm aliter non possunt procedere in principali causa. infrà, proxi. §. nisi prius de emergenti diffiniatur: vt not. suprà, de elec. cùm inter. Nec obst. quòd dicitur ipsos tres cognoscere debere, cùm illa loquatur cùm omnes sunt, vel possunt esse præsentes, sed hæc sunt impossibilia, vt tanquam absentis admittatur excusatio, & tanquam præsens cognoscat. Si autem duo iudicarent quòd tertius absens decætero admittendus non esset, non præiudicaret cùm hoc non esset neque principale, neque accessorium, sed si tale quid obijciatur, propter quod perpetuò remoueri à iurisdictione debeat, fiet: vt no. suprà, eo. cùm super.

5 (Nihil) † sed quid si iudex absens velit habere ratum, quòd duo fecerunt, nunquid potest parte inuita? argu. quòd sic. suprà, de rescri. pastoralis. 9. q. 2. Lugd. 3. q. 6. hoc quippe. inf. eo. cùm olim. sup. de elec. quod sicut. ff. de iudi. licet. ff. rem ra. ha. l. 3. §. vlt. ff. de adop. l. adoptio. insti. de testa. mi. §. sed si quis contrà, sup. de consue. ad nostram. suprà, de elect. auditis. 10. q. 2. c. 1. §. 1. quòd autem in hac ratihabitione non sit necessarius consensus partis videtur. argu. infrà, eo. consuluit, inf. de sen. excommuni. sacro.

† Sed contrà quia non debet parti factum iudicis præiudicare. Sol. dicimus id quòd duo fecerunt tertio nõ excusato, nec partibus in eos tacitè vel expressè consentientibus non tenere: etiamsi fecerunt nomine tertij, quia licet duobus detur tantùm iurisdictio in casu, scilicet, si tertius noluerit interesse: non tamen possunt exercere eam, nec tenet quòd faciunt, si vult interesse, vt hîc dicunt: licet enim ipsi iudices sint delegati, tamen est eorum iurisdictio mandato & conditione apposita in tantum, vt si contrafaciant, non valet. si suprà, de rescrip. c. cùm dilecta. quia non tenet, ideò nec ratificari potest, sup. de elec. auditis. nec ob. c. Lugd. quia ibi quod factum erat tenebat, scilicet, ordinis collatio vel consecratio.

† Item non ob. suprà, de elec. quòd sicut. quia ibi benè tenebat electio, licet cassari posset. Item non ob. 3. q. 6. hoc quippe. quia ibi sententia, quæ nulla est nõ habetur rata, sed propter scandalum vitandum electio Episcopi inordinatè facta toleratur, vel illud facit Papa ex plenitudine potestatis, & sic etiam potest responderi legi contrariæ. ff. de adop. adoptio. saluis alijs solutionibus ibi positis. Item non ob. l. ff. de iudi. licet. & ff. rẽ ra. ha. l. 3. quia ibi iudicium factum inter falsum procuratorem & alium tenet, & ideò tenetur ipse ꝓcurator, siue rei, siue actoris, si dominus ratum non habet tacitè vel expressè, vt in præalle. l. ff. de proc. in causæ. & l. seq. Item non est contra. insti. de testa. mili. §. sed & si quis. imò est quasi solutio multorum contrariorum, nam sicut ibi inuenit omnia illa, quæ solennitatem non requirunt, ita quòd solennitates sint de eorum substantia, sed tantùm ex aliquorum sola voluntate dependent rata haberi possunt, vel potius quasi de nouo facta valent.

6 † Item dicimus in sententia excommunicationis nomine alterius lata, scilicet, quòd non potest haberi rata. Nec ob. ff. de neg. gest. si pupilli. §. si lego. quia licet sit necesse ad hoc vt ratum ponit haberi, quòd sit meo nomine gestum: non tamen semper quòd nomine meo geritur, ratum haberi potest, quia si non egit quomodo ratum habebitur.

7 † Sed posset dubitari, si aliquis nomine alterius iudicis faciat iurisdictionem in terra ipsius, an possit iudex habere ratum? Respon. quod non, quia ea quæ facta sunt, & quæ solennitatẽ non requirunt, possunt haberi rata, sed cum sententia à non suo iudice lata non teneat. suprà, de offi. vic. c. fua. & cùm aliæ solennitates requirãtur quas si ipsemet qui ratum habere vult omitteret non teneret: ergò non potest haberi rata, si ab alio omittatur: omittuntur autem omnia, quia non pro facto habetur, quòd fit à non suo iudice. nobis plus placet quòd non. inf. e. c. in gl. nobis videtur. † Reputabuntur) duo benè habent iurisd. sine tertio, sed est ligata vt procedere non possint sine tertio, nec tenet processus eorum, nisi in casibus. s. vbi prius recipiatur siue veram, siue falsam excusationem tertij, vel nisi aliter constet de eius impotentia, sed partes benè possunt eorũ iurisdictionem prorogare de casibus, in quibus possunt ꝓcedere seu cognoscere, ad casus in quibus non possunt: vt not. inf. de app. ordi. quia ex quo iurisdictionem habet, quę ratio est, quòd possit prorogare de re ad rem: vt not. sup. e. de causis. & non de casu in casum, imò plus videtur, quòd hoc ipso, quòd partes procedunt neglectis probationibus, vel exceptionibus absentiæ tertij, quòd tacitè videtur duorũ iurisdictionem prorogare, sicut est in alijs declinatorijs fori: vt not. inf. de re iudi. inter arg. inf. de excep. pastoralis. prorogare autem non intelligitur, si nuncius, vel literæ excusatoriæ fuerint falsæ.

† Item si duo iudices falsum asserebant, non tamen interloquendo sibi constare debet de legitima excusatione tertij, vel etiamsi protestata fuerit vna pars consentiente altera, quòd non intendebat prorogare, nisi quantum formam literarum sibi dabat. Item prorogatio procuratoris non obest. inf. eo. cùm olim. & secundum hoc debent intelligi glo. hîc posita. s. sed quæro. Sed quidam loquuntur de ratificatione tam ante sententiam, quàm post (In integ. resti.) 20. dist. de quibus. 63. dist. extra arg. contra. ff. de arbi. item si vnus. §. vlt. & §. si plures. (Posint) absque periculo rei familiaris.

8 † Noluerit) ex hoc loco videtur, quòd non plus importet illa clausula, quòd si nõ omnes poteritis, aut nequiueritis interesse, quam illa, vbi tantùm ponitur, si nõ poteritis? Respon. imò differentia est, quæ colligitur suprà, de rescr. scisitatus, quia in primo casu, qui sola voluntate non vult interesse, non redarguitur, secùs in secundo casu. ad idem. sup. de rescr. scisitatus. Alij autem dicunt aliam differentiam, quòd vbi tantùm nequiuerit, non possunt procedere duo, nisi absens se excusauerit per nuncium, vel per literas de voluntaria, vel necessaria causa, vel absentiæ per testes, nec sufficit probari per testes voluntaria, quæ satis præsumitur violenter ex quo non est, sed tantùm necessaria, sed in necessaria est facienda distinctio, quia si probet eum pati dolorem capitis, vel aliquam infirmitatem, vel tertianam vel modicam imperfectionem, vel similia, nõ sufficit, quia & si hodie non possunt interesse cras poterunt: vt sup. eod. tit. §. proxi. ff. de iudi. si longi⁹. ff. de va. l. pe. inf. de vo. & vo. re. quod super. Sed si esset vtrunque scz. non potueritis, & nolueritis etiam tertio se non excusante, nec etiam receptis probationibus super longa necessitate, vel breui poterunt procedere, nam ex quo nõ interest certum est, quòd aut non vult, aut non potest interesse. & habent arg. pro se. sup. de rescri. scisitatus. Quidam tamen dicunt, quòd cum vtrunq; sit positum, tamen non est procedendum, nisi tertio excusato, quia potest esse, quòd interesse posset, & vellet, sed terminum obliuioni tradidit, & sic cùm vtrobiq; idem dicunt, & sic credim⁹ de facto tenere. Reus) quod si non opponitur, sed ipse suæ conscientiæ timens petat absolui, vel ideò, quia cùm processum fuerit vsq; ad sententiam, tunc primo obijciatur & reuocetur totum. inf. de excep. exceptione. sup. de rescri. dilectus filius abbas. † Item quid si iudex, non pars opponat, quia potest vt in eadem decre. Respon. ad hoc vult, quod & tunc absoluet delegatus, quia non est ratio diuersitatis. sup. de constit. translato. C. de di. rescrip. si bellum. ff. de leg. neq;. & l. non possunt. Ad primum respondeo idem, imò fortius, quòd maiorem fauorem debet inuenire sponte confessus quàm conuictus. 15. q. 8. c. 1. & pro hoc etiam facit ratio posita in decre. scz. cùm cõmittitur princ. ac. (Excommunicationis) maioris, minor enim non sufficeret ad exceptionem. inf. de except. à nobis. Excommunicationi) superuenientis post impetrationem literarum, secùs si præcederet. suprà, de æta. cùm bonæ. inf. de proba. post cessionem. ar. C. de præ. impe. offer. vniuersas.

9 † Nobis videtur, quòd quando scribitur pluribus iudicibus, siue cum clausula hac, quòd si non omnes, siue sine clausula: tamen omnes & singuli iurisdictionem habent, quia res indiuisibilis est iurisdictio, sicut seruitus, vsusfructus, iuspatronatus, & reliqua iura. ff. de reli. & sump. fune. si se-

si sepulchrum. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. si vsus-fructus. & ff. de ser. via. vsus etiam prædictorum & fructus est indiuisibilis, nisi aliud contineat forma mandati, sicut est hîc, quando mandatur, quòd si non omnes possunt exequi mandatum, quòd duo exequantur, vel nisi postea partes inter se diuidant vsum, quòd eis licet, quando tantùm eorum vtilitas attenditur. ff. de arbi. item sit. §. fin. & l. seq. ff. de re iudi. ☞ ff. de ser. via. ff. de vsufruct. quoties. §. 1. infrà, de iure patro. quærimoniam. vbi not. non tamẽ sicut in iurisdictione & alijs ☞ iuribus vniuersitatis, quia illa non est penes singulos, sed penes collegium tantùm. 12. q. 2. §. qui manumittitur.

☞ †Et ideò dicimus, quòd si coram duobus procedatur, quando scriptum est tribus prædicta clausula, quòd teneat processus coram eis habitus etiamsi tertius nullo modo sit excusatus, & si nihil cognouerit. Alij duo de excusatione eius etiamsi volebat & poterat interesse, & etiamsi ambæ partes, vel altera tantùm ignorabat ius, scilicet, quòd duo in prædictis casibus possunt procedere etiam tertio non excusato, & volente interesse, & idẽ dicimus si ignorabat factum, scilicet, quia credebat tertium iudicem esse excusatum legitimè, quòd tamen non erat. Et hoc dicimus ea ratione, quia isti duo ex tenore mandati habeant sine consensu partium iurisdictionem in negotio sibi commisso, & etiã vsum, & exercitium iurisdictionis in aliquo casu, vel sub conditione, scilicet, si tertius non potest interesse, & ipsi aliàs inordinatè processerunt, tenet processus eorũ si nihil fuit exceptum contra eos, & etiam appellatum, quia talis poterat esse processus secundum tenorem mandati, & non est contra ius scriptum, sed contra ius litigatoris tantùm, & ideò tenet quicquid faciunt. 2. q. 6. §. diffinitiua.

Nec est contra. suprà, de reseri. cum dilectus. quia ille ordo erat de substantia mandati, & studiosè seruari mandabatur, non in fauorem partium, sed in fauorem ecclesiæ, vnde remitti non poterat hîc iste ordo, quòd inquiratur de excusatione sua non studiosè mandatur, nec attenditur ibi nisi fauor partium. Item non obest. ff. de ver. sig. cedere. vbi dicitur, quòd quando aliquid sub conditione debetur, quòd cedit dies debiti, nisi extante conditione G. & eadem ratione hîc, quia his duobus delegatis non cedunt dies exercendi iurisdictionem suã nisi pôst extiterit conditio, s. quòd tertius nõ potest interesse, cùm hoc exercitium eis sub conditione mandatum sit. Sol. l. illa loquitur in his, quę fiunt extra iudicium, sed in iudicio si mandatur aliquid fieri sub conditione, etiam non extãte conditione tenet quòd fit, dummodò partes non contradicant, sicut apparet in iudicio appellationis emisse ante sententiã, quòd non debet cognoscere de causa principali, nisi iusta probetur causa appellationis, & tamen partes si volunt omittere causam app. & procedere in principali ☞ possunt. inf. de ap. cordi. †Et si contrariũ diceretur, absurditas intolerabilis sequerentur, puta mandatur iudici, quòd si talis ꝓbauit talem rem sibi deberi, condemnes eum, nunquid dices talem sententiã non tenere, si cõtra ius litigatoris ferretur, puta [a] si non probato debito cõdemnetur absit [a] [b] 2. q. 6. §. diffi. sed fortè secùs esset [b], & si non exercitiũ iurisdictionis, sed ipsa iurisdictio mandetur sub conditione, tunc enim satis dici potest, quòd non habet iurisd. nisi cõditio existeret: quia cõmissio talis vel deleg. non est in iudicio, sed secundum hoc idem videtur dicendum, si vnus solus de tribus procedit, cùm penes vnumquemq; sit iurisdictio in personas litigantes.

Et certè quidam hîc verum dicunt, sed in hoc est differentia, quia quando vnus solus procedit, potest excipi, quòd non ꝓcedatur etiamsi vnus vel ambo detineantur legitimo impedimẽto, quod est, quando duo ꝓcedunt, alij autem dicunt cõtrà, & benè. s. quòd non valet processus coram vno habitus, nisi ex scientia certa ꝓrogauerit iurisdictionẽ, quia licet singuli sint iudices, & singuli habeant iurisdictionem, non tamen singuli habẽt super has personas, sed tantùm tres vel duo, quando est ibi clausula. nisi detur eis de consensu partiũ tacito vel expresso non ignorantium ius vel factum. Item ille solus in nullo casu habet exercitium iurisdictionis.

10 †Item non ob. ff. de iur. om. iud. si per errorem. ff. de iud. l. 2. §. 1. & 2. vbi dicit, q, non tenet processus iudicis, in quem consensum est per errorem vel facti: vel iuris, sed tantùm quòd hîc iam dixi. contrà so. illæ. ll. loquuntur, quando ignorãs ius vel factum, non facit eum iudicem alicuius personæ, quæ non est suus iudex, Sed quidã dicunt & benè hos duos imò singulos habere iurisdictionem sed opp. sed hîc fit ꝓrogatio iurisdictionis de casu in casum, quia vsus iurisdictionis qui erat conditionalis, quo ad exequẽdum mandatum erit purus, ergò hic erit consensus ex certa scientia, & non per ignorantiam, sicut est in alijs prorogationibus. Sol. dicunt quidam, quòd vbi fit prorogatio de persona ad personam, quòd necesse est, quòd ex certa scientia, & sine errore iuris vel facti fiat prorogatio, & hoc ratione prælleg. quia qui primò non erat suus iudex modò sit suus, sed si fit ꝓrogatio de tempore in tempus, vel de casu in casum, vel de re in rem, tunc valet totus processus, si ignorans ius vel factum etiam tacitè prorogauerit, vel etiam si nõ excipit: sicut est expressè videre, quia si coram excommunicato litigetur, tunc quicquid fit coram eo, dummodò sit publicè excõmunicatus, quia tunc secùs. inf. de sen. & re iud. ad probandũ. Item quicquid fit coram iudice, qui potest recusari. inf. de exce. c. fi. inf. eo. cùm olim.

11 †Item tenet quòd fit cum procuratore milite, antequam excipiatur. ff. de procu. filius. §. veterani. Fatemur tamen quòd si post litis contestationem quandocunque peruenerit ad partem, causa quare poterit iurisdictio declinari, quod benè poterit ꝓponere, sed tamen nõ reuocabuntur prius facta. inf. de excep. pastoralis. c. fi. Alij dicunt & fortè melius, quòd prorogatio iurisdictionis nunquam valet sine consensu tacito vel expresso, qui consensus nunquã potest esse, vbi est error iuris vel facti. ff. de iu. om. iu. si per errorem. ff. de iudi. l. 2. §. 1. & 2. nec est prorogatio, nisi augeatur iurisdictio per consensum partium tantũ, sicut est videre, quãdo augetur iurisdictio super personas, super quas primò non habebat iurisdictionem, & idem, quando augetur iurisdictio super re vel quantitate, super qua primò non habebat iurisdictionem, & idem quando augetur in tempus iurisd. in quo primò non habebat iurisd. à iure, vel ex tenore mandati sibi directi, sed solummodò per vocem partium augetur, voluntas autem non est, vbi error, vt prædictum est, sed in præsenti casu vbi scribitur cum prædicta clausula, duo habent iurisdictionem in negotio cõmisso per vim rescripti etiamsi partes non consentiant.

☞ †Sed dices, imò nõ habent iurisdictionem nisi in casu, quando non potest interesse? Respon. falsum est, quia benè habent iurisdict. etiam si tertius velit interesse ex quo est ibi clausula, sed non habet iurisdictionem, in qua prorogando non est necessarius partium consensus, sed sufficit sola omissio, vel negligentia proponendi hanc exceptionẽ. Vos duo non poteritis procedere, quoniam tertius potest & vult interesse, licet in prorogando iurisd. quam non habent sit necessarius consensus partium sine ignorantia iuris, vel facti, periculosius enim est prorogare iurisdictionẽ, quàm vsum, ideò plus ibi exigitur, & sic non ob. sup. eo. causam. ff. de re iudi. duo. quia ibi non erat præsens clausula, ideò non valebat sententia duorum, nisi scienter partes prorogarent iurisdictionem eorum. In isto ergò casu, non debent partes prorogare iurisdictionem, sed sufficit scienter vel negligenter hanc exceptionem omittere sibi competentem, & hoc idem dicitur in alijs casibus supradictis. scz. vbi omittitur exceptio recusationis vel excommunicationis, quia iudex qui potest recusari, ita habet iurisdi. super recusantem, nisi excipiatur contra alium. Item per exceptionem excommunicationis partis, vel per exceptionem procuratoris militis, non augetur vel diminuitur iurisdictio iudicis, contra quem nihil proponitur, sed contra partem tantùm, hoc plus placet quàm quod dictum est in gl. sed quid.

12 †Vinculo excommunicationis) literæ ab excommunicato impetratæ valent, licet possit processus habitus elidi per eas excep. vel prohibitionem iudicis. infr. de excep. c. fi. imò plus videtur, quod si sint tales literæ per quas ille contra quem impetratæ sunt, possit aliquid vtilitatis consequi, etiam inuito impetrante vtetur eis, vt est, quando petit sententiam confirmari, vel quando petit aliquid iuris, vt seruitutem, nam indignum esset, quòd sua excommunicatio sibi prodesset. inf. de sen. exc. si verè. infrà, de ap. oblatæ. Si autem sunt impetratæ de consensu partium literæ, & scientium de excõmunicatione, adhuc videtur, quod antequam incipiat litẽ super, potest excõmunicatus refutare & procedere per huiusmodi literas, quia cõsensu vel etiã pacto nedum tacito, sed nec expresso, non potuit astringi cõmunicare excõmunicato ad eius vtilitatem, nõ, quia literæ sint malæ, imò benè valent, licet per excõmunicatum vel non excommunicatum sint impetratæ, & ideò post absolutionem suam excommunicatus etiam non excommunicato inuito, poterit per eas prosequi ius suum. Alij tamen dicunt contrarium, quod licet valeant ad profectum non excommunicati, tamen non valebũt ad profectum excommunicati, sicut non minus valet testamẽtum, licet aliquid relinquatur capaci, & non capaci, post litis

[a] Absit. Circa hæc dicta Innoc. hîc vide latè Feli. in ea. eccleſia ſanctæ Mariæ. colu. 6. poſt prin. ſuprà, de conſti.

[b] Secùs eſſet. Et ſi non exercitiũ. vide ad doctrinam Inn. Feli. in cap. ex parte. co. 3. verſus fi. ſuprà, de conſti.

etiam conteſtationem poteſt reus obijcere excommunicationem actori ſemper, & maximè ſi de nouo fuerit excõmunicatus, vel ſi de nouo venit ad eius notitiam. inf. de exce. c. fi. Hoc tamen benè fatemur, quòd ſi reus pendente iudicio excipiat contra actorem excõmunicatum, & impediatur conſequi cauſam ſuam, nõ fit ei præiudicium, quin poſtquam fuerit abſolutus omnia poſsit, ſicut poterat, antequàm exciperetur, quia per iudicem vel aduerſarium ſtetit quo minus exequeretur. inf. de ap. ex ratione. vbi no. ſed in reo, qui poteſt cauſam ſuam proſequi cum excommunicato, benè præiudicatur, quia cùm excõmunicatus præſcribat, ſi faciat copiam ſui quòd conueniri poſsit, & non dabitur alicui contra quem præſcribat reſtitutio à ſimili eius, qui tenetur in vinculis. ff. ex qui. cau. ma. l. i. Et idem videtur in iudicio, quòd ſi dato termino ad producendum teſtes, aliqua pars excipiat de excommunicatione, & propter hoc non producat teſtes ſuos intra terminum aſſignatum, præſcribatur contra eum vt vlterius producere non poſsit. Et idem videtur in omnibus alijs, licet poſsit obijcere exceptionem excommunicationis ſi vult, licet ſibi ſæpè non expediat, quandocunq; ſit publicè excommunicatus actor, tenet proceſſus cum eo habitus, etiamſi principio vergebat in eius vtilitatem proceſſus iudicialis, licet ſecùs ſit in iudice, cuius ſententia non tenet, ſi erat publicè excommunicatus. inf. de ſen. & re iud. ad probandum.

Prædictis videtur contra. inf. de conceſ. præben. & eccle. non va. quia diuerſitatem. Vbi dicit, quòd contra excõmunicatum non currit præſcriptio, ergò multò fortius non præſcribet contra alium, nec dabitur in integrum reſtitutio. ff. ex qui. cau. l. i. Sol. ibi contra archiepiſcopũ, ideò non currit præſcriptio, quia nunquam ad perſonam illius pertinuit collatio prębendæ vacantis tempore excõmunicationis. Ideò non currit contra eccleſiam, nec cõtra archiepiſcopum, quia nunquã fuerunt negligentes. inf. de conceſ. præben. & ecc. non va. c. 2. & c. quia diuerſitatem. Melius tamen videtur, quòd reo excõmunicato, non currit tempus, nec terminus ſi non ꝓduxit teſtes, quia nec ꝓducere debebat, ſi actorem ſciebat excõmunicatũ, quamuis ſi produxiſſet valerent atteſtationes eorũ, & non ſolùm eius, ſed etiam excõmunicati. inf. de exce. c. ſi tamẽ ex quo eſt reo meritoriũ non tenetur producere teſtes, nec ſtare in iudicio cũ actore excõmunicato.

Item quia per contrarium eneruatur eccleſiaſticæ diſciplinæ neruus, iuſtũ eſt, quòd ei nõ currit, nec terminus, nec tempus, ſecùs autẽ extra iudiciũ, quia præſcribit ibi excõmunicatus cõtra non excõmunicatũ, nec datur in integrũ reſtitutio. ar. ff. ex qui. cau. ma. l. i. quia benè poteſt eum conuenire, nec eſt meritorium, non conuenire eũ. inf. de ſen. & re iu. intelleximꝰ. Contrà inf. de excep. cũ inter. vbi dicitur, quòd in iudicio æqualitas ſeruanda eſt excõmunicati, vnde videtur quòd poſt iudicium cœptum, nõ obſtat excõmunicatio, cùm ſit in omnibus admittendus excõmunicatus. Sol. illa decre. loquitur quando reus erat excõmunicatus, & tamen idem dicimus in reo, quia ſi expediat ei ꝓducere teſtes, & fortè ſecundũ tenorem ipſius decre. inf. de teſti. ſignificauit. & inf. vt lit. non conteſt. quoniã. quia vocabitur actor excõmunicatus & in omnibus ſeruabitur paritas inter eos. † Probauerit) quid ſi probationes ſuper exceptione ſua ꝓduxit, ſed eas dicit ſe caſu amiſiſſe, nunquid iterum admittendus erit ad probandum de amiſſione, & ſic ex litibus lites oriantur, vel etiam quòd probandum exceptiones? arg. quòd ſic admittendus ad iterum probandum. ff. de eden. ſi quis ex. §. vlt. & l. ſeq. quamuis in hoc caſu, & in alijs nõ fit præiudicium alicui parti in re petita, ſed tantùm propter eum repellendum agitur, poteſt dici, quòd niſi in termino ſtatuto cõpareat cum omnibus probationibus ſuis, vlterius non audietur, propter hoc enim præfigitur terminus, niſi contrarium eſſet notoriũ, vel quaſi, hoc enim arbitrio boni iudicis relinquendum dicunt. Item hæc probatio non habet locũ in cauſa appellationis vbi admittitur excõmunicatus. inf. de except. & hîc eſt ratio, quare nõ abſolueret reum. ſcz. quia poteſt ſtare in iudicio, licet ſit excommunicatus. inf. de iud. intelleximus.

13 † Aſtrictũ) ipſo facto vel iure, puta quia ſit falſarius. inf. de cri. fal. ad falſariorum. vel etiamſi ſit occultus hæreticus. 23. q. 1. c. 2. & 3. Sed hoc aliquibus nõ placet, quia ex quo opponitur ſibi crimen hæreſis, ſiue confiteatur, ſiue probetur, neceſſe eſt, ꝙd cum ſolennitate recipiatur tanquam hæreticus. 1. q. 7. ſi qui no. quoties cordis. & c. ſi quis Epiſcopus. inf. de hære. ad abolendam. Vel poteſt dici, quòd tamen hæc receptio etiam ab Epiſcopo fieri poſsit, vel ſi iuit

ſi iuit habens curam animarum ad legem, ſcz. audiendam. inf. ne cle. vel mona. ſuper Specul. & idem eſt in omnibus alijs, vbi Papa abſolutionem ſibi non rẽſeruauit. Item eſt etiam, ſi non ipſo iure ſit excõmunicatus, ſed à iudice alio, vel ordinario, ſiue delegato, ſi notorium ſit mandatum excõmunicationis indiſcretũ eſſe, vel iniuſtum, ſi autem iuſtum ſit mandatum, vel an ſit iniuſtum eſt dubium, tunc mittet eum ad excommunicatorem, vt ſtatim ſequitur.

13 † Delegatis) idem quòd dicitur in delegato Papæ intelligendum puto in omnibus ordinarijs & delegatis etiam aliorum ordinariorum qui excõmunicandi & abſoluendi poteſtatem habent, quòd tum ad hoc, vt poſsint abſoluere ab excommunicationibus contingentibus ipſo iure, ſed in abſolutione aliarum excommunicationũ eſt diſtinguendũ, quia archiepiſcopus vel Epiſcopus, vel eorum delegatus, non poterunt abſoluere à ſentẽtijs ab alijs archiepiſcopis, vel epiſcopis latis, ſed benè poterunt abſoluere à ſententijs à ſuis ſubditis latis ar. ad hoc. qa ad eũ pertinet abſoluere, ad quem pertinet ligare. de pe. di. i. verbum. ar. 21. di. inferior. † Si autem archiepiſcopus velit abſoluere à ſententijs ſubditorum ſuffraganeorũ, non poterit facere, niſi prius moneat moneat ſuffraga. quòd vel ipſi abſoluant, vel ſubditos abſolui faciant. ar. inf. de offi. ordi. quanto. Hoc autem certum eſt, quòd nullus delegat' excõmunicatum à ſuo delegante abſoluet. ar. hîc vbi dicit quòd delegatus à Papa nõ abſoluet illos, quorum abſolutionem ſibi reſeruauit, ergò eadem ratione & in alijs. Sed delegatus vnius Epiſcopi, benè abſoluet excõmunicatos ab alijs delegatis eiuſdem epiſcopi ſecundum formam hîc cõprehenſam. Alij tamen aliter dicunt. (Formam) infrà, de verb. ſig. ex parte. Abſolui) niſi in caſu. inf. de ſen. excom. nuper. (Excõmunicatus) ſiue nominatim ſeu generali clauſula, vel etiam ſine clauſula illa, quòd participantes ſimiliter ſint excõmunicati. Excommunicatorem) quod ſi fuerit delegatus intra annũ tantùm ipſe, vel ſucceſſor eius abſoluet, etiamſi deleg. fuit non expreſſo nomine dignitatis. inf. eo. c. quærenti. ſup. eo. quoniam abbas. inf. de offi. or. paſtoralis. ſed poſt an. abſoluet præſens delegatus, de quo hîc dicitur, ſcz. in alia cauſa, & inter alios datus arg. hîc. Excommunicatorem) ſup. de elec. venerabilem. Malitiam) aliter non videtur abſolutio huius delegati tenere. 11. q. 4. c. peC. ſi à non com. iu. per totum. ſup. de offi. vica. c. quia. infr. eo. cùm olim dilectus. ff. de reg. iu. factum à iudice. Contrarium tamen quidam dicunt, ſcilicet, quòd habetur pro abſoluto, & eſt ad hoc. ſuprà, de reſcript. ab excommunicato, malitia autem hoc modo apparebit. delega. mittet ad excommunicatorem, quòd abſoluat iuxta formam eccleſiæ excommunicatũ, quod ſi abſoluerit, habet propoſitum, ſi autem non abſoluerit, delegatus vocabit ordinarium vel delegatum coram ſe, & cauſam excommunicationis inquiret, & ſi dixerit pro offenſa manifeſta & probauerit', vel aduerſarius confeſſus fuerit dele. non abſoluet ſine emenda. Si autem neget excõmunicatus offenſam, habet eam excõmunicator probare coram huiuſmodi delegato, quòd ſuper hoc cognitionem habere ratione acceſſorij, vt hîc. Ratio autẽ quare debet hoc defendere eſt. inf. de ſen. excom. ſacro. §. pen. † Si verò pro cõtumacia præcipiet, quod abſoluat eũ recepta cautione. inf. de ver. ſig. ex parte. & c. ſe. Si verò ſine cauſa præcipiet, quòd abſoluat ſine difficultate. ſup. de reſcri. ab excommunicato. infrà, de ſen. excommuni. ſacro. † Sed nónne vocabitur & ille, pro quo eſt excõmunicatus? Reſpon. non. quia etiam ſi ſine vocatione venerit, non audietur appellans, ne in ſuum præiudicium abſoluatur, dummodò cautio recipiatur. infrà, de ſen. excom. ſacr. circa fi. poſtquàm autem fuerit abſolutus, de nullo cognoſcet. ſcz. de cauſa prioris excõmunicationis, cùm id non ſit acceſſorium, quòd ſine tali cognitione poteſt ſuam iuriſdictionem explicare, ſed ſi aliquis viderit ſe grauari, redeat ad commune præſidium appellationis. infrà, de ap. cùm ſit Romana. Alij dicunt quòd ille vocetur pro quo excommunicatus eſt, vt alleget manifeſtam offenſam ſi voluerit, nec erit neceſſe hæc ſolennitas iudiciorum. † Sed ſi non fuerit offenſa notoria, vel per ſententiã, vel per confeſsionem, vel facti euidentiam ipſum abſoluet. inf. de verb. ſig. ex parte. & c. ſeq.

Fatemur tamen, quòd ſi non eſſet notoria iudici, ſed pars diceret, vel vellet probare eam notoriam quòd admitteretur, ſed non audientur teſtes, ſi velint dicere, quòd ſit facta offenſa, niſi dicant, quod ſit notoria. Iudex etiam per ſe inquirere poſſet, an eſſet notoria per bonas perſonas etiam ſine teſtibus. Alij dicunt & melius, quòd nec iudicem vocabit, nec partem,

niſi forte ad videndum cautiones, quas præſtabit, quia nullã ſuper eos iuriſdictionem habet, ſed ſic procedet, quia mittet ad iudicem, qui excommunicauit quòd ☞ abſoluat eum, cùm ſit paratus cauere, quando pro contumacia excommunicatus eſt, vel ſi pro offenſa ſatisfaceret quòd ſi excommunicans renuerit facere ſine cauſa, tunc abſoluet eum hîc iudex, ſi verò cauſam iuſtam aſſignet, quare id non faciat, quia forte excommunicans dicit manifeſtum, quòd excommunicatus negat manifeſtum, tunc iudex nec abſoluet eum, nec cognoſcet quis verum dicat, ſed ſuperſedere debet, donec legitimè abſoluatur, niſi notorium eſſet excommunicatorem falſum dicere, & caueat hîc iudex, ne dicat dubium, quòd eſt manifeſtum, vel conuerſo. ſuprà, de reſcript. cum contigat. Hæc autem faciet, quandocunque obijcitur excommunica. ſiue ante litis conteſtationem, ſiue pòſt, & eſt ſpecialis gratia, quam Papa conceſſit ſuis delegatis, quam non habet ordinarius vel aliàs delegatus. (Ritu) id eſt, iuxta formam eccleſiæ abſoluant. (Reſeruetur) 17. q. 4. ſi quis ſua dente. infrà, de ſen. excommuni. ſignificauit tua nos. à nobis conteſti. (Principale) id eſt, principalis cauſa, ſupr. eo. quæſitum. & c. præterea. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. 2. hæc decr. loquitur quando nullæ literæ ſunt impetratæ ſuper excõmunicatione, ſed delegatus tanquam ſuper acceſſorio procedit, ſed ſup. de reſcri. ab excommunicato. loquitur, quando ſuper excommunicatione literas impetrauit. (Acceſſorium) id eſt, abſolutio ab his deleg. (Excommunicatoribus) niſi fuiſſet appellatum, quia tunc ad eum remittendus non eſſet. 2. q. 6. ſi Epiſcopus. & §. vlt. & C. de ap. eos qui. vel niſi exceptionem recuſationis vel aliam legitimam habeat. infrà, eo. inſinuante. (Mandatum) iuſtum vel ap. inf. de ap. ad hæc. ne hoc enim nihil à dele. cùm præter hoc poſsit ſuam iuriſdictionem cùm ſit abſolutus exercere.

☞ †Delegatum) quòd tamen non debet fieri ſine ſpeciali cauſa, vel gratia, cùm ex quo citatus eſt coram iudice, coram eo vſque ad finem ſtare debet, niſi appellaretur. infrà, de appel. vt debitus. vel niſi eſſet cauſa excommunicationis, puta quia aliquis prælatus eum pro ſuo iure excommunicauerit, & tunc excommunicatores non de cauſa cognoſcant, ſed abſoluant, imò illorum quibus commiſſa eſt cauſa, eſt cognitio, niſi & ipſi excommunicatores malitioſè abſolutionem differant, quia tunc authoritate huius canonis ☞ poſſent abſoluere, ſicut hîc ſequitur. † In principali) hîc vocat principalem cauſam delegatam expreſſè his iudicibus quibus vltimum eſt commiſſum, acceſſorium cauſam, pro qua actor ab alijs iudicibus fuit excommunicatus, de hac cauſa cognoſcet hîc vltimus delegatus, ſi in cauſa pro qua fuit excommunicatus idem fuit actor & reus, qui in iſta, & hoc ratione reconuentionis: poterit tunc facere ille in cuius fauorem excommunicationis ſententia lata fuit. infrà, de mut. pec. c. 1. ſecùs ſi alius eſſet actor & reus in vna cauſa, quàm in alia, cum ibi nulla ratione iuriſdictionem habeat, niſi in quantum ſua iuriſdictio impeditur. Alij tamen dixerunt, quòd etiamſi extraneus, id eſt, is qui modo non agit hoc petit, ſcilicet, quòd ꝓcedatur in cauſa principali, pro qua aduerſarius eius modo abſolutus fuit, qui erat ab alijs iudicibus excommunicatus, quòd ipſe iudex qui abſoluit actorem, & de alia cauſa pro qua primò fuit excommunicatus cognoſcet. Ex hoc eadem ratione, quia excommunicator in fauorem aduerſarij quem primò excommunicauerat, nolit procedere, nec mirum ſi hoc facit in fauorem iſtius, cuius iuriſdictio ſibi commiſſa non eſt, cùm in eius damnum abſoluit aduerſarium. Vel dic, quòd hîc dicit delegatos illos debere procedere, quibus delegata erat cauſa, quæ vertebatur inter aduerſarium & excommunicatum coram excommunicatore, à quo fuerat appellatum, & ideò non loquitur de delegato, vnde loquitur hæc decr. & ſecundum hoc dicit principalem cauſam illam, & acceſſoriam cauſam excommunicationis.

CAPVT XXII.

VM CAVSA. (In quorum duorum) ſcz. Panenſ. & Capuanenſ. nam ſi modò omnes tres adeſſent, licet ſoli duo citaſſent, tamen reſpondere debet. argumentum. ff. de fer. l. 1. (Tribus) de hoc not. ſuprà, c. proxi. in princ. (Nuncium) infrà, de ap. meminimus. ad hoc ſuggeſtum. contra. infrà, de ap. vt debitus. 2. quæſtio. 6. non ſolent. (Protulere) & malè. (Admiſiſſe) cùm Epiſcopus offerret ſe probaturum, aliàs non ſufficeret probare exceptiones non admiſſas, niſi probaret veritatem cauſarum. infrà, de app. interpoſita. ad reuocandum quæ facta eſſet poſt appellationem. (Eo) fortè quòd duo iudices proceſſerunt poſt appellationem ad diffinitiuam ſententiam, vel ad miſsionem in poſſeſsionem vel ☞ aliquod huiuſmodi. † Et poſtquam) ideò non dicit, ex quo propoſuit, quòd coram duobus nõ tenetur reſpondere tertio non excuſato, quia licet propoſuerit, non ſunt tamen caſſanda quæ fiunt pòſt, niſi appelletur ex ea cauſa, quòd hoc non contingat, id eſt, quòd non appellauerat hac cauſa, ſed itineris arreptio vim appellationis habet, de hoc not. inf. de app. vt debitus. nam hodie non videtur habere vim appellationis miſsio nuncij. Vel dic & melius, quòd benè tenetur appellare ex vtraq; cauſa, & expreſſè hoc innuit litera, vbi dicit exceptiones prædictas. Et hîc vult agere, quòd etiamſi ante appellationem de qua fecit mentionẽ hæc decre. fuerit ſpoliatus, quòd debet reſtitui, dummodò ſpoliatio facta fuerit poſt miſsionem nuncij. (Præcipuè) quia idem eſt & ſi non eſſent confirmatæ. (Iudices) No. non impediri reſtitutionem miſ. in poſſeſsionem vel dationem poſt factam per iudicem poſt appellationem ſic ea quæ fit ab aduerſario, vel ab altero iudice. ſup. eo. cauſam.

tuerunt. Abbas autem amotus pro falſi ſuggeſtione, vel veri ſuppreſsione obtinuit literas de iuſtitia ſuper reſtitutione ſua ad Lexionen. Epiſcopum, & quendam abbatem, coram quibus comparens conuentus iuſtas cauſas recuſationis propoſuit, quas obtulit ſe probaturum coram iudice, ſcilicet, abbate, quem non dicebat ſuſpectum vel coram arbitris, ſed ipſe abbas hoc admittere recuſauit, & tunc conuentus ante litis ingreſſum ab ambobus appellauit. Poſt hoc autem prædictus abbas, cum Epiſcopo interlocutus fuit appellationẽ ipſam non tenuiſſe, & decreuerunt abbatem amotum reſtituendum, & ſubſtituto perpetuum ſilentium impoſuerunt. Papa edoctus ab auditore dato partibus ex certis cauſis, quæ continentur in regiſtro, perpetuum ſilentium impoſuit abbati amoto, & reſpondit tacitę obiectioni. q. d. aduerſarius in omnem caſum ſententia tenere debet, quia & ſi non valet vt lata ab ambobus, debet tenere vt lata ab abbate ſolo, quia non dicebatur ſuſpectus, cùm in literis eſſet, quòd ſi ambo etc. & dicit, quòd non valet hæc obiectio, quia benè fatetur, quòd ſi abbas proceſsiſſet antequã appellaretur ab eis ambobus ſup. vel antequàm diffinirent, quòd appellatio, non tenebat: vel quòd ambo ſimul procedere debebant, tenebat proceſſus ſolius abbatis, dummodò placeret illi, pro quo ambo tulerunt ſententiam, quia ille qui dicebat eum ſuſpectum, non poterat negare, quin abbas ſolus, qui non dicebatur ſuſpectus procederet, ſed ſi poſtquam appellatum eſt ab ambobus, vel poſtquã diffinierunt ſimul, quòd appellatio non tenebat, vel quòd ambo ſimul procedere debebãt, proceſſerunt ſimul, non valet huiuſmodi proceſſus poteſtate & voluntate ſibi ad inuicem contradicentibus, non tunc poſt appellationem tantùm, nec ante appellationem tantùm, quia appellationem poterat ſolus procedere, ſi volebat, & poſt appellationem non poterat ſolus procedere, etiamſi vellet. Eſt ergò intelligenda hæc aduerſatio ſecundum diuerſa tempora, quia ſi ante appellationem, quando poterat ſolus procedere noluit, & poſt appellationem non potuit ſolus procedere, etiamſi voluiſſet, & non eſt in regiſtro, quòd bis fuerit appellatum, ſicut falſò continetur in glo. vna, & per hanc veram poſitionem tolluntur ferè omnes obiectiones, (Abbate) ſcilicet, & Epiſcopo: vt inf. ſequitur. vel ab ipſo epi-

CAPVT XXIII.

1 *Si ſunt dati plures iudices cum clauſula, quòd ſi non omnes, & vnus recuſetur ſuſpectus ab eo tantùm, non à cæteris appellari debet.*

2 *Nunquid ſufficiat appellatio ad caſſationem proceſſus.*
Proceſſus an valeat ſi interim dum cognoſcitur de cauſa ſuſpicionis, aliter procedatur.
Iudex competens quis ſit in cauſa ſuſpicionis coniudicis. & num. 4.

3 *Nunquid ſi iudici obijciatur quòd non poſſit eſſe iudex: quia ſit infamis, an ipſe de ſua iuriſdictione cognoſcere poſsit.*

4 *An coram omnibus induci oporteat probationes & probari.*

5 *Quamdiu toleratur ordinarius, omnes eius ſententiæ tenent, nec admittitur exceptio contra eum.*

6 *An exceptio infamiæ vel ſeruitutis obeſt volenti iudicare.*

VM SVPER ABBATIA. Caſus conuentus Chochis obtinuit abbatem ſuum ſententialiter amoueri, & alium loco eius ſubſti-

ſcopo tantùm, & hoc ſonare videtur litera.

1 † Item hîc habes argumentum, quòd ſi plures iudices dati ſunt cum clauſula, quòd ſi non omnes etc. & vnus recuſetur vt ſuſpectus ab eo tantùm debet appellari, non ab alijs. (Formam) ſcilicet, illam quòd ſi non ambo etc. †Pro eo) no. quòd hæc decre. videtur innuere, quòd ſolus Epiſcopus audiebat cauſam recuſationis ſuæ & ſolus ſententiauit, & ab Epiſcopo appellatum fuit malè, quia coram ambobus proponendæ erant cauſæ ſuſpicionis, cùm ambo adhuc eſſent iudices, quouſque transferatur iuriſdictio in arbitros, & poſt recuſator cum aduerſario vel iudice debet eligere arbitros, qui de cauſa ſuſpicionis cognoſcant & diffiniant. infrà, de app. cum ſpeciali.

Sed dices, quid ad non recuſatum, vbi coram eo debeat recuſatio proponi, vel ab ambobus debeat appellari? Reſpon. quòd acceſſorium eſt, niſi hic procedat vt procedat eorum iuriſdictio ſuper principali. argu. ſuprà, c. præterea. & c. prudentiam. §. ſexta. & ipſi ambo partes cogent conuenire in arbitros. infrà, eo. ſuſpicionis. Vel dic, quòd quando cauſa ſuſpicionis contra vnum tantùm proponitur, licet melius ſit, ſicut dictum eſt, quòd coram omnibus proponatur: ſufficit tamen, ſi coram vno tantùm proponatur, & eſt hoc ea ratione, quia nec ipſe, nec coniudices ſententiare debent ſuper illo ſed arbiter. infrà, de app. cum ſpeciali.

2 † Sed quæres nónne appellatio ſufficiebat ad caſſationem huius proceſſus & ſententiæ, quia facta erat poſt appellationem, & ſi ſufficiebat, quare tantùm allegat de contrarietate potentiæ & voluntatis, præterea falſum eſt, quòd potuit ſolus procedere, quia falſum eſt eum potuiſſe procedere poſt appellationem. ſuprà, c. proxi. reſpon. quòd benè ſufficiebat appellatio ad caſſationem, ſed Papa propoſita quæſtione aſſumpſit diſputationem, ac ſi proceſſum eſſet ante appellationem, & etiam quando primo interlocuti ſunt ſimul, nondum erat appellatum. Vel dic, quòd hic dicit, vt oſtendat iſtam appellationem factam à duobus, & etiam iuſtam ſententiam ipſorum. Vel dic, quòd nunquam fuit appellatum ab abbate, ſed tantùm contra proceſſum eius obijciebatur, quòd cum ſuſpecto proceſſerat, & ſic ideò Papa reſpon. & habes hîc, quòd non ſolùm, ſi ſententia feratur contra ſuſpectum, ſed etiam ſi coniudex velit eligere arbitros, vel alia facere, quæ debet & poteſt coniudex ſolus procedere.

† Sed quid ſi dum cognoſcitur de cauſa ſuſpicionis aliter procedet, nunquid tenet proceſſus, videtur quod ſic, quia tunc intereſſe non poteſt impedimento iuris, quòd præcepit eum ſuperſedere, quouſque cognoſcitur de ſuſpicione, infrà, de appel. cum ſpeciali. Sed poteris dicere contrarium, quia durante etiam cauſa ſuſpicionis, poteſt & vult intereſſe, dummodò non ſit vera cauſa ſuſpicionis. Nec eſt verum, eum tunc impediri à iure, imò ius concedit, ſed differtur propter exceptionem propoſitam à parte. Item dicimus, quòd ſi iudici obijciatur aliquid, quare poſſit elidi iuriſdictio eius, tamen ipſe cognoſcet. C. ſi contra ius. & ſi non.

3 † Item dicunt quidam, ſi iudici obijciatur, quòd non poſſit eſſe iudex, quia ſit infamis, vel propter aliud impedimentum iuris, nam & tunc ipſe de ſua iuriſdictione cognoſcet, nec pronunciabit ſe non eſſe infamem, ſed ſuam eſſe iuriſdictionem. Non obſtat exceptio prædicta, & ſic concordat ſententia petitioni. Alij dicunt, ſed non placet, quòd de hac exceptione tantùm ſuperior cognoſcet, aliàs cogemur dicere, quòd quis ſuum peccatum debet publicare, contra id, quod eſt. 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. & in ſua cauſa iudicare, contra id quod eſt C. ne quis in ſua cau. Alij tamen dicunt, ſed nō placet, quòd ſi obijciatur iudici infamia, el aliquod aliud, propter quod nulla eſſet ſententia propter perſonam iudicantem, puta quòd ſit impubes, vel fœmina, vel infamis, de quibus habes. ff. ad l. Iulia. de vi pri. leg. 1. de iudic. leg. cùm prætor. quòd pars non tenetur comparere coram tali. ff. de iudi. non videtur. & ſi conuenerit, non tenetur coram eo probare, ſed coram ſuperiore, eſt ergò melius, quòd proponat factum coram eis, & nec de facto procedant ad appellationem. inf. de teſti. dilecto filio. Item licet coram duobus, vel omnibus debeant proponere prædictas exceptiones contra iudicem tantùm: tamen ab illis penes quos remanet iuriſdictio, poteſt petere, vt ipſi procedant ſine alio, qui reprobatur.

4 †Item corā omnibus oportet quòd probationes inducātur, & coram omnibus ponātur, & ad omnes dirigat ſermonem, & coram omnibus proponat exceptionē contra

contra illum iudicem, quem vult reprobare, quod ſi noluerit admittere appellet, & ſi eam admiſerit coram omnibus, probet eam, & ea probata petat, quòd alij ſine reprobato procedant. Hoc non credimus, imò omnes ſimul procedent, & ſimul ſententiabunt, quia omnes ſunt ſimul iudices, quouſque auocetur ab eis iuriſdictio per appellationem vel alio modo legitimo, nec poteſt ab vno appellari, niſi appelletur ab omnibus, quia cùm non ſit licitum appellare, niſi à grauamine, & vnus non poſſit alium grauare, quia ſolus iuriſdictionem non habet, ergò nec ab vno, ſed ab omnibus ſimul appel. eſt, recuſari autem vnus ſolus poteſt, vt hîc, & poteſt dici, quòd ſententia infamium & aliorum qui à lege prohibentur, vt iudi. fiant tenet: vt not. ſuprà de reſcript. ſciſcitatus. aliud tamen videtur in ſententia excommunicati: vt no. infr. de except. eſt enim hæc exceptio anomala. † Si autem proponatur talis exceptio, quæ nullam reddet ſententiam ex alia cauſa, puta quia non poteſt cognoſcere de tanta ſumma. in Authent. de defen. ciui. §. audient. vel de cauſa liberali, nam tunc debet eam proponere ac probare coram ipſo, & tenebit ſententia, niſi exprimeret errorem in ſententia. ff. de regu. iur. præſes. quòd tamen vix poteſt eſſe quod non exprimat. Alij dicunt, ſed non placet, quòd de impedimentis iuris eſt per arbitros cognoſcere, ſicut de cauſa ſuſpicionis. arg. infrà, de appellat. cum ſpeciali, quia de ſimilibus ad ſimilia procedendum eſt. ff. de leg. non poſſunt. & hoc locum habet in delegatis. ſuprà, de reſcript. ſciſcitatus. † Tu dic indubitanter, quod quando aliquis litigans habet talem exceptionem, per quam dicat eum coram quo litigatur nullam habere iuriſdictionem, ſuper eo, de quo agitur, vel non tenere, quòd ſit coram eo in optione eius eſt, vel hoc dicere coram iudice, & probare & audire ſententiam, quæ ſi pro ea lata fuerit prodeſt, quia extunc ceſſabit aduerſarij vexatio, ſed obeſſe non poteſt, ſi feratur contra eum, quia extenditur retrò iudicium nullum. infrà, de probatio. in præſentia. vel poteſt venire coram iudice, qui ſi procedat contra eum, non valet prædicta ratione: quia extenditur retrò iudicium nullum.

5 † Credo quod contumaciam huius poſſet punire iudex, ſi aliàs habebat iuriſdictionem in eum, vel ſi de hoc dubitabatur. arg. ſuprà, de reſcript. ſuper literis, quia non vult allegare priuilegium ſuum ſed ſi ſcitur, quod nullam habet iuriſdictionem ſuper eum nullam pœnam poteſt imponere, ſi verò aliquam iuriſdictionem habet ſuper re de qua agitur, & talis ſit iudex, quod teneat quicquid factum erat coram eo. tunc ſiue proponatur exceptio etiam contra perſonam eius, ſcilicet, quod ſit infamis vel excommunicatus, vel quæcunq; alia ſiue contra reſcriptum, ſiue quæcunq; alia poſſit dici, præter cauſam recuſationis, ſemper hoc proponere debet coram iudicibus. & ſi iudex annuit exceptionibus recedet liber, ſi verò non annuat, eſt in optione litigantis, vel probare exceptionem, & audire ſuper ea ſententiam vel ſtatim aſſignata cauſa hac, ſcilicet, quia iudex eſt infamis ap. infrà, de appellat. interpoſita. & hoc ſic probo, quia cùm hic ſit iudex, non licet litigatoribus ab eo recedere, niſi appellent. infrà, de appellat. vt debitus. in ordinarijs autem non eſt admittenda talis exceptio, tu es ſeruus vel infamis, cùm quamdiu toleratur, omnes ſententiæ eius tenent. ff. de offic. prætor. Barbarius. niſi obijciatur exceptio, quod amotus ſit perpetuò, vel ſuſpenſus à ſenatu. ff. de iu. cùm prætor. vel niſi dicatur excommunicatus, quia tunc auditur propter periculum conuerſationis, & eſt ratio diuerſitatis, quia abſurdum eſſet, quod ordinario ſemel amoto à iudicando, vel aliquo alio quod ratione officij facere tenetur, poſtea in dignitate remaneret, ſecùs autem in delegato, qui vult illam cauſam tantùm, quæ in delegat. continetur ratione illius commiſſionis facere, quòd non debet, eſt ergò prius agendum cum prælato, vt remoueatur à dignitate. Item alia ratio eſt, quia prædicti, ſcilicet, ſerui, & infames non prohibentur expreſſè iudicare, ſed per conſequens, quia prohibentur ne iudices fiant. ff. de re iudic. l. 1. ff. de iudi. cùm prætor. quando ergò fiunt iudices, poteſt excipi, quod non fiant, quia infames ſunt, ſed ſi fiant licet infames vel ſerui ſint, tamen iudices erunt. ff. de offic. præto. Barbarius. per conſequens ergò omnia facient, quæ ad iudicem pertinent.

6 †Nec obſtabit exceptio infamiæ, vel

seruitutis, volenti iudicare, cùm hæc exceptio non impediat iudicare, sed tantùm iudicem fieri, vt dictum est, & ideò licitum est apponere eam contra delegatum antequam iudex fiat, id est, antequàm sit in eo statu, quod iurisdictio eius elidi non possit, vel antequam partes in ipsum consentiant: vt not. suprà, de rescrip. scisitatus. sed postquod iudex fuerit, non habet locũ hæc exceptio infamiæ, vel seruitutis, quæ nõ apponitur, ne iudicetur, sed ne iudex fiat. Vel dic, vt suprà de elect. nihil. si autem obijciatur exceptio homicidij, vel cuiuscunq; alterius criminis, non repelletur etiam iudex delegatus, vt no. suprà de rescri. super literis. contra. 3.q. 7. qui sine iudi. & seq.c. sed illa loquuntur in his, quæ sunt extra iudicium, licet sint peccatores, alios peccatores contemnunt: sed se omittentes, in peccato manentes iudicant alios. Vel dic, quòd rectus ordo est, quod â seipso iudicando incipiat, tunc non peccat iudicando, etiam si in alijs sit. 3. q. 7. §. vltim. Vel illa. c. loquuntur quando agitur denunciando. Item in quibusdam ex illis casibus ponitur iudicium pro actione. Ab eodem) vna enim pars episcopum certis ex causis recusauerat vt suspectum, & quia nec episcopus à causa cessabat, nec arbitros super causis suspicionis eligebat, eadem pars ab episcopo appellauit, quam appellationem postea ambo iudices interlocuti sunt non tenuisse de iure, & tunc eadem pars ab ambobus appellauit, sed iudices à quibus appellatum non deferentes parti appellanti silentium imposuerunt, aduersarium restituerunt, vt continetur in integra. (Per consequentiam) ff. de arb. celsus. §. 1. 11. q. 3. existimant. & c. seq. ff. quod met. cau. l. 1. (Aduersantibus) suprà, de translatio. episco. inter corporalia. in fin. ff. de admi. tu. l. 3. de rebus dubijs, in ambiguo. ff. de hære. institut. quot. contra, infrà, de præben. inter cætera. & c. dilectus. infrà, de verb. sign. abbate. ff. de contrahentium emptore. qui taberna. ff. de lib. cau. lib. 1. cau. l. 1. & l. non solùm. institutio, de adopt. l. 6. Aduersantibus) ff. quod cum fal. tu. l. 1. contra so. dicunt quidam illud in fauorem pupilli speciale. Alij dicunt, quòd ibi verus tutor sciebat se solùm tutorem, & ideò non contradicebat voluntas potestati, sed hîc secùs. Alij dicunt, quòd si sint plures tutores, tamen quilibet solus ministrare potest. C. de Authent. præ. l. vlti. argu. ff. de arbi. pedius. infrà, de sen. & ne. iudi. ad probandum. cùm autem hoc certum debeat esse cuilibet tutori voluntas non contradicit potestati, sed delegatus certus debet esse, quod sine condelegato non potest facere, dummodò causæ interesse possit, & conuerso, si interesse non potest de iure & eum admittit, contradicit voluntas potestati, vnde non tenet, quod fit ab eis, & idem quod in tutoribus, dico in iudicibus ordinarijs. ff. de offic. con. l. 1.

†Vel dic, quod hîc potens & impotens vnam sententiam protulerunt, quæ non potest pro parte tenere, & pro parte nulla esse. argu. in l. contraria. verus tutor præstitit suam authoritatem, quæ tenuit, & falsus tutor similiter, sed separatim præstitit suã quæ non tenuit, & hoc est contra ius, quod de duabus actionibus vna teneat, & altera non.

CAPVT XXIIII.

1 *Absolutio ab instantia iudicij peti potest ante litis cõtestationẽ, & an reuocetur iurisdictio data iudici per absolutionem, in num. 2.*

3 *An pars comparens debeat recedere termino finito sine licentia iudicis, aduersario non comparente. & nu. 4.*

4 *An liceat præsentibus procedere ad electionem existentibus quibusdam absentibus.*

5 *Nunquid iudex in præiudicium partis, possit parcere contumaci.*

Hora sufficere potest ad id perficiendum, ad quod terminus est assignatus.

CONSVLVIT. (Citandus) quod circumdatur edictum, & absoluatur ab instantia iudicij, idem vel nec lex videtur in hoc facere differẽ tiam. ff. de iudi. & post edictum. cum legibus seq. vbi dicitur, quod si reus citatus solenniter ad sententiam audiendam, vel testes recipiendos venit, actore non veniente absoluetur ab instantia edicti, nisi ex gestis liqueret causam posse decidi, sed hodie cùm per contumaciam actoris, sicut rei contrahitur eremodiciũ, poterit ad diffinitiuam procedi, tamen si potius velit ab instantia iudicij absolui, audietur, cùm per ius nouum, quo ad hoc non tollatur ius vetus, scilicet, nisi liqueat sententiâ pro actore ferendâ. Vel dic, q; aliud est absolui ab instãtia iudicij, & aliud peremptoriũ circũduci, nã dicitur circumduci, id est, deleri, & tunc non dicitur absolui ab instantia iudicij vel litis sed instantia edicti peremptorij, vt sic deleatur tanquam non fuisset remissum, sed lis, id est, litis instantia salua ex integro manet, & ita benè dicit hîc citandus, videbatur enim, quòd circumductum esset peremptorium. ff. de iudi. & post peremptorium, sed certè sicut ex loco isto apparet, non est verum. l. enim loquitur quando reus citatus est præsens, & qui citari fecit est absens, & tunc circumducitur edictum, hîc autem econuerso, nec etiam circumducitur edictum, si non fuit citatus in termino, vel melius semper si is qui præsens est, siue sit actor, siue reus petat circumduci edictum, circumducitur, quia qui præsens est si vult absoluitur in vltimo termino assignato, potest etiam absolui ab instantia iudicij, sed debet fieri cum maiori solennitate, quia tunc pereunt omnia acta iudicij. C. de iud. properandum. §. 1. ff. de iudi. & post.

1 †Et credimus, quod prędicta absolutio ab instantia iudicij potest peti ante litis contestationem. C. quomodo & quando iudi. Authent. qui semel. & melius. 3. q. 3. quod fieri. & facta prædicta absolutione, irrita erunt acta omnia ante habita & condemnabitur ad expensas, tamen credimus necesse eum citari, vt prædicta absolutio fiat. arg. prædictarum. ll. & quia nunquam super hoc, vt absoluatur aduersarius ab instantia iudicij citatus fuit, absolutio autem quæ fit à termino, fiet sine vlla citatione.

2 †Item non credimus reuocari iurisdictionem datam iudici, siue sit delegatus, siue ordinarius, per hanc absolutionem, quia non est de actis iudicij, & credimus, quod statim in prima absentia potest petere citari aduersarium, vt ab instantia iudicij absoluatur, nec ob. leges prædictæ, quæ dicunt, quod debet expectare circa finem triennij vel alterius termini, quia loquuntur in eo casu, quando præsens vult testes inducere super principali, & sententiam ferri constaret, & hoc locum habet in ciuilibus, in criminalibus autem quid fieri debeat absente accusatore. no. infrà, de accu. licet post. si autem contestat. constat, quod peti potest, & sic loquitur. C. de iudi. properandum. §. 1. alio etiam modo perit instantia iudicij, lapsu triennij. C. de iudi. properandum, sed hoc non tenet secundum cano. de testationibus autem & confessionibus, an pereant alibi notatur. inf. de test. causam quæ.

3 Expectare) hic colligitur, † quod pars comparens etiam si aduersarius non compareat, non debet recedere termino finito sine licentia iudicis. arg. 11. q. 3. certum. quia cùm de iudice dicatur, quod potest in sequentem diem expectare, & sic pars expectare tenetur.

Et hæc quidam intelligunt verum, quo ad hoc, quod possit petere expensas, quas petere posset, si ad voluntatem iudicis expectasset. C. de iud. sancimus: sed quantum ad hoc, quod aliquam pœnam subeat non, quia etiam si non venisset aduersario non adueniente, non puniretur in expensis, vel alio modo. ff. de arb. arbiter. §. fin. secùs tamen dicendum videtur, si vocetur quis ad electionem faciendam, nam & si tunc aliquem canonicum absentem expectarent aliquibus diebus, non liceret alicui de canonicis præsentibus recedere, & si recederent præsentes eo non citato possunt procedere ad electionem, sicut dicitur in vocatis ad synodum. 18. dist. si quis autem. 11. q. 3. certum. quia non licet eis recedere, nisi finito concilio: ita nec vocatis ad electionem, nisi facta electione, vel ad alium terminum prorogata.

4 †Item licet sint aliqui absentes, tamen qui præsentes sunt possunt procedere ad electionem, vnde licet sicut in causis, ita & in electionibus circumduceretur edictum, quod non fatemur, tamen non posset dici hoc edictum circumductum, cùm aliqui sint absentes, cum tãtùm circa præsentes alijs legitimè vocatis potestas remaneat eligendi, sup. de ele. quia in causis, etiam dicunt omnes, quod nunquam partibus præsentibus circumducitur edictũ, quamuis sine aliqua speciali prorogatione per plures dies, post terminum assignatum expectent partes, nec licet alicui recedere sine licentia, infrà, de iudi. c. 1. super eo autem quod primò dictum est, videtur melius, quod neq; actor, neq; reus debeat sine licentia recedere, arg. 11. q. 3. certum. 18. distinct. si quis autem. & si recessit, pars quæ fuit in termino sine licentia altera parte postea veniente & ostendente, quod iusta causa abfuit & necessaria, iustè omnes expensas petat. arg. l. sancimus. C. de iudic. & est ea ratio, quia duo mandasse videtur, s. quod compareat, & q; in termino

mino compareat. Vnde quamuis vnum facere non posit. scilicet, in termino cõparere : tamen ad alterum tenetur, scilicet, comparere. arg. ff. de arb. celsus. & l. prætor. §. vlt, arg. infrà, de dolo. cum dilecti. in fin.

Credimus enim, quod ad hoc, quod pereat instantia termini assignati, quod circumducatur edictum, de qua habes. ff. de iud. & post quod per iudicem circumducatur & licentietur. Si autem iudex abesset à loco, vbi debuit ius reddere: tunc vtraq; pars libere potest recedere, cùm non teneatur alibi eum quærere. 2. q. 6. biduum. nec expectare nisi in subsequentem diem, vt hîc. Si autem infirmus esset, expectare tenetur, vel quod procederet, vel quod terminum assignaret, si posset. arg. ff. de arbi. l. si qua. §. 1. & si non posset his intendere, possent partes recedere etiam sine licentia, & aliam citationem expectare. ff. de arbi. arbiter. & l. vlti.

5 †Gratiam) hîc videtur, quod iudex in præiudicium partis, parti possit parcere contumaci. C. quomodo & quando iudi. l. 1. infr. de sen. excom. ex facto. ff. de arb. diem. §. si quis litigatorum. ff. de iudi. nunquid. hoc autem est certum, quod licet possit absenti parcere in sentẽtia differẽda, nõ tamẽ potest parcere in expensis, quod eum non condemnet in præsenti. C. de iud. sancimus. sed videtur, quod iudex debeat expectare in sequentem diem de mero iure. ff. de ver. ob. quod autem. & ad minus vsq; in supremam diei assignatę horam. 2. q. 6. biduum. Authent. de iudi. §. sedebunt. contra. ff. de orig. iudi. l. 2. §. sed quia. vbi dicitur, incongruum esse iudices vespere iudicare, sed ibi dicitur vespere iudicabunt expone, id est, suprema hora ante tenebras, & crederem quod si sententiam ferret in nocte diffinitiuam, vel interlocutoriam, non teneret, nec etiam litis contestatio tunc fiet, vnde benè dicit lex non iudicabunt: allegationes autem audient & testes recipere possunt, vnde Authen. dicit benè, vespere sedebunt, item si stans det sententiam, non valet arg. prædictæ aut. infrà, de his quæ fi. â ma. par. ca. ex ore. 3. q. 4. §. â iudice. (Citanda) nisi ex gratia ad superandam eius malitiam. infr. de do. & contu. prout. ff. de iudi. post edictum. C. eo. ☞ Authen. iubemus. †Id) not. sufficere horam, qua possit perficere illud, ad quod terminus assignatus est, quia in absentia partium procedere non potest ad alia. arg. infr. de test. cùm olim. secùs si non sit citatus ad aliquem terminum certum assignatum, quia tunc ad omnia procedere potest, & etiam ad sententiam eo amplius non citato. C. de iudi. properandum. In tenebris) 18. q. 2. pernicioſam. infr. vt ec. benè. vt nostrum. 19. dist. Anastasius. ff. de ri. nup. palam. ff. de ven. inspi. l. 1. §. mulier. ff. de admi. tu. non existimo. ff. de transac. non mino, arg. contra. ff. de testa. ad testium. §. vlt. (Constitutiones) ff. de fer. more Romano. (Medietate) quo ad contractus, secùs quo ad iudicia, vt hîc, scribetur enim tali die factum contractum etiam si in nocte fiat. (Agatur) quo ad quædam, scilicet, contractus & huiusmodi. (Procedendi) ad sentẽtiandum in causis.

CAPVT XXV.

1 *Socialis familiaritas reddit iudicem suspectum.*
Iudex facilius potest remoueri tanquam suspectus, quàm testis, & quæ sit ratio.
2 *Præuidenda non solùm quæ pro se, sed etiam quæ contra se faciunt.*

INSINVANTE. (Admisit) Exceptio enim de nouo cõpetens, & post litis contestationẽ admittitur. ff. de arb. non dist. §. cum quidam. ff. de interro. ac l. de ętate. §. ex causa. (Literis) vbi erat, quod si non omnes tu frater episcope.

1 †Poterat) familiaritatem dominicam & socialem facere iudicem suspectum. arg. 3. q. 5. accusatores. & non solùm dominus suspectus redditur ex cohabitatione, sed & tota familia domini. ar. hîc, sed non sicut in familia consanguinei, vel alterius suspecti, & est ratio diuersitatis, quia non est suspecta. tantùm familia eo, quod sit familia domini, sed quia inuicem sunt aliàs consamiliares, & tota familia contemplatione domini eximitur à iurisdictione suspecti iudicis. C. si qua. præpo. l. 1.

Quod fortè non est verum, nisi in casu. l. illius. & distinguendum est etiam inter familiam, quæ est in potestate constituta, & alios familiares, modica tamen familiaritas non sufficit, sic ff. de ver. sig. latè. infrà de appellat. ex insinuatione. infrà, vt lit. non contest. accedens. suprà de reseri. ad hoc. ff. de procu. aut affinitate, & hoc scias, quod minor causa remouet iudicem quàm testem, nam quęlibet consanguinitas remouet iudicem, non

non tamen testem, quia nec etiam frater repellitur, quòd ex eo apparet, quia non prohibetur, & edictum de testibus est prohibitorium, & est ratio, quia multi inueniuntur iudices, pauci verò testes, arg. infrà, de testa. dele. quæ loquitur de comitissa Flandrensi, vnde dicitur in causa ciuili, filius potest esse iudex ordinarius. 3. q. 7. tria. in fin. & tamen non potest esse testis. Item criminosi possunt esse judices. 3. q. 7. infrà, vlti. & non testes.

2 † Recusari) not. non solùm præuidenda, quæ pro se faciunt, sed etiam quæ contra se. 11. q. 1. de persona. ff. loc. si quis domum. §. 1. infrà, de procu. c. 1. Valebant) melius & magis ordinatum fuisset, quòd prius essent recusati, & sententia lata super recusatione & etiam hoc aduersa pars hoc petijsset, sed gratia fuit & fortè ad hoc facta, quæ propter hoc non cogeret iterum ad sedem Apost. laborare, & maxime quia ex rescripto aduersarij iuri nihil detrahebatur. Petijt) quos concesit de gratia, licet petierint iudices, non petijt aliquos nominatim: vel si petijsset nominatim, concesit propter verecundiam petiti iudicis. ff. de iud. obseruandum. ff. de procu. aut affinitate. ff. de his qui ad eccle. confu. l. vlti. ff. de Authent. tu. quod dominus. 2. q. 5. c. 3. & c. statuimus. (Postquam) suprà, eodem gratum. ff. de iur. om. iu. receptis. (Consenserit) supple pars aduersa, vel ad hoc consentire velit non aduersario volente, non potest eos recusare. 4. q. 3. §. si quis testibus. 3. q. 3. offeratur. infrà, eod. super quæstionum. arg. contra. ff. de arb. si cùm dies. §. si arbiter. in fi. ff. quod quisq; iu. l. 1.

CAPVT XXVI.

1 *Quadrimestre tempus locum habet in personali actione tantùm.*
Quadrimestre tempus quando incipiat currere, & an possit prorogari.
2 *Delegati & contumacia in actione reali comparatio.*
3 *Si post litis contest. de causa liquet, non est necesse excommunicare contumacem.*

VAERENTI. & infrà (Functus) suprà, eod. in literis. ff. de re iud. si cùm iudex. (Pareatur) cum effectu. sup. eod. significasti. infr. de cle. non resi. relatum. (Aequitatis) ff. de acqui-
1 re. do. adeò. §. cùm quis. †Quadrimestre) tempus quadrimestre locum habet in actione personali tantùm. C. de vsu. re. iudi. l. 2. & 3. ff. de iud. si debitori. in reali actione statim post decem dies locum habet executio ex quo, scilicet, transiuit in rem iudicatam, si res tamen restitui possit. Alioquin datur episcopus ad restituendũ, & condemnatus dat cautionem de præstanda æstimatione si non restituatur res. institu. de offi. iudi. §. & si in rem. Non ob. quod leg. ff. de vsur. in fideicom. quia ibi agebatur actione ex testamento, quæ est personalis, non rei vendicatione. Similiter non ob. ff. quod metus causa, fine exceptione. §. quod si homo. quia agebatur actione, quod metus causa, quæ est personalis, similiter in criminalibus non habet locum quadrimestre tempus. de pœn. distinct. 1. fleat. C. de pœn. cùm eis. sed statim mandatur executioni, nisi in quatuor casibus primis. 11. q. 3. cum apud. C. de pœn. si vindicari. secundus est. ff. de pereg. peregrinantis. tertius est. C. de bo. proscr. l. 3. quartus est. 2. q. 6. biduum. §. si quis insulam.

Currit autem hîc quadrimestre tempus à die latæ sententiæ, si non est appellatum, vel si est appellatum à die confirmationis sententiæ. C. de vsu. rei iu. l. 1. Currit etiam confessio à die confessionis. ff. de confes. certum. in criminali autem licet quis confiteatur, non mandatur executioni sententia, nisi feratur. ff. de cust. & ex l. si confessus. 2. q. 1. nos in quenquam. Iudex autem prorogat quadrimestre tempus, pro qualitate causæ, vt si condemnatus actione reali, & rem restituere, tunc non possit ad tempus & pro quantitate, vt si in magna quantitate sit condemnatus, & pro obsequio personarum, vt si pater, vel patronus condemnatus sit filio, vel liberto, vel contumacia, vt si vincens in aliquo, sit contumax. ff. de re iudi. l. 2. Arctatio autem fit per rarò, veluti si alimenta constituantur vnìminori per restitutionem in integrum subueniatur. ff. de re iud. l, 2. & si arctetur à iudice per. l. suppletur. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis. Annum) hoc locum habet, vbi non est appellatum, quia si est appellatum etiam post annum, licet iudici exequi sententiam à se latam, si non fuerit prosecutus appellationem. infrà. de app. personas. inf. eod. pastoralis. §. præterea.

†Obser-

2 † Obſeruatur) hîc vult dicere, quia ſicut contumax in actione reali ante litis conteſtationem, vſq; ad annum præſtita cautione, recuperare poteſt poſſeſsionem, & poſt annum non poteſt, ſic delegatus poſt ſententiam diffinitiuam vſq; ad annum poteſt abſoluere excommunicatum, aliàs ſuam ſententiam exequi poſt annum non poteſt, nam extunc ſuam poteſtatem perdidit, vel ſicut contumax intra annum excommunicationis auditur ante litis conteſt. ſuper principali, cum & poſt annum non auditur. 11. q. 3. rurſus. & c. quicunq;. ſic etiam hic contumax audietur intra annum petens abſolutionem, & non poſt annum.

3 † Sed quæres quare dicit ante litis cõteſtationẽ? Reſpõ. quia ſi poſt litis cõteſt. liqueret de cauſa, non eſſet neceſſe excõmunicare contumacem, ſed diffinitiua ſententia fertur. C. de iudi. properandum. §. ſi quidem. 3. q. 9. decreuimus. ſed ſi non liqueret de cauſa, ſit miſsio in poſſeſſionem irreuocabilis. C. quomodo & quãdo. conſentaneum. ſed tunc in neutro caſu eſſet locus, vbi contumax audiretur, ſi ante ſententiam diffinitiuam excommunicet ſemper vſq; ad diffinitiuam ſententiam, & poſt diffinitiuam intra annum abſoluat, quia perpetuata eſt iuriſdictio ſua. ſup. eod. gratum. infrà, eod. licet. quia reſcripta ſunt perpetuata, C. de di. reſcri. falſo.

Hæc habent locum in delegatis, nam ordinarij quia ſemper habent iuriſdictionem, nec expirat, ſemper abſoluunt, & eis amotis, ab ordinaria iuriſdictione quam exercebant, etiam intra annum abſoluere non poſſunt, cùm hæc iuriſdictio ad ſuperiorem, vel ſucceſſorem tranſeat. C. de iudi. properandum. circa fi.

CAPVT XXVII.

1 *Quemadmodum à delegato primo ad principem appellatur, ita à ſubdelegato ſiue auditore.*
Hodie nulla eſt differentia inter ſubdelegatum & ordinarium ſiuè delegatum quo ad hoc, vt poſsit appellari, vel non poſsit appellari.
2 *Modum excedere dicitur, qui fines mandati non ſeruat.*
3 *An magis liceat appellari à iudice, quàm ab auditore.*
4 *In actione criminali non licet delegare.*
5 *Qui ſemel conſenſerunt, non poſſunt vlterius appellare vel diſſentire.*
6 *Aſſeſſor de communi voluntate eligi debet.*
Delegatus à principe, ſi delegat alij cauſam, ad eum, non ad principem appellabitur.
Iudex delegatus ſi totam cauſam commiſerit, an poterit ſe vlterius de illa cauſa intromittere. Et an poſsit ſibi executionem retinere.
7 *An iudex & deleg. ſint coniudices.*
8 *Non licet niſi à grauamine appellare.*
Si tres ſunt delegati, & duo ſubdelegauerunt cum tertio delegato proceſſerunt, & fuit appellatum, nunquid appellabitur primus delegans, vel delegatus.
9 *Qui ſimpliciter committit vices ſuas totum committere videtur.*
Delegatus ſi vult recipere ſubdelegationem, nunquid hoc facere poſsit parte contradicente.
Item ſi ſunt tres delegati, & vnus admittit ſubdelegatum, & alius non, quid iuris ſit.
Subdelegatus ad totam cauſam, ſi in vno termino interfuerit, ſemper admittere tenetur.
Si tres ſunt delegati, & vnus erat præſens in loco, pro alio comparuit ſubdelegatus, & tertius ſe excuſauit, nunquid eſt in poteſtate delegati admittere ſubdelegatum.
Item, Quid ſi ambo abſentes mittant ſubdelegatos nunquid præſens delegatus poſsit ambos repellere. Item ſi delegatus nolit procedere, an ſubdelegati poterant procedere.
10 *Si vnus ex delegatis tantùm princi. cauſa commiſit ad Papam non ad condeleg. appellatur.*
Sub quo iudice cauſa recuſationis ſit probanda & proponenda.

SVPER QVAESTIONVM. (Conſtitutionem) quam non habemus in hac compilatione, ſed tenorem eius ponit in iſta. (Alexan.) ſup. eod. cum te conſulente. Sed illa Alex. (Per iſtã) quã non habemus. (In illa) Alex. (ipſe) Alex. (Interpoſita) ad Papã nõ tenetur, quia ad ipſum, non ad Papam eſt appellandum. (Nos autem) in hoc loco ponit verba conſtitutionis ſuæ quam non habemus, & expone ſtatuimus in conſtitutione, quam non habemus, eſt enim præteriti temporis. (App.re) quantum ad hunc articulum vel dubitationem nihil facit hodie remotio appellationis, quia nunquam licet appellare niſi grauetur, & tunc ſemper licet, quamuis ſecundum antiqua iura fuerit differentia. (Prouocationis) nullus enim niſi Imperator cauſam ap.re. committit. ff. qui. ap. non licet. l. 1. in fin. & Papa. infrà, de app. paſtoralis. & in multis c. eiuſdem tit. niſi in caſibus quos no. infrà, eod. paſtoralis. in fi. (Quicunq;) ordinarius. † Certum) de medijs puta exceptiones examinandos teſtes recipiendos, vel allegationes audiendas, vel ſimilia, ita quod nullam iuriſdictionem

nem habeat, ſed tantùm exequatur mandatum, & audiat, quòd iniunctum eſt, ſed ſi quid dubij ſit, non diffiniat, ſed ad ſuperiorem referat, nam ſi commiſſa ſit ei iuriſdictio, vel aliqua diffinire, cùm eis poſsit grauare partem, & licitum ſit à quolibet grauamine appellare. infr. de appel. cùm ſit Romana. & c. vt debitus. certè ab iſto auditore licet prouocare, quamuis tantùm mediæ cauſæ ſint ei cõmiſſæ, ſed cum iuriſdictione, vel diffinitione, quia ſecundum hoc nulla eſt differentia inter hunc auditorem, & iudicem quo ad appellationem. Vel dic, quod ſicut à delegato primo appellatur ad principem, ita à ſubdelegato ſiue auditore, quia benè à ſubdelegato appelletur, licet hîc diuerſimodè accipiatur, appellatur ad delegantem, ſed de ſubdelegato vel auditore videbatur, quod etiam ſine cauſa poſſet ab eis appellare deleg. cùm non poſsit ſibi delegari cauſa appell. re. quod hîc negatur. Vel dic & melius, quod hic auditor etiam ſi iuriſdictionem ſiue coërtionem haberet. infr. eod. ex literis. tamen ab eo appellari non poteſt ſine grauamine, vt hîc.

Et eſt hoc hodie generale in omni ſubdelegato, & iudice ordinario, & delegato, & etiam auditore. arg. infr. de appellat. vt debitus. in auditoribus autem nihil mutatur per decr. cùm nec olim, nec hodie liceret appellare, vt hîc. Et diximus, quod quo ad hoc, quòd poſsit appellari, vel non poſsit appellari, hodie nulla eſt differentia inter auditorem & iudicem, ſiue ordinarium ſiue delegatum, quia à nullo poteſt appellari ſine grauamine, & ab omnibus poteſt appellari, ſi grauetur. infr. de appellat. vt debitus.

Olim autem erat inter eos differentia, quæ hîc not. & quia ſublata eſt, oportet circa eam laborare, & plus quidam dicunt, quod non placet, quia etiam hodie ſi quis appellat ab his auditoribus, quibus tantum committuntur media, etiam ſi aſsignet iuſtam cauſam, & offerat ſe eam probaturum, non tenebit appellatio, niſi in veritate ſubſit grauamen, & iudex ad quem appellabitur non reuocabit proceſſum habitum poſt appellationem in veritate, aliàs probetur grauamen, etiam ſi probetur appellatur ſignata iuſta cauſa, & hoc probatur ſic, quia hîc dicit non poſſe appellari, niſi grauetur; ergò nec ſuffi-

cit iuſtam cauſam proponere, niſi & ſubſit. Nec ob. infrà, de appel. vt debitus. vbi innuit, quòd ſufficit iuſtam cauſam aſsignare. ſcz. quia ibi non intendit ius nouum condere in odium fruſtratoriè appellandum, ſed intendit remouere, ſic niſi per antiqua aliquid diſtrictius ſit ſtatutum quale hîc erat in auditoribus datis ad media, ſed ſecùs in auditoribus datis ad litis conteſtatio. vel ad alia maiora.

2 Excedat) modum excedit, qui fines mandati non ſeruat. infrà, eodem cap. porrò. vel ſi iniuriam facit. C. de appel. ſi quis pro, vel ſi aliàs grauat, nam quandocunq; grauet ſemper appellare licet, infrà, de appellat. vt debitus. & cùm in aliquibus decre. inueniatur, niſi modum excedat, vt hîc, & alibi inueniatur, niſi fines mandati excedat. infrà, eodem c. §. verùm. & alibi inueniatur, niſi excedat regulam. infrà, de offi. or. irrefragabili. §. 1. & alibi inueniatur etiam, quòd nulli appellant contra regularem diſciplinam, omnes enim iſtæ clauſulæ pro vna ponuntur, etiam omnes æquipollent niſi grauetur. (Exordium) litis exordium, quo ad perpetuandum iuriſdictionem eſt citatio. ſuprà, eodem gratum. & eodem modo quo ad interpretandam præſcriptionem. C. de præſcript. 30. an. ſicut. & l. cùm notiſsimi. & quo ad rem litigioſam conſtituendam in Authent. de litig. §. 1. & C. eodem, litigi. propriè verò exordium litis eſt conteſtatio litis. ff. de in ius voc. quamuis. C. ex dele. l. 1. ff. rem ra. ha. quo enim amplius, & ſic etiam hîc accipitur: tunc enim præſtatur iuramentum calumniæ, quod in exordio litis præcipitur præſtari. C. de iura. cal. cùm & iudex. & tunc tenetur bon. fi. poſ. de fructibus. C. de rei vendic. certum. & tunc præſtantur cautiones. ff. de procu. Pomponius. §. ratum. C. de ſat. tut. l. 1. Item libellus principi oblatus, & ad eum reſcripta litis eſt exordium quo ad annales exceptiones perpetuandas. C. quando li. princip. offic. per totum. (Finem) id eſt, ſententiam diffinitiuam.

3 † A iudice) q. d. ex quo hîc maiora committuntur ei iudex auditor non eſt, vel executor tantùm, & ideò poteſt ab eo appellari, licet largè vniuoce ſumatur auditor & ſubdeleg. & quia in veritate iudex eſt, quod ex eo apparet, quia coram eo fit litis conteſtatio, quod non

licet facere niſi coram iudice, ſed quæres nunquid magis licitum eſt appellari à iudice, quàm ab auditore? Reſpon. de tali auditore ſic, ſcilicet, ſubdelegato, vel alio cui cauſa commiſſa non erat appel. rē: & dicunt quidam & benè hoc verum eſſe ſecundum antiqua iura, quia hodie pariter à nullo licet appellare ſine cauſa. Alij tamen dicunt, quòd hoc etiam hodie obtinet in ſubdelegato, quod ab eis appellatur. & decre. vt debitus. loquitur tantùm in delegato & ordinario, vbi eſt graue habere recurſum ad ſuperiorem in delegato à Papa, vel delegato aliorum facile eſt habere recurſus ad ſuperiorem, vel dic plenius, vt no. in glo. de medijs. † (Prouocetur) hîc vi debatur obuiare decre. Alex. ſed non contradicit, quia licet hic concedat appellare, ſemper debet tantum appellari ad delegatum, non ad Papam niſi ſit delegatus ad totam cauſam, vt ſequitur, & ſic intelligitur decre. Alex. Item appellari poteſt aliquando ad primum delegatum, vt infrà ſequitur & expreſsius determinatum. (Inſti.) quando hanc conſtitutionem edidimus. (Diuiſim) vnam partem vni, alteram alteri diuerſis temporibus, nam ſi ſimul vni principium, & alij finem eiuſdem cauſæ committeret, ſuſpicione non careret. (Delegare) q.d. non intendamus in conſtitutione noſtra ſtatuere, quando eſſet appellandum & quando non. Item quando eſſet appellandum ad Papam, & quando ad delegatum Papæ, ſed intendamus ampliare iudicialem poteſtatem, ſcilicet, vt non ſolùm media, ſed etiam principium & finem poſsit cōmittere, quod ante conſtitutionem iſtam facere non poterat, cùm lex ciuilis hoc prohibeat, cui ſtandū erat, niſi hæc decre. id reuocaret, 10. diſt. c. 1. & c. quoniam.

4 †Item quando ciuiliter agitur, ſecùs ſi criminaliter, nam tunc delegare non poteſt. ff. de offic. eius cui man. eſt iu. l. 2. 9. q. 3. ſaluo, niſi à princ. delegat. 24. q. 4. illud. ff. de reſtitut. l. 3. item dicimus infra, de reſtitu. ſpo. ſuper. nec iudex appellationis ſecundum legem poteſt delegare. C. de iudi. Authent. ad hoc. ſecùs ſecundum canones, quòd dicitur. C. de iudi. Authent. ad hoc. cui derogatum eſt per hanc decret. quia benè licet ſecundum canones, vt hic dicit committere principium, & finem. (Cùm ante) non eſt hoc de Authent. ſed eſt additio Papæ, & reſpondit tacitè obiectioni, qua quæri poſſet, quomodo delegatus à Papa refert ſententiam diffinitiuam, ſi alijs commiſit principium, & medium, vel etiam ſi nihil de meritis cauſæ cognouit, ſed Papa hîc reſpondit, quòd ſummatim debet omnia acta iudicis à capite recenſere. (Inueſtigare) quando committit principium, & medium, ſi enim finem committit: tunc delegans hoc non inquiret. (Verùm) oſtenſo, quod prædictæ conſtitutiones ſibi ad inuicem contradicunt. (Prælibat) id eſt, promittit diffinitionem quæ ſequitur per quam ſoluitur quæſtio propoſita. Item hic dicit, quando licitum ſit appellare ſubdelegato, in ſequenti autem §. diſtinguitur ad quem ſit appellandum. (Prouocari) aliquando ad dominum Papam, aliquando ad deleg. vt infrà, in ſequen. §. ſequitur, & plenius determinat. (Prouocari) niſi in caſu, infrà eodem, paſtoralis. in fi. (Commiſsis) cum iſta vniuerſitate non tranſit poteſtas dandi iudicem, licet ſit de iuriſdictione. ff. de iu. om. iudi. l. 1. in fine. & hoc eſt ea ratione, quia hoc non habet ex commiſsione, ſed à lege. C. de iudic. à iudice. infrà eodem, paſtoralis. §. 1.

5 †Statuimus) ex quo enim ſemel conſenſerunt, non poſſunt vlterius appellare, vel diſſentire, ſuprà eodem, infinuante. 3. q. 3. offeratur. 30. q. 5. horrendum. ff. de appel. ex conſenſu. ff. qui ſatiſ. cog. arbitrio. arg. contra. infrà, de ſen. & re iud. cauſam. 2. q. 6. à iudice. vbi dicitur, quod etiam ſi grauetur à talibus, quod non licet appellari, & non poſſunt recuſari vt ſuſpecti, ſed illud loquitur de arbitris compromiſſarijs, à quibus appellari non poteſt. C. de arbit. l. 1. etiam ſi grauetur, ſecùs autem poteſt dici de tutoribus.

6 †Item hîc colligitur, quod acceſſor debet eligi de communi voluntate, quia participat examinationi cauſæ. ff. de offic. aſſe. l. 1. arg. 2. q. 6. placuit. 11. q. 1. c. 3. Quod quidam concedunt, ſed ſi partes non poſſunt concordare, iudex dabit, nam iudicium redditur in inuitum. ff. de ver. ob. inter ſtipu. nos credimus, quod iudex debet eligere quem vult, quod ex eo apparet, quia ex eorum facto tenetur. C. de offi. aſſe. l. 1. &. nullus iudicium. †(Totam) ſecundum ll. delegatus à principe ſi delegat alij cauſam, ad eum, non ad principem appellabitur, ſed

ſed ſi delegatus ab alio delegato, non appellabitur delegatus, ſed primus delegās. ff. quis & à quo. l. 1. ſecundum canones, ſecùs quo ad primum articulum, ſed nunquid ſi iudex delegatus totam cauſam commiſerit, poterit ſe vlterius de illa cauſa intromittere? arg. quod ſic. ſuprà. eo. c. proxi. & quia ſubdelegatus nomine primi delegati iudicat. ff. de offi. eius cui man. eſt iu. l. 1. §. vlt. ff. de iuriſdictio. om. iu. more. §. quia. ſuprà eodem, ſanè. arg. contra. eodem ſuper. Reſpon. ſi ſubdelegatus delegationem ſuſcepit delegati, non poterit ſe vlterius intromittere alioquin poterit, cùm verba accipienda ſint cum effectu. ff. q, quiſq; iu. l. 1. §. hoc de cle. inf. non reſi. relatum. & hoc quidem in delegato, nam ordinarius reuocabit delegationem, quando volet, non habita diſtinctione an totum commiſit, vel partem. ff. de iu. ſuprà de reſcrip. paſtoralis. ff. de offic. procon. ſolent. §. 1. Alij dicunt quod non placet, quia licet committat alicui etiā ſententiæ prolationem, tamen poteſt ſibi retinere executionem, compulſionem partium, & ſuum conſilium requirendum. arg. ſuprà eodem, ſi pro deli. & poteſt reuocare iuriſdictionem. ff. de iud. iudi. imò plus debent, quòd licet dicat, committo etiam ſententiam ferendam, & nihil dixit, quòd ſibi aliquam reſeruauerit, tamen delegatus poteſt exequi ſententiam, ſubdelegatus enim nunquam poteſt eam exequi, & ideò videtur quod ſemper ſibi retineat executionem, ſecùs autem, quādo dicit ſimpliciter, committo tibi vices meas, quia tunc, nec reuocare poteſt, nec exequi, nec debet eum appellare, quia totum, & nihil certum commiſiſſe videtur.

7 †Sed oppones nunquid ſubdelegatus iudex eſt, & ſi eſt iudex & delegatus eſt iudex, ergò ſunt coniudices. ergò ſimul debent ferre ſentētiā. ſupr. eo. cauſam? Reſpon. ambo ſunt iudices, & ambo habent iuriſdictionem, ſed non ſunt coniudices, quia ſubdelegatus habet iuriſdictionem à delegato, & eſt ſub eo, imò plus debent quidam, quod etiam ſi abdicauit totam iuriſdictionem, & à ſe eam remouerit, tamen poteſt reuocare mandatum, quod non credo. inf. eo. venerabili. (Appellari) quia nihil ſibi retinuit, deſijt eſſe iudex ad minùs, quo ad poteſtatem exercendi iuriſdictionem. (Aliqua) diffinitiuam ſententiam, ſed nunquid poteſt executionē ſibi retinere? Reſpon. non, ſed poteſt ſibi retinere conſilium. ſupr. eo. ſi pro. de hoc

8 no. ibi vel dic, vt in gl. nunquam. †(App. re.) Idem eſt hodie, ſi non ſit appoſitum in literis appellatione remota, cùm non liceat appellare, niſi à grauamine. inf. de ap. vt debitus. Vel dic, ſed non placet, quod aliud eſſet, ſi non eſſet in literis appoſitum appellatiōe remota, vt hîc colligitur. arg. à contrario ſenſu. Et non ob. decre. vt debitus, prohibet enim tantū appellari ante ſententiam, niſi ex rationabili cauſa, ſed non remouet, quia ſi ap. re. eſt in literis, quod appellaretur deleg. & ſi non eſt remota q, ap. Papa, & hæc eſt vna differentia, ſi eſt ibi ap. re. vel non. (Cognitor) improprie, quia hîc appellatur cognitor, qui ſine vlla iuriſdictione & diffinitione eſt. Vel dic, vt in gloſ. quæ incipit, de medijs. (Conſultationem) ſuprà eod. tit. cum te. (Coram eo) delegato, & eſt caſus ſpecialis, vbi cauſa recuſationis agitur coram iudice delegato, cùm aliàs agatur coram arbitris. inf. de app. cum ſpeciali. †Si verò duo) quid ſi tres ſunt delegati, & duo ſubdelegauerunt, cum tertio delegato proceſſerint, & fuit appellatum, nunquid appellabitur primus delegans vel delegatus? Quidam dicunt primum delegantē propter abſurditatē, quæ occurreret. ſ. quod tertius delegatus à quo appellatum eſt, eſſet iudex in cauſa appellationis. Alij dicūt quod tantùm delegatus appellabitur, & prædicta abſurditas euitatur, quia cùm in literis ſit, quod ſi nō omnes, & cùm delegatus tertius non poteſt intereſſe cauſæ appellatiōis, propter impotentiam iuris, quod præcipit eum à quo appellatur, non poſſe eſſe iudicem in cauſa appellationis. ar. ſup. de reſcr. ſciſcitatus. inf. de app. accepta. Item quia poteſt recuſari, vt ſuſpectus. inf. de ap. ad hoc. ſi autem non eſſet ibi clauſula illa, quod ſi non omnes: tunc ratione ſupradicta primus delegatus eſt appellandus.

9 †Vices ſuas) ſuper totam cauſam. nā ſimpliciter committens vices ſuas, totum committere videtur, ſup. eo. præterea. inf. de do. paſtoralis. de iure pat. ex literis. ff. de tute. l. 3. in fin. & melius. infrà eodem, venerabilis. Sed nūquid ſi deleg. cū clauſula, q, ſi non omnes, vult recipere ſubdeleg. dele. vel delegationem eius, nunquid poteſt parte contradicente? Reſpon. ſic, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur beneficio iuris: vt hîc. & c. proxi. & ſuprà de elect. cum eccleſia Vulterana. †Item ſi tres ſunt delegati cum clauſula, & vnus ſubdeleget ipſum ſubdelegatum

vnus ex delegatis velit admittere, & alius non, potior erit conditio prohibentis. ff. communi di. Sabinus. Item quia plus habet iurisdictionis sine subdelegat. quàm cum eo, vt hîc apparet melius est, quod si ille qui consentit recipere subdelegatum nolit à proposito resilire, quod ille cum subdelegato procedet, vel si eis tantùm, scilicet, coniudicibus commiserat, sed insolidum ille solus, qui consentit recipere subdelegatum, procedet fungens vice sua, & alterius qui commisit, sed si nolens admittere subdelegatum, & volens simul procedat, nolens recipere subdelegatum, benè subdelegabit alij vices suas, sed alius non. Item si ad totam causam subdelegatus sit, & in vno termino interfuerit, semper admittere tenetur, quia perpetuauit iurisdictionem suam, suprà eodem, gratum. infrà eod. licet vndiq; melior ratio est, quia consensisse videtur, ex quo admittunt ad cognoscendum, dummodò in facto vel iure non errent. ff. de iudi. l. 1. & 2. in princip. §. 1. nam licet illæ leges loquantur de consensu partium, non videmus, quare non sit idem in consensu coniudicum, si autem ad vnum terminum tantùm esset delegatus, non esset propter hoc in alio admittendus, cùm alia esset subdelegatio.

☞ †Sed quæro tres erant delegati, vnus erat præsens in loco, vbi causa agi debebat, pro alio comparuit subdelegatus, tertius se excusauit, nunquid est in potestate delegati admittere subdelegatum? Item nunquid fit præiudicium absenti & excommunicato, quin in alio termino possit eum repellere? Item quid si ambo absentes mittant subdelegatos, nunquid præsens delegatus potest ambos repellere? Item si delegatus nolit procedere, nunquid subdelegati poterunt procedere? Respon. ad hoc, quod vbi sunt duo delegati, non tenetur admittere subdelegatum tertij, vt hîc, sed si vnus sit tantùm præsens, non est in optione eius repellere subdelegatos, sicut non posset, si non esset ibi illa clausula, nam de iure licet cuiq; vices suas committere, infrà eodem, pastoralis. in princip. & c. licet. in princip. & c. vlti. in princip. Et idem multofortius dicimus, si cum vno delegato duo absunt subdelegati. nam clausula dicit, quod si non omnes vnus vestrum etc. quia tunc secùs dicere, vt hîc, sed si postea contingat duos delegatos ☞ præsentes adesse, non tenetur admittere subdelegatum tertij, licet aliquando eo absente audiunt, quia iam habet locum clausula, quod si non omnes duo etc. vn. de contingit hic, quod qui est delegatus ad totam causam interesse iure subdelegationis semper poterit, quando duo delegati non fuerunt præsentes, nam tunc propter clausulam possunt excludi, licet quidam dicunt, quod ex quo semel admissus est, vlterius eum repellere non possunt, imputet enim sibi, quod aliquando defuerit.

Sed quid si cùm esset quæstio, eum non esse admittendum duo pronunciauerunt eum admittendum? Respon. si expresserunt errorem, puta hunc subdelegatum inuito delegato absente, quando erunt duo præsentes admittendi non teneret. ff. de ap. si expressum. sed si non expresit standum est sententiæ. 2. q. 6. distinct. si autē delegatus cum subdelegato nolit procedere, soli subdelegati procederent authoritate clausulæ, quæ sic est intelligenda, vt duo procedant, siue per se, siue per subdelegatos, cùm habeat potestatem subdelegandi. infrà, c. proxi. in princip. & ipsi videntur facere, quod subdelegati faciunt. ff. de admi. tu. ita. §. gessisse. ff. de offi. eius cui mā. l. 1. §. 2. (Appellatione remota) quantum ad hunc articulum nihil facit appel. remo. quia non licet appellare, nisi grauetur. (Delegare) quia à iudice iudex etc. C. de iudi. infrà, c. proxi. nisi sit delegatus ad vniuersitatem causarum. ff. de iud. cùm prætor. §. 1. arg. contra, infrà, de sen. & re iud. cum Bertholdus. (A condeleg.) infr. eod. licet. (Vndiq;) suprà eodem, cùm super. eo enim ipso quod delegationem suscipit iurisdictionem suam dimittit. C. de procu. maritus. arg. quod minus dignum trahit ad se maius dignum, supr. de temp. or. literas. arg. contra C. de pet. hære. C. de appel. præcipimus. §. vlt. suprà, de renun. quod in dubijs.

10 † Principium) Lau. dixit, quia si vnus ex delegatis tantùm principium causæ commisit, appellabitur ad Papam, non ad condelegatum, tum quia par est, tunc quia nec cùm solus posset procedere, nec cum socio, à quo iam appellatum est contra. ff. quando appellat. sit. l. 1. §. sed præsens est T. dixit, quod ad condelegatum appella. quasi ad maiorem. arg. 2. q. 6. omnis oppressus. 7. distinctio. de multis. primò dictum eligo. †Rationem) scilicet,

scilicet, quia ex quo totum committit, iurisdictionem à se remouet, vnde ad eum non est appellandum, sed ad superiorem, rationem dic illud quod colligitur. arg. à contrario sensu, ex illo. §. porrò. vbi dicit, quod si appellatione remota est commissa causa alicui, & ille alij committat principium vel media eiusdem causæ, quod non debet appellari ad Papam, sed dele. & sic est à contrario sensu, si non erat appellatio remota, appellabitur ad Papam, non delegatum à simili, ergò & hoc argu. cum hic, cui iudex vices suas commisit non possit procedere appellatione remota, vt hîc dicit, non cum delegato primus, sed delegatus, scz. Papa est appellādus, sed certè si quis subtiliter intuetur, hæc ratio potiùs facit contra quam pro. potiùs enim sequeretur, quod ex quo ap. remota erat, vter eorum duorum procederet reliquo nolente procedere, & dic condeleg. qui recipit commissionem socij, non possit interesse causæ appel. à se emisse, quod solus alius sit appellandus.

Hoc verius videretur quibusdam, sed non nobis quod solus socius sit appellandus, quando non commisit omnes vices suas, & hoc intelligitur, quando omnes vices suas commisit, & secundum hoc bona est ratio posita in prin. huius gl. (Constitutionis) quam non habemus. (Audientiam) id est, in principium & medium, si enim finem commisisset, non haberent locū sequētia, q; delegatus posset eā postea expedire. (Audientia) non vices suas quia tunc secùs. sup. eod. §. proxi. (Caueri.) vt in. §. 1. (Auditorem) fecit. (Dele.) inf. de ap. c. cum speciali. contra. sed hoc ☞ speciale est, vt sup. diximus. †Auditores) secùs si esset eis compromissum, quòd coram eis fieret litis contest. tunc enim, quia sunt iudices, vt not. sup. eo. c. nos autem. 2 dicimus coram eis debere proponi causam recusationis, & probari coram arbitris. inf. de appel. cum speciali.

Alij dicunt veriùs, quod semper coram primo delegato est proponenda, & probanda causa recusationis, etiam si sententiam diffinitiuam vel totam causam committat quousq; cum effectu, scilicet, per citationem iurisdictio sit apud subdelegatum semper est apud primum delegatum, causa recusationis proponenda. infrà, c. licet. alij aliter dixerunt.

CAPVT XXVIII.

Delegatus non potest committere causam, nisi ex iusta causa.

1 *Non potest delegatus cogere subdelegatum, quando malitiosè se exonerat.*
Parem parem an habeat imperium & quando exequantur.
3 *Appellatione interposita à sententia diffinitiua iudex nedum cessare debet ab executione, sed nec debet incipere exequi sententiam etiam antequam veniant literæ appellationis.*
4 *Quomodo fiat notum iudici, an sit recipienda appellatio nécne.*
5 *Impedire dicitur iurisdictionem iudicis qui mandat sententiam executioni.*
6 *An stans coram iudice, à quo appellauit, videatur renunciare priori appellationi.*
7 *Potest iudex à quo appellatur sine culpa & pœna non recipere appellationem.*
Iudex inferior si non recipit appellationem, an superior debeat admitti?
8 *An sit aliquid iniquum, quod tamen iustum.*

1 PASTORALIS OFFICII. & infrà (A lege) C. de iudi. à iud. ff. de offi. præ. sæpè. suprà, c. proxi. †Exonerare) hinc videtur, quod delegatus non possit committere causam, nisi iusta causa subsit. argu. suprà eodem, si pro. suprà, de rescri. sciscitatus. ff. de iud. l. vltim. infrà, de test. in nomine. quod falsum est, quia cùm de iure beneficium hoc habeat committere potest: vt. ff. de offi. eius cui man. l. 1. suprà eod. c. proxi. & infr. c. fin. nec videtur statim credendum ei, cùm dicit non se posse interesse. ff. de va. mu. l. 1. & l. prætor. præterea semper præsumendum est bonum, & eum verum dicere, nisi probetur contrarium. infrà, de reg. iur. infirmus. & c. estote. ff. de reg. iur. semper in dubijs. sup. de scruti. c. 1. de præsumpt. dudum. ff. de probat. quoties. §. qui dolum. arg. contra suprà de iud. cum super.

2 †Item hoc est dignum not. quod delegatus non potest cogere subdelegatum, quando malitiosè se exonerat, & si velit cogere, iusta est appellatio eius, & hoc vbi constat de malitia, si non constat, non præsumitur: vt sup. dixi in gl. hinc. Renitentem) etiā si sit alterius fori. C. qui pro sua iurisdict. l. 1. ff. de mu. & ho. munere. §. iudicandi. nisi aduocatus, qui alibi, quàm in foro suo non potest cogi deleg. C. de aduo. di. iu. sancimus. in fin. & hoc in delegato, ordinarius autem non potest ad hoc cogere hominem alterius fori. ff. de iur. om. iud. l. vlti. de tu. & cu. da. l. 1. ff. de offi. ord. pasto. in prin. (Coërtionem) ff. de offi. eius. cui man. l. vlt. inf. c. proxi.

(Dignitati) ſuprà eodem, ſanè. 50. diſtin. contumaces. 45. diſt. cùm beatus. infr. de ma. & obe. per tuas. (Superius) ſuprà. c. proxi. (Punire) not. quod delegatus poteſt mulctare. infrà, c. vlti. ſuprà, eod. præterea. ff. de iudi. Iongius. Apparere,) id eſt, ſine cauſa, hoc non placet, quia etiam ſine cauſa hoc poteſt, vt diximus in gloſ. hinc videtur ſed neceſſarium ad hoc eſt, vt committere non poſsit eius malitiam apparere, puta, quia alij ſubdelegati timent procedere contra aliquem potentem, vel alij iudices non ſunt periti. Ad mandatum) ad hoc reſpondendum eſt, quod non, quia non habet imperium par in parem. ſuprà, de elect. innotuit. ſed ipſe mandato iuris abſtinere debet, ne in cauſa procedat, vt hîc. Alij tamen dicunt, quòd mandare poſſunt ſecundi primis, quod non exequantur. arg. ſupr. de reſcri. dilectus filius I. Sed quæres quomodo ergò procedet iudex appellationis ſecundum primam? Reſpon. citabit & cognoſcet de meritis appellationis, vt not. in gloſ. quæ incipit mirum. ſed dicas eadē ratione, & iudex à quo appellatū eſt citabat. Reſpon. falſum eſt, quia eorū iuriſdictio reuocata eſt, vt hîc. C. de excu. tu. ſed ſi vt proponis.

3 † Suſpendatur) mirum videtur, quod hîc dicitur, cùm ſi appellatio interpoſita eſt à ſententia diffinitiua nedum quod aduenientibus literis debeat ceſſare ab executione, ſed nec debet incipere exequi ſententiam etiam, antequam veniant literæ appellationis. 2. q. 6. appellatione. ff. nil inno. appel. pen. l. 1. C. de ap. appellationem. imò plus videtur, quod hoc ipſo, quod non eſt recepta à iudice, à quo appellatur etiam ſi aliter recipienda à iudice appellationis non erat recipitur. ff. de ap. re. ſi cuius. arg. C. de appel. ſi appellationem. poteſt tamen dici, quod non dicitur recepta, quia non dedit apoſtolos, vel quia fecit aliquid in præiudicium appellationis ipſam exequendo, vel alio modo, imò plus videtur, quod ſi etiam non fuerit accepta appellatio, id eſt, approbata à iudice, à quo appellatur, omnia tamen debent ſtare in eodem ſtatu. & iudex ſcribit ſuperioribus, quare non recipit. ff. de appel. re. ſciendum. præterea quid eſt, quod hic dicit ex certa ſcientia committimus, ſi intelligis quod verè cognouit eum verè appellaſſe, quare poſtea ſequitur, donec appellationis merita plenius ſint diſcuſſa, & præterea quare non ſententiaret, & daret laborem partibus contra illud, quod eſt. ff. de iudi. de qua re inf. de do. & contu. finem. † Ad hoc ita reſpon. quod ſiue iudex recipiat appellationem, ſiue non, ſemper tamen ſuperſedere debet executioni, ſi certum eſt, quod tenet appellatio, vel dubium eſt de iure, vel de facto ſit iuſta appellatio nécne. & ita intelligitur. ff. de app. re. ſciendum. & omnes alię leges, quæ dicunt nil innouandum appellatione pendente. & ſic poteſt intelligi. l. illa. ſi cuius. & ſic intellige. C. de ap. à proconſulibus. & l. quoniam iudex. vbi dicitur, quod puniuntur iudices, qui non deferunt appellationem, ſed ſi nō ſit dubium, ſed certum appel. eſſe iniuſtam exequetur ſententiam iudex, quid enim ſi quis confeſſus & conuictus ſit de crimine, quid ſi ſit inſignis latro, ſeditioſus, quid ſi ſine vlla cauſa appellaret, ne ſcriptus hæres in poſſeſsionem mittatur, vel teſtamentum aperiatur, ſi nullam cauſam aſsignat ſuæ appellationis, vel ſi appellauerit in caſibus in quibus prohibitæ ſunt appellationes, vel ante ſententiam, nec cauſam appel. ſuppoſuerit. ff. de iniu. rup. teſt. ſi quis, §. hi qui. & §. qui tamen. ff. de ap. conſtitutiones. C. quo ap. non re. per totum. Authent. vt nul. iu. §. illas. & §. ſuper hoc.

4 † Sed dices, cum cognitio iſta, an appellatio ſit recipienda, nécne pertineat ad iudicem appellationis, quomodo poteſt eſſe certum eam non recipiendam. ff. de admi. tu. chirographis. in fi. C. de ap. à procon. ff. nil inno. l. 1. Reſpon. non fieri notum per cauſæ cognitionem, ſed per euidentiam facti, ſuper quo iudicatum eſt, vel quia ibi appellatio prohibetur à iure, vt dictum eſt, vel quia cauſam non aſsignat ante ſententiam. Et ſic in omnibus his poteſt dici notorium iuris. Vel quia non exprimit cauſam appellationis, in caſibus, in quibus prohibita eſt appellatio, & iſtis caſibus poteſt loqui iſte. §. Vel dic, quod hæc decr. obtinet, vbi eſt ap. re. ſecùs ſi non eſt re. app. & poteſt hic eſſe effectus illius clauſulæ, appellatio remota, quia poterit exequi ſententiam licet ſit appel. ſine metu pœnæ: ſecùs autem ſi non eſſet ibi clauſula illa. Verū tamen ſecundum primā opinionē, & ſecundū ſecūdā, ſi ex certa ſciētia dominus Papa ſcripſerit ſup appellatiōe, & fecerit mētionē, quomodo appellauit in caſibus, in quibus ius ꝓhibet appellationem, nec cauſam aſsignauit, vel ſecundū alios fecit mentionē, qualiter remota erat appellatio, & tamē Papa ex certa ſcientia contulit ei literas, forte aliquid ſecretum ſcies, q̄ ſciebat iudex. ſup. de ęta. & quali. ad aures. in hoc caſu iudex deleg. à quo appellatur ſuſpſedebit executioni, vt hîc. Vel dic, melius ſufficere mētionē fieri de ap. interpoſita, & poſtquā tales literæ, fuerunt iudici præſentatæ, ſiue notoriū ſit appellationē non tenere, ſiue non, iudex tamē à quo appellatū eſt, non procedet. ſup. de reſcrip. dilec. fi. I. infr. de reſti. ſpo. audita. in fi. ſupradicta autem hîc. ſcz. in hac gl. habent locum antequā appellationis literæ iudici præſentētur, & habet hoc locū in appellatione qualitercunq; ap. recepta eſt. In alio autem inferiori ordinario ſecùs, quia propter eius receptionem inferior ordinarius non dimittet exequi ſententiā, vbi notum eſt, nullā eſſe appellationē, nam cùm ſuperior iudex non habet iuriſdictionē in ſubditos ſuffraganei, niſi quando eſt appellatū, & hæc appellatio ſit nulla, in hoc caſu, nullā habebit iuriſdictionē, ſed hoc plenius no. inf. de app. Romana. eædem obiectiones & reſponſiones debēt fieri, & ſi appellatū ſit ante ſententiā à grauamine, & debes ſcire, q̄ hæc cognitio an ſit recipienda appellatio nécne, procedit cognitionē illam. ſcz. ſit iuſta vel iniuſta app. & poteſt fieri hæc cognitio etiā parte abſente. ff. de admi. tut. chirographis. §. vl. ff. de ap. re. ſi cuius. ff. nil inn. ap. pen. l. 1. Suſpendatur) ſi autem obijciatur ab aduerſario, vel iudice contra literas ſuper appellatione impetratas, quòd non fuit appellatum, tamē ſuperſedere debet executioni, & hoc proba. quia aliàs inconueniens ſequeretur. VERBI GRATIA: ꝓnunciabitur appellatū, ergò totū & etiā executio caſſabitur: in dubio ergò euentu litis nihil innouabitur. ar. ff. ap. pen. nil inno. l. 1.

5 † Item hic qui mandat ſententiā executioni, impedit iuriſdictionē iudicis app. ſi enim iudicauerit appellationē iuſtam & ſententiā iniuſtā mueniet: & ſententia ſua effectu fruſtrabitur, tanquā quæ eſt executioni mādata, & videtur q̄ poſsit præcipere primo iudici, q̄ non ꝓcedat, & ſi ꝓceſſerit, poteſt eū puniri, quia impedit iuriſdictionē ſuam. ff. ſi quis ius di. l. 1. ſup. e. c. 1. ar. ſup. de reſcri. dilectus. & idē dicitur, & ſic dicetur nō appellatū intra 10. dies. Item ſi dicitur q̄ nullā cauſam expreſsit ſuæ appellationis & hæc & conſimilia ſunt, quæ vertūtur in quæſtione, quādo quæritur, an ſit recipienda appellatio nécne, pōt dici, q̄ hæc quæſtio cognoſci poteſt per iudicē à quo appellatur, & nō fit mentio cū ſolēnitate hęc cognitio, ſed ex ipſis actis iudex cognoſcit, & recipit ap. vel reſpuit, & videtur etiā, q̄ ſup hoc poſsit interloqui, dicendo nō eſt tua appellatio recipiēda, ſed de hoc ipſo quæret iudex appellationis, ſi tamē dubitatur inter partes, nec obſtabit interlocutio facta à primo iudice à quo eſt appellatū, cū ex quo appellatū erat, ab eo non præiudicat appellanti, & quicqd facit in præiudiciū appellantis, vel potes dicere, q̄ ſi interloquitur ſup hoc partibus vocatis, & p̄ſentibus benè præiudicat, niſi iterū appellet, cū ſup hoc habeat cognoſcere.

6 † Sed obijcies, nónne ſic ſtando coram iudice à quo appellauit, videtur renunciare priori appellationi? Reſpon. non, qa cōſecutiuū eſt prioris app. ſicut recipere terminū ad proſequendā app. & apoſtolos, & multa alia talia ſunt, per quæ nō renunciatur app. inf. de ap. perſonas. & c. ſæpé. 2. q. 6. §. appellatione. Quidā tamē dicunt hæc omnia tantū inquirenda à iudice ap. alias videtur meli⁹, q̄ quandocūq; prædictæ exceptiones ꝓponātur, vel alia conſimilia. ſ. per quā dicitur cauſam non delatā ad ſuperiorē per app. iudex à quo appellatū eſt ꝓpter hoc non tardabit executionem, nec iudex app. iudici vel parti præcipiet, quòd nō exequatur ſententiā, qa quouſq; cōſtat eum eſſe iudicē de alijs nihil præcipere debet. ſup. de reſcri. dilectus. in fi. Nec obſt. ff. nil inn. app. pen. l. 1. aliàs. 2. vbi dicitur, q̄ quamdiu dubitatur, vel quæritur an ap. ſit recipiēda, vel nō, nil innouandū. quia hîc non quæritur, an app. ſit recipiēda, vel nō, ſed an cauſa ſit delata ꝑ app. q̄ idem eſt, ac ſi quæreretur, an ſit appellatū. ad hoc. inf. de ap. vt debit⁹. vbi dicitur, quòd iudex ap. tunc demū ꝓcedet ad cognoſcendum de ap. ſi corā iudice à quo appellatū eſt, ꝓpoſita fuerit iuſta cauſa app. q. d. primò cognoſcendū eſt, an app. valeat, de hoc enim benè eſt ſua cognitio. ff. de iud. ſi quis. ex.

Benè tamē fatemur, q̄ hæc cognitio an iuſta vel probabilis ſit cauſa ap. nécne, venit in illam cognitionē, an recipienda ſit illa ap. non illa, an ſit iudex in cauſa ap. & tunc fortè benè interim prohibebit executionē. ff. de ap. pen. l. 1. ſed illa exceptio, q̄ nullā cauſā p̄fixit ſuę ap. ꝓtinet ad aliā cognitionē, an ſit iudex eſt cā ap. alij contrà.

Et breuiter dicimus, quòd iudex ap. nō debet vetare priori iudici executionem, niſi partibus vocatis, & præmiſſa ſummaria cognitione, quòd ex hoc probatur quòd in multis cauſis poteſt exeq. ff. de ap. re. l. 2. per totum. C. quo ap. non re. per totum.

totum. iudex tamen à quo appellatum est, benè facit si abstinet semper, ex quo incipit cognoscere, an appellatio sit recipienda. ff. app. pen. l. 1. nisi in casibus expressis. ff. de ap. re. l. fi.

Et hæc vera sunt, siue ad Papam appelletur, siue ad alium. Item siue coram delegato à Papa, siue coram alio hæc proponantur. In cognitione autem illius quæstionis vtrum sit iusta appellatio nécne, prædicta non quærentur, sed tantùm in ap. ante sententiam, an iusta sit causa ap. & vera quæ est proposita. infrà, de appe. vt debitus. in app. post sententiam an sit iniusta sententia. 2. q. 6. §. vlt. & de hoc non cognoscitur, nisi à iudice appellationis.

7 † Item no. quòd aliquando potest iudex, à quo appellatur sine culpa & pœna non recipere appellationem, & tamen tunc non exequitur sententiam, tunc, scilicet, quando non est certum iniustam ap. esse, iudex tamen vehementer credat eam iniustam. & secundum hoc intelligitur. ff. de app. re. l. sciendum. & in isto casu tamen non exequetur sententiam, licet appellationem non recipiat, quia in prædicto casu nihil interim innouandum est. Sed op. nónne eoipso quòd inferior non recipit appellationem superior debet admittere. ff. de app. l. sicut? Respon. & hoc verum est si iudex à quo appellatur nullam sui excusationem assignat, quare appellationem non recipit nec est certam causam app. iniustam, debet iudici ad quem appellatum est certam excusationem scribere, quare non recipit. ff. de ap. re. sciendum. Vel dic, quòd nõ potest esse, quòd non recipit ap. id est, non appellabit, & tamen eam exequitur sententiam, & sic intelligitur. Vel potest esse, quòd eam non recipit, quia causa exequitur. Hoc plenius habes in tex. & glo. inf. de ap. Romana. §. si verò vocatis. Donec) Laur. dixit quòd primi iudices exequentur sententiam, si à iudicibus appellationis eorum sententia fuerit confirmata. ar. ff. de admi. tut. chirogra. sup. eo. insinuante. in fi. inf. de app. cùm ecclesia. vt debitus. in fi. & hîc Io. & Vinc. contrarium dixerunt, scilicet, quòd secundi mandabunt executioni, quia certa scientia principis facit expirare iurisdictionem. suprà, de rescri. cæterùm. præterea si iudices cassarent primam sententiam possent cognoscere de noua vel à prin. C. de re eorum. l. generaliter. §. & si iudex. præterea possunt addere sententiæ, & corrigere eam. infrà, de te. Rainutius. Authen. de sanc. Epis. §. si quis contra aliquem. ff. ad Treb. si quis primo. C. de epi. audi. si quis liti. infrà, de in integ. resti. ex literis. in fi. ff. de his qui no. infa. furti. in princ. ergò oportet per secundos sententiam mandari executioni, quia primi in eo, quòd additum est, quomodo executioni mandabunt, cùm ipsi non iudicauerint de eo. Cognitio) scilicet, vtrum sit iusta eius sententia. ff. de iu. si prætor, sed de veritate precum inquiret. 25. q. 2. præscriptionem. sed etiam proponeret per falsa instrumenta lata. Alij contra. de hoc no. infrà, eo. cùm in iure. & de senten. & re iu. decætero. (Iniustam) in executoribus criminalium causarum, si sciret quemquam iniustè damnatum non consulerem ei, quòd in personam condemnati pœnam imponeret licet alij contradicant. arg. 23. q. 5. cùm minister.

8 † Iniustam) vel ex causa vel ex animo, sed tamen est iusta ex ordine, & in rem transit iudicatam, nam licet mandatum sit iniquum, est tamen iustum, id est, de rigore iuris introductum, vt executioni mandetur. C. vt li. pen. l. vlt. spontanea enim omissio appellationis purgat turpitudinem sententiæ.

Sed op. appellauit iterum & iterum, & semper portauit iniquam sententiam, hic non potest dici, quòd omissio ap. purgauerit turpitudinem sententiæ, quia libenter appellasset, nisi quia non licet iterum appellare. C. ne li. inui. l. 1. Sed certè & hoc de rigore iuris introductũ est, vt sit aliquis litium finis, potest tamen ª conqueri de iudice, insti. de ob. quæ ex quasi delic. in princ. sic est & præscriptio iniqua, & tamẽ iusta, quia à iure inducta. Arg. tamen contraria sunt. l. di. si quis præpo. 11. q. 3. non semper. 33. q. 1. quid culpatur, sed illa habent locum extra iudicium in præceptis iniquis & iniustis, si autem sententia sit iniusta, quia lata à non suo iudice, vel si per falsas literas, vel aliàs subiaceat retractationi per appellationẽ in inte. rest. vel supplicationes, non exequetur superior, vel per sententiam. ff. de iud. si prætor. ff. de con. da. l. 2. inf. de sen. & re. iudic. tenor. C. ap. pen. nil Inn. per totum. C. de. pe. iu. qui ma. l. 1. C. de præci. impe. off. Authen. quæ suppli. attenta tamẽ di. illius Authen. inf. c. proxi. hîc adde quæ no. inf. e. cùm in iure. (A rege) 18. di. si Episcopus.

9 † Puniat) ad interesse si agatur ex edictis, ne vis fiat ei, qui ad iu. ve. & de eo per

umẽ. 'un- o. m in fi. ?.inf. ni la- : te- in c. nf. de xcom. in l. itẽ in prin. r ali. iu- mu. cau. & latissi- mè per Alex. de Imo. qui cõcordantes allegat in l. 1. col. 3. ver. & ideò per istã glos. ff. quod quisque iur. Pau. de Nea. in tract. syndic. in vers. appellatio. co. 2. in prin.

per quem fa. l. vlti. ff. ne quis eum vi ex. si per alium, sed certè hoc modo non punitet, quia istæ actiones intentabuntur corã iudice ordinario, non enim sunt delegato commissæ. inf. eo. cùm olim. dilectus. sed id facit sine quo non potest suam iurisdictionem perficere, quia hunc dolosum mulctabit. C. de sport. l. 2. sup. eo. præterea. & no. sup. eo. c. 1. Tu dic & melius, quòd istis edictis non tenetur pars, quæ procurat malitiosè absentiam iudicis, sed quæ vim eximit partem, vel cuius dolo factum est, quòd pars non sistat (Ap. re.) Sed nónne hoc potest, scilicet, committere app. re. ex superiori decre. cùm sit auditor? Respon. non, nisi esset datum de communi consensu, vel iste potius dicendus est iudex, quàm author. quia à iure habet, vnde aliàs nisi in hoc casu licitum non esset appellare, & no. ibi alium casum habes inf. eo. cùm R.

CAPVT XXIX.

Ex LITERIS PATRIARCHAE. Grande. & inf. (Expressam) suprà, de rescri. cæterùm. infrà, de confir. vti. ☞ c. bonæ. ff. de lib. & posthu. nominatim. ff. si cer. pet. certum. ff. de ap. si expressum. ff. de condi. & demon. nominatim. (Coërcere) sup. eo. pasto. sup quæstionũ. ff. de offi. ei' cui man. l. vlt. Expressam) scz. de tenore literarũ primarũ & processus, si quis habitus est p eas. inf. de coha. cler. super eo. inf. de sen. & re iu. inter monasterium. necesse est enim in hoc casu expressissimam fieri mentionem, scilicet, quando priorum iudicum reuocatur iurisdictio. inf. eo. significantibus. inf. de fo. comp. ex te. & est hîc ea ratione, quia cùm reuocatio literarum domini Papæ sit odiosa & contra ius. inf. de ap. vt debitus. nisi per appellationem fieret, præsumitur dominum Papam si hæc ei notificata essent, scilicet, tenor literarum & processus per eas literas non concessisse, & ideò literas non valere. sup. de rescri. super literis. sed vbi super principali quæstione primæ literæ impetrantur, licet in eis falsitas exprimatur, vel veritas taceatur, nihilominus valent literæ, & procedet iudex non secundum tenorem literarum, sed secundũ iuris ordinem, seruata tamen distinctione illius decr. quæ est. sup. de rescri. super literis. ad idem. C. de diuer. rescri. præscriptionem. inf. eo. significanti. inf. de fo. cõpe. ex te. & hoc. scz. quòd non ita expresse mentio de omnibus hîc est necessaria, sicut in superiori casu est ea ratione, quia actoribus fauendum est in prin. ff. de iud. si quis intentionem.

Et intelligo verum, si literæ cõmittunt ª iurisdictionem, si verò ª facerent executorem vel etiam literæ essent de gratia, vel etiam de alijs negotijs, non valent, nisi faciant mentionem de multis. sup. de rescri. cõstitutus. inf. de coha. cle. super eo. puta de his, quibus dictis in tali forma literas nõ habuisset. Idem dico in literis etiam super appellatione impetratis, quia in eis non tenetur facere mentionẽ, nisi de causa appellationis, si ante sententiam appellauit, sed pòst de sola ap. quia præsumendum est, dominum Papam literas concessisse, & si sciuisset, nisi manifesta ratio esset in contrarium, cùm tales literæ non sunt odiosæ, sed notoriæ. Imò plus videtur, quia si non fecerunt mentionem de app. valent literæ. inf. de app. oblatæ. (Interdicti) nunquid excõmunicare poterit? Respon. sic, quia cùm iurisdictionem habeat delegatus, ergò & ad subdeleg. transmittit, cùm non exceperit.

ª Si verò. Vide Inno. in c. cæterùm. suprà, de rescr. Qui videtur innuere contrarium. Sed pro declaratione per Felin. in c. ad audientiam. el. 2. col. 10. versi. fallit decimo. & versic. seq. suprà, de rescri.

☞ † Impediens) sup. eo. si quando contra vbi dicit, quòd nunquam est resistendum delegato. Sol. illud habet locum vbi constat aliquẽ esse iudicem. hîc autem vbi dicit executorem, vel eum, qui se fingit iudicem non esse iudicem ad idem. C. de iure fis. prohibitum est. lib. 10. Vel dic, vt ibi no. & tamen videtur, quòd hîc archi. non teneatur iniuriarum, ex quo ignoranter fecit. ff. vi bo. rap. l. 2. §. si publicanus. quamuis teneatur ex quasi male. instit. de ob. quæ ex male. in princi. hoc non fateor: vt not. sup. eo. c. 1. Reuocatas) no. quidam intelligunt istam decreta. quando excipiebatur contra primos iudices causam alijs deleg. & ideò benè fecit archi. qui non fuit executus mandatum per primas literas factum, quia iam sibi innotuerat controuersiam esse de reuocatione literarũ. supr. de rescrip. cùm contingat. imò iustè impediuit, si ad mandatum secundorum iudicum hoc fecit, dummodò benè cognouerit per secũdas literas primas reuocatas, vt in præalleg. decre. dicitur, nisi enim exceptum esset, licet in veritate reuocata esset iurisdictio, tamẽ teneret quòd sit ab eo, sicut de procuratore diximus. suprà, de rescri. ex parte deca.

☞ † Vel dic, vt no. sup. de rescri. cùm contingat. vbi not. q, talis iudex de cuius iurisdictione lis est inter litigantes possit iurisdictionem exercere, & quando inter alios,

alios, alijs placet, quòd hęc decre. loquitur quando nulla quæstio vel ambiguitas agitabatur, vel inter partes, vel inter iudices de reuocatione literarum, sed iudices vtriusq; rescripti procedebant, nam tunc quorum processus tenuerat, nécne pendet ex reuocatione literarum, vt hîc dicitur.

Et videtur hoc verum in processu, qui habetur contra alios non contra partes, & quale est hoc quòd hæc dicit, scilicet, subdelegatio alij facta, & subdelegato excõmunicato in rebelles alios non partes promulgata, nam si partes cõtumaces essent, & nolent comparere, coram quouis iudice prædictorum sententia excommunicationis in eas partes lata teneret ratione dubij. arg. sup. de rescr. super literis. infrà, de ap. cùm parati si duobus, sed extranei qui non sunt partes cùm non sint de iurisdictione eorum, comparere vel eis obedire non tenentur, nisi in certis casibus, sed in principali tenet processus priorum iudicum, quousque literæ reuocatoriæ præsententur. inf. de resti. spo. audita. sed ex tunc facta ostensione literarum, siue appelletur, siue non, ex reuocatione literarum pendet quorum processus valeat, vt hic innuere videtur. Alij tamen dicunt contra, scilicet, quòd tenet processus habitus contra partes coram reuocatis, nisi appelletur, sed contra alios non tenet, etiamsi non appelletur, vt dictum est.

CAPVT XXX.

1 *Nedum mandatum procuratorium sed & iurisdictionis perit morte mandatoris & mandatarij.*
2 *Nunquid si plures articuli contineantur in vna litera contra vnam personam, & super vno tantùm citetur super omnibus intelligatur perpetuata iurisdictio.*
3 *Iurisdictio legatorum sedis apostolicæ durat etiam post mortem illius qui legatum fecit.*

LICET VNDIQVE. & infrà, (Sublatus) Idem dicendum est commisit causam quoties contingeret eum abesse, quia si moritur delegans inchoata iurisdictione, nihilominus delegatus sententiam feret. argu. opti. ff. de verb. signi. mulieris. §. fi. & sup. de rescrip. suscitatus. ar. contra. ff. de leg. 3. fideicom. §. sic fidei.

1 †Morte) non solùm mandatum procuratorium, sed & mandatum iurisdictionis, perit morte mandatoris, & morte mandatarij: vt hîc insti. man. §. rectè. & similiter morte litigatoris. ff. qui satisd. cog. si decesserit. Contra. arg. infrà, de iudi. quia V. ff. de fideicom. lib. cùm verò. aliàs quasi, nisi sit mandatum, quòd tantùm post mortem impleatur. ff. de man. si non remu. §. vlt. 63. dist. Adrianus. in synodo.

2 †Expirauit) si subdelegatus fuerit super duobus articulis, & ante mortem delegantis citauerit super vno tantùm, an super alio sit perpetuata iurisdictio an expirauerit mandatum? Respond. quidam quòd si in vna litera continentur plures articuli contra vnam personam, & illa persona citetur super vno tantùm, cùm iurisdictio sit res indiuisibilis, super omnibus intelligitur perpetuata contra personam citatam. argumentum suprà, de rescrip. pastoralis. §. 1. sed multi dicunt, quòd non perpetuatur, nisi in eo, super quo citatus est, quia subdelegatus in citando super vno tantùm videtur diuisisse suam iurisdictionem, & citatus non tenetur respõdere, nisi super eo in quo citatus est. Si autem simpliciter citatus esset, quòd veniret responsurus, tunc secùs videtur. arg. ff. de app. cum in vna. ff. de neg. gest. nam & si serui. §. sed si in vno. ff. de mino. etiam. hoc autem crederem, quòd licet citaretur vna persona in rescripto, quòd propter hoc non perpetuatur contra aliam personam in eodem rescripto expressam. argu. sup. eo. relatum.

☞ † De hoc autem non dubitatur, si delegans moritur ante declarationem generalitatis, scilicet, quòd perit iurisdictio super non declaratis. suprà, de rescrip. pastoralis. §. 2. arg. contra. infrà, de offi. leg. nouit. Sed quid si deponitur vel transfertur delegatus, antequam subdelegatus citet perit iurisdictio. suprà, quoniam abbas. Alijs autem videtur & fortè benè. arg. huius decr. quòd durat subdeleg. & erit subdeleg. successoris, & intelligo quòd iurisdictio subdelegati perit morte mandato-
3 ris non ipso iure, sed ope exceptionis. † Iurisdictionem autem legatorum Apostolicæ sedis, & etiam aliorum credimus durare prædictis rationibus, etiam post mortem eius, qui eum legatum fecit. Si autem excommunicetur delegans, qui totam causam delegauit, propter hoc non expirat iurisdictio delegati, & idem dicitur etiamsi partem causæ, tantùm cõmisisset, nam & tũc licet excõmunicetur delegans, tamen delegatus ꝓcedet in articulis sibi

sibi commissis. arg. ad hoc: quia delegato commissa est iurisdictio quæ per exceptionem delegantis non perit, licet secùs si diceretur si tantùm ministerium esset sibi commissum. arg. infrà, eo. quoniam. ff. de offi. eius cui man. l. 1. §. fi. Nec obstant contraria, quia delegatus potest soluere iudicium delegati, quando vult. ff. de iud. iudicium. & quia appellari debet delegans. suprà, eo. cùm super. §. 1. quia illa locum habent, si non excommunicaretur delegans, sed vbi delegans excommunicatur iam, nec potest soluere iudicium delegati, nec ad eum appellabitur, sed iudex qui est superior delegantis, potest hoc facere. Secùs autem dicerem in vicarijs & officialibus, illi enim ex quo domini eorum sunt excommunicati vlterius, nec ipsi de suo officio debent se intromittere. suprà, de offi. vica. Romana. Ratio diuersitatis est, quia vnum auditorium est domini & officialis vel vicarij. infrà, de appel. Romana. (Iurisdictione) saltem citando. suprà, eo. gratum. (Demandata) nam si tantùm suo nomine citasset: secùs dicerem.

CAPVT XXXI.

1 *An teneatur iudex mandatum Papæ exequi, non visis eius literis.*
2 *Quando sententiæ executio sit differenda.*
3 *Sententia non debet executioni mandari, nisi prius super appellatione cognoscatur.*
4 *Non creditur sententiæ delegati, nisi commissionis literas ostendat.*
Neganti factum an & quando competat probatio.
5 *Id verum esse præsumitur quod in instrumento dicitur de personis quæ in instrumento nominantur.*
6 *Licet oblatio instrumenti sit de actis non tamen eius tenor.*

IVM IN IVRE PERITVS. & infrà, (Hesitanti) idem est, si partes hesitent, † licet hîc non cogatur exequi mãdatum, nisi videat literas Papæ, ipse tamen potest & prudenter agit si exequatur, etiamsi literas non videat, dummodò probata persona sit quæ hoc dicit. 97. di. nobilissimus. & si pars appellet, ne exequatur, nisi videat literas, potest non audire, nã hæ appellationes corã delegato, non coram huiusmodi executoribus, sunt faciendæ. suprà eo. super in minoribus. tamen fortè parere debet, etiamsi non videat rescriptum, pura vt compareat. infrà, de dila. c. 2. nisi esset nimis remotus & vilis persona iudex, alij contrà. De mandato) & si propter hoc sententia excommunicationis ferretur in eum non teneret, quia non habet iurisdictionem in eum nisi sit contumax, vel rebellis, cùm super eum non habeat iurisdictionem, nisi propter accessorium, vt no. sup. eo. c. 1. & c. si quando. nec tamen iste cui mandatur executio, cognitionem habet. sup. eo. pastoralis. §. quia verò. & potest petere mandatum apostolicum, etiamsi pars
4 aduersa nihil dicat ex officio suo, sed si aliàs dicatur sententia nulla, vel etiam retractanda: vt no. sup. eo. pastoralis. tunc superior iudex non mandabit sententiam executioni, nisi prius de his cognoscat. ff. de iudi. si prætor. C. de manda. prin. l. 1. C. nil Inno. ap. pen. per totum.

Etiãsi pars. Et sic sentit hîc Inn quod quomodocũque innotescit iudici de exceptione partis nõ excipiẽtis, iudex ex suo officio repellit aduersariũ. Et talis exceptio est in hoc priuilegiata, quòd impedit executionem sententiæ. ita etiam refert Cardi. in cõsil. 29. incip. iudex de iure iudicatus. colu. 3. ver. de nullitate. & illud consiliũ habetur inter consilia Pet. de Anc. in consi. 208. & quota est. in 2. col.

2 †Alij dicunt & fortè melius, quòd propter hanc executionem, sententia non tenet, vel quia vult implorare officium iudicis, super sententia irritanda non differt executor executionem, nisi quãdo ex probabili & necessaria causa fuit absens condemnatus, & sic loquitur. ff. de iudi. si prætor. arg. pro his. quia si collatione, vel institutione facta non est differenda executio. infrà, de ap. constitutus. infrà, de concess. præben. post electionem. C. de fal. l. 2. inf. de in integ. resti. suscitata. multominus differenda est executio sententiæ, nisi super hoc esset infamia. infr. de accu. accedens.

3 †Item vbi est hoc ius, quòd lis mota impediat executionem sententiæ, imò nulla talis exceptio impedit executionem sententię, infrà, de in integ. resti. suscitata. C. de fal. l. 2. lex autem. ff. de re iud. si prætor. in fi. non contradicit, quia illud intelligitur, quando absens ex causa probabili appellauit à sententia contra eum quasi contra contumacem lata, & sic communi iure sententia mandari non debet executioni, nisi prius cognoscatur super appellatione, vel expone aliter, vt no. de re iud. decætero. Si autem subdito mander siue sit ordinarius siue delegatus, cui quantum ad executionem sententiæ omnes subditi delegantis intelliguntur subditi, debet obedire quousq; superior causam, vel negotium audiat vel committat. suprà, eod. pastoralis. §. præterea. si tamen verisimiliter proponeretur nulla, vel retractanda sententia, debent consulere illum, qui tulit sententiam, & expectare secundum mandatum. Arg. contra. sup. ex literis, sup. de rescrip. cũ contingat. vbi dicitur,

dicitur, quòd non ſemper exequenda ſunt mandata delegati à ſubditis, ſed illa loquuntur quando eſt dubitatio de fundamento, an habuit iuriſdictionem, quia tunc ſuperſedere debet, arg. hîc. ſecùs autem ſi conſtaret de iuriſdictione, ſed dubitatio eſſet de alijs, puta quia nulla vel iniqua dicitur ſententia, quia tunc ſemper ☞ ſubditi illam exequi debent, idem eſt ſi ſit appellatum, ſed nondũ eſt à ſuperiore recepta appellatio, nec ſuper ea reſcriptum, nam tunc propter dubium, nec eſt alius, qui inhibeat mandari debet executioni, ſed ſecùs dicunt aliqui ſi appellatio recepta eſt à ſuperiore, quia tunc non mandabunt ſubditi executioni. arg. ſup. de reſcri. dilectus filius T. & quia maiori potius eſt obediendum. 11. q. 3. qui reſiſtit. & de reſcrip. c. cùm dilecta. ff. man. diligenter. Si autem vnus ordinarius pari ordinario mandet executionem ſententiæ, quòd poſteſt. inf. de foro compe. poſtulaſti. ff. de re iudi. à diuo. §. 1. ſciret eam iniuſtam vehementer & probabiliter ſuſpicaretur non mandabit executioni. argumentum. infrà, de officio ordin. capitulo primo. vbi notatur.

4 †De mandato) hinc videtur, quòd nullus deleg. ſententiæ creditur, nec aliqua executioni mandabitur, niſi oſtendat literas commiſsionis, & eodem modo non probet totum proceſſum, maximè eum, qui eſt de ſubſtantia litis, ſicut eſt citatio, litis conteſtatio, oblatio libelli, & quod qui litem egit fuerit procurator, & ſimilia: vt hîc. inf. de probat. quoniam contra. inf. de fide inſtru. c. 1. C. de manda. princ. l. 1. C. de arbi. ne in arbitris. §. ſin autem. Et hoc quidam dicunt conſulentes ita cuſtodiri in literis cõmiſsionis lit. conteſt. & ſimilia ſicut ipſam ſententiam, & hoc in delegato ordinarij, ſententia autem ſemper executioni mandabitur, quia de eius iuriſdictione conſtat. infrà, de ſen. & re iudic. ſicut nobis. 2. q. 6. hoc etiam. Sed certè hoc quibuſdam non placet, quòd ſemper quis teneatur omnia acta priſtina recenſere. Dicunt ergò, quòd ſi oſtendit ſententiam, & in ſentẽtia dicit, quòd pars quæ executioni contradicit fuerit præſens in ſententia, vel ſi inſtrumentum ſententiæ non dicat, ipſe tamen confiteatur, dicunt non audiendum ſuper his, ſcilicet, quòd non fuit facta litis conteſtatio, vel alijs huiuſmodi eum qui executioni contradicit, niſi onus probationis ſibi aſſumat.

Sed ſi opponas contenditur retro iudicium nullum, ergò etiam poſt ſententiam debet audiri. infrà, de procur. in præſentia. C. de procu. licet? Reſpon. eum audiendum poſt ſententiam, ſi velit retro probare commiſsionem factam non fuiſſe niſi lit. non conteſt.

† Sed dices negantis factum nulla eſt probatio. C. de proba. actor. Reſpon. hoc verum eſſe, niſi præſumptio ſit contra negantem. inf. vt eccl. benefi. vt noſtrum. C. de codicil. nec condi. C. de dona. inter virum & vxorem. l. etiam. infrà, de proba. poſt ceſsionem. ff. de proba. cùm de indebito. 3. quæſtio. 9. indicas. In his omnibus apparet propter præſumptionem transferri onus probationis in negantem. argumentum hîc, cùm præſens fuerit in ſententiæ prolatione, nec contradixerit propter defectum prædictorum, nec appellauerit, onus probationis in eundem transfundere debet, quòd dicimus eſſe verum, ſed ad maiorem ſecuritatem faciat eum iurare, quòd commiſsionem vel alia quæ aduerſarius quærit habere non poteſt. arg. ff. de fur. actione. C. de fide inſtru. cùm quidam. ſed ſi inſtrumentum ſententiæ non diceret, qui contradicunt ſententiæ præſentes, ſed contumaces vt dicebat iudex, vel nullam mentionem faciebat de eo inſtrumentum ſententiæ, poſſunt petere literas commiſsionis, & lite conteſtata nec incumbit ei onus probationis, quia omnia ſunt legitimè acta, ſed actori eodem modo, ſi per procuratorem, & litigatum eſſet negaret qui egit ſuum fuiſſe procuratorem, nam tunc non ſufficit literas commiſsionis oſtendere, niſi oſtenderet procurationem vel domino ſciente procuratorem nomine eius agere: vt not. ſuprà, de reſcrip. ex parte decani. nam in his caſibus, cùm non ſit in aliqua culpa, nec ſit aliqua præſumptio contra eum, probatio incumbit ☞ actori. C. de probat. actor. † Si verò conſtet de procuratione eadem quæram, & dicam in procuratore, quæ dixi in domino. Non obſtat. infrà, de proba. quoniam contra: quia illa habent tantùm locum, antequam ſententia tranſeat in rem iudicatam. Alij autem dicunt, quòd ſi in ſententia ſcriptum eſt, condemnamus talem procuratorem omnimodò credendum eſt, ſcilicet, procuratorem præſentem fuiſſe, niſi euidentiſsimis rationibus contrarium probetur. argumentum. C. de contrahen. ſtip. optimam. & no.

& no. inf. de teſti. Albericus, dummodò acta ſcripta ſint ſecundum formam, quã habemus inf. de proba. quoniam cõtra. ſed poteſt reſponderi illam. l. optimam. ſpeciales cauſas cõtinere propter rationem ibi aſsignatam.

5 †Item habet locum [a] l. illa, quod præ- [a] ſumitur verum eſſe, quod dicitur in inſtrumento de perſonis, quæ in inſtrumento nominãtur, quæ ſunt præſentes. Et eſt ad grauamen eius, non honorem, vt ſi dicatur ſtipulãs ſeruus. Item neceſſe eſt, quòd ſint de principaliter cõtrahentibus, nam ſi de teſte diceretur aliquid graue, nulla fides ei adhiberetur. arg. ff. de pig. & hypo. fideiuſſores. §. fi. Item ſi falſos ponat confines aliorum, non eis præiudicat, & ſic de omnibus alijs quæ incidenter in inſtrumento dicuntur, niſi ſint talia, de quibus ipſe tabellio ferat teſtimonium de viſu, ſicut quando dicit actũ in tali loco & talibus perſonis præſentibus, & tali die, nam ſi in his inueniretur aliquod contrarium, caſſaretur totum inſtrumentũ tanquam cui admiſta eſt falſitas. 9. diſt. ſi ad. 3. q. 9. pura. & ſecundum hoc loquitur. l. optima. Alij dicunt, quòd ſi non diceretur in ſententia dominum, vel procuratorem præſentes ſiue abſentes, dummodò in prima facie non appareat vitiata, poſtquam tranſit in rem iudicatam, ſemper pro ea ſtandũ eſt, niſi probet aliquod omiſſum, quòd ſententiam facit nullam. ff. de procu. in præſentia vel falſam. C. de fid. inſtrum. ſi ☞ noſtris. † Alij tamẽ dicunt, quòd ſecurius eſt, ſcilicet, q̃d neceſſe eſt prædicta, quæ de ſubſtantia iudiciorum ſunt, vel originalia, vel publicata oſtẽdi, nec ſufficit habere exemplatas in actis literas Papæ, ſcilicet, quòd talis fuit procurator, vel alia huiuſmodi, ſed oportet dicere notarium, quomodo fuerunt exhi- [b] bita iudici & parti. Et tũc ſi poſtea pars [b] dicat, nunquam fuiſſe iudicem vel procuratorem, non crederetur, & ſi originalia ſint amiſſa, dummodò præſtet iuramentum, de quo dicitur C. de fid. inſtru. l. vlti. acta autem quæ fiunt in iudicio, ſufficit in actis inueniri, ſi dicat talis libellum porrexit, & talis litem cõteſtatus eſt, & diem apponat, ſicut in inſtrumentis. in Authent. de fid. inſtru. §. vlti. Et hæc omnia in ſententia iudex ad maiorem cautelã ſcribere poterit, & ſi per alium notarium ſententia fiat, quàm per quem facta ſunt acta, iudex præcipiet illa acta aſſcribi ſententiæ, & publicationi authoritatem præſtabit, ſi autem idem eſſet notarius, qui fecit acta, & ſententiã ſine aliqua ſolennitate publicatiõis ſententiæ acta ſubſcribet.

6 †Et nota, quod quando offertur in iudicio inſtrumentũ procurationis, vel aliud ſimile, licet oblatio ſit de actis, non tamen tenor inſtrumenti, vnde niſi aliàs ſolenniter publicetur, ſemper oportet oſtendi originale, alij tamẽ aliter dicunt, & maximè poſt litem conteſtatam. arg. ff. de procu. Pomponius. §. rati.

[a] *Item habet locũ. Et ſic vera narratiua nõ nocent niſi contrahentibus. Adde Pe. de Anch. conſ. 113. incip. clarior et brevior. & in co. 3. verſ. ex quibus. & in cõſ. 158. incip. rationes quæ ſi perius. col. fi. verſic. venio ad ſecundũ.*

CAPVT XXXII.

1 *Non eſt reſcriptis facienda vis de acceſſorijs vel non acceſſorijs.*
2 *Iudices delega. non debent niſi de his quæ in literis continentur, vel ſub eis cõprehendi poſſunt cognoſcere.*
Procurator an teneatur appellare, & an & quando poſsit iuriſdictionem prorogare.
3 *An factum procuratoris noceat domino.*
4 *Sententia excommunicationis deleg. lata ex cauſis ſibi non commiſsis non tenet.*

CVM OLIM ABBAS. Nitebatur) mirum videtur, quòd talis petitio fuerit admiſſa, vbi nõ dicit, nec agit de obligatione antea cõtingente, ſed de futura, & ſic eſt contra. ff. de iud. nam quid. quemad. ff. de vſur. l. 1. §. 1. Sol. hîc non agitur, nec dicit agendũ de obligatione futura, ſed datur ex gratia iudex, qui poterit cognoſcere de obligatione futura, & videtur hoc cõmittere per has literas, quòd ſi ædificauerit iſti deleg. eos ſicut de iure fuerit ab ædificando, & moleſtando, phibeant, & coram eis poterit agi de nunciatione noui operis, & etiam alijs modis ſuper prædictis rebus.

Nec abſurdum eſt ad futuras lites dari iudicem, & ſub conditione, ſcilicet, ſi ædificauerit vel alia, nã cùm paria ſint [b] mandata iuriſdictionis & procuratiõis, ff. de iu. om. iu. & quia ſi mandatum procuratoris poteſt fieri ad futuras lites, & ſub conditione. ff. de procu. l. 3. ergò & mandatum iuriſdictionis ſimiliter. arg. contra. ſup. de reſcri. ſignificauit, poſſet etiam dici, quòd anteq̃ ædificent, poſſum agere negatoria, vt dicam, nego tibi eſſe ius in prædicto loco ædificare. Quidam tamen, quod non fateor dixerunt, quod ex quo facit apparatum ad ædificiũ, quod poteſt contra eum agere. arg. ff. de pol. l. 1. (Deponere) occaſione

[b] *Si poſtea pars. Vide ad hæc dicta Innocẽ. Pe. de Anch. in conſ. 41. incip. prima facie. colum. 2.*

enim vnius articuli ad alium obrepere non debent. C. qui legi. per l. vlti. ff. de iuretu. si duo. §. idem iul. inf. de test. de testibus.

1 †De damnis mentio) nobis videtur, q̃d modica vis est in accessorijs, vel non accessorijs, sed in eo tantum vis est, an id quod petitur, possit comprehendi sub verbis rescripti, imò plus videtur, quòd si aliquis impetrauerit rescriptum, quod alius iniuriatur ei super fundo, simul poterit agere rei vendicatione ad fundũ, & conditione sine causa ad fructus perceptos, ex fundo ante litis contestationẽ, & etiã dicunt q̃dam, q̃ ex eodẽ rescripto põt accusare criminaliter. s. l. Iul. de vi. vel alia huiusmodi, quia hæc verba patiuntur, & si expressisset, nihilominus literas habuisset. supr. de rescri. super literis. aliàs contra. ar. pro eis. sup. de rescri. sedes. & dicunt quidam, quod per talia rescripta nõ potest agi pro vindicta, sed ad rem familiarem prosequendam tantùm, nisi aliud expressẽ cõtineatur in rescripto. Nec ob. secundum primos. sup. de rescri. sedes. vbi dicitur, q̃d de leuioribus negotijs non est procedendum ad grauia, quia illud intelligitur cùm leuia expressit. VERBI GRATIA: conquestus est de aliquo, q̃ fecit ei furtum, & quasdam alias iniurias, per hoc rescriptũ non poterit accusare de homicidio.

2 (Mentio) †Iudices enim delegati de alijs cognoscere non debent, nisi de his, quæ in literis continentur, vel sub eis comprehendi possunt. VERBI GRAtia: si petijsset restitutionẽ possessionis, potuisset & de damnis occasione illius spoliationis agere. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. qui non solũ, & si de contractu fiat mentio in literis, petet interesse, imò plus dicimus, q̃ si in literis appositũ est, quod super nemoribus iniuriat̃ ei, posset agere de damnis datis & possessorio & petitorio. ar. inf. de cau. pos. cum ecclesia. ff. de iudi. solemus. & l. si quis in. de his autem damnis, quæ post litis contestationem data essent super rebus, de quibus agebatur, iudex semper suum officium exercebit: vt ff. de ædil. edict. ædiles. §. item sciendum. si autem in alijs rebus, & post lit. contest. damnũ daret pars parti, nõ habet se intromittere iudex, nisi impediretur iurisdictio iudicis: vt no. sup. c. 1. vel iniuria iu. fieret. 2. q. 7. si quis ab.

☞ (Interlocuti) & malè. †Ad app.) videtur, quòd hic dominus appellans non esset audiendus: quia procurator per quem litigauit debuit appellare. 1. q. 6. biduũ. Respond. ideò eum hîc audiri appellantem, quia procurator non tenebatur appellare, quia non oberat domino si procurator non appellabat, q̃a per omissionem p̃curatoris appellationis, non põt tacitè prorogari iurisdictio iudicis delegati de re ad rem, quia non expressè posset: vt not. sup. de causis. sed si dominus cùm sciuit appellationem omississe: tunc ipse tacitè prorogare videtur, & hoc innuitur hîc. (Conuolauit) & prudenter nisi enim appellasset, tacitè videret prorogare iurisdictionẽ de re ad rem, q̃ possunt. ff. de iud. de qua re. in §. 1. & no. sup. eod. de causis. & appellationis omissio, turpitudinẽ sententię tollit. ff. de condi. ob tur. cau. l. si ob turpem. (Comparentẽ) & rectè. quia tutus erat appellatione. (Intelligatur) non enim creditur de illis cogitatũ. de au. leg. si ita. ff. de transact. l. cum acqui. ff. de contrahen. emp. rutilia. 23. q. 2. ne qs. De tempore ad tempus dixerunt quidã procuratorẽ posse facere p̃rogationẽ. Alij contra q̃ magis videt.

3 †Protinus) factum enim procuratoris non nocet domino. C. de p̃cu. si procurator. nisi expressè consentiat, vel taciturnitatẽ cùm sciat, & nõ contradicat, inf. eo. coram. ff. q̃ cum eo. qui in alium. l. vlt. ff. de insti. sed si. in prin. ff. ad macedo. si filius. C. de inoffi. test. l. 2. inf. de his quæ fi. à præla. sine consen. ca. c. 2. inf. de sen. & re iud. causam quæ. C. quomodo & quando iud. l. 2. Vel nisi in eo q̃d sibi cõmissum est. ff. de pac. rescripto. & ll. sequentibus, vel nisi sit generalis. ff. de tribu. act. p̃curatoris. specialis enim procurator totã litẽ potest renunciare probationi super exceptionibus dilat. solutionis, si aliquam vtilitatem inde sentiat dominus, puta si perstitisset, esset condemnatus in expensis, & idẽ credimus etiã si posset renunciare p̃bationi etiam super peremptorijs, quia ex quo causa commissa est sibi etc. ar. ff. de iur. om. iu. l. 2. sed non potest renunciare expresse exceptioni, quia sibi commissum nõ est. Nec est contra. ff. de pact. l. contra. §. fi. quia ibi loquitur de habente liberã administrationem.

Et intelligo q̃d prædicta sunt vera, etiam si dominus scivit exceptionẽ propositam, vel etiam si ipsemet proposuit, imputet enim sibi si malũ elegit. ff. nau. cau. stab. l. fi. §. seruorum. Alij dicunt, q̃ renuncia-

renunciare non potest expressẽ, sed debitas probationes potest omittere.

4 †Ligatum) Not. quòd delegatus si ferat sententiam excõmunicationis ex his causis, quæ sibi commissæ non sunt, non tenet excõmunicatio, secùs in ordinarijs. 11. q. 3. c. 1. non tamẽ hoc probatur hîc, quia non contingit, quia hanc exceptionem præcesserat legitima appellatio. vide no. in c. fi. de præben.

CAPVT XXXIII.

VM OLIM MAGIster S. (Deleganti) 2. q. 7. accusatio. 4. q. 1. nulli. (Aperire) not. non licere aperire literas clausas. (Aquit) & peccauit, sed minus q̃ si sigillum falsasset, q̃a tunc grauius puniretur. inf. de cri. fal. ad audientiã. & grauius si rasuram fecisset in literis. sup. de rescri. olim. (Suspecta) 2. q. 6. biduum. in fi. C. de relatio. l. 1. & 2. (Causam) licet enim nõ posset reprobari instrumentum, quòd produxisset, sicut nec testes. 4. q. 3. §. si quis te. contra tamẽ relationem dicere potest. 2. q. 6. biduum. circa fi. & si hoc ostendisset, benè apparebat eum suspectum, imò falsarium & dolosum. (Eligendũ) quem non potest recusare. sup. eo. super quæstionum. 3. q. 8. cuius in agendo. Acta) iste non potest dicere, quòd illæ literæ, quas portabat non essent verę literæ, licet sigilla essent violata, sed benè poterat dicere, quòd ea quæ erant scripta in literis nõ essent vera, sicut satis probatur, ex eo quod præsumitur. Vbi dicit, quod etiamsi literas integras exhibuisset, tamẽ poterat probare causam suspicionis, id est, falsum in literis contineri.

CAPVT XXXIIII.

1 *An ex cautione de rato possit agi ad interesse.*
2 *Habens perpetuam impotentiam delegare nõ potest, secùs si temporalem.*
An & quando delegatus possit suas vices alteri delegato committere, & de causa cognoscere.
3 *Contra confirmationes Papæ non est aliquis audiendus.*

ORAM DILECTO filio. (Ratihabitione) C. de p̃cur. l. 1. (De rato) sine qua cautione audiendus nõ erit inf. de procu. c. 1. †Cauerat) hac cautione nõ potest agi ad interesse, quia ecclesia vt subiectio æstimationem nõ recipit, & hoc petebatur hîc, sed agitur ad expensas litis. ff. rem ra. ha. si sine. §. cùm autẽ procu. & ita patet, quòd aliquando melius est habere cautionem de rato q̃ literas, quia per cautionem semper consequetur expensas, vel certa pœna promissa fuit ad quam agetur. ar. inf. de arbi. tuas. imò & ad interesse. ar. eiusdem decre. (Fideiussoria) no. in cautione de rato nomine cautionis intelligi fideiussor. ff. de procur. seruũ. §. ait prætor. (Sententiam) super subiectione ecclesiæ. (Eadem causa) id est, confirmatione sententiæ.

2 †Noluit) sicut nec tenebatur, licet posset. sup. eo. super quæstionũ. §. si duo. & hoc verum dicimus. Alij dixerunt, q̃ si habet perpetuam impotentiam, delegare non potest, si temporalem potest. ff. de va. mu. l. vlti. Alij dicunt, q̃ si impotentia facti teneatur, potest committere, sed impotentia iuris nõ, sed cessante impotentia iuris per in integrũ restit. vel alio modo renascitur potentia committendi. C. de cur. fur. l. 3. cum alijs.

Et hoc quidem confitemur, q̃ committere potest, sed cum deleg. non tenetur recipere subdelegatũ. Per alios hoc habet locum vbi tantùm duo delegati sunt, & cum clausula prædicta, scilicet, quod si ambo etc. nam si tres essent delegati, tunc posset interuenire casus, vbi sic exponendum est, non potestis interesse per vos vel per alios: nam si tertius sit mortuus, vel aliàs excusatus legitimè, vnus ex duobus etiã alio inuito poterit committere vices suas. supr. eod. licet. infr. eod. c. fi. §. 1. & sic tunc intelligitur, non potestis interesse per vos vel subdeleg. Ratio autem diuersitatis satis patet, quia cùm tantùm duo sunt delegati, nunquam potest venire ad eum casum, quòd alter per alium possit cognoscere de causa delegati, sed vbi sunt tres, potest euenire, vt in casu prædicto, tamen nec tunc semper per alium potest cognoscere: sed tunc tantũ, quando tertius excusatur & tantùm penes duos remanet iurisdictio. (Confirmauit) quia ex parte ecclesiæ. s. M. hæc petita erant. contrarium ex parte ecclesiæ sanctæ Agathæ, aliàs enim sententiare non potuisset: vt no. inf. eo. cùm contingat.

3 †Confirmamus) contra huiusmodi confirmationes domini Papę quæ fiunt cum causæ cognitione nõ est aliquis audiendus: nec potest aliquis iudex cognoscere sine speciali mandato Papæ. inf. de confir. c. 1. & 2.

CAPVT XXXV.

1 *Canonicus an possit esse iudex in causa pro canonico.*

VM R. CANO. IAnuen (Socij) hîc habes, ꝙ si canonicus ꝓ canonico detur iudex, recusaꝫ vt suspectus. sup. e. inſinuãte. 3. q. 5. accusatores. App. re.) no. speciale, ꝙ deleg. causam cõmittit. app. re. simile. sup. eod. pastoralis. in fi. sed hæc decr. continet gratiã, ius enim ecclesiæ esset, quòd hanc exceptionem inimicitiarũ ꝓposuisset corã delegato, & nisi admisisset appellasset. inf. de app. vt debitus. sed tanꝯ vir prouidus in vno prouidit laico. s. ꝙ reuocaretur iurisdictio huiusmodi, & in alio canonico, quod ad eius voluntatem fieret commissio. Innoc.

CAPVT XXXVI.

1 *Reuocandi sunt testes ad concordiam quando agitur, an quis appellauerit ante vel post sententiam excommunicationis.*
2 *Confessio partis valet contra, sed pro se non.*
3 *Excommunicatio ad hoc vt plenè sit iusta, & quod differatur absolutio, excommunicati oportet causam absolutionis non solùm esse rationabilem, sed & manifestam fuisse excommunicatori.*
Iudex an & quando possit super iniusta excõmunicatione pronunciare.
Iudex an possit libellos contrarios & diuersos recipere.
4 *Potest aduersarius impetrata literis, super confirmatione sententiæ agere de infirmatione.*
5 *Non infirmet iudex sententiam, si reus de iure suo, nec etiam actor probet.*
6 *Quando actor non probat affirmatiuam, tunc fingitur probata negatiua. Et quomodo intelligatur.*

VM CONTINGAT. (Interdum) vel aliàs. In vna ☞ litera non admitteretur aliquis, qui vtrunꝯ diceret. s. & se post appel. excommunicatũ, vel aliàs iniustè, cùm debeat proponere certum, & nõ sub disiunctione, nisi fortè ignoraret tempus excõmunicationis, nam fortè excõmunicator fecit priuatè, & scire non potest, an appel. ꝓcesserit excõmunicationem vel econuerso, quia tunc admitteretur. ff. quorũ leg. l. 1. de in integ. rest. constitutus. (Impendant (hoc habet locũ quando iniustè excõmunicauit. (Denunciẽt) hoc habet locũ quãdo post ap. excõmunicatus est.

1 †Post app.) superfluum videtur recipere testes super hoc, an appellauerit ante sententiã excõmunicationis, vel pòst, quia semper testes ad concordiam reuocandi sunt. s. vt appel. ꝓcesserit, & secuta sit excõmunicatio: vt inf. de testi. cũ tu. sed respon. non esse superfluum ꝙa fortè testes ipsi dicent excõmunicationẽ præcessisse appellationem, nec ex parte excommunicati apparebunt aliquæ probationes, quòd præcesserit appellatio.

2 †Sed dices sicut inter testes vtriusꝯ partis facienda est cõcordia: ita inter testes vnius partis & confessionem alterius, ꝙd non fateor, quia confessio partis valet contra se, sed ꝓ se non. ff. de interact. de ætate. vel potes dicere illam concordiam non esse faciendã, nisi vel pares sint ꝓbationes, vel dicas non esse recipiendas vtraſꝯ probationes super hoc an præcesserit excommunicatio sententiã, vel econuerso, sed super hoc an sit appellatio legitima nécne.

3 †Iuste). i. ex iusta [a] & vera causa, sed [a] non tunc manifesta excommunicatori, quãdo ipsum excõmunicauit, sed modò corã superiore iudice, à quo petitur absolutio excõicator vult ostendere ꝙ pro vera & iusta causa ipsum excõmunicauit, ꝙ non sufficit, quia oportet quod ad hoc, ꝙ plenè iusta sit excõmunicatio, & ꝙ differatur absolutio excõmunicati, & ꝙ causa absolutionis non solũ sit rationabilis, sed etiã ꝙ fuerit manifesta excõmunicatori. inf. de sen. excõ. sacro. §. 1. de verb. sig. cũ olim. si aũt contrariũ dicere velles. s. ꝙ exceptio manifestè concessa non impedit absolutionem, expressè est contrariũ. sup. de rescri. ab excõmunicato. in fin. vbi dicit, ꝙ hæc cognitio. i. an offensa sit manifesta, nécne, relinquitur illi à quo petitur absolutio.

†Indigeat) tanꝯ excõicatus, vel ante ☞ legitimã app. vel post appel. illegitimã, sed dicunt aliqui, ꝙ obtenta forma libelli, quæ hîc ponit. s. peto sententiã excõicationis in me post app. legitimã latam ꝓnunciari nullã, non poterit iudex pronunciare super iniusta excõicatione, si eam iniustã inueniat, vel contrà, sed tantũ ad eũ spectat, vt ꝓnunciet sententiam esse nullã ex causa. s. ꝙa lata est post app. legitimã, vel si hoc non fuerit ꝓbatum, nõ iudicabit eum excõicatum iustè siue iniustè, quia non fuit petitũ, sed tantùm iudicabit non ꝓbasti app. legitimã, quare non ꝓnunciamus excõicationem nõ tenere, sed si ageretur contra aliquẽ, petendo eũ denunciari excõicatum, si non ꝓbet excõicationem, absoluet reum ab impetitione actoris. ff. de ex. rei iud. si mater. §. eadem. & §. & an eandem. & §. actores. inf. de sim. licet Heli. & secundũ hoc expones apparebit pręsumptiuè vtrũ sit excõmunicatus, an non, non in iudicio, vt sentẽtietur super hoc, vel potes dicere, ꝙ non præsumptiuè tantùm, sed verè apparebit, an indigeat absolutione nécne, nam cùm hic. s. in primo libello confiteatur se esse excõmunicatũ, licet adijciat post app. & hoc non ꝓbet, restat ex confessione eius, ꝙd absolutione indiget saltẽ quo ad forum ecclesiæ, hoc tamẽ scias, quia si post petierit absolutionem iuxta formã ecclesiæ nõ negabitur, vt infr. sequiẽ. Item dicunt quidã, sed non placet, ꝙa si solũmodò petiẽ sententia etiã alia ꝑter sententiã excõicationis cõfirmari, nõ poterit sententiã infirmari. † Est ergò sanum [a] consilium, vt si [a] vnus petat confirmari, alius petat infirmari: hoc non videtur mihi sanum consilium: imò si ab vna parte detur libellus in quo petit sententiã vel electionẽ confirmari, vel infirmari, iudex de facili non debet admittere libellũ alterius partis, in quo petat contrariũ primæ petitioni, quia potest obesse, si cõtrariæ sententiæ ☞ ferrentur sup̃ diuersis libellis, ꝙd posset de facili fieri, & maximè si post lit. cõtes. & maximè postꝯ multũ processum erat in causa, & iam de ea constaret reciperetur prædictus libellus primò contradictorius, ꝓdesse aũt alicui nunꝯ potest, quia in causa quæ agitur per primum li- ☞ bellũ, poterit probare quicquid posset probare, si contradictoriũ libellũ daret. ff. de proba. circa. & hoc, inf. not.

☞ †Sed quid dices secundũ eos, si sine causę adiectione petijt infirmari sententiã, nam omnẽ causam & omne ius in iudiciũ deduxisse videtur. C. de an. except. l. vlti. & sic videt, ꝙ tunc ex quo nõ seruatur ei aliq̃d remediũ, ꝙ posset sententia ferri super confirmatione, sed ipsi respondent, licet hoc totũ ius simul deduxerit in iudiciũ, tamẽ si vnã tantùm causam fuerit ꝓsecutus, nõ ꝓiudicat sibi, ꝙn ex alijs cauſis agere possit. C. de iud. licet. ff. de iudi. habebat. Vel ponamus, ꝙ vlterius agere possit ex aliqua causa: tamen potest esse verũ, ꝙ vt dicebat ille, ꝙ petebat infirmari sententiam, licet in probationibus defecerit. 2. q. 6. plerique. & nõ benè faceret iudex, qui super ea. s. confirmatione sententiã ferret, & maximè cùm non sit petita. Decre. autem ista non contradicit, quia nõ dicit probationes recipiendas super confirmatione, ꝙ non fuit petita, sed super infirmatione quæ petita est.

4 †Item non ob. de app. oblatę, vbi dicitur, ꝙd impetratis literis super confirmatione sententiæ põt aduersarius agere de infirmatione. Respon. ꝙ illa decre. melius facit pro, ꝙ contra, nam & ipsi fatẽtur, ꝙ impetratis huiusmodi literis, etiã aduersarius potest agere de infirmatione, ꝙd illa decre. dicit. Alij dicunt melius, ꝙ petita confirmatione sententiæ excõmunicationis, aduersarius pro se in contrarium nulla petitione data, potest inducere probationes suas, & fertur sententia pro reo, si ꝓbauerit causam, quare infirmãda sit, & dicet iudex infirmamus talem sententiam.

5 †Si verò nihil probaret reus de iure suo, nec etiã actor, tunc non infirmabit iudex sententiã, sed tantùm absoluet reũ ab impetitione actoris, & hoc satis hîc expressè dicit ar. ff. de iureiu. sed & si po. § 1. ff. de ꝓba. circa. plus placet, ꝙ siue qs petat sententiã pro se latã cõfirmari, siue petat sententiã contra se latã infirmari. ☞ †Itẽ siue sit sententia absolutionis rei siue cõdemnationis rei, si liquet iudici ad plenũ de veritate, siue per cõfessionem, siue alio modo securè confirmet eam iudex vel infirmet, sed si nõ cõstet, sibi melius est, ꝙd eũ tantũ absoluat tam ab obseruatione iudicij, ꝙ ab impetitione rei. ☞ de hoc no. inf. de confir. c. 2. †Itẽ dicimus ar. ꝑdictarũ legũ, ꝙa quando petitur sententia nulla nunciari ex certa causa, puta ꝙa lata sit post app. legitimã, si aduersarius vult sententiã ꝓbare teneꝫ, quia nulla appellatio ꝓcesit, vel si ꝓcesserit illegitima admittendus est, sed si ex alia causa vellet probare causam, non tenere: puta quia non fuit iudex qui tulit sententiã, non est admittendus, ꝙ sic probo, quia etiã ipse qui dedit libellũ ad hoc probandũ. s. ꝙ ex alia causa est iniusta excõicatio, nõ esset admittendus. Imò si ferretur sententia contra eum, vel pro eo, hoc nõ obstante, ꝙ super hoc sententiatum est, iterũ posset ex alia causa agere, & multò fortius nõ potest inducere probationes super iusta, vel iniusta excõmunicatione, nisi super hoc in modum reconuentionis porrigeret libellum, quia sibi de iure negari non posset.

6 †Sed op. secundũ hoc videt, ꝙ nunꝯ sit facienda differentia in sententia ꝓ reo ferenda,

[a] *Ex iusta. Adde Barto. in l. multũ. ff. de condi. & demõ. qui alleg. Innoc. hic & refert etiam Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ col. 7. ver. 10. supr. de constit.*

[a] *Est ergò sanũ Pe. de Anch. refert hoc sequitur in cõs. 146. incip. in ꝑdicta. d. col. 1. circa finem.*

ferenda, quia ſemper fingitur ꝓbauiſſe, quia negatiua aliter probari non poteſt, niſi quia fingitur probata ex quo actor non ꝓbat affirmatiuam. Reſpond. quod magna eſt differentia in probatione ſententiæ, vt dictū eſt, qa licet ſufficiat reo, q̄d actor non ꝓbauit quantum ad hoc, ꝙ abſoluaꝫ, ſecundū q̄d prædictū eſt: non tamē ſufficit quo ad hoc, vt iudiceꝫ contrariū. ſ. ſententiā confirmandā, vel rem ſuam eſſe, niſi hoc ꝓbauerit. De hoc aūt no. inf. de reſti. ſpo. ex cōqueſtione. Vel potes dicere, ꝙ in cauſa appellatiōis, vbi nō eſt neceſſe dare libellū, & vbi ex prioribus actis ꝓceditur petita cōfirmatione ſententiæ, ꝓceditur etiā ad infirmationē, & hoc ſatis expreſſē habeꝫ Authen. de his q̄ ad iu. §. volumus. & dicunt quidam idē, vbicunq; implorāꝫ officiū iudicis, ſiue ſit in integ. reſti. ſiue petitio abſolutionis, nam ſi petatur in integ. reſti. etiā ſi danda nō ſit in integ. reſti. quia nō tenuit ipſo iure geſtū, ſuper quo petitur reſtitutio: tamē iudex à quo hīc petitur, aliter ꝓuidebit nō ſententiando, quia de hoc actū non eſt, ſed prouidendo etiā, ꝙ geſtū eſt ſuper quo petebaꝫ reſtitutio nō obſit agenti, & non proſit reo, & ita p̄cipiat reo agere, ac ſi illud geſtū non interueniſſet. ff. de mino. verū. §. ex facto. nā officium iudicis latiſsimē patet, ſed hoc nō placet rationibus ſupradictis. (Eius) excōicatoris vel excōicati ſimpliciter. i. ita, ꝙ nō obſiciaꝫ ſibi, quod intolerabili errore exp̄ſſo ſit excōicatus, non enim proſequitur hīc tertiū caſum. (Audiendus) niſi vellet probare, ſe pro manifeſta offenſa vt qa nō patet rei iudicatæ excōmunicationis ſententiā ꝓtuliſſe. infr. de verb. ſig. ex parte. & c. ſeq. (Impendēda) dummodò ſatisfecerit, †Abſoluendum) ab ipſo delegato, vel potius remittēdus eſt ad excōicatorem, etiā ſi in literis contineatur, iuxta formā eccleſiæ abſoluas, ad excōicatorem remitti præcipiatur, & hoc ea ratione, quia delegatus ea ratione qua delegans ꝓcedere debet. ſup. de reſcrip. ſuper literis. not. ꝙ poſt abſolutionem excommunicatus aget conditione ex hac decre. ꝙ decernat excommunicationem iniuſtam, & excōmunicator etiā agere poteſt, vt decernātur excōmunicatio iuſta, vt hīc apparet, & hoc ipſum ſatis colligitur. inf. de ſen. excom. ſacro. vel ſuper hoc ipſum implorabit officiū iudicis.

1 *An committatur quod eſt meri imperij.*
2 *Omnis alienatio interdicitur coadiutori.*
3 *Committens ſimpliciter vices ſuas totum cōmittere videtur.*
4 *Spoliatus ſicut ante reſtitutionem accuſari non poteſt, ita nec de eius crimimibus inqri.*

VENERABILI F. N. ARchiepiſcopo. (Plenarie) ad mobilia & īmobilia, & etiā fructus. 3. q. 2. c. 2. & 3. infr. de reſti. ſpol. grauis. (ſuſpectus) †hoc eſt meri imperij, & tunc committitur, ſecundum. l. autem ſecùs eſt. ff. de offi. eius cui man. l. 1. ꝙ autem eſt miſti imperij, cōmittitur. ſup. eo. ex literis. ſimiliter & ꝙ eſt iuriſdictionis. inf. eo. c. vlt. (Coadiutorem) 7. q. 1. ſcripſit. quamuis & hoc ꝙ datur hīc coadiutor ex prouiſione fuit fortè, quia hīc epiſcopus per laicalem potentiā erat electus, vnde etiā poſt probationem ſuſpicionis nō debet amoueri penitꝰ ab adminiſtratiōe, aliàs aūt de iure communi eſt, ꝙ ſuſpectus de dilapidatione amoueri debet penitus ab adminiſtratione. inf. de ſimo. licet. 3. q. 2. quia. Vices) ſola cōmiſsio deleg. etiam ſi ſubdelegat. conſentiat expreſſē recipere delegationē, tamen ſi res eſt integra, puta quia ſubdeleg. non proceſsit ad citationē, vel aliq̄d aliud deleg. ſi vult, poteſt reuocare delegationē, & ſi moritur ſubdeleg. re integra, deleg. reaſſumeret cauſam. ar. ſup. eo. licet. & ſic iudicauit Papa Inno. 4. Conſilio) & conſenſu ad officiū enim eius pertinet prohibere malā adminiſtrationem, & curam adhibere, vt bona fiat. 7. q. 1. quia ſuper. ſecùs eſſet, ſi nō daretur ei officium coadiutoris, quia tunc ſufficeret eius conſilium requiri. ff. de admi. tu. pater. & no. ſup. de elec. cùm in veteri. inf. de ac. c. vlt.

2 †Alienationis) No. coadiutori interdici omnem alienationē, & idem intelligo de viſitatore, & eo cui commendatur eccleſia: de qua not. ſup. de elect. dudum eccleſia Romana.

3 †Vices) Not. ſimpliciter cōmittendo vices ſuas in totum cōmittere videtur, de hoc no. ſup. eo. ſuper quæſtionū. §. ſi duo. (Contra mandati) Item not. ſi ordo non ſeruatur, caſſari proceſſum. ſupr. de reſcri. cum dilecta. & intelligitur de ordine, qui ſtudioſē ſeruari mandatur. ff. man. diligenter.

4 †Ad inquirendum) Not. ſicut ſpoliatus non poteſt accuſari ante reſtitutionem, ita nec de eius criminibus inquiri.

CAPVT XXXVII.

3. q. 2. c. 1. & 2. & 3. & per totum. (Suſpectus) quamuis reſponderi poſſet nō caſſatam, quia iniuſtā, ſed quia contra formam mandati ſimile. ſup. de reſcri. cum dilecta. (Functus) ſup. eo. in literis.

CAPVT XXXVIII.

1 *Viduæ an ſint de foro eccleſiæ.*
Iudex competens quis ſit in cauſa viduæ, vel mulieris. Et quid ſit dicendum de peregrinis, mercatoribus, pupillis & libertis.
2 *Miſerabiles perſonæ an ſint ſub eccleſiaſticis iudicibus, & quid ſit ſpeciale in miſerabilibus perſonis, in nu. 3. & vide in nu. 4. & 5.*
3 *Error facti ſeu iuris impedit prorogationem.*

SIGNIFICANTIBVS M. (Mentiens) non fraudulenter, ſed ſimplicitate ducta, aliàs enim ſi fraudē feciſſet, etiam ſi dominus nollet de ea facere iuſtitiam: tamen illæ literæ poſſent elidi per exceptionē doli impetratione cōmiſſi. ſup. de reſcri. ſuper literis, vbi autem ſimplicitate facit, quamuis in hac forma non habuiſſet literas, ſed illa ꝙ prius dominus requireretur, tamen domino req̄ſito procedent iudices delegati, vt hīc. inf. de for. compe. ex tenore. & de hoc not. ſup. eo. ex literis. Vel potes dicere, ꝙ literæ nō valent, niſi dominus eorum fuerit requiſitus. nam nō eſt iudicis huiuſmodi dele. dicere, vade & primò proſequere ius tuū coram iudice ſeculari, & ſi ipſe non fecerit, ego faciam, ſed ipſe per ſe prius debet inſtare, & poſt inſtantiam & denegationem ad auxilium eccleſiæ veniet.

1 †Iuriſdictionem,) No. viduas non eſſe de foro eccleſiæ. inf. de for. compe. ex tenore. niſi quantum ad hoc, quod proprijs iudicibus non facientibus eis iuſtitiæ, cōplementum eccleſiaſticus iudex faciet. inf. de fo. compe. ex tenore. argu. 33. diſt. deſolatos. & c. 1. 88. diſtin. epiſcopus gu. & ſi ſuus iudex incipit ei iuſtitiam facere, non eſt iudicis eccleſiaſtici dicere, da breuiores terminos, vel ſententiā pro muliere, ſed tunc poteſt procedere ad cognoſcendum iudex eccleſiaſticus, quando primus dominus exp̄ſſē dicit ſe iuſtitiam ei non redditurum, vel aliàs eſt notorium. arg. inf. eo. ſtatuimus. ſed ſi ſuſpectus eſſet de malitia, dicunt quidā quod ſibi poſſet præfigi terminus intra quem procedat. argum. inf. qui fi. ſint legi. cauſam. lator. inf. de reſti. ſpol. frequens. vel ad minus vt incipiat procedere. Alij tamen contradicunt, ſed ſi viduæ eſſent pauperes, ſicut cæteri pauperes etiam non negligentibus dominis vel iudicibus ſuis, non tantùm de oppreſsione eorum, ſed etiam de aliorū iuribus poſſunt conqueri eccleſiæ. 24. q. 3. ſi quis de potentibus. inf. de verb. ſig. ſuper quibuſdam. imò de expoliatione poſſunt conqueri, etiam ſi ſint diuites, alijs iudicijs ordinarijs omiſsis. infr. de fo. cōpet. ex parte. Idem intelligimus de peregrinis omnibus, q̄ ſunt de foro eccleſiæ, quo ad res quas ferunt & iniurias & contractus, qui in peregrinatione fiunt, 24. q. 3. ſi quis ro. & c. ſeq. Idem etiā de mercatoribus ſi in theloneis. i. leolis, vel pedagijs grauentur, vt in eiſdem c. Idem in libertis in eccleſia manumiſsis, vel eccleſiæ commendatis, & confugientibus ad eccleſiam. C. de his quí ad eccleſ. confu. 87. diſt. eos qui, & c. ſeq. Idem in pœnitentibus. 11. q. 1. aliud. Idem de officialibus ſuis & ruſticis & filijs, & libertis, & vxore, & ſeruientibus. ff. ad muni. ad ſupra. 12. q. 2. eccleſiarum. ff. de iur. om. iud. cùm quædam. C. de epiſc. l. 1. & 2. 89. diſt. iudicatum. Pupillorum autem & orphanorum cauſas audiet eccleſia negligente iudice ſeculari ei facere iuſtitiam, etiam ſi ſint diuites, ſicut de viduis diximus. 87. diſt. deſolatis. in religi. idem in ſenibus. 87. diſtin. c. 1. Idem de quibuſlibet libertis, & non eccleſiæ cōmendatis. 87. diſt. liberti. nam omnes hi miſerabiles perſonæ dicuntur, quorum omnium curam eccleſia habere debet. 87. diſt. c. vlti. Idem in expoſitis. 87. diſt. c. vlti. Idem in cæcis & mutilatis membris, & leproſis, & captiuis, & debilibus & diutino morbo fatigatis. C. quando inter pu. l. 1. inf. de cenſi. licet. & furioſi. inf. de reſti. ſpo. c. 1. C. de epiſco. au. iudices. nam miſerabiles perſonæ ſunt, pro maiori autem parte prædictæ perſonæ, ſi ſint diuites, coguntur ſub iudicibus ſuis ordinarijs reſpondere, ſi volunt ſibi facere iuſtitiæ complementum. inf. de fo. compe. ex tenore.

2 †Item dicunt quidā, quod ſi quis vult tales miſerabiles perſonas cōuenire ſub iudice ſeculari vel ordinario, ꝙ nunquā poſſunt excipere, ꝙ debeat ſub eccleſia eſſe, ſed ſi in iudicio vel extra iudicium grauentur iniuſtè, tunc poſſent appellare ad eccleſias, vel etiā ſuos aduerſarios per ſimplicem quærimoniam cōuenire coram eccleſia. 87. di. libertos. §. libertis.

Et nos quo ad appellationem non credimus eos verum dicere, quia si est appellandum gradatim fieri debet, vt à seculari iudice ad proximum secularem iudicem superiorem appelletur. 2. q. 6. anteriorum.

3 †Sed obȷcies, quid est speciale in miserabilibus personis, cùm etiã omnibus ecclesia debeat reddere iustitiã si iudices seculares sunt negligentes. inf. de fo. cõpe. licet? Respõ. horum simplicẽ q̃rimoniã aliquando ecclesia audit, etiã non requisitis dominis, & semper audit, quãdo priores domini renuunt eis facere iustitiã, nec dicitur eis. Item ad aliũ ꝓximum superiorem, sed in alijs nõ intromitteret ecclesia, quousq; aliquẽ superiorẽ habet, ad quẽ recurrere possit, & hoc etiã dicit prꝫalle. decr. sed miserabilibus personis statim iudice ordinario negligente facere iustitiã procedet, & sic intelligo. c. ex tenore. & 87. dist. & hoc ideò ne diu pro iustitia laborent.

4 †Item dicimus, q̃ etiam p̃dictę personæ, si habito respectu ad ea q̃ possident sint pauperes, sed magnas hæreditates, vel castra petãt, nõ veniet ad ecclesiasticũ iudicẽ, nisi prius deficiat secularis, ꝙa causa cessat, pro qua toleratum est, q̃ iudex ecclesiasticus cognoscat etiam non negligente seculari. s. quia de modica re agit. Alij aũt dicunt, q̃ nunq̃ pro miserabilibus cognoscet iudex ecclesiasticus, nisi prius eis seculari iudice deficiente. sed si quis per violentiam eis bona auferat, tunc defendet eos ecclesia & à suis etiam supplicationibus & beneficijs iuuabit eos, & sic intelliguntur. c. pro eis facientia. & inf. eo. si cruce signati. etiam ab ea defenduntur.

5 †Item no. q̃ viduæ, pupilli, & oẽs miserabiles personæ possunt alios trahere ad curiã imperatoris, & impator vt eos citet, debet eis esse fauorabilis & benignus, & si aliq̃d rescriptũ impetret contra eos, nisi expresse de miseria eorũ faceret mentionẽ non valet. C. quando inter pu. l. 1. (Debere) & malè: ꝙa debebant dicere, nisi prius dominus negauit sibi iustitiã facere alij cõtra. †Præsumpserũt) & malè. nã talis cõtentio vel pactũ non p̃iudicat in tantũ, q̃d redire cogantur ad eos, qui anteq̃ adirent p̃t eorũ voluntas imitari: vt ff. de iur. om. iud. si conuenit. solum enim hoc potest petere pœnã, vel ad interesse agere, si est cõpromissum, & conuenitur contra illud, & nõ potest ꝓhibere litẽ corã suo iudice agi. ff. de arbi. si rem. C. de arbi. l. 1. sed cõtra. C. de pact. si qs in conscri. Super hoc dixerunt q̃dã illã. l. intelligi, vbi pactũ fuit in scriptis indictũ. hæc decre. quando sine scriptis vbi pactũ intercessit, Sed hoc reprobat. C. de pac. pactũ q̃d bo. fi. Alij dixerunt. l. loqui de reo hanc decre. in actore, sed hoc ex litera falsum esse apparet, & p̃terea nõ debet licere reo, q̃d nõ licet actori, ff. de reg. iur. nõ debet. Alij dixerũt ideò ex eo pacto agi, ꝙa vestitus nõ fuit contractus cohærentia. ff. de iudi. hæres. §. 1. Tu dic illam. l. loqui, quando pactũ parat ad declinandã iurisdictionẽ, vel verius, quando ponit pactum ad vnũ certum iudicẽ habendũ. s. quando quis habet plures iudices ordinarios, sicut est Bononiæ, vbi scholares habent episcopũ potestatẽ, & magistrũ suum, si faciat scholaris pactũ de litigando sub vno tenet: sed si velint ꝓrogare ex pacto iurisdictionẽ, ad eum cuius iurisdictioni nõ subsunt, non p̃iudicat si cogantur inuiti corã eo litigare: vt hîc. ff. de iurisd. om. iudi. si cõuenerit. Itẽ cũ isti delegati interlocuti sunt per literas huiusmodi se ꝓcedere nõ debere, etiã aliàs nõ essent iudices ordinarij, eorum iurisdictio ꝓrogari non poterat. C. de iur. om. iu. priuatorũ.

6 †Item & si aliàs essent ordinarij, quia tamen isti non videbantur intendere ad prorogationẽ prædictã, sed quasi priori cõmissioni innitebant quasi ex debito, cùm non tenentur, & ita errabant, vel in facto, vel in iure, quorum vtrunq; ꝓrogationem impedit. ff. de iur. & fac. ign. l. 1. in princ. ff. de iur. om. iu. nulli. in prin. & §. 2. ideò iustum est, q̃ hîc Papa diffinit, vel dic q̃ non fuit cõpromissum, q̃ redirent ad iudicẽ delegatum, nisi sicut erat de iure.

CAPVT XXXIX.

1 *Arbitri an habeant iurisdictionem delegatã, & an ab eis possit appellari in nu. 2.*

3 *Recusatus procedere potest, nisi intra terminum sibi datũ probet causas recusationis.*

SVSPICIONIS CAVSA. Faciunt sup. eo. c. præterea. (Ad hoc). s. ad probandum causas suspicionis, vel ad inducendum testes ad illas ꝓbandum, vel ad testes reprobandos, vel ad sententiam ferendam, & huiusmodi. (Ab ipso) qui vt suspectus recusatur.

1 †Sine quibus) hîc dicunt quidã hos arbitros delegatã iurisdictionem habere, & re, & ex eo quod est inf. de app. cum speciali. in princ. vbi innuitur, quod ex delegatione Papæ procedant. ar. sup. eo. ex literis. & si fuerit appellandum, appellabitur ad Papam, non ad delegatum, quia si hoc diceretur, scilicet, q̃ appellaretur à delegato, sequeretur absurditas. s. q̃ vlterius recusari non possent, quos in vno negotio. s. appellationis pro se iudices eligunt. 4. q 2. si quis re. delegare autem quia sunt arbitri non possunt, sed contrà si iurisdictionem habent, ergò eam possunt alij delegare. sup. eod. pastoralis, in princ. inf. eo. quoniam. in princ.

2 †Item ab eis poterit appellari, quæ satis sunt absurda, propter hoc dicunt alij hos arbitros iurisdictionem nõ habere, & dicunt quod ad eos pertinent omnia, quæ faciunt ad hunc articulum. s. terminos assignare, probationes recipere, & arbitrium ꝓmulgare: & similia quæ puri arbitri possunt. ff. de arbi. sed inter. §. 2. nec decre. cum speciali. dicit hos delegatos, sed ex mandato Papę teneri ad quædam, quæ nõ faciunt eos haberi iurisdictionem: vt probatur. sup. de rescri. cùm cõtingat. decr. aũt ex literis, non loquitur in arbitris, sed in iudicibus. Sed dices si non habent iurisdictionẽ, qs coget partes si non fuerint in terminis, vel si non pareant sententiæ cùm recusatus super hoc potestatem non habeat, vt hîc, nam in omnibus ei suspectus est, vt hîc.

3 †Item pœna non est apposita ad quã agi possit? Respõ. licet pœna nõ sit promissa, tamẽ arbitrium hoc modo implebit, ꝙa nisi intra terminũ sibi datũ probet causas recusationis, procedet recusatus. inf. de app. cũ speciali. & licet in termino ad aliq̃d certum assignatũ abesset aliqua pars, licet aliqui contradicant, nõ credere recusatũ debere procedere, nisi totus effluxerit terminus arbitris deputatus, vt in præalle. decr. cũ speciali. Posset tamen dici, sed non benè, q̃ si in terminis vel consilijs contumax fuerit, q̃ statim recusatus resumet iurisdictionem suam, & sic adhuc restet de termino deputato arbitris, sicut in alijs arbitris dicitur. ff. de arbi. arbiter. & l. sicut dies. §. pe. & non ex omnibus. C. de arb. l. 2. Cogendi) & secundum l. coguntur per delegantem, si est præsens in ꝓuincia, vel si ipse est absens per alios ordinarios iudices præsentes. C. de iu. cũ speciali. per suspensionem vel excõmunicationem. 33. dist. quorundam. 74. dist. honoratus.

sup. eo. sanè. vel indicta mulcta. ff. si quis ius di. l. 1. vel captis pignoribus. insti. de satis. tu §. vlt. insti. de exec. tu. 1. respon. ff. de lib. ag. si quis. §. si qs ex his (Alter) si tertius dissentiat, nos idẽ dicimus etiã si sit absens, semper enim à iure intelligitur illa clausula adiecta, quòd si non omnes, duo vestrum, ar, hîc.

CAPVT XL.

1 *Nunquid interdictum vel excommunicatio possit venire in pactum vel conditionem.*

2 *Cùm quis culpa sua omisit soluere cùm potuit non debet prodesse.*

3 *An liceat pacisci de sententia ferenda.*

P. ET G. PER LITERAS apostolicas. (Tuam) delegatam quæ est alia ab ordinaria, nam ex delegatione posset vbiq; sententiam executioni mandare. sup. eo. significasti. si quando. sed extraordinariè tantùm in subditos. † Item si delegata posset extendi, posset in subditos quoslibet delegantis excõmunicare, ordinaria aũt ꝓrogat, licet posset suos subditos excõmunicare, non tamen alios, sed potest oẽs iudicare, sed nõ aliàs punire, alij contradicunt.

1 †Vt si intra) Non credimus interdictum vel excõmunicationem posse venire in pactũ vel conditionem, cùm tantũ contra contumaces sint istæ sententiæ ꝓmulgandæ & incorrigibiles. 11. q. 3. nemo episcoporũ. 24. q. 3. tam sacerdos, ecce quantũcunq; ergò p̃cesserit pactum de excommunicando, si non soluerit in termino, ꝙa posset esse, q̃ tũc contumax non est. ꝙa libenter solueret, sed non potest, non debet excõmunicari. ff. de pac. si vnus. § si pactus. præterea necessaria est monitio. inf. de sen. excom. sacro.

2 †Sed dices hoc verũ esse, vbi post pactũ nunq̃ potuit soluere, sed vbi potuit cũ culpa sua omisit, non debet ei ꝓdesse. ff. commo. si vt certo. §. sed interdum. ff. locati. videamus. §. sed hoc. cũ suis concordãtijs. Sed respon. ꝙa licet fuerit tũc culpabilis, modò non est, nec est simile de actione commodati, & alijs, quę dantur contra eũ, qui est in culpa & excommunicatione, quę non datur, nisi contra contumacẽ & incorrigibilẽ: vt in c. p̃all. sicut iusiurandum in litẽ. ff. de in lit. iur. videamus. §. vlti. & in l. actionib. nisi in casu. C. eo. alio. Sed hac ratione videtur q̃d nec sic ferri posset, te excommunico nisi solueris vsq; ad talem diem.

Sed

Sed contra.inf. de ap. præterea. arg. inf. de sen. & re iud. ꝙ ad consultationē, ☞ & videtur per omnia simile: nā & si hoc non soluit intra terminum, cùm tamen posset, licet fuerit in culpa: non tamen debet incidere in excommunicationem ex cessatione solutionis, quæ est ante terminum, ꝙ ex eo apparet, ꝙ si post soluat vsq; terminum nō indiget absolutione, & quia vsq; vltimū instans liberatur soluendo. ff. de ver. ob. qui con. inf. de sent. excom. nuper. nec in fine termini est cōtumax, quia solueret libenter si haberet vnde, & inde est quod non est, ꝙ imputetur ei. ff. de dona. nam in his, Respon. supradicta non esse similia, nam vbi statim fertur sententia, sed suspenditur effectus, licet nō debeat ferri. 2. q. 6. biduum. si tamen feratur tenet, & est iusta. 5. q. 1. quidam. vnde non solùm requiritur condemnato, quòd nō sit negligens, sed oportet eum esse diligentem in adimplendo, quòd sententialiter iudex mandauit. ff. de rei vē. vtiq;. & inde est quod si negligēs sit medio tempore inter sententiam & terminum solutionis cōgregare pecuniā, excōmunicatio suum sortitur effectum. Imò quod plus est, si medio tempore inciperet labi facultatibus, si tunc non faceret, dicerem adueniente termino excōmunicationem suum sortiri effectum. ar. op. ff. de admi. tut. quoties. §. nequaq;. et. §. quod si in diem. & eodem modo, si condemnatus sum dare hominem, & is mortuus est culpa mea, vel seruus qui custodiendus erat fugit tenetur cōdemnatus. ff. ꝙ met. cau. sicut ex. §. si homo. & §. seq. ff. de rei ven. si ab homine. & l. seq. non tamē agetur ex sententia, nec incurrent excōmunicationē, nisi finito termino. ff. de verb. ob. nulla. cōtra. ff. de ver. ob. hoc iure. secùs si sine culpa sua, vel subitò facultatibus laberetur, quia tūc nullo tempore ageretur ex sententia, potest intelligi durante impedimento, nam impedimento cessante, si non solueret etiam post terminum, cùm posset soluere, tunc videtur, ꝙ excōmunicatio sortiatur effectū secundū, quod no. inf. de pigno. significante. in glo. pe. facit. ff. de leg. 2. Titia. §. vsuras. & quod ibi no. ff. qui satis. cog. l. sciendum. §. fi. & C. de ser. pig. da. ma. l. si creditoribus. in contra. no. C. in quib. cau. in integ. resti. non. l. 1. & ibi vide per Cyn. & de his qui no. infa. l. minoribus. & etiam videtur ꝙ in termino quo nō posset soluere debeat protestari, vt ibi no. in gl. antepe. nec incurreret excōmunicationē, vt dictis legibus ꝓbatur. ff. de admi. tut. esset contu, nisi esset malæ fidei possessor ab initio, nec causam litigādi haberet. ff. de rei ven. item si verberatum. §. vlt. ff. de leg. 1. cùm reus. ff. si cer. pet. ꝗd te. ff. ꝗd met. cau. super secu. sed & tunc quando fuit malæ fidei possessor, nec habuit causam litigādi, si post sententiā moriat seruus, vel equus, vel fugiat anteq; sit in aliqua mora post sententiā, licet teneat ad æstimationē rei amissæ, vt in p̄dictis legib⁹: nō tamē incidet in excōmunicationem.

Ratio diuersitatis, ꝙa de interitu rei tenetur ꝓpter morā, in qua semper fuit, ex quo cœpit esse malæ fidei possessor, nec causam litigandi habuit: sed de excōmunicatione non teneā, nisi propter sententiā, quę nō ligat, nisi ꝓpter morā, vel culpā post sententiā, & contra tenorē sententiæ cōtingentē, & post terminū in sententia positū, vbi ergò ista nō contigerūt, non tenebit excōmunicatione.

☞ †Intelligo igitur sic, excōmunico te nisi solueris vsq; ad pascha, cùm possis tunc soluere, vel nō possis tunc, sed culpa tua cōmissa post sententiā & cōtra tenorē eius redditus es impotens, alioq; si intelligerē, siue possis, siue nō possis, siue culpa tua intolerabilē errorē exprimeret, vnde nulla esset sententia. infr. de sen. excom. per tuas. sup. e. cū contingat.

3 †Alij tamen dicunt, semper eum cadere in excōmunicationem, etiam si in nulla mora fuit vel culpa. Non ob. ꝙ dicitur, quia caderet intellectus eius in similem intellectū, ac si exprimeret errorem, quia licet in id cadat, vel inde error sequatur, tamen quia non exprimit, nihilominus teneret sententia. 2. q. 6. si sententia. id tamē iudex post q̄ hæc cognouerit sine vlla difficultate absoluere debet, hæc habent locum vbi sententia lata est sub conditione, quia aliq̄d fiat in futurū alioquin sit excōmunicatus, secùs aūt esset, vbi sententia ferri debet purè, quæ nō posset ferri iusta, nisi in incorrigibilē, vt dictum est, sed licet dixerim, ꝙ nō, licet pacisci de sentētia ferenda, neq; corā ordinario, neq; corā delegato, intelligo sine causæ cognitione. 2. q. 1. nemo. nam aliàs si sit ordinarius aliorū nō litigantiū, possunt prorogare iurisdictionem suam, sic possis me excōmunicare, si fuerit iustum, vel si ꝓbata fuerit causa excōmunicationis; vt in c. nemo. arg. ff. de iu.

ff. de iu. l. 1. (Iurisdictioni) delegatorie vel ordinarie: non tamē ordinariam sed delegatoriam prorogare intendebāt. de hoc not. sup. eo. de causis.

CAPVT XLI.

1 *Minor 20. anno. an & quando possit esse delegatus & iudicare, et an valeat eius sententia.*

VM VICESIMVM (annum) minor 20. ann. dummodò sit pubes iudicare potest quasi ordinarius: vt hîc. arg. ff. de iud. cùm prætor. in medio. maior autem 20. an. à quolibet delegari potest, & cogi ꝓferre sententiam. minor autem 20. ann. sed maior 18. vtraq; parte consentiente potest esse delegatus: aliàs non nisi à principe, sed ☞ non cogitur proferre sententiam. †Item si minor 18. deleg. à quolibet ordinario, etiam vtraq; parte consentiente, est delegat. non tenet eius sententia, secùs si à principe, quia tunc & tenet sententia, & cogitur proferre, cùm dubitandum non sit de his quos princeps elegit. 17. q. 4. ꝙa valdè. arbiter autem compromissarius etiam vtraq; parte præsente & consentiente, non potest esse minor. 25. an. nec cogitur proferre sententiam, nec lata tenet. arg. ff. de arbi. cum lege. C. de aduo. di. sancimus. ff. de re iud. quidam. (Dari) à quolibet qui delegandi habet potestatem tantùm à principe, (quàm à principe) sed à principe facta etiam minori 18. an. tenet delegatio. ff. de re iud. quidam.

CAPVT XLII.

NO DELEGATOrum. Si delegatio facta est personæ, non loco. sup. eod. quoniam abbas. vbi de hoc nota. sup. eod. licet. Exempto) & si essent tres vel plures, quia verum est penes omnes iurisdictionem esse, & nō penes remanentes tantùm, vnde eorum sententia non tenet. ff. de reg. iur. duo ex. ff. de arbi. item si. §. vlti. & l. seq. & no. de hoc. sup. eo. causam. (Expressum) verbi gratia. quod si non omnes. & sup. eo. prudentiam.

CAPVT XLIII.

1 *Possunt partes renunciare his quæ pro se introducta sunt, non autem eis quæ pro publica vtilitate vel ex officio suo.*

2 *Non debent magna ministeria delegari. Et quæ sint magna & parua.*
Quod possum per me facere, an id etiam per alium efficere possim. & num. 4.

3 *Ad hoc vt sciatur quæ transeant ad successorem inspicienda est verborum conceptio.*

4 *In ministerio dispensandi cum irregulari quis sit eligendus.*

5 *Excommunicatio & dispensatio de sui natura habent admistam cognitionem & iurisdictionem.*
Cognitio causæ an sit necessaria in ferēda sententia in causa excommunicationis.

6 *Non potest is, cui commissum est prouidere alicui de beneficio, alij demandare.*

VONIAM APOSTOLICA. (Consentiant) sup. eo. prudentiam. vbi de hoc not. (Consentiant) secùs si partes nō consentiant. Item secùs, si non sint ibi partes, sed ex officio suo mandet.

1 †Prærerquam) q. d. vbi inter partes agitur potest alijs delegare, sed vbi inter partes nō agitur, sed Papa ex officio suo sine partibus inquisitionem, vel prouisionem committit, vel quicquid aliud, tunc si mandat Papa, quòd personaliter intersit, delegare non potest. Ratio diuersitatis est, quia in primo casu partes possunt renunciare his, quæ pro se introducta sunt, non autem eis quæ pro publica vtilitate vt ex officio suo. ff. de pact. iuregentium. §. penul. & vlt. inf. de for. compe. si diligenti.

2 †Eligere) vbi magis committuntur, & eodem modo intelligitur, quod in sequenti §. dicitur, scilicet, quòd certū ministeriū delegari nō potest, debet enim subintelligi de magnis ministerijs, sicut est prædicare, & alia hîc contenta & similia, & hoc relinquendum est arbitrio iudicis, quæ magna sunt vel parua: in minoribus autē ministerijs benè sit subdelegatio, nisi in rescripto cōtineretur, quòd ei committendo elegit fidem vel industriam eius: quia in hoc casu subdelegabitur, vt hîc. Commissum) contra. inf. de sen. excom. mulieres. ff. de admi. tu. ita. §. gessisse. ff. de procur. seruum. 1. respond. Sol. illud habet locum in temporalibus ministerijs, hoc in spiritualibus, & in his quæ fiunt in iudicio sine iurisdictione tamen. ff. man. si procuratorio. §. si quis. Si enim haberet iurisdictionem, delegare posset. supr. eod. c. in princ. & c. pastoralis. vel aliud generale est aut speciale, vel melius †, quando aliquis sua authoritate potest aliquid facere, tunc non est vis, siue per se, siue per aliū faciat, nisi specialiter ꝓhibeatur, vt in contrarijs, sed vbi sua authoritate nō pōt facere, sed alterius tunc locū habet, ꝙ hîc dicitur. s. ꝙ non pōt alij cōmittere.

†Sed

3 †Sed quæro si successor, quando est scriptum, non expresso nomine personæ, sed dignitatis tantùm, vel loci hoc possit perficere, argu. quod sic. supr. eo. quoniam abbas. quidam respondent ad hoc, vt sciatur, quæ transeant ad successorem inspiciendam esse conceptionem verborum, in quibus fortè designabit se certam personam ad hoc tantùm eligere, vel etiam designabitur, quòd ad successorem transeat & inspicienda est inde facti natura primò, vel potius ministerij, puta vtrum ministeriũ delegari possit communiter, & per alios implorari, vel non, nam si non possit communiter per alios implorari sine vlla iurisdictione, vt est ministerium recipiendi testes excõmunicandi, vel absoluendi, transit ad successorem. arg. op. Authen. vt. nul. iudi. §. hoc verò iubemus. C. de cad. tol. l. 1. §. pro secundo. si verò tale sit ministerium, quod communiter ab alijs nõ impleatur, sicut est prædicare crucem, vbi exigitur persona literata, & quæ prædicet opere & sermone, & idem in ministerio iniungendi pœnitentiam.

4 †In ministerio autem dispensandi, cum irregulari eligatur homo, qui non speret in pecuniæ thesauris, & quia pauci sunt, non ideò transmittuntur ad successores. argu. opt. C. de cad. tol. l. 1. 2. ne autem. ordinarius autẽ hoc licitè committit. infr. de offi. or. inter cætera. & c. vlt. Alijs autem videtur melius, quod licet prædicta distinctio locum habeat in legatis propter præsumptam voluntatẽ testatoris: non tamen habet locũ in alijs, vbi certũ ministeriũ demandatur, quia si mandetur ministerium, recipiendi testes siue absoluendi excommunicatum, siue quodcunq; aliud, tunc nec per aliũ exercere potest, nec transit ad successorem. Et est ratio, quia non ille cui mandatur ministeriũ, videtur facere, sed ille qui mandat, & ideò per alium facere nõ potest, secùs autem in delegato, quia ille habet iurisdictionem, & ideò delegare potest. sup. eo. c. in princ. & per se facere dicitur quamuis de successore posset, p̃babilius dubitari.

☞ †Alij dicunt, & vt videtur benè, q̃d ☞ quecunq; pars iudiciorum cõmittatur iurisdictionem habet, ille cui committitur, siue sit receptor testiũ, siue citator, siue auditor allegationum. arg. opt. sup. eo. ex literis. & si dicas in quibus potest exercere iurisdictionẽ in prædictis? Respond. receptor testium vtetur iurisdictione ad testes cogendos, & à falso compescendos, & ad alia huiusmodi: citator vtetur iurisdictione ad terminum prorogandum, vel minuendum, si superior non præfixit, & etiam vt præcipiat citato, quòd coram citatore compareat citationem recepturus, & alia huiusmodi. Dicimus etiam, quòd citator potest eum citare per cursorem, qui solam operam exhibet, vel etiam per literas, & idẽ videndũ est in alijs partibus iudicij personis delegatis, & de hoc nota. infr. de re iudi. cùm Bertholdus. quòd autem hîc dicitur excommunicatione & dispensatione, intelligitur quando hoc mandatur sine causæ cognitione fieri, licet generaliter, nisi causa subsit debeat cũ causæ cognitione fieri & mediãte iurisdictione. Sunt tamen quædã alia quæ de sui natura requirunt cognitionẽ vel iurisdictionẽ, sicut est prædicare, pœnitentias iniungere, alijs beneficium dare, & huiusmodi, quæ alijs committi nõ possunt, sed & his aliquando adijcitur iurisdictio, scilicet, vt cõtradictores, vel impedientes compellat, & in his & in consimilibus, licet possit committere iurisdictionem adiectam, scilicet, quòd aliàs cõpescat contradictores: non tamen potest cõmittere illud ministerium, quod ex sui natura nõ habet admistam cognitionem & iurisdictionem, sicut est prædicare.

5 †Sed obijcies de excommunicatione & dispensatione, quæ sui natura habent admistam cognitionem & iurisdictionem. Sed respond. illud esse verum, nisi expressẽ mandaretur, quòd sine causæ cognitione excommunicaret vel dispensaret, sicut hîc intelligitur. Nec ob. quod in superiori §. dicitur inquisitione, quæ procedit ex officio, & quæ sui natura habet cognitionem, vel iurisdictionem annexam, & tamen cõmitti nõ potest, illud enim ideò est: quia ibi eligit industriam personæ, nec etiam esset malum in inquisitione, scilicet, quòd si etiã committatur cum causæ cognitione, tamen committi nõ potest, quia ibi industriam personæ elegisse videtur. †Excõmunicare) id est, denunciare aliquos excõmunicatos, vel absolutos, nã si mandaret Papa alicui, quòd sententiam excommunicationis in aliquem ferat, non debet eam ferre, nisi cum causæ cognitione, & monitione præmissa. 2. quæstio. 1. nemo.

infrà, de senten. excommu. sacro.

Sed dices Papa cognouit, & non cognouit eum, de quo agitur sententia excommunicationis innodandum, certè tũc & ipse ferre sententiã debet. ff. de iud. de quo hoc casu, si dominus Papa vel alius, qui de iure potest ferre sententiam per alium, vt sunt illustres, mandet alicui, quòd eam ferat, non est necessaria eius causæ cognitio, licet tunc etiam fateor hanc decre. locum habere, vt eam non debeat alij delegare.

6 †Ministerium) hac ratione dicimus, quòd si alicui commissum est, quod prouideat alicui de aliquo beneficio, quòd hoc alij demandare non potest, quia siue certum officium siue ministerium demãdetur, quòd per se exercere debeat delegans, scilicet, prouisionem clerici vel collationem præbendæ alij demandauit, & idem videtur si in literis dicitur, exequaris, sed secùs est si dicat, compellas vel facias prouideri.

CAPVT XLIIII.

1 *Conseruatores ex quibus causis dentur.*
2 *An liceat per testes probare notorium maleficium.*
Conseruator in notorijs tantùm iudicare potest. & num. 6.
3 *Factum à conseruatoribus non tenet, nisi vocatis illis qui deliquisse dicuntur. Et quid sit dicendum, si vocati sint contumaces.*
4 *Conseruatores recusari non possunt.*
5 *Vbi notorium est maleficium alijs, sed iudici oportet quòd super hoc requirat probationes.*
6 *In notorijs necessarius est aliquis ordo.*
Testes super notorio maleficio producti, quid dicere & deponere debeant ad maleficium probandum.
7 *Conseruatores an & quandò habeant iudiciale mandatum.*

1 STATVIMVS. (Vt conseruatores.) †No. cõseruatores aliquando dantur, vt defendant aliquos contra raptores & prædones, alij dantur contra eos, qui aliquorum priuilegia infringunt, aliquando generalius dantur, scilicet, vt defendant aliquos ab omnibus iniurijs, & offensis, & in nullo prædictorum casuum aliquam habent indaginem conseruatores, nisi in hoc, vt docent eos, qui molestatores & iniuriatores dicuntur, & si vocati venerint interrogabuntur, an prædictas molestias & iniurias irrogauerint, & si eas confessi fuerint, tanquam contra manifestos iniuriatores procedẽt, vt hîc. Si verò negent, cùm per negationẽ facta sit res dubia. C. qui. ad lib. procla. nõ li. l. 3. non procedent, & si processerint, nõ valet tanquam excedens fines mandati, quia non sunt manifesti iniuratores, & iurisdictio conseruatorum limitata est tantùm contra manifestos. ar. op. ff. man. diligenter. sup. de rescrip. cùm dilecti. nisi fortè adeò de facto, vel de iure esset eorũ maleficium notorium, quòd inficiationi locus non esset, quia tunc valeret processus contra tales. inf. de coha. cle. & mu. tua. & c. vestra. 2. quæst. 1. manifesta. Imò & si antequam limitaretur videtur idem debere fieri. 82. di. desolatis. & c. libertos.

2 †Sed quid si per testes vellent probare maleficium notorium? Respon. quòd per testes malè probatur maleficium notorium, sed per qualitatem facti. sup. de transla. epis. quanto. de hoc no. inf. de coha. cle. & mu. tua. Item si confiteatur maleficium factum, sed dicat se iure id fecisse, non intromittet se vlterius conseruator. †Sed quæres, pone fert sententiam excommunicationis, quia aliam ferre nõ potest contra contumacem, & postea cõstat eum esse iniuriatorem, sed non manifestum, nunquid in veritate est excõmunicatus? dicunt quidam quòd sic, licet iniustè iurisdictio ei datur super omnes iniuriatores, qualis est iste licet occultus. Alij dicunt cõtra, vt primò dictum est eodem iure, vt isti cẽsentur priuilegiati, qui suos iniuriatores vel malefactores excõmunicare possunt, nam non intelligitur de manifestis, sicut & illud intelligitur, q̃ sequitur, liceat tibi alienata malè reuocare, nam nõ intelligitur, nisi de his, de quibus constet per confessionem, vel rei euidentiam. de hoc no. sup. de elec. nosti. inf. de reb. eccle. non alie. episcopi qui.

Et hæc vera intelligo, in conseruatoribus, nam iudices ecclesiastici ordinarij benè cognoscent etiam de occultis violentijs, vt no. inf. de fo. compe. cùm sit generale. Item illud quod dicitur circa medium huius gloss. ver. scilicet, qui confitetur factum, sed dicit se iure fecisse, non est vlterius cogendus à conseruatore, non est semper verum, vt inf. de coha. cle. & mu. tua. in glo. illud.

3 †Item no. quòd isti conseruatores, & alij quibus datur iurisdictio in certas personas, vt quando mandatur quod compescant contradictores per sen. eccle. & huiusmodi semper vocare debẽt illos, qui dicuntur deliquisse, aliàs non tenet, quòd

Citet. Quòd in notorio requiratur citatio partis. Ad de eundē Innoc. in c. 1. de offi. dele. in 6. & Franc. de Aret. plenè in suo consi. 165. col. 8. & seq.

b Oportet q̄ super hoc. Adde q̄ per hoc facit text. in l. hæc aũt. §. 1. ff. ex qui. cau. in pos. ea. vbi est tex. q̄ vbi cunque certa qualitas reqūitur ad fundandā potentiā iudicis, vt possit procedere eo modo quo procedit, nō est satis illā qualitatē esse verā, nisi etiā de ea iudici constet. Facit etiā, q̄ dicit Bart. in l. si finita. §. aliàs. ff. de dā. infec. & in l. multū interest. ff. de cōdi. & demō. vbi nō valet concessio primi decreti cōtra cōtumacē, nisi prius constet iudici p̄ acta quod sit cōtumax, & q̄ ex notoriū tribuit iudici iurisdictionem, de eo debet cōstare iudici per te citata. adde latè Franc. de Aret. in d. suo cons. 165. col. 8. in prin. col. seq. post medium. Et dicta per eũ ibi adde ad Inno. inf. in c. tua. inf. de coha. cler. & mu. et ibi de veritate dictorū Inno. in d. c. tua. & in c. vestra. eod. titu.

fit contra eos. 2. qō. 1. c. 1. & q. 7. per latam. nisi esset sententia excommunicationis, quæ fortè tenet, si factum esset notorium, quia sententia excommunicationis tenet etiam non seruato ordine, sed tanquam iniusta esset absq; difficultate relaxanda, imò prolator ipsius puniendus est. inf. de sen. excom. sacro. sed nec contra hos malefactores valet sententia, nisi sint manifesti, vt hîc. de hoc no. inf. de præben. pro illorum. & de consc. præben. proposuit. si autem vocati contumaces fuerint, tunc conseruator & alij consimiles pro contumacia possunt procedere contra eos, sed aliam si ferrēt aliquam sententiam excōmunicationis, vel alia pro violentia, vel alio delicto, non tenet, nisi esset manifesta, vt hîc, vel nisi prius sententiaret, quod esset manifesta iniuria, quia extunc etiam si non esset manifesta iniuria, tamen tenet sententia, si non appellaretur ab ea. Sed contra. sup. de rescri. pastoralis. §. fin. vbi dicitur, quòd iudex per expresionem personarum habet iurisdictionem super eos. Sol. huius cōtrarij colligitur ex tenore rescriptorum, quia ibi dicit, quòd partibus vocatis audiat conquęstiones nominatorum, & etiam nominandorum, sed hîc dicit, quòd partibus vocatis, tantùm contra manifestos violentos procedat. Vel dic, quòd hi conseruatores possunt nihil prohibere, nisi quòd nihil fiat his, quorum conseruatores sunt sine ordine iudiciario. arg. inf. de si. quærelam.

4 †Manifestis) ex hoc apparet, quod recusari non possunt conseruatores. arg. inf. de appel. peruenit. & c. proposuit. & quod procedere possunt absente parte per contumaciam, vt not. inf. de cohabit. clerico. & mu. c. vestra. †Ad alia) præterquàm in notorijs, quia in notorijs benè habebunt indaginem. arg. quia committitur conseruatoribus iurisdictio in eis, ergò & omnia, sine quibus illa non possunt explicare. ff. de iurisdictione om. iud. l. secunda. sed non potest venire ad puniendum aliquos de notorijs malefactis, nisi
a eos citet *a*, & nisi citatos & contumaces puniat in expensis. & aliàs. sup. eod. de causis. ff. si quis ius di. non obtempe. l. prima.

5 † Item si maleficium est notorium
b alijs, sed non iudici, oportet *b* quòd super hoc requirat probationes, & etiam cogat aliquando testes quibus interesse debent partes. 2. quæstio. prima. in primis. inf. de test. c. 2.

6 †Item in notorijs aliquis ordo necessarius est. inf. de iureiu. ad nostram. sed ille qui fecit illud, quod dicitur maleficium, sed dicit quòd illud non est maleficium, sed illud faciendo vsus est iure suo, videtur quòd in hoc casu admittet probationes vtriusque, quia aliter non potest expellere iurisdictionem sibi commissam. Item quia reus, non actor offensus parat viam iudici cognoscendi de his, dum proponit exceptionem talem, quòd non deberet procedi contra eum, si vera esset, & sępè quis habet ex beneficio alterius, quod ex se habere non potest. sup. de tempo. ordi. c. penul. Hoc autem satis videtur, quòd non potest conseruator inquirere de maleficio ex officio suo, quia non est iste modus procedendi in notorio, nisi fortè procedat ad inquirendum, an factum sit notorium, & etiam in hoc casu, scilicet, si maleficium est notorium, sed non malefactor, sed si per testes probatur de aliquo, quòd fecit illud malefactum, sed non probatur, quod sit notorium, nec nocebit sibi talis probatio. Et hoc ideò videtur, quia non potest conseruator procedere, nisi contra notorios, qualis non est iste, quia licet de occultis circumstantijs possit inquirere conseruator quæ sunt accessoria notorio, non potest tamen inquirere de occulto facto, vel de occultis personis, quæ sunt principalia. De ordinario autem vtrum per has probationes possit procedere contra eum, dic vt not. sup. de elect. bonæ memo. si autem ille, qui fecit maleficium benè confitetur illud, sed dicit illud non notorium, benè potest contra eum procedere conseruator, quia licet illud maleficium non fuerit notorium facti euidentia, est tamen notorium per cōfessionem suam, quibus pluribus modis sit notorium. inf. de coha. cler. & mu. c. vestra. Et dicunt quidam, quòd testes qui inducuntur super notorio, debent dicere factum esse notorium, & si quæratur, quomodo scit, potest dicere, quòd ego fui prę-sens, & vidi quando publicè in platea multis præsentibus fecit illud, imò plus videtur, quòd etiam si dicat, ego non vidi, quādo fecit maleficium, sed vidi quòd ductus fuit coram iudice, & interrogatus de maleficio, non negauit, vel confessus fuit, scilicet, quòd sic publicè fecerat. Quidam autem dicunt idem etiam si coram multis confitetur. †Item si dicit ego non vidi, quando fecit maleficium, sed vidi eum fugientem, vel ibi laritantem, & propter hoc

hoc nullo modo se excusantem, & non suberat causa, quare nō se excusaret, vel quia de hoc cum aliquibus transegit. ff. ex quib. caus. infa. l. athletas. §. fin. & l. seq. & sic est multa talia inuenire. Alij tamen dicent contra, iurisdictio autem horum est, quasi merum imperium, & supremum inter alias iurisdictiones. Item ex hoc apparet, quòd iurisdictionem habet & etiam cognitionem aliquam, quia sententia excommunicationis ferri non potest sine causæ cognitione. 2. quæstio. 1. nemo. expone ergò sic literam, quia non habebit iudicialem indaginem, supple in notorijs.

7 †Item non habet iudicialem indaginem cum effectu, quia super ea non iudicat, sed tantùm se instruit, vt iustè possit excommunicare. Item non dicitur habere iudicialem indaginem ex vi literæ, sed ex consensu partium, quia est inculpatus dicit, ego feci vtens iure meo, & hoc paratus sum probare & conuenire, quòd iudex de hoc cognoscat, quia aliter cùm factum sit notorium excōmunicabit conseruator, tunc autem inculpans consentia, quod recipiantur probationes, & sic communi consensu prorogatur iurisdictio, aut non consentiat, quòd recipiantur eius probationes super hoc, & sic iudex non excommunicabit causa non cognita. inf. de sen. excō. sacro. Item ex quo iurisdictionem habet, videtur quòd vsque ad annum possit reuocare sententiam suam. sup. e. quærenti. Item prædicta ratione videtur, quòd si notorius offensor excommunicatus veniat intra annum, & dicat cognoscite de quantitate damni, quia volo satisfacere, quòd de hoc debet cognoscere per testes, & alio modo ad sui instructionem partibus præsentibus, & si nollet actor, quòd cognoscet conseruator eum absoluet.

TITVLVS XXX.

DE OFFICIO LEGATI.

CAPVT I.

VM NON IGNORETIS. Per app. etiam in alijs casibus, quos dicimus infrà (audire) quid possit legatus, colligendum est ex literis legati. inf. de priui. porrò. & non est contra. 25. q. 2. seruatis quædam, tamen potest etiam si non exprimantur, vt hîc. (studuisti) cognitionem, id est, antequam incipiat cognoscere delegatus (deroget) sup. de rescr. cùm sit Ro. (impedire) 11. q. 1. c. peruenit. & 95. di. eccle. C. de do. in hoc. 93. dist. præcipimus (mandatum) C. si aduer. rem iudi. aduersus. ff. ad Treb. ille à quo. §. tempestiuè. Confirmare) in communi forma, quæ modicum valet confirmamus, sicut lata est. inf. de consc. præben. & eccl. non vacan. quia diuersi. cum causę autem cognitione nō potest, quia per consequēs posset infirmare. 21. dist. inferior. ff. de re iudi. qui condem. de pœ. dist. 1. verbum. ff. de reg. iur. eius.

CAPVT II.

1 *Pœna an possit poſt latam sententiam remitti.*

NISI SPECIALIS. (Illa dilectio) Not. iu. amore remittere pœnā. 50. dist. clerico. 35. qō. 9. prætio autem non potest. 1. q. 1. nullus. Item ex quo sententia lata est, nō potest amore remittere pœnam. 2. quæst. 3. §. notandum. si alio agēte condemnatus sit, non potest remitti pœna sine consensu eius pro quo lata est sententia si ei interesset. Item pecuniali-ter, idem videtur quibusdam si suam prosequatur iniuriam, alij tamen contradicunt.

CAPVT III.

1 *Delegatus an absoluere possit extra prouinciam sibi decretam.*
2 *An finita legatione durent indulgentiæ à legatis concessæ.*
Legatus an sit iudex ordinarius.
3 *An sententia ferri possit sub conditione.*

QVOD TRANSLATIONEM. & inf. (speciali) quædam sunt quę necesse est specialiter demandari. ff. quæ in frau. cre. si pater. ff. de pact. iuregentium. §. vlti. ff. de procu. Pomponius. & l. mādato (priuilegij) imò & quædam alia, non enim potest absoluere excommunicatum à domino Papa, & quòd plus est à delegato eius. sup. eod. studuisti. nec vacaturam concedere. inf. de præben. dilect. (etsi) id est, quamuis.

1 †Ex ipso) non solùm ipsos de prouincia, sed etiam alios extra prouinciam decretam potest delegatus absoluere. inf. eod. excommunicatis. & sic quòd de facto approbat ecclesia Ro. sufficit, vt habeatur pro iure. ff. de legi. de quibus. ff. de adop. emancipatam.

Et hoc intelligo verum in legato, qui à latere Papæ mittitur, ſcilicet, Cardinali. inf. de ſen. excom. ad eminentiam. c. ea. noſcitur. Alij autem legati qui non ſunt Cardinales, & qui expriuilegio ſunt legati, non plus habent poteſtatis, quàm in priuilegio continetur. inf. eo. c. pe. inf. de priui. porrò.

2 †Sed quid dices de indulgentijs, quas dedere, durant ne finita legatione eorum, & quid dices de ſententijs, quæ feruntur ſic, quicunque fecerit furtum ſit excommunicatus? Reſpõ. quòd ſic, legatus enim eſt iudex ordinarius. C. de offi. rec. puin. quia habet imperium. ff. de offi. procon. l. & ideò, legatũ enim ſi eſt ex Cardinalibus, ſimilem dicimus proconſuli. ar. ff. de offi. procon. l. 1. & vlt. alios autem legatos ſingulos ſimiles dicimus præſidibus. arg. ff. de offi. præſi. l. 1. præterea apparet eum ordinarium, qui vniuerſæ cauſæ criminales & ciuiles prouincię ad eum deferuntur. ſup. eod. c. 1. cùm autem hoc poſsint alij ordinarij. inf. de ſenten. excommu. à nobis. inf. de pœni. & remiſ. noſtro, multò fortius legati habent enim maius imperium omnibus iudicibus in prouincia poſt Principem. ff. de offic. procon. ſi in aliqua. §. penult. & l. nec quicquam. Item præfectus ad tempus & in perpetuum poteſt aliquem prohibere. ff. de offic. præfec. vr. l. 1. §. pe. arg. contra. ff. de pe. l. vlti. ff. de priui. l. puto. §. vlt.

3 †Item videtur quaſi determinatum, quòd poſſet ferre ſententiam ſub conditione, puta ſi quis ſic fecerit, vt talem pœnã patietur, quod duret, & indulgentias daret. inf. c. vlt. quod nos credimus. Nec ob. l. de pœnis. & de priuil. quæ loquantur, vbi iudex abſq; cauſæ cognitione pœnam infert ſine præfinitione temporis, quæ pœna tantùm ſuæ adminiſtrationis tempore durare intelligitur, ſecùs vbi cum cauſæ cognitione. Item ſecùs in indulgentijs, quæ ſunt extendendæ. ſup. de conſti. prin. l. vlt. nunquid diſpenſare poteſt? Reſpon. ſic. inf. de tranſact. ex parte. Alij autem legati, qui non ſunt cardinales, poſſunt abſoluere excommunicatos, ſecundum tenorem decre. inf. eo. excommunicatis.

CAPVT IIII.



ICET TRANEN. (Ad noſtrę) hoc multum delinquit. 2. q. 1. nomen. & 3. qõ. 6. multum. 11. q. 3. deniq;. C. de reli. l. 2. ar. contra. inf. de ap. conſtitutus. ſol. ibi (malitioſè.) ff. nau. can. ſta. licet. §. 2.

CAPVT V.

1 *Plenum ius non quæritur ex præſentatione, ſed ex collatione.*

DILECVS FI. R. (in conceſsione) ex præſentatione enim patroni, non quæritur plenum ius, ſicut ex conceſsione epiſcopi, ſi diſcordantibus patronis poſt quatuor menſes cõferat. inf. de iure patr. quoniam in quibuſdã.
1 & c. propter. vel melius plus habet in cõceſsione prælatus quàm in præſentatione patronus, ſupple in eccleſijs vbi habet collationem, quia ex collatione omnia conſequitur inſtitutus, ſed ex præſentatione non ſequitur ius in re, licet conſequatur ad rem petendam & perſonalem actionẽ contra epiſcopum. inf. de iure patro. cùm autem. & c. paſtoralis. & c, cùm dilect.

CAPVT VI.

1 *Non poteſt egreſſus prouinciam abſoluere ab excommunicatione quam tulit in ea exiſtens, & quid ſi exijt non animo deſerẽdi delegationem, an poterit extra prouinciam excommunicare, habes in nu. 2.*
2 *Egreſſus prouinciam quam habeat iuriſdictionem. Et quid facere poſsit. & nu. 1.*
Facta vnius prouinciæ, an poſsint in alia exercere à legato.

NOVIT ILLE. (Promulgauit) egreſſus prouinciam nõ poteſt abſoluere ab excommunicatione quam tulit exiſtens in ea. ff. de offic. præſidis. l. 3. ſed delegati ab eo poſſunt abſoluere poſt egreſſum eius & ligare, & de cauſis cognoſcere ſi cœperunt vti iuriſdictione antequam egrederentur, quia perpetuauerit iuriſdictionem ſuam. arg. ſup. de offic. dele. licet. inf. eod. c. vlt. & ab his appellabitur Papa vel ſucceſſor legati, ſed antequam ingrediantur prouinciam non poteſt exercere contentioſam iuriſdictionem. ff. de offic. procon. obſeruare. Cauſam autem quam inchoauit legatus, non perficiet poſt ſuum egreſſum, licet alius legatus qui ſuccedet ei, vel dominus Papa, qui intelligitur ei ſuccedere, ex quo alium non dat. ff. de offi. iudi. mortuo. C. de iudi. properandum. §. ſin autem in metu. ff. de iudi. mortuo. Hinc eſt quòd intra annum non exequitur ſententiam ſuam. Nec contra. ſup. de offic. deleg. quærenti. quæ loquitur in delegato, legatus autem eſt ordinarius. Alij dicunt, ſed non placet idem in delegato & legato. arg. inf. de offic. or. paſtoralis. §. 1. eſt ergò verum ſecundum eos id, quod dicit decre. quærenti. quod etiam poſt ſententiam retinet iuriſdictionem intra annum legatus & deleg. hic autem poſtquam deſerit prouinciam ſibi deputatam, vel delegatam, nullam iuriſdictionem habet.

2 †Quid ſi exierit prouinciam non animo deſerendi delegationem, ſed iterum reuerſurus, nunquid poterit extra prouinciam excommunicare, & videtur quòd nõ, quia excommunicatio requirit cognitionem cauſæ. 2. q. 1. nemo. ſed de cauſa nõ poteſt cognoſcere, niſi ſedendo pro tribunali. 2. quæſtio. 3. abolito. ſed hoc in alia prouincia facere non poteſt. 9. q. 2. epiſcopum. & in pluribus. c. eiuſdem. Idem verò fatemur niſi habeat licentiam epiſcopi dioce. vt in eiſdem c. dicitur. Crederem tamen, quod poſſet abſoluere, vbi ſuum errorem recognoſcit ſine cauſæ cognitione propter periculum excommunicationis. arg. inf. de ſen. excom. ſacro. circa fi. ſup. eod. c. 2. Delegare autem cauſas poteſt extra prouinciam cùm non eam deſeruerit, quia hoc non exigit cauſæ cognitionem. ff. de offic. procon. aliquando. & hoc olim tantùm, quando neceſſariã moram faciebat extra prouinciam. hodie autem delegatus, poteſt ſi ſolam voluntariã moram trahat. Authen. de colla. §. antequam. in ver. in prouincia. credimus etiã quòd poſsit dare præbendas extra prouinciam. arg. inf. de appel. qua fronte. & habes hîc expreſſum, quòd ſi quis eſt legatus in pluribus prouincijs, facta vnius prouinciæ poteſt in alia exercere. ſup. de poſtu. ad hoc. in fi.

CAPVT VIII.

COLENTES. & inf. (Quandiu.) C. de cura. furio. cum alijs.

CAPVT IX.

EXCOMMVNICATIS. Pro latere, latus Principis ſiue Papæ ſunt Card. ff. ad l. Iul. Maieſt. ſi quis eum. & hi, ſcilicet, Cardinales extra prouinciam hominem alterius prouinciæ abſoluere poſſunt. (Aliunde) ergò à contrario ſenſu ſuis comprouincialibus poſſunt munus abſolutionis impendere legati, qui non ſunt de latere, & qui non ſibi vendicant ex priuilegio legationẽ, ſi autem ex priuilegio ſibi vendicarent, nec etiam prouinciales abſoluere poſſunt, vt hîc ſequitur.

CAPVT X.

1 *Legatus an poſsit condere leges generales.*

EMINI DVBIVM ESSE VOLVMVS. (Statuta) & ita habes, quòd legatus poteſt condere leges generales, nõ tamen contrarias legibus & conſtitutionibus generalibus. C. de offic. presbyt. alle. l. forma. Et credo, quòd in condendo talia ſtatuta debet requirere conſilium prælatorum prouinciæ. 9. qõ. 3. per totum. & maximè in c. 1. 3. 4. & 5. & aliquando requirere debet populum. de conſe. diſt. 3. c. 1. ſed credo, quòd etiam eis irrequiſitis teneant ſtatuta, quæ facit legatus de his, quæ pertinent ad iuriſdictionem ſuam. arg. præalle. l. formam. ſed de alijs ſecùs.

TITVLVS XXXI.

DE OFFICIO ORDINARII.

CAPVT I.

1 *An prælatus eccleſiaſticus teneatur exequi ſententiam ſecularis. Et quid à diuerſo.*
2 *Nunquid ſententia ferri poſsit contra reſcriptum excommunicationis.*
3 *An valeat quod fit à prælatis in exemptos.*

PERNICIOSAM. & inf. (inquirere) fama præcedente. inf. de ſi. licet. & cùm generaliter loquitur hæc decre. credim⁹ quòd hîc poſsit tam in clericis quàm in laicis. inf. de iud. nouit. vbi de hac materia no. dum tamen ſint ſpiritualia, vel aliàs pertineant ad ſuã iuriſdictionem ea, de quibus inquirit.

1 †Auxilium) id eſt, ſecularem poteſtatem, non ad præiudicandum, prælatus autem eccleſiaſticus eodem modo tenetur mandare ſententiam executioni iudicis ſecularis. argumen. 96. diſtin. cùm ad verum. ſed in hoc eſt diuerſitas, quia prælatus exequi non cogitur per ſecularem poteſtatem, ſed ſecularis benè cogitur per ſuum prælatum. ar. inf. eod. ad rem. Item hoc eſt diuerſum, quia nunquam ad petitionem ſecularis excommunicabit, niſi canonica monitione præmiſſa quam habes. inf.

bes.inf.de ſen.excom.ſacro. †Et ſi voluerit excommunicatus, & poteſt aliquid contra ſententiam dicere,audietur. 2. qō. 1.nemo. Nobis videtur quòd quantum ad hoc vltimum nulla ſit differentia, quia nec iudex eccleſiaſticus ferret ſententiam excommunicationis in præſcri. iudicibus ſecularibus.Nec iudex ſecularis ſententiã præſcriptionis ferret excommunicatos ab eccleſia,ſed iudex in ſua terra proſcriptos iudicis ſecularis vitabit, & etiam in prædicatione populo vitandos ſuadebit, & hoc multò fortius faciet ſecularis de excommunicatis ab eccleſia. †Item contra præſcriptum poteſt ferri ſententia excommunicationis,ſi habitet in terra contra ſententiam iudicis, poteſt tamen dici,quòd ſecularis iudex compellet omnes ſubditos vitare excommunicatos,& prælatus eccleſiæ excommunicabit ſubditos ſecularis poteſtatis,ſi moniti ei non obediant. argum.96. diſtin.cùm ad iudicandum. Item ſi noſceret Rex rem iniquam agi,ſuum auxilium denegaret.11.quæſtio. tertia.quireſiſtit. Contrà de offic.ordi. paſtoralis. §. penul. ſed ſi loquitur aliter, quòd ſubditi debent exequi ſententias ſuorum maiorum etiam iniuſtas, hoc autem loquitur de ſecularibus poteſtatibus, quæ non ſunt ſubditi,imò pares.96. diſtin. duo.cùm ad veſtrum. Item etiam in alijs epiſcopis,ſi vnus epiſcopus ferret ſententiam, alius non exequatur ſi ſcit eam iniuſtam, quia in bono tantùm debent ſuum auxilium impendere. 10. diſtin. c. penul.& vlti.

a Summi Regis. Adde Feli. qui hoc allegat in c.1.col. 2. de conſti.

Et intelligitur hoc, quando ſine iudicio petit aliquem lædi per Regem & iniuſtè,nam ſi in iudicio condemnatum petat caſtigari per Regem facere debet hoc, & eſt excommunicandus niſi faciat.23.qō.5. adminiſtratores. nec eſt eius inquirere, an ſit iuſta ſententia nécne,& per omnia, idem dicam in Rege, quòd in ſubditis.de hoc no.ſup.de offi.deleg.paſtoralis,§.vlti. & c.cùm in iure. Vel dic non præiudicandum,id eſt,non propter hoc ſit præiudiciũ ſecularibus poteſtatibus, quin ipſi exinde poſsint facere iuſtitiam, vel is eſt ſenſus, quia per hoc auxiliũ quod impendit prælatis non debent ſibi aliquid iuriſdictionis vendicare ſeculares poteſtates, niſi ad libitum epiſcopi.

§ †Item not. quòd ſi quis clericus vel laicus confitetur ſe ſubiectum inquirenti, & ſententiæ non pareat inquirentis, nec coram ſuperiore appellationem ſupplicationis proſequitur, eccleſiaſticus iudex ſuã cenſuram exercebit.96. diſt. cùm ad.ſi verò talis ſit,quòd nõ habeat ſuperiorem, vt tẽplarij & hoſpitalarij,& alij exempti, non valet, quod fit à prælatis contra eos, ſed tantùm dicimus, quòd Rex vel Imperator ſemper poſt monitionem canonicã excommunicabitur pro notorijs exceſsibus, niſi pareat.61.diſtin.valenti.niſi eſſet nimis ſeuerus, vel iniurioſus, tunc enim Papa vicarius ſummi Regis *a* cognoſcet, etiam de non notorijs,& inquiret ſi ſit infamia,vel ſi accuſatur.inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iur.§.vlt.

CAPVT II.

1 *Id quod liceat in genere,an etiam ſit permiſſum in ſpecie.*

SI SACERDOS. Sciat indeterminate.no.†quodlicet in genere, quod non licet in ſpecie.8.quæſtio.1.quòd autem. ff. de quæſti. l.1. §. qui quæſtionem. ſup.de offic.deleg.quoniam Abbas. ff.de pe.l.minoris. arg. contra.24. diſt.quando.ff.ſi quis cau.ſed & ſi. §.quæſitum.inf.de appel.inter cætera.Sol.quòd licet in genere,licet in ſpecie,& è conuerſo,niſi pluralitas vel generalitas occaſionem mali præbeat. argum.C.quæ res pig. ob.l.1.§ 1.de hoc not. inf. de ſen. excom. Roma.§.caueant. (Iuſtitiam)non de aliqua perſona ſpeciali,ſed vt excommuniceturin genere quicunq; fecit,niſi emendauerit, & ita habes hîc,quòd de iure eſt generalis excommunicatio.5.q.1.quidam (remouere.)6.quæſtio.2.c.2.& 4.(admonere)in ſecreto.inf.de ſen.excom.cùm nõ ab homine. (Chriſtus.) 1. qō. 1. Chriſtus. de conſe.diſt,2.non prohibeant.

CAPVT III.

1 *Qui prælati vel rectores dicuntur habere ordinariam iuriſdictionem.*
Vniuerſitas quæ ſit, & quis vniuerſitatem facere poſsit.
2 *Quando dicatur Princeps concedere ius vniuerſitatis.*
3 *Quæ requirantur ad hoc, vt quis conſequatur ordinariam iuriſdictionem.*
4 *Epiſcopi ordinariam habent iuriſdictionem à canone.*
Parcs à l. Federici habent iuriſdictionem in vaſallum & dominum feudi.
5 *Nunquid plebani poſsint dici iudices ordinarij.*
Epiſcopi an poſsint cognoſcere de cauſis ſubditorum prælatorum.
6 *An valeat abſolutio epiſcopi non præmiſſa ſatisfactione.*

7 Supe-

7 *Superiores an teneantur exequi ſententias ſubditorum.*

1 VM AB ECCLESIARVM. (Prælatis.)† Illos autem prælatos,vel rectores dicimus ordinariam iuriſdictionem habere,qui cligũtur in prælatos ab vniuerſitate & confirmationem recipiunt ſuperioris.Authen.de defen. ciui.§. interius.1.& §.ſi eodem.Item qui eligũtur ab his,qui ſunt alicuius pfeſsionis vel negotiationis in rectores ordinariam iuriſdictionem habent intantum,quòd hi qui de ipſa negotiatione vel profeſsione ſunt, non poſſunt extra eorum iuriſdictionem declinare. C.de iuriſdi. om.iud.l.vlti.vbi dicitur,quòd tam de publicis cauſis ſocietatis,quàm etiam priuatis,quas habẽt occaſione ſocietatis ſocij inter ſe coguntur reſpondere ſub eis,ſi ibi conueniãtur. Sed nec ſocij, nec alij coguntur eos ſub illis conuenire,& hunc intellectũ illius. l. approbat conſuetudo,vt ea.l.dicit, & ſub alijs iudicibus ordinarijs conuenire poteſt, & non obſtante fori exceptione reſpondere cogitur, ſingulorum autem conſenſus,puta vnius,duorum, trium,vel etiam multorum,dummodò nõ faciant vniuerſitatem ciuitatis,caſtri,burgi,vel villę, vel collegij alicuius eccleſiæ, vel gratia profeſsionis,vel negotiationis non dat iuriſdictionem ordinariam.C.de iur.om.iudi. priuatorum.

Et intellige de illa vniuerſitate quę cõſtituta per ſuperiores, ſic quòd ſit vniuerſitas,nam ſi tot homines eſſent ſimul collecti,quot ſunt Romæ,& non haberent tacitum vel expreſſum conſenſum à ſuperiore,quòd eſſet vniuerſitas, non poſſent ſibi iudicem facere,niſi haberent alia iura & priuilegiũ vniuerſitatis.ar. ff. de colle. illi.l.2.ſed credimus ſufficere,ſi ille cuius homines ſunt,ſic congregati,vt conſtituant locum vbi habitẽt extra ciuitatem,vel caſtrum,burgum,vel villam.† Alij autem dicunt,quòd nulli homines quantumcũque ſint liberi,non tamen poſſunt conſtituere vniuerſitatem burgi, vel villæ, ſine conſenſu tacito vel expreſſo eius, qui ius dicit in illa terra,in profeſsionibus autem & negotiationibus ſufficit, vel quòd magiſtri vel ſcholares ſint grammaticæ,dial. phyſicæ, & ſic de alijs negotiationibus, quòd ſint piſtores,vel cerdones, & ſic de alijs, hi enim nullo priuilegio indigent, vel conſenſu ſuperioris, vt ſunt collegia approbata à lege.ff.quòd cuiuſque vni. l. prima.& hi omnes vel maior pars,ſi volunt poſſunt conſtituere iudicem ſibi & alia vniuerſitatis iura exercere, & cùm ſit vniuerſitas, quòd fit à maiori parte ratum eſt. ff. de decret. quòd maior. infrà,de his quæ fi. à ma. par. ca. c. vltim. & cùm ſit tantùm vna vniuerſitas omnium eorum, qui ſunt eiuſdem profeſsionis, vel negotiationis, qui morantur in eodem caſtro, vel ciuitate, non videtur quòd poſsint ſe diuidere,vt faciant plures vniuerſitates, vel etiam quòd homines eiuſdem profeſsionis vel negotiationis, qui ſunt de diuerſis ciuitatibus poſſunt conuenire,vt vnam faciant vniuerſitatem, poſſet tamen dici quòd omnes illi,qui ſubſunt vnius defenſioni ciuitatis, etiam ſi morantur per municipia, poſſunt conuenire in vniuerſitatem, vel plures ſecundum quòd habent plures municipales magiſtratus, ſecundum quod eis melius placet & oportet, quòd ad hoc, quod facere poſsint,ſint ad minus tres, vt notat. ſup.de elect.c.1.poteſt tamen dici, & forte non malè, quòd non attenditur in collegijs iſtis piſtorum, vel cerdonum, & huiuſmodi faciendis, quòd ſint de vna prouincia vel diuerſis,vel quòd omnes de vna ciuitate ſint in vno collegio,vel pluribus,ſed tantùm hoc attẽditur, ąd tres ſunt vel plures,qui conueniãt vt vniuerſitatem faciant pro iuſtitia cuique conſeruanda.

2 †Item hoc ipſo,quòd princeps expreſſè vel tacitè conſentit,ex certa tamen *a* ſciẽtia non errans,non in iure,nec in facto,ąd aliqua faciant vt collegium, ſcilicet, quia ſyndicum eorũ admittit,ius vniuerſitatis conſequi videtur,quòd diximus de vniuerſitate negotiationis & profeſsionis, idem intelligo de vniuerſitate collegij alicuius eccleſiæ,vel monaſterij.inf.e.quãto.& à ſimili de collegio prioratus. ſup.de ſta.mo.c.2.ar.inf.de ma.& obe.cùm in eccleſia.& ad hoc vt habeat iuriſdictionem in clericos,& ordinariam prælatus in prędictis locis,vel eccleſijs electus, oportet q, & vniuerſitas quæ eligit ſit clericorum & religioſorum,vel aliàs idẽ prælatus iuriſdictionem ab eccleſiaſtico prælato recipiat, & quod electus ſit clericus vel religioſus, cùm aliter non dare,nec recipere poſſunt ſpiritualem iuriſdictionem,ſcilicet,excõmunicandi,interdicendi,& conſimilium. inf.de iu.c.2.de arbi.contingit.

a Ex certa ſcientia. Adde Doc. Ant.in præf. Gregoria. & ibi Fe. col.5. verſ. & ſubdi. & intellige, vt ibi per Felin.

3 †Itẽ oportet,q, nõ ſit mulier.inf.de ma. & obedien.dilecta.Item ad hoc vt habeat

ordinariam iurisdictionem electus ab vniuersitate, oportet vt eligatur in prælatum, nam si eligeretur ad aliquam dignitatẽ in ecclesia, puta primiceriatũ, archipresbyteratum maioris ecclesiæ, vel custodia, nõ habet ordinariam iurisdictionem. sup. de offi. ar. primice. & custodis, nisi consuetudo eis tribuat iurisdictionẽ, q̃ potest. C. de emanci. l. 3. §. vlti. & de excess. præla. c. 2. Vel dic, quòd hi etiã habent iurisdictionẽ ordinariam ex electione in eo ministerio, cui præponuntur: argu. prædictarũ decre. dat etiam ordinariam iurisdictionem, vel Papa, vel Imperator, puta si alicui dignitatem, puta legationẽ in prouincia, vel præfecturã, vel archi. vel huiusmodi. Propriæ aũt princeps dat iurisdictionẽ, quando cõcedit iuri. s. in omnibus causis quas mouere cõtingit in aliqua villa, vel castro, idem & de Papa. ff. de offic. præfe. vrb. l. 1. §. cùm vrb. in Auth. de consu. §. vlt. ff. de iurisd. om. iud. & quia lex etiam tribuit iurisdictionẽ ordinariã. ff. de offi. eius cui man. l. 1. Respon. rex etiam dicitur dare iurisdictionẽ ordinariam, hoc ipso quòd vocat aliquos ordinarios. C. de offi. rec. prouin. qui ord. C. de mo. mul. l. eos.

4 †A canone autem habent episcopi ordinariam iurisdictionem. 16. q. 2. c. 1. & q. 7. omnes. 25. dist. perlectis. & archi. habent iurisdictionem à canone, etiam si non eligãtur in prælatos ab vniuersitate, & etiã siue episcopi cõfirmatione. sup. de off. ar. c. 1. & c. ad hoc. de hoc plenè no. inf. eo. quãto. & dominus in vasallos, & pares super dominũ & vasallũ à constitutione Federici. inf. de fo. compe. extransmissa. c. verũ. inf. de sta. mo. in singulis. infr. de app. cum specialis. Melius credo, quòd habent iurisdictionẽ archi. & alij prælati, qui sic eligũtur ab episcopis, vel à lege, quia censentur vicarij simile de offi. or. c. 1. & de offi. arch. cap. 1. & lex dat iurisdictionem vicarijs, vt not. sup. de offi. vica. c. pe.

5 †Sententia) possunt enim plebani cognoscere de causis, & sunt iudices ordinarij. inf. de iud. c. 2. 15. q. 4. c. 1. ar. in Auth. de defen. ci. §. 2. C. de iur. om. iu. l. vlt. repete q̃ diximus sup. de offi. archi. cùm satis. & c. ☞ seq. †(Rationabiliter) benè dicit rationabiliter, nam si irrationabiliter, non solùm nõ debet satisfacere excõmunicatus, imò excommunicator debet satisfacere, & insup puniri. inf. de sent. excõ. sacro. & ideò dicit, quòd episcopus nõ potest cognoscere de causis subditorũ prætermissis inferioribus prælatis. arg. inf. de excess. c. ad hoc. 18. q. 3. cognouimus 2. q. 6. anteriorum. Sed hoc nõ placet, nisi haberet hoc consuetudo præscripta. Item prætermissis his prælatis, dicimus episcopũ cognoscere de causis subditorum prælatorum, & ordinarius est totius diocesi. sup. c. 1. C. de iur. om. iud. l. fi. 11. q. 1. de persona. 9. q. 3. c. 1. & 2. Auth. de defen. ciui. in prin. vbi dicitur, q̃d defensores ciuitatum prætermissis magistratibus munici. possunt cognoscere de causis subditorum suorum. Item quia vicarij dicũtur episcoporum. sup. de offi. arch. c. 1. 81. dist. nec debere.

6 †Et hinc est, quòd si episcopus absoluat non præmissa satisfactione, licet malè tenet absolutio, episcopus tamen malè facit & debet corrigi, quia iurisdictionem suã nõ seruat subditis suis. inf. de excess. præla. c. 2. inf. eo. quanto. si autẽ consuetudo haberet, q̃ archipresbyter primò cognosceret, vel alius inferior prælatus, & non episcopus consuetudo seruanda esset, & non teneret, q̃ ab episcopo fieret. sup. de offic.
7 arch. dilecto. †Obseruari) not. superiores teneri exequi sentẽtias subditorum. C. de iudi. properandũ. §. si autem reus. & fortè ipsi minores prælati exequuntur excõmunicando & interdicendo. ar. sup. de offic. deleg. ex literis. Quod quidã nõ credũt, lata enim sententia functi sunt officio suo. sup. eo. in literis. & per maiores iudices est facienda executio. C. de arbi. cùm antea. 1. respon. ff. de re iud. à diuo. in princ.

Nec ob hæc decre. allc. quæ introducitur ad defensionem iurisdictionis, & non executionem concedit. Sed melius placet quòd dictũ est, quoslibet siue minores ordinarios, siue delegatos à principe, siue à quocunq; alio, siue etiã subdelegatos posse exequi suas sententias per iurisdictionem, quam habent, scilicet, excommunicationem vel interdictum, vel similia, secũdum quod lex expressè dicit. C. de iudi. properandum. §. si autem reus. arg. sup. de offi. dele. significasti. & c. ex literis. Si autẽ aliqua sunt, quæ nõ possunt facere subdelegati, vel etiam minores iudices, sicut in corporalẽ possessionẽ mittere. ff. ad muni. ea q̃. ff. de iurisd. om. iudi. iubere nõ possunt etiã maiores iudices, scilicet, extra fines suæ iurisdictionis mandare sententias executioni, & in his non ipsi qui iudicauerunt, sed alij exequentur & sic loquitur lex. ff. de re iudi. à diuo.

CAPVT IIII.

1 *Laicus patronus non debet se intromittere de rebus ecclesiæ, nisi quo ad defensionem.*

Ecclesiam

Ecclesiam quia regere debeat, mortuo gubernatore.

VM VOS. (Plerunque) minus, & tunc possent si vellẽt alium eligere. Authẽ. de sanctiss. epis. §. si quis oratoriũ. inf. de iure patro. causa, etc. cùm propter. sed hoc dimittebat propter scandalum. Vel dic, quòd licet patronus laicus præsentet minus idoneum, nõ trãsfertur potestas prouidendi ad episcopũ, nec hoc decr. præalle. dicunt, licet nõ eligit intra tẽpus Authenticũ, q̃ hîc expresse dicit, non præiudicat in foro ecclesiastico. Vel dic, patronus qui elegerat, dicebat se bonum elegisse, & ideò dum super hoc quæstio erat non poterat prælatus de psona ppetua ordinare ecclesiam, sed de œconomo tantùm. (Radix) quia prælati ad se dicebant ius patronatus pertinere, & laici e conuerso. Alij intelligũt de alia dissensione, nam propter quodlibet scandalum debet præponere prælatus ordinationem ecclesiæ. ar. inf. de iure pat. c. 3.

1 †Ecclesiastica) nam si laicus est patronus, non habet ipse laicus se intromittere de rebus ecclesiæ, nisi quo ad defensionẽ. 10. dist. c. 1. 2. 3. 4. & 5. 16. q. 7. decernimus. Idem multo fortius, vbi nullus est patronus sed episcopus qui in ecclesia tali vacante habet custodiam, pro ea aget. argu. 16. q. 7. omnes ecclesiæ. q. 1. c. 1. & 2. inf. de suc. ab inte. cùm dilectus. vbi autem ecclesiastica psona est patronus, cùm ibi debeat de tẽporalibus responderi. 16. q. 2. c. 2. inf. de capel. mo. c. 1. ergò ea vacante, debet capitulum habere custodiam de ea, non episcopus. ar. inf. app. bo. me. res aũt episcopalis ecclesiæ, mortuo episcopo, gubernabit œconomus. 75. dist. quoniã quidẽ. Vel quòd melius est, œconomus, & clerici episcopalis ecclesiæ. 12. q. 2. charitatẽ, & si nõ habet œconomũ soli canonici, & si nõ habet canonicos, archiepiscopus. 12. q. 2. non licet alicui. & q. 5. sicubi. C. de admi. tut. l. lex. q̃ de causa. s. qa controuersia super iure pat. inter vos, & eos vertitur, vnde esset indignum, q̃ nulla pars in præiudiciũ alterius iuris litigiosa aliquid perpetuò ferret, vel innouaret. 11. q. 1. quia res. inf. vt lit. pendẽ. per totum. Idem est si super alijs grauibus discordia esset inter patronum & prælatũ, grauè esset quòd prælatus in sua ecclesia restitueret personam perpetuam, quæ sibi vel malè, vel nullo modo de suis iuribus, respondet (œconomos.) 25. dist. quoniam (personis) 12. q. 2. hoc ius charitate.

CAPVT V.

1 *Absolutio ex falsa causa quare non teneat sicut excommunicatio.*
Sententia transit in rem iudicatam, si ab ea non fuit appellatum.
Appellatio an habeat locum in notorijs.

EX PARTE TVA. & inf. (Excessibus) quare non tenet absolutio ex falsa causa, sicut excommunicatio. 11. q. 3. c. 1. si episcopus. Respõ. hîc, quia absoluit non expressè, vel adiecta vera causa excommunicationis, non intendit absoluere à vera excommunicatione, sed ille qui excommunicauit ex falsa causa, ideſt, eum, qui non deliquit excommunicare intendebat. Item quia interpretãdum est in tutiorem partem. inf. de spon. iuuenis. Item ne rumpatur neruus ecclesiasticæ disciplinæ. 23. q. 5. excommunicatorum. Alij idem dicunt in vtroq; nam sic non intenderet absoluere ex illa causa, ex qua excommunicatus est, nequaquã absolueretur, & si excommunicaret aliquẽ ex falsa causa, puta propter homicidium, quòd non perpetrasset, non esset excommunicatus. ar. C. si ex fal. instru. per totũ. ff. de verb. sig. Paulus. C. de primi. & si præses. inf. de pur. vulg. significantibus.

Hoc autem ita est verum, si dicat, excõmunico te propter tale homicidium, q̃ nõ feciſti, nec est tunc necessaria absolutio. Alij dicunt quòd necessaria est absolutio, & tenet excommunicatio quo ad ecclesiam militantem. arg. inf. de resti. spol. literas. inf. de verb. sig. inquisitiõe. ne nerus ecclesiasticæ disciplinæ. cũ inter vos. 23. q. 5. excommunicatorum. illud autem non est dubium, quòd licet iniusta causa sit excommunicationis, puta quia comederit, vel simile, tenet tamen. 11. q. 3. c. 1. ff. ex quib. cau. ma. l. 1. §. eo. Redire) propter hoc apparet respõsio factæ quæstionis, an. s. quòd non tenet absolutio (purgationem) no. episcopus ad purgationem sibi suspectos cogit. 2. q. 5. omnibus. & hoc fateor, quandò ingens præsumptio est cõtra eos, aliàs non purgabunt se, nisi infamati vbi infamati sunt, tunc apud bonos & graues. inf. de purg. cano. cùm in iuuẽtute. & dic vt notat. infr. de accusa. cùm oporteat.

CAPVT VI.

1 *Licitè excommunicatur non parens sententiæ.*
2 *Sententia lata contraria primæ non valet.*
3 *In causa matrimonij non currit tempus appellationis.*

SIGNIFICAVIT,

SIGNIFICAVIT. Nobis. t.f.de parochia. †Quęro vtrũ isti parochiani sint excõmunicati pro contumacia, quòd non videtur, cũ litera dicat, an pro contumacia, an ꝓ delicto, quòd similiter non videtur, quia aut fecit ordine iudiciario, scilicet, actore prosequente accusationem, vel ordinario procedente in modum inquisitionis, & tunc anteq̃ excõmunicaretur necessaria fuit illa sententia super diuortio, & tunc si non fuit appellatum, sed incorrigibilis fuit, q̃ non pareat sententiæ, iustè excõmunicatur. 2. q. 1. nemo. 11. quæstio. 3. nemo. nec valent tunc literæ quas impetrat. Item si nõ fuit appellatum à sententia diuortij, transit in rẽ iudicatam, super quo non potest habere literas, si dixerit veritatem, & ea non dicta, nec iudex debet absoluere nec ordinarius tardabit executionem. sup. de offic. deleg. pastoralis. §. præterea. si autem fuit appellatum à sententia diuortij, quomodo iudex à quo appellatum est potest se intromittere. C. de appel. ex illo. Nec etiã tunc iudex appellationis absoluet, imò cognoscet de appellatione, si sit iusta, nécne, vt si appareat de sentẽtia excom. vtrum teneat nécne. sup. de offi. deleg. cũ contingat. ꝑterea appellantes, certũ tẽpus habẽt ad ꝓsequendam appellationẽ. C. de temp. appel. Auth. ei qui. & intra id tẽpus possunt prosequi, vel etiam facere, vt in prædicta Auth. ei qui. si autem notorium esset crimen, non erat appel. deferendum, nec executio vel excommunicatio, vel denunciatio retractanda. inf. de appel. cõsuluit. Item si iustè fuit excõmunicatus quomodo non remittentur paroch. ante ad ordinarium, qui tulit sententiam, & quia iustè excommunicauit, & cùm hoc dicatur, q̃ delegatus peccabat, quia testes non recipiebat. Item post diffinitiuã sententiã, vel quòd minus est post publicationẽ testiũ, testes recipi iubentur. cõtra Auth. de test. §. quia verò. arg. inf. de fi. instru. cũ Io. Respon. hanc decret. habere locum, vbi quis est excommunicatus à prælato inquirẽte pro manifesto contubernio, cùm nollet mandato ipsius obedire, super tali contubernio diuidendo, & tunc excommunicatus appellans, & ad superiorem accedens literas impetrauit ad eundem excommunicatorem sub hac forma falsò suggerens, quòd cum ordine non seruato, & nulla culpa vel causa contra eum probata, eum excommunicauit, quòd eum intra certũ diem absoluat, alioquin hoc faciat delega. & audiat, si quid remanserit quæstionis, & tunc quia prælatus non absoluit, delegati absoluunt, sed post absolutionem nõ procedebat in cognitione illa, scilicet, an esset licita copula nécne, cùm tamen excommunicator paratus esset super hoc inducere testes, sed non erat qui eos cogeret vel reciperet, & ideò prouisum est, q̃ excommunicator eum in excommunicationem reducat. Nec obst. quod dicitur, quòd ordinarius non debet retardare denunciationem excõmunicationis ex quo manifestũ est crimen, imò dicimus, quòd debet retardare ex quo absolutus est, quia delegatus habet iurisdictionem, licet potuerit elidi per exceptiones, vt notat. sup. de rescript. certum. Item non debuit procedere in executione sententiæ, ex quo literæ appellationis impetratæ fuerunt: vt notat. supr. de offic. delegat. pastoralis. §. præterea.

2 †Item hæc decre. locum habet, vbi fuit excommunicatus post sententiam, nec fuit appellatum, nec ob. quòd transit in rẽ iudicatam, & ideò decætero non est quærendum, nec testes producendi, cùm si sententia cõtraria primæ feratur, nõ tenet 2. q. 6. §. diffinitiua. quia hæc non habet locum in matrimonio, vel sententia diuortij de re iud. tenor consangui. vbi autẽ est appellatum, non videtur hæc decr. locum habere, causa enim appellationis debet currere suo marte. inf. de app. sæpè oblatę. & temporibus certis, quia si appellatũ esset, nõ foret necesse eum reducere in sententiam excommunicationis, nec testes producere super principali, quia lapso tẽpore præfixo appellationis prosequendæ transiret in rem iudicatã, sed certè si quis diligenter inspiciat etiam tunc, quando appellatum est, potest habere locũ, quòd excommunicatus diceret, q̃ nõ currit sibi tempus appellationis, cum mora propter iudicem, & non propter ipsum contingeret. vt not. inf. de appel. ex ratione.

3 † Posset enim dicere esse speciale in causa matrimonij, vbi non currit tempus appellationis, vel fortè & ipsum tẽpus appellationis, quòd tam longum est sustinere vel expectare eis commorantibus in illicita copula, non tutum est, cùm mora sit periculosa. inf. de app. oblatæ. & ideò illud abbreuiare potest: sed non habet locũ, nisi constet priorem sententiam fuisse iniustam, vel nullam, cùm non esset iniusta, vel nulla sentẽtia reducendũ, sed si nõ cõstat

stat habet locum, intelligimus hãc decre. habere locum, si processit episcopus inquirendo, & nõ habet locum, nisi interuenerit accusator, nam tũc processit iudex delegatus qui absoluet partes, prout volet, & si grauauerit partem, vel minus protelet appellationem.

Et intelligimus hoc non solùm si sit excommunicatus pro illicito concubinatu, sed idẽ pro quocunq; alio crimine notorio. Item potest dici hanc decr. habere locum, quandocunq; appellatur etiam ante sententiã, vel ex contumacia, nam hęc videtur intentio fuisse decre. vbicunq; agitur de crimine, si altera partium malitiosè protrahit quominus in inquisitione ꝓcedatur, siue primus iudex processerit ad excommunicationẽ siue non, primus iudex potest procedere ad excommunicationem appel. vel aliter ad inquisitionẽ deferentis, & est inductum in odium perseuerantium in crimine, nec per hoc turbatur iurisdictio delegati, imò per hoc iuuatur quia citius procederetur in causa. Remotiores) idẽ si ad propinquos, sed de remotioribus magis creditur quòd ignorẽt, idem credimus & si non impetrauit literas, sed superior tantùm absoluit licet malè, quia remittere eum debebat ad excommunicatorem. inf. eo. ad reprimẽdam (ad locũ) inf. de testi. si quite. C. de test. si quãdo. ff. de test. l. 4. & vlti. (desidia) quomodo excõmunicatur hi clitigator pro culpa iudicis? Respon. quia ex eius culpa præsumitur, cùm eius crimen est notorium, vel nõ prosequitur retractationem sentẽtiæ, à qua appellauit, vt dictum est (ea) vel similia. ff. de leg. nõ possunt. (& ideò in pristinam) quia in ea causa sunt, quia manẽt in crimine.

CAPVT VII.

1 *Coërtio monachi pertinet ad abbatem.*
2 *Abbas in his quæ sunt regulæ semper præcedit episcopum.*
3 *Excommunicatio est mucro episcopalis.*
Modus procedendi in coërtione monachorũ.

QVANTO DEVOTIO. Religiosorum. & infr. (In claustro.) 16. q. 1. si cupis. placuit. percutias. inf. de cle. vel mo. sacerdotibus (inueneris.) inf. de acc. euidentia. inf. de fi. de regularibus (proprium) 18. q. 2. abbates. (prælatorum) id est, abbatum. Alij verè prælati, vbi episcopi non habent custodiam, neq; administrationem pecuniæ monachorum, & ideò in eorum manibus resignanda nõ est (arbitrij) hæc est vera litera extracta de registro, falsa litera est abbatis. Consilium) hoc iustè præcipit Papa, ex quo enim archiepiscopus diligens erat in prosequendo vagos monachos, & abbas negligens, quòd consilium archiepiscopi requireretur pro honore, & vt fraus abbatis euitetur, qui de facili monacho propriũ dimitteret, & potes dicere, quòd hoc speciali ꝓuidentia concessum fuit archiepiscopo huic. Si prælati, id est, abbates, qui monachos, & maximè vagos cõpescere debent, vel expone prælatos. i. abbates vel episcopi, nam cùm ambo sint negligẽtes, & ambo habeant iurisdictionem ambo monen-
1 di sunt. † Monitionem) & sic videtur coërtio monachi, quòd primo loco ꝓtineat ad abbatem. infr. de ap. reprehen. 24. q. 3. corripiantur. & pro hoc etiam faciũt omnia arg. quæ innuunt, quòd sit iudex ordinarius, de quo not. sup. eo. cũ ab. & de offi. archi. & dixit. h. solum episcopũ posse corripere in figura iudicij abbatem, non secundum regulam claustralem. arg. 11. q. 1. de persona. C. de pat. po. l. 4. Alij dicunt, quòd si recepit abbas manus impositionẽ, id est, benedictionem, posit monachum coërcere, sicut quilibet prælatus collegiatæ ecclesiæ, si verò nõ recipit manus impositionis, sed est minister tantùm, vbi olim erat, non posset coërcere. ar. 93. dist. à subdia. 18. dist. hoc tãtum. sup. de æta. tuã. 50. dis. accedẽs, & ad hoc benefacit. 68. dis. c. 1. vbi dicit, quòd potest conferre ordines si recepit manus impositionis, secundum mo. præ. & sine dicta manus impositione nõ benedicit monachus, nec portabit baculum pasto. Alij dicunt in minoribus delictis corripiet ipsum abbas, vel prior. in maioribus episcopus tantùm. arg. 90. dist. si quis monachus. infr. ne de stat. mod. ea quæ.

2 †Hoc autem benè credimus, quòd abbas semper in his, quæ regulæ sunt emendandis præcedet episcopum, cùm etiã in eis magis debeat obedire abbati, q̃ episcopo, sed si aliter peccaret monachus, abbas ad reuocandum eum, & puniendum intendet secundum regulã à superiori approbatam, & si secundum eã fuerit eijciẽdus monachus, eijciet eũ, quia ex quo superior confirmauit regulã videtur eis dedisse potestatem faciendi ea, quæ in regula continentur. vt notat. infr. de regul. c. 2. & quæsita à malo monacho abbas habebit, sed si abbas per se hoc facere non possit, episcopus suum auxilium impẽdet abbati.

bati.18.q.2.abbates.ſi autem in iudicio accuſaretur,ſub epiſcopo debet fieri, qa minor epiſcopo cauſas criminales non agit. 18.quæſtio.2.monaſteria.cùm autem monachi non poſſunt ciuiliter conueniri,ergò non habet locum quæſtio, an poſsint ſub abbate conueniri, imò etiam ſimiliter ſuper mutuo,quòd in ſcholis contrahat, vel ſuper alio contractu,quem licitè facit non conueniret ipſe,ſed eccleſia vel monaſterium,& tamen ſimul iudex eſſe non poteſt & reus.Si autem clericos ſeculares ſub ſe haberet,vel etiam monachos ſub ſe in alijs monaſterijs ab alio monaſterio diuiſis à ſuo monaſterio,etiam ſi ſit in alijs dioce. cauſas ciuiles illorum benè poſſet audire,cùm ſit ordinarius eorum, & hoc cùm quis apud eum vult quærimoniã deponere:vt notat.ſup.eod.cùm ab.etiam ſi non habuit manus impoſitionis,dummodò quis eos ſub abbate cõuenire velit: ſed non cogitur quis cõuenire eos ſub abbate, imò poteſt conuenire eos ſub epiſcopo & alijs ordinarijs, nec poſſunt excipere de foro,ſcilicet,quòd primo ſint conueniendi ſub abbate,ſicut diximus de illis rectoribus,qui eligũtur ab vniuerſitatibus.ſup. eo.cùm ab.

Et hoc quòd dicimus in abbatibus, dicimus in plebanis,& in omnibus alijs, qui nihil iuriſdictionis habẽt, niſi id quòd habent ex eo,quòd ab vniuerſitatibus eligũtur,ſed pro magna parte hodie omnes dignitates inſtituuntur & confirmantur ab epiſcopis,& quòd poſſunt interdicere & excommunicare.ſup.eod:cùm ab.inf. de ma.& obe. cùm in eccleſijs. nam confirmando iuriſdictionem,dare videtur excõmunicandi poteſtatem.

3 †Vnde melius dicitur,quòd iuriſdictionem excommunicãdi habet à confirmatore,quàm ab vniuerſitate eligũt,quia excõmunicatio propriè eſt mucro epiſcopalis.14.q.4.corrumpuntur.16.q.2.c.1. ſed aliã habent ab vniuerſitate, vel lege, quia ex electione vniuerſitatis non haberet poteſtatẽ aliquã niſi iudicandi,& fortè indicendi modicã mulctã.Itẽ hodie ex cõſuetudine plus iuriſdictionis habẽt in diuerſis partibus. †Negligenter) hunc ordinẽ ſeruabit archiepiſcopus, quia primò monebit abbatem,quòd reuocet monachos vagos,cũ ſuis proprijs, & ſi abbas negligens fuerit in eorum reuocatione,& per ſe & p alium facienda,tunc archiepiſcopus monebit monachos vagos ſuper eodem, & ſi redierint monachi vagi debent reſignare ſua propria in manibus abbatis conuertẽda in vtilitatem monaſterij ſecundum cõſilium archiepiſcopi, ſi autem monachi ad conſilium archiepiſcopi nollent hoc facere archiepiſcopus compellet ad hoc per ſuſpenſionem officij & beneficij.

CAPVT VIII.

1 *Si poſt ſentẽtiam appellatur,an ſit petẽda abſolutio,& an ſit remittendus.*
2 *Appellatio prodeſt excommunicato,ſiue benè ſiue malè ſit excommunicatus.*
3 *Pro ſententia iudicis eſt præſumendum.*
Abſolutus an poſsit coram ſubdelegato agere de iniuſta excommunicatione.
Epiſcopus coram quo iudice ſubditum ſuum conuenire poſsit.
4 *Delegatus debet cognoſcere de iniuſta vel iuſta excommunicatione.*

AD REPRIMENDAM MALITIAM. Pœnæ degradatio & curiæ ſeculari tradi.inf.de cri.fal.ca.ad falſariorum depoſitio.& detruſio in monaſteriũ. 50.diſt.ſi epiſcopus ſuſpenſio.2.q.6.ſi mala.22.diſt.nullus præter hoc excõmunicatio.17.q.4.ſi quis ſua priuatio.offi.& beneficij perpetuò.81. diſt. ſi qs amodo. priuatio officij, aliàs beneficij ad tẽpus.82.diſt.presbyteri.21.q.2.placuit. priuatio beneficij tãtùm.7.q.1.ſi qs de ord. priuatio communionis tãtùm.75.diſt.ante omnia.56.diſt.nullus. Item & aliæ plenæ.68.diſt.ſi ſit.18.diſt.placuit(alijs)2. q. 6. quieſcit(ſubditis)non quòd vicini epiſcopi ſunt cogendi ſeruare ſententias epiſcoporum. ar. 20.diſt. c.pe.& vlt.11.q.3.curæ. ſup.eo.cùm ab.(ſuſpendatur) inf. de app. paſtoralis.nec lapſu decennij tranſit in rẽ iudicatam,vnde etiam ſi poſt decennium appellaretur, ſuperior abſoluet eum ſine cauſæ cognitione.Io.nõ credo.inf.de ſen. excom.per tuas.

†Conqueſtus) ideò dicit conqueſtus, quia per ſimplicem querimoniam.q.d.etiam ſi appellatur poſt ſententiam,non tamen eſt petenda abſolutio ſic.ſ.proſequẽdo eam in modũ appellationis.ſ. vt dicat excommunicationem non tenere, quia à ſententia excommunicationis appellatũ fuit,ſed ſimpliciter petenda eſt abſolutio, ac ſi appellatum nõ eſſet,tamẽ in hoc valet iuſta appellatio,etiam poſt excommunicationẽ,quia ſi iuſta cauſa aſsignata appellaſſet,non eum remitteret abſoluendũ ad excommunicatorẽ,niſi de gratia. infr. de ſent.excom. per tuas.hîc autem ex neceſsitate & de iure dicit eum remittendũ.

Item

Item de iuris neceſsitate remittitur abſoluendus,ſi manifeſtè iuſta eſſet ſentẽtia excõmunicationis,melius videtur, quòd ſiue appellauit poſt ſententiam excõmunicationis,ſiue non,ſemper eſt mittendũ ad excommunicatorẽ:vt hîc.inf. de ſent. excom. per tuas.in fi.vbi videtur loqui de appellante.& inf.de ſen.excom.ſacro.§.1. vbi loqui videtur de non appellãte,& hoc idem aliàs dicendum videtur,ſiue certum ſit excommunicationem iuſtam,ſiue hîc ipſum dubium ſit,ſed ſi certũ eſſet appellationem iniuſtam, non eſſet remittendũ ſi eſt appellatum.inf.de app.ſolicitudinẽ. idem etiam videtur, ſi nõ ſit appellatum, dummodò certum ſit excommunicationem iniuſtam,& ſic poteſt loqui.infrà, de ſent.excom.per tuas.in fi.

2 †Suſpendatur) quominus ſit excõmunicatus.nam ſiue malè excommunicatus ſit.ſiue benè,prodeſt appellatio quantum ad hoc,quòd ea transfertur ad ſuperiorẽ, ſed credimus,quòd neceſſe ſit, quòd iuſtã cauſam appellatiõis aſsignet,alioquin nõ ceſſabit procedere in cauſa excommunicator,& partes poſt appellationem ſuper principali ad nos remittuntur.inf.de app. vt debitus.cum partibus præſentibus.11.q. 3.excommunicatos.

3 †Et habes hîc ar.quod præſumendũ eſt pro ſentẽtia iudicis.de hoc no.ſup.de elebo.me.mag.& nota.quòd hîc de iuſta excõmunicatione cognoſcet archiepiſcopus, quia eſt iudex epiſcopi excommunicationis,de quo hîc quærimoniam deponebat excommunicatus.

☞ †Sed quid dices de alio iudice ſubdelegato,an hoc ipſo quòd commiſſa eſt ei abſolutio alicuius, poterit ipſe abſolutus agere de iniuſta excõmunicatione? & videtur quod non,niſi hoc ei ſit cõmiſſum,ſed nec excõmunicatus poterit petere ſatiſfactionem,quia excommunicatus ſibi cõtumaciter renuit obedire.argu.ſup.de offic.delegat.prudentiam. in fi. hoc autem c.& inf.de ſent.excõ.ſacro.vbi horum cognitio concedi videtur abſoluenti,loquũtur in ordinarijs, Sed certè hoc nõ placet, imò dicimus quòd de iure ordinario archiepiſcopus non debet cognoſcere, ſi epiſcopus vellet conuenire excommunicatum, vt eius mandata reciperet, quòd hîc dicitur: quia ſubditum ſuum epiſcopus coram arbitris, non coram archiepiſcopo conuenire debet.11.quæſtio.1.ſi clericus.hoc ergò, quòd archiepiſcopus hîc facit eſt ratione connexitatis cauſarum, quia hoc ipſo quod ad archiepiſcopum deuoluitur poteſtas abſoluendi,& per cõſequens omnia quæ ei connexa ſunt facienda, cùm autem quilibet excommunicatus iuret parere mandatis eccleſiæ vel ipſius abſoluentis, & inſuper ipſe abſoluens cognoſcere debet,an ipſe debeat facere mandata, an remittere ad excommunicatorem,& ſi ipſe facere debet, debet cum cauſæ cognitione facere, vt hîc dicitur.

4 †Ergò ex præmiſsis ſequitur, quòd debet cognoſcere de iniuſta vel iuſta excõmunicatiõe,& hoc ipſum dicimus in omnibus delegatis,quibus ſimpliciter cõmittitur quòd abſoluant. Illa enim clauſula, ſi quid ref. q. non fertur ad cognitionem iuſtæ vel iniuſtæ excommunicationis, ſed ad cognitionem cauſæ principalis,de qua delegatus non cognoſcet,niſi illa clauſula vel ſimilis fuerit appoſita.(Reducere) inf. de appel.c.ſolicitudinem.

CAPVT IX.

DVO SIMVL. & infr. (In canonibus.) 9.q.3. conqueſtus. vel diuerſa ſunt nomina:ſed eadem dignitas.99.diſtinct.c.1.& 2. (Conſuetudo) approbata & præſcripta.ſup. de conſuet. cap.vltim.& notat.inf.eod. cap.1.(Eccleſiam)priuilegiũ datum eccleſiæ eſt perpetuum.25.quæſtio.1.c.1. & 2. (Perſonalia) cum perſona pereunt.ff.de cenſi. de ætat. 7.quæſtio.1.petiſti.Item argu. quòd Papa detrahere poteſt de iure aliorum. 16.q.1. frater.9.quæſtio.3.nunc verò.& cap. per princip.25.quæſtio.1.c.vlt.ſup.de vſu pal. c.1. (Coram te) nota. hîc ſumitur argument.à contrario ſenſu,quia etiam ſi voluit parere coram ipſis epiſcopis ordinarijs,non tamen propter hoc argumen. iuriſdictionem habet in eos, vt audiat cauſas eorum, ſed vt præſtet auxilium ordinarijs ad compeſcendum eos. Compelli) 11.quæſtio.1. peruenit. ſed ſi ſponte velit, benè poſſunt iuriſdictionem prorogare, vt notat.ſup. de offic. delegat.de cauſis. nota. contra. niſi adſit conſenſus epiſcopi. inf.de fo. compe. ſignificaſti.Item nota.ordinarium agere,ſi ſubditi grauentur, adidem.ſupr.de offic.archid.dilecto. ſed certè plus proſequetur cauſam ſuam, id eſt, ſubtractionem iuris ſui quàm iniuriam ſubditorum.

CAPVT X.

QVOD SEDES AP. & inf.(Committitur)63.dist. cùm prouinciales.15.dist. nõ debet.& c. si quis. (Debet) sup.de offi.dele.pastoralis.in prin.& c.vlt.& hîc habes quòd episcopus committit ea,quæ sunt ordinis.sup.de ele. transmissa.7.q.1.pontifices,etc.

CAPVT XI.

1 *Nunquid iudex totius prouinciæ, sit iudex cuiuslibet.*

2 *Etiam sine secundo decreto sit aliquis verus possessor.*

PASTORALIS OFFI. (Exceptis) hîc dicunt quidã archiepiscopum non esse iudicem ordinarium totius ꝓuinciæ,nos autem contrariũ credimus. s. quòd habet archiepiscopus ordinariam iurisdictionem archiepiscopalem,nõ autem ordinariam episcopalẽ, nec simul occurrere de iure, nam in tota prouincia habet procuratorem & visitationem.inf.de præscri.cùm ex offi. ad idem 7.q.1.in apicibus.

1 † Et non sequitur,est iudex totius prouinciæ,ergò cuiuslibet,quòd patet etiã in episcopo, qui licet sit iudex totius dioce. non tamen est exemptorum, quamuis dici possit,quòd & cuiuslibet iudex est, quia pluribus casibus habet iurisdictionem, super qualibet,licet non in omnibus. Ponamus enim,quòd aliquis sit ita bonus *a*,q, nihil committit,quod iuris indigeat correctione super hoc in quibus habet iurisdictionem,sed ligatam quousque conueniatur pars in casibus exceptis.ar.sup.de rescrip. pastoralis.§.quoniam. sed si tulerit sententiam excommunicationis, nũquid tenet,dixerunt quidam quod sic:vt in Authent.de defen.ciui.§.& consequenter.

a *Ita bonus.Felin.allegat in proœ. rex pacific⁹.in prin. ꝙ quis potest ita esse bon⁹, & in tantum ratione regeretur ꝙ non subijceretur legi.intellige exercitio legis vt ibi per eum.*

Sed nos contrarium credimus.arg.3.q. 6.peregrina.6.q.3.scitote.9.q.3. nullus. & eodem modo nõ tenet absolutio, si absoluat excõmunicatos, secùs tamẽ est dicens dũ in episcopo,qui iurisdictionẽ non ligatã habet in tota dioce. vt not.sup.eo.cùm ab.(Alicui)suo ordinario prælato.(Articulo)inf.de sent.excõ.quòd de his.17. q. 4.si quis suadẽte.Succedat)& ita habes,quòd si aliàs delegati transferantur ad alias dignitates,& scriptum sit loco,quòd successor procedat in causa.de hoc not.supr. de offic.deleg.quoniam.& de rescri.eam te.

2 † Verus)not.aliquem fieri verum possessorem etiam sine secundo decreto post an.vt no.vt lit.non contest.quoniã. §. vlt. inf.& de eo qui mit.in pos.cau.rei. fer. c. 1.(Honestus)C.de anna.excep. vt perfectius.16.q.2.§.pen.& vlti.

CAPVT XII.

RICET IN CORRIGENDIS. (Intercluſum.) inf.de app.ad nostrã. reprehensibilis de priore.

Et intelligo hoc verũ, nisi excedat modum.inf.de sent.excom. vniuersitate.& c.pro,& vbi est notorium.inf. de verb.signi.ex parte.cùm olim.idem est etiam si aliàs grauetur:vt inf.sequitur derogare.sup.de offic.dele.super eod. 9. q.3. nunc verò.† Faciendis sicut hæ erãt, licet enim ibi esset app.remota nõ ob.quia hoc fuit ibi appositum quòd de iure est, vt dictum est,& sic procedere debet tam ordinarius,q̃ delegatus,secùs si dixisset authoritate nostra,& sic enim tanq̃ delegatus, procedere potuisset.Item crederem, & si mandaretur ei,quòd in aliqua causa procederet appellatione re. vel in aliquibus negotijs,vbi appellatio à iure non prohibetur.Item à contrario si ordinario mandat, quòd audiat generaliter causas aliquorum subditorum suorũ, nec ponatur in literis ap. re. vel authoritate nostra,vel aliquid super ordinariam iurisdictionem concedatur:tũc vt ordinarius cognoscet, non vt delegatus.Et est ratio,quia videtur ei suasisse executionem sui officij,itẽ quia contra ius sunt huiusmodi generales cõmissiones.sup. de rescript.ad hoc. secùs si inter aliquas personas specialiter mandaret ordinario causæ cognitionẽ, quia tũc delegatus præsumitur.inf.de præscri.cùm ex officij.(Casus)inf.de sen.& re iud.cùm I.& A.& c.proxi.inf.de accu. cùm oporteat.& inf.de si.licet Hely. vel si in aliquo cõtra for.man.datam. inf.de accu. inquisitionis qualiter & quando. (Mãdati) quo non dele.constituti,sed vt ordi. instruxit.

CAPVT XIII.

1 *Capitulum si est iudex, non tamen singuli canonici.*

2 *Quomodo electio deuoluatur à capitulo in episcopum.*
Vox episcopi ratione dignitatis plus valet, quàm canonici.

3 *Solus episcopus conuocare potest canonicos & procedere ad electionem, ipsi non venientibus.*
Index vnus & solus,an & quando possit in negotio procedere,quòd omnibus imminebat.

4 Non

4 *Non valet consuetudo quòd capitulum in causa sua sit iudex contra episcopum.*
Iudex an quis possit esse in propria causa.

5 *Cur episcopus non corrigit excessus suorum canonicorum.*

ARREFRAGABILI CONSTITV. (Formam.) inf.de accu. inquisitionis qualiter & quando.& de hoc no. inf. de app.c. 3. (Consueuerunt) aliàs enim,nisi esset consuetudo eis prætermissis,Episcopus corriget.vt nota.sup. eod.cùm Ab.

1 † Per ipsum)& sic capitulum est iudex & penes ipsum est iurisdictio & non penes singulos canonicos,nam de nullo potest dici, hic est iudex, vel coniudex,sed verba resonãtia actum de eis dici possunt, scilicet,vt canonicus iudicat,sicut electio est penes capitulum,& non singulos, & tamen singuli coëligunt,sed cùm episcopus sit de capitulo,vtpotè caput *a* capituli.arg.inf.de verbor. sig. cùm clerici.ff.de his qui nota.infa.l.2.insti.de iur.nat.plebs quomodo ad eum potestas deuoluitur ius dicandi,nam si omnes fuerunt negligentes,paria delicta pari pœna puniri debent. sup.de sup.neg.præla.dilecto. sup. de ele. bo.me.in fi.si non omnes sunt negligẽtes, penes non negligentes erit potestas iudicandi.sup.de postu.gratũ.sup.de ele.bon. me.mag.

a *Caput. Adde Felin.in proœ. Grego. col.3. circa fi.q allegat Imo. hic.*

2 † Eadem quæstio est,quomodo,scilicet, deuoluitur electio à capitulo in episcopũ? quidam dicunt,quòd vbicunq; episcopus est de capitulo,nam aliquando non est de capitulo.sup. de rescr.eã.& tunc si episcopus est negligens, cũ alijs potestas eligẽdi vel iudicandi,vel quælibet deuoluitur ad superiorem,nõ ad episcopũ,& intelligũt. l.ff.quando ap.sit.l.1.in fi. quando præses sedebat in ordine suo non iudicãs, sed cõsulens,Sed contra hoc esset. C. de accu.l. vlt.vel quando sedit iudicans, sed contradicit. Nos dicimus quòd si episcopus interest capitulo nõ tanquàm episcopus,sed quodam iure segregato tanquàm canonicus,puta quia Papa de gratia sibi reseruauit canonicatum, vel etiam episcopatus habet speciale priuilegium, q̃ quicunque est episcopus, sit canonicus, ita fingitur gerere duas personas: tunc si omnes fuerunt negligẽtes,& etiã episcopus, nihilominus potestas eligẽdi vel iudicãdi deuoluitur ad episcopum, nisi dolus eius interueniisset, vt ob hoc procurasset electionẽ nõ fieri,vt ad eum deuolueretur potestas, inf.de concess.præb.non va.postulasti.sup. de ele.cùm inter dile.17.dist. multis.2.q.6. oẽs.ff.de suc.edic.l. 1. §. quòd dicimus.C. de adulte. iure.ff.de adop.si pater.§.1. Sed dices,nónne tenentur committere vices suas?ar.ff.de iurisd.om.iud.prætor. respon. non,illud enim ideò est, quia consulens suam voluntatem propalauit,vnde suspectus *b* haberetur si iudicaret, sed secùs in negligente qui suam voluntatem nõ manifestauit, si verò episcopus in electione canonicorũ tantùm interfit, quia episcopus,puta,qa ad hoc habet priuilegiũ & ꝓpenditur hîc,quia ratione dignitatis plus valet vox episcopi,q̃ canonici,nõ quia canonicus,quia nec canonicus est,tunc non potest dici gerere personam canonici, sed episcopi tãtùm,& tũc nõ deuoluũtur potestates ad episcopũ,sed ad archiepiscopũ. Sed contradicit.l.ff.quando ap. sit. l. 1. in fi.sed approbo responsionem prædictam.

b *Suspectus. Et sic iudex qui consuluit in causa. allegatur suspectus. adde Frãcif. Are.in consi. 29. in prin. & Doc.in c.cum speciali. infr. de ap.& adde qd̃ si fuisset aduocatus. l. prætor et ibi Doc. & Alexan.ff. de iurisd.om. iud.*

3 † Sed quæres quid si episcopus nõ fuit negligẽs,sed sicut potuit ꝓcurauit electionẽ fieri,sed nõ potuit obtinere. Respon. nõ potest se excusare episcopus, quia ipse solus potest conuocare alios canonicos, quamuis non veniant,& ipse nihilominus circa finem vltimi diei conuocato capitulo eliget & iudicabit.sup.de offi. deleg. consuluit.& not.sup.de ele.cùm nobis. & c.ecclesia vestra.ar.sup.de postu.bonæ. 2. & est hoc,quia certum tẽpus à iure habuit intra quod procedere deberet.inf.de concess.præben.& ec.non va.nulla. vel à prælato:vt hîc. Vnde si aliqui ad tempus velint effugere,eorum malitia vel negligẽtia non nocebit diligentibus.ff. ex quibus cau.maio.non enim. sed vbi non est præfixum tempus non potest vnus solus procedere in negotio, quòd omnibus imminebat,vel melius,scilicet in decre.bo. me. sup.de postu.processerunt. licet fortè injustè, vnde nec poterat procedere vnus solus contra sententiam pluriũ, secùs vbi sunt negligentes,vt hîc.

Et hoc est verum, quia vnus solus eliget vel iudicabit,quia ius vniuersitatis residet in vnum.ff.quòd cuiusque vniuer.sicut. §. vlti.ar. 12.q.2.non liceat.secùs si non esset collegium,quia essent plures delegati,vel ordinarij,nam tunc in vnum non recideret ius reliquis negligentibus,vt not. sup. de offi.dele.causam. Vel dic, & melius, q̃ hæc decre.loquitur,quando ad solum capitulum pertinet hæc correctio,& non ad episcopum,& sic non habent locum prædictæ obiectiones.

 † Manifestè)

4 †Manifesta).i. notoria. nam aliàs nulla cõsuetudo prodesset,q; capitulum in causa sua contra episcopum iudex esset,nam esset contra bonos mores,& grauamẽ adduceret ecclesijs,& ideò non esset tolerabilis.sup.de consue.c.1.& c. cùm venerabilis.sed si factũ esset notorium,tũc potest valere ei cõsuetudo, nec erit iudex in facto suo,qa nõ iudicabit,sed tantùm cessat ꝑ manifesta ostensa,quòd fieri potest.inf. de verb.sig.ex parte.vbi not.& c.seq. nam si interdixerit re existẽte dubia puniretur: vt hîc.& inf.de app.dilecto.si ergò manifesta & rationabilis causa subsit,& est cõsuetudo possunt cessare,nã & solus decanus potest interdicere ecclesiã.inf.de app. dilec.Sed cõtrà quomodo seipsum suspẽdet. Itẽ quomodo erit iudex in facto suo, contra id q; est.C.ne quis in propria causa.per totum.inf.de concess.præb.post electionem.Item legẽ dicere sibi nõ possunt, nec imperare.ff.de arbit.l.pe.21.dist.nunc autem.Item interdictum de cõsensu episcopi & canonicorũ ponẽdum est. inf. de his quæ fi.à ma.par.capi.quæsiuit.non ergò à solis canonicis?Respon.de iure esse q; episcopus & capitulu simul interdictũ ꝑponant,sed si consuetudo habet, q; canonici vel solus decanus hoc faciat, valebit interdictum vt hîc:nec ex hoc sequitur, q; aliquis sibi imperet vel puniat,sed capitulum imperat singulis canonicis,& eodem modo punit.ar.12.q.2. qui manumittitur. Item licet prælatus de iniuria ecclesiæ vel causa cognoscat,non dicitur iudex in ꝑpria causa.argum.C.vbi cau. fis. l.1.ff. de his quæ in testa.delen.proxim.2.quæst.7.si quis ab episcopo. Vel dic,quòd non est interdictum iuris: sed est quædam cessatio, & inde est,quòd episcopus vel alius etiam ipse qui posuit interdictum celebrando in illa ecclesia.nõ fit irregularis: imò nec est canonicus sic interdictus in eadem ecclesia, vel alicubi celebrando fit irregularis,sed si imponeret interdictum iuris, tũc irregularis esset:vt nota.inf.de excess.prælat.tanta.Dele.)id est, datus,si enim esset delegatus,expiraret iurisdictio re integra morte mandatoris, & hîc est vnus casus vbi archiepiscopus habet iurisdictionem in subditos suffraganeorum, vel si dixeris propriæ deleg.dic hoc speciale quòd non perit hæc iurisdictio morte mandatoris.

5 †Sed quare episcopus non corrigit excessus canonicorum suorum.Respondeo, quia sic placuit Papæ, & non sine causa, quia videretur esse iudex in propria causa,quamuis non sit, & quia ardua causa contra capitulum, vnde non debet eam audire nisi cum capitulo suo. 15. quæstio. 7.episcopus nullius.sed cum eis audire nõ posset,quia idem iuris esset,quamuis non sint rei & iudi. sed videtur quòd deberet esse sub arbitris.11.q.1.si clericus aduersus. sed illud loquitur in ciuilibus casibus, hoc in delictis,vel sufficit sic statutum esse. ff. qui & à quib.prospexit.1.respon. (Canonica)sine manifesta,& rationabili causa cessauerit.

CAPVT XIIII.

QVONIAM. (In plerisque.) Populi Sarraceni, Latini & Græci,qui inter nos habitant prouideant)suis expẽsis.inf. de.ꝑxi.ar.Authẽ.vt nul.iud.§. nulli.Authẽ.de man.prin.illud tamẽ secùs legatis Papæ.inf. de præscri.accedẽtes. vel vt notat.inf.c.proxi.nã legatis solius episcopi prouidere non tenentur, imò cum aliis clericis.Necessitas) hîc apparet hoc ipsum de dispensatione esse.arg.7.q.1.non autem.1.q.7.quòd pro remedio. ad idem. sup.de renun.ad sup. & hoc ex verbo apparet,ibi cui concessimus.

Et hoc intelligo, nisi primò episcopus in dioce.alterius ad aliquod officium cui ratione illi debebant subesse, secùs si aliàs vocaret ad supplendum defectum suum. 7.q.1.pontifices.(Percussum)not. canonẽ latæ sententiæ.

CAPVT XV.

MINTER CAETERA. (Inditerminuerint)puta quia sine scãdalo à clericis vel à laicis expẽsas habere non possunt. 11.q.1.aliud quidem.1.q.2.placuit, aliò quin ab eis possunt exigere, quia non est magnum si metamus tẽpo.vbi seminamus spiri.inf.de præscript.cùm ex officij.(Coadiutores)secùs in dele.sup.eo.c.vlt.

CAPVT XVI.

1 *Non licet episcopo exigere procurationem à capellis quæ non sufficiunt ad procurationem.*

2 *Nõ potest abbas vel alius superior agere nomine suo vel monasterij negatoria, vel quasi contra requirentes aliqua iura in suis capellis. Et quæ sit ratio.*

Actio qualis competat abbati contra requirentes iura aliqua in suis capellis,et quid in libello petere debeat.

Capellæ

Capellæ pro suis iuribus competit actio negatoria contra episcopum.

3 *Cùm quis per se tenet non admittitur sine scientia & animo possidentis.*

Iurisdictio & ius archiepiscopale an & quãdo possit præscribi sine scientia archiepiscopi,& quid sit dicendum de iure extraordmario.

4 *In his quæ de iure debentur nisi pars probaret præscriptionem vel priuilegiũ condemnaretur.*

5 *Quæ sunt vniuersales actiones: quæ etiam generales & singulares,habes in nu.6.& 7.*

In actionibus vniuersalibus causa et res vniuersaliter debent exprimi.

CONQVERENTE. Not.abbatem posse agere pro capellis suis, ne indebitis oneribus grauentur.ar.sup.de offic.archi.c.1.sed si prælati ipsarum ecclesiarum velint agere ipsi præponuntur:vt not.sup.de rescri.edoceri.posset tamen dici hoc esse,ideò,quia tẽporalia earundem ecclesiarum monasterium possidebat.argu.inf. de excep. cùm venera.vel hic abbas iura episcopalia ad se pertinere dicebat, vel etiã vbi agitur generaliter de grauamine communi omnium,tamẽ episcopus aget, sed hoc non inuenitur iure cautum. de hoc no.inf.de app.dilecti.

1 †Non cõtentus) hæc petitio nõ fulcitur iure, quòd nõ liceat episcopo exigere ꝑcurationem à capellis,quæ non sufficiunt ad procurationem, vel quæ eam non debent,quia possessorium non soluat,sed dic eam iure fulciri,quia negatoria pro his iuribus competebat:vt no.infr.de verb.sig.si abbate. & sup.de offi.dele.cũ olim.Quidã tamen dicunt non competere negatoriã, sed sufficere debet ecclesiæ denegare si episcopus petit ab ea,q; non debet,& actio nõ competit contra episcopũ sua iura petentem,ob hoc solum quod petit, nec inuitus agere cogitur. C. vt nemo inui.dic etiam in hoc loco rectè implorari à monasterio offic.iudi.nam cùm gladiũ in manu gestet episcopus,scilicet, excommunicationis.23.q.4.corripiantur.& possit timere ne in iustè eum excommunicet. Item, quia eum diffamat asserendo eum in quibusdam iuribus sibi debitorem, ideò rectè petit,quòd cesset ab hac diffamatione,sed iudex dabit episcopo tempus, intra quod doceat de iure suo, aliàs iubebit eum cessare à diffamatione.C.de inge.manu. diffamari.inf.q.fi.sint legi.lator.iniustè autẽ petit Abbas,scilicet,quòd non cogeretur ad procurationem, quæ sufficientes non erant,sed debebat petere,quòd plus petere non cogerentur,& soluere in procuratione,nisi quantum pensatis facultatibus moderatè soluere possunt, secundũ quod, in sententia cõtinetur, sed licet sic petat, non tamen est inepta petitio,& ideò condemnatio sequetur:vt inf.sequitur ibi: ita quòd cum ad eas etc.Item potest dici dari iudicis officio cõtra hunc episcopũ, quia vltra quàm debet exigit, sicut censitus & colonus contra dominum, quia vltra debitũ exigit.C.de col.& censi.l.pen.& vlti. C.in qui.cau.colo.& censi.l.1.Authen.de quæstio.Item si petat collectam vltra vires.ff.de va.mune.l.1.& secundũ hoc Abbas est actor & non erit generalis hæc petitio.

2 †In ecclesijs)no.abbas vel alius superior non potest agere nomine suo, vel monasterij negatoria,vel quasi contra illos, qui in capellis suis requrũt aliqua iura. Et hoc ea ratione,quia non est dominus ecclesiæ licet habeat ibi aliqua,sed rector capellæ, vel etiam ipse Abbas non suo nomine, nec nomine monasterij sui,sed nomine ipsius capellæ potest agere negatoria, vel quasi, cùm enim capella distincta habet iura sua à iuribus monasterij,& ipsa capella domina sit suorum iurium ipsa,& ipsius nomine agendum est,& non alterius, nisi fortè capella cõcessa esset in proprios vsus,quia tunc cùm sit quasi dominus sicut vsufructuarius agere potest negatoria,sed tutius est eam intentare nomine capellæ, confessoriam iustè intentat Abbas nomine sui monasterij pro iuribus, quæ habet in capella vt si alius occupauit ipsa iura, rectè competit contra eum confessoria, ꝑ qua adiudicabuntur sibi prædicta iura, & auferentur ab episcopo possessore. Item potest intentare interdictum vti pos.infr. de prescri.venient.Item si in libello simpliciter petit Abbas imponi silẽtium episcopo, & cassum nunciari,quod per episcopũ est factum,& etiam decerni, quòd nullũ ius super prædictis iuribus pertineat ad episcopum,licet hæc verba sonare videantur negatoriam tantùm quam diximus nõ cõpetere ábbati pro prædictis iuribus,sed capellæ,tamen vt potius valeat quam pereat quod actum est,& quia intelligitur omne suum ius deduxisse in iudicium,& quocũque modo produci potest, dummodò sub verbis positis in libello comprehendi possit dicam sententiam ferendam pro abbate,dũmodò probet iura de quibus agitur ad se pertinere,non quia intelligitur actionem confessoriam intentasse, ad quam

nullatenus competunt verba libelli, neq; negatoriam, quæ nõ competit abbati, ſed capellæ.

Sed intelligo eum imploraſſe officiũ iudicis, q; benè cadit ſub prædictis verbis, & quòd competit vbicunque quis iuſtitiã habet, & non habet aliquam certam actionem, eſt enim latiſsimum officium iudicis. ff. de iuriſ. om. iudi. l. 1. Arg. ad prędicta inf. de cauſa poſ. cùm eccleſia. C. de ann. excep. l. vlt. ſed an huic abbati cõpetit alia actio, ſcilicet, confeſſoria, ergò non habebit officiũ iudicis, arg. ff. de mino. in cauſæ. Sol. quando officium iudicis eſt extraordinarium, ſicut eſt quãdo datur in integrum reſtitutio, quia contra ius eſt, quòd iudex præſtet ſuum auxilium contra ſententiam vel contractum, vel præſcriptionem, tunc non datur, niſi in defectum aliarum actionũ, ſed aliàs nihil prohibet officium iudicis concurrere cum alijs actionibus cùm ſit latiſsimum. ff. de iuriſd. omn. id. l. 1. de capella autem certum eſt econtrario, quòd ei contra epiſcopum pro prædictis iuribus competit negatoria, & non confeſſoria, de his no. inf. de ver. ſig. c. abbate. † Specificatis) epiſcopus enim petebat iura epiſcopalia de facto, non in iudicio, Abbas autem agere nolens cõtra epiſcopum negatoria vel alio modo, vt nota. in gloſ. quæ incipit. hoc pacto, omnia iura ſpecificari petijt ad quod non tenebatur epiſcopus, ſicut nec in alijs generalibus actionibus teneretur, vt no. in gl. quæ incipit no. quoſdam, & hoc etiam ex eo apparet, quia nec omnia ſpecificauit. Poſſet etiam dici, quòd ideò cogitur quandocunq; ſpecificaret iura, quia fortè erant aliqua iura, de quibus concordabant, vel quòd eſſent danda, vel quòd non eſſent danda, & ideò non erat bonũ, partes ſuperfluis probationibus grauari. ff. de inter. act. vbicũque. Item ante litis conte. poteſt quæri ab epiſcopo, an hæc iura poſſideret. ff. de inter. act. qui ſeruum. §. iniuriæ. Canonicã) quæ eſt. 23. diſ. quanquam. quam etiã alius habere poteſt, ſicut arch. vel archipresbyter. ſup. de offic. archi. c. 1. & vlt. Idem etiã dicimus de ſequentibus iuribus, ſcilicet, viſitatione. ſup. de offi. ar. c. 1. & c. mandamus. & ſup. de offi. deleg. c. ſuper eo. & cẽſura eccleſiæ: vt notat. ſup. de offi. ar. cùm ſatis. & iuriſdi. vt notat. ſup. de offic. ordi. cùm ab. & ſic de alijs pro magna parte, ſed aliter pertinẽt ad inferiores prælatos, quia quaſi ſub alijs, aliter ad maiores, inferiores autem prælati, quæ ſunt communia tam eis quàm epiſcopis tanquàm epiſcopi, & non ſub epiſcopis exercere videntur, ſi non admittitur appellatio ab eis ad epiſcopum, ſed non archiepiſcopum, & ſi epiſcopi non permittuntur cognoſcere de cauſis pertinẽtibus ad ſubditos vel prædicta facere & alijs modis, vel ſi minores præcipiunt in negotijs aliquid ad ſe pertinentibus, & maiores minoribus tãtùm intendunt in eis, & vt plenè intelligas de hac materia, quæ tractatur in gl. iſta not. quòd non currit prę ſcriptio ſine poſſeſsione. infrà, de præſcri. cauſam.

3 † Item poſtquàm aliquis per ſe tenet, non admittitur ſine ſcientia & animo poſſidentis. ff. de acqui. poſ. peregrè. §. quibus. neceſſe eſt enim, quòd expellatur de ea poſſeſsione, vel reuertens nõ admittatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. ff. de acqui. poſ. l. 3. §. in admittenda. & §. ſeq. & §. quòd ſi ſeruus. & l. clam poſſidere. §. fin. Ex his autẽ colligo, quòd ſi aliquis habet generalem iuriſdictionem in aliqua re, ſicut epiſcopus in dioceſi ſua. inf. de excep. venera. inf. de reli. do. cõſtitutus. tũc nullus homo vel epiſcopus, vel alius poteſt conſtituere. aliàs præſcribere de nouo, vel totã iuriſdictionem epiſcopalem, vel etiã aliquod capitulum iuriſdictionis, ſcilicet, quòd viſitet aliquam eccleſiã eius dio. vel quòd vocet aliquem ad ſynodum, vel cognoſcat de aliqua cauſa dioce. niſi epiſcopus ſciat per aliquẽ prędictorũ triũ modorum poſſeſsionem amittat, ſicut per prædicta iura apertè apparet, ſed ſi non nouũ ius præſcribat, nec ius quo reſcripto lædatur epiſcopus, puta ſi aliqs archiepiſcopus in dio. huius epiſcopi præſcriberet ius archiepiſcopale, benè valeret pſcriptio, etiã ignorãte epiſcopo, dũmodò cõtra archiepiſcopũ legitima præceſſerit pſcriptio, qa nihil hîc præſcriptio tãgit hunc epiſcopũ, & idem videtur, ſi quis plebanus eiuſdem dioce. pſcriberet ius plebanatus in capella alterius plebani eiuſdem dioce. nam hîc ſufficit, quòd legitimè procedat præſcriptio contra plebanum, id eſt, eo ſciente & poſſeſsionem aliquo prædictorum modorum amittat, etiam ſi epiſcopus nihil ſciat, quia nihil intereſt epiſcopi, quia ita benè poteſt habere ius epiſcopale in hac capella alieno plebano ibi habente iuriſdictionem ſub epiſcopo, ſicut ſi primus plebanus eam haberet. Fortè idem videtur etiam ſi plebani ſunt diuerſarum dioce.

Et intelligo hæc vera, non ſolùm ſi præſcribantur iura ſtatuta à iure, qualia ſunt prædicta iura, ſcilicet, archiepiſcopale plebanale, ſed etiam idẽ videtur ſi præſcribantur iura, quæ aliquis habet in eadem dioce. ex priuilegio vel præſcriptione, ſicut eſt videre in epiſcopo Papienſ. qui ex priuilegio vel ex præſcriptione habet multa iura in quibuſdam eccleſijs Placentinæ dio. quomodo enim iura præſcribere poſſet epiſcopus Parmen. contra epiſcopum Papien. etiam ignorante epiſcopo Pla. quia nihil præſcribit de iure, quod poſsidet epiſcopus Placẽtinus, nam de iure poſſeſſa ab epiſcopo Placentino nihil præſcriberet Parmen. niſi Placentinus hoc ſciat, & niſi prius de poſſeſsione expellatur, vt ex præall. iuribus apparet, & dicimus quod dicitur præſcribere iuriſdictionem archiepiſcopalem, quia archiepiſcopus eam amittit tanquam de ea expulſus eo ſciente, & alius eam occupauit, & idem dico in plebanali & in alijs huiuſmodi, ſi autem præſcribat iuriſdictionem talem, qualem archiepiſcopi habent in dioce. ſubditorum, ſed tamen archiepiſcopus ſuam non admittit, in hac præſcriptione neceſſaria eſt ſcientia epiſcopi, qui eã poſsidebat, & non archiepiſcopi, cui nihil intereſt qui poſſeſsionem ſuæ iuriſdictionis non amiſit, hoc quod dictum eſt, quando aliquis habet generalem iuriſdictionẽ, intelligo etiam ſi in multis capitulis non habeat iuriſdictionem, dũmodò in omnibus habeat, niſi in exemptis, vel per iura, vel per priuilegia, vel per præſcriptio. ☞ vel alio modo. Sed ſi aliquis habet tantum in certis articulis iuriſdictionem, vt archiepiſcopus. ſup. eod. duo. in hoc caſu non eſt neceſſaria ſcientia eius, qui in certis tãtùm habet iuriſdictionẽ, dũmodò de iuriſdictione quam poſsidet nihil pſcribatur, quia nõ dicitur hîc præſcribi iuriſdi. archiepiſcopo Par. cùm archiepiſcopus nihil de ſua amittit, ſed extraordinaria iuriſdictionem præſcribi dicitur.

Videtur tamen, quòd etiam alius archiepiſcopus ſine ſcientia primi archiepiſcopi non poſſet præſcribere, quòd portaret crucem, vel vteretur pallio, & alijs cõſimilibus, vt in dioc. ſui ſuffraganei, quia ipſe archiepiſcopus hoc ius, vel potius honorem poſsidet in prouincia ſua, vnde nullus tunc poteſt hunc honorem præſcribere, niſi prius primus archiepiſcopus amittat poſſeſsionem, quam amittere non poteſt, niſi inde expellatur, vt dictum eſt. Sed oppo. quia poteſt habere hæc iura ex priuilegio, & tũc archiepiſcopus tenet ſuam poſſeſsionem, quia non eodem modo ex præſcriptione poteſt querere? Reſpõ. quia aliud eſt in priuilegio, vbi nouum ius conſtituitur authoritate eius, qui poteſt nouum ius ſtatuere, & qui poteſt iuriſdictionem alteri dare, vt Papa, aliud in præſcriptione quæ nunquam procedere poteſt, quia ſi dicant ſe habere titulum fortè ex collatione alicuius, qui non habeat poteſtatem conferendi, illud conſtat, quòd hîc non poteſt procedere præſcriptio, cùm habuit iniuſtum titulum. inf. de deci. dudum. Idem per talem titulum non habuit nec habere potuit poſſeſsionem apud alium conſtitutam, niſi ſciret ille, apud quem erat poſſeſsio, & multò fortius ſi nullũ allegat titulum, niſi per reſcriptum & vſum præſcribere non poteſt, niſi prior poſſeſſor ſciat, & de poſſeſsione expellatur. c. diſt. contra morem. 18. diſt. illud. tamen benè videtur quòd etiam ſi huius honorem extraor. puta ex priuilegio conſtitutum, alius quã priuilegiatus poſſideret, ſi bonam fidem haberet, puta quia crederet, quòd licitè eſſet translatum in eum authoritate eius, qui hoc facere poſſet, & alia interuenirent, quæ in præſcriptione ſunt neceſſaria, quòd tunc illud ius extraordinariũ præſcribere poteſt. Subiectionem) eccleſiarum in ſpiritualibus. 16. qõ. 5. c. 2. (Inſtitutionem) ſacerdotium. inf. de capel. mo. c. 1. (Cenſuram) id eſt, q; poſsit excommunicare (Iuriſdictionẽ) de hoc not. ſup. eod. c. 1. † Pœnitentias) de enormibus, & vulgaribus criminibus. 16. q. 6. c. vlti. & pertinet hoc ſequens ad laicos, & no. quòd petendo iura epiſcopalia cõtra Abbatem proſequor, non ſolùm ea, in quibus monaſterium tenetur mihi, ſed etiam ea, in quibus clerici & laici ſuarum capellarum. ſup. de offi. archi. dilec. inf. de præſcrip. auditis. & eſt hoc ideò, quòd Abbas hæc iura poſsidebat, & in clericis & laicis, & ſuper his clerici vel laici conueniãtur, nominabunt dominum in iudicio, vt not. inf. de ma. & obed. inter. (Sacramentorum) ſubitò continentur ordo, dedicatio eccleſiarum, conſecratio virginum, & generaliter omnia ſacramenta. (Ab epiſcopo.) (Synodum) ar. quòd clerici tenentur ire ad ſynodũ. (Et ſynodatici) pro eodem ſupponit, ſed dicitur ſyno. quæ in ſynodo dantur. inf. de cenſi. olim. (Cathedra) quia datur pro honore cathedræ. 10. quæſtio. 3. placuit. Recepit duos ſolidos à qualibet eccleſia, niſi à monaſterijs.

10.quæſtio.tertia. inter.(Decimationum) 10. quæſtio.3.vnio.12. quæſt. ſecunda. vulterana.& c.nobis. & c.conceſsio. & c.de reditibus.(Mortuariorum.) inf. de ſepul. certificari. (Viſitationem) de hoc not. ſiſp.de offic.archiepiſco. c. 1.(Penſatis)à pauperibus nihil petat. arg. 2. quæſtio. 1. placuit.10.q. 3. cauendum. Alij dicunt, quòd etiam à pauperibus aliquid petit,ſed plures congregabuntur ad ſoluendum cathedraticum.ar.inf.de cenſi. cum inſtantia.ſed reſpondeo poteſt illa loqui in procurationibus,at in cathedratico ſecùs.

4 †Quærentur)&ita dixerunt quidam, quòd omnia quæ hîc continentur, & ita de iure pertinent ad epiſcopum, quòd ſi ꝓpoſita generali petitione, ſcilicet, peto ius epiſcopale in tali eccleſia, & ſecuta condemnatione in omnibus his mandabitur ſententia executioni, & idem de his, quæ continentur, infrà, de præſcrip. auditis. Sed nos hoc non fatemur,nam & hîc,& ibi quædam continentur, quæ non ſunt de iure epiſcopali, ſed ratione conſuetudinis,ſicut eſt de quarta decimarum & mortuariorum. Quod ex eo apparet, quia alicubi datur tertia, alicubi medietas,alij nihil.10.quæſtio.1.de his.& c.antiquas.& quęſtio. tertia, vnio. inf.de ſepul. certificari.Idem in cathedratico. 10. qõ.3. nec numerus.& expreſsius apparet in decre. auditis, quia petijt ibi inter iura epiſcopalia domini ſancti Petri, & procuratio archidiaconi quæ conſtat non eſſe de iure epiſcopali, niſi ratione conſuetudinis,& ideò Papa hîc fecit ſpecificari capitula,& ſuper his litem conteſtari,& ſuper his inductæ fuerunt probationes, licet enim multa ex his contentis adiudicaſſet ſine probatione,non tamen omnia & illa ad minus ſpecificari debet in ſententia,de quibus ius dicit,quôd conſuetudo ſeruanda eſt,ſicut eſt in tertia mortuorum & huiuſmodi.inf. de ſepul,certificari. &idem dicitur in his, quæ ratione conſuetudinis debentur, nam in his quæ de iure debentur, niſi pars aduerſa probaret præſcriptionem, vel priuilegium condemnaretur.inf.de præſcrip. auditis. & de hoc etiam not.inf.de ca.mo. conſti. †Onerentur.)

5

Item not.quaſdam actiones eſſe vniuerſales,ſcilicet,quatuor, quæ omnes cõpetunt pro hæreditate tantùm,cuius nomine comprehenditur vniuerſum ius defuncti. ff. de verb. ſig. hæreditas. & ideò vniuerſales dicuntur, ſcilicet, petitione hæredi.fami. erci.actione ex teſtamento, quę datur pro hęreditate ex Trebellia.reſtituenda,& actione ex empto, quæ datur quoties tota hæreditas emitur. †Et not. quòd quando his actionibus agitur,exprimitur cauſa agendi, & res vniuerſaliter. VERBI GRATIA: peto à Ber. hæreditatem totum,vel partem,vel bona,quæ fuerunt patris mei petitione hereditatis,quia me inſtituit hæredem,vel quia ab inteſtato ſucceſsi, & quòd cauſa ſit exprimenda probatur.ff.de peti.hæred.l.1.2. & 3. quòd res vniuerſaliter,non ſingulariter ſint exprimendæ probatur. ff. de pet. hæred.ancillarum.nam ll.dicunt,quòd ſi intentata pet.hære.tempore ſententiæ inueniantur plura poſsideri, quàm tẽpore litis conteſt. debet ad omnia condemnari. ff. de peti. hæred. l. quarta. & l. fin. ex quo apparet, quòd vniuerſalis petitio fuit,nam aliàs in pluribus principalibus rebus quæ petitæ ſunt condemnari non poſſet, licet in acceſſorijs poſſet, & bonæfidei iudicijs & ſtricti iuris, ſicut ſunt fructus & vſuræ.ff. de vſur. videamus. C. de pet. hæred. l. 1. & l. non poſſumus. ſententia fertur condemno te ad reſtituendam hæreditatem. ff.de pet. hæred.l.prima. & ſi pars hæred. pe.l.1. & l.non poſſumus. Sed dices, quid prodeſt talis ſententia? Reſpondeo multùm,quia ſi probaui res à te poſſeſſas fuiſſe in bonis patris mei, condemnaberis ad illa, & in eis mandabitur ſententia executioni, & ſi ideò non probaui pendente lite,ſed poſt ſententiam probo quodam extraordinario modo,ſcilicet,petam ſentẽtiam executioni mandari in his rebus,& ſi illas negauerit, ego probo eas fuiſſe in bonis patris mei.argum.ff.de re iudi.à diuo.§.ſed ſi ſuper.ſicut autem vniuerſalem non dicam petitionem iuris epiſcopalis, quia non petit vniuerſa iura eccleſiæ.

6 † Item not. alias ac. eſſe generales, ſicut pro ſocio, ſi ſocietas contracta eſt omnium bonorum, vel maioris partis & negotijs geſtis, omnia negotia, vel plura geſta ſunt. ff. pro ſoc.arbiter.& aliæ multæ quæ generales dicuntur, quia plura ſub ſe capitula continent adminiſtrationem panis, vini, olei, etc. non tamen vniuerſum ius, quod habuit defunctus, multa enim poteſt habere pater, quæ non perueniunt ad filiũ,quæ in his actionibus exprimuntur ac. & cauſa & res generaliter, ſed in proſecutione cauſæ, oportet ꝙ exprimat ſpecialia. C.de iud.licet.ſic.ſ.peto à te rationẽ adminiſtrationis negotiorum meorum, quæ geſsiſti ſine mandato actione negotiorum geſtorum, & hîc dicimus ſimilem petitionem iuris epiſcopalis, & dicimus quòd licet ſpecificata ſint iura ab iſto epiſcopo in princ. non tamen tenebatur.

7 †Item not. alias actiones ſingulares eſſe, q̃ ſi ſint reales,neceſſe eſt exprimere actionem & rem,& vtrum totum,vel pro quota parte petat & confines, & colores, & alia.ff.de rei vend.cùm in rem.in princip. ff. de cen.forma. in princip. Idem in hypothecaria & ſimilibus,nec eſt neceſſe proponi cauſam actionis, cuius nulla alia eſt cauſa, niſi dominium quod aſſerit ſuum eſſe, & id totum in iudicium deducit qualecunque ſit. ff. de excepti. rei iud.ſi mater.§.eadem.

Sed contrà videtur.ff. de rei vend.l. prima.vbi dicitur,quòd vendicare poteſt adiecta cauſa, ſed reſpon. ibi ideò adijci cauſam, quia res petita,ſcilicet, liber homo nunquam poteſt eſſe noſtri dominij, & ideò nõ poteſt vendicari,ſi autem ſunt perſonales, vt condictio certi & ſimiles, non ſolùm rem,& actionem exprimet,ſed etiam cauſam,ſcilicet,quia tibi mutuaui, vel in dotem promiſiſti, vel ſimilia, vel aliter deliberare non poteſt, cùm poſsit vna res ex pluribus cauſis deberi. ff.de excep. rei iud.l.& an eadem.§.actiones.inf. delibel. obla.c. vlt. †Exigas) ſuper capellis ſpecificatis, videtur tamen, quòd adhuc poſsit petere alia iura,non obſtante exceptione rei iudicatæ, vel exceptione eliſa per replicationem huius,quia de his, quibus modò agitur in primo iudicio actum non fuit,quòd apparet ex eo, quod in primo iudicio ſpecificata fuerint iura ſine generali clauſula. C. de iudi. licet. C. de tranſact. ſi de certa. ff. de pact. tres. emptor. §. vlti. ſed vbi nihil eſt ſpecificatum, ſed tantùm generalis eſt petitio, vel ſi poſt multa ſpecificata ſupponit generalem clauſulam, ſcilicet, & omnia alia iura. & tunc ex quo ſuper tam generali petitione generalis fertur ſentẽtia,amplius nihil petere poteſt,vt hîc. C.de tranſact. ſub prætextu, niſi dolus interuenerit, quia tunc ageretur. ff. de pact. tres. Alij tamen aliter dicunt, in liberatione enim, vt ſi plura ſufficiunt verba generalia. ff. de pact. emptor. §. vlti. ſed in tranſactione ſecùs, quæ reſtringitur tantùm ad eas, de quibus actum eſt. (Lateranenſ.)de cen.cum Apoſto.

CAPVT XVII.

VT IVXTA. &infrà, (Introducat) hoc ius commune,& æquum eſt.

CAPVT XVIII.

DILECTVS FI. ABBAS. (Ab antiquo) not. petitionem fundari ſuper conſuetudine. de hoc not. inf. de verbor. ſig. Abbate.(Dictus epiſcopus) contra quem Abbas agebat dioceſanam,licet hîc videatur approbari diſtinctio antiqua, ſcilicet, quòd dupliccm legem habent epiſcopi in eccleſijs ſibi ſubiectis, ſcilicet, dioceſanam, & iuriſdictionem, tamen mirabile videtur, quòd de lege iuriſdictio dicitur collatio ſacramentorum, prius enim videtur dici epiſcopos tantùm vnam legem habere,ſcilicet, dioce. & ſub hoc comprehenderetur totum ius epiſcopale,quod in dioceſim habet epiſcopus, & etiam lex iuriſdictionis. de his legibus not.inf.de ſtatu monacho.c.1.

CAPVT XIX.

GRAVE GERIMVS.(Nullam) Non eſt contraria decretalis iſta his quæ diximus. ſup.eod.capi. 1. & c.quanto. (Paratus.) nam idem eſſet & ſi non eſſet paratus corrigere. (Relaxes) de facto, quia de iure non tenetur,& ideò non indigent relaxatione ſententiæ.ff.de ferijs.l.prima.

CAPVT XX.

HIS QVIBVS. (Ex officio deleg.) dummodò cum iuriſdict. ſuprà, de offic. delega. cap.vlti.vel ordinario.(Caſibus.)de ſenten.excommu. capi.1.decætero peruenit. ſuprà, de offic. ordina. paſtoralis. §. vlti. (Committere) ſecùs ſi miniſterium tantùm mandatum ſit.ſuprà de offic. delegat. capit. vltimo.

CAPVT XXI.

1 *Foranei officiales qui dicantur.*

ROMANA ECCLESIA. Id eſt,foraneos: †Foraneos officiales dicit quoſdam miniſtros, quos archiepiſcopi ponebant in dioce. ſuffraganeorum, qui licet non cognoſcunt de cau-

de cauſis appellationum emiſſarum ad archiepiſcopum, tamen prohibebant, ne pendente appellatione procederent iudices, à quibus appellatum fuerat, & quędam alia minora circa iuriſdictionem faciebant, & dicebantur foranei ad differẽtiam illorũ, quos in ſua curia conſtituebat archiepiſcopus, ſed videtur, quòd malefecerit Papa, quia in conſtitutione taliũ foraneorum officialium vtilitas procurabatur, quia contra laborem litigantium prouidebatur, & expenſis parcebatur. Sed reſpondemus, licet eſſe poſſet ibi aliqua vtilitas, tamen plus inde incommoditatis poterat prouenire, ſcilicet, perturbatio iuriſdict. & contentio, quæ continuè eſſet in ianuis inter officiales iſtos, & ordinarios. Item licet non poſſet ſequi alia vtilitas, erat tamen cõtra ius, ſecundum quod in litera huius decreta. oſtenditur, tamen hoc fatemur, quòd archiepiſcopus in ſua dioc. & etiam quilibet epiſcopus poterit huiuſmodi foraneos, vel minores conſtituere officiales per parochias.

☞ †Sed quæres qui appellabitur ab huiuſmodi officialibus foraneis, quos conſtituunt epiſcopi, vel epiſcopus qui conſtituit vel ſuperior, ſcilicet, archiepiſcopus? Reſpon. quidam, quòd ſi ideò officium habent quod habent minores officiales, de quibus loquitur decre. inf. de app. cùm ſit Romana. in princip. quòd appellabitur archiepiſcopus, non epiſcopus ab illius officialibus, nec obſtat ſi dicas, ergò idem archiepiſcopus habebit plura conſiſtoria, quia hoc non eſt prohibitum, licet poſſet dicere, quòd non dicantur plura conſiſtoria, ſed vnum tantùm, licet plures habeat iuriſdictiones & in pluribus locis. Alij dicunt & fortè melius, quia hi officiales qui circa minora conſtituuntur, non ſunt ordinarij, ſed delegati, illi autem qui conſtituuntur in curia principali, ſunt ordinarij, vt not. inf. de appel. eo. & ideò ab iſtis. q. à delegat. appellandus eſt ipſe epiſcopus delegans, & non archiepiſcopus. ff. de appel. Imperatores. ſed à principalibus offic. qui ſunt ordinarij, & finguntur idem auditorium habere cum epiſcopo, archiepiſcopus appellandus eſt. (Inſtituta) 9. quęſtio. ſecunda. nullus primas. & quæſtio. tertia. ſaluo. & c. nullus primas. (debent) quia tractus futuri temporis non per. ad iu. ff. de vſuris. l. 1. §. 1. (A quibus) officialibus foraneis. (Iubemus.) hoc enim nec ipſi officiales archiepiſcopi prohibere poſſunt, niſi parte vo. & cum cauſæ cognitione. inf. de appel. cùm ſit Romana. vbi not.

TITVLVS XXXII.

DE OFFICIO IV. DICIS.

CAPVT I.

EX LITERIS: (Noſtri mo.) quòd immediatè in temporalibus & ſpiritualibus ad monaſteriũ foſſæ nouæ pertinebant (officiũ) hoc enim ad officium iudicis pertinet. ff. de offic. procon. nequaquam aduocatos. ff. de poſt. l. prima. §. ait prætor. C. de poſtul. prouidendum. (Non obſtante) nec eſt cõtra. inf. de appel. ex inſinuatione. quia ibi non dicitur ex hac cauſa recuſationem admiſſam.

CAPVT II.

1 *Actio dicitur eſſe officium iudicis. Et quæ ſit tum eius ius ac poteſtas.*
2 *In quibus caſibus locum habeat officium iudicis.*

IVDICIS OFFICIVM. (Pro actione) pone caſum. inf. de in integ. reſt. c. pen. (Veluti.) † dixit Mar. quòd 1 offic. iudicis eſt actio. argumen. ff. de actio. & obli. verbum. ſed Ioan. & Azo. contra, vt ff. de mino. quòd ſi minor. §. vlti. ſed dicis, quæ vis eſt, ſi ſit actio, nécne? Reſpon. quia quando implorabitur officium iudicis, ſed non vt actio intentatur, in optione iudicis eſt negare, vel concedere, & cùm propono actionem, propono auxilium mihi non aliunde competens, ſed ex perſona mea. Vnde ſiue velit, ſiue non, oportet eum tanquam mercenarium ſuæ dominæ ſeruire, ſcilicet, ac meæ. C. depo. l. quarta. ff. de rei vendi. officium. ff. quòd metus cauſ. metum. §. ex hoc. & ſic ſequeretur abſurdum 2 quòd aliquis ſibi ſeruiret. † Principaliter) nam ſi non principaliter, ſed incidenter, veluti ſuper articulis quæ poſt litis conteſtationem incidunt, vel ſuper ipſo proceſſu iudicij petitur reſtitutio, ſine ordine iudiciario procedi poteſt, aliàs autem officium iudicis habet locum in petitione alimentorum, ſiue à minore, ſiue à maiore petatur. ff. de libe. agnoſca. ſi qui à liber. in Authentic. quibus mo. na-

mo. natu. effi. ſui. §. diſcretis. & §. ſi quis autem. & C. ad ſena. con. Orfi. ſi qua. Authen. vt li. ma. & auię. §. illud quoq;. ff. de libe. agno. l. pen. & l. alimenta. ff. de libe. ag. l. vlt. ff. vbi pu. edu. de. per totum. ff. de ali. pu. preſ. l. 1. ff. ſo. ma. ſi cùm do. §. ſicut. Authen. de iure do. dotis. C. de iure do. & hæredi. ff. fami. erciſ. ſi filia. §. ſi filius. & l. ſi maritus. 16. quæſtio. 7. quicunq;. Item ſi minor petat reſtitutionẽ de mino. in cauſæ. cum legibus ſequ. vſq; ad l. vicem. Item ſi petatur cautio de dam. infect. ff. de dam. infect. l. 1. l. dies. & l. prætor. §. 1. de præto. ſtipu. l. 1. Item cùm petitur ſatiſdatio nomine legis. ff. vt leg. vel fi. no. ca. l. 1. & l. etiam. Item cùm pater petit filium in poteſtate. ff. de rei ven. l. 1. §. per hanc. Item ſi dominus exigat vltra debitum à cenſito, vel vaſallo. C. libr. 11. in quibus cau. colo. l. 1. Authen. de quæſtore. C. de colo. & cen. Ip. e. & vlti. Item ſi imponatur collecta vltra vires patrimonij. Item ſi inhabiles vocentur ad munera, vel alij qui vocari non debent. ff. de vaca. mune. ſextum decimũ. §. vlti. C. quemadmodum ad ci. mune. l. 1. 3. & 4. & 6. li. 10. Item pro exigendis reditibus à colo. aſſeri. & non ipſi eos denegent ☞ ea ratione, quia dubitant, aut ſint domini, qui reditus exigunt. C. de agri. & cen. litibus. §. 1. libro 11. Item ſi petat ſalarium Grammaticus, Geometricus, Medicus, Rethoricus, Aduocatus, Obſtetrix, & Nutrix. ff. de va. & extraord. cog. l. prima. §. 1. & per to. tit. Item ſi petantur fructus à poſſeſſore. C. de rei ven. certam. §. bona. ff. de rei ven. §. præterea. & l. ſi vnus. §. vlti. inſtit. de offic. iudi. §. ſed. ff. de vſur. neq;. ff. de pe. hære. ſed & ſi. §. ſi autem. & §. cõſuluit. ff. ſi ſer. vend. l. loci. ver. poſtu. C. de fru. & lit. expen. l. ſecunda. ff. de peti. hæred. illud. §. prædo. & §. ad officium. Item ſi petantur impenſæ ſiue de nouo factæ, ſiue in refectione. C. de rei vend. l. domum. ff. de pet. hæred. plenè. & illud. §. ad officium. Item ſi petuntur vſuræ in bonæfidei iudicis, & his qui bonæfidei iudicij naturam imitantur. C. de in inte. reſ. minor. C. de vſur. l. 2. & 3. ff. de vſu. vſuræ. ff. de neg. ge. quia timendum. Item ſi repetatur res à medico propter mala medicamenta. ff. de var. & extraor. cog. medicus. Item ſi petatur vſus aquæ ciuiliter inſtitutæ. ff. de ſerui. quoties. ff. ſi ſer. vend. ſicut. §. Ariſtote. Item ſi petatur riuus iuſti. vici. ff. ſi ſer. ven. l. 2. ff. de pub. ſi ego. §. ſi de vſufruc. Item ſi petatur equa & partus eius, quæ penes te peperit, C. de rei vend. l. partum. ff. de publ̃ca. ſi ego. Item ſi mittantur animalia in fundo meo. Itẽ ſi multi homines erant diſtribuendi per plura prædia, & plures quàm debeant mittantur, imò habes pro illis. 5. caſibus vnam. l. ff. de va. & extraor. de vſu. Item ſi petatur ne quid fiat in via publica vrbana, per quã quis ire non poſsit, & ſi factum ſit quòd tollatur, & vt viæ reparentur, & ne quid immundum proijciatur. ff. ne quid in loco pu. fi. l. 2. §. interdictum. ff. de vi. & lo. pu. l. 2. & 3. & vl. Item ſi agatur contra eũ, qui miſſum in poſſeſsionem deijcit, vel mitti iuſſum ire non permittit. ff. ne vis fi. ei qui in poſ. l. ſi quis miſſus. Item ſi petat filius à patre emancipari. ff. de condi. & demon. ſic lege. ff. ſi quis à patre. ma. l. vlt. Item ſi creditor petat poſsidere bona debitoris. ff. ex quib. cau. in poſ. Item ait prętor. & l. igitur bona. l. cùm proponas. & l. vlti. argumen. C. de præſcrip. 30. an. ſi quis cauſæ. §. vlti. Item ſi petantur ſeparari bona. ff. e. l. vlti. Item ſi petatur curator bonis. ff. de cu. bo. dam. l. 1. & vlti. Item ſi petatur ſententia pronunciari nulla, vel proceſſus. inf. de procu. in noſtra. ff. de offic. deleg. cùm contingat. ff. de fer. l. 1. † Aliàs ante) ſicut implorat officium iudicis, vt det ſibi aduocatum. ſup. c. proxi. vel vt condemnet aduerſarium in expenſis pro contumacia, vel fiat miſsio in poſſeſsionem, vel quod repellatur miles à procuratione, & conſimilia, in his enim non eſt neceſſe litis conteſtationem fieri, vel ordinem iudiciarium ſeruari, & dicitur incidẽter peti officium iudicis, quia illud non peto propter ſe, ſed propter aliud, ſicut aduocatus petitur propter cauſam, non propter ſe, vel quando imploratur li. pen. vt in præal. iuribus. & vbi etiam aliqd pro ſe petitur, ſed ratione rei, poſtea habẽdæ, vel litis proponendæ ex ſua petitione nihil conſequitur, nec aliquid iuris ſibi in re quæritur. C. vt in poſ. le. l. 1. & idem vbicunque imponenda eſt ſummaria cognitio. (Ad hoc) iud. of. ff. de rei ven. non ſolùm. & l. item ſi verberatum. §. 1. C. de rei vend. certum. inſti. de offi. iudi. §. poſt inchoatum.

TITVLVS XXXIII.

DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

CAPVT I.

1 *Quis debeat in eccleſia maiori honore fungi, & quis debeat vocare capellanos in nu. 2.*

CVM

VM CERTVM. Et inf. (Prior) in ceſsione, ſubſcriptione, & reſponſione. 18. di. hinc agitur. vltra me. & vt præferatur in dignitate vacantium collatione. 74. di. epiſcoporum. & etiam in perceptione beneficij. ſup. de conſtitu. c. vlti. in ordinatis tamen à Papa eſt ſpeciale. inf. eod. per tuas. & habet hoc locum in æqualiter meritis, nam digniores etiam poſt ordinati in electionibus præferentur. 8. qõ. 1. licet. Item in his qui eiuſdem ordinis ſunt & dignitatis, aliàs autem ſecùs. ſup. de æta. quæris. 74. diſt. conſuluit. inf. eo. ſtatuimus. Item licet debeant præferri in dignitatibus, tamen hoc non petent ne in vitium ambitionis incidant. 1. quæſtio. 6. ſicut. Item in his præualet conſuetudo. ſup. de conſuetu. cùm olim.

a *Prior vocabit. Adde Innoc. hîc. adde d. An. & Ab. in c. cùm nobis olim. ſup. de elec. Bart. in l. 1. ff. de alb. ſcri. & Feli. qui allegat concordantes in c. cùm oẽs. colum. penul. verſ. ſed dubium. ſup. de cõſti. vbi hoc dicit. Innoc. hic intelligit procedere in collegio eccleſiaſtico & ad Innoc. hic adde Cep. in tracta. de re mil. col. 2. & Alex. in d. l. 1. de alb. ſcri. eundem Innoc. in c. 2. in prin. de no. ope. nunc. & Card. in conſ. 30. inti. in hac dubita. col. 4. in prin.*

1 †Et maior.) & hac etiam ratione, ſcilicet, qui maiori honore fungi debet, dicimus quòd ille qui maioris dignitatis eſt in eccleſia, vel ſi non eſt ibi dignitas, qui maioris eſt ordinis, vel ſi ſunt æqualis ordinis, ille qui prius ordinatus eſt, debet nominare, vel ſolenniter eligere perſonam nominatam in ſcrutinio, niſi fortè alius de iure conſuetudinario, vel ex priuilegio hoc habet, tamen tutius eſt, quòd ille qui nominabit poteſtatem nominandi à cæteris accipiat.

2 †Similiter debet vacante eccleſia præpoſitos, vel Abbates, vel alios, quos iure, vel de conſuetudine conſueuit vocare capellanos ipſe prior vocabit a, & alij debent ei intendere. ff. de fi. inſtru. l. vlt. C. de præfect. præto. l. 1. & 2. lib. 12. C. de proxi. ſacro. ſcrip. l. vbicunque. & C. de tuto. l. 2. C. de offic. mag. l. nemo. ff. de al. ſcrip. l. 1. 93. di. â ſubdiaco. 18. diſt. §. fin. Nam ex quo præ alijs nominari debẽt, & onus ſimiliter debent ſubire, tamen cauſas eccleſiæ non agent, ſed ſyndicus conuentus, vt no. ſup. de reſcri. edoceri. tamen nullam iuriſdictionem exercebit ſuper minores, ſi non compareant in capitulo, vel aliàs ei non obediant, ſed hunc effectum habet poteſtas huiuſmodi, quia non obſtante abſentia vocatorum valebit, quòd præſentes facient, nec contractus faciet nomine eccleſiæ, quia non eſt prælatus eccleſiæ, ſed hæc minora ſibi à iure conceduntur, & credimus, quòd ſi nollet conuocare capitulum, quod poſſet cogi per ordinarium, vel delegatum iudicem, ſi pro cauſa citetur.

Et hæc ſunt vera & obtinent, niſi alia conſuetudo probetur. (Communitatis) id eſt, canonicè, & concorditer.

CAPVT II.

1 *Quis exemerit clericos de iure Imperatoris. Papa an poſſit ſine conſenſu Imperatoris clericos eximere à iure Imperatoris.*

2 *Corporales pœnas imposuit Papa in ſuis conſtitutionibus.*

SI QVIS. (Decretum.) Conſtitutionem, vel mandatum repete, quæ diximus ſup. de tempo. ordi. ad aures. (Principi) Papa. ſi. de conſecr. di. 1. corpora. ſicut econuerſo, 10. diſt. de capitulis.

1 † Sed quæres, quis exemit clericos de iure Imperatoris cùm prius ei ſubeſſent? Reſpon. quòd Papa cõſentiente Imperatore. 11. quæſt. 3. c. 3. Authen. de ſanct. epiſc. §. ſi quis contra. Authen. vt cle. apud proprios epiſcopos. §. vlti. inf. de iura. cal. c. 1. ſed hîc non plenè eximunt, vnde dicimus quòd exempti b ſunt à Deo. 96. diſt. ſi Imperator. Vel dic, quòd Papa etiam ſine cõſenſu Imperatoris benè potuit eos eximere à iuriſdictione Imperatoris per ſuas cõſtitutiones, quia cùm clerici ſpirituales res ſint, & ex toto corpus & animam dederunt in ſeruitium & ſortem Chriſti. 12. qõ. 1. c. 3. per conſequens Papæ in iudicio & conſtitutionibus ſubſunt. 10. diſt. imperium ſuſcipitis. & inf. eod. ſolitæ.

b *Exẽpti ſunt. Abb. in c. at ſi clerici. col. 7. ver. conſidero. inf. de iur. refert & ſequitur hic in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. ſup. de conſti. col. 2. & ibi Feli col. 2. in fine.*

3 †Moriatur) hîc habes, quòd Papa ſuis conſtitutionibus pœnas imponit corporales, quas tamen non infligit, vt 5. q. vlti. delatorem. 27. q. ſi quis in princ. 24. quæſt. vlt. his à quibus.

CAPVT III.

2 *Suſpectus propter priorem inobedientiam, an debeat iurare obedientiam.*

LEGEBATVR. (Conſcripſerat) poteſt legi ita, quòd frater Atticus ſcripſerat chartam, quomodo alius promittebat obedientiam, in qua chartula notabat iniuria illius, qui vocabatur ad promittendum obediẽtiam, qui ſine promiſsione obediens erat, vel poteſt dici, quòd frater ipſe Atticus conſcripſerat chartulam, de ſua obedientia, in qua licet ad petitionem requirentis obedientia fecerit vocabatur ſua iniuria, cùm abſque ſponſione obediens eſſet. Scripto) ar. inf. de

inf. de reg. iur. c. vlti. contra. 23. diſt. quenquam. Sol. illud in prælato, hoc in clerico, & tam prælati quàm clerici, quando ſunt propter priorem inobedientiam ſuſpecti, debent iurare obedientiam, & multò fortius inde fiet ſcriptura. inf. eod. cùm in eccleſijs. ad manualem autem obedientiam omnes clerici teneri videntur. inf. eod. his. vbi not.

CAPVT IIII.

OMNES PRINCIPES. (Obedire) Reges enim illi epiſcopo obedient in caſibus ſpiritualibus, & illi perſoluẽt perſonales decimas, in cuius dioce. & principalem larem habent. arg. C. vbi ſe. & cla. l. 2. & ſi in duabus dioce. habitant principaliter in illis, & illi duo inter ſe diuident. ff. ad muni. aſſumptio. §. vel iuris pruden.

CAPVT V.

LLVD DOMINVS IN BEATO Petro: & inf. (digniora.) 96. diſtin. duo. (Victima.) 81. diſtin. qui ſunt presbyteri. 32. diſtin. §. verùm. & 8. quæſtio. 1. ſciendum. (Et auſcultare) mandatum implere.

CAPVT VI.

1 *Imperatores an liceat increpare.*

SOLITAE BENIGNITATIS. (Increpare.) q. d. tantam Imperatoribus reuerentiam exhibere debes, quòd non debes audere eos increpare. 5. quæſtio. 5. non omnis. ſup. de reſcrip. ſi quando. † In temporalibus) & ſic videtur, quòd ab epiſcopo appellandus eſt Rex, & crederem verum in rebus feudalibus, quia tamen cognoſcit epiſcopus quaſi ciuilis iudex. inf. de fo. compet. verùm. argumen. inf. de appel. ſi duobus. 18. diſtin. ſi quis metropoli. ſi autem aliàs ſint ditatæ eccleſiæ non ſpectat ad Regem, & ſuper bonis illis non appellabitur Rex. 10. quæſtio. 1. nouerint. 12. quæſtio. 2. & c. ſe. 24. qõ. 3. ſi quis depo. (Propter Deum) ex quo videtur quòd de libero arbitrio ſit. 13. quæſtio. 1. c. vlti. (Sine cauſa) vt innuat, quòd in veritate non procedit, licet ex humilitate meritorium ſit reputare eum præcellere. (Sacerdoti) iterũ (Euellas) vitia. (Aedifices) virtutes. (Diei) ſpiritua-

libus. (Nocti) Cardinalibus ſiue ſecularibus. (Aſſurgant) 58. diſtin. Valentinianus. (Nobis.) q. d. verè potuimus increpare, propter authoritatem, quam in beato Petro accepimus. (Oues) ſup. de elect. ſignificaſti. (Quicunque.) 24. quæſtio. prima. quicunq;.

CAPVT VII.

PER TVAS NOBIS LITERAS. & inf. (Deferatur.) argumen. pro honore exemptorum. ff. quòd cum eo qui in alie. pot. l. 3. ff. de albo. ſcrib. l. vlti. (Obedientia) repete, quæ diximus ſup. de tempo. ordi. cùm in diſtribuendis. Item non credo, quòd epiſcopus debeat eum deponere. argumen. 2. quæſt. 4. c. 2. C. vbi ſe. vel cla. l. 3. 3. quęſtio. ſexta. quamuis.

CAPVT VIII.

1 *Licet epiſcopi aliquarum eccleſiarum cum toto populo in hæreſim vel ſchiſma labãtur, eccleſia tamen illæ honores ſuos retinent.*

2 *Poſſeſſio nemini eſt auferenda ſine cauſæ cognitione.*

3 *Cùm ius in aliqua repetitur vocari debent illi, quos res tangit.*

4 *Poſſideri non poteſt eccleſia, nec eius dominium haberi.*

5 *Nominatio habet locum tantùm in realibus petitionibus.*

LNTER QVATVOR. & infrà, (Iure) Prima ratio. Præiudicium) † not. quòd quamuis epiſcopi aliquarum eccleſiarum cum toto populo labantur in hæreſim, vel ſchiſma, nihilominus tamen eccleſiæ illæ honores ſuos retinent, & eccleſias ſibi ſubiectas & quo ad poſſeſſionem, & quo ad proprietatem. ſup. de elect. quia diligentia. Melius videtur, quòd poſſeſſionem omninò admittat. ff. ex quibus cauſis in integ. denique.

Subiectæ) & ſunt in poſſeſſione earũ,
2 † poſſeſſio enim ſine cauſæ cognitione nemini eſt auferenda. 12. quæſtio. 5. c. 1. 16. quæſtio. 6. placuit. C. vnde vi. ſi quis in. C. ſi per vim. l. vlt. Hoc autem benè fatemur, quòd poſtquam partes fuerunt præſentes, ſi conſtiterit, quòd quando ſchiſma cœpit poſsidebat reſtitueretur ei facta, vel petita reſtitutione. ff. ex quibus cauſis in integ. ait prætor. §. item ei. vel iure poſtli-

minij.(Abſentent.)Secunda ratio in regiſtro & iunctura quæ ſic incipit, idem etiam modò fieri prouidentia diſſuaſit, ne Piſani ac Veneti aliquando quam plures apud Conſtantinopolim huiuſmodi habentes eccleſias, contra imperium prouocantur.(Obedientia) ſicut ex litera appareret, Patriarcha ſubiectionem quarundam eccleſiarum petebat, quæ realis petitio erat, ſcilicet, quaſi confeſſoria, dicebat enim ſe ius habere in re, per quod apparet, eam realem inſtit. de act. §. 1. & §. ſeq. Item & ſecunda petitio, quæ petijt obedientiam intra ius ſibi eſſe, quòd prædicti ſibi præſtent obedientiam, ſimiliter eſt realis, & quaſi confeſſoria. ad hoc eſt. argumen. ſup. de offic. ordi. conquerente. ff. de rei vendi. l. prima. §. per hanc. C. de colo. fug. per totum. C. in quibus cauſ. co. vel cen. l. ſecunda.

3 †Et not. quòd quando petitur ius in aliqua re, debent vocari illi, quos res tangit, vt hîc, nec fit abſentibus non vocatis præiudicium, per proceſſum habitum cõtra præſentem, à quo petitur obedientia, vt ſcilicet fiat verus poſſeſſor, qui agit, niſi fortè illud imputetur ei, qui ſcit ſuam cauſam, & tacet, de quo not. inf. de reg. iur. quamuis. argumen. à contrario ſenſu. ff. de re iudi. ſæpè. §. nam & ſuper. & quamuis ſi aliàs ſuper corporalibus rebus agatur in rem, ille qui poſſidet, vel etiam detinet, vel quocunque modo reſtituendæ rei facultatem habet, præiudicium faciet domino, niſi nominet dominum in iudicio, vel etiam ſi nominet, & non compareat. infrà, vt lit. non conteſt. quoniam. C. vbi in rem act. l. 2. In iuribus autẽ incorporalibus, licet locum aliquando habeat nominatio, & ad hoc terminus dandus eſt, vt veniat dicturus de iure ſuo, vt hîc. ff. de lib. cauſa. ſi pariter. non tamen ſi venit, procederetur ſecundum formam. l. C. vbi in rem act. l. ſecunda. vt fiat verus poſſeſſor cùm non habeat facultatem rei reſtituendæ, is qui conuenitur, & tamen non debeat ſubtrahere obedientiam ei, qui eſt in poſſeſſione eius, quia peccaret, niſi prius ab eius obedientia abſoluatur, quòd hoc nõ fiet, cùm nõ ſit præſens ille, cui modò obedit, & quia non etiam contra eum actum eſt. argumen. 8. quæſtio. vlti. nónne. Imò plus eſt, quia etiam ſi contra aliquem feratur ſententia, & tempore executionis appareat aliquis, qui de iure ſuo dicat, ſummatim cognoſcet iudex. ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper. Imò quòd plus eſt videtur, quod obedientiam quam alius habet ab eo, petere non debeo, cùm ipſe eam poſſidere non poſſit, vt not. inf. de præſcrip. auditis. & dicta nominatio & proceſſus non haberet locum, niſi cùm res alieno nomine poſſidentur, & ſi petam ab eo ipſe reſpondeat condemnetur, procedetur contra eum & non in præiudicium alterius, vt not. ff. de rei vendi. is qui ſe. & l. ſe. ff. de re iud. ſæpè.

☞ †Alij tamen dixerunt, quòd procederetur contra eum, in quo dicitur ius habere, & obedire compelletur actori vincenti, & habent argumen. pro ſe, quia ſi quis habet authoritatem ad rem ſibi obligatam, cuius alius quaſi poſſeſſor habet. C. quæres pig. oblig. poſ. nomen. C. de hæred. vel act. vend. poſtquam. multò fortius debet quis habere actionem in iuribus, quæ quis ſibi de iure competere dicit. Sed poteſt reſponderi in prædictis legibus affuiſſe voluntatem obligantis & vendentis, & ideò habent actionem, & quòd eius nomine agit, qui ceſſit, quia act. ceſſa.

4 †Alij dicunt, quòd ſi petatur eccleſia, habet locum nominatio & proceſſus prædictus. l. ſi autem obedientiam ſecùs, ſed certè hoc non videtur verum, cum eccleſia non poſſit poſſideri, nec eius dominium haberi. ff. de rerum diui. l. 1. ſed tantùm ratione iurium epiſcopalium, vel aliorum competat quaſi poſſeſſio, & petitio rei. ff. de cõtrah. emp. qui tabernam. ff. de leg. 1. ſi domus. §. vltim. Alij dicunt & fortè melius, quòd ſi aliquis nomine alterius poſſideat, vel detineat iura alterius, puta quaſi vicarius, vel quaſi coadiutor, vt ſup. de offic. ordi. quoniam, tunc habet locum nominatio & proceſſus. l. prædictæ. quia facultatem habet temporalium reſtituendorum, quæ de facto tenet. ff. de rei vendi. Officium à clericis autem obedientiam quam alius in eos poſſidet, puta epiſcopalem, vel archi. petere non poſſum, quia nec & ſi ipſi clerici, & ſponte exhiberi vellent, non debeo recipere, & ſi recipio pecco, & puniendus ſum. 16. quęſtio. tertia. placuit. Item quia eadem obedientia in eiſdem pluribus deberi non poteſt. ff. de acqui. poſ. poſſideri. §. econuerſo. ſed ſi ego peto obedientiam, quaſi ſub alio, ſicut ſi archi. ſiue Abbas, vel certi prælati ſub epiſcopo petant obedientiam archidiaconalem, vel Abbatis volentis præiudicare obedientiæ, epiſcopali, vel epiſcopi, vel Papæ, non differtur propter aliquam nominationem petitio actoris, quia

quia ius debitum ſibi non peto, ſed meum quod eſt alienum à ſuo. argumen. inf. de exceſ. præla. ad hoc. 23. diſtin. quamuis. & opp. 11. quæſtio. tertia. qui reſiſtit. & c. ſequen.

5 †Et hæc vera ſunt, quando peto obedientiam præſtari ratione loci, vel rei, ſi autem ratione perſonæ, puta quia promiſit mihi obedire, hîc nullo modo nominabit alium in iudicio. Nominatio enim tantùm in realibus petitionibus locum habet, vt in l. prælleg. ſed hæc petitio eſt perſonalis tantùm. Si ergò vult prudenter agere ille, qui petit iura epiſcopalia, primò inquirat quis poſſideat, & ſi inuenerit iura epiſcopalia nulli præſtari, ſed clericos, vel eccleſias pro liberis ſe gerere, implorabit officium iudicis contra eos de cauſa poſſeſſionis. cùm olim. inf. de ſen. & re iudi. cùm inter. ff. de rei vendi. l. prima. §. per hanc. ff. de lib. ho. exhi. l. deinde. §. hoc interdictum. Poteſt etiam contra clericos, qui ſe gerunt pro liberis intentare in rem præiudicialem dicens, & petens eos tanquam epiſcopus in ſuos clericos. inſti. de ac. §. præiudiciales. & in caſu aget. de li. exhi. ff. de lib. ho. exhi. l. penult. & vlti. ſi verò ab alio detineantur hæc iura, vel ille, qui non contendat ſe prælatum eorum, nec etiam inuitos detineat idem dicimus, ſi verò detinentes cõtendat ſe prælatum eorum, etiam ſi voluntarios detineat, potes eos exhibere. ff. de lib. exhi. l. vlti.

†Idem dicimus, & ſi non contendant ſe ius habere, ſed inuitos detinet. ff. de lib. exhi. l. prima. poteſt etiam eos & iura prædicta vendicare de iure canoni. 7. quæſtio. prima. non oportet. argumen. ff. de rei vendi. l. prima. §. 1. & 72. diſt. per totum. Et not. quòd præiudicialis in rem cõpetit tantùm contra filium, vel perſonas alias, quæ ſui controuerſiam faciunt. Item in ea quæritur, an ſit filius meus, & per ſimile, an clericus meus, in rei vendicatione autem de iure cano. quæritur, an ſit in poteſtate mea, vel non. Item datur ratione poſſeſſionis, quam alius habet & controuerſiæ quam fecit, & benè nobis videtur, quòd ſi plures dicant ſe habere ius in aliqua eccleſia, ſiue epiſcopale, ſiue aliud, quod poſſunt inter ſe contendere. inf. de præſcrip. auditis. vbi not. Et facit ad hoc, quia confeſſoria competit non ſolùm cõtra poſſidentem rem, qua petitur ſeruitus, vel ius, ſed etiam contra quoſlibet turbantes ius, vel ſeruitutem. ff. ſi ſer. ven. ſi quis di. ſed & poſſunt ambo agere contra illum, qui rem poſſidet qui ſeruitutẽ, vel ius debet. inf. de ſen. & re iudi. cùm ſuper. nam non eſt prohibitum plures contra eundem agere ſuper eadem re. ff. de pœ. hæred. cùm idem. ff. de rei vendi. is à quo. & l. ſequen. ff. de noxa. ac. ſi quis à multis.

Nec obſtat ſi dicas, quia non habet facultatem rei reſtituendæ, cùm alius illud poſſideat, quia illi non fit præiudiciũ, niſi ſit in culpa per taciturnitatem, vel alio modo. inf. de re iu. cùm ſuper. tamen ſi prudenter hîc procedere vis, voca clericos ad iudicium, quos petis tibi ſubditos, vel in quibus petis iura epiſcopalia, & da eis libellum, quia ſi confeſsi fuerint tibi deberi petita, ſed ſe non habere poteſtatem ea præſtandi, quia alius eos poſſidet, vel alia iura in eis, tunc feratur diffinitiua ſententia contra eos, faciet ius inter partes, vt decætero non poſsint ſuper petitis in libello contradicere, ſed obedire non coguntur, quia abſentibus non cõtumacibus, non debet aliquod præiudicium generari, vt prædictum eſt. Si verò negent petita in libello, vel etiam dubitare de eis ſe dicant ea fortè ratione, quia fortè alius eos poſsidet, quia pro eodem reputatur. ff. de peti. hæred. ſi debito. tunc ſui controuerſiam facere videntur, & tunc procederetur ſecundum modum hîc ſuperius dictum, ſed nunquam ſuper obedientia, vel alijs ab alijs poſſeſsis alij cuiquam fiet præiudicium, vt iam dictum eſt. (Cùm & ipſi) ſecunda ratio. (Rebellis) ſup. de elect. quia diligentiam. arg. contrà. ff. de bo. poſ. etiam fide.

CAPVT IX.

1 *Abbates qui habent populum, tenetur venire ad ſynodum.*
2 *Citatus non cogetur venire, ſi in citatione mala cauſa exprimitur, vel ſi ſciat concilium conuocari propter malam cauſam, cui tamen ſi præſens eſſe contradicere non auderet.*

1 QVOD SVPER HIS. & inf. (Dioceſana) contrà. 16. qõ. 1. cùm pro vtilitate. So. †Abbates qui habent populum epiſcopo, id eſt, dioce. aſtringuntur, & ideò ad ſynodum ire coguntur. 18. quæſt. 2. §. vlti. 18. diſt. epiſcopus. & quod plus eſt, propter populum etiam exempti coguntur ire ad ſynodum. inf. de priui. ex ore. Alij autem, qui non habent populũ,

non tenetur lege dioce. exempti. ex quo enim populũ habet, debet habere cathedram in eccleſia, vt ibi prædicet, & ſi dant decimas, partem earum oblationum habebit epiſcopus. inf. de ſepul. in noſtra. de hoc not. inf. de ſtat. mona. c. 1. Statuen-
2 dũ) q. d. † ſi in citatione exprimeretur iniuſta cauſa, non debet venire, & idem ſi ſcirent concilium conuocari propter malam cauſam, & eſſet talis cauſa, cui contradicere non auderent ſi præſentes eſſent, & puta ſi eſſent ſuper fauore præſtando Principi excommunicato.

CAPVT X.

1 *Per literas probari poteſt alicuius crimen.*
2 *Regularis de inobedientia ſuſpectus cogitur ad iurandum obedientiam.*

QVM IN ECCLESIIS. (Sancti Victoris prior) Not. priores excommunicationis ferri ſententiam in canonicos, nam ordinarius eſt. de hoc not. & de offic. archid. cùm ab eccleſiarum. & c. quanto.

1 † Præſcriptis) & ſic videtur, quòd per literas probetur alicuius crimen. 2. q. vlti. Epiphanium. Sed contrà. 2. quæſt. vlti. per ſcripturam. Sol. hîc non reputat probatũ crimen, quantum ad diſpoſitionem, ſed quantum ad abſolutionem. Item nõ agebatur criminaliter.

2 † Iuramentum) not. regularis, inobedientia ſuſpectus, cogitur ad iurandum obedientiam. argu. ſup. eod. legebatur. ff. de iud. in omnibus. Superbè) cauſa quare cogantur iurare & parere mandatis prioris hîc aſſignatur, ſcilicet, quia primò contumaciter hoc renunciauerat alioquin cùm abſoluti eſſent à ſuperiore præſtito iuramento, aliud vlterius præſtare debẽt, ſed vel remittendus eſt ad excõmunicatorem, vt faciat mandata. ſup. de offic. deleg. prudentiam. §. vlti. vel cogendus ſatisfacere excommunicatori. ſup. de offic. ordin. ad reprimen.

CAPVT XI.

1 *Capitulum an & quam habeat poteſtatem & iuriſdictionem mortuo epiſcopo.*

HIS QVAE PRO ECCLESIA. (Vel clerici) habes, q, ſimplices clerici manualem obedientiam ſuo prelato debent exhibere. Quidam tamen dicunt contrà, etiam hîc dicunt obtinuiſſe propter conſuetudinem, vel eſſe
1 ſpeciale in Cardi. (Capella ai) † epiſcopo enim mortuo, poteſtas iuriſdictionis trãſfertur in capitulum. inf. eo. cùm olim. inf. de hæred. ad abolen. 65. diſtin. c. vlti. ar. & 23. diſtin. in nomine. 7. quæſtio. 1. Pontifices. ea autem quæ ſunt ordinis deuoluentur ad ſuperiorem, vel vt faciat, vel vt viſitatorem ſuper his conſtituat, vt 41. diſt. obitum. Catm. de hoc not. inf. de hæred. ad abolen. (Excepto) nota. quòd alio iure cenſeantur iſta, quàm illa præter excõmunicationem, quæ non ſpectat ad capitulum, niſi de conſuetudine, ſed quia per probationes conſtat aliud obtentum in his, quàm in illis, vel quia propter ſcandalum, vel aliam cauſam alter volebat prouidere in his, nam de iure matrix eccleſia hoc poteſt in ſubditas eccleſias, quæ hîc per hanc decre. ſeruantur Card.

Alij aliter & fortè melius dicunt, quòd hîc quæ Card. ſeruant, non habent de iure in ſuis eccleſijs, ſed Car. vel alius prælatus hîc recipit à Papa, vel alio confirmatore, vt not. ſup. de offic. ord. quanto. & hoc ex eo apparet, quia cùm excommunicatio ſit mucro epiſcopalis. 20. quæſtio. tertia. corripiantur. capitulum habere non poteſt per ſe, nec Card. hoc habent ab eo, & ideò Papa ſibi hoc reſeruauit, & de hoc not. ſup. de hæred. ad abo. Sed dicit quare non expreſſe hoc determinauit, ſed tantùm ſuæ prouidentiæ reſeruauit? Reſpon. quia conſuetudo vrbis contraria allegabatur, ſcilicet, quòd capitulum excommunicaret, & corrigeret etiam vacante eccleſia de correctione etiam dicimus quòd capitulum, vel titulus eam facere non poteſt de iure ſuo, puniendo de crimine, vel ſententiam ferendo, licet poſſet facere capitulum, quod eis conceditur, in quo plus monitionibus intendunt, quam directè cognoſcendo. argum. ſup. de offic. archipreſ. c. fin.

CAPVT XII.

1 *Abbatiſſa poteſt ſuſpendere clericos ſuos ab officio & beneficio. Sed non excommunicare nec abſoluere.*

DILECTA FILIA IN CHRISTO. Canonicas) quæ non ſunt profeſſæ, & poſſunt habere proprium & matrimonium contrahere, vt 12. q. 5. c. vlti. & tales multæ ſunt in Alemania.

1 † Suſpendat) Not. hîc quòd Abbatiſſa poteſt ſuſpendere clericos ſuos ab officio & bene-

& beneficio. Et hoc eſt ea ratione, quia ex
4 conſuetudine iuriſdictionem 4 habet ordinariam. inf. de arbit. dilecti. aliàs enim eſt contra ius commune. C. de arbit. l. vlti. excommunicare autem non poſſunt, vt hîc, nec abſoluere. inf. de ſentẽ. ex. de monialibus. rationem inuenies, inf. de pœ. & re. noua. Vel potes dicere, quia ex conſuetudine induci non poteſt, vt interdictum de iure ponere poſsit, ſicut nec excommunicationem, nec hîc dicit Abbatiſſæ interdictum tenere.

CAPVT XIII.

1 *Poteſt capitulum iura epiſcopatus proſequi, quando in præiudicium epiſcopatus aliquid facit capitulum.*
2 *Appellatio poſt præſtitum iuramentum ad quid valeat.*
Is qui emit poſt appellationem dicitur malæfidei poſſeſſor.
3 *Præſumitur contra appellantem extra iudicium, niſi proſequatur.*
Quis ſit effectus appellationis, quæ facta eſt extra iudicium.
4 *Laudabiles & præſcriptæ conſuetudines ſeruandæ ſunt.*
Iuramento ſolito nihil eſt addendum.
Iuramentum in præiudicium eccleſiæ præſtitum, non ligat.

DILECTI FILII ARCHI. (capitulum.) † Nota. capitulum proſequi iura epiſcopatus, quando epiſcopus in præiudicium epiſcopatus aliquid faciat, & idem intelligitur ſi ſit negligens. arg. 12. quæſtio. 2. non liceat. & eſt multum no. dignum, quòd capitulum non ſolùm appellabat pro iuribus epiſcopatus, ſed etiam ſuper his cauſam proſequitur, & etiam eis proſequentibus epiſcopus abſoluitur, & hoc eſt ea ratione, quia hæc abſolutio nõ perſonam, ſed rem tangit, cuius nomine capitulum appellauit & egit, & quia hæc ſpecialia & dignitates eccleſiæ ſunt communia, & communiter tenentur ab epiſcopo, & ſic licet epiſcopus ſit caput. inf. de verb. ſig. cùm clerici. (Exigeres) cum effectu, ſcilicet, præſtitit, vt in fi. innuit. Vel dic, quòd appellatio præceſſit iuramentum ſed poſtea iurauit.

2 † Appellauerunt) ad quid valet appellatio poſt præſtitum iuramentum? Reſpõ. ad hoc appellatur, ne exigeret aliquid occaſione præſtiti iuramenti inſoliti, & contra conſuetudinem aliorum præſtiti, cùm hæc appellatio eſſet ex probabili & verisimili cauſa interpoſita, nam non eſt verisimile, quòd aliud iuramentum ſolitus eſſet præſtare ille epiſcopus, quàm alij. Dicunt quidam, quòd non debet Patriarcha exigere aliqua occaſione illius iuramenti citra appellationem, & ſi exigeret, & epiſcopo præſtaret antequam ſuper principali procedatur reuocatur, quòd non placet. de hoc not. inf. de appella. bo. me. non tamen credo, quòd tales appellationes, quæ fiunt extra iudicium à grauamine ſufficit ad citationem, niſi iterum citetur à iudice, nec ad hoc, quòd appellatus debeat comparere in termino, quem appellans extra iudicium præfixit in electionibus. ſup. de elect. ſtatuimus. ſi autem vult in termino comparere poteſt etiam, & habet beneficium cõſtitutionis, quæ eſt inf. de appel. cordi. & illius decre. oblatæ. quia ſi appellans terminum quem præfixit appellationi præueniat, vel aliàs malitioſè ſupplantaret, appellationis literæ non valebunt, ſi enim contradiceretur, ſequeretur quòd quis poſſet citare aduerſarium, quando vellet, & alia abſurda, arg. contra. inf. de appel. cùm ſit.

4 *Iuriſdictionẽ habet. alleg. Fran. Are. in l. fin. C. de arbit. & adde q etiam dicitur habere dignitatẽ, vt late per Feli. in c. meminimꝰ. tolli. 2. verſi. vlteriꝰ quæro. inf. de accu. adde tñ, q Abbatiſſa nõ dicitur hæbere prælaturã ordinariã ita Tho. de Aqui. in 4. ſen. diſtin. 25. arti. 2.*

Quidam tamen dicunt, quòd hoc iuramentum præſtitum fuit poſt appellationem ex probabili & verisimili cauſa emiſſa, & ideò poſt talem appellationem nec præſtandum, nec recipiendum fuerat iuramentum, & ſi poſt appellationem probabilem præſtetur, antequam per illud iuramentum aliquid fiat, debet reuocari iniqua adiectio iuramenti, vt in præalleg. decre. Hoc non placet quibuſdam per omnia, non enim credunt quòd propter eam appellationem emiſſam quis debeat dimittere vti iure ſuo, ſicut nec Papa propter prohibitionem. C. debi. ven. pig. im. non poſ. l. prima. C. de reſcin. ven. ſi maio. ff. pro emp. l. penul. Nec obloquitur decre. bonę memo. nam ideò ſibi reſtituitur, quia erat in poſſeſsione, & fructus redduntur, quia ratione poſſeſsionis debentur. Item hoc petierunt ibi, ſcilicet, ſe reduci in eum ſtatum quo erant tempore appellationis emiſſæ, & erant in poſſeſsione, & ideò in ea reducti fuerunt, ſed hi qui appellabant, ne præſtetur iuramentum, vel ne occaſione iuramenti præſtiti aliud exigatur, non ſunt in poſſeſsione horum, quia non ſoluere, & non exigi iuramentum poſsideri non poſſunt, nec ſunt talia, quæ poſſunt poſsideri, vel quaſi, vnde nõ poteſt reſtitui in huiuſmodi poſſeſsionem, ſed ſi aliàs appellat extra iudi-

cium,ad hoc valet appellatio, quia nouũ poſſeſſorem,puta eũ qui emit poſt appellationẽ facit malæfidei poſſeſſorem,quod ex eo apparet, quia ſi poſt probauit rem ſuam eſſe, reſtituet fructus medij temporis. C.de rei vendi. ſi fundum. non autem id dico in veteri poſſeſſore. argum. ff. pro emp.l.penul.comparant enim appellationem extra iudicium inhibitioni ſiue denunciationi, cùm fortè etiam poſſet dici, quod idem eſt, ſi appellet extra iudicium ſiue cauſa probabili,& veriſimili, ſcilicet, ne moleſtes eum, qui in poſſeſsione eſt. Sed hoc non placet, quia debet probare poſſeſsionem & poſſeſsio reſtituitur poſſeſſori cum fructibus.Et idem ſi appellat, vt emas fundum, quia ſuus eſt,quia oportet eum probare fundum ſuum,& poſt reſtituetur.

3 † Item ſi aliquis appellet extra iudicium,præſumitur cõtra eum,niſi proſequatur.inf.de dolo.cum dilecti.& poteſt dici, quòd vbi appellatur etiam extra iudiciũ implorabit reuocationem eorum,quæ facta ſunt poſt appellationem officio iudicis petendo reduci in ſtatum, quo erant tempore appellationis emiſſe,cùm aliàs ſi non appellaſſet oportet eum intentare interdictum recuperandæ poſſeſsionis.ar. prædi.decre.bonæ memo. & quæ ibi diximus, hîc repete vbi, ſcilicet,in interdicto neceſſe eſt probare ſe poſſediſſe,& ſpoliatum eſſe,ſed hîc,ſcilicet,vbi appellat,non habet neceſſe probare poſſeſsionem, vel ſpoliationem, ſed ſolummodò ſtatum in quo erat. † Vel dic,quòd quando ſic appellatur extra iudicium, appellans poteſt petere reduci in eum ſtatum in quo erat tempore appellationis emiſſę,& hanc petitionem rectè tenebant etiam contra nõ ſpoliantẽ,nec recipientem ſcienter à ſpoliatore, vt præalleg. decre. bo.me.contra quos non habet locum interdictum. inf. de reſt.ſpo.cùm ad ſedem. ſed conditio ex decreta.ſæpè.Alij tamen dicunt,nec cõtra talem.ſ.nõ ſpoliantem prędictam petitionem admittendam.Item ad aliud valet p̃dicta appellatio, quia quicquid poſt app. talem fit,dummodò probetur veritas cauſæ app.etiam à iudice puta ſentẽtia excõmunicationis, vel alia nulla eſt.inf.de ap. dilec.& c.ad audientiam.cùm aliàs ſentẽtia excommunicationis, & etiam aliæ tenerent,licet eſſent iniuſtè.

Eſt & alius magnus effectus huius appellationis,quia non obſtabit ei proſequẽti app.hæc exceptio excommunicationis. inf.de excep.cùm inter.ſi autẽ non appellaſſet,ſed tãtùm per ſimplicem quærimoniam iret ad ſuperiorem, obſtaret ſibi dicta exceptio, caueat igitur ſibi qui appellationem hanc vult proſequi,vt dicat peto reuocari quicquid factũ eſt poſt appellationem, aliàs enim ſi omiſſa cauſa app. ageret, obſtaret exceptio excommunicationis.& hãc appellationem etiã extra iudicium factã vltra annũ proſequi non poteſt.inf.de app.conſtitutus. & credo q̃ etiam poſſunt præfigere terminũ appellationis ſuæ.ar.de app.licet aduerſarius comparere non teneat, vt iam dictum eſt.Item ſi nõ proſequatur appellans ap.ſuam,punitur in expenſis.ſup.de reſcri.ex parte. S. inf.de ap.cùm ſit Romana.Item reuocant cauſam ad ſuperiorem,quod qualiter fiat, not.inf.de his quæ fi.à maio.parte capi.cũ in cunctis. Item nõ valent literæ ſuper eo, de quo appellatum eſt, niſi de eo faciant mentionem,vt præalleg.decre.ex parte.S. & quia ſic proceditur in hac appellatione extra iudiciũ facta,ſicut in ea,q̃ fit in iudicio,patet,q̃ æquè non obſtat exceptio excommunicationis, nec diſtinguo appellet quis à iudice ſuo,vel aduerſario.inf. de appel.bo.me.quamuis aliqui diſtinguant, & hîc adde q̃ not.inf.de appel.ad audientiam.Item appellatio extra iudicium non ſuſpendit effectum etiam eorum, quæ p̃cedunt appellationem,ſed eorum quæ ſequuntur tantùm.inf.de app. conſtitutus. vbi no.ſed illam quæ fit in iudicio ſuſpendit effectum etiam eorum,quę p̃cedunt app.ff.ad turpil.l.1.§. fi.

4 † Conſuetudinis)hîc vult dicere,quòd licet epiſcopus iurauerat ſeruare omnes conſuetudines,quas hactenus epiſcopi caſtellani exhibere conſueuerunt Patriarchę Gradenſ. tamen prętextu prædicti iuramenti conſuetudines non laudabiles, vel etiam laudabiles, ſed non præſcriptas ſeruare non tenetur, ſed per hoc probatur, quod dicitur hoc non tollitur, quin aliàs legitimè conſuetudines ſeruentur, ſed de laudabilibus & præſcriptis dicendum eſt, quod licet ſeruandæ ſint aliàs, non tamen propter tenorem huius iuramenti. † Ad alios) puta quia eſt ibi aliquod capitulum de ſeruanda conſuetudine,& erat conſuetudo de ſoluendis aliquibus iuribus annuatim, quòd non eſt licitum, à nouo prælato exigere,quamuis licitum ſit iurare pro obedięntia.ſup.de electio. ſignificaſti. iuramento enim ſolito, nihil addendũ eſt,quia ſi permitterentur aliquid

aliquid addere aliqui cupidi dignitatis aliquando inſolita & indebita adderent. Contra.inf. de cenſi. ſignificaſti. vbi aliquod nouum additur iuramento, ſcilicet,de nouo cenſu ſoluendo. Sol. hoc habet locum in iuramentis, quæ à iure vel conſuetudine generali addita ſunt, quale eſt hoc iuramentum, quòd præſtaret epiſcopus ordinatus ſuis prælatis.inf.de iureiur.ego.ſed illud iuramentum, de quo illa decre.loqtur,nullo iure inducitur, & ideò licitum eſt, cuiq; ſibi præuidere per quaſcunq; cautiones vult & poteſt,dummodò non ſint contrariæ iuri. Teneri) & benè, quia in præiudicium eccleſiæ præſtitum iuramentum non potuit eum ligare. inf. de iudi. c. 2. hoc autem ſolùm,quòd poſt appellationem præſtitum eſt vel ante valet quominus obſeruetur, dummodò ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poſsit. infr. de iureiuran.ſi verò.

CAPVT XIIII.

VM OLIM TAM. Et inf.Priuati) fortè, quia ſcienter elegerant indignum. ſup.de elect.ſcriptum. (Vacet)repete quæ diximus.ſup. eod.his quæ.

CAPVT XV.

1 *Qui ſunt in maioribus ordinibus præferuntur alijs in portionibus,& quando in maioribus ordinibus conſtituti non gaudeant beneficio huius decre. habes in nu. 2.*

STATVIMVS. (Ordine) de hoc nota.ſup.eod.c. 1.(In portione)huic decre.conſonare videtur.inf.de iure pat. poſtulaſti. hæc decre.loquitur ſecundum conſuetudinem vrbis, quæ talis eſt, q̃ ferè in omnibus eccleſijs ſunt minores clerici,qui benè recepti in clericos eccleſiarũ, & eius canonicatus in eis habent,& hi faciunt inferiora ſeruitia,ſcilicet,purgant eccleſias, accendũt lampades,pulſant cãpanas,& in his ſeruitijs exhibendis ſunt per tres vel quatuor annos, antequàm præcipiant beneficia, quæ hîc portiones appellantur, & licet ante conſtitutionem iſtã obtineret quòd qui prius recipiebatur primò portionem reciperet propter hanc conſuetudinem remouet & ſtatuit, quòd qui ſunt in maioribus ordinibus alijs præferuntur. † Sed his contradicere videtur,ſup.de reſcrip. capitulum. vbi dicitur,quòd non ſolùm primò receptus,debet alijs præferri,ſed etiam his,pro quibus primò ſcriptum eſt,ſed dic illud loq; vbi non eſt hæc conſuetudo vel præbendæ,niſi ſint diſtinctæ,nam vbi præbendæ ſunt diſtinctæ quam citò receptus eſt, habet ius in omnibus cõmunibus. ſupr.de conſti.cùm M.inf.de præben.dilectus. Itẽ ibi non dicit,quòd plures haberent ius, & vnus eſſet præferendus,imò vnus ſolus tãtùm,ſcilicet,ille pro quo ſcriptum fuerit ius habebat.

2 † Item no. a quòd priuilegiũ vnius conſtitutionis,non habẽt clerici in maioribus ordinibus conſtituti,ſi ante eos alij in minoribus ordinibus conſtituti ius habeant, per quos petere poſſent futuras præbẽdas vel portiones,puta quia recepti eſſent authoritate Papæ, & ita quòd deberent habere primas vacaturas prębendas,nam in iuſtum eſſet,quòd primò recepti, per receptionem ſecundorum ius ſuum amitterent,licet ſecùs ſit in alio caſu, vbi recepti in canonicos nihil iuris habẽt,nec in præbendis vacaturis,neq; in portionibus, cũ tales vacaturæ ſint prohibitæ:inf. de conceſ.præben. vel eccle. non va.c.1. & dicimus generaliter,quòd licet huiuſmodi electoribus de prædictis canonicis ſic receptis eligere,quos volũt,& per hanc cõſtitutionẽ tenentur prędferre in maioribus ordinibus conſtitutos,& etiam niſi cõſuetudo contrarium teneret,etiam ſi eligerẽt extraneũ,teneret electio,& haberet præbendam quamuis in pœnam eorum tenẽtur,ſibi interim intantum prouidere. inf. de præben.dilectus.

a Item no. Ade q̃ hoc dictũ ſequitur Inno.in c.quoniã.col.5.ſup. de conſt. et refert etiã Fel. in d.c.colũ.3. in prin.

† Sed quæres quid ſi recepti ſint authoritate Papæ ad præbẽ.cùm ſe facultas obtulerit,nam hîc videtur aliud dicendum, quòd quãdo recepti ſunt ad primas vacaturas,quia poſſet intelligi,quòd tunc tantùm offerret ſe facultas,quando nõ eſſent aliqui maiores,qui eſſent minoribus præferendi,ſed nos idem dicimus in vtroque caſu,quia cũ primis primò ſit ius quæſitũ, licet ſint minores, quàm ſecundo recepti facultas ſe offerret primo in prima vacatione,& ſecundo in ſecunda,& ſic de alijs. (Potiorem)id eſt,priorem. aliàs beneficia debent eſſe æqualia.vt not.ſup.de conſtit. cùm veniſſent.vel hîc attendit ſpecialem conſuetudinem.

CAPVT XVI.

1 *An epiſcopus excommunicet archiepiſcopum delinquentem in ſua dioceſi.*

2 *Epiſcopus ſuper omnes ſibi ſubditos diſpoſitionem habet.*

1 VM INFERIOR. †Hoc ſic dicimus eſſe, quòd epiſcopus archiepiſcopum ſuũ in ſua dioceſi delinquẽtem, non excommunicabit, nec contra eum excommunicationẽ, vel accuſationem ciuilem audiet, ſed coram domino Patriarcha, vel Papa conueniendus eſt. 21. diſt. ſi cõmittitur. & c. fi. 16. q. 1. ſupr. & eſt ad hoc ratio, quia eſt archiepiſcopus ita intra terram ſuę iuriſdictionis, ſcilicet, intra ſuam prouinciam ſicut epiſcopus, vt notat. ſup. de offi. or. paſtoralis. in prin. Itẽ melius debet iudicare archiepiſcopus ſuũ ſuffraganeũ, quàm ſuffraganeus ratione criminis Metropo. imò plus videtur, quòd etiam ſi epiſcopus haberet alium epiſcopatum, ex diſpenſatione extra prouinciam, quòd ſuum metropolitanum ratione criminis, vel contractus non poſſet condemnare propter prædictam rationẽ. argum. prædicti capituli.

Alij tamen hîc dicunt contra. arg. pro his. 16. q. 1. c. 1. inf. de priui. cùm capella. & quamuis poſſet dici & benè, quòd aliud eſt in epiſcopo, qui vniuerſaliter eſt ſubiectus archiepiſcopo, aliud eſt ſi ratiõe alicuius poſſeſſionis ſortiatur eius forum, ex delegatione autem ſuperioris poteſt benè eũ iudicare. Inferior) 21. di. inferior.

2 †Erexeris) ex quo enim legitimè epiſcopatus cõſtitutus eſt in aliquo loco, ipſe ibi ſuper omnes habet diſpoſitionem, & ſi ille archid. fuerit infra dioce. deſignatam ſibi enim ſuberit, niſi priuilegio defendatur. 11. q. 1. regenda. & c. ſequen. ſup. de offi. ordi. conquerente. ſed ſi nõ eſſet ibi epiſcopus, & excommunicaſſet eum propter delictum in ea commiſſum, teneret excõmunicatio. ar. 6. q. 3. placuit. C. vbi de crimi. agi. opor. Authent. qua in prouincia. quamuis alij dicant hanc. q. de maioribus ad epiſcopum referendam. ſup. de offi. ar. c. 1. & c. ad hoc. quia nec ſuper abbates iuriſdictionem habent ſup. de offi. archi. ca. vlti. ergò multòminus ſuprà epiſcopos intra eius archi. ſitos. ſed poſſet reſpõderi illi decre. quæ loquitur, quando non habet iuriſdictionem ordinariã ſuper mona. ſui archi. ſed ratione criminis benè habet, vbi ceſſat commune priuilegiũ. C. vbi de crimi. agi. opor. Authẽ. qua in prouincia. Vel dic, vt inf. de fo. cõpe. cùm contingat. Videris) hoc ad arbit. boni viri referendũ eſt. ff. pro ſocio. ſi ſocietatem.

a Singulariũ. Et ſic quando negotiũ tangit multos, vt ſingulos, ſinguli ſunt vocãdi. adde Iõo. met. in c. in noſtra. infra. de iniuriis. Archi. in c. quia epiſcopi. 5. q. 3. & Doc. in c. Nicena. 31. diſt. refert hic & ſequitur Felin. in c. cùm omnes. col. 8. verſic. In ea. gl. ſup. de cõſtitu. & vide etiam eundẽ Feli. in c. cũ M. Ferra. col. 14. in fin. ſup. de conſti.

CAPVT XVII.

1 *In negotijs vniuerſitatum, ſufficit requiri rectores, vel idone iorem partem.*
Negotium quando tangit multos vt ſingulos tunc ſinguli ſunt vocandi.
2 *Nedum epiſcopos ſed alios prælatos, et ſaltem capitulum in arduis prouinciæ negotijs requirendum. Et quid iuris ſi non omnes vocat.*
Abſentibus nihil poteſt præiudicari.
3 *Poteſtatis cuius intereſt quandoq; prohibere actorem, & reum litigare.*
4 *Nonnunquam ex trãſuerſo veniens retardat prouiſionem Papæ.*
Venientes ex tranſuerſo ſemper remittendi ſunt ad iudicẽ, qui cognoſcit inter alios.

HVMILIS DOCTRINA. (Prælatorum) omnium qui ordinariam iuriſdictionẽ habent. ſup. de offic. archi. cùm ab. melius videtur quod prælatos vocet epiſcopos, per id, quòd ſequitur & cathedralis capitulorum, quia ſi de minoribus prælatis intellexiſſet, benè ſub eis cathedrales comprehendiſſet.

Sed quæres quare non eædem perſonæ requiruntur de Bituricenſ. prouincia, quæ requiruntur de Burdeg? Reſpon. quia eorũ intererat, quum in viſitatione primatis teneretur ſoluere procurationes. infr. de reſcrip. cùm ex officio Bituricen. aũt propter compoſitionem tenentur ſoluere ꝓcurationes, ſed quare capitulũ Bituricenſ Reſpõdeo, quia ſi in magnis negotijs ſunt requirendi. inf. de his quæ fi. â præla. c. nouit. & c. quanto.

1 †Item oppones quare nõ omnes ſingulariter requiruntur quos res tangit. 66. diſt. c. 1. C. de autho. præſtan. l. fi. Reſpon. ſufficit in rebus & negotijs vniuerſitatum requiri doctores, vel idoneiorem partem. C. de iur. cal. l. 2. §. ſi autem. vel dignitas etiã. ff. de condi. & demon. municipibus. in rebus autem ſingulariũ *a* ſunt vocandi. ſup. de conſtit. cùm omnes. ff. de ſer. vrb. præ. ꝓfundum. Et hîc eſt etiam ratio, quare ſufficit vocari præſentes & non eſt neceſſe vocari abſentes, nam aliàs contra eos non licet procedi, niſi ſpecialiter vocarentur, ſcilicet, ſi contra eos ſingulariter, & non nomine vniuerſitatis ageretur.

2 †Requiraris.) Not. non ſolùm epiſcopos, ſed alios prælatos, & ſaltem capitulũ fore requirendos in arduis negotijs prouinciæ, quamuis canones antiqui dicunt tantùm de epiſcopis. 9. quæſt. 3. c. 1. & 2. per totum. inf. de præben. graue. vbi no. & no. ꝙ ſuper prouiſione, requirit eos dominus Papa, quãdo enim aliqs aliquid facit ex officio ſuo, etiã ſi in modum actionis officiũ intentetur, & maximè in cõpoſitione requiri debent omnes, quos res tangit. ff. de adop. nam ita. ff. de mino. in cauſæ. §. cauſa. Sed ſi non vocet, nõ minus tenet, quod factum eſt, ſed abſentibus non præiudicat. ff. de mino. etiã ſi. §. vlt. Alij tamen dicunt. ar. eiuſdem. l. quòd non tenet, quod factũ eſt, & poteſt dici nõ tenere ſententiã latã, niſi per electum ſolenniter euocentur. ff. quæ ſen. ſine ap. l. 1. §. item. cũ ex. ſed benè tenet etiam ſi non vocentur ſingulariter, ſed non præiudicat his, qui non audierũt edictum, vel aliàs nõ ſint in culpa. inf. qui ma. accu. non poſ. cũ in tua. vbi autẽ non imploratur officiũ iudicis, ſed actionẽ ꝓpriam habet cõtra reũ, non tenetur iudex alium vocare, niſi in libello fieret de alio mentio, & tali modo quòd ipſum abſentẽ vel ratione proprietatis, vel poſſeſſionis, vel alio modo conſtaret cauſam cõtradictionis habere: vt ſup. eo. inter. ſed reus poteſt nominare dominũ in iudicio C. vbi in rem. act. l. 2. vt lit. non conteſtat. quoniam frequenter.

3 †Item ipſe cuius intereſt, poteſt aliquãdo prohibere actorem, & reũ litigare, ſcilicet, quando primo loco ad eum pertinet defenſio. ff. de iud. ſæpè. ſed ſi nominetur in iudicio, nec ipſe ſe offerat iudex non tenetur vocare eum, cuius intereſt, quia in prædicto caſu, ſcilicet; quando ſciuit & potuit prouidere, præiudicatur ei propter culpam ſuam, vel negligentiam ſuam, vt in prædictis. ll. & infrà, de iudic. quanto. vbi notat. ſi autem neſciuit, ſibi non præiudicatur, ſed ille qſe obtulit lite, cùm non deberet, vel cùm nõ poſſideret, tenetur ad æſtimationẽ. ff. de rei ven. ſi is qui. §. ſi autem. & duabus. ll. præce. † Noluerint) aſſignata iuſta cauſa, aliàs nõ differtur, quòd à maiori, vel ſaniori parte fit. inf. de his qſi. à ma. par. ca. cùm in cũctis. Vel dic, quòd iſti prælati non conueniebant, nec conſentiebant, vt capitulum vel vniuerſitas, licet quo ad aliqua negotia vniuerſitatis ſint, ſi enim vt vniuerſitas conſentirent ſimul conuenirent, & ſimul tractatum haberẽt, & inde eſt. ſ. quòd hũc conſenſum non præſtant, vt vniuerſitas ꝙ cuiuſlibet conditio admittenda eſt etiam ſine cauſa, ſed poſtea corã Papa exprimẽt & probabunt, ideò etiam ſingulariter ſingulorum requiritur conſenſus, quia negotium non neceſſitatis, ſed volũtatis *a* tantùm eſt.

4 †Superſedentes) no. ex tranſuerſo veniẽtem retardare prouiſionem Papæ, ſicut retardat ad executionẽ ſententiæ. infr. de ſen. & re iudi. cùm ſuper controuer. & eſt hoc, quia ius ſuũ ꝓſequitur, vel aliã iuſtam cauſam proponebat. Et not. quòd hi venientes ex tranſuerſo ſemper remittendi ſunt ad iudicem, qui cognoſcit inter alios. ff. de libe. cau. ſi pariter.

Et hoc intelligo verum, quando lis cœpta pro parte tangebat de nouo veniẽtes, & interim priorum cognitio differtur, ſecùs autem dicendũ eſt, ſi erat alius archiepiſcopus, qui eadem iura primatibus peteret, quia tunc non eſſet remittendus ad eundẽ (Ius). i. quòd ipſi non cogũntur præſtare huiuſmodi procurationes, de quibus præſtandis in compoſitione dicebãtur etiam alia quæ in ipſa compoſitione continebantur. In expenſis) ex quo enim archiepiſcopi conuenerant cõtradictores præſumentur temerè cõtradicere, & ideò cõdemnantur in expenſis. ar. ff. de iudi. eum qui. ſecùs ſi probabiliter contradicerent. ff. de lega. 2. qui ſolidum. §. etiam.

a Sed voluntatis eſt. Fel. alle. et refert in c. cũ omnes. co. 2. ver. ſalliit ſecundò. ſup. de conſti. ad hoc quãdo maior pars poſſit contrauenire, vel ſtatuere contra id ꝙ omnes ordinaſſẽt in quo Bal. et Ro. fuerunt contrarij, vt ibi videri poteſt.

TITVLVS XXXIIII.

DE TREVGA ET PACE.

CAPVT I.

1 *Treuga canonica conuentionalis ſemper eſt ſeruanda.*

1 TREVGAS. † Hæc treuga canonica cõuentionalis ſemper ſeruanda eſt. 24. q. 1. noli. ff. de pac. conuen. & intelligo hoc de iuſto bello, quòd licet omni tempore, licitè poſsit fieri, non tamẽ his temporibus eſt ceſſandum, niſi vrgeat neceſsitas. 23. q. vlti. ſi nulla. vel loquitur de bello iniuſto, à quo licet ſit ſemper abſtinendum, quia tamen de facto non ſemper prohibetur, tamẽ his diebus fortius inſtabunt prælati pro treugis, nec peccant hodie prælati, qui non ſeruant iſtam conſtitutionem, quia non fuit moribus vtentium approbata. 4. diſtinct. §. leges. poteſt etiam dici hîc loqui quando eſt dubium, an ſit iuſtum, vel iniuſtum bellum. 23. q. 4. illi qui. (Confirmet) id eſt, publicè denũciet. ſup. de offic. leg. ſtuduiſti. vbi de hoc no. (Triplex) primus eſt proprij epiſcopi excommunicatio. Secundus epiſcoporum vicinorum confirmatio. Tertius auxilij eorundem adiectio (rumpitur) C. de ſuc. Authen. itaque. ff. de lib. leg. l. 3. in fi. (Præbeant) 90. diſt. c. pen. & vlti.

CAPVT

CAPVT II.

INNOVAMVS. (Vt presbyteri.) 24. quæstio. 3. si quis Romipetas. (Existentes) in agricultura enim tãtùm existentes gaudent priuilegio. C. quibus non ob. lon. temp. præ. l. vlt. aniș malia autem semper. argumen. C. quæ res pigno. l. pignorum.

TITVLVS XXXV.

DE PACTIS.

CAPVT I.

ANTIGONVS. (Episcopus) conuentus coram ecclesiastico iudice ille qui pactum si seruat. (Cohibuerit) id est, nisi pacta seruet, excommunicabitur. (Pacta) legitima. 20. q. 1. puellæ. 18. q. 2. Eleutherius. ff. de pact. iurisgentium. ait prætor.

CAPVT II.

QVOTIES IN CONVENTIONIBVS. (Ecclesijs) & loquitur de ecclesijs exemptis, vel etiam alijs si qui ordinarij denegant præbere assensum (Solidare) id est, confirmare. & intellige hoc de confirmatione, quæ fit cum causæ cognitione. inf. de confir. vti. c. 1. & 2. aliàs nec dubitatiuè auferet, nec ius tribuet. inf. de confir. vti. cum dilecta. & not. sup. de offi. lega. studuisti.

CAPVT III.

QVALITER IN SARDINIA. Et inf.

CAPVT IIII.

VM PRIDEM. (Pro causa) isti enim fratres agebant contra monasterium, & petebant restitutionem cuiusdã ecclesiæ, quia semper se per ipsos monachos spoliatos dicebant (Eos) monachos (Liti) hoc non fuit licitum, scilicet, renunciare iura quæ habebant in ecclesia pro pecunia. (Prauam) inf. de trãsac. statuimus. cõtra. Sol. hîc erat suspicio turpis peccati, ibi non, quòd semper præsumitur, nisi per aliam præsumptionem tollatur. (Prauam) inf. de præben. nisi contra. Sol. ibi dicitur licitum iussione iud. sine vllo pacto aliquid dare. hîc autem illicitum ex pacto, caueant tamen, quia nec hoc ipsum in intentione gerere debet. inf. de simo. tua nos. (Fratre) C. de procu. mandato. C. de transac. in transactioni. (Renuncians) purè & sine pacto. Resignauit) & sic ius resignasse videtur, q in illis instrumentis habebat. ff. de pact. l. Labeo. & not. sup. de renun. veniens. sed quomodo prodest hæc resignatio, nisi personis inter quas perfecta est. ff. de pac. si vnus. §. pacta. Respõ. q. publica persona est Papa. ff. rem pu. fal. fo. l. 2. in fi. & l. nõ quasi, & quia singulariter & vniuersaliter super omnes ecclesias habet plenitudinem potestatis. 2. q. 6. decreto multòfortius quã alij prælati singulis ecclesijs acquirere poterit. ar. C. de transact. præsens. & ff. quòd cuiusq; vni. l. fi. Vel cùm negotium hoc fit in ratihabitione monasterij de ac. ratam habendo receptionem instrumentorum sibi prodest. ff. de nego. gest. si pu. §. sed si ego. & §. item quare. dummodò nomine monasterij sit gestum, aliàs non prodesset. ff. de præto. sti. si seruus.

Et hæc vera sunt nisi renunciauerit literis, sed renunciatio litis potest fieri etiã parte absente. C. de pac. postquam. & fit hoc in odium litis, sic & hîc. (Restitui) sup. de elect. cùm inter R. contra. Sol. ibi restituit rigore iuris inspecto, nõ videtur, quòd debet restitui ad interdictum, cùm ei renũciauerit. ff. de pac. si vnus. §. pac. & ideò dicimus loqui de gratia, vnde si aliàs esset institutus non remoueretur. 8. q. 1. præsentium.

CAPVT V.

ACCEPIMVS. (Nominatim) C. de pac. l. vlt. sup. de fi. presbyterorum ad extirpandum conquestum. (Et inanes) ipso iure.

CAPVT VI.

VM CLERICI. (Ex ipsis ecclesijs) ecclesiæ sunt obligatæ, pro pensionibus. ff. de iudi. fideicom. §. fi. ff. de vsu. hactenus contra. ff. de contrahen. em. l. fi. §. fi. sed ibi interuenit tantùm personalis obligatio, & nõ fuerũt res obligatæ (Detestabile) inf. de cens. prohibemus. inf. de præben. auaritiæ. imò sacramentum super hoc præstitum, non tenet. inf. de censi. grauis.

CAPVT VII.

CLERIQVE. (Sicut accepimus reprobamus) hoc nõ est seruandũ decernimus, qa cõtra canones. 16. q 1. si qs laic. & c. decimas. & c. qsti. & ideò si pœna

si pœna pacto adiungatur, nec pactum tenet nec iusiurandum super hoc præstitũ. ff. de pac. l. iurisgẽ. §. vlt. & l. seq. ff. de verbor. obl. si stipuletur. & l. si stipu. hoc modo. Si verò pactum est præter legẽ, pactum non valet & pœna valet. ff. de verb. obli. stipulatio ista. §. alteri. si verò pactum est secundum leges & pactũ tenet & pœna, ita tamen quòd alterum tantùm petat quod velit. ff. de pac. rescriptum. §. si pacto. & C. de pac. si pacto.

CAPVT VIII.

PACTIONES FACTAE. (Spiritualibus) siue beneficijs, de quibus no. sup. de ele. significasti. siue quibuscunq; alijs, nisi fortè spirituale veniret in pactum permutationis. inf. de rerum permu. ad quæstiones (omnis.) 1. q. 2. quàm pio. (De alijs) cõuentionibus. (Vergunt) inf. de iureiurand. si verò. (Turpe) id est, turpe factũ, scilicet, dolo vel simoniace (Turpe (ff. de pac. iur. §. dolo. ff. de inuti, stipu. dolo. (Vel rei turpis) scilicet, de faciendo homicidio, vel consimili. (Iure) ff. de pac. iure. §. prætor. quòd consanguineam duceret in vxorem (De facto) ff. de reiur. impossibilium. vt quòd cœlum pedibus corporeis ascendet.

TITVLVS XXXVI.

DE TRANSACTIONIBVS.

CAPVT I.

1 *Specialis transactio non obest alijs speciebus.*
2 *Vbi petitio & transactio est generalis obstat exceptio in omnibus. Et quid iuris vbi est generalis petitio, & specialis transactio.*
Transactio facit cessare auxilia, contra eum cum quo interuenit transactio.
Statuta laicorum super ecclesijs valentq; si Papa illud in suis literis approbat.

1 SICVT GRAVE. Et inf. (De transact.) & †trãsactio specialis non obest alijs speciebus. C. de transac. age. transactio generalis restringitur ad ea, de quibus tractatum est. ff. e. qui cõtu. §. 1. generalis transactio non rescinditur prætextu nouæ probationis. C. eo. sub prætextu specialis transactio in vno capitulo nõ impedit agi in alio. C. eo. l. pe. generalis trãsactio tenet de rigore iuris in omnibus. c. & parit excep. sed replicatione doli rescinditur. ff. de admi. tu. lucius. §. tutor. indefinita vel specialis in alijs non obest, nisi in his, de quibus actum est. C. de iud.

2 Sed melius dicitur † vbi generalis est petitio, & generalis transactio obstat exceptio in omnibus. C. de pac. sub prætextu. ff. e. non est. nisi reus fraudulenter occultauerit speciem, in qua deceptus est actor. ff. de pac. tres. vbi generalis est petitio & specialis transactio obstat exceptio, in ea specie tantùm, idem est si specialis est petitio, vel generalis quantum ad verba trãsactiõis. C. e. si decret. & l. age. ff. e. cũ aqui. & l. qui cum tu. §. vlt. C. ad vel. l. iubemus. si autem vtrunq; speciale multò magis idẽ ff. de pac. si vnus. §. pacta. Decisionem) in his omnibus si superuenerit trãsactio, cessant hîc auxilia contra eum cum quo interuenit transactio, & super eo, de quo transactum est, nisi dolo fecisset transactionem. ff. de pact. tres fratres. contra alios enim non sunt irrita instrumenta.

Et intelligo hæc vera vbi vtraque perfecta est compositio, aliàs vtetur instrumentis, quia fidem non ser. etc. (de pact.) cùm proponas. Item hoc habet locum vbi non prohibetur transactio. (Decisionem) id est, transactionem. (Præscriptione) id est, quia præscripsisset. inf. de præscrip. per totum. (De lege) falcidia, quæ instituto, vel hæredi siue ecclesiæ, siue alij tribuit falcidiam in bonis testatoris. ff. ad l. fal. l. 1. in principio & in multis legibus idem. l. quæ est. C. de dona. si quis. & in multis alijs. (Priuilegio) quia erat vxor, q̃ habebat priuilegium in bonis mariti. C. qui po. in pign. ha. assiduis. vel fiscus in cęteros creditores, & ecclesia habet priuilegium, quòd tantùm certis modis admittitur ecclesiasticæ rei alienatio. 10. q. 2. hoc ius. Cui transactioni) firmitatis, quo ad solennitatem. C. de testa. omnium. Imò & quo ad substantiam, nam & si ex certa scientia Papa aliquid approbet necdũ quòd confirmet, sed solummodò suo priuilegio inserat, quòd de iure non valet, firmum erit sicut statutum laicorum a super ecclesijs valet, & pro confirmato habetur, si Papa illud in suis literis approbet. ar. ff. de pig. fideiussor. §. vltim. (authoritate) quæ imposita fuit cum causæ cognitione. infr. de confirm. vti. c. 1. & 2. alij contra. infr. de conces. præbend. & eccle. non va. est electionem.

a *Statutũ laicorum. Adde q Bal. in l. oẽs populi. col. 7. ff. de iust. & iur. alle. Iñno. hic quẽ etiã refert. Felix in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 2. in princ. sup. de consti. & per Alex. plenè. in cõsi. 59. co. 3. in fin. in 1. volu. Et vide ad propoſi tum quæ ponit Franc. de Are. in suo cõ si. 15. col. 6. in prin. vbi alle gando Spec. in ti. de instr. edict. §. nunc videndũ. ver sic. itẽ opponitur dicit q si in confirmatione apponitur tenor rei cõfirmãdæ q confirmatio tunc dicitur facta ex certa scientia.*

CAPVT II.

1 *An sit licita transactio & permutatio in spiritualibus, & vide in numero 2.*
In transactione & compositione necessarius est

est consensus omnium illorum, quos res tangit.

Successoribus an & quando possit præiudicare.

Translatio dolo facta an valeat, & an noceat successoribus Episcopi vel Abbates, an & quando possint alienare res immobiles vel reditus.

STATVIMVS. (Archiepiscopi) sine consensu autem eorum non est licitum inferioribus clericis alienare res immobiles, vel reditus annuos. in Authen. de aliena. & emphy. in prin. 17. q. 4. in venditionibus.

1 † Compositio) quidam dicunt, quòd in spiritualibus potest interuenire compositio, sed transactio nũquàm. inf. e. super eo. Nos dicimus licitam esse transactionem, & permutationem in spiritualibus, dummodò ex vtraq; parte tãtùm spirituale, & nihil temporale interueniat, vt hîc. & inf. e. decætero. infr. de decimis ex multiplici. & c. suggestum. inf. de re permut. ad quæstiones. Et hoc idẽ dicimus in beneficijs, si petantur iure proprietatis, puta quia vna ecclesia petat ab alia præbendam, quam dicit ad suam collationem pertinere, sed si aliquis clericus petat beneficium, non est licita transactio, etiã si vtrinq; detur spirituale. inf. eo. constitutus. nisi secundum modum qui ponitur. inf. de præbẽ. nisi essent. Compositio autẽ interuenire potest. inf. eo. sup eo. talis, scilicet, quòd ille clericus, qui ius non habet, vel habere creditur penitus renunciet iuri suo, sine aliqua datione, vel quòd alius ius habẽs recipiatur in canonicum sine datione. inf. eo. super eo. siue autem interueniat compositio, siue ꝓuisio in casu cõcesso, per quam clericus actor aliquid debeat habere in ecclesia, scilicet, reditum vel censum, non trãsscendit personam paciscentis. inf. eo. sup. & inf. veniens. & c. decætero. inf. e. de præben. nisi essent. sin autem ex pactione ius aliquid tribuerent illi, qui petit beneficiũ in ecclesia, hoc non possunt etiam tempore vitæ suæ, id est, illorum qui eum recipiant in canonicum, vel aliud ius vel officium, quia ex pactione non possunt tribuere ius, cuius collationem non habent, nam in transactione voluntaria sicut in compositione necessarius est consensus omnium illorum, quos res tangit. sup. de maiori. & obedi. ca. fin.

Prædicta autem sunt vera, nisi fortè illi qui receperunt aliquem in canonicũ ex compositione, haberent ius eligendi, nam tunc benè possunt successoribus præiudicare, in censu autem vel reditu assignato cuilibet clerico, vel etiã in quacunq; alia cõpositione, vel trãsactiõe inter ecclesias initas extra iudiciũ, maximè, ad hoc vt ꝑiudicetur successoribus, oportet supioris authoritatẽ interuenire, vt hîc. & supr. de offi. vic. ad hoc. inf. eo. veniens. & c. super. eo. 12. q. 2. abbatibus. 17. q. vlt. in venditoribus. Itẽ ad hoc, vt sine peccato teneat, oportet q, credat se iustam causam habere, aliàs sine peccato nõ tenebit. inf. de inst. c. 4. 1. q. 1. si quis. neq; imò secũdũ l. quantũ ad dolosum actorẽ non tenet talis transactio. ff. de cond. inde. in sum. in prin. sed si ex parte rei interueniat calumnia, tenet transactio, sed datur actio de dolo, si dolo induxit actorem ad transigendum. C. de transac. l. sub prætextu. promissio autem de beneficio, cùm se facultas obtulerit licita est. inf. de concess. præben. accedens.

2 † Cõpositio) distributiuè lege, vt q subsunt episcopis eorũ consensu vendant, vel componant, & qui subsunt archiepiscopis vendant eorum cõsensu, & est aliqua causæ cognitio, & decretum necessariũ in alienatione hac. 12. q. 2. abbatibus. & c. si qua. & c. se. abbates etiam cum consensu prælatorum suorũ alienare debent. 17. q. 4. in venditionibus. episcopi autẽ si nolunt alienare, debẽt habere cõsensum sui capituli si habent capitulũ, & si non habẽt sui presbyteri. 12. q. 2. placuit. & olim etiam necessaria erat authoritas concilij prouincialis vel triũ episcoporũ, q deputabãtur episcopo ab archiepiscopo. 10. q. 2. casellas. sed si potest cõmittere multo fortius officio eius potest, & sufficit eius authoritas. arch. vel abbatũ, vel aliorũ minorũ iudicũ authoritas nõ sufficit in alienatione ecclesiarũ suę iurisdi. cũ capitula prędicta, scilicet, abbatibus & sequẽtibus, hoc enim episcopis concedere videantur: De abbatibus autem qui habent ecclesias ad se pertinentes, pleno iure ab aliquibus dicitur, quòd possunt in eis præstare authoritatem archiepiscopi authoritate patriarcharum, vel Papæ hoc faciet.

CAPVT III.

CONTINGIT. (Et interdum habuerit) aliàs nõ valet trãsactio iur. inf. de re. eccle. nulli. ecùs in iudicio. ff. quòd cuiusque vniuersi. l. vltim. & no. sup. de rescri. edoceri. Habuerit) nota. quòd licet Abbas, siue prior, siue capitulum possit agere de rebus communiter pertinentibus ad eum, & ad capitulum, sine eo non potest transigere (aliquod) maximè, nam idem esset si seruatum non esset, vel si. 4. an. stetit, quòd non petijt restitutionem in integrum vlterius competere non poterit, sed ante legem competere benè poterat, si læsa esset ecclesia etiam si concessisset.

CAPVT IIII.

1 *Authoritas principis siue legis, ex nudo pacto dat actionem.*

VENIENS AD APO. (Excolunt) per colonos (necessaria) 1. q. 1. §. si ergò (sacramenta) prædiales enim decimæ non ratione sacramentorum, sed territorij dantur. 16. q. 1. decimas. & c. si quis laicus. & ideò superficialis causa videtur ista, sed sufficiens causa erat, quia prædia erant in eius parochia sita. Sacerdotem) quia sine authoritate episcopi transigendi, extra iudicium potestatem non habet vltra tempus vitæ suæ, vel alicuius tribuere in ecclesia, sicut nec alienandi. 17. q. 4. in venditionibus. infr. de censi. significauit. inf. eodem, de cætero. & repete quæ diximus, inf. eod. de cætero. (tertiam) tantùm. q. diceret de alijs suis terris nihil soluant. Confirmatum) cum causæ cognitione, & non in communi forma, quæ nihil iuris addit & prorogatiuam de temporali in perpetuam. hæc certa sentẽtia, scilicet, quia† authoritas principis siue legis, ex nudo pacto dat actionem. ff. de pac. legitimum, & quæ confirmatur datur. ff. de ver. sign. obuenire. etiam princeps duas res deducit in vnam naturam. C. communia de le. l. 3. §. 1. de conse. dist. 2. reuera. C. de rei vxo. ac l. 1. in princip. c. (confirmatum) 16. q. 1. c. vltim. † Ipsos) nam monachi de parte sua, & agricolæ de sua soluere decimas debent, & vbicunq; inueniantur decimæ corporales, vendicari possunt, inf. de deci. pasto. sed si abbas consueuit percipere decimas corporales, & aliquis non decimas corporales, sed ius percipiendi petat, cùm hoc sit tantùm apud abbatem, abbas tantùm conueniatur. de hoc not. sup. de maiori. & obe. inter.

1 1

☞

CAPVT V.

1 *Non solùm à malo, sed etiam à specie mali est abstinendum.*

CONSTITVTVS. (In præsentia) in fi. C. de le. nõ dubium. ff. de pac. iur. §. sed si qs. Audiaris) quomodo cùm hi sunt simoniaci, post modum audiuntur super iure, quod habent in ecclesia cùm ꝓpter simo. & si aliàs ius haberent repellendi essent. infrà, de simó. insinuatum. Respon. quòd non dicitur hîc, quod transactiones tales contineant simo. & speciem simo. suprà, titu. proxi. cùm pridem. Sed dices, quare ergò prohibentur? Respondeo, quia † non solùm à malo, sed à specie mali cessandum est. 11. q. 1. alium. infr. de vita & ho. cle. cùm ab omni. item not. quòd non solùm transact. sed etiam iuramentum super hoc præstitum reuocatur.

1 1

CAPVT VI.

1 *Debet index coram quo clericus petit beneficium vacans, se ex electione ius habere, vocare ad quos pertinet electio, vel præsentatio, vt de iure contendant, si volunt.*

Electio an & quando possit fieri sine electoribus & præsentatoribus.

2 *In petitione confirmationis semper electores, vel præsentatores requirendi sunt.*

3 *Quando liceat clerico pacisci super beneficio.*

4 *Non valet transactio, nisi fiat in ecclesiæ vtilitatem.*

5 *An liceat constituere censum perpetuum ecclesiæ.*

DE CAETERO NOVERIS. (Ordinarium) ordinarius enim si concessisset ecclesiam censualem constituisset, vt not. suprà, c. 2.

1 † Aduersario) not. quod si clericus beneficium vacans petit, dicens, se ius habere ex electione, & ideò petit suam electionem, vel prouisionem confirmari, iudex coram quo hoc petit, debet vocare illos, ad quos pertinet electio vel præsentatio, vt de iure contendant si volunt, episcopus autem qui instituit non est vocandus, quia non contendit, quod ex suo facto agendi clerico posset ius quæri. Nec obest si dicis quod necessaria est confirmatio episcopi, vel etiam institutio, quia hoc non est propter ius, quòd habeat in electione, sed quia iurisdictionem habet episcopus, ex qua dependet confirmatio & institutio, & iudex non debet vocari, vt defendat ea quæ ratione iurisdictionis facit. 2. q. 6. hoc etiam. Confitemur

fitemur tamen, quòd tam episcopus quàm etiam clerici eiusdem ecclesiæ possunt se opponere ei propter vitium personæ.infr.de accusa.accedens. Item episcopo saluum est ius, vt in institutione, vel confirmatione, vel ordinatione, vel etiam ex officio suo ratione suæ iurisdictionis inquirat contra eum, si verò petat præbendam quam alius tenet, tunc ille debet vocari ad respondendum, qui detinet, quia confessoria est, quam intentet quæ est in rem, & non datur, nisi contra possidentem, vel detinentem. ff. si vsusfruct.pe.l.3.& l. vltim. quia locum habet officium iudicis.

☞ †Sed in primo casu, scilicet, quando vacans beneficium petit, & constat, quod electus est, non credimus electores vocandos, vel præsentatores, quia ante confirmationem hoc facere debuit iudex, qui electionem examinauit, sed post confirmationem non debuit impediri effectus confirmationis per aliquem, quin habeat possessionem. infr. de appel. constitutus. Hoc non placet, quando nullis vocatis fit electio, & confirmatio: vt not. sup. de electioni. cum dilect. infr. de causa poss. cùm olim. Sed hoc est verum, quando fit confirmatio vocatis, qui sunt vocandi, sed si de præbenda esset contentio, quia capitulum vellet vnam præbendam assignare, & confirmatus peteret aliam: tunc contra capitulum quod præbendas vacantes possidet est agendum. inf. de testa. c. relatum. 3. quia in hoc casu habet locum officium iudicis, sed & in hoc casu ipsi electores, vel præsentatores possunt opponere contra confirmatum, ne adipiscatur possessionem, si per obreptionem eam obtinuisset, infr. de dolo. cùm olim. Sed & postquam adepti fuerint pacificam poss. patroni, vel electores possunt cõtra eos implorare officiũ iudicis, vt inde remoueantur, quia ab eis electi, vel præsentati non sunt, inf. de iure patro. cũ dile. & c. ex insinuatione. inf. de sen. & re iudi. cùm Bertholdus.

2 †Quando autem confirmatio petitur, semper electores, vel præsentatores requirendi sunt, & si non requirantur, potest dici nulla confirmatio, sicut restitutio in integrum. ff. de mino. etiam. §. fin. Alij tamen dicunt, quòd tenet confirmatio, sed potest cassari, quia alijs absentibus facta est, etiam si aliàs canonica sit hodie contra, quia omnes se volunt opponere, & sine citatione debent comparere. suprà, de elect. statuimus. & not. quòd licet semper quando officium iudicis petitur, tutius sit petere suam electionem confirmari, tamen si hoc non petitur, sed tantùm officium iudicis imploratur, vt sua electio pronuncietur canonica, valet talis petitio, & tunc confirmatio reseruabitur isti, ad quem de iure communi pertinet. suprà de offi. delegat. super eodem. suprà de electione. c. cùm in veteri. imò quod plus est, peti potest quod publicetur electio. suprà, de ele. publicato. & breuiter sic procedetur hîc, sicut procedetur, quando quis petit se pronunciari legitimum, de quo not. infrà, qui fil. sint legi. causam quæ inter. & potest hoc modo agere, quando non est eius electio confirmata, nam tunc non potest agere confessoria vel negatoria contra contradictores suos, vel turbatores siue de iure, siue de facto, cùm adhuc non habet ius in re. suprà, de electio. qualiter. C. de pactis. traditionibus. C. de rei vendicatiõe. seruum emptor. Sed contrà infrà, de exceptio. dilect. Solu. ibi. sin autem esset electio confirmata, tunc habet locum negatoria & confessoria, quia iam plenum ius habet, suprà, de electio. transmissam. & sic etiam est in seruitutibus legatis, vbi statim ius habet. ff. quemadmodum, seru. amit. si partem. §. si per fundum.

3 †Composuerit) secundum formam, quæ est infr. de præben. nisi essẽt, aliàs clerico non licet pacisci super beneficio. Vel loquitur, quando petebat clericus ius in ecclesia non nomine suo, sed nomine alterius ecclesiæ. Posset tamen dici, quòd etiam super hoc beneficio, quod sibi petit clericus, potest inde interuenire compositio talis, scilicet, si petebas certum beneficium bona fide, & tu illud retines, & detur tibi aliud. argu. suprà, eodem titu. c. statuimus. infrà, de rerum permut. ad quæstiones. Vel quod aliquem reditum recipias, & erit ille reditus ius spirituale. Sed non placet, quia in acquisitione beneficij debet cessare omnis pactio. infrà, de rerum permutat. quæsitum. melius autem dicitur, quod loquitur simpliciter, quando petebat in aliqua ecclesia canonicari, quia tunc potest interuenire compositio consentientibus illis, ad quos pertinet electio: vt not. suprà in eod. c.

Ius

4 †Ius aliquid) puta, quia clericum recepit in canonicum, vel quia tota ecclesia ad actorem translata est pars eius, & est hoc verum si vtilitas ecclesiæ agatur ex ipsa transactione, aliàs enim non tenet sine consensu episcopi, supr. eod. veniens. Alij tamen dicunt, quod sicut in iudicio potest facere præiudicium ecclesiæ suæ, ita & per transactio. quod fit in iudicio timore deterioris sententiæ. Non obstat decre. sup. eod. veniens. quia illa compositio fuit facta extra iudicium. Vel dic, quòd tunc tantùm possunt super hoc componere, quando ex suo consensu possunt ius tribuere, scilicet, quia ad eos pertinet electio (contraria) supr. tit. proxi. cum cle. sup. de offi. dele. si quando. infrà, de collu. dete. audiuimus.

5 †Sed census) & hæc est ratio, quia si constituatur census ecclesiæ perpetuæ soluendus, hoc non possunt sine authoritate episcopi, item si clerico soluendus census est, nec hoc licet ex pacto, quia debet cessare omnis pact. supr. titu. proxi. c. vlti. Nec obstat, infrà, de præbend. nisi essẽt, vbi prioratus datur toto tempore vitæ vnius personæ, sed illud de gratia est tolerandum, & quia licitum est cuilibet ecclesiæ sine authoritate superioris clericis pauperibus & benignis, de vita ipsorum clericorum prouidere. 16. q. 1. possessiones clerici (præst) qui petebat beneficium obtinuit per compositionem. Solutus) hoc vult dicere, quod si iste clericus, qui beneficium vel ecclesiam petebat ex causa compositionis, promisit dare aliquem censum ei, cum quo litigabat, non teneretur successor, & si opponas quod esset simo. respon. potest aliquando esse sine simo. infr. de præben. c. nisi. Item non approbatur hîc iste contractus, si census negatur soluendus ei, qui contendebat cum hoc clerico, qui per compositionem obtinuit beneficium (eius) clerici qui obtinuit per compositionem: sed alij debent soluere censum.

CAPVT VII.

1 *In iudicio non potest esse testis, qui fuit aduocatus.*
Inscriptus in instrumento an possit esse testis in eodem contractu & causa.

2 *Non valent literæ impetratæ à non clerico super beneficio.*
Literæ impetratæ super beneficio non vacante, an valeant.
Nemo in alicuius viuentis locum, quem iustè possidet, intrare debet.

LEX LITERIS. (Authoritate) id est, ad procurationem, (patrocinabatur) ff. de inoffic. est. l. vlt. contra. C. de rei vend. tua. ff. de rei ven. inter officium. C. de præscript. 10. vel 20. an. nec

1 petẽti. †Inscriptus) instrumento de transact. nam in iudicio non posset esse testis, qui fuit aduocatus. 2. q. 6. c. statuendum. rationem quære. C. de hære. quantum ego. non facio vim, vtrum iste aduocatus fuerit testis in instrumento, an in causa, nam firmiter dicit, quòd si aliquis fuit testis in aliquo contractu, & scriptus in instrumento alicuius contractus, & postea agit ex eo contractu, vel aliquo modo, vbi necessarium sit ipsum instrumentum, & ille qui est scriptus testis in instrumento fit aduocatus in causa ista, nihilominus per illud instrumentum probatur contractus, dummodò instrumentum falsum non probetur, sin autem instrumentum suspectum esset ad dandum fidem instrumento, non sufficit, vel non valebit dictum eius, nisi cum quæstionibus. Item dicimus quod iste inscriptus testis in causa, vel etiam non inscriptus testis in causa, in qua est aduocatus, nunquam poterit esse testis, infrà, de testi. Romana nec ista decr. Romana. dicet, quòd hic aduocatus fuerit productus in testem, sed narrat factum, qualiter testis in instrumẽto transactionis inscriptus erat, & not. quod sola subscriptio non auferret ei ius suum, si quod habebat in re, vbi aduocabat. ff. de

1 pig. ac. casus contra. ff. de pig. fideiussor. sed in hoc præiudicabatur, quia non potest eam causam vbi aduocabat dicere iniustam, vel se nescire, & imò non valent literæ super ipsa ecclesia impetratæ ab ipso, qui sciuit, & authoritatem præstitit (nondum) quasi non idem si post suprà, de rescrip. cum adeò. arg. 1. q. 1. principatus. ff. ad mace. si tamen. ff. de ori. iur.

2 l. 1. ff. de re. iur. quod ab initio. †Tonsuratus) not. non valere literas super beneficio à non clerico impetratas. Duximus) iste Guil. impetrauit literas super quadam ecclesia tanquam vacante, obiectum fuit, quod alius possidebat illam ecclesiam dictus G. respondeo, tenere ecclesiam per simo. & nullo iusto titulo eam habere, & imò pro habente reputandus erat. possessor autem triplicauit ipsum G. transactioni, per quam dicebat commissa simo. authoritatem præstitisse, quia & ipse confitebatur, vnde do-

a *Aliàs nõ tenet. Adde Bal. in l. præsens. C. de translat. & Petrum de Anc. in consi. 309. incip. videtur prima facie dicendum in prin. Facit, quia transactio dicitur alienatio, vt per Alex. in cõsi. 139. col. 2. versi. nec etiam in 1. vol.*

minus Papa non audit eum ſuper ipſa eccleſia, quia ſi alius habet eam iuſtè, in locum viuentis non intrabit. infra, de com. præ. & ec. non va. quia in viuorum ſi ſimoniacè hoc non poteſt contendere, etiam ſi cum ſua authoritate ſit factum, ſic enim allegat turpitudinem ſuã, vnde non auditur. ſup. de do. inter dilect. & no. de elec. noſti. ſi enim alius impetraſſet non faciens mentionem de tranſ. literæ valerent, quia non erat talis veritas tacita, qua expreſſa, literas non habuiſſet, imò melius habet, ſi poſſidentem vellet expellere, quã ſi ſuper non vacante eccleſia vellet impetrare, ſup. de reſcri. ex parte conuenti. & c. inter cæteras olim. Item ex ſententia apparet, quod non excipiebatur hic contra literas, ſed ſuper eccleſia tantum agebatur, vel aliter dicitur hoc eſſe verum, quando nullus poſsidebat beneficium, quòd petebat G. ſi enim poſsideret, non valent literæ, quia ſuper beneficio non vacante impetratæ, infr. de conceſ. præben. non vacantis literas. ibi not. vel fortè iſte G. impetrauit literas, quòd ſi probaret poſſeſsionem beneficij ſimoniacam, quod ſibi ſuum beneficium daretur, cùm autem poſtea diceret eum ſimoniacũ propter prædictam tranſactionem ſua authoritate factam repulſus eſt, & ſibi impoſitum eſt ſilentium ſuper eccleſia, non ſuper literis tantùm.

CAPVT VIII.

1 *Spirituale an liceat dare pro temporali.*
2 *Spirituale pro ſpirituali an permiſſum ſit dare.*

SVPER EO QVOD QVAESIVISTI. (Non poteſt) ſi agebat quis petendo beneficium, vel etiam ſi de proprietate ageretur, †non licet
1 aliquid ſpirituale pro temporali dare (retento) C. de tranſact. tranſactione (amicabiliter) puta, quia vnus liberaliter beneficium reſignet tanquam iure carens, & alius habeat tanquam ius habens, vel ſi
2 agitur agitur de proprietate beneficij †licet ſpirituale pro ſpirituali dare, & repete, quod diximus, ſup. eod. ſtatuimus. & c. conſtituimus.

CAPVT IX.

PRAETEREA QVANDO. (Percipiant) laicis. ſcz. tacẽtibus conſentientibus, quod maiorem portionem recipiant, ſicut dico cõferentibus, nam dandi res eccleſiæ nullam habet poteſtatem. 10. q. 1. c. 1. & c. ſeq. Simoniaca) quia reditus purè temporalis eſt, ex quo nouus eſt, & tantùm ius conſtituitur, vt iuſpatronatus habeat. Si autem laici haberent cenſum de eccleſia ab antiquo. 18. q. vlt. Eleutherius. & pro eo recipere ius patro. poſſent fortè, ſupr. eod. ſtatuimus. vbi no. benè facit ad hanc decre. infr. c. proxi. (non tenet) nec, quo ad transferendum iuſpatronatus in laicos, nec quo ad cenſum dandum monachis.

CAPVT X.

1 *Tranſactio facta de re ſpirituali aliquo temporali dato, an valeat.*

PRAETEREA QVARTO LOCO. (Tenebatur) ſupple, & vt ſe eximeret cenſum benè reddere promiſit (tranſactione) no. quod licet cenſus recognitio ſit debitæ ſubiectionis in aliquo. infr. de cenſi. omnis anima. 18. q. 2. Eleuthe. quandoq; tamen datur in ſignum exemptionis, vt hîc fiebat, ſed malè, quia ſicut ſup. proxi. c. diximus, non licet nouum reditum dare, vt ſe eximeret, ſed benè licebat ſe eximere, & in ſignum quod aliquando fuit ſua, & quod exemptionis beneficium recepit ab ea aliquando ei cenſum imponere. ar. 18. di. q. vltim. Eleutherius, inf. de reli. do. conſtitutus. & c. cùm venerabilis. inf. de cenſi. cùm venerabilis. veterem autem cenſum cùm ſit ius ſpirituale, benè poſſet hæc cella remittere matrici eccleſiæ, vt ſe eximeret, quãuis non ſit veriſimile, quod cella de matrice eccleſia cenſum recipiat (eatenus) id eſt, eo pacto (ſententia) ſcilicet, quod ſint ſubiecti matrici eccleſiæ (iniquitatẽ)
1 dic, vt not. ſupr. c. proxi. nam† non valet trãſactio facta de re ſpirituali, aliquo temporali dato.

CAPVT X.

EX PARTE TVA. & infrà. (Componendum) inter latinos in Roma habitantes, vel inter græcos & latinos. (detrahere) in pœnitentijs & pœnis imponendis, vel diſpenſando cum eis (coniugij) ſcilicet, quod quis poſsit vxorem legitimam dimittere, vel ſuperinducere alienam, aliàs ſuper affinitate & conſanguinitate, licet diſpenſare. 35. q. 3. quædam quæ præſcripſi, & etiam legato. (de conſanguinit. & affinit.) quod dilectio. hodie tamen poteſt dici, quod nec

nec legato, licet diſpenſare ſuper conſanguinitate, infr. de conſang. non debet (à ſeueritate) id eſt, non licet ſuper illo diſpenſare (expreſſum) ſcilicet, quod non poſsit componi, vel diſpenſare (procedas) diſpenſando vel componendo, vel per eas mitigando (humaniorem) ff. de pœnis reſpiciendum. ſup. de tempo. ordin. vel non eſt.

TITVLVS XXXVII.

DE POSTVLANDO.

CAPVT I.

1 *Poſſunt nõ beneficiati, & in minoribus ordinibus conſtituti coram ſeculari iudice litigare, ſecus eſt qui ſunt in ſacris ordinibus conſtituti.*
2 *Quando liceat aduocato vel medico totius litis vel morbi de ſalario paciſci.*
3 *Pro eccleſiaſticis negotijs, licet coram ſeculari iudice litigare.*

CLERICI IN SVBDIACONATV. (Suſtententur) †Si autem non ſint beneficiati, & in inferioribus ordinibus conſtituti, poſſunt
1 coram ſeculari iudice litigare. In ſacris autem ordinibus conſtituti & beneficiati, non prohibentur coram eccleſiaſtico iudice litigare, & nihil tamen quærent pro ſalario, ſed oblatum ſponte recipiant. Monachi & priores nunquam aduocant. inf. ne clerici. non magno. 16. q. 1. alia. & c. ſe. niſi pro mo. & abbate impetrante. vt inf. eod. c. proxi. Sacerdotes autem niſi pro ſe, & eccleſia ſua coniunctis & miſerabilibus perſonis aduocabunt. infrà, eod. c. vlti. etiam coram eccleſiaſtico iu. & ibi dicit (aduocati) aduocatus multa remedia habet ad agendum, vt not. in ſumma. C. de ſuffra.
2 †Et dic quod ſi aduocatus vel medicus ab initio conuenerunt cum aliquo de ſalario totius morbi, quod ex tunc ſi faciunt aliquam conuentionem, non valet, ſed ſi ab initio non fecerit aliquam conuentionem de tota lite, vel infirmitate, licet à clientulo vel infirmo receperit aliquid pro conſilio vnius diei, nihilominus pendente lite, vel infirmitate poteſt paciſci cum eo. C. de poſt. quiſquis. §. præterea. ff. de var. & ex cri. l. 1. §. ſi cui. Aliter dicere abſurdum eſt, & non eſt contra. C. de profeſ. & meli. 10. l. antep. quia ibi loquitur de medicis, qui recipiunt ſalarium de publico, quia nullo infirmo poteſt exigere ſalarium ſiue in prin. infirmitatis, ſiue poſtea, licet à ſanis poſſunt recipere ſalarium, ſiue in prin. infirmitatis, ſiue in fine. Et hoc ratione, quia pro ſanis non excipiunt ſalarium de publico, tamen quãdocunq; plus debito exigunt, reducentur ad formam iuris. ff. de var. & extraor. cri.
3 l. 1. in princ. & §. ſi cui, † Negotijs) no. pro eccleſiaſticis negotijs benè licet coram ſeculari iudic. aduocare (pro miſerabilibus) idem credimus de alijs qui continentur. ff. de poſtul. l. 1. §. vlti. & 5. & l. ſequenti.

CAPVT II.

EX PARTE TVA. (Suſceptores) id eſt, aduocati (executores) id eſt, procuratores.

CAPVT III.

1 *Tutor poteſt agere contra eccleſiam, à qua beneficium habet.*

VM SACERDOTIS. (Miſerabilibus) idem dicimus de alijs qui continentur. ff. de poſtu. l. 1. 5. & l. ſeq. (poſtulare) etiam coram eccleſiaſtico iudice, alij autem non prohibentur (pro extraneis) ſecus ſi pro alia eccleſia, vt ſimile beneficium habeat (præſumpſerit) 3. q. 1. nulli. 96. diſt. imperator. 1. q. 7. niſi. C. loca. milites (præſumit) niſi neceſſario officio fungatur, vt tutor. & ff. de poſtul. peto. & l. vlt. vel prelatus eccleſiæ,
1 qui multo fortius, † quoniã tutor benè poteſt agere contra eccleſiam, à qua beneficium habet. ſtem & pro priori eccleſia poteſt agere contra ſecundam. arg. infr. de iurein. tua. & c. intellecto (ſi clericus) arg. quod ſi aliàs habeat beneficium de eccleſia, licet ſit clericus eius, vel etiam ſi ſit laicus, quod debet priuari beneficio, ſi contra eccleſiam aduocaſſet.

TITVLVS XXXVIII.

DE PROCVRATORIBVS.

CAPVT I.

1 *Geſta, an dici poſſint adhuc non facta.*

ALIA QVIDEM. & infrà, (Non miſeris) id eſt, procuratores, non conſtitueris, qui tamen ſe procuratores fingebant (ſed etc.) hic fortè nuncius erat Papæ (& presbyterorum) repete quæ diximus ſupr. de reſcriptis. edoceri. hi non præſtant authoritatem

procurationi, ſed tanquam fides faciunt in inſtrumento, vel dic, quod magnum negotium erat, vnde illud tamen conſilio ſui capituli facere debuit, inf. de his quę ſi. à præ. quãto. ſupr. de ma. & obe. humilis.

1 † Geſtiſq;) geſta quoq; dicuntur aliqua facta, quæ nullo modo ſcripta ſunt, ſed ſicut geſta ſunt in mentes hominum, & hæc geſta aliquando publicantur, infrà, de teſt. ſignificauit. & c. Albericus. infrà vt lit. non conte. quoniam. §. ſunt & alij contra. C. de rei ven. l. geſta. C. de teſta. publicati. Item dicuntur geſta quædam facta in ſcriptis redacta, vel potius ipſæ ſcripturæ in quibus geſta referuntur, & iſtæ ſcripturæ apud ſedem apoſtolicam dicuntur regiſtra, & iſta geſta, ſi ſunt benè cuſtodita, & inueniantur in archiuis Authenticarum perſonarum, puta eorum qui habent poteſtatem Authenticas ſcripturas faciendi, fidem faciunt vt hîc, infr. de præſcri. ad audientiam. cum ſuis concor. quas ibi. not. ſi autem non eſſent benè cuſtodita, vel perſonæ non eſſent Authenticæ non crederem eis. ar. prædictæ decre. (tranſmitte) id eſt, authoritatem habente ſuperioris, vt ſic ea habita inter geſta publicata computentur.

CAPVT II.

1 *Quando liceat per procuratorem comparere.*
2 *Miſſio nuncij, & excuſatio quid valeat.*
Reſtitutio an & quando poſt ſententiam habeat locum.
Abſens an & quando poſſit reſtitui.
3 *Vbi per procuratorem quis agit difficile auditur appellans.*

QVAERELAM. (Grauibus) contrarium dicere videtur. ff. de mino. Papinianus. vbi dicitur, quod ſi quis ſit in loco, ſcilicet, in exilio, quod non poſsit agere, tamen ſi facultatem habuit agendi per procuratorem, currunt ei tempora petendi reſtitutionem in integrum, ſed hoc non eſt contrarium, quia intelligitur in minoribus cauſis, vbi quis cogitur per procuratorem litigare ſecùs in grauibus, vt hîc. Vel illud eſt, quia propter delictum fuit miſſus in exilium, & delictum non debet ei præſtare immunitatem (grauibus) de hoc not. ſuprà de reſcrip. ſedes. aliqui dicunt graues cauſas, id eſt, intricatas.

1 † Procuratorem) dicunt quidam hoc obtinere, quando ſimpliciter eſt citatus, quod per ſe reſpondeat, ſecùs ſi citatus eſſet, vt hîc per ſe, vel per procuratorem, infrà, de do. & contu. cum dilecti, ſed certè hæc litera videtur contrarium ſonare, quæ dicit, quòd non poteſt cogi conſtituere procuratorem, ergò nec citari, vt per procuratorem reſpondeat in grauibus, & idcircò reſponderi decr. cum dilec. quod eſt ibi ſpeciale propter periculum vacationis eccleſiarum. infr. vt lit. non conte. quoniam. ad idem. inf. de ap. conſtitutus. ſup. de elecți. bo. me. Vel ibi non habebat iuſtam cauſam abſentiæ, idem dicendum ſi diuturno morbo laboret, benè fatemur, tamen quod ſi ſimpliciter citatus ſit, & non poteſt per ſe comparere, quod per procuratorem comparere debet, dũmodò non ſit grauis cauſa.

2 † Deſtinauerit) nuncij miſsio & excuſatio ad hoc facit, quia niſi nuncius iret & offerat ſe probaturum legitimam cauſam abſentiæ, & ad hoc haberet ſufficiens mandatum, poſſet excommunicari, & in expenſis condemnari, cùm iuſtè poſſet præſumi contumax. 6. q. 5. c. 1. 5. q. 3. ſi ægrotans. ſed non eſt de neceſsitate hæc miſsio ad excuſandum quãtum ad hoc, vt procedatur in principali cauſa, ſed ſi ſit vocatus ad conſilium, vel ad electionem, vel capitulum, debet mittere excuſatorem, & niſi mittat, tenet excommunicatio contra eum lata, & quod præſentes faciunt, habebit robur. ar. op. 18. diſt. placuit. 65. di. c. vl. arg. ſupr. de elec. bo. me. ma. etiam ſi iuſtam cauſam abſentiæ habet. Hîc autem videtur, quod ſi probauerit iuſtas cauſas abſentiæ, nihilominus in ciuili cauſa fit miſsio in poſſeſsionem, cùm etiã fiat contra abſentem reip. cauſa. C. de re. mi. ignorare. & cõtra pupillũ. ff. ex qui cau. in poſ. ea. hæc iura. in princip. Sed tamen non feſtinauit ad mittendum in poſ. ff. de dan. infec. l. ſi. §. ſi forum. nec fiat venditio. de hoc not. infrà, de eo qui mit. in poſ. ſi quid. Deſtinauerit) idem eſt ſi nullum miſiſſet, quia poſtea re patefacta, reuocabitur condemnatio in principali, & de expreſ. per in integr. re. vel pronunciabitur nulla ſententia etiam diffinitiua ſecundum diuerſas opiniones. 7. q. 1. præſentium. infrà, de ſen. & re. iudi. cùm Bertholdus. ff. de re iudi. quæſitum. & ſi promiſiſſet ſub pœna ſiſtere iud. daretur exceptio. ff. ſi quis cau. l. 2. ff. de arbitr. l. ſi cum die. §. ex lit. Alij dicunt contrà in aliquibus, vt not. in gloſ. quæ incipit nuncij (abſoluere) reuocando primam ſententiam leuiter, & ſine cognitione, quia interlocutoriam ſiue

ſiue in inte. re. ſed ſolummodò implorando officium iudicis deſeruiens actori, vt eum reuocet. ff. de re iu. quòd iuſsit vel petendo reſtitutionem de plano. ff. de iud. ſi prætor. in fi. C. de procura. quia abſente. Sed videtur quòd deberet ſibi imputari, niſi appellauerit ex quo ſciuit ſe condemnatum in expenſis. C. quomodo & quando iu. l. 3.

Sed non obſtat, quòd hîc loquitur quando ex probabili & neceſſaria cauſa abfuit, & ideò ſine appellatione reſtituitur ad totam cauſam minus legitimè defenſus, & illa lex loquitur, quando nullo modo defenſus aberat probabili cauſa, & fuit legitimè citatus ad domum, nam tũc ſi intra. 10. dies computandos à tempore, quo ſciuit ſententiam contra ſe latam non contradixit, petendo reſtitui ad appellationem ſtabit ſententia. C. quomodo & quando iud. l. 3. Sed melius dicitur, quòd quilibet ſine beneficio reſtitutionis nullo modo, vel minus legitimè defenſus communi iure appellatur intra. 10. dies, à tempore ſententiæ, & ſic intelligitur. l. C. quomodo & quando iud. l. 3. & ff. quando ap. l. 1. §. vl. ff. ex qui. cau. in integ. re. necnon. vbi fortè nullum relinquere potuit procuratorem, vel reliquit & mortuus eſt, tunc enim reſtituitur in totum non tantùm ad appellationem ſiue pronunciatum ſit contra eum, ſiue iuri, ſiue actioni eius ſit præſcriptum, & hoc innuit. l. necnon. Sin autem legitimè defenſus eſſet ad nihilum reſtitueretur.

Idem dicimus ſi neceſſaria cauſa tantùm abſit, puta ratione delicti in carcerem, vel in exilium miſſus, quòd non reſtituitur ſi condemnetur vel eius iuribus vel actionibus præſcribatur, niſi cùm non poterat relinquere procuratorem vel reliquit, ſed mortuus eſt. ff. ex qui. cau. ma. l. ſed ſi. §. 1. ff. de mino. Papinia. qui autem voluntariè, ſiue contumaciter abeſt, nullo modo reſtituitur contra iura, vel acti præſcriptis, ſed ſi venerit iudice adhuc ſedente pro tribunali, reſtituetur de æquitate fortè ad appellationem vel communi iure appellat. ff. de in integ. reſti. l. penul. Vbi autem probabilis neceſſaria cauſa detinetur, vt hîc legitimè defenſus, reſtituitur ad appellationem minus autem legitimè nullo modo ad totam cauſam, vt hîc. ff. de in integ. reſt. l. vlt. ff. de iudi. ſi prætor. ff. ex qui cau. in integ. reſti. ab hoſtibus. reſpon. 1. C. eo. l. 1. C. de procu. qui abſente. Qualiter autem contra iura, vel ac. huius præſcribatur. aliàs no. hîc, & infrà, de ſen. & re iud. cùm Bertholdus. & not. quòd hæc reſtitutio non ſolùm habet locum contra ſententiam diffinitiuam, ſed etiam contra interlocutoriam de expenſis, vt hîc. 4. q. 5. c. 1. Vel dic, in interlocutorijs non habere locum hanc di. vt not. inf. de ſen. excom. ſacro. c. fi. ſed vbi idem qui tulit interlocutoriam, vult reuocare, ſed ſecùs ſi coram alio petatur reuocatio.

Et hæc ſunt vera vbi legitimè eſt citatus, ſi enim legitima citatio non præceſsiſſet, ipſo iure nulla eſſet ſententia. ff. quæ ſen. ſine ap. re. l. 2. §. item enim. Vel dic, interlocutoria de expenſis, & huius tenet etiamſi ordo non ſeruetur. ſuprà, de offi. iu. c. fi.

3 † Prædictis autem non obſtat. 2. q. 6. ſi aduerſus, quia ibi dicit, quòd vbi quis per procuratorem agit, difficile auditur appellans, & verè difficile auditur, quia non auditur, niſi in prædictis caſibus, quos in hac gloſ. vbi autem dolo alicuius factum eſt, quominus quis comparet, & feratur ſententia contra ipſum in cauſa, quæ non recipit intereſſe, reſtituitur ad id, quod occaſione huius abſentiæ ſibi contingit. inf. de in integ. reſtit. ex literis. ſi autem ad intereſſe poſſet agere contra dolum tantùm daretur ei actio ex ædicto quod eſt. ff. de eo per quem fac. l. vlti.

CAPVT III.

1 *An vni teſti ſit credendum.*
2 *Vbi ſententia pronunciatur nulla, irritatur poſſeſsio, & quicquid ex ea ſecutum eſt.*
3 *Non poteſt Archid. duas habere eccleſias, niſi cum eo diſpenſatum ſit.*
4 *Cùm quis non valet probare ſuam inſtitutionem canonicam, iudex pronunciat eam non canonicam, & non debere permanere ratam.*

EX INSINVATIONE. (Archi.) & præſentibus & aduerſario etiam notificauerit, aliàs tenet, quòd cum ipſo fieret. ff. de procu. ſi procuratorem. ff. de inſti. ſed & ſi. §. 1. & 2. & melius infrà, eod. mandato. vel antequàm procurator inſtitutus agere incipiat, ſufficit ſola reuocatio, etiamſi illud non ſignificat iudici, vel aduerſario. & not. infrà eodem, c. proxi. (ſententia) quæ etiam fuit executioni mandata, ſicut ex ſequentibus apparet. Vel dic, quòd etiam & in prima cauſa, & modo archi. petebat reſtitutionem ec-

cleſia nec fuit per ſententiam ſpoliatus.

1 †Ipſius) arg. vni teſti credendum. inf. de teſti. in omni. 8. q. 3. talia. 28. di. de fira. contra. 4. q. 3. iuris. Item arg. quòd quis teſtificatur in propria cauſa. inf. de teſti. c. peruenit. Contrà. inf. de teſti. veniens. 4. q. 3. §. nullus. Sol. hoc ſpeciale propter præſumptionem, quæ eſt pro eo, & etiam quia eſt reus, vnde fauorabilior, ideò quòd delatum eſt ſibi iuramentum. C. de re cre. in bonæ. ff. de iureiu. admonendi. inf. de proba. ſicut conſuetudo, & quia modicum præiudicatur aduerſario, cum ſit ſalua ei actio ſua, & vtrunq; ius ſuum ſit ſaluum ſententia caſſata.

2 †Reſtitutioni) fortè hic petet reſtitutionem eccleſiæ, quæ ſpoliatus per iudicem erat, & ſi obijciatur ei, quòd authore prætore ſpoliatus ſit. arg. C. vn de vi. ſi quis in tantam replicabit ſententiam non tenere, quia procurator non erat. Vel dic, quòd petet, & dicet ſententiam non tenere ex ea cauſa, ſcilicet, quia non cum procuratore actum eſt, & ideò pronunciari nullam, quia cum non procuratore actum eſt. infrà, c. proxi. quia ſententia pronunciata nulla irrita erit poſſeſsio, & quicquid ex ea ſecutũ eſt. C. de legat. non dubium. infrà, eod. auditis. ſimilem petitionem habes ſuprà, de maio. & obedien. c. vlt. ff. de ferijs. l. 1. infrà, & competit ad hoc officium iudicis. Vel potes dicere, quòd non dicit hic petendam reſtitutionem poſt ſententiam, ſed ſententia lata ſuper caſſatione proceſſus, reſtitueretur poſſeſsio eccleſiæ, quam petit ſi ei nihil de iure obſtat, hoc non placet, ſententia enim non præiudicat abſentibus. ff. de mino. etiam. §. fi. & tamen ſententia contra eum lata, fortè ſibi præiudicat, quo ad omnes. vt no. inf. de fo. competen. poſtulaſti. infrà, de accu. qualiter. ſed hoc ideò eſt, quia ipſe fuit præſens, & habuit copiam ſe defendendi. vt no. infrà, de accu. ſuper his.

3 †Inſtitutionem) contra. 6. q. vl. actor. ff. de proba. l. 2. Sol. hîc voluit ſponte onus probationis aſſumere. ſi. infrà, de reſti. ſpolia. c. 1. ff. de proba. circa. vel fuit impoſita ei probatio, ideò quia contra eum erat præſumptio. vt. C. de proba. ſiue nã cum eſſet archidia. non poterat habere aliam eccleſiam, niſi probaret ſecum diſpenſatum, vel agebatur petitorio contra archid. vnde oportet eũ probare de iure ſuo, ſed certè hoc non credimus, imò ex quo eſt in poſſeſsione non remouebitur, niſi contra eum probatum fuerit crimen, vel quòd non ſit canonicè inſtitutus. infrà, de conceſ. præben. quia di. 56. di. ſatis. 16. q. vlti. inuentum. nèc enim titulum ſuæ poſſeſsionis cogitur dicere. C. de peti. hæredi. cogi. hîc autem cogitur idcircò probare, quia petebat ſuam inſtitutionem ratam decerni, vt expreſſè in litera dicitur, ſed & ſi quis probaret ad ſe pertinere dationem alicuius beneficij, & ſe eſſe in poſſeſsione, & alius illud beneficium poſsideret, benè deberet poſsidens probare, ſe canonicè inſtitutum per eum ad quem pertinet. arg. 2. q. 1. legum. infrà, vt ec. be. vt noſtrum. vbi tacite iuſſus fuiſſet conſenſiſſe in eum. inf. de his quæ fi. à ma. par. c. ex ore. ſed & ſi conſentit tacitè, vel expreſſè, poteſt tamen ille, ad quem pertinet dicere, ſi vult probare inſtitutionem contra ius factam. inf. de præb. dilecto.

4 †Ratam) ſi verò non poterit probare inſtitutionem canonicam, iudex pronunciabit eam non canonicam, & eam non debere permanere ratam, & ſi quis petat ſuam electionem confirmari, iudex poterit pronunciare electionem confirmandam de iure. Item ſi ponamus quòd tamen pronunciet, non confirmo, tamen poſtea confirmationem petere non poterit, obſtante ſibi exceptione rei iudicatæ, cùm de eadem inter eaſdem perſonas iudicatum ſit. ff. de except. rei iudi. conqueritur. & l. ſeq.

Et eſt hoc verum, vbi ſi generaliter petitum ſit. C. de anna. exc. l. vlt. ſed ſi vnam cauſam expreſsiſſet, ſcilicet, quia electus fuiſſet per eos, quorum erat electio ſi fuiſſet ſibi in hoc impoſitum ſilentium, nihilominus poteſt ex alia cauſa petere, ſcilicet, quia ex Papæ collatione haberet, cùm enim officium iudicis ſit perſonalis, actio quæ in prædictis locum habet ſuccumbens in vna cauſa, nihilominus ex alia poterit agere. vt no. ſup. de offi. or. conquerente. Idem dicimus ſi petatur ſententia infirmari, vel electio, ſed vno agente alius admittendus eſt, ſic no. ſupr. de elec. cum dilecti.

CAPVT IIII.

1 *Cùm quis eodem tempore duos conſtituit procuratores & inſolidum, occupantis melior eſt conditio in eo, quòd percepit.*
Electio eligendi idoneiorem procuratorem cuius ſit & ad quem pertineat, & num. 2. & 3.

2 *Nunquid duobus conſtitutis procuratoribus, ſi vnus moritur, poſsit ſuperſtes agere, & quid*

quid ſi duo in aliqua cauſa conſtituti ad defendendum, vnus confitetur, alter negat, habes in num. 3.

3 *Dicto maioris partis procuratorum ſtatur, ſicut in iudicibus & arbitris.*
Voluntas priuata an poſsit aliquid facere contra generalem conſtitutionem & contra leges, &c.

4 *Quando valeat renocatio procuratoris.*

5 *Petere inducias pertinet ad partem, ſed offerre probationes non.*

6 *An iudex non admittendo exceptionem dicatur grauare partem.*
Iudex ſi nolit admittere exceptionem, an tunc poſſe appellari à parte, & quis ſit ordo appellationis.
Litis conteſtatio an & quando in inquiſitionibus locum habeat.

7 *An liceat parte abſente recipere teſtes.*

8 *An iudices teneantur ſuas deferre ſententias.*

9 *Nunquid ſententia præiudicet his qui non interfuerunt iudicio.*

10 *Procuratoria exceptio dicitur eſſe duplex quandoq.*

IN NOSTRA. (Presbyteros) not. quòd hîc dat duos procuratores, quomodo ergò ageret, quòd ſi vnus confiteatur alter neget. 1 †Reſpon. ſi eodem tempore quis conſtituit duos procuratores & inſolidum: occupantis melior eſt conditio in eo, qui percepit. ff. de procu. pluribus. vnde ſi ſuper pluribus cauſis dari eſſent in vno inſtrumento, & vnus occuparet vnum negotium, nihilominus alius poſſet aliud negotium occupare. ar. op. ſup. de reſcri. paſtoralis. ſi verò non fuerunt dati inſolidum, ſed ſimpliciter diuident inter ſe, vt vnus vnũ negotium proſequatur, & alius aliud. ff. de ne. ge. cùm alicui. Et eſt ad hoc ar. quia cùm ſimile ſit mandatum iudicis & procuratoris. ff. de iure om. iu. & qa ſicut iudex alij delegat vices ſuas, ita & procuratore delegare poteſt. Hoc arg. reprobatur. ff. man. ſi procurator. §. ſi quis. hæc autem facere poſſe non videtur, quod vnus vnam partem negotij proſequatur, & alius aliam partem eiuſdem negotij, cum facta lit. conteſt. factus ſit dominus litis, videtur tamen quòd ſiue inſolidum, ſiue ſimpliciter plures conſtituãtur, quòd iudex debet eligere, & poſsit idoneiorem. ff. de pop. ac ſi plures. ſed hoc ibi ideò verum eſt, quia ibi plus tangitur vniuerſitas quàm ſpecialis perſona, vnde magiſtratus communis elegit idoneiorem, nam ſi ſpecialis perſona proprium intereſſe proſequeretur præferretur alijs. ff. de pop. ac. l. 3. vbi autem ſpecialis perſona tangitur, ipſius ſpecialis perſonæ eſt electio, vel ipſorum procuratorum eſt electio, quis ex eis agat.

2 †Videtur tamen quòd dominus qui duos conſtituit procuratores eligendo eos, ſimul agere voluerit, & ideò non ſit neq; iudicis, neque procuratoris electio, quia etiam ſi vellent non poſſent ſocium, vel alium facere procuratorem. C. de procur. neq;. ſed ſimul agere debent, ſed lite conteſtata vnus alium ſi voluerit conſtituet procuratorem, quia extunc poſſunt facere alterum procuratorem, vt in præalle. l. neq;. ſed extraneum non poteſt vnus ſolus facere procuratorem, cùm etiam poſt litis conteſtationem pariter ſint domini litis. Sed quid ſi vnus moriatur ante diuiſionem, non credimus quòd ſuperſtes poſſet agere: ar. ff. de re iud. duo ex. & ſuprà, de offi. dele. cauſam. In tutoribus de benignitate ſecùs receptum eſt. ff. de ad. tu. l. cùm decreto. §. vl. & l. tutores. §. curatores. & l. Lucius. §. 1. Nec obeſt. ff. man. creditor. §. duobus quia id loquitur, quando dati erant inſolidum, ſic intelligit quod dicitur vnum procuratorem poſſe alium conuenire. ff. eo. qui proprio. §. vl. & l. quòd ad nos. §. vlt. Alij autem dicunt, quòd & ſi ſimpliciter dati ſunt, tamen occupantis melior eſt conditio, etiamſi non diuidant inter ſe adminiſtrationem, vel etiam ſi alter moriatur. infrà, eo. non iniuſtè. ſi autem diuerſis temporibus dati ſunt, poſteriorem dandum primo reuocat. ff. e. ſi quis. §. vlt. hanc diſtinctionem pro magna parte firmat. inf. eo. non iniuſtè.

3 †Vbi autem duo procuratores conſtituuntur ſimpliciter in aliqua cauſa ad defendendum, ſi vnus confitetur, & alter negat, dixerunt quidam, quòd rectè facta eſt litis conte. & ſtabitur dicto eius, q confeſſus eſt. ar. pro his quòd ſi principalis perſona confiteretur, & negaret, ſtaretur confeſsioni ſuæ, quæ ſibi contraria eſt. ff. de inter ac. de ætate. eadem ratione, & ſi de duobus procuratoribus vnus confiteatur, alter neget, ſtandum eſt dicto confitẽtis, quia confeſsio ſua ſibi nocere debet. Alij dixerunt, quòd per talium confeſsionẽ & negationem benè ſit lit. conte. ſed in pendenti eſt cuius dicto ſtari debeat, donec principalis dominus eligat, cuius dicto ſtetur. ar. ff. de re iud. duo iudi. inf. de ſen. & re iu. duobus. §. 1. Alij dicunt, & fortè melius, quòd per talem reſponſionem, nõ

fit

fit lis cõteſtata, ſed procedetur contra dominum quaſi contra contumacem, qui non miſit ſufficientem inſtructum procuratorem. infrà, de iur. cal. in pertractandis. ſi autem tres, vel plures procuratores conſtituuntur in eadem cauſa ſimpliciter, tunc omnes adeſſe debent, ſed ſtabitur dicto maioris partis, ſicut in iudicibus & in arbitris. ſuprà, de re iud. duo ex tribus. ff. de arbi. item ſi vnus. ſuprà, principaliter. & l. ſicuti. nec eſt vis, ſi vnus anticipat reſponſionem alterius, dummodò omnes reſpondeant, antequam ad alios actus diuertant, nec eſt ſimile de electione, quam neceſſe eſt fieri per vnum. ſuprà, de ele. in Geneſi. quia in electione ſpeciale eſt propter cauſas ibi notatas. Item ſi duo dati ſunt inſolidum, & ambo ſunt litem conteſtati, non videtur, quòd etiam poſt lit. conte. inſolidum durat eorum poteſtas, ſed ſi vnus reſpondit petitioni, vel produxit teſtes, alius ſuper eodem non audiretur. ar. præal. l. pluribus. Item videtur, quòd authoritate poteſtatis ſibi date à domino, qui inſolidum eos conſtituit, quòd vnus ſolus poteſt facere alium procuratorem, tamen ſemper durat etiam poteſtas alterius, qui non conſtituitur, vt ſiue cum principali procuratore, ſiue conſtituto ſemper admittatur, & etiamſi alterutrum prædictorum perueniat, valebit, quòd ab eo factum erit. argum. ad hoc. ſuprà, de offi. deleg. cùm ſuper. & c. coram. mandata enim iuriſdictionis, & procuratoris multùm ſimilia ſunt. ff. de iuriſ. om. iud.

Et quia alij dicunt, quòd hæc poteſtas non durat, niſi ante litis conteſtationem, & poſt lit. conte. ſimul factam vnus ſine alio nihil facere poteſt, & illi duo vice vnius perſonæ tantùm funguntur pro eis, quia ſi dominus hoc non poteſt poſt litis conteſtationem à duobus, qui non eſſent procuratores inſolidũ, quare poſſet ante lit. conteſt. Item priuata voluntas non mutat generalem conſtitutionem. infrà, de teſt. requiſiſti. ff. ad Treb. quod de. ſed primi reſpondent, quòd bona ratio eſt, quòd hoc licet à prin. ſed non poſt lit. conteſt. quia à principio vidit tenorem mandati, quòd ex quo acceptauit illud, ſeruet. ff. man. diligenter, & ſibi imputet ſi hoc eſt graue. Item licet priuata voluntas non poſsit, aliquid facere contra leges in alterius præiudicium, tamen in præiudicium partium poteſt. C. de pac. ſi quis. & not. infrà, de foro compe. ſi diligenti (deſtinandos) hîc apparet, quòd inquirendo, vel denunciando procedebatur, aliàs non ageretur per procuratorem. 5. q. 3. etiam criminali (reuocauit) quòd potuit ante litis conteſtationem, & ſine cauſa. ff. de procu. ante lit. conteſt. & l. ſequẽ, poſt lit. conte. autem non poteſt ſine cauſæ cognitione. ff. eod. ti. item ſi ſuſpectus poſt lit. conteſt. & l. ſeq.

4 † Reuocauit) aduerſario ſciente, vt not. ſuprà, proxi. c. Vel dic, quòd etiã aduerſario neſciente poteſt reuocare, niſi literas miſit aduerſario ante litem conteſtatam. infrà, eo. mandato. Vel dic, quòd ſi fiat reuocatio etiam ante litem conteſtationem, & aduerſario neſciente, ſi poſt ſequitur litis conteſtationem, valet. arg. ff. de procur. ſi procuratorem. ſed ſi non ſequitur lit. conte. alia quæ fecit poſt reuocationem, non valent, vt hîc, & ca. mandato. hîc autem non erat lis conteſtata. vt infrà, ſequitur. prius dictum placet (literas) quia non tenuit proceſſus, nec literæ ex illo proceſſu deſcendentes (iudicium) non lit. conteſtando, ſed cum eo. & c. per conſequens. (A. iudicium) niſi litem conteſt. etc.

5 † Inducias) inducias petere eſt partis. C. de dila. l. à procedente. ſed offerre probationem, non eſt partis, ſed eſt ex ſuperabundanti. argumen. ff. quo. bo. l. 3. §. 1. ſufficit enim exceptionem & cauſam legitimam proponere, quare non debeant procedere iudices, ſed ſi iudex admittit exceptionem, & non grauet eam probationibus, quòd forte ſcit eam eſſe veram, & ideò vlterius non procedit bene eſt, ſed iudex dubitat, debet dicere proponenti exceptionem, quòd eam admittit, vt intra certum tempus probet, ſi vult. ſuprà, de offi. dele. prudentiã. §. ſexta. inf. de teſti. veniens. 30. quæſt. 5. iudicantem. & ſi noluit excipiens terminum oblatum ad probandum recipere, ſed appellet, quicquid ſit contra eum tenet, non q, nõ teneat appellatio, niſi à iuſto grauamine. infrà, de appel. vt debitus. ita non grauetur eius appel. niſi ei prodeſt, etiamſi eam poſtea veram probet excipiens. ſuprà eodem, ex parte. ſed ſi iudex propoſita exceptione eam repudiet, vel negligat admittere tacitè, vel expreſſè, ſcilicet, procedendo in negotio, & ideò appellatur, tunc non reuocatur, quòd facit iudex antequàm cauſa appellationis admittatur, niſi

niſi poſtea coram iudice appellationis probauerit veram cauſam ex qua appellauit. infrà, de excep. olim. & ſic loquitur hîc.

6 † Sed dices nónne grauauit eum iudex, qui non admiſit exceptionem ſi vera eſſet? Reſpon. non fuit grauamen in non admittendo exceptionem ſi falſa eſſet, imò fuit, & præſumitur, ideò non reuocatur, quòd fit ab iſto iudice à quo appellatur, ſed ſi probaret coram iudice appellationis eſſe veram cauſam propoſitam, caſſatur quicquid poſt appellationem fecit, quia præſumitur & apparet eum malitioſè etiam refutaſſe exceptionem, vel non admiſiſſe.

Sed contra. inf. de appel. ex parte M. & c. ſignificauit. vbi dicitur, quicquid fit poſt talem appellationem reuocatur. Sed expone illas vt huic conſonet. Vel dic, eas reuocatas per iſtã decre. ſed ſi prædictus appellator proponit cauſam legitimam ſi vera eſſet, & eam offerat ſe probaturum coram iudice à quo appellatur, ipſe iudex nolit excipientis probationes admittere, etiamſi falſa ſit exceptio vel cauſa: tamen quicquid iudex poſt talem appellationem facit caſſatur, quia verè grauatus fuit in eo, quòd eius probationes admiſſæ non fuerunt, & ſic intelligitur hîc. & hoc intelligimus etiam, ſi ſic dictum ſit. appello ne procedas vltra in hoc negotio, quia habemus certum numerum negotiorum, hac exceptione omiſſa, vel etiam ſuper his vlterius verbis, dummodò expectet, ſi negligat exceptionem admittere: vt in decre. ex parte. 2. ſed ſi ſimiliter dicat: appello ne vltra procedas, & recedas credens hoc ſibi ſufficere pro appellatione non valet. argumentum. infrà, de ap. dilecto. † Eſt ergò diligenter notandus ordo, primò enim debet proponere exceptionem, & conſequenter iudex debet refutare eam vel admittere, & ſi iudex admittit exceptionem eius, ipſius iudicis eſt quærere an probare velit, an non. 30. quæſtio. 5. iudicantem. quia rei eſt fugere. 4. quæſtio. 4. c. 1. & 2. & quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. obli. inter ſtipulantem. §. continuus. & ſi quid offert ex ſuperabundanti eſt, & ſi iudex expreſſè repudiat, vel admittat, vel admittere negligat, iuſtè appellatur ab eo. ſuprà eodem, dilectus. & infrà, de appel. ex parte M. (lite) in inquiſitionibus enim licet non ſit neceſſaria litis conteſtatio, ſi ſunt abſentes: vt infrà, vt lit. non conteſt. quoniam. §. ſunt & alij, tamen in eis ſi ſunt præſentes ordo requiritur, qui habetur. infrà, de accuſa. qualiter. 2. & alius ordo in denunciationibus ſeruatur, vt eadem decre. & 2. quæſtio. 1. ſi peccauerit. Et hoc benè apparet, quòd cum procuratoribus non fuit lis conteſtata (mentionem) quam facere debuerunt. infrà, de ſent. & re iudi. inter mo. ſuprà, de rela. per totum. ff. nil no. app. pen. l. 1. ff. de app. l. pen.

7 † Plenam) qualiter recipiuntur iſti teſtes parte altera abſente, cùm iurare debeant teſtes partibus præſentibus. 2. quæſt. 1. in primis. infrà, de teſti. c. 2. reſpondeo, in cauſa appellationis eſt ſpeciale, vt abſente parte procedatur. C. de temp. app. l. vlt. §. illud. infrà, de app. ſæpè. & c. interpoſita. Vel dicas, quòd hoc ideò recepti ſunt teſtes abſente parte, quia mortuus erat accuſator, vt dicitur in integra. & ſic perierat actio. ff. de act. diui. C. ſi ac. mor. l. 3. Vnde Papa ex officio ſuo proceſsit in terminanda inquiſitione, vel denunciatione. 34. quæſtio. 3. c. ecce. infrà, de collu. crimina. & hac ratione tenet ſententia abſente parte lata, hoc non placet, quia hi teſtes non recipiebantur ſuper principali, ſed ſuper appellatione tantùm, ſed potes in hac materia ſubtilius quærere, nam petitio archiepiſcopi qua petebatur ſententiam & proceſſum dele. reuocari, contra neminem competere videtur, quia non eſt contra iudices, cùm ipſorum interſit. 2. q. 6. hæc etiã & eadem ratione, nec contra miniſtrum inquiſitionis. Item actio non competet, niſi contra obligatum, quia ex obligatione naſcitur actio, ſed neuter prædictorum eſt obligatus huic Epiſcopo, ergò contra eos actionem non habet, ſed fortè dices poſſunt eſſe obligati ex quaſi maleficio, quia per imperitiam iudicauerunt, vel etiam ex maleficio, quia per dolum, ſed reſpon. quòd ſi ageretur ex maleficio, non ageretur ad reformationem ſententiæ, ſed ad pœnam, quæ à leg. infligitur. C. de pœna iudi. qui ma. iudi. §. 1. & 2. Authen. ibi poſita. & eodem modo ſi ex. q. maleficio ageretur, vt puniretur, in quantum viſum iudici æquum eſſet. inſti. de oblig. quæ ex quaſi male. in princ.

Defendere. Et quando iudex debeat citari ad defendendum eius ſententiam, vide per Abb. & ibi latiſſimè Fel. in c. cũ dilectus. ſup. de reſcr. vbi allegant not. Inno. hic & adde eundũ Inn. in c. decæterо. ſupr. de tranſacti. & Paridem de Neapo. in tractatu ſyndi. in verbo appellatio. col. 2. in prin.

8 † Item ſi hoc diceretur quòd iudices * debent defendere * ſuas ſententias iam fraudulento commento, ſolent quòd recta via non poſſunt, ſcilicet, reuocare ſuas ſententias. C. ſenten. reſcin. non poſ. l. 1. dic er-

dic ergò petitionem iſtam dandam iudi. ab Epiſcopo, & ſuper eo implorandum officium iudi. Iudex ergò ſuo officio implorato, ſolenniter tribus edictis faciet citari omnes, qui læduntur infirmatione dictæ ſententiæ. arg. C. ſi vt ab hæred. ſe abſti. Authen. ſi omnes. C. quomodo & quando. Authen. qui ſemel. ff. de adop. nam etiam. & ſi non opponatur edictum ſolenniter, non præiudicat ſententia, quin agere poſsint, qui volunt. ff. quæ ſent. ſine app. l. 1. §. item cùm. ff. de mino. etiam. §. vlti. & §. in cauſæ. §. cauſa. Nec ſufficit ſcientia, niſi præcedat citatio prædicto modo facta. arg. ff. de mino. in cauſæ. §. cauſa. ſola autem ſcientia ſine citatione ſufficit in caſibus no. infrà, de ſent. & re iudi. quamuis etiam facto edicto eis ad quos non peruenit edictum, nec debuit peruenire, non præiudicat, quin ius ſuum proſequi poſsint. arg. 82. di. propoſuiſti. & ſi nullus comparuerit qui velit defendere ſententiam, iudex recipiat teſtes huius Epiſcopi, & ſententiam feret, vt hîc, ſi autem nullus comparuerit ante ſententiam, ſed poſtea compareat, vel etiam tunc, non audietur ſuper reuocatione quæ facta erat, niſi ſecundum tenorem, qui no. ſup. de procur. quærelam. quamuis aliqui dicant eos nullatenus audiendos.

☞ †Si verò aliqui compareant, qui velint defendere ſententiam, dabitur eis petitio & lit. conteſt. & procedet lis ſuo marte, & quilibet de ſe & pro ſe reſpondebit. Alij tamen dicunt, quòd vnum conſtituent procuratorem, qui pro omnibus aget. ff. de exer. l. 1. §. vlt. & l. ſeq. ſi autem feretur ſententia pro actore, ſuper reuocatione prioris ſententiæ, & proceſſus vbicunq; inuenitur aliquid eſſe factũ occaſione illius ſententię data poſ. ſiue aliud reuocabitur, non ſolùm quantum prodeſt illis qui fuerunt, vel eſſe debuerunt in iudicio: vt not. ſuprà, de fil. presby. veniens. & ſuprà, c. proxi. vbi etiam not. vt hîc. C. de leg. non dubium. 7. q. 1. præſentium. ſed etiam inquantum prodeſt alijs, nam ex quo ſententia pro te lata reuocata eſt ad petitionem cuiuſcunque etiam eius qui de iure admitti non debet, tamen ex illa ſententia nihil petere poteſt etiam ab alijs, qui non fuerunt in iudicio. ar. adhoc. ff. de inoffi. teſt. poſtu. §. 1. & ſententia teneret etiam inter eos, quorum non intereſt. ff. fa. er. & puta.

9 †Et not. quòd licet præiudicet iſti quo ad omnes ſi feratur ſententia contra eum, non tamen præiudicat alij, ſi confirmaretur ſententia eius ratio diuerſitatis, quia ſententia eius facit ius inter partes, & iſta fuit pars contra quam lata eſt ſententia, & ideò præiudicat quo ad omnes, ſed alijs non præiudicat qui non fuerunt in iudicio, ſi ſententia feratur pro eo, quia ipſi non fuerunt partes. Hîc autem credimus, quòd illi contra quos lata eſt ſententia, vel illi qui poſsident res ex ſententia, vel de quibus certum eſt aliàs, quod ex reuocatione præiudicium parentur, nominatim citandi ſunt, ſi ſunt in eadem prouincia. 3. q. 6. hoc quippe. infrà, de eo qui mit. in poſ. ſi aduerſa. iudicem autem qui tulit ſententiam non vocabit, niſi expedierit, vt ferat teſtimonium, de his quæ acta ſunt coram eo. infrà, ar bi. non ſine. arg. ſuprà, de ele. cùm dilec. vel ex dictis eorum inſtruatur iudex. inf. de accu. cum dilec. de hoc etiam not. ſup. de maio. & obe. humilis. iudex autẽ qui tulit ſententiã in cauſa cognitionis, vbi ex officio ſuo procedatur, qualis hîc erat, benè vocabitur, benè petit ſententia reuocari. inf. de ap. cum ſpecialis. §. fi. ſed in alijs iudicibus qui nec etiam vocari debent, non habent locum prædictæ citationes. 2. q. 6. ſtatuendum. ſed habet locum in his qui citandi ſunt in cõfirmatione electionis in matrimonio cõtrahendo, & in alijs ſimilibus, vbi quilibet de populo admittitur, vel ſaltem multi. inf. qui ma. ac. poſ. cùm in tua. Authen. quomodo opor. epiſ. §. ſi ante. Authen. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi quis autem. Vel dic, quòd nunquam petebat iſte Epiſcopus caſſari proceſſum propter iudiciarium ordinem non ſeruatum, nam tunc benè haberent locum prædicta, ſed quia facta erant poſt appellationem, & tunc non eſt neceſſaria aliqua citatio, quia terminus eſt præfixus à iudice, vel à iure pro peremptoria citatione, ſicut prædictum eſt in prin. huius gl. Vel dic, quòd nunquam dicitur hîc, quòd ambæ partes non fuerunt præſentes.

10 †Poſtea) duplex eſt exceptio procuratoria, prima quod quis non poteſt eſſe procurator & hæc non proponatur, niſi ante litẽ conteſtatam. ff. de procu. filiusfa. C. veterani. & l. Papi. §. 2. ſecunda q, non fuit conſtitutus procurator, & hoc proponitur etiam poſt lit. conteſt. C. de procur. licet. & vbi tacitè vel expreſſè ratum haberet factum procur. ſuprà, de reſ. ex parte. vbi not. (nullum) niſi dominus ratum habeat quod verum eſt tam in procuratore actoris quàm rei. ff. de re iu. licet. C. de procu. licet.

CAPVT V.

1 *Cauſa adulteri coram quo iudice ventilari poſsit, & quæ ſit eius pœna.*

IVE F. & infrà, (Ad pœnam) quæ, ſcilicet, mulierem per leges veteres puniebat capite. C. de adult. caſtitati. & per legem Moyſi. 33. q. 5. hæc imago. Hodie autem retrudetur in monaſterium. C. de adul. Authen. ſed hodie
1 & vt ibi dicitur, † maritus poteſt eam retinere, & liberare à pœna, vnde ſi coram eccleſiaſtico iudice accuſatur aliqua, quæ ſit de foro & iuriſdictione eccleſiæ, hanc pœnam retruſionis in monaſterium poterit imponere mulieri, & etiam viro, vel
☞ etiam aliam quæ ſibi placuerit. Vel dic, quòd has cauſas criminales debent ſeculares iudices inſtituti à prælatis audire, ſi autẽ mulier non ſit de iuriſdictione eccleſiæ, non debet de adulterio coram eccleſiaſtico iudice conueniri, ſed debet petere alter coniugum matrimonij ſeparationẽ propter adulterium (nomen) adulteri (locum) vbi adulterium eſt perpetratum (tempus) annum, diem, vel menſem (& omnia) ff. ad. l. Iul. de adul. l. 3. (miſta) ff. de inoffic. teſt. Pompo. §. 1. C. qui accu. non poſ. ſi ea. non videbatur quòd conſtituerent vniuerſitatem, & ſic etiam non poſſent conſtituere procuratorem. ff. quod cuiuſque vniuerſi. l. 1. ff. de co. l. 1. §. vlt.

Sed contrarium verum eſt, quia cùm ſit laudabilis poſſeſsionis congregatio vniuerſitatem faciunt, & ea poſſunt quæ vniuerſitas poteſt. arg. C. de iuriſdi. om. iudi. l. vlti.

CAPVT VI.

VM PRO CAVSA quæ inter G. Iſte G. erat procurator. c. contra archi. qui petebat quaſdam expenſas à capitulo, quas dicebat ſe feciſſe in negotijs, quæ de mandato capituli egerat. C. man. l. etiam. & propter hoc, id eſt, pro negotijs, quæ tractanda ſuſceperat, nam ſi alius conſtitutus eſt procurator in aliquo negotio, & in illo negotio appellauerit, & in cauſa appellationis expenſas fecerit, etiam illas expenſas repetat vt hîc. Vel dic, quòd hic appellauerat archi. quia ſententia lata erat contra eum ſuper expenſis, ſcilicet, quia abſolutum erat. c. modò hîc mandatur iudici appellationis, quòd condemnet capitulum archi. ad expenſas.

CAPVT VII.

VIA IN CAVSIS quæ contra vos. (Permiſsione) cauſa eſt dubitationis, quia cùm non haberent priuilegium vniuerſitatis à principe,

CAPVT VIII.

1 *Diffinitiuæ ſententiæ ferri debent multis cum ſolennitatibus, vt hîc.*
2 *Nunquid in ſententijs diffinitiuis poſsit iudex poſtquam eam tulit aliquid mutare, & quid in interlocutorijs.*

AVDITIS. (Mandati) quòd ei fecerat de litigando coram Papa (concluſum) C. quomodo & quando iud. l. ea. quæ contra. ff. quæ ſen. ſine app. l. 1. §. item cùm ex ſo.

3 † Item in ſententijs diffinitiuis, quæ tantùm partibus præſentibus, vel per contumaciam abſentibus, & cum multis ſolennitatibus ferri debent, & ſi aliter feratur ſententia, non tenet. C. de iudi. properandum. §. 1. & 2. & 3. & in Authen. ibi impoſita. in interlocutorijs, ſecùs, quæ poſſunt ferri etiam partibus non præſentibus, & etiam abſentibus per contumaciam, licet ab eis poſsit appellari, vt quidam dicunt. ff. de re iudi. quòd iuſsit. Cùm ergò iudici conſtaret, ſcilicet, proceſſus reuocandos potuit reuocare, & maximè parte abſente per contumaciam, & non poteſt excuſari Epiſcopus à contumacia, cùm citatus per ſe, vel procurato. perſeuerare debeat vſq; in fi. Imò in diffinitiuis dicerem idem, ſcilicet, vbi abſens eſt per contumaciam, & hæc ſententia ſuper proceſsibus ſatis poſſet dici diffini.

Dicimus ergò, quòd ex quo Colubrienſi generaliter mandatum fuit, quòd ad cauſam ſuam agendam veniret, ſi per ſe, vel procura. non fuit, vel fuit aliquando, ſed receſsit illicentiatus, ſicut hic fecit reuocando procu. & nullum alium conſtituendo, etiam ad ſententiam diffinitiuam procederetur: vt hic. 11. q. 2. certum.

4 Et eſt hoc verum 4, vbi erat citatus non ſolùm ad certum articulum, ſed ad totam cauſam, & non ſolùm ad cauſam, id eſt, vel ad cauſę proceſſum, ſed etiam ad principalem, ſed ſi eſſet citatus ad aliquem ſpecialem articulum, non procede-

4 *Et eſt hoc verum. Addę eundem Innoc. in d. c. cõſuluit. & ibi Anto. de But. & Ioa. de Imol. de Alexand. de Imol. latè in l. eum qui ante calẽdas. colu. 3. ff. de verbo. obli. & do. Bart. Soci. in conſ. 195. col pen. ver. confirmantur. & Ange. Are. in tracta. maleſic. in gloſ. in verbo, ſingulis diebus & horis.*

tur ad aliquos alios ſpeciales articulos, nedum ad ſententiam, niſi iterum citaretur, & ita loquuntur contraria. arg. ſuprà, de offi. deleg. conſuluit. Sed obijcies ſi ad principalem cauſam fuerat citatus, quare non proceſsit ſuper eo? Reſpond. quia lite non conteſtata procedendum non erat. Item licet hîc proceſſum ſit ſuper proceſsibus, quia concluſum erat, & plenè conſtabat, & quia non magnum præiudicium partibus generabatur, vbi tamen prædicta non eſſent, melius eſſet expectare partes, & de nouo vocare. de vac. mu. l. penul. in fi. infrà, de vot. & vo. redemp. quòd ſuper his, quàm eis abſentibus procedere (& facies) contra. ff. de vſur. l. 1.

2 † Vſque) primò videtur iniquum quòd dicit hæc decre. quòd condem. no. in expen. nec expreſſa certa quantitate determinatis contra id, quod legitur. C. de ſen. quæ ſine cer. quanti. l. penul. & vlti. item prius debet fieri taxatio expenſarum, pòſt debet præſtari iuſiurandum, & poſtea condemnari. C. de iudi. ſancimus. & Authen. ſed hodie? Reſpon. hoc quòd hîc dicitur habet locum in interlocutorijs, vbi ſibi quid minus plenè denunciatum eſt, poteſt plenius determinari. aliud in diffinitiuis, vbi poſtquam eam tulerit, quia functus eſt officio ſuo, vt no. ſuprà, de offi. deleg. in literis. nihil poterit immutare, & ideò ad nihil eſſet vtilis, niſi certam quantitatem contineret, ſed propter hoc non reſpon. ad Authen. de iudi. quæ expreſsius loquitur in interlocutorijs, & ideò dixerunt alij, & tunc non valere ſententiam ſine certa quantitate, quando certa quantitas petita fuit, ſed ſi incerta fuit, & tunc ſententia debet ferri ſine certa quantitate. C. de ſent. quæ ſine cer. qua. l. 1. & 2. & poſtea non quæritur, an debeat condemnari in expenſis nécne, ſed tantùm taxatio fiat & iuſiurandum præſtabitur, & condemnatio, vel potius ſolutio ſecundum taxationem fiet, & eſt ratio, quia hîc non poterit fieri condemnatio certarum expenſarum, vel etiam petitio, quia ſecundum varias cariſtias temporum & maiores expectationes aduerſarij, maiores vel minores ſoluet expẽſas & diuerſa fiet taxatio. Cùm ergò de debito expenſarum conſtaret, benefecit quòd eos ad debendum condemnauerit, ſed quia quantitas erat incerta taxationem reſeruauit. Vel dic, dominum Papam hoc poſſe, ſed non eſſe trahendum ad conſequentiam. Secundò occurrit iniquum, quia condemnat in futuris expenſis contractus futuri temporis non pertinet ad iudi. ff. de vſur. l. 1. Reſpond. illud locum habere in vſuris quæ ſunt odioſæ, aliter enim prouidet in futuro. ff. de iudi. in bo. fi. ff. de peti. hære. quòd ſi in diem. in princ. & alimenta decernuntur in futurum ſecundum liberti, vel patroni facultates. ff. de lib. agno. ſi quis alimenta, vel aliter contractus futuri temporis non pertinet ad iudicem. Verùm eſt ſi non eſt obligatus ſicut ille, qui erat condemnatus, qui non erat obligatus ad vſuras, niſi prius quadrimeſtre tempus efflueret. C. de vſu. rei iud. l. 1. & l. eos. ſi autem incontinenti eſt obligatus, vt hîc, quia ex contumacia ſua præſenti erat obligatus ad præſentes, & ad futuras expenſas, benè fit condemnatio, & pertinet ad iudicem contractus futuri temporis, vt hîc.

CAPVT IX.

1 *Actoris & procuratoris differentia quænam ſit.*

2 *Epiſcopus quamuis non ſit dominus, conſtituere tamen procuratorem poteſt.*

3 *Licet actor, procurator, & ſyndicus inter ſe differant: ſæpè tamen vnum pro alio ponitur.*

Procurator ad litem conteſtandam & ad conſtituendum alium procuratorem ſuper alijs, quæ in eadem cauſa facienda erant an poſſit ipſam cauſam agere, & an vltra litis conteſtationem procedere poſſit.

Procurator an poſſit negotium reaſſumere.

PETITIO VESTRA. (Actores) † Actor conſtituitur à non domino authoritate iudice ad præſentes lites tantùm. inſti. de cur. §. vlt. ff. quòd cuiuſque vniuer. item eorum. & hoc ideò, quia interuenit decretum, quòd non extendatur ad futura. ff. de vſur. l. 1. procur. ſemper à domino ab initio, & ad vnã litem, & ad plures præſentes & ad futuras. ff. de procu. l. 3. & C. de procur. neque infr. eod. non iniuſtè. ſyndicus conſtituitur ab vniuerſitate & ad ea quæ procu. ff. quòd cuiuſque vni. l. 1. infrà, de ſyndi. c. 1. & vniuerſitas: quia domina eſt & poſsidere poteſt. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. vlt. & l. ſe procu. conſtituit. vt. C. de iur. cal. l. 2. §. hoc nihilominus. vbi de ſyndico vel actore loqui non poteſt, quia iuratur de calumnia, & quia tunc licitè iurarent de calumnia: vt not. infrà, de iur. calum.

calum. imperator. Canones autem omnes tales vocant procuratores. 1. quæſt. 3. ſaluator. & ſecundum canones prælati eccleſiarum & ante litis conteſtationem, & pòſt conſtituunt procurator. infrà, de iur. calum. cauſam.

2 † Item no. quòd licet epiſcopus non ſit dominus, tamen procu. conſtituit pro priè ſumpto vocabulo, quia ſi velles exponere procuratorem, id eſt, actorem, non eſt verum, quia ſecundum hoc neceſſe eſſet interuenire decre. ſuperioris, quòd hîc non interuenit, ſed ſecùs dicimus in tutore, nã ſi conſtituat actorem, vel procu. ante lit. conteſt. non valebit, niſi authoritate faciat iudicis ſuperioris, nam maior eſt authoritas Epiſcopi, quàm tutoris, ſed idem quod dicimus in Epiſcopo, dicemus in rectoribus locorũ, & in ſingulis & in dignitate conſtitutis, dummodò habeant adminiſtrationem, curator etiam ſiue generalis, ſiue ad litem tantùm dari authoritate ordinarij iudicis, non delegati debet, quia miſti eſt imperij. inſtit. de attil. tu. §. 2. ff. de tute. muto. §. tutoris. ff. de tut. & cura. dat. ab his. l. neq; mandare. nec debet procurator ſatiſdare rem ratam dominum habiturum, vel de iudicato ſoluendo. C. de admi. tut. l. fi. §. defenſione. ſufficit quòd ſatis det rem pu. ſal. fo. vel adulti.

☞ † Intentio) ſi conſtitutus eſt procurator ſimpliciter, id eſt, ſine illa clauſula quoties dominum abeſſe contigerit, quidam quòd ſi dominus poſtea venit ad cauſam, & pro ſe cauſa proſequitur aliquando, quòd ſi poſtea abfuit in aliquo termino citandus eſt dominus ad domum, vbi degit, & ſi nõ inuenitur, admittitur procurator, arg. inſti. de pupil. ſubſti. in prin. ibi qua ratione. & §. ergò in pupillari. & C. de cur. fur. cùm alijs. Alij tamen probabilius dicunt, quòd ſiue ante lit. conteſt. ſiue pòſt incipiat tractare litem reuocare, videtur primum procur. inf. eod. c. pen. ff. de procur. pluribus. ff. man. qui mutuo. §. non ideò.

Et hoc verum eſt, niſi domino poſt litis conteſtationem contradicta fuiſſet aſſumptio litis. ff. de procu. quæ omnia. Item cùm ex ſola præſumptione dicamus factam reuocationem iſtam, ſi alia præſumptio ſit, quòd non intendebat reuocare, ſed propter aliam iuſtam cauſam reſumpſit agere litem, non dicam reuocatum mandatum puta, quia procurator eſt infirmus, vel abſens, vel quia in aliquibus dominus melius nouit cauſam. de procu. l. fi. ff. de procu. actor.

3 † Et not. quòd licet propriè ſumptis vocabulis differentia ſit inter actorem, procur. & ſyndicum: tamen vnum ſæpè ponitur pro alio. infrà, de iura. calum. cùm cauſam. ſufficit enim quòd apparet intentio inſtituentis. 22. q. 5. humanæ. Item quæritur ſi procurator conſtitutus ad lit. conteſt. & ad conſtituendum alium procuratorem ſuper alijs quæ in eadem cauſa fuerunt facienda, poſsit per ſe authoritate prædicti mandati totam cauſam agere, an teneatur alium procuratorem conſtituere authoritate mandati prædicti, & ipſe vltra lit. conteſtationem non agere poſsit. Sol. reſpon. quòd totam cauſam per ſe agere poteſt authoritate prædicti mandati, quia voluntas eſt conſtituentis, quæ potiſsimè attendenda eſt, vt hîc videtur fuiſſe, quòd potius ſi per ſeipſum, quòd per alium ageretur, ſi vellet. ar. ff. de procu. ad legatam. ff. de iudi. Sol. iam tamen. Et quam adiecit, quòd alium faciet procuratorem adieciſſe videtur ad exonerationem eius. Illud autem non placet, quòd poſsit agere ea, quæ poſt litis conteſtationem facienda ſunt, etiam ſi expreſſè prohibitum eſt à domino, quia aliàs poſt litis cõteſtationẽ factus eſt dominus, quia tamen mandatũ receperit ſub certo tenore, ſcilicet, quòd vſq; ad lit. conteſt. [a] procuraret, vlterius procedere non debet. ff. mand. diligenter. dummodò expreſſè appareat voluntas conſtituentis, ſcilicet, quòd voluit vltra lit. conteſt. procurare, ſed ipſe dominus per ſe, vel per alium litem cœptam perficiet, nec conſtituetur procurator ab eo, qui litem conteſtatus eſt. † Item ſi quis conſtitutus eſt procurator quoties dominum contigerit abeſſe, iſte procur. ſic conſtitutus, poterit reſumere negotium etiam multis vicibus domino ſe abſentante. arg. curatoris furioſi, qui ceſſantibus dilucidis interuallis curam furioſi reſumit. C. de cur. fur. cum alijs. ff. man. qui mutuam. §. non ideò (reprobamus) licet ſcribatur his duobus procuratoribus, tamen quia de iure reſpon. conſultationi ab eis factæ inter eos ius facit, & maximè cùm de iure ſineret.

[a] *Lit. conteſt. Ad hoc adde Paul. de Caſt. in conſ. 104. colu. 2. circa fin. incip. ſi filium viſis & ponderatis omnibus ſecundum nouiſ. impreſsionẽ.*

CAPVT X.

1 *Pater per ſe agit, vel procuratorem conſtituit in cauſa filij in poteſtate exiſtentis.*

2 *In peculio caſtrenſ. filius conſtituit procuratorem authoritate patris, quid autem in filio faſto milite, in num. 3.*

4 *Pater in cauſa matrimoniali pro filio conſtituit procuratorem.*
5 *Poteſt tutor actorem conſtituere ſuo periculo.*

ACCEDENS AD APOSTOLICAM. (Procuratorem) quæ cauſa eſſet ſuper quam procurator eius requirebatur, hîc non dicitur (ſuam) id eſt, filiæ ſuæ cui⁹ tutrix erat, vel aliter ſuam quæ tamen hîc non exprimetur.

1 † Tu ergò) pater enim in cauſa filij exiſtentis in poteſtate per ſe agit, vel conſtituit procuratorem, quia legitimam habet adminiſtrationem in bonis eius. C. de bo. ma. l. 1. C. de bo. quæ lib. cum opor. §. non autem. & l. cùm non ſolùm. §. patre. & §.
2 hic procul. † In caſtrenſi autem peculio, tantùm filius authoritate patris conſtituit procuratorem. arg. ff. ad Macedo. l. 1. §. vlti. & l. ſeq. & intelligo quòd pater faciat prædicta, adhibito conſenſu filiorum, ſi ſunt maiores infantia, & ſunt præſentes, nec attendo cuius ſunt ætatis, quantumcunq; maioris. C. de bo. quæ lib. cùm non. §. vbi voluntas. Item hoc intelligimus vbi concordant voluntates patris & filij, ſi enim diſcordarent, pater filio cogit præſtare conſenſum, ſi maior eſt 25. annis. niſi in caſibus. Authen. de æqua. do. §. 1. & vlt. ſi autem ſit minor 25. ann. debet adire iudicem, qui dabit ei curatorem, & eius conſilio aget, vel ceſſabit, vt in l. præalleg.
3 §. & ſi filius. † Similiter authoritatem prædictam præſtabit pater filiofa. facto militi, vt in ea. l. & in eo. §. & ſimiliter etiã clerico, & ſicut militi præſtat pater authoritatem in rebus, quæ ſibi occaſione caſtrorum obueniunt, vt in ea. l. §. ſi autem dicitur. ff. de cap. l. 5. ita clerico in his quæ ſibi obueniunt de eccleſia. hoc non placet. Non enim ſimilitudo eſt inter bona temporalia & eccleſiaſtica quæ ſunt diuerſi iuris, & diuerſi fori principalis, quia temporalia ſunt de foro imperatoris, vel ſeculari, & ſpiritualia ſunt de foro Papæ, vel ſpirituali, vel eccleſiæ, & quia in his nullum commercium habent laici: vt no. ſup. de æta. indecorum. ſed poteſt requiri authoritas ſui prælati, vt not.
4 † In cauſa autem matrimoniali hoc habes expreſſum, quod pater pro filio conſtituit procuratorem, quæ cauſa eſt ſpiritualis, nec contradicit decret. infrà, de reſti. ſpo. ex parte. quia illa minor non habebat aliquem, in cuius poteſtate eſſet.

Et hæc intelligo vera in filijſfa. minoribus 20. ann. Nam ſi ſunt maiores ad caſtrenſia & eccleſiaſtica & ſpiritualia, fortè poſſet dici, quòd non requiritur authoritas patris, in cuius poteſtate exiſtit, nec prælati. ff. ad Macedo. l. 1. §. vlt. & l. ſeq.

Et hæc vera ſunt in patribus & filiſſa. † In tutoribus autem dicimus, quòd
5 tutor poteſt conſtituere actorem ſuo periculo. ff. de admi. tu. decætero. & procur. etiam facere poteſt poſt litis conteſtationem, ſicut & quilibet procur. factus dominùs lit. conteſt. C. de procur. l. tutores. actorem autem prædictum poteſt facere tutor, & iudex præſtabit authoritatem. C. de Authen. tu. vel cur. l. 1. vel iudex faciet, quem tutor elegerit. inſtit. de cur. §. vlt. In optione autem tutoris & curatoris eſt, vt ipſe agat vel pupillis, vel adultis agentibus aſsiſtant, & authoritatem præſtent. ff. de admi. tu. l. 1. ſi ſint infantes vel abſentes, vel furioſi, vt ibidem, quia tunc per ſe tantùm curator & tutor agere debet, pupillus etiam procuratorem facit authoritate tutoris. C. de procur. neque. & ſi non interueniat authoritas tutoris, & feratur ſententia pro eo valet, contra eum minimè. C. de procu. non eo. Innoc.

CAPVT XI.

1 *Procurator an poſſit petere dilationem ad dominum conſulendum.*

DILECTVS FILIVS. (Iudicibus) nam ſi ad cauſam, quæ commiſſa eſt procuratori, vt in ea defendat citetur procurator huic non debet iudex dare inducias, quia præſumitur quod dominus inſtruxerit eum.
1 † (Citato) ad domum non perſonaliter, quia tunc non haberet locum, quòd dicit decre. ſcilicet, quòd daretur procuratori terminus, vel dilatio ad dominum conſulendum, cùm dominus citatus eſſet ſuper certo capitulo, ſuper illo procurator debuerit inſtruere, & ſecundum hoc videtur, quòd ſufficiat ad domum miſſa citatio, quod non eſt verum, niſi in caſibus. vt not. infrà, de eo qui mit. in poſ. ſi aduerſarius. Sed potes reſpondere, quòd hoc non ſufficit citari ad domum, ſed citatus fuit generalis procurator, & ſi ille reſpondere non poteſt, habebit dilationem, vt dicit

dicit hæc decre. tamen per hoc non dicimus, quòd generalis procurator teneatur reſpondere, niſi velit. ff. de procu. ſed hîc §. prætor. & l. mutus. §. vlt. & l. non cogendo. poſſet etiam loqui hæc decr. quòd ſi is de quo hîc agitur citatus fuiſſet Bononiæ non expreſſo articulo ſuper quo citabatur, quòd procurator eius ſiue generalis, ſiue ſpecialis intantum habet dilationem, vt ad eum mittat, & per eum inſtruatur (conſuleret) arg. quòd ſi quis citatus non expreſſo, ſuper quo eſt citatus conſtituit procuratorem, procurator debet habere inducias vt conſulat dominum Innocen.

CAPVT XII.

1 *Procurator in iudicijs conſtitui debet ante litis conteſt.*
Et quid iuris, ſi procurator ſit conſtitutus ante receptionem libelli.
2 *Cautela pro iudicibus in aſsignatione termini ad producendum teſtes.*
3 *Cùm procurator promittit ſatisdare, admitti debet, neq; eſt condemnandus prior.*

CONSTITVTIS IN PRAE. noſtra T. quòd potuit etiam ſine mandato. C. de procur. maritus. † Ad
1 agendum iuſtè conſtituitur procu. in iudicijs, & ante litis conteſtationem ad proponendum cauſas abſentiæ meæ, & ad probandum. ſup. eo. quærelam. & not. infrà, de accuſa. veniens. Item ad agendum & defendendum, vt hîc. Item ad producendum teſtes, & ad appellandum, & ad cætera huiuſmodi, quæ poſt litis conteſt. proponenda occurrerint, ſed ſi ante libelli receptionem conſtituatur procurator ad proponendas cauſas recuſationis, vel dilatorias, vel declinatorias fori, vel alia huiuſmodi, non eſt idoneus procurator, niſi prius dominus recipiat libellum. Quod ſic probo, quia ſemper in princ. reo mittendus eſt, vel offerendus eſt libellus. 3. q. 3. §. ſpacium. & Authen. offeratur. ſed iſte de quo dictum eſt, non habet poteſtatem recipiendi libellum per talem procuratorem, ergò nec recuſandi, nec recipiendi. Item reo non competeret exceptio, niſi aliquis contra eum ageret, ſed principium agendi eſt cedere actionem. ff. de eden. l. 1. ſi ergò nullus compareat, qui hanc poteſtatem recipiendi libellum, vel editionem accuſationis habeat, non eſt in ea cauſa aliquis reus, & ſic nec cauſas recuſationis, nec dilatorias, nec peremptorias exceptiones poterit proponere, cùm non ſit contra quem proponat. Item probatur alia ratione, quia iſte procur. qui conſtitutus eſt ad excipiendum, aut dicet dominus meus non tenetur comparere coram te, quia pars aduerſa, vel iudex eſt excommunicatus, & tunc non eſt audiendus, quia etiam tunc comparere debet. infrà, de app. ſi duobus. ſi autem dicit, non teneor reſpondere, niſi in principali cauſa, & hoc non oportet eum dicere, quia hoc certum eſt, quòd procurator non eſt, ſed articulum de excommunicatione proponere poteſt, niſi fortè excuſando, excuſare autem abſentiam poteſt, ſed ſi eſſet procurator conſtitutus ad recipiendum libellum, vel edictum accuſationis, tunc benè poſſet proponere accuſationem & exceptionem, & tunc benè valet procuratio, aliàs recuſatio ſuper his, quia hîc aliquis eſt reus vel procurator rei, ad ea quæ ſufficiunt in præſenti, licet non ſufficiant ad totam cauſam.
2 † Item prudenter attendant iudices, vt quando aſsignant terminum ad producendum teſtes, vel aliud conſimile, quòd ſemper adijciant, & ad omnia alia, quæ facienda occurrerint, quia niſi adijciantur, hæc ſufficit domino conſtituere procur. ad producendum teſtes, & ille procurator, ad aliquid non tenebitur, niſi ad teſtes producendos, & ad ea quæ tunc productioni teſtium ſunt neceſſaria, vt ex aliqua cauſa omittatur productio teſtium non procedatur ad alia, quia non eſt in eis procur. ad hoc autem tenetur quilibet procurator, quantumcunq; diſtrictè ad aliquem certum articulum conſtitutus ſit, quòd ad alia quæ ſequuntur facienda in iudicio recipiat terminum, nec certum datur edictum. 11. q. 3. c. certum. alij dicunt quòd procurator conſtitutus ad excipiendum tantùm, admittendus eſt, & excipere poterit etiam ſi non habet procurationem ad defendendum vel recipiendum libellum, nam in hac cauſa reus eſt dominus, licet ſit abſens. (Sufficientem) niſi eo primo agente proprio reconueniatur in modum reconuentionis. ff. de procur. ſed hæ perſonæ. §. defenden. C. de defen. ciui. inter. Authen. & conſequenter. ſed videtur quòd malè condemnatur ex ea cauſa, quia procuratorem ad defendendum non inſtituerat, quia ſi ſatisdare vult, quilibet etiam ſine mandato admittitur. C. de ſatiſd. l. 1. C. de procu. exigendi. & ſi ſatisdare non vult etiam cum mandato, non eſt idoneus defenſor: vt. ff. de procur, ſed hæ, §. 2. C. de ſatiſ. l. 1. §. vlt. reſpon.

imò multum facit, quia ſi mandauiſſet ei de defendendo mandaretur ſententia executioni in bonis eius, aliàs autem ſi ſe ſponte obtulerit, cùm nõ haberet mandatum, nec reconueniretur, niſi mãdaretur ſententia executioni in bonis domini. ff. de procu. ſi procu. ff. de inſti. ſi quid. in prin. ff. de act. emp. mul. §. ſi procur. ff. de re iudi. ſi ſe ob. in prin.

3 †Item hic procurator non offerrebat ſatisdationem, & ſic nullum remanebat actori auxilium, ſed quid ſi vellet ſatisdare debet admitti, nec prior condemnabitur. C. de procu. exigendi. & poteſt dici, quòd licet lex exigendi loquitur, quòd ſit audiendus defenſor ſuper cauſa principali, cùm autem contumacia apparet recedentis, & per ipſum poſsit multa beneficia conſequi, ſi procuratorem cõſtituiſſet, vt dictum eſt in expenſis poterit condemnari. In hoc autem non facimus vim, quòd non ſolùm poſt litis conteſt. audiendus eſt, qui iura abſentis dicit, ſed etiam ante lit. conteſt. ex neceſsitate iudex admittere tenetur defenſorem. ff. de ſolu. ſolutionem. ſed quid ſi ad defendendum procuratorem conſtituiſſet, ſed procurator nollet defendere, nunquid condemnaretur in expenſis, nos dicimus, quòd ſic. imputet enim ſibi quod vocatus non comparet vt debet, & quòd minus idoneum elegit. ff. nau. cau. l. vlt. §. in hac. & §. ſeq.

†Hîc autem ſcias, quòd procurator ſiue ſpecialis, ſiue generalis, non cogitur defendere, niſi velit etiamſi ſatisdedit de defendendo & iudicato ſol. ff. de procur. l. mutus. §. vlt. & l. ſeq. niſi dominus pro præſente & procur. & non contradicente ſatisdediſſet. ff. de procu. filius. §. vlt. & idem eſt etiam ſi pro abſente ſed procu. id tacitè vel expreſſè ratum habuerit alius caſus eſt ſi agat, quia tunc & defendere cogitur. ff. de procur. ſed hæ. §. per ſatisfactionem. Item ſecundum quoſdam ſi ſuſcepit procurationem, & lis eſſet peritura tempore cogitur litem conteſtari. arg. ff. de procur. ſed etiam ex his. & l. mutus. §. vl. poſtquam ſatisdedit procurator de defendendo committitur ſatisdatio ob rem non defenſam. ff. de procur. non cogendum. & domino tenetur ad intereſſe. inſtit. man. §. mandatum quod.

CAPVT XIII.

MANDATO PROCVRATORIS. (Poſt litem) idem eſt, & ſi ante litis conteſtati. ſecundũ quoſdam ſed contra eum tenditur retro iudicium nullum. ſup. eo. in noſtra. ſed ipſi reſpon. iudex non admittet probationes ſuper reuocatione mandati facta ante lit. conteſtationem, niſi adijciat, & quòd notificauerit aduerſario. & eſt hoc propter malitiam, vel negligentiam eius, vel licet reuocauerit videtur à reuocatione recedere, niſi alteri prædictorum notificaret, plus placet quod no. ſup. eo. in noſtra. (ignorante) ff. de procur. ſi procu. arg. contra. ſup. eo. ex inſinuatatione in princ. ſo. ibi notificatum fuit aduerſario, vel alij, vt ibi. Innoc.

CAPVT XIIII.

1 *An procur. teneatur appellationem ab interlocutoria vel grauamine interpoſitam proſequi.*

NON INIVSTE. (Filium fa.) ff. de procur. ſi quis filius. §. ipſe (ad futuras) ff. de procu. l. 3. & 4. (prius) ff. de procu. pluribus temporibus. ff. de procu. ſi quis cum. de his no. ſup. eo. in noſtra (is) procu. mandati tenetur, niſi faciat contra ipſum, appellari enim poteſt ab vno capitulo ſententiæ, & non ab alijs. ff. de mino. etiam. §. ex cauſa (appellare) C. de procur. inuitus (iuſta cauſa) ignorantia vel paupertas. ff. man. ſi procu. §. ignorantis (licet ap.) C. de app. ſi actor. arg. contra. ff. eo. qui proprio. §. item quæritur. ff. ſi tut. vel cur. ap. l. vlti. obtinet hoc in procuratore actoris negotiorum geſtoribus, & in fideiuſſoribus, ſed aliud in emptoribus & hæredibus vindicantibus, necem defuncti, quia hi proſequi appellationẽ tenentur. ff. ad Silleia. propter ne. §. vl. ff. de euic. Herennius. §. 1. idem credimus in tutoribus & cura. arg. ff. ſi tut. vel cur. l. 2. C. de app. ſi actor. Et idem dicerem in geſtore, qui acceſsit animo gerendi omnia, qui cùm teneatur de alijs omiſsis multofortius ſi omiſit appellationem proſequi. ff. de nego. geſt. ſi pu. §. vlti. quamuis poſſet dici eum tantùm proſequi, quia ſicut aliorum negotiorum proſecutionem non poteſt omittere, ſic nec proſecutionem appel.

1 †Sed nunquid appellationem ab interlocutoria vel grauamine interpoſitam tenetur proſequi procur. reſpond. ſic, ſi in eadem ciuitate ſit, vel in loco vbi non oporteat eum ſua negotia poſtponere, tamen non dimittet executionem appel. ante litis conteſta. emiſſe, niſi authoritate iudicis. arg. hîc. ff. eo. poſt li. in princ. & l. aut

aut longa. nos tamen credimus, quòd licet ſecurius ſit à iudice habere abſolutionem, tamen ſua authoritate poſsit cũ ſibi à lege concedatur.

CAPVT XV.

1 *Procuratio facta ab excommunicatis elidi poteſt per exceptionem huiuſmodi excommunicationis. & de hoc in num. 2.*
3 *Conſtitutio actoris vim capit ex decreto.*
4 *Nunquid repellatur procurator cùm repellitur conſtituens.*
5 *An vniuerſitas excommunicari poſsit.*

CONSVLTI. (Sententia) Benè dicit, quòd hi qui erãt innodati per ſententiam, quia ſi non eſſent per ſententiam innodati, ſed à canone, ſiue eſſet occultum, ſiue notorium, tamen conſtitutio procuratoris ab eis facta teneret, nec poſſet huiuſmodi procurator per exceptio. repelli, cùm tolleretur in officio eius cuius authoritate procurator cõſtitutus eſt. 6. q. 2. c. ſi tantùm. arg. 8. q. 4. nónne. Sed quando per ſententiam ſunt damnati, ſiue occultum, ſiue manifeſtum ſit, non poſſunt conſtituere procuratorem, ſi autem non pro vniuerſitate, ſed pro ſe quis conſtituat procura. tunc benè repellitur exceptione, etiam ſi tantùm à canone eſt excommunicatus, & etiam ſi ſit occultum, & eſt ea ratio diuerſitatis, quia ibi tolerantur, quæ fecit ratione publicæ vtilitatis, & publici officij, quod exercet, at in alio caſu, vbi publicum officium non exercet, non expedit exceptionem non admitti, ſed ſi non excipiatur, tenet quod facit, infrà, de excep. pia. Alij tamen dicunt & fortè melius, quòd hi conſenſus ſiue ſuffragia iura perſonalia ſunt, & non publica.

1 †Et ideò ſi perſonæ conſentientes, vel facientes procuratores ſint excõmunicatæ non per ſententiam, vel etiam ſi nomine vniuerſitatis faciant elidi, poteſt per exceptionem huiuſmodi procuratio, vel dic quod aliter eſt circa illos, qui ſunt in publicis officijs, aliter in contractibus, qui celebrantur cum alijs, vel in negotijs quæ alios tangunt, vt ſunt inſtrumenta, & teſtimonia cuiuslibet iuriſdictionis voluntariæ, & contentioſæ exercitium, vbi propter publicam ignorantiam, & propter publicum officium aliqua valent, & habent effectum quæ aliter non haberent. ff. de offi. præſi. l. Barbarius. C. de teſta. l. 1. ſed ea, quæ tantùm aliqui faciunt cum alijs communiter, & non authoritatem præſtando, licet publicum officium habeant ſicut procuratores electionem & conſtitu. & conſimilia, quæ potiùs reſpiciunt honorem facientiũ, quàm vtilitatem aliorum benè poſſunt elidi per exceptionem, puta quia qui eligit, vel procur. fecit, erat excõmunicatus, nõ tamen per ſententiam, & etiam poteſt agi officio iudicis, vbi caſſaretur, tamen ſatis videtur non excipere contra procur. excommunicatorum, quòd quandiu tolerantur procuratores excommunicatorum, quæ facta ſunt ab eis teneant, & ſi procur. excommunicati non per ſententiam condemnatus egerit, tenet, quia iam ibi adeſt alia ratio. ſcz. quòd teneat propter communem ignorantiam & publicum officium, & etiam quæ fiunt cum talibus excommunicatis, non per ſententiam, non caſſatur propter eorum præſentiam, licet voces eorum non præſtarent ſuffragium, & poſſet adhiberi hîc illa diſt. quæ poſita eſt in elect. ſup. de elec. illa.

2 †Et no. quòd dicimus elidi procurationem excommunicati per exceptionẽ, dicimus enim quòd tenet procuratio ipſo iure, quod ex eo probatur, quia etiam reus dum eſt excommunicatus, poteſt conſtituere procuratorem. inf. de iudi. intelleximus. & etiã actor in cauſa app. inf. de excep. ſignificauerunt. melius enim eſt quod per procuratorem agat, quàm per ſe, vt poſt ſe non ingerat cõmunioni. infr. de excel. præla. illud. & hic procur. ab excommunicato conſtitutus, ſi minus benè agat in caſibus, vbi agere poteſt tenetur ei mãdati. Sed quæris rationẽ quare ex quo tenet conſtitutio procu. quare ad minus poſt abſolutionem non tenetur exequi mandatum? Reſpon. excommunicatus non habet exercitium litis, & ideò illud mandare non poteſt. ar. 1. q. 7. Daibertum. ſed quod habet mandat. l. quòd teneat, q. cum eo factum fuerat, ſicut teneat, ſi cum excommunicato de nouo actum eſſet, & propter communem ignorantiam & publicam contrahentium vtilitatem.

Et hæc habent locum, ſi non eſt per ſententiã excõmunicatus, quia ſi per ſententiam excõmunicatus eſſet, non valeret quod factum eſſet in iudicio, vel ſpiritualibus, etiam ſi non exciperetur. infrà, de ſen. & re iudi. ad probandum. alios autem contractus etiam excõmunicatus, & per ſentẽtiã celebrare poteſt, vt no. inf. de dolo. veritatis. (illi) puta quia ſiue dictum ſit maior, & iurati fecerunt, procuratorem talẽ, ſed ſi dicerent, cõmune talis loci

fecit talem procuratorem, benè valet, quamuis maior & iurati essent excommunicati, cùm commune mortuis eorum rectoribus, vel aliàs factis impotentibus possint constituere procuratorem. ff. q; cuiusq; vni. l. 1. §. vlti. item licet vt testes inscripti sint nullo modo valet procuratio.

3 †Authoritate) etiam si in hoc instrumento non diceretur, scilicet, quod eorum authoritate fecisset, vel quia diceretur tale commune fecit talem actorem, & maior & iurati tanquam iudices interposuêre decretum. ff. quod cuiusq; vniuer. item eorum. & hoc est ea ratione, quia actoris constitutio vim capit ex authoritate decre. sed hoc stare non potest, quia vniuersitas cùm sit domina. ff. de re. iudi. intantum. non facit actorem, sed syndicum. ff. quod cuiusq; vni. l. 1. vbi non credimus necessarium decretum. Sed contra est in ea. l. vbi dicitur, quod licitum est vniuersitati habere actorem, sed dic illam l. loqui aliàs quando vniuersitas actorem constituit ad negotia, vel loqui de actore constituto ab administratore vniuersitatis, vel etiam ab vniuersitate in negotijs, vbi non est differentia.

Hoc generaliter dicimus verũ, quod non valet procuratio facta authoritate excommunicatorum, siue authoritas sit de substantia procurationis, siue non, puta quia procuratio valeret etiam sine authoritate maiorum, & est speciale statutum in odium excommunicatorum, & idem dicimus in omnibus vbi decretum eorum interponeretur, quia quod minus est etiam si non vt autho. præstantes, sed tanquam alios admiserunt scienter excommunicatos non valet procur. secùs si ignoranter, vt hîc. Item secùs in alios excommunicatos non scienter admisissent cum protestatione. de hoc not. supr. de ele. illa con. quamuis aliud posset dici in spiritualibus, aliud in cõstitutione procu. vel alijs temporalibus.

✠ †Item si procur. esset antè constitutus ab excommunicatis nomine vniuersitatis, tamen eis postea absolutis, non poterit inchoare litem, & etiam si inchoasset litem antequam excommunicaretur instituens, nihilominus eo postea absoluto remouebitur à prosecutione causæ, sicut & ipse constituens remoueretur.

Et hoc intelligo verum, vbi ad ipsum excommunicatum & constituentẽ pertinet exercitium actoris, licet alio nomine agatur, sicut est in prælato ad quem pertinet, nec agere, sed non nomine suo, sed ecclesiæ, vt not. suprà, de rescrip. edoceri. Nam cùm iste procurator necesse habeat agere nomine prælati ad quem pertinet agere, si ipse repellitur, ergò & constitutus ab eo, sed si esset talis persona quæ posset nomine ecclesiæ agere nõ nominatis excommunicatis, vt est in vicedomino, qui potestatem agendi habet & iurisdictionem â canone. 89. distin. volumus. (Oeconomus) œconomus enim & visitator, & etiam syndicus, & actor vniuersitatis non alterius priuatæ personæ, qui administrationem habent à lege. ff. quod cuiusq; vniuer. l. 1. §. quibus. & l. item. §. penul. 7. q. 1. frater. 61. dist. obtinet. 89. dist. quod in quibusdam non repellũtur ab agendo nomine vniuersitatis, etiã si singuli essent excõmunicati, quia vniuersitas cuius nomine agitur excommunicari non potest. 24. q. 3. si hæres. si autem tunc essent excommunicati per sententiam, quando prædictas personas constituerunt benè repellerentur, quia tunc nõ tenet constitutio, vel datio syndici, vel prædictorum officiorum ab excommunicatis facta. ☞ †Idem dicunt quidam, & non probabiliter, quod in syndicis & actoribus, & huiusmodi officijs temporalibus, & quæ ad libitum reuocantur aliud est, quàm in vicedomino, & alijs officialibus perpetuis. de hoc not. sup. de offi. dele. licet. & de offi. vic. romana. Item aliud est in temporalibus officijs, qui agunt nomine constituẽtium, vt syndici, aliud in alijs temporalibus, qui nomine constituentiũ non agunt vt visitator, vel coadiutor, qui non nomine dantium agunt, sed nomine ecclesiæ, cuius est visitator, vel coadiutor. huiusmodi enim officialibus non nocet, si is cuius adiutor est sit excommunicatus, cùm ab eo non fuerit constitutus, nec nomine eius agat, sed nomine ecclesiæ, & idem dico etiam si constituens esset excommunicatus.

TITVLVS XXXIX.

DE SYNDICO.

1 *Syndicus quis sit.*

SICVT STVDII. †Syndicus est, qui pro vniuersitate agit & iurabit de calũnia, cũ habeat liberá administrationẽ. C. de iur. calũ. l. 2. §. 1. (à litigijs) dicunt quidã hoc esse consiliũ, vnde monachus de mandato debet causas tractare. 16. q. 1. monachi. & c. qui verè.

TITV-

TITVLVS XL.

DE HIS QVAE VI METVSVE CAVSA fiunt.

ACTIO QVOD METVS CAVSA, & de dolo & furti, & aliæ consimiles, requirunt damnum. cũ enim condemnatio facienda sit ad interesse. ff. quòd me. causa. si cum ex. §. quadruplicatur. & §. Julia. sed si nullum est damnum, nulla fiet condemnatio, & ideò benè licet conuento actione, quòd metus causa excipere non interest tua ratione dominij, quod meum est, & hoc probo, scilicet, quòd suum fit dominium incumbit metum inferenti, licet sit in possessione, quia constat, quod possessio est mala, vnde non exonerat eum à probatione. Fatemur tamen quod si ratione possessionis interesset eius, quòd etiam illud interesse æstimatum restituere debet, vel possessionem rei oblatæ, sed etiam si elidatur actio quod met. causa per except. habet tamen alia beneficia contra metum inferentem, scilicet, l. Iul. de vi. & edictum diui Marci. Hæc omnia probantur. ff. quòd metus causa, sed & partus. cum duabus. ll. sequen. ff. de fur. credi. sed & si reus metum inferens, non excipiat de dominio suo, & si rem restituat, nihilominus post sententiam latam contra eum, in act. quòd met. causa vendicabit eandem rem. Nec obst. ei exceptio rei iudicatæ, quia licet eædem sunt personæ, & res in vtraq; causa, causa tamen petendi est alia. suprà de offi. dele. causam matrimonij. si autem exceptionem dominij opposuisset, & ea non obstante lata esset sententia restitutionis pro actore: tunc fortè posset dici, quòd benè obstat exceptio rei iudicatæ. ff. de compens. quòd in diem. & no. de hoc. infrà, de causa pos. cum ecclesia. non obst. C. loca. si quis conducet. vbi dicitur, quòd conductor non potest referre quæstionem de dominio locatori, quia illud ideò est, quia ab eo causam habet voluntariam, sed metum inferens non habet causam à metum passo saltem voluntariam.

CAPVT I.

1 *Quæ requirantur ad hoc vt mulier dicatur timore mariti aliquid fecisse.*

2 *Ratificatur matrimonium per consensum, licet prius præcesserit metus.*

3 *Votus & habitus susceptionis differentia.*

PERLATVM EST. (Patefaciens) de protestatione not. suprà, de consti. cum M. suprà, de elect. Cumana. reli. (velum) id est habitum religiosum ne sit. contra. 20. q. 1. vidua. (velum) scilicet, conuersionis. 20. q. 1. de votis (simulauit) 22. q. 1. vtilem (sororum) & priorissæ, quia ipsæ sine priorissa non possent agere, sed ipsa sine eis posset, vt not. suprà. de reseriben. edoceri.

1 †Non timore) quia iuuenis erat, & paruum filium habebat, & quia de voluntate protestata est, quando intrauit, ideò transfunditur onus probationis in negantem. de hoc not. suprà, de offi. delegcùm in iure. Vel dic, moniales videntur probare eam non timore mortis intrasse hoc ipso, quòd non probatur contra C. qui. mili. non pos. super seruis. libr. 12. vel sponte assumpserint sibi onus probationis. 29. q. 2. cuius (ratum) not. metum mortis non tantùm imminere, quando gladij erant præsentes, sed toto tempore quo vixit maritus, quia potestatem necis habebat super eam. si. ff. quod met. causa. si impressi. & intelligo hunc metum præsentem, cùm semper possit occidi per maritum, quia ita potens erat, quòd non poterat habere locum, ad quẽ confugeret sine timore mortis. ff. quod met. causa. metum. in princip. vnde toto tempore vitæ eius, non præsumitur ratificare, sed eo mortuo, si pòst remaneret, tunc præsumeretur habere ratum.

2 †Si quæras intra quantum tempus post mortem, vel postquam fuit secura. dicunt quidam per mensem. arg. 1. q. 1. constat. nos dicimus hoc relinquendum arbitrio iudicis. ff. de verb. obli. continuis. §. cum ita. item hoc idem est in matrimonio, quod licet præcesserit metus, si pòst sequatur consensus, ratificatur matrimonium, infrà, de spon. ad id quod. Item hæc mulier quæ solenniter velum accepit de manibus episcoporum, & monasterium ingrediendo, vouisse videtur, & hoc votum tacitè ratificare videtur, si cessante timore in monasterio perseueret, si autem sine solenni-

ſolennitate accepiſſet, nec verbo vouiſſet nō intelligeretur ratificare, vt not. infrà, de reg. & tranſact. ex parte. vel ſi eodem monaſterio eſſet non profeſſe habitum non portantes.

3 †Item differentia eſt inter votum & habitus ſuſceptionem: quia votum tenetur ſeruare, niſi metus interuenit qui in virum conſtantem caderet, nec valebit ei proteſtatio, niſi ex tali, ſcilicet, iuſto metu interuenit, cùm non proſit, niſi vbi iuſta cauſa interuenerit: vt not. ſuprà de elec. Cumana. non eſt autem iuſta cauſa, niſi & metus ſit talis, qui caderet in conſtantem virum, ſed in ſuſceprione habitus ſufficit, quod qualiſcunq; metus, vel etiam alia præſumptio, vel proteſtatio ſuper hoc habità appareat quod habitum inuitus ſuſcipiebat. Vnde ſi patris comminationibus habitum ſuſciperet illum poteſt dimittere. 20. q. 3. præſens. ſecùs ſi vouiſſet. Ratio diuerſitatis, quia in voto cùm expreſſa ſit voluntas ei ſtandum eſt, niſi aliquod expreſſum appareat in contrarium, ſed cùm ſuſcipiendo habitum nihil expreſſè voueat, ſed præſumptiuè tantùm talis præſumptio facile per aliam præſumptionem eliditur.

CAPVT II.

ABBAS SANCTI. (Vniuerſa) non iuſtum metum amiſsionem omnium rerum (reuocari) licet peccauerit renunciando, tamen in odium metum inferentis reſtituitur.

CAPVT III.

1 *An iuramentum metu extortum ſit ſeruandum.*

2 *Non tenetur eccleſia illicitam renunciationem ratam habere.*

3 *Iudex ſemper cauere debet ne quis àirectè veniat contra iuramentum.*

1 AD AVRES NOSTRAS. † Iuramento.) hîc habes quod iuramentum metu extortum eſt ſeruandum. arg. 22. q. 5. qui compulſus. ſi quis coactus. infrà, de reſtitut. ſpol. accepta. infrà, de iureiurand. ſi verò. arg. Contrà. ſuprà eodem proxi. c. & infrà eodem. c. proxi. infrà, de reſti. ſpol. ſolicitè. 15. q. 6. Authent. ſolu. B. dixit quod iuramentum metu extortum, non obligat, & idem dixit prætor, quæ vi met. cauſa fi. ratum non habebo. ff. quod met. cau. l. 1. alij dicunt, quòd ſi is qui iurat, habet animum obligandi, ſe obligat, aliàs non. ar. infrà, de bap. maiores. Alij dicunt, quòd licet metu extortum ſit iuramentum, tamen ſeruari debet, quod licet metus interuenerit, tamen noluit. 15. q. 1. meritò.

Nos diſtinguimus inter iuramentum, quod ſui natura eſt malum & turpiter præſtitum, quod non obligat, vt not. ſup. de elec. venerabilem. & illud, quod non eſt malum de natura ſui, ſed turpiter præſtitum, id eſt, dolo vel metu extortum, & tale obligat, hîc autem tantùm de turpiter, id eſt, dolo vel metu extortis iuramentis agimus, & dicimus quòd iuramentum metu extortum ſuper rebus ſuis non repetendis obligatorium eſt, quātum ad hoc, quòd debet iudex ſeruare quouſq; abſoluatur per epiſcopum, ſed abſolui debet, & poſtea petere, & ſic loquitur decr. infr. de iureiur. ſi verò. & cognoſcet epiſcopus antequam abſoluat, an fuerit metus, qui caderet in conſtantē virum. ff. quod me. cauſa. metum. hæc autem decre. poteſt intelligi, quando talis metus non interuenit.

2 †Sed oppones ſi talis non interuenit, quare dicitur, quòd non obſtante tali renunciatione perficiatur? Reſpon. quòd eccleſia non tenetur habere ratam eius renunciationē illicitam, ſi non vult, quāuis renunciās non poſsit petere, vt no. ſup. de renun. quod in dubijs. Vel dic, quod hic me. fuit tantus, quod in conſtantem virum caderet, ſed tamen non poteſt contrauenire, niſi prius obtenta abſolutione à ſuo epiſcopo, ſed ſi iuramentum, vel fides non interueniſſet ſua authoritate, poſſet contrauenire, vt hîc dicit.

3 †Semper tamen iudex quantumcūq; poteſt caueat, vt directè non veniat contra iuramentum. ſ. vt ſi iurauerat ſoluere vſuras ſoluat, ſed poſtea repetat, infrà, de iureiuran. debitores. c. ad noſtram. & etiam ſi iuraſſet non repetere, poſſet iudex ex ſuo officio detentatam compellere ad reſtituendum, infrà, de iureiurand. ad noſtram. poſſet etiam denunciare ad pœnitentiam, & ſi iuraſſet non denunciare, non debet ſeruare, quia eſt contra regulam euangelicam. 2. q. 1. ſi peccauerit. quouſq; autē aliter prouidere poteſt cōmodè epiſcopus non veniat ad abſolutionē à iuramento, quamuis contra ius non reputem, ſi alijs omiſsis abſoluat (iuramento (facto ſuper libro, vel reliquijs, vel alia re ſancta (fide) promiſsione facta per Deum, vel fidem ſuā (confirmata) ſic

ſic quod decætero non eſſet plebanus illius eccleſiæ, nam ſi hoc iuraſſet ſuo iure repetere non poſſet, inf. c. proxi. ſed Papa remittere poſſet, & debet iuramentum, infrà, de iureiurando. ſi verò (præficiatur) non obſtante prædicta renunciatione ex primo iure, vel ex nouo.

CAPVT IIII.

AD AVDIENTIAM. (Manibus) aliàs non teneret reſignatio. ſuprà de renunciat. quod in dubijs, vt not. 7. q. 1. denique. (repetendum) ſi autem iuraſſet non repetere, non petet. C. ſi aduer. vendi. l. 1. niſi priùs mò abſolueretur ex officio reſtitueretur ſibi, vt not. ſuprà c. proxi. (reſtitui) actio, quod metus cauſa eo intentante.

CAPVT V.

SACRIS EST. (Contractus) 50. diſtin. presbyteros. 1. q. 1. conſtat. 45. diſt. de iudicis. ff. qui teſt. face. poſ. qui ff. de acquir. poſ. l. 1. in fi. (pro nullo) quidam hoc intelligunt de metu, qui non caderet in conſtantē virum. Alij intelligunt hoc quando per metum communicat excommunicato in crimine, ſecùs ſi in menſa vel hoſpitio. arg. infr. de ſen. excom. nuper. ſed litera ſonare videtur de metu, qui cadere debet in conſtantem virum, & de eo qui communicat in crimine.

CAPVT VI.

1 *Metus mortis & corporis cruciatus dicitur eſſe iuſtus.*

2 *Fatuitatis eſt promittere, iurare, & inducere, quæ ſupra curſum inferiorum cauſarum ſunt.*

Dolus & metus quando excuſant, & iuramentum vi atq; dolo extortum an ſit remittendum.

VM DILECTVS FILIVS. (Translationem) in veteri compilatione eſt ordinationem, vt eſt hîc translationem (impedirent) ſubaudi, legitimè faciendam per eos ad quos ſpectat. Item iſtud pactum ſiue promiſsio ſine conſenſu epiſcopi non tenet. infrà, de exceſsio. præla. ſicut. vel etiam non tenet contra alios, ſed his permittentibus obſtat. infrà, de dona. inter dilectos. quando autem aliquis contra factum ſuum venire poſsit. not. ſuprà, de elec. noſti. Vel dic & melius, quia iſti canonici benè potuerunt ordinem Ciſter. profiteri tanquam arctiorem. infrà, de re. & tranſ. licet. Item potuerunt promittere, non impedire translationem, ipſi autem per ſe transferre non poſſent, nec hoc hîc dicitur. (Aeternæ) idem eſt ſi corporalis. 22. q. 4. ſi aliud. ff. de iureiurando, verùm. C. ſi aduer. ven. l. 1. (violentia) fortè tali, niſi faciatis voluntate neceſsitate cogemini, ſcilicet, authoritate domini Papæ, vel alia conſimili, quæ non caderet in conſtantem virum.

1 †Mortis) iuſtus eſt metus mortis & cruciatus corporis, vt hîc. C. de tranſact. interpoſitas. C. quod met. cau. metum. Item famæ ſtupri etiam ſtatus. ff. quod *met. cauſa. iſti* quidem. Item omnium rerum fortè maioris partis. ſuprà eodem titul. abbas. C. quod met. cauſa. l. pe. §. ſi iuſſu princip. l. 1. Item verberum, & ſi negetur iuſtus metus, arbitrio iudicis relinquitur. ff. eodem, non eſt veriſimile. §. 1. ff. de ædil. edic. quæritur. §. vltim. ff. ex qui cau. in. l. 3. (fatuitatem) ff. de iur. & fac. igno. ne ſupple. ff. de ædil. edic. quæritur. §. vlt.

2 †Item ad fatuitatem pertinet omnis promiſsio, & iuramentum, & inductio quæ eſt ſupra curſum inferiorum cauſarum, vt ſi promittant, quod à iuuene amoueant ſtimulos carnis, vel quod eſt contra ius naturale, vel ciuile, vel prætorium, vel contra conſtitutionem, vel regulam alicuius ordinis. infrà, de conuer. coniu. dudum. & hîc. & his. licet rarò tamen aliquando promiſsio infringi poſſet tali dolo extorta, ſed iuramentum nunquam, ſi autem dolus talis eſſet, quod peritiores falleret, ſicut in facto alieno, quod de facili cognoſci poteſt decipiantur, tunc iuramentum authoritate ſuperioris remitti poſſet, quia dolus & fraus alij etc. ſup. de reſcript. ex tenore. & ff. de iur. & fac. igno. regula. & quia malitijs eſt obuiandum. ff. de rei vend. in fundo. Arg. contra. 22. q. 4. §. ſed cum his. vbi habes, quod Gabaonitæ deceperunt Ioſuæ in facto alieno, & tamen cogitur ſeruare iuramentum, ſed reſpon. quia ibi ad fatuitatem aliàs facilitatem Ioſuæ pertinuit ille dolus, quia de facili crediderunt, quod non debuerunt. Vel dic illud factum, ne aliquam infamiam

miam periurij incurrerent Ioſuæ & ſenio-
☞ res Hieruſalem † nam ſicut metus non excuſat, niſi ſit talis, qui caderet in conſtantem, ita & dolus non excuſat, niſi ſit talis quod caderet in prudentiſsimum. Alij dicunt quòd nunquam remittendum eſt iuramentum dolo extortum, ſed dices ſecundum primos quare non ſemper punitur dolus etiam ſi ſit magnus? Reſpon. puniendum eſt in pœnam doloſi, ſed non in lucrum fatui, quod eſſet, ſi remittatur ſibi iuramentum, imò ſicut dictum eſt quod dolus dolo compenſetur. ff. de dol. ſi duo. & culpa cum culpa. ff. de eo per quem fa. eſt. l. fi. ſic fatuitas cum dolo cõpenſetur, quia lata culpa dolo comparatur. ff. de leg. quod Nerua. & ff. ſi men. fal. mo. dix. l. 1. §. hæc actio. Reſtitutione) eſt enim actio quod met. cauſa, vel dolo, quia hîc agitur reſtituторia, quæ petitur reſciſſa obligatione per dolum, vel metum factum in priſtino ſtatu reſtitui. ff. de dolo. arbitrio. §. 1. ff. quod met. cauſa. putet. §. ex hoc.

CAPVT VII.

1 *In actione depoſiti vbi interuenit dolus qualiter agendum.*
2 *Depoſitarius qui ſaccum ſibi commiſſum aperuit dicitur furtum perpetraſſe.*
Depoſitario an credatur ſi negat ſe ſoluiſſe ſaccum ſibi commiſſum, cùm conſtat, quod fuit ſibi datus ſignatus.
3 *Intereſſe quod ſurgit ex maleficio probatur per iuſiurandum.*
Delatio iuramenti an habeat locum in vi compulſiua, expulſiua, inquietatiua & turbatiua.
Actio quod metus cauſa quando habeat locũ.
4 *An liceat iudici poſt taxationem factam & iuramentum præſtitũ aliquid adimere de ſumma taxata & iurata, & vide in nu. 5.*
Appellari an poſſit à iuramento & taxatione expenſarum à iudice facta.

1 SVPER EO QVOD. (Per violentiam) † Quid ſi non per violentiam, ſed per dolum fecit. VERBI GRATIA: Saccum cum pecunia penes ſe depoſitum aliquis aperuit, poſtea cum actione depoſiti repetitur ſaccus cum ☞ pecunia depoſitus, depoſitarius reddit ſaccum reſignatum depoſitum apud ſe confitetur, id eſt, ſaccum conſignatum apud ſe depoſitum, ſed negat ibi pecuniam fuiſſe, ſed lapides fuiſſe tantùm, vel negat tantam pecuniam fuiſſe, quantam depoſitor dicit. probationes deficiunt, tamen ſaccus fuit ſignatus, dicunt quidam, quod cùm in actione depoſiti venit dolus, vel perfidia depoſitarij. infrà, de depo. c. 1. quod ſic procedendum eſt contra hunc depoſitarium, ſi de dolo & perfidia agatur & probatur, ſicut contra illum de quo loquitur hæc decre. ſcilicet, quod iuret de quantitate quæ in ſacco erat. arg. 2. q. 1. in primis. ff. depoſi. l. 1. §. fi. ciſta ſignata. ſecùs ſi nec dolo, nec violentia, ſed ex contractu conueniretur, ſcilicet, depoſiti, vel alia, nec redarguitur de dolo, quia tunc neceſſariæ ſunt legitimæ probationes ſuper quantitatem pecuniæ conſignatæ. ar. ff. de ædil. edic. ædiles. §. pedius. Item alij dicunt, quòd furti agi debet & condemnabitur, vt reſtituat ſaccum ſigillatum, & ſi non reſtituerit, deferetur depoſitario iuſiurandum in litem. ff. de iureiur. in li. l. 2. & 3. ff. de rei vendi. qui reſt. Pro eodem enim habendus eſt, qui non reſtituit, cùm dolo fecerit, quominus poſsit reſtituere, & contumaciter renunciat reſtituere. ff. quod vi aut clam. ſemper. §. eum. niſi certum eſſet, quòd ſaccus eſſet reſignatus ab eo, quia tunc non condemnaretur ad reddditionem ſacci ſignati, ſed ſtatim deferatur iuſiuran. in litem. ff. de dolo. arbitrio. §. non tamen. ff. depo. l. 1. §. idem Pompo. & §. ſi pe. ff. de pet. hære. qui ſc. ff. de condi. furt. in re.

2 †Item verum eſt eum furtum commiſiſſe cùm aperuit. ff. depo. ſi ſaculum. debet ergò ei deferri iuſiurandum in litem, quantum ſaccus ſignatus valebat, quando furtum factum eſt, & ſaccus apertus. ff. de in lit. iuran. cum furti. Nec mireris, quia etiam nomine hominis mortui in cuius reſtitutione mora interuenit, defertur iuſiurandum in litem. ff. de in lit. iur. l. in hac. §. vlti.

Et hæc vera ſunt, vbi dolus interuenit in apertione ſacci. ff. de in lit. iur. l. in hac. ſed ſi dicat non interueniſſe dolum, cùm fecerit contra prohibitionem legis, non creditur ei, niſi probet cùm ſit præſumptio contra eum. arg. infr. de præſum. c. 1. & not. de hoc ſuprà, de elect. cùm in ☞ iure. †Sed quid ſi neget ſe ſoluiſſe ſaccum, cùm conſtat, quòd fuit ſibi datus ſignatus, non creditur ei, niſi aliter præſumptionibus veriſimilibus, vel alijs probationibus probet illud. arg. ff. depoſi. quod Nerua. & in l. ſuprà alleg. poſſet dici, quod contra hunc depoſitarium agitur ad exhibendum, & ſi non exhibuerit ſignatum, ſicut ſibi datus eſt, dabitur actori iuſiurand. in litem. ff. ad exhib.

Celſu

Celſus ſcribit. 1. reſponſo. & §. 1. & §. ſed & ſi quis. & l. 3. §. 1. non facimus vim de eo, quod hîc dicitur de violentia, ſiue violentia fuit expulſiua, propter quam datur interdictum, vnde vi, ſiue fuit ablatiua propter quam datur vi bo. rap. in his enim duabus conſtat, quòd prædictum iuramentum defertur. C. vnde vi. ſi quando.

3 †Et idem videtur ſi vis ſit compulſiua, vt hîc, nam fruſtra poneretur in hoc tit. decr. vbi agitur de vi expulſiua, niſi pro eo deferretur hoc iuramentum, & ideò videtur in vi etiam inquietatiua. ff. quod vi aut clam. ſemper. §. pen. imò plus videtur, quòd etiam in turbatiua habet locũ delatio huius iuramenti, quia generaliter loquuntur & hæc decre. & lex. C. vnde vi. ſi quando. §. 1. Item nobis videtur, quod ſi aliquis rex, vel dominus terræ iniuſtè banniuerit, vel diffamauerit, vel diffidauerit aliquem, qui multa mobilia & immobilia in eius diſtrictu habebat, quæ ſunt per alios occupata, quòd dominus ei tenetur de omnibus amiſsis, actione quod metus cauſa. ff. eo. ſicut. §. Pedius. quia metus eius fuit occaſio amiſsionis. ff. eodem. ſi quid. §. in acti. & §. hæc autem actio. & §. quadruplicabitur. & §. Iulianus.

Sed contra. ff. eo. metum. in prin. vbi dicitur quod met. cauſa non habet locum, vbi dicit armatos audiui venire, ſed ego fugi, & occupatus ſit fundus meus. Solu. illud loquitur, quando vanus fuit timor, nec præſens, ſicut expreſſè apparet ☞ in textu. quia temerarius aliàs vanus timor eſt fugere, quam citò audit armatos venire, quia fortè non vadunt contra eum. ff. de vi & vi arma. l. 3. §. ſi quis. ſed ſi armati dicerent, vel mitterent ei, quod contra eum irent, vel alio probabili modo hoc ſuſpicari deberet: tunc benè haberet locum, actio quod me, cauſa. & tenerentur armati de omni damno, quod eorum occaſione iuraret ſibi contigiſſe. ar. prædictarum. ll. & hæc & 2. q. 1. in primis. ſed tamen propter hoc, non teneretur interdicto vnde vi, niſi occuparent. ff. vnde vi. l. 3. §. ſi quis autem. ibi enim vis neceſſaria eſt. ff. de incen. rui. nau. l. 3. §. non ſolùm (ſpoliatum) agendo interdicto vnde vi. vel quod met. cauſa. (Singula mobilia) quæ erant in domo, vel alia re immobili, qua fuerit ſpoliatus. item credimus, & ſi nulla re immobili ſit ſpoliatus, ſed tantùm perſonam inuaſit, vel rebus mobilibus ſpoliatus, vt hîc. arg. C. vnde vi. ſi quando. vbi ponit de rebus arreptis tempore impetus, & non dicunt tempore ſpoliationis, ſed in furto quidam non credunt verum, ſed ego non video quare non idem.

4 †Taxatione) taxatione autem facta & iuramento præſtito in taxatione non licet præſidi, aliàs iudici aliquid diminuere de ſumma taxata & iurata, & ſi diminuit, non valet ſententia. Authent. de iu. §. oportet. Item ille, contra quem fit taxatio, audit taxationem fieri prudenter facit, ſi appellet propter grauamen taxationis, ſi in nullo credit ſe teneri, ſed ſi credit ſe teneri in aliquo, ſed non intantum, quantum fit taxatio, tunc tantum quantum ſit grauamen exceſſus taxationis appellet, tamen ſi propter hoc non appellet, hæc omnia veniunt in cognitionem appellationis, quæ fiet à iuramento, vel ſententia. C. de iureiu. generaliter. §. ſibi autem cui. à quo iuramento, vel ſententia, ſi credit eum plus iuraſſe, quàm debet omninò appellet intra 10. dies, nec ſeruet ſe ad appellationem, quæ fiet à ſententia, quæ fortè non ferur intra 10. dies, vel etiam ſi fertur intra 10. dies, non proderit ſibi. Quod ſic probo, quia ex iureiurando oritur actio in factum. ff. de iureiurand. ſed & ſi. & C. de reb. cre. l. actori. quòd non admitteretur etiam ſi caſſaretur ſententia etiam ſi pronunciaretur appellatio iuſta.

☞ †Quidam tamen dicunt, & fortè non malè, quòd ſufficit appellare à ſententia & caſſata ſententia admitteretur ius & actio quæſita ex iureiur. quia ſententia procedit ex iureiur. Authent. de iudi. §. oportet. C. de duo. reis. l. pen. & totum eſt vnum factum. ff. de mino. l. 3. §. 1. tamen tutius eſt appellare etiam à iureiurando, quia ſi poſtea non ſequeretur ſententia, non prouideretur ei poſtea contra grauamen illatum ex iureiurando, niſi in caſibus. ff. de iureiu. à mor. C. de iureiu. l. 1. & ſi. Nec mireris ſi dixi appellandum à iureiurando, cùm tale iuſiurandum ſententiæ comparetur in eo, quod ex eo oritur actio, & exceptio, ſicut ex ſententia.

Et prædicta habet locum, quando quis iurat eſſe ſuum, vel non eſſe, vel ſibi deberi, vel contrà, ſecùs eſt vbi iurat ſe tantum expendiſſe, hoc autem iuramentum non comparatur ſententiæ, ſed probationi, & ideò ex tali iuramẽto non ori-

tur actio, vel exceptio, & ideò nec est vtile à tali iuramento appellare, sed sufficit appellare à sententia, quæ sequitur Authēt. de iud. §. oportet. C. vnde vi. si quādo.

5 †Item no. quòd licet iudici non liceat minus iudicare, quàm iuratum est, tamen si iudex cognoscat etiam post præstitum iusiurandum, se malè taxasse expensas, potest reuocare taxationem suam, & non procedere ad sententiam ex virtute iusiurand. ff. de reg. iur. quòd iussit. Non obstat Authent. prædicta. de iudi. §. oportet. quia loquitur, vbi taxatio est legitima, nec reuocatur, sed vbi non est bona, & reuocatur secùs. Item secùs crederem in iuramētis, ex quibus datur actio: quia ibi non licet iudici reuocare post præstitum iuramentum, nisi in casu. ff. de iureiurand. l. admonendi. sicut nec licet iudici reuocare suam sententiam, postquam tulit, suprà de offi. deleg. in literis, (condemnare) C. vnde vi. l. si quando.

TITVLVS XLI.

DE IN INTEGRVM RESTITVTIONE.

CAPVT I.

1 *Quæ sit differentia inter minorē & ecclesiam rempub. in integ. resti.*
Vsucapio & præscriptio an & quando currat contra pupillum, & an currat contra ecclesiam & rempub.

REQVISIVIT tua fraternitas. (Concessis) ab episcopo vel ecclesia (concessis) intelligē hoc verum, vbi contractus tenuit, aliàs non daretur in integrum restitutio. ff. de min. in causæ. 12. q. 2. sine ex. apostolicos alienationem. C. de sacrosan. eccle. iubemus. C. si aduer. do. l. 2. si verò contractus sit legitimus, sed ad damnum ecclesiæ, tunc restituitur, & hîc.

1 †Minoris) no differentiam inter minorem, & ecclesiam, & ciuitatē, & rempub. in integrum resti. licet leges dicant, quòd ecclesia fingitur vice minoris. C. qui. ex cau. ma. in inte. rest. l. petendæ. C. de iureiu. si rempu. C. de sac. san. eccle. l. si. quia pupillo & minori hodie non currit vsucapio, vel præscriptio decennij, vel 20. ann. in rebus, quæ seruando seruari possunt, siue sint mobiles, siue immobiles. C. de admi. tu. lex. & ideò super his non est eis necessaria in integrum restitutio. C. ex qui. cau. in integ. rest. l. vlt. licet autem à tempore huius legis contra minorem, sed non contra pupillum curreret vsucapio & præscriptio 10. vel 20. ann. ff. de acqui. re. do. bo. fi. episcopi. sed contra ecclesiam, rempublicam, & ciuitatem benè currit vsucapio & præscriptio, & aliæ temporales, & perpetuæ præscriptiones, sed datur eis restitutio, sicut minori, & potest hoc esse à ratione, quia prædictæ, finguntur esse in vltimo instanti minoris ætatis. De præscriptione autem 30. vel 40. ann. certum est, quod currit contra omnes dictos, sed datur eis restitutio ex verbis generalibus edicti, quæ sunt si quid cum minore gestum erit, pupillus tamen ab his præscriptionibus seruatur illæsus. C. de præscrip. 30. vel 40. ann. sicut. †Item non placet quòd ciuitati detur restitutio in integrum. ar. ff. ad maced. nihil (semper) id est in omni contractu (seruari) per beneficium restitutionis in integ. (redire) etiam eodem qui locauit peteret restitutionem in integrum (sumptibus) C. de repub. l. 1. ff. de min. minor. §. restitutio. (Sumptibus) id est, non cogunturēos reddere, nisi eis refundantur expensæ necessariæ & vtiles, quas pro eis fecerunt, sed & si illas expensas restituere velit, non recuperabunt rem locatam, nisi in ipso cōtractu locationis decepta fuerit ecclesia, puta quia etiam sine huiusmodi melioratione plus locari poterat.

CAPVT II.

1 *Abbas per episcopum institutus, quamdiu est monasterio, episcopus est in possessione instituendi.*
2 *Non semper amittitur possessio eligen. licet alius eligat nisi de possessione expellatur eligens.*
Possessio sine animo & corporali expulsione non amittitur. Fallit vt hîc.
Episcopus an & quando amittat possessionem eligendi.
Possessor violentus quicquid facit reuocari potest.
3 *Opponens ea quæ electionem reddunt minus canonicam, audiri debet.*
Interdictum vti possidetis an competat vero possessori iure eligendi, & an competat ei, qui non est in possessione.
Interdictum vti possidetis an cōpetat, quæ cōfirmationē, electū, vel cōtra excōmunicatū.
4 *Eligendi possessio quomodo quæratur.*
Consensus expressus illorū requiritur in possessione iurium, qui prius possidebant, vel saltem patientia.
5 *Electionis plures sunt partes, vt hîc.*
6 *Electio ad hoc vt confirmetur, vel quod cōfirmata non irritetur, non sufficit esse in possessione eligendi.*
7 *Edictum de litig. locum habet tam in corporalibus quàm in incorporalibus.*
8 *In prorogatione consensus expressus dicitur esse necessarius.*
9 *Pœnitentia temporalis, vel spiritualis, si ordine iudiciario pro peccato manifesto imponatur tenet.*

CVM

VM VENISSENT. ad apostolicam sedem. s. pro se electio. (Sed cum) verba sunt procuratoris episcopi, qui coram cardinali. prosequitur sermonem suum, vt ex eis suam petitionem formaret.

1 †Facta) Per monachos, & ita nihil in electione amisit pos. episcopus, quamdiu enim est ibi abbas institutus per episcopum in possessione est episcopus instituendi, etiam si conuentus dicat verbis & negat eum in possessione, & idem est si institutus per episcopum, velit interuertere possessionem episcopi, & nomine monachorum dicere, se electum, vel institutum, quia nemo potest sibi mutare causam possessionis. C. de acqui. pos. nemo. ad idem. inf. de reli. do. cum dile. Idē etiam post mortem quamdiu alius per monachos sit electus, & confirmatus per alium, quàm per episcopū, & de hoc dic, vt no. sup. de elec. quærelam. & ideò non confirmatur hæc electio ab eis facta, cùm non cōstet eos esse in possessione eligendi, sed de hoc quæstio pendet.

†Nos dicimus quod viuente abbate instituto per episcopum, vel electo potest amittere possessionem, si causa est, aliàs eam renunciet episcopus, & in aliam verbo transferat, vel si per sententiam alij detur potestas ingrediēdi possessionem eligēdi. de hoc no. inf. de concess. præben. cū nostris. nam sicut ille, pro quo fertur sententia, videtur habere animū possidendi, licet nihil corpore faciat, quia nec potest cùm non offerat se casus aliquid faciendi, & aliquis esset contra quem sententiatur animo, videtur desinere possidere, quia debet suspicari quod reuertens nō admittetur. Possessione autem subiectionis potest priuari viuente abbate, si alij episcopo cœperint respondere, quia cùm ex tunc episcopus alius incipiat præscribere. infr. c. proxi. ergò & possidere, sine possessione enim non currit præscriptio.

2 †Item nec semper amittit possessionem eligendi, licet alius eligat, nisi expellatur de possessione eligens, quod non video alio modo posse fieri, nisi quia habet timorem, vel quia non credit ad se pertinere ius illud quòd possidebat, & ideò de illo se intromittere nō intendit, vel timore facti, puta quia non sit ausus eligere de facto contra voluntatem eorum, qui dicunt se habere ius eligendi, vel qui de facto non de iure possessionem nacti sunt, sic enim, vel expellitur, vel suspicatur se posse repelli qui est modus amittendi possessionem. ff. de acquirē. pos. si id quod. §. vlti. vnde si possessor iure eligendi, vel alterius nesciat alium ab alio electum, & etiam institutum & confirmatum, non amittit pos. quæ sine animo non amittitur, vel corporali expulsione, quæ pro iuribus fieri potest. ff. de acquir. pos. quemadmodum. & l. clam.

4 Vnde 4 stultè facit, qui contra hunc intentat interdictum recupe. pos. quia sic se amisisse confitetur, & in aduersarium transferret possessionem, sed interdictum retinendæ possessionis intentare debet, videtur enim turbare pos. eius, qui eligit, vel instituit alium eo in pos. existente. Fateor tamen quod si videt electum ab alio esse in possessione ecclesię, & ipse qui prius possidebat ius eligendi, non eligit intra tempus statutum à canone. scz. intra tres menses, sup. de elect. ne pro de. vel nō implorat officium iudicis, quam citò, potest quod arbitrio boni viri relinquendum est, vt remoueatur de ecclesia, cùm non sit per eum electus, vel interdicto retinendæ possessionis non agat contra electorem, quòd videtur suspicari se posse repelli, & ideò amittit possessionem, & benè facit, p his. ff. si ser. vē. & si fortè. §. 1. † Et generaliter dicimus, q̄ non præsumitur amittere possessionem, quam animo tenet episcopus si infirmitate teneretur, vel copiam iudicis coram quo ageret non haberet, vt quamlibet aliam iustam causam siue de iure, siue de facto haberet.

4 Vnde stultè. Ad hoc adde Petrum de Anch. in cons. 273. inci. ad declaratio nem. col. fin. in fine.

Hoc tamen intelligo verum, nisi per aliquem actum exteriorem appareret eum expoliatum, quia tunc secùs esset. VERBI GRATIA: veluti si cùm venisset ad eligendum, eiectus est extra capitulum, vel cùm vellet ire per agrum debentem seruitutem prohibitus est, nam in his casibus non prodest dicere, ego animo retinui possessionem, quin amittat pos. nisi fortè incontinenti eligeret, posset tamen incontinenti per vim possessionem amissam recuperare. C. vnde vi. l. 1. in iudicio autem non prodest ei litigare interdicto retinendæ possessionis, quia iam eā amisit tunc autem prodesset agere huiusmodi interdictis retinendæ pos. quando non amisit possessionem, quia sic agendo videtur habere animum retinendæ possessionis, sed quando est amissa per vim, tūc non prodest. Alij dicunt, quòd si sit mortuus, & neget conuentus episcopum possidere,

sidere, conuentus fungitur iure posses-
ris. arg. ff. si serui. vend. sicut. §. di. Quidam tamen dicunt, quòd possessio eligendi amittit episcopus, si vacante monasterio conuentus elegisset etiam si non habeat possessionem electus, nec sit confirmatus, nisi episcopus faciat aliquod de præmissis, quare videatur tenere possessionem, hoc enim ipso, quòd conuentus eligit, est in possessione eligendi, & per consequens episcopus eam amittit: hoc tamen non credo, vt not. infrà, de restitut. spo. c. ex literis.

Sed dices si sunt in possessione monachi quare dicitur in fin. quòd non confirmatur electus pendente controuersia, tamen electio eius qui possidet, quia commodo possessionis vti debet confirmari deberet, inf. de iure pat. consul. infrà, de sen. & re iud. cùm Berthol. Sol. illud obtinet, quando quis ab eo, qui bona fide est in pacifica possessione præsentatus institutus est, q; à possessione nõ debet remoueri, hoc autem eligentis vitiosa pos. dicitur, vnde non debet confirmari electio, nisi prius habeat tempus ad probandum, vel de violentia, vel de alio illicito modo possidendi, & ideò non facit fructus suos vt not. in præalle. decre. cùm Bertholdus. sed hoc. scz. quòd differatur confirmatio, vt hîc dicit in fin. videtur tunc tantummodò habere locum, cùm certum est eũ habere possessionem violentam, vel quando ignoratur an possideat, sed quandiu de violentia dubium est, & certum quod alius possidet, videtur quod ille ad quem pertinet confirmatio statim cognitio, quòd possideat debet confirmari. arg. sup. de elect. quærelam. inf. de causa pos. & proprie. cùm ecclesia. †Imò plus videtur, quod etiam violenta pos. probata non reuocabitur electus per violentum possessorem. arg. inf. de iure pa. ex literis. sed certè hoc non est verum, imò sufficit contra electionem exponere, quod facta est à malæ fidei possessore, vt hîc. illa decre. non loquitur in præsentato à violento possessore, sed bonæ fidei, licet verus non fuerit patronus, sed nos dicimus eum remouendum, quia quicquid fit per violentum possessorem reuocari debet. Vel dic, quod nunquam debet confirmari electio huiusmodi, quia licet ex hac electione si confirmaretur acquireretur possessio, & sic decætero tenerent electiones ab eis factę, quæ à possidentibus fiunt, tamen hæc electio non fuit facta à possessoribus iure eligendi, quia tunc cùm elegerunt, nondum erant in possessione. Vel dic & melius, & videtur quod quamuis constet esse in pos. conuentu iure eligendi, & licet etiam præsumatur de facto, sicut & de iure præsumitur, quod iniustè possideat, tamen nunquam superior procedit ad confirmationem electionis.

3 †Si opponitur quod electores sint in violenta possessione, sicut & quælibet alia audire debet, quæ electionem reddunt minus canonicam, nec valet electio facta ab his, qui erant in possessione electi, ergò debet confirmari electionẽ, quia enim tunc habet locum, vbi nihil contra electionem obijcitur, sed si obijciatur aliquid cõtra electionem, & probatur, quòd debet cassari, cassabitur, sicut contingit in electione, de qua loquitur decre. infrà, de causa pos. cùm ecclesia. Item decre. consultationibus non obstat, cùm ibi ante confirmationem, nec fuerit obiectum, & qui petit electionem confirmari, non agit possessorio tantùm, sed etiam petitorio, vel potius de iure elect. id est, vtrum electio sit legitimè facta, vel dic, quod confirmatio electionis, ideò non fit, quia cõtrouersia erat an electio teneret, quia dicebatur facta ab excommunicatis ab episcopo Venetensi. ordinaria potestate, sed econuerso monachi dicebant non tenere excommunicationem, quia erant exempti, & sic per consequens ipsa excommunicatio nullum præstabat impedimentũ electioni, cùm autem hæc quæstio præambula esset ad confirmationem electionis, non poterat confirmari electio, nisi hæc primò expedirentur.

☞ †Sed quid si episcopus, qui est in possessione subiectionis monasterij excommunicat vel interdicit hos monachos? Respon. si episcopus probauerit de iure suo, puta excommunicatio hæc enim ratione proprietatis competunt, vnde ille qui in veritate prælatus est, prædicta & consimilia facere poterit, non ille qui est in possessione. arg. 11. q. 3. c. 1. supr. de offic. dele. ex literis. de hoc not. inf. de reli. do. cùm dile. & melius no. infr. de resti. spo. olim. Mirum videtur, quod dicitur in hac glo. per monachos. scz. quòd vero possessori iure eligendi datur interdictum vti poss. contra eum, qui eligit etiam si non sit electio eius confirmata, videtur enim quod eadem ratione debet dari, idem interdictum si inter amicos suos diceret, ad me pertinet electio in tali loco, quod absurdũ videtur, quòd ex solis verbis detur hoc interdictum, & idem videtur in sententia excommunicationis latæ ab illo, qui non est in possessione. scz. quod contra eum non competit huiusmodi interdictum, & idem etiam videtur de interdicto vnde vi. Item adhuc plus videtur, quod etiam si non huiusmodi electus à nõ possessore sit malitiosè per errorem confirmatus, etiam si sit in possessione, non competit interdictum contra electorem, imò videtur quod debet competere contra electum, vel contra confirmatorem. Solu. verè contra prædictum electorem competit interdictum vti possidetis, quia ipse est, qui turbat possessionem superiure eligendi, ipse enim est qui contendit esse in pos. huiusmodi, quia si hoc non contendat, tunc non habet locũ hoc interdictum, imò si alio iure non iuuetur punietur de iniuria, quam facit, & cassabitur quicquid secutum est ex eo, quòd electus ab eo non remouebitur, dummodò sciuerit, quando elector fuit constitutus & passus fuit eum agere. inf. de sent. & re iudi. quamuis. secùs autem esset, si elector extra iudicium confiteretur, se non fuisse in possessione, etiam si renunciaret omni possessioni, quia tunc non præiudicaret electo, nec est simile de eo, qui inter amicos dixit, ad se pertinere electionem, quia ille per prædicta verba non turbat possessionem, quia nihil facit vel dicit vnde turbatio posset prouenire, sed ex electione, licet solis verbis fiat facilè posset prouenire magna turbatio. † Et idem videtur dicendum de excommunicatione, quòd contra confirmationem vel electũ, vel contra excommunicatũ, vel seruãtes excõmunicationẽ, nunquã datur hoc interdictũ, quia licet ibi turbẽt verũ possessorẽ, tamen non turbant eũ super pos. iuris eligendi, vel excommunicandi, quia nec se esse in eorũ pos. dicũt, licet aliàs puniendi sint, si malitiosè faciunt, vel si plures successiuè eligantur, tamen per hoc non admittit verus possessor possessione, imò obtinebit in interdicto, & ille qui tunc inueniretur possidere, remouebitur. ff. vti pos. l. pe. & fi.

4 †Sed quæres, quomodo quæritur possessio eligendi, quia si dicis quod sola electione, hoc stare non potest, quia si quis eligit, & non habuit effectum eius electio, puta quia non est confirmata, nec etiam habuit possessionem dignitatis, quomodo potest dici eum quæsiuisse possessionem iure eligandi per sola verba, quæ protulit, ego eligo talem hoc dicere est absurdum. Item si dicas, quare possessio prædicti iuris, quando confirmatur, vel quando confirmator habuit eum pro electo, & hoc similiter, videtur absurdum, quod ex alieno facto maximè, quod in eo non facit, & per quod nihil mihi quærere intendit, quæratur mihi possessio. Tu responde & dic, quod possessio eligendi quæsita est electori ex suo facto, scilicet, quando eligitur ex facto aliorum, scilicet, quando electum ab eo illi, qui plus possidebant eum pro electo habuerunt, vel passi sunt eum agere, quæ prælati facere debent. In possessione eius iurium, quærenda necessarius est consensus expressus illorum, qui prius possidebant, vel saltem patientia, vt not. suprà, de postu. bonæ. & videtur, quod etiam prima electio, quæ facta est ab eo, qui prius non erat in possessione, sed postea accepta est, vel expresso consensu, vel patientia illorum, quorum interest, teneat ratione possessionis, quia licet quando eligit, non esset in possessione, tamen modò est, quando fortè agitur ad amotionem electi, vel dic, quod quando ipse elegit erat in possessione.

5 †Electio enim habet plures partes, prima pars est factum electoris, secunda est patientia eorum, quorum interest, tertia est confirmatio: vt not. suprà, de consue. cùm dilec. tunc ergò dicendum est, aliquem elegisse, vel electionem factam esse, quantum ad effectum, quando prædicta omnia interuenerunt, benè erat in pos. & ideò rectè dicitur facta prædicta electio à possessore iure eligendi, & ideò non potest cassari, & fortè potest dici, quod consensus, vel impatientia primò possidentium trahitur ad tempus electionis, licet non multum sit necesse hoc dicere.

6 †Item not. quòd non sufficit, quod sit in possessione eligendi, ad hoc quod confirmetur electio, vel quod confirmata nõ irritetur, imò oportet quòd bona fide sit in hac possessione, vt not. inf. de iure pa. consul. Item not. quòd licet quilibet præsumatur bonus, nisi probetur malus, infrà, de præsumptione dudum. suprà, de scrutin. c. 1. non tamen est sic in bona fide, quia oportet ad hoc, vt præsumatur bona, quòd habeat iustum titulum, vel quod probabilibus rationibus quæsierit possessionem. ff. de

lib. cauſ. igitur. §. 2. & l. liberis. §. fin. vel quòd longo tempore fuit in poſſeſsione. ff. de acquirend. poſſeſsio. l. poſsideri. §. ſi ſeruum. & quod dicatur longum tempus, arbitrio boni iudicis relinquitur. ff. de iudi. l. 1. §. fin. vnde ſi alius, quàm capitulum maioris eccleſiæ ſit in poſſeſsione eligendi, & petit confirmari ſuam electionem, ſuccumbet in petitione ſua, quia non præſumitur bona fides in hac poſſeſsione, quia contra ius eſt, & idē videtur etiam in conſimilibus, ſed ſi agitur interdicto vnde vi, vel vti poſsidetis, tunc ſufficit ſola poſſeſsio ſine bona fide. C. vnde vi. l. 1. de reſtitutio. ſpol. ex literis. & idem etiam, quia pendente lite ille, qui erat in poſſeſsione mea tuendus eſt, nec quæritur ibi de bona fide, infrà, de inſtitut. cùm venissent.

Et malè, quia lite pendente. Ad hoc dictū Innocen. vide Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 11. verſ. quarto not. ſup. de conſti. & ibi allegat concordantes.

† Eadem quæ diximus in electione dicenda ſunt in poſſeſsione iuris excommunicandi, & in multis alijs (renunciauit) ſatis videtur, quod ante confirmationem poſsit reſignare in manus eligentium, etiam ſi conſenſit argum. quia cùm ſolo conſenſu eligentium ſit initiatum, cum eorum diſſenſu retractatur. infrà, de regul. iur. omnis. cùm enim non ſit confirmatus ab aliquo, & nihil habeat in eius renunciatione, eius conſenſum requirere non debet (iunxerunt) & benè, quia licet non ſint ibi abbates, remanet tamen conuentus, qui per ſyndicum agere poteſt & conueniri.

Et intelligo hoc de iuribus, quæ pertinent ad conuentum, vel ſimul ad vtrunq; ſi autem ſegregatim pertineret ad abbatem ſede vacante non valeret, quod fieret contra eum. infrà, ne ſed. vacant. c. vltim. (procuratorem) & ſic vniuerſitas poteſt conſtituere procuratorem. de hoc not. ſuprà, de procurat. petitio (in cauſis) his videlicet commiſsis.

7 † Inhibentes) videtur quod benè prohibeant cùm res eſſet litigioſa, vnde ſi eum in alium electum transferebant, in vitium litigij incidebant. C. de litig. l. vltim. & in Authent. eodem titul. 1. reſpon. Et videtur, quod edictum de litigio locum habet in incorporalibus, ſicut in corporalibus. C. de litig. l. 2. & vltim. & ad minus actionem, vel ius dubitatum in alium transferre non debuerunt, infrà, de alien. iudic. mu. cauſa fac. ex parte. Sed reſpondeo quod hîc nec rem litigioſam, nec ius dubitatum in alium transferrent, nam epiſcopus non contendebat hîc ſe eſſe abbatem, & ideò transferendo abbatiam in alium non transferebat litigioſam. Ius autem eligendi abbatem, quod in lite erat, & quod epiſcopus ad ſe pertinere dicebat, in neminem tranſtulit, ſi autem de abbatia ageretur, non licet alium poſtea eligere, infrà, de arbit. ex parte. & dic vt ibi not. (Inhibentes) & malè quia lite pendente non debet priuari poſſeſsione. 11. q. 1. c. fin. 16. q. 4. c. nolumus. 12. q. 5. c. 1. de hoc not. ſuprà, de elect. Cumana. & quia malè prohibuerat, idcircò non fuit caſſata electio incontinenti. † Inhibitione) videtur tamen contrà, quia ſi malè prohibuerunt, tranſiuit tunc in rem iudi. quia non fuit contra ius ſcriptum. 2. q. 6. diffinit. Sed reſpondeo nullam eſſe talem prohibitionem, cùm nihil eſſet eis mandatum de ea re, & etiam ſi ordinarius mandaret, non tenerentur obedire. 7. q. 1. quia arg. ſuprà, de offi. dele. cùm olim dile. Sed dices nónne eo ipſo, quod non appellauit, videtur prorogaſſe iuriſdictionem. argu. ſuprà, de offi. deleg. cùm olim.

8 † Sed fortè poſſet dici, & non malè, quod in prorogatione expreſſus conſenſus ſit neceſſarius. ff. de iudi. l. 1. & 2. vel dic & melius, talia mandata, quæ non fiunt cum cauſæ cognitione, ſed exarrupto, & maximè cùm ad hoc non agitur. 3. q. 6. hoc quippe. non tenere vim ſententiæ diffinitiuæ, vel interlocutoriæ, & ideò non tranſiret in rem iudicatam, etiam ſi non appelletur. ar. C. commina. & program. l. 3. & pe. & vl. tamen ſi quid per tale mandatum ſoluitur, non repetitur cōdi. inde. ff. quod met. cau. l. vl. in fin. ſed ſi cognitio præcederet ſuper hoc. ſ. an talis prohibitio fieri deberet, & poſtea interloquitur prohibitionem fieri debere, & tūc niſi appellaretur ſatis crederem tranſire in rem iudicatam, hoc non placet.

9 † Item ſi pro peccato manifeſto pœnitentia imponatur, ſiue temporalis, ſiue ſpiritualis, ſine ordine iudiciario tenet. ff. de pend. l. vltim. & l. moris. 2. q. 7. ſi quis ab epiſcopo. Item præceptum de his, quæ pertinent ad officium valet, ſine cauſæ cognitione. 7. q. 1. quia. & not. ſuprà, de tempor. ordi. ad audientiam. (infirmari) ex ea cauſa, quia dicebat ſe in poſſeſsione eligendi & monaſterium non eſſe in poſſeſsione, vel quia ab excommunicatis facta erat, & hæc petitio facta fuit coram delegato. Poſſeſsionem) eiuſdem monaſterij iuris Epiſcopalis in eodem monaſterio tanquàm ſubiecto, vt ex princip. huius decret. apparet non iure eligendi, quia ſi iure eligendi fateretur ſe ſpoliatum Epiſcopus per monachos, per conſequens fateretur eos poſsidere. Et ideò confirmationem electi impedire non poſſet, niſi hoc in libello errans in iure diceret, credens ſe ſpoliatum per ſolam electionem ſine confirmatione cùm non eſſet. arg. C. de erro. aduo. l. 2. nos tamen contradiximus. ſup. in gloſ. quæ incipit per monachos. (protulerunt) per quam fortè reſtitueret Epiſcopo poſſeſsionem iuris Epiſcopalis, vel ſubiectionis monaſterij, vel melius lata fuit ſententia ſuper caſſatione electionis, de qua plus hîc proſequitur. (petijt) hîc eſt libellus Epiſcopi porrectus cardinali, & hucuſque durat petitio, vel ſermo procuratoris Epiſcopi. † Pertineret) quo ad proprietatem, & poſſeſsionem & ita cùm diceret monaſterium ſe poſsidere, & in monaſterijs iura Epiſcopalia, non competebat contra eos ita petitio, ſed contra Papam: vt not. ſuprà, de ma. & obe. inter quatuor. Item & ſi hîc inueniretur Epiſcopum diſiſſe, id eſt, quia non Papa, ſed monaſterium petita poſsideret per iudicem deberet ei tolli poſſeſsio, & daretur actori. ff. de rei ven. l. vlti. ſed ſecundum hoc videtur quod ſit nulla ſententia tanquàm lata contra eum, qui non poſsidet? reſpond. licet ſic contraxerit monaſterium non tamen conſtabat, ſed ſi conſtiterit, tolerabitur. Vel dic, quòd benè contra vtrunque competit actio, & contra vtrunque feretur ſententia: vt not. ſuprà, de ma. & obe. inter. (cœperunt) & contemptis prædictis priuilegijs electionem factam à monachis, tanquam ab excommunicatis caſſarunt, & ſic læſa eſt eccleſia, tunc ideò datur reſtitutio in integrum ad petitionem monachorum. † Priuilegia) not. ſummariam cognitionem, & in integrum reſtitutione fieri. Item talia priuilegia debuerunt impedire confirmationem latæ ſententiæ pro Epiſcopo, cùm ſic erat exemptum monaſterium, & non erat Epiſcopi electio. arg. infrà, de teſti. veniens. infrà, de ſent. & re iudi. cùm ſuper. nec ſibi ſubiectum eſſe debebat, & ideò non tenebat eius excommunicatio, & ſic per conſequens propter excommunicationem iudicis non erat caſſanda electio. (Proteſtatus) Idem eſſet & ſi non eſſet proteſtatus, nam quandocunque inueniatur monaſterium læſum, ſiue per negligentiam monachorum, ſiue per iuſtam ignorantiam, ſcilicet, quia tunc nihil ſciebant de priuilegijs ſuis, ſed poſtea inuenirent ſemper debent in integrum reſtitui. † (Redundaret) malè videtur dicere hæc decret. quòd monaſterium ſit læſum, quia non exhibuit priuilegium, quando ſubiectum erat Papæ, cùm priuilegia quæ recipiunt petitorium etiam ſi exhibita fuiſſent, nihil profuiſſent in cauſa poſſeſsione qualis erat hîc, vt ex litera apparet, nam electio tantum confirmari, vel infirmari petebatur, quia electores erant vel non erant in poſſ. Item videtur malè dicere in eo, quòd dicit graue præiudicium monaſterio, quia licet ſententia lata ſit contra illud in cauſa poſſ. non obſtante exceptione rei iudicatæ, poteſt tamen agere de proprietate. infrà, de cauſa poſ. c. vlti. ſuprà, de elec. quærelam. Item nec Papæ ſit præiudicium, cùm ipſe non interfuit cauſæ, tanquam nec vocatus, nec citatus, & res inter alios acta etc. C. res inter alios acta. per totum. ſup. de maio. & obe. inter. † Item malè videtur dicere in eo, quòd dicit pendente controuerſia ex qua pendet electio, nec confirmari diximus, nec infirmandam: tamen pendente controuerſia recuperat poſſeſsionem quam Epiſcopus intentabat, & ex quo etiam apparet monachos poſsidere. inſtit. de inter. §. recupe. interim debent monachi qui poſsidebant reeligere: vt not. in gloſſ. per monachos. in ver. licet.

Sed fortè dices, licet ſuper ſubiectione monaſterij ageretur poſſeſſorio, tamen electio petebatur infirmari officio iudicis, & ex omni iure, quòd ſibi competere poſſet. arg. infrà, de cauſa poſſ. cum eccleſia. ſed certè nec hoc impediret confirmationem electionis factæ ab his, qui in poſſeſsione erant. nihil enim plus poterat Epiſcopus petere, quàm peto electionem, quam fecerunt monachi caſſari, quia ipſi me expoliauerunt, vnde eorum electio facta, quaſi à ſpoliatoribus non tenet, & quia ad me de iure vel communi, vel ſpeciali pertinet, quæ petitio de iure non impedit, quin electio à poſſeſſoribus facta confirmetur rationibus ſupradictis.

Tu autem vt pleniùs intelligas ratio-

nem ad prædicta, dic petitionem fuisse talem vel consimilem, petit Episcopus cassari electionem de tali à talibus monachis factam, quia in monasterio interdicto ab Episcopo & monachis excommunicatis ab episcopo facta est prædicta electio, vel quia erat in possessione eligendi, vel quia ad eum pertinet electio, vel etiam non fuit assignata prædicta causa, sed postea eam pro se allegabat & probabat, & sic nec petitionem nec pos. super iure elig. intentabat Episcopus, vel petebat, sed tantùm officium iudicis implorabat super cassatione electionis, & contra hoc pars monasterij protestata fuit de suis priuilegijs, per quæ apparebat episcopum non posse excõmunicare, vel interdicere cũ essent exempti, & negant episcopum esse in possessione eligendi, vel ius eli. habere, quæ quia non exhibuit læsa fuit cùm vlterius exhibere non possit post sententiam, à qua non est appellatum.

Et ideò, quantum ad hoc fuit necessaria in integrum restitutio, per hoc etiam respondetur secundæ obiectioni, apparet enim, quòd præiudicium fiebat monasterio si ab eis concorditer electus cassabitur, vel maximè ex ea causa, quia non pertinebat electio, vel magis, quia non tenebat electio ab eis facta, tanquam ab interdictis, vel excommunicatis, vel ab eis, qui in possessione non erant, & sic etiam fiebat præiudicium Papæ, quia alius in locò sui iuris sibi aliquid, vel in proprietate, vel in possessione vendicabat, & licet posset directè agere de iure suo, tanquam ille, contra quem nihil iudicatum erat, tamẽ damnum eius erat, quòd authoritate suorum priuilegiorum electio eis non obstantibus cassabatur, & nõ credimus restitutionem datam de iure Papæ, cui non fit præiudicium directè, sed pro iure monasterij, cui fiebat præiudicium directè, per hanc restitutionem releuatur grauamen vtriusque propter connexitatem. ar. ff. quemad. ser. amit. si communem.

Per hoc ipsum etiam respondetur tertiæ obiectioni, nam cùm esset monasterium restitutum, vt probaret per priuilegium exceptionem excommunicationis, nõ tenere si postea apparet, quòd controuersia ista pendente, scilicet, excommunicatione non erat confirmanda electio vel infirmanda, sed postea de hoc cognoscendum erat. suprà, de consue. cùm dile. infrà, de app. constitutis. suprà, de elect. cùm inter. Vel dic, quòd pendente controuersia primi, qui renunciauit, sed prosequebatur controuersiam cõtra eum propositam, non debet confirmari electio secundi vel infirmari. Vel dic, vt in gloss. licet per monachos. † Restituimus) vt scilicet exhibeant priuilegia, quæ exhibere non poterant, nisi per beneficium in integ. restit. ea ratione, quæ est infrà, de re iu. inter mo. in fi. & omnes probationes quas sententia iudici prohiberet non obstante sententia, quæ per hanc in integ. restit. reuocatur, cùm propter sententiam læsus fuerit. infrà, eod. ex literis. Item hæc restitutio quæ fit ad hoc, vt audiatur, improprie dicitur in integrum restitutio, quia per eam non fit restitutio rei, nec per eam rescinditur sententia vel contractus, vel præscriptio, est enim hæc restitutio præambula ad veram restitutionem, nec in hac restitutione necessarius est libellus, seu litis contestatio, sed sufficit, quòd aliquem colorem habeat petendi in integ. restit. quia incolorate peti non debet. ff. de mino. minor. hîc non est recipiendus libellus super restitu. in integ. nisi petens aliquem colorem suæ petitionis dicat (pendente) scilicet, an Episcopo sit subiectum ipsum monasterium, & sic tenuit excommunicatio & per consequens sit cassanda electio, an non sit subiectum, alij dicunt controuersiam fuisse, quia vterque dicebat, se in possessione eligendi esse. Nec confirmandam) contra. infrà, de no. ope. nun. c. 1. infrà, de despon. impu. ad dissoluendam, per quæ probatur, quòd ante omnia cassandum erat, quicquid fit contra prohibitionem, sed hoc ideò est, quia interdictum non fuit iustum, non enim debebant prohiberi eligere illi, qui erant in possessione, vel nulla potius est prohibitio. infrà, de sen. & re iud. cap. vlt. infrà, de iure pat. consul. in Authen. de no. oper. nun. & in matrimonio est speciale, quòd lite pendente interdici valet, cùm ergò vterque contendit se in pos. vterq; eliget si volet, sed superior à quo petitur confirmatio, in qua de iure non tantùm possessionis, sed proprietatis quæritur, vel electionem cognoscet, ad quem pertinet electio, & quis sit in possessione & electio illius confirmabatur, vt hîc. & argu. ff. vti. possidetis. l. 1. §. huius. ad armatum venire prohibebit. ff. de vsur. si cuius. §. sed & si iure. Quidam dicunt, quòd vbi controuersia est de possessione eligendi, quòd tunc iudex vtrunque debet prohibere eligere.

eligere. arg. ff. de aqua quoti. l. pœna. Sed qui sic dicunt, illam legẽ non intelligunt.

CAPVT III.

1 *Non currit præscriptio contra pupillum. Reges an possint dare ecclesijs libertatem.*
2 *Restitutio danda est super omissa exceptione vel articulo non probato.*
3 *Nunquid sit danda restitutio, vbi super vno articulo testes quis induxisset & non probasset, vt alios denuò testes meliores producat. Et quid sit dicendum, si post publicatas attestationes repellerentur omnes testes propter excommunicationem.*

AVDITIS. (Libertati) arg. quòd reges dant ecclesijs libertatem 63. dist. in synodo. potest dici, quòd dant libertatem reges in temporalibus, quæ habent ab eis, vt not. sup. de maio. & obedi. solite in spiritualibus minimè, hîc autem non dicit, quòd libertas à regibus data valeret, sed libertas data à Papa valebit, qui de libertate regum in temporalibus data mentionem faciebat (probationem) quam post conclusionem inducere non potest præter beneficium restitutionis in integrum.

1 †Minoris) non pupilli, quia tunc non curreret præscriptio. C. de præscrip. 30. ann. sicut. sed ponitur. in 25. ann. sed in vltimo instanti, & impetrat in integ. resti. intra quadriennium si probauerit se iusta causa præpeditum. 2. q. 5. c. 1. ff. de mino. ait prætor. C. de temp. ap. l. vlt. §. illud. Item benè dicit, quòd vterq; fungebatur, nam si vnus tantùm fungeretur vice minoris, licet minor impetret in integ. resti. in vno articulo, puta contra confessionem suam, propter hoc non restituitur maior contra suam confessionem, sed ad ea tantùm restituetur, quæ cohærent confessioni minoris. ff. de mino. ex causa. & l. cùm minor. ff. de confes. certum. §. fi. secùs autem est, si minor impetret in integrum restit. in his, quæ extra iudicium sunt, quia tunc si minor impetret in integ. restit. & maior similiter restituetur. C. si aduer. transact. l. 1. & 2. (reliqua) ff. de min. verùm. ff. qui ex cau. ma. l. vlt. Rationem) nota. ad probandum rationem omissam, admittitur post publicationem attestationum per beneficium in integr. resti. & hoc idem dicit lex. ff. de mino. minor autem. & l. minor autem 25. ann.

2 †Omissam) pro eodem enim accipitur ratio, & ibi allegatio, siue * enim sit exceptio emissa, siue alius articulus, cùm probatio vtilis esset, semper restitutio danda est. & hoc credimus, quia si aliqua ecclesia obtulisset se ad probandam præscriptionem, & omisisset probare titulum restituendus est, quia in omissione huius articuli læsa est, & ex quacunq; causa lædatur restituendus est. ff. de mino. non omnia. Item non videtur vsus iure communi, quia per ius commune benè esset admissus ad probandum, vel si petijsset, nihil ergò læsus est, quia non petijt. C. de in integ. resti. non videtur.

3 †Sed dices eadem ratione danda esset ei restitutio, si super vno articulo testes induxisset, & non probasset, quòd iterum alios testes meliores produceret, per quos eundem articulum probaret. arg. ad hoc. ff. de mino. prætor ait. §. hodie.

Sed contra hoc facit, quicunq; peritus hoc feciisset, ergò non est restituendus, tamen respondeo, quòd in primo casu restituitur de facili, quia euidens est causa læsionis, scilicet, nullas probationes adducere super illo articulo necessario, sed in secundo articulo non est euidens ratio pro restitutione concedenda, sed præsumptio est contra eũ, quia si aliquis induxit præsumitur quòd meliores probationes induxit. Item præsumitur, quòd velit subornare testes, quòd facilius potest fieri, quando super eodem articulo producti sunt, quàm si super alio, tamen si præmissa cognitione iudex cognosceret, quia sua facilitate læsus esset, etiam adhuc restituetur, quia etiam super eodem articulo produceret, propter generalem rationem, quia minoribus & ecclesijs semper subuenitur. supr. eo. tit. c. 1. ff. de mino. non omnia. Nec obstat lex prælegata non videtur, quia ibi exponitur, non videtur, id est, præsumitur, sed hîc præmissa cognitione constat contrarium.

† Item videtur, quòd si post publicatas attestationes repellerentur omnes testes, propter excommunicationem, vel aliam causam iustam, quia iudex eadem generali clausula, si nullam culpam inuenerit in producente, quòd restituet eum, vt alios testes, vel etiam eosdem producat, si causa repellendi eos esset, & idem fiet in similibus.

CAPVT IIII.

1 *Non potest quis petere restitutionem in integrum contra confessionem propriam.*

* *Siue enim. Adde quòd hæc dicta Innoc. hîc referuntur per Doct. in cap. fraternitatis. infrà, de testi. & maximè per Felin. in 4. col. ver. 3. & ibi vide per ipsum concord. & fallentias.*

2 *Matri-*

2 *Matrimonium æſtimationem non recipit.*
3 *Supplicatio dupliciter accipitur, largè & ſtrictè.*
Appellatio in quibuſdam locum non habet in quibus ſupplicatio ſi admittitur.
4 *Supplicatur etiam à iudice delegato.*
5 *Non poteſt pater vel mater reſtitui in integ. communi iure.*

EX LITERIS ABBATIS. (Confirmauit)& iuſtè, quia in cauſa appellationis licitum eſt procedere parte rei abſente. C. de temp. ap. l. vlt. §. illud. & dicunt quidam ſecùs ſi actor ſit abſens, & ſic intelligunt. C. quomodo & quando. Authen. qui ſemel. de hoc not. inf. de appel. ſæpè.

1 †Firmauit) contra confeſsionem autem nullus poteſt reſtitutionem in integ. petere, vt confeſsio ſua ſibi non præiudicet, dummodò vitium non ſit in facienda cõfeſsione, quia cùm vſus ſit iure cõmuni, non poteſt dici circumſcriptio. ff. de iure-iur. nam poſtea. §. ſi minor. & l. tutor. C. de in integ. reſti. l. fi. ſed ſi confeſſus eſſet eo tempore, quo non tenebatur confiteri aliquid, tunc benè poteſt petere in integr. reſtitutionem, quia non eſt vſus iure communi. Item benè fatemur, quòd iure communi poteſt dicere, & probare falſum, quòd confeſſus fuit, ſed hoc fit per beneficium in integ. reſti. vt ibi no.

2 †Fraudulenter) ſi damnum mulieris eſſet tale, quòd æſtimationem reciperet, tamen fraudulentum ageret ad intereſſe, ſed quia matrimonium non recipit æſtimationem, datur actio & reſtituitur contra primum. ff. de eo per quem fa. l. i. & vl. (appellatur) hæc appellatio non tenuit propter eius contumaciam, quia de fraude non conſtabat. (Supplicauit) ad audientiam pro matrimonio, vt ipſum reſtitueremus.

3 †Item ſupplicatio dicitur largè quælibet precum protectio, dicitur autem ſtrictè quædã benignitas ſuperioris. ad removendum, quę malè acta credit, ſcilicet, quando interponitur à ſententia præfecti præto. cognoſcentis principaliter de hac cauſa appellationis ſi per appellationem ad eum ſit delata, non licet ſupplicare. in rubr. C. ne liceat in vno. etc. & ſemel tantùm ſupplicatur, & quidem libellus ſupplicationem continens, porrigitur referendarijs, & cauſas introducentibus aut deferendarijs. Solus autem princeps vel præfectus cognoſcet de ſupplicatione, & ſic tantùm eis ſupplicabitur, ſed ſi ſupplicetur intra 10. dies nihilominus mandabitur ſententia executioni, dummodò caueat victor, quòd tantundem reſtituet ſi reſoluatur ſententia, ſi verò poſt 10. dies intra biennium ſupplicetur, nihilominus mandabitur ſententia executioni, nec dabit fideiuſſorem victori, & computatur hîc biennium, ex quo imperator ſucceſsit in cognitione præfecti. C. de ſenten. præſe. præto. l. 1. & ita videtur, quod ſupplicare licet ab eo, à quo nõ licet appellare, ſcilicet, præfecto prætorio, & principe. C. de præci. impe. offe. ſi quis aduerſus. ff. de mi. præfe. Item ſeruus condemnatus non poteſt appellare, & tamen poteſt ſupplicare. ff. de ap. ſerui. Item pendente appellatione nil nouari oportet. ff. nil no. appel. l. 1. ſecùs pendente ſupplicatione, vt dictum eſt: vt C. de præci. impe. offer. in Authen. quæ ſup. Item appellatio tantùm fit intra 10. dies, ſupplicatio intra biennium, quidam intelligunt hoc verum, ſi fiat ſupplicatio ſuperiori, ſi verò ipſi iudici intra 10. dies tantùm. C. de ſen. præſe. l. 2. 2. q. 6. anteriorum.

4 †Item hîc habes, quòd etiam à iudice delegato ſupplicatur, & non credo habere locum hanc ſupplicationem ab inferiori iudice, ſi poteſt iuuari per appellationem, qua hîc iuuari non poteſt, cùm contumax eſſet. ff. de in integ. reſti. diuus. nam contumacia non excuſat hîc ſufficienter, cùm non probet ſufficienter cauſam abſentiæ. Item & aliquam præſumptionem debet habere iudex, vt admittat ſupplicationem arg. ff. de min. minor autem ma. vel fauor matrimonij ſubeſſe debet, vt hîc. Item ſolius principis eſt, hanc ſupplicationem admittere, & non inferiorum ordinariorum.

5 †Reſtituimus) hîc pater vel mater non poteſt reſtitui in integrum cõmuni iure, cùm ſit maior. Item neq; ex generali clauſula illa, ſi qua iuſta cauſa videtur, nulla enim iuſta cauſa hîc probata erat, quare reſtitueretur in integrum, reſtat igitur vt ſoli gratuitæ ſupplicationi locus eſſet, ipſi autem ſupplicationi cauſam præſtabat fauor matrimonij, & ſemiplena probatio iuranti. †Minor) videtur quòd fãciat gratiam matrimonio de nihilo, cùm potuit proſequi appellationem quam interpoſuit, reſpon. in hoc facit gratiam, quia non poterat proſequi ap. niſi prius oſtenderet legitimè cauſam abſentiæ, quam non oſtendit, nam iuramentum ipſius

ipſius ad hoc non erat ſufficiens probatio, & contumaces non adiuuantur appellantes. ff. de in integ. reſti. diuus. ſed ſupplicationem audit vno iuramento tantùm motus, & reſtituit ad audientiam ſimile. infrà, de ſent. & re iu. cùm Bertholdus. & hac eadem ratione beneficio reſtitutione beneficio reſtitutionis iuuari non poteſt. †Matrimonio) dicunt quidam hanc ☞ ſupplicationem non ſolùm in cauſa matrimoniali, ſed in qualibet alia cauſa fauorabili, niſi ſimilem præſumptionem moueret principes ad ſupplicationem admittendam. arg. infrà, de ſen. & re iudi. cùm Bertholdus. & arg. inf. de conſan. & affi. tua. ad fi. & non credunt per alium poſſe admitti huiuſmodi ſupplicationem, niſi per principem vel præfectum præto. cùm ſit contra ius, & in præiudicium alterius. argum. C. ſen. reſcin. non poſſ. l. 2. C. de preci. impe. offe. Authen. quæ ſupplicatio.

CAPVT V.

1 *Reſti. in integ. vſq; ad quadriennium tantùm conceditur.*
2 *Iudicis officium non actio competit per reſtitutionem in integrum. Et an in tali officio litis conteſtatio ſit neceſſaria.*
3 *Sententia formari debet ſecundum petitionem in libello contentam.*
4 *Negotium in integ. reſtitu. prius diffiniri debet quàm principale. & hoc etiam vide in num. 6.*
5 *Minor ſeu eccleſia implorat in integ. reſtit. contra eum, cum quo celebrauit contractum, non contra eum ad quem res peruenit. Et quem ordinem iudex ſeruare debet.*
7 *Duo remedia pro in integ. reſtitutione.*
8 *Ex edicto de matrimonio nulla producitur actio.*

VM EX LITERIS. (Temporibus) etiam antequàm eſſet Papa (læſam) & ideò pro in integrum reſtitutione ſupplicabant (controuerſia) ſcilicet, an eccleſia Illerdenſ. eſſet læſa vel in integrum reſtituenda.

(Cui) legato obſtat. C. de temp. in inte.
1 reſti. l. vlt. contra. † vt dicitur, quòd tantũ vſq; ad quadriennium datur reſtitutio in integrum, ſed hîc elapſi erãt circa 40. an. à die ſentẽtiæ latæ ſolutionis tempore Anaſtaſij, qui fuit proximus ſucceſſor Eugenij fuit petita reſtitutio in integrum, nec ſtetit propter dilationes actoris, quin intra quadriẽnium terminaretur cauſa in inte. reſt. ſed per iudicem vel aduerſarium, vnde ſibi nocere non debet. C. de temp. in integ. reſti. perendæ. ar. 2. q. 6. anteriorũ. Authen. vt ſpon. larg. §. hoc quoq;. ff. ex quib. cãũ. ma. in integ. reſti. ait prætor. §. vlt. & tribus. ll. ſeq. ſed non valet quia Euge. vixit octo annis, & ſententia fuit lata primo anno ſuæ ordinationis, ergò à tempore datæ ſententiæ vſq; ad tempus Anaſtaſij fuerũt plus quàm quatuor anni. reſpõ. de præſcrip. ſubduci tempus Euge. malè iudicãtis contra eius ſententiã agebatur. 16. q. 3. & ſi ſacerdotes. (Obſtante) hoc non videtur ſe compati cum eo quod inf. ſequitur. vbi dicit, quòd deliberatio recedit in hoc, an data ſit reſtitutio, cùm non eſſet dubitandũ de data ex quo inſpectis priuilegijs, non obſtante ſententia Euge. ad diffinitiuam ſententiã procedi mandabat. ar. ſup. ff. de offi. dele. paſtoralis. §. 2. reſpon. quòd benè ſe compatiuntur, quia licet ſic diceretur commiſſum negotium, non tamen conſtabat nec conſtare poterat in abſentia partium. inf. de ſen. & re iudi. cùm Bertholdus. C. ſi per vim vel ali. l. vlt. Sed ſi de hoc conſtaret, dicunt quidam reſtitutionẽ in integrum dandam, vel potes dicere, quòd per literas tales deſtinandas, vel mãdatũ viua voce factum, niſi fiat cum cauſæ cognitione, non habet vim ſententiæ, & in concedenda reſtitutione in inte. neceſſarius eſt ordo iuris. ſup. de offi. iud. c. 2. ar. ad prædicta. C. commi. epiſto. & program. l. 2. & 3. §. pen. & vl. (canonicus) tanquã procurator. vel vt not. inf. de teſti. cùm olim.

2 †Per officium) non enim actio ſed illud officium competit per reſtitutionẽ in integrum. ſup. de offi. iud. c. 1. ff. de mino. quòd ſi minor. §. vl. & videtur, quòd in hoc officio non ſit litis conteſtatio neceſſaria, cũ ex eo nihil lucretur reſtitutus, ſed tantùm deſeruitur actioni, id eſt, viã pparat principali quæſtioni, vt inf. ſequitur, ſecùs vbi loco eſt actionis, ſed tuti' eſt dicere, quòd ſemper fiat litis cõteſtatio, & hoc ſatis dicit decreta prælleg. de offi. iudic. Reformari) id eſt, ſententia Euge. reuocata alia cum meliori forma ferri, id eſt, magis iuſtitiæ conſona. Item nota libellum iſtum continere duo capita, vnum in quo petit reſtitutionẽ, & per q, reſtituitur ad audiẽdũ, & per q, petit ſentẽtiam emendari, hæc enim omnia primò inquirenda ſunt, antequàm fiat in integrum reſtitutio. vt infrà, eo. deer. in fi. Secundum caput eſt, ſcilicet, quòd eccleſiæ ſibi redderent, vel potes dicere, q, reſciſſa ſententia, b eneficium reſtitutionis & per conſequens iſta occaſione ſententiæ factæ reuocabantur. ſuprà, de procur. ex inſinuatione. in princ.

3 †Prudens ergò aduocatus diligenter atten-

tur attendat, quid in libello petat, quòd ſecundum petitionem formabitur ſententia. infrà, de ſi. licet Holy. poſſet etiam petere in libello, ſi vellet eccleſias ſibi adiudicari, ſi ratione ſententiæ reuocatæ nõ eſſent ſibi reſtituendæ. fortè quia non erat in poſſeſsione eccleſiarum illarum primò, licet ius in eis habeat, & ſi omnia hæc petat, non ſemper eſt facienda litis conteſtatio ſuper omnibus à princ. niſi ſecundum tenorem glo. quæ incipit not. quòd prius (indulſiſſe) benè dicebant dum modò conſtaret Papæ ſic mandaſſe. Vel dic, vt not. in gl. hîc non videtur (ſupplicationem) no. dicit, ſupplicationem, quia contra ſententiam principis venire non licet, niſi per ſupplicationem: vt not. ſuprà, eod. ex literis. (ſententia) ſimile. 35. q. 9. veniam (ſurreptum) de hoc not. ſuprà, de reſcri. c. cùm dilecta. (contra res) ff. de mino. minor. etiam ma. C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſ. l. 2. & 3. (primo) 48. diſt. §. 1. de pen. diſt. 2. §. hæc quæ de charitate. arg. contra. 67. diſt. monachus. C. de his qui. vt l. 2. (productum) quòd faciebat pro Illerdenſ. eccleſia, vel non inducit quòd pro eo faceret, ſed vt oſtendatur, quòd tunc benè inſtructus non erat, data per literas cel. (Danda) ſub. propter læſionem eccleſiæ Illerdenſ. (præſentibus) danda eſt enim cum cauſæ cognitione. ff. de mino. in cauſæ. niſi vocatus per tres menſes non comparuit. Authen. vt ſponſ. larg. §. ad hoc (aſſertione. C. ſi per vim. l. vlt. (poteritis) & nolueritis petentibus enim. in integ. reſti. incumbit onus probandi ſe læſos. ff. de iureiur. nam poſtea. §. ſi minor. ff. de mino. ſicut minor etiã. 25. an videtur lædi quinque modis. ff. de mino. l. non omnia. & l. quòd ſi minor. §. non ſemper.

4 † Principali) not. quòd prius diffinietur negotium in integ. reſti. quàm incipiatur principale negotium, ad idem. ff. de procu. qui proprio. §. item. ff. de iureiur. nam poſtea. §. ſi minor. Sed contrà videtur, quia iura tolerant hunc circuitum & hanc protractionem habent, cùm vna probatio ad vtrunque ſufficiat ad beneficium in integrum reſtit. arg. ff. de mino. l. vlti. ff. de condi. cau. da. ſi quis accu. & l. ſi mulier. ff. de his quæ in frau. cred. ait prætor. §. ſi creditor. Sol. tu dic, quòd ſi dominus eſt, qui petit reſti. in integ. & de hoc conſtat non ſolùm iudex, reſtituet in integrum, ſed & rem reſtitui faciet, ſi verò non probauerit ſe dominum, ſed tamen ſe læſum probat, dabit tantùm reſtit. in integ. vt venditio vel huiuſmodi contractus, qui impediebat rei venditionem decætero non impediat, & ſecundum hoc ſoluit prædictam contrarietatem.

5 † Sed nobis videtur quòd in contractibus minor, ſiue eccleſia implorabit in integ. reſtit. contra eum, cum quo celebrauit contractum, non contra eum ad quem res peruenit, niſi & ille ſciret rem ita geſtam, vel niſi contrahens non eſſet ſoluendo, & in hoc caſu, ſcilicet, quando agit contra eum, cum quo contraxit ſiue ſit dominus, ſiue non, non ſolùm reſtituitur in integrum, ſed & reſtituitur ei res, & ille qui petit reſtitutionem, caueat ſibi in conceptione libelli, vt ſi eſt dominus dicat, cùm ſit læſus in tali venditione, peto in integr. reſti. & rem mihi reddi, cùm ſim dominus, vel ſi non eſt dominus, dicat peto ex officio veſtro reduci in eum ſtatum in quo eram, & ſic intelligimus. ff. de mino. in cauſæ. §. interdum. & §. vlti. & l. ſeq. Sed quia lex illa. ff. de procu. qui proprio. fortiter contradicit? Reſpon. quòd ille, qui habet diuerſos caſus, & ſecundum quorundam poſitionem non cõtradicit, ſed & ſecundum caſum ſecundũ quem videtur loqui? Reſpon. quòd ibi minor vendidit iura, quæ in re aliqua habebat, & rem non tradidit, quia non poſſidebat eã, ſed emptor poſſidebat, & ideò iudex per officium ſuum non potuit ei reſtituere rem, cùm non poſſederit tempore contractus, ſi verò in iudicio petatur in integr. reſtit. vel quia omiſit allegationes, vel alias probationes, vel contra ſententiam, tunc dicimus ſic procedendum, actor petat in integ. reſti. & iudex quæret cauſàm in integ. ſcilicet, læſionem & cauſam læſionis, ſcilicet, quare non dixit hoc ante ſententiam, & ſi dixerit iuſtam & veram cauſàm, quæ mouet iudicem ſine alijs probationibus, audita tamen parte alterius in ſumma cognitione & breue præmiſſa ſine. lit. conteſt. vt ſuprà, eod. c. 2. & lite conteſt. ſuprà, de offi. iu. c. 1. & 2. reſtitutionem dabit in integrum vt audiatur, ſuprà, eo. c. 2. ſi verò intricatè petat, puta quia non aſsignet aliquam cauſàm, quæ moueat iudicem, denegabit & iudex reſti. pe. & ſic data in integ. reſti. ſecundum primum caſum omiſſas probationes recipiet. ff. de iureiur. natu. §. ſi minor. ff. de min. minor autem tua. & hîc & proxi. decre. & dicunt quidam, quòd quando petitur in integ. reſtitutio in iudicijs non eſt neceſſaria

ſaria litis conteſtatio ſed præſentia partium ſic, vt refrenent à falſo dicendo, vt quando autem in contractibus petit in integr. reſtitu. neceſſaria eſt litis conteſt. arg. ad vtrunque. ſuprà, de offi. iudi. c. 2.

6 † Et no. quòd vbi maiores petunt officium iudicis in integrum reſti. vt abſentes cauſa reipub. contra præſcriptionem, quæ ſibi cucurrerat in abſentia facta litis conte. primò fertur ſententia ſuper reſtitutione, & pòſt proceditur in cauſa principali. C. ex quib. cauſ. in integr. reſt. l. 1. & l. ab hoſtibus. & l. ait prætor, & per totum. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. ab hoſtibus. Idem eſt ſi petitur reſtitutio in integrum contra ſententiam diffinitiuam vel interlocutoriam, vel aliàs ſuper proceſſu iudiciorum, vt hîc, & ſuprà, eo. auditis. & c. cùm veniſſent. Ratio diuerſitatis eſt, quia in primis caſibus ei reſtitutionem non impediebat, niſi contractus, vel ius traditum ex contractu, reſciſſo ergò contractu, conſtat eum contra quem petitur reſtitutio, nihil iuris habere, & ideò ſimul data reſti. in integ. ad reſtituendum contractum, & ei reſtitutio fiet, quæ ex ipſo contractu pendet, & etiam poſſet dici in hoc caſu, quòd non ſufficit petere in libello reſtitutionem in integrũ cõtra contractũ, & reſtit. rei fiet. q. acceſſorium, ſed tutius in libello eſt etiam reſtitutionem petere, & etiam ſimul litis conte. ſuper ambobus. ſed vbi petitur reſtitutio integrum cõtra ſententiam ſuper iuribus, vel alijs rebus latã, vel contra præſcriptionem vel ſimilia, tunc licet reſcindatur ſententia, vel reſcriptio, quæ primò impediebatur agere, ſed modò eis reſciſsis poteſt, non ſequitur, quòd ipſa iura, vel reſit reſtituenda, cùm ſententia non dederit ei ius, ſed detexerit tantùm. ff. de reſt. hære. §. ſi quidem. quæ decætero tollitur per in integ. reſti. Idem eſt etiam in vſucapione, quia reſcindatur vſucapio, non tamen per hoc conſtat ſublatam vſucapionem vel præſcriptionem, quòd de iure haberet iſte, qui in integr. reſtitutionem petit, vnde idem dicerem etiamſi contra contractum peteretur reſtitutio in integrum, & ex illo contractu non conſtaret quid iuris translatum eſſet in eum, contra quem petitur in integ. reſtitutio, quia licet non daretur in integ. reſtitutio ad reſcindendum contractum, non tamen fieret ei reſtitutio, vt prædictum eſt, & ſic intelligitur. l. qui primò. quamuis ſic raro contingere poſsit, & idem etiam videtur dicendum, quòd in eodem libello poſſet quis petere reſciſsionem ſententiæ, vel præſcri. & rem ſibi reſtitui. Principali) id eſt, ſuper eccleſias, ſicut agebatur à princ. retractabitur enim primò ſententia, ſi de iure fuerit & per beneficium in integ. reſti. ſed hanc retractationem præcedere debet aliqua ſummaria cognitio, ſcilicet, vtrum colorate petat nécne, & inſuper probationem recipiet, & ſufficiat ſi videat priuilegium, vel quòd recipiat inſtrumenta, quæ animum ſuum mouere debeant, non audita diſputatione ſuper eis. ſuprà, cap. 2. vel iuramentum partis. ſuprà eodem, cap. proxi. ff. de mi. minor.

7 Item † pro in integrum reſtitutione duo ſunt remedia, vnum cognitionis prætoriæ, ſcilicet, offi. iud. & aliud reſciſſoriæ. ff. de mino. in cauſæ. §. interdum. primo auxilio, id eſt, offi. iudi. prudenter agitur, quando res ſuper qua petitur in integ. reſtitutio eſt apud actorem, puta quia rem vẽdidit, vel ſententia contra aliquem lata eſt, quòd rem alij tradat, ſed ipſe neque ex contractu, neque ex ſententia tranſtulit rem, ſed officium iudicis implorauit petendo in integ. reſti. contra vend. vel contractum, vel contra ſententiam, hîc enim nihil aliud neceſſarium eſt poſſeſſori, niſi vt contractus, vel ſententia reſcindatur, & remanet poſſeſſor tutus, & idem dicendum eſt, ſi ab actore in reum translata eſt poſſeſsio ex contractu, vel ſententia & poſt translationem poſſeſsionis imploret officium iud. contra contractum vel ſententiam.

† Quid ſi probauerit in hoc iudicio in integ. reſtit. ſe læſum in contractu venditionis puta quia plus valebat, nec oportet eum probare dominium rei, vel ſi probauit ſe læſum ex ſententia, puta quia cùm primò ageretur contra eum, qui modo in integ. reſti. petit rei vendicatione & lata eſt ſententia contra eum, & modo actor in cauſa reſtitutionis in integrum probat ex actis receptis ſententiam iniuſtam, vel per nouas probationes probat ſuam rem eſſe, vel cùm ageretur commodati, & ſuccubuit modo in cauſa in integ. reſti. probat ſententiam iniuſtam, vel non fuiſſe commodatam, vel aliàs ſe non teneri, nam in his caſibus & ſimilibus alijs, cùm non transferatur à petente in integ. reſti. in alium, ſufficit ſolũ officium iudicis implorare per in integ. reſtitutionem, & per hoc officium non tantùm obtine-

bit, quòd reſcindatur talis ſententia, ſed per conſequens etiam reſipſæ ſibi reſtituentur. ff. de admi. tut. ſi iubere. §. interpoſito. ff. de mino. l. fi. Sed in iſto caſu dicunt quidam, quòd etiam ſi actor non probet expreſſam læſionem, ſed ſummariæ tantũ, tamen dabitur in integrũ reſtitutio, nõ vt ſibi reſtituatur res, ſed vt tollatur contractus, vel ſententia, qua ſublata, poſtea agetur cauſa à capite. arg. ff. de procur. qui proprio. §. item quæritur. C. ſi aduer. rem iudi. l. 1. ſufficit enim, quòd aliquem colorem, vel iuris ſimilitudinem habeat ad hoc ſolùm, vt ſententia reſcindatur. ff. de mi. minor. arg. ſup. eo. cùm veniſſent. in fi. Alij tamen aliter dicunt. arg. pro eo. ff. de iureiur. nam poſt. §. ſimiliter.

Ego non credo, quòd in prædictis caſibus ſufficiat ſemiplena cauſæ cognitio, nec video, quòd in aliquo caſu aliquæ probationes ſufficiant ad dandam reſtitutionem in integ. vt vel reſcindatur contractus vel ſententia, quòd eædem probationes non ſufficiant ad condemnandum ad reſtitutionem, imò quòd pluseſt, videtur quòd ſolummodò data in integ. reſti. contra contractum vel ſententiam, etiam res quæ translatæ ſunt per contractum vel ſententiam reſtituentur, & ſi de eis reſtituendum nihil dixerit iudex. ff. de mino. l. fi. ff. de admi. tut. ſi in hæred. §. interpoſito.

8 †Sed oppones, quo modo iudex in hoc adiudicabit eis res, cùm non fuerint petitæ? Reſpond. iudex nihil adiudicabit, quia ex edicto de matrimonio nulla producitur actio, ſed officium iudicis interueniet, quòd latè patet, vt quicquid hinc & inde datum eſt reſtituatur. ff. de mino. quòd ſit minor. §. fi. C. de repu. l. 1. ſi autem ille, qui modò petit reſtitutionem in integ. non eſt in poſ. rei, ſuper qua petit reſti. in integ. nec eſt etiam translata poſſeſsio ab actore in reum. VERBI GRATIA: Idem qui modò petit reſtit. in integ. contra ſententiam etiam primò egit, ſed reus fuit abſolutus ab eo, in hoc enim caſu prudenter agit iſte, contra quem lata eſt ſententia, ſi intentat reſciſſoriam, id eſt, priſtinam actionem in rem vtilem, & dicet ſic: cùm talis per ſententiam ſit abſolutus à petitione mea, cùm res ad me pertineat iure dominij, vel quaſi, peto quatenus reſciſſa ipſa ſententia per officium veſtrum ô iudex à quo peto reſti. in integrum mihi rem adiudicetis, & reſtitui faciatis, & hoc dicit, lex præalle. ff. de mino. in cauſæ. §. interdictum. † Et idem dicendum eſt in contractibus. VERBI GRATIA: Petebam à te rem quam poſsidebas, ſi tranſegiſti ſuper re, quàm à te petebam ita, quòd res petita, apud te debeat permanere, nam prudenter ago, ſi ego reſciſſoriam dictis, quòd reſciſſa tranſactione, res mihi adiudicetur, & idem in præſcriptione, vt ſi tu præſcripſiſti rem meam, quam alius tibi vendidit non ego, nam prudenter agam ſi reſciſſoriam intentabo, ſcilicet, ſit reſciſſa præſcri. res mihi adiudicetur hoc, tamen rarò locum habet in minore, contra quem non currunt præſcriptiones temporales. C. in qui. cau. non eſt ne. reſ. l. fin. ſed habet locum in maioribus, qui abſunt cauſa reipubl. ſed ſi quis contra huiuſmodi ſententiam, vel tranſactionem, vel contractum, vel præſcriptionem, non intentet reſciſſoriam, ſed tantùm officium iud. licet obtineat per ſententiam iudicis, quòd ſententia vel tranſactio, vel præſcriptio reſcindatur, non tamen obtinebit, quòd res, quæ non eſt ab eo translata in reum, cui adiudicetur, vel ſibi reſtituatur, ſed noua actione agit ad reſtituendam, nec obſtabit ſententia quæ ſublata eſt per in inte. reſtitutionem prius datam, & aliæ probationes ſunt neceſſariæ ad hoc, vt tantùm reſtituatur in integ. & aliæ ad hoc vt obtineat rem ſibi adiudicatam, quia in primo caſu ſufficit quocunq; modo probet ſententiam iniuſtam, in ſecundo oportet, quòd probet dominiũ rei, tamen videtur, quòd contra ſententiam nũquàm intentatur reſciſſoria, ſed tantùm per officium iudi. petitur reſtitutio in integ. & per illud obtinebit non tantũ, quòd reſcindatur ſententia, ſed etiam res ſibi adiudicetur, ſi ex probationibus præteritis, vel nouis probauit de iure ſuo, ſi autem non de iure ſuo probaſſet, ſed probare intenderet, reponetur in ſtatum, in quo erat ante ſententiã, quæ interciſa eſt, ſi ex quibuſcunq; cauſis probauerit eam iniuſtã, & poſtea receptis probationibus ſuper principali iudicabit de eo, ſine noua libelli oblatione lit. conteſt. & alijs actis, contra quem non eſt data in integ. reſti. in ſuo robore durantibus (procedemus) nam ſi per tres menſes venire diſtulerit, procedetur ad dandam reſtitutionem ſi ſit danda. Authen. vt ſponſ. larg. §. ad hoc.

CAPVT VI.

Procurator an poſſit petere reſtitutionem in integrum. Et quid ſit dicendum in ſyndico & actore, & conſanguineis.

SVSCI-

SVSCITATA. (Procurator) habet ſpeciale mandatum ad petendum in integrum reſtitutionem. ff. de mino. illud. Vel potes dicere, quòd ſi idem procurator petit reſtitutionem contra quam lata eſt ſententia, poterit etiam ſine ſpeciali mandato, vel aliàs vbicunq; incideret petere. arg. eius quòd dicitur de iur. infrà, eo. c. pe. cùm ſimile ſit mandatum iuriſdictionis mandato procuratoris. ff. de iuriſd. om. iudi. & quia. & etiam alia ratione, quia ex quo committitur ei principale, & acceſſorium. ſuprà, de offic. dele. præterea. & c. prudentiam. §. pe. & vlti. Dic quòd tunc tantùm ſine ſpeciali mandato poteſt petere in integr. reſtitutionem, cùm per litis conteſtationem factus eſt dominus litis, nam tunc conſtat, quòd poteſt petere, cùm dominus ad hoc non poteſt alium procuratorem conſtituere. ff. de procur. quæ omnia. & quòd dictum eſt in princ. huius gloſ. tenet de facto, ſcilicet, quòd nullus procurator poteſt petere reſti. in integrum. Alij dicunt, quòd procurator minoris vel eccleſiæ, ſi in proſecutione cauſæ malè agat negotium domini reſtitutionem non habebit, imò ipſi domino tenetur actione mandati, ſi fuit in culpa, ſed ſi non fuit in culpa, non ipſe, ſed dominus reſtitutionem in integ. poſtulabit.

☞ †Sed quæritur quid ſit in ſyndico & actore, & eſt dicendum quòd prædicti omnes, qui legitimam habent adminiſtrationem in integ. reſti. petere poſſunt ſine ſpeciali mandato, ſecùs in generali procuratore, quia petere non poteſt. ff. de min. illud. §. vlti. pater autem pro filio quamuis inuito reſtituitur, alij autem conſanguinei ſine ſpeciali mandato non admittuntur. ff. de mino. l. illud. cum duabus legibus ſeq. procurator autem eius contra quem petitur in integ. reſtitutione ſine ſpeciali mandato admittitur. ff. de mino. quòd ſi de. (Impediri) not. vtile ius nimium, ſcilicet, quòd vbi præſumptiones ſunt contra petentem reſtitutionem mandata eſt ſententia executioni, aliàs contra. C. de in integ. reſtit. poſtulata. l. 1. Vel dic, hîc petebat in integ. reſtitutionem aduerſus ſententiam principis, quæ non datur, niſi per ſupplicationem peteretur, & ſupplicatio non impedit executionem, ſi poſt decem dies petatur: vt no. ſuprà, eod. ex literis. & ſic intelligitur. ff. de mino. minor an. arg. ſup. c. proxi. Vel dic, ſpeciale in ſententijs latis à principe, vt in eis prætextu reſt. in integ. non impediatur executio ſententiæ (cautionem) talem cautionem præſtat qui ſupplicauit (cautionem) C. de leg. ſi in frau. C. de hære. l. vlt. ff. de rei vendi. is à quo. & l. ſeq. ff. vt leg. no. ca. l. poſtquam. §. 1. ff. de dam. infe. prætor. in prin.

CAPVT VII.

1 *Terminus quadriennij quo tempore incipiat currere.*
Quid requiratur ad hoc vt reſtitutio concedatur.
2 *Non datur reſtitutio contra interlocutoriam vel reſtitutionis denegationem.*

1 FORAM FOELICIS. A fine autem † termini putatur quadriennium in reſti. in integ. & non à die interlocutoriæ latæ, & eſt ratio, quia finito termino, completa eſt læſio eius, quòd ex eo apparet, quia etiam ſi ſententia non ſequeretur, tamen contra talem læſionem daretur reſtitutio. ſup. eo. auditis. & c. cùm veniſſent. & ideò prudenter facit ſi læſus eſt quis in ſententia & omiſsione probationum quòd expreſſè petat reſtitutionem in integrum à contra ſententiam & amiſſas probationes recipiendas. Alij tamen dicunt, quòd tantùm à die ſententiæ computatur quadriennium, & quòd ſufficit ſola ſententia petere reſtitutionem in integ. pro eis. ff. de mi. l. 3. §. 1. ſed prius dictum magis placet (aſsignatus) ad comparendum cum omnibus actis ſuis. (Interlocuti) dilationem denegandã, nam ex quo ad cauſam inſtruendã eſt terminus peremptorius aſsignatus, cũ omnibus actis quæ portari poſſunt comparere debent. (Interlocuti) iuſtum fuit quòd Brachar. non daretur in integ. reſtitutio, vbi non obſtaret eis terminus peremptorius, quin plenè ſuam cauſam inſtrueret, quia ſine hoc beneficio obſtaret terminus, nec ad probandum vltra terminum admitteretur, & ſi non admitteretur ad probandum, poſſet grauiter lædi eccleſia Brach. & propter hoc contrariam ſententiam reportaret, & ideò iuſtè datur in integ. reſtitutio. ſup. eo. c. 1. & hoc locum habet in omiſsione pbationis cauſæ principalis, ſed ſi iniuſtitia per interlocutoriã fieret in aliqua cauſa eccleſiæ, puta quia non admitterentur eius excommunicationes, vel exceptiones, vel expoliationes, vel de falſi ſuggeſtione, & huiuſmodi declinatoriæ iudicij, & maximè quæ inducuntur

cuntur in odium aduersarij, & non in fauorem petentis restitutionem & non appellaret, quia hoc sibi licitum est intra 10. dies, si postea velit habere in inte. resti. contra illas interlocutorias non potest. arg. opt. ff. de vsu. cùm quidam. §. si à pupillo. & hoc ea ratione, quia restitutio non datur, nisi non modicè læso. ff. de in integr. resti. Scio.

† Oportet enim quòd ad hoc, vt detur restitutio, quod aliquid amittat, nisi detur, quod aliàs, quod acquirere potest non acquirat, vel quod oneri quod non expedit se subijciat. ff. de mi. nō omnia. & ideò iudici committatur, vt super his iudicet. ff. de mino. quòd si minor. §. 1. at isti qui huiusmodi exceptiones declinatorias fori proponunt, nihil vel parum consequātur, & si obtineant, & sic repellūtur ex hoc nihil amittunt, quia sic remanent & ciuiliter & naturaliter debitores, si obtineant in huiusmodi exceptionibus, sicut si succumbant, & ita nullo prædictorum modorum læsi sunt, & sic non est danda restitutio in integrum.

Sed dices imò lucratur, quia si exceptio admittatur modò non cogitur soluere, vel litis discrimen subire, sed certè hoc non est verum, imò semper soluere debet, nec super hoc debet litis discrimen expectare, sed statim soluere, vel etiam si vult se iuuare exceptionibus prudenter prosequatur, & si ferant interlocutorię contra eos appellent, quia cùm per prædictas interlocutorias non incurrant damnum, nec malo se subijciant, non dabitur restitutio, vt dictum est.

† Sed iterum oppones nónne per reiectionem exceptionis expoliationis incurrit damnum, quia non recuperat rem, qua spoliatus erat, & oneri graui subijcitur, quia oportebat eum à capite agere contra spoliatorem? Respon. eum non incurrere damnum, quia per aliam actionem ius suum consequi potest, & etiam per talem exceptionem non sequitur sui mandato iudicis, nisi reus dare velit. infrà, de ord. cog. cùm dile. idem respon. ad aliud, scilicet, quòd oneri graui se subijcit, quamuis dici posset, quòd in hoc casu iudex aliquando inspectis circumstantijs posset dare in integ. restitutionem. arg. l. prædictæ. ff. de mino. quòd si minor. §. 1.

† Sed dices quid si post tales interlocutorias declinatorias iudicij, & modum aduersariorum introductas fiat missio in possessionem, vel fortè in casibus, in quibus sententia diffinitiua feratur, & hoc maximè contingere potest, scilicet, quòd fiat missio, vel quòd sententia diffinitiua feratur, si petat restitutionem integrū ab eo, qui tulit interlocutorias, & quia denegat appellet, & receder contumaciter, & tunc iudex exigente eius contumacia, misit in possessionem vel sententiam tulit diffinitiuam, sed sic respon. quia non est læsus ea læsione, quæ sufficiat ad in integ. resti. per interlocutoriam sicut dictū est, nec per denegationem restitu. in casibus hîc dictis, quæ iusta fuit, & ideò ab eo appellare non licet. infrà, de ap. vt debitus. & c. seq. & nec occasione huius sententiæ vel interlocutoriæ, respondeo data est contra eum missio in possessionem, vel etiam sententia diffinitiua sed per contumaciam eius, & hoc ex eo apparet, quia tunc quando interlocutoriæ latæ sunt, vel restitutio denegata est, nullo modo læsus est propter contumaciam, & tempus latæ sententiæ interlocutoriæ, vel denegatæ in integ. rest. inspiciendum est, quòd euentus sequens non dat in integ. resti. ff. de mino. verùm.

† Item si postea non fuisset contumax, prædicta damna non incurrisset: & ideò patet, quòd contra interlocutoriam vel denegationem restitutionis, non datur restitutio, quia ex eis nō sequitur damnum, sed ex contumacia subsequenti, & idem quòd diximus in exceptionibus declinatorijs, potest dici & in dilatorijs solutionis arg. C. de præsc. impe. offe. quamuis. ibi tamen sæpius iudici poterit videri æquum dare restitutionem in integ. ar. l. prædictę. ff. de mino. quòd simili. §. 1. sed si interlocutum sit, quod apostolicum rescriptum sit verum, cùm dicatur falsum, nunquid ad hæc dabitur in integ. restitutio? respondeo, si in eo contineatur grauamen vel aliud, vnde possit grauari ecclesia, dabitur in integ. restitutio, sed si sit tantùm super iustitia exhibenda non, quia non incurrit aliquod de periculis prædictis. ar. l. prædi. sed contra interlocutoriam super instrumento debiti, non est dubium dari restitu. cùm ex eo magnum præiudiciū paretur, & ideò necessaria est restitutio, sed non habent contra quem facta est missio in pos. vel etiam diffi. sententia lata prudenter facerent contra interlocu. dimittendo in pos. vel etiam diffinitiua petat in integ. resti. ar. sup. e. c. 2. & c. scisc itata. nam super declinatorijs fori denegantis, nō est bonum petere in integ. resti. sicut dictum est, vel

est, vel si per lapsum anni factus esset aduersarius verus possessor, petat restitutionem contra temporalem præscriptionē, de quo not. sup. eo. c. 1. † Speciale) non enim sufficit generale in casibus sequentibus. ff. de mino. illud. §. si in integ. ff. de procu. non solùm. §. vlt. & §. 3. ff. de procu. qui duo. §. 3. ff. de procur. Pomponius. in princ. §. 5. ff. de procur. mandato quidam assignant sexum in matrimonio. (Indulgendum) præmissa tamen aliqua summaria cognitione in qua quæsiuit, an alia munimenta haberet, & an omiserit multa quæ iudici occurrere possunt inquirenda. Item plus procedit, quàm debeat, sed ad dandam dilationem certam dierum, cùm tantùm ad dilationem habendam esset restituendus, sed dic eum non excessisse, quia id quod petitur est in arbitrio iudicis, scilicet dare inducias, quantas vult.

CAPVT VIII.

1 *Libelli forma in quo venditio petitur pronunciari nulla, remissiuè hîc habes.*

2 *Vbicunq; quis probabiliter errat in eodem libello potest plures proponere actiones, & etiam vide in num. 3.*

CONSTITVTVS. (In prin.) magister P. pater in bonis maternis habet vsum fructum, nec tenet alienatio rerum maternarum facta à patre. C. de bo. ma. l. 1. Authen. de nup. §. si verò sit. & ideò emancipauit, vt firmus esset contractus per ipsos factus, quia non poterat esse firmus per patrem (vtrique) patri & matri quodam. (Nullam) nam nulla esset nuncianda siue ipsi cùm essent minores alienassent sine decreto, siue parentes eorum, in quorum potestate sunt, & si essent maiores. C. de bo. mat. l. 1. Authen. de nup. §. si verò. C. de præd. mi. si prædium.

† Item not. formam libelli, in quo petitur venditio pronunciari nulla officio iud. 12. q. 2. apostolica. vel rescindi per beneficium restitutionis. Contra. ff. de mi. in causæ. vbi dicitur, quòd vsquequo communi auxilio iuuatur ad extraordinarium, recurrere non debet. Sol. illud loquitur, quando certum est quem iuuari communi auxilio, quòd hîc certum non erat, sed dubium, poterat enim esse quòd petitio prima, scilicet, qua dicebatur pronunciari nullam, vel non iuuabatur iure, vel poterat elidi exceptio aduersarij, & idcircò vt lites iuuantur simul ad vtramq; admittetur sub distinctione. arg. ff. quorum leg. l. 1. §. quod ait. & §. nouum quam. infrà, de præscri. auditis. infrà, de priuil. ex priuilegia. tamen alij dicunt, quòd hîc non fuit receptus libellus, sed commissio sic facta fuit, & postea cogetur eligere.

2 † Nos dicimus quòd vbicunque quis probabiliter errat ex suo facto vel alieno, potest in eodem libello plures proponere actiones, & non cogitur ex eis aliquam eligere, etiam si non compatiantur se ad inuicem, vt hîc. & infrà, de præscri. auditis. ff. quorum leg. l. 1. §. quòd autem. Si autem error eius non est probabilis, tunc cogitur eligere. ff. de tribu. quòd in hære. §. eligere. ff. de reg. iur. l. nemo. §. fi. ff. de leg. 2. cùm filius. §. varijs. Quidam autem dixerunt, quòd vbicunque certum est, me habere aliquam actionem sed de alijs est incertum, quia tunc non cogor eligere, & dixerunt quidam, quod licet non cogatur eligere actionem, & vnam solam exponere in libello, tamen si plures proponit protestari debet pro vna sola prosequenda, & vnam solam prosequi debet, & super vna sola producere testes, & alias probationes. ff. quorum lega. l. 1. §. quod autem.

3 † Sed certè nos contrarium dicimus, scilicet, quòd super vtrunque poterit inducere probationes, & hoc in fi. expresse dicitur, & infrà, de præscrip. auditis. & protestatio præal. l. non sic est facienda, quòd tantùm alternam actionem prosequatur. Sed si protestetur, quòd sufficiat ad victoriam causæ super qua cūque actione probet intentionem suam, & prædicta ratione dicimus recipiendum libellum, vendico talem rem ratione dominij, vel quasi. Alij dicunt, quòd semper inuitus cogitur eligere actionem. C. de codi. l. fin. lex autem quorum legatorum, vel nō contradicit, quia quòd ibi dicitur factum fuit propter odium rei, quia volebat exprimere, an possidebat pro hæreditate, an pro possessore ad quod tenebatur. ff. de interact. l. 1. prima respon. & §. 1.

Et hæc vera sunt, si actiones competunt ad idem, nam si ad diuersa vtraque intentatur. C. de fur. in ancillis. nisi essent contrariæ. C. de fur. l. 1. (portione) patris (consuetudinem) suprà, de consue. in prin. not. de his (quòd offerre) pro parte patris (vtroque) id est super reuocanda alienatione rerum suarum à parte facta, & cui præstiterunt consensum, cùm ipsum consensum præstando læsi fuerunt, & eo non obstan-

obſtante reſtituendum. Item petebatur reſtitutio in integ. vt liceret ei offerre pro parte patris emptoribus prætium, quòd offerre. infrà, an per negligentiam omiſerunt (offerre) etiam in lucro ſubuenitur minoribus. ff. de mino. ait prætor. §. hodie. (veritate) ſcilicet, quòd ſunt minores, & læſi (ad partem) quia vindicta erat ſine decreto, cùm eſſent minores, vel ſi maiores erant in poteſtate conſtituti à patre, vt dictum eſt in caſibus non licitis (ſolennitas) decretum præſidis in immobilibus & in caſibus licitis. ff. de bo. quæ lib. l. vlti. §. vbi aliàs. vſque ad. §. filiam (interuenit) debita ſolennitas (ea) quæ fuerit patris (reſidua) quæ fuerit matris (reſidua) malè videtur petere in integrum reſtitutionem contra temporalem præſcriptionem vnius anni & diei. C. in quib. cau. in integ. non eſt reſtit. l. vlti. Reſpon. illud loquitur in temporalibus præſcriptionibus in communi iure contentis, in quibus tanquàm à ſe introductis voluit prouidere de iure communi ſuper beneficio reſtitutionis, ſecùs de his quæ non à iure, ſed à conſuetudine introducuntur.

CAPVT IX.

1 *Omnia quæ iure magiſtratus competunt, delegari poſſunt, non econtrà.*

2 *Quando reſti. in integ. principaliter petitur, locum non habet ſummaria cognitio iudicis ſuper eo, an ſit admittenda reſtitutio.*

3 *Reſtitutio impetrari poteſt contra ſententiam arbitri.*

4 *Ordinarij non habentes adminiſtrationem non poſſunt reſtitu. in integ. dare.*

DAVSA RESTI. (Delegatis) C. vbi & apud quem l. vlti. (delegat) contra de offic. proconſ. nec quicquam. §. vbi in gloſ. Sol. hoc ſpeciale. & ita videtur, quando in integ. reſtitutio competat magiſtratibus municipiorum. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. ſed contra. ff. de munici. ea quæ.

1 † Sol. non eſt contra, quia licet omnia, quæ competunt iure magiſtratus, poſſunt delegari, non ſequitur quòd omnia quæ delegãtur ſpecialiter competant iure magiſtratus, ſicut etiam apparet in mero imperio. ff. de offi. eius cui manda. l. 1. vel poteſt dicere, quòd hodie ex quo iure commiſſionis tranſit & iure magiſtratus competit (incidere) quando autem incidenter cognoſcit, non eſt neceſſaria litis cõteſtatio, quando autẽ principaliter ſecùs, & ſic poteſt intelligi. ſup. de off. iud. c. 2.

2 † Item not. quòd vbi principalites petitur in integ. reſtitutio, tunc non habet locum ſummaria cognitio iudicis ſuper eo, an admittenda ſit petitio reſtitutionis, quia omninò admittenda eſt, ſed vbi incidenter petitur in iudicijs, tunc habet locum officium iudi. mercenarium antequam admittantur probationes ſuper læſione: vt not. infrà eodem, auditis. (adminiſtrationem) id eſt, non habent iuriſdictionem ordinariam ſuper aliquos, vel regimen alicuius villæ, vel aliquorum hominum (facultatem) generaliter ſibi à principe datam.

3 † Seu arbiter) contra ſententiam arbitri poteſt impetrare reſtitutionem, licet nomen ſententiæ non mereatur habere. ff. de his qui not. infa. l. quid ergò. §. ex compromiſſo. & eſt ratio, quia per hanc in integ. reſtitutionem prouidetur læſo, non tantùm contra ſententiam arbitri, imò contra obligationem contractam ex ſententia ad pœnam, id eſt, ſi ſententiæ non pareant. argum. ff. de condi. inſti. ſi ſub conditione. §. ſi quis. ff. de acqui. hære. ſi pupil. tamen melius verba concipit, ſi dicat, peto in integ. reſtitutionem contra obligationem pœnã contractam ex ſententia, quàm ſi dicat, contra ſententiam. ff. de mino. ſi minor. §. minores. ſi autem coram arbitris lædatur, quis in teſtibus vel deducendis vel alijs, non datur incidenter in integ. reſtitutio, quia nihil eum ligat, niſi obligatio pœnæ, & ideò ſi petitur reſtitutio contra ſententiam non reſtituitur in eum ſtatum, in quo erat ante ſententiam, ſed totum reſcinditur & etiam ipſum commiſſum. Item coram iudice ordinario lite conteſtata ſuper reſtitutione, non debent admitti probationes huius læſi ad probandum de iure ſuo ſuper princ. ad hunc finem, quando petita ſibi adiudicentur, quia hic iudex, qui cognoſcit de reſtitutione in integ. non ſuccedit arbitro in cauſæ principalis cognitione. Item quia litis conteſtatio coram arbitris facta non ſufficit ad procedendum coram iudice. C. de arbi. l. penultima. §. finali.

4 † Cognoſcere) quia ordinarij qui adminiſtrationem non habent, non poſſunt dare reſtitutionem in integrum, niſi cùm incidenter petitur. C. vbi & apud quem. l. 1. multofortius nec delegati ab eis, quia non poſſunt delegare cauſam reſtitutionis, quam ipſi dare non poſſunt.

† Incidenter) ſed & tunc arbiter non reſtitu. in integ. C. vbi & apud quem. l. 1. Item quia eſt miſti imperij. ff. ad muni. ea quæ. ff. de offi. eius cui man. eſt. l. magiſtra. tamen non licet in modum reſtit. ſi tamen arbiter viderit perſonam, quæ habeat priuilegium reſti. in aliquo læſam, puta quia intra terminum non produxit teſtes, vel inſtrumenta, iterum ei terminum aſſignabit (liberali) 2. q. 6. ſi quando. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. Iul. & §. liberali. vbi agitur de libertate, ſecùs ſi de ſtatu eccleſiæ ageretur. inf. de arbi. cum tempore.

CAPVT X.

1 *Differentia quæ ſit, ſi quis reſtituatur contra ſententiam & appellationem.*

BENEFICIO. (In alio) id eſt, primo cùm puta poſſeſſor peteret in integrum reſtitutionem pronunciatum fuit non dandam, vnde ſi idem iterum petat ſuper eodem articulo non poteſt. Item credimus, & ſi petat contra ſententiam, quia denegata eſt ibi in integ. reſtitutio. arg. quòd ſic hîc dicitur contra eam tantùm ad appellationem reſtituitur (denegato) ſecùs ſi conceſſo. VERBI GRATIÀ: petij in integ. reſtitutionem, aduerſus ſententiam, & conceſſa eſt mihi, & pòſt iterum lata ſententia diffinitiua contra me in principali, iterum dabitur in integ. reſtitutio. & non contra primam ſententiam, ſed contra ſecundam, & ſic poteſt intelligi. C. ſi ſæpius in integ. l. 1. (ad appellationem) C. in qui. cau. in integ. non eſt neceſſe reſti. ſancimus. Contra vbi dicitur, quod in temporalibus actionibus, non currit præſcriptio, ibi ergò nec in appellatione quæ intra 10. dies tantùm admittitur. Sol. illa regula non habet locum in eccleſijs, vt not. ſupr. eodem. c. 1. Sed contra minores tantùm, ſed in minoribus fallit in confectione inuentarij, & triennio iudicij finiendi, & in decennio appellationis, vt hîc. & C. ſi ſep. l. 1. Authent. de hære. & fal. §. pupil. & C. de iudic. properandum in fin.

† Sed dices quæ differentia eſt, ſi reſtituatur contra ſententiam vel appellationem? Reſpon. magna, quia quando ad appellationem tantùm reſtituitur, niſi exequatur intra annum cauſam ap. rata manet ſententia. Authent. de his qui ingre. ad app. §. 1. & 2. Item computat pro vna appel. vt non poſſit tertiò appellare. C. ne lic. in vna ea. l. 1. quod non eſſet, ſi contra ſententiam reſtitueretur, reſtitueretur enim vt poſſit appellare à ſententia lata ſuper denegatione in integ. reſti. Et iſtam reſtitutionem petet tantùm intra 10. dies, ex quo communi iure non poteſt appel. quia extunc læſus eſt, & ad proſequendam app. dabitur ei tantùm annus, cùm non debeat ei maius tempus indulgere per in integ. reſtit. quàm fuerit illud quo læſus fuit, quod non fuit niſi intra 10. dies. arg. ff. de mi. interdum. §. planè. ſimile. ff. quãdo de pecu. ac. eſt an. l. poſt mortem. (nouis) id eſt, de nouo propoſitis non de nouo contingentibus tantùm, quando enim omiſit aliquas actiones proponere, etiam ſi per ſententiam ſibi ſit denegatum beneficium reſtitutionis iterum petet, vel ſi petijt reſti. in inte. quia priuilegium omiſerat, & eſt ſibi delegata, poterit iterum peti, vt præſcriptionem probet.

TITVLVS XLII.

DE ALIENATIONE IVDICII MVTANDI causa facta.

CAPVT I.

EX QVORVNDAM. (Cltentur.) Hæc decretalis non loquitur de appellatione facta poſt citationem, quia in tempore in quo loquitur hæc decretalis poſt citationem admittebantur omnes appellationes, niſi notoriæ eſſent fruſtratoriæ, infrà, de appel. cùm ſit. ſed hodie hoc ſecùs (prorumpunt) & malè, infrà, de appel. ſuggeſtum. ſed & ſi olim fuiſſet conceſſum fruſtratoriæ appellare, hodie non licet. infrà, de appel. vt debitus. dicendo iudici intellexi, quòd literæ impetratæ ſunt ad vos contra me, & ideò appello (pro euacuando) & ſine iuſta cauſa eos alij dicunt, & fortè melius tantùm loqui, quando fraus interuenerit, nam ſi fraus non interueniſſet, non poſſet procedi, niſi citaretur ſupr. de offi. delegat. conſulta. † Eos) hæc decre. non tangit edictum de alie. iudi. mut. cauſa fac. quòd tantùm competit contra eum, qui tranſtulit dominium, vel poſſeſſionem in alium dolo malo ſiue potẽtiorem, ſiue non futuri iudicij mutandi. i. à

se & in alium transferendi, & ad interesse. ff. eodem tit. l. 1. 2. & 3. in princip. & l. non solùm. in princip. hic autem loquitur de conueniendo eum, in quem translata est possessio, etiam si nullam fraudem admisit, & est speciale in hoc quia persona non contenta in rescripto conuenitur. arg. contra. suprà, de rescrip. sedes pasto. (in possessionē) & per hoc respon. secundæ & tertiæ quæstioni (in possessionē) & etiam si naturaliter possideant, sed dominum poterunt in iudicio nominare. C. vbi in rem act. l. 2. idem tamen dico si non possideant. C. eo. l. 1. (appel. cessa.) per hoc respondeo primæ dubitationi, quod non credo, quia non loquitur de appellatiõe absentis, sed præsentis, dicas ergò quòd non respondet.

CAPVT II.

1 *Cessio actionis si in vltima voluntate fit, tenet.*

2 *Quando dubium est, an actio sit simulata, nécne, præsumitur simulata.*

3 *Litium redemptiones vel emptiones inter laicos non potentiores licitè fiunt.*

4 *Res litigiosæ transferuntur in eum qui cœpit litem, & si est mortuus, tunc nec successor nec hæres perficiet litem, sed ille, ad quem res translatæ sunt.*

5 *Si à quopiam ad terrorem aduersarij adducantur potentiores, quàm sit aduersarij patrocinium, is perdet causam. Et quis hic vocatur potentior.*

EX PARTE SCABINORVM. Hipretis fuit propositum. (Trahant) loquitur secundum consuetudinem Franciæ, vbi siue agant siue conueniantur, clerici sub iudice ecclesiastico agitur (illicitas) aliud enim est in licitis, vt in gl. seq. dicitur.

1 †Cessiones) cessio actionis, si fiat in vltima voluntate, tenet, nisi sit actio litigiosa, nam tunc non legatarius, sed hæres agit, & quod fuerit consecutus, restituet legatario. ff. de leg. 3. l. nomen. C. man. l. pe. ff. de leg. 1. l. legato. C. de liti. quicunq; in Authent. nunc si hæres, si cessio est ex pacto & potentiori cessio nulla est, nec agit ille, qui cessit. C. ne li. pot. l. 1. sic potentior ratione officij potest dici tutor, vnde si creditur tutori actio in pupillum admittitur. C. qui da. tut. Authent. minoris. si verò fiat cessio actionis, non potentiori, sed si actio sit dubitata, id est, in iudicium deducta non tenet cessio, sed non admittitur actio, quin agat ille, qui cessit, sed in quibusdam casibus tenet etiam lite contestata, scz. ex causa dotis, donationis, & diuisionis. C. de liti. l. vlti. & 2. si autem cessio sit actionis indubitatæ, & constat cessio vera tenet, vt per totum titul. de hære. vel act. vendita. Si autē constet eam simulatā, non tenet, vt per totum tit. plus va. quod agit.

2 †Et dicitur simulata, quia simulatur lucrum actionis esse ius, cui ceditur, cùm sit cedentis, vbi autem est dubium, an sit actio simulata nécne, præsumitur simulata, ex eo, quod actio pro parte est vendita, pro parte donata. C. mand. l. vltim. & hoc non agit is, cui ceditur, nec is qui cessit vbi idem similiter præsumitur simulata, si pro modico pretio vendidit actionem, nam tunc non agit emptor, nisi in quantum dedit, is autem qui cessit, agit in residuo, vt quidam dicunt. Item præsumitur simulata ex eo, quod in instrumento non continetur nomen cessionis, nec dicitur ex quo contractu, vel si in principio instrumenti ponitur cessio, & circa medium vel fi. dicitur ex quo contractu, in casibus tamen non præsumitur simulata, si fiat inter cohæredes & si fiat creditori pro debito, vel possessori pro munimine rerum, & legatarijs ab hæredibus quibus res vel actiones sunt legatæ. C. mand. l. pe. (emptiones) idem appellat emptiones & redemptiones.

3 †Et est sciendum, quod redemptiones vel emptiones litium inter laicos non potentiores, satis licitè sunt, & eis datur actio vsq; ad quantitatem datam. C. mand. l. pe. & vltim. vt no. in glo. hîc posita. Sed contra. ff. de pact. sumptus. ff. de var. & extraord. cog. l. 1. §. si Titia. C. de procurator. litis. C. manda. si contra. sed illa intelliguntur, quando redemit litem hoc modo, quod eam exerceat, & postea certam partem magnam, vel paruam inde habeat, quod penitus non valet lis, & hoc idem est in aduocato. C. de postul. si quis. secùs autem esset, si de certa pecunia conueniret, quod est licitum. ff. mandatarium.

☞ †Item not. quod si quis conuentus, imò etiam, & hæredes eius, vel rei vendicatione, vel confessoria, siue quantumcunq; alia, siue reali, siue personali transferat in aliam rem, de qua conuenitur, & in casibus in quibus licita est alienatio, vt not. in glos. hîc posita, quæ

quæ incipit cessio, tamen ipse, qui cœpit litem illam perficiet. ff. de aqua plu. arc. quanquam. §. 1. & l. post venditionem. imò etiam hæres eius. argum. C. de litig. Authent. nunc si hæres. ad idem arg. ff. ☞ de rei vendicat. is à quo. & l. sequen. †Item si procurator esset institutus à venditore, ipse dum prosequeretur litem, re translata in emptorem, quare non multomagis si ipse venditor cœpit litem ipsam prosequatur, nec est contrarium si dicas præiudicium fiet absenti & ignoranti, quod esse non debet. ff. de ex. rei iudi. si à te. §. fi. ff. de pig. si super. in princip. quia aut emptor sciuit causam agi cum venditore, & tunc sibi imputet, quia res cum onere suo empta videtur, quod magis est euentus litis, si autem ignorasset, de euictione ageret ibidem. C. de euict. si fundum. ff. de pig. si super. §. fi. ff. de leg. 3. nomen. Vel dic & melius, quòd nullum fit præiudicium illi, in quem res translata est, quia sententia non mandabitur executioni in re translata, sed ad interesse tenetur conuentus, sicut is qui seliti cùm non possidet obtulit. ff. de rei vend. si is qui. ff. de pet. hære. qui se. Non est contra. ff. de rei vend. si autem. §. 1. vbi dicitur, quod si non dolo desijt possidere, quod absoluendus est, quia hoc non fuit sine culpa, quæ sufficit in eo saltem, qui cautionem non exigit, cùm possit. ff. de rei vendicat. is à quo. qui petit.

4 †Sed not. quòd quando res litigiosæ vnius præbendæ vel administrationis transferuntur in alium, quod ille qui cœpit litem eam perficiet, quia dominus litis est, sed si est mortuus, tunc nec successor eius in præbenda, nec hæres perficiat litem, sed ille, ad quem res translatæ sunt, quia mors est iusta causa, quare ad dominum reuocatur prosecutio causæ.

☞ †Sed quæres quomodo hoc est, quod ad singularem successorem qualis est hic administrator, ad quem hæ singulæ res deuenerunt transferuntur actiones contra id, quod not. suprà, de iudi. quia. Solut. illud verum est, vbi contra defunctum agebatur nomine suo, sed hoc loquitur quando contra defunctum agebatur nomine ecclesiæ, & eiusdem nomine etiam conuenitur successor, & ita non agit tanquam successor, sed tan- ☞ quàm administrator. †Item eadem ratione dicendum est, quod in hoc casu mãdabitur sententia executioni in re petita etiam ad alium translata, quia licet eius administratio ad alium sit translata, res tamen penes eundem remanent, scilicet, penes ecclesiam, cuius nomine principaliter actum est (sanctiones) C. ne lit. pœn. l. 1.

5 †Potentiorum) si quis in terrorem aduersarij aduocabit sibi potentiores quam sit aduersarij patrocinium, puta faciendo eum procuratorem vel deducendo eum in aduocatum causam amittit, & potentior seuerè punitur. C. ne lic. po. l. 1. & appello potentiorem eum, qui ratione magistratus potest ostendere minacem, vel terrorem aduersario. C. si quacunq; præ. pote. l. 1. & C. si rec. pro. l. 1. C. quod met. causa. si per vim. & fortè non idem, si aliàs sit terribilis, cùm possit habere iustitiam, nec sit verisimile eum pati violentiam in terra iustitiæ. ff. quod met. causa. l. vlti. & si vellet ita posset facere sine procuratore, sicut cum procuratore.

Intelligitur ergò hîc potentior, qui ratione officij est terribilis, in alia significatione sumitur. ff. si ex noxa. cau. l. 1. §. si designat. ff. de alie. iud. mu. causa fac. l. 4. qui autem clericorum patrocinium inuocat, in pœnam huius decr. vel illius legis, ne li. po. non incidit, nisi potestatem haberet super laicos, cum quibus clerici agunt, hîc autem reprobatur cessio actionis facta in eos non, quia sunt potentiores, sed quia quandocunq; fiat simulatæ non valet: vt not. in glo. cessio. circa hos laicos etiam competit ac. ex edicto de alie. iudi. mu. causa fac. l. 1. & l. non solùm. §. 1.

TITVLVS XLIII.

DE ARBITRIS.

CAPVT I.

SANE. & infrà (Eligatur) sanum est consilium, sed tamen si in duos compromittatur, tenet compromissum. ff. de arbi. inter. fin. §. sed si in duos. infrà, c. proxi.

CAPVT II.

1 *Iudex aduocatus, successor & executor, non possunt esse testes.*

2 *Electores admittuntur ad testimonium.*

3 *Non extenditur iuramentum ad non cogitata.*

NON. (Sine multa neceſsitate) id eſt, paupertate (per manum) id eſt, authoritate, nam ad ipſum ratione archi. vel quia perſonatus erat pertinebat inſtitutio, vel præſentatio in eadem eccleſia cathed. (Eius dici) Arch. (ordinauit) id eſt, obtinuit ordinari vel ipſemet ordinauit, cùm ad ipſum ſpectaret (extortum) & malè. C. de arbit. Authent. decernimus. vel potes dicere, quia Authentica non prohibet iuramentum partium, ſed arbitrium tantùm (exinde) id eſt, de quæſtione quam inuicem habebant, petebat enim idem ſacerdos, quod cùm eſſet legitimus & canonicus capellanus ipſius eccleſiæ, quod ſibi de beneficio reſponderet, & eum vt capellanum tractaret, & ſic petitorium intentabat, vel petebat beneficium ipſius eccleſiæ in abſentia, ſine culpa ſua neceſſe habeat exulare, vel petebat reſtitutionem capellaniæ ad quam reuertens miſſus non erat agens poſſeſſorio (fauentes) & malè. cùm arbitrium per gratiam datum non teneat. C. eo. arbitrorum.

1 †Clerici) id eſt, per gratiam & fauorem, quia in hoc de facili non poſſunt aliæ inueniri probationes, ideò ipſi arbitri excipiuntur. ſi. C. de hære. quoniam. 4. q. 3. §. in criminali. Item ver. item ſecundum, & recipiuntur vt teſtes, nunc vt iudices. ſi. ſuprà, de elect. cùm dilec. arg. contra. 2. q. 6. ſtatuendum. vbi not. vel in hoc fuit nequitia, quia præcipiunt pro pecunia liti ſpirituali cedi: vt not. ſuprà, de tranſact. ſtatuimus. Item quidam credunt, quòd ſpeciale ſit in iudice & arbitris, & quibuſcunq; alijs, & aliud ex officio facientibus, vt non obſtante quòd turpitudinem ſuam allegant, & quod de ſuo crimine confitentur poſſunt teſtificari, ſi de irritatione ſui facti agitur, vt hîc, & not. ſuprà, de elect. cùm dilect. nec ex ipſo teſtimonio fiat alij præiudicium, infrà, de teſti. ſicut. Nec etiam propter hoc contra aliquos ex ipſis, qui non confitentur eſſe procedendum ad pœnam, infrà, de teſti. veniens. 15. q. 3. c. nemini. niſi ſubijciatur quæſtionibus, tunc enim poſſet interrogari etiam ad pœnam. C. ad leg. Iulia. maieſt. l. 3. & C. de quæſtionibus. plures interrogati. & ad hoc etiam, vt de facto ſuo eis creditur, oportet eſſe duos, vt hîc, & ſi plures fuerint, & duo confiteantur ſufficit, ſup. de elec. cum dile.

2 †Super hoc non reſpondetur huic decre. cùm per hoc alteri fiat præiudicium illi, ſcilicet, pro quo lata eſt ſententia ſiue arbitrium, dicimus ergò hos non recipi ſicut teſtes, cùm iudex, aduocatus, ſucceſſor, & executor non poſſunt eſſe teſtes. C. de aſſeſ. nemo. ff. de teſti. l. vltim. 2. quæſt. 6. ſtatuendum. ſed conſulendi ſunt de facto ſuo. infrà, de accuſ. cùm dilectus. ff. de appel. ſciendum. & ſimiliter credimus, quòd confitentur turpitudinem ſuam, propter hoc non reuocaretur arbitrium eorum. argu. infrà, de teſt. ſicut & veniens. 15. quæſt. 3. nemini. hoc autem licet confitentur illud, quòd arbitrium reddebat iniquum, ſcilicet ſe præcepiſſe, quod pecunia cederet liti ſpirituali, non tamen dicit hîc ſuam turpitudinem, cùm potuerit bona fide feciſſe, ſed erraſſe, non enim eſt ſimonia, quandocunq; renunciatur ius ſpirituale ſi daretur aliud temporale fortè, quia pro bono pacis datur, vel cauſa pietatis, infrà, de præbend. niſi eſſent ſuprà, de pac. cùm pridem. ſed tamen, quia ſpeciem continet ſimoniæ, & non obſtante iuramento. licet contrauenire, vt hîc, & not. ſuprà, de tranſact. conſtitutis. Item nec iudex his ſemper adhibebit fidem, licet hoc interroget, cùm ſæpè ſuum factum tueatur, & ex gratia loquantur. ff. de iudi. eum qui. Ex variis autem circumſtantijs colliget, quid credat. ff. de cuſt. & exhib. l. diuus. arg. infrà, de accuſ. inquiſitionis. §. vltim. & habent hæc locum in iudicibus arbitris. & officialibus publicis, ſecùs autem in electoribus, qui benè admittuntur ad teſtimonium, ſuprà, de ele. cùm dilect. vel dic ideò eos interrogari, vt excuſetur arbitrium, quòd cùm in ſui natura eſſet licitum præceptum pro pecunia renunciare ſpirituali iuri, niſi excuſaretur propter diſcretionem præcipientis, infrà, de præbend. niſi reuocaretur arbitrium propter ſpem ſimoniæ, vel etiam ſufficit, quod eorum diſcretio non apparet, hîc eſt cauſa, quare caſſatur arbitrium propter hoc arbitri requiruntur, vt dicant intentionem ſuam, & cauſam quare hoc fecerunt, vt per hoc probet vel improbet arbitrium.

3 †Abſoluas) & reſtitutas, vel melius nō reſtituet, ſed tantùm vinculum iuramenti tollet, vt non obſtante iuramento poſſint agere, ſicut prius, non enim timore iuramenti debet illicitum facere, nec extenditur iuramentum ad ea de quibus cogitatum non eſt, vel quæ ſunt contra ius. infr. de iureiurand. veniens ad noſtram. (ſubnixum) infrà, de præben. niſi eſſent. ſupr. de elect. inter dilec. & not. ſuprà, de tranſact. ſtatuimus. quia vel temporale non dabat pro ſpirituali, vel ſi daretur iuſta cauſa dandi ſuberat (obſeruātiā) hoc ideò eſt, quia ſpirituale eſt, quia iuramentum interceſsit.

CAPVT III.

PERVENIT. (Decimas) Id eſt fructus decimarum, infr. de locat. veſtra. contra. Sed hîc non videtur illicitum contrahere ſuper fructibus decimarum, ſed hîc dare propter periculum ſolum prohibetur & caſſatur quod non eſt dignum (dimittat.) De facto, quia de iure non tenet, etc.

CAPVT IIII.

1 *Patronis libertos ordinariam habent iuriſdictionem.*
2 *Agi non poteſt ſi compromiſſum fuit, ſiue cum pœna, ſiue ſine pœna*
3 *Clerici accipere poſſunt pœnam à iure permiſſam, ſiue conuentionalem, ſiue legalem.*

DILECTI FILII. (Vſuario) id eſt, vſu. quid autem ſit vſus habes inſti. de vſu & ha. (publicis) 3. q. 7. tria. 32. q. 5. mulierem. ff. de re iudi. l. 2. arg. contra. 2. q. 5. mennam. 13. q. 2. ſi quos 12. q. 2. cùm deuotiſsimā. ff. de re iudi. quidam. 15. q. 3. §. 1. Authent. de hæredi. ab inteſt. ve. §. de his. (Dicatur.) C. de arb. l. vl.

1 †Patrone) arg. quòd patroni iuriſdictionem ordinariam habent inter libertos, & poteſt dici, quod hæc decretalis ſumpta eſt. C. de arbi. l. vlti. loquitur tamen, quando per compromiſſum itur ad patronum, & hoc innuitur ſequentibus, vbi dicit, nulla pœna, & eſt argu. ad hoc. ff. de pœ. reſpiciendum. §. tutor. ſuprà, de conſtit. ex literis. C. de decur. l. 1. imò de iure eſt, quod ſi habent regimen vel comitatum, quod iudicare poſſunt. 12. q. 2. cùm deuotiſsimam. (Epiſcoporum) idem eſſet ſi præſentes non eſſent.

2 †Pœnam) adiudicatur. agi non poteſt, ſi fuit compromiſſum, ſiue cum pœna, ſiue ſine pœna. ar. ff. de arbi. diem. §. vltim. ff. ſi quis in ius voc. l. vltim. infrà eodem, per tuas. ſi verò non ſit compromiſſum, ſed tamen ſimpliciter electi, quia aliàs auxilio deficiunt eis, agunt ad rem iudicatam. ff. de arbit. l. pen. & ſic intelligitur, infrà eodem, cùm olim per tuas. Vel potes dicere, q etiam ſi ſit compromiſſum, ſiue cum pœna, ſiue ſine pœna, niſi ratam habent ſententiam poteſt cogi ad eam obſeruandam, & ſic intelligitur. infrà eodem, cùm olim per tuas. & ſuprà eodem, c. 2. Alij dicunt in ſpiritualibus locum habere prædictam ratificationem, quæ non recipiunt intereſſe, & etiam ſine ratificatione ex quo in caſibus conceſsis latum eſt arbitrium, tenetur ratum habere, & mandabitur ſententia executionis. ſuprà eodem, c. 2. vel idem ſi iuramentum interueniſſet, vel fides data eſſet. infrà eodem, c. proxi. ſuprà eodem, c. 2. Alij tamen dicunt, quod nunquam competit actio ex arbitrio, niſi emologatum ſit taciturnitate decem dierum. C. de arbitr. cùm antea.

3 †Pœnam) 12. quæſtio. 2. epiſcopus qui. man. 23. diſt. quanquam. argu. contra infr. de pœ. ſuam. 12. q. 2. fraternitas. Solu. pœnam à iure permiſſam, ſiue conuentionalem, ſiue legalem poſſunt accipere clerici. 16. q. 1. ſtatuimus. 1. q. fin. quoties. 10. q. vlti. tamen ſi lucri cauſa non faciant, infrà, de ſimo. nemo. Vel dic, quod poſſunt petere pœnam quanti ſua. ff. de act. empto. prædia. pœna autem in fraudem vſurarum appoſita, peti non poteſt. ff. de act. emp. Iulia. §. idem Pomponius. inf. de emp. ad noſtram.

CAPVT V.

1 *Nunquid arbitrium poſſit pro parte valere, & pro parte non.*
Compromiſſum eccleſiæ an & quando valeat.
2 *Non valet arbitrium in libertate contrarijs.*
3 *Poteſt abbas de iure ſuo compromittere.*

VM TEMPORE. (Aliam cauſam) habeat cum epiſcopo aliam, cum monacho (fide) quia promiſeſeruntin fide ſua (obſeruandum) metu pœnæ. ſuprà eodem, c. proxi. vel iuramenti quamuis non debuit interuenire. 12. q. 2. omne. 6. q. 4. quod benè. vel compromiſsi pœna, quia tunc non agitur ad intereſſe. ff. de arbitr. diem. §. vltimo. & l. ſequent. infrà eodem titul. per tuas. vel executiones. cùm ſimpli-

simpliciter electi sint arbitri sine pœna,& emologatum est arbitrium expressè, vel taciturnitate decem dierum. C. de arbit.cum antea.

1 †Excepris)hîc habes,quòd arbitrium pro parte tenet,& pro parte non. arg.inf. de præbend. dilec. nisi esset,quia de iure Roma. ecclesia non potuit compromittere,sed si de pluribus capitulis iure suo compromisisset aliquis, ita quod de omnibus simul sententiaret, & sententiauit de vno,& non in pluribus,non valet.ff.de arbit.quod tamen in princip. ff. famil.ercis.in hoc iudici. (Libertatem) non videtur quod de liberali causa potuit compromittere.ff. de recep.arbi. non dist. §. de li.suprà,de in integ. c. vlt.Contra inf. de præscrip.cùm olim.Sol.dico quod possit exempta ecclesia, vel non exempta compromittere de iuribus non contingentibus ius Papæ, vel alterius quòd exemit,vel etiam non exemit,sed ius habet in ea,& si facit,non est ei præiudicium, quia etiam si expressè compromittatur de illo, non valet compromissum quantum ad ius alterius, quia nec renunciare potest priuilegijs libertatis, nec iuri alterius, quod plus est,vt hîc.& C. res inter ali.act. per to.& quibus res iudi. non obest.ff. de offi.præsi.deleg.Decre.autem de præscr. non obstat, quia ibi non tantùm fuit iudicatum de iure quod alium ,sed tantùm tangebat ecclesiam agentem,super libertatibus autem alicuius ecclesiæ potest quis compromittere & litigare , puta si priuilegiũ habeat aliqua ecclesia , super decimas vel super parochialibus iur. non reddendi, vel ab alijs ecclesijs exigendis, vel non,nam super eis & compromittit, & litigat,infrà,de deci. ex multiplici.suprà,de in integr.resti.auditis. & in decre. præalleg.de præscript. cùm olim. Hæc autem decre. non contradicit , quia de libertate loquitur , quæ alium tangebat, nam hîc monasterium non solùm erat liberum ab episcopo , sed etiam erat subiectum Papæ immediatè , & idcircò per suum compromissum , non potest præiudicare Papæ. Quidam tamen dicunt, quòd non potest compromittere de his, quæ tangunt libertatem , quia nec iudicare quis potest, nisi de speciali mandato Papæ , infrà, de iudic. cùm venissent. si autem non esset compromissum de libertate , sed de alijs , quæ per indulgentias sedem apostolicam conceduntur , & vbi alterius ius non tangitur , tenet compromissum. Primò dictum magis placet , imò dico quòd super his, quæ dependent à libertate compromissum valet. VERBI GRATIA: si facta sit electio contra tenorem priuilegij libertatis super electione & institutione facienda per episcopum, valet compromissum, infrà eodem, cùm à nobis. suprà , de in integr. restitut. ex literis. arg. vbi dicitur, quod delegatorum sententia super his tenet , nisi per in integrum restitutionem subueniatur sibi , eadem ratione arbitrorum, & melius , infrà eodem , col. pen. sed licet. secundum secundam opinionem dato, quodipsa sit vera non possit compromittere ecclesia super statu suo, si tamen duæ ecclesiæ litigant super tertia ecclesia, cui subessent licitè posset compromittere lite pendente licet , & agatur de statu tertiæ ecclesiæ , infrà eodem , per tuas.

2 † Sed obijcies , quare ergò non tenuit hoc compromissum inter episcopum & abbatem super duabus capellis? Respon. scilicet , quod tenuit nec contradicitur , sed arbitrium non valet in his quæ sunt contraria libertati. Idem dicunt, quando compromittitur de his, quæ dependent à libertate, scilicet,quod non tenent si factura sunt præiudicium libertati. Alij dicunt indistinctè quod super statu , & libertate etiam si fit alij præiudicium , compromitti potest à partibus, quæ obligare possunt , sed non fit præiudicium , sed compromittenti benè præiudicat , & secundum hoc soluuntur contrarietates. arg. opt. infrà, de cap.mo.c.2.in fi.& nõ reprobamus quod hic dicunt.& q. concordant primæ opinioni.

3 †Capellarum) quæ simul cum monasterio erant exemptæ ab episcopi iurisdictione,& Papæ subiectæ, ita quod Papa de eis iura episcopalia recipiebat, vel abbas nomine Papæ, & eius vice recipiebat ius episcopale, & iura episcopalia per se, vel per alium reddebat, sed tamen nihil iuris habebat in ecclesijs abbas , quia de suo iure benè posset compromittere, vel dic , quòd benè intererat huius abbatis defendere , & promittere pro ecclesijs sibi subiectis pleno iure, id est,temporalibus & spiritualibus, quod non sint subiecti,nisi Papæ.arg.inf, de relig.domi. constitutus.cum ve.

CAPVT

CAPVT VI.

1 *Arbitrij & iudicij differentia.*

VM DILECTVS FILIVS. & inf. (reconuenire.) Not. quòd in hoc discrepat arbitrium à iudicio. Item in satisdatione. Authen. de lit. §.exhibendum. Item in pœna contumacis.ff.de recep.arbi.non ex omnibus.Item in pronunciatione facta aliqua parte absente.ff.eod. si quis li.Item in purgatione more. ff.eod.l.Celsus.ff. si quis caut. & si post.(Quibus)& eis cohærentibus [b],nam potest diem solutioni præfigere. ff. eod.si cùm dies.§.vlti.& l.Celsus. Sed nunquid de pœna vel interesse compromissi cognoscet.argum.quòd sic.ff. ad leg.Aquil. inde Neratius.§.penul.sed credo contrà. ff.de arbi.quòd tamen.§.vlti.

[a] *Discrepat.vide de Abba.hic ponente alias differentias,et aliàs vide per Ang. Are in §. omnia in fi. de act. per erro. in repe. ti. l. 1 ff. de arbi. & in l. si Titius. ff. de verbo. obli. Et an coram arbitro habeat locũ recõuentio vltra adductas p. Abb. hic. adde. d. Maria. in c. 1. qõ. 5. inf. de mu. pet. & do. Alexã. in cõs.129.col.3. vers.non obstat in 2.vol. & Ro.singulari.149.*

CAPVT VII.

VM OLIM SVPER. (Familia) Perpetua & religiosa, puta conuersis & similibus arg. Contrà. ff.de publi. l. 1. §. famil ff. de vi & vi arma.l.1.§. famil. vbi innuitur, quòd nomine familiæ, & mercenarij intelliguntur (irrita) quia non est forma seruata(eligere)not. arbitrium seruari, dic vt not.sup. eod.dilect.in gloss.fi.adiudicatum(eligere)inf. de re.& transeun. c.licet. ff. de admi.tut.l.quidam. §. pater. & ff. vbi pupil. edu.deb.l.1.& sic interpretatur. c. dist.63. obeuntibus.Nec reputes superfluum consilium,quia consilium familiæ posset trahere consilium domini in sua opinione. 31.distin. Nicena. ff. de arbi. item si vnus. §.vlti. argum. contrà.ff.de proba. ad probationem.

[b] *Cohærentibus. Et sic in cõe xis pòt iudicare arbiter. Ad de Feli. in c. trãslato. col. 3.circa fi.sup. de consti. & adde eundem Innoc.in c. ex parte.inf e.ex glo.in l.nõ distinguẽt. §. de officio. ff. eo tit.& adde idẽ in procuratore , qa fi posuit manũ ad cõnexa nõ excedit fines mandati ita Pau.de Ca.in cõs.sua.30 idẽ dixit gloss. in delegato.in c. licet ergò. 7. q.1. Et in teste dixit idẽ Bal. l.perẽptorias. circa fi. vers. quæro actor. C. sen. rescin. non pos.*

CAPVT VIII.

1 *In laicum non potest de rebus spiritualibus compromitti.*
Laicus an possit iudicare in causa spirituali.
Clerici an possint ire ad iudicium seculare consentiente prælato , & an in arbitros compromittere possunt.

ONTINGIT INTERDVM.(Rebus spiritualibus.) † Not.quòd super spiritualibus non potest compromitti in laicum , nisi hoc fiat authoritate iudicis , qui de causa spirituali cognoscat , sed eius authoritate fieri potest, siue ex delegatione,siue iure ordinario cognoscat, imò quòd plus est,nec iudicio laicorum disponetur.inf. de iud.c.2. quia nec laicus iudicare potest de causa spirituali, etiam si incidat alij quæstioni, de qua cognoscere poterat.inf. qui fil. sint legi. lator. de mandato,tamen Papæ possent laici iudicare de causa spirituali. 32. distin.§.verùm.sed alterius mandato non credo , super rebus autem temporalibus clerici non possunt ire ad iudicium seculare , etiam consentientibus suis prælatis. inf.de fo.compe.si diligenti.sed compromittere in arbitros possunt. sup.eod.dilecti. In iudicem autem clericum consentientibus prælatis suis possunt consentire, vt in iudicibus , & non aliter , vt habeat eorum consensum. inf. de fo. compe. c. vlti. significasti. Quod autem diximus quòd authoritate delegati potest compromitti in laicum de spiritualibus. Idem intelligo, quòd possunt authoritate ordinarij licet fortè nec authoritate delegati, vel ordinarij possunt,nisi sit lis cœpta(Rebus spiritualibus)nũquid potest compromitti in laicum super electione sacerdotis vel clerici, vel Abbatis, non videtur.

CAPVT IX.

1 *An liceat plebano constituere procuratorem ad transigendum.*
2 *Non sufficit verbo emologare arbitrium,et iam cum pœna nisi subscribatur.*
Verbæ in compromisso conditionaliter sunt intelligenda.
Actio, vel exceptio rei iudicatæ an detur ex sententia arbitri vel ex compromisso.
3 *Nunquid non obstante iuramento de standa sententiæ arbitri possit agi contrà.*
4 *Sæpè extra id,quod agitur,tacita obligatio contrahitur.*
Res in quà condemnatus est reus, non est interesse vincentis.
5 *Compromissum super re spirituali sit in laicum autho.iudicis delegati.*

PER TVAS LITERAS.(Super hospitali) .i.super iure, quod habebat in hospitali. simile.ff.de cõtrahen. empt. l. qui tabernas. & de leg.1.l. si dominus.§.penul.(Generale)licet enim habeat generale mandatum , non potest transigere , nisi fortè super fructibus paucis. ff. de procur.mandato. procurator.Si autem generalis procurator sit,& habeat liberam administrationem aliàs generalem transire potest,& iusiuran. deferre.ff. de procur.procurator.ff.de iureiur.iusiurandum.§. vlti. & si malè transegerit imputet sibi dominus, qui talem elegit, minor ta-

nor tamen vel eccleſia reſtituetur in integrum, ſi tutor vel prælatus per amicitiam tranſegit ſimile. C. de tranſ. præſes. C. de pact. pactum. ff. de mino. tutor.

1 † Aſſenſu) de hoc not. ſup. de reſcrip. edoceri. hæc enim allegatio non valet, imò ſolus plebanus poteſt conſtituere procuratorem. ff. quòd cuiuſque vni. l. vlti. Et hæc etiam ex eo probatur, quòd ſolus plebanus poteſt ratum habere, quod factum eſt per talem procuratorem, ergò ſolus poteſt conſtituere procuratorem. Vel dic, ad agendum poterat conſtituere procuratorem, ſecùs ad tranſigendum, quia fortè ſoli prælato non licet. inf. de his quæ fi. à præla. quanto. Vel dic, quòd fortè aliàs magnum negotium erat, vnde ſine conſenſu capituli benè potuit ſine eo conſtituere procuratorem. (Ex parte plebani) appello partem plebani plebanum cum canonicis, aliàs ſicut non poſſet ſuper hac, ſcilicet, tranſactione conſtituere procuratorem, ita nec ratum habere, vel aliter, vt not. in gloſſ. de hoc (Ratum) dic vt not. ſup. dilecti. gloſſ. ad audientiam. (Executioni) per abſolutionem pœnæ, & alijs modis, quibus diximus ſup. eod. cum te. c. dilecti. aliàs non datur actio ex re iudi. C. eod. l. 1. argum. contrà. C. de Iudæ. l. Iudæi.

2 † Executio) melius dicitur, quòd ſi quis ſubſcripſerit ſententiæ, dicendo, confirmo ſententiam arbitri, vel non contradico, quòd ex tali ſententia oritur actio, & exceptio. C. de arbit. ne in arbitris. §. fin. & expone hanc literam, receptum fuit, id eſt, ſubſcriptum, non enim ſufficit verbo emologare arbitrium cum pœna, niſi ſubſcribatur. C. de arbit. cùm antea. Quidam tamen dicunt, quòd ſufficit ſola emologatio ſine ſubſcriptione ſecundum canones. † De obſeruando) videtur, quòd licet ex ſententia arbitri ex compromiſſo electi non detur actio vel exceptio rei iudicatæ. C. de arbit. l. prima. tamen debet dari exceptio pacti, quia hoc ipſo, quod promiſit ſtare ſententiæ arbitri, ſi poſtea facit contrarium, venit contra pactum, & ſic videtur, quòd debet obſtare exceptio pacti, quòd tamen non eſt verum. ff. de arbit. l. ſecunda. & l. fin. Item ad hoc quidam ſic reſpondent, quòd in compromiſſis omnia verba, quæ ibi ponuntur intelligenda ſunt conditione tali, ſcilicet, ego promitto, quòd ſtabo ſententiæ, vel pœnam ſoluam, & iſte intellectus datus eſt ſibi à iure, quia niſi iura ſic ſtatuiſſent benè debet ſeruare cò promiſſum ſuum, ſcilicet, ſtare ſententiæ, & ex quo pacto benè daretur exceptio.

3 † Et idem dicitur de iureiurando, ſcilicet, quòd non obſtante iureiurando poterit agere, quòd ſic eſt intelligendum iureiur. vel quod ſeruabit ſententiam arbitri, ſicut iurauit, vel pœnam ſoluet, & eodem modo eſt intelligendum, quando partes ſtipulantur ſtare ſententiæ arbitri ſine adiectione pœnæ, ſcilicet, quod ſufficit condemnato vel ſeruare ſententiam, vel præſtare intereſſe. ff. de arbi. diem. §. fin. Et quòd iſti benè dicant, ex eo appareat, quia ſi non interueniſſet ſtipulatio, olim ſemper dabatur exceptio pacti, hodie etiam datur non tantùm exceptio, ſed etiam actio, ſi fuerit emologatum. C. de arbit. cùm antea. & imò & vbi actor ſtipulatus eſt ſtare ſententiæ ſub pœna, reo non ſtipulanti datur exceptio. ff. de arbit. ſi de meis.

Et habent hæc locum vbi ſtipulatur ſententiæ dicto, vel arbitrio ſtari, ſiue cum pœna, ſiue ſine pœna, nam ſi expreſſè ſtipularetur rem, de qua agitur, vel dari, vel fieri ſecundum ſententiam arbitri, ad rem ipſam vel factum agi poſſet, ſi pro eo ſententiaretur, & idem eſt in reo, ſi expreſſè ſtipularetur rem, quæ ab eo petitur amplius non peti, ſi pro eo fuerit arbitrium, benè habebit exceptionem, imò plus videtur, quòd ſi etiam prædicta non expreſſè ſtipuletur, ſed ſolùm pactum de eis dandis vel faciendis, vel non faciendis incontinenti poſt ſtipulationem emiſſam de parendo ſententiæ, quod & tunc tale pactum informat actionem ex ſtipula. & parit exceptionem. C. de pact. petens. ff. ſi cert. pet. lecta. Imò plus videtur, quòd etiam tacitè partes videntur intellectui prædicto renunciare, vt ſi partes ſtipulentur ſtare ſententiæ ſub pœna, vt ea ſoluta, vel non ſoluta, manet ratum pactum, in hoc agi poteſt ex ſtipulatu, vt fiat quod iudicatum eſt. ff. de tranſ. quòd fide. Imò plus, quòd ſi condemnatus fuerit in mora agetur & ad pœnam & poſt ad rem iudicatam. Nec eſt contrà. ff. de excep. doli. apud §. Labeo. quia illa lex loquitur, quãdo non erat adiectum in compromiſſo, quòd ſoluta pœna, ratum eſſet arbitrium.

† Alij tamen dicunt, non agi ad rem iudicatam, ſed ad intereſſe tantùm in prædicto caſu, ratio autem quare prædictus intellectus fuit accommodatus prædictæ

dictæ ſtipulationi in compromiſſo ea fuit, quia cùm arbiter ſine timore tractationis poſſit ferre iniquam ſententiam, iuſtum fuit, quòd in alio eius poteſtas reſtringeretur, ſcilicet, vt nunquam poſt ſententiam arbiter res ſuas ſibi auferret, ſed ſufficit ſibi auferri, vel pœnam vel intereſſe, aliàs enim non datur actio vel exceptio ex re iudi. C. de eden. l. prima. argumen. contra. C. de Iudæ. l. Iudæi. (Agi) contra compromittentem, & non contra plebanum.

4 † Procurator) & non dominus, qui nõ mandauit de tranſactione. ff. de re iudi. ſi ſe. in princip. ff. de procu. Plautius. Nec obeſt quòd aduerſarius eum ſibi obligare non intendebat, ſed plebanum, quia ſæpè extra id, quod agitur tacita obligatio contrahitur. ff. commo. ſi his. in fin. ff. ſi cert. pet. ciuitas. C. man. ſi literas. Vel dic, ex quo abeo ſtipulatur creditor, quòd intendebat eum ſibi obligare, niſi contrarium ☞ dicat, tunc ſecùs dicerem. † Ad intereſſe) quòd non videtur aliud poſſe, niſi expenſæ quas fecit in lite coram compromiſſarijs, res autem in qua condemnatus eſt reus, non eſt intereſſe vincentis, & tamen ſi ſua eſt etiam poſt ſententiam arbitri, ſua manet & eam, non obſtante ſententia arbitri, petere poteſt. ff. de arbit. ſi rem. & ſi non erat ſua, vel ſibi debita non intereſt ſua nec tunc etiam ſua intereſt.

5 † Archiepiſcopi) not. in laicum authoritate iudicis delegati ſpirituali fieri compromiſſum. argumen. 32. diſtin. §. verùm. ſed tamen nedum authoritate delegati, ſed nec ordinarij poteſt clericus conſentire, vt habeat iudicem ordinarium laicum.

CAPVT X.

1 *Pars ſi in termino ſtatuto coram arbitro non comparet, pœna committitur. Intelligitur vt hic.*
Contumacia abſentiæ, & an & quando ſit puniendа.
Arbiter an poſſit abſoluere præſentem ab inſtantiæ propter contumaciam aduerſarij.
2 *Arbitri iudicare non poſſunt poſt mortem litigatoris.*
Succeſſor an ſuccedat in proſecutione litis ſui prædeceſſoris.
3 *An mortuo prælato dicantur cuſtodientes poſſidere eam.*
Prælaturæ mortuo prælato ad quem pertineat.
4 *Cùm de prælatura litigatur, non licet de alio facere aliquam electionem.*
Res litigioſa an & quando in alium tranſferri poſſit prælatum, quando reddatur res litigioſa.
5 *Quis dicatur incidere in pœnam eâ. vel iurè dubitati.*
6 *An ordinarius poſſit eſſe arbiter.*

1 EX PARTE. (Partes) id eſt, electi. (Sententiam) id eſt, arbitrium. † Præfixiſti) ſi pars in termino non comparet ſtatuto coràm arbitro pœna committatur. C. de arbi. l. 2. ff. de arbi. l. diem. §. ſi quis. ſed non ſemper, ſed tunc quando per partis abſentiam fit, quominus arbitretur, vt quia terminus peremptorius aſsignatur ad dandam ſententiã. ſup. de offic. deleg. c. conſuluit. vel etiam ſi ante litis conteſtationem fit terminus aſsignatus peremptorius ad comparendum, quia ſi nũquam comparerent, nunquam poſſet arbitrari, cùm non poſſet ſententiare, niſi partibus præſentibus. ff. de arbit. l. diem. §. 1. & 2. nam ſi citatus, ſed non peremptoriè abſit ante litis conteſtationem non committitur pœna. Imò plus quidam dicunt, quòd & ſi poſt lit. conteſta. citetur peremptoriè ad teſtes recipiendos, vel alia conſimilia, quæ poſſunt fieri etiam parte abſente, quòd non committitur pœna, quia per eius abſentiam nõ impeditur arbitrari. argument. ff. eod. l. prima.

Sed dices, quomodo ergò punietur huiſmodi contumacia? Reſpon. tertia ſententia cõdemnabit eum in expenſis, quia licet expreſſè non venerit in compromiſſum, eſt tamen contiguum, & idem dicitur de fructibus, vel termino ſolutionis. ff. eod. titu. qui tamen. §. ſolutioni. argum. ff. iudi. ſol. l. an tamen. §. in hac. ff. de procu. ad rem. l. prima. ff. de re iudi. Paulus. Idem dicitur, quia ſtatim committit pœnam, etiam ſi in termino non peremptorio diceret ſe nolle ire. ff. de re iud. l. contumacia. Quidam tamen dicunt & fortè non malè, quòd arbiter debet abſoluere præſentem ab inſtantia arbitri, propter contumaciam aduerſarij, & ex tunc poteſt petere pœnam, quia id dicit propter quod à lite deſcenditur. argumen. ff. de arbit. l. qualem. Item quia arbitraria ad inſtar, etc. (Sublato) & ideò ſi decætero contra eum ſententia feratur, non tenet. de re iu. l. in ſumma quæſitum. ff. qui ſatiſ. cog. l. ſi dececeſſerit. ſed propter adiacentia, ſcilicet, vt ſciatur, qui ſunt priuati eligendi poteſtate, etiam poſt mortem feretur ſententia. ff. de rei vendi. l. vtique. C. ſi. app.

pen. mors. quamuis. Sed certè non videtur, quia in lite quæ vertitur inter electos posit iudicari, & si vterque iuraret de priuatione canonicorum, cùm res inter alios, etc. C. res inter alios. & per totum.

2 † Præterea quia dicitur, quòd post mortẽ litigatoris potest.

Intelligẽdum videtur de iudicibus, non de arbitris, qui non possunt iudicare post mortem litigatoris. ff. de arbi. l. sed & si. §. vlti. nec in absentia partis, etiam si sit contumax. ff. de arbit. l. qui tamen. § vlti. quamuis pœna committatur. ff. de arbit. l. diem. §. si quis. acta habita. inter viuum & mortuum, puta attestationes & similia non valebunt, si egerit contra substitutũ, nec in litis prosecutione succedatur successor, quia non est huius hæres, nec vniuersalis successor, quia neuter agit nomine ecclesiæ, sed vterque ius suum prosequitur. Item hæres eius non prosequitur causam defuncti, quia cùm realis esset ☞ actio, quæ erat inter eos, scilicet, quis ius haberet in ipsa prælatura, & hæres ipsum non possideat, nec dominus desijt possidere ius, quod defunctus se habere proponebat, non dabitur contra ipsum actio nec sententia. ff. de rei vendi. l. fin autem. Quid ergò faciet iste, qui superuixit, si sit ei nouus aduersarius, inchoabit litem cum illo, si autem non fieret sibi nouus aduersarius, tunc petit confirmationem ab ordinario & procedetur in petitione sua, sicut not. sup. de transact. decætero.

☞ † Sed quid si fuerat confirmatus, & habuit prælaturã in pace, sed postea amisit possessionem eius per desidiam, hoc videtur quòd si inueniat possessionem suam vacuam, quæ nunquam fuit per aliquem occupata, quòd etiam accipiet etiam si fuerit per aliquem occupata. Dicunt idẽ dum tamen modo vacet, siue per mortem noui occupatoris, siue alio modo. arg. pro eis. inf. de or. cog. cùm dilectus. 16. q. 3. potest. vbi dicitur, quòd si possessio licitè ad dominum redijt, quòd debet habere commodum rẽdemptionis. Item quæ causa est, quòd non recuperaret ecclesiam suã, quandocunq; potest, cùm nõ sit ea priuatus, nec per sententiam iuris, nec hominis. ☞ arg. 7. quæstio. 1. pastoralis. & possessio facilè debet redire ad dominum. argu. ff. de pac. si vnus. §. pactum. Nec obstat. C. vnde vi. conquerebatur. quia videtur habere locum quando non est dominus, vel quasi occupat possessionem vacuam.

3 † Sed opponet quòd non potest inuenire vacans prælatura, quia mortuo vel cedente prælato statim eius custodiã habet, vel episcopus, vel archi. vel capitulũ, vel patronus, vel œconomus, vel quiuis alius. inf. de insti. cùm venissent. inf. de app. bonæ memoriæ. de testa. relatum. 63. dist. si in plebibus. Istis respondetur, quia licet custodiant bona prælaturæ, tamen non possident prælaturam, hoc tantùm firmiter tenendum est, quia si inueniat resistentes in recuperãda possessione nõ debet violentiã inferre. ar. C. de edi. di. Adri. l. 3. & arg. ff. q; me. cau. extat. C. vnde vi. si quis. ff. ad leg. Iul. de vi priua. creditores. C. ne quis in sua causa. per totũ. Posset tamen dici, quòd noua acquisitio possessionis, quam fecit propria authoritate, non extendenda est, sicut extenditur, cùm per eum ad quem pertinet inuestitur de prælatura, vel installatur. de hoc autem alibi not.

† Sed quid si alius qui medio tempore possedit fuit institutus per eum, ad quẽ pertinet? Respondeo quòd si fuit sic institutus sua institutio non tenuit de iure, puta quia fuit institutus ita, quòd primus nõ fuit amotus per sententiam, vel iuris, vel hominis, vel etiam sententia lata fuit, sed non tenuit ipso iure, puta quia lata fuit post legitimam causam appellationis, vel reo non citato, vel alio consimili modo, patet quòd secunda institutio non tenuit. inf. de conces. præben. c. 1. & extunc similiter licet occupare possessionem prælaturæ, si eam inuenit vacãtem, sed si tenuit institutio, sed iniustè sit processum contra primum, puta quia pars per sententiam, quamuis iniquam, à qua nemo appellauit amotus fuerit, nõ tamẽ video, quòd postea etiam vacantem prælaturam possit occupare, licet enim post sententiam iniustã maneat dominus. ff. de condi. l. in Iul. quia tamen ex sententia, quæ lata est nascitur actio. & ex. inf. de sen. & re iud. c. cùm inter. §. vlt. vlterius pos. eius recuperare non licet. Si autẽ vis securius procedere, vade ad iudicem & implora officiũ eius, vt cognoscat an prælatura ad te pertineat, & si inuenerit ad te pertinere, det tibi possessionem eius. C. de bon. va. l. pen. & fi. † Inhibere) & malè, quia non constabat ei, quòd pars aduersa esset priuata potestate eligẽdi, nec quòd alia electio, scilicet, viuentis nulla esset ipso iure, quia si esset verum, scilicet, quòd electio viuentis esset nulla ipso iure, tamen pars sua prohibeni nõ poterat ab eligendo. sup. de elect. dudum. & auditis

auditis vbi de hoc no. & hæc est ratio, quare in hac decre. non diffiniuit, quòd electio facta post mortem B. nõ teneat, quãuis dicat, quòd ordinatum erat, vt primò de electione vnius cognosceretur, quàm ad aliam electionem procederetur, sed nec tamen poterant procedere, nisi vocatis etiam alijs, qui si crediderunt suam electionem nullam esse deberent procedere. sup. de elect. cum. & transmissam. ☞

4 † Sed certè videtur alij, quòd etiam si electio viuentis nulla esset, tamen illi quia adhærebant nõ debuerunt procedere iterato ad aliam electionem, ex quo adhuc erat lis de electione viuentis. Et prædicta iura, scilicet, dudum, audi, tantùm videntur habere locum antequam incipiat litigari per electionem, quia postea re litigiosa facta, nõ videtur licitum prælaturam, vel aliquod ius in alium transferre, vnde dicunt, quòd benè prohibuit, sicut ex sequentib⁹ apparet, vt dicit prius tamẽ, etc. non valet ratio apposita superius, scilicet, quòd non dicunt prohiberi eligere, nisi constaret, quòd prima electio esset aliqua eius, scilicet, qui adhuc viuebat, quia illud haberet locum, vbi prius nullam electionem fecissent hi, qui prohibentur, secùs vbi fecerunt, sed eorum electus mortuus est. Item alia ratione prohibuit, quia cùm dubium esset, an prima electio teneret, non debuit procedi ad secundam. argum. sup. de elect. dudum. sed certè dubietas electionis primæ, non debuit secundam electionem facere nullam, sed prima nulla est ipso iure, vt not. sup. de elect. consideruimus. Sed melior ratio videtur aliquibus, quòd res litigiosa non debet in alium transferri. C. de li. l. fin. quòd secundum quosdam locum habet etiam in incorporalibus. C. de li. l. 2. & l. fin. sed & si in incorporalibus non haberet locum, quòd etiam incurrerent in pœnam litigiosi. Incurret tamen in pœnam translatæ ac. vel translati iur. dubitati. de quo not. sup. de alie. iu. mut. causa fac. ex parte. hãc prohibitionem facit, vt ordinarius, sicut arbiter enim processit vsque ad mortem, ex tunc autem, vt ordinarius, nihil autem constat eum malè præcepisse quando præcepit, quòd pendente sententia, non procederetur ad electionem, cùm mortẽ litigatoris pereat compromissum, vt hîc, & instantia compromissi, nisi fortè intellexisset, quòd non procederet pœn. sententia quasi iure ordinario, & vt ordinarius facere intendebat (Elegerũt) & malè duplici ratione, tum quia post iustam ordinarij inhibitionem, tum quia facta fuit priori non cassata. † Inhibere) non videtur posse dici, quòd isti eligentes in vitium litig. incidant, vel eius pœna teneantur, quia hoc non agebatur inter electores, qui contra prohibitionem elegerunt, & sic nullam rem litigiosam transtulerunt in alios, cùm nulla lis esset inter eos. Item hîc non petebatur dominium huius prælaturæ. Sed tantùm agebatur quis haberet ius in electione, sicut ibi apparet, vbi dicit cumque postmodum tractaretur super elect. etc. Item electores nunquam debent transferre dominium prælaturæ, licet decernant per quod potest peti prælatura. argumen. ad hæc. C. de lit. Authen. litigi. Item electi iustè petunt ab electoribus, si sunt subditi, quòd eis obediant, vt prælatis, non tamen ab eis petunt prælaturam, quia eam non haberent, nec etiam eam possunt dare, imò ipsam prælaturam videntur recipere à confirmatore, qui eis confert plenitudinem sui officij. sup. de elect. nihil. & c. transmissam. licet ius petendi omnia ista ortum habeat ex electione. imò & si idem esset elector & confirmator, non tamen teneretur pœna litigij, si alij conferret prælaturam quæ ab eo petitur in iudicio, quia prælaturam non possidet, sed ius conferendi prælaturam.

Vnde si hoc ius peteretur ab aliquo, si alienaret in alium, benè haberet locum pœna litigij secundum illos, qui dicunt quòd in incorporalibus habet locum pœna litigij, & eodem modo si aliquis possideret prælaturam, quam alius petit, tunc si alienaret in alium illam prælaturam, tunc benè haberet locum pœna litig. & videtur quòd si diligenter attendas, quòd dis rectè officium iudi. non rectè imploratur ad prælaturam sibi reddendam, vel quodcunque aliud ius, nisi aduersus illum, qui illud possidet, & hæc petitio constituit rem litig. & sic fuit act. inf. de senten. & re iudi. cùm Bertholdus. Sed si aliquis petit confirmationem prælaturæ, vel alterius dignitatis, vel iuris, nunquam constituitur res litigiosa, quia non agitur de dominio, vel quasi dominio dignitatis quod est necessarium, vbi locum habet pœna litigij, vt prælleg. Authen. Item non fit res dubia litig. si petatur à subditis, quòd sibi obediant, non enim sunt huiusmodi agẽdi ad rem, sed ad factum, qualiter autem agendum sit in istis, not. sup. de maio. & obed. c. inter quatuor.

5 †Item non videtur, quòd in pœnam iſti electores incidunt translatæ actionis, vel iuris dubitati, quia in hoc non incidit, niſi actor qui actionem vel ius habet, & eã vel illud in alium transfert. C. man. l. penul. & ſi. hoc autẽ nec aliquis de elect. ius ſuum tranſtulit in alium. Imò nec electores ipſius ius, quod apud eos erat, ſcilicet, ius elig. in alium tranſtulerunt, ſed iure ſuo vſi ſunt, ſcilicet, eligendo. hîc enim eſt fructus iuris elig. & ſic patet, quòd non fuerunt prohibendi, quia nemini facit iniuriam, qui vtitur iure ſuo. ſup. de elect. cũ eccleſia Vulterana. Item electores non agebant, & maximè de hoc iure eligendi non erat quæſtio, ſi eius electio valeret. Item ſi non elegerunt quenquam, vt aliũ vexarent, ſed ſuo iure vtendo, vt ipſum ius ſuum retinerent, nam ſi elegiſſent aliquẽ ad impugnationem alterius, hoc quidam eſſet reprehenſibile (Finitum) quia vlterius poſt mortem eius tanquam arbiter procedere non poterat, ſecùs in iudice, quia cauſam cœptam hęres proſequi tenetur (Hîc) hoc apparet tamen per electos compromiſſum. (Debuiſti) debito neceſſitatis, ſed nos alij debito honeſtatis (Cognoſcere) vt ordinarius vellet.

6 †Et hoc eſt argum. quod ordinarius poteſt arbiter eſſe, vt ſup. eo. cum tempore. & hoc ſecundum canones, ſecundum l. autem ſecùs. ff. de arbit. ſed ſi in ſeruum. (Ius habet) idem etiam ſi ius non habet, nam pendente lite ſuper alia electione, vel etiam ſi non ſit inde lis, vel tantùm ſuæ electioni inniti, ad aliam procedere non potuerunt. ſup. de elect. conſideravimus. non obſtante. ſup. de in integ. reſtit. c. 2. quia ibi, poſt ceſsionem vnius non remanſit alia electio, cui fieret præiudicium, & quod hîc coram ſuperiore lis vertebatur. argumen. ſup. de poſtul. bonæ. §. nec nocebat. ſup. de offic. leg. licet. Alij tamen dicunt, quòd nec ibi ſecunda electio caſſabitur, niſi prius conſtet ſecundam electionem tenuiſſe, vel aliàs ſecundæ præſtitiſſe impedimentum, vt not. ſup. de elect. dudum. & c. auditis. ſecundum quod plenius not. ſup. eod. in gloſſ. & malè. Et hæc vltima ſolutio magis placet. Vix enim potuiſſet contingere, ſi de iure ſuo quod eſſet non teneret electio facta lite pendente ſuper alia electione, quin ſtatim caſſaſſet eam, & poſtea proceſsiſſet ſuper alia electione ſicut de iure eſſet.

CAPVT XI.

1 *Sententia & comp romiſſum ſuper rebus prius iudicatis non valet.*

EXPOSITA NOBIS. (Ex ortę) ſuper alijs †diſcordijs poterit tenere compromiſſum, ſed ſuper rebus iam iudicatis non. (In ducem) Not. de temporalibus compromitti in laicum. ſup. eo. dilecti filij (Arbitrium) quia ſententia cõtra res prius iudicatas non valet. 2. qõ. 6. §. diffinitiua. Item ſi poſt ſententiam non poteſt tranſigi. ff. de condi. inde. eleganter. §. & poſt rem. ff. de tranſact. poſt rem. item nec compromitti. Item ſi ex gratia prælatus vellet dimittere, vel renunciare ſuo iuri non poſſet. C. de tranſact. interpoſitas. (Obſidum) quia ex quo tenet compromiſſum vel arbitrium, igitur nec obſidum datio, nec quæ ſequentur ex eo. C. de leg. & conſti. non dubium. & non dubites hæc pertinere ad iudicem eccle. 2. quęſtio. 2. Apoſtolicos. 24. quęſtio. 3. ſi quis depo.

CAPVT XII.

1 *Poſſunt partes de negotio ad negotium prorogare iuriſdictionem.*
2 *Item poſſunt prorogare iuriſdictionẽ, vt ſuper arbitria poſſint executionem facere.*
Partes an poſſunt prorogare iuriſdictionem alicuius delegati in eo, quòd arbitrium exequatur.
3 *Non valet compromiſſum in duos, vt poſſint indeterminatè eligere tertium, ſecùs ſi certam perſonam.*
4 *Pœna compromiſſa non habet locum in ordinarijs vel delegatis.*

ANNOTVIT NOBIS. (Laicus) hæc cauſa erat inter laicos coram eccleſiaſtico iudice, quia fortè erat cauſa ſpiritualis, puta quia de pecunia, vel ſenſu qui debebatur ratione iuriſpatronatus, vel conſimilibus, vel aliàs erat de foro eccleſiæ, vt no. ſup. de offi. deleg. ſignificantibus.

1 †Retenta) hoc non potuêre ex iure ſibi deleg. cùm nihil de hoc à Papa eſſet eis commiſſum, ſcilicet, de exequendo arbitrio, ſed partes prorogauerant iuriſdictionem, quod poſſunt de negotio ad negotium, vt not. ſup. de offic. deleg. de cauſis. in negotio tamen commiſſo, etiam ſi non proteſtarentur de retinendo iure deleg. per quam in eos compromittitur, tamen retinent quare enim expiraret cùm iuriſdictiones & reſcripta ſint perpetua. C. de

C. de diuer. reſcri. reſcripta. ſup. de off. deleg. ſignificantibus. ar. inf. de præben. niſi eſſent. ſed & quid idẽ ſit, & ſi in laicos cõpromittitur ſatis expreſsè innuit iſta decre. cùm non inducit iuſtam appel. ex eo, quòd exequetur ſententiam arbitri, ſed qa malè fuerunt electi arbitri. Sed poteſt dici, quòd non ſuffeciſſet iuriſdictionis retẽtio, niſi partes conſenſiſſent quantum ad executionem arbitrij, licet fortè ſufficiãt ad retẽtionem iuriſdictionis delegati, & poteſt reſponderi rationibus in contrarium aſsignati, quia ſcientia arbitrorum nõ debet mandari executioni ſua authoritate, ſi partes conſenſerunt, vnde ex vi compromiſsi, & propter conſenſum partium & iudicis, poterit executioni mandari, nec etiam eſt verum, quòd partes committant executionem arbitrij, ſed Papa iuriſdict. dedit per quam exequi poteſt, ſed tamen non poſſet, niſi ordine iudiciario ſeruato.

2 †Partes poſſunt prorogare iuriſdictionem, vt poſsint etiam ſuper arbitrio executionem facere, vel potius intelligunt renunciare, ne poſsint excipere vel iurare executionem, ſicut renunciare poſſunt appellationi, & reliquo ordini iudiciorum. C. de temp. appella. l. vltim. §. vltim. Nec valet ſi obijcias, quòd pactum partium, quòd eas tantùm obligat, non debet hanc iuriſdictionem dare iudex, ſed reſpondeo, vt dixi, quia pactum partium, quòd inter ſe faciunt iuriſdictionem, non dat iuriſdi. ſed expreſsè eam prorogat, & etiam ipſe iudex ſecundum pacta & alia iura partium inter ipſas iudicare debet, vt præalleg. l. 1. C. de appel. l. fi.

☞ †Quidã tamen dicunt q, nec etiã partes poſſunt prorogare iuriſdictionẽ alicuius delegati in eo, quòd arbitrium exequatur, primò ea ratione, quia arbitrium non debet executioni mandari. C. de arbit. l. 1. ſecundò ea ratione, quia hoc non poſſunt, ſcilicet, exequi ſententiam, niſi ordinarij & delegati à principe. ff. de re iu. à diuo. in princip. multò ergò melius hoc poſſunt committere partes, nec fuit hæc ſola cauſa quare tenuit appellatio, ſcilicet, quòd incertus fuerit tertius arbiter, ſed exequi non poterat (Alteri) ſi tertius non erat præſens, hæc erat ſufficiens cauſa, quòd non tenebatur arbitrio, ſed ſi erat præſens, ſtatur maiori parti. ff. de arbit.
☞ item ſi. §. vltim. & l. ſequen. †Obſeruantiam) nota quòd cauſa generalis aſsignata, ſcilicet, quia ad obſeruantiam huius arbitrij me cogitis, ſub ſe comprehendit etiam omnes cauſas, ex quibus arbitrium poteſt dici iniquum, vel nullum propter iniquitatem ſententiæ, vel quia malè ordinati ſunt aliàs arbitri. (Statutum) ff. de arb. l. item ſi. §. ſi in duos.

3 †Et nota. quia ſecundum quòd ibi dicitur, ſcilicet, quòd ſi compromittitur in duos, ita quòd poſſunt eligere tertium indeterminatè non valet, ſed ſecùs ſi certam perſonam, puta Ioan. & hoc hodie oſtenditur per hanc decret. quòd etiam in arbitrium aliorum non poſsit conferri electio tertij, & hoc intelligo, quòd in pactum non poteſt venire ab initio, quia ſicut fundamẽtum eſt malum, ſcilicet, quòd incipità diſſenſu, & ita nullum poteſt ſtare ſuper ædificium. 1. quæſtio. 1. principatus. ff. de orig. iur. l. 1. ſed ſi tantùm in duos eſſet compromiſſum, teneret, & ſi poſt diſſentirent, per iudicem cogerentur eligere tertium. ff. de archi. l. item ſi. §. principaliter. nam hoc fuit fundamentum, licet in ædificando interueniat impedimẽtum, quòd per iudicem remouetur. Item quando dicit à princ. quòd vel partes, vel iudices poſſunt eligere tertium, non poſſunt cogi arbitri eligere iſtum tertium per iudicem, cùm fingantur in electione tertij authoritate partium, quæ de iure non coguntur in arbitrium conſentire. Item quia ipſi qui eligere debent tertium, ſiue ſint iudices, ſiue alij, & ſiue vnus, ſiue plures, præſumuntur ſequi velle voluntates eorum, qui eum eligerunt, & cùm eorum voluntates ſint diſcordes, quia vterq; præſumitur velle talem, quòd per ſe ſententiam ferat, & qui faueat & conſentiat cum illo arbitro, qui pro ſe ſententiã ferre volebat iuſtè prouidit lex, quæ hãc poteſtatẽ ſic tertium eligendi prohibuit in aliũ trãſferri partibus, ſed quòd iudex ipſos arbitros cogat eligere tertium, & bonum eſt, quia iudex benè præſumitur procedere, cùm non authoritate partiũ, ſed iure fungatur, & ipſi arbitri præſumuntur & benè eligere, ex quo non authoritate partium, ſed à iudice vel à iure coacti faciunt hoc, & ideò quando nihil eſt dictum à iure habeatur qui cogatur per iudicem, ſequens autem decre. non cõtradicit, quia ibi mediatores fuerunt iudices delegati, non arbitri, nec legatus iuriſdictionẽ ordinariã amiſit, licet compromitterent in eum, & quòd fuerunt delegati, ex eo apparet quia eorum ſententiam confirmat Papa, quòd non faceret, ſi arbitri eſſent. C. de arbi. l. 1.

4 †Si obijcias, q; pœna cõpromissa probat eos arbitros? Respondeo, hoc non est verũ in ordinarijs vel delegatis, in quos cõpromittitur, qui semper tenent iurisdictionẽ suam, quousque reuocetur. ff. de offi. præsi. legatus. inf. de præbẽ. nisi essent. sed hoc obtinet in his, qui nullam iurisdictionem habent super litigantes, licet aliter sint ordinarij, tũc enim si promittatur pœna, vel tractatus sit habitus de eligẽdo eum in arbitrum, præsumatur eum arbitrum tantùm. ar. ff. de arbi. l. 1. si. seruus plurium. §. vlt. ff. de arbi. litigatores. §. 1. & 3. ff. de diuor. l. vlt. aliàs si pœna non permittatur, tunc nec metu pœnę, nec alio modo tenet sententia, vt res valeat potius, quàm pereat. inf. de verb. sig. c. abbate. præsumam eum elect. iudi. ff. de re. du. quoties. vel benè licitum esse à principio committere alicui, quòd aliquos eligat arbitros, & sic intelligitur prox. c. & de ele. in causis. sed quòd à partibus duabus electis tertius additur per iudicem, vel per aliquos, hoc non licet ratione suprà dicta, scilicet, quia malum est fundamentum compromissi, sed quando partes suam potestatem dant arbitris vel alijs, vt alios arbitros eligant, nõ quia dissentiant ipsi arbitri, sed quia partes in eis plenè confidunt, nec fundamẽtum habet malum, nec aliquod aliud malum, ideò valet.

CAPVT XIII.

CVM A NOBIS PETITVR. & inf. (Exigebat) non agebatur de statu monachorum, sed de causis aliàs capellis dependentibus, & quòd est no. quasi ex ea petebatur, quia monast. non esset liberum, & tamen compromittitur. de hoc not. sup. eo. cum tempore. † Mediatorum) & isti mediatores ex quo receperunt, rectè arbitri sunt, & sunt cogendi arbitrari. ff. de arbi. l. 3. §. 1. & l. itẽ si. §. Pomponius. melius dicitur, quòd sunt delegati, vt not. sup. proxi. decre. (Mediatorum) sup. eo. c. proxim. contra solut. ibi. (Confirmamus) de voluntate partium, alioquin non cogetur quis eis tare, nisi pœnæ metu. C. de arbi. l. 1. imò & sine voluntate partium, quia iudices delegati sunt, vnde eorum setentia tenet.

CAPVT XIIII.

COMPROMISSVM. (Caueatur) imò etiam si caueatur & de hæredibus vnius partis non alterius non valet. ff. eo. l. sed interpellatur. §. si ab altera.

FINIT LIBER PRIMVS.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

DE IVDICIIS.

CAPVT I.

DE QVOVVLTDEO. Supple ita statutũ est. (Eũ) scilicet, Quouultdeum (Introduci) .i. aduocare vbi accusaretur. (Interrogatus) ad hoc valet interrogatio ne post eũ, scilicet, consilium, coram quo accusabatur recuset. 3. q. 3. offeratur. sup. de offic. dele. super quęstionum. vel ex abundanti fuit hæc interrogatio. (Promiserat) idem est si non promisisset ei Quouultdeo (Episcopatũ) sed reditus episcopales sibi auferri debẽt. inf. de appel. pastoralis. in fin. (Exitum) quando erat lis contestata. inf. vt lit. non conte. quoniam accedens, id est, nisi per annũ duraret in excõmunicatione. 11. q. 3. rursus. & not. sup. de æta. & quali. cùm bonæ.

CAPVT II.

DECERNIMVS VT LAICI. (Tractare) scilicet, suo nomine tanquàm ius habentes in eis, 10. quæstio. 1. c. 1. 2. & 3. nomine autem ecclesiæ tractare possunt. sup. de syn. ca. vno. sed nec generalem administrationẽ, & principalem habere possunt laici, & maximè de spiritualibus, vel de iurisdictione super clericos. (Prælati) argumen. quòd prælati sunt iudices ordinarij de hoc notat. sup. de offic. ordin. cùm ab ecclesiarum. & c. quanto. (Iudicio) id est, authoritate, consilium autem requirere possunt.

CAPVT III.

1 *Causa iurispatronatus non est merè spiritualis.*

QVANTO. (Connexa) † causa iurispatronatus non dicitur merè spiritualis, quia à laicis possidetur similiter & ius funerandi. ff. de mor. infer. l. 1. tamen dominum sepulchrorum non pertinet ad eos. insti. de rerum diui. §. nullius.

CAPVT IIII.

AT SI CLERICI. (Iudice) nisi super hoc essent infamia respersi, tunc enim nisi se purgarent possent puniri. 2. q. 1. multi. vel ibi loquitur de laicis (Confessio) quæ exigantur, vt confessio præiudicet. not. in sum. C. de confes. (Iudice) repete quæ diximus sup. de elect. per inquisitionem. Deponi) tamẽ distingue in modo agendi. inf. de simon. dilect⁹. 2. † Minora) minora dicimus omnia, in quibus non est eis prohibita dispensatio, nam in alijs omnibus dispensare potest. infr. de sent. ex com. nuper. nam in hæresi dispensat. 50. distin. presbyteros. dic vt not. sup. de temp. or. dilectus. (Peractam) vel partem. 82. distinct. presbyter. (Contritione) sufficienti. aliàs secùs. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. 17. q. 4. attendendum. & c. si quis deinceps. (Seculari) nisi sit incorrigibilis. inf. eod. cùm ab homine. 3. q. 4. clericus. 11. q. 1. si quis.

CAPVT V.

1 *In quæstione feudi coram paribus curiæ agi debet.*

2 *Quæ actio sit intentanda contra dominum quũ non expectato iudicio parium expoliauit vasallum, & ad quem appellatur in causa huiusmodi feudatariorum. in numer. 3.*

Dominus feudi an & quando possit esse iudex inter suos vasallos, contendentes de feudo, & num. 4.

3 *Dominus feudi an sit iudex in causa non feudali inter suos vasallos.*

Dominus et vasallus an possint iudicium dimittere, item an pares omnes sint vocandi, vt iudicent.

4 *Pares curiæ debent seruare in iudicando ordinem iudiciarium cùm sint ordinarij.*

5 *Cùm de iniurijs vel de feudo in dominum, vel alium commissis agitur coram domino, vel paribus agendum est.*

6 *Nunquam cum agitur condictione ex. l. feudorum alia pœna, nisi amissionis feudi imponenda est.*

7 *Quæstio, an sit res feudalis præcedere debet vbi agitur rei vendicatione, vel alia actione per quam ius feudi potest in iudicium venire.*

QVAESTORVM. (Promulgatur ab ordinarijs alijs petentibus eas posses. vt feudũ. † Parati) si quæstio feudi inter dominum & vasallum vertitur confitentem feudalem rẽ, ad quã agitur. s. vt de ea red-

ea reddat tributum, vel aliud ſimile corã partibus curiæ agitur hoc ſaluo, quòd ſi pares grauarent eccleſiam, poſſet appellare ad proximum ſuperiorem, vel ad Papam. 2. q. 6. Romanam. ſi quis noſtrũ. Alij contradicunt dicentes, quòd tantùm proximus ſuperior appellabitur, etiam ſi ſit laicus.

2 † Sed quaſi ſi dominus nõ expectato iudicio parium, expoliauit vaſallũ, ſi fuerit vaſallus laicus, conuenietur dominus coram paribus curiæ interdicto, vnde vi, ſi vis armata fuerit propter honorẽ domini actione. in factũ vel alia actione. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdictũ. hoc etiã. ſi autẽ fuerit

4 clericus expoliatus, ſtatim ſpoliator per iudicem eccleſiaſticum eſt cogendus reſtituere clerico, quòd rapuit, quia ſacrilegus eſt, q, crimen eccleſiaſticum eſt. 16. q. 1. in canonibus. & etiam ſi dubium ſit de ſpoliatione, tamen cognoſcat eccleſia. ar. 24. q. 3. ſi quis depo. Alij dicunt coram ordinario rei non coram domino ſemper agendum ad reſtitutionem interdicto, etiam ſi laicus ſit expoliatus. inſt. tit. prox. ex parte. & fortè hoc eſt melius, quamuis poteſt dici, illam decre. habere locum, quando alius quàm dominus ſpoliauit. Vec dic, vt in gloſſ. quidam. Si verò inter duos vaſallos ſit controuerſia, quia vnus vendicat ab alio rem, quia dicit, quòd in feudo ſuccedere debet, vel aliàs dicit ad ſe pertinere, alius autẽ negat, vel dicit ſe habere ius in re feudali, quam alius tenet, quòd ius eſt ſibi conſtitutum de conſenſu tam domini quàm feudatarij, quorum cõſenſus requiritur, quia vtriuſque intereſt, tunc etiam ſi vterque dicit ſe habere ius ſuum feudi, ſiue ius ab eodem domino, coram domino feudi agendum eſt, vt hîc. Si autem actor vel reus dicit ſe non habere ius in re illa ab eo, quem aduerſarius dicit dominum, tamen ipſe cognoſcet, an res ſit feudalis coram quo citatio facta eſt, ſed non diffiniet ſuper hoc, ſcilicet, an ſit feudum vel non, ſed an ſua ſit iuriſdictio. ff. de iudic. ſi quis ex. Alij tamen dicunt, quòd non debet eſſe iudex, quia dicitur dominus. C. ne quis in re ſu. l. 1. ff. fami. erciſc. l. ſi per. ſed corã ordinario rei agetur.

4 Si autẽ fuerit. Ad hoc datur Inno. adde Feli. & ibi not. per ipſum in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 4. in prin. ſup. de conſti.

Et fallit hæc regula. ff. de iudi. ſi quis ex. ſed reus poteſt excipere coram ſuo ordinario, ſi ibi conueniatur, quia iuriſdictio pertinet ad dominum. Et ſi voluerit probare poterit, quòd ab eo tenet in feudum, quòd ſi probauerit remittitur ad eum. inf. titul. proxim. ex tranſmiſſa. & c. verùm.

Et hoc intelligo verum, vbi vendicat rem, nulla expreſſa cauſa, quia quando in genere petit omne dominium qualecunque ſit, etiam ſi feudatarium ſit in iudiciũ deducit. ff. de excep. rei iu. l. ſi mater. ſup. ead. ſed ſi diceret vẽdico talem rem, quia quæſiui dominium per præſcriptionẽ vtilem & directum, vel per emptionem à domino, tunc fortè non poſſet reus excipere de feudo corã ordinario, quia nec poteſt iudicare, niſi ex ea qua petitur, & ita non iudicabit de feudo. arg. ff. de iuriſdict. om. iu. l. pe. §. vl. C. ad l. Cor. de ſic. l. 1. quamuis dicant quidam, quòd etiã ſi exprimat vẽditionem, vel præſcriptionem, quòd etiam tunc ius feudatarium deducit in iudiciũ, ſed hoc non patitur illud verbum directũ, vel etiam quia quando agitur actione in rem expreſſa cauſa, dominiũ ex ſola cauſa expreſſa venit in iudicium. ff. de excep. rei iudic. l. ſi mater. & ideò ſi exprimatur cauſa rectè opponitur exceptio coram ordinario, quia res non eſt feudalis. & idem dico, ſcilicet, agendum corã domino feudi, ſi perſonali actione agitur ad rem, quã vterque feudalem confitetur, & eodem modo ſi reus conuentus coram domino, neget rem feudalem eſſe, non agetur hæc quæſtio vſquequo dominus vel actor probet coram iudice ordinario eam feudalem, quia præiudicialis eſt. ar. inf. tit. prox. ſi clericus. ar. inſti. de act. §. præiudicium.

† Sed qd dices, ſi feudatarius alij conceſsit aliquam partem feudi, vel aliquod ius in feudo. Reſpondeo, ſi conceſsit in feudum ſub eo quòd faciendum diximus ſub primo feudatario, vt ſup. ſi autem non in feudo dicit, ſe habere coram iudice ordinario agi debet.

3 † Sed quæro ad quem appellabitur? Reſpondeo, ad dominum in caſu ſuo, & pares in caſu ſuo ordinariam iuriſdictionem haberi ſibi conceſſam lege Federici in conceſsione feudorum. de feu. non alie. imperialem. & ideò ab eis appellabitur proximus ſuperior dominus feudi, & ſi non ſit ibi dominus, proximus ſuperior dominus feudi, appelletur iudex ordinarius, in cuius territorio eſt res feudalis, de qua agitur. C. de iudi. l. vltima. ſi autem agitur de iniuria, quam paſſus eſt circa fidelitatem, vel capitula fidelitatis vaſallus à domino, vel econuerſo appellabitur iudex ordinarius rei. argumẽ. quia appellationes gradatim ſunt faciendæ. 2. q. 6. anteriorum. Vel dic, quòd ſuper

ſuper hoc appellabitur iudex ordinarius ſub cuius iuriſdictione res ſita eſt, etiam ſi agatur de iniuria facta in re feudali, puta interdicto vnde vi, vel alio conſimili. † Si autem agant de iniurijs non in rebus feudalibus factis, ſed extra, non agent ſub domino, ſed coram ordinarijs, & eodem modo ſi agatur contra dominũ de iniuria facta extra rem feudalem vel non tangentẽ fidelitatem, quam domino promiſit, vel econuerſo, non agetur coram domino, niſi ſi agant inter ſe ad amiſsionem feudi, & hoc in libello debet cõtineri. Tunc enim partibus agitur, quia agitur in rẽ, ſcilicet, ad rem feudalem recuperandam, vel ad ius, quòd ibi habet dominus penitus admittendum, & ſi appellabitur, ad ordinarium domini appellabitur. arg. ff. ad mun. l. municipes. §. vlti. nec poſſunt litigantes etiam vtriuſque conſenſu dominum dimittere. argumen. inf. titu. proxi. ex tranſmiſſa. Dominus autem & vaſallus licitè poſſunt iudicium parium dimittere, quia ibi nulli fit præiudicium, quia ſi dominus non habet pares, ſuccedent arbitri ad ſimile iudicium ſuſceptorum. infr. de app. cùm ſpeciale. & 11. quæſti. 1. ſi clericus aduerſus. Item non credimus omnes vaſallos vocandos, vt iudicent, ſed ex paribus vaſallis dominus vnum eliget, & vaſallus alterum. argu. 2. q. 6. placuit. † Alij dicunt quòd ipſę pares tantùm eligẽt ex ſe duos, vel quem voluerint, quia ipſorum eſt iuriſdictio à lege data, & eam poſſunt quibus volunt mandare. argum. 63. diſt. c. 2. & 3. & in multis alijs. c. eiuſdem. diſtin. & ſeq. & dicuntur pares, quia omnes ſunt vaſalli, vel quia ſimilium eſt cauſa communitates debent eſſe pares, vel qui ſimilia feuda habent.

4 † Item ordinem iudiciarum ſeruabunt cùm ſint ordinarij, ſi autem inter dominum & vaſallum, vel inter vaſallos agitur perſonali actione, quæ non ſit de iure feudali, ſed agitur circa rem feudalem, puta pignoratitia, vel depoſiti, vel aliàs etiam de re in feudo conceſſa, ſemper coram ordinario agitur. Alij contrà, ſed dicunt quidam & ſi ad rem feudalem agitur, & hæc ſunt vera vbi tãtùm eſt dominus feudi, & non eſt iudex, vel vbi certa res eſt infeudata, & non iuriſdictio: quia ſi iuriſdictio ſit infeudata, tunc ipſe cognoſcet de omnibus cauſis etiam ordinario iure. † Item ab eo appellabitur iſte ſuperior, qui iuriſdictionẽ infeudauit, & tales ſunt epiſcopi, abbates, duces, comites, & barones, & omnes alij qui iuriſdictionem habent ab Imperatore, & alijs.

5 † Item quandiu parati, quidam dicunt & fortè non malè, quòd quandocunque agitur de iniurijs, vel de feudo in dominum, vel alium commiſsis, ſi agimus iure feudali, vel condi. ex l. feudorum agendum eſt coram domino, vel paribus, nam cum alio iure dominus feudi non habeat iuriſdictionem ſuper vaſallum, niſi lex feudorum concedat, niſi ex illa. l. agatur ſub eo, aliter agi non poteſt, ſi autem talis ſit caſu quòd non poſſit agi condictione ex. l. feudorum. coram ordinario agendum eſt, niſi ambo nitantur iure feudi.

6 † Et notat. quòd nunquam vel rarò ſi agatur conditione ex l. feudorum, imponitur pœna alia, niſi amiſsionis feudi, vel alia ſuper re feudali, ſi autem coram ordinario agitur, & iure communi, & pœna. l. ſiue corporalis, ſiue alia imponitur. † Item vbicunque agitur de re feudali, ſiue vendicatione, ſiue interdicto, vel alias inter duos intendentes tantum iure feudi, tantùm coram domino agitur, vt hîc & illa decret. infr. titul. proxim. ex parte. Non obſt. quia domina ibi non iure feudi, ſed dotalitij iuuabatur.

7 † Item dicunt quidam, quòd hæc quæſtio, an ſit res feudalis debet præcedere, vbi agitur rei vendicat. vel alia actione, per quam ius feudi poteſt venire in iudicium: & prius hæc lis terminabitur, & hoc ipſo, quòd negat ſe non in feudo tenere, ſi quod ius feudi habebat amittit. ar. 8. diſt. quo iure. ff. de rei ven. l. fin. (Quandiu parati.) ſi enim dominus malitioſè differat proceſsere, tunc coram ordinario agetur.

CAPVT VI.

DILECTI FILII. (Subtiliter.) not. ſubtilitates ſecundũ canones reprobari, & idẽ quãdoq; ſecundũ leges. ff. ad leg. Aquil. l. ita vulg. § vlt. ff. qui mod. pign. vel hypot. ſol. l. ſicut. §. ſi debitori. ff. de relig. l. ſunt perſonæ. ff. mã. l. ſi fide. §. quædam actio. argum. actiones non proponendas ſecũdum canones. inf. de dol. & contu. c. 1. & C. ſi per vim vel alio modo. l. 1. Contra. inf. de mu. pe. c. 1. 11. q. 1. experientiæ. infrà, depo. grauis. ſol. ſecundũ canones dicimus nõ eſſe apponẽdã actionẽ, ſed ſi apponatur & inepta, non obtinet, q, petit. inf. e. examinata, ſecundũ legem

legem ſemper proponẽda eſt.ff. de admi. tu.l.quoties.§.1.inſtitut.de act.in princ.

CAPVT VII.

INTELLEXIMVS. (Per aliũ) inf.de proba.poſt ceſionem. Contra ſolu. hîc ſpeciale eſt in reo ꝓpter cauſam,quæ hîc ponitur: idem etiã videtur in actore, q̃d in cauſa abſolutionis,vel vbi agetur de iniuſta excommunicatione.ſup. de offi.deleg.eùm cõtingat.& in alijs cauſis,quas agere permittitur poſsit conſtitu-
a ere procuratorẽ melius a eſt enim q̃ cauſam agat per alium,quàm per ſe,per aliũ ſi poteſt,& vult,alioquin per ſeipſum.

a Melius eſt. Adde ꝙ hoc refert & ſequitur Card. in conſil. 46. inci. videtur quòd dictus. l.in fi.

CAPVT VIII.

CLERICI. & inf. (Dicat) Authen.vt cleric.apud prop. §.vlti. inf. de iur. cal. inhærentes quoniam. (Traditur) 11. quæſtio.1.c.1.& 2.(Conſuetudine) de hoc not.ſup.de conſuetud.in prin.& c. fin.

CAPVT IX.

CAVSAM. (Fratres monachos)ſcilicet Dulmen. & qui morantur in eccleſia cathedrali ingrediãtur.de hoc not. ſup.de reſcr.edoceri.(Valeat) & iuſtè,quia cùm eſſet negotium conuẽtui commune & epiſcopo,non licuit conuentui ſine epiſcopo agere.Vel dic, quòd erat grande negotium, vnde ſine authoritate epiſcopi agere non poterant.inf. de his quæ fiunt à præla.c.quanto.

CAPVT X.

a An ſufficiat depoſitio pro crimine clerici.

1 QVM NON AB HOMINE. (Deponendus eſt.) argu. ſup. eod.at ſi clerici.C.vt le.l.vlti. C.de ſpor.l.2. † Deponendus eſt) vbi clericus deponitur ꝓ crimine ſufficit depoſitio.ſup.eo. at ſi clerici.niſi enormitas criminis aliud inducat. inf.de fal.ad fal.3.q.4. clericus. 11. q. 1. ſi qs ſatis.vel niſi ſit incorrigibilis:quo caſu eſt procedendũ,vt hîc dicitur. Cõtumax verò primò excõmunicatur, pòſt ſi eſt incorrigibilis,anathemizatur,& pòſt deponitur. 74.diſt. honoratus. 34. diſt. quorundam. (Excommunicari) id eſt, minori excommunicatione.(Anathematis) id eſt, maioris excommunicationis.

CAPVT XI.

VIA G. (Secundum formã) id eſt,quòd mediante iuſtitia procedant.R.no.ſup.de reſcr. c.eam.Sicut non tamen tenebitur interdicto.ff. de vi & vi ar.l.cum à te.inf.de reſt.ſpo.cùm ad ſedẽ. Terminetur)authoritate præſentium literarum non præteritarum, cùm de hac perſona non faciant mentionem. Quidã tamen dicunt, quòd authoritate præcedentium literarum procedent in odium rapinæ.ſimile.ſup.de ali.iu.mu.cauſa fac. c.1. hîc autem nunquàm intelligas quòd in cauſa cœpta contra ſpoliatorem etiam ſi lis ſit conteſtata & etiam in cauſa concluſum,quòd ſola ſententia ferẽda reſtet, ita ſententia feratur contra ſucceſſorem, cùm hoc interdictũ,ſcilicet, vnde vi perſonale ſit. ff. de vi & vi ar. l.1.§.pe.imò ſi reali actione ageretur,oportet quòd noua actio intentaretur contra nouum poſſeſſorem.ar.op.ff.de peti.hære.l.pe.& de rei ven.is à quo.& l.ſeq.ff.de reg.iur.l.in ſumma.§.ſi.niſi fortè eſſet hæres,in quem benè daretur actio poſt lit.conteſt. ff. de rei ven. l. ſi is qui. & l. ſi in autẽ. §. 1. & hanc decre.intelligimus ita,quòd oportet eum à capite incipere agere contra ſucceſſorẽ, & non agetur contra ſucceſſorem interdicto vnde vi,niſi ſciẽter accepiſſet à ſpoliatore.inf.de reſti.ſpo.ſæpé.& forma priorum literarum talis erat, quòd poſſeſſorio & petitorio agi poterat ſiue peti, imò & ſi in literis non contineretur de vtroq; tamen agi de vtroq; poterat.inf.de cauſa. poſ.c.1.inf.de ſequeſt.poſ.c.1.vbi not.

Quidam tamen dixerunt quòd ſi aliqs agat petitorio contra aliquem ſuper aliqua eccleſia petendo eam,quòd ſucceſſor debet litem cœptam proſequi, & ſi nõ habet ſucceſſorem propter litẽ, vel propter timorem tunc epiſcopus vel alius ad quẽ pertinet proſequatur litem:vt not.inf. de reſti.ſpol.c.olim.ſed nobis hoc non placet quia illud haberet locũ,ſi nomine eccleſiæ ageret vel defenderet,puta ſi peteretur aliqua poſſeſsio eccleſiæ, & alius nomine eiuſdẽ eccleſiæ ipſam eccleſiã,& poſſeſsionem defenderet, ſed hîc neuter nomine eccleſiæ agit,nõ enim trãsfertur ꝓſecutio litis de ꝑſona in perſonã, niſi in hæredibus vel vniuerſalibus ſucceſſoribus.C.de acq. hęr.l.ſi.ff.de acqui.poſ.l.Põponius.§.cùm quid.vel in dominis, qui per procuratorẽ agunt.ff.de procu.l.in cauſæ. vel à filio in patrem.Idem videtur ſi reus moritur poſt litem cœptam,etiam ſi conſtaret de meritis cauſæ. Non eſt contra. C. de adult.l. quamuis.quia ibi loquitur vbi abſente accuſatore conſtabat de crimine per cõfeſſionem accuſati,quòd non debet relinqui impunitum,etiam ſi accuſator nollet.inf. de

collu.dete.crimina. imò plus videtur, quòd ſi ſententia lata eſſet pro aliquo, & poſt ſententiam moreretur reus qui condemnatus ad reſtitutionẽ eſſet, poſt mortem non mandabitur ſententia executioni,niſi præmiſſa ſummaria cognitione,ſi ſit aliquis qui velit aliquid dicere contra eum.ff.de re iudi.l.à diuo.§.ſi iterum.& §. ſeq.inf.de teſti.veniens.2.

CAPVT XII.

VM VENISSENT. (Per alios)quàm per nos condentis enim eſt interpretari.inf. de ſen.excõ.inter.ff. de præto. ſtip. l.in præto. Iudicari) directè,nam indirectè poteſt,ſi quæratur, an ſint vera vel falſa priuileg. incidenter. Item ſi quæratur,an iuuet cauſam poteſt cognoſcere iudex, & eis non obſtantibus iudicare ſuper quæſtione ſibi propoſita,ita quòd priuileg.non faciant mentionem.argumen. C. de iudi.l.quoties. C. de ordi.iudi.l.1.Vel dic,nemo poteſt iudicare ſuper priuileg.ſed is apoſtolicę,id eſt, vbi agitur.de iure.ſe.apo. vel de empt.vel interpretatione tãtùm prohibet, ſcilicet, cùm de ipſorum verbis dubitatur.

CAPVT XIII.

a Denunciatio euangelica quæ ſit, & qualiter vtenda,& quis ad eam teneatur, & an iudiciarius in ea ſit ſeruandus,& qui teſtes in ea admittantur.habes nu.2.& 3.

4 An denunciatio iſta habeat locum in re temporali.

Canonica denunciatio non ſolùm habet locũ in criminibus perpetratis,ſed etiam perpetrandis.

5 Legitima monitio præcedere debet antequam quis denuncietur.

6 Conſuetudines & priuilegium inuicem parificantur.

Conſuetudo dat iuris dictionem.

Leges abrogatæ an neceſſe eſt ſcire.

7 Fractæ pacis & periurij crimen pertinet ad iudicium eccleſiæ.

Qui cognoſcere poſſunt de denunciatione admittenda.

1 NOVIT ILLE. (Si peccaderit)2.quę.1.ſi peccauerit. † Regulam (ſcilicet, admonendo quędam denunciatio eſt euangelica,de qua hîc loquitur & 2.q. 1. ſi pec. & in iſta hoc modo procedendum eſt, quòd ſi quis priuatim ſcit peccatum alicuius,priuatim contra illum debet proſequi mandatum euãgelij,& tandem in priuato debet eum habere pro ethnico & publicano,& benè habes in præalleg.c.ſi.ſi pec. & 45.diſtin. ſed illud non ocioſè.Si autem peccatũ eſt manifeſtum,tunc manifeſtè debet proſequi mandatum euangelij denunciando crimen eius iudici,& probando per teſtes. & tandem poſt ſententiam eccleſiæ debet eum habere pro ethni.& publicano. Publicè etiam ſi non eſſet excommunicatus, ſcilicet,vt non habeat familiaritatem cũ eo,ſed nõ tenetur eum vitare in oratione nec in mẽſa,nec in alijs huiuſmodi,& hãc denunciationem poteſt proſequi etiã ille cuius intereſt ratiõe rei familiaris: vt hîc. Et etiam petere,quòd ſua intereſt,& dicere vt cùm non poſsit agere pœnitentiam, niſi ſatisfaciat quòd reddat, & quòd ſibi debet.14.q.6.ſi res.& hanc denunciationẽ debet præcedere monitio:vt hîc. Et videtur,quòd in hac denunciatione nõ ſit neceſſarius ordo iuris.inf.de do.c.1.

2 †Quidam tamen dicunt & fortè non malè,quòd vbi quis per denunciationẽ ſuum intereſſe debet cõſequi,quòd tunc ordo iudiciarius eſt ſeruandus,& hoc eſt tutius,quia illud ſeruare non poteſt nocere. Ad iſtam denunciationem non credimus aliquẽ teneri,niſi ſicut tenetur ad alia opa charitatis,niſi ſit talis,ad quẽ ratione officij & curiæ hoc pertineret.23.q.4. duo. ad denunciationem hanc omnes infames & minores & mulieres credimus admittendos,niſi permaneant in crimine.

3 †Ad teſtimonium autem in denunciatione,dicunt quidam,quòd ijdem admittuntur,& hoc ſatis dici poteſt,vbi ſola pœnitentia de crimine quæritur, & non aliquòd temporale,neque directè,neque incidenter, quia tunc tantùm alij legitimi teſtes admittendi ſunt.

4 †Item dicimus a quòd iſte modus agẽ-
a di habet locum,vbi aliquod temporale in quo eſt reus naturaliter obligatus debet vel fieri,etiam ſi ad illud petendum nulla competat actio ciuilis vel canonica, vt quando quis iurauit dare,vel facere ſine ſtipulatione,locum habet denũciatio: vt hîc. Et eſt idem in omnibus alijs, quæ debent dari vel fieri,& peccat qui promiſit niſi promiſſum impleat, vt hîc, vbi dicit,quòd ad Papam pertinet de omni peccato mortali quemlibet corripere. Ad idẽ 22.quæſtio.2.ne quis.& quæſtio.5. hoc videtur.& inf.de inſtit.cùm veniſſent.eſt & alia denũciatio quæ dicitur canonica, ſed tamen ortum habet à lege vete.teſta. quæ

a Item dicimus. Adde ꝙ hoc dictũ Inn. refert & ſequitur Felin. in proœ. Grego. col.6.verſ.et ex iſto remedio quẽ vide et in c.quæ in eccleſiarum. col.16. verſi. ſecundus caſus. ſuprà, de conſti.

quæ eſt de crimine non committendo, ſcilicet, vt ab eo deſiſtatur, & de hac denunciatione loquitur. inf. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. 22. quæſtio. 5. hîc videtur.

Hæc autem denunciatio canonica habet locum, non ſolùm ſuper criminibus perpetratis, ſed etiam perpetrandis. Si crimina perpetranda recipiunt augmentum propter multiplicationem actuum, vel propter contumeliam iniurię, ſicut eſt quando aliquis perſiſtit in illicito contubernio, vel quando perſiſtit in iniuria & rapina. & de hac denunciatione loquitur inf. de iureiur. quemadmodum. in fi. & in hac eadē dicimus, quæ in ſuperiori, niſi qa ad hanc dicimus quoſlibet teneri, ſi credunt proficere ſuam denunciationem & denunciantibus non eſt nimis graue eos denunciare, & ſic loquitur. 22. quæſtio. 2. ne quis. & q. 5. hoc videtur & c. prælleg. anima. nimis autem graue eſſet denunciantibus, ſi propter hoc deberent à ſuis negotijs deſiſtere, vel ſi propter hoc deberēt vel inimicitias, vel pericula aliqua incurrere, licet enim denunciare bonum opus ſit, non tamen tenemur ad idem præcisē, ſicut nec ad alia bona opera, niſi in caſu prædicto, & quando ſic offert ſe opportunitas, ſicut dictum eſt, quia quando ſic offert ſe opportunitas, eſſet peccatum negligentiæ, niſi denunciaret crimen committendum, ſed non ita eſſet crimen negligentiæ imputādum, ſi commiſſum crimen quòd iterationem non reciperet nō denunciaret, quamuis & de illo dici poſsit quòd tanta poſſet eſſe denunciādi opportunitas, & tanta credulitas proficiendi, q̄ aliquod peccatū eſſet non denunciare, licet nō tātùm ſicut eſt tacere in denunciādo crimen committendum. De alia etiam denunciatione mentionem faciūt canones & leges, quæ non eſt modus agēdi, ſed præcedit actionem vel denūciationem, & de hac denunciatione loquitur. 2. q. 7. quapropter. & c. ſeq. & c. accuſatione. & infr. de accu. c. fi. & de calum. c. fi. & in multis alijs eſt facile inuenire exemplum de tali denunciatione, quòd tā in decreto quàm in decreta. & in Authen. vt iudi. ſine quo. ſuffra. §. ſi quis. §. neceſsitatem. & §. ſequē. & de hac modicum agimus, quia non eſt per ſe modus agendi.

5 †Sufficientem) videlicet, quòd nō preceſsit legitima monitio, vel quòd denūciator ſit criminoſus. 3. q. 7. indicet. vel alia cauſa iuſta, & ex hoc colligitur, quòd in fine non mandat cognoſci de cauſa principali, ſed an denunciatio ſit admittenda. (De feudo) directè. ſecùs indirectè, quia non poteſt agere pœnitentiam, ſi non reſtituat. 6. q. 1. illi qui. 22. q. 2. prædicandum. 23. q. 4. ecce. 13. q. 6. ſi res. (Spectat) ſecundum diſtinctionē quam not. ſup. e. cæterū. (Iuri) illi. ſ. quo cauetur q̄d dominus vel pares debent eſſe iudices: vt no. ſup. e. cæterùm (Priuileg.) Fortè enim rex Angliæ habebat priuileg. à rege Franciæ, quòd nō iudicaretur per ipſum tāquam per dominum, ſed per communes eorū iudices, vel per alias certas perſonas cōmuniter electas, idem eſſet ſi ſuper hoc ſpecialem cōſuetudinem haberet.

6 †Conſuetudinem) Not. parificari conſue. & priuileg. 9. q. 3. conqueſtus. 64. diſt. quia. Item no. conſuetudinem dare iuriſdictionem. ſup. de arbi. dilect. (Valentinianus) 63. di. Valentinianus. (Theodoſius) 11. q. 3. quicunque valet. Theodoſius) quomodo legem abrogatam inducit cùm deberet puniri. C. de vete. iu. enu. l. vlti. Reſpon. licet ius ciuile ſit ſublatum, tamē neceſſe eſt ſcire. 7. diſtinct. fuerunt. & inſuper ratio remanet. ff. de ca. mi. l. eas. Itē eccleſia poteſt pro ſe inducere legē quāuis non valeat contra ſe, vel melius a priuileg. fuit eccleſiæ conceſſum, vnde hoc adhuc hodie durat (Petitor) de quo minus videtur quàm de reo cùm fauorabiliores ſint rei quàm actores. ff. de regul. iur. l. fauorabiliores (In initio litis) ante lit. conteſt. (Decurſis) poſt lit. conteſta. ante concluſionem (Peroratur) id eſt, cùm allegatur (Sermone) id eſt, rationibus vtriuſque partis vel ratiōe (Ex Deo) dicente Petro: quodcunque ligaueris, etc. ſupr. de maio. & obed. ſolitæ (Mortali) directè vel indirectè. 2. q. 1. multi. ff. de peti. hære. l. hæreditas. Pacem) ſup. de treu. c. 1. 24. q. 3. ſi quis Romipetas.

7 †Iuramenti) No. crimen pacis fractæ, & periurij directè pertinere ad iudicium eccleſiæ: vt hîc. Idem in crimine ſimonię, ſacrilegij, vſurarum, hæreſeos, ſeparationis matrimonij ad thorum propter adulterium. 22. quæſtio. 1. c. pen. 12. quæſtio. 1. nulli liceat. (De plano) in modum denūciationis. (Quærimonia) an ſit denunciatio admittenda. (Exceptio.) Contra denunciationem enim admittitur exceptio criminis, ſiue proſequatur ſuam iniuriam, ſiue non, quia qui agit ad pœnam omnem maculam dimittere debet. ar. 3. q. 7. iudi-

a Vel melius. Hic alle. Feli. in c. 1. ſup. de conſt. co. 5. verſ. alius caſus. & adde Alex. de Imo. in cōſ. 209. co. 4. ver. nec ad hoc ob. i. 2. vo. & adde Pau. de Ca. in conſ. 316. inci. viſo & examinato ſecundū noui. impreſſionē in parte antiquorū. co. 3. poſt me. vbi dicit per hoc, q̄ Imperator nō poteſt reuocare legem ſuā in præiudiciū ſibi non ſubditi. et idē Fel. in c. quæ eccleſiarū. 11. poſt rim. & adde etiā Paul. de Caſ. in conſil. 289. in ſecūda parte conſiliorū nouorum ſecundū vltimā impreſſionē. inci. cōſiliū præſuppoſito fine p̄iudicio. col 1. vbi tenet, q̄ licet Papa poſſit tollere ius canonicum in præiudicium ſubditorū ſuorū, tamē illud nō poteſt tollere in p̄iudiciū laicorū. & hoc dictū Inn. hîc refert etiā Fel. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. co. 36. verſi. pro prima opin. ſup. de cōſt. et adde q̄ hoc dictū Inno. dicit ſingulare Car. in cōſ. 85. inci. pro reſpō ſione principaliter. col. 2. verſ. alia verò lect.

7. iudicet qui ſine. 25. diſt. c. vlt. 35. q. 6. epiſcopus. infames tamē admittuntur ad denūciationē, dūmodò egerint pœnitentiā.

☞ †Omittant) quidā dicūt & fortè nō malè, quòd non ſolùm iſti iudices cognoſcēt, an ſit denūciatio admittēda, ſed etiam de principali hoc modò. Dicet enim rex Angliæ, rex Franciæ tenet comitatū Pictauiæ in periculū animę ſuę cū ad me pertineat, vel cōtra cōſcientiā, & peto officiū veſtrū, q̄ cogatis eum ad pœnitentiā, ſi ipſe reſpōderit non pertinet, ad te cognoſcere, vtrū iuſtè vel iniuſtè teneā. Hoc aūt ſcio, q̄ non teneo contra conſcientiā, & hanc nō aliā teneor apud te excuſationem facere, ſi rex Angliæ voluerit probare quòd ſua fuerit, nō admittet eccleſia ſuper hoc probationes, quia fortè licet fuerit ſua poteſt eſſe, quòd per iudicium propriū, vel alio iuſto modo facta eſt regis Franciæ, vel ad minus obtinet p̄babiliter, & ſic eſt ſine peccato. ar. C. de rei vendi. l. fi. Sed ſi velit probare, quòd contra conſcientiā teneat, vel iniuſtè admittēdus eſt, ſed hæc probatio valdè difficilis eſt, quia & ſi probet rex Angliæ eam ſuam fuiſſe, non tamen probat, quòd contra conſcientiā vel iniuſtè, ſicut ſupradictū eſt. Si autē ageretur directè, ſufficeret, quòd probaret ſuū fuiſſe dominiū, niſi poſſeſſor legitimā exceptionē haberet. C. de proba. l. ſiue. hoc tamen videtur q̄ ſemper debet proponere excuſationē, quādo in modū denūciationis agitur. ſ. probabiliter. VERBI GRATIA: ſi fuit ſua, amiſit eam, vel pignori eſt mihi obligata, ſed probare id non tenetur, imò creditur dicere verū, niſi p̄betur cōtrariū, quia hîc per denunciationē ſufficit, ſi ſuæ conſcientiæ ſatisfaciat, & non neceſſe habet ſuū ius probare, ſed ſi aduerſarius vellet p̄bare admittitur, vt hîc circa id prin. idem eſt, vbi eſt ſcandalum vel publicum peccatum, quia tunc ſi de peccato cōſtat, ſic de ſatisfactione conſtare debet. 45. diſt. ſed illud.

CAPVT XIIII.

1 *Simplices & indiſcreti poſſunt per alium factum proponere.*
2 *Per narrationē et reſpōſionē fit litis cōteſtatio. Vniuerſitas an per ſe agere, & per ſe iurare poſsit.*
3 *Religioſorū vniuerſitas per aliū iurare poteſt.*

1 PASTORALIS. (Indiſcretè.) † No. q̄d ſimplices & indiſcreti per alium poſſunt factū proponere, & non eſt malū, ſi etiam cogantur factū ſuū, & per alium reſpondere. Item vniuerſitas per aliū p̄ponit. 2. q. 12. qui manu. ff. quòd cuiuſq; vni. l. 1. Item excōmunicatus. ſup. e. intelleximus. Itē epiſcopus. 5. q. 3. quia. Item illuſtres. C. de procu. l. vlt. Item minores. ſup. de æta. ex ratione. inſti. de cura. §. itē inuiti. C. de autho. præſtan. clarū. Itē furioſi & p̄digi, & mulier luxorioſa. C. de cura. furio. l. mulieri. aliter autē non licet, vt hîc. & ff. de inter ac. ſi ſine. & l. ſi ſeruū. §. vlt. C. de iura. calū. Authēt. principales.

2 †Indiſcretè) non intendit dicere, quin quilibet per procuratorem poſsit nārrare, & reſpondere, cùm poſsit per eum litem conteſtari, quæ per narrationem & reſpōſionē fit. inf. de lit. conteſt. c. 1. ſed intendit dicere, q̄ ille, qui cauſam agere debet, ſiue p̄curator, ſiue dominus, per ſe narrare debet, nō per aduocatū vel aliū, vniuerſitas aūt ſicut p̄ ſe agere non poteſt, ita nec narrare. 12. q. 2. qui manumittitur. Et argu. ad hoc, quia cùm vniuerſitas ſit vnū corpus, quando omnia & diuerſa capita eiuſdem vniuerſitatis agent ſimul vel defendent. ar. etiam ad hoc quòd dicitur in pluribus fideiuſſoribus vel hæredibus vni. ff. de iud. ſol. iā tamē. §. vl. & in pluribus exercitorib⁹ eiuſdē nauis. ff. de exer. l. 1. §. vl. &. l. ſed.

Sed contra. C. de iur. calum. l. 2. §. hîc licet, vbi dicitur, q̄ vniuerſitas iurare debet de calumnia, ergò per ſe agere poteſt: ſed veritas eſt, quia non agitur. Et eſt ratio vniuerſitatis quare debet de calumnia, quia timore iuramenti ſi præſens litigabat calūnioſē, ex tunc iuramento præſtito litem omittet, cùm hoc ſit vnū iuramentū calum. ſ. q̄d liſibi iuſta videtur, ſed poſtea procurator in anima vniuerſitatis iurare debet, non aūt quiſq; per ſe reſpōdebit, & quāuis nō omnes conſentiant reſponſioni procuratoris, ſufficit ſi maior pars cōſentiat. ſup. de p̄cur. c. fi. Vel dic tutius, quòd vniuerſitas per ſe non iurabit, ſed per illū qui litem conteſta. eſt, vel quemuis aliū. non obſt. lex præalle. C. de iura. calū. quia dicitur verè iurare maior pars vniuerſitatis quæ per alium in anima vniuerſitatis iurat. ff. de admi. tu. l. ita. §. geſiſſe.

3 †In vniuerſitate autem religioſorum, non eſt dubium, quòd per aliū iurare poteſt. inf. de iura. calum. c. 1. ipſe reſpondebit ſecundum quòd maiori parti placuerit, nec mirum ſi per alium, quàm qui litem conteſtatus eſt iurat, & reſpondet cū hoc generaliter obtineat, quòd procurator litem conteſtatur, & tamen principalis perſona iurat, & reſpondet. C. de iura. calum. Authent. principales. ar. inf. de teſti. præſentium.

CAPVT XV.

1 *Depositum sit nedum in corporalibus, sed etiam in incorporalibus, & in spiritualibus.*
Possidenti qualis actio competat intentio an valeat, si actio est inepta.
2 *Actionis ineptitudo si à princi. noscitur, debet iudex statim vel assessor lacerare libellum, secùs si ab initio nescit.*
Ineptitudo actionis quando sit admittenda.
3 *Ineptæ actio quando dicatur.*
Falsitas actionis, nunquam reddit eam ineptam.

EXAMINATA. (Causa eccleſiæ) id eſt, iuſpatronatus eccleſiæ eiuſdem, ſuper quæ agebatur, interim enim vicedominus præſentabit, quia debet interim fructus rei depoſitæ percipere, etiam ſi poſt fuerit poſſeſſor.

1 Sequeſtratam) †No. depoſitum fieri nõ ſolùm in corporalibus ſed etiam in incorporalibus, & in ſpiritualibus, & idem videtur de miſsione in poſſeſsionem. de hoc notat. infr. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſeruan. c. 1. Accepit) à te, & tunc planum eſt, quia ſicut poſsidebat quando tradidit, & ita pòſt, niſi ea mente depoſuiſſet, quòd poſſeſsionem in depoſitarium tranſferret. ff. de acquirend. poſſeſ. l. intereſſe puto. & ſic cùm poſsideret ipſe actor, non dabatur ei rei vendicatio. inſtitut. de acti. §. 1. & C. de alie. iudi. mun. cauſa fact. l. 1. Quandoque tamen rei vendicatio datur poſsidenti contra depoſitarium vel commodatarium propter detentationem, quam habent. ff. de rei vendicat. l. officium. ff. de pecul. l. depoſui. in princip. Item confeſſoria datur poſsidenti. ff. de ſerui. vendic. l. & ſi forte. §. 1. & l. ſequen. ſed hîc non agebatur contra depoſitarium, contra quem agere poſſet: vt dictum eſt, ſi poſſeſſor poſſeſsionem interuertiſſet. ff. de vi & vi arma. l. colonus. ſed contra milites cap. & nota quòd rei vendicatio datur contra poſsidentem rem ratione iuris, quòd habeo in re. ſimile. ff. de contra hen. empt. l. qui tabernas. ff. de legat. 1. l. ſi domus. & ſecundum hoc ſic feci libellum. Vendico talem eccleſiam à talibus militibus, quia in ea habeo iuſpatronatus, vel dic quòd alia ratione malè intentabat rei vendi. quia rei vendicatio, nõ competit, niſi pro iuribus incorporalibus. ff. de rei vendic. l. 1. §. per hanc. & l. vendicatio.

Sed hæc litera innuit contrarium, ſcilicet, quòd pro iuribus incorporalibus cõpetit rei vendicatione, licet hic ineptè ponereturquia poſsidenti non competit. ff. de alie. iudi. mutã. cau. facta. l. 1. Sed reſpondeo hic largè ſumi rei vendic. pro actione in rem hoc non placet, † quia cùm confeſſoria quæ in rem eſt etiam poſsidẽti competat, non eſſet propter hoc iudicata petitio inepta. Potes ergò dicere, quòd iſte M. petebat ab ipſis militibus iuſpatronatus quaſi à poſſeſſoribus, & hæc eſt act. in rem, non tamen per omnia imitatur naturam rei vendicationis, quia datur pro incorporalibus, nec naturam confeſſoriæ quæ tantùm datur non poſsidenti, & contra poſsidentem tantùm. de hac loquitur. ff. ſi vſufruct. peti. l. vlti. §. vlt. inſti. de actio. §. 1. & hac actione agitur. infr. de except. cùm venerabilis. ſupr. de maio. inter. Vel dic, quòd non reprehenditur M. quia ineptam actionem nominauit, ſcilicet, rei ven. quæ hîc ſumitur pro confeſſoria, quia benè datur poſsidenti, ſed quia intentionem habebat ineptam. ſ. quòd poſsidens peteret poſſeſsionem, quam habebat, vnde benè hic pronunciauit ſuam intentionem non tenere, & ſic pronunciat. l. ff. ſi mẽ. fal. mo. dix. l. 1. §. 1. & propter hoc dicitur actio inepta, quia intentio eſt inepta, quòd ex ipſis actis, quæ in ipſo iudicio fiunt apparet, imò plus videtur, quòd ſi qs rectam intentionem, ſi eſſet actio inepta, vt ſi quis diceret peto tale feudũ à te, quia ad me pertinet iure dominij, & propono ad hoc actionem ex locato, quòd benè teneret intentio, & probato dominio ferenda eſt ſententia pro me, licet actio omninò ſit inepta, benè igitur competit confeſſoria, & qui non eſt in poſſeſsione iuriſpa. ſed tamen de iure iuſpatronatus habet competit, dico contra eum, qui eum prohibet vti iurepat. vel ſe liti obtulit. ff. ſi ſerven. l. 2. §. hoc ante. ff. ſi vſusfru. pe. l. vlt. ff. ſi ſer. vend. l. loci. §. ſi quis mihi. & l. ſi quis diuturno. Sed cùm iſte M. non tantùm ius haberet, ſed etiam poſſeſsionem, vt probauerat, ideò malè intentauit rei vendicationem, vel confeſ. act. in rem. ſed huic ſatis benè poſſet competere negatoria, quia iuriſpatronatus poſsidebat in eccleſia, & benè cõpeteret rei, quia iuriſpatronatus habebat contra eum qui poſsidet ius in re, de qua agitur. ſi ſer. ven. l. 2. ff. de vſuca. naturaliter. Vel meli⁹, quia hîc habet poſſeſsionem, & ſimiliter dicebat ſe habere proprietatẽ competebat interdictum vti poſsidetis, pro moleſtijs, & inepta dicitur hæc petitio, quia nec abſoluere, nec cõdemnare poteſt

poteſt cum effectu, quia ſi abſoluat reum, non prodeſt ei, quia non poſsidet, quia tunc nihil lucratur, & ſi poſtea poſsidere cœperit eidem agenti, non obſtabit exceptio rei iudicatæ propter nouam poſſeſsionem. Item eam condemnare non poteſt, cùm ſit impoſsibile, & contra ius, quòd rem reſtituat, quàm nõ poſsidet, nec poſſedit: vel ad minus non deſijt poſsidere dolo. inf. de exceptio. c. aduerſario.

2 Tenere) † Not. quòd ſi in principio noſcitur ineptitudo actionis ſtatim iudex vel aſſeſſor libellum lacerare debet. ff. de aſſeſſo. l. 1. ſi autem ab initio neſcit, ſed ex poſtfacto perpendit ex probationibus, vel aliter decernit intentionem non tenere: vt hîc. ff. ſi men. fal. mo. di. l. 1. in princip. inf. de reſtitu. ſpo. cùm ad ſedem. & dummodò tolerabilis ſit petitio admittenda eſt, vt ibi dicitur, quia ſemper interpretrãdum eſt ſecundum actorem. ff. de iudi. l. ſi quis intentione. ineptam autem non iudicarem, ſi nec ipſe poſsideret nec reus: vt notat. inf. vt lit. non conteſt. c. quoniam.

3 § quòd ſi ſuper. † Non tenere) melius dicitur actio inepta, ſi ex his quæ proponũtur in libello appareat ineptitudo. ff. ſi men. fal. mo. dixe. l. 1. §. 1. Idem eſt ſi ex his, quæ poſtea proponit, appareat ineptitudo actionis: vt hîc. Idem eſt ſi notoria eſt ineptitudo, etiam ſi non proponat eam. inf. de offic. iudi. c. 1. Falſitas autem propoſitæ actionis nunquam reddit eam ineptam.

CAPVT XVI.

1 *Præceptores comparantur inſtitoribus.*
2 *An penes plures præceptores poſsit eſſe adminiſtratio.*
3 *Præceptor ſi bona fide contraxit inſolidum tenetur.*

QVM DEPVTATI. (Præceptores) argument. quòd adminiſtratores, ſine alterius licentia poſſunt agere, de hoc notat. ſupr. de reſcript. edoceri.

1 †Præceptores) hos comparo inſtitoribus qui præponuntur negotio dominico, quod habet locum, vbi domus quæ habet ſuperiorem præceptorem, qui inſtituit inferiorem, eſt domina, non tantùm domus inferioris, ſed etiam rerum eius, aliàs ſecùs. ff. de inſtito. l. 3. & l. cuicunque. §. 1. & §. ſed ſi fullo. ſed etiam comparo eos cuſtodibus, vel cõmendatarijs, vel viſitatoribus, vel vicarijs, qui curare debent & viſitare loca ſibi per magiſtrum commendata maiorem horum officium habes. 61. diſtinct. obitum. & c. ſeq. 63. diſtinct. c. plebibus. 70. diſtinct. ſanctorum. 8. q. 1. qui vos. ſup. de offic. vicar. per totum. 12. quæſtio. 1. quantùm ve. & q. 2. de laicis. & c. ſeq. videtur, quòd quando huiuſmodi præceptores poſſunt remoueri ad arbitrium ſuperioris, quòd non ſolùm hi præceptores, & alij prædicti agere poſſunt & conueniri pro loco eis commiſſo, ſed etiam ſinguli ſuperiores etiam & plures ſint, quòd poſſunt eos remouere. ff. de inſti. l. cuicunque. §. fi. & l. ſequẽ. inf. de reſti. ſpol. olim. C. de ſacroſan. eccle. l. ſancimus. ff. de tribu. procu. §. 1. ar. ff. de exer. l. 1. §. magiſtrũ. & §. eſt autem nobis. quia vt ibi dicitur electio eſt agentis, vtrum aliquem prædictorum conueniat, ſed in agendo præfertur maior, quia cùm poſsit ſubditum remouere ab adminiſtratione in totum, multò fortius à proſecutione cauſæ. argu. ff. de procu. l. in cauſæ. Si autem ſit perpetuus præceptor, id eſt, qui non poſsit ſine cauſa remoueri, tũc non poterit agere de rebus ad hunc locum pertinentibus, niſi in defectu præceptoris, vt not. inf. de reſti. ſpo. olim. & de teſta. cùm olim. nec eſt vis quòd ſuperior non poteſt amouere inferiorem ſine conſilio, & ſine cõſenſu aliquorum, quia nec etiam prælatus alia maiora negotia debet facere ſine conſilio capituli. inf. de his quæ fi. à prælat. ſine conſen. c. quanto. & tamen agere & conueniri poteſt ſine alicuius conſilio. ſup. de reſcript. edoceri. vbi non.

2 †Item non eſt vis etiam ſi omnia bona huius loci omninò ſint diſtincta â bonis maiorum domorum, dummodò remotio ſit ad velle ſuperioris, & ei obedire teneatur de ſtando ibi, & de recedendo, & quod conſtet, quia quando inde amouetur minor miniſter, ſuperior adminiſtrat, quia licet ſeparata ſint bona in tantum, quòd nõ poſsint portare ad maiorem domum, tamen adminiſtratio non eſt diuiſa, quæ benè poteſt eſſe penes plures præceptores, ſicut & penes plures tutores, vel alios adminiſtratores. de hoc. notat. ſup. de reſcript. edoceri. Alij dicunt & fortè melius, quòd non eſt vis, vtrum præceptor ſit temporalis, an perpetuus. Item non eſt vis, quòd poſsit remoueri ſine cauſa, vel non. Item an vacante domo veniat adminiſtratio ad ſuperiorem, an non. † Sed in hoc tantùm eſt vis, an ambo ſimul poſsint liberè

ministrare, & quis sit maior in administratione, & tũc ambo poterũt conueniri, & maior in agendo præferetur, & sicut est in exercitatoribus. ff. de exerc. l. 1. §. est aũt. & in patre & in filiofam. C. de bon. quæ libe. l. cùm non solùm. & idem in institoribus. ff. de insti. act. l. quicunque. & sæpè in præpositо & canonico, quando agitur de præbenda: vt nota. infr. de probat. ex literis. & in vicarijs. 93. distinct. c. fin. & 94. distinct. c. 1. Item non est vis, si totum lucrum, vel damnum ad aliquem spectat, dummodò alterius sit administratio: vt notat. sup. de rescript. edoceri. Fatemur tamen, quòd pro his locis religiosis multi agere possunt, & respondere, etiam si non habeant administrationem, sed non coguntur. de quibus nota. infr. de testi. cùm olim. plus placet quòd notat. infr. de relig. dota. cùm venerabilis. in gloss. ita episcopus. Ex dolo autem istorum præceptorum vel commendatariorum etiam in contractibus admisso, non tenetur locus, nisi sit factus locupletior. ff. quando ex fac. tut. l. dolum. C. quando ex fa. tu. l. si in re. ff. de trib. l. sed & si. §. 1. de hoc notat. infrà, de depo. grauis. ff. de act. empt. & vend. l. interdicto. De culpa autem præceptorum, tenetur insolidum locus, si potest seruari indemnis à præceptore, aliter non. ff. de admi. tut. l. si in prin.

a Iudicis arbitrio. Adde Fel. in c. trãslato. colum. 5. vers. & quæ dicantur. & Bald. m addi. Spec. in ti. de allega. & dispu. ver. si statutũ. & Fel. in c. cap. co. 3. in prin. sup. de rescrip.

3 †Si autem bona fide contraxit præceptor, tenetur insolidum, etiam si sit inde pauperior. inf. de preca. c. 2. ff. de mi. patri. §. si pecuniam. ff. de euic. illud. §. 1. sed potest in integrũ restitui si exinde grauiter sit læsus. ff. de mino. l. ait prætor. & l. quòd si minor. §. 1. executio autem rei iudicatæ, semper fit contra locum, sicut contra pupillum. ff. de re iudi. l. si se. §. 1. ff. de admi. tut. l. 2. Alij aliter dicunt in aliquibus prædictorum, dicitur autem dolo tutoris vel præceptoris factum, si accepit vel renuit scienter plus quàm deberet. ff. de tribu. l. sed & si. §. si seruus. & idem est, si non retinuit, quòd debet retineri. ff. de tribu. l. quòd in hærede. §. fi. si autem ignoranter, secùs dummodò restituat quàm citò potest. ff. de tribu. l. illud. §. si cuius. (Admittunt) & malè. (Allegantes) & malè.

CAPVT XVII.

QVALITER ET QVANDO, ET INFRA.

CAPVT XVIII.

CAVSAM. (Pœnæ.) Nota. causam suspicionis si fortè similem causam habeat iudex, benè enim diximus pœnæ. Vix enim omninò similis inueniretur, quando autem sit similis boni iudicis arbitrio *a* relinquatur. (Subrogantes) vtraque pars præsens erat, vel hoc notum erat Papæ, & modicum præiudicium partibus fiebat.

CAPVT XIX.

EXHIBITA NOBIS. (Contingentibus) pura de studijs eligentium, & meritis electorum. (Interlocuti) & malè, quia iudices erant, & non inquisitores. Item malè quia exceptiones istæ, ante ingressum negotij ponendæ & probandæ sunt, vtpotè quæ sunt dilatoriæ vel peremptoriæ fori. Dicit enim aduersarium fore repellẽdum à foro, quia excommunicatus est, vel cõspirator. arg. C. de excep. l. vlt. probatio aũt aliquarum exceptionum facienda est secundũ quod lex docet. C. de excep. l. si quidem. (Inquirerẽt) huius erroris causam præstitit verbum, quod in literis Papæ continebatur. s. inquirerent. † Inquisitores) ex hoc videtur, quòd si quis procedit inquirẽdo, quòd simul potest cognoscere de principali & de exceptione, sed hoc nõ est verum, quia siue proponatur exceptio cõtra id, de quo fit inquisitio, secũdum quod loquitur. inf. de pur. ca. cùm dilectus. sup. de fil. presby. veniẽs. siue excipiatur cõtra personã iudicis inquirẽtis, siue contra personã ministri inquisitionis: vt inf. de accu. veniens. & c. cùm oportet. semper primò cognoscendũ est de exceptionibus. C. de excep. si quidẽ. Quando tamen iudex ex proprio iudicio procedit, vel ex officio ministerium inquisitionis cõstituit, tunc etiã si cõtra istũ ministrum proponatur exceptio, tamen ex officio suo procedet illo ministro remoto, & sic intelligitur quòd hîc dicitur, licet hi iudices cogitarent de iure esse, quòd si essent inquisitores, quòd liceret eis procedere simul super exceptiõibus à principali, tamẽ nõ erat verum. † Contestata) & malè, quia tunc demũ in electione proceditur lite non contestata, cũ pars est cõtumax, aliàs secùs. inf. vt lit. non conte. c. quoniam. §. porrò. imò quod plus est, si excipiatur contra electum, facienda est litis contestatio. super exceptionibus, aliter nõ tenet,

tenet, quod agitur. sup. de elect. dudum eccle. rotho. Alij aliter dicunt & fortè nõ malè, scilicet, quòd ibi non fuit facta lit. contest. super exceptionibus, sed super principali actione.

CAPVT XX.

VENERABILIS. (Perijsse. C. de iudi. properandum. Procedas) cognoscendo de negotio à capite, si verum est, quod lapsum sit triennium. In hoc enim errabat Cremensi, quia licet sit triennium elapsum, & si perierit instãtia iudicij, non tamen perijt iurisdictio, quæ est perpetua. C. de iudi. properandũ. C. de consti. pecu. l. 2. C. de præscrip. 30. ann. vel 40. l. vlti. & de diuer. rescrip. l. falsa. Vel dic, quòd secundum canones lapsu termini non perijt instantia iudicij, vt hîc. Vel dic hîc obtinere, vbi per cauillationes aduersarij protrahitur negotium vltra terminum, aliàs secùs. argumen. C. de temp. in integ. resti. l. petendæ.

CAPVT XXI.

SIGNIFICAVERVNT. (Rectorem) villæ non ecclesiæ. (Coëgit) videtur, quòd benè. C. de iudic. l. nulli. inf. de cau. pos. c. 1. Sed contrà quod sequitur. Sol. illa loquitur quando simul agitur possessorio & petitorio. Hæc autem quando iam finita lite, intendit de proprietate. (Postea) siue ab initio monasterium egit interdicto vnde vi, & adhuc expoliatio manet, siue à princi. egit vti possidetis, & post sententiam spoliatum est de nouo negando admittere electum ab eis in rectorem semper legitima exceptio est, non respondebo de proprietate, nisi restitutus fuero. inf. de ord. cog. cum dilect. idem etiam esset si petitorio egisset. argumen. inf. de app. constitutis. (Respõdere) petitioni monasterij, quod petebat electum suum pro rectore haberi. (Obstante) contrà. C. de fer. l. omnes. ff. de fer. l. prima. Solu. illa locum habent, quando singulares personæ conueniuntur, quas graue est ab opere rustico aduocare, sed in vniuersitate quæ per vnum syndicum litigat secùs, vel hoc ideò est, quia periculum est in mora, si transit sine regimine, vel potius ipse ex hoc quòd electum eorum non admiserunt, iterum possessionem admittere videntur. Item in ferijs tractantur publicæ causæ. C. de ferijs. l. omnes iudices.

CAPVT XXII.

IVRIS ESSE. Ambiguum) sic nec posset ei præcipere, quòd iret ad sanctum Iacobum. Ea enim sola mandare potest, sine quibus implere mandatum delegantis non potest. sup. de offic. delegat. præterea. C. de iura. calum. l. secunda. † Criminalis) nam in criminali non constituitur procurator. 3. quæstio. 9. per totum. ff. de publi. iud. pe. §. 1. sed nec in omnibus criminalibus cogitur personaliter comparere. ff. an per alium cau. ap. l. 1. hoc autem criminaliter intellige largè, vt comprehendat etiam pupillarem. ff. de procur. l. licet. (Pro veritate.) ff. de procur. l. si actor. C. de procur. l. fin. (Calumniæ) quod per principales personas præstandum est. C. de iura. calum. Authen. principales. & not. inf. de iura. calum. c. Imperatorum.

TITVLVS II.

DE FORO COMPETENTI.

CAPVT I.

SI QVIS CLERICVS. (Proprium) Et si fecerit siue in criminali, siue in ciuili iudicio, vel negotio punitur. 11. quæstio. prima. inolita. placuit (Consilio) aliter non licet, vt not. sup. de arbit. c. contingit. (Alios) quibus episcopus delegabit causam, vel etiam sine delegatione.

CAPVT II.

NVLLVS IVDICVM. Secularium vel ecclesiasticorum talium, tamen qui in eos iurisdictionem non habent. (Minores) conuersos oblatos. (Sine permissu) maximè, quia nec cum permissu, si sint seculares. (Condemnare) nisi in causa reconuentionis. infrà, de mu. peti. capi. 1. & 2. (Sequestratus) per sententiam.

CAPVT III.

SANE SI EPISCOPI. (Locus) Not. de rescrip. dilectus filius. inf.

CAPVT IIII.

SI QVIS CONTRA. (Executor) id eſt, delegatus, qui de tota cauſa cognoſcat (Actor) ſcilicet, quòd epiſcopus deleg. totam cauſam. (Compellat) hoc videtur correctum. inf. de app. cum ſpeciali. inf. eod. ſed vbi dicitur, quòd ſi iudex de recuſatoris aſſenſu non potuerit delegare, cauſam ad ſuperiorem remittat, vel dic illam loqui de delegato, hãc de ordinario ſecundum. l. autem etiam debebat dare iudicem qui de toto negotio cognoſceret. C. de iudi. cùm ſpecialis. hoc prius dictum magis placet in ordinario ſecundum canones (Ipſius) epiſcopi (Lege) quæ loquitur de executione. C. & ff. de re iudi. l. 2. & 3. §. ſi quis. C. de excep. rei iudi. l. vlti. & de vſur. rei iudi. l. vlti.

CAPVT V.

SI CLERICVS LAICVM. (Suas) hoc ideò dicit, quia ſi cõſtaret res eſſe eccleſiæ [a], quas laicus poſſideret coram iudice eccleſiaſtico agi debet, puta ſi ageret ex legato, vel ex locato vel conſimilibus. (Trahi) niſi agatur de ſpoliatione vel qualibet oppreſsione. 16. quæſtio. prima. in canonibus. 24. quæſtio. tertia. ſi quis de potentibus, de hoc not. inf. eod. cùm ſit.

[a] *Eccleſiæ. Et ſic qualitas ipſa quãdo eſt de ſubſtantia debet probari ſicut factum principale. Adde Pet. de Anch. qui ita põderat in cõſil. 253. incip. in põne preſbyteri. & Alex. in cõſ. 79. col. 2. in prin. in 1. vol. faciunt ad prædicta quæ ponit Bar. & Alex. poſt eum. in l. non ſolùm. §. ſed vt reprobari. ff. de op. noui nu. & q̃ ponit ipſe Alc. in cõſ. 100. colũ. 2. ver. oportebit. & in cõſ. 119. col. 3. in princ. in 1. vol. & in cõſ. 177. colum. 4. ver. his præmiſſis. in 2. volum.*

CAPVT VI.

EX TRANSMISSA. (Tuæ) ex hac decre. apparet, quòd dominus poſsit eſſe delega. iudex inter homines ſuos, ſed argum. contrà. inf. vt lit. non conteſta. accedens. 2. Sol. licet Papa domino horum militum commiſerit cauſam ex certa conſcientia, nihilominus tamen non poteſt recuſari. Non enim videmus cauſam, vel rationem, quia Papa velit auferre parti ſuam exceptionem, niſi diceret non obſtante exceptione recuſationis. Vel dic, quòd ad hunc cui ſcribebat pertinebat cognoſcere ordinariè de hac cauſa, quia ipſe erat ſuperior dominus, à quo tenebatur feudum, & ideò vel in defectum medij domini, quia appellatum eſſet ad eum, non ad ordinarium pertinebat cognitio, vt not. ſup. de iudi. cæterùm. (Imponas) de hoc not. ſup. de iudi. cæterùm.

CAPVT VII.

1 *Quilibet dominus ſuper rebus feudalibus iuriſdictionem habet, & etiam ſuas poteſt exequi ſententias, vt in nu. 2.*

3 *Laicus cognoſcere non poteſt de crimini bus clericorum.*

Crimen propriè non obijcitur clerico, ſed cõtra laicum qui eum produxit.

Eccleſia non eſt priuanda feudo propter delictum perſonæ.

VERVM. (Conſecratus.) Ita mandat de facto, quia conſecratio imminebat, aliàs ſufficit, quòd confirmatus eſſet. ſup. de elect. noſti. vel etiam ſine confirmatione, ſi eſſet in partibus remotis. ſup. de elect. c. nihil eſt.

1 †De feudis) quilibet dominus quantumcunque vilis etiam ruſticus ſuper rebus feudalibus iuriſdictionem habet per l. Federici: vt nota. ſup. de iudi. cæterùm.

2 †Item videtur, quòd cùm quilibet dominus ſit iudex ordinarius, quòd ſuas ſententias exequetur, & etiam laicus contra clericos vaſallos, nec incidit in excommunicationem, ſi eos reſiſtentes compellat. argumen. inf. de reſti. ſpo. olim. Hoc autem dicimus, ſi principatus, vel comitatus, vel caſtelliana, vel alia huiuſmodi cõcedantur in feudo, quia ſi de eis agitur inter aliquos, coram domino feudi agendum eſt, & ſi coram vaſallo clerico inter ſubditos agatur comitatus, dominus feudi eſt appellandus, non Papa. ſup. de maio. & obed. ſolitæ.

☞ †Item videtur aliquibus quòd ſi de iſtis feudis agitur inter aliquas eccleſias, & in caſibus, in quibus ſub domino feudi agendum eſt inter laicos, & inter eccleſias agetur, quia in fauorem dominorum hæc iuriſdictio eſt eis ſeruata, vnde poſſunt ad ſe cauſas huiuſmodi reuocare etiam inuitis litigatoribus. ſup. capi. proxi. & ſubditi clerici coram dominis ſuis clericis, vaſallus tamen ſuperiorum dominorum laicorum, ad dominos laicos appellare debet, alij contrà. Si autem Baroniæ prædictæ non concedantur in feudo, ſed ſimpliciter, tunc in nullo tenetur donatori etiam de alijs muneribus, quæ prius ſubibat Baronia. infrà, de dona. cùm dilectus. Si autem retinuit ſibi munera illi præſtabuntur, dummodò ſint honeſta, vt not. infrà, de immu. eccle. non minus. Dicunt autem quidam, quòd ſi Baroniæ vel quæcunque alia bona dentur eccleſiæ ſub condicione, vel cum eo tenore, quòd

re, quòd ſi eccleſia non ſubierit onera impoſita, quod licet laico ſua authoritate capere, q̃ poſsit capere ſua authoritate, arg. inf. de cõdi. ap. verũ. C. de pig. act. pignoris cauſa. C. de pig. l. 3. ff. de pig. act. q rati.

Sed nos contrà credimus, & maximè ea ratione, quia cùm rerum iſtarum dominium ſit eccleſiæ quæſitum ſanctum ſanctorum eſt domino, & ideò per nullũ poteſt capi niſi authoritate iudicis eccleſiaſtici, quia ſacrilegium in eis committitur. 12. quæſt. 2. nulli liceat. & c. ſeq. & not. inf. c. proxi. †Si autem non eſt de rebus feudalibus, quia eorum dominium nõ eſt ſanctum ſanctorum domino, tũc illud remaneat penes dominum, licet fructus & alia vtilitas ſit vaſalli. ad hoc faciunt. 10. quæſtio. 1. c. 2. & c. ſeq. videtur ex præmiſſis, quòd fructus rei feudalis poſtquã percepti ſunt, quòd dominus nihil in eis poſſit, cùm iam ſint ſanctum [a] ſanctorum domino facti, licet dixerimus, quod contra clericum poſsit agi ciuiliter & coram domino, & coram paribus ad amiſsionem feudi, non tamen poteſt agi ad hoc idem criminaliter, nec etiam ciuiliter propter crimen, ſed remittenda eſt cognitio ad prælatum ſuum, etiam ſi feudum ſit paternum. Sed ſi fuerit condemnatus per prælatum ſuum de proditione, vel de alio crimine propter quod debebat feudum amittere, tunc dominus auferet feudum pro velle ſuo, & ſi fuerit abſolutus, tunc vlterius dominus non poterit ei propter crimen feudum auferre.

3 †De crimine enim clericorum, nec directè vel incidenter poteſt laicus cognoſcere, ſicut nec de legitimate. arg. ſup. c. proxi. at ſi. inf. de ordi. cog. tuam. inf. qui fil. ſint legi. lator. inf. eod. poſtulaſti. Nec ob. ſi dicas [b], quia contra clericum productum in teſtem coram laico obijcitur crimen, & probatur, vt à teſtimonio repellatur. inf. de teſti. teſtimonium. ff. de teſti. teſtimonium. quia non propriè obijcitur crimen clerico, vel contra clericum, ſed contra laicum, qui eum produxit, & quia ipſe ex eius repulſione pœnam patietur, & non clericus, quia eius teſtimonio non creditur, ſi autem feudum nõ eſſet paternum, ſed eccleſiæ, tunc conſtat, quia pro delicto perſonæ non eſt eccleſia priuanda feudo. 16. q. 6. ſi epiſcopum. (Pertineant) id eſt, ſi ſit feudum eccleſiæ. (Imperiali) id eſt, ſi ſit feudum Imperatoris.

CAPVT VIII.

1 *Cogenda ſunt ſeculares poteſtates cenſuris eccleſiaſticis iuſtitiam miniſtrare.*

2 *Sacrilegi ſunt rapientes res eccleſiaſticas. Eccleſia an & quãdo poſsit cognoſcere de rapina, & poteſt iudicare quandocunq; de re eccleſiaſtica agitur.*

CVM SIT GENERALE. 11. quæſtio. 1. experientiæ. C. de iuriſdict. om. iud. iuriſdictionem. C. vbi & apud quos in integ. reſtit. po. l. quoniã.

1 †Iudices) nam poteſtates ſeculares cogendæ ſunt per cenſurã eccleſiaſticam iuſtitiam abſque negligentia facere, & malefacta corrigere. 23. quæſtio. quinta. administrator. †Sacrilegi) no. raptores rerum eccleſiæ eſſe ſacrilegos. ſimile. 16. quæſt. quarta. & c. ſicut qui. & in multis alijs. c. eiuſdem quæſtionis. Et idcircò pertinet ad iudicium eccleſiæ. 12. quæſtio. 2. nulli liceat prædia. & c. de laicis. imò etiam ſi dubium ſit, puta quia negetur rapina, tamen cognoſcet eccleſia. 16. quæſtio. 1. in canonibus. 24. quæſtio. 3. ſi quis depo. vbi etiam dicitur, quòd non ſolùm de rapina, ſed de qualibet etiam oppreſsione, & non ſolùm clericorum, ſed omnium pauperum cognoſcet, imò ſi de fraude habita in contractu eccleſiæ agatur, vel etiam ſine fraude contractus inirus nullus dicatur eccleſia cognoſcet. 12. quæſtio. ſecunda. Apoſtolicos. imò quocunque modo de re eccleſiaſtica agatur, cognoſcet eccleſia. 12. quæſtio. 2. quicunque mili. Oportet tamen quòd ſemper in petitione mentionem faciat de oppreſsione, vel fraude, vel minus legitimo contractu, & ſup cauſa illa fundet petitionem ſuam, & ſi pars aduerſa neget, nihilominus procedetur in cauſa principali, & ſi nõ probauerit fraudem, vel illicitum cõtractum, abſoluetur reus ex illa cauſa, ſed iterum poterit agere alia. ff. de excep. rei iu. & an eadem. Si autem velit proponere in libello, quod non pertineat ad fraudem, vel oppoſitionem, vel q̃ ſit minus licitus contractus, puta quia non fuit in præſentia clericorum aliquorum, nõ auditur, niſi coram iudice ordinario rei. ſup. e. ſi clericus. Tamen quidam dicunt & non malè, quòd etiam ſi dicatur cõtractus aliquis tenere, ſi petat reſtitutionem coram eccleſia agetur, & idè ſi dicat alicuius canonici nõ interueniſſe cõſenſum. ar. prædictorũ. c. & c. ſi clericus. non contra dicit, quia loquit vbi agitur rei ven. vel de po. vel conſimilibus, in quibus nullo ſpeciali iure iuuatur eccleſia, de talib' enim benè cognoſcet iudex ſecularis.

[a] *Sanctum. Adde Pet. de Anch. in conſi. 113. colũ. 2. in prin. inci. in re quæ loquitur.*

[b] *Nec ob. ſi dicas. Adde Car. in conſi. 25. col. fi. ver. ſic ad vltima. inci conſi. ad dubia ſinguloris.*

CAPVT IX.

QVOD

QVOD CLERICIS. ET INFRA. CAPVT X.

1 *Tempus datæ eſt inſpiciendum quando quæritur de viribus reſcripti.*
Quæ coniunctio ſit inter Papam & Imperatorem.
2 *An ſuccedat Papa in iure Regis vel Principis negligentis.*
3 *An & quando iudex eccleſiaſticus poſſit ſe commiſcere ſeculari iuriſdictioni.*
4 *In dubijs occurrentibus ſemper recurrendū eſt ad Papam.*

LICET EX SVSCEPTO. (Irritas) cùm enim Papa in eis iuriſdictionem non habeat, iuriſdictio vel literæ datæ contra eos nō valent, nec quod per eas fit. arg. C. ne de ſta. defun. l. penul. & videtur mirum, quòd pòſt ſubiūgit dummodò, etc. quia ſi irritæ ſunt, quomodo per negligentiam conualeſcunt. Item quid ſi iudex negligens erat tempore impetrati reſcripti, ſed reſcriptum de negligentia non facit mentionem. Item quid ſi tempore impetrationis non erat negligens, ſed modò eſt negligens. Item quid ſi fuit ſolicitus in incipiēdo cauſam, ſed negligens in terminando. Ad hoc ſic reſpondeo, quòd literæ huiuſmodi nullæ ſunt, ſicut hîc dicit text. nec tractu
1 temporis conualeſcūt, † quia quādo quæritur de viribus reſcripti, tempus datæ inſpiciendum eſt, ſup. de reſcrip. eam te. & ideò ſi tempore datæ non erat negligens iudex ſecularis, quantumcunque poſtea fiat negligens, non ideò conualeſcunt literæ. Clauſula autem quæ hîc adducitur, ſcilicet, dummodò, etc. non contradicit, quia non eſt is ſenſus eius literæ, vt literæ prius impetratæ valeāt, ſi contingit iudicem ſecularem fieri negligentem, ſed hoc vult dicere, quia cùm fuerit negligens, q̄ ab eo poſsit appellari ad Papam, & ſuper appellatione licitè aliæ literæ impetrari. (Ad tuam) hoc ius habet epiſcopus in terra, quòd ad eum appellatur, ſed ad Papam iure imperij appellatur.

☞ † Vacante) hoc eſt propter defectum imperij. In iure enim tantùm imperij Papa ſuccedit, vnde ſi alius rector alij ſuperiori, quàm Imperatori ſubditus negligens eſſet in reddenda ratione, vel non eſſet rector in aliqua terra, tunc non deuoluetur iuriſdictio ad Papam, ſed ad proximū ſuperiorem, nam ſpecialis coniunctio eſt inter Papam & Imperatorem, quia Papa ☞ eum conſecrat & examinat, & eſt Impe-
rator eius aduocatus, & iurat ei, & ab eo imperium tenet. ſup. de elect. venerabilē. 63. diſt. ego. & c. tibi domino. & inde eſt, quòd in iure quæ ab eccleſia Romana tenet ſuccedit Papa, imperio vacante. Sed quid ſi non ſit negligens, ſed ſubditi ſunt, ſic inobedientes quòd non poſſunt facere iuſtitiam, tunc non credo, quod ſuccedat in iuriſdictione eius, ſed debet eum iuuare & domare rebellionem ſubditorum. ar. 96. diſt. cauſam. ad verum.

2 † Sed quid ſi alius Rex eſt negligens, vel alius Princeps, qui ſuperiorem nō habet, dicimus, idem, ſcilicet, quod ſuccedit in iuriſdictione eius. arg. 15. q. 6. item alius. & ſup. de elect. c. cùm inter vniuerſas. in fi. ſed hoc non facit, quod ab eo teneat regnum, ſed de plenitudine poteſtatis quā habet, quia vicarius eſt Chriſti. ſup. ti. pxi. c. nouit. ver. non enim. Vel dic, quòd vacantibus regnis, non poterat ſe intromittere, niſi ante peteret in modum denunciationis, vt prædicto. c. nouit.

3 † Imperio) hîc eſt vnus caſus, in quo iudex eccleſiaſticus poteſt ſe immiſcere ſeculari iuriſdictioni, ſcilicet, cùm imperiū vacat, tamen de iuriſdictione tantùm quæ ad imperium pertinet. inf. eo. c. proxi. Secundus, quando iudex negligit facere iuſtitiam viduis, vel etiam diuitibus. inf. eo. ex tenore. & no. ſup. de offi. deleg. ſignificantibus. Tertius. 23. quæſt. 5. adminiſtratores. Quartus. 24. quæſtio. 3. ſi quis depo. & c. ſoli. Quintus, quādo propter difficultatem variatur quæſtio inter iudices. inf. qui fi. ſint leg. per venerabilem. Sextus, inf. de app. ſi duobus. Septimus, in denunciatione, ſup. titul. proxi. nouit. Octauus, cùm iudex ſecularis eſt ſuſpectus, vt hîc. & in Authen. vt diff. iud. Authen. §. 2. & vlti. col. 9. Nonus, ratione connexitatis, quia ex quo de matrimonio cognoſcit. & de dote. inf. de dona. inter vir. & vxo. de prudentia. Decimus, in caſibus quos not. ſup. eod. cùm ſit. & ſup. de ſud. nouit. in gloſſ. no. crimen. Vndecimus. 89. diſtin. c. iudicatum. & 12. quæſt. ſecunda. eccleſiarum. 11. quæſtio. 1. aliud hoc verè & vtiliter hîc ſunt notata.

Sed dicet aliquis, hoc ſummi Pontifices ſtatuere pro ſe, vnde cùm nō ſine culpa ſacrilegij loquatur, non eſt ſibi tanta fides adhibenda. ff. de inter. ac. l. de ætate. §. 1. ſed hi ſi diligenter attendunt quod dicunt, veri ſacrilegij culpam incurrunt.

☞ † Quod vt melius intelligas prænominata no. quòd Deus creauit in principio cœlū & ter-

ram, & omnia quæ in eis ſunt, angelicam & humanam naturam, ſpiritualia & temporalia, ipſaq; per ſeipſum rexit, ſicut factor ſuam rem gubernat, & homini quem fecit præcepta dedit, & tranſgrediendi pœnā impoſuit, vt Geneſ. 2. ex omni ligno, etc. ipſis etiam peccantibus pœnam impoſuit per ſeipſum, ſcilicet, Adæ & Euę. Geneſ. 3. mulieri quoque dixit, etc. & ibi Adæ verò dixit, etc. Qualiter autē Chain per ſeipſam puniuerit, & Lamech & Chā, & quoſdam alios in eo. lib. Geneſ. 4. & 5. legitur. & ſic recto mundo per ipſum Deū vſque ad Noë. Et tempore Noë cœpit Deus creaturas ſuas regere per miniſtros duos. Primus fuit Noë, de quo quod fuerit rector populi, ex eo apparet, quòd ſibi dominus gubernatorem Archæ per quam eccleſia ſignificatur commiſit. Geneſ. 5. & 6. cap. Item quia etiam dominus Noë & filijs rectoriam, & legem ſibi dedit. Geneſ. 9. de Noë etiam licet non legatur ſacerdos fuiſſe, officium tamen exercuit ſacerdotis ſtatim poſt ingreſſum Archæ antequam leges populo daret. Geneſ. 8. ædificauit autem Noë, quòd officium ſacerdotis ſimul Abel & Chain primò fecerant. In hac autem vicaria ſucceſſerunt Patriarchæ, Iudices, Reges, Sacerdotes, & alij qui pro tempore fuerunt in regimine populi Iudæorum, & ſic durauit vſque ad Chriſtum, qui fuit naturalis dominus, & Rex noſter, de quo dicitur in Pſalmo:
4 Deus iudicium tuum Regi da, etc. † Et ipſe Ieſus Chriſtus vicarium ſuum conſtituit Petrum & ſucceſſores ſuos, quando ei dedit claues Regni cœlorum, & quando
a dixit ei, paſce a oues meas, licet in multo diſtincta ſint officia & regimina mundi, tamen quandocunque neceſſe eſt ad Papam recurrendum, ſiue ſit neceſsitas iuris, quia iudex dubius eſt, quam ſententiam de iure proferre debeat, vel neceſsitas facti, quia alius non ſit iudex ſuperior, ſiue facti, puta quia de facto minores iudices non poſſunt ſuas ſententias exequi, vel nolunt, vt debent iuſtitiam exercere. inf. qui fil. ſint legit. per venerabilem.

De Iudæis autem Saracenis & Gentibus, & ſchiſmaticis quomodo ad Papæ iuriſdictionem pertinent. not. inf. de vo-
☞ to & vo. redem. ſuper his. † Ad te) hoc ius habet epiſcopus in terra, ſi non poſſunt conuenire de aliquo, cui recuſatus deleget totam cauſam. infrà, de appel. cum ſpeciali. & not. ſup. eod. ex tranſmiſſa.

Vel hoc eſt verum, ſi placet partibus, aliter ipſe recuſatus poſſet cogere partes ad eligendum arbitros, qui de tota cauſa cognoſcerent, de hoc not. ſup. eod. ſi quis. (Ad nos) propter defectum imperij vt dictum eſt.

CAPVT XI.

EX TENORE. Viduis.) De hoc not. ſup. de offic. deleg. ſignificantibus. (Eccleſiaſticum) ſup. de iud. quanto. Terminetis) authoritate p̄ſentium literarum, melius credo, quod authoritate præteritarum, nec eſt contrarium ei, quod not. ſup. eod. c. proxi. vbi diximus, quòd literæ Papæ impetratæ, antequam iudex ſecularis ſit negligens ſunt nullæ, nec lapſu temporis conualeſcunt. Hîc autem contrarium dicimus, ſcilicet, quòd literæ valent, & quòd tractu temporis procedatur per eas, ſed illud eſt ea ratione, quia ibi Papa nullam habet iuriſdictionem, niſi per appellationem ad eum cauſæ deferantur, hîc autem ſecùs eſt, quia Papa iuriſdictionem habet ſuper viduas, ſed de gratia defert iudicibus ſecularibus, vt non procedat iudex eccleſiaſticus, niſi propter negligentiam laici iudicis.

CAPVT XII.

1 *Iuri priuato quod tantùm in fauorem alicuius introductum eſt renunciari poteſt, ſecùs in iure publico.*

SI DILIGENTI. & inf. (Renunciare) innitens iuri quod eſt. C. de pac. ſi quis in conſcrip. (Publico.) ff. de pact. publicum. C. de iuriſdi. om. iudi. l. 3. inf. de teſta. requiſi. ff. de procur. filius. §. veterani. ff. de poſtu. quos prohibet. C. de iuramen. calum. l. vlti. contra. ff. de arbi. diem. §. ſi quis. inf. de re. & tranſact. ad Apoſtolicam. ff. de pact. iuriſgentium. §. idem. inf. de priui. accedenti. ff. à quib. app. non licet. l. 1. §. 1. ff. de pact. paciſci. ff. de mino, ſi iudex. C. de temp. app. l. vlti. in fi. ff. de fer. l. 1. contrà. Solu. iuri
1 priuato, † quod tantùm in alicuius fauorē introductum eſt renunciari poteſt, ſecùs in iure publico, quod eſt introductum in fauorem ordinis & odium, quale eſt hîc, quod in fauorem clericorum, & odium laicorum eſt introductum, ſunt enim laici clericis oppido infeſti. 2. q. 7. laicos.

a Paſce oues. *Adde eundē Innoc. in c. ſuper his. col. 1. in fi. & ſeq. inf. de voto. Abba. in ſua diſputa. incipit. epiſcopus, & quidā reflor. coll. 19. & Feli. in c. translato. col. 5. ver. & adde. ſup. de cōſtitu.*

Indè

Inde eſt, quòd mulier renunciat fauorabili beneficio Velleiano.ff. ad Velle. l.vlt.C.eod.l.iubemus.ſed filiusfami.non poteſt renunciare Macedo. & in integrũ reſtitu. odioſis. ff. de mino. ſi iudex. Vel poteſt dici,quòd iuri publico authoritate & vtilitate non poteſt renunciare,publico autem tantùm authoritate poteſt. ff. de pact.l.paciſci.& ideò iuri publico quod conſiſtit in ſacris ſac.& ma.renunciari nõ licet. 1. diſtin. ius priuatum. (In Mileuitanenſ.)concilijs.11.quæſtio. prima.inolita placuit. †Protrahant.)No.ſufficit trahere,& ſi non perſiſtat vſque ad ſententiam.Item quòd hîc loquitur de actore. 10. quæſtio.prima.inolita.in ſequentibus autem loquitur in reo, & in ciuili & in criminali.11.quæſtio.prima.placuit.quòd tamen intellige verum,vbi inuitus trahitur (Purgare) id eſt, cauſam ſuam examinare.(Perdant) per ſententiam non ipſo iure.argumen.ſup.de elect.bonæ memoriæ. C.de aſſeſ.l.1.in fin.

CAPVT XIII.

1 *Non poteſt archidiaconus delinquentem in ſuo archidiaconatu excommunicare,niſi ſit ſubditus eius.*

CVM CONTINGAT.(Cohabitatione) niſi pro leuib⁹ criminibus & ſine iudicio. ff.de pe.l.reſpiciendum.

1 † Ex indulgentia) licet enim domini eorũ ſint iudices ordinarij, nõ ſunt tamen iudices ſuper ſubditos,qui eos eligunt in prælatos,& ſic non ſunt iudices ſeruientium, non enim ratione territorij vel fori cùm non habeat territoriũ, iuriſdictionem non quærit, vnde archi. non poteſt excommunicare delinquentẽ in ſuo archidiaconatu, niſi aliàs ſit ſubditus eius, epiſcopus autem habet forũ ſiue territorium in tota dioceſi ſua.ar. ſup.eo. ſanè.ar.ſup.de offi.ordi.c.1. Vel potes dicere & melius, archi.& multos alios prælatos qui habent prælationes ſuper certas parochias,vel certa loca,habere territorium, & ibi poſſe exercere iuriſdictionem ſuam,in certis tamen capitulis,vt no.ſup. de offi.archi.ad hæc.capitulum autem, & alij de quibus hîc loquitur,licet ſuper aliquos habeant iuriſdictionem nullum territorium habent,& ſic intelligo.89.diſtin. iudicatum. Non enim ruſticos eccleſiæ iudicabit prælatus ipſius, ſed epiſcopus nec officiales ſuos iudicabunt clerici,niſi ipſi clerici ſuper villas quorum officiales ſunt, iuriſdictionem haberent. & dicunt quidam,q, vbicunq; poterunt cognoſcere,ſicut arbiter, & diffinire cauſas eorum qui ſuę iuriſdictionis ſunt,ſed non poſſunt eas mandare executioni. C.de iur.om.iu. l.ſi. Alij dicunt, quòd non poſſunt exercere iuriſdictionem, niſi in locis, vbi conſuetudo vel priuil.eis dat iuriſdictionem, vel in locis vbi morantur,nam capitulum Beluacen. extra terminos capituli ſuper ſuos ſeruientes non habebit iuriſdictionẽ.

CAPVT XIIII.

1 *Conuenire quo in loco quis poſſit.*
Executio ſententiæ vbi & per quem iudicem fieri poſſit.
Conſuetudo ſuper rebus an & quando valeat.

POSTVLASTI.(Sententia) ſuper crimine de quo accuſatur quæ erit talis,condemno te de tali crimine,& poſtmodum pœnæ executio ſit ſecundum canones, qui præcipiunt criminoſos & damnatos deponendos. 25. diſt. primum.niſi ex diſpenſatione tolerentur. ſup.de iudi.at ſi clerici.interdictum enim erat pœna depoſitionis. C. vbi de cri.agi opor.Authẽ.qua in prouincia.& excom-
1 municationis. inf.de app.c.1. †Itẽ credo, q, poſſit ſuſpendere perpetuò ab eccleſia q̃ in alia dioceſi ſita eſt, & ſi ciuiliter ageretur non ſolùm coram iudice,vbi res ſita eſt, ſed etiam vbi habet domicilium valet conueniri.arg. ff.de iudi. quod legatur. §. 1. ſed ſententia mandabitur de facto tantùm executioni per eũ, in cuius territorio res eſt.ff. de iudi.à diuo.§.2. In perſonaautem eius in maioribus criminibus is in cuius prouincia deliquit exequatur. ff.de re mili. deſertorem. in princip. Authen. vt nulli iu.§.ſi quis verò comprehen.†Si autem aliquis habet poſſeſsionem in iuriſdictione alicuius domini, ſed non habet ibi domicilium , & offendat dominum vel aliquem ſubditum eiuſdem domini, ipſe per ſe non poteſt facere inde vindictam etiam in poſſeſsionibus,quas habet in ſuo diſtrictu, ſed iudicem,vbi habet domicilium adire debet,ſed ſi ille iudex non faceret iuſtitiam proſequeretur iuſtitiam ſuã, ſecundum tenorem canonis. 23. quæſtio. ſecunda. dominus. ſed ſi poſſeſsiones deberent aliqua munera realia,ſiue ordinaria,ſiue alia,benè eum per occupationem poſſeſsionum, quas habet in iuriſdictione ſua

ſua diſtringeret. C. de ſac. ſan. eccle.placet.iubemus nullam nauem.Sed ad reſpõdendum coram ſe in iudicio coget eum, nec hoc poteſt induci conſuetudine, vel ſtatuto, quæ non valet,niſi ſuper perſonis ſuæ iuriſdictionis, quale non eſt hîc,quòd ille qui non habet ſub eo domicilium,coram eo reſpondeat. Sed hîc fortè poſſet ſtatui,quòd bona cuiuſcunque, qui committeret talem offenſam confiſcarentur, vel offenſi applicarentur , quia in rebus valet ſtatutum vel conſuetudo, quia ſunt de eius iuriſdictione.argum.C.de ſac.ſan. eccle.iubemus nullam nauem.nec debet talis conſuetudo rumpi per extraneos. 8. diſtin. quæ contrà.tamen & in hoc caſu videtur,quod ante occupationem bonorum,debet per ſuum iudicem condemnari, ſed in hoc caſu cùm agit in rem coram iudice rei, de qua agitur conuenietur.C. vbi de poſ. agi.l. vna.C.vbi in rem act.l.1. C.vbi de fideicommiſ.l. vlti. ff. de iud. q, legatur. §. ſi inter. & idem eſt ſi creditor agit hypo. vel vti poſſidetis, quia in rem eſt, ſed ſecùs eſt ſi debitor agit pignoratitia, quia perſonalis eſt , vt infrà , de pig. cùm contrà.

CAPVT XV.

1 *Domicilium pluribus in locis haberi poteſt.*
Dietæ computantur à loco, vbi res ſita eſt. & num. 2.
2 *Exceptiones peremptoriæ ſi cõtra literas proponantur, non eſt audiendus obijciens.*
Exceptiones peremptoriæ quando non admittantur.
3 *Clerici cõueniri poſſunt coram domino feudi.*

EX PARTE. B. (Dotalitij) id eſt, donationis propter nuptias non habuit neceſſe hoc dicere, quia etiam violentus prædo reſtituendus eſt. inf. de reſti.ſpol.in literis. (Spoliata) agebat enim interdicto vnde vi.

1 †Replicatum.)& benè.nam domiciliũ poteſt haberi in pluribus locis, ſi vtrobique plenè inſtitutus ſit.ff.ad municip.l. aſſumptio. §. verùm.& l.filij.§.ſenatores. ff.de ſenato.l.ſenatores.Idem eſt,ſi ibi haberet magnam partem bonorum ſuorum, vel larem, id eſt, familiam, vel ſi nihil ibi haberet, aſsiduè tamen conuerſatur ibi. C.vbi ſe.l. 2. tamen ſola domus,non conſtituit domicilium.ff.ad municip. l. libertus. Item hoc fuit ratione rei , quæ erat ſita in dioceſi Andegauenſ.nam licet ageretur interdicto vnde vi, quod eſt perſonale,tamen quia in rem ſcriptum eſt à loco,vbi res eſt,debent computari duæ dietæ. ſup. de reſcrip.dilect.2.vbi de hoc not. Alij autem dicunt, quòd nunquam à dioceſi vbi caſtrum ſitum eſt,debent computari dietæ,cùm tantùm perſonali actione agatur , quantumcunque in rem ſcripta ſit. (Feudi) de hoc not. ſup. de iudi.cæterùm. (Negligens)non eſt ſufficiens exceptio ad irritandas literas, vt not.ſup.eod. extenore.

2 †Aſsignatum)not. argu.quòd ſi peremptoriæ exceptiones contra literas proponantur, non eſt audiendus obijciens, debet enim in directo iudicio differri. argumen.ff.ad exhib.l.tertia.§.ibidem. Sed quidam dicunt, quòd non eſt verum.Et eſt ratio diuerſitatis inter exceptiones huiuſmodi,quæ proponuntur in poſſeſſorio, & illas quæ proponuntur contra literas, nam quando agitur poſſeſſorio, peremptoriæ exceptiones non admittuntur,ſed in petitorio differuntur. Idcircò differuntur in petitorio, quia etiam ſi probarentur,tamen reſtitutio fieri debet,vt patet in eo,quod legitur,& not. inf. de ordi. cog.c.ſi. ſed ſecùs eſt in ſuggeſtione falſitatis & ſuppreſsione veritatis, ſcilicet, quando tacetur exceptio peremptoria, vel etiam falſum exprimitur, qui benè iuriſdictionem per tales literas datam impedit.

Sed certè ſi quis benè inſpicit, hæc diſtinctio non habet locum , nam hîc non opponebatur hæc exceptio de dotalitio contra interdictum de ſpoliatione,ſed cõtra literas tantùm. (Reſponſum) minus plenè ſecundum quod not.ſup.de offi.deleg.ſignificantibus.Vel dic,quòd bona eſt hæc reſponſio. (Manſionem) hoc ſolùm ſufficit. ff. de iudi. cùm legatur. §. 1. †Quidam tamen dicunt , quòd licet ibi conueniri poſsit,vbi moratur de rebus in alterius iuriſdictione conſtitutis,tamẽ quando conuenitur coram delegato, tamen dietæ computantur tantùm ad dioceſim, vbi res de qua agitur ſita eſt.& not. ſup.de reſcrip.dilect.1.(Commorari)non tranſire, vt not.in gloſſ.& benè (rem)hoc ſolùm ſufficit.ſup.eod.ſanè.C.vbi in rem act.l.actor.vt quidam dicunt,alij contrà. †Exceptionib⁹)ſcilicet, de feudo,& quod res ſibi datæ non erant in dotalitium, licet hîc innuere videatur, quod de reſtitutione feudi facienda per interdictum vnde vi,etiam inter homines alios,nedum à vidua poſsit agi coram ordinario emiſſo do-

mino, tamen non est verum, imò tantùm coram domino ad restitutionem rei agẽdum est, vt not. sup. titu. proxi. cæterùm. Sed hic ideò dicit, quòd defensio viduarum de speciali gratia & fauore viduarũ adeò est ecclesiæ reseruata contra spoliatores, & in ipsorũ odium, etiam si sint diuites viduæ, & ideò per ius commune feudorum non reuocatur, vt not. sup. de rescript. c. 1. & maximè priui. Dei. 88. distin. c. 1. & 2.

3 †Sed obijcies nónne & clerici qui de gratia seruantur in foro ecclesiæ, possunt conueniri coram domino feudi, vt sup. de iudi. cæterùm? Respondeo iurisdictio clericorum non seruatur ecclesię, quando de possessionibus agitur de priuil. speciali, sed de iure communi ab Imperatoribus condito, & ideò per ius commune ab Imperatoribus factum super rebus, vel feudis suis reuocatur. Vel ideò valet contra clericos, quia ab ecclesia est receptum ius illud. Vel dic, quod licet aliàs inter priuatos ad solum dominum pertineat: hæc cognitio, etiam si agatur de spoliatione, tamen si vidua ecclesia vel miserabilis persona de spoliatione agat benè cognoscet ecclesia, & hoc ea ratione, quia est crimẽ sacrilegij, cuius cognitio pertinet ad ecclesiam. 87. dist. c. 1. & 2. 16. qõ. 1. in canonibus. nec est necesse, quòd in hoc casu requiratur dominus super iurisdictione ei reddenda, vt dicitur sup. eod. ex tenore. quia ibi loquitur, vbi agebat de proprietate, & tunc exercitium actionis pertinebat primò ad dominum, secũdò ad ecclesiam, sed hæc cognitio sacrilegij pertinet ad ecclesiam primò.

CAPVT XVI.

QVONQVESTVS. (Per violentiam) nõ dicimus ecclesiam spoliatam, quia tunc non diceret, se esse in possessione, expone ergò, quia dãna aliquando faciebat hominibus, quia coram communi non respõdebat, & hoc innuit finis, vbi dicit & de damnis, etc. & secundum quod hîc sonat intentabat vti possidetis ex quo hoc ponit in libello, scilicet, de violentia. & per consequens de sacrilegio debet esse quæstio coram ecclesia, sed sententia non fertur pro episcopo, nisi probauerit violentiam, debet enim probare causam ex qua petit. ff. de excep. rei iudi. l. si mater. §. eandem. (Sacrilegi) de hoc not. sup. eo. cùm sit.

CAPVT XVII.

1 *Literæ extenduntur ad successores, etiam si expresso nomine impetrantur.*
Procurator constitutus ab vno prælato pro ecclesia sua an & quãdo possit agere post mortem constituentis.
2 *Papa dicitur esse iudex ordinarius omnium. Quo in loco quis respondere & soluere cogatur.*
3 *A loco contractus vel commissi delicti computandæ sunt duæ dietæ.*
Contrahens in territorio alicuius non solùm iudicem ordinarium, sed etiam in delegatum videtur consentire, vt coram eis conueniatur.
Priuilegio & foro ordinario per contractum potest quis renunciare.
4 *Priuilegium extenditur ad casus specialiter in literis expressos.*

1 DILECTI FILII. †Contra) nam ita videtur, quòd literæ extenduntur ad successores, etiã si expresso nomine impetrantur, sed dic quòd de rebus ecclesiæ agebatur, & contra hunc quasi prælatum, & nomine ecclesiæ erat impetratum rescriptum, & ideò successor conuenitur. argumen. ff. de annu. lega. l. annua. §. annua. & quia citatus fuit prædecessor, vnde successor tenetur prosequi, quamuis idem posset dici, & si citatus non esset prædecessor. De hoc tamen not. plenius sup. de rescrip. c. eam. & c. significauit. †Singularis autem successor, nunquàm per tales literas conueniendus est. Argumen. contrà. sup. de iudi. quia. V. So. ibi idem dicimus quòd procurator constitutus ab vno prælato pro ecclesia sua, post mortem suam potest agere causam, siue cœperit agere viuo constituente, siue post mortem. argu. hîc. Item cùm constat eum verum procuratorem, & constitutum ab illo, qui constituere potuit etiam sine capitulo, vt not. sup. de rescrip. c. edoceri. quare prohibetur agere sibi causam commissam. Alij tamen dicunt, quòd si cœpisset agere, tunc eum posset prosequi, sed secùs est si non cœpisset agere, quia sic est in iurisdictione. simile sup. de offic. delegat. c. fi. nam in his similia sunt mandata iurisdictionis, & procurationis. ff. de iurisdict. om. l. & quia. Sed primi respõdent, quod non est simile mandatum iurisdictionis & procurationis in hoc casu. Et est ratio diuersitatis, quia iurisdictio delegata tantùm à iudice delegante, & ideò finito officio delegantis, finitur officium delegati, nisi per citationem ad minus suam perpetuasset iurisdictionem. sup. de offic. delegat. gratum. sed procurator non constituitur nomine constituentis, sed nomine ecclesiæ, & ideò, quia ecclesia non desinit mortuo prælato, quia nunquam moritur. 12. quæstio. 2. liberti. nec procuratio. †Item quod dicimus in procuratoribus constitutis à prælatis. Idẽ dicimus de procuratoribus constitutis à rectoribus ciuitatum, siue sint annales, siue perpetui. †In procuratoribus autem constitutis ad negotia, satis posset dici, quòd quamuis generaliter constituti sint, tamen post mortem constituentis nõ debent incipere noua negotia. argumen. ff. de nego. gest. l. nam & sciendum. §. si vno. alij tamen dicunt contrà. †Prodesset) videtur malè dicere, quia si expressè voluisset, in alium non suum iudicem cõsentire non posset. inf. eod. c. proxi. Sol. hîc non consentit in alium iudicem, nisi suum, quia Papa iudex ordinarius est omnium. 9. quæst. tertia. cuncta. quia hîc per delega. cognoscit. imò plus dico, quia etiam in alium iudicem tacitè consentire potest, vt hîc, scilicet, contrahendo in alterius territorio vel promittendo alij soluere. Respondere) non exprimit sub quo iudice, nec per hanc promissionem tenetur respondere sub ordinario iudice illius loci, vbi soluere, & respondere promisit, cùm expressè hic promittere non posset. inf. capi. proxi. sed tantùm coram Papa vel eius delegato ibi respondere cogetur. Quidam tamen dicunt, & non malè, quòd si non promisit ibi respondere, sed soluere tantùm, quod ibi respondere tenetur, sicut si ibi contraxisset, vt not. in glos. 1. coram. quia hic non expressè eliget sibi alium iudicem, sed tacitè. Alij autem contradicunt (Respondere) id est, coram iudice illius loci, vbi promisit soluere. ff. de eo quod cer. loco pro. l. prima. & corã iudice coram q̃ promisit respondere cùm ibi contraxisset, aliàs enim si non contraxisset, sed respondere promisisset, non cogeretur ibi respondere. ff. de iurisdict. om. iudic. l. si conuenerit. & not. de hoc. sup. de offic. deleg. significantibus. debet enim coram iudice illius loci respondere, vbi contraxit. ff. de iudi. l. hæres. §. omne interdictum. & §. fin.

Et intelligo hoc, si ibi inueniatur, & etiam si alibi quàm in sua prouincia latitet, ibi transmittendum est, sicut dicitur in criminalibus, quæ per Authen. contractibus æquiparantur. in Authen. vt omnes obe. iu. §. 2. colla. 5. & Authen. vt nulli iud. §. si quis verò. sed ratio hîc inducta super

foro contrahendo, vbi soluere, vel respondere promisit, superficialiter inducta videtur, cùm loquatur de ordinaria iurisdictione, quam subire cogitur, qui in alieno territorio contrahit, vel soluere, vel respondere promisit. Rescriptum autem hoc Papæ de delegata iurisdictione loquitur, ad quod nunquam tacitè, nec expressè obligauerat se episcopus, & quæ secundum voluntatem Papæ extenditur de Anglia in Franciam, & etiam restringitur sicut in priuil. hîc allegato restringebatur.

3 †Sed dic imò faciunt ad propositum, quia ex quo in alterius territorio contrahit, non solùm videtur consentire quod ibi coram iudice ordinario conueniatur, sed & coram iudice delegato, quod est notabile, quia hinc sumitur argumen. quod à loco contractus, vel commissi delicti sunt computandæ duæ dietæ. Sed tamen hoc non credo esse verum, sed tantùm hoc facit promissio prædicta, scilicet, de soluendo certo loco, quod renunciasse intelligitur priuil. in omnibus iudicijs, id est, siue coram ordinario, siue coram delegato iudice conueniatur, nam tali priuilegio facile, & tacitè, & expressè renunciatur. Item & sicut per contractum renunciat foro ordinario, & ita priuilegio quod habent super foro.

Item not. quòd priuilegium non extenditur nisi ad casus, vbi per literas Apostolicas, scilicet, speciali, & non communi iure contrahit forum, sed quia vbi de iure communi contrahit forum, non obest priuilegium, quo quis est conueniendus extra Angliam, vt sic iuri communi non cõtradicat, quia faciendum est, vt not. sup. eod. c. licet. & sup. de rescrip. c. causam. Quid enim si domicilium habet in Anglia & Francia, quod esse potest. ff. ad muni. assumptio. §. fi. nunquid quia Anglicus, & non poterit conueniri per literas Apostolicas in Francia absit.

CAPVT XVIII.

SIGNIFICASTI NOBIS. (Priuatorum) C. e. de iur. om. iud. priuatorum. (Diocesani) de hoc not. sup. de arbit. contingit.

CAPVT XIX.

PROPOSVISTI. (Forum) ff. de iurisdict. om. iud. l. penul. ff. de iu. vbi præuentus in quo litigare cœpit.

CAPVT XX.

1 *Iudex ordinarius proprius ex domicilio fieri dicitur.*
Iudex vnius territorij an possit citari extra territorium, & si non compareat an sit contumax.
2 *Ius reuocandi domum locum non habet in causis celeritatem desiderantibus.*
Ius reuocandi domum quando habeat locum. & num. 3.
3 *An qui in vrbe conueniri non potest, possit in propria domo conueniri.*
4 *Nuncij voluntarij & procuratores nõ gaudent iure reuocandi domum.*
Ius reuocandi domum qui habeant, & qui non.

a *Mobilis. Et sic ratione rei mobilis quis forũ sortitur. Adde q̃ Pet. de Anch. in cons. 140. col. 2. versic. Ex quo sequitur. dicit hanc cõmunẽ opi. in cap. cons. Primum dubiũ.*

LICET RATIONE DELIcti. sup. eod. postulasti. 6. qõ. 3. placuit. C. vbi de cri. agi opor. Authen. qua in prouincia. (Contractus.) ff. de iud. hæres. §. 1. & l. omnem. & l. interdum. §. vlti. sup. eo. dilec.

1 † Quidam dicunt solùm domicilium ordinarium iudicem propriũ facere posse, vnde si alibi contrahat potest ibi conueniri, sed persona non potest ibi cogi venire, vt not. sup. eod. dilecti filij. & eodem modo, si alibi delinquat, imò plus dicunt, quod licet sint iudices ex causis prædictis, si ibi inueniantur, & tunc procedi possit contra eos excommunicando, & mittendo in possessionem, tamen si non sint ibi, sed de extra vocentur, potest procedi in res eius ad missionem in possessionem rerum, quas ibi habet, sed non contra personam ad excommunicationem. argum. ad hoc, quia si non deberet cogi ire ad eos, ergò non deberet excommunicari ratione contumaciæ quæ non est. n. quæstio. 3. nemo episcoporum. & c. sequen. nec est contrà. sup. eo. sanè. quia ibi loquitur, quãdo ratione rei fortitur quis forum, quia ibi in re habet iurisdictionem, ideò in ea potest dicere ius missionis in possessionem, & quodlibet aliud, sicut quilibet ordinarius, sed in personam non potest ius dicere. Quidam tamen dicunt, quòd in persona talis iurisdictionem habet, sed per iura limitatam. Alij dicunt, quòd ex quo habet iurisdictionem, etiam possunt citari extra territorium, & si sunt contumaces, quod possunt excommunicari. inf. vt lit. non contest. tuæ. & c. quoniam. Sed primi respondent, quòd non possunt citari extra territorium, sed si etiam possent, non tamen possent eos excommunicare, quia non sunt contumaces, quia ire non tenentur, & sufficit si res possideri patiantur. arg. ff. de procu. sed hæ. §. vlti. & l. seq. Nec mireris quòd dixi eos non contumaces, & fieri missionem cõtra eos, hoc enim fit in absente causa rei publicæ, & in pupillo, qui non sunt contumaces. ff. ex quibus caus. in pos. §. 1. ff. de priuil. cum pupil. vel etiam si sint contumaces, tamen procedere non possunt, nisi per missionem in possessionem. argumen. vt lit. non contest. tuæ. benè facit ad hanc materiam. infrà, eod. Romana. §. contrahentes. (Domicilij.) sup. eod. ex parte. C. de incol. l. ciues. ff. ad muni. placet. non vtiq; Labeo assumptio. §. si eius quis. & §. Celsus. (rei) sup. eod. sanè. ex parte. C. vbi in rem ac. actor. (Rei) siue sit mobilis a siue immobilis. ff. ex iudi. quod legatur. (Pro alia) ff. de iud. l. 2. §. 1. & 2.

2 † Item quidam dicunt, quòd in causis electionum, & in alijs quæ celeritatem desiderant, & quæ sunt tempore perituræ, non habet locum ius reuocandi domum. argumen. ff. de iudi. l. 2. §. 1. & l. sed & si. §. edictum. inf. de app. oblatæ.

Quod potest intelligi verum in electionibus prælatorum, sed secùs in electionibus canonicorum. Pro alia.) Item qua ratione vel alibi expleuit legationem suam, ita quod de ea habet, nihil potest vlterius facere vel respondere, nihilominus tamen habet ius reuocandi domum, quousque in suam domum redeat, vel redire possit. Item si ex necessitate reuerteretur vltra tempus legationis, vel infirmitate, vel carcere inuitus cogitur alij ius respondere, vel quia expectat interlocutoriam, an habeat ius reuocandi domum, omnes enim isti habent ius reuocandi domum. ff. ex quibus causis maio. qui mittitur. §. fin. & l. si cui. §. 1. & sufficit ad hoc, vt amittat hoc ius, quod finita sua legatione, venerit ad quamuis domum suam, etiam si non sit illa vnde missus est in legationem, vbi non est tantum periculum in mora. legati autem licet in aliquibus casibus habeant priui. reuocandi domum, tamen si vltra tempus legationis morentur, pro ipsis causis amittunt priui. quia iam voluntate morantur, & sola voluntate causam cœperunt.

3 † Item not. quod licet hi, qui pro causis & alijs necessarijs vocantur ad curiam, & multi alij, qui habent ius reuocandi domum, non possunt in vrbe conueniri, possunt tamen conueniri in propria domo, alioquin fiet missio in possessionem, si non sit

non sit qui defendat plenariè super quo, antequam fiat missio, cognati sunt interrogandi & amici. ff. ex quibus causis in integ. resti. l. item ait prætor. & l. sequen. ff. ex quib. caus. in pos. l. hoc autem. C. de resti. mil. l. ignorare. Si autem tempore legationis contrahat, & etiam si per gulam in curia tencatur, nunquam tamen conuenietur de his, quæ ibi contraxit. argum. ff. de iud. l. secunda. §. si legationis. & l. de eo. secùs si agitur contra vnum, quia contra omnes se debet defendere. ff. de iudic. l. secunda. §. sed si agant. legatus etiam potest conueniri ab omnibus, si ipse aliquem cõueniat maximè, dum conuenit alios, nam tunc impeditur legatio ex conuentione quam facit, & ideo est ei imputandum. ff. de iud. l. 2. §. sed & si agant. & l. sed & si restituatur. 1. respon. & l. non alias. & l. qui non cogitur.

Sed contrarium videtur Authen. de san. epis. §. reuerendissimi. & extra de dolo actor. Sed illa Authen. non loquitur, quando legatus sit conueniendus pro sua persona, sed dicit illum legatum procuratorem cõstitutum ad causam cogendum subire reconuentionem illorum tantùm, contra quos agitur, si autem conueniatur, & respondet licet voluntariè, tamen propter hoc non amittit, quo ad alios ius reuocandi domum. argumen. C. de excu. tut. l. voluntariè. cum suis concor. & non solùm legati ab alijs missi habent ius reuocandi domum, sed etiam si quis propter legationem suam venerit, puta prælatus propter negotia ecclesiæ suæ vel ciuitatis. in Authen. de san. epis. §. si verò epis. coll. 9. nisi pro causa, quam alij mouentirent ad curiam, tunc enim non gauderent priuilegio, vt dictum est, sed si vocatus sit reus à Papa, vbi alij respondeat, ius habet reuocandi domum in alia causa. ff. de iudi. l. secunda. §. fin. vbi dicitur, quòd vocatus causa vnius tutelæ in alia respondere non tenetur. argumen. 5. quæstio. secunda. vocatio. Sed quidam dicunt illud ☞ loqui in criminalibus. † Potest etiam dici, quòd prælati & alij, qui habent ius reuocandi domum, siue sint appellantes, siue appellati, siue actores siue rei, gaudebunt priuilegio, potest tamen eis præfigi terminus, quo possint redire domum, & pòst reuerti ad curiam cautione recepta, quod ad diem certam sibi assignatam reuertantur ad curiam, & ibi se defendant. argumen. inf. de dila. exposuit. ff. de iud. l. 2. §. sed si dubitetur. & ad hoc facit, quia prætor & etiam ille, in cuius territorio cõtrahit, vel etiam legatus potest cogere simplicem cautionem præstare, quod veniente die compareat coram suo iudice iuri pariturus. ff. de iudi. l. secunda. §. sed si dubitetur.

Quod intelligunt quidam verum, & de his quæ in legatione contraxit, & alijs nobis plus placet, quod nũquam debet dare cautionem, quod post reuersionem suam reuertetur ad curiam ibi causam acturus, sed quod coram suo iudice ordinario respondebit. argumen. ff. de iudi. l. 2. §. legatis. Item legatus non cogitur audire sententiam super litem, quam contestatus erat ante legationem, sed si vult potest audire. ff. de arbit. l. non distin. §. item si quis Romæ. Item hoc beneficium habent prælati, quandiu ex necessitate non voluntate sua morantur. ff. de iudi. l. secunda, §. legatis. ff. ex quibus cau. in integ. resti. l. penul. & l. inter. & l. sequen. Item si in legatione contraxerit, cogitur ibi respondere. argumen. ff. de iud. cùm furi. §. vlti. ff. de arbit. l. non distin. §. item si quis Romæ. Item si quis ad curiam, aliàs vadit pro necessaria causa, habet ius reuocandi domum. ff. ex quibus caus. in integ. resti. l. qui mino. §. fin. Legatum autem appello etiam procuratorem ad causam constitutum ab his, qui habent potestatem imperandi ei, vt tunc, scilicet, de suis causis non conueniatur, in Authen. de san. epis. §. reuerendissimi. colla. 9.

4 † Procuratores autem vel alij nuncij voluntarij, non gaudent hoc iure reuocandi domum. argumen. ff. ex quib. caus. in integ. l. qui mittuntur. §. fi. & l. sequen. 1. responso. & l. non verò. Item qui pro suis negotijs spiritualibus venerint ad sedem Apostolicam hoc priuilegio nõ gaudent. ff. ex quib. caus. maio. l. non enim. Item differentia est inter legatos, & alios qui ex probabili causa vel necessaria veniunt ad sedem Apostolicã, quia alij præter legatos, vt qui causa testimonij, vel cõsimili veniunt, tenentur respondere apud sedem Apostolicam de omnibus contractibus celebratis extra locum suæ iurisdictionis, etiam ante legationem, nam in eis solis, quæ in ciuitate sua, vel intra suam prouinciam contraxerunt, hoc priuilegium habent. ff. de iud. l. secunda. §. item si extra. Item priuilegio legatorum credimus gaudere peregrinos. argumen. inf. de cle. pere. c. 1. Causa) idem intelligo in probabili. ff. ex quib. caus. ma. in integ.

resti.l. nec non. in princi. cùm lex generaliter ponat causam non adiecto necessaria. ff. de iudi. l. secunda. §. 1. non tamen videtur probabilis sufficere, nisi sit quæstio necessaria, puta prosecutio appellationis, quã licet ex necessitate prosequi non teneantur, quia tamen rata maneret sententia, nisi prosequatur, ideò dicitur quæstio necessaria. Idem est in reo vocato ad causam, vt in eo. §. non autem repeto, quasi necessaria si veniret, vt peteret in integ. rest. quia tunc benè cogitur alijs respondere, quia agitur de nouo, & non quasi ex necessitate appellationem prioris & principalis causæ prosequitur (Si tunc) alioquin præiudicatur. exceptio enim fori in initio proponenda est. C. de excep. l, fin.

CAPVT XXI.

1 *Modi sortiendi alicuius forum.*
2 *An licita sit prorogatio de casu in casum.*
An & quando propter contractum in extraneo loco initum, cogatur quis sortiri istũ forum.

ROMANA ECCLESIA. (Ab O.) scilicet, officiali, puta, quia malè sentẽtiauit, vel aliàs in officio suo deliquit malam sententiam. † Sunt enim certi modi, quibus quis sortitur forum alicuius, qui not. in sum. C. de iurisdict. om. iud. inter quos. non est iste. Sed fortè obijcies, nónne si aliquis malam sententiam ferat in territorio alterius, vt per sordes, vel alio illicito modo, nónne de hoc tenebitur respondere coram iudice illius territorij, vbi iniustam sententiam tulit? Respondeo sic, quia ibi sortitur forum ratione delicti vel quasi, vel contractus vel quasi, quem in alterius territorio commisit, sed iste officialis qui in suo territorio deliquit, non deliquit in territorio archiepiscopi, sed suffraganei. (Inquirere) scilicet, quando crimen officialis est notorium, vel quando de eo est diffamatus. inf. de accu. qualiter. (Cognoscere) quando de hoc quæritur ab eo cuius interest negligat secundum hoc loquitur. l. 1. cum suis concor. C. ad leg. Iul. repe. Item benè fatemur, quod tenetur aliquando & dominus & episcopus si in culpa fuerit malè eligendo. ff. nau. cau. l. vlti. §. ac. & §. sequen. (Maleficij) episcopi quod est qui negligit facere iniustitiam de suo officiali. (Inquirendum.) ff. nau. cau. l. licet. §. fi. (Appellari) à parte extranea sententia, quia tũc si agatur ad reuocationem huius sententiæ, non iudex, sed ille pro quo lata est sententia conueniendus est. (Iudices) sup. eod. significasti, repete quæ not. sup. de arbi. contingit.

2 † Consentiat) licet licita esset prorogatio de casu in casum, hîc tamen prohibetur, quia clerici non possunt prorogare iurisdictionem sine consensu suorum episcoporũ, sic nec ab initio possunt in alios, quàm in suos ordinarios consentire. sup. eo. significasti. coram delegato autem Papæ benè licet prorogare. inf. de app. cordi. (Prohibere) sed episcopos ordinarios super his compellendis requirant. Authẽ. de rest. §. & quoniam simus. C. de fi. instru. iud. Contractibus) repete, quæ diximus sup. eo. cum dilect. & c. licet. sed & si ibi inueniatur, & si neget se ibi contraxisse, non cogetur ibi respondere libello super principali quæstione porrecto, nisi prius summariè quæratur, & probetur eum ibi contraxisse, & si probatum fuerit, iudicabit iudex suam esse iurisdictionem cognoscendi de principali. ff. de iudi. si quis super. sup. de rescrip. ex literis. in fi. & tunc cogetur respondere libello super principali, & vterque tunc vtetur iuribus suis, scilicet, pacto de non petendo, vel præscriptione & alijs huiusmodi, sed in incidentibus non quæruntur hæc. Alibi) id est, in dioce. suis non Remens. quia tunc cùm ibi inueniatur benè posset ibi conueniri, hoc ideò dicit, quia videbatur quod ex quo in sua dioceſi morabatur, vbi habebat ordinarium iudicem, sub quo poterat conueniri, quòd iudex vbi contractus fuit celebratus, non deberet mittere in possessionem eorum, quæ in sua iurisdictione habebãt, sed ibi contractum statuitur & iste, quia huiusmodi forum sortitus est, propter contractum quem ibi celebrauit. (Occasione) quia licet coram officialibus ipsis, vel etiam coram archiepiscopis fierent ipsi contractus, nisi fierent in dioceſi sua, non super tales contrahentes sortiretur forum & coram quocunque fiant in sua dioceſi sortitur forum. (Officiales) nam licet vnum sit auditorium episcoporum & officialium, & propter hoc est ad episcopum appellandum. inf. de appel. Romana ecclesia. non tamen officialium personæ, sicut nec alij subditi episcoporum sunt de iurisdictione archiepiscoporum.

TITV

TITVLVS III.
DE LIBELLI OBLATIONE.

De tali libello conuenit quæri, peto â te tradi vacuam possessionem talis domus, etiam amotis inde pensionarijs, an si pensionarius respondeat litem contestando valeat, & nobis videtur quod non, quia nõ est ei oblatus libellus contra id, quod est. 3. q. 4. offerantur. Item quia in vno libello 3 non debent conueniri duo, nisi pensionarius conduxisset ab eo domum, quia tunc si vult comparere, & causam suam iuuare audietur. ff. de ap. ab. exc. C. de litig. Authen. nunc si hæres. & no. inf. de sent. & re iud. cùm super. imò si non defendit causam, si scit eam agi, sibi præiudicat. infr. de sen. & re iud. cùm Bertholdus. & sic intelligitur. sup. de fi. pre. veniens.

CAPVT I.

1 *Non valet contestatio, nisi detur libellus, quid autem si partes consentiant, & an et quando litis contestatio valeat, habes etiam in num. 2.*
3 *Libellus in omni causa tam ciuili quàm criminali necessarius est, & semper quando agitur inter partes requiritur libellus, vt in num. 4. Fallit.*
4 *An in implorationo officij iudicis requiratur libellus, & quid in libello contineri debeat, in num. 6.*
Emendatio libelli an & quando fieri possit.
7 *Iudici potius quàm parti est offerendus libellus.*

IGNATIVS EPISCOPVS. († Dixit libellum.) nisi libellus detur, non valet litis cõtestatio. in Authẽt. de tempore nõ so. pe. §. contestatione. 3. q. 3. §. spatiũ. in fi. so. offeratur. licet enim narretur factum coram iudice per quod fit litis contest. tamen litis narratio non habet vim libelli, vel litis cõtestationis, vnde dicitur benè in Authen. de litigi. §. si verò, licet videatur quædam litis conte. Item nõ tenet litis contestatio, si denegẽtur inducíæ deliberatoriæ, sicut si denegarẽtur præparatoriæ, licet enim iudici sit cõmissum, q, inducias possit augere & minuere, non tamẽ denegare. 3. q. 3. §. spatium. & sic in- 2 telligitur. 2. q. 6. §. diffinitiua. † Item si sententia cõtraria quamuis possit his dilatorijs renũciare tacitè & expressè. ff. de dila. l. 1. C. de epis. & cle. Authent. generaliter. Alij dicunt quòd litis cõtestatio valet sine libelli oblatione, dummodò partes cõsentiant tacitè vel expressè. C. de epis. & cle. Authen. generaliter. & respondent contrario, quod est. 3. q. 3. §. operatur. vbi dicitur, quòd litis conte. citra hoc indultũ habita, pro nihilo est habẽda, dicũt enim litis contestatio, factam sine libello esse p nihilo, quo ad hoc, vt possit iudex recusari, denegantis etiam inducijs dicũt tenere litis contestationem, & omnem processum, nisi appelletur.

† Libellum) libellus in omni causa ciuili & criminali inquisitionis denunciationis vtilis & necessarius est, vt sciat reus vtrum cedat, vel contẽdat. 3. q. 3. offeratur. Alij tamen contradicunt in denunciatione & inquisitione, nisi in leuibus causis, & quando episcopus audit causas inter clericos suos. 11. q. si quis cum clerico. & non extẽditur ad hoc delegatos, sécundũ quosdam. Alij contra: quia non inueniunt causam diuersitatis, & ideò idem est vtrobiq;. sup. de consti. transla. vel nisi fiat de consensu partiũ. C. de priuil. schol. l. quoties. lib. 12. C. de epis. & cle. Authent. generaliter. & nisi præses prouinciæ intra 50. dies conueniatur. vt in Authẽ. vt iud. sine quoquo suff. §. necessitatem.

4 † Breuiter semper quando agitur inter partes requiritur libellus, nisi lex dicat nõ dandum ipsum. in Authen. de exhib. re. §. sancimus igitur. col. 5. & hîc. Est enim necessarius in interdictis, quia sicut verbum sonat inter duos agunt, insti. de interdi. §. sunt autẽ q. & quãdo principaliter implorat officium iudicis. sup. de offic. iud. c. fi. & etiam vbi petitur cautio de dam. infect. ff. de dam. infec. l. 5. §. hoc quoties. licet aliqui contradicant, quia hæc lex celeritatem desiderat. ff. de dam. infec. l. 1. & etiam vbi agitur de possessione, nisi in casu, qui not. infr. de proba. in præsentia. Itẽ quando agitur contra ascriptitium, qui dicitur fugisse. Item quando impeditur aliquis de sua iurisdictione. argu. ff. ad muni. de iure. non autem est necessariũ, quòd iussus mitti in possessionem non admittatur. ff. ne vis fi. ei qui in pos. l. 3. 1. respon. Idem videtur si confirmatus vel inuestitus de aliqua ecclesia prohibetur possessionẽ nanciſci. inf. de app. constitutis. inf. de cõcess. præbẽ. post electionẽ. Item videtur, q, si petitur sentẽtia mãdari executioni manu militari, aliàs si nõ esset litiũ finis, & finis vnius litis esset alterius principium. C. de fruct. & lit. expen. termi. C. de re cred. si quis. Item si consuetudo est, quòd libellus non detur, quia consuetudo valet

in his quæ circa iudicia sunt. C. de priuileg.scho.l.fi. in princip. Item in denunciatione noui operis,quia fur ex verbo & facto & nedum in præsentia,sed in absentia partis,sed in prosecutione benè est necessarius libellus, scilicet,quando petitur remissio nunciationis & in alijs. Idem in causis merè spiritualibus. infr. de dolo. c. 1. Idem in casibus vbi requiritur summaria cognitio.qui sunt.ff.ad exhiben.l.3. §. ibidem. ff. vt in pos. le. l. si is à quo. ff.de Carbo.edic.l.3.§.causæ.ff. de ven. in pos. mit.l.1.§.si eam.ff.de lib.agno. si quis à liberis.§.hoc vel parens.

5 † Dubitatur autem, quando imploratur officium iudicis,an sit offerendus libellus,vt quando petitur confirmari electio,vel aliquem mitti in possessionem ex edicto diui Adriani, vel nomine ventris vel Carbonens.vel sibi dari bonorum possess.contra tab. vel aperiri testamentum, vel ne aliud fiat in loco publico. Solut. in omnibus his & similibus, quando contra neminem specialiter agitur, nec etiam in libello aliquis specialiter tãgitur,potest procedi sine libello, si nullus est contradictor, quia nec est cui offeratur. argu. 3. quæstio.3. offeratur.si autem aliquis est contradictor,dabitur ei libellus. suprà. de elect.dudum ecc.Ro. inf. de testi. c. cùm olim. ff. de app. re. l. fi. ff. quemadmo. testa. aper. l. fi.§. fi. C. quemadmo. testa. aper. l. 1. C. de edict. diui Adri. l. fi. missio autem in possessionem quæ fit ex primo decreto,fit sine libello, quia fit officiũ iudicis seruienti actioni,licet nondũ propositæ sed proponendæ,vel quia est ad defensionẽ suæ iurisdictionis contra contumacem,quæ est notoria. In notorijs non est necessarius libellus. 2. q. 1. manifesta. inf. de iureiur. ad nostram. Olim autem non dabatur libellus nisi illustribus personis. C. de digni. l. quocunque. ff. de priuatis. de l. fi.

6 † In libello autem debet contineri causa, vel actio ex qua agitur: vt not. supr. de offic. ordi. conquerente. ipsam autem non potest dimittere, sed & libellum obtulit necessario habet ipsum prosequi,nec potest pœnitere, nec se retrahere, quin reo de interesse suo satisfacere teneatur, nisi & reus consentiat: vt notat. inf. vt lite non contest. c. 1. nec etiam causam mutare, nisi primam dimittat, sed benè potest vtranque prosequi,scilicet, simul & veterem & nouam,nisi vetus actio in qua persistere debet si talis, quòd pareret exceptionem rei iudicatæ contra secundam ff. de excep. rei iudic. si mater. §. eandem. & l. conqueritur. & ff. de iureiuran. si duobus. exceptio. vel nisi sit talis,quæ electione tollitur. ff. de tribu. quòd in hære. §. eligere. Si autem non vult immutare, sed emendare, vt quia minus petit,modò plus vult petere, vel econuerso. dicunt quidam hoc fieri posse quandocunque ante sententiam. institut. de actio. §. si minus.

Nos credimus quòd hæc emendatio posit fieri vniuersali & generali actione tantùm. ff. de petit. hæred. l. 4. si quo. C. de iudi. licet. & sic intelligitur. C. de app. l. vlti. C. de an. excep. l. fi. in singularibus autem hîc licet vsque ad lit. conte. & iusiuran. de calumniæ præstitum, & non vltra,nam ex tunc noua interpellatione opus est. ff. de excep. rei iud. conque. & l. legi. ff. de iu. non potest.

Sed contra. ff. de noxa. act. l. in delictis. §. si decre. Sol. non cõtradicit,quia ibi eadem personæ, & eadem causa, scilicet, de damno dato à seruo, & ad idẽ agebatur. s. ad emendationẽ totius damni. ff. de re iudi. miles. §. 1. quòd autem noxam dare potest,hoc est ex quodã beneficio, quòd dominus habet per l. ibi enim semper agit actione. l. Aquil. vel noxali. nec dicit in libello,quòd totum damnum petet pro eo, quòd seruus domino sciente damnum dedisset,vel minus pro eo,quòd domino nesciente,quia si hoc dixisset, postea mutare non potest,vt dictum est,sed post libellum datum generalem prosecutus est alterum tantùm membrorum,& ideò non minus potest prosequi alterum, cùm ambo comprehendantur sub actione proposita,sed si reus vellet eum à principio cogere,quòd de illis duobus vnum eligeret, scilicet,vel agere in solidum,vel ad dictum beneficium. Fortè posit arg. præallega. l. quòd in hæred. §. eligere. quamuis posset benè assignari diuersitas inter illos casus, quia quando agitur ex contractu de pecu. licet semper agat eadem actione cum altera adiectione,siue de tribu. siue de pecu. tamen aliud debet petere, si agat tribu. aliud si de pecu. & aliud in vna quàm in alia sententia, sed quando agitur. l. Aquil. noxali semper in solidum est actio & condem. quamuis reus liberetur præstando alterum,scilicet,noxam vel damnum, vt in præalle. l. miles (Reclamationis) in ciuilibus est libellus accusationis. in criminalibus. 2. quæst. 8. quisquis libellorum.

(Manibus)

(Manibus) id est,nostra subscriptione. & est no. dignum, quòd libellus debet esse subscriptus. in Authent. de exhi. & intro. §. sancimus.

7 † Synodo) not. libellum porrigendum synodo,& ita est ar. quòd synodus non archiepiscopus est iudex simile. 11. q. 3. si quis presbyter. si quis episcopus. & no. quòd libellus porrigẽdus est iudici, ne post negare possit se non recepisse,sed nõ est de necessitate,sed cautela qa aduersario potest offerri. 3. q. 3. offeratur. (Conscribêres) nõ enim solus libellus,sed omnia acta scribi necesse est. inf. de proba. quoniam.

CAPVT II.

1 *Specificatio rei & certa petitio, an sit necesse exprimi, in libello, & quid iuris in sententia diffinitiua.*

SIGNIFICANTIBVS. (Ostenderetur) debet enim ille, qui fundum petit certis finibus distinguere. arg. ff. de sen. forma. ff. de rei vend. l. si in rẽ. & si sit necesse oculis iudicis vel aduersarij subijcere. ff. fi. reg. si in rup. §. vlti. ar. ff. de fer. eadẽ. & hoc siue psonaliter,siue realiter agatur, † debet enim exprimere pro qua parte petat rem, & qualitatem, & coloré, & alia per quæ benè cognoscatur res petita. ff. de rei ven. si in rem. sed si nesciret dicere pro qua parte peteret ex aliqua iusta causa, admittitur incertæ partis petitio. ff. si cer. pars hære. peta. l. 1. §. fi. ff. de rei vend. quæ de tota. ff. con. di. & si non. §. 1. & idem dicimus etiam de alijs signis,si iuret se ea nescire. ff. de fur. actione.

Et habent hæc locũ siue personali actione, siue reali agatur. ff. de rei ven. si in rẽ. semper tamẽ oportet eum sic exprimere, quòd aduersarius. & si non plenè, tamen aliquo modo sciat quid petatur, quia si penitus nesciret, non cogetur respondere. ff. de edend. l. 1. nec mirum si libellus sic generalis ex causa recipitur, quia etiam sententia sic generalis valet, quæ tamen debet esse clarior quàm libellus. instit. de ac. §. curare. ff. de re iudic. ait prætor. §. 1. C. de sentent. quæ sine cer. quan. l. 2. & ideò sufficit petere fructus perceptos de tali fundo sine alia expressione, & potest adijcere, quando res petitæ non extant quas æstimo tãtùm. hoc tamen scias,quòd aliqua expressio necessaria est in sententia,quæ non est necessaria in libello, nam in sententia debet exprimere rem ipsam, vel quantitatem, vel in actis debet contineri. ff. de reg. iur. ait prætor. & secundum hoc intelligitur. C. de sentent. quæ sine cer. quanti. l. 2. vnde non valet sententia condemno te ad res quæ tibi obuenere à tali fundo: sed secùs dicitur in libello.

CAPVT III.

DILECTI FILII. (Quare sibi.) † Not. causam exprimendam in libello in personali actione. ff. de except. rei iudi. & an eadem. §. actiones sed si non exprimatur quamuis non cogatur recipere, tamen si responderet valet. C. de an. exce. l. vltim. & hoc notat. supr. de offi. ord. conquerente. & debet causa esse talis,quæ ex sui natura inferat iustum esse,quòd petitur,vt hîc, esset enim iusta causa,peto talem pecuniam,quia eam sibi mutuaui, & si reus dicat exprimas,quod conuersa fit in vtilitatem ecclesiæ, vel quòd contractus sit factus legitimè, scilicet,consentientibus his quorum consensus requiritur,vel exprime, quòd non est tibi facta solutio,vel huiusmodi quæ omninò tollant intentionem actoris, si vera essent,non cogitur a hoc in libello exprimere,quia hæc non sunt de natura actionis, sed b post litis contest. hîc seruantur pro probationibus. C. de proba. exceptionẽ. eo enim ipso, quòd dicimus quia mutuaui intelligitur legitimè, & in casu, vnde competit mihi ius petendi. Sed si episcopus peteret aliquod ius episcopale ab ecclesia,quam confiteretur exemptã,non admitteretur huiusmodi libellus,nisi adijceret talem causam,quæ sufficeret ad hoc quòd etiam ecclesia exempta illud deberet,puta quia illud ius contra exceptionẽ præscripsit,vel quia illud capitulum fuit exceptum in exemptione & huiusmodi. Sed si diceret tantùm,peto tale ius episcopale,quia ecclesia est in mea dioceſi,benè admitteretur libellus,non obstante exceptione quæ dicit,non est admittendus huiusmodi libellus,quia paratus sum probare incõtinenti,quòd ego sum exẽptus, nisi malitia actoris sit notoria. quia tunc non est malitijs hominum indulgendũ, & hæc probatio est in principali offerenda. sup. de fo. compe. ex parte.

a *Non cogitur. Adde Pet. de Anchar. qui hoc refert in cons. 294. incip. ex præmissis. & in cõsil. 317. incip. ex præmissis subtiliter. co. 1. & idẽ cõsilio est sub num. 294.*

b *Sed post litis contest. Hoc refert & sequitur. Petrus de Anch. in cõsil. 247. incip. ad prædicta dubia ante medium.*

TITVLVS III.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

CAPVT I.

1 *In criminalibus an & quando habet locum reconuentio.*

2 Non

2 *Non potest in vna & eadem re simul ciuiliter & criminaliter agi.*
3 *Contra agentem possessorio agi potest & petitorio.*
Contra agentem criminaliter, non potest reconueniendo agi ciuiliter.
4 *Coram delegatis, non autem arbitris fieri potest reconuentio.*
Reconuenirian & quando quis possit.
Reconuentio locum non habet, vbi summariè est procedendum.

EX LITERIS. &inf. (Proponunt) in modum actionis, si enim in modum exceptionis proponerent, tunc procederent: vt C. de excep. si quidem. & l. vlt. & l. exceptione. infr. de ordi. cog. c. 1.

1 †Respõdere) reconuentio non habet locum in criminalibus, quia non relatione criminis, sed purgatione definit esse innocens. ff. de public. iudic. qui. 3. quæstio. 11. neganda. quamuis ex illis. ll. dici possit locum habere reconuentionem, cùm ibi dicat, quod deponere debet inscriptionẽ. Item quia de maiori potest recusare, vel si suam prosequatur iniuriam, sed hoc satis verum est, quod simul ambæ accusationes non procedunt, vt ibidem not. Item non habet locum reconuentio, vbicunque iudex sub quo fit cõuentio de reconuẽtione iudicare nõ potest, vt si corã laico fiat reconuentio de spiritualibus, vel sub inferiori iudice de libertate. sup. de iud. quanto. C. de ord. in l. 1. inf. de ordi. cog. c. tuam.

2 †Item cùm generaliter dicat lex cuius in agenda etc. C. de sent. & interloc. omn. iud. l. cùm Papinianus. in fin. 3. quæstio. 8. cuius non videtur iniquum, si conuentus ciuiliter, reaccusãsset criminaliter, dummodò competens iudex sit, vel econuerso non, & idem ciuiliter potest conueniri & criminaliter, & potest contra alium agere, cùm non inueniatur prohibitum super diuersis rebus, super eodem autẽ nõ potest simul & ciuiliter & criminaliter agi. C. de vi pri. l. si qs aliquid. sed finita vna q. vel ciuili vel criminali, benè transibit ad aliam: vt in eadem. l. C. de inoffi. test. cum qui. insti. de excu. tut. §. qui autem. sed qui de vno crimine agens condemnatus est de calumnia, vlterius accusare non poterit, nec priorem accusatum, nec alium, quia infamis est. 3. quæstio. 4. nulli. & q. 9. c. 1. Item dicunt quidam, quòd cœptam accusationem prosequi non potest, sed melius dicitur, quòd possit prosequi, nam de qua re cognoscit, etc. ff. de iudi. de qua re. argumen. inf. de cal. c. 2. argumen. ad hoc quòd etiam condemnatus, qui inscriptionem deposuit, & si condemnetur, potest prosequi accusationem. 3. q. 10. negãda. alij dicunt quòd nunquàm in prædictis admittitur reaccusatio.

3 †Item contra agentem possessorio benè agitur petitorio, sed potest repelli per exceptionem spoliationis, & sic intelligitur. inf. de or. cog. super. contra agentem autem criminaliter, non potest reconueniendo agi ciuiliter, quòd sic probatur, qa quòd plus est etiam si aliquis prius mouisset actionem ciuilem, & conuentus contra actorem moueret criminalẽ, supersedendũ esset ciuili, & tantùm in criminali procedendum est. C. de or. iu. l. vlt. Quidã tamen dicunt illam legem loqui, quando criminalis accusatio simul contingebat propositam actionẽ, vt si quis petebat centum, & reus accusabat actorem de violentia facta in promissione illorum centum. Item hanc accusationẽ non videtur posse proponere, nisi ante litis contestationẽ in ciuili actione factam, nam lite contestata non videtur, quòd iudex impediri debeat, quin diffiniat de re, de qua cognouit. ar. ff. de iud. de qua re corã iudice appellationis non habent locũ reconuentio. ff. de iud. l. 2. §. legatũ. ff. de eo qui app. in prouin. l. 1.

4 †Delegatis) No. coram delegatis fieri reconuentionem, sed coram arbitris non. sup. de arbi. cũ dilec. (Actione) sic fit litis cõtestatio. C. de lit. conte. l. 1. tit. prox. c. 1. (Respõsione facta prius) nã qui prius, etc. ff. de iud. qui prior. inf. de or. cog. cũ dilec. Incontinenti). i. antequam ad alia procedatur, & debet protestari de reconuentione. ante lit. contestationẽ, vt quidã dicũt, & sic intelligo Authen. de excu. tut. §. sancimus. Alij dicũt idẽ, & si ante non fuerit protestatus, dũmodò incontinẽti post lit. contest. i. antequàm terminus ad alia assignetur, recõueniatur. ar. ff. si cer. pe. l. lecta. Alij tamẽ dicũt, quòd vsq; ad sententiam etiã sine protestatione super principali. q. lata potest reconuenire, sed tũc nõ simul procedet vtraq; lis, nã si aliter diceretur, sequeretur absurditas, qa sub nullo iudice pẽdente lite, & ea conte. poterat cõueniri actor, q, absurdũ est. Itẽ qd si de iniuria quælite pendente cõtingit, vel alia actiõe cũ recõueniat nunqd potest, & certè vtiq;, qa q̃ de nouo emergũt, auxilio indigẽt. sup. de off. del. insinuãte. inf. de iuramẽto calũniæ. cæterũ. Irẽ q̃ causa imò veri' insania foret abstulisse huic reo iudices ordinarios actores, coram quibus reus actorem conuenire poterat, nisi alium illum, coram quo conuenitur subrogasset. Item in antiquo iure. C. de sent. interlo. om. iudi. l. cùm Papinianus. dicitur indistinctè, cuius in agendo quis sequitur. argument. eundem contra se habere nõ dedignetur, ita quòd non facit mentionem de litis contestatione, si autem protestetur, nihil facit protestatio, nisi quia indubitanter est verum, quòd post litis contestationem incontinenti possit reconueniri, & secundum prædicta patet, quòd etiam vbi intentatur officiũ iudicis, locum habet reconuentio.

Quòd intelligo, si principaliter intentetur, secùs si incidenter, quia tunc non habet locum reconuentio. argumen. sup. de offic. iudic. c. vltim. Item non habet locum reconuentio, vbicunque locum habet summaria cognitio, quòd sic probatur, quia de iure vtraque lis simul tractanda est, sed cùm in vna sit summaria cognitio habenda, in alia plena quæstio vtraq; tractabitur. Item vna exigit accelerationem, alia non.

☞ †Sed oppones, leue est cuilibet facere, quòd nullus possit conueniri, nisi sub iudice quem malit, cùm sit leue impetrare literas ad aliquem delegatum, & facta citatione vlterius sub alio iudice non poterit conueniri, cùm sub eodem iudice debeat fieri conuentio & reconuentio: vt sup. de rescrip. dispendia. Respon. sub alio iudice reconueniri nõ potest, nisi lata fuerit sententia, vel nisi fuerit appellatum, vel nisi faciat se absolui ab instantia iudicij: vt not. sup. de offic. deleg, consuluit. & sic contra hanc fraudem altero prædictorum modorum prouideri potest.

CAPVT II.

PRVDENTIAM ET INFRA.

TITVLVS IIII.

DE LITIS CONTESTATIONE.

CAPVT I.

1 *Litis contestatio ad hoc vt valeat oportet quòd animo contestandi litem fiat, & etiam sufficit, quod respondeatur de iure libello, vel petitioni in num. 2.*
3 *Contestari litem, nil aliud est, nisi testari.*
1 *Lis quando dicatur finiri.*

2 *Iuramentum de non petendo, an retardet litis contestationem.*
3 *Pactum de non agendo, non liberat debitorẽ, quin maneat obligatus, licet contra eum agi non possit, secùs est in pacto de non petendo.*

LIM INTER EPISCOPVM. (Non per positiones) sup. de elect. c. dudum. †Ad hoc enim vt teneat litis contestatio, oportet ãd animo contestandi litem fiat, sed vbi sunt apta contestationi præsumitur animus contestandi, nisi cõtra appareat per protestationem: vt no. sup. de consti. cùm M. Itẽ intentio animi non sufficit, nisi sint verba apta, vt hîc, & est ea ratione, qa in positionibus nõ sit aliqua petitio, quæ est necessaria, nam quomodo posset ferri sententia absolutionis à petitione & condemnatione ad petita, si nihil esset petitum. sup. de iudi. examinata. sententia enim respondere debet petitioni. inf. de simo. licet hely. nisi causa coram Papa ageretur, tũc enim sine petitione credere sufficere narrationes partiũ sine petitione aliqua. infr. de insti. cùm venissent. & ar. quòd præsentia Papæ supplet has solẽnitates. C. de test. om. sup. de transl. c. 1. Item licet aliquid possit fieri factum, vel dictum propter hoc non testor, vel contestor me velle litigare, ergò attenta verbi significatione nõ est lit. cõtestatio facta, à qua nisi aliud appareat, recedere non oportet. ff. de leg. 3. non aliter. Item ipsum hîc manifestè apparet, quòd quædam positiones & responsiones fiunt ante lit. contestationem. ff. de interro. act. per totum.

2 †Item no. quòd ad hoc vt lis cõtestetur sufficit q, respondeatur de iure libello vel petitioi. VERBI GRATIA: Peto à te fundum, quem mihi promisisti, vel vẽdidisti, nam rectè responderetur, non competit tibi petitio prædicti fundi, vel non debet tibi dari prædictus fundus, quem tu petis, nam cùm actio sit ius petendi, quòd debetur actori, scilicet, de iure. insti. de act. in princip. eadem ratio & defensio siue responsio rei legitima est, quòd petis tibi ☞ non debetur de iure. †Item dicunt aliqui non sufficere respondere ad causam, nisi respondeat petitioni. VERBI GRATIA: Peto centum, quia mutuaui, respõdetreus, non mutuasti. ar. quia cùm petitio sit necessaria, & responsio petitioni necessaria est. Item causa non est actio, sed vinculum. Nos dicimus respondere causæ,

causæ,nã cùm causa talis debeat esse, quæ necessario inferret ius petendi, quàm necessariè est probari, quia nec petenti prodest,si ex alia causa sibi debeat, & eodem modo nec sibi obest,si alia vice ex alia causa agat:vt not.sup.de offi.ordi. conquerẽte.qui respondet non veram esse causam, sed mutuum interuenisse necessario dicit se ex mutuo non teneri,&ita per cosequẽs petitioni respondet.

3 † Item attende verba litem contestari nihil aliud est,nisi testari,qui vult cum aduersario litigare.Sufficit ergò si animo litigandi petitioni aduersarij contradicat. C de iud.rem non nouam.tamẽ si diceret volo litigare cum aduersario,& nõ cõtradiceret petitioni,nõ sufficeret.ar.pre.l.& quia nesciretur,an confiteretur vel negaret petita. † Quidã tamẽ dicũt & fortè nõ malè,quòd si etiam in libello nõ fiat petitio,sed tantùm narretur factũ,& reus omninò litem contestando respondeat,quòd bona est,vel saltem toleranda huiusmodi lit.contestatio,vt res magis valeat q̃ peat. inf.de verb.sig.abbatem.ar.ad hoc. inf.de insti.cùm venissent.infr. de causâ pos. cũ ecclesia.sup.de cõsue. cũ dilectus.& videtur maximè hoc posse tolerari,vbi de iuribus agitur.s. negatoria vel cõfessoria intẽtatur.ff.si vsufr.pe.l.vl.in prin.& l.1.in decre.præalleg. tutius est tamen in omnibus aliquid petere(& responsiones) C. de iureiur.l.2.C.de iudi.rem non nouam.C. de lit.contest,l.1.sup.ti.prox.c.1.

CAPVT II.

EXCEPTIONIS PEREMPTORIAE. (Contingentis causam) hoc ideò dico,quia si exceptio talis esset,quæ pariter afficeret, & literas,& quòd in eis conceditur,tunc illa exceptio competeret etiam cõtra rescriptum ante litis contestationem, vt si habens beneficium,impetret super alio beneficio,nam cũ vitiũ taciturnitatis hic simul affecerit,& rescriptum & gratiam in rescripto contentam iustum est,quòd cõtra vtrunq; competat.sup.de rescrip.c. ad aures.& c.constitutus. secùs esset si gratia simul cum literis data nõ esset,vt si primo donaret beneficium Papa,& postea mandaret, quòd in possessione induceretur, nam hoc crederem,quòd cõtra huiusmodi literas posset obijci, quòd obreptitiæ obtinuerit, licet gratia collationis obreptitiæ obtinuerit, qa habebat aliud beneficium,vel alia causa suberat,quam si Papa sciuisset,beneficiũ non dedisset, & cõtra hanc benè competit exceptio. infr. de sent.& re iudi.c.olim.inf.de accu.c.accedens.alij tamen aliter dicunt. Contingẽtis)id est,ad principale negotium pertinẽtis,sicut est exceptio pacti de non petendo vel debiti soluti contra eum, qui pecuniam petit.de hoc plenè vt sup.de rescri. super literis.negotium autẽ principale non tangunt,quæ sunt de processu, vt quia nõ fecit mentionem de processu,infr. de sen. & re iud.c.inter.(Obiectus) id est, exceptioni peremptoria.(De re iudicata) nam exceptio rei iudicatæ contra rescriptũ opponitur. C. sent. rescin. non pos.l. vltim. (Translata)quia exceptio trãsactionis ante litem contestatam admittitur.ff.de cõdi.inde.l.eleganter.§.si quis.

† Finita) sed quomodo potest finiri lis, nisi vel sententia vel transactione? Potes respõdere,quòd hæc dictio SEV, nõ notat hîc diuersitatem,sed multiplicatis verbis, idem repetitio VEL,quòd hic dicit rem finitam,de qua non est transactum,neq; iudicatum,sed tamen lis finita dicitur, puta quia iurauit se in perpetuum non acturũ, nam tunc nisi ex causa noua vlterius agere non potest.ff.de iureiur.l.admonendi. C.de pact.l.postquâ.ff.de condic. ob cau. l.2.ar.sup.de rescri. constitutus. Idem videtur etiam si solùm pactũ fecisset de non agẽdo vlterius de aliquo debito, nam huiusmodi exceptio contra rescriptum rectè opponitur,& litis contestationem retardat,quia si hoc expressisset nullas literas habuisset,secùs autem si pactum de nõ petendo fecisset, quia tunc non retardaretur litis contestatio. † Iuramentum autem de non petendo an tardet litis contestationem.Respondemus quòd sic, vt impediatur periurium. Quare autem aliud sit, quando paciscitur de non petendo, & aliud quando paciscitur de non agendo? Respondeo quando paciscitur de non agendo,nihilominus extra iudicium petere potest, & nihilominus debitor manet obligatus ex promisso,licet agere nõ possit,& econuerso.ff.de condi. inde. l. naturaliter.ff.de iudi.l.ius. & ita si promitteret contra se litem contestari nõ opposita cõtra literas prędicta exceptione post lit.cõtestationem opponere non posset,cùm sit declinatoria fori,sed vbi paciscitur de nõ petendo nullo modo remanet obligatus, & ita post litis contestationem poterit recipere.

TITV-

TITVLVS V.

VT LITE NON CONTESTATA NON PROCEDatur ad testium receptionem.

CAPVT I.

1 *In causis vbi requiritur lit.contest. siue actor siue reus absentet se ante litis contest. citari debet per interualla 10. dierum. bis, ter, & quater: prout iudex ex diuersis causis moderabitur. Quid autem si reus se absentet,an sit procedendum ad sententiam diffinitiuam. in nu. 2.*

3 *Dotis & adulterij accusatio pertinet ad iudicem ecclesiasticum.*

4 *Dandæ sunt dilationes ob aduocatos quærendos, non autem propter absentiam aduocati habiti sunt dandæ.*

5 *Dominus non appellatur contumax & malitiosus, licet procurator sit.*

6 *Dominus sciens contumaciam procuratoris punitur nisi purget.*
Dominus an possit propter absentiam procuratoris in expensas condemnari, & quando teneatur de culpa eius, in nu. 7.

7 *Diffinitiua sententia ferri potest contra dominum propter procuratoris contumaciã.*

8 *An ecclesia vel pupillus teneatur de dolo à ministro vel tutore, seu procuratore perpetrato in negotio sibi commisso.*

1 AD HAEC DEVS. & infr. † Licet hîc ponantur quidam casus speciales, in quibus proceditur lite non contestata, tamen generaliter est sciendum, quòd etiam in causis vbi requiritur lit.contest. siue actor, siue reus se absentet ante lit. contest. quod citari debet per interualla 10. dierum semel,bis,ter,quater, prout iudex moderabitur ex diuersis causis.arg. ff. de iu. ad pa.& l. seq. quæ.ll. licet loquantur de citatione, post litis contestationem similitudinariæ,idem dici potest, & ante lit. contest. hodie autem actor vocatur per interuallum 30. dierum ter. C.quomodo & quando. Authen.qui semel.& si intra hos terminos non venerit, actor expectabitur per annum, intra quem si non venerit, & tunc iudex procedet ad recipiendum probationes rei, & ad diffinitiuam sententiam.Authen. de liti.§. omnem. ff. de proba. circa fi. si autem reus non potest aliquid probare, absoluetur ab instantia iudicij tantùm,& actor condemnabit in expensis.C. de iudi. l. properandum.§.1. si autẽ intra annum actor venerit saluo, processu habito, & restitutis expensis recipientur probationes eius, & audietur de iure suo, & si postea iterum receserit.i.dicunt quidam quòd expectabitur per alium annum, & post iteratas easdem citationes, & si nec tunc venerit cadit ab omni actione. Melius nobis videtur, q̃ nec expectato actore per aliũ annum ꝓcedetur contra ipsum, & sic loquitur Authent. præalle.

2 † Si autem reus se absentet per eadem interualla citandus est, sed nõ est ad diffinitiuam sententiam procedendum,sed ad missionem in possessionem: vt nota. inf. de dolo.prout.inf.eo.quoniam contra.in Authent.vt omnes obe.iu.§. si verò. Sol. ibi erat lis quasi contest. cum alio pro eo pro se conuento. Vel dic; q̃ licet non feratur sententia contra reum contumacem,tamẽ actori satisfit quantum ad expensas, & interesse suum de rebus eius propter contumaciam suam. Si verò post litis cõtest. absentet se actor vel reus eodem modo citabitur & per annum expectabitur, vt prædictum est ante litis contestationem, nisi ex causa, tunc iudex dixerit tempus breuiandũ. Melius videtur, quod eo vocato legitimè ad probationes dandas,& ad sententiam audiendam, quod non expectato anno,ex quo lis contestata est, terminabitur causa. inf. de dolo. prout. C. quomodo & quando iud. l. consentaneum. In criminalibus autẽ quid obtineat, nota.alibi. (Procurator) quod licet, sup.de procura.c.tuæ.

3 † Not.accusationem de dote,& adulterij pertinere ad iudicem ecclesiasticũ (Dotem)& donationem propter nuptias petet hæc mulier. C. de repu. l. consensu. §. fine, sicut & vir dotem, inf. de dona. inter vir.& vxo. l.plerunq;. (Aduocatus.)

4 † Licet enim propter aduocatos quærendos dandæ sint dilationes.argu.ff.ex quib.cau.ma.in integ.restitu.l.ab hostibus.§. si quod.& l.ait prætor.& l. vlti.& argument. C. de iudic. properandum. §. penult. & ff. de postul. l. 1. §. ait prætor. tamen propter absentiam aduocati habiti non sunt dandi. inf. de dolo. prout. C. de postu. l. velamento. nisi in causa fisci, quæ retractatur propter absentiam aduocati.ff.de iure fisci. l. si fiscus. Iudex tamẽ discretus attendet diligenter, vtrũ magno incommodo afficiatur pars, q̃ habet aduocatũ si detur dilatio, vt tunc procedat vel faciat sibi de expensis satis-

fieri, an modico tempore, & tunc procedet ſic, vtrum iuſta cauſa teneatur aduocatus an minus iuſta, an in breui poſsit habere an non, argumentum. ff. de vaca. mu. ait prætor, nam hoc maximè pertinet ad officium iudicis. ff. de ædilitio edicto. ædiles. §. penultimo. (Sæpè) id eſt, multis vicibus. (Poſtulauit) iuſta erat hæc procuratoris petitio dummodò mulieri ſecuritatem præſtitiſſet (De mulieris) infrà, de reſtitutione ſpoliato. literas. in fine. (Cauere) requiſitus quia ipſe ex officio procuratoris præciſè non tenetur offerre cautionem (Præſentare) ☞ ſed illicentiatus receſsit. (De fœdere) quia tunc ſecùs, infrà eodem, quoniam. §. porrò. (Diffinitiuam) quia totus proceſſus eſt cenſendus irritus, vbi litis cõteſtatio non præceſsit.

5 †Sciens) ex hoc colligitur quòd dominus non dicitur contumax, vel malitioſus, licet procurator ſit, & ideò videtur quòd etiam quando procurator eſt contumax poteſt appellare, dicimus tamen quòd quando non eſt contumax poteſt appellare intra legitimum tempus decem dierum, ergò tantùm propter ſuam malitiam prohibeatur procurator appellare, quare domino qui prius habet poteſtatem appellandi auferetur ſua poteſtas. Nec obſtat, 2. quæſtio. 6. biduum. §. fin. aduerſus. vbi dicitur, quòd ſi quis per procuratorem egit, difficile auditur appellans, quia illud intelligitur poſt decem dies, quare intra hoc tempus appellare poteſt, non tantùm procurator, ſed etiam dominus: vt nota. ſuprà, de procuratoribus. cap. penultimo. poſt decem autem dies, licet dominus non ſit verè contumax, ſed præſumptiuè poſsit appellare. C. quomodo & quando iudic. l. vnica. tamen hoc quando per procuratorem actum eſt non poteſt appellare, quia nec verè, nec præſumptiuè eſt dominus contumax, ſed procurator, & ideò non poteſt appellari. 2. quæſtio. 6. §. ſi ad. Item dicunt aliqui, quòd hoc quando contra procuratorem contumacem actum eſt tranſit ſententia in rem iudicatam ſaltem poſt decem dies, ſed quando contra dominum contumacem præſumptiuum fertur ſententia, non tranſit in rem iudicatam, niſi poſt decem dies à die, quo ſciuit ſententiam contra ſe latam computandos.

6 †Not, quòd niſi dominus ſciens procuret contumaciam ꝓcuratoris punitur, ſecùs ſi neſciret. ff. quod quiſq; iur. l. 3. §. ſi procura. † Item nota, quod licet ſententia excommunicationis non poſsit ferri in abſentem propter contumaciam procuratoris nec multa indici. ff. ſi quis ius di. non ob. l. vnica. §. per procuratorem. tamen fiet miſsio cauſa rei ſeruandæ, & etiam in veram benè fiet. ff. de procura. ſed & hæ. §. vltimo. & l. ſequen. C. de digni. quoties. libr. 12. nam culpa ſua eſt, quòd malum procuratorem elegit. ff. nau. cau. ſta. l. vltimo. §. hac act. ar. ☞ ff. ex quibus cauſis. l. hoc autem. † Item ex hoc videtur, quod ſi procurator inſtitutus non præſentet ſe iudici ſiue prima vice, quando committitur, ſiue aliis vicibus, quamdiu procuratio eius durat, quòd non ſolùm procurator, ſed etiam dominus poteſt condemnari in expenſis. argum. ff. commo. l. eum qui. §. vltimo. & l. ſeq. vbi expreſſè dicitur, quòd dominus tenetur de culpa procuratoris, ſi minus idoneum elegit. Item videtur expreſſum. ff. de procu. non cogendum. & l. ſeq. vbi dicitur, quòd procurator non cogitur proſequi litem ante litis conteſtationem, ſed dominus tenetur ob rem non defenſam poſt litis conteſta. tamen poſſet magis dubitari, ſed & tunc videtur, quod dominus teneatur de culpa eius. ar. prædictarum. ll. nec mireris ſi alius tenetur de culpa, vel pœna alterius, ſcilicet, procurator, quia hæ expreſſæ non ſunt tantùm pœna ſed etiam intereſſe.

7 †Idem etiam videtur & de diffinitiua ſententia, ſcilicet, quod ferri poteſt contra dominum propter procuratoris contumaciam, cùm poſt litis conteſtationem factus ſit dominus litis, vnde mutari non poteſt. ff. de procur. poſt litem. & ſententia in eum dictari poteſt. C. de ſen. ex peri. re. l. 1. & expreſſum videtur. ff. quando ap. ſit. l. 1. §. fi. C. quo- ☞ modo & quando. l. tertia. † Idem etiam dicimus in caſibus in quibus ad ſententiam diffinitiuam proceditur lite non conteſtata propter generalem rationem quæ dicta eſt, quia culpa ſua eſt, quòd non inſtituit bonum procuratorem, ſed ipſi domino datur actio mandati contra procuratorem, & ſi non ſit ſoluendo, reſtituitur actio contra eum qui vicit. ff. ☞ de dolo. & eleganter. §. penulti. † Idem etiam dicendum videtur in ſententia ſuſpenſionis & interdicti, ſed poſſet dici ſecùs,

ei ſecùs, licet enim contumacia procuratoris generet præiudicium domino in re vbi eſt procurator, & in pertinentibus, non tamen in alijs, ſicut eſt quod ſuſpendatur vel interdicatur, quod non debet fieri, niſi cauſa ſuſpenſionis legitimè probetur. 2. quæſtio. 1. nomen. prædictis rationibus videtur, quod ſi procurator eccleſiæ propter contumaciam ſuam condemnetur in expenſis, quod mandabitur ſententia executioni in bonis eccleſiæ, quia ipſe in culpa, & contumax fuit cùm ipſe vel alius eius nomine ☞ comparere debuerit. † Et idem videtur ſi alia mandata iudicis non impleat, puta quia non exhibet acta vel alia inſtrumenta, & idem in ſimilibus, ſecùs autem eſſet ſi falſa inſtrumenta ꝓduceret procurator, vel aliam fraudem faceret, & eſt ratio diuerſitatis, quia ad hoc non tenebatur dominus, vnde nec ſibi imputatur, ſi fiat à procuratore, quare nõ commiſſa videtur, ſed ad comparendum & ad exhibendum inſtrumenta & ad ſimilia tenebatur per ſe, vel per alium, ſed etiam in his ſubuenitur eccleſiæ, aliquando, vt prędiximus per in integrum reſtitutionem. ff. de minoribus. minor etiam. Nec eſt contra. 16. quæſtio. 6. ſi epiſcopum. quod in prædictis non punitur eccleſia pro delicto procuratoris, ſed pro ſua culpa, in qua fuit quod non elegit & in fide, & in facultatibus bonum procuratorem, vt prædictum eſt, & hac ratione videtur, quod ſi procurator habet poteſtatem conſtituendi alium procuratorem, puta quia iam eſt lis cum eo conteſtata, & detinetur infirmitate, vel alio iuſto impedimento, quia debet alium procuratorem conſtituere ſuis expenſis, & niſi faciat, non ſolùm punietur procurator, ſed etiam dominus ad intereſſe, quia in culpa fuit, quòd inobedientem procuratorem & indiſcretum elegit, ſecùs autem videtur, ſi ideò tenebatur alium procuratorem cõſtituere, quia habet ſuper hoc, ſcilicet, ſuper conſtituendo procuratorem ſpeciale mandatum, nam tunc quia hoc fuit tantùm de gratia & ex abundanti prouiſione, quia non tenebatur dominus prꝫuidere caſus fortuitos, nec ipſi procuratori nec domino imputatur, ſi non conſtituat alium procuratorem. argumentum. ſupr. de electio. cùm inter vniuerſas. vbi nota. Alij tamen contradicunt domino, tamen benè daretur actio mandati contra procuratorem, ſi ſibi expediſſet alium procuratorem conſtitutum fuiſſe: de hac materia notauimus ſuprà de iudic. cùm deputati.

8 † Quidam etiam dicunt quòd etiam ex dolo commiſſo, & à miniſtro, & à tutore, & à procuratore in negotio ſibi commiſſo, non teneretur eccleſia vel pupillus, niſi vbi à delinquentibus poſſunt ſe ſeruare indemnes, & tunc ſufficit ſi cedant actiones. ff. quando ex officio tutoris. l. vnica. ff. de adminiſtratione tutor. l. finali. Quando autem procuratores aliarum perſonarum delinquunt: qd iuris ſit, notabimus infrà de fide inſtrument. cap. penultimo.

CAPVT II.

ACCEDENS. & infrà. Reſtitutionis) iuris parochialis, & quorundam aliorum iurium, per in integrũ reſtitutionem, vel melius vtriuſq; principaliter, vel potes melius dicere, quòd petebat archiepiſcopus reſtitutionem poſſeſsionis iuris parochialis, & cùm iudices viderent, quòd archiepiſcopus fortè de iure parochiali fidem feciſſet, nolebat illud ſibi reſtituere, ſed contra eum pronunciare, & ideò tunc idem archiepiſcopus petijt reſtitutionem in integrum, & ipſi dedere, vel dic, quòd ex quo diſcreti ſunt iudices, præſumendum eſt pro ipſis prima facie. argumentum. ſuprà de procuratoribus. in noſtra. §. finali. & quantum ad ipſorum proceſſum Doctor non debet ſibi aſſumere onus excuſandi indiſcretos iudices. Appellauit) & benè cum cauſis aſsignatis: vt infrà, qui erant ſuſpecti, & quia non admittebant exceptionem illam, quia literæ erant per veri ſuppreſſionem obtentæ: nam Veneti habebant priuilegium à Papa, quòd ſuper eccleſia illa conueniri non poſſent ante recuperationem terræ Orientalis, & ſic continetur in regiſtro. (Admonitus) ſed grauamen non reuocabant, quia ſi reuocaſſent, tunc ſecùs eſſet. infrà de appellationibus. cum cauſa. (Non tenebat) falſum dicebant. (Noluit) & benè: quia iuſtè appellauit. (Contumacia) non eſt verum quod dicit archiepiſcopus. (Receperunt) & malè lite non conteſtata, & quia poſt appellationẽ legitimam. (Excommunicationis) non tenuit hæc ex-

communicatio, quia ab ipſis iudicibus legitimè appellauerat. (Parochialis) Iſte archiepiſcopus fortè perierat ſibi reſtituí, vt dictum eſt, ius parochiale in quibuſdam locis, vel domibus quas poſſidebat archiepiſcopus: ius autem epiſcopale non ab eo peteret, ſed ab eo qui poſſideret. de hoc nota. ſupr. de maioritate & obedientia. inter. (Reſtituentes) ad alia iura petita præter poſſeſſionem iuris parochialis, ad illud enim petendum non potuit dare in integrum reſtitutio, cùm iam reſtitutio data eſſet. Vel dic, quòd ſimul reſtituit poſſeſſionem iuris parochialis petitam, & in integrū reſti. dedit quod fieri poteſt: vt nota. ſuprà de in integrum reſtitutione, cùm ex literis. (Poſſeſsionem) iuris parochialis. (Conteſtata) & ideò malè recepti ſunt ſuper poſſeſsionem iuris parochialis teſtes. ſuprà de officio iudicis. l. ſecunda. ff. de minoribus. verùm. §. ſciendum. c. l. in cauſæ. §. cauſa. ſed nec ſuper reſtitutione in integrum debuerunt recipi, niſi per tres menſes contumax perſeueraret: vt in Authentic. vt ſpon. larg. §. ad hæc. col. 9. (Manifeſtum) & ideò non fuit neceſſe ſuper hoc probationes recipere. de hoc nota. inf. de coha. cler. & mu. c. tua. (In quem) plebanum (Vniuerſa) inſtrumenta. C. de condi. ex le. diſſolutæ.

CAPVT III.

IVAE FRATERNItatis. (Nequeat) puta: quia eſt cauſa criminalis, vel ſpiritualis, vel aliter: vt nota. infrà eodem, de eo qui mit. in poſ. cau. rei. capitulo primo. Per cenſuram) debet enim condemnari etiam in expenſis. ſuprà eodem, quoniam. poteſt etiam manu militari eiſci. ff. ne vis fiat ei qui in poſſ. ſi quis miſſum. ff. de rei vendicatione. qui reſtituere. nec facient miſſionem corporalem, niſi qui habent merum imperium. ff. de iur. omn. iudic. l. iubere. ff. de officio proconſ. l. nec quicquàm. §. vbi decretum. poſſunt tamen iudices minores decernere poſſeſsionē minorem, puta illam, quæ ſit cauſa cuſtodiæ cum aliqua cauſæ cognitione. ff. de damn. infect. l. quarta. §. primo & ſecundo. & l. ſi finita. §. primo. ff. de iuriſdict. om. iudi. l. iubere.

CAPVT IIII.

ACCEDENS AD SEdem Apoſtolicam. (Coriſopiten.) iudex in cauſa quæ vertebatur inter vicecomitem, & vxorem eius (attingat) & ideò iudex poteſt recuſari vt ſuſpectus. infrà de appellationibus. poſtremò. (& Archi.) qui ſimiliter erat iudex cum epiſcopo, & magiſter P. tertius iudex (Locum) infrà de appellationibus. ex parte. 9. quæſtio. 9. hortamur. ff. de iudic. ſi locus. ff. de arbi. l. ſi cum dies. §. arbiter. (Credere) ſup. de electionibus. bonæ memoriæ Magunt. ſi capitali odio eum odiat. infrà de reſtitutione ſpoliatoris. ex tranſmiſſa. ff. ad Trebellianam. qui ita. §. primo. Tertius) ordo iuris eſſet, quod ex quo cœperat lis ſubdelegato primo deberent vſq; ad finem cognoſcere, niſi per appellationem & recuſationem reuocaretur ab eis iuriſdictio. infrà de appellationibus. vt debitus. & cap. cùm ſpecialis. & cap. interpoſita. Sed licet hic ſit ordo ſeruandus, quantum ad litigantes, poteſtas tamen remanet penes delegantem, vt ſiue cōmiſit totam cauſam, ſiue partem, dummodò ſit ordinarius, vel ſi ſit delegatus, & commiſit partem quandocunq; vult reuocare commiſſam iuriſdictionem. ff. de iudic. iudicium. quod maximè vbi honeſtas & veriſimiles cauſas attendit, & modicum ſit præiudicium, vt hîc. Quidam tamen dixerunt, & vt videtur, non benè, quòd hæc commiſsio facta erat per appellationem, ſed hoc non videtur poſſe ſtare, quia ſi iuſtè in cauſa appellationis procederetur commiſſum eſſet eis, vt ſi verè eſſent cauſæ appellationis procederent, alioquin remitterent cauſam ad primos iudices, à quibus fuerat appellatum cōdemnata parte appellante in expenſis: vt infrà de appellationibus. vt debitus. quod hîc non fuit factum, ſed ſine cauſæ cognitione reuocauit iuriſdictionem, vel dic, quod hîc de appellatione iuſta conſtitit Papæ. † Sed nunquid hac commiſsione emanante debebant ceſſare primi iudices? Reſpondeo, ſi vicecomes innitatur appellationi, ſemper primi iudices ſuperſedebunt. vt nota. ſuprà de officio delegato. paſtoralis. ſed ſi appellationi non inſiſtat vicecomes: tunc poteſt lis procedere ſecundum tenorem decre. ſuprà de reſcriptis. paſtoralis. in princip. (Vel poſt appellationem) etiam ſi lis eſſet conteſtata

conteſtata (Abſq; culpa) hic reſpondet tantùm primo membro, ſcilicet, quando lite non conteſtata proceſſum eſt. (Inconſulte) Nota. inconſultam dimiſsionem adducere reſtitutionem. ſimile. ſuprà de electionibus. cauſam. Quam terræ.) Nota. fieri reſtitutionem non ſolùm vxoris, ſed etiam terræ in dotem datæ, antequā de fœdere matrimoniſ cognoſcatur, cuius defenſio primo loco pertinet ad maritum. ff. de re iudi. ſæpè.

CAPVT V.

1 *Caſus enumeratos hic habes, in quibus lite nō conteſtata licet recipere teſtes. & numero 3.*

2 *Qualiter mors vel abſentia æſtimari debeat à iudice.*

3 *Vſq; ad quotum annum quis dicatur ſenex.*
Senes à quibus muneribus excuſantur.

4 *An poſt mortem teſtium poſsit in eorum dicta & perſonas dici.*

5 *Qui propter infirmitatem & ex alia iuſta & neceſſaria cauſa eſt abſens expectari debet, ſecùs verò ſi fraudulenter quis ſe abſentauerit, vt in num. 6.*
Teſtes ſuper matrimonio carnali an recipiantur contra abſentem lite non conteſtata.

7 *Sub exceſſus nomine comprehenditur iuriſdictio ſuper iuribus quæ malè occupata vel detenta dicuntur.*
Miſſus in poſſeſsionem in actione reali, an poſſit percipere fructus.

8 *Nunquid ſecundum decretum locum habeat in perſonalibus actionibus.*
Dominus abſens quando amittat ciuilem poſſeſsionem.
Commodatarius, depoſitarius, & alij qui ſolam detentionem habent, an poſsint conueniri, & an cogantur dominum abſentem defendere.
Miſſus in poſſeſsionem an teneatur rei vendicatione, & an ipſe etiam poſsit vendicare rem.

9 *In reali & perſonali actione facienda eſt miſsio in poſſeſsionem.*
Debitor an & quando poſsit pignus recuperare à creditore qui miſſus eſt in poſſeſsionem.

QVONIAM FREquenter. (Procedendum.) † Nouem ſunt caſus excepti, in quibus fallit hæc regula, vbi timetur de morte, vel abſentia teſtium, & vbi agitur de matrimonio, vel electione, & inquiſitione, & publicatione teſtium, vt hîc. Fallit in cauſa appellationis. C. de præſcri. triginta ann. cùm notiſsimi. §. penulti. mo. C. de temp. ac. l. vltima. Item fallit, vbi quis iurauit non repetere vſuras, & vbi idem vſurarius in teſtamento reddi mandauit, nam tunc teſtes recipiuntur ſuper vſuris, lite non conteſtata. infrà de iureiurando. ad noſtram, & idem dicunt quidam, vbicunq; quis iurauit aliquod tale illicitum, puta non repetere rem ratam etiam ſine teſtamento. Fallit etiam vbi aliquid petitur officio iudicis ſeruiente actioni, vt in expenſis pen. lite factis, ſecùs ſi non ſeruiret actioni, ſed actio ei. ſuprà de officio iudicis. capitulo ſecundo. C. de iudic. ſancimus. & in cauſa in integrum reſtitut. vt in Authentic. vt ſpon. lar. §. ad hoc. Sed quidam dicunt illam Authenticam loqui tantùm, quando petit reſtitui, vt ab hæreditate ſe abſtineat. Item vbi cauſa eſt mere ſpiritualis, & ſine alicuius commodo, vt eſt crimen hæreſis. 24. quæſtio. 2. ſanè. in principio. Item fallit vbi offenditur publicum commodum, vt in dilapidatione & officiali. 3. quæſtio. 2. quia ea. quæſtione quarta. §. aliquando. C. de pœnis. ne diù, dicunt quidam idem vbi agitur de ſtatu eccleſiæ. infrà de teſtibus. cùm olim. & idem poteſt dici vbicunq; agitur de iuribus, licet ſuper his rarò debeat procedi inquirendo, niſi iuſta cauſa ſubſit. Fallit in denunciatione. ſuprà de iudic. nouit. Item fallit in reo præſente & actore abſente. C. quomodo & quando. Authentic. qui ſemel. Item in cauſa appellationis interpoſitæ à grauamine. infrà de appellatio. interpoſita. §. vltimo. & idem fortè dicitur in omnibus emergentibus.

2 † Abſentia) mortem autem vel abſentiam æſtimabit iudex variè ſecundum qualitatem negotiorum, nam ſi debitum de quo agi ſperatur, ſit in longum diem debitum, vel ſub conditione, quæ poteſt multùm differri, non reputabo abſentem etiam ſi diu abfuturus ſit, cùm credibile ſit, quod poſsit redire antequam dies, vel conditio extet, & ideò non recipietur teſtis, ſed expectabitur in hoc caſu, & econuerſo ſi iam citatus eſſet aduerſarius, & differret litis conteſtatio, quia poſſet eſſe, quòd in proximo fiet litis conteſtatio, & ſic præſumitur etiam ſi breui via, vel tempore ſit abfuturus teſtis, non recipietur ad teſtimonium eius, & hæc arbitrio diſcreti iudicis committuntur. Ciuiliter) etiam de crimine, cùm ciuiliter agi-

tur, secùs si criminaliter, vbi non licet procedere, nisi præsens sit accusator & accusatus, per consequens testes aliter non recipiuntur, nisi accusator procedat. 2. quæstio. 8. & cap. secundo. & cap. præscripta. 2. quæstio. 1. in primis. 5. q. 6. Epiphanium. (occultetur) 23. q. 2. quanquam. (Fortuitis) ff. de testi. current. inf. de testi. si qui testium. ff. ad l. Aquil. in lege. §. secùs.

3 †Senes) hi dicuntur senes, qui sunt in septuagesimo anno. de illis enim qui iam compleuerunt septuaginta annos, non potest intelligi, cùm ipsi & si violentes possunt, inuiti tamen non coguntur ferre testimonium. ff. de testi. inuiti. quia post septuaginta annos nō coguntur ad munera publica authoritate tantùm. C. qui æta. l. vnica. insti. de excu. tut. §. item maior. ff. de iure immu. l. tertia. A muneribus autem personalibus publicis authoritate & vtilitate excusatur quis post sexaginta annos. C. qui æta. l. vnica. libro decimo. Potest tamen dici, quod ad testimonium ferendum in hoc casu, qui dicuntur senes relinquitur arbitrio iudicis, nam quandoq; est aliquis septor in quinquagesimo anno, & alius in sexagesimo anno, & satis probabiliter potest timeri de morte cuiusq; secundum naturam inferiorum causarum, post quam peruenisset ad quinquaginta annos. & leges quæ dicunt, quòd septuagenarij tantùm excusationem habent à muneribus nihil faciunt ad rem, quia ibi nihil fit timore mortis, hic autem aliquid speciale occurrit. Hic enim testes recipiuntur timore mortis tantùm, ne cum eis pariter pereat probatio veritatis.

☞ †Et valetudinarij) id est infirmi propter debilitatem corporis & naturæ defectum, non propter febres acutas, vbi enim timetur de morte testium, de qua dixi suprà. ibi, scilicet, de morte. hic vult dicere, quòd etiam in prædictis casibus, id est, cùm de morte vel absentia timetur, non sunt recipiendi, nisi probabiliter timeatur. puta, quia sunt senes etc. Vel dic, quòd vbi de morte vel absentia timetur omnes recipiuntur, sed senes & huiusmodi recipiuntur etiam si de morte vel absentia diuturna non timeatur. Rationabili) quia citò morituri sunt, vel diu abfuturi fortè quia iturus est ad bellum, vel alijs huiusmodi causis, quæ sunt. ff. de do. causa mor. l. 2. & seq. (Absens) idem est si sit præsens, sed si debitum sit conditionale, vel in diem, vel si alterius ex arbitrio pendeat intentio actoris. inf. de testi. significauit. ff. ad legem Aquil. in l. Aquil. Item si impediat litem contestari per suas exceptiones, idem est & si dignitas vacaret. arg. contra. inf. ne sede vacan. c. vlti. ibi sol. (Denunciauerit) hoc intelligo, quando fuit absens, quia si fuisset præsens ipse debuisset interesse exceptioni testium & iuramento ab eis præstito. 2. q. 1. in primis. inf. de testi. c. 2. & dicitur præsens, qui est in eadem ciuitate. in Authen. de testi. §. & hic. Non valeant) illi qui produxit eas, & qui fuit in culpa: sed semper valebunt absenti, qui non fuit in culpa. arg. pro hoc, quia testes pro vtraq; parte ferunt testimonium. inf. de testi. veniens. in fin. 14. q. 5. non sanè. hoc occultatione attestationum.

4 †Legitime) à legibus & merè introductæ, vt Velleia. & Mace. vel quia non est versa pecunia in vtilitatem ecclesiæ, & huiusmodi, quia expectarent tempus quo mortui essent illi, per quos possent reprobari testes, non autem nego, quin post mortem dicere possit in dicta & personas testium. C. de test. l. vltim. quia expectauit tempus, quo mortui sunt illi, per quos probaret exceptionem pacti, vel consimiles super principali causa ab omnibus, vel sponte interpositæ, vt pacti & huiusmodi. (Casualiter) scilicet, quia testes lite non contestata recipiuntur. Alicuius) electi non confirmati & consecrati. Vel dic, quòd cuiuslibet electi & etiam confirmati & consecrati, puta si aliquis est in pacifica possessione episcopatus, & etiam fortè fuit iam per multos annos consecratus, modò dicatur non electus, sed intrusus habuisse intrositum, vel per potentiam ab initio, vel per simoniam, vel per dolum, nam hic si non fuerit contumax, procedetur contra eum lit, non contest. ad testium receptionem & sententiam, & hoc satis probatur per id, quod dicitur de matrimonio carnali, de quo etiam si sit consummatum agitur lite non contestata, secùs autem si dicatur electionem tenuisse, & eum sponsum fuisse, sed tamen ad depositionem agatur propter crimen postea commissum, quia tunc quantumcunq; sit contumax super crimine, non debent testes recipi, nec in absentem fertur sententia, 3. q. 9. decernimus, sicut in matrimonio carnali dicitur, quando non agitur de fœdere matrimonij. supr. eod. c. 1. pro contumacia tamen posset contra eum procedi. sup. eo. c. 1. ar. inf. de dolo, cùm olim.

Iste §. potest intelligi etiam de confirmato & consecrato, sed contumaci, sequens §. qui incipit ibi: si verò, aliter loquitur quando electus, & confirmatus est absens, non per contumaciam. tertius autem §. qui incipit, quod si forsan, loquitur de non confirmato.

Et intelligo hæc vera non solùm in episcopis, sed etiam in alijs prælatis, qui sunt sponsi, vel qui habent curam animarum, cùm ibi causa hic assignata subsit, scilicet, periculum in spiritualibus: in alijs clericis autem non idem, sed est procedendum contra eos: vt habes infr. de cleric. non resi. ex tuæ. Alij autem dicunt & melius idem de cuiuscunq; electione clerici agatur, quia & per longam moram clericorum in spiritualibus defectum patitur ecclesia. infr. de eo qui mit. in poss. eum qui. sup. de elect. statuimus. (Alicuius) electio, id est, quod electio non sit canonica, vel prælatus sit criminosus (Prohibitus.) Idem etiam si non opponitur gradus lege diuina prohibitus. inf. de resti. spol. literas. (Contumax) contra non contumacem in hoc casu, nullo modo procedat: vt supr. cap. proxi. (Malitiosè) inf. de cleric. non resi. ex tuæ. ff. de euic. si dictum §. fi. contra tales enim credimus publicè proponi edictum, vel ad domum. inf. de cler. non resi. ex tuæ. (Aliter) id est non per contumaciam (quod si forsan.) Iste §. sicut superior loquitur de absente per contumaciam (Si autem.) Iste §. loquitur sicut primi duo loquuntur, quando est absens, & nō per contumaciam (Alij) præter senes & valetudinarios, quasi dicat, testes aliàs legitimi recipiendi (Spirituali) id est quod electio non sit canonica, vel etiam quod prælatus sit criminosus. ☞

5 †Diffinitum) scilicet, quòd sit absens ex necessaria causa, puta infirmitatis semper expectandum est. 7. quæstio. 1. præsentium. Si verò sit absens per annum sine rationabili causa, & sine licentia subtrahantur ei expensæ authoritate superioris, & monetur per subditos, vel archiepiscopum, vt redeat, & si non redierit alius ponitur loco eius authoritate superioris. Authentic. quando oportet epis. §. & illud. & Authen. de sanc epis. §. interdicimus.

6 †Ille autem qui fraudulenter se absentauit, si proposito edicto citationis intra sex menses non venerit, spoliabitur sua ecclesia, & aliter etiam punietur lite non contestata. infrà de cleric. non resi. ex tuæ. Vel dic statutum esse, quod nullatenus procedatur super accusatione sua, vbi accusatur de crimine criminaliter, nisi sententietur de crimine, nisi lite non contestata. 3. quæstio. 9. decernimus. suprà de iudic. capitulo primo. & sic benè respondet lectioni, quam fecimus in proximo § Et facit etiam propter hoc, quod sequitur de matrimonio carnali, super quo non recipiuntur testes lite non contestata contra absentem, non per contumaciam. infrà eod. c. §. si autem. posset tamen dici, & probabiliter, quod nisi causa probabili sit absens, episcopus iam consecratus vocabitur per edicta, & nisi comparuerit procedetur contra eum non super criminalibus, sed super impedimento, quo dicitur electionem non valere ad sententiam diffinitiuam. argum. eius, quod dicitur in matrimonio carnali. infr. qui fil. sint legi. perlatum, & no. in §. sequen. si autem. Vel die, quod is est sensus §. huius, quòd si contra confirmatum, & non consecratum, vel non ordinatum proponitur aliquid contra personam, vel contra formam electionis, tunc non debet expectari, nisi per tantum tempus, in quantum debet consecrari vel ordinari, & de his temporibus not. sup. de electio. cùm in cunctis. §. 1. & 2. & est ratio, quod tantum expectant, quia si tunc venerit quisq; obijcere poterit, qd volet alioquin remoueri deberet, vt in prælleg. decre. cùm in cunctis. & sic etiam potest intelligi §. sequens.

☞ †Expectetur) quasi dicat, non est necesse, quod electus citetur vt veniat petiturus confirmationem, sed tantùm per sex menses expectatur, post electionem quòd hic satis expresse innuit. Vel dic quod loquitur, quando contra electum aliquid obijcitur & citatur vt respōdeat, nam in hoc casu si per sex menses comparere distulerit procedetur, nō obstante, quod non sit lis cōtestata, non obstante, quòd est absens non per contumaciam (præsumatur). C. de repud. Authen. hodie. inf. de spon. in præsentia. 34. q. 4. cùm per bellicā. Propria) inf.

qui filij ſint legitimi. perlatum contra. Sol. dixerunt quidam ibi non ſententiari de matrimonio, ſed de legitimatione prolis. Vel dic, quòd ibi recepit legitimas præſumptiones ſuper morte viri eo mortuo, alius aduerſarius conſtitui non poteſt. Vel poteſt dici, quòd ille qui ibi fuit citatus, fuit cõtumax. Vel dic, quòd ibi loquitur, quando malitioſè aberat, vnde ſufficiebat proponi edictum ad domum eius. infrà de clericis non reſi. ex tuæ. ſecùs vbi non malitioſè, vt hîc, & præſumitur malitia, ſi vxor neſcit vbi ſit. infrà qui matri. accu. poſ. capitulo primo.

Et intelligo hoc vltimum verum, ſcilicet, quòd ponitur edictum ad domum vbi ex malitia eſt abſens, vel vbi contumax eſt quo ad hoc quòd procedatur ad ſententiam diffinitiuam, nam quo ad miſsionem in poſſeſsionem procederetur ad edictum proponendum, etiam ſi non eſſet malitioſus vel contumax: vt notatur infrà de eo qui mittitur in poſſeſsionem. ſi aduerſarius. dummodò non eſſet in prouincia (multi) 32. q. 7. illi qui. & c. neq. & c. furioſi. inſ. de ſpõ. in præſentia.

7 †Exceſſuum) ſub hoc nomine exceſſuum, comprehendit iuriſdictionem ſuper iuribus alicuius, quæ malè occupata vel detenta dicuntur. infrà de teſtibus. cùm olim. 2. quæſtio. 7. quapropter. & c. ſequent. infrà de ſimo. licet. infrà de accuſationibus. qualiter & quãdo (publicatio) id eſt, redactio in publicam formam ad æternam rei memoriam. infrà, de teſtib. ſignificauit. Authen. de teſtib. §. penultimo. Idem fortè in publicatione teſtium. argumentum. C. de teſta. publi. & l. inſtar. & fiet hoc modo, quia ijdem teſtes dicunt qualiter interfuere contractui, & poſt iudex decernit dicta eorum perpetuò valere. infrà de teſti. Albericus. (vt tedio) Nunquid miſſus in poſſeſsionem in actione reali percipiet fructus? Reſpondeo ſic, ſed non lucretur, niſi in petitione hæreditatis, & ſi ſit filius famil. nepos, neptis & vxor, & non habeant aliud, vnde valeant ſuſtentari. ff. ex quibus cauſis in poſ. l. Fulcinius. §. pen. ff. vt in poſ. leg. quæ legit. venienti enim intra annum reſtituit etiam miſſus in poſſeſsione reali. C. de præſcript. 30. annorum, ſi quis epiſcopus. §. penultimo. ſimiliter quia quis percipit fructus, & tamen computat in ſortem. C. de pigno. act. l. 1. C. de pac. pi. l. 1. & 2. Qui ipſe reus terram colit & fructus colligit, & alius ſcilicet miſſus in poſſeſ. eos cuſtodiet. ff. vt ſpon. largius cui. & hoc in iure perſonali, in reali autem tedio afficitur, quod alius poſsidet. C. de præſcri. 30. an. ſi quis epiſcopus.

Sed contra. infrà eodem. §. vbi dicit, conſtituitur poſt an. verus poſſeſſor, ſed expone, id eſt, incommutabiliter, & ſcias non eſſe neceſſarium ſecundum decretum, ſed ſufficere ſolùm ex curſu temporis, ſi tamen petat, dari poteſt. infrà de eo qui mit. in poſ. cau. capitulo primo. ſed in perſonalibus neceſſarium eſt ſecundum decretum, vt fiat verus poſſeſſor hoc modo, quia adiudicabitur verè poſsidere res illas, de quibus fuerat miſſus in poſſeſsionem pro menſura declarati debiti, & extunc faciat fructus ſuos, & præſcribet. argumentum. ff. de dam. infec. ſi finita. §. ſi quis.

8 †Alij dicunt quod in perſonalibus actionibus nunquam habet locum ſecundum decretum, ſed procedetur ad vendicationem, vel ad impetrationem dominij, ſecundum quod nota. C. de bo. autho. iud. poſ. cùm proponas. & ſecundum hos, non habet locum ſecundum decretum, niſi quando fit miſsio in poſſeſsionem ex cauſa noxali, vel ex cauſa damni infecti. In cauſa tamen noxali, & damni infecti, ſecundum decretum conſtituit eum dominum, ſi reus erat dominus, ſi autem non erat dominus, dat cauſam præſcribendi. ff. de damn. infect. ſi finita. §. Iulia. ff. de noxa. act. generaliter. plus placet quod nota. circa hanc materiam. infrà de verborum ſignificatione. dilecto. in gloſſ. quod tamen. Immobilibus) ſecus in mobilibus, nam contra talem poſſeſsionem procedetur non admiſſa nominatione domini, imò tenens vel poſsidens rem, ſe defendere cogitur. ff. de rei vendicatione. officium. 12. quæſtio. ſecunda. de rebus. 16. quæſtio. prima. in canonibus. ſi autem petantur incorporalia iura, habet locum nominatio, vt nota. ſuprà de maioritate & obedientia. inter. Nominare) ſi autem non nominaret *, ſed liti tanquam poſsideret ſe offerat, ſi poſtea vel ante litis conteſtationem, vel poſt contumax ſit, & propter hoc decernatur poſſeſsio actori, non nocet domino, qui verè poſsidet quo ad poſſeſsionem vel proprietatem. C. ſi per vim vel alio modo, l. vlt. Sed ille qui

* *Si autem non nõinaret. Ad de quod hæc dicta refert & ſequitur Pe. de Anch. in conſi. 270. incipi. in primo dubio. colum. 2. circa princip.*

le qui litem ſuſcepit, tenebitur ad intereſſe ante litis conteſtationem per actionem de dolo, & poſt litis conteſtationem condemnabitur ad ipſam rem, cùm habeatur pro poſſeſſore, ſi ille qui agebat reum non poſsidere ignorabat, vel melius ad litis æſtimationem, vel ſecundum quoſdam quantum in litem iuratum fuerit, vel ad intereſſe. ff. de rei vendicatione, is qui ſe ob. & l. ſequenti. ff. ſi vſufruct. pet. l. finali. ff. de petit. hæred. qui ſe liti. ff. de dolo. l. penul.

Sed oppones cùm abſens poſſedit, per colonum, colono eiecto, dominus amittit ciuilem poſſeſsionem: vt ff. de acquirendis poſſeſsionibus. poſsidet. §. quod ſi ſeruus. quare non eodem modo amittit dominus poſſeſsionem, ſi per iudicem ablata eſt poſſeſsio illi, qui alieno nomine poſsidebat, & alij data, ſcilicet, illi qui miſſus eſt in poſſeſsionem, & tunc dominus abſens debet amittere poſſeſsionem.

☞ †Sed reſpondemus tunc tantum dominum amittere ciuilem, quando violenter eijcitur colonus: vt idem. §. dicit. ſecùs autem quando per iudicem qui non intendit poſſeſsionem, vel ius alterius dare, & ſi intenderet non poſſeſsionem. C. ſi per vim. l. vltima. Alij dicunt etiam tunc poſſeſsionem amitti, ſed iudicis officio recuperari, vel condi. ex l. prælleg. C. ſi per vim. l. vltima. & ideò iſte ſpecialis proceſſus eſt inuentus in hoc caſu, vt caueatur contra fraudes, quas poſſent machinari dominus, & ille, qui poſsidet nomine alieno, quia dominus diceret, ego non poſsideo, & alius diceret ſimiliter. Item quia multa benignitas fit poſsidenti in eo, quod alij denunciat, & in eo quod non cogitur reſpondere. Item quia multiplex eſt contumacia, ſcilicet tam domini, quàm eius qui eius nomine poſsidet: Commodatarius autem & depoſitarius, & alij qui ſolam detentionem habent, conuenirí poſſunt rei vendicatione, vt procedant ſecundum tenorem iſtius decre. & vt ſimplicem tenutam dent ſolam ſine poſſeſsione, quando ignoratur an in veritate poſsideant: quia ſi ante iudicium, vel in proceſſu iudicij conſtet, quod non poſsideant, non habebit locum rei vendicatio, & ſic intelligitur finis. l. ff. de rei vendicatione. officium. ſi enim prædicti nolint reſpondere, vel ſimpliciter dicant, nolumus defendere abſentem etiam ſecundum tenorem iſtius decre. abſoluendi ſunt ab inſtantia iudicij, niſi vellent actores probare, quod poſsideant, & ſic transferretur in eos poſſeſsio. ff. de rei vendicatione. l. penultima & finali. Atteſtationes autem ſi quæ ſunt & confeſsiones, & alia acta iudicij inter commodatarium & actorem, præter tenorem huius decre. non præiudicat commodatori, quia inter alias perſonas & in alio iudicio habita ſunt. infrà, de teſtibus. veniens. Poſsidet) dicunt quidam ſiue ius habeat in re emphyteotarius, ſiue non, vt inquilinus, & huiuſmodi. ff. de rei vendicatione. officium. Alij intelligunt de his tantùm, qui ius in re non habent, nam illi qui habent ius in re, licet habeant tempus ad denunciandum domino, tamen ipſi non poſſunt ſe excuſare, quin reſpondeant, imò plus eſt: quia ipſe non nomine alieno poſsidet, ſed ſuo imò agere poteſt interdicto vnde vi, ſi tali re ſpolietur emphyteotarius, habet autem hîc locum hæc nominatio etiam ſi ſuper obedientia quis cõueniatur, vt nota. ſuprà de maioritate & obedientia. inter. quia de facto vidimus, quare ſi procurator ad adminiſtrandum datus, vel ad negotia: vt ſuprà de procu. petitio. poſsit dominum nominare, & dicimus quod ſic, & procedetur contra eum ſecundum tenorem huius §. argumentum. quia defendere videtur: & ſi patiatur actorem in poſſeſsionem mitti. ff. de procur. l. prima. §. vltimo. & l. ſequenti. Item procurator interrogari debet, an reus, ſcilicet, dominus ſuus poſsideat. ff. de procur. non ſolùm. ergò à ſimili poteſt dicere, ſe alieno nomine poſsidere, procurator ergò verè ad cauſas hoc beneficium non habet. (Producendo) per detentorem. (Diſpoſitum) ſcilicet, præſentare ſe iudici. (Tanquam) hîc vult dicere, quia ſicut per litis conteſtationẽ interrumpitur præſcriptio, ita per hanc citationem. (Dominum) quaſi dicat, primò dabitur terminus colono, vt dominum perducat, & poſtea colonus ipſum dominum vocabit (voluntate) contumacie. (Summatim) per iuramentum calumniæ. ſuprà de electionibus. cùm dilecti. infrà de reſtitutio. ſpoliator. literas. Principali) quæ eſt de proprietate, & ſuprà, maximè, quia & ſuper poſſeſsione ſeruatur intra annũ, alij dicunt hoc habere locum vbi lite non conteſtata fit miſsio in poſſeſsionem. C. de præ-

dè præscrip. 30. ann. si quis episcopus. sed vbi lis est quasi contestata, vt hîc secùs. infr. eodem. §. vltimo. quousq; præscribat, præscribit enim decem annos inter præsentes, & viginti inter absentes, nam cùm possideat authoritate iudicis, bona fide possidet. ff. de acquirendis possessionibus. iustè. vnde vsucapit sciens alienum. ff. de noxal. act. generaliter. (possessionem) non tamen possidet ciuiliter, sed nec & naturaliter, quia prior possessor, non repellitur de possessione. ff. de damn. infect. finita. §. si quis ante. ff. vt in pos. lega. l. is cui. §. qui legata. solummodò enim custos est: vt nota. suprà eodem. §. in alijs. & ex hoc apparet, quòd ille qui missus est in possessionem rei seruandæ, potest vendicare rem. Et dicunt quidam, quòd etiam ipse tenetur rei vendicatione, quia facultatem restituendi habet. ff. de rei vendicatione. officium. ff. ad exhib. celsus. §. primo. sed potest dici, quòd facultatem restituendi non habet, quia tantùm custodit, & tanquam custos est non tanquàm detentor. argumentum. contra. ff. vti possidetis. l. is cui. §. missus. Sed expone quòd ibi dicit ducendus est, id est, in custodia.

9 †Sed in contumacẽ) secundum quosdam hic est. §. & respondet hic vel toti ei quod dictum est de missione in possessionem siue reali, siue personali actione, quasi dicat, & in reali & in personali facienda est missio in possessionem, vel in contumacem etc. & secundum hoc benè sequitur hîc quod veniens intra annum, vel post annum audietur iuxta distinctionem in alio casu etc. Alio casu) videlicet, in quo agebatur de remedio missionis in possessionem, vbi dicebatur, quod reus auditur, si cauerit iudicio sisti, & restituerit expensas, aliter autem si velles intelligere, quod missus in possessionem in personali actione secundo decreto vlterius, scilicet, post annum reddere non teneatur rem, in cuius possessionem missus est. Contrarium videtur. C. de distra. pig. si prius. vbi dicitur, quod debitor semper recuperat pignora, nisi sint distracta. ff. de vsucap. non solùm. §. qui pignori. vbi dicitur, quod nullo tempore præscribitur pignus. ad idem. ff. qui satisd. cog. l. sciendum. §. creditor. †Alij dicunt hîc esse. §. & dicunt quod creditor etiam in personali actione post annum sit verus possessor, quia vlterius non recuperat pignus, & creditor non tenetur probare debitum post annum, sed tamen is, qui dicitur debitor, potest probare indebitum. Alij dicunt, quod si missus in possessionem ex secundo decreto vlterius non recuperat debitor pignus, nisi soluat debitum quod pbauerit creditor saltem per iuramentum suum, aliàs vsq; ad triginta annos recuperat, scilicet, si non est missus ex secundo decreto, vel si vis intelligere quod totus. §. loquatur de personalibus tantùm aliàs dicere potest, quòd inter realem & personalem actionem intra annum, & post annum dissimilitudo, & similitudo notari potest. Dissimilitudo in hoc nota. quia intra annum incipit in reali possidere, & præscribere rem, in cuius possessionem missus est, quia habet iustum titulum. ff. de acquirendis possessionibus. l. iustè. & bo. fid. quia dicit & credit se habere ius in re, quod tamen non est in prætorio pignore, quòd pro debito assignatur. ff. qui satisd. cog. sciendum. §. creditor. ff. de vsucap. non solùm. Item post annum nota. dissimilitudo, quia in reali missione in possessionem fit incommutabilis possessor, secùs est de misso in possessionem in personali, sed & similitudo nota. ante annum, & post annum. Ante annum, quia præstita cautione & restitutis expensis vterq; recuperat possessionem suam siue reali, siue personali actione sit actum. suprà eod. §. in alijs. Item & post annum, quia sicut missus in possessionem in reali possidet, donec constet de proprietate, sic & in personali est in pos. donec de debito liqueat, & postquàm liquebit de debito ipsam rem in cuius possessionem missus est possidebit, donec de debito satisfaciet. ff. de fur. creditoris. §. si eum. ff. commo. in rebus. §. vlti. ff. de leg. 1. filius famil. §. diui. ff. si ser. vend. is cui. ff. de leg. 2. filius. §. diui.

TITVLVS VII.

DE IVRAMENTO CALVMNIAE.

CAPVT I.

1 *Iurans seruare contractum aliquem non malefacit.*
Iurare clericis prohibitum, quomodo intelligatur.

2 *Cur in contractibus, non autem in iudicijs, licet clericis coram laicis iurare.*
Clericus an & quando iurare possit.

3 *Nedum in causa appellationis, sed in qualibet causa iurari debet.*
Subrogatus procurator an & quando iurare debeat.
Iurare in causis criminalibus an liceat.

4 *Procuratores ecclesiasticarum personarum de calumnia etiam sine speciali mandato iurant.*

INHAERENTES VEstigijs. (Cautum). C. de epis scopis & cleric. cum cleric. quæ loquitur de iuramento iudicio sisti. (Scriptum) C. eodem titul. Authentic. principales.

1 †Iusiurand.) de calumnia. nam aliàs causa purgationis, vel si iuret seruare contractum aliquem, non est malum. infrà de pur. ca. per totum. infrà de iure iurand. tua. quærelam ex rescripto & in purgatione. 2. quæstio. 5. si legitimi. & generaliter dicunt quidam, quòd vbicunq; inueneris prohibitum clericis iurare, intelligitur corã seculari foro, nam ibi nec iurare de calumnia, nec testificari possunt, siue sint rei, siue sint actores sine licentia episcopi. 11. quæstio. 1. testimonium.

2 †Si dicas, quare licitum sit clericis iurare coram laicis in contractibus sine authoritate episcopi, & non in iudicio? Respond. quia in iudicio sæpè quis concitatus ab aduersario falsum iuraret, & ideò fit cum maiori deliberatione & tarditate, & ne secularia iudicia assuescant, in quibus non possunt aliquatenus conuenire. 11. quæstio. 1. continua. & c. nullus. sed in contractibus vbi sola libera voluntate quis ducitur secùs. †Verùm coram ecclesiastico iudice semper licet iurare sine superioris authoritate. Alij cutem dicunt, quòd nec in seculari iudicio vel ecclesiastico, nec in contractibus licitum est iurare, sine authoritate episcopi vel superioris, sed vbicunq; est clericus, siue sit iudex ordinarius vel delegatus, si iuret coram eo, intelligitur eius authoritate facere, & quilibet qui iudicare potest, hoc ipso est superior, quantum ad causam illam, quam audit, etiam actoris qui de alterius iurisdictione est. argumentum. 21. distinct. inferior. Vel dic, quòd clericus non potest esse procurator sine licentia sui prælati coram seculari iudice: vt nota. suprà de obligatio. ad rat. magnus. sed ex quo licentiam habet, vt sit procurator, per consequens & omnia faciendi, sine quibus procurationem facere non potest, vel quæ procurationi sunt vtilia. argumentum. suprà, de officio delegato. præterea. Edictum). C. de episcop. cum clericis. (Eius) marchi. vel alicuius alterius, qui interpretatus quædam fuerat quæ hîc non habemus & eius interpretationem confirmat. (H.) hîc incipiunt verba H. imperatoris, hæc possunt esse verba Papæ. (Canonibus) 2. quæstio. 5. capitulo tertio. 22. quæstio. 1. in nouo. & c. causa. quæstio. 5. capitulo primo & vltimo. (Principis) march. (Dignoscitur) vt prædictum est, scilicet, quòd nullus iurare præsumat. Nobis melius videtur, quod hîc incipiant verba Papæ, & expono verbum, quod sequitur principali authoritate, id est, voluntate, quia hoc statutum, quod fecit Honorius, Imperatori placuit.

3 †In quacunq; causa) quidam dicunt in causa appellationis iurandum, cùm in qualibet causa iurari debeat. Idem etiam dicunt, si subrogetur procurator post iuramentũ de calumnia præstitum, cùm calumnioscè posit inducere probationes, & respondere positionibus, & mandatis hominum obuiandum est. ff. de rei vendicatione. in fundo. Item quia laborandum est ad eliciendam veritatem. instit. de act. §. curare. & ad extenuandas lites. infrà, de dol. finem. quæ omnia remouentur in iuramento calumniæ. Authentic. vt liti. iu. §. primo. Alij dicunt verum esse, quod dicunt isti, quando ille qui iurauit subrogato procuratori aliquod certum non iniunxit, si enim certum quid iniunxisset sub suo iuramento comprehenderetur, vnde iurare non debet subrogatus, quia ipsemet qui iurauit illud respondere, vel facere videtur. ff. de admi. tut. ita. §. gessisse. Si verò nihil certum mandauit subrogato, quandocunq; habebit eum suspectum, quòd calumnioscè agat, faciat eum iurare de calumnia. argumentũ. quod ipsum eundem quod primo iurauit ex causa aliquando secundo iurare facit. infrà de testi. c. præsentium. inf. de appel. significauerunt. Authentic. de test. §. quia verum. col. 6. Alij autem dicunt, tales nunquam iurare. (Criminali) tali. s. quæ per procuratorem agi posset. ff. an per alium ca. ap. l. 2. vel ibi vbi de crimine agitur ciuiliter. inf. de test. testimo. benè dicit cõpellantur.

a Cur

pellantur. Azo in criminali dicit iurari de calumnia, argu. C. eo. l. 1. arg. contra. inſtit. de pub. iudic. in princip. C. de fid. inſtrum. l. vlti. in princip. (Compellatur) nam ſi vult per ſe agere poteſt, & tunc cogetur iurare de calumnia. inf. eo. cap. vlti.

4 †Suæ) not. quòd loquitur quando nomine eccleſiæ agitur, ſecùs ſi nomine ſuo. Alij tamen dicunt, quod & clerici & laici etiam ſi proprio nomine agant, procuratores eorum iurabunt de calumnia, dummodò ad hoc habeant ſpeciale mandatum. ff. de iureiur. iuſiurandum quod. ſed in perſonis eccleſiaſticis eſt ſpeciale, vt iurent de calumnia per procuratores eorum, etiã ſine ſpeciali mandato iurandi. infr. eod. c. penul. & fi. (verùm) dicunt quidam hæc verba eſſe Papæ. Alij dicunt, quod ibi incipiunt, nam cùm Imperator. (Rom. Pontif.) cùm ei ſubeſt immediatè, ſecùs ſi archiepiſcopum vel patriarcham habet. Alij tamen vtrobiq; idem dicunt. (Prælato) non ſolùm de prælato tantùm epiſcopo, ſed quolibet inferiore.

CAPVT II.

1 *In cauſis ſpiritualibus non requiritur rigor iuris.*
Iuramentum de calumnia quare in cauſis ſpiritualibus non præſtetur.
2 *Iuramentum de veritate, ſuccedit cauſis ſpiritualibus, in locũ iuramenti de calumnia, & iudex videbit quando ſit neceſſarium.*

1 ITERAS. & infr. (Calumniæ) †Bona eſt ratio, quare non iuretur de calumnia, quando agitur de rebus ſpiritualibus, quia in cauſis ſpiritualibus nõ requiritur rigor iuris. inf. de dol. c. 1. Item eſt alia ratio melior, quia licet iuramentum non ſit peccatum, tamen ſæpè ex frequenti, & incauta iuratione peccatum naſcitur. infrà de iureiuran. & ſi Chriſtus. in fi. vnde ſi præſtatur hoc iuramentum, iurans ad quamlibet interrogationẽ debet reſpondere, quid credit, cùm circa multa vertatur credulitas ex iuramento & ex reſponſionibus præbetur multoties occaſio deierandi, & ideò non præſtatur in ſpiritualibus de calumnia iuramentum. Iuratur tamen in eis de veritate, quia veritas reſpicit ſcientiam veritatis, ſed veritas ſcientiæ ad pauca reſtringitur, & ideò facilius eſt ad illa per iuramentum reſpondere. Item quia hoc iuramentum requiritur à malo eſt nõ credentis. ſupr. de electio. ſignificaſti. ſed in ſpiritualibus cauſis omnia debent procedere à bono, & non à malo, in ſpiritualibus autem cauſis licet iuretur aliquando de veritate dicenda, nunquam tamen per iuramentum interrogatur de credulitate. infr. de teſt. ad hoc. quia nec de ipſa iurat, ſed de veritate, ſicut & teſtis. infr. de teſtibus. c. de teſti. ſed licet partes non debeant in ſpiritualibus cauſis iurare de calumnia: tamẽ reſpondere debent quid ſciant, vel credant.

3 †Item videtur quod quam citò in cauſis ſpiritualibus, lis conteſtata eſt, quòd ſtatim fiat iuramentum de veritate dicenda, quia iuramentum de veritate ſuccedit cauſis ſpiritualibus in locum iuramenti de calumnia, vt ſicut illud generaliter fit ſtatim lite conteſtata: vt C. eodem titul. l. 2. ſic iſtud, quia non eſt verum, quod in cauſis ſpiritualibus generaliter aliquod præſtetur iuramentũ, ſed ad officium iudicis pertinet, vt ſi aliqua iuſta cauſa mouerit eum, cogat eum iurare de veritate dicenda, vel in articulo de quo dubitat, vel de quo quæritur, vel etiam in tota cauſa ſi iudex aliquando probabiliter ſuſpicatur quod contra conſcientiam in multis veritatẽ negat: & ſic loquitur infr. de iureiur. ex literis. ſupr. de electio. dudum eccleſ. Rom. infrà, de teſtibus. ad hoc maximè autem in cauſis electionis vtile eſt hoc iuramentum præſtari ſæpè generaliter ſuper omnibus articulis ꝓpter periculum, quod eſt in mora. infr. de accuſ. oblatæ. in fin. & licet de hoc iuramento à partibus præſtando, non inueniatur expreſſum iure ciuili: tamen Doctores dicunt hoc iuramentum aliquando præſtandum ab aliquibus alijs perſonis. argumentum. C. de teſtibus. ſeruos. ff. de probationibus. etiam. ff. de confeſ. certum. §. finali. Item iudex nititur ad veritatem inquirendam modis omnibus, quibus poteſt, ergò & per iuramentum de veritate dicenda. ff. de eden. l. 2. (Calumniæ) ſed de veritate dicenda iuramentum præſtatur ſuprà, de electio. dudum eccleſ. Roma. Super exceptionibus autem benè iuratur de calumnia, etiam in cauſis ſpiritualibus. ſupr. de electio. cùm dilecti, vbi de hoc notatur.

CAPVT III.

IN PER-

IN PERTRACTANdis. (Cauſæ) ſi ſit criminalis nécne. 2. quæſtio. 8. præſcripta. ſup. de procu. Item ſi ſit vehemens cauſa, vel vilis, & circa perſonas ſi ſint iuſtiores, an nõ. C. de procurat. in pecuniarijs (neſciant) quia talem conſtituere tenentur qui ſi interrogetur in lite de facili reſpondeat, quia niſi iuſta cauſa appareat, non habebit terminum ad dominum conſulendum. C. de procur. l. vlti. ff. de procur. ſi actor. Item dicimus, quòd ſi procurator dicit ſe neſcire ea, de quibus interrogatur, & pertinent ad principale negotium quod condemnabitur in expenſis, quæ propter hoc fient; vt hîc.

CAPVT IIII.

IMPERATORVM. & inf. (Cogere) quamuis poſſint, ſi velint illud præſtare. (Decidant) inf. eod. cap. vlti. (Oeconomum) œconomi enim ſyndici, actores, tutores, parentes, orphanotrophi, & omnes alij, qui legis adminiſtrationem habent à lege, vel à iudiciali authoritate iurant de calumnia. C. de iura. calum. l. ſecunda. §. primo & ſecundo. C. de bo. ma. l. vnica. C. de epiſc. & cleric. orphanotrophos, & Authentic. ſed hodie. inſti. de cur. §. vltimo. procuratores autem ſimpliciter conſtituti, non iurabunt de calumnia, niſi ſint procuratores eccleſiarum: vt ſuprà eodem cap. primo. infrà eodem cùm cauſam. C. de iura. calum. Authen. principalis. qui proprio vocabulo iurant. Aliorum enim procuratores non iurant, licet aliquando ꝓcuratores vniuerſitatis iurant impropriè ſumpto vocabulo. inf. eod. cùm cauſam. vt ibi not. (Statuas) ex hoc ſpeciali mandato alias conuentus facere debet, vt in hoc capit. 9. quæſtio. 3. cùm ſcimus. epiſcopus autem confirmabit. C. de epiſc. omnes. §. hoc nihil. imò etiam & ſine confirmatione epiſcopi.

CAPVT V.

CAETERVM. Et infrà tenet conſtitutio ſyndici. ff. quòd cuiuſq; vniuerſi. l. prima.

CAPVT VI.

1 *Iurare de calumnia tantùm principales perſonæ tenentur.*
2 *Procurator ab vniuerſitate conſtitutus, dicitur ſyndicus.*
Epiſcopi & prælati licet non ſint domini, tamen poſſunt procuratorem etiam ſine decreto ſuperioris qui litem proſequitur, cõſtituere.
Vniuerſitas poteſt procuratorem conſtituere etiam in rebus non ſuis.

VM CAVSAM. (Procuratoribus) not. prælatum ante litis conteſtationẽ tutore procuratorem, ſecùs in tutore, qui non procuratorem, ſed actorem facit ante litis conteſt. C. de procur. neq; non enim tanta nec tam libera eſt tutoris adminiſtratio, ſicut prælati. (Interrogationibus) nã quædam interrogationes fiunt ante lit. conteſt. vt ff. de inter. act. per totum.

1 †Iuramentum calumniæ) olim iurabant procuratores indifferenter de calumnia. ff. de dam. infect. qui bona. §. penult. ſed poſtea quidem ſtatutum eſt, q̃d principales perſonæ iurent. C. de iura. calum. l. 2. & Authen. principalis. quod intelligitur verũ, niſi eis mandetur ſpecialiter quòd iurent. argu. ff. de iureiur. iuſiurandum quod. Sed in cauſis eccleſiaſticis iurant procuratores ſine ſpeciali mandato iurandi. Alij dicunt tamen, quòd procurator in cauſis laicorum, nõ iurat de calumnia, etiam ſi mandatum habet iurandi.

2 †Procuratoribus.) Not. quòd procurator iurare de calumnia poteſt procurator conſtitutus ab vniuerſitate, non propriè dicitur procurator, ſed ſyndicus, ſed non facimus vim in nomine, ſed in modo conſtitutionis conditione ſiue qualitate conſtituentis, vt ſi ab vniuerſitate conſtituitur ſyndicus ſit, ſiue appelletur procurator, ſiue ſyndicus. Et eodem modo ſi à non domino, & cum decreto cõſtituatur actor, ex quocunq; nomine cenſeatur, veruntamen hoc eſt notatu dignum, quòd epiſcopus & prælati, & ſi non ſint domini: vt infr. de dona. c. 2. tamen propriè conſtituunt procuratorem, etiam ſine decreto ſuperioris qui litem proſequitur, vt hîc, quod in alijs non dicerem. no. de hoc ſupr. de procur. petitio. Vniuerſitas etiam propriè dicitur conſtituere procuratorẽ in re propria vniuerſitatis. C. de iureiur. propter calum. l. 2. §. hoc. Item actorem conſtituit vniuerſitas in rebus non ſuis. ff. quod cuiuſq; vniuer. item. §. actor.

CAPVT VII.

1 *In iuramento de veritate dicenda vnuſquiſq; per ſe iurare debet.*
Procurator an & quando poſſit in animam ſui principalis iurare.
De futura beatitudine non poteſt eſſe certitudo ſcientiæ, ſed credulitatis tantùm.
Ea quæ fiunt poſt litis conteſtationem, pertinent ad officium iudicis.
Lis ex lite oriri per ſententiam non debet. Intelligitur vt hic.

QVM IN CAVSA. (Syndicum) id eſt, procuratorem, ſyndicus enim ab vniuerſitate cõſtituitur. ff. quod cuiuſq; vni. l. 1. Sed hæc verba procurator, ſyndicus, actor, œconomus indifferenter accipiuntur: vt not. ſup. c. proxi. & de procu. petitio. Sed nònne in cauſa ſpirituali vbi exigitur iuramentum de veritate dicenda: vt not. ſup. de elect. dudum. ſi ſemper per alium egit poterit per alium præſtare
2 iuramentum de veritate dicenda? †Reſpondent quidam quod non, & eſt ratio diuerſitatis, quia vbi de calumnia iurat de credulitate iurat, & quiſq; de ſuo, & de alio facto credere poteſt, ſed in iuramento de veritate dicenda, non excuſat credulitas, niſi adſit veritas, quiſq; per ſe iuret & reſpondeat. Poteſt enim eſſe, quod illud de quo ego quæro, ſit dominus, & non procurator, vnde diuerſa reſpondebunt. argu. ff. de in lit. iur. videamus. in princip. Sed tamen contra videtur, quòd idem dicitur, quod tutor iurat ſi vult, & ita videtur, quod procurator iurat ſi vult. Sed reſpond. hoc eſſe propter defectum domini, qui iurare non poteſt, quia eſt pupillus, imò quod plus eſt ſecundum antiqua tempora, præſtito iuramento de calumnia à procuratore, nihilominus iurat dominus de veritate dicenda. C. de procur. l. vlti. ff. de procu. ſi actor. quamuis illud intelligatur etiã de iuramento calumniæ. Item ad hoc eſt, 11. qõ. 1. teſtimonium. & q 3. intelligendum. 16. q. 3. dilect. benè tamen poſſunt committere alicui, quod in eorum animas iuret, & tunc ille qui iurat non reſpõdebit per ſe aliquid, ſed quod mandabunt illi in quorum animas iurabit. inf. de teſti. præſentium. tamen ſatis videtur, quòd ſyndici & actores, & etiam procuratores poſſunt iurare de veritate dicenda. arg. C. de iudic. properandum. §. primo. C. de reb. cre. l. penulti. §. penulti. C. de iur. calum. l. ſecunda. §. quod obſeruari. ff. de noxa. act. quoties. §. eos. & §. prætor ait.

Et intelligo hæc vera, quod poſſunt prædicti præſtare iuramenta, quæ reſpiciunt ſolam credulitatem, vel quæ continent veritatem, vt ſacramentum de quantitate expenſarum, & quod defertur pro lite dicenda & huiuſmodi, de iuramento deciſſuo, vel de veritate intellige verum eſſe, quod iuret procurator, dummodo ei mandatum ſit, vel liberam habeat adminiſtrationem vel conſtitutus ſit in rem ſuam. ff. de iureiu. iuſiurandum quod. ff. de procu. procurator cui. & l. ſeq. quamuis illæ leges loquantur tantùm in deferente iuſiurandum, non in recipiente, ſi autem ſit iuramentum, quod ſolam voluntatem reſpiciat vel affectionem, vt eſt iuſiurandum in litem, illud à prædictis non præſtatur, niſi in caſu. ff. de in lit. iur. videamus. in princ. vſq; ad §. deferre. † Illud autem iuramentum licet dicat de veritate dicenda, non tamen eſt tantùm de his, quæ quis vidit, ſed etiam de his quæ indubitanter no-
a uit, a nam non vidi Chriſtum crucifigi, tamen hoc firmiter noui. Item non vidi Conſtantinum, vel Iulium Imperatores, & hos ipſos benè noui. 96. diſt. Conſtantinus. 21. q. 3. Iul. ar. inf. de teſt. ad hoc. ff. de in lit. iur. videamus. Ad hoc facit, ſd dicit Auguſtinus, quia ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, quia de futura beatitudine non poteſt eſſe certitudo ſcientiæ, ſed credulitatis tantùm, ſic eſt in iuramento de veritate dicenda, qa iurat vera eſſe, de quibus non dubitat, licet ea non viderit, & lex dicit ſciri, & indubitatum eſt, quod communi auditu percipitur de antiquis. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. idem Labeo. ſic & procurator iurat in animam conſtituentis de veritate dicenda, & etiam de conſuetudine Romanæ curiæ in animam ſuam, & cum bona conſcientia reſpondere poteſt vera eſſe ea quæ ſcit, vel ab alijs in quorũ animas iurauit intelligere vera eſſe. inf. de teſti. ad hoc. aliàs præſentiũ. Sed teſtis non tantùm iurat de veritate,
b ſed de his quæ in eius præſentia facta ſunt. C. de teſtib. teſtium. (Pœna). C. de iura. calum. l. 2. §. quod ſi actor. & §. ſd ſi autem reus. (Actione) per ſententiam. † Sed nunquid ſi iudex nolit ferre ſententiam contra recuſantem iuſiurandũ, & ita pereat inſtantia iudicij, nunquid habebit aliquam actionem ille, qui contendebat

a *Indubitãter nouit. Adde quod per hoc Pet. de Anch in conſi. 389. inci. viſis diligenter. & in conſil. 392. cõſuluit q in ſubſtituto ca ſu, quo maſculus nõ naſcatur, poteſt iſta conditio haberi p impleta, ſi ex vehementi coniectura fœmina ſit in vtero, & hanc doctrinam In noc. alle. domi. in c. Beazi. 2. qõ. 7. & Felin. in c. 1. volu. 1. & 2. ſupr. de ſum. trinit.*

b *Facta ſunt. Vide Cardi. in conſil. 56. inci. caſus ſuper quo. col. 3. in fi.*

tendebat eum recuſante iurare, & inſuper adhuc incipiat agere, qui recuſauit, nunquid poterit contra eum excipi, tu debes cadere à lite, ergò non debet audiri agens. arg. ff. de inoffic. teſt. Papi. §. ſi filius. Reſpon. quòd non credimus eum poſſe agere, vel excipere de recuſatione iuramenti, quia ea quæ eueniunt poſt litis conteſt. valde pertinent ad officium iudicis. ff. de ædil. edict. ædiles. §. item ſciendum. & nephas eſt ex materia litis litem oriri. C. de fruct. & lit. expen. l. 3. iudex tamen tenetur ex hoc. C. de iudic. ſancimus. inſti. de obli. quæ ex quaſi delict. in princip. quod dicit hîc gloſſ. non debere hîc litem ex lite oriri per ſententiam, locum habet, quando negotium principale terminatum eſt, vel tranſactum. C. de fruct. & lit. expen. termi. & ſi nondum determinatum ſit negotium per iuſtitiam, ſed fortè periit principale negotiũ, propter interitum rei, vel alia ſimili cauſa: tunc benè fertur ſententia propter acceſſorium. ff. de rei ven. item ſiue. & l. vtiq. Item non habet locum hæc gloſſ. ſcilicet per ſententiam in his, quæ fiunt extra iudicium quod eſt videre, nam decre. dicit, quod ſi qui elegerunt contra formam, priuentur poteſtate eligendi, ad iſtam enim pœnam agi poteſt ſemper. ſup. de elec. quia propter. ibi not. Alij tamen dicunt quod etiam in iudicijs vel hîc, ſemper poterit agi vt cadat à lite.

TITVLVS VIII.

DE DILATIONIBVS.

CAPVT I.

1 *Citatio quæ contimere debeat ad hoc, vt citatus cogatur ſe præſentare.*
2 *Deleg. & ordinarij differentia quo ad iuriſdictionem.*
3 *Caſus multos hîc habes: in quibus citatus cõparere non tenetur.*
4 *Cùm quis tutus eſt exceptione, miſſio in poſſeſſionem contra eum facta, non valet.*

DILECTI FILII. (Breuem & peremptorium) hoc fecit iuſta app. & an ſit nimis breuis, arbitrio iudicis ſuperioris relinquitur. ff. de verb. oblig. continuus. ſolius enim peremptorij aſſignatio prima vice non ſufficit ad appellationem. ff. de iudic. nonnunquam. 24. quæſtio. 3. de illicita. iudex tamen poteſt id moderari. ſup. de offic. deleg. conſuluit. ff. de iud. ad peremptorium, ſed ſi malè moderetur licitè appellatur ab eo, vt hîc. (Maturare) id eſt ita abbreuiare. i. ita feſtinare vt prima vice proponatur.

CAPVT II.

1 *Citatoria inducia dantur parte abſente.*
Citatus an & quando comparere & reſpondere debeat.

PRAETEREA. (Reſcriptum). In quo plenè continetur tenor quæſtionis. (Tranſmiſſo).
1 † Nota quòd inducia citatoriæ dantur ſine cauſæ cognitione, quia parte abſente dantur. ff. de offic. proconſul. nec quicquam. §. vbi decretum. Idem credimus de deliberatorijs, ſicut hîc apparet, Sed præparatoriæ & inſtructoriæ non dantur ſine cauſæ cognitione. 3. quæſtio. 3. ſpatium. Item credimus quòd ſine cauſæ cognitione poſſit augere & diminuere. Vlterius) hîc habes argumentũ quòd licet iudex delegatus non mittat reſcriptum apoſtolicum bullatum citato, mittat tamen nõ bullatum, tamen comparere debet. de hoc nota. ſup. de offic. deleg. cùm in iure. quia plus eſt reſpondere ad quod tenetur: vt hic ex quo talem cauſam exprimit in citatorio, quæ ſi vera eſt, tenetur reſpondere & comparere debet, & ſi nõ compareat, & in veritate eſt iudex delegatus, iuſta eſt ſententia eius, vel excõmunicationis, vel miſſionis in poſſeſſionem, vel quæuis alia, ſed nulla delegatio ſibi facta eſſet & ſine cauſa citaſſet, & falſum tenorem reſcripti miſiſſet, tunc nihil valeret quod faceret contra non comparentem, ſed ſaluum erit ei ius ſuum etiam ſi compareat, quia non cogetur reſpondere, niſi poſtquam venerit habeat copiam reſcripti apoſtolici, & aliàs priuilegium fori poteſt allegare, & libellum recipere de nouo. ſup. de libel. obla. c. 1. ſup. de offic. deleg. cùm in iure. ſup. de reſcript. ſuper literis. c. cùm contingat. ſup. de iudi. c. 1. ff. de iuriſdi. om. iudi. ſi quis ex.

† Si autem in citatorio nullam cauſam aſſignet quare habet ſuper eum iuriſdictionem, nec tenorem reſcripti inſerat, nec aliàs eſt iudex ordinarius etiã ſi in veritate iuriſdictionem habeat ex aliqua cauſa occulta, non tenetur ſe præſentare iudici. arg. ff. ſi quis cau. quoties ſeruus. C. ne de ſta. de. l. pen. ff. de in ius vo. l. 2. Si verò citatorium miſit iudex

ordinarius alicui, qui non ſit de iuriſdictione eius, in quo exprimebat cauſam, quæ ſi vera eſſet, coram eo reſpondere deberet, puta quia cõtraxit, vel deliquit, vel quia agitur de re quam ibi habet, ſed tamen cauſa falſa erat, vel non ſuberat: tunc ſi comparuerit coram eo, idem eſt, ac ſi ſine citatione ibi inueniatur, ſcilicet in terra, quæ ſit de iuriſdictione citantis, poteſt enim eum tunc tenere ſecundum quoſdam, quouſque cautionem præſtet de ſtando iuri, vel litem conteſta. ff. de iudi. l. 2. §. pen. Malè dicunt iſti, quia lex illa loquitur tantùm, cùm comparet coram iudice, qui ſuper eum habet iuriſdictionem, ſed tunc non poteſt exercere eam, quia reus habet priuilegium reuocandi domum, ſi verò non ſit ibi, nõ cogitur venire, imò ſiue veniat, ſiue non veniat, nulla pœna poteſt ſibi imponi, vel in cauſa proceditur, & ſic poteſt intelligi. ff. de iudi. non videtur. niſi vbi agitur actione in rem, nam tunc procedit, vt fiat miſsio in poſſeſsionem bonorum, quæ habet in iuriſdictione citantis, & fortè ſecùs eſt ſi agitur perſonali, niſi fortè latitaret, & de maleficio ibi cõmiſſo conſtet, & tunc contra eum non proceditur, ſed iudex vbi latitat ſub fida cuſtodia debet eum mittere ad citantẽ. Authen. vt nulli iudi. §. ſi verò quis, & in Authen. vt omnes obe. iu. §. 2. col. 5. & ſi non fecerit ſuperior eum puniet: vt ibi. Si autem vocatus venit, & litem conteſtatus fuerit, non errans, neq; in facto, neq; in iure, poterit ferri ſententia diffinitiua contra eum, & ſuus iudex ſub quo habet domicilium propoſita actione ex re iudicata exequetur eam. ff. de reg. iur. miles. §. vltimo. ff. de reb. credi. actori. Sed ſi poſtquam veniſſet coram iudice, vel etiam ſi inuentus in ſua iuriſdictione, & citatus, vt coram eo compareret, & contumaciter receſsit, vel non comparuit tenet pœnæ impoſitio ſibi facta & excommunicatio, & etiam ſi cauſa talis erat, quòd lit. non conteſt. non poterat procedi, tenebit eius proceſſus. ſup. vt lit. non conte. tue. & capit. quoniam.

Nec obſt. ſi dicas, quod non fuit verum, quod ibi contraxit, ſed fortè ſi crederetur, quia de iure hic citator eſt iudex, vt non cognoſceret, an ſua eſſet iuriſdictio. ſup. de reſcri. ſuper literis. ff. de iudi. ſi quis ex. ergo propter hanc contumaciam poterit puniri. ff. ſi quis ius di. non obtempe. l. vnica. ſed tamen cognoſcere de principali cauſa non poterit, etiam ſi talis eſſet, vbi procedi poſſet lite non conteſtata, niſi primò cognouerit an ſua ſit iuriſdictio, & ſi proceſſerit ſuper principali, non tenebit proceſſus eius, niſi in veritate iuriſdictionem eum habere conteſtaret, ſed pronunciato quòd ſit ſua iuriſdictio procedet in principali, nec poſtea poterit obijcere, quòd ſententia ſit lata à non ſuo iudice, cùm ſit ſuper hoc iudex, ſcilicet quòd cognoſcat ſi ſua eſt iuriſdictio, & cognouit & ſententiauit, & nõ fuit appellatum[a] ſic nec appellari potuit, cùm eſſet contumax. 2. q. 6. §. ſunt quorum. Et hæc omnia intelligas quando conſtat, q; ciuitas habet iuriſdictionem ordinariã.

[a] *Appellatum Et ſic pnunciatio facta à qua non fuit appellatum, firmat iuriſdictionem in dicis ordinarij etiam contra ſuos non ſubditos. Ad de Pe. de Ancha. qui hoc refert & ſequitur in cõſ. 112. incip. in Authen. veritatis. et pro confirmatiõe col. 2. verſic. cõfirmat hoc & vide eum Pe. de Anch in conſi. 280. col. pen. poſt me. inci. conſilium in primo dubio.*

2 † Sed obijcies quare non eodem modo tenet, quod facit iudex delegatus qui dicit, ſe delegarum, cùm nõ ſit? Reſpondeo, quia delegatus iuriſdictio certos & limitatos habet fines, quos tranſgredi non licet, ſed ordinarius in ſuo territorio, & in incolis eius, & in alijs generalem, & liberã habet iuriſdictionem, vel adminiſtrationem, & inde quicquid facit contra eum, vel eos, quos in ſuo territorio inuenit, ſiue ſint ibi incolæ, ſiue extranei totum tenet. Hoc autem fatemur, quòd ſi literæ etiam falſæ impetratæ eſſent ad eum, quod adhuc poſſet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio, & eodem modo ſi ille qui conuenitur priuilegium habet, quòd ibi conueniri nõ poſsit, ſiue ſpeciale, ſiue propter delegationem, & de hoc ipſo cognoſcet delegatus. ſup. de reſcri. ſuper literis.

3 † Idem dicimus ſcilicet, quòd non comparere tenetur, ſi quis hominem ſuę iuriſdictionis citet, ſuper cauſa, quæ non poſsit eſſe ſuæ iuriſdictionis, vt ſi laicus citetur ſuper rebus ſpiritualibus, cauſa expreſſa, nulla eſt citatio. ar. inf. de ordi. cog. tuam. ſup. de iudi. decernimus. ſup. de arbi. contingit. Idem ſi exprimat, q; veniat reſponſurus ſeruo, vel excõmunicato, vel ſpoliatori ſuo, vel cuicunq; alij perſonæ quæ non habent perſonam ſtandi in iudicio. ff. ſi quis cau. quoties. ſeruus. ff. de procur. fœminas. ſup. de iudi. intelleximus. Idem ſi citat ad diem feriatum. Idem ſi citat ſuper eo, de quo quæſtio eſſe non poteſt: vt de ſole vel luna. ff. de iudi. nunc̃q;. C. de ſta. li. 1. 1. li. 11. & inſti. de inuti. ſtip. §. 1. Idem ſi exprimat locum inhoneſtum, vel locum non tutum, vbi citat eum. ff. de arbi. ſi cùm dies.

dies. §. ſi arbiter. & generalem regulam tradere poſſum, vbicunque in citatione aliquid ponitur iniuſtũ vel inhoneſtũ, vel etiam ſi non ſit turpe, vel iniuſtum, eſt tamen tale, quod exprimitur, quia certum eſt, quod contra eum qui agit competit exceptio declinatoria iudicij, vt ſi vocetur ſpoliatus, quòd reſpondeat ſpoliatori in cauſa ciuili, vel etiam alij in cauſa criminali, vel vt reſpondeat militi alterius negotia procuranti, ire non tenetur, argumentum. 3. q. 2. §. fi. inf. de ordi. cog. cùm dilectus. inf. de reſti. ſpolia. frequens. ſup. de reſcrip. præſenti. C. de procur. qui ſtipendia. quia errorem exprimit. inf. de ſent. excommu. per tuas. Si autem non exprimeret, ſed eſſet notorium, aliàs etiam citanti & aduerſario, quòd iniuſtum continet citatio. VERBI GRATIA: quia citauit eum ad locum, quem notorium eſt eſſe nõ tutum, dicunt quidam quòd comparere non tenetur, & ſic intelligitur. l. prædicta. ff. de iudi. non videtur. tamen tunc prudenter faceret, ſi miſerit excuſatorem. 5. q. 3. ſi ægrotans. ſed & ſi non miſerit, tutus eſt exceptione contra aduerſarium, qui doloſè eum citari obtinuit. arg. ff. de eo per quem fac. eſt. l. 1. §. ſi reus. Sed ſi iudex vel aduerſarius neſciuit, tunc dabitur ſibi in integrum reſtitutio. argu. ff. ſi quis cau. l. 2. per totum. ſi contra eum procedatur.

Si autem nil turpe expreſſum eſt in citatione, nec apparet de fraude aduerſarij, nec ſubeſt cauſa quare præſentiam iudicis adire non poſsit, tunc ire debebit allegaturus iura, vel priuilegium ſuum, aliàs niſi iuerit poterit mulctari, quamuis ſi iuiſſet ſe exceptione tueretur. ff. ſi quis ius di. l. 1. & excommunicari. inf. de app. ſi duobus. ad idem. ff. de iudi. ſi quis ex. & mitti in poſſeſsio. cauſa cuſtodiæ. ff. ex quibus cauſis in poſſ. ea. l. in poſſeſsione. niſi cùm ipſe qui obtinuit ſe mitti in poſſeſsionem ſciebat aduerſario exceptionem cõpetere, & dolo obtinuit ſe mitti in poſſeſsionem, & ſic loquitur. ff. de pec. eo tempore. in princ. ſed petet, & tunc ſi volet is, qui abſens fuit reuocari poſſeſsionem in ſua abſentia datam, & ſi miſſus excipiat, tu contumaciter abfuiſti, & alius replicabit, & tu doloſè excipis de dolo, vel contumacia mandati, cùm & tu doloſè circa eandem rem egeris ſciens me exceptione tutum.

4 † Vel dic melius, vbicunq; quis tutus eſt exceptione, non valet miſsio in poſſeſsionem facta contra eum, adeò q; ſi appellatur miſſus, non datur actio ex eo edicto. ff. ne vis fi. ei qui in poſſeſsio. mit. quia non intereſt actoris mitti in poſſeſsionem bonorum eius, qui tutus eſt. ff. ne vis fi. ei. l. prima. §. hæc verba. & ſic loquitur. ff. de pec. eo tempore. Nec ob. l. ff. ex quibus cauſis in poſſeſsio. ea. l. in poſſeſsione. quia intelligitur quòd creditores ſunt in poſſeſsione mittendi pro debito conditionali, quouſq; caueatur de ſoluendo debito exiſtente conditione, ſi autem ſit cauſa appellationis, vel alia in qua poſsit procedi lite non conteſtata, & tamen reo competit exceptio declinatoria iudicij, ſi contumaciter ſe abſentauerit reus, vel potius non comparuerit, poſtquam in tali negotio incœperit procedi, vlterius non poterit exceptionem declinatoriam proponere, hoc probo, quia ſi præſens eſſet, & tacuiſſet vlterius proponere non poſſet, ergò nec ſi contumaciter abſens ſit, cùm contumacia pro præſentia reputetur. C. de iudi. properandum. & inſt. de dolo, veritatis, nec abſens contumaciter melior præſente putatur. Authentic. vt omnes obe. iud. §. ſi autem ille qui. colla. 5.

† Item hic iudex benè fecit, quòd proceſsit, ergo vlterius reuocari non debet, vt inf. de reſtitu. ſpol. audi. ſed reuocaretur ſi declinatoriè iudicij admitterentur. Et idem quod diximus in declinatorijs iudicij, intelligimus in dilatorijs & peremptorijs, vt tamdiu eis gaudeat qui abfuit contumaciter, quàmdiu eis gaudere poſſet, ſi contumax non fuiſſet, ſed poſt ea non, & hoc rationibus ſupradictis, & quia non debet eſſe melioris conditionis contumax quàm obediens: nec quæritur vlterius an actor ſciuerit exceptionem reo competere: quia ſi erat peremptoria hæc quærenda ſunt ante ſententiam, ſi verò dilatoria ante litis conteſta. aliàs autem. ſ. ſi non proponat ante litis conteſt. renunciaſſe videtur. inf. de ſen. & re. iud. inter mo. Semper tamẽ ſi contrarium apparuerit, ſcilicet eum nõ contumacem fuiſſe reſtituetur ex generali clauſula, ſimile. ff. ex quib. cau. maio. in integ. reſti. ſed & ſi per. §. vlti.

† Sed ad ea quæ primò diximus poteſt opponere, quia vix aut nunquam poterit continere citatio aliquid ita iniuſtum, quòd non poſsit habere excuſationem,

tionem, vel dubitationem. VERBI gratia: citasti dominum vt responderet seruo, potest esse, scilicet si super tolerabili iniuria de eo conqueratur. instit. de his qui sunt sui vel alie. iur. & idem etiam in omnibus alijs potest inueniri. Sed respondeo, quòd ex quo illicitum & iniustum posuit in citatione, nisi adijciat causam & executionem illius iniusti, prima facie ire non tenetur.

CAPVT III.

LITERAB TVAE. (Ac petitio. & vltrà) & ideò petebat sibi de subtracta pensione satisfieri, vel ipsos milites cadere à iure pensionis. (Petentibus). ff. de verb. sig. hæc adiectio. †Adiectionem) & malè, cùm adiectio esset ex superabundanti, nam tres anni sufficiunt cuilibet ad amittendum ius pensionis, vel possessionis, sic cessetur in solutione pensionis: in ecclesia autem duo. C. de iure emphyteotico. l. 1. 10. quæstio, secunda. hoc ius. §. qui rem. quod etiam sufficit contra colonum, si cessauerit in solutione pensionis. ff. locati. quæro. §. inter loca. In re autem fisci, statim cadit. ff. de pub. & vectig. vectigali. §. non solutis. nisi essent in perpetuum locata, tunc enim non reuocaretur sine authoritate principis. ff. de pub. & vecti. l. cotem ferro. §. agi. Alij idem dicunt in fisco, quod in ecclesia, & est verum quod in hac decre. dicitur, vbi in libello dicebatur cecidisse à iure emphyteotico, si autē peteret pensionem subtractam, quia si augeret quantitatem, secùs esset. ff. de exceptio. rei iudicatæ. quantitas. nam tunc benè daretur noua dilatio, vel dic etiam, nec tunc dandam, quia & super pensione conueniebatur, & super hoc habuerat inducias, vnde super toto debuit deliberare. Procedas) Nota, remitti causam appellationis, vbi malè appellatur ad eum, à quo appellatum est. inf. de appellationibus. cùm in ecclesia. & c. vt debitus.

CAPVT IIII.

1 *Archiepiscopi & primatis differentia quo ad iura prouincialia.*
2 *In causis arduis non cogitur quis agere per procuratorem.*
3 *Mmori negotio derogatur per maius, non econtrà.*

3 *Mandata duo si se inuicem compatiuntur, ambo sunt implenda, si verò sibi contradicunt, tunc maiori domino est obediendum, & in re magis necessaria.*

EXPOSVIT NOBIS. (Prouincia.) †Not. quòd licet alia sint iura archiepiscopi & primatis: in prouincia tamen archiepiscopus potest defendere prouinciam contra alium petentē iura primaciæ in prouincia sua, quia eius interest ne sua prouincia pluribus aggrauetur, illa autem non est sufficiens ratio, scilicet, quod omnia primatis cadunt in archiepiscopo cessante primate, nam hoc falsum est, nam si appelletur ab archiepiscopo, appellari debet ad primatem, & tunc cessante primate, non appellabitur ipse archiepiscopus, sed Papa. Item procurationes primatis non recipiet archiepiscopus, sed archiepiscopales tantùm. (Vocatus) hæc fuit probabilis, & necessaria causa, & ideò habet reuocandi domum. ff. de iudi. l. 2. §. 2. sup. de foro compet. cap. vltimo.

2 Postulauit) & malè. †Teneri) quare non cogitur respondere ex quo erat in curia, & si forsan adueniendo excusationem haberet. ff. de ferijs. l. 1. §. sed si prætor. contra. Respondeo. l. prælleg. quia ibi consentiebat litigare, hîc autem contradicat. Item quare non imputatur ei, ex quo dimisit procuratorem ad alia negotia, & non dimisit ad istud, argumentum. inf. de dolo. cùm dilecti. Respondeo quòd non potest imputari ei, cùm haberet ius reuocandi domum. sup. de foro competenti. cap. vltimo. Item quia ardua erat causa, non debebat cogi agere per procuratorem. sup. de procuratoribus. quærelam. etiam si non haberet ius reuocandi domum, tamen debet procurator habere inducias ad consulendum dominum. sup. de procuratoribus. dilect. glo. magna. Item quia causa totam prouinciam tangebat, non poterat plenè deliberare, vel contenderet, an cederet, nisi habito consilio cum eis. ff. de edendo. l. 1. non tamen dico quod necesse sit eos vocare. ff. de libera. causa. si pariter.

3 (Respondit) & malè. †Prius) sed quare derogat primo mandato secundum, de quo non facit mentionem contra id, quod est sup. de rescriptis. cæterùm. Respondemus, quia fortius est secundum

cundum mandatū, & etiam si non propter secundum mandatum, sed solum sponte venisset ad seruitium ecclesiæ, crederem eum excusatum, quia causa subuentionis est necessaria, & ex necessitate iuramenti tenetur. inf. de iureiur. ego. præterea decre. certum. non tangit istam decre. illa enim loquitur, quando super eodem facto, vel eadem re plura rescripta impetrantur, ista autem mandata super diuersis negotijs impetrata sunt, quare si potest debet ambo mandatarius implere, alioquin id, quod maiorem festinationem exigit, & vbi est maius periculum. arg. ff. de ferijs. l. 3. 44. dist. quiescamus. ff. ad Silleianum. si quis in graui. §. si cui omnes. non est causa vera, quare non imputat archiepiscopo Burdegal. quia non prosequebatur causam in termino assignato, quia causa probabili & necessaria venerat ad curiam, vbi eius causa agebatur, scilicet causa subueniendi ecclesiæ, quia etiam ille qui ex probabili, & necessaria causa abest, vbicunq; pars citata in fo. compet. mouetur sibi his, tenetur per alium respondere. ff. de restit. mino. ignorare. ff. eum qui appel. in pro. defen. l. 1 & 2. ergò multo fortius cœptam litem prosequi tenetur saltem per alium, & deterior dolus eius cognoscitur, quia interruptam litem deserit iterum, quàm qui semel cœptam litem dereliquit. in Authen. de litt. §. si verò. in fi. colla. 8. Et licet dixerimus, quòd in foro ordinario se defendere debebat, tamen in curia licet sit commune forum quantum ad hoc, vt nullus illud forum valeat declinare, tamen tunc. s. tempore legationis, vel quo habet ius reuocandi domum de nouo respondere non cogitur. ff. de iudicijs. l. 2. §. legatis. Sed vera causa fuit quare non fuit coactus tunc respondere, quia negotium subsidij ita fuit graue, quòd non potuit declinare, aliàs deliberare sup causa cœpta. Temporis) falsum allegat, quia si verum esset, nec ius reuocandi domum haberet, nec iterata dilatione ad consulendum suffraganeos.

Alij contra. ff. de arbitris. non distin. §. item si quis Romæ. hoc autem cōstat, quod si non fuisset præsens in termino, & procederetur contra eum, restitueretur: vt no. sup. de procu. quærelam. Item arg. ad hoc, quod habet restitutionem si præscribatur circa iura, vel actiones eius, C. de in integ. resti. mi. l. 1. melius est ergò ei, sine circuitu in integ. resti. prorogare terminum eis, Sed non videtur eis hoc hîc locum habere, cùm illa iura intelliguntur, quando proceditur, vel præscribitur contra eum, quia abest causa reipub. pendente adhuc publico negotio, pro quo vocatus erat, quia hîc constat iam factum fuisse finitum, quia tantùm finito negotio recessit, vel recedere debuit, ergò hoc beneficio iuuari non potuit. arg. ff. ex quib. cau. maio. si cui. §. 1.

Sed dic quod simul vterq; terminus currit, scilicet & subueniendi ecclesiæ, & respondendi primati, & ideò per negotium maius derogatur minori, non econtra. argumentum. ff. de in integrū restitutione. l. scio. Alij dicunt, quòd si personaliter esset vocatus ipse haberet ius reuocandi domum, sed si citatus esset vt per se, vel per procuratorem compareret, & tempus sufficiens habuisset ad vtrumq; benè imputaretur ei, puta quia condemnaretur in expensis, nisi haberet aliquam legitimam excusationem, puta de magnitudine causæ vel aliam. sup. de procuratoribus. quærelam. Alij dicunt & fortè melius, quòd vbi se inuicem compatiuntur vtraq; mandata, ambo sunt implenda, vbi autem sibi contradicunt, vt hîc, maiori domino obediendum est, & in re magis necessaria: vt not. sup. eod. cap. in gloss. præcedenti, hîc autem vtraq; implere non poterat, quia dum erat in curia oportebat eum intendere circa militiam & auxilium ecclesiæ, & iterum eandem militiam reducere oportebat, & sic loquitur. l. nō distinguemus. & ideò ius reuocandi domum habuit etiam officio publico finito.

TITVLVS IX.

DE FERIIS.

CAPVT I.

OMNES DIES. (Dominicos) quidam hoc capitulum dicunt loqui de consilio, vel esse locale, vel abrogatum per tacitum consensum. Alij dicunt, quòd hodie seruandum est. C. eodem, omnes. 15. quæstio. quarta. placita. 33. quæstio. quarta. non oportet.

CAPVT II.

QVONIAM. (Eorum festiuitatum) nam non solùm in die resurrectionis, sed alicubi tribus diebus post alicubi octo feriamur. (Præcepimus) de conse. dist. 3. c. 1. (Flexio) ex edicto ecclesiæ. 76. dist. scire. contra. 20. distinct. c. vltimo.

CAPVT III.

LICET TAM. (Veteris) deputatos dies natiuitatis, circumcisionis, & alios. C. de fur. omnes. (Martyrum) quæ episcopi concordantibus populis in suis episcopatibus celebranda statuerint. de consec. dist. 3. c. 1. (Necessitate). ff. de feriis. l. solet. & l. pe.

CAPVT IIII.

APELLANVS TVVS. (Statuta.) 33. quæst. 4. non oportet. 2. (Continuandas) ipsi festo. (Interuallum) hoc vult dicere, quia licet interuallum sit inter tres septimanas dictas, & festum beati Ioannis, puta quia aliquæ septimanæ intermediæ in tribus illis septimanis non celebrabuntur nuptiæ, sed in alijs, quæ sunt in interuallo licet celebrare. (Contrahatur) id est, contrahi liceat. (Non simuntur) de facto & de consuetudine ecclesiæ. (Celebrantur) de consuetudine ecclesiæ & sine eius prohibitione.

CAPVT V.

1 *Non debet iudex diebus feriatis procedere in causa, nec etiam citare ad eum diem.*
2 *Causæ spirituales, & causæ necessitatis, etiam tempore feriali tractari possunt.*
3 *Quæ de causa inductæ sunt feriæ æstiuales: & vide in num. 4.*
5 *Si qui de remotis partibus in curia agentes causam, occurrant feriæ, si ex his non læderentur, cogi possunt litigare.*
6 *Debet iudex seruare feriας.*
7 *Nunquid in terris vbi non bibitur vinum sint dandæ inducias pro vindemijs.*

QVONQVESTVS EST nobis. & infrà. C. eodem. omnes. & l. vltima.

1 †(Conquiescere) non solùm in diebus solennibus ad honorem Dei dedicatis, sed etiã in alijs ferijs, non debet iudex procedere in causis, nec etiam citare ad illum diem. ff. de feriis. l. 1. Vnde iudices prudenter faciunt, si quando citant, dicunt compareas tali die coram nobis, vt ex tunc procedamus in quæstione tali, quia si die feriata non potest iudicare, comparere tamen potest pars citata, tamen nobis non multa videtur differentia in hoc, hîc autem attendendum est, quod licet teneat citatio, quando exprimit errorem pro termino assignando, puta quia sic dicit ad comparendum coram nobis in tali causa, tibi assignamus diem dominicum, ita quod nec in dominica, nec in sequenti comparere tenetur, si tamen non exprimat errorem, sed tamen in die solenni occurrat dies termini, puta decima die venias responsurus, & decima die veniat dies solennis, non tenetur cõparere in solenni die, sed sequenti die sic, quia duo videntur mandata, & quod ad diem compareat, & quod compareat. ff. de arbi. Celsus. licet ergò habeat excusationem in die solenni, tamen in sequenti die, non habet excusationem, & datio termini benè tenet. Idem dicimus, si per decem aut viginti dies durent dies feriati. Item melius videtur, quòd eriam si in die feriato expressè terminus assignetur, quòd teneat, & quòd comparere debeant partes, licet non die feriato tamen post illum. sup. tit. proxi. expositi. sup. de in integ. restitutione. cùm ex literis. Coram. inf. de dolo. cùm dilecti. inf. de accu. veniens.

†Solenniter) possunt enim constituere aliquem Sanctum solenniter venerari, sed non possunt aliquem Sanctum sanctorum collegio sine authoritate Papæ asscribere. (Necessitas) quia si res sit tempore peritura. sup. eodem. licet. ff. de feriis. licet. ff. de dam. infect. l. prima. & l. fiet missio. ff. quemadmod. te. aper. l. 1. ff. eo. l. 2.

2 (†Pietas) de alimentis pupillorum. causas autem spirituales, vt electionum, inquisitionum, & huiusmodi, etiam diebus feriatis exerceri possunt, quia & pietas & necessitas eas audiri suadet. & argumentum. 15. quæstio. quarta. placito. (Consentientibus). ff. de arbi. si feriatis. in fine. ff. de postu. quos. Ob necessitates) talis casus contingit propter causam, quæ vertebatur inter conuentum Rosens. & episcopum eiusdem loci commisit iudex examinandum, & vt instructam remittere eam ad sedem apostolicam. Ipsi autem iudices in Iunio præfixere terminum partibus, vbi in medio Augusti pro causa ipsa essent coram Papa. parte autem conuentus in termino comparente, & auditorem impetrante, pars episcopi non comparuit, vnde auditor datus condemnauit eum in expensis. Postmodum autem vltra medietatem Octobris comparuit procurator pro episcopo, petens reuocari sententiam expensarum, allegans q̃ in medio Augusti comparere non debuit, quia tunc sunt feriæ messium in Anglia. Item in mense Septembris comparere non debuit, quia tunc sunt feriæ in curia Papæ, vnde & si præsens fuisset, respondere non cogeretur, ergò non debet contumax reputari, vt patet. ff. de iud. l. non videtur. post finitas autem vtrasq̃ ferias, venit continuatis gressibus quàm citò potuit, & ideò cùm non fuerit episcopus, nec in mora, nec in culpa, iniusta fuit sententia, & ideò reuocanda. Dicit enim lex, quòd tempore messium & vindemiarum nemo cogendus est ire ad forum. Item occupati circa rem rusticam, non sunt cogendi ire ad forum. ff. de feriis. l. prima. Item cùm feriæ plus inductæ sunt in fauorem litigantium, ne tunc abstineatur à re rustica, quàm in fauorem iudicis, potius sunt attendendæ feriæ litigatorum, quàm iudicis. C. de legi. quod fa. Item causa quare facta est constitutio in istis litigatoribus est, quia si in medio Augusti comparuissent, abstracti fuissent à re rustica ita messibus, ergò & beneficium constitutionis durare debet. ff. de pactis, quod dictum. C. qui ad li. ve. non pos. l. secunda. Item licet hîc non dicat ius expressè tamen interpretatione principis, vel iurisdictione iudicis leges, quæ similem habent æquitatẽ, & vtilitatem ad hunc casum sunt retrahendæ. ff. de legibus. & ideò cum duabus legibus sequentibus. Item pro episcopo facit. sup. titul. proxi. expositi.

In contrarium autem pars conuentus dicebat, quòd ille qui assignauit terminum, non tenebatur vitare aliquod tempus, nec ferias curiæ Romanæ, sed illas cauere vel vitare debebat, quia si tempore feriato in curia compareret, frustra hoc esset, nam nullius peregrini lite non contestata, quia turpis etc. 8. dis. quæ contra.

3 †Nec obest quod obijcitur, quòd feriæ istæ inductæ sunt in fauorem rusticorum, quod non fateor, imò inductæ sunt ob requiem laboris inter feruores æstiuos. C. de feriis. omnes. tamen hoc dato, non sequitur, quod non debeat alicui assignari terminus eo tempore, quo intendit circa rem rusticam, quia si hoc diceretur sequeretur absurditas, q̃d nunquam possunt vocari in ius, cùm quasi semper ferè omnes homines circa opera sua insistant, nam iste casus non numeratur inter illos, quos habes no. C. & ff. de in ius vo. non enim fuit intentio conditoris legis, eos in totum excusare, sed voluit quædam tempora anni, quæ ad hoc videntur idoneiora ad has ferias statuere, licet sæpè cõtingere possit, quod aliquibus esset vtilius, quod alijs temporibus haberent ferias, lex enim non potuit, nec expediuit quod omnes casus exprimeret, & singulorum vtilitates præcaueret. ff. de legi. iura. & l. sequent. & l. non possunt. & l. sequent. ff. de præ. l. quarta. & quia lex debet esse generalis, quarta distinctione, erit autem.

4 † Item nec interpretatione imperatoris, nec iurisdictione iudicis trahendæ sunt istæ feriæ ad omnes occupatos circa opera sua, quia non esset ipsis & alijs, qui eos in ius vocare vellent, vel quos ipsi vocarent, nec æquum nec vtile.

Item non obest. ff. de feriis. l. prima. vbi dicitur: occupati circa rem rusticam, non sunt vocandi in ius, quia subintelligendum est quod non sunt vocandi diebus feriatis, sed in alijs secùs. Papa autem sententiam tulit pro conuentu, dicens quod in assignatione termini non sunt attendendæ feriæ nisi iudicis coram quo agi debet, nec est curandum si feriæ sunt, quando illi imponitur terminus, & incipit viam eundi ad iudicem, vel etiam si in via incidant. argumentum. ff. de adul. miles. §. quadraginta. ff. ex quibus causis ma. sed & si. §. penultimo. principes enim rati sunt tempora feriis in legibus deputata moderata esse, ita quod iudici non licet ea mutare, nec augere, nec diminuere, licet sæpè occurrant casus in quibus vtile esset aliud facere. ff. qui & à quibus ma. li. l. prospexit. & vides simile lex moderata est tempus ad postulandum septendecim ann. & tamen licet multi minores septendecim ann. inueniantur idoneiores ad

res ad poſtulandum, quàm maiores, tamen hîc non licet mutare. ff. de poſtulã. l. 1. §. puerîtiam.

5 †Item tunc dixit Papa, quod ſi aliqui de remotis partibus eſſent in curia per ſe, vel per procuratores, & dum ageretur cauſa eorũ occurrerent feriæ ſi nullatenus læderentur, quod cogeret eos litigare, quia malitijs hominum non eſt indulgendum. ff. de rei vendi. in fundo. Item dixit quòd benè faciet ille, qui ſtatuit terminum ſi in eo ſtatuendo attendatur quantum poteſt, quod litigatores etiam ferijs ſuæ patriæ potiantur, niſi aliqua ratio moueat in contrarium, tamen ſi iudex non faciet propter hoc nõ poterit aliqua pars appellare, præſumitur enim pro iudice. ſup. de elect. bonæ memoriæ. ſup. de renunc. in præſentia.

a Item cùm hoc a arbitrio iudicis relinquatur, non poterit aliqua pars appellari ſiue in ferijs patriæ ſuæ extra terminũ aſsignet. argumentum. ſup. de offic. deleg. conſuluit. §. 1. Si autem diceretur q̃ feriæ litigantium ſunt obſeruandæ, & conſtat quòd etiam feriæ curiæ Romanæ ſunt obſeruandæ, ergò duplices ſunt obſeruandæ, quod eſt abſurdum, cùm hoc non inueniatur lege cautum.

a *Item eũ hoc. Adde Bal. in l. ceſſante. in prin. C. quomodo & qñ iu. Et refert Felin. in c. 1. col. 17. circa princ. ſup. de conſti. quem vide & in col. ſeq. poſt medium.*

6 †Item dicimus, quòd etiam ſi à iudice non inducantur generaliter feriæ, tamen iudex ſiue ordinarius, ſiue delegatus eas ſeruare debet eo. ſ. tempore, quo communiter meſſes fiunt: ſicut in l. præal. apparet.

7 †In terris autem, vbi non bibitur vinum, cõmuniter, ſicut in Hybernia non dantur inducîæ pro vindemijs, ſed in terris, vbi communiter bibitur vinum, licet ibi non ſint vineæ dandæ ſunt inducîæ pro vindemijs, & vbicunq̃ pro meſsibus, quia licet ex ſuis terris nõ colligantur grana, oportet tamen quod pro aliquo tempore anni præordinetur de vino & grano quo per totum annum vti debeant. (Partium). C. de fer. l. 1. ff. eo. l. 1.

TITVLVS X.
DE ORDINE COGNITIONVM.

CAPVT I.

INTELLEXIMVS. (Peteret) intentans petitoriũ, ſecùs ſi poſſeſſorium. vt lit. non conteſta. accedens. 2. ſup. de offic. deleg. cauſam. inf. de reſti. ſpol. literas. (Puniatur) 3. q. 11. ſi quando. & l. ſeq. C. de ordi. cog. l. 1. & 2. Ad diffinitionis) teſtes autem & aliæ probationes, ſi placuerit actori ex vtraq̃ parte recipientur, ſi reus intentionem actori neget, vt ſi reus defecerit in probatione, exceptionis feratur ſententia pro actore, ſi probauerit intentionem ſuam.

CAPVT II.

1 *An in libello exprimi debeant omnia, quibus damnum datum eſt. & vide in num. 2.*
Nomina litigantium an & quando liceat exprimere in libello.
Res quibus aliquis eſt ſpoliatus, an liceat exprimere in libello.
2 *Libellus generalis an & quando recipiatur.*
3 *Interdictum competit etiam prædoni.*
4 *Prælatus agendo nomine eccleſiæ, non obſtat ſibi exceptio de ſpoliatione, quod nomine ſuo tantùm fecit, & non nomine eccleſiæ.*
5 *Exceptio proponi debet intra tempus, intra q̃ agi poteſt.*
Exceptio ſpoliationis quando habeat locum.
6 *In cauſa matrimoniali locum non habet exceptio ſpoliationis.*
7 *Sententia non debet ferri, niſi probata exceptione ſpoliationis.*
8 *Excommunicatus pro manifeſta offenſa non abſoluitur, niſi prius ſatisfecerit.*
9 *Poteſt qui tulit ſententiam excõmunicationis facere eam publicari.*
10 *Per exceptionem propoſitam non interrumpitur præſcriptio.*
11 *Poteſt qui primò egit criminaliter etiam ciuiliter agere contemplatione rei familiaris.*

CVM DILECTVS FIlius. (Dominis) certis nominibus exprimẽdis, quia certa debet eſſe perſona rei, & certa perſona actoris. 4. quæſtio. quarta. capi. primo & ſecundo. cùm non liceat ei vagari in diſcrimine alterius æſtimationis. ff. de iniur. prætor edixit. niſi ipſi domini eſſent tanquam vniuerſitas, quia tunc non eſſet neceſſe exprimi nomina eorum. Animalium) quia animalia monaſterij erant, vel etiã aliorum, dummodò cuſtodiantur in caſtris captis, & cuſtodiæ monaſterij eſſent commiſſa, nam & ipſa veniunt in interdictum vnde vi, quod pro recuperanda poſſeſsione caſtrorum intentabatur ab Abbate. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. quòd autem ait.

†Et alijs)

1 †Et alijs) not. non eſſe neceſſe in libello exprimere omnia, in quibus damnum eſt datum, ſed ſufficere quod generali clauſula continetur, ſcilicet alijs tamen contrarium verum eſt, niſi damna petantur tanquam acceſſoria, vt hîc, vbi petebatur reſtitui caſtrum cum damnis ibi datis. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quod vi. inf. de reſt. ſpo. cùm ad ſedem. Vel dic, quod etiam ſi principaliter agatur tantùm pro rebus ablatis reſtituendis, ſicut hîc videtur actum fuiſſe, non enim hæc litera, quòd caſtra monaſterij capta eſſent, vel quòd pro eis ageretur, ſed pro rebus ablatis tantùm, non tenetur tunc in libello exprimere res, quibus ſpoliatus eſt, quod ſic probo, ipſe non tenetur eas probare. C. vnde vi. ſi quando. ſup. quod met. cauſa ſuper eo. ergò nec exprimere in libello.

2 †Sed dices imò exprimere debet, vt deliberet, an cedat. ff. de eden. l. 1. 4. q. 4. offeratur. Reſpondeo non debet deliberare, niſi ſuper hoc an rapina facta ſit vel vis illata, & hoc cùm patefacta ſit, ex eius confeſsione ſtatim taxatione præmiſſa, & iuramento præſtito, facienda eſt condemnatio, vt in l. præalleg. Si autem negauerit vim, tunc tantùm vis de neceſsitate probanda eſt, & non res ablatæ, vel dic quòd hîc libellus non fuit receptus, quod ex eo apparet, quia reus forum declinabat.

☞ †Iuſtitiam) cùm pro his quæ dicunt hîc competere poſsit interdictum, vnde ſi vi caſtra cœperint. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. illud vtiq̃. & actio vi bonorum raptorum & furtirvt in eodem §. dicitur & actio. l. Aquil. ſi damnum datum eſt in rebus ablatis. ff. ad legem Aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. 3. præter id, quod accuſari poteſt de vi publica, vel priuata. C. de vi publica. per totum. quomodo dicimus fieri condemnationem, cùm ſecundum diuerſos modos agendi aliter debeat iudicari, & hoc propter generale verbum, ſcilicet niſi iuſtitiam ſibi fieri poſtulauit, non poſsit perpendi quomodo egerit. Reſpondeo ſtultum eſſe, qui tam generalem libellũ recepit, cùm deberet actor exprimere actionem, vel cauſam agendi, ex qua cauſa colligi poterat intentio eius. ff. de rei vendi. ſi in rem. ff. de excep. rei iudi. & an eadem. §. actiones. ſup. de libel. obla. c. vlti. ſed ſi receptus eſt valet. C. de anna. exce. l. vlti. & fiet condemnatio ſecundum actionem, quæ minorem condemnationem requirit. arg. ff. de re. iur. ſemper. & l. fauorabiliores. & l. ea. inf. de fide inſtru. inter dilectos. in fine. niſi in medio litis ex probationibus, vel quia actor dixit expreſſè, appareat qualiter agere velit, quia tunc ſecundum hoc ferenda eſt ſententia. argu. ff. de iud. ſi quis. ff. quorum leg. l. 1. §. quod autem. Conteſtationem) id eſt antè, pòſt enim non licet, niſi de nouo contigiſſet, vel de nouo ad eius notitiã peruenisſet. C. de excep. l. vlti. inf. de excep. paſtoralis. ſup. de offic. delega. inſinuante. alij contra. Per ipſius) ideò tenetur monaſterijũ ad ipſius reſtitutionem, vel melius ideò excipitur contra monaſterium, quia abbas, & totus conuentus conſenſit ſpoliationi, quamuis videretur, q̃ nec tunc monaſterio obeſſe debet, quia delictum etc. 16. quæſti. 6. ſi epiſcopum. vnde dicunt alij, quòd non poteſt excipi contra monaſterium, niſi duo interuenerint, & quod nomine monaſterij facta ſit rapina, & quod ad monaſterium peruenerit, & de eo ſolo quòd peruenit poteſt excipi contra illud. ff. de vi & vi ar. ſi me deie. Nec ſufficit dolus ſine violentia vel econuerſo, vt hîc, ſi enim incontinenti poſt vim ſibi illatam vim faceret vel authoritate iudicis non competeret contra eum exceptio, ſicut nec interdictum. ff. de vi & vi ar. l. 3. §. cùm igitur. C. vnde vi. ſi quis iu. inf. de reſti. ſpo. olim. & eodẽ modo quantumcunq̃ doloſè rem alterius occupet, niſi ſpoliatio interuenerit, vel niſi aliquem ſpoliari mandauerit, vel ratum habuit, contra eum non competit exceptio, & generaliter dicimus hãc exceptionẽ non competere, niſi vbi competeret interdictũ, licet ei poſsit competere actio de dolo, vt nota. infr. de reſtitutio. ſpolia. cùm ad ſedem.

2 †(Incontinenti) vel intra terminum competentem. ſup. de offi. delega. prudentiam. §. ſexta. Spoliator) imò ſufficit, ſi ad eum peruenit vel mandauit, vel ratum habuit. inf. de reſtit. ſpol. cùm ad. c. ſæpè. quaſi dicat, abbati contra monaſterium nullo modo poteſt competere interdictum recuperandæ poſſeſsionis, quia nunquam abbas vel conuentus expoliationi interfuit, licet caſtrum quo ſe milites ſpoliatos dicunt ipſi monachi modò poſsideant, ſed non benè dicitur, vt nota. in gloſſ. hîc poſita imò.

3 †(Verus) 16. q. 3. §. penul. tamen non faci

facit pro monaſterio, cùm ibi loquatur, quando ſine vitio ad dominum rediit, hic autem cum vitio rediit ad monaſterium. Item interdictum competit etiam prædoni, inf. de reſti. ſpo. in literis. & c. item cùm quis. & eodē modo exceptio. (contra) inf. de reſti. ſpo. cùm ad ſedem. ff. de vi & vi ar. cùm à te. (Regulam) ff. de iud. qui prior (tractanda) quia in prima primo fiet lit. conteſt. & poſt fiet lit. conteſt. in ſecunda. & ſic conſequenter fient poſitiones in prima & pòſt in ſecunda. Viciſsim) ſup. de nu. peti. c. 1. benè dicit viciſsim tractare, quia ſi non viciſsim tractetur, quia de vna facile, & citò liqueat de alia, non facile benè diuiſim ferentur ſententiæ. argumentum. C. de compen. l. vlti. imò nec auferimus agenti exceptionem excommunicationis contra reum conuenientem. infr. de exceptionibus. cùm inter. & idem dicimus, ſi obiiciatur exceptio ſpo. ſiue enim propter exceptiones impediatur agere, ſiue propter difficultatem probationum proſequi litem, & ſententiæ ſimiliter diuidentur. (Eadem) id eſt duabus, quæ tamen dicuntur vna propter continuationem temporis, arg. ff. de minor. l. etiam. §. 1.

a De eo autē. Ex hoc dicto Innoc. habes notabilē intellectum ad tex. in §. ſi qs filius. in l. Papinianus. ff. de inof. teſta. ita Paul. de Ca. in conſil. 172. inci. viſa & ponderata. colu. 2. verſic. illud autē in prima parte conſiliorū antiquorum ſecundū nouiſ. impreſſionem.

4 †Exceptionis) hanc exceptionem credimus habere locum, ſiue ſit ita ſpoliatus, quod competat interdictum, ſiue competat condictio ex decr. inf. de reſt. ſpo, ſæpè. ſup. de electio. quærelam. ſiue condictione ex legibus, quæ ſunt. C. vn de vi, l. ſi quis in. & in l. ſi quando. ſiue ex iuribus aliis quibuſcunq, quæ poſſeſſionis reſtitutionem præcipiant. Secùs autem dicitur, ſi excíperetur de metu, vel de dolo, vel aliæ quælibet exceptiones proponantur, per quas poſſeſſio non recuperatur, & eſt ad hoc prima ratio, quia hoc nō inuenitur in iure cautum, nec eſt talis exceptio attendenda. Item ſi prælatus agat nomine eccleſiæ, non obſtat ſibi exceptio de ſpoliatione, quod nomine ſuo tantùm fecit, & non nomine eccleſiæ. argu. ff. de in ius voc. quæſitum. inf. de reſti. ſpol. c. frequens. Sed ſi nomine ſuo ageret, audiretur excipiens etiam de ſpoliatione, quam non tantùm ſuo nomine, ſed etiam nomine eccleſiæ feciſſet intra annum, nam non ſolùm tenetur hac exceptione, qui proprio nomine deiecit, ſed etiā qui alieno quemadmodum etiam in interdicto dicitur, ff. vnde vi, l. 1. §. quoties. Item hanc exceptionem proponet in perpetuum, de eo quod ad eum peruenit qui deiecit.

5 †De eo [a] autem quòd ad eum non [a] peruenit vſq; ad annum tantùm, ſicut dicitur in interdicto C. vnde vi, l. 2. nam & intra idem tempus proponi debet exceptio, intra quod agi poteſt. ff. ex quib. cau. ma. in integ. reſt. necnon. §. vlt. ff. de inof. teſt. Papinianus. §. ſi quis filius. Itē non competit hæc exceptio contra hæredem ſpoliatoris, niſi de eo, quod ad eū peruenit, aut dolo eius factum eſt, quo minus peruenīret. ff. vnde vi. l. 1. §. hoc interdictum. & hære. §. vlt. l. 2. reſponſo. 1. In ſucceſſore autem in dignitate videtur, quod ſemper dari debeat, etiam ſi nihil ad eum peruenīat, quia dignitas nunquam moritur, & eſt dilatoria hæc exceptio. no. 2. quæſt. 2. antiquitus. vnde poſt litis conteſt. proponi non poteſt, etiam ſi pòſt fiat expoliatio cùm aliud auxilium habeat, ſcilicet interdictū. arg. contra. inf. de excep. paſtoralis. & multò fortius nō poterit proponi contra proſequentem appellationem, cùm à principio omiſerit, alij contradicunt, ſcilicet quod ſi de nouo fiat, proponi poteſt: vt not. ſup. eo. c. in glo. & autē. †Item hæc exceptio, non haberet locū, quando actio vel officium iudicis non dirigitur ſpecialiter contra aliquem, ſed tamen multis aliis licitum eſt contra eius actionem, vel petitionem ſe opponere, ſicut eſt quando petitur electio confirmari. inf. de cauſa poſ. cū eccleſia. & eſt ratio, quia hæc exceptio tantùm competit vbi aliquis conuenitur, vt actor remoueatur à conueniendo reum, hic autem qui implorat officium iudicis eum non conuenit, imò ipſe propria voluntate ei ſe opponit.

6 †Item hæc exceptio non habet locum in cauſa matrimoniali. inf. de reſti. ſpol. ex parte. Sed nec contra excipientem contra electum habet locum exceptio ſpoliationis, quia hęc exceptio tantùm contra actorem habet locum, & hic excipiens non per omnia dicitur actor, nec propriè, quia non agit, ſed excipit, ſic intellige. C. de ex. in ex. ff. de ex. l. 1. argumentum. contra. ſuprà de iudic. exhibita. (Primitus). C. de exceptio. l. vnica.

7 †Non cogerentur.) ſic enim fertur ſententia probata exceptione ſpoliationis, non te audimus, niſi primò aduerſario tuo reſtituas talem rē, & iſte idem reus

reus qui de ſpoliatione excepit poterit agere directè, ſi voluerit ad reſtitutionem eiuſdem rei ſibi faciendam, & ad hoc poterit inducere priores teſtes, ſed priores atteſtationes non valebunt ſibi in hoc iudicio, quia ad aliud agebatur in primo iudicio, ſcilicet, ad repellendum aduerſarium ab agendo, & aliud in ſecundo, ſcilicet, vt conſequeretur rem, qua ſpoliatus erat, & eodem modo ſententiabitur, & eodem modo procedetur, ſi excipiatur de excommunicatione, & diximus quòd ſi iſte qui repulſus eſt ab agendo ſuper aliqua re, propter exceptionem, ſi poſtea contra eundem, vel alium agat de alia re, non obſtabit ei ſententia prædicta, nec probationes in alio iudicio receptæ, niſi de nouo probetur exceptio etiam in hoc iudicio. argumen. ff. de excep. rei iud. l. conqueritur. & l. ſequen. †Idem etiam eſt in iure ciuili, quia licet aliqui repellantur ab accuſatione propter aliquas cauſas. 2. quæſtio. prima. prohibentur. non tamen aliàs punientur, niſi directè agatur contra eos. ff. ex quib. cauſ. l. 2. quia ad hoc non eſt actum, vt ſequitur.

8 †Item dicimus, quòd ſi aliquis petit abſolutionem, & probetur contra eum, quòd pro manifeſta offenſa excommunicatus fuit, non admittetur iterum ad petendum abſolutionem, niſi prius ſatisfecerit de manifeſta offenſa, vt inf. de ſen. excom. ſolet. §. in prima. Sed nec per has probationes primi iudicij, nec per iſtam ſententiam obtinebit, quod ab alio iudicio repellatur, niſi de nouo iterum conuincatur vel aggrauetur contra eum manus iudicis, vel quod denuncietur excommunicatus, vel quod ſubtrahantur ſibi beneficia, quia ad hoc actum non eſt, ſed ad hoc tantùm directo, vt repellatur à petitione abſolutionis, quod etiam conſecutus eſt. †Si verò exceptio excommunicationis non tantùm proponitur ad repellendum actorem ab agendo vel petendo, ſed directo proponitur, quod à iure ſuo cadat. VERBI GRATIA: aliquis petit ſe abſolui, vel quòd denuncietur abſolutus ab excommunicatione in ſe poſt appellationem legitimè latam, & aduerſarius reſpondet, domine nulla præceſsit appellatio excommunicationis vel iniuſta, tunc ſi iſte excipiens, vel potius ſe defendens probabit nullam, vel iniuſtam appellationem, ferretur pro eo ſententia, & iudicabitur legitimè excommunicatus. ſup. de offic. deleg. cùm contingat. vbi de hoc plenè not. & tunc ſi in contumacia permaneat, poterit denunciari excommunicatus, & aggrauari contra eum manus, & poteſt ſibi ſubtrahi beneficium, quia hìc non intendebat tantùm repellere actorem, ſed principaliter defendere ſententiam ſuam, & de iure ſuo probare.

9 †Sed dices, nónne ſufficit ad hoc, quod denuncietur excommunicatus, & quod alijs modis contra eum procedatur, quia conſtat de excommunicatione eius per id, quod abſolutionem petit? Reſpondeo non, quia poteſt eſſe, quod ex ſuperabundanti cautela petit, quia bonarum mentium eſt, etc. 5. diſtin. ad eius. Fatemur tamen, quòd ille, qui tulit ſententiam excommunicationis, poteſt eam facere publicari. 11. quæſtio. tertia. curæ. inf. de appel. paſtoralis. in fi. Sed non authoritate huius ſententiæ, quia potens abſolutionem repulſus eſt ab abſolutione, ſed authoritate prioris ſententiæ, qua excōmunicauit eum.

10 †Vllatenus) etiam in cauſa depoſiti, cùm hìc adeò generaliter loquatur. argumen. contra. C. depoſi. l. vlti. Nec credimus per exceptionem propoſitam interrumpi præſcriptionem, cùm præſcriptio ſit inducta in odium petentium, vt infrà, de præſcrip. vigilanti. & qui excepit, non petit, nec per exceptionem aliquid ſibi debet adiudicare, vt hìc. argumen. infrà, de præſcrip. vigilanti. In ciuili) hoc planum eſt, ſed in criminali multò fortius. argumen. 3. q. 2. audimus.

†Sed quid ſi iſte Abbas ſuccumbit in hac exceptione, poſtea obtineat militibus agentibus directo interdicto contra Abbatem, puta quod abſoluatur Abbas ab impetitione eorum, nunquid ſi Abbas reincipiat eandem quæſtionem obſtabit exceptio ſpoliationis, vel prędictæ ſententiæ? Reſpondeo non, propter authoritatem ſuperuenientis ſententiæ vel caſus. ſimile. ff. de condi. ſine cau. l. ſecunda. ff. commod. in commo. §. fin. ff. depoſi. bona fides. inf. de purga. vulg. c. 2. Item quia interlocutorias ſententias, qualis eſt iſta licet mutare. ff. de re iudi. quod iuſsit. Item huic reo abſoluto interdicto daretur exceptio, ſi iterum conueniretur, ergò & replicatio, ſi victus excipiat de ſpoliatione, de qua victus eſt in interdicto. †Per hoc) inf. de ſimo. licet. ff. commu. diui. vt fundum. inf. de conceſ. præb. ex parte contrà. ſup. de elect. per inquiſitionem. vbi not. nec teſtes inducti ſuper exceptione valebunt, ſi

bunt, si postea agant interdicto, nisi partes consentiant. infrà, de testi. veniens. 2. & fortè quia semiplenè probauit, secùs si cõfessus est. sup. de elect. per inquisitionem, vbi no. & si ferretur sententia cõtra eum, scilicet, quòd respondet, & quia non probauit spoliationem, adhuc tamen potest agere interdicto nõ obstãte. l. ff. de excep. rei iudi. si quis cum eo. §. fi. quia sententia lata in exceptione spoliationis, non parit exceptionem rei iudicatæ in interdicto, secùs autẽ in exemplis positis in l. pdicta.

21 †Item si primò egit criminaliter, nihilominus potest ciuiliter agere contemplatione rei familiaris. C. quãdo ciui. act. præiu. cri. §. 1. est & alia ratio, quia per exceptionem agitur tantùm ad repellendũ ab actione, sed per actionem intendit ad restitutionem sibi faciendam, secùs autẽ si primò succubuit interdicto, quia tunc postea non potest excipere. ff. de his qui not. infa. Lucius.

CAPVT III.

1 *Causa nataliũ coram ecclesiastico iudice tractanda est.*

1 IVAM NON CREDIMVS. (Natalium) † causa nataliũ non solùm non si principaliter agatur, sed etiam si incidenter, vel etiam si excipiendo coram ecclesiastico iudice tantũ tractanda est. inf. qui fi. sint legi. lator. & etiã si post mortem propter quæstionem hæreditatis, quæ agitur coram seculari iudice quæratur de legitimitate natalium, semper coram ecclesiastico iudice agendum est. inf. qui filij sint leg. causam. 2. arg. contra. C. de ord. iu. l. 1. ff. de iudi. l. qui non cogitur. C. de iudi. quoties. de iur. om. iudi. si idem.

Sed hoc potest esse ea ratione, quia scriptum est, quos Deus coniunxit homo non separet. sup. de transla. epis. inter. & ita non fuisse matrimonium inter eos, nõ homo, sed solus Dei vicarius potest iudicare, vt in eadẽ decre. dicitur. Vel dic, generale laicum iudicem de nullo spirituali, nec principaliter, nec incidenter, nec reconueniendo posse cognoscere. sup. de iudi. decernimus quanto. inf. qui fil. sint legi. lator causam. Sed certus præfigeretur terminus à Papa, vel alio superiore intra quem natalium quęstionem prosequatur, & de hæreditate nullatenus se intromittat, sed Regi dimittet, vt in prædictis decre. Potest ergò dici hanc quæstionem tanquam præiudicialem primò tractandam. argu. insti. de act. §. præiudiciales. & fortè potest sic formari libellus. Cùm pater meus non fuerit maritus talis domine, de qua genuit talem, peto quod iudicetis eam non legitimam filiam eius. argu. inf. qui fil. sint legi. causam. 2. C. ne de sta. defun. l. penul. Vel dic, hanc dilationem cognitionis de hæreditate non ideò esse, quia causa matrimonialis est præiudicialis, sed quia causa matrimonialis non poterit esse, nisi coram iudice ecclesiastico, sed Rex non patiebatur causam hæreditariam esse, nisi coram se, & sic coram diuersis iudicibus causæ prædictæ simul agerentur, cùm se inuicem contingant, & cõtingeret ecclesiam iudicare illam illegitimam, & Rex adiudicaret ei hæreditatẽ. absurditas sequeretur & contrarietas intolerabilis. Sed si corã eodem iudice ageretur, puta coram Papa, fortè posset vtraq; causa simul agi, nec propriè dicenda est causa natiuitatis præiudicialis.

CAPVT IIII.

1 *Spoliationis excep. ob. contra agentem criminaliter & ciuiliter.*
Exceptio spoliationis quando opponi possit.
Reconuentio de re pecuniaria expoliationis, vel agens interdicto vnde vi, corã quo iudice fieri possit.
2 *Succumbens in actione, succumbere debet in exceptione, & non econtrà.*
Exceptiones peremptoriæ an tollant ius, & quæ sint istæ exceptiones.

1 SVPER SPOLIATIONE. (Spol.) id est, interdicto vnde vi. (Restitutione) per interdictum vnde vi. †Reconueniat) not. contra agentem ciuiliter de crimine, obstare exceptionem spoliationis, & etiam contra agentem criminaliter, vt not. sup. de rescrip. ex parte. hoc vult dicere, quòd si P. agat contra I. interdicto vnde vi. Ioan. non potest conueniri, vel conuenire per rei vendicationem, vel mandati, vel consimili alia actione, sed si vult eum reconuenire interdicto vnde vi, super alia re potest, etiã intelligo hoc, scilicet, q, non potest eum recõuenire mandati, vel simili actione, si iudex q cognoscit non sit iudex ordinarius actoris, nam tunc quando non est ordinarius si reconueniat, non est audiendus, nec tenet sententia, nisi scienter prorogaret iurisdictionem eius de re ad rem, nam cùm non sit ordinarius eius, nec reconuentio locum habet, vt hic coram eo conueniri non potest, ergò nec sententia à non

à non suo iudice lata tenet. sup. de offic. iudi. c. at si clerici. Sed potest dici, quòd tacitè videtur prorogare iurisdictionem. Item est etiam si esset iudex ordinarius vtriusq;, non tamen est audiendus reconueniens mandati, vel simili sup. si proponatur contra ipsum agentem expoliatio, in modum exceptionis, vt sup. eod. cùm dilect.

☞ †Sed dices etiam ab interdicto remouetur reconueniens, si ei obijciatur exceptio spoliationis, vt in fin. decre. Respondeo verè remouetur, sed & ipse per exceptionem spoliationis suæ remouet alium simili ratione, & sic in hoc est audiendus, & non credat aliquis malum, vel nullum effectum habere huiusmodi exceptiones, cùm itaque re alterius restituta possit agere vterque coram ordinario, vel saltem ille qui restituet. Si autem dicatur, quòd possit conueniri etiam coram ordinario, ex quo agitur interdicto, sequeretur absurditas, quia is qui timet moueri sibi quæstionem semper præueniendo perpetuò ageretur contra eum interdicto, vt perpetuò remoueret eum à petitione maximè pecuniæ, si eam debet, nec videtur malum etiam si coram delegato fiet reconuentio contra agentem interdicto, nisi excipiatur de expoliatione, vel à iudice, vel à parte, quod tenebit sententia ab eo lata super quæstione pecuniaria.

Alij dicunt & melius, quòd nec coram ordinario nec coram delegato conuenietur, vel reconuenietur de re pecuniaria expoliationis, vel agẽs interdicto vnde vi, etiam si non in modum exceptionis obijciatur spoliatio, sed sufficit dicere nõ es audiendus, quia contra te agitur interdicto. ☞ †Contra absurditatem autem prædictam sic prouideri debet, quod præfigatur terminus agenti, vel petenti restitutionem intra quem nisi probauerit, quod debebit extunc procedetur in petitione alterius. inf. qui fil. sint legi. lator. & inf. de resti. spolia. frequens. §. solet. Si exceptionem spol. opponat contra alios actores, alioquin quare non audiatur, non video contra agentem vti possideris videt obstare exceptio spoliationis, & si magis placeat expoliatio vtrunque simul agere potest, & possessorio vti possi. & interdicto vnde vi, dic quòd lata sententia absolutionis pro B. qui conueniebatur ab A. interdicto vnde vi, super fundo Semproniano, si postea idem B. agat contra eundem A. & ipse A. excipiat de spoliatione super qua lata est sententia absolutionis non potest. Nec obstat, si dicitur quòd ad aliud excipitur, scilicet, vt remoueatur ab agendo, & ad aliud agitur, scilicet, vt restituatur, quia si agens interdicto vincitur, & reus absoluitur ab expoliatione, de qua agitur perpetuò debet obstare actori agẽti vel excipienti de spoliatione exceptio rei iudicatæ, in quocunque iudicio, siue modo agendi, quia eædem sunt personæ in vtroque iudicio & eadem causa agendi & excipiendi, scilicet, spoliatio, sed excipiendo licet nihil petatur, & ideò non sit necesse, quòd eadem res petatur, tamen indirectè & effectualiter eadem res est, pro qua actum est, & pro qua excipitur, scilicet, vt restituatur, quia quandocunque voluerit rem restituere, non obstante exceptione agitur. suprà, eod. cùm dilectus.

2 †Item superius est agere quàm excipere, & ideò qui succumbit in actione, benè debet succumbere in exceptione, & ex eadẽ causa descendente tanquã in minori. ff. de except. rei iudi. & an eadem. 1. responso. & §. 1. & 2. & l. egit tecum. & l. conqueritur. & l. sequen. & l. lul. & seq. & l. si quis per totum. Sed secùs est, si quis prius succubuisset in exceptione spoliationis, quia nihilominus posset agere interdicto, quia sicut dictum est excipiendo nihil petebat, & ideò absolutio facta in eo, non parit exceptionem rei iudicatæ, quia directo agitur. Item si A. egit contra B. ad centum. & B. excipiens de spoliatione obtinuit absolui ab obseruatione iudicij, vt non teneretur soluere centum, nisi primò solueret centum, sed si A. idem postea petet fundum, non obstat sibi exceptio rei iudicatæ, quia modò aliud petitur quàm primò, & idem est si contra excipientem esset iudicatum, scilicet, quòd non obstante exceptione spoliationis responderet, quia si postea idem excipiens, & succumbens excipiat de eadem spoliatione contra eundem actorem agentem, sed super re alia non obstabit sibi exceptio rei iudicatæ, quia ad alia agit, modò quàm primò, & ab alia actione volo modò liberari per meam exceptionem quàm primò. Et huiusmodi diuersitatis, vel dicti ea est causa, quia ex spoliatione plures oriuntur obligationes ciuiles, quarum vna est, quòd possessio reddatur passo violentiam, etiam si non esset proprietas sua. inf. de resti. spo. in literis. Item etiam orietur

alia obligatio, ſcilicet, quod poſſumus repellere ſpoliationem, ne ſuper alia re conueniat ſpoliatum quouſque reſtituatur. ſup. eod. cùm dilectus. huiuſmodi autem obligationes, & alię ſimiles, quæ ex eadem cauſa oriuntur, per quas eadem quæſtio in iudicio reſumitur, vel repetitur, tolluntur per ſententiam ſuper poſſeſſorio latam. ff. de condi. indebi. Iulia. inſtit. de except. §. item ſi quæ iudicio. ſed naturales obligationes, vt eſt quod ſatisfaciat læſo, non tolluntur per huiuſmodi ſententiam. ff. rem rat. habe. procurator. §. 1. & in l. præallega. & quod dictum eſt, quãdo fertur ſententia ſuper actione, idem ſi feratur ſuper exceptione. VERBI GRATIA: Tutori ex geſtatione ſua eſt orta exceptio compenſationis, ſi qua expendit, & etiam orta eſt contraria tutelæ, tamen ſi contra agentem tutelæ obijciat compenſationem, & ea reiecta, vel poſt prohibita, feratur ſententia contra eum, poſtea non poterit agere contra eum de illis rebus, quas voluit compenſare, nec poterit proponere contrariã tutelæ. ff. de contra tab. l. 1. §. quid ſi iudex. ad idem eſt. ff. de nego. geſt. ſi autem. §. fi. ſup. de elect. cùm dilectus. ff. de compen. quod in diem.

Secùs ſi fertur. ad hæc dicta Inno. vide Cardi. q illa refert, & ſequitur in cõſ. 7. inci. in cauſa. fratrum omniũ ſucceſſorum. circa fi. & in cõſ. 8. inci. in facto domine Gasete. col. 1. in fi.

Et id poteſt. Adde Cardi. in cõſ. 56. inci. cauſus ſuper quo. colũ. fi. verſi. per inſtrumenta q dicit hoc notabile. & etiam vide circa hoc. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obli.

†Sed contrà ponamus, quod contra petentem centum ex cauſa venditionis, reus obijcit compenſationem in quinquaginta, quæ ſibi mutuauit, & ideò non obſtante hac exceptione cõdemnatur in tota centum, modò quæritur, an modò poſt prædictam ſententiam poſsit petere prædicta quinquaginta, ex cauſa mutui, & videtur quod ſic, quia primò propoſuit cõpenſationem excipiendo, modò intentat directam actionem ex mutuo. inf. de teſti. veniens. ſup. eo. cùm dilectus.

Sed contrarium verum eſt, vt probatur per prædictam l. ff. de compen. quod in diem. cum ſuis cõcor. nec eſt verum, quod dictum eſt, quod ad aliud actum fuit. Primò quando excepit de compenſatione, & aliud agitur modò, quando agitur directo ex mutuo, quia vtrobique ad idem, igitur & eandem quantitatem petit, & eandem quæſtionem repetit, licet alio modo agẽdi quod non licet, & ideò non auditur. ff. de excep. rei iudi. l. Iul. & l. de eadem re. & l. ſi quis cum totum. & maximè vltra medietatem. & l. duabus. & not. quod licet omittatur hæc exceptio compenſationis ante ſententiam, tamen poſt ſententiã ſi agitur actione ſibi competente nõ obſtabit ſibi exceptio rei iudicatę, nec eſt cõtrà. C. de excep. exceptionem. vbi dicit, quòd exceptiones peremptoriæ proponendæ ſunt ante ſententiam, quia ibi loquitur de exceptionibus, quarũ ius tollitur per ſententiam, quod nõ eſt in exceptione compenſationis, quia eius ius remanet ſaluum etiam poſt ſententiam, vt in præalleg. l. ff. de compen. l. quod in diem. & idem eſt in exceptionibus criminum, quæ opponuntur contra electum, vt not. inf. de dolo. cũ olim. Idem eſt in hypothecaria, quo ad ius prælationis, ſcilicet, vt ipſam præponẽs alijs creditoribus pręferatur. ff. de excep. rei iud. duobus. Idem eſt in exceptio. rei iudicatæ. inf. de ſen. & re iud. inter. Itẽ in prædictis non tollitur actio per ſententiam, licet omittatur exceptio, vt in præalleg. iuribus apparet. argum. ad prędicta. ff. de except. rei iudi. ex ſex. §. latinus. Secùs *a* eſt ſi fértur ſententia contra excipientem de re iudicata, vel de iureiurando, tunc *b* enim omne ius tollitur, & id poteſt *b* dici in omnibus exceptionibus peremptorijs, quæ habent exceptiones vel actiones quæ ex eodem procedunt facto, & vbi idem quæritur. ff. de iureiur. ſi duo. §. idem Iul. & l. ſi duobus. §. exceptio. & §. ſequen. in ſupradictis. ex quo quis contrariam ſententiam reportauit in exceptione non auditur agens obſtante ſententia rei iudicatæ. †Secùs autem eſt in exceptionibus declinatorijs fori ſolutionis, vel alijs extraordinarijs, vt ſunt quæ proponuntur contra agentes, vt repellantur, vel alijs conſimilibus. In his enim per ſententiam ſuper his latam non tollit, quin adhuc directè agi poſsit. ſup. eod. cùm dilect. §. fin. infrà, de teſti. veniens. 2. & eſt hîc bona ratio, quia ſummariè in his proceditur, nec ita plenè probationes requiruntur, ſicut in prędmiſsis peremptorijs. ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper.

Tamen ne in prædictis erres not. quod vbi in libello non pono originem, id eſt, cauſam petitionis, ſed indiſtinctè ago, nec in proſecutione, nec verbo, nec probatione reſtrinxi ad aliquam cauſam, obſtabit mihi exceptio in omnibus vbi eadem eſt quæſtio, quia non inuenio rationem, quare de vna magis quàm de alia egiſſe intelligatur. C. de an. excep. l. fin. Si verò originem petitionis, id eſt, cauſam in libello poſui, vel etiam à principio non poſui, ſed in proſecutione eam expreſsi, vel ſuper vno tantùm probaui, ſed poſtea ago ex alia cauſa, non obſtabit mihi exceptio efficaciter. ff. de trib. habebat. ff. de excep.

excep. rei iud. l. ſi ex teſtamẽto. & l. ſi mater. in princip. C. de iud. l. 2. ex ſuperuenienti tamen cauſa ſemper agi poteſt, niſi illa fingatur à principio eſſe. ff. de excep. rei iud. ſi mater. §. ea idem ſi à te. ſi rem ſi quis ad. & hoc obtinet, ſiue reali, ſiue perſonali actione agatur, licet in aliquibus ſubtilitatibus ſit diuerſitas. (Ipſàm) petitionem reſtitutionis propoſitam. (Reſpondere) ſuper alijs, niſi ſuper expoliatione in modum reconuentionis propoſita. Ab agendo) etiam interdicto, quia de hoc loquitur decre. ſcilicet, litis conteſtat. ſuper interdicto vnde vi. Si autem ante litis conteſtationem ſuper interdicto lis eſſet conteſtata ſuper proprietate, vel alia actione, benè procederet vtraque ſimul. ſup. eod. cùm dilectus. agens enim interdicto, vnde vi, non repellitur ab agendo, neque exceptione criminis, nec exceptione proprietatis, neque poſt litis conteſtationem in interdicto, ſed ſimul concurrũt. inf. de reſt. ſpo. in literis. & c. frequens. ff. de iudi. ſi de vi. (Ab eis) ſpoliatoribus repellatur actor intentans interdictum, vnde vi, dicimus etiam eidem obſtare exceptionem pacti. ff. de pact. ſi vnus. §. pacta.

TITVLVS XI.

DE PLVS PETITIONIBVS.

CAPVT I.

1 *Quam pœnam incurrat hodie, qui plus petit.*
2 *Hæreditatis petitio non competit contra debitorem in diem.*

CONSILIVM. (Prouidentiæ perſiſtendum) quouſq; damnum, vel expenſas patiatur aduerſarius. inſti. de ac. §. tripli. (Re.) vbi autem ſuper maiori quantitate, quàm ſibi deberet fecit ſibi creditor caueri ſcienter, & doloſè à debitore, ſi poſtea plus petat, & perſeueret vſq; ad litis conteſtationem totum debitum amittat. C. eo. l. 1.

1 †In expenſis) ſecundum leges olim amittebat totum, quocunq; modo quiſq; plus peteret. inſt. de excep. §. temporalis. hodie ſecundum leges, qui plus petit, vel cauſa, vel loco, ſi aliquod damnum in datione ſportularum ex hoc ſenſerit, triplũ reddit, & nihilominus expenſas propter regulam generalem, quod victus victori condemnatur in expenſis. C. de iud. perandum. §. ſin autem. Cùm autem in foro eccleſiaſtico hæ ſportulæ non accipiantur. inf. de vi. & ho. cle. cùm ab omni. non condemnatur ſecundum canones ad hoc triplum, ſed ad expenſas tantùm, vt hîc, quas, ſcilicet, fecit occaſione petitionis plus continentis. (Loco) hîc poteſt cõueniri, vbi ſoluere tenetur, ſi inueniatur ibi. ſup. de foro compe. dilect. & etiam alibi, vbi de iure communi habet forum, non autem vbi fecit promiſsionem. ff. de iud. hæres. ff. de eo quod cer. lo. l. prima. C. de bo. autho. iud. po. l. tertia. (Petitur.) Hæc litera habet duplicem intellectum, poteſt enim legi quòd debitor non cogetur incipere litem ſuper principali debito, niſi poſt finitas duplicatas inducias, & expenſas ſolutas, & habet hoc locum, quando debitor à principio ante litis conteſtationem oppoſuit, & probauit declinatoriam fori, ſcilicet, pactum quod non poſsit ante certum tempus conueniri, & ſic loquitur inſti. de excep. §. temporales. vel quando ante litis conteſtationem oppoſuit, & probauit parte conſentiente dilatoriam ſolutionis, ſcilicet, quod non tenebatur ſoluere ante certum tempus, & etiam iudex ex officio ſuo debitori duplicauit inducias, & expenſas adiudicauit, nam in his caſibus non cogetur debitor litem inchoare, niſi prædictis perfectis. inſti. de excep. §. hodie. Item poteſt intelligi, quòd debitor non cogetur ſuſcipere litem de re iud. vel officio iud. ſuper executione ſententiæ latæ ſuper principali debito, niſi prædictis impletis. aliqui etiam intellexerunt, quòd etiam litem cœptam per litis conteſtationem non tenetur debitor exequi, nec ad ſententiam procedetur, niſi prædictis perfectis, imò aliqui dixerunt, quòd ſtatim poſtquam apparuit debitum ante tempus petitum abſoluet debitorem ab inſtantia iudicij. argumen. pro eis. ff. de peti. hære. quòd ſi in diem. ſed hîc non videtur, quòd cùm conſtet de debito in diẽ, quod condemnari debeat prædictis pœnis pro ſua temeritate impoſitis. ff. de iud. de qua. argumen. ff. ad l. Aquil. l. in lege. ff. de fur. quidam. nec. l. præalle. quòd ſi in diem contradicit, quia ibi non agebatur ad debitũ in diem ſoluendo, ſed ad cautionem præſtandam, ad quam benè fuit condemnatus. ff. de iudi. in omnibus.

2 †Vel dic illud ideò eſt, quia petitio hæreditatis non competit contra debitorem in diem, quia non poſsidet pro hærede, vel poſſeſſore, ſed actio ex mutuo, vel conſimi-

consimiles benè competunt contra debitorem in diem, licet malè agat. ff. quando dies leg. ce. l. prima. in fin. †Item not. quòd pœna ista tenetur non tantùm qui contra pactum factum petit ante tempus, sed etiam qui petit ante tempus à lege præfixum. insti. de excep. §. hodie. & pone exempla in dote. C. de rei vxo. act. §. cùm autem. & in constituta. ff. de consti. promiſ. §. ſi ſiue. & in condemnatione. ff. de iudi. debitori. & in multis alijs.

TITVLVS XII.

DE CAVSA POSSESSIONIS ET PROPRIETATIS.

CAPVT I.

1 *Iura an dicantur poſsideri.*
2 *Poſſeſsio vel quaſi non cadit in iure, niſi ratione exercitij.*
Poſſeſsorium & petitorium ſimul intentari, an & quando poſsit.

POSSESSIS. & inf. (Momẽti) id eſt, poſſeſsionis quæ parata eſt per momentum durare. not. † quòd iura propriè non dicuntur poſsideri, nec quaſi poſsideri, nec ab his qui ea in veritate habent, puta, vt iura epiſcopalia, vel huiuſmodi, vel ius eligendi, vel iudicandi, vel huiuſmodi, vel ius ſeruitutis, vel huiuſmodi. Quod ſic probo, quia non ſunt, nec quaſi poſsideri poſſunt ab his, qui ea non habent.

2 †Item poſſeſsio, vel quaſi, non cadit in iure, niſi ratione exercitij, ſed propriè dicitur quaſi poſsideri ratione actus. VERBI GRATIA: talis eſt in poſſeſsione exercendi iura epiſcopalia, vel eſt in poſſeſsione eligendi, vel iudicandi, vel eſt in poſſeſsione eundi, vel potes dicere, talis eſt in poſſeſsione vtendi vel iure eligẽdi, vel iudicandi, vel vtendi iure ſeruitutis viæ, vel huiuſmodi, & cõſimilibus. Poſſeſsio enim aliquem actum requirit, vel exercitium, & ſi aliquando inuenis, quòd aliquis ſit in poſſeſsione iuris expone, id eſt, exercendi ius, vel ea quæ pertinent ad illud ius. Alij dicunt & fortè melius, quod proprius dicitur, quòd aliquis eſt in poſſeſsione iuris eligendi, vel eundi, quàm quòd aliquis eſt in poſſeſsione exercendi hæc iura, benè enim quis poteſt habere poſſeſsionem alicuius iuris, licet ipſe non habeat illud ius, quia licet ipſe non habeat, alius tamen habet, vel etiam ſi nullus habet, eſt tamen in re, vel actu, vel habitu. Vno) non habet locum hæc decre. quando à diuerſis partibus intentatur in poſſeſſorio & petitorio quia tunc non ratione connexitatis, ſed ratione reconuentionis ſub vno iudice eſt agendum. C. de ſen. & interlo. om. iu. Authen. & conſequenter. ſup. de reſcrip. diſpendia. habet ergò locum, vbi quis ad aliquos iudices impetrat ſuper poſſeſſorio, & ad alios ſuper petitorio, quod non licet, & credimus non valere literas. ſup. de reſcript. & tenore. Item hæc decre. habet locum durante eo, de quo primò actum eſt iudicio, aliàs ſecùs, vt not. ſuprà, de iud. c. vlti.

CAPVT II.

AD VLTIMVM. (Interrogati) prius audiant nihilominus, tamen incontinenti pòſt audiant atteſtationes ſuper petitorio. ſup. de or. cog. cùm dilect. vel dic, vt in gloſſ. ſequen. Prius audiant) id eſt, aperiant, vel approbent atteſtationes, & ſecundum eas procedant, & erat hîc dubium decre. ſi poſt apertionem teſtium & allegationes factas licet procedere in poſſeſſorio pendente petitorio, & reſpondetur quod ſic. infrà, eod. paſtoralis. in fin. vbi de hoc not.

Et intelligo hoc verum, ſcilicet, quòd licet dimittere petitorium & procedere ad poſſeſsionem recuperandam, vel adipiſcendam, non autem retinendam. inf. eod. paſtoralis. Alij dicunt idem in interdicto retinendæ & benè. Licitè) hoc eſt verum, vbi vna pars intentat petitorium & poſſeſſorium recuperandæ poſſeſsionis, vel adipiſcendæ. inf. eod. c. 1. & 2. inf. titu. proxi. cùm ad ſedem. Secùs ſi retinendæ. ſup. de iud. examinata. inſti. de inter. §. retinendæ. argumen. contrà. ff. de acqui. poſ. naturaliter. §. 1. Idem eſt ſi à diuerſis partibus, ſcilicet, quòd vnus proponat interdictum retinendæ poſſeſsionis, & aduerſarius petitorium aliàs ordinarij iuris eſt, vt priꝰ de poſſeſsione, quàm de proprietate agatur. C. de rei vendi. ordinarij. C. quo. bo. l. vlti. C. de inter. incerti. C. de edict. di. Adria. l. ſecunda. †Si autem actor intentat interdi & cũ recuperandæ poſſeſsionis, vel adipiſcendæ, & aduerſarius velit agere de proprietate eiuſdem rei, vel etiam de crimine non poteſt. inf. titu. proxim. in literis. & c. item cùm niſi fortè, vt quidam dicunt velit ſtatim de

tim de proprietate probare. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. ar. ff. de re iud. in condem. §. vlti. quòd nos non credimus. ſup. de ord. cog. ſuper. † Item no. quòd ſi ſpoliator in matrimonio intentauit peti. & lis ſit conteſt. tamen ſpoliatus poteſt de nouo intẽtare poſſeſſorium ſuper quo procedetur, & differetur peti. inf. de reſti. ſpol. excom. quæſtioni, & idem eſt etiam in alijs. inf. e. paſtoralis.

CAPVT III.

1 *Forma libelli per quam intentatur petitorium & poſſeſſorium.*
2 *Nedum ſuper petitorio, ſed etiam ſuper cauſis fertur ſententia.*
3 *Reconuentio nõ habet locum, niſi prius præcedat conuentio.*
4 *Qui petit reſtitui ad ius incorporale probare debet ſe poſsidere, tunc quando de poſſeſsione deiectus fuit.*
Poſſeſsio quomodo probetur.
Patientia an & quando ſufficiat ad probandam poſſeſsionem.
5 *Quæ requirantur ad hoc vt competat uterdictum de iti. act. pri.*
Poſſeſsio prandendi & hoſpitandi non præſumitur quæſita, licet mille vicibus aliquis hoſpitaretur. Quia talia communiter conſueuerunt fieri ex gratia potius, quàm ex debito.
6 *Vacillatio eſt cauſa ſufficiens repellendi teſtes.*
7 *In libello eſt adijcienda cauſa quare aliquid petitur.*

1 VM ECCLESIA SVTRINA. (Conſueuerint.) † Nota quòd per talem libellum, cùm conſueuerimus intereſſe electionibus epiſcoporum, petimus talem electionem nobis abſentibus factam caſſari, intentatur poſſeſſorium & petitorium, vel quod melius dicitur omne ius, ſcilicet, & poſſeſsionis & proprietatis deducitur in iudicium, vt tam poſſeſsionis quàm proprietatis iure ſe iuuent, quia non tantùm dicitur quis proſequi poſſeſsionem, quando petit reſtitutionem poſſeſsionis, ſed etiam quando ſe iuuat poſſeſsione, vt hîc. & poteſt hoc eſſe propter verba poſita in prædicto libello ibi, ſcilicet, conſueuimus intereſſe, vbi poſſeſsio propter factum intereſſendi, & ius propter conſuetudinem notantur. Idem dicendum videretur, ſi tantùm petijſſet electionem infirmari propter regulam quę hîc ponitur id venire in iudicium, etc. Idem ſi diceret quia ad me pertinet. ff. de verbo. ſig. verbum illud per. Secùs autem diceremus ſi peteret confirmari, quia ad nos ptinet electio de iure, quia tunc tãtùm petitorium intentatur, vel potius ratione proprietatis iure eligendi dicitur caſſanda electio, & non ratione poſſeſsionis. Itẽ ſi diceret, quòd de conſuetudine pertinet, quia conſuetudo ius eſt. 1. di. conſuetudo. inſti. de iu. na. §. conſtat. & §. ex nõ reſcripto. Item not. quòd non ſolùm fertur ſententia ſuper eo quòd petitum fuit, ſcilicet electionem confirmari, ſed ſuper cauſis. ſ. quia conſueuimus intereſſe, & eſt hoc ipſum propter regulam quę ſequitur id venire in iudicium, etc. Idem etiam dicunt quidam ſi tantùm electionẽ petijſſet confirmari tamen quidam hoc negant, & benè dicunt, quod hi, ſcilicet clerici expreſsè petiere ſibi adiudicari ius eligendi, & in poſſeſsionem remitti. † Si quis autem vult diligenter intueri ſatis cognoſcere poteſt, quòd per illa verba peto electionem factam de tali confirmari, nec petitorium nec poſſeſſorium intentatur, quia taliter nihil iuris in electione petit, nec ratione poſſeſsionis, ſed propter verba in libello adiecta, ſcilicet, cùm conſueuerimus intereſſe, & nobis excluſis & alijs conſimilibus, videtur poſſeſſorium & petitorium intentare, cùm ratione ſui iuris dicat electionem confirmandam vel infirmandam, quamuis poſſet dici, quòd hoc ipſo, quòd petit electionem confirmari vel infirmari, videtur hoc petere omni iure, quo electio ſit confirmanda vel infirmanda. argu. hîc in fi. & C. de anna. exce. l. fi. & ſi contendatur de re iure petitorio vel poſſeſſorio poterit ſententia ferri de iure illo. Sed ſi non contendatur de iure petitorio, vel poſſeſſorio, licet confirmetur electio, vel caſſetur propter formã, vel alias cauſas huiuſmodi ſententia fortè, nec in poſſeſſorio, nec in petitorio facit præiudicium, cùm de eo non fuerit actum, nec expreſsè, ſcilicet, quia hæc petitio non continebat nec tacitè, ſcilicet, inducendo in proceſſu litis probationes ſuper iure ſuo.

3 †Poſtulabant) petitorium & poſſeſſoriũ intentantes, & cũ intentarent poſſeſſorium recuperandæ poſſeſsionis clerici, tũc canonici non erant admittendi ſuper eodẽ petitorio. ſup. de ord. cog. ſuper. & q hîc admiſsi fuerunt ad petendã confirmationem fuit, quia placuit clericis, nec voluerũt excipere de ſpoliatiõe, vel hoc fuit, qa primò canonici petierãt cõfirmationẽ, & poſtea ratione huiuſmodi principalis

petitionis admissi fuerunt clerici ad recõueniendum de possessione, quia nõ posset locum habere reconuentio, nisi prius præcedat conuẽtio, & licet proposito possessorio non admittatur reconuẽtio, nisi super possessorio, secùs autem est si primò agatur petitorio, nam tunc super alia re reconuenitur possessorio & petitorio.

Secùs autem si incepissent agere clerici possessorio, & postea canonici peterent cõfirmationem, vel dic coram iudice ordinario, vel etiam delegato, cui principaliter esset vtrunq; cõmissum, benè posset agi de vtroq; non in modum reconuentionis, sed principalis conuentionis. vt no. sup. de or. cog. super cùm benè sese inuicẽ compatiantur petitiones istæ, peto electionem meã confirmari. Ex aduerso peto electionẽ talẽ infirmari, quia est facta nobis absentibus, q eramus in possessione eligẽdi, & ad quos de iure spectabat. Secùs aũt si primi peterent ius eligendi, cùm essent in possessione, nam tunc non audirentur secundi. ar. ff. si vsufru. pe. l. vlt. sup. de iud. examinata. Melius placet quòd hîc nõ habeat locũ exceptio spoliationis cõtra hos petentes confirmationem. Item nõ impediuntur petere confirmationem, licet etiam primò conueniantur interdicto, quia petitio confirmationis non dirigitur specialiter contra aliquẽ, sed officio iudicis petitur: vt no. sup. de or. cog. cùm dilectus.

4 † Abfuisse) petens restitui ad ius incorporale, debet probare se possidere, tunc quãdo fuit deiectus de possessione. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdictum. & inf. de resti. spo. olim inter. probat autẽ se possidere, si probat sibi esse cautum de non impediendo vti iure de quo agitur, vel si probat se vsum saltem vna vice domino, ad quẽ pertinet sciente & patiente, quòd tanquã iure suo vtebatur. Non facimus vim si dominus sit coactus, vt caueat, vel vt patiatur vti, dũmodò de hoc iudicio constet de quo non potest ei referri quęstio, donec fuerit restitutus, cùm & prædo restituẽdus sit. inf. de rest. spo. in literis. & c. seq.

Sed contra hoc videtur. ff. de iti. actuq; priua. l. fi. & de aqua quot. & æsti. l. 1. §. aristo. vbi dicitur, quòd non credat vti suo iure, nisi agatur ex illis interdictis, sed qui per violentiam vtitur non creditur vti iure suo, ergò non habet interdictũ vnde vi. Solut. in interdictis quæ competunt possessoribus ad possessionem tuendam, vt sunt prædicta interdicta, scilicet, de iti. actuq; pri. & de aqua quot. & æstima. & vti poss. locum habent, quòd debet credére se vti iure suo ad hoc, vt illa ei competant interdicta. ff. vti poss. l. 1. §. fi. & l. seq. & in præalle. l. Sed quãdo agitur interdicto recuperandæ possessionis obtinebit etiam si non credat se vti iure suo, & eodem modo dicam, si agitur vti poss. contra alium quàm contra eum qui malè habuit possessionem, scilicet, vi, clam, vel precariò, quia non oportet quòd credat se vti iure suo. ff. vti poss. l. 1. §. fi. & l. seq.

☞ † Sed dices nunquid eo ipso, q; permisit aliquem semel electioni interesse, videtur ei concessisse, quòd decætero interfit. Respon. nõ, sed possessionẽ interessendi electioni quærit, & dicimus hoc esse in electione, vt patiẽdo aliquos interesse electioni possidere videantur, vt hîc, qa nulli cõsueuere admitti ad electionem tanquam habentes vocem, nisi illi, ad quos de iure pertinet, vel de consuetudine. arg. ad hoc. ff. de aqua quot. & æsti. l. 1. §. item quæsitum. vbi dicitur sufficere si vna die duxit aquã per fundum suum, quia non præsumitur, quòd permitteres eum sic ducere, si crederes eum non vti iure suo.

5 † In itinere autem, vel actu, vel via oportet ad hoc vt competat interdictum de itin. actuque priua. vel vbi credatur possessionem adeptus, quòd triginta vicibus iuerit domino sciente & credente, quòd iure suo vtatur & patiente. ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. 1. vnde crederẽ, quòd si vnus episcopus in domo alterius episcopi, vel miles in domo alterius militis mille vicibus hospitaretur, a non præsumeretur quæsita possessio prandendi, vel hospitãdi, quia non creditur, quòd ille qui hospitẽ recipit patiatur eum prandere, vel hospitium recipere tanquam vtẽrem iure suo, nisi expressè probet, quòd tanquam ex debito perebat, & sic fuit admissus. Et est ratio, quia potius cõmuniter consueuerunt talia fieri ex gratia, quàm ex debito. arg. ff. de flu. l. 1. primo respon. & ff. de fun. instr. l. cùm de lanionis. §. asinam. discretus ergò iudex, vel ex varijs circumstantijs & maximè iure approbatis præsumeret agentẽ possidere ius incorporale domino sciente & patiente eum vti tanquam iure suo, vel coget eum probare, quòd dominus patiebatur eum vti iure suo sciens, quòd tãquàm iure suo vtebatur. Varios) hoc sufficit ad repulsionem eorum.

6 † Vacillasse) hoc sufficit ad repellendum eos. 3. q. 9. pura. 4. q. 3. Item qui falsõ. inf. de accus. sup his. ff. de q̃stio. de minore. & l. ex

a Hospitaretur. Ad hoc dictũ Innoc. vide Bar. in l. cùm de i rẽ. vers. ff. de vsu. & ibi Moder. & Felin. & c. cũ M. Ferra. co. 4. versic. tertia declaratio. sup. de consti. Et ibi per ipsum concordãtes. Et vide etiã Abb. in c. bo. me. col. 5. sup. de post. præl. Et Car. in cõsil. 38. incip. prima ratione. col. 2. circa medium.

☞ & l. ex libero. † Negatiuam) hoc sufficit ad repellendum eos, nisi indirecto probasset, indirecto enim benè probatur negatiua, & not. testes reprobari non solùm qui probant expressam negatiuam, sed etiam qui probant implicitam, scilicet, quòd ad canonicos tantùm pertinet electio.

7 † Præsentes) nota hîc, quòd hic libellus non est admittendus, peto tamen electionem cassari, quia apud me est ius eligendi, sed talis causa est adijcienda, quia apud me est possessio iuris eligendi. argu. inf. de iurepatro. consultationibus. c. ex literis. non est enim sufficiens causa cassationis, vel confirmationis electionis proprietas in eligendo, sed possessio, vt hîc. & c. consultationibus. Decernimus) repete quòd dicimus. sup. de ele. Cumana. sup. de in integ. resti. cùm venisset. Mirũ est quòd electio ista cassatur, cũ fuerit facta ab omnibus illis, qui potestatem habuerunt eligendi eum. Respondeo hoc esse ideò, quia conuenti fuerunt illi, qui erant in possessione eligendi, & sola possessio sufficit, vt vocari debeant, & nisi vocẽtur, quòd cassetur, vt hîc. arg. sup. de ele. Cumana. non enim licuit eis. s. canonicis. licet in veritate tantùm ad eos pertineret ius eligẽdi ius sibi dicere, & alios priuare, qui in possessione tuendi erant. inf. de inst. cũ venissent. C. ne quis in sua cau. ius si. di. per totũ. Sed si nihil in iniuriam alterius feci sset, sed tãtùm iure suo vsus esset, quod esse posset, si clerici conuentualium ecclesiarum per se tantùm essent in possessione eligendi, & canonici qui de iure eligere debebant, licet non essent in possessione, nec per se, nec cum alijs eligendi, per se tantùm elegerunt, nam in hoc casu videtur quòd horum canonicorum electio est confirmanda, tanquàm facta ab his, qui verè potestatem habent eligendi, quia ille à quo petitur confirmatio, vel ille qui debet iudicare de electione, non inquirit tãtùm de possessione, si potest ei constare de veritate, nec facit vim, vtrum clerici qui erant soli in possessione eligendi alium eligerent, vel non.

☞ † Item nec est vis siue eligerint ante electionem canonicorum, siue pòst. dicunt tamen, quòd si clerici tanto tempore bona fide fuissent in hac possessione eligendi, quòd præscripsissent, quòd extunc non teneret electio canonicorum, quia iam in alios legitimo modo est eligendi potestas translata, vt hîc. inf. & secundum statuta, & hoc quidam concedunt.

Alij dicunt cõtrarium & melius, vt nobis videtur. s. quòd electio canonicorum cassanda est, & electio clericorum cõfirmanda, quia ex quo possessionẽ amiserũt, postea sua authoritate resumere non possunt. C. vnde vi. si qs in sua. & hîc. Sed primi respondent obtinere hoc in iuribus incorporalibus, quæ inseparabiliter adhærent osibus hominũ, & pro his facit. sup. de elect. dudum. vbi dicitur, quòd absolutiones factæ ab his qui non iure possident, non valent. Sed illi decre. respondent alij, illud ideò fuisse, quia in mala possessione erant, sicut ex litera ibi apparet, nos hîc tãtùm loquimur de bona fide, & legitimis possessoribus. Idem quòd dictum est in electione, dicitur & in sententia quæ fertur ab his, qui ius habent, sed non possessionem, & idem in alijs similibus. De hoc nota. aliqua. inf. de restit. spo. olim. & sup. de in integ. rest. c. 2. (reducentes) solo verbo (iure.) ff. de iudicijs. solemus. (sed id) dummodò sub petitione porrecta concludi possit (statura) 63. distinct. c. 2. & §. ab his. sup. de electionib. c. 1. & c. cùm terra. Tertio) idem est si bis. inf. eod. cùm olim. Imò idem si semel, dummodò crederet vti iure suo hoc fecit. ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. Arist. & §. hæc interdicta. ff. de itine. actuque priua. l. Iulia. & si semel tantùm in 40. ann. elegissent, dummodò alia interuenissent, quæ in præscriptione alicuius iuris requiruntur, sufficit quantum ad ius proprietatis quærendum, sed licet possidens iuuetur præscriptione non tamen consuetudine, in qua ad minus binus actus requiritur. C. de episcop. audient. l. 3. infrà, de præscript. c. si diligenti. Sed in præscriptione iuris requiritur iustus titulus, qui non requiritur in consuetudine, sed & consuetudinem & iura oportet esse præscripta, vt in proprietate præiudicent (actore.) C. de probatio. actor. Faciendis) hîc apparet, quòd nominatim petitum fuit à clericis, quòd decætero canonici non facerent electionem sine eis, nam si non esset petitum, nunquam sic absolueret, nec silentium imponeret, cùm tantùm super petitorio debuit iudicare. inf. de simo. licet. & quantumcunque expressa causa Papa iudicasset de confirmatione, vel infirmatione electionis, puta casso electionem, quia nihil iuris habet in electione, vel confirmo, quia apud eos est ius eligendi. Per hoc tamen super iure non intelligitur

telligitur iudicatum,&ſi poſtea licet eędē pſonæ agāt.ſ.clerici de iure nō obſtat exceptio rei iudicatæ,q̄a de alia re modò agitur. ſ. de iure eligēdi,& de alia primò actum eſt.ſ.de confirmatione vel infirmatione vnius perſonę,licet eadē cauſa vtrobiq; agatur.ff.de excep.rei iud. cū q̄ritur. & l.ſe.ſecùs ſi primò pronunciatū eſſet de iure eligendi,& poſtea fieret electio, q̄ is q̄ in præterito iudicio ſuccubuit,nunc in ſecūdo iudicio ea ratione,quia in electione ius habet,& contentus eſt petere infirmari,tali enim obſtaret exceptio rei iudicatæ.ar.ff.de excep.rei iud. l. ſi cū argentū. §.ſi fundū.& ſecundū hoc intelligitur inf. de verb.ſigni.abbate.& ſup.de cōſue.cùm dilec.& ſup.de elec.quærelā.nā in omnib⁹ fuit petitum,q̄d ſuper iure etiā iudicaret, ſicut in tenore literæ apparet in omnibus. Item ſi cōtradiceretur,ſequeretur abſurditas,quòd ſi aliquis peteret fructus alicuius fundi,vel partum ancillę,& reus negaret & pro ſuo negationis cauſa aſſignaret, quia fundus,vel ancilla non eſt actoris,& poſtea abſolueretur à petitione fructus, vel partus, quòd poſtea non poſſet petere fundū,vel ancillā, ſcilicet, qui ſuccubuiſſet,quòd falſum eſt, vt colligitur.ff.de excep.rei iudi.l. ſi quis cùm totum. §.item ſi quis fundum.& ſeq.l.an eadem. §. qui cū partem.& §.fi.ſic & dicendum eſt in præmiſſo caſu, ſicut enim poma ſunt fructus agri,ſic eligere eſt fructus iuris eligēdi, vt not.inf.de iurepa.conſul. & aliud eſt petere vſumfructum formalem, aliud proprietatem rei.ff.de except.rei iudi.ſi cùm argētum.§.ſi fundū.ver.ſed ſi vſusfructus.

Nec eſt contra.ff.de compē.qui in diē. cùm ſuis concordantijs, quia reus opponendo cōpenſationem actori,ita petit debitum,ſicut ſi directam actionem intentaret,nulla enim differentia eſt ſiue cōpenſat pecuniam,ſiue eam accipiet.ff. de calumnia.l.2.hîc autem clerici conuentualium eccleſiarum nihil petebant ſibi adiudicari,ſed ſolam electionem factam à canonicis petebant caſſari, licet cauſam aſſignarēt,quare electio eſſet caſſanda, imò & ſi petijſſent,ſic petimus nobis adiudicari ius eligendi,niſi ſuper hoc fieret litis cōteſtatio,non tamē prohibentur iſti clerici de nouo agere confeſſoria, pro iure eligendi.

Nec obſtat eis exceptio rei iudicatæ, quia nunquam de iure eligendi actū fuit, Nec obſtat prælleg.l. de compen. qui in diem.quia ibi excipiendo de compenſatione poterat conſequi debitum meum ſaltem compenſando, ſed iſti clerici nullo, modo poterant conſequi aliud excipiendo ſuper iure electionis contra electio, q̄ eſſet caſſanda, quia ipſi de iure,vel de cōſuetudine intereſſe debebāt, ſed hoc tantùm poterant obtinere,quòd electio facta caſſaretur.

Item non eſt contra.ff. de exceptio. rei iudi.ſi quis cùm.§. ſi ancillam.imò potius concordāt, ibi enim dicit,quòd vbicunq; eadem quæſtio repetitur in iudicio,obſtat exceptio rei iudicatæ,ſed in caſu pręmiſſo nunquam repetitur eadem quæſtio, quia primò non eſt actum,niſi de confirmatione,vel caſſatione præſentis electionis, repete quæ not.ſup.de ordi. cognitio. ſuper. imò plus videtur,quòd ſi anno vel menſe præterito iſti clerici conuentuales egiſſent contra capitulum,& petijſſent caſſari electionem eis contemptis factam de A.& lata eſſet ſententia abſolutionis pro capitulo,etiam expreſſa cauſa ea ſcilicet, quòd non deberent clerici conuentuales intereſſe electioni,& modò facta alia electione de B.ijdē clerici petant electionem de B. factam caſſari ex eadem cauſa, ex qua prima electio fuit caſſata non obſtabit exceptio rei iudicatæ, quia de alia re agitur modò.ſcilicet,de electione B. & de alia primò,ſcilicet de electione A.ff.de excep.rei iudi.& an eadem.& l.ſeq.

CAPVT IIII.

1 *Sola confirmatio videtur facere, vt quis poſſit adminiſtrare.*

2 *An poſſit quis ante inſtallationem miniſtrare, & vide in num. 5.*

3 *Eccleſijs oblata, Deo oblata eſſe dicuntur. & dicuntur eſſe pauperum quo ad ſuſtentationem. vt in num. 4.*

Prælatus nomine eccleſiæ poteſt intentare actiones.

Interdictum vnde vi ſemper competit ad rem ablatam, vel eius æſtimationem etiamſi nihil interſit eius, quia ea eſt ſpoliatus.

Interdictum vnde vi duo requirit, ſcilicet, poſſeſſionem & ſpoliationem.

1 VM SVPER ELECTIONE. † (Confirmatus) ſatis videtur, quòd per ſolam confirmationem poſſit adminiſtrare.ſup.de elec. qualiter noſti.tranſmiſſam.In contrarium videtur,quòd ſi hoc eſt fruſtra videtur inſtallationem fieri,de qua habemus ſup.de offic.archi.vt noſtrum.& fruſtra videtur eſſe

eſſe conſenſum Papæ, ſi non poſsit intronizari,quòd poſsit adminiſtrare.23.diſtin. in nomine. imò quòd plus eſt expreſſum habes, quòd etiam ſi ſint conſecrati nedum confirmari tantùm,quòd non debēt ſe intromittere de rebus eccleſiæ. 92. diſt. ſi quis ordinarius.& c. ſeq.

2 † Sed quidam his contrarijs reſpondēt dicētes: tunc ante inſtallationem nō poſſe miniſtrare,cùm hoc habeat conſuetudo, ſcilicet, quòd non adminiſtrant ante inſtallationem,vt ſicut per conſuetudinem fingitur aliquis poſſeſsionem nactus, qui non eſt,ſup.de conſue.c.2.ſic & per conſuetudinem inſtallandi, vt eſt cōſuetudo, quòd poſt confirmationem inſtalletur etiam poſt confirmationem fingitur nō habere iura confirmationis,Vel dic,inſtallationem ad ſolam ſolennitatem facere poteſt,&illud quod dicitur,quòd vbi eſt cōſuetudo inſtallandi per aliquem, ſeruāda eſt conſuetudo,vt in præalle.decre.vt noſtrum, ſed nihilominus ante inſtallationem adminiſtrabit,niſi conſuetudo contraria operetur,quam etiam dicerem prę ualere,nec capitulum in nomine contradicit, non enim colligitur ibi argument.à contrario ſenſu, quia etiam adminiſtrare poſſunt ſine inſtallatione facta in vrbe, & vidimus quòd Papa adminiſtrauit antequàm vrbem ingrederetur, & tamen liberè vrbem ingredi poterat,nec contradicit.c.92.diſtinct. quia ibi contendebatur eos non eſſe epiſcopos, & per obreptionem obtinuiſſe conſecrationem. infr. de dolo.cùm olim.vel non negatur ibi, quin eccleſia ad quam cōſecratus eſt bona miniſtrat,ſed eccleſiæ ad quam diuertit. Reſtituendum) quia iam poſſeſsionem habuerat,id eſt in cauſa reſtitutionis eſſe,niſi contra eum de veritate electionis,quòd mala eſſet ſi conſtitiſſet,& ſtat in ſolo verbo hæc reſtitutio: vt hîc in ſi.& ſup. c. proxi.Per ſolam autem confirmationem nō poſſet repetere reſtitutionem poſſeſsionis,licet quidam contradicant, ſed videtur contra.ff.de acqui.poſſ. cùm hæredes. vbi dicitur, quòd adita hæreditate iura tranſeunt,ſed non poſſeſsio, niſi corpore fuerit apprehenſa.

3 † De hac autem materia poteſt notari, quòd non prælatus,ſed Chriſtus dominium & poſſeſsionem rerum eccleſię habet, vnde quæcunque homines offerunt eccleſijs, dicuntur eſſe oblata Deo. 12. q. 2. nulli liceat prædia.& c. qui abſtulerit. & quæſtio.1.res.c. videntes. vel eccleſiæ habet poſſeſsionem & proprietatem, vt colligitur.12.q.3.pontifices. & inf. de teſta. & c.requiſiſti, id eſt, aggregatio fidelium, quæ eſt corpus Chriſti capitis.ſup. de ſac. vnct.c.vnico.ante medium.& ſi aliquando inueniantur hæc bona Deo oblata eſſe epiſcoporum vel prælatorum, vel capitulorum dic eſſe eorum,quo ad gubernationem.

4 † Dicuntur etiam eſſe pauperum, quo ad ſuſtentationem,hæc autem propter vtilitatem communem diuiſa ſunt per eccleſias diuerſorum locorum authoritate ſummorum pontificum & epiſcopis,& aljs prælatis conceſſa eſt miniſtratio eorū. 12.q.1.videntes. Ex his præcipimus,& propter hoc dicimus,q̄ quantumcunq; moriatur prælatus, & omnes clerici eccleſiæ, tamē proprietas & poſſeſsio remanet penes Chriſtū,qui viuit in æternū,vel penes vniuerſalem,vel ſingularem eccleſiā, quę nunquam moritur,nec vnquam nulla, 12. q.2.liberti.24.q.1.nō turbatur. & c. loquitur,& prælati ſiue diſpēſatores habita cōfirmatione ſtatim poſſunt adminiſtrare, ſicut ſi pupillo daretur tutor, vel adulto curator, & nomine eccleſiæ actiones intentare,& etiam ſi ſpolietur eccleſia aliquibus rebus antequam eorum poſſeſsio adipiſcitur,prælatus habet interdictū vnde vi,ſicut tutor nomine pupilli,vel qlibet adminiſtrator nomine eccleſiæ non ſuo. Et ſic non eſt contra.ff.de acqui.hære. cū hæredes.cū ibi ſuo nomine tantùm agere poſsit,hoc tamē benè fatemur, quòd ſi aliquis epiſcopus pereret reſtitutionem ſuo nomine epiſcopatus quo eſſet ſpoliat⁹,ſic ut hîc faciebat,benè reſtitueretur ad ſtatū quo ſpoliatus eſſet,& ſi liberè miniſtrabat ad liberā adminiſtrationem reſtitueretur, & ſi minus liberè ad minus liberā.arg.inf. de reſtitu.ſpo.Piſanis.& inf.de appel. bonæ me.hîc etiā cū omnis cauſa reſtituēda ſit,& res q̄ ſimul cū epiſcopatu ablatę ſunt reſtituentur.ff.de vi & vi ar. l.1.§.qui iud. §.ſi fundū.nam licet hoc interdictū nō cōpetat niſi poſſeſſorio,& ipſe confirmatus p̄dictas res non poſſideat,ſed eccleſia tantùm ad quam cōfirmatus eſt, non videtur competere interdictum, ſed dicdari ſiue veniri in interdictum, quo quomodo habuerit,ſiue depoſitas,ſiue recommēdatas, ſiue pignoratas.ff.de vi & vi ar.l.1.in prin. & §.quòd autē ait.licet enim de eis nō datur interdictū principaliter. ſi eis tantùm ſpoliaretur,q̄a ea nō poſsidet ciuiliter,vel naturaliter. ff. eo. l. 1. §. deijcitur. & §. interdictum

terdictum autem,& tamen ratione acceſſorij veniunt,& eodem modo hic principaliter enim competit vtile interdictum, vel iudicis officium pro recuperando ſtatu ſuo. Iſta autem ſibi competunt nomine ſuo, vt dictum eſt, ad res autem ablatas ratione acceſſorij. ſ. quia accedunt epiſcopatui ad quem reſtitutus eſt. ff. eo. l. 1. §. rectiſſimè. & §. ex die. & l. meritò. §. & illud.

Sed dices cùm interdictum vnde vi tãtùm ad intereſſe competat, vt ff. de eo. l. interdicto. hoc autem nõ interſit ſuo nomine, ſed eccleſiæ tantùm inanis erat reſtitutio. † Reſpõdeo interdictũ, vel officiũ iudicis ſemper competere ad rem ablatã, vel eius æſtimationẽ etiam ſi nihil interſit eius, qui ea ſpoliatus eſt, vt probatur. ff. e. l. 1. §. quòd autem. cũ ad ea quæ ibi dicũtur, nõ agatur ratione intereſſe, & enim quãtum ad rem locatam, ſi vis fiat, non intereſt locantis. ff. loca. ſi merces. & l. ſeq. nihilominus tamen æſtimatio rei locatæ venit in interdicto: vt colligitur in prædicto §. quòd autẽ. & inſuper, ſcilicet vltra æſtimationem tenetur ad intereſſe, & ſic loquatur. l. præalle. interdicto. Idem in prælato dici poteſt, quòd ſua intereſt, cùm earum diſpenſationem habeat, 11. q. 1. epiſcopus.

5 † Item ratione acceſſorij tenetur ad oẽs fructus damna & expẽſas. inf. de reſti. ſpo. grauis. inf. de app. bonę me. reſtitutionem autem earum rerum ſuo nomine non petet, cùm eas non habuerit, nec poſſederit ſuo nomine, ſed eccleſiæ plus placet quod no. inf. de reſti. ſpo. in literis. & poſſet dici in prima obiectione, & etiam vbi conſuetudo eſt inſtallandi per aliquem ſeruanda eſt cõſuetudo, vt in decre. vt noſtrum, ſed nihilominus etiam ante inſtallationẽ miniſtrabit, niſi conſuetudo contraria operetur, quam etiam dicerẽ prqualere. † Siue autem dicas Chriſtum, ſiue eccleſiã generalem, ſiue ſpecialem, ſiue epiſcopum, vel alium prælatum, ſiue Papã vicariũ Chriſti poſſidere, dicas ſecundum prædictum modum procedendum, hæres autem ſecularis ſi ante aditam hæreditatem, vel etiam ſi poſtquam adiuerit, ſpolietur caſtro, fundo vel alia re hæreditaria, nõ poteſt tamen agere interdicto recuperandę poſſeſſionis ad rem, quem ſpoliatus eſt, niſi prius habuerit per ſe vel per alium illius rei poſſeſſionẽ, quia duo habet probare ille, qui intentat hoc interdictum, quæ iſte probare non poteſt, ſcilicet poſſeſſionẽ & ſpolitionem. (Petitoriũ) petierat enim ſe reſtitui ad epiſcopatũ, quo fuerat ſpoliatus, & ad quem fuerat canonicè electus, & ſic poſſeſſorium & petitoriũ intentabat. (De qua) ff. de iud. de qua re.

a Nam non dicitur. Card. in cõſ. 57. col. 2. dicit hoc dictum eſſe notabile: & illud ſequitur incip. conſilium ad primũ quod de iure communi.

b Concluſum. Adde Spec. in tit. de renũc. et cõclu. ver. & no. et Car. in conſ. 22. incip. in cauſa umare. tit in prin. gloſſ. & ibi Ang. alle. Inn. hîc in §. quia verò, in Authent. de reſtib et Abb. in c. quoniam contra col. 10. inf. de proba. & Cardin. in Cle. 1. q. 2. de cauſa poſ. & pro. & in cõſ. 72. incip. ſigillatim ad ſing. col. 4. ver. ad quartum.

CAPVT V.

1 *Poſt teſtium apertionem, & etiam diſputationem ſuper eis factam, rediri poteſt ad poſſeſſorium.*
Quod per auxilium extraordinarium fit, quale eſt in integrum reſtitutio, non dicitur poſſe fieri.
Concluſum dicitur, quando ita concluditur, quod vlterius, nec de facto, nec de iure quicquam dicatur.
Probatio ſuper proprietate cui competat.
Agens petitorio, an poſſit tranſire ad poſſeſſorium.
2 *Spoliatus petitorium dimittere debet, & ad poſſeſſorium propter odium ſpoliationis tranſire.*
3 *Cum quis ignorans ſe poſſidere egit petitorio, redire poteſt ad poſſeſſorium ſi ſe inuenerit poſſidere.*
Iniquitas ſpoliatoris an & quando poſſit ei nocere.
4 *An iudex cogatur pronunciare ſuper petitorio petente aduerſario, ſi primò fuit propoſitum.*
5 *An iudex teneatur ferre ſententiam ſuper petitorio quo egit ſpoliatus.*
6 *Spoliato reſtituto, poterit ſpoliator de nouo ſi voluerit agere de proprietate.*
7 *Spoliator facta reſtitutione, petere poterit quod ſuper petitorio de quo actũ eſt ſententia feratur.*

PASTORALIS OFFICII. (Poſſeſſorio) ff. de acqui. poſſ. naturaliter. §. hoc nihilominus (Recuperanda) interdicto vnde vi. inſti. de interdi. §. retinẽdæ. & §. ſeq. (Adipiſcẽda) quorum bonorum quorum lega. Item videtur in retinenda ſi errauit. ff. de acquir. poſſ. naturaliter. † Renunciatum) renunciari propriè dicitur probationibus facti, videtur autem hîc, quòd poſt apertionem teſtium, & etiam diſputationem factam ſuper eis, quòd redire poteſt ad poſſeſſorium, quia cùm non renunciauerit adhuc poteſt inducere inſtrumenta, & confeſsiones & probationes alias. inf. de fi. inſtru. cũ dilectus. & ſic nõ poteſt dici liquere de cauſa, nec valet ſi dicas, quòd etiam poſt renunciationẽ & concluſionẽ, poſſunt ſimiliter induci probationes per beneficiũ in integ. reſtit. nam nõ dicitur *a* poſſe fieri quòd per auxiliũ extraordinariũ fit, quale eſt in integ. reſtitutio. (Concluſum) concluſum *b* propriè dicitur, quando ſic concluditur quòd vlterius, nec de facto, nec de

de iure quicquam dicatur. (Statutum.) ff. de vi & vi ar. cùm fundum. §. vlt. Pendente,) id eſt, ſimul poteſt agere vtroq;, poteſt etiam ſuſpendere quæſtionẽ proprietatis, quouſq; poſſeſſionem recuperat, vt ſic onus probationis ſuper proprietate tranſferat in ſpoliatorem.

Quod intelligo verũ, cùm nihil probatum eſt de proprietate, ſed ex ea cauſa tãtùm, quia actor idemq; ſpoliatus nihil ꝓbauit dicit reus, idemque ſpoliator pro ſe ſententiam ferendam. Si autem aliàs conſtaret de proprietate, quòd eſſet ſpoliatoris, non ſuſpenderetur ſententia, & habet locum hoc ſuſpenſio quandocunque vult ante concluſionem, ſed poſt concluſionẽ nõ habet locũ, niſi vel malitia ſpoliatoris, vel caſus, vel alia iuſta cauſa iudicem mouerit, vt ſuſpenſo petitorio procedatur in poſſeſſorio, renunciare autem nõ poteſt, quin aduerſarius, vel etiam ipſe poſsit petere ferri ſuper eo ſententiam: vt nota. in gloſſ. ſed quid. (Intentare) hoc non videtur poſſe ſtare, cùm ex quo cœperit agere petitorio, ſiue ante litis conteſt. ſiue poſt, cogendus eſt proſequi litem cœptam vſq; ad finem, vel ad minus reus poteſt petere, vt procedatur in lite cœpta, & terminetur. C. quomo. & quando iud. Authent. qui ſemel. Ioannes dixit, quòd qui agit petitorio, ſi vult tranſire ad poſſeſſorium nõ poteſt, niſi renunciet proceſſui ſuper petitorio, & gloſſauit hic pendente iudicio, id eſt, concluſio, vel renunciato. Alij dicunt, quòd beneficium iuris eſt, quòd de petitorio poſsit tranſiri ad poſſeſſoriũ, vnde poteſt etiam ſi non renunciet, neq; in eius fauore eſt, etc. C. de legi. quòd fauore. illa Authent. loquitur, quando eſt contumax. hic autem non eſt contumax, quia facit quòd lex permittit. & hæc decr. & inf. de teſt. ſignificauerunt.

2 † Et eſt hoc ſpeciale, quòd ſpoliatus debet dimittere petitorium, & tranſire ad poſſeſſorium propter odium ſpoliationis, nec cogitur renunciare primo iudicio, nec procedere, ſed pendebit negotium tantùm, ſi poteſtas volet procedere procedet, & ſi non omittet, ſed nec prodeſt hæc ſuſpenſio, quin finaliter poſſeſſorio expedito reo inſtante in prima inſtantia, procedatur ſaltem quouſque reus abſoluatur ab ipſa inſtantia, & actor ſibi ad expenſas factas propter hoc condemnetur, vt in præalleg. Authen. qui ſemel. & C. de iudi. properandum. §. 1.

3 † Poſſeſſorijs) vt eſt in vti poſidetis, quòd præcedit ſui natura rei vendicationem, quia qui proponit vti poſſidetis, dicit ſe poſsidere, qui autem vendicat alium poſsidere dicit. ſup. de iudi. examinat. C. de aliena. iudic. mutan. cauſa fac. l. 1. nec redit quis ad tale poſſeſſorium, ſi cœpit agere petitorio. Contra. ff. de acquiren. poſſeſ. naturaliter. §. hoc nihil. Solut. illud intelligitur, vbi quis ignorans ſe poſsidere egit petitorio, quia tunc poteſt redire ad poſſeſſorium, ſi ſe inuenerit poſsidere. Item prius oportet ſciri, quis ſit poſſeſſor, quàm petitor, & ita naturaliter præcedit rei vendicationem. inſti. de interdict. §. retinendæ.

Vel hoc intelligas de interdictis, quæ habent miſtam cauſam, ſicut eſt in interdicto de iti. actuq; priua. vbi non ſolùm oportet me probare dominium ſeruitutis, ſed etiam poſſeſsionem, ſcilicet, iuiſſe triginta vicibus in anno. ff. de iti. actuq; pri. l. 3. §. ait prætor. §. hoc autem. ibiq; inuenies cauſam diuerſitatis. Idem de interdicto de aqua ex caſtellis ducenda. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. ait prætor. ſed certè hoc interdictum non precedit veram cauſam proprietatis, quia ſimul & de poſſeſsione & de proprietate agitur, vel loquitur hîc de interdictis præparatorijs rei vendic. vt eſt de liber. ho. exhib. & de lib. exhib. vt in eiſdem tit. nam prius apparet, quis poſsideat, & poſtea datur rei vendicatio. Vel dic, ſi agendum eſt vti poſ. & de vi. prius agendũ eſt, vti poſsidetis, & poſtea de vi. C. de ap. l. 3. de iud. ſi de vi. † Iniquitas) ſola iniquitas ſpoliatoris, non ſufficit etiam ſi de ea conſtet, niſi dimittat, vel ſuſpendat petitorium & recurrat ad poſſeſſorium, niſi appareat ſubtractio probationum, vel malitia aduerſarij, vel caſus, vel alia iuſta cauſa. Dicimus enim, ꝙd poſtquam concluſum eſt, non poteſt ſuſpendere petitorium, ſed ſententia diffinitiua fertur pro reo, etiam ſi nihil probatum ſit pro alterutra partium, cùm ſufficiat reo idemque ſpoliatori, ſi actor idem ſpoliatus nihil probauit. vt ſup. eo. cũ eccleſia. niſi aliqua cauſa in contrarium iudicem moueat, vt hic dicit.

Sed obijcies ſic ergò de ſua improbitate conſequetur fauorem ſpoliator? Reſpondeo, hoc eſſe verum, ſed hoc ideò cõtingit, quia hoc videtur voluiſſe ſpoliatus vtrumque intentando, & in vtroque concludendo. Vel dic, vt not. in gloſſ. 1. ſimul. & gloſſ. ſed quid. ver. quidam. (Caſu) mortis teſtium, vel abſentiæ, vel furo-

ris,vel alia huiuſmodi. Agi) ſed quid proderit ei, ſi agat poſſeſſorio, cùm ſuper vtroque ferri debet ſententia, cùm vtrunque ſit deductum in iudicium. ſup. eod. c. 2. 3. & 4. in executione enim prætialebit petitorium. inf. c. proxim. Reſpõdeo, valet quo ad fructus, hoc non videtur ſtare poſſe,quia poſtquam obtinuit in poſſeſſione omnes fructus reſtituet, cùm ſuccũberet in petitorio,ſuper quo iam lis conteſtata fuerat,cùm poſt litis conteſt. omnes fiant man. fidei poſſeſſores, quo ad fructus reſtituendos.ff.de peti. hæred. ſed ſi legi.§.ſed ſi ante litis.Sed poteſt reſponderi,quòd diuerſis temporibus factæ ſunt litisconteſtationes,& primò ſuper poſſeſſorio.vnde ab eo tempore vſque ad lit.cõteſt.ſuper petitorio habebit fructus. Item ſi obtinuit in poſſeſſorio poſſidebit, quouſque aduerſarius probet ſuam eſſe: C. de rei vend.res alias.

4 † Sed dices ad minus petente aduerſario, cogetur iudex pronunciare ſuper petitorio, ſi primò fuit propoſitum,non obſtante, quòd actor ad poſſeſſionem habuit recurſum. argument. ff. de iudi. de qua re. Sed nos reſpondemus,non cogetur propter rationem aſſignatam in gloſſ. quæ incip. hoc non videtur, & propter iniquitatem rei, qui ſubtrahit probationes actori, vel propter caſum, qui abſtulit ei probationes, nec ſufficit ſine cauſa hoc ſtatutum eſt contra. Authent. qui ſemel. imò iuſta cauſa eſt illa,ſcilicet,quòd cùm hoc perſpicuè conſtet de malitia ſpoliatoris,& ſpoliator deterior ſit quàm ignorans, vel quàm qui ineptè proceſsit in cauſa, iuſtum ergò fuit, quòd hic Papa contra ſpoliatorem prouideret, vt nihil per ſuam malitiam vel rapinam lucraretur, licet ſpoliatus ineptè & ſtultè primò petitorium intentaret, multùm autem lucraretur ſpoliator, ſi propter quòd poſſeſſionem habet, non oneretur probatione, imò obtinere debet ſuper proprietate, & ſi nihil probauerit. ſup. eod. cùm eccleſia. & econuerſo ſi ſpoliator aduerſarium non ſpoliaſſet,nihil poſſet obtinere, niſi probaret de iure ſuo.

5 † Idem & in ſpoliato, ſi non fuiſſet ſpoliatus, nullum onus probationis incumberet, quòd autem hoc eſſet penitus iniquum, quòd ipſe ſine culpa ſua ſic grauiter læderetur, & aduerſarius pro ſua culpa ſic magnificè muneraretur, aliàs iuuaretur, ideò ſtatutum eſt, quòd nullo modo ſuper petitorio quo egit ſpoliatus, teneatur iudex ferre ſententiam, etiam ſi conſtet, quòd ſententia eſſet ferenda pro ſpoliatore ex ea cauſa, quia nihil de proprietate probauerit ſpoliatus.

6 † Quidam tamen dicunt, quod ſpoliato reſtituto, ſi ſpoliator voluerit agere de proprietate, quòd poterit de nouo, ſed non poterit pro ſe, qui litem cœptam per ſpoliatum, vel ſuper ea petere fieri ſententiam etiam eo reſtituto, nec habeas ô Aduocate conſcientiam læſam eo, quòd dederis cauſam peccandi ſpoliato, & retinendi rem alienam, quia poteſt eſſe, quòd verè ſua ſit, licet eam non probet ſuam. Item eſt & ratio, quare ſpoliator non poteſt proſequi cœptam actionem à ſpoliato ſuper petitorio, quia cùm ſpoliator contra ſpoliatum non poſsit intentare aliquam actionem, niſi interdictum. ſupr. de ord. cog. c. fin. & eadem ratione non poterit petere quòd incepta actione petitorij procedatur.

7 † Plus placet nobis quòd facta reſtitutione, ſpoliator poterit petere quòd ſuper petitorio de quo actum eſt, ſententia feratur, & hoc expreſſum videtur. infr. de teſti. ſignificauerunt. in fin. Sed tamen, quia ſpoliatus eſt reſtitutus in poſſeſsione, ſententia feratur pro eo etiam ſuper proprietate, niſi fortè fuiſſet probatum pro reo contra, ſcilicet, quòd ſua eſſet proprietas, quia tunc benè contra poſſeſſorem fertur ſententia. infr. de fi. inſtru.inter dilectos. in fin.& habes ſimile,quando agitur reali actione, & reus eſt contumax,quia tunc actor mittitur in veram poſſeſsionem rei petitæ, cuius per lapſum anni verus poſſeſſor efficitur intantum,quòd reus poſtea non niſi de proprietate auditur, & cùm prius ſibi immineret onus probationis decætero ex quo poſsidet per annum,non imminet probationis onus.inf. de do. & contu.prout. C. de iud. properandum (Poſſeſſorio) ſi à principio poteſt incipere agere poſſeſſorio ſuſpenſo petitorio, multofortius eſt dicendum,quod ſimul egit vtroque quod poſsit dimittere petitorium, & proſequi tantùm poſſeſſorium.

CAPVT VI.

1 *Sententia ſuper petitorio primò lata,non eſt decætero ferenda ſuper poſſeſſorio, ſecùs verò ſi primò ſit lata ſuper poſſeſſorio.*

CVM

CVM DILECTVS. (Petitorio)de hac materia not. ſup.eo.2. (proprietas) .ff. de po.bo.ſi.ff.de pig.act. ſi rem (in executione) hoc quod dicit hic de prætermittenda executione in proprietate locum habet, ſiue vna pars tantùm egerit poſſeſſorio, & alia petitorio,ſiue ſimul cœperunt agere ſiue diuerſis temporibus,dum tamen ſententia ſuper vtroque ſimul decurrerit ferenda. Si autem primò fertur ſententia ſuper petitorio,decætero non eſt ferenda ſuper poſſeſſorio,quia non prodeſſet,ſi autem prius fertur poſſeſſorio,benè poſtea ferri poteſt ſuper petitorio.inf.de teſti. ſignificauerunt.Hac ratione videtur, quòd poſt ſententiam latam in petitorio, non poſsit ſuper eodem agi poſſeſſorio de ſpoliatione facta ante litis conteſtationem, vel etiam pòſt in petitorio, ſed de ſpoliatione facta poſt ſententiam in petitorio benè agitur,quia non obſtat exceptio rei iudicatæ in petitorio.

CAPVT VII.

1 *Statim quòd epiſcopus eſt confirmatus, dicitur habere adminiſtrationem.*
2 *Non dicitur eſſe in culpa qui confirmationi ſubitæ & ignotæ non contradicit.*
3 *Effectus confirmationis,an impediatur ſi fiat clandeſtinè.*
4 *Appellare non eſt neceſſe,ſi quid extra iudicium fiat.*
5 *In cauſa beneficiali procedi poteſt in contumacia aduerſariorum.*
Procurator an & quando ſit obligatus Dec.

VM OLIM QVAESTIO. Archidiaconus petebat ſuã electionem confirmari, archipresbyter & canonici cõtrà,vel melius archidi. petijt archidiaconatum, ad quem licet electus fuiſſet per epiſcopum,tamen eum nõ poſſidebat,vel quaſi,quod idem credimus. ſ. petere archidiaconatum ac ſi peteret ſibi tanquàm archidiacono obediri, vel reſponderi.

1 † Sed ſecundum hoc videtur, quòd ex quo confirmatus erat per epiſcopum, qui confirmaſſe eum intelligitur hoc ipſo, q, ipſum elegerat,quòd non debuiſſet inquiri,an epiſcopus fuerit in poſſeſsione eligẽdi,nẽcne, ſed ſtatim debuiſſet Papa præcipere ſibi tanquam archidiacono reſpõderi.inf.de ap.conſtitutus.cũ poſt confirmationem ſtatim habeat adminiſtrationem,etiam ſi confirmatus eſt ab alio,qui non habet poteſtatem eligẽdi.vt no. ſup. e.cùm ſuper.Itẽ hic archid. habet officiũ iudicis, vt reſtituatur,vel vt archidiacon⁹ admittatur.ſup.de off.iud.c.2.quòd competit nõ ſolũ contra eũ,qui ſpoliat,ſed etiam contra eũ,qui debitũ nõ ſoluit.ſup.de ele.quærelã.vbino.& vbi nõ ſoluũt debitũ archidiacono,qa ſibi nõ reſpõdent, vt debent.Ad hoc reſpondeo ſic, quia ſi cõfirmatio fiat ita,q, & tẽpus, & poteſtatẽ habeat excipiendi aduerſarius ante confirmationem decætero non poteſt aliquid excipiendo obijci,quominus confirmatio ſuum habeat effectum,nec de pacto in electione habito,neq; de vitio perſonæ.inf. de ap. conſtitutis. 2.

2 † Si tamẽ reſtaret cõſecratio facienda, vel ordinatio miſſa in cõfirmatione exciperetur cõtra cõſecrationẽ vel ordinationẽ.ſup.de ele.cùm dilectus.inf. de accu.c. ſuper his.& verè non poteſt poſtea agere, niſi peteretur reſtitutio in integrũ, vel niſi ſupplicaretur:vt no.ſup.de off.dele. paſtoralis.§.pe.quãdo aũt tẽpus excipiẽdi nõ habuit is,qui ſe opponit ante confirmationẽ,ſicut fit in eo,qui eligendo cõfirmat, valet quidẽ confirmatio ſiue collatio, tamen dici poteſt,quòd contra electionẽ & cõfirmationẽ, & impeditur eius effectus, vt hîc,& cõtra perſonã etiã,cũ ſit diffamatus.inf.de accu.accedens. quia non eſt in culpa,qui confirmationi ſubitæ & ignotæ nõ contradixit vel electioni.Decret. autẽ ſup.c.c.cũ ſuper.nõ obeſt,quia ibi petebat reſtitutionẽ cùm fuerit ſpoliatus,hîc autẽ licet habuerit ius ex confirmatione,qa tamẽ nõ habuerit poſſeſsionẽ, non petebat, nec poteſt petere reſtitutionẽ.ff.de acquiſ.cũ hæredes.Nec obſt.q, dicitur, q, etiã pro iuribus denegatis competit reſtitutio. ſup.de ele.quærelam. quia intelligitur de iuribus denegatis,quę prius poſsidebat.arg. hic cùm nunq; poſſeſsionẽ habuit,nõ competit interdictũ vel officiũ iudicis.ff.de vi & vi ar. idem eſt.§. vnde vi.cùm nomine perſonæ ageret,non eccleſiæ.ſup. autẽ in decr.cũ ſup.loqtur quãdo agitur poſſeſſorio ad reſtitutionẽ poſſeſsiõis epiſcopat⁹.

3 † Si autẽ clandeſtinè fiat confirmatio, ſimiliter impeditur effectus cõfirmatiõis. infr.vt eccle.bene.c.1.inf.de ap.vt noſtrũ. Itẽ ſi fiat aliquo p̃current,vbi ſupplãtaret aduerſariũ intelligo eã clandeſtinã,& impediri,tũc poſſe effectũ cõfirmationis.inf. de ap.oblatæ.inf.de dolo.cũ olim. Idem ſi dicatur confirmationẽ nõ tenere, dic, vt no.in decre.cũ olim. † Itẽ ſi fiat in abſentia

illorum,qui contradicunt,& contradicere poſſunt.inf.de accu.accedēs.& ar.infr. qui ma.accu.poſ.c.fi.nam his imputandū non eſt,ſi non exceperunt, cùm abſentes fuerint,nec aliquid ſciuerint.

Hoc non credimus verum,licet enim poſtea poſsit contra electum & cōfirmatum agere,non tamen propter ſuā abſentiam poterit impediri effectus confirmationis,& in illa decre.accedēs, impeditus fuit propter infamiam confirmari. Item ſi dicatur eum qui ſemel eligit, & confirmauit ius eligendi non habuiſſe,vt hic.Secùs tamen dicerem,ſi alius elegiſſet,& tēpus excipiendi habuiſſet antequàm confirmator confirmaſſet, tūc quantumcunque electionem ſolam nullam,& non cōfirmandam dicat non impeditur effectus confirmationis,vt dictum eſt, quia exceptio minùs canonicæ electionis nō ſuſpēdit effectum confirmationis.inf.de ap.cōſtitutis.2.licet appellatio impediret, & in integrum reſt.& ſic loquitur.l.C.ſi quis ex fal.in l.vlt.ſi aūt cōfirmatio diceretur nō valere ipſo iure, tunc benè impediretur effectus confirmationis.

4 †Sed oppones,nónne imputandum eſt prædictis, quia non appellant quàm citò ſciunt.2.q.6.biduum.§.ſi aduerſus.Reſpō. non,quia illud locū habet in iudicijs, extra iudicium aūt ſi quid fiat,nō eſt neceſſe appellari:vt not.inf.de his quæ fiunt à maio.par.c.cū in cūctis.tamen poteſt appellari.inf.de ap.ad audientiā.conſtitutis 2.& in multis alijs.c. Item licet prædicti non poſsint per exceptionē impedire officiū cōfirmationis,poſſunt tamē poſt confirmationē agere in modū renūciationis, vel accuſationis,vt remoueatur,vel caſſetur quod factum eſt.inf.de app. conſtitutis.Item & alijs modis,vt no. ſup. de elect. dudū.2.Reclamationē) nā ſi reclamaſſent & lis penderet ſuper poſſeſſorio, & ideò nondum fuiſſet aliqua electio per epiſcopum facta cōfirmata,& per ſuperiorē approbata nō fuiſſet lata ſentētia p archidiacono,ſed finis litis ſuper poſſeſſorio expectandus eſſet:vt nota.ſup.de reſti.in integ.cū veniſsēt.hæc decr.nihil facit ad tit.

5 † Canonici) canonici enim & archipresbyter conſtituti corā Papa,& vidētes ipſum Papam motum ex atteſtationibus receptis ad ferendam ſententiā pro archidiacono exceperunt contra ipſas atteſtationes quòd non valebant, quia receptæ erant à iudicibus recuſatis propter ſuſpicionem,ſed dominus Papa reſpondet atteſtationes propter hoc non minus valere,& ſecundum eas iudicandum, quia nō valuit recuſatio eorum cùm eſſent electi de conſenſu procuratorum vtriuſq; partis,& non facias vim ſiue canonici & archipresbyter receſſerint appellantes à præſentia horum iudicum,quia etiam tūc valent atteſtationes, cū ab eis non liceat appellari.2.q.6. à iudi. & eodē modo multò minus poſſunt reſtringere atteſtationem,ſi non appellarunt.

Sed oppones,nónne hòc ſolùm ſufficiebat,vt nō valerent atteſtationes,quia receptæ fuerunt lite conteſtata? Reſpon.nō, quia cùm de beneficio eccleſiæ ageretur, potuit procedi contumaciter abſentantibus ſe aduerſarijs prętextu fortè recuſationis, vel appellationis, quæ non valebat, in regiſtro continetur, quòd facta litis cōteſtatione in cauſa apud ſedem apoſtolicā de conſenſu procuratorum partium, fuit cauſa cōmiſſa tribus iudicibus, de quibus canonici vnum recuſabant propter conſanguinitatem archidiaconi memorati. Procuratorum) multo fortius, ſi de partium voluntate.ſup.de offic.delegat. ſuper quæſtionum. arg.contra.ſup.de off. dele. cùm olim dilect.inf.de ſen.& re iud. ſuborta.ſup.de poſtu.ad hoc. 2. q. 6. biduum. §. ſi aduerſus.inf. de ap. ſæpè.ſup.de in integ.reſti.cùm veniſſent. C. de eroga.mi. an.in exceptione.li.12.ff. de tribu. procuratoris.ſup.vt lit.non conteſt. ad hoc. ff. de procu. ignoratis.ff. ſi quis ius dicen. l. 1.§.ſi procurator.ff.quòd quiſque iuris.l.3. §.ſi procurator.ff.de lib. cau. in ſeruo. in Authen.de eccle. ti. §. ſi quis in ſuo.co.9. ff.de excep.ſi procurator. Sol. ſi procurator malefaciat negotium domini ſui tenetur ſi procurator eſt obligatus domino actione mādati.de proc. ſi procurator. ff. de procu.cū mandato.nam & ei prodeſt, licet iniuſtè obtinuerit procurator.ff. de procu.qui proprio.§.procurator. ar. contra.ff.de dolo.& eleganter.§: pen. vbi dicitur,quòd ſi dominus non poteſt habere recurſum contra procuratorem,quia non fit ſoluendo in integrū, manet priſtinum ius, cumq; ergò hic non poſsit habere recurſum cōtra procuratorē,quia hoc factū non capit,æſtimationem debet ei manere ſaluum ius primum, ſed illud obtinet vbi doloſè verſatus eſt,ſed ſi negligēter ſecùs.ſup. de in integ.reſtit. cùm veniſſent. (Curauimus.)ſup.de reſti. in integ. cùm veniſſent.ſup.de ele. Cumana.vbi de hoc not. (Imponentes) ſuper contradicendo ipſi archidiaco.inf.de conceſ.præbē. poſt elec.contra.Sol.ibi.

CAPVT VIII.

IN CAVSA QVAE INTER. (Patriarcham) petierat ſubiectionem monaſterij patriarcha,& hoc ideò dicebat,quia ſolitus erat ſoluere. l.ſolidæ.in ſignum ſubiectionis. Iata autē ſentētia ſolutionis pro abbate dicitur hîc, quòd non admittitur patriarchæ poteſtas petēdi eoſdem.l.ſolidæ.ſi alio iure petere voluerit hæc decre.nihil facit ad titulum. (Synodū)18.q.vlt.§.vlt.Si alio)cùm enim ex vna cauſa petierit, iterū poteſt ex alia petere,non obſtante exceptione rei iudicatæ,quia ſuper prima cauſa lata eſt ſententia contra eum.ff.de excep.rei iud. & an eadem.§.actiones.& not. ſup. de foro compe.cùm ſit generale. vel melius cùm primò non petierit. l. ſolidæ. ſed ſubiectionem monaſterij ſententia lata ſuper obiectione non præiudicat ſuper.l. ſolidę.

TITVLVS XIII.

DE RESTITVTIONE SPOLIATORVM.

CAPVT I.

LICET MVLTVM. & inf. Tamen duo ſunt hîc contra ius. Primùm, quòd primò ſpoliatus non reſtituitur, & ſecundùm quòd poſſeſſori incumbat probatio.inf.eo.in literis.inf.de fi.inſtru.inter dilectos.in fin.Sol.hoc cōtingit propter voluntatem partium quæ in hoc conuenerunt.

CAPVT II.

SOLICITAE CVRES. (Spoliatum)principium huius capituli videtur contradicere fini, nam in principio dicit, quòd inquirat, an reſignans tempore reſignationis fuerit ſpoliatus, vt ſic aduerſarij teſtes non recipiantur ſuper ſpontanea renunciatione. & in fi. dicit,quòd iterum recipiat teſtes ſuper violenta ſpoliatione. Solut. dicunt quidam,quòd à principio debet inquirere ſuper ſpoliatione de plano, puta per famam, & per hoc debet repellere probationes de ſpontanea renunciatione,& poſtea debet recipere teſtes,& alias probationes expoliati,qui agit ſuper ſua expoliatione,vt ſi ipſam probauerit habet reſtitutionem,hoc non placet, quia nunquàm poteſt tantùm fama vt prædictam probationem auferat poſſeſſori. Alij « dicunt melius, quòd primò debet inquirere,an fuerit ſpoliatus, quando reſignauit,id eſt, an eo tempore fuerit in poſſeſsione,& ſi inuenerit eum non exiſtentem in poſſeſsione reſignaſſe,cùm ſit prēſumptio, quòd non voluntariè fecit primò reciperet probationes de violentia expoliatione,nec ſequens decre. contradicit,cùm ibi non dicas, quòd non exiſtens in poſſeſsione reſignauit. Itē ibi præſumptio eſt contra reſignantem, quòd non violenter fecerit, quia reſignauit coram archiepiſcopo.arg.ff.quod me. cau. non eſt veriſimile. Vel dic,ibi volebat probare coactionem,vel ibi intentabat petitoriū, hîc autem poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis agebat.Si enim petitorio egiſſet, vt rei vend.tunc tantùm ſuper renunciatione reciperentur teſtes. Item & ſi poſt recuperationem poſſeſsionis egiſſet, benè admitteretur exceptio renunciationis præcedentis,& exciperetur de renunciatione præcedente ſpoliationem talem. ſ. quia veniens ad eccleſiam, non fuit admiſſus,vel quia electus fuit per eū, ad quē pertinebat eccleſia.in tali enim caſu,benè admitteretur huiuſmodi exceptio, quia renunciando videtur amiſiſſe poſſeſsionem:vt no.ſup.de renun.ſuper hoc.

« *Alij dicunt. Ad hæc dicta adde eundem Inn.in c. quia veriſimile. inf. de p̄ſum. & in c. ſuper hoc. de renū. & Petrus de Anch.in cōſi. 257. incip. ſi prædicta ſententia. in 2. col.circa ſi.*

CAPVT III.

ACCEPTA CONQVESTIONE. Intellectum huius decre. habes ſup.de renū. ſuper hoc, hæc decret. nullo modo eſt contraria ſuperiori decr.quia nec etiam in conſimili caſu loquitur. Dubitatio enim huius decret. erat,quid iuris eſſet ſi ſpoliatus eccleſia authoritate ordinarij peteret reſtitutionem,& aduerſarius ſuus obijceret ſibi, nō potes petere reſtitutionem, quia ſponte reſignaſti eccleſiam, & iterum ſpoliatus vellet inducere probationes ſuper ſpoliatione violēta, & poſsidens eccleſiam diceret,non eſt neceſſe,quòd te graues huiuſmodi probatione,quia primò reſignaſti ſpontē hanc eccleſiam.vnde benè ſpoliari potuiſti authoritate epiſcopi, vel vt quidam dicunt per eum,cui epiſcopus eā contulerat,ſed hoc nobis nō placet. Quę-

rebatur ergò probationes hîc retento casu præmisso, cuius primò essent admittendæ, & respondeo, quòd primò sunt admittendæ probationes possidentis ecclesiam spontanea renunciatione, quia hoc probato, nil valerent probationes super spoliatione, quia licita fuit spoliatio authoritate episcopi facta, si violenter volebat detinere ecclesiam quam sponte renunciauerat, sed si super coacta voluntate vellet inducere testes, tunc haberet locum decret. sup. de renunc. super hoc. Constiterit) sup. c. proxim. contra. ibi. Solut. ibi, si enim quis renunciet ecclesiæ suæ statim, licet episcopo in cuius manibus renunciauit dare illam ecclesiam alij, si ad eum pertinet collatio, & si ad alium pertinet mandabit, quòd eam conferat, vel quòd eam præsentet quando sola præsentatio ad eum pertinet.

☞ † Imò plus est, quia postquàm aliquis renunciauit in manibus eius, ad quē pertinet recipere renunciationem etiam sine alia licentia ille ad quem pertinet conferre vel præsentare statim faciet, quòd ad eum pertinet, nec contra eum feretur aliqua sententia, quia ex renunciatione iam amisit omne ius, quod in ea habebat. 7. q. 1. quàm periculosum. & idem quidam dicunt faciendum, quando ad mandatum episcopi clerici contemnunt promoueri ad ordines. sup. de elect. cùm in cunctis. §. inferiora. sup. de æta. & quali. quæris.

Alijs tamen videtur, & fortè melius, quòd ibi necessaria est sententia priuationis, cùm adhuc retineant ius in ecclesia quousque priuentur per sententiam, cùm non sint priuati per sententiam iuris, & sic etiam prædictæ decre. dicere videntur. sup. de æta. & quali. c. 1. Item in primo casu, & in omnibus alijs vbi ius perdit ille, qui ecclesiam possidebat, licet episcopo
4 sine alia causæ 4 cognitione ei auferre possessionem, quia in hoc exequitur suū officium, vt hîc. & inf. de instit. c. 3. & sup. de pact. accepimus. & c. cùm clerici. sed non sic est in secundo casu, quia ibi nunquàm licet auferre possessionem possessori, nisi post sententiam. inf. eo. conquerente. C. de iu. fis. l. fin.

4 *Causæ cognitione. Lud. Ro. in consil. 433. in ci. dubitatur primò ad fi. quòd possessor beneficij intrusus notoriè & inexcusabiliter potest ipso non vocato spoliari. Et refert Fel. in c. cū olim. col 7. ver. cōfirmātur. inf. de re iud.*

CAPVT IIII.

1 *Non valent literæ per fraudem impetratæ.*
2 *Quæ literæ dicantur conseruatoriæ.*
3 *Literæ ab alio nuncio impetratæ si vim appellationis non obtinent non valent.*
4 *Cùm appellatur, debet exprimi causa appellationis.*

AVDITA QVAERELA. † (Molestaret) & ita intentabat iste interdictum vti possidetis, in quo vterq; est actor & reus, qa vterq; petere potest & agere, sicut in fa. er. communi dist. & fi. reg. iudicijs. ff. de iud. l. in tribus. propter molestias & turbationes, quæ ei fiebant, scilicet, quia de ipsa ecclesia beneficiū petebat, & in alijs volebant haberi, vt clericus eiusdē ecclesiæ, & sic se gerebat, aliàs enim possessori non licet impetrare literas in fraudem, vt si pòst aduersarius alias literas impetrauerit ita ei non valeāt tanquā priùs impetratæ, & si impetrauerit ita fraudulēter, non valet, quia falsum expressit in literis, cùm dixit, quòd alius iniuriabatur ei, cùm non intelligatur iniuriari, si prosequitur ius suum coram iudice. ff. de iniur. iniuriarū. §. 1. & habes expressè hoc non licere. sup. de rescri. c. vlt. & c. significauit. potes etiam dicere, & benè licet clericis ecclesiæ agere contra clericū, qui aliam ecclesiam recepit, vt perpetuò priuetur prima. 7. q. 1. si quis episcopus. si quis de. & 21. q. 1. si quis iam. (Si vobis). s. episcopo Vldemens. & archidiacono Helyelens. (Compescere tis) sup. e. solicitæ. cō tra. Sol. hîc non allegabatur à parte altera de violentia, ibi sic, imò etiam cùm ageretur vti pos. continebatur se possidere.

2 † Ex prædictis autem apparet, quòd nō de iure, sed de iniuria aliquid in prædicta ecclesia requirebatur, quia ingerebat se tanquam canonicus in percipiendo beneficium, vel ad alia negotia ecclesiæ, competit ergò contra ipsum interdictum vt not. in gloss. & ita. Vel dic, quòd huiusmodi literæ contra ius respiciunt futura, & appellantur conseruatoriæ, & iudices conseruatores, qui habent impetrantem à futuris & manifestis iniurijs & violentijs defensare. sup. de offic. delegat. statuimus. vel aliter, vt no. in gl. ita. (Vobis plenius) archidiacono Helyelēs. & episcopo Vigorens. (Constitisset) lite contestata coram nobis, vel etiam non contestata, quia in his parte existente contumace potest spoliari ecclesia. inf. de cle. non resextuæ. (prohibuisti) litis contest. præmissa, hîc verò sententia satis congruit interdicto vti pos.

3 † Nuncius) si arreptio itineris vim obtinuit appellationis, nec potuit legitimè fieri vnde omnia reuocanda sunt. sup. de offic. deleg. cùm causa. Si autē vim appel-

appellationis non obtinent literæ ab alio nuncio impetratæ, nō valent, nec debent reuocari, nec etiam impediri processus priorum iudicum. Respondemus, quòd non obtinuit vim appellationis, quia quādo misit nuncium iam sciuerat de literis cōtra se impetratis. inf. de ap. suggestum. vel si iudices primò cognoscere incœperant, & de missione nuncij nihil sciuerūt, semper tamē ex q̄ secundæ literæ emanarant de certa scientia domini Papæ reuocantes iurisdi. priorū iudicum procedere vlterius non debuerunt. sup. de offi. deleg. pastoralis. §. 2. & ideò si postea aliquid fecerint reuocatur. (Impetrauerit) ad eosdem, scilicet, Vigorens. episcopum & eūdem archidiaconum. † Formam) scilicet, quòd non audiretis testes super spontanea sua renunciatione, sed super sua spoliatione, & erat iusta hęc litera, quia intelligebatur, vel etiam expressè dixerat, quòd sibi obijciebatur renūciatio facta, quando nō erat in possessione, q̄ tamen falsum erat, vel etiam si verum erat non opposuit corā iudice de spoliatione, & ideò temuit quicquid contra eum factū est, vel fortè aliàs contumax fuit, vnde non potuit cōtradicere processui cōtra se habito, nec appellare. 2. q. 6. §. sunt quorum. Vel forma secūdarū literarum erat, q̄ hîc sequitur. s. quod non ob. hoc non est verum, propter id, q̄ sequitur in fi. s. quòd sententia non obstāte procedat secundū tenorem secūdarum literarum, ex quo videtur, q̄ secundæ literæ habebant certum tenorem. Sed ipsi exponunt, & fortè non malè, q̄ reuocarent de facto, quæ de facto processerant. s. occasione prædictæ sententiæ eo non obstāte. (Reuocari) per Vigorens. episcopum & archidiaconum Helyelens. Nuncius) hîc subintelligendum est, si iudex sciuit, quòd nuncius mittebatur ad sedem Apostolicā, & eo proposito eius missio pro appellatione esset, nam si nesciret iudex, vel ex alia causa mitteretur hæc missio vim appellationis non obtineret.

4 † Item nec missio locum habebat secundum iura hîc, quando licebat appellare nulla causa expressa, sed hodie locum non habet, cùm causam appellationis exprimi oporteat, quæ mittendo nuncium sine verbis nullo modo exprimi posset. de hoc plenius, inf. de appel. vt debitus. vel potest dici, quòd primò nuncium miserat, quàm lis cœpisset agi sub iudice, sed tamen benè sciebat literas contra se impetratas ante nuncij missionem, & ideò non impediebat processum eorum, imò aliàs non valebat, inf. de app. meminimus. (Per vos) scilicet, per episcopum Vigorens. & Londens. & eundem archidiaconū. (Factum esset) 99. dist. c. ecce. & c. nullus. C. de eman. nec auus. C. de app. l. 2. C. sen. rescin. non pos. l. impetrata. & C. de test. si testamentum. Authoritate) scilicet, si nesciuistis nuncij missionem, quia tunc medio tempore legitimè procedere debuistis, vel si fraudulenter nuncium misit, scilicet, postquam de literis impetratis sciuit, vel non est reuocanda priuatio ecclesiæ quam fecerunt iudices propter renunciationem, quam fecerat, vel quia alium paratum habebat etiam si esset spoliatus, cùm ea non opposuerit. (Præsumptione) iudicis, puta si processisset sciens nuncij missionem bonafide (violentia) partis vel iudicis. (Protulistis) scilicet, tu archi. cū episcopo Vigorēs. (Literarum) impetratarum ad Vigorēs. episcopum, & Helyelēs. archidiaconū. (Reuocare) quia si esset iusta non posset reuocari, cùm non sit lata sententia contra intellectum prædictarum literarum, & eodem modo si iniusta cùm trāsierit in rem iudicatam, nec sit appellatum. sup. de elect. cùm dilecti.

☞ † Tentetis) vos posteriores iud. Vigorens. episcopi, & Helyelens. archidiac. si nescietis nuncij missionem, aliàs secùs, vel si aliàs malitiosè misit nuncium, in receptione enim literarum secundum antiqua iura non erat vis, sed in missione nuncij, nisi in hoc, quod post receptionem secundarum literarum non debebat procedi per primas, nisi prius sciretur, & diffiniretur per arbitros, quæ quibus præiudicaret secūdum tenorem decr. sup. de rescri. pastoralis. & c. cùm contingat. & est hîc no. quòd non solùm tenor prædictæ decr. est seruandus, quando diuersæ literæ ad diuersos iudices impetrantur, sed etiā quando ad eosdem, nam hîc ad eosdem iudices vtræq; literæ impetratæ fuerunt. Alij tamen hoc negant, scilicet, quia quando ad eosdem iudices impetrātur, nunquam est seruanda forma prædictarum decre. (Statuistis) tu archi. cum episcopo Vigorens. reuocando de facto quę feceratis authoritate sententiæ. (Procedatis) scilicet, vos episcopus Vigorens. & archid. Helyelens.

CAPVT V.

1 *Reuocari debet quicquid fit per violentum possessorem.*
2 *Si quis est in possessione, etiam violenta, eligetta-*

get tamen, & non qui de iure eligendi habet poteſtatem.

3 *An ſubditi violenti poſſeſſoris reſpõdere debeant de iuribus pertinentibus ad dignitatem, quam violenter poßidet.*

4 *Differentia procedendi inter iudicem & partem.*

5 *Poteſt ſemper excipi cõtra poſſeſſorem alicuius adminiſtrationis, ſiue nomine ſuæ adminiſtrationis agat, ſiue petitorio, ſiue poſſeſſorio.*

De crimine prius eſt agendum quàm de proprietate & violentia.

De poſſeſſione prius agendum eſt, quàm de crimine.

6 *Incorporalium iurium poſſeſſio ferè eodem modo ſicut corporalium acquiritur.*

7 *Poſſeſſio iuris epiſcopalis, vel archidiaconatus qualiter acquiratur, & etiam qualiter canonicalis & præbendalis, habes in num. 8 & qualiter perdatur. in nume. 11. & 12.*

Poſſeſſio iuris epiſcopalis vel alterius dignitatis, an acquiratur per inſtallationem.

8 *Spoliati poſſeßione iuris Canonici, vel alterius dignitatis, quam actionem intentare poßint.*

9 *Eligendi poſſeßio non videtur quæri poſſe, niſi eligat.*

10 *Corporalis actus neceſſarius eſt in acquiſitione poſſeßionis.*

11 *Poſſeßio legitimè facta magis extendi debet, quàm expoliatio iniuſtè facta.*

12 *Poſſeßio decimæ an quæratur intrando poſſeßionem fundi decimalis.*

13 *Epiſcopi & prælati, an poßideant ſuas dignitates nomine ſuo.*

14 *Iuris decimalis & corporalis poſſeßio, quomodo acquiratur.*

1 IN LITERIS. †No. quòd quicquid fit per violentum poſſeſſorem, reuocari debet, & electiones factæ à malæfidei poſſeſſoribus caſſabũtur, etiam ſi ſint confirmatæ, quod ſic probo, malæfidei poſſeſſor non facit fructus ſuos, imò tenetur de extantibus rei vendicatione & conſumptis, condi. ſine cau. C. de condi. ex lege. l. mala. ff. de rei vendicatione. ſi nauis. §. fi. inſti. de offic. iud. §. ſed ſi in rem. & §. illorum. & ita à ſimili, ſi malæfidei poſſeſſor eligat, cùm non faciat fructus ſuos, & fructus poſſeſſionis eligendi eſt eligere, cùm non facit electionem ſuam, & per conſequens ſi electio non eſt ſua, neq; ratione proprietatis, neque ratione poſſeſſionis, non valebit electio ab alijs facta, ſed officio iudicis implorato caſſabitur. argumen. ſup. de reſti. in integ. c. 2. licet ibi loquatur de electione confirmanda, & nõ de confirmata, tamen eadem ratio videtur vtrobiq;. Si autem eſſet bonæfidei poſſeſſor, faceret induſtriales fructus ſuos, ſiue habeat ius, ſiue non. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. l. ſi vſufructuarius. ff. ſi. reg. l. 3. §. poſt litem. ver. ſed an. aliàs eſt. §. inſti. de re. diſt. §. ſi quis à non domino. ff. de acqui. re. do. bonæfidei. ff. de vſufruct. quid ſit. §. in alieno. cùm autem eligere ſit fructus induſtrialis poſſeſſionis eligendi, quia ex induſtria & opera hominis prouenit fructus, hæc, ſcilicet, electio erit ius poſſeſſionis eligendi, quamuis dicendum ſit, quòd ſi aliquid de fructu remanſerit penes ipſum, poſtquam conſtiterit quòd proprietas ad alium pertinet, quòd officium iudicis id reſtituendum ſit. C. de rei vendi. certum. §. bona. & eodem modo prælatus, vel electus inſtitutus à bonæfidei poſſeſſore, iura quæ prius reddebat poſſeſſori modò reddet vero domino. inf. de iurepa. ex literis. ſed & ſi electio diceretur fructus naturalis, tamẽ bonæfidei poſſeſſor non tenetur de fructibus, ex quo conſumpti ſunt, niſi inquantum factus eſt locupletior. ff. ſi cer. pet. ſi met. ſed conſtat, quod ex quo electio facta eſt conſumptus eſt fructus huiuſmodi poſſeſſionis, quia nihil poteſt in ea vlterius facere. 7. quæſtio. 2. dilecti. Si autem in aliquo factus eſt locupletior puta, quia adhuc habet in horreo fructus præbendæ quam poſſidebat illud reſtituet, vt in præalleg. decre. de iurepat. ex literis. nec contra electos huiuſmodi agi poteſt ad depoſitionem, cùm electus ſit ab eo penes, quem eſt poteſtas eligendi, vt dictum eſt, & habes expreſſe. ſup. de cau. poſ. cùm eccleſia. quia ibi caſſata fuit electio facta à canonicis, quia facta fuit abſentibus bonæfidei poſſeſſoribus, ergò ſi interfuiſſent electio tenuiſſet, & hoc ipſum eſt dicendũ in ſententijs, quæ fiunt à bonæfidei poſſeſſoribus iuriſdictionis, & idem dicitur in alijs actibus corporalibus.

2 †Item nor. quòd ſi quis eſt in poſſeſſione etiam violenta, tamen ipſe eliget, non ille apud quem eſt de iure eligendi poteſtas, & tenebit huiuſmodi electio, licet cùm conſtiterit de iniqua poſſeſſione caſſetur. argumen. quia etiam prædo defendendus eſt in ſua poſſeſſione, quouſq; conſtiterit de iniqua poſſeſſione eius, & ille punietur qui eum ſpoliat, vel moleſtat. C. vnde vi. ſi quis. 16. q. 6. placuit. inf. de inſtit. cùm veniſſent.

3 †Sed quæro quid facient ſubditi debitores huiuſmodi violenti poſſeſſoris? Reſpon. non reſpondebunt de iuribus pertinentibus ad dignitatem, quam violenter

lenter poſſidet, nec poteſt conqueri hic violentus prælatus de eis, qui ſpoliauerunt eum non reddendo ſibi debitam obedientiam, vel alia. argumen. ſup. de elect. quærelam. quia ipſi non ſpoliant, cũ non fuerit in poſſeſſione recipiendi huiuſmodi ab eis, licet fuerit in violenta poſſeſſione dignitatis cui hæc debentur, quia huiuſmodi violenta poſſeſsio non extenditur, niſi ad ea, de quibus fuit in poſſeſſione. argumen. ad hoc. C. de peti. hæred. l. fi. Electo autem à violento poſſeſſore, & cõfirmato omnes reſpõdebunt propter vim confirmationis. ſup. de elect. tranſmiſſa. & argumen. ff. de acqui. poſ. l. iuſtè poſſidet. ff. quòd cum fal. tuto. l. 1. Alij non approbant, quod dicitur in fi. huius gloſſ. quæ incipit not. & dicunt, quòd ſubditi & debitores dignitatis, debent reſpondere malæfidei poſſeſſori dignitatis de omnibus debitis, non obſtante exceptione de iniqua poſſeſſione prælati. argumen. inf. de inſti. cùm veniſſent. Sed primi reſpondent, quòd iudex cui certum eſt quod eſt in poſſeſſione benè debet eum defendere in poſſeſſione, quouſq; de iniuſtitia poſſeſſionis conſtet, vel de proprietate, vt ibi, imò nec ſubditi per violentiam debent malæfidei poſſeſſorem expellere de poſſeſſione, quia ſic incurrerent pœnam cõſtitutionis. ſi quis in tantam. C. vnde vi. 16. quæſtio. 6. placuit. ſed denegare poſſunt ſine violentia, tamen in ea in quorũ mala poſſeſſione erat poſſeſſor, quod ſic probatur, quia ſi ſponte ſoluat, præſtat malæfidei poſſeſſori cauſam peccandi. Item non liberatur ſubditus debitor per talem ſolutionem, quin dignitati teneatur, cùm non ei, ſed dignitati ſit obligatus. argumen. inf. de iureiur. eam te. niſi fortè cum ipſo malæfidei poſſeſſore contraxiſſet, quia tunc ex contractu teneretur. ff. de condi. inſti. ſi vrbana.

4 †Et eſtratio, quare iudex aliter procedere debet, quàm pars, quia iudex procedit ſecundum probata, ſed pars ſecundum conſcientiam, vnde dicunt quidam, quòd ſecurè poterit tolerare excommunicationem, antequam faciat contra cõſcientiam. inf. eo. literas. inf. de ſent. excõmuni. inquiſitioni. Fatemur tamen, quòd poſſeſſor contra hunc denegantem habet interdictũ vnde vi. vel condi. ex decr. ſup. de elect. quærelã. Nec valebit debitori reddituum, ſi offerat ſe probaturũ, quòd aduerſarius eſt malæfidei poſſeſſor, quia etiam prædo reſtituendus eſt, vt hîc. Sed ſi poſſeſſor non agat contra hos debitores reddituum poſſeſſorio, ſed officium iudicis imploret, vt cogantur ſibi ſatisfacere, & ſi hoc probent, tunc debitores dignitatis poſſunt excipere, quòd poſſeſſor eſt malæfidei poſſeſſor, vt repellant eum, vel etiam ſi eſſet bonæfidei poſſeſſor, non teneretur de fructibus naturalibus, vel debitis, nec etiam de induſtrialibus, qui licet fiant bonæfidei poſſeſſoris, tamen ſi extant reſtituere tenentur. inſtit. de re. dui. §. ſi quis autem. ff. quibus mod. vſufruc. amit. ſi vſus. ff. fi. regun. l. quarta. §. autem. C. de condi. ex lege. l. mala. C. de rei vendicat. certum. †Et idem videtur in eo, qui eſt in poſſeſſione eligendi, quia ſi illi, ad quos de iure electio pertinere videtur, eligant eo expulſo ab ea poſſeſſione, duplicem viam habet procedendi contra eos. Vnam vt intentet petitorium, petendo caſſari electionem factam ab eis, & tunc habet locum, non debuiſti vocari, nec eligere, imò nos, quia malafide eras in poſſeſſione. Sed ſi agat poſſeſſorio, petens ſe reſtitui ad poſſeſſionem eligendi, qua ſpoliatus eſt, non admittitur exceptio prædicta. argument. hîc ſicut nec de proprietate. ſuprà, de ordi. cog. capi. vltimo. imò ad ſuam poſſeſſionem reſtituetur, & ſi talis poſſeſſor eligat contra electum petentem confirmationem excipietur, quòd non debet eius electio confirmari, cùm ſit facta à malæfidei poſſeſſoribus, vt infrà, de iurepatrona. conſulta. Item ſi primus electus ab his, qui ius habent, petat confirmationem, & excipiatur contra eum, quod non debet confirmari, quia facta eſt à non poſſeſſore, replicabitur, quia ab eo fieri non debet, cùm eſſet malæfidei poſſeſſor, nec eſt verum, quod per reſtitutionem datam poſſeſſori prima electio facta ab his, qui ius habent ſit irrita, nec irritanda. Sufficit enim poſſeſſori, quod in priſtinam poſſeſſionem ſit reſtitutus. ff. de vi & vi arma. l. prima. §. qui vi. & §. ſequenti. Alij tamen contradicunt, & idem videtur ſi non erat in poſſeſſione eligendi ſolus, ſed intereſſendi electioni & eligendi vnà cum his, qui elegerant. Nam & hîc etiam ſi agatur poſſeſſorio, non caſſabitur prima electio, quæ non debet caſſari, niſi de iure electi inquiratur, & poſſeſſor tantùm reſtituetur ad poſſeſſionẽ iuris, aliàs electores punientur in expenſis & ad intereſſe, & etiam aliàs officium iudicis. Sed in hoc multi contradicunt.

†Item

5 †Item not. quòd si possessor alicuius administrationis agat nomine suæ administrationis, siue petitorio, siue possessorio, semper potest excipi contra eum, licet tu sis in possessione, tamen non es canonicè institutus. Quod sic probatur sententia lata pro reo in hoc casu non parit ei exceptionem rei iudicatæ contra verum prælatum, si postea agetur, ergò cum eo non debet procedere actor. Nec est contrà. ff. de petitio. hæredit. quòd si pos. quia ibi possessor nihil soluit, ad quod hæres non teneretur, vnde non habet, de quo quæratur, quia etiam inuitus potest liberari. ff. de nego. gest. soluendo. secùs autem in confirmatis, vt not. sup. de electio. nihil. Item not. quod licet dicatur quis possessor actionum. ff. de petitione hæreditaria. quod in diem. §. fina. nunquam tamen potest possidere quis actionem, nisi ille cui de iure competit, quia aliter non agitur suo nomine, & si alieno nomine agit, non possidet. Prius) C. eo. rei vendicatione ordinarij. C. de interdi. incerti. Si verò agatur de proprietate & violentia, prius de crimine agetur. ff. de iudicijs. si de vi. ff. de publicis iudicijs. qui te. §. 1. Si verò de possessione & de crimine agatur, prius de possessione, quàm de crimine quæretur. inf. capi. proxi. de possessione rei corporalis qualiter acquiratur, satis plenè not. in summa. de acquiren. possess.

6 †Possessio autem iurium incorporalium ferè eodem modo acquiritur, sicut corporalium, scilicet, corpore & animo. ff. de acquiren. pos. l. prima. primo respon. & l. possidet. primo responso. §. quibus. & sæpè fit missio in possessionem iuris incorporalis inducèdo in rem corporalem. ff. de vsufruct. l. quarta. in principio. nam si quis vult dare in possessionem decimarum, debet eum inducere in possessionem fundi decimalis, & apprehensa vna gleba fundi decimalis, in possessionem decimæ totius fundi inductus videtur, dummodò sit glebæ apprehensæ contiguus, & nullus alius partem eiusdem fundi possideat. ff. de acquirenda posses. possideri. §. fina. Quædam tamen iura incorporalia sunt, in quibus dicitur acquiri generaliter possessio, & si cuiuslibet partis etiam diuisæ possessio non apprehendatur, sicut est in iure canonicali, cùm possessio apprehendatur, si cui detur stallum in choro, & locus in capitulo, & hoc satis innuitur. sup. de renuncia. cùm inter. & inf. de præben. dilect. 1. & c. dilecto. Et possessio iuris præbendalis apprehenditur, si assignetur præbenda ei, etiam verbo solo, vel do, vel assigno tibi talem præbendam. argumen. prædictarum decreta. dilectus. & dilecto. & sup. de rescript. eam te. & in multis alijs ca. sed si quis benè attendat, non inuenietibi, quod per talem assignationem tradatur possessio. Fatemur tamen quod si cubi esset consuetudo, quod in signum receptionis alias receptionis possessionis iuris præbendalis daretur aliquid ei, cui debet assignari præbenda, siue pecunia, siue aliquid aliud quod benè sic acquiritur possessio. argumen. sup. de cõsue. capi. 2. nam si per tales fictiones conceditur possessio iuris corporalis. & ibi dicitur ex vi consuetudinis, multò fortius iuris corporalis.

7 †Credimus autem quòd hodie de generali consuetudine, quæ pro iure est seruanda obtinet, quòd possessio generaliter iuris episcopalis, vel archidiaconatus, vel cuiusque alterius dignitatis, acquiritur per installationem eius factam & in fede, vel loco deputata dignitati eius. argumen. prædictarum decre. dilectus. dilecto. & c. inter. si autem non deputata sunt aliqua loca, vel stalla istis, dicimus quod per huiusmodi installationes non acquiretur possessio. Item si sint deputata, sed loca illa prohibentur eis assignari, licet alia loca illorum assignentur eis, non credimus possessionem acquiri, nisi aliter se haberet specialis consuetudo, nam cùm hæc sint inducta præter ius, non sunt extendenda. ff. de le. & consue. quod contra alij contradicunt.

☞ †Item hoc intelligo verum, quod acquiritur possessio per huiusmodi installationes, vt fiunt per personas ad huiusmodi deputatas. sup. de offic. archi. vt nostrũ. inf. de præben. dilecto. Item generaliter quærit possessionem iuris canonicalis, vel cuiuslibet alterius si vtatur aliquo iure canonici intendens vti generaliter, & hoc sciat aduersarius, vt not. inf. de ca. mo. dilectus. in gloss. scilicet, recu. & de postu. bonæ. glo. qua re eum.

8 †Item dicunt quidam eum acquirere possessionem iuris canonicalis, & præbendas, si apprehendat corporaliter possessionem castrorum, villarum & fundorum pertinentium ad præbendam, & si legit & cantat sicut canonici alij faciunt, vel facere debent. Alij idem dicunt de apprehensione iuris episcopalis, vel cuiuscunq; dignitatis, sed in hoc casu nõ intelligunt possessionem, ad alia extendi, nisi ad ea, quę occupauit, vt si occupauit hunc fundum de præbenda, hunc fundum possideat & non alios, & per electionem suã, & tantùm sit in possessione legendi & cantandi, & non aliorum iurium canonicatus, nec per hoc erit in possessione iuris canonicalis simpliciter, sed cum adiectione poterit dici ipsum esse in possessione iuris canonicalis, quo ad possessa specialiter, & idem dicunt de alijs iuribus, vt episcopalibus & huiusmodi.

Vnde si talis spolietur, non peteret restitutionem possessionis, nisi quantum ad alios actus, quos possedit, hoc non placet, quia non credimus, quod ratione possessionis iuris canonicalis, vel cuiuscunque alterius posit aliquis petere restitutionem alicuius rei, nisi primò probet se aliquo prædictorum modorum fuisse in possessione illius iuris, sicut diximus in vxore. inf. eod. ex parte. Credimus tamen, quòd si aliquis vtitur generaliter in omnibus, quæ concurrunt facienda secundum morem suæ dignitatis iure episcopali, vel canonicali, vel consimili, quòd illi qui cum eis cõtrahunt, vel soluunt debita eis, quod liberantur, & excusantur. ff. ad Maced. l. 3. sup. de iu. cùm deputati. Alij tamen contradicunt. Isti quamdiu sunt in possessione tuendi sunt in ea. inf. de insti. cùm venissent. Item eis reddendi sunt fructus castrorum, & villarum quas possident, quia cõmodum possessionis est habere fructus. Sed si à possessione caderent, non habent aliud remedium, vel ad minus æquè bonum, nisi petere restitutionẽ dictarum rerum, dummodò non sint sacræ, vel spirituales, & agatur proprio nomine tanquam spoliati possessione iuris canonici, vel alterius talis, & non iuris canonicalis in prædictis specialiter, & sic potest intelligi hîc, nam de iure proprietatis agere non potest, nisi probaret titulum, scilicet, se legitimè institutum in canonicum, nam cùm non sit in possessione, & si actor sibi incumbit probatio, quia ei qui dicit incumbit probatio. C. de proba. actor.

☞ † Sed alijs qui nituntur authoritate superioris, & ius habent in dignitate, vt sunt confirmati, non est vtile proponere interdictum recu. pos. suo nomine ad recuperandam possessionem rerum ablatarum, quæ ad dignitatem pertinent, quia non possidet pertinentia ad dignitatem nomine suo, sed nomine dignitatis, nomine ergò dignitatis quæ est expoliatio intendet possessorium, vel petitorium. Si tamen vellet suo nomine petere restitutionem possessionis in genere iuris canonicalis episcopalis generaliter, & in genere benè faceret, quia illud in genere possidet nomine suo tantùm, & quia spoliator ipsum spoliare intendebat, nõ eccleſiam. sup. de caus. pos. cùm super. tamen ad hoc, vt possit petere restitutionem possessionis generaliter, oportet quod superioris authoritate eius, scilicet, ad quem pertinet ex officio habuit possessionem generalem dignitatis, scilicet, per installationem, vel alium modum consuetudinarium, vel etiam sententiam, vt hîc. & inf. sequitur. & no. inf. eo. ex parte. & sup. de postu. bonæ. Alij autem missi in possessionem generalem authoritate superioris, sed non confirmati petunt restitutionem generalem iuris pertinentis ad dignitatem suam nomine suo, quia illud in genere suo nomine possident, sed restitutionem spiritualium iurium isti suo nomine petere non possunt, cùm illa nomine ecclesiæ possideant.

9 †Possessio autem eligendi, non videtur posse quæri, nisi eligat, & ab eo electus habeatur pro electo ab his, qui potestatem habent eligendi, vel ad minus eis scientibus patiantur eum esse in possessione eligendi sustinendo electum ab eis, vel ad minus non contradicendo altero illorum modorum, quos sup. not. de in integ. resti. capi. 2. si enim alijs possidentibus, sed nescientibus eligant, vel alterius iuris possessionem acquirant, vel aliud faciant, non acquirunt possessionem quæ non amittitur, nisi eis scientibus, & de recuperatione desperantibus. ff. de acqui. pos. clam. §. qui ad nundinas.

10 †Contra alios autem, qui fortè habent eum pro electo, nullam possessionem acquirunt cùm nullus actus corporalis interueniat in hoc, quia seruant suam excommunicationem, & actus corporalis necessarius est in acquisitione possessionis. ff. de acqui. pos. l. prima. §. 1. responso. 1. & l. possideri. & l. quemadmodum. C. de acqui. pos. licet. Idem dicimus in multis alijs iuribus, vbi non est facile sub specie, vel forma corporalium rerum acquirere possessionem incorporalium.

†Possessio

11 † Possessio autem istorum iurium amittitur, vt quidam dicunt eisdem contrarijs modis, quibus acquiritur, puta, si deinstalletur,& alijs similibus modis, quibus acquiritur & eorum contrarijs.Et nos hæc fatemur,dummodò deinstalletur per eum qui super hoc authoritatem habet,vt inf.de præben.in Lateranens.vt fit, quando sacerdos degradatur,vel miles.ff.de his qui no.infa.l.2.§.ignominiæ.argu.ad hoc, quod quando sacerdotes & alij clerici deponuntur eadem eis auferuntur in depositione,quæ dantur in ordinatione. 22. distin.subdita.& c.sequen.11.quæstio.3.episcopi. Sed si filijs ad quem non pertinet ex officio suo eum deinstallare, vel quid simile faceret, non crederem eum amittere generalem possessionem iure dignitatis, sed tantùm illius loci, vnde fuit deinstallatus,& illius loci tantùm petere debet restitutionem.argum.sup. de renun. cùm inter.& c.supplicationem.Nec obst. si dicas,quod per vnum actum corporalẽ authoritate superioris habitum intelligatur acquisita possessio omnium aliorum, magis enim extendi debet possessio data legitimè quàm expoliatio facta iniustè,& credimus quòd in omnibus alijs,nisi in illis,in quibus expoliatus est possessionem retinebit. Et credimus, quòd hoc ipso quod inductum est consuetudine, quòd possessio authoritate superioris facta extendatur, hoc ipso eadem consuetudine inductum videtur, quòd spoliatio legitimè facta authoritate superioris similiter extendatur.

12 †De possidentibus autem sine authoritate superioris certum est,quod eodem modo amittunt possessionem,quo acquirunt.argumen.inf. de reg. iu. omnis.iuris autem canonicalis,& aliorum incorporalium possessio quæritur, si quis eis vtatur generaliter patientibus his,qui possident, vel quibus præiudicium generatur. ff. de pub.si ego.§.1. ff.de serui.quoties.sed si in aliquo ei contradicitur.non acquirit possessionem iuris canonicalis, sed alicuius iuris specialis possessionem quærere possit.

☞ †Illud autem non placet,quod intrãdo possessionem fundi decimalis, possessionem decimæ quærat,nisi vtatur.argumen.ff.de acqui.re.do.seruus.§. incorporalis.ff.de actio.emp.ratio.§.si inter. Nec contradicit. ff de vsufru.l.3.in princip. quia ibi expressè ponit,quod vti debet.Itẽ vsufructuarius naturaliter possidet fundum. ff. de acqui. pos. naturaliter. &l. possessio.in princip. non autem sic possidet decimarius, vel habens seruitutem.

13 †Episcopi autem & alij prælati,& etiam alij clerici suo nomine naturaliter possident suarum dignitatum,vel præbẽdarum possessiones & castrorum, quorũ corporalem possessionem habuerunt, & pro iure quod in eis habent proprio nomine tantùm.Et inde est,quòd vnus clericus contra alium clericum agit nomine suo de possessionibus, quas vterque confitetur eiusdem ecclesię esse,sed quisque dicit ad se ratione suæ præbendæ vel dignitatis pertinere. inf. de prob. ex literis. sup. de causa poss. & proprie. cùm super. nomine autem ecclesiarum suarum,ijdem prælati & clerici eadem possessiones possident ciuiliter & naturaliter.

14 †Dicunt etiam aliqui,quod iuris decimalis & omnium iurium incorporaliũ possessionem quis acquirit,si ille qui prius illa iura incorporalia possidebat interuertat possessionem,vt quod prius suo nomine possidebat, incipiat alieno nomine possidere.ff.de acqui.pos. quod in eod.& in hoc fortè valeret,si induceretur quis in possessionem fundi decimalis, & aliquid nomine decimæ inde acciperet, quia sic vti videretur & etiam suum ministerium exhiberetur intrando, vel immiscendo possessioni. Item quia quilibet confirmatus ex virtute confirmationis etiam si non possideat rectoriam,tamen contra omnes etiam contra possessorem rectoriæ potest agere nomine ecclesiæ & petitorio & possessorio.sup.de elect.transmissam. Sed & nomine suo potest agere & peti.& pos.ad rectoriam, sed non ad rem, vel ad res rectoriæ.sup.de cau.pos.& pro. cùm super. res autem rectoriæ oportet, quod petat nomine ecclesiæ.sup. de fi. instr.inter dilectos.(Prædo) quia non admittitur contra spoliatorem expoliatum eadem re exceptio spoliationis, sed si constare t pe eius confessionem, quod prædo fuerit & ad restitutionem ipsius rei ageret,dicunt quidam denegandam restitutionem. argument. ff.de dolo. ex dolo. & idem dicunt,si constaret de proprietate. Alij tamen dicunt, semper faciendam restitutionem.argumen.inf.de matri.contra inter.ecc.c.1,primum tenet.sup.de fil.presbyt.c.constitutus.G.

CAPVT VI.

ITEM.

ITEM. (Violenter.)Intentans interdictum vnde vi. (Clam) intentans interdictũ quod vi aut clam, quòd habet locum,vbi quis in solo ædificat vi aut clam. ff. quod vi aut clam. l.1. (Crimen) directè fortè homicidum, vel huiusmodi.(Inimicus)qui non admittitur ad accusandum etiam in excepto crimine.infr.de simo.licet hely.& inf. de accus.qualiter. inf.de accu. cùm oporteat.nisi prosequeretur suam iniuriam, vel suorum.

CAPVT VII.

QVONQVERENTE. (Spoliare)de facto & sine sententia, si enim sententialiter priuasset,& ordine seruato non restitueretur,nisi post appellationem fecisset. Volueris) super prædictis excesibus vel causis,super futuris autem non licet: vt not. sup.eod.audita.decætero enim non debet esse actor & iudex.infr. de excess. præla. post elect. C. ne quis in propria causa.l.1. Experiri)dicunt quidam, quod si episcopus non restituit ecclesiam propria voluntate huic clerico,quod delegatus,de quo hîc dicitur nõ habet potestatem cogendi episcopum ad restitutionẽ, quia sub conditione,vel in diem,scilicet, cùm restitutio facta fuerit deleg.videtur.Alij dicunt,quod cùm verba intentioni debeant deseruire.infrà, de verb. significa. intelligentia. & c.præterea. & c. in his.quod intentio Papæ videtur fuisse, vt communis iudex delegat. sit vterq;.argu.infrà eodem,ex conquestis.vbi not.

CAPVT VIII.

EX TRANSMISSA. (Legitimè)vel dic, vt not.inf.eod. ex parte,quod petitorio agebatur. Alij dicunt quod possessorio, & tamen non fit restitutio,nisi probetur legitimè desponsata,id est, per verba de præsenti, & insuper cognita, & hoc est secundum eos speciale propter periculum corruptionis. argu. infrà, de spon.cùm locum. cùm aliàs statim ex quo cognosceret & esset probatum de spoliatione fieret restitutio, nisi obijceretur gradus diuina lege prohibitus, infrà eodem, literas. Si verò prædicta probentur, licet obijciatur consanguinitas, non impeditur restitutio. infrà eodem,ex conquestione.suprà.de offi.deleg.causam. Vel dic, quod ex quo petebat sibi tanquam vxorem restitui, oportet eum probare legitimè sponsalia.arg. ff. de lib.exhi.l. 1. sic not. infrà, de spon. cùm locum. & suprà, de causa pos. cùm super. (Sufficienti) pignoratitia vel iuratoria, vel fideiussoria. ff. man. mandato Titij.& debet illa imponi quę magis timetur. 23.q. 5. prodest.& supr.vt li.non conte. quantum. aliàs sufficit nuda promissio. C. de verb. sig. sancimus.(Odio) suprà, vt lit. non contestat. accedens.vbi not.

CAPVT IX.

VM VENISSET. (Idem G.)eorum nomine possidetis,& ideò non est contra.infrà, de priuil. veniens. & c. pastoralis. quia ibi non fuit licitum possessionem nunquam habitam intrare sua authoritate, hic autem iam habebat possessionem per clericum, qui eius nomine possidebat.

Sed contra. ff. de acquirend. possess. quemadmodum. vbi dicitur, quod sine corpore non acquiritur possessio. Tu dic, quod hic est corpus, si non canonicorum tamen clericorum eorum nomine possidentium, & si sine quæstione vult facere, abijciat à se primam possessionem, quæ solo animo abijcitur & amittitur. C.de acquirend. pos. l. licet. & incipiat possidere nomine canonicorum. Vel dic speciale in ecclesia ex quo aliquid recipit nomine possessionis, quod possessionem habet sic. suprà, de consue. c.2. Authoritate) possessionem ecclesiæ vacantis, hic vult dicere, quod quamuis post mortem clerici possidentis siue authoritate propria, siue archiepiscopi ecclesiæ sanctæ Trinitatis possessionem intrauerit, tamen licitè eam habet, cùm eam habuerit etiam prius per clericum suum. (Possidetur) infrà, de præscript. si diligenti. suprà, vt lit. non contestat. quoniam. ff. de acquirend. possessio. quod in eod. & l. generaliter.

CAPVT X.

1 *Maritus si impetrat literas super petitorio, poterit tamen vxor agere super possessorio.*

2 *In optione præsentantis est, literas præsentare vel lacerare.*

3 *Antequam quis vtatur priuilegio sibi concesso, potest illi renunciare.*
4 *In actione possessorij non sunt audiendæ exceptiones ante restitutionem. Fallit in quatuor casibus, vt hîc.*

EX CONQVESTIONE. (Ob hoc) quia fortè episcopus restituere negligebat. † Et post hoc habes, quod si marito intentante petitorium. lit. contest. facta est, tamen si mulier petat restitutionem, tunc sola petitio restitutionis procedet. sup. de causa pos. & proprie. pastoralis.

1 † Item not. quod si maritus impetrat literas super petitorio, tamen vxor potest agere super possessorio, quod est notabile, quia in modum reconuentionis non fiet, quia maritus non admittetur ad agendum peti, nisi prius expedita sit quæstio possessionis, vt not. supr. de causa pos. c. 2. Sed hæc ea ratione est, quia connexæ sunt hæ causæ possessionis & proprietatis, & ideò etiam aduersario impetrante potest agere. Melius potest dici, quod generaliter obtinet, quod non solùm qui impetrauit literas, sed etiam ille contra quem impetratæ sunt potest petere, quod procedatur per literas, quod sic probamus, quòd iudex super personas & res in rescripto contentas iurisdictionem habet, vt not. suprà, de rescrip. pastoralis, §. fin. Item quia iudicium redditur in inuitum. ff. de verbo. obli. l. continuus. Item quia iudex communis debet esse, & pariter pro vtroq;.

2 † Si autem non præsentasset literas iudici, dicunt quidam, quòd nullam iurisdictionem habet iudex. ar. inf. de app. vt debitus. & ante præsentationem dicunt esse literas impetrantis, & in optione sua est præsentare, vel non, vel etiam lacerare. Alij dicunt, quòd iudices possunt eos cogere exhibere has literas, cùm sint communes & vtriusq; partis interfit. ff. ad exhib. l. 3. §. primo. & 2.

3 † In priuilegijs autem alicui concessis si ibi continetur etiam ius alterius vt ecclesiæ Metropolit. ad ipsius solius instantiam concedatur, quod capitulum eligat Metropolitanum cum suffraganeis, tunc capitulum antequam vtatur priuilegio potest illi renunciare. C. de pac. si quis in conscribend. Sed ex quo vsus est priuilegio, vel etiam sine vsu illud præsentauit suffraganeis, vlreriusrenunciare non potest sine suffraganeorum consensu. arg. ff. de acquirend. pos. qui ab.

† Idem etiam dicimus, quod si quis dedit libellum in quo petijt rem aliquam, vel iura aliqua, vel aliquid dixit sibi obligatum, quòd illi contra quem agitur, etiam de suo iure probare potest. ff. de proba. circa. & ita sententia pro eo ferri potest, ac si ipse pro eisdem rebus vel iuribus egisset. argu. ff. de iureiurand. sed & si post. nam sicut ibi oritur reo actio ex iureiurando, quòd iurat rem suam esse, ita oriétur & si pro reo sentétiaretur rem suã esse, sed si non probauerit de iure suo, nihil sibi adiudicabitur, sed tantùm absoluetur ab impetitione aduersarij, cùm ipse aduersarius nihil de iure suo probauerit. C. de rei vendicat. l. vlt. infr. de proba. ex literis. facit melius pro hoc. suprà, de offi. deleg. cùm contingat. (Restitutione) id est, petitionem porrectam suam petita restitutione.

4 † Quod fieri) nam quando agitur possessorio, non sunt audiendæ exceptiones ante restitutionem. inf. de diuor. porrò. infr. eod. literas. nisi in casibus. Primus est, si obijciatur agenti possessorio fornicatio notoria, quæ per euidentia patet, scilicet, quia habet filios de adulterio. infrà, de diuor. significasti. Secundus est, si obijciatur consanguinitas diuina lege prohibita, quam obijciens incontinenti est paratus probare. infrà eodem, literas. circa fin. & in hoc casu licet denegetur restitutio quo ad carnalem copulam, in alijs autem fit restitutio, vt ibidem. Tertius est, si obijciatur exceptio rei iudicatæ super eadem petitione. suprà, de offi. delegat. causam matri. Quartus est, quando vir adeò seuerus, quod ei de viri seuitia prouideri non potest, vel quia eam prosequitur odio capitali. suprà eodem, transmissa. infrà eod. literas. hîc autem solum spoliatam probare oportet, quod sine iuris ordine sit spoliata, & eam viri possessionem habuisse. supr. de offic. deleg. consultationibus. infr. qui fi. sint leg. causam verò. Sed si sua authoritate recesserit, non competit ei restitutio, sed sibi imputet. 32. quæstio. 1. de benedicto. Aliqui contra quæ dic vt ibi latè dicitur, & Berthold. videtur tenere cum illis. inf. de adul. c. intelleximus. (In principali) vt. s. cognoscere, an teneret matrimonij impedimẽto consangui-

sanguinitate, supr. eod. ex transmissa. & supr. de or. cog. c. 1. contra.

CAPVT XI.

1 *Principale quando comprehendat accessorium.*

GRAVIS. (Præmissis) scilicet, quod archiepiscopus spoliauerit monasterium. † Damna) not. quod in actionibus bonæ fidei, & etiam in actionibus stricti iuris, vbi peto, quod meum est, veniunt fructus & partus & omnis causa à tempore moræ. ff. de vsur. videamus. & l. mora. §. in bonæ. ff. depo. l. 2. §. hanc ac. sed licet veniant si petantur, si tamen expressè non petantur in libello, iudex non potest de eis condemnare. ff. de ædi. edic. item sciendum. ff. de vsu. partum. nisi quãdo agitur de vi compulsiua, vt quod me. causa, vel expulsiua, vt interdicto vnde vi. vel consti. si quis in tantam. nam tunc venit omnis causa, etiam si non petatur. ff. quod me. causa. sed & partus. ff. de vi & vi ar. l. 3. §. rectissimè. & l. idem est. §. vltim. & l. si plures. C. vnde vi. si quis in tantam. & suprà, quod me. causa.

1 c. pe. Item si agitur petitione hæreditatis, vbi etiam ratione vniuersitatis. ff. de peti. hære. item ve. §. fructus. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. rectissimè. & not. quod si non petantur ea quæ veniunt accessoriè, vt fructus, damna & interesse, vel etiam si petantur, licet tamen sententia fertur super principali, non habita mentione accessoriorum, decætero de eis agi non possunt, nec potest peti ferri sententia. q. super omisso C. depo. l. 4. C. de vsu. eos in bonæ. ff. de ac. emp. qui per co. §. fi. ff. de eo. quod cer. lo. l. certum.

† Si autem plura petantur non quasi accessoria, sed quasi principalia, tunc secùs est, vt in præalle. l. certum. Nec est contra. ff. de except. rei iud. si in iudicio. vbi dicitur, quod exceptio rei iudicatæ iã latę non obstante ad accessoria, potest agi bonæ fidei iudicio, sed certè. l. illa potius est pro nobis, quia intelligitur, quod malè agebat, & ideò absolutus fuit reus. Interdicto vnde vi benè agitur ad accessoria sine principali. ff. de vi & vi ar. l. idem. §. fin. & l. si plures. (Iniurijs) si iniuriam monasterij fecit. ff. de ac. emp. qui pen. Compellatis) omnia prædicta veniunt in interdicto vnde vi præter satisfactionem. de iniu. ff. eod. l. 1. §. quod autem. & §. rectissimè. & §. ex inter. & §. ex die. & l. si vi metu. & l. vicino. C. vnde vi. si de post. (percepissent) ff. de rei vend. si nauis. §. generaliter. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ex die. C. de peti. hære. l. 1. in fi. C. vnde vi. l. 4. ff. de pig. ac. l. 2. de peti. hære. sed etiam si legit contra.

CAPVT XII.

1 *Cum de iuribus ad aliquam domum pertinẽtibus agitur sufficit magistrum illius domus agere.*
2 *Episcopus agere & respondere potest pro ecclesijs sibi subiectis in defectum administratorum.*
Administrator an solus possit agere, an verò etiam illi, quorum interest.
3 *Si datur possessio cum pacto quod cõcedatur, quod ibi fiat ecclesia non dicitur committi simonia.*
Obedientia præstita an obliget.
4 *Ecclesiæ in nullius bonis esse dicuntur.*
Ecclesia an possit vendicare.
5 *An possessio detur sub conditione.*
Possessio an amittatur ignorante domino.
6 *Vim rebus illatam vindicare licet.*
7 *An liceat clericis mouere bellum, & vide in num. 8.*
8 *Mouere bellum an & quando licitum sit, & an requiratur authoritas principis.*
Bona sua an quis possit propria authoritate repere.
Prælatus qui habet iurisdictionem temporalem, an possit arma capere contra subditos inobedientes.
9 *Non est irregularis clericus si pugnet contra raptores ad sui, vel alsorum defensionem.*

CLIM CAVSAM QVAE INTER VOS. (Simul agant) quia communiter locus, de quo agitur ad episcopum & capitulum pertinebat, vel securius est, quandocunq; simul agunt, sup. de iudi. causam. & de iuribus proprijs cuiusq;, licet de iure quisq; pro suis iuribus agere posit. supr. de rescri. edoceri.

1 † Et magistrum) si de iuribus ad aliquam domum pertinentibus agitur, sufficit si agat magister illius domus. supr. de iudi. cùm deputati. si verò de subiectione alicuius domus agitur, vel restitutione, debet agere minister superior, vel prouinciæ, vel ciuitatis, vt hîc. Posset etiam dici, quod maior semper potest agere, si vult, & quia magna causa est requiruntur fratres, vel sine requisitione se obtulerũt, cum tantùm minister domus Decal. citatus

tus esset,vel citari fecisset, imò plus videtur,quod pro domibus istis, quæ sic subiectæ sunt alijs, quod de rebus eorum faciunt,& disponunt ad suum libitum,& præceptorem remouent,quando volunt omnes illi, qui huiusmodi potestatem habent immediatè super domos illas possunt agere & etiam conueniri, vt in præal.decr. cùm deputati. & erit semper in optione maioris, vt ipse cæteris præferatur,si voluerit.arg.hic.& hæc ratio requirit,vt si potest minorem remouere ab administratione domus, multò fortius posset eum remouere à lite agenda, & etiam quia magis sua interest, quia maiorem potestatem habet in domo. ar. 2. q. 6. §. propriam. tamen si maior minorem remouet,ipse tenetur, vel per se, vel per alium litem agere, alioquin contra dominum tanquam contra contumacē procedetur.inf.de eo qui mi.in pos. causa rei ser.c.1.2.& 3.

Si verò non sint sic omninò subiectæ, tamen sunt aliquo modo subiectæ. nam aliquando sunt de archidiaconatu alicuius,aliquādo de archipresbyteratu, aliquādo respondent abbatibus de tēporalibus,vel alijs ecclesiasticis personis ratione iurispatronatus, & aliquando etiam laicis,vt not.de præb.in Lateranēs. & inf. de priui.cùm & plantare.§. in ecclesijs.in omnibus enim istis casibus & similibus primo loco, licet agere & respondere administratoribus illarum domorum, & si negligētia,vel alia iusta causa subsit præmissa aliqua summaria cognitione per iudicem,qui debet de causa cognoscere. & omnes prædicti,& alij consimiles agere poterunt. 16. q.7. constitutum. & q.7. filijs.12.q.2.non licet.ar.inf.de re.eccl.non alie.si quis præ.

2 †Et plus videtur,quòd episcopus agere & respondere semper in defectum administratorū possit pro ecclesijs sibi subiectis.inf.de suc.ab.intesta.& c.fi.& melius.C.de sacr.sanc.eccle.sancimus.vbi dicitur, q, episcopus, & œconomus, & custos vasorum agere possit, ipse enim est præordinator in cunctis.25.di.perlectis.& ipsius est omnis cura.10.q.1.c.2. & c.se. 16. q.7.omnes.12.q.2.nobis.& c.se. & videtur per præmissa.c.quòd episcopus in agendo & in defendendo debet alijs præferri, tamen nobis videtur,quod iudex qui debet cognoscere summariæ, videre poterit, quis præferatur, & maximè attendit in causæ cognitione, quia quo ad temporalia prior est tam inferioris ministri quàm episcopi.10.quæst. 2.quia eodem,infr. de re.eccle.c.1. in spiritualibus saltem quæ episcopum tangunt prior est episcopus quàm inferiores ministri,nā & omnes alij sub eo ipsius vice, & nomine curam gerunt.vt supr. de of.archi. c. 1. de of.archipresb. c.1.& vlt. & his & alijs attentis, & circa personarum discretionem & fidem, & circa interesse cuiuscunq; eligetidoneiorem.ar.ff.de popu.ac.l. 2. de canonicis autem qualiter agere possunt.not.inf. de testi.cùm olim.

†Item not. quod in omnibus prædictis.c. si illi quorum interest volunt assistere illis,qui agunt non prohibentur, & etiam possunt appellare.infr. de sen.& re iud.cùm super. vbi de hoc not. Sed contra prædicta. supr. de rescri. edoceri. vbi dicitur,quòd si administrationes sunt diuisæ,quod ille solus potest agere qui ministrat. Solu.illa decr. habet locum, vbi nulla causa subest, quare alius agat, hîc secùs. Item illa loquitur vbi sunt diuisæ administrationes penitus, sed inter episcopum & subditos ministros non sunt diuisæ,imò ambo sunt administratores, sed vnus sub alio, & idem dicimus de alijs,scilicet, qui remouent minores ministros, quando volunt, vt sunt templarij & alij huiusmodi, & licet superiores ad quos immediatè non pertinent temporalia, nec ecclesiæ administratio possint agere vt dictum est, & etiam aliquando præferantur alijs, tamen dicimus eas esse sine legitimo defensore, & immediato, & ideò non currit interim præscriptio contra eum, quia nec cessat causa constitutionis, scilicet non est, 3 qui spiritualem curam eius agat. †Conditione) non fuit simonia, quia non dedit possessionem eo pacto, vt faceret ibi ecclesiam, sed concessit, quod faceret ibi ecclesiam sed nomine Terconens. episcopi, id est, ei subiectam, ad quod aliàs de iure tenebantur, vnde non fuit simonia,infrà, de reli. do.constitutus. & not. suprà, de elect. significasti. Nos dicimus plus, quod etiam si eo pacto concessisset, quod ibi faceret ecclesiam non esset simonia, rem enim prophanam dat, vt fiat sacra, quod est meritorium, sicut si quis daret aurum, vt inde fieret calix, sibi enim nihil acquirit, quia talia in nullius bonis sunt. institut. de rerum diuisione. nullius. (Construeret) authoritate

thoritate tamen episcopi,episcopus enim per se vel per aliū interesse debet cōstructioni ecclesiarum.de conse.distin. 1. nemo ecclesiam. & c. si quis presbyter. & 30.distin. si quis extra. Et alijs)hæc obedientia non obligat alios, nisi de eorum mandato permitteretur, sicut nec votum, nec iuramentum, sed ideò pro alijs præstari dicitur, quia est signum quod alij debent obedire, Vel dic capitulum pro eo iuramento, vel obedientia sic præstita obligari.C.de iuramen.calum.l.2.§. fin autem. & §. seq. & hoc ideò est, quia propter hoc sciunt præstari & patiuntur. scz.vt obediant.

4 †Dominium) quomodo sibi retinuerunt dominium, cùm in nullius bonis sint ecclesiæ. institu. de re. diui. §. nullius. so. retinuit sibi dominium,quousq; ecclesia fit ædificata, vel retinet dominium quantum ad ius episcopale. 10. quæst. 1. c. 1. 2. 3. & 4. 16. quæst. 3. inter. & propter hoc iure potest agere rei vendicatione. argum. ff. de mor. inferen.l.1.& ff.de reli.& sump.fu.sepulchra. C. de sacro sanct. eccle. sancimus. ipsam tamen ecclesiam id est corpus ecclesiæ, vendicare non posset, cùm nec dominium ipsius haberi possit. argu. ff. de re diui. in tantùm.§. sacræ res. argum. de rei vendicatione, in rem actio. nisi vtiliter. C. de sac. sanct. ecclesiæ.sancimus. (Et sua.) quia non renunciauerat proprijs, alioquin nihil sub hoc verbo continetur. 12. quæst. 1. non dicatis. nec ecclesiam quam dare non possunt(Conditione) hæc conditio facit, quo factum displiceat episcopo & capitulo quod talis traditio non nocet. (Humilitatis)aliàs autem noceret eis, quod non posset repetere. suprà, de renuncia. quòd in dubijs. sed alijs non noceret. de dona. inter dilectos. suprà, quòd met. caus. cùm dilectus.infrà, de sen. & re iudi.cùm super. suprà, de arbi. cum tempore. vbi not. & benè poterunt se dare, cùm arctior sit religio. suprà, de reli. licet. (intelligentes) nos Papa. (Domum)id est, dominium domus, hoc placet, quia illud non habebant, sed expone domum, id est, possessionē domus, & videtur hoc ex sequenti litera.

5 †Sed contra possessio sub conditione dari non potest, imò videtur quod dari non possit, quia plurimum facti habet possessio: vt infrà, de cōcess. præbend. cum nostris, vnde verum est, quod possideret siue esset conditio, siue non, semper verum est eum possidere, cui traditur, vel expone prædictam domum sub conditione traditam fuisse,id est cōtractum factum de prædicta domo danda fuisse conditionalem. † Præiudicium) quoad proprietatem, quo ad possessionem secùs, nam qui possidet per colonum, vel alium quemcunq;, si ille dimiserit possessionem alio occupante violenter, vel alio modo etiam dominus ignorans amittit possessionem. ff. de acquirend. pos. possideri. §. quod si seruus. secùs si per seipsum possideret, quia tunc non amitteret possessionem, nisi expulsus esset, vel reuertens non esset admissus vel suspicaretur se posse repelli. ff. de acquirend.pos. l. 1. §. deijcitur. & l. sequent. §. vltim. & l. clam possidere. §. fin. sedlicet vlterius possessionem quam per me possideo me ignorante clam possideas possides naturaliter, & ego ciuiliter quousq; suspicerer me posse repelli, & tunc possides ciuiliter. ff. de acquiren. possess. clam possidere. §. vltim. sed si reuertereris, non admittatur,quamuis velis congregare exercitum, & eam recuperare,tamen possessionem amisit, vt in ea.l. dicitur. nihilominus continuè & sine mora est sibi licitum amissam possessionem per vim recuperare. C. vnde vi. l. 1. Ex eo) maximè idem etiam esset & si nesciret,nisi quo ad vsucapionem quam benè facit, quia bona fide, & titulo donationis possidet, & eodem modo exponimus sequentia, scilicet,quòd sua temeritate etc. hoc propter conscientiam. Item quos sibi quæstionem moturos suspicari debuit, idem enim esset si probabiliter occupasset, & idem si cum scientia episcopi, & idem si non crederet eos litem sibi moturos, idcircò ergò hoc dicit, quia sunt aliqui qui dicunt,quòd si occupans non posset redargui,quod sciuerit rem alienam esse, vel quòd temerè ipsam occupauerit,& quod debuit suspicari se repelli debere etiam incontinenti non est violenter repellendus, cum C. vnde vi. l. 1. dicatur vim illatam propulsare, licet ergò vis non sit illata, sicut etiam hic si præter violentam possessionem habuissent templarij non debuisset episcopus eos expellere. Alij tamen dicunt & fortè melius, quòd etiam si ignoranter accepissent possessionem,episcopi tamen si moniti non reddidissent licitè eis vis fieret, quia incipiunt esse vitiosi. argu.

23.quæſt.1.§.1. per totum. & ibi. quæſt. 2. c.1.&2.

6 †Innotuit) vim enim rebus illatam, licet vindicare, & poſt iniuriã factã in rebus auferendis res ablatas recuperare, vt hîc, ſed poſt iniuriam factam perſonæ, non eſt licitum vindicare, vel alium percutere. ff. ad l. Aquil. ſed ſi quæcunq; .1. reſponſo. & l. ſcientia. §. qui cùm ſcriptum eſt. non nos vindicantes, niſi forte timeretur geminata percuſsio.

7 †Vim) quomodo hoc licuit, cùm eſſent perſonæ religioſæ epiſcopus, & canonici, & templarij vix potuit hoc fieri ſine pœna canonica. 18. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. Item cùm non ſit eis licitum mouere bellum. 23. quæſt. 3. c. 1. argument. ff. de capti. & poſtli. hoſtes. & ſi alijs liceret, clericis tamen non liceret. 23. quæſtio. 8. clerici. & c. his à quibus. & infrà, de homicid. ſuſcepimus.

8 †Reſpondemus) omnibus eſſe licitum mouere bellum pro defenſione ſua, & rerum ſuarum, nec dicitur propriè bellum, ſed defenſio, & quando quis eſt electus incontinenti, id eſt, antequàm ad aliena negotia diuertat, licitum eſt ſibi impugnare. ff. de verbor. obligat. l. continuus. reſpon. 1. ff. de duob. reis. duo. §. vltim. C. vnde vi. l. 1. ff. de vi & vi ar. l. 2. cùm igitur. & cùm hoc à iure ſit conceſſum, nec eſt authoritas principis neceſſaria. argum. 28. diſtinct. de his. ad fin. ff. de condi. inſtitu. l. quæ ſub conditione. §. vltim. nec incidunt in excommunicationem, niſi in perſonas miſerint manus, ſed nec tunc, ſi ſine violentia noluerunt exire domum, quod ex loco iſto ſatis euidenter colligitur. & infrà, de homi. ſignificaſti. vel niſi modum exceſſerint, vt hîc in fin. Item vbicunq; per alium rem ſuam, & ius ſuum proſequi non poteſt, licitum eſt authoritate ſuperioris arma mouere, & bellum indicere ad recuperandum ſua, & etiam furtiuè [a] accipere. 23. quæſtio. 2. c. 2. C. de iudic. nullius. tamen ſi principem ſuper ſe habet, eius authoritate hoc faciat, & non aliter. 24. quæſt. 2. c. 1. & hoc videtur iuſtum, quia nulli licet iura temperare ſine authoritate conditoris iurium. In iure autem continetur, quod etiam ſuam poſſeſsionem nullus occupare poſsit. C. vnde vi. l. ſi quis in tantam. ipſi autem principi qui ſolutus eſt à conſtitutionibus ciuilibus, licet hoc ſine authoritate. argum. C. de le. digna.

† Item plus dicimus, quòd ſi furto, vel violentia rapta habere non poſſit, poteſt recipere æquiualens authoritate ſuperioris. 23. quæſtio. 2. dominus. caueat tamen ne ſine authoritate iudicis per mendacium, vel fraudem, vel per calumniam ſuam rem recuperaret, quia tunc reſtituere tenetur. 14. quæſtio. 5. non ſanè. Quidam tamen dicunt & non malè [b], quòd etiam ſua authoritate poteſt accipere furtiuè, dummodò ex tali furto, nec malum, nec ſcandalum valeat generari, quia ſi inde orietur ſcandalum, vel contra vxorem, vel contra familiarem alium, vel quemcunq; aliam: tunc debet rem in priſtinum ſtatum reſtituere. Satis [c] etiam credimus, quòd prælatus eccleſiæ, pro iure ipſius poſsit indicere bellum, & ei intereſſe, ſed non debet pugnare, ſed poteſt proſequi, donec alium dimittant, & poteſt clamare: capite, & pugnate, ſed non occidite. Nec obſtat ei de homicidio. c. penu. quia ibi aliquos percuſſerat, ſed neſciebat vtrum aliquem occidiſſet, & ideò fuit ſuæ conſcientiæ relinquendum.

Item quilibet prælatus ſi habet iuriſdictionem temporalem, contra ſubditos inobedientes licitè moueret arma. 15. quæſtio. 6. c. authoritatem. & c. nos ſanctorum. argumen. 23. quæſt. 8. ſcire igitur. & c. hortatu. & c. diſpar. dummodò iuriſdictionem indicendi bellum habeat, vel in caſibus ſupradictis, & etiam ſi non habeat ius indicendi, dummodò iuriſdictionem habeat, quia in his caſibus, non propriè dicitur fieri bellum, ſed melius executio iuriſdictionis vel iuſtitia. ff. de rei vendicat. quire. nec in his caſibus capti fient ſerui. Bellum autem ſecundum quod propriè dicitur, ſolus princeps qui ſuperiorem non habet, indicere poteſt, & poteſt illud indicere contra eos, contra quos non competeret executio iuriſdictionis. VERBI GRATIA: contra illos, qui eſſent in poſſeſsione alicuius iure alicuius alterius principis.

Item pro defenſione legum paternarum, & pro his 23. quæſt. 8. ſcire omni. &mul-

a Furtiuè. Ad hæc dicta Inno. vide Flo. in l. itaq. ff. ad. l. Aqui. Ale. de Imo. in conſi. 135. 1. volum. & Cep. conſi. 26.

b Et nõ malè. Adde quod hoc tenet etiam Paul. de Ca. & allegat Innoc. hic in conſi. 339. incip. priuſquã iura fierent. collũ. 2. circa princip. in ſecunda parte conſiliorum antiquorum ſecundũ nouiſsim. impreſsio.

c Satis etiam credimus. ad de Car. in cõſilio. 19. incipi. ad caſum præmiſſum. col. 1.

& multis alijs concordijs. † Sed quid etiam ſi clericus ſit in prælio contra raptores, vel ad defenſionem ſuam, vel aliorum, licet ibi pugnet, & lapides iaciat, dummodò de ſuis ictibus neminem occidat, non eſt irregularis. infrà, de cleric. percu. c. penul. & vlt. & infrà, de homi. c. pen. Item qui iuſtum prælium contra aliquem mouet, non ſolùm ab hoſte, ſed etiam à vaſallis & ſubditis eius eum iniuſtè iuuantibus poteſt ſpolia capere & perſonas earum. † Alij dicunt, quòd nec perſonas, nec res auxiliatorum poteſt capere, niſi in bello, niſi forte læderentur de rebus eorum, puta caſtris vel alijs ædificijs, ſi autem non eſt indictum bellum contra aliquem, ſed aliquo prædictorum modorum procedebat, puta ratione ſuæ iuriſdictionis volebat aliquem punire, vel res eius deuaſtare, vel ſententiam executioni mandare, in hoc non videtur quòd poſsit capere res vel perſonas auxiliatorum eius, niſi primò ſententiam proferant contra eos. 2. quæſtio. 1. nos in quenquam. & ſi non eſt de ſua iuriſdictione, ſed alterius, debet coram ſuo iudice de eo iuſtitiam petere. 23. quæſtio. 2. dominus. C. vt nemi. lic. ſine iudic. ſe vindi. l. 1. & 2. vbi not. Si verò non haberet iudicem, coram quo poſſet ſuam iuſtitiam obtinere, tunc ſibi licet ſua authoritate recuperare ſua. C. de iudæ. iudæi. & l. nullus.

Hoc autem certum eſt, quòd ſi perſonas vel res eorum capit in bello, dummodò ſuam iuriſdictionem exerceat, quòd poteſt perſonas punire & res tenere, quia in ſuo territorio deliquerunt. C. vbi de cri. agi oport. Authen. qua in prouincia. & alia ratio, quia ſuam iuriſdictionem impediunt. de hoc not. ſuprà, de offic. deleg. cap. 1. de pœn. dilectus. & l. 1, de ſen. excom. nuper. Decernentes) id eſt, reſeruantes, niſi enim reſeruaſſet eis, quòd poſt ſententiam iſtam poſſet agere, ſi modum exceſsiſſent, non potuiſſent poſtea agere, cùm agentes interdicto vnde vi, omnia hæc induxiſſent in iudicium. ſuprà, cap. proxi. C. de fruct. & lit. expen. terminato. Decernentes) dic quòd hoc decretum non fuit ſententia, ſed iuris declaratio. (Exceſsiſtis) non enim licet modum excedere, & ſi exceſſerit incurrit excommunicationem, & pœnam temporalem & irregularitatem. argumentum hîc. infrà, de ſenten. excom. cùm non ab homine. & capitul. perpendimus. infrà, de homic. ſignificaſti. 2. §. vltimo.

CAPVT XIII.

LITERAS TVAS. (Matrimonialis) No. quòd Archi. cognoſcit de cauſa matrimoniali, & hoc propter conſuetudinem. (In remotis) conſuetudinem narrat, quia iure non eſt cautum, quòd Epiſcopo abſente archidiaconus cognoſcat. (Poſtulabat) intentando petitorium. Poſtulabat reſtitui, hîc intentabat poſſeſſorium. (Interdum) quando non proponitur gradus diuina lege prohibitus. (Per decretalem) ſuprà eodem, ex conqueſtione. (Et mandantis) lucij. (Oraculum) ſuprà, de ord. cog. cap. 1. (Gregorius) 35. quæſtio. 3. quædam. (Alij) infrà, de conſan. quòd dilecti. Porrò) hîc incipit impugnare, & quaſi reprobare tertiam opinionem rationibus, & loquitur tantùm allegando quamuis allegationes veriſimiles ſint. (Præſertim) id eſt, tantùm. Vel dic, & melius, quòd propriè dicitur & idem eſt ſi opponitur conſanguinitas conſtitutione prohibita. † Probatione) ſatis colligitur hîc, quòd in poſſeſſorio, ſi aliter quàm de matrimonio reſtituendo agatur, etiam ſi probationes vtriuſque partis paratæ ſint de proprietate, tamen admitti non debent. Nec obſtat. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem. ff. vt in poſ. l. ſiis à quo. quia ibi non intentabatur poſſeſſorium. (In cæteris) id eſt, vt cætera obſequia tanquam vxor ſibi exhibeat. (Iuramento) nota in ſpiritualibus ſuper exceptione iurari de calumnia. ſuprà, de electio. cùm dilectus vbi not. (Quantum) excommunicationem. (Mandatum) pro eo quòd fuit contumax: quia non redierat ad maritum. (Procedetur) ſcilicet, quòd in alijs fiat reſtitutio præterquam ad carnalem copulam. (Seuitia) ſuprà eodem, tranſmiſſa. ſuprà, vt lit. non conteſta. accedens. (Alioquin) ſi non eſt ſeuerus maritus, & non obijcitur conſanguinitas diuina lege prohibita ſic legitur ſecundum illos, qui faciunt differentiam inter gradum diuina lege prohibitum, & alium ſecundum alios, qui non faciunt differentiam

expone, id eſt, ſi non habeat paratas probationes.

CAPVT XIIII.

1 *Minor in matrimoniali cauſa ad hoc vt agere poſſit cenſetur maior: & in multis alijs cauſis, vt etiam in num. 2.*
Minor an & quando poſſit eſſe procurator vel procuratorem conſtituere.
3 *Nunquid poſſit vir petere reſtitutionem mulieris, cùm de iure non fuit eius vxor. & vide in nume. 4. Et quid ſit dicendum de concubina.*
Vir quando poſſit petere reſtitutionem mulieris.
Vxor eſſe quomodo probetur & quæ ſint probanda in reſtitutione vxoris.
5 *Quæ conueniant petenti reſtitutionem ancillæ.*
Matrimonium an & quomodo probetur per appellationem vxoris, vnde adulteri licet ſe vocant coniuges, non tamen inter eos eſt matrimonium.
Poſſeſſio matrimonialis & canonicatus quãdo acquiratur. & num. 6.
6 *Ancilla conquerens de domino non audietur, mercenarius autem ſic.*

EX PARTE. (Nondum) & ita nihil egit, infrà, de deſpon. impu. literas. (Poſtulant) ex abundanti cum ſua authoritate hoc potuit facere quando non tenent ſponſalia. infrà, de deſpon. impu. acceſsit. & c. literis. ſecùs autem ſi ſponſalia tenerent. infrà, de deſpon. impu. de illis. ſed dices curſu temporibus ſponſalia, quæ non tenebant ante 7. annos ſola taciturnitate ratificari. infrà, de deſpon. impu. duo. Solu. hæc mulier deceſsit antequam puer haberet 7. ann. & ideò non poteſt puer petere reſtitutionem, cùm nullo reperiatur poſſeſsionis commodo deſtitutus: vt infrà ſequitur. ſuprà, de procu. tue. Vel dic, quòd non tenuerunt ſponſalia, nec ratificãtur, niſi appareat conſenſus puellæ, vel à principio, vel ex poſt facto, etiam ſi per patrem eſſent ſponſalia contracta, quia cum eo patruus pro nepte contrahere non potuit: vt not. infrà, de mat. contrac. contra inter. eccle. c. 1. & de deſpon. impu. c. 1. vel quia intra tempus legitimum deceſsit.

1 †Minor) in cauſa matrimoniali, ſcilicet, vt eam agere poſsit minor cenſetur maior, vt hîc, ſic etiam in caſtrenſibus & in eccleſia ſticis faciat. argum. ff. ad Maced. l. 1. §. fi. & l. 2. in voto. 20. quæſtio. 2. c. 1. & 2. Item cùm exequeretur mortem patris, & cùm agitur de teſtamento patris. 15. quæſt. 3. de crimine. Item cùm agit de recuperanda poſſeſsione. C. qui legi. perſo. l. vlt. Item cùm agit de thoro violata. ff. de adul. l. ſi maritus. §. lex Iulia, Item cùm agit de libero homine exhibendo. ff. eod. l. 3. §. pen. Item impetrando veniam ætatis. ff. de his qui ven. æta. impe. l. 3.

2 † Item poteſt eſſe procurator in negotijs ſecundum quoſdam & in iudicijs. ff. de mino. l. minor. & l. cum mandato. & in eiſdem caſibus, in quibus agens admittitur poteſt procuratorem conſtituere, vt hîc. Vt autem conſultius agatur ſemper faceremus, quòd procuratorem conſtituat authoritate iudicis, & erit quaſi curator ad litem. C. de bon. quæ liber. l. non ſolùm. inſti. de cura. §. item inuitus. de hoc not. ſuprà, de æta. & qual. & ordi. præfi. indecorum. ſuprà, de procur. accedens. hæc mulier petebat licentiam nubendi cum alio coram Senen. Epiſcopo, ſed vir dicebat partem mulieris eſſe contumacem, cùm nullus pro ea compareret, niſi quidam procurator, qui dicebat ſe à muliere conſtitutum procuratorem, ſed pars viri dicebat eum non poſſe eſſe procuratorem, cùm minor procuratorem conſtituere non poſsit. Item ante omnia reſtitutionem ſponſæ petebat, ſed Papa eos malè dicere reſpondet, quia minor in cauſa matrimoniali benè conſtituit procuratorem, ſicut & procuratorem facere poteſt in caſtrenſibus. ff. ad Maced. l. 1. §. fi. & l. ſeq. item dicit, quòd reſtitutio ſibi facienda non eſt, cùm poſſeſsionem non habuit.

3 † Vtpote nullo) hîc vult dicere, vt quidam dicunt, ſed nobis non placet, vir non poteſt petere reſtitutionem mulieris, cùm de iure non fuit vxor eius, & ita vir commodo deſtitutus non eſt, nec etiam poſſeſsionis, cùm nunquam in poſſeſsione eius fuerit, puta quia nunquam fuit cum ea vt vxor, quia non portabat annulum, vt ſponſa, nec eam vt ſponſam vocabat, nec in cæteris vt ſponſa agebat, ſecùs autem ſi vt ſponſam eam habuiſſet: vt hîc à ſenſu contrario colligitur. & ſic loquitur, ſuprà eodem, literas. & c. ex conqueſtione. habita autem diſtinctione non eſſet in poſſeſsione eius tanquam ſponſæ, tamen adhuc non reſtitueretur ad carnalem copulam, cùm non in eius poſſeſsione eſſet, ſed eſſe potius ſequeſtranda. infrà, de ſponſali. cùm locum. ſed ſecùs ſi eſſet in poſſeſsione carnalis copulæ. vt ſuprà eodem capitul. proxi.

4 in fine.

† Sed & videtur hîc à contrario ſenſu, quòd etiam ſi non habuit poſſeſsionem, ſed ius tantùm, quòd poſsit petere reſtitutionem, per id quod dicit commodo iuris. Sed dic eum non poſſe petere reſtitutionem, ſed poſſe eam vendicare adiecta cauſa de iure canonico, etiam ſi ſit ſponſa de futuro. argum. ff. de rei vendi. Vel poſſet agendo ad hoc, vt ſibi adiudicaretur officium iudicis implorare. infrà, de ſpon. ex literis. 2. & quòd deberet cauſam adijcere eſt argum. quòd ſi quis diceret poſſidebam hanc mulierem vt ancillam, probato quòd vt ancillam poſſideret, fiet ei reſtitutio vt ancillæ, & non vxoris, primò enim oportet eum probare in qua poſſeſsione eſſet, quando fiet reſtitutio, quia ſecundum modum & ſpeciem poſſeſsionis fit reſtitutio. infrà, eod. Piſanis. argum. ff. de lib. agnoſ. l. liberis. §. vlti. dummodo non apparet eum malitioſè, vel doloſè fuiſſe in poſſeſsione eius. ff. de lib. agnoſc. l. igitur. §. 2. vel aliter: vt not. ſuprà, de ſeruis non ordi. cap. 2. Si autem tenuiſſet eam vt concubinam, peteret eam ſibi reſtitui non eſſet audiendus, imò libellus eſſet lacerandus, ſi peteret reſtitutionem mulieris, quòd fuit in poſſeſsione eius tenendi eam in lecto, ſicut ſi hæreticus peteret reſtitutionem rerum eccle. 23. quæſtio. 7. cap. 1. 2. & 3. argumen. infrà, de præſcri. cauſam. ad idem. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. deijcitur. & l. colonus. & l. vlti. Vel dic, ideircò hîc non fieri reſtitutionem, quia conſtabat quod intra 7. annos ſponſalia contraxerat, & quod patruus pro ea ſponſalia contrahere non potuit, ſecùs ſi eſſet dubium, an ſponſalia tenuiſſent, quia tunc fortè reſtitueretur. Vel dic, etiam ſi eſſet dubium, imò quòd plus eſt ſi eſſet certum quòd fuiſſent ſponſalia, tamen non potuiſſet petere reſtitutionem, quia ſponſalia ex ſola voluntate vtriuſque minoris pendebant, nam quandocunque alterutri eorum placet à ſponſalibus poteſt recedere. infrà, de ſpon. de illis. & cap. ſeq. ſecùs autem ſi eſſent maiores. infrà, de ſponſal. ex literis. 2.

☞ † Et diſtingue melius, quòd ſi vir petebat reſtitutionẽ mulieris tanquam vxoris, nõ dabitur ei aliter, niſi probet aliquod genus ſponſalium interueniſſe & ſe cognouiſſe eam, & hoc eſt, quod dicit litera iſta, quòd hic non potuit petere reſtitutionem, quia non erat deſtitutus commodo iuris aut poſſeſsionis, & hanc noſtram opinionem ſic probamus, quia & ſi ſponſalia contracta ſint. Imò quòd plus eſt matrimonium non reſtituitur, niſi carnalis copula interuenerit, ſed agitur officio iudicis, vt faciat eum exhibere ea, quæ ſponſa debet exhibere viro ſuo. infrà, de ſpon. ex literis. 2. & contra hanc vltimam petitionem obijcietur, quod propter conſanguinitatem, vel aliam rationem non poteſt eſſe eius vxor, quæ examinabitur antequam diffinitiuè pronuncietur. ſuprà, de ordi. cog. c. 1. hoc tamen non fieret, ſi poſſeſſorio poſsit agi, & ageretur poſſeſſorio. ſup. eod. ex conqueſtione. & c. ex tranſmiſſa. & etiam impedimentum ſuperueniens. infrà, de iureiur. quemadmodum. Item poteſt dicere, quòd poteſt ſi velit ingredi monaſterium. infrà, de conuer. coniu. ex publi. Item oportet eum probare contracta ſponſalia, & in hac petitione, & in prima ſiue petat eam ſibi reſtitui, quando cognouit ſi importet officium iudicis, quòd ei vxor intendat, vel vt ſponſa, quando eam non cognouit, non autem ſufficit probare, quòd eam vocabat ſponſam, & cætera ſimilia. licet fortè ſufficeret ad hoc, quòd filij eſſent legitimi. argum. qui filij ſint legi. tranſmiſſæ. & c. per tuas. Ratio diuerſitatis eſt, quia ibi eſt fauor legitimationis, hîc periculum animæ. Item hîc vnus diffitetur ſponſalia, ibi nullus diffitebatur. Nec obſt. infrà, de præſump. illud, quia ibi per inſtrumentum dotale probata fuerunt ſponſalia contracta, vt ibi apparet, ſi autem vir probauerit ſponſalia contracta & carnalem copulam, & petat reſtitutionem admittitur exceptio quòd non tenet matrimonium, niſi ſecundum quod continetur. ſup. c. proxi. in fi.

Tamen hæc quæ diximus quòd non debet reſtitui, niſi interuenerit carnalis copula, intelligendum eſt, quando vterque confitetur non interueniſſe carnalem copulam, ſed ſi fuerunt ſimul & alter tantùm dicat, præſumptio eſt pro eo, & ſtandum eſt verbo eius. infrà, de frigi. & malefi. cap. primo. & de deſp. impu. continebatur. infrà, de præſump. tertio.

† Sed

5 †Sed videtur quod hac ratione ſimiliter debet probare aliquis, quando petit reſtitutionem ancillæ, quomodo vel quale, & quomodo ius ancillæ quæſiuit in ea, & eodem modo ſi petatur reſtitutio eccleſiæ, vel poſſeſſionis canonicatus, quòd debeat probare legitimam electionem & inſtitutionem præceſsiſſe. argumentum. infrà, de præb. dilecto. infrà, de his quæ fiunt à maio. par. c. ex ore. Reſpondemus non eſt ſimile in his, & in cauſa matrimoniali, vel potius in actibus matrimonialibus nulla forma, vel actus ſunt deputata matrimonio, quæ non æquè benè competant adulterio, niſi ſit conſenſus matrimonialis, vel ſponſalia, nec valet ſi dicat, quòd vocabat eam vxorem, quia per talem poſſeſsionem non quæritur poſſeſsio matrimonialis, & quia ſæpè adulteri vt cooperiant peccatum dicunt, vel vocant ſe coniuges. Sed ſecùs eſt in actibus canonicatus, quædam enim ſic conueniunt canonicis, quæ non alijs, ſicut intereſſe electionibus, & communibus tractatibus, & præbenda recipere, de quibus habetur infrà, de præb. dilecto. & ideò horum poſſeſsione habita quæ tantùm canonicis competunt, & in poſſeſsione canonicatus eſſe videntur, & ſecùs diceremus ſi in his actibus etiam alij præter canonicos interuenirent in eis. ſuprà, de elect. cùm cauſam. infrà, de regu. & tranſeunti. c. 2. & idem eſt in actibus ſeruitutis, licet enim in multis conueniat ancilla cum mercenaria, non tamen in omnibus non eſt poteſtas necis, vel vitæ ſuper mercenariam, ſed ſuper ancilla tantùm. inſtit. de his qui ſunt ſui vel alieni iur. 1. reſpon. ad fi.

6 †Item mercenaria auditur conquerens de domino non ancilla. ff. de iudi. vix certis. §. ad hoc. ergò vbi competit, ſibi reſtitutio ancillæ, oportet quòd probet aliquos de his actibus, qui tantùm contra ſeruos competant. Vel dic, & fortè melius, quòd poſſeſsio canonicatus, & ſeruitutis benè probatur, etiam ſi non probet aliquem de illis actibus, qui tantùm canonico vel ancillæ competunt, ſed ſufficit probare debet quòd aliquid fecerit vt canonicus, vel vt dominus, intendens ſibi quærere poſſeſsionem canonicatus, vel ancillæ, & hoc benè ſciant illi, quorum intereſt quod intendit ſibi quærere poſſeſsionem canonicatus vel ancillæ, vt notat. ſuprà, de ca. mo. dilectus. in gloſſ. ſcilicet, recu. ſuprà, de poſt. bo. 2. in gloſſ. quæritur. ſed in matrimonio ſecùs eſt, quia quantumcunque intendat ſibi quærere poſſeſsionem vxoris, etiam ſi vxor hoc ſciat, quòd maritus hoc intendit, non tamen quærit poſſeſsionem vxoris. Alij dicunt quòd benè obtinebit actor in poſſeſſorio reſtitutionem vxoris, etiam ſi non probet contracta ſponſalia, ſed ſolummodo ſufficit probare, quòd volens acquirere poſſeſsionem iuris, vel vinculi coniugalis iacuit cum ea, vel alium actum fecit, quòd ſpecialiter fit inter coniuges, & alter coniunx hoc ſciebat, quòd aliter intendebat poſſeſsionem iuris coniugalis acquirere. ☞ †Item quòd in fin. eiuſdem gloſſ. dicitur de canonico plus placet, quàm quòd dictum eſt ſuprà eodem titul. in literis. in gloſſ. C. de rei vendi. circa fin. vbi dicitur, quòd canonicus non poteſt petere generaliter reſtitutionem iuris canonicalis, niſi probet ſibi datam poſſeſsionem authoritate ſuperioris. (Traditionem) ff. de ritu nupt. mulierem. ff. de ſpon. quæſitum. Sponſalia) infrà, de ſpon. c. ex literis. 2. & erant per pactum contracta, quæ non tenerent ante 7. annos. Oportet enim quòd ſine dolo malo, & calliditate ſit in poſſeſsione iuris, cùm reſtitutionem petit. argum. ff. de lib. cau. igitur. §. 2. hoc vltimum fortè verum non eſt: vt notat. ſuprà, de ſer. non ordi. cap. 2. (Exceptionibus) ſcilicet, quòd procurator minoris non ſit admittendus, & quòd reſtitutionis cauſa procedere debet.

CAPVT XV.

1 *Incertus libellus quando admittatur.*
2 *Nomine pertinentiarum quid intelligatur, & etiam in num. 4.*
Nomine hæreditatis quid intelligatur.
3 *Hoſpitali veluti eccleſijs certa dos aſſignari debet.*
5 *Quando certa dicitur eſſe ſententia.*
6 *Non datur interdictum contra ſingularem ſucceſſorem.*
Factum familiæ an imputari debeat domino.
7 *Neceſſe eſt probare tempore deiectionis ſe poſſidere.*
Interdictum vnde vi, quando competat.

VM AD SEDEM. (Vtraque) pars tamen quæ poſsidebat non poterat intentare petitorium: vt not. ſuprà, de cauſa. poſſeſ. c. 2. ſed ex quo actor intentabat, ipſe poterat

rat inducere probationes ſuper iure ſuo, ſicut hîc apparet: & not. ſuprà eodem, ex conqueſtione.

1 † Et pertinentijs) not. libellum incertum admitti, vt hîc, ſed hoc eſt, quia hîc pertinentiæ petuntur tanquam acceſſoria: vt notat. ſuprà, de ordin. cog. cum dilecto. & mandabitur ſententia executioni ſuper omnibus, quæ probauerit ad rem petitam principaliter, vel acceſſoriè pertinere, etiam ſine litis conteſtatione. arg. infrà, de præſcri. auditis. ſuprà, eod. grauis.

2 † Et dic, quòd pertinentiarum [a] nomine tantùm intelligentur, quæ ſtatuto vel conſuetudine, vel lege deputata ſunt, vt accedant, vt interdicto vnde vi ſtatutum eſt, quòd accedant etiam mobilia & damna. ſuprà eodem, grauis. ff. eodem. l. 1. §. autem. & §. rectiſsimè. & multa alia. Item hæreditati accedunt omnia, quæ in hæreditate inueniuntur, etiam ſi non fuerint teſtatoris. ff. de peti. hæred. item ne. & legibus ſequentibus. Item petitioni eccleſiæ accedunt omnia, quæ ad eam pertinent de iure, vel conſuetudine, vel ſtatuto, vt ſunt dos primitus inſtituta. de cenſib. c. 1. iura enim parochialia, decimæ & huiuſmodi. infrà, de deci. cùm contingat. & c. cùm in tua. & infrà, de his quæ fiunt à præla. paſto- ☞ ralis. † Caſtro autem nihil corporale nouimus deputatum à iure, quod ſit eius pertinens, ſed tamen ab hominibus, & eorum ſtatutis conſueuit, & caſtro certum territorium aſsignari, quòd ſibi in iuriſdictione, & dote debeat reſpondere.

3 † Hoſpitali autem ſicut & in eccleſijs, certa dos aſsignari debet, cùm ergò petitur eccleſia, vel caſtrum, vel alia conſimilia cum pertinentijs ſuis prædicta ſicut eis eſt deputata, ſiue ſint corporalia, ſiue ſint ſpiritualia peti intelliguntur, & plus dicimus, quòd ſi eccleſia habeat certa aliqua corporalia deputata, ſed etiam habet alia ſpeciali iure acquiſita, tunc ſi hæc eccleſia cum ſuis pertinentijs petitur, nomine pertinentiarum non venient ſpeciali iure quæſita, ſed tantùm ea quæ à iure vel à conſuetudine ſeu ſtatuto deputata ſunt ei, licet quidam contradicant. argumen. ſuprà, de cau. poſſeſſ. & proprie. cum eccleſia. vbi dicitur quòd omnia veniunt in iudicium, niſi ea de quibus ſpecialiter actum eſt ne venirent. Reſpondemus quòd illud intelligitur de his quæ ſub petitione comprehenduntur, quòd non eſt hîc petitio autem hoſpitalis cum pertinentijs intelligitur, id eſt, cum dote.

4 †Sed quid ſi dices, ſi addatur in libello cauſa poſſeſsionis, ſicut additum fuit? reſpondemus, quòd aduerſarius cogetur exprimere, ſi velit confines poſſeſsionum. ſuprà, de lib. ob. cap. 2. ff. de cen. forma. nomine autem pertinentiarum non intelliguntur aliæ poſſeſsiones, niſi quæ primò in dote fuerunt aſsignatæ. Item ſi aliquis petit omnia bona alicuius, non eſt audiendus, niſi exprimat, & hæc eſt ratio, quia cùm ad hoc ſingularibus actionibus agatur, non poſſet ferri ſententia certa, quæ ferri non debet in ſingularibus & generalibus actionibus, ſecùs tamen poteſt dici in vniuerſalibus actionibus. 5 †Certa autem dicitur ſententia, quando certum quid accedit petitioni, ſicut eſt in dote ſtatuta & iuribus parochialibus, in his etiam debes diligenter attendere perſonam petitoris, quia ſi Epiſcopus petat ius Epiſcopale in aliqua eccleſia ſibi ſubiecta cum omnibus pertinentijs, vel etiam ſi dicat illam eccleſiam ad ſe pertinere in temporalibus & ſpiritualibus, cum omnibus pertinentijs ſuis & poſſeſsionibus, benè admittit. infrà, de relig. do. cùm venerabilis. Nec veniet in hac petitione tantùm dos, ſed omnia etiam poſt quæſita. Et eſt ratio, quia ius Epiſcopale habeat tam in poſt quæſitis, quàm in his, quæ tempore ſuæ fundationis habebat, cùm iuri Epiſcopali hæcomnia accedant, & eodem modo ſi petat temporalia, id eſt, rationem de temporalibus tanquam patronus, quia ratione iuris patronatus rationem de omnibus audire debet, ſed vbi neque petitioni, neque rei accedit, tunc eſt neceſſe exprimere, hæc habent locum, vbi agitur petitorio, ſi enim ageretur poſſeſſorio tunc non habet locum: vt not. ſuprà, eo. in literis. (Nec ſcire) C. de excep. ſi quidam. ff. de pet. hære. ſi debitor. (Nuncius) vnde præſumebatur de voluntate Epiſcopi factum. 1. q. 4. quia præſul. ff. de mino. l. 4. infrà, de teſti. conſtitutus. (Recenſentes) in probatione cauſa appellationis quam emiſerat Epiſcopus (Ratam) infrà, de ſen. excom. mulieres. ff. de iur. dot. l. 1. §. quoties.

[a] *Pertinentiarum nomine. adde Bald. in c. 1. de capi. qui cu. vena. & do. Bar. So. in l. 1. c. 2. verſic. 3. no. ff. de reb. dub qui dicit hoc notabile ad multa, et ad de eundem Inno. in c. ex literis. de iurepatro. practica Papien. in forma libel. in actione reali in ver. cũ omnibus pertinentijs in li. quo vxor adgit ad dotẽ. in verſi. cum omnibus. & Alexand. de Imo. in conſ. 23. col. 2. in diſt. volum. poſt me. & Nic. de Nea. in l. ſi quando. C. de bon. mater. lib. 10. & ibi vide Doc.*

6 †Interdictum) cùm nec etiam fuerit expoliator vniuerſalis ſucceſſor. ff. de vi & vi arma.

vi arma. l. 1. §. vlti. & l. 3. §. fin. contra ſingularem enim ſucceſſorem puta emptorem vel ſimilem, interdictum non datur. ff. de vi & vi arma. cùm à te. Licet quidam dixerint actionem in factum dari, maximè ſi cauſam habeat à deiectore. In rebus autem eccleſiaſticis dixerunt quidam contra quemlibet agi poſſe per interdictum vnde vi, vel ad minus condictione ex canone. 2. q. 1. reintegranda. & pro eis eſt. ſuprà, de iudic. quia. 5. & 12. q. 2. quicunq; 16. q. 6. ſi Epiſcopum. ſuprà, de tranſact. veniens. Sed nos hoc nõ dicimus & intelligimus hoc. c. reintegranda, & alia iura, quæ pro eis facere videntur, quòd omnia ſunt ſpoliatis reſtituenda, non condictione ex canone, vel interdicto vnde vi, ſed alijs competentibus actionibus, puta ſi dolo contraxit actionem de dolo, ſi metu, actionem quòd metus cauſa, & ſic de alijs. Sed nónne, quod familia eius fecit teneatur de eo, quòd ad eum peruenit. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ſi filius. Solu. dixerunt quidam non ſufficit ad dominum peruenisse rem qua familiaris aliquam ſpoliauit, niſi ex facto familiaris peruenit, at hîc ex facto familiaris non peruenit, ſed quia vacantem poſſeſsionem accepit tanquam dioce. Vel dic, licet dicatur, quòd videtur eſſe probatum, quòd nuncius Epiſcopi abſtulit cruces etc. non tamen erat probatum.

7 †Item & quia non probant ſe poſſediſſe tempore deiectionis, quod eſt neceſſe. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. 1. interdictum. nec etiam erat probatum, quòd ex illa ablatione crucium hoſpitalarij perdiderint poſſeſsio, imò ſi perdidiſſent niſi occupaſſent conſeruatores, non videntur vi eiecti. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ſi quis autem. arg. contrarium. ff. eo, l. 1. §. idem Labeo. Vel dic, quòd idcircò pronunciatur interdictum locum non habere, quia ſtultè intentauit directum interdictum, quòd locum non habet, ſed vtile quando libera perſona familiaris committit violentiam, vt hic fuit: tunc tantùm vtile competit interdictum. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. ſi filius. Nec eſt contra. ſuprà, de iud. dilecti. & c. examinata. Reſpondemus enim quòd non tenebatur exprimere interrogatus, ſed ex quo expreſsit tenetur, ſi aptè non propoſuit: vt infrà, eod. decreta. ſuprà, de iudi. examinata. hoc autem ſcias, quòd ſi quis ſcienter à ſpoliatore rem acceperit, tenetur reſtituere condictione ex decret. quæ eſt infrà, eod. ſæpè. Vel dic, quòd hîc nunquam poterit habere locum interdictum vnde vi directum, vel vtile quod non habet locum, niſi cùm expellitur de poſſeſsione reuertens nõ admittitur, & cùm alius ſit in poſſeſsione qui venire prohibetur. ff. de vi & vi ar. idem eſt. §. ſi quis autem. & l. 1. §. idem Labeo. at hîc hoſpitalarij poſſeſsionem amiſerunt ſolo animo. ff. de acquir. poſſe. peregrè. §. quibus. non tamen fuerunt expulſi, cùm tantùm propter ſolam vim expulſiuam detur hoc interdictum.

† Sed quidam dicunt & non malè, quòd etiam ſi nec ipſi metum inferentes, nec alij intrarent poſſeſsionem, tamen contra eos competit interdictum ad damna, quæ hac occaſione paſſus eſt, quod ex eo apparet, quia aliquando interdicto tenetur etiam qui nihil habuit de violentia, ſed tantùm auxilium dedit. C. vnde vi. l. 1. & ff. eo. tit. l. 1. §. deieciſſe. Sed contra. ff. de vſur. non ſolùm. §. ſed dicimus. vbi dicitur, quòd talis res poteſt vſucapi, quod eſſe non poſſet, ſi rapta eſſet, ſed reſpondet illam legem loqui, quando illi quorum timore fugit quis de poſſeſsione ſua malo animo, puta inferendi vim non ibant, ſed ipſe ſic voluit recedere, quia timuit, vnde res non eſt vitioſa, & ideò præſcribitur. Item non obſtant leges prædictæ. §. idem Labeo. & §. ſi quis. quia ibi non ſumitur arg. à contrario ſenſu, licet enim ibi dicantur teneri vim inferentes ſi occupauerint poſſeſsionem non negatur quin teneantur etiam ſi non occupauerint, ſed illi tenentur maximè, quia tenentur reſtituere fundum occupatum, imò ex illis legibus probatur, quòd ex tali violentia oritur interdictum, quia ſi ex violentia non oriretur ſed ex occupatione ſequenti conſtat non oriri, abſurditas enim ſequeretur, quid enim ſi poſt violentiam per vnum annum, vel decem vel plures occuparet, an tunc incipit teneri interdicto, cùm iam violentia tranſiuerit in oblitionem, & non competit in hoc caſu hoc interdictũ, quia ſit expulſus, ſed quia ſuſpicatus eſt ſe poſſe repelli, & ideò ad fundum ire non audet, tenetur ergò violentus, nam ex facto violento amittit fundum, vel alia damna patitur, quòd metus cauſa autem non competit, quia compulſus non ſum aliquid facere, ſed nec quòd vi aut, clam quod licet competit, quando aliquis prohibetur ab aliquo opere in ſolo faciendo, at hîc nullum opus prohibetur.

CAPVT

CAPVT XVI.

LIM. (Nobis reſtitutionem) à tempore litis conteſta. vſq; ad ſententiam, ſi erat bonæ fidei poſſeſſor. C. de rei ven. l. certum. & ſi erat malæ fidei poſſeſſor omnes reſtituat ab initio (inanis) ff. de dolo. nam his (reſtitutus) erat enim taliter ſpoliatus ab alio ſiue epiſcopatu, ſiue Epiſcopalibus rebus, quòd ſatisfacere non potuit, hoc autem ei non prodeſſet, quòd rebus ab alio ablatis ſit ſpoliatus per alium, quia de proprio reſarcire tenetur. ff. de vi & vi ar. cùm à te. C. de fur. ſubtracto.

CAPVT XVII.

1 *Poteſt quilibet clericus poſsidere & præſcribere ius excommunicandi.*
Spoliatus an & quando amittit ſuam poſſeſsionem.
Iuriſdictio & magiſtratus officium quando amittitur.

2 *Subditus præſumitur qui agit ea, quæ agunt ſubditi.*
Animo obediendi præſumitur quid factum, niſi proteſtaretur, vel contrarium probetur.
Obedientia quando dat poſſeſsionem.

LIM. (Inter poſſeſsionem) petebat enim Epiſcopus ſe reſtitui ad poſſeſsionem iuris parochialis eccleſiæ de monte, quo fuerat ſpoliatus per abbatem, ſed quia non probauit, quòd poſſeſsionem habuiſſet cum effectu, non potuit audiri: hîc autem iure ſpoliatus eſt Epiſcopus, quando ſciuit alium Epiſcopum hæc iura exercere & populum obedire, vel eius ſententias ſeruare paſſus eſt intantum, quòd parochianos alteri Epiſcopo obedientes non puniuit, neq; temporaliter neque ſpiritualiter, puta, quia nec cœpit parochianos qui ſeruabant ſententias alterius Epiſcopi, vel alias puniuit nec excommunicauit, ſic eſt enim animo puſillanimi videtur deſeruiſſe ſuam poſſeſsionem, & ſic eſt in alium translata. arg. ff. ſi ſer. vendi. & ſi for. §. 1. & ff. de pub. ſi ego. §. 1. & ſic decætero non debet ſecundum quoſdam in huiuſmodi parochianos ſententias ferre, quamuis poſſet dici ſecundum quoſdam, quòd quamuis amiſerit poſſeſsionem, tamen eius ſententia valet, quia in inquiſitione ſententiæ, an valeat, vel non valeat plus inquiritur veritas, quàm poſſeſsio, vnde quandocunque conſtiterit verum ius excommunicandi ad alium pertinere, ei adiudicatur, & ſententiæ ab eo latè confirmabuntur, & latè ab eo qui poſsidet, infirmabũtur, propter ignorantiã tamen tuendus eſt in poſſeſsione quouſq; de proprietate, vel potius de iure verè conſtet. infrà, de inſtit. cùm veniſſent. ſed contra. ſuprà, de cau. poſ. & propriet. cum eccleſia. Sed hoc non placet nobis, & dic, vt not. ſuprà eodem, in literis. in gloſ. 2. ſi autem non eſt paſſus ſuum populum alterius Epiſcopi ſeruare ſententiam ſine pœna, puta quia temporaliter parochianos puniuit, qui ſeruabant ſententias alterius Epiſcopi intantum, quòd eas vilipenderũt, vel ſaltem excõmunicauit eos, licet non poſſet facere, quòd priores ſententias non ſeruarent, vel alio modo proceſsiſſet contra eos, ita quòd benè appareret, quòd poſſeſsionem animo non dimittendi, dicimus quòd non amiſit poſſeſsionem, quæ non amittitur, niſi animo. C. de acquir. poſ. licet & iſte nullo modo videtur habere animum dimittendi, & ideò intelligo ſi aliàs puta, vel mulctando, vel eius bona occupando contra parochianos huiuſmodi proceſsiſſet. Hæc in iuribus incorporalibus obtinẽt, in corporalibus autem ſecùs crederem, quia benè amittit quis poſſeſsionem rei corporalis aliàs quantumcunque excommunicetur, vel alia ſententia feratur contra eum.

Sed ſi alius Epiſcopus ſententiam excommunicationis fert in parochianos alicuius Epiſcopi, & ipſi non ſeruant, nec Epiſcopus parochianorum eam ratã habet, tunc epiſcopus excommunicator non acquirit poſſeſsionem excommunicandi, cùm ſic excõmunicando nihil poſsideret, niſi labia ſua, quibus protulit ſentẽtiam in alios qui ſeruant ſententias huius Epiſcopi, puta quia excommunicati ab eo habentur pro excommunicatis, nihil iuris vel poſſeſsionis acquirit, quia ipſi non ſeruãt ſententias eius, quaſi ab eo poſsideantur, ſed obedientes iuri quòd mandat excommunicatos ab omnibus arctius euitari. 11. q. 3. curæ. Poteſt tamen dici, quod licet hoc habeat locum in alijs ſententijs & iuribus incorporalibus, quòd ſic acquiratur eius poſſeſsio, non tamen ſic indiſtinctè habet locum in ſententijs excommunicationis, nam in eiſdem dicendum eſt, quòd in alijs ſententijs, ſed hi qui ſe tuentur poſſeſsione aliàs habent poteſtatem ordinariam excommunicandi, licet

non habeant expreſſè in eos, in quos ratione poſſeſsionis tulerunt ſententiam, quia tunc ſuper alios poſſunt prædictis modis acquirere poſſeſsionem & præſcribere. infrà, de præſcri. auditis. & c. cùm olim. Sed ſi nullam ordinariam poteſtatem habent, tunc non poſſunt ſuper aliquos inquirere poſſeſsionem excommunicandi, cùm ipſi non ſunt perſonæ habiles ad eſſendum in poſſeſsione huiuſmodi iuris, quòd non poteſt haberi, nec poſsideri, niſi ab his qui habent hoc à Deo, vel eius vicario, cùm ipſi tantùm dictum ſit: quodcunque ligaueris etc. ſicut nec laicus poſſet eſſe in poſſeſsione abſoluendi animas in foro pœnitentiali, ſic nec poteſt alia ſpiritualia poſsidere. de iud. decernimus. infrà, de præſcri. cauſam.

a Et prædicta ratione. Et hoc dictum Inno. hic allegat pro notabili Felin. in c. cùm M. Ferra. col. fi. ſuprà, de cõſtit.

1 † Adhuc plus placet, quòd quilibet clericus poteſt poſsidere & præſcribere ius excommunicandi, & cætera conſimilia, etiam ſi aliàs non habeat ius excommunicandi, dummodò ſit perſona, in qua hoc ius cadere poſsit. infrà, de his quæ fiunt à maio. par. cap. c. 2. Item ſicut Epiſcopi qui à iure habent poteſtatem excommunicandi. 24. quæſtio. 3. corripiantur. poſſunt alijs expreſſè dare eandem poteſtatem. vt notat. ſuprà, de offi. ord. cùm ab eccleſiarum. ſic per patientiam, & per tacitum conſenſum clerici, in quibus cadere poteſt hæc poteſtas, dummodò bona fide vtantur ipſa poteſtate benè poſſident & benè præſcribunt. arg. infrà, de præſcri. cùm olim. infrà, de his quæ fi. à maio. par. cap. c. 2.

2 † Abſtinuit) argumentum. ff. de acqui. poſ. l. poſsideri. §. ſi quis nunciat. Item qui paret mandatis, & agit ea, quæ agunt ſubditi, præſumitur ſubditus. 20. q. 1. quam progenitores. Sol. ſi animo obediendi ſeruaſſent interdictum poſſeſsionem nactus fuiſſet Epiſcopus, ſed quia hoc animo non fecerunt, ſed cauſa deliberandi, non nanciſcitur poſſeſsionem. argumen. ff. de acquir. hære. pro hærede. ff. de cond. cau. dat. l. 1. Item ſi ex deuotione bonarum mentium. 5. diſt. ad eius. & quia in tutiorem partem etc. & ne rumpatur neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ. 23. q. 5. excommunicatorum. & not. quòd ſicut in acquirente poſſeſsionem iuris in perſonis eſt ius intentio neceſſaria, ita & eius in cuius perſona ius acquiritur in rebus. † Item etiam intelligimus, vbi ſeruitus acquiritur, ſed credimus neceſſariam proteſtationem, quia ſemper præſumimus eum animo obediendi facere, niſi probetur contrarium. argum. infrà, de his quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. quamuis quidam diſtinguant, an conſiſtit obedientia in faciendo, puta, quia poſuit manus in manum in ſignum obedientiæ. & ſic loquitur. c. ex ore. an conſiſtit in non faciendo, ſicut hîc, & tunc non dat poſ-
a ſeſsionem obedientiæ, & prædicta a ratione dicimus, quòd ſi ille contra quem fertur ſententia excommunicationis poſt appellationem ſeruat aliquando ſententiam non propter hoc videtur renunciare appellationi, nec propter hoc ſententia ratificabitur: maximè ſi proteſtetur ſe appellationi non renunciare: & quia timet & dubitat ſententiam vult eam ſeruare, & tamen non credit quòd teneat.

CAPVT XVIII.

1 *Quo caſu quis dicatur huic decretali ſubiacere. Et etiam vide in num. 2.*
Spoliatus amittit vſum rei, ſed non proprietatem, nam iura proprietatis inhærent oſſibus.

2 *Spoliatus & paſſus violentiam quam habeat actionem, & an contra quemcunq; poſſeſſorem poſsit eam intentare.*

SAEPE CONTINGIT. (Poſſeſſorem) Illũ ſcilicet in quem res eſt translata (reſtitutionis) id eſt, per interdictum vnde vi, quòd eſt de recuperanda poſſeſsione (effectum) id eſt, vſum rei ſuæ, cùm proprietarius apud eum remaneat, licet aliter poſsideat. vera litera eſt effectu, & eſt ſenſus, ſi ſpoliatus non poteſt poſſeſſorio agere contra eum, qui poſsidet rem ſuam qua ſpoliatus eſt, ſequitur quòd proprietatem amittit, effectu, id eſt, quo ad vtilitatem, nam quo ad veritatem, non amittit, quia iura proprietatis, ſicut & alia iura inhærent oſſibus. ff. de pecu. quis igitur. & verè amittit ius proprietatis effectu, quia minus difficilè eſt probare proprietatem.

1 † Ciuilis) ff. de vi & vi ar. cùm à te. ego autem intelligo hanc decre. planè ſicut iacet, vt quicunque rem raptam ſciens eam raptam à quocunq; cœperit conditione ex hac decretali tenetur, etiam ſi per multas manus res rapta fuerit. ar. ff. de peti. hære. ſed & ſi. §. ſi autem. dummodò vitium rapinæ purgatum neſcierit, quia ſi ſciret, vel probabiliter crederet vitium purgatum: tunc non habet locum hæc decret. ſicut benè apparet ex verbis quæ ſequun-

ſequuntur. (detinere) tunc enim detinerent iniuſtè, ſi bonam fidem haberent. Nec eſt contra. 2. q. 1. in primis. quia ibi qui ſecundo ſucceſſerunt, neſcierunt primos iniuſtè eiectos, vel illud fit ex diſpenſatione, ſi autem res rapta vacans ab aliquo accepta eſſet: tunc raptor propter poſſeſsionem ſuam licet iniuſtam, haberet condictionem ex. l. cùm quærebatur. dummodò dolo malo eam vacantem accepiſſet, nec eſſet accipientis. C. vnde vi. conquerebatur. Item videtur, quod paſſus violentiam, & interdictum vnde vi, habet contra raptorem condictionem ex hac decre. & contra eum, qui ſcienter accepit. Item videtur, quòd ſi ille qui rem raptam ſcienter accepit in aliam poſſeſsionem tranſtulerit dolo, quòd hac conſtitutione tenetur, quia qui dolo deſijt poſsidere, pro poſſeſſore habetur. ff. de alie. iu. mut. cau. fact. l. 1. ff. de rei ven. ſi autem. §. 2. & §. ſed & his.

2 † Item videtur, quòd condictio ex hac decre. competit vim paſſo contra eum, qui à nemine accepit, ſed ipſe ſciens talem rem eſſe occupauit vacantem, & videtur poſſe dici generaliter, quòd omnis poſſeſſor ſiue bonæ fidei, ſiue malæ auxilium habet contra omnem immediatum poſſeſſorem, qui dolo poſſeſſionem habuit, ſiue interdicti, ſiue conſtitutionem, puta quæ ſunt in tit. C. vnde vi. l. 1. & per totum. de acquiren. poſ. l. ex libris. Imò idem videtur, quòd etiam contra mediatos poſſeſſores per quotcunque manus iuerit, detur auxilium, dummodò mala fide omnes quæſiuerunt poſſeſsionem: vt hîc. & 2. quæſtio. 1. in primis. & ff. de dolo. l. 1. §. 1. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. familiæ. & §. ſi filius. ſi autem vnus de medijs poſſeſſoribus bona fide quæſiuiſſet poſſeſsionem, tunc ipſe ſolus haberet actionem contra alios ſequentes malæ fidei poſſeſſores.

† Imò plus videtur, quòd ſi aliquis
a poſsidebat bona fide, & alius a eandem poſſeſsionem occupet bona fide, niſi conſtiterit priorem bonæ fidei poſſeſſorem iuſtè poſſeſsionem amiſiſſe, fiet ei reſtitutio poſſeſsionis, & non probata ſpoliatione. C. de agri. & cenſitur. coloni. Authen. de mand. princ. §. quòd ſi. 3. q. 1. reintegranda. & ſunt hæc notanda pro poſſeſſoribus eccleſiarum, qui amittunt earum poſſeſsionem, nec poſſunt probare ſuam canonicam inſtitutionem, poſſeſsionem autem eccleſiarum & aliarum rerum videntur continuare poſſeſſores quouſque exinde expellantur, vel alius occupet, & ipſe ſuſpicatur ſe poſſe repelli. ff. de acquir. poſ. l. clam poſsidere. §. vlti. & l. ſi id quod. §. vlti. & de vſucap. naturaliter. & l. poſſeſſor. vel quouſque ſuam poſſeſsionem negligat. ff. de acquir. poſſ. l. ſi rem mobilem. & not. ſuprà, de elect. quærelam. † In vitium) C. de acquiren. poſ. vitia. benè dicit ſi ſcienter accepit, quòd tenetur reſtituere per conditionem ex hac conſtitutione, nam ſi ignoranter accepiſſet, ſecùs eſſet. ff. de vi & vi arma. l. cùm à te. nec contradicit. c. 3. quæſtio. 1. reintegranda. quòd loquitur quando ille qui rem tenet de qua agitur interdictum dolum, vel violentiam fecit circa rem ipſam. argumen. ſupra, de ordin. cog. cùm dilectus. Vel dic, ſi quis daretlibellum, ſub quo poſſet comprehendi actio quòd metus cauſa, per quam aduocatur res ab eo, qui metum non timuit. ff. quòd met. cau. ſi cum ex. §. 2. puta peto reſtitutionem poſſeſsionis talis rei quæ mihi per metum eſt ablata, crederemus poſſe ferri ſententiam contra poſsidentem, quamuis non ſpoliaſſet, nec rem ſcienter à ſpoliatore recepiſſet, & ſic intelligitur. c. reintegranda. C. de anna. excep. l. vlt. C. vnde vi. inuaſor (reſtitutionis) condictione ex hac decret. repete quæ diximus ſup. c. cùm ad ſedem.

CAPVT XIX.

1 *Excommunicatus abſolui non debet, non facta ſatisfactione.*
Papa non præſumitur voluiſſe omnia caſtra deſtruenda eſſe, vbi eccleſiæ afflictus & penſiones recipere ſolent.
Caſtra noua non licet facere cum alterius iniuria & æmulatione, nec licet vetera incaſtellare, quæ probantur habitata.

PISANIS. (Caſtris) hæc caſtra Piſani occupauerant, & propter hoc erant excommunicati. † Motæ) id eſt, occupationis caſtrorum fa-
1 ctæ, vel à Piſanis ſibijpſi fuerunt primi iniuſti occupatores, vel etiam ab alijs, quibus ipſi in vitio ſucceſſerunt. ſuprà, cap. proxi. nam licet à tempore motæ guerræ Epiſcopus plura in caſtris habuerit, ſed poſtea per alios quàm Piſanos ſpoliatus fuerit, licet poſtea Piſani primos ſpoliatores reſpoliauerunt, non tenentur Piſani interdicto vnde vi. ff. de vi & vi arma.

a Et alius eadem. Adde Pe. de Anch. in conſi. 214. incip. ad declarationem. col. 2. in fi.

cùm à te. Séd potest dici, quamuis non tenentur interdicto, tamen iustè fuerunt excommunicati pro detentione rerum ecclesiæ. 12. quæstio. 2. quicunque militum. à qua excommunicatione, cùm essent pro manifesta offensa, vel re iudic. excommunicati non debent absolui sine satisfactione. infrà, de verb. signi. ex parte. 1. & c. cùm olim. (castrorum) id est, iurium, quæ Episcopus in ipsis castris habebat (asserentibus) coram delegato Papæ (restitutio) & iurium Episcopi (impugnaturus) post appellationem debuit audiri hic Episcopus, cùm diceret processum nullum, sicut ex fin. decret. apparet (primum) scilicet, restitutio alterum, scilicet, quòd permitteretur possidere, scilicet, plenè & liberè (constabat) quòd Episcopus habuit (morte) expone vt suprà. Non poterat) sed non etiam si alij quàm Pisani eadem castra tenerent idem esset, vtique, quia non haberet liberè, cùm in eorum esset potestate Episcopum repellere, potest responderi quòd lucrum habebant, quando Pisani occupauerunt, & tunc liberius & plenius ecclesia affictus & pensiones possidebat, quàm Pisani, qui non solùm Lucano populo, sed etiam clero molesti erant, & ratio, quæ sequitur non sufficienter respondet. Vel dic, quòd sic Episcopus non probauit se possedisse castra quando Pisani ea occupauerunt, quia tamen constabat, quòd ea possederat, & eodem modo quia constabat, quòd Pisani de nouo occupauerant, sicut ex multis verbis huius decret. apparet, constabat etiam, quòd Episcopus tempore occupationis castrorum affictus & pensiones possidebat, & ideò debebat delegatus Papæ præsumere, quod possidebat Episcopus plenè & liberè, hoc est, quòd nullus esset in castro, qui Episcopum repellere vellet, vel posset, cùm de Pisanis constaret, quòd de nouo occupauerant, nec de alijs etiam probatum erat, quòd castra possiderent, quòd & si probatum esset, non noceret, cùm de ipsis Pisanis indubitanter constaret, quòd de nouo occupauerant primo Lucanens. ecclesia possidente prædicta. Vnde licet non probaretur Lucana ecclesia spoliata, ita quòd competeret interdictum, vel quòd secundum tenorem literarum harum ei esset primò restitutio facienda, & tamen relinquitur quòd Episcopus possidebat affictus liberè & plenè nullo in castris existente. Vel quod melius est, relinquitur, quòd ista ecclesia possidebat antequam occuparentur à Pisanis, vel alijs, ita peccauit delegatus qui absoluit Pisanos antequàm exirent de castris, & sic liberè afflictus & pensionem dimitterent Episcopo, sicut habebat antequam castra occuparentur à Pisanis, vel alijs. Si autem Pisani probauissent, quòd alij iustè tempore quo occupauerunt possiderent, non tenerentur dimittere castra, cùm sufficeret quòd plenè & liberè permitterent, dimitterent Episcopum prædictos affictus, & pensiones percipere, sicut habebat tempore occupationis: non autem est credendum Papam ita supinum esse, quòd voluerit intelligere omnia castra destruenda vbi ecclesiæ affictus & pensiones recipiebantur. Et benè facit ad intellectum huius. infrà, de proba. licet. circa final. vbi ferè idem habetur, quòd hîc dicitur. ibi enim, quia ecclesia Rauennas plenum ius habuerat, & plenè possederat, imponitur silentium Fauentinis super postea possessis, nisi iustè se possidere ostenderent. Hoc tamen potest esse iustum, vt si non licet noua castra facere cum iniuria, vel emulatione alterius & ita nec incastellare[a] vetera, quæ non probantur habitata. C. de ædi. priua. §. 3. 2. C. de fund. limi. l. 1. 2. & 3. libr. 11. argumentum. ff. de oper. pu. l. 3. ff. ex quib. cau. infa. irro. athletas. & ad hoc poterit agere Episcopus Lucanus, scilicet, vt destruerentur innouata castra, vt in pristinam formam reducerentur conditione ex præmissis legibus, vel officio iudicis. argumentum. ad hoc. infrà, de iudæ. consuluit. & non solùm posset ad hoc agere Episcopus, sed etiam quilibet, qui ibi reditus haberet, nec est hæc popularis actio, sed verius pro vitanda diminutione sui patrimonij quisque agit, maximè autem Episcopus debebat agere, quia de toto castro vel terra possessionem habebat. (Irritum) & ita per consequens apparet Pisanos non esse absolutos. Et est ratio, quia formam mandati non seruant, vt suprà, de rescri. cùm dilecta. vbi not. Vel dic, quòd hic processus fuit impugnatus, quia post appellationem habitus fuit, & appellatio probatur legitima ex eo, quia appellauit ne fieret absolutio, nisi procederet restitutio libera etc.

[a] *Incastellare. Adde Ro. in l. si verò. §. de viro. ff. solu. ma. fal. 44. & Abb. in c. cum ecclesia. suprà, de elect. & Felin. in c. cùm venissent. col. fin. sup. de const.*

CAPV I

CAPVT XX.

FREQVENS ET ASSIDVA. (Ab alio) VERBI GRATIA, Titius agit contra Meuium: Meuius excipit quòd non debeat respondere, quia Seius eum spoliauit malè (post diem) infrà, de excep. pia. (Maiorem) instit. de excu. tut. §. item propter. ff. de excu. tut. populi. arg. contra Authen. vt hi qui obli. per se. §. 1. 2. 3. & 4. (Accusatorem) in criminali.

TITVLVS XIIII.

DE DOLO ET CONTVMACIA.

CAPVT I.

AD HAEC. (Nanciscì) debet enim iudex ei corporalem possessionem, id est, custodiam tradere. infrà, de sen. & re iud. cum aliquibus, & tueri debet inductum. ff. ne vis fiat ei qui in pos. mit. l. 1. §. 1. & dic vt not. sup. vt lit. non contest. quoniam fre. nihilominus tamen post annum fiet verus possessor. infrà eodem, contingit. ff. de bon. Authen. iud. pos. quamuis. si autem per extraneum impeditur, possidere tenetur ad interesse. ff. ex quib. cau. in pos. eatur. si quis creditorem. Rigor) scilicet, quòd imponat ei mulctam, & etiam pœnam corporalem, quam iudex secularis imponeret. ff. si quis ius dic. non obtem. l. 1. & intellige hîc de consilio, & si propter hoc non periclitatur iustitia, vt hîc sequitur, aliàs mulctam imponet. infrà, de pœnis. dilectus. & c. vltim. suprà, de offic. deleg. præterea. (Astrinxit) & nulla alia pœna ei imponatur, nisi quòd soluat expensas.

CAPVT II.

** Contumacia quot modis fieri possit. Sequestratio ob contumaciam fieri potest.*

EX LITERIS. (Absentauerint) † hîc est contumacia in non veniendo, infrà eodem, cùm dilecti. Quandoque est etiam in non respondendo: vt. infrà, eod. prout. Vel obscurè respondendo. ff. de inter. act. de ætate. §. qui tacuit. & §. nihil. Quandoque in non iurando. ff. de iureiur. manifestè. Quandoq; in non exhibendo. ff. de app. creditor. §. iussus. Quandoque in recedendo infecto negotio. 11. quæstio. 3. certum. 18. dist. si quis autem. (Religionis) 12. q. 2. religiosam. ff. de relig. sunt personæ.

Sequestrari) not. fieri sequestrationem propter contumaciam, & tunc ita fit restitutio expensarum, sicut si data esset possessio causa custodiæ, vt hîc. Quandoque propter dilapidationem. 2. quæstio. 6. quoties. Quandoque propter rem litigiosam. 11. quæstio. 1. quia quandoque propter scandalum. infrà, de seque. cap. 2. nota commutationem cautionum. (Ecclesias) sequestratas. (Restitui) id est, assignari post lapsum annum, sed benè non petebant, cùm hoc iure cautum non sit, vt post lapsum anni quis debeat fieri verus possessor rerum sequestratarum. (In posterioribus) de hoc notat. suprà, de offi. deleg. ex literis. (Nomina) & ideò, quo ad expressa, vel in literis, vel coram iudicibus non possunt secundæ, prioribus derogare. suprà, de præscri. pastoralis. §. quoniam. & §. nos igitur.

CAPVT III.

AVSAM QVAE. (Natiuitate) id est, an mater ipsius A. fuit legitima vxor patris sui, & sic an ipsa sit legitima filia an non, & ita per consequens poterit cognosci, vtrum, scilicet, filius I. ex persona ipsius A. sit admittendus ad petendam hæreditatem, nam agebatur hîc de hæreditate auita, scilicet, de hæreditate patris ipsius Agathæ (denunciationibus) de hoc notat. infrà, de eo qui mit. in possess. cau. rei ser. si ad. (receptis) erat enim lis contestata, sicut in integra apparet, & ideò ad testium receptionem & ad probationem sententiæ proceditur, & ideò etiam fit citatio ad domum.

CAPVT IIII.

** Per responsionem indirectam, siue proponendo exceptionem peremptoriam, siue per confessionem fit lit. contestatio.*

Exceptio peremptoria an ſit probanda ante litis conteſtationem & de ea cognoſcendum & pronunciandum.

2 *Non ſit abſolutio neq; condemnatio, niſi poſt lit. conteſtationem.*

3 *Diffinitiua ſententia, ſiue per probationem liqueat ſiue non, ferri debet.*

PROVT NOBIS. (Aduocati) de hoc notat. ſuprà, vt lit. non conteſt. capit. ad hoc. C. quorum appel. l. vlti.

1 † Reſpondit) hîc habes quòd licet aliquis non teneatur reſpondere aduerſario, niſi de mandato iudicis, ſi tamen reſpondet ſibi præiudicat. ff. de inter. ac. ſi ſine. §. 1. & l. de ætate. §. qui interrogatus. ff. de adul. ſi poſtul. §. quæſtioni. Habes etiam quòd per indirectam reſponſionem, ſiue proponendo exceptionem peremptoriam, ſiue per confeſsionem fit lit. conteſt. Sed contra. ſuprà, de lit. conteſt. c. 1. de elect. dudum rotho. Sol. dicimus hîc litem conteſtari, & non excepiſſe tantùm, nec poſitioni reſpondiſſe, ſed narrationi & petitioni, & quòd per exceptionem non fiat litis conteſtatio probatur. ff. de condi. indeb. eleganter. §. penult. vbi dicitur, quòd volenti litem conteſtari proponenda eſt exceptio, ex quo ſequitur, ergò excipiendo non facta eſt litis conteſtatio, ſed non fit lit. conteſt. per exceptionem peremptoriam erit ne ante lit. conteſtationem de ea cognoſcendum & pronunciandum? argumen. quòd ſic. C. de excep. ſi quidem. vbi dicitur, quòd exceptione peremptoria tantùm cognoſci oportet.

2 † Sed contrarium eſt verum, ſcilicet, quòd non debet de ea cognoſci, niſi prius lit. conteſt. quia non poſſet fieri abſolutio, neque condemnatio, niſi lite conteſtata. ſuprà, de elect. dudum. & l. ſi quidém. non dicit lit. non conteſt. ſed naturali ordine, cognitionem exceptionis præcedere cognitionem principalis petitionis, licet cauſa breuiandi lites ſæpè ſimul de vtraque cognoſcatur, nec eſt contra ius.

Et ſunt hæc vera vbi proponitur exceptio vt peremptoria petitionis actoris, ſi autem proponeretur ad reum repellendum, puta quòd eſſet excommunicatus, vel vt declinatoria, tunc ante lit. conteſtationem eſt probanda; vt not. infrà, de excep. paſtoralis (percepiſſet) & ideò dicebat ſe non teneri ad earum proteſtationem, & ſic legitimè facta fuit lit. conteſtatio (ad conuincendam) C. de iudi. Authen. iubemus. (terminetis) ſi liquet vel liquere poteſt. C. de iudi. properandum. §. ſi autem reuo. 3. quæſt. 9. decernimus. Poſſeſsionem) ideſt, per ſententiam detis veram poſſeſsionem. C. quomodo & quando. conſenta. C. vbi in rem act. l. 2. & hoc quando non liquet: vt C. de iud. properandum. §. fin autem. & eſt hæc poſſeſsio irreuocabilis, niſi contra eum iudicetur de proprietate: vt hîc habes, & in l. prælleg. reuocabilis eſt, ſi aliàs ante lit. conteſt. fiat miſsio in poſſeſsionem: vt not. ſuprà, vt lit. non conteſta. c. quoniam.

3 † Sed quoniam dices ſemper liquere, quia aut liquet per probationes, & tunc fertur ſententia diffinitiua, aut non liquet per probationes, & tunc ſimiliter ſententia diffinitiua ferri debet, quia actore non probante, reus & ſi nihil præſtiterit obtinebit. ſuprà, de cau. poſ. & proprie. cùm eccleſia. in fin. Reſpondemus hæc decret. loquitur, quando reus eſt abſens per contumaciam, quia ſi eſſet præſens poſſet eſſe, quòd per confeſsionem ſuam, vel alio modo actor probaret de ſuo iure, quòd in eius abſentia fieri non poteſt, & ideò in eius odium eſt inductum, vt mittatur in veram poſſeſsionem, ſecùs autem diceremus, ſi actor contumax eſſet, tunc enim diceremus, quòd iudex debet ferre ſententiam, & ſi nulla alia cauſa ſit: niſi quia actor non probauerit per ſe, & ita per conſequens conſtat, quòd reus ſit abſoluendus, & ſi diligenter attendas vtrobique inuenies fauorem præſentis, & odium contumacis.

CAPVT V.

1 *Teſtes inducere non licet poſt publicatas atteſtationes.*

2 *Quo caſu ſoluantur expenſæ ante finem litis, & quando etiam in fine litis non fiat condemnatio in expenſis. num. 3.*

Expenſa quæ fiunt ante finem litis non attendat an is qui condemnatus eſt, iuſtè vel iniuſtè litigauerit ſuper cauſa principali, ſed ſuper exceptione tantùm.

4 *In cauſa appel. ſemper fit condemnatio in expenſis.*

Compenſatio expenſarum debet fieri, quando pars à tota ſententia appellat, quæ plures

plures articulos continebat, & in vno erat iuſta, in alio verò iniuſta ſententia.

5 *An appellatus in cauſa appellationis ſemper condemnari debeat in expenſis.*
Excipiens an debeat condemnari ad expenſas.
Sententia incerta ſuper expenſas lata, an & quando valeat.

6 *Index poſt ſententiam tota illa die ſuum officium exercere poteſt condemnando in expenſis.*

LITEM. (Litibus.) C. de agri. & cenſi. l. litibus. lib. 11. (diſpendio). 50. diſt. poſtquam. ſupr. de ele. cùm inter vniuerſas. † Intentionem) per teſtes, vel per inſtrumenta. C. de excep. ſi quidem. vel per confeſsionem. C. de erro. aduo. l. 2. vel per præſumptionem. C. de proba. ſine.

Sed obijcies, quia publicatis atteſtationibus non licet inducere teſtes. Authent. de teſti. §. quia verò. col. 7. ergò nec proponere exceptionem, quæ per teſtes probari debeat. Sol. poteſt eſſe, quòd fundata erat intentio aliàs, quàm per teſtes, vnde poſt talem fundationem benè inducuntur, & eodem modo poteſt eſſe, quod fundata erat intentio aliàs, quàm per teſtes, & prius petijt dilationẽ ad exceptionem, quam vult per inſtrumenta probare: vt inf. de fide inſt. cùm dilectus. vel etiam ſi publicatæ eſſent atteſtationes indirectè, poſſet alios teſtes inducere ſuper alijs articulis ex prioribus pendentibus. infr. de teſti. ex tenore. inf. de fide inſtru. cùm Ioannes.

2 † Ad ſoluendas) expenſæ enim ſoluũtur ad finem litis, vbicunq; calumnia alicuius deprehenditur, vel etiam violenter præſumitur: vt hîc. & ſup. de reſcri. cæterùm. ſup. eod. c. 2. inf. de teſti. ſignificauerunt. Item non ſolùm in diffinitiua, ſed etiam ſi quis abſoluitur ab inſtantia iudicij, ſtatim fit condemnatio in expenſis. C. de iud. properandum. §. 1. Authent. de liti. §. omnem. Aliàs regulare eſt, quòd tantũ in fine litis fiat condemnatio. inf. de pœn. calumniam. C. de epiſc. Authent. generaliter. Et no. quòd in expenſis, quæ præſtãtur in medio litis, non attenditur, an is qui condemnatur iuſtè vel iniuſtè litigauit ſuper principali, ſed ſuper exceptione tantùm. inf. de ſeque. ad hoc. inf. de appel. ſignificauerũt. & c. ſæpè. 3. q. 3. §. ſpatium. in fin.

3 † In expenſis autem quæ in fine litis præſtantur, attenditur, an iuſtam habuit cauſam litigãdi vel probabilem tantùm. & ſic non fit condemnatio in expenſis. infr. tit. proxi. c. 2. inf. de ſen. excom. ſacro. ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. etiam, arg. ff. de peti. hære. illud. & maximè ſi iuramentum eſt de calumnia, præſumimus enim bona fide litigare. 1. quæſtio. 7. ſancimus. ſi autem temerè litigauit condemnatur in expenſis. C. de iud. eum qui. Quidam tamen dicunt, quòd hoc ipſo quòd ſuccumbit condemnandus eſt. arg. 2. q. 3. qui non probat. C. de aduo. di. iudi. l. 1.

4 † Alij contrà, in cauſa appellationis indiſtinctè ſemper fit condemnatio in expenſis. 2. q. 6. omninò. inf. de app. vt debitus. & eſt ratio diuerſitatis, quia in cauſa principali producuntur probationes facti, in quo probabilis eſt ignorantia, ſed in cauſa appellationis pro magna parte non inducuntur probationes facti, ſed tantùm allegationes iuris, vbi improbabilis eſt ignorantia. ff. de iur. & facti ign. regula. vnde dicimus, quòd non ſemper in cauſa appellationis indiſtinctè condemnandus ſit, nam ſi in ea inducerentur nouę probationes facti, quòd licet aliquando: vt not. inf. de teſtib. veniens. fraternitatis. in quo caſu non ſolùm parti, ſed nec iudici poteſt aliquid imputari. infr. de fide inſtr. cùm Ioannes. in fin. tunc non eſſet condemnãdus in expenſis. Item no. quòd ſi in ſententia continebantur plures articuli, & in vno eſt iuſta ſentẽtia, & in alio iniuſta, & pars à tota ſententia appellet, fiet hinc inde compenſatio expenſarum, debebat enim diuidere articulum iuſtum ab iniuſto, & ſuper illo ſolo appellare. inf. de teſta. Raynaldus. ſi verò vnum ſolum articulum continebat ſententia, vt quia condemnauit in centũ, cùm deberet in quinquaginta condemnare, tunc debet diſtinguere, ſed licet appellare à ſententia, & non fiet hinc inde compenſatio, quia non eſt partis diſtinguere tantum debeo, & tantum non. arg. tamen contra. ff. ſi certum petat quidam.

4 Item non videtur differentia. Ad iſta dicta Innoc. hîc vide Pet. de Anchar. in conſil. 415. incipien. Primũ dubium. circa fin. conſil. verſi. eſſe aliud quæſitum.

5 † Item non videtur 4 differentia, vtrum obtineat in cauſa appellationis appellatus, vel appellare ratione prædicta allegata, quia vterq; per probationes inductas in cauſa principali ſatis poſſet inſtrui, quòd futurum ſit in cauſa appellationis. Alijs tamen videtur, quòd appellatus non debet condemnari in expenſis in cauſa appellationis, quia iuſtam cauſam litigandi habet, cùm in

causa principali lata, sit pro eo sententia, nisi aliàs iniusta sententia appareret manifestè.

Et intelligimus condemnationem in necessarijs expensis, non vtilibus. infrà, c. proxi. & quæ per causam factæ sunt, infr. de sequest. ad hoc. & in eundo & redeundo, & aduocatis. C. de iudic. sancimus. deducentur autem expensæ, quas domi faceret. ff. ad exhib. sed & si. §. penul. ff. de peti. hære. sed & si. §. quòd autē. & §. seq. & in Authent. de manda. prin. §. illud. col. 3. ff. de rei vendicat. si res. similiter deducentur expensæ, quæ casu vel facto factæ sunt. ff. mand. inter. §. non omnia. & erunt expensæ mediocres non delicatæ. ff. de pig. act. si seruos. ff. de dam. infec. inter quos. §. fi. & l. sequen. Non autem quæritur si minores potuit facere. ff. mand. l. si quis alicui. §. impendia. ff. de procu. qui proprio. §. litis impendia. & veniunt expensæ quæ fiunt post litis contestationem ex officio iudicis, quæ verò ante iure actionis. ff. de ædili. edict. ædiles. §. item sciendum. §. 1. & si tempore sententiæ non sit condemnatus, vlterius peti non possunt: vt. C. de fruc. & lit. expen. l. 4. in fin. nisi in causa appellationis: vt. C. quando prouo. non est necess. l. fi. In hoc autem casu in quo loquitur hæc decret. incontinenti proposita exceptione condemnabitur excipiens ad expensas. tamen sub conditione, si in probatione defecerit. sic suprà, de procurat. auditis. & ita videtur sententia secundum hoc continere multiplicem iniquitatem, primò quia fertur sententia sine certa quantitate, quia non potest esse certa tempore datæ sententiæ, cùm nondum sunt factæ. C. de sen. quę sine cer. quanti. per totum. Sed respondemus hoc speciale in odium tam tardè proponentis exceptionem, vel dic posse ferri sententiam incertam, quando expensæ non veniunt principaliter, sed accessoriè, accedunt enim expensę præsumptæ malitiæ, imò dicimus quòd semper super expensis incerta potest ferri sententia talis, condemnamus talem tali ad expensas, quas fecit vel quas probauit se fecisse. C. de fruct. & lit. expen. terminato. suprà, de procurator. auditis. nam sic loquitur prædicta lex, quando si condemnauit, nam si tu velles prauè intelligere prædictam legem, scilicet, quòd non condemnauit in expensis, sed tantùm potestatem agendi de expensis parti seruasse, non posset huiusmodi intellectus sustineri, quia necesse esset quòd expensę tantùm officio iudicis petantur, vel iure actionis, sed officio iudicis peti non possunt: vt in. l. prælleg. terminato. quia iam terminato negotio secundum quod ibi loquitur, non habet locum tale officium iudicis. institut. de offic. iudic. §. præterea fructuum. suprà, de offi. iudic. c. fi. restat. quòd necesse sit peti eas iure actionis, sed nulla actio ad eas competit, nisi sit ad eas condemnatus, quia tunc non competit actio in factum in re iudicata. Et sic apparet, quòd. l. prælleg. terminato. loquitur, quando iudex expressè condemnauit partem ad expensas, licet incertas, & quod si iudex seruauit ei, quòd posset agere de expensis factis in lite, quòd nihil valet.

6 †Illud autem bene fatemur, quòd iudex post sententiam tota illa die suum officium exercere potest condemnando in expensis. ff. de re iudicata. Paulus. Alij tamen dicunt, quòd benè valet reseruatio expensarum, & sic intelligo. l. prælleg. & agetur ad illas condictione. ex. l. illa. Primum dictum magis placet. Vel dic, vt not. suprà, de procuratoribus. auditis. Secunda iniquitas est, quòd intromittit se de tractatu futuri temporis. Sed respondeo, vt suprà, de procuratoribus. Tertia iniquitas est, quia fertur sententia sub condictione, sed responde hoc non est contra ius. 2. quæstione. 6. biduum. & est ita statutum propter breuiandas lites. Quidam autem dicunt condemnationem hanc tantùm in fine litis fieri, quòd litera benè per omnia non patitur. Alij verò dicunt, quòd eo deficiente in probatione, & hoc est speciale secundum eos, quia etiam si aliàs obtineret in principali causa, & per alias exceptiones, tamen condemnabitur in expensis factis in illa exceptione.

CAPVT VI.

1 *Citatus etiam post terminum comparere debet ad hoc, vt dicat excusationem absentiæ.*

VM DILECTI. Contra eũdem hîc satis apertè patet, quòd in modum exceptionis agitur contra electũ, etiã si confirmationẽ, vel ordinẽ nõ petat, nã hîc nec electus, nec nũcij eius

eius cõfirmationẽ petebãt, quia cõfirmatus erat, nã aliter non nominaretur electus, nec ordinem, nec confirmationem iam adeptam petebat, quæ ipsi absenti præstari non poterant. Item dici non potest, quòd ageretur contra electum accusando, cùm per procuratores agatur, nec inquirendo, nec denunciando, sicut ex ipso contextu literæ euidenter apparet. Item non potest dici, quòd sint admissi ad proponenda hæc crimina, quasi prosequendo appellationem, quia ipsi non appellauerunt, nec electus suam appellationem fuit prosecutus (appellauerit) de appellatione quæ fit extra iudicium. not. supr. de maio. & obe. cùm dilectus. infr. de ap. cùm sit ro. & c. consuluit. & c. ad audientiam. & c. constitutis. & c. bonæ me. (responsalem) de hoc not. supr. de procur. quærelam. (Præsentare) hoc allegando dicit, vel tunc habet hîc locum, cùm aduersarium scit coram iudice permanere etiam maximè in causa electionis, vbi periculum est in mora: vt supr. de elect. cùm inter vniuersas. si enim nesciret eum coram iudice perseuerare, quare iret, nam si fuit legitimo impedimento detentus circunducitur peremptorium. ff. de iudi. l. & post. & sic frustra cogeretur circumducto peremptorio se fatigare laboribus & expensis, cùm ius reddat eum liberum. ff. si quis cau. l. 2. si autem legitimam excusationem non habebat, tunc similiter præcisè venire non tenetur, quia siue pòst veniat, siue non, semper tenetur ad expensas legitimas, vt hîc, & hoc sufficere debet, nec contra facit. l. illa inducit tamen. ff. de arbit. Celsus. cùm aliud sit in solutione, de qua ibi loquitur, quæ semper liberat debitorem. ff. de sol. si per me. & ad quod semper tenetur post terminum, aliud in comparendo coram iudice, à quo non liberetur si tempore nõ idoneo compareat, & etiam ad quod non tenetur. Alij tamen dicunt, quòd semper & etiam post terminum comparere debet ad minus, vt dicat excusationem absentiæ. arg. 4. q. 5. c. 1. & 5. q. 3. c. 1. & etiam vt litiget si aduersarium inuenerit: vt hîc (elapso) ff. de arbi. Celsus (& insidias) quamuis hoc sufficeret si citatus esset personaliter, non tamen valet quando citatus est per procuratorem, nec procuratores insidias timent, quod hîc apparet, quia si non timent nuncij, nec procuratores (moderatas) de hoc not. suprà, c. proxim. (tempore) not. expensas computandas à tempore citationis, & non tantùm à tempore contumaciæ.

CAPVT VII.

1 *Antequam quis fortiatur effectum confirmationis, examinari debet an electio sit canonica, vel non.*

2 *Potest contra aliquem criminaliter, vel ciuiliter agi post confirmationem & consecrationem.*

Differentia est inter eum, qui obijcit post confirmationem, & inter eum, qui ante confirmationem.

Confirmatio electionis facta cum solenni examinatione, an contra eum possit aliquid obijci.

3 *Non potest in viua voce appellare, quem cõstat fuisse contumacem.*

4 *Non licet, nisi de gratia contradicere confirmationi solenniter factæ, à qua non est appellatum.*

5 *Sententia super electione, in rem iudicatam non transit.*

VM OLIM. (Assereret) ff. de exhib. re. diuus. (impendi) non est trahendum ad consequentiam, cùm non debeat accedere ad apostolicam sedem, vel Metropolitanum electus, vel consecrandus, nisi habeat decretum subscriptionibus roboratum, & literas testimoniales. 61. distinctio. episcopus. hoc tamen ſàtis posset concedi illam confirmationem fieri cum debita solennitate, vel causæ cognitione, quæ fit prædicto modo, etiam cùm nullus citetur, cùm illi qui volunt aliquid obijcere parati debeant esse propter periculum, quod est in mora. argum. infrà, de appellat. oblatæ. Item quia terminum habent à iure intra quem debent habere episcopum consecratum: vt not. suprà, de elect. cùm in cunctis. & c. statuimus. & intra illum terminum, si vnus malitiosè alium præueniret, cassaretur quod fieret. argum. prælleg. decret. oblatæ. Papa autem posset hîc excusari: quia per falsas literas iste D. circumuenit eum.

1 †Canonicè) videtur quòd non deberet sic conducere, sed sic si inueniretis eum per falsas literas consecratum, imponatis sibi silentium, nihilominus faciatis eum pacifica possessione gaudere, cùm ex quo confirmatus est, talibus exceptionibus non obstantibus effectus

ctus confirmationis non sit impediendus. infr. de app. constitutis. 2. imò benè dicit, quòd clandestinè, vel obreptitiè obtinuit confirmationem, vt hîc. Et ideò antequam habeat effectum confirmationis examinari debet, an electio sit canonica, vel non: vt not. supr. de cau. poss. cùm olim. Vel potest dici, quod nunquam debuit habere possessionem rerum episcopatus, quia non constabat de confirmatione, cuius effectus est possessio rerum episcopatus: vt suprà, de elect. cùm in cūctis. sed tantùm de consecratione, nec consecrando confirmare videtur, cùm hoc non intenderit, & diuersi sint actus. ar. suprà, de elect. cùm inter vniuersas. in fi. sed si negaretur clandestinè, vel obrèptitiè facta consecratio, vel confirmatio nihil innouabitur quousq; de hoc constet, cùm ad hoc dicendum non admittatur quis, nisi ex officio iudicis, siue dicat confirmationem nullam, vel beneficium restitutionis in integrum petat, & si vtroq; istorum modorum agatur lite pendente, nihil innouari debet. ff. de iudic. si prætor. C. de in integrum restitutione. l. 1. infrà, vt lit. pendente. c. 1.

2 †Fatemur tamen, quòd post confirmationem & consecrationem potest contra aliquem agi & criminaliter, & ciuiliter super eo, quòd non sit canonicè institutus, vel per simoniam, vel quia omissa sit forma vel alio modo, nisi dum petebatur confirmatio, vel consecratio de eo, quòd modò obijcitur fuisset exceptum & iudicatum. suprà, de leg. cùm dilecti. vel etiam exceptum tantùm, & non obstante exceptione facta fuisset confirmatio, nam in his casibus fortè postea agi posset. C. de fide instru. l. fi. ar. C. de fal. ipse. Hîc tamen est differentia inter eum, qui post confirmationem obijcit, & eum qui ante confirmationē obijcit, quia qui ante confirmationem obijcit, nihil probare debet ea ratione, quia negantis factum, scilicet in electione non canonica, nulla est probatio, sed electionem canonicam esse probare debet: vt not. suprà, de postu. c. 1. vbi autem post confirmationem dicitur electionem minus canonicam, hoc probare debet. Nemo enim cogitur directè titulum suæ possessionis: vt not. de hoc suprà, de procurator. ex insinuatione. Vel dic vt not. infr. de accu. c super. fi autem crimen obijciatur siue ante confirmationem, siue post, semper qui obijcit probare debet, nisi iudex ex officio suo velit inquirere. de hoc not. supr. de postu. c. 1. quare non simul audiuntur causæ omnium trium, scilicet, D. F. & G. hoc quòd supr. in hac glos. dicitur, videtur quòd etiam, scilicet post confirmationem & electionem iterum potest dici contra confirmationem & electionem, & de forma electionis & de delicto personæ locum habet, quando confirmatio data est sine causæ cognitione, & idem videtur etiā si sine vlla inquisitione, vel cognitione data sit, sicut est, quando idem elector & confirmator, & hoc probatur suprà, de elect. quòd sicut. infrà, de appel. & c. constitutis. & c. constitutus. & in his casibus, si apparuerit electionem minus canonicè factam cassabit electionem.

Item si inuenerit cōfirmationem non ritè factam pura, quia confirmator noluit admittere contradictores, vel legitimas exceptiones. vel quia electione non examinatam confirmauit, siue appellatum fuerit, siue non, cassabit confirmationem. argu. infrà, de app. constitutis. c. constitutus. Si verò confirmatio quantum ad oppositionem iudicij fuerit ritè facta, sed electio non, sed tamen confirmatori non innotuit tota veritas, tunc dicunt quidam, quòd eodem modo irritanda est confirmatio, quia inspecta veritate mala fuit, licet iudex benè processerit. C. de appel. eos. infr. de fide instr. cùm Ioannes. infrà, de priui. cùm olim. 2. in fin.

Sed certè quicquid dicant hoc videtur habere locum, vbi fuit appellatum, quia propter remedium appellationis irritatur quòd factum est, vt in eisdem iuribus apparet, sed vbi non est appellatum quomodo irritabitur quòd legitimè factum est non videtur benè, sed tamen non reuocarem sine maturiori consilio, quòd sic factum est, sed vbi inueniet superior electionem minus canonicam præcessisse, & confirmationem sine examinatione secutam fuisse, melius dicet, si sic dicat, quia confirmatio per errorem fuit obtenta, eam reuoco, & quia electionem inueni minus canonicam eam casso. argum. ff. de re iudi. quod iussit. C. commi. & program. interlocu. l. sequen. C. si per vim. l. fin.

☞ †Si autē electiōis cōfirmatio fieret cū solenni examinatione, puta partibus constitutis in iudicio & lite contesta. suprà, de elect. dudum. eccle. Roma. & sententia tali modo lata, scilicet confirmo electionem, & tunc decætero nullus admittetur, neq; contra electionem, neq; contra confirmationem, à quo non est appellatum ad hoc, vt ipsa cassetur nec propter formam, nec propter crimen, quia sententia transiuit in rem iudicatam. C. commi. progr. l. 3. Non negamus, quin possit procedi contra hunc confirmatum, & propter crimen quod ante electionem commiserat, & etiam propter defectum formæ, vt quidam dicunt, non ad electionem vel confirmationem cassandum, sed ad hoc, vt deponatur vel suspendatur, vel alia pœna imponatur, sed pluribus alijs videtur contra, & melius etiam, quòd de præmissis non possit accusari post confirmationem solenniter obtentam, quia transit in rem iudicatam, vt dictum est, vt aliquis sit litium finis. C. de fi. instru. l. vltim. ad fin. & idem videtur dicendum, etiam si partes non fuerint in processu confirmationis, nec lit. contestat. facta fuerit. Sed tamen solenniter præcesserit confirmator inquirendo de forma electionis in loco, vbi facta est electio, & de scientia & de moribus & vita electi in loco, vbi conuersatus est. suprà, de elect. scriptum. nam in hoc casu credimus sententiam confirmationis transire in rem iudicatam, nisi fortè de obreptione proponeretur, nisi fortè ex prouisione & de gratia, & non de mero iure audiretur, non tamen multo tempore post confirmationem. supr. de elec. cùm dilecti. (Alioquin) si prędictus D. non esset canonicè electus.

3 †Citatus) sic referebant iudices, vel pars F. & G. scilicet quod contumaciter abfuerat D. sed non constabat, quia si cōstaret eum fuisse contumacem, sic non posset appellare viua voce. ff. de in integ. restitut. diuus. ita nec eius itineris arreptio vim appellationis obtinet, & hoc iustificat sententiam eo absente latam. suprà, vt lite non contestata. quoniam. nec fuit necesse, quod aliqua sententia ferretur contra hunc D. cùm de facto in eadem ecclesia, de qua agitur, nihil possideat, nec etiam de iure. Item quia nec ipse agebat contra alios electos, nec alij contra eum, nec se eis opponebat.

4 †Confirmare) huic facto G. acquiuit vel ad minus non cōtradixit, nec postea eum inuenimus prosecutum huiusmodi negotium, quamuis sola testimonia non sufficerent, vbi de plurium agitur electionibus, hæc autem ideò sufficiunt, quia ambo electi inter quos erat contentio videntur his esse contenti, sed D. etiam huic affirmationi se opponere non posset, nisi appellasset, quia confirmationi solenniter factæ, à qua non est appellatum contradicere non licet, nisi de gratia, quia confirmatio sententia est, & vim & formam sententiæ tenet, & ideò transit in rem iudicatam, ex quo non est appellatum (literas) quæ non valuerunt, cùm de præmissis literis & eorum quæ in eis continebantur, non facerent mentionem. suprà, eodem c. 2. (Misericorditer) quia vera fuit misericordia, quia ex quo alius legitimè confirmatus fuit, non erat vlterius audiendus, nisi prosequendo appellationem, de qua Papa erat incertus. (Inuentus) q. d. citatus tertiò contumax fuit, ideò proceditur contra eum etiam si non inueniatur (termino) vnius anni sibi dato, cùm aliàs semper deberet expectari, si contumax non esset. ar. à contrario sensu. supr. vt lite non contest. c. quoniam, §. porrò. & §. seq.

Sed dices quare datur annus cùm in decre. præalleg. non dentur, nisi sex menses? Respon. ibi agebatur de electione non confirmata & episcopo non consecrato, hîc verò loquimur de iam consecrato, & hoc est speciale propter reuerentiam consecrationis. Vel dic, hoc esse speciale propter consecrationem, quia iterum tractatur de eius iure post sententiam iustè latam, & quod expectatur per annum, & sic etiam hoc ex abundanti, vt auferretur omnis exceptio ipsi D. qui dicebat & dicere poterat per itineris arreptionem appellasse, quod tamen non constabat, non enim esset bonum, imò pessimum, quòd si de iure esset episcopus, quod alius in locum eius intraret. 3. quæst. 7. hoc quippe. & infrà, de concess. præbend. c. 1.

5 †Et est hîc ar. quòd sententia super electione, non transit in rem iudicatam, simile in matrimonio carnali. inf. de sen. & re iudi. consanguinei. & c. tenor. Alij dicūt & melius, quòd si verum esset quod D. dicebat, scilicet quod iter arripuerit ad se app. veniendi, iniquus erat processus iudicum. infrà, de app. suggestum. & c.

memi-

meminimus.& ideò de iure eſt, quod iterum inquiratur de eo, & ſi inuentum fuerit reuocetur proceſſus.ſup.de offi. deleg. cum cauſa.

☞ † Sed oppones quare ergò ad eoſdem remittitur negotium? Reſpon.non remittitur, ſed hoc ius commune eſt, ſi quis intra annum non proſequitur appellationem,primus iudex poteſt proſequi appellationem,vt not.ſup.de offi. deleg.paſtoralis.§.præterea.vel melius propter præſumptiones, quæ erant contra eundem D. hoc ſpeciale factum fuit contra ius, hodie autem dicunt quidam hoc, quod dicimus de arreptione itineris,eſſe correctũ,vt not.infr. de app.vt debitus.Verbo) quia non dixit ego appello,ſed dixit, vel pro certo habebatur,quod ad ſedem apoſtolicam veniebat vt de proceſſu contra ſe habito cõquereretur,nec hoc ſufficit ſi copiam iudicis,à quo vult appellare poteſt habere intra decem dies ex quo ſcit contra ſe habitum proceſſum, coram eo enim appellare tenetur.2. q. 6. ſi quis ipſius.& §.biduum.

CAPVT VIII.

1 *Excõmunicatus, neq; adminiſtrare, neq; alienare res eccleſiæ poteſt.*
Excommunicatus an poſſit res ſuas alienare, & cum alijs contrahere, & an talis contractus cum excommunicatis valeat.
2 *Reus excommunicatus poteſt conſtituere procuratorem.*
Prælati excommunicati an & quando ratione ſui officij aliquid ſpirituale facere poſſint.
3 *Excommunicatione pendente ſuſpenditur effectus debiti.*
Excommunicatus ſi expolietur in excommunicatione,an poſt abſolutionem poſſit agere interdicto vnde vi.
4 *Debemus apoſtatis de omnibus iuribus ſuis reſpondere.*

VERITATIS. (Canonicis) & quia volebat canonicis eũ accuſantibus reſpõdere ordine iudiciario ſeruato,ideò dominus Papa ne de ſua contumacia commodum reportaret, mandat contra ipſum procedi in modum inquiſitionis. Audientiam) in modum inquiſitionis, aliàs non liceret contra eum recipere teſtes lite non conteſtata. c. vt ſuprà, vt lit. non conteſt. quoniam fre. Alij dicunt, quòd ſemper contra quemlibet prælatum & etiam clericum contumacem ad depoſitionem concedetur lite non conteſtata, vt hîc, & infrà, de cle.non re.in ec. vel præ.ex tuc. ſecundum l. autem ſecùs. ff. de pœn. abſente. Depoſitionis) not. quod non fert hic ſententiam ſuper crimine, ſed tantùm deponit eum (inhibitionem) infrà, de no. ope. nun. cùm ex iniuncto. infrà, de deſp.impu.ad diſſoluendum. ſuprà, de in integ.reſti. cùm veniſſent.

1 † Excommunicationem)excommunicatus enim cùm ſuſpenſus ſit, & adminiſtrare non poſſit, alienare res eccleſiæ non poteſt, quod intelligendum videtur de nominatim excommunicatis & publicè.arg.infr.de ſen.& re iud.ad probandum. Idem etiam ſi non nominatim ſed tantûm per ſententiam vel canonem, in qua certum eſt eum incidiſſe.infrà,de exceſ. præla. c. fin. Item res ſuas vendere, donare, & alias emere poteſt, id eſt, teneret contractus ſi faciat. 11. quæſt. 3. quoniam mul.in fin. & expreſsius infrà, de ſen. exc. ſi verè. vbi dicitur, quòd etiam nouos contractus cum eis inire licet, & fortè conſtituat procuratorem ad negotia, oritur inter eos actio mandati, non enim inuenimus huiuſmodi contractus cenſeri nullos à iure.

2 † In iudicijs autem admittendus non eſt, quando eſt actor excommunicatus, infrà, de ſen.exc.per tuas.infrà, de ſen. & re iudi. ad probandum. infrà, de proba. poſt ceſsionem.ſi. C.de hære.l. pe.imò & ſi in iudicio conſtituitur,quando excommunicatus eſt reus oritur obligatio quòd apparet, quia reus excommunicatus conſtituit procuratorem.ſup.de iudic.intelleximus. ſed exceptione actor remouetur.de hoc not.ſupr. de procur.conſul. nec in ſpiritualibus valet, quod fit ab excommunicatis.infr.de app.conſtitutis.1. ſed in his ſpiritualibus valent, quæ facti ſunt tantùm.q.d.non quæ iuris. arg. infr. de præb. pro illorum.ſup.de reſcri. capitulum.Dicunt tamen aliqui & fortè non malè, quòd ſi aliqui prælati ſunt excommunicati, & ratione ſui officij facerent aliquod ſpirituale,puta quia prouiderent alicui eccleſiæ de prælatura vel canonicatu, vel confirmarent alicuius electionem,quod benè valet,quod fit ab eis quãdiu tolerantur.8.q.4.nõnne.6. q. 4.c.1. & 2.niſi fortè eſſet notorium, vel aliàs probari poſſet, quòd eſſent publicè excommunicati,quia tũc hæc ſpiritualia vel etiam alia ab eis recipere non debent, ſed cum ſuperiore agere & ab eo appellare.

art.

art.ff.de mino.ait prætor. §. permittitur. Nec contradicit decr. conſtitutis,quia ibi non ratione publici officij eligebant, ſed ſpeciale ius proſequebantur, quod quilibet habet ratione ſui canonicatus vel ſpecialis fraternitatis, vel ibi vt excommunicati fecerunt ratione publici officij,quòd non habebant, quia publicum officium eligendi in non excommunicatos tantùm reciderat, & dicimus generaliter quòd contractus initi cum excommunicato, non ſolùm ignoranter,ſed etiam ſcienter & durante excommunicatione tenerent,& ex eis agitur contra excommunicatos, ſi conueniantur etiam durante excommunicatione, ipſe autem excommunicatus licet & agere non poſſet durante excommunicatione, tamen poſt abſolutionem poterit agere de contractu inito,& dum erat excommunicatus,obligatur enim alijs & obligat ſibi alios, dum ſint excommunicati.11.q.3.quoniam multi.in fi.inf.de ſen.excom.ſi verè.&tempore excommunicationis durant obligationes licet agi non poſſet, ex eis dum ſunt excommunicati.inf.de excep.cum inter. inf.de ſen.exc.per tuas.

3 † Item pendente excommunicatione,ſuſpenditur effectus debiti puta fidelitatis, & videtur quòd iuramento fidelitatis aſtricti ſunt abſoluti à iuramento.15. q.1.nos.& c.iuratos.ar.contra.11.q.3.iul. ſed ibi potius narrat factum,quàm ius: vt ex eodem.c.colligi poteſt, ſed poſt abſolutionem benè agerent excommunicati de contractu excommunicatione inito rationibus prædictis, quia contractus tenet, licet excommunicatus agere non

☞ poſsit. † Item ſi exiſtens in excommunicatione expolietur,poſt abſolutionẽ aget interdicto vnde vi, quia non licet alicui excommunicato ſua auferre, & ſi quis cũ iuramento, vel ſine iuramento promiſit aliquid alij excommunicato dari, conſulimus ei quod det, nam hoc iuramentum vel promiſsio abſq; interitu ſalutis ſeruari poteſt,inf.de iureiuran.ſi verò,maximè ſi alij ſeruari debet.

☞ † Sed dices non poteſt ſeruari ſine peccato, cùm ego ei in nullo communicare debeam.11.q.3. cum excommunicatis. & ſi communico, pecco mortaliter. ſup.de his quæ vi met. cauſa fiunt. ſacris. Sed reſpondemus,cùm licitum ſit ab eis emere, vendere & contrahere pro vtilitate noſtra vel neceſsitate. infrà, de ſen. excom. ſi verè. & c. inter alia. & etiam ex pietate aliquid poteſt dari excommunicato. 11.quæſt. 3. quoniam multi. in fi. & per conſequens ea facere, quæ in contractibus conueniunt, & quia aliter ſequeretur, quòd eccleſia machinaretur fraudes, vel mendacium quod eſſet abſurdum. 22. quæſt. 2. cùm humilitatis. & c. 1. & c. nec artificioſo. quia nec videtur fuiſſe intentio condentis canonem quod alius puniretur quàm excommunicatus.

4 † Item ſi ſeruiens tenetur ei ſeruire vt promiſit.11.q.3. quoniam mul. quare eadem ratione debita non ſolet, & ad hoc benè faciet.11.q.3. Iulianus. & c. Imperatores. vbi ſatis innuitur, quòd apoſtatis debemus de omnibus iuribus ſuis reſpondere, nam poſſunt comprehendi ſub patrefamiliâs. argum. infrà,de ſen. excom. muni. ſi verè.nec eſt reuocata ratio prædictorum per c. 15.quæſt. 6.nos.& c. iuratos. quia illa.c. ſpecialiter loquuntur in abſolutione & fidelitate, & iuramento fidelitatis, vel idcircò ſpecialiter ſtatuitur & reuocatur canon.iu.quia valde magnum fomentum excommunicationis, & excommunicatorum erat, quando ſe videbant concomitandos magna caterua vaſallorum. Vel dic, quod ſicut ibi factum fuit, propter multam malitiam excommunicati, & modò fieri poteſt, ſed niſi ſententialiter abſoluantur ipſo iure, abſoluti non ſunt, hîc tamen fatemur, quod non eſt cum eis communicandum, nec contrahendum, ſi ſuperiores inde fierent, vel ſi apud illos æquè benè, vel etiam aliquantulum minus contrahere poſſent, plus dicimus, quod ex quo inquiſitio fit contra aliquem ex tunc nõ licet ſibi alienare.inf.de accu.c.fi.vbi not.

CAPVT IX.

1 *Non poteſt quis abſq; bona fide beneficium poſsidere.*
Bona fide poſsidere quis dicatur.
2 *In actione de beneficio obtinendo non eſt faciendamiſsio in poſſeſsionem.*

CONTINGIT.(Potentiam) nunquid ſi expellat eum, competit ei interdictũ vnde vi, arg. quod non.ff. vti poſsi. ſi duo. §. creditores. infrà, de ſequeſtr. poſ. ad hoc contrarium tamen credimus.ar. C. de præto.pigl.vlti. Numerus contra hunc plura prodita ſunt auxilia. Primum, quod præſtet cautionem iudicio ſiſti. ſuprà, c. 1. Et

Si ſecun-

secundum quòd condemnetur in expensis. inf. de sequest. pos. ad hoc. Tertium ad interesse. ff. vti possi. si duo. §. vltim. ff. ne vis fiat ei qui in pos. indu. l. 1. in prin. Quartum manus militaris. ff. ne vis fi. ei qui in pos. indu. si quis missus. Quintum beneficium huius constitutionis. Sextum ex constitutione. suprà, vt lit. non contestat. quoniam. in fin. Septimum est vt in pos. leg. is cuius. §. missus.

1 †Sed nunquid idem est si clericus de beneficijs ecclesiasticis agat. Vel de aliis spiritualibus. argumen. quòd non, quia non est sufficiens titulus præscriptio. sed necessaria est legitima electio, vel ordinatio. 62. distinct. c. 1. & 2. quæst. 1. legum. Nec est contra, infrà, de iure patronat. cura. quia ibi non præscribitur ecclesia, vt beneficium, sed vt proprietas, quod esse potest, infrà, de præscriptio. auditis. supra, de in integrum restitutio. auditis. tamen dices, ad quid prodest secundum decretum in beneficijs, cùm nullus posset possidere sine bona fide, & hic non posset habere bonam fidem qui conscientiam haberet rei alienæ, infrà, de præscript. quoniam. respondemus, videlicet vt fructibus vtatur.

☞ †Item potest dici eum possidere bona fide, quia sic credit vel quia authore prætore possidet ex secundo decre. & sic præscribet, vt nihil ei obijci possit per aduersarium, semper tamen si habet conscientiam rei alienæ quandocunq; habuerit non confidat, quòd ratione huius missionis possit retinere beneficium. Sed videtur hanc quæstionem non de facili posse sic procedere, nam aut ille, qui agit super beneficio est confirmatus aut non, si est confirmatus, solùm officium iudicis implorare potest, vt confirmetur, & si illi contra quos agit de hoc, & qui sibi se opponunt, contumaces sint, nunquam fiet missio in poss. causa custodiæ, nam ante confirmationem non potest suum beneficium ministrare. suprà, de elect. qualiter. Ergò multofortius non competit ei actio ad beneficium, vel res beneficij petendas, nec est hîc necessaria missio in possessionem, cùm lite non contestata procedi possit. suprà, vt lite non contest. quoniam. si autem est confirmatus, non debet petere ius, quod habet in beneficio, quia illud habet, nec amisit, cùm iura inseparabilia sint, sed debet petere, vt pacifica possessione gaudeat. infrà, de appellat. constitutis. & petat res ad beneficium pertinentes. Item & tunc contra contumacem datur missio in pos. sicut in alijs realibus. ff. ex quib. cau. in poss. eatur. l. Fulcinius. §. item videamus. Sed in hoc vltimo casu non multum procedit beneficium, quia potest esse, quòd nullam certam rem petit, sed beneficium, sicut alij canonici & locum in choro etc. huiusmodi, vnde in hoc satis videtur, quòd licitè fit missio in possessionem, & etiam secundum decretum huic dabitur, sed tamen iudex primò summatim cognoscat. suprà, vt lit. non contest. quoniam. §. pe. & licet aliàs sufficiat pro summaria cognitione, vt suprà, vt lit. non contestat. quoniam. §. penul. iuramentum calumniæ hîc aliquantulum maiores probationes requiret.

2 †Hodie tamen statutum est, quòd cùm agitur de beneficio obtinendo, quòd non est facienda missio in possessionem. infrà, titul. proxi. c. fin. vbi not. & exhac ratione, scilicet quia. l. ista Fulcinius dicit generaliter in natione in rem fieri missionem in pos. rei petitæ. Dicendum videtur, quòd si episcopus petat ius episcopale in aliqua ecclesia, vel aliquid aliud incorporale, quòd reo contumace existente dabitur missio in pos. causa custodiæ illius ecclesiæ & exercitium iurium, scilicet vt possit iniungere pœnitentias, vngere infirmos & iurisdictionem, & iura episcopalia exercere. Non obest obiectio, ergò aliquis qui nunquam habuit curam, habebit exercitium. Ad quod respondemus potest esse, sed hoc est propter ignorantiam possessoris, nam hæc est eadem argumentatio, est in sententia diffinitiua, quæ non tribuit ei coram, pro quo datur sententia, nisi de iure haberet. ff. de condic. indeb. l. Iulianus. & infrà, de sen. & re iudi. cùm inter vos. & tamen exercitium haberet. Item hocidem poterat si simpliciter nomine suo mittatur in poss. ex secundo decreto prælationis suæ. Vel dic, vt not. infrà, titul. proxi. c. 1. Constituatur hæc decre. potest loqui in personali actione, & secundum hoc propriè ponitur hoc verbum constituatur, quia post annum ex secundo decre. constituetur possessor, sicut si etiam permansisset in custodia necessarium est secundum decretum, vel potest loqui in reali, & secundum hoc illud verbum constituatur ponitur impropriè, vt sit sensus quasi decernatur verus possessor, quia sicut non esset sibi necessarium secundum decretum, si semper in possessione permansisset, sed solo lapsu temporis fit verus possessor, sic, & si propter potentiam, vel dolum aduersarij non potuit nanciscì possessionem.

2 *Actori conquerenti de aliquo auferente, vel turbante iura & seruitutes, qualiter consulatur.*
Decretum secundum an sit necessarium post lapsum anni, ad hoc vt perturbatus fiat verus possessor.
3 *Quacasu quis mittatur in possessionem nominum.*
Missio in possessione spiritualium non venit in actione personali, vbi agitur temporalibus, secùs si ageretur pro spiritualibus.
4 *Spiritualia æstimationem non recipiunt.*
5 *Primum decretum qualiter fiat.*

CAPVT X.

VENERABILIS. (Ac in prouincia) quamuis causa hæc tangat prouinciales nō tamen necesse est eos citari, sed nec eis præiudicat secundum quosdam. ff. de lib. cau. si pariter. C. res inter alios act. ne præ. per totum. Hoc non placet, imò benè præiudicat, de hoc not. suprà, de arbit. cum tempore. suprà, de ma. & obe. inter. & c. vltim. suprà, de dila. exposuit. & infrà, de sen. & re iudic. cùm super. & c. pe. Archidiacono) citatio horum iudicum non est necessaria, si hæ literæ peruenerunt ad archiepiscopum, ideò ista mandat fieri, posset esse, quia quòd hæ literæ ad archiepiscopum peruenire non possent.

CAPVT XI.

AVCTOR QVI CAVERIT IVDICI. suprà, de offi. deleg. pastoralis. 3. quæstio. 3. spatium. tamen & si non esset, qui reciperet, nihil esset sibi impetrandum. ff. de leg. 1. si fundum. §. de appellat. ex ratione. Hæc cautio hîc de nouo introducitur, licet enim aliæ pœnæ per antiqua iura huic decipienti aduersarium imponantur, scilicet, quòd punitur in expensis. C. quomodo & quando iudic. Authent. qui semel. & hic, sed quòd hanc cautionem præstaret nullo iure cauebitur, & credimus sufficere verbalem cautionem cum pœna.

TITVLVS XV.

DE EO QVI MITTITVR IN POSSESSIONEM causa rei seruandæ.

CAPVT I.

1 *Secundum decretum dandum est partibus etiam præsentibus.*
Agens interdicto vnde vi in rem, potest mitti in possessionem causa rei seruandæ.

CONSTITVTIS. (Possessione) fortè petebat restitui in possessionem eiusdem ecclesiæ, agendo possessorio ex interdicto vnde vi, vnde est notandum, quòd in interdictis in rem scriptis, fit missio in possessionem causa rei seruandæ, sic, vt hîc videtur fuisse factum, & super hac possessione causa data rei seruandæ reuocanda, modò hîc age-
1 batur. †Et ex hac decret. patet, quòd partibus præsentibus etiam secundum decret. est dandum, quod satis dici potest cùm pars contra quam dari petitur, multa possit dicere, & iura sua allegare. Item non est ferre sententiam, nisi in confessum, vel conuictum. 2. quæst. 1. nos. Item iudicantem oportet etc. 30. quæst. 5. iudicantem. & melius ad hoc facit. C. quomodo & quãdo iud. ea quæ. Vel dic, quòd hîc non petebatur secundum decre. quod non erat necessarium, quia solus lapsus anni sufficiebat: vt no. suprà, tit. proxim. contingit. seu aduersarius petebat sibi restitui possessionem, non obstante lapsu anni, cùm non fuit in mora, melius dicitur, quia sic super possessione agebatur, quia vna pars petebat eam reuocari, & alia petebat eam confirmari.

2 †Ecclesiæ) quæritur qualiter consulatur actori conquerenti de aliquo auferente, vel turbante iura & seruitutes, & non permittenti vti eis, nec etiam comparente ad respondendum. Et primò quidem excommunicari potest. suprà, vt lit. non contestata. tuæ. & c. quoniam. potest etiam indici mulcta. ff. si quis ius dic. non obtem. l. 1. potest etiam taxari interesse, secundum quòd exigit natura interdicti vel actionis, de qua agitur & fiet missio in possessione secundum mensuram debiti declarati, ad instar alterius personalis actionis. Authent. de exhib. re. sed melius iudex quod aget confessoria mit-

ria mittet in poſſeſsione ſeruitutis, vel alterius iuris petiti actorem, & erit verus poſſeſſor, non cauſa cuſtodiæ, & prohibebit reo, ne turbet ipſum actorem vti ſeruitute illa, quamdiu de iure ſuo probet & præcipit ei, quòd ſuper hoc ipſe caueat, & faciat interim quaſi poſſeſsione pacifica ſeruitutis, vel alterius iuris petiti gaudere poſſeſſorem. ff. de no. oper. nunc ſi priuſquàm. ff. ſi ſer. ven. l. is cuius fami. ff. de vſufruct. cuiuſq; ff. de opt. leg. §. mancipiorum. ff. de inge. ma. diffamare. C. de re. pig. ſi eo. ff. de vſufruct. vſusfructus. ff. vt in poſſeſ. leg. l. ſi pecuniæ. §. 1. & l. ſi inutiles. & de collat. bo. l. 1. §. penult. Si autem agitur negatoria, non fit miſsio in poſſeſsionem, quia non poteſt, ſed cauebit de non moleſtando, vt in prædictis iuribus, hîc eodem modo agatur ſiue conſulitur, ſiue agatur interdicto vti poſſidetis, ſiue interdicto vnde vi, pro incorporalibus, ſiue quocunq; alio modo agatur, pro corporalibus, vt prædicta iura ſonant. & infrà, de ſequeſt. poſſ. c. 1. licet enim agens interdicto vti poſsidetis, non poſsit mitti in poſſeſsionem, cùm dicat ſe poſsidere, tamen præcipietur reo, quòd non impediat authorem quouſq; de iure ſuo probet : vt in præalleg. l. ſi prius. ff. de iti. actuq; pri. l. ſi pro via. & l. 1. 2. & 3. ſententia diffinitiua non feretur, cùm non ſit lis conteſtata. ſuprà, vt lite nõ conteſt. quoniam. 1. reſp. eſt autem hoc verum, ſiue petatur eccleſia ratione iuris epiſcopalis, quod epiſcopus in ea habet, ſiue iure parochialis, quod archipresbyteri in ea habent: nam eccleſia cùm non poſsit eſſe in alicuius dominio vel poſſeſsione. ff. de rei vendicatione. in rem. 1. reſpon. & §. 1. & inſtitut. de rer. diui. §. nullus. non poteſt de ea agi, niſi ratione iuris, quod in ea habetur. ff. de contrahend. empt. qui tabernas, & ff. de mino. l. penultim. & ratione iuris proceditur prædictis modis.

Et dicunt quidam & fortè benè, quòd antequam de ſuperio. poſſeſsionem quæ eſt ita grauiter præiudicialis, quod incipiet ab excommunicatione, vel ſequeſtratione, vel miſsione in poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ. argumen. ſuprà, de dolo. c. 2. Nec obſt. l. præalleg. ſi prius, vbi dicitur quòd non ſunt aliæ iudicis partes niſi vt procedatur priori modo quia non remouet, quin procedatur minoribus modis ſine pœnis, ſed hoc vult dicere, quòd ad diffinitiuam ſententiam procedere non poteſt, & ſi intra annum venerit reſtitutis expenſis, & præſtita cautione, recuperabit poſſeſsionem prædictam, vel relaxabitur mandatum factum de non moleſtando, & cautio ſuper hoc præſtita. Propriè autem dicitur fieri hæc miſsio & reuocari, quia ſic ut pro incorporalibus damus interdicta quaſi poſsidetis. ff. de ſer. quoties. & not. ſuprà, de elect. quærelam. ſuprà, de cauſ. poſ. cùm eccleſiæ. & ita etiam fieri poteſt miſsio in poſſeſsionem, vt hîc. & inf. de ſequeſtr. poſ. c. 2. ſup. de dolo. c. 1. ſup. vt lite non conteſtata. accedens. & ſi intra annum non venerit, extunc poterit iudex decernere actori quaſi poſſeſsionem veram dicti iuris, & vlterius non reuocabitur mandatum factum, niſi reus probauerit de iure ſuo, non tamen ſine decreto ſecundario hoc ius habebit. Alij dicunt, quòd ſtatim ſit verus poſſeſſor lapſu anni ſine ſecundo decreto, ſicut & in reali actione legitur, & not. ſuprà, vt lite non conteſtata. §. in alijs. & hoc ſatis innuit hæc decre. Alij autem dicunt corpora eccleſiarum poſsideri ab epiſcopis vel capitulis, vel prælatis earum, & ſic fiet miſsio in poſſeſ. corporalium eccleſiarum, ſed iurium nõ. Alij dixerunt, vt not. ſupr. titu. proxi. contingit. in fin.

3 † Si autem quiſquam in perſonali actione mittendus ſit in poſſeſsionem cauſa cuſtodiæ, & non inueniantur res corporales in quarum poſſeſsionem mitti poſsit, mittetur in poſſeſsionem nominum, ita quòd poſsit exigere debita, & vero creditori denegabuntur actiones. ff. vt in poſſeſ. lega. l. ſi inutiles. cùm tamen ſi intra annum, vel ſecundum alios quandocunq; obtulerit cautionem ſiſtendi iuri, recuperabit collecta ab eo, qui miſſus eſt in poſſeſsionẽ, exinde agit vt prius. ff. de collat. bo. l. 1. §. iubet. & per ſimile. eodem modo dicendum eſt fieri miſsionem in poſſeſsionem aliorum incorporalium tam temporalium, quòd etiam ſpiritualium cum authore iudice hoc fiat. argumen. ff. de acquirend. poſſeſsionib. iuſtè. Quamuis alij dicant contra, quando interdicto vnde vi, vel actione exempto agitur, vel alia perſonali actione, vel miſsio fuit pro menſura debiti declarati. Competens eſt, quòd fiat primò miſsio in poſſeſsionem illius rei de qua agitur, & ratione intereſſe aliquid deeſt, vel plus debetur tunc ſupplea-

pleatur, & vſq; ad ſupplementum, cùm fiet miſsio in poſſeſsione aliarum rerum, ſed licet hoc ſit congruum, ex cauſa tamen etſi videatur iudici aliud fieri poteſt.

4 † Item dicimus, quòd ſi agatur perſonalibus actionibus pro temporalibus, non eſt procedendum ad miſsionem in poſſeſsionem ſpiritualium pro menſura debiti declarati. Et hoc duplici ratione. Prima eſt, quia ſpiritualia æſtimationem non recipiunt, & ideò commenſurari debito non poſſunt. Secunda ratio eſt, quia cum eis permutari non poſſunt. infr. de re. permutat. ad quæſtiones. ſed ſi ageretur perſonali actione pro ſpiritualibus, puta ex permutatione, vel donatione rerum ſpiritualium, tunc bẽnè in alijs rebus ſpiritualibus crederemus fieri miſsionem, & etiam fortè in tẽporalibus, & maximè in ſpiritualibus quibus ſunt annexæ temporales præſtationes. (Voluntatem) non tamen adeò ſtudioſam, vt debuit. ſuprà, de offi. ordi. paſtoralis. in fi. Et vos) & ita habes hîc cautionem præſtandam aduerſario, & ſi aduerſarius non eſt præſens, ſufficit ſi iudici præſtetur, vel coram alijs publicis perſonis præſtetur, ſuprà, de offic. ordin. paſtoralis. 3. quæſtio. 3. §. ſpatium. & ſi non eſſet, qui reciperet, non imputaretur ei. arg. ff. de leg. 1. ſi fundum. §. ſi Titio. aliàs eſt l. antepenulti. de appel. ex ratione. infrà eodem, cùm ſicut. Poſſeſsionem) etiam ſine ſecundo decret. imò à principio, ſicut poſt annum, licet diuerſimodè eſt poſſeſſor. vt not. ſuprà, vt lite non conteſtata. quoniam decretum. idem eſt quod iuſſus. ff. de dam. infe. l. 4. §. 1. & §. duas. & l. ſi finita. §. Iul.

5 † Et dicunt quidam ſic fieri primum decretum, decerno hunc præſentem mittendum in poſſeſsionẽ talis rei exigente contumacia aduerſarij eius, ſed non videtur quod benè dicant iſti, quia per hæc verba potius videtur ferre ſententiam contra ſe, vel ſibi legem dicere quàm contra alium. Præterea nihil aliud videtur dictum, decerno talem mittendum in poſſeſsionem, quàm ſi diceret, quòd talis de iure mittendus eſt. Alij dicunt, ſic mitto talem in poſſeſsionem rei cauſa cuſtodiæ, ſed certè iſte falſum dicere videtur, niſi actualiter mittat. Nobis videtur, quòd melius ſic fiant hæc decr. primum ſic, decerno vel conſtituo te, vel iubeo te eſſe verum poſſeſſorem talis rei cauſa cuſtodiæ, & poſtea actualiter mittet in poſſeſsionem corporalem per miniſtrum, ſed & ſi non mitteretur, tunc hoc iure conſequeretur, quo elapſo anno eodem modo conſtitueretur verus poſſeſſor, ac ſi in poſſeſsionem miſſus eſſet. Et eodem modo ſecundum decretum ſic fiet, conſtituo vel decerno, vel iubeo te eſſe verum poſſeſſorem talis rei, & iſte licet non poſsideat in veritate, tamen iura poſſeſsionis habebit, puta quia fructus illius poſſeſsionis eius erunt. ff. de acquiren. re. do. bonæ fidei. & præſcribet ac ſi poſsideret, vel primũ decretum ſic fiat, iubeo tali abſenti & contumaci, vel pro contumaci habito, vel condemno eum, videlicet talem recipiant ſecum in poſſeſsionem talem, cauſa cuſtodiæ, ſecundum autem decretum ſic: iubeo tali contumaci, vel condemno eum, vt ibi tradat poſſeſsionem talis rei, & ſi noluerit obedire, manu militari auferetur ſibi poſſeſsio, & miſsio corporaliter ſibi aſsignabitur. ff. de rei vẽdicatione. qui reſtituere. ff. ne vis fi. ei. ſicut miſſus.

CAPVT II.

VM SICVT. (Et offerens) hæc oblatio cautionis facta coram archi. valet ad interrumpendam præſcriptionem, ſicut ſi fieret coràm alia publica perſona. ſupr. de offi. ord. paſto. ſed cautionem tanquam iudex recipere non poſſet, niſi vbi eſſent omnes quorum intererat. ſup. de offic. deleg. prudentia. (ſteterit) puta quia idoneam perſonam habere non potuit coram qua caueret.

CAPVT III.

1 *Reſtores marchiæ ſemper cognoſcunt de appellationibus ad ſedẽ apoſtolicã emiſſis.*

2 *Quicquid fit poſt appellationem legitimam reuocatur.*

VM VENISSENT. (Secundum ius tantùm.) & malè, cùm conſuetudo comparetur iuri. ff. de legi. de quibus inſtitut. de iur. na. §. ex non ſcripto. (Appellauit) & benè, ſi conſuetudo erat bona. (Decreuerunt) & malè, ſi conſuetudo erat bona, cùm per conſequẽs appellatio eſſet bona.

1 † 30. Libras) hîc omnibus modis peccauerit, cùm faciendas expenſas taxare

non poterit, nisi fortè hæc taxatio fuerit pro expensis tantùm faciendis. & hoc fuit cùm quæritur in fine huius decre. non dicit, quod restituat. 30. libr. pro expensis, sed tantùm necessarias coram eo, & sic appellationi non renunciabat, sed potius prosequebatur cùm comparuerit coram rectore marchiæ, qui semper de appellationibus ad sedem apostolicam emissis prius cognoscit, sicut in cuiuslibet rectoris marchiæ speciali priuilegio continetur, aliàs cùm idem intelligatur succeſſor cum prædeceſſore offerendo cautionem coram ſucceſſore legati vel rectoris, à quo appellauerat renunciare appellationi intelligeretur. argumen. in Authent. vt nul. iudi. §. & hoc verò iubemus. col. 9. Vel dic, quòd non intelligitur renunciaſſe appellationi eriam ſi coram eo tanquam coram ſucceſſore comparuerit, & cautionem obtulit, quia non fuit appellatum à prædeceſſore, ſed à delegato prædeceſſoris, quòd autem cautionem & expenſas obtulit non eſt ſignum renunciationis appellatiõis cùm non fuerit coràm eo à quo appellauerit, & ſi coràm iudice à quo appel. fuit vult plus offerre quàm teneatur, gerendus eſt ei mos: nec deberet ei imputari. ff. de probat. circa. & ff. de redhi. act. quòd ſi nolit. C. de inoffi. teſt. liberi.

2 †Cautione) contra hoc ſic obijcimus ſi fuit appellatio legitima, nec cautionem nec expenſas debuit præſtare, nec tenebatur, quia quicquid fit poſt appellationem legitimam reuocatur. ſuprà, de dila. dilecti. ſi verò non fuerit appellatio legitima, non debuit reſtitui, niſi refuſis expenſis. ſupr. vt lit. non conteſt. quoniam reſpondemus, quod quilibet iudex ad quem eſt appellatum de iure communi, ſi reus appellans voluerit & petierit ſtatim etiam antequam conſtet an ſit legitima appellatio reſtituetur ei poſſeſſio præſtita cautione & refuſis expẽſis ſi certæ ſunt aut de facili taxari per iudicem poſſunt, alioquin ſi longiores probationes requireret miſſus in poſſeſſionem non tardaretur, reſtitutio poſſeſſionis ſola cautione præſtita. Nec obſt. decre. prædicta, cumq; in fauorem alicuius etc. C. de legi. quòd fauore. & dic quod ſemper præſtita cautione iudex appellationis reſtituit rem, de qua facta fuit miſsio in poſſeſſionem, & pòſt cognoſcet de appellatione, & ſi inuenit eam legitimam, faciat refundi expenſas, aliàs non, & ſic intelligitur, quòd hic dicit, & hoc eſt ea ratione, quia parum amittit qui poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ aſsignatam reſtituit, & quia factum fuit poſt appellationem, qua pendente, nihil debuit innouari: vt inf. de appel. dilecti. 1. in fi. & c. dilectis. §. quia verò. in fin.

Et ideò nec miſsio in poſſeſsionem fieri debuit, expenſarum autem refuſio ideò retardatur, quia incertæ ſunt, nec de facto poteſt fieri taxatio, vt dictum eſt, & quia ibi maius periculum & damnum poſſet eſſe, ſi indebitæ ſolueret, & per hanc reſtitutionem remouetur periculum, quia ſi non reſtitueretur, & pronunciaretur legitima appellatio miſſus in poſſeſsi. remaneret verus poſſeſſor, quod malum eſſet, quia propter appellationem probabiliter dubitabat. (Neceſſarias) ff. de ver. ſig. ſi impenſæ. ff. de pigno. act. ſi neceſsitas (in lite) in miſsione in poſ. eſt ſpeciale, vt ei contumax non ſolùm teneatur de expenſis factis in lite, ſed circa rem, & non ſolùm de vtilibus, ſed etiam de his, quas credit vtiles. ff. de bo. autho. iudic. poſ. prætor ait. §. quòd agit. aliàs ſecùs. ff. de nego. geſt. ſi autem vltrò. §. 1. in fine.

CAPVT IIII.

1 *Aduerſarius ſemper eſt citandus perſonaliter, ſiue ſit facienda miſsio in poſſeſsionem, ſiue diffinitiua ſententia ferenda.*

2 *Neceſſe eſt vocari reus cùm fit miſsio in poſſeſsio. ſiue in realt, ſiue in perſonali.*

3 *Quomodo abſens reipublicæ cauſa cogatur ſe defendere.*

Abſentia quælibet an excuſet citatum.

Citatio ad domum an & quando ſufficiat ad hoc, vt procedatur ad diffinitiuam ſententiam contra aliquem etiam in caſibus, in quibus proceditur lite non conteſtata. & num. 4.

4 *Quibus caſibus non ſufficiat citatio ad domum facta, quando vxor contra maritum vel eccleſia contra clericum agit.*

5 *Citatio ad domum non ſufficit vt fiat venditio niſi lateat.*

6 *Quid agendum, vbi citandus eſt in cuius domicilium ignoratur.*

1 SI ADVERSARIVS. (Citationis) idem dicunt quidam etiam ſi non ſit citatus, alij contrà. †Remota) idem eſt & ſi non ad remota, in ciuitate autem exiſtente, bonum eſt vocare perſonaliter. argumen. Authen. de exhib. & intro. re. §. ſi verò. col. 5. Quidam tamen dicunt, quicquid dicatur in glo. eſt enim ſemper citandus aduerſarius perſonaliter, ſiue facienda ſit miſsio in poſſeſsionem ſiue diffinitiua ſententia ferenda, ſi ſcitur vbi eſt, quantumcunque ſit remotus, ſi autem neſcitur vbi ſit, tunc pro magna parte habent locum iura inducta in gl. prædicta nos per totum, & in toto huic glo. inhæremus.

2 †Publicè) eſt enim neceſſarium vt vocetur reus, quanquam fiat miſsio in poſſ. ſiue in reali, ſiue in perſonali, vt hîc. ff. ex quib. cau. in poſ. ea hæc quæ. Authen. de exhib. & intro. §. ſi verò. col. 5. ff. ex quib. cau. ma. in inte. reſti. item ait. §. vlti. & duabus legibus ſeq. & ſi non eſt præſens, neceſſe eſt, quòd vocentur agnati, & cognati, & affines, & amici. Et hæc ſunt vera, ſiue ſit citatus minor, ſiue maior, ſiue pupillus. ff. ex qui. cau. ma. in integr. reſtitut. item ait prætor. & l. ergò. ff. ex quibus cau. in poſ. ea. hoc autem.

3 †Item eſt etiam in abſente reipublicæ cauſa. C. de reſtit. in integ. mili. & eorum qui reipub. cauſa abfuerunt. l. ignorare. arg. contra. ff. eum qui appel. in pro. ſe. de. l. vlti. ff. de priui. cred, eum qui reſpondemus abſentem reipublicę cauſa cogi ſe defendere cauſatiuè, ſcilicet, per miſsionem in poſſeſsionem, & non præciſè, ſed dices hoc idem eſt in quolibet abſente, dicimus ergo in hoc eſſe priuilegium eius, quia allegata eius abſentia non debet iudex properare ad miſsionem in poſſeſ. & ſi fecerit, datur reſtitutio. Vel in hoc eſt priuilegiata, quia in cauſa appellationis procedetur contra alium, qui non eſſet abſens cauſa reipublicæ: vt infrà ſequitur, ſed contra abſentem cauſa reipublicæ non debet, ſed non dicitur ibi, quòd habeat priuilegium, quòd in bonis eius non fiat miſsio in poſſeſsionẽ, ſi fuerit abſens, quòd dicit lex. ff. de priui. cred. cùm idem. non contrahitur pignus in rebus talium, & intelligę tale quale in alijs, nam res aliorum abſentium venduntur, ſed iſtorum non. C. de reſtit. in integ. ignorare. aliàs autem non ſufficit citatio ad domum, ſcilicet, vt procedatur ad diffinitiuam ſententiam contra aliquem etiam in caſibus, in quibus proceditur lite non conteſtata. ſuprà, vt lite non conteſta. quoniam. §. ſi autem de. vel vt etiam excommunicetur, cùm eam procedere debeat monitio. infrà, de ſenten. excom. ſacro.

Et hæc intelligo vera, niſi fraude ſe abſentaſſet, ante citationem, poſtquam promiſit iudicio ſiſti, vel etiam ſine promiſsione poſtquã ſemel cõparuit vel citatꝰ eſt, vel alio modo malitioſè ſe abſentat, & præſumitur malitioſa abſentatio, vbicunque tenetur aliquis aliquid facere & abeſt, puta clericus tenetur reſidere in eccleſia, & maritus cum vxore. Et ideò ſi abſunt alibi ſine iuſta cauſa, contra eos proceditur lite non conteſtata, & ſufficit citationem fieri ad domum. infrà, qui ma. accuſ. poſſ. cap. 1. ſuprà, de do. & contu. cauſam. ff. vbi pu. edu. debeat. l. vlti. infrà, de cler. non reſid. in eccle. vel præ. ex tue. infrà, de appel. ſuggeſtum. infrà, qui ſi. ſint legi. perlatum. & in decre. ſæpè alleg. quoniam. §. 1.

4 †Item not. quòd licet aliquando ſufficiat citatio ad domum facta, quando vxor agit contra maritum, vel eccleſia contra clericum. infrà, qui ma. accu. poſ. c. 1. infrà, de cle. non reſi. in eccle. vel præ. ex tue: tamen non ſufficit ſi alius aliqua alia actione perſonali, vel reali vellet agere contra eum, vel vbi etiam proceditur contra aliquem in modum inquiſitionis de crimine, vbi proceditur lite non conteſtata, & eſt ratio diuerſitatis, quia quantum ad illa, non videtur eſſe abſens cauſa malitiæ, cùm ad illa non teneatur præſens eſſe niſi citaretur, ſed hac ratione videtur, quòd ſi aliquis tenetur ſoluere aliquid certo loco & tempore, quòd videtur malitioſè abſens, ſi tunc abfuit, & ſic procedendum ſit contra huiuſmodi ad miſsionem in poſſ. & ad ſententiam, ſed hoc non obſtaret, quia in illis non poteſt procedi, niſi ad miſsionem in poſſeſsionem, quòd licet etiam ſi ſine malitia abſens ſit, etenim non ita præciſè tenetur ad ſoluendum, ſicut maritus ad debitum vxori reddendum, & clericus ad eccleſiæ ſeruiendum.

In caſibus autem in quibus proceditur lite non conteſta. ideò diximus, quia in alijs etiam citato reo, vel abſente contumaciter, non procedet niſi lite conteſtata ad diffinitiuam ſententiam. ſupr. de elect. dudum ec. rot. ſuprà, vt lit. non conteſt. quoniam. ſed tunc in alijs caſibus ſibi neceſſaria fuit litis conteſta. ſi actor fuerit abſens ante litis conteſta. vocabitur tribus edictis ad domum propoſitis,

positis, & si non comparuerit procedetur ad diffinitiuam sententiam reo instante. C. quomodo & quando iudi. Authen. qui semel. in Authen. de litig. §. omnem. Licet quidam aliter intelligant prædictas leges, & dicunt non posse procedi ad diffinitiuam sententiam, sed certum est hoc fieri posse, & sufficit citationem facere ad domum, vt in præal. iuribus. in Authen. de exhi. & intro. reis. §. si verò. & suprà, tit. proxi. c. vlt. post litem autem contest. potest semper fieri citatio ad domum, & si non venerit, feretur ei sententia diffinitiua. suprà, de do. & contu. causam. C. de iud. properandum. §. 1.

Et hæc intelligimus vera, nisi reus absolueretur ab instantia iudicij, extunc enim cum litis contest. perierit & omnia acta iudicij, eodem non debet citari, sicut & si nunquam facta fuissent litis contestatio, secùs si diceremus circunductum est edictum, quòd non est tantæ efficaciæ, cùm per hoc litis contest. vel alia quæ præcesserunt non intelligantur perempta, sed edictum tantùm. ff. de iudi. etiam & post. ad hoc autem vt fiat missio & venditio in bonis defuncti, non sufficit citari ad domum, nisi latitet. ff. ex qui. cau. in pos. ea. Fulcinius. §. illud.

5 †Et est hîc vehemens arg. quòd si non sufficit citatio ad domum vt fiat venditio nisi latitet, ergò multo fortius non sufficit quantum ad hoc, vt possit ferri diffinitiua sententia in casibus, in quibus non nisi lite contest. procedi potest, fit autem hæc citatio ad domum tuam, vbi habitat vel procuratori, vel consanguineis, vel ad prædium, & si nullus inueniatur, suspendi potest charta in ædibus. ff. de dam. infect. l. 4. §. prætor. & se. ff. quod vi aut clam. qui aliter. §. 1. Hæc autem scias, quòd licet tanquam verus possessor sit missus in poss. tamen postea probato, quòd ex iusta causa aberat, restituitur ei possessio. ff. de dam. infect. si finita. §. si fortè. Et idem videtur in pupillo, nec videtur, quòd debeat restituere expensas, quas missus fecerat super obtinenda missione, vel eundo ad iudicium, vel in aduocatis vel in alijs, nam cùm non soluantur, nisi ratione contumaciæ: vt C. de iudi. sancimus. & ipse contumax dici non possit, expensas non soluet, missio autem in possess. non fit tantùm causa contumaciæ, sed etiam ratione iuris sui, vnde etiam propter hoc fit summaria cognitio. suprà, vt lit. non contest. quoniam, in fin. & ideò credimus eum cogendum præstare cautionem iudicio sisti antequam possessionem recuperet, expensas autem quas fecit possessor circa fructus restituet. ff. de pet. hære. si domino. §. vlt.

6 †Domi) in qua degit, non vbi domicilium vel beneficium habet, quia etiam si in aliena domo degit, ibi requirendus est. ff. de dam. infec. l. 4. §. abesse. Si autem sit vagabundus, tunc requirendus est in loco, vbi habet domicilium, vel beneficium, & maximè illud de quo agitur. infr. de cle. non resi. ex tue. & si nusquam habet domicilium, vbi habitet, debent moneri agnati, vel amici eius, vt eum defendant. ff. ex qui. cau. in pos. ea hoc autem. imò, & si haberet domum in agro, vel in alio loco deserto, nec ibi inueniretur, non solùm in domo illa citandus esset, sed alia diligentia esset adhibenda in citatione eius, scilicet, quia requirendi essent eius amici. ff. de libe. agno. l. 1. infrà, qui ma. accu. non pos. c. 1.

CAPVT V.

VM OBTINENDIS. Secùs si ageretur de proprietate ecclesiarum, quia tunc benè fit missio in possessionẽ, vt not. suprà, de do. & contu. contingit. Quidam intelligunt hanc decre. tantùm in eo casu loqui, quando ille agit, qui nunquam fuit confirmatus, vel nunquam habuit possessionem beneficij, quia si confirmatus esset iam non agit de obtinendo, sed obtento & decreta. statuere videtur certam sententiam in confirmato, quæ hîc non reuocatur. suprà, vt lit. non contest. quoniam. §. si verò aliter. vbi not. Et dicunt hîc, quòd siue petat aliquis beneficium aliquod, quia sit confirmatus, siue petitor fuit. sup. de cau. pos. cùm olim. siue postquam fuit in possessione, & eam amisit eam repetat, sicut loquitur decre. sup. de procu. ex insinuatione. in fin. siue petat vt confirmatio suum consequatur effectũ, sicut loquitur decre. infrà, de app. constitutis. siue agat interdicto vnde vi, siue per constitutionem conquerebatur, siue quocunq; alio modo agat, siue petitorio, siue possessorio, semper poterit fieri missio in possessionem, & non habet locum hæc decre. Alij autem dicunt quòd hæc decret. habet locum in omnibus prædictis casibus, quia causa propter quam facta est hæc constitutio, ita in omnibus his casibus, sicut in primo. Possessionem) & idem videtur si vacet beneficium, si autem non agat contra possessorem, quia fortè nullus possidet, sed agit contra clericos, quòd obediant ei, tunc non videtur habere locum hæc constitutio.

TITVLVS XVI.

VT LITE PENDENTE NIHIL INNOVETVR.

CAPVT I.

MEMORIA. Hoc verbum est rubricæ (innouetur) id est, nullũ ius nouum impetretur, & sic loquitur. C. ne lit. pen. per totum. infrà, de test. causam. 2. possessione autem sua potest vti, quia illud non est innouare, sed veteri iure vti, imò plus dicimus, quòd aliqua noua potest facere, & ante litis contest. & pòst, dummodò non faciat in præiudicium iuris aduersarij. infrà, de appel. significante. vbi not. Præiudicium) fortè mandauerat ei, quòd crucem non deferret ante se extra suam prouinciam, quia rescriptum priuilegio Eboracens. vel consuetudini approbatæ non potuit præiudicare: vt suprà, de præscri. cùm ordinem. C. si contra ius præscriptione. C. de consue. c. vl. & interpretatio rescriptorum iuri communi concordare debet. suprà, de transla. Episcopi. vel electi. c. licet. suprà, de rescrip. causam. (Consueuistis) etiam si consuetudo præscripta non esset: nam lite pendente non debet exui possessione.

CAPVT II.

LAVDABILEM. (Probatam) suprà, de offi. deleg. causam. infrà, de diuor. porrò.

CAPVT III.

1 *Res litigiosa an liceat ex causa transactionis alienare.*

ECCLESIA SANCTAE MARIAE. (Successerunt) Intellexerat enim Papa, quòd monasterium sancti Siluestri possederat & transtulerat in alium titulo permutationis possessionis, de quibus ecclesia sanctæ Mariæ mouerat litem contra Ioan. de Ateia, & quas eadem possessiones idem Ioannes transtulerat ad monasterium sancti Siluestri post lit. contestationem, sed non erat verum, sed locauerunt tantùm vt in sequenti capitulo dicitur, & secundum hoc quòd intellexerat mandat, scilicet, quòd non alienent possessiones, quas intellexit monasterium recepisse pro permutatione illarum, quarum litigium acceperat à Ioanne de Ateia.

Sed dices quomodo potuit agere ecclesia sanctæ Mariæ de vitio litigij contra monasterium, cùm nunquam fuit actum contra illud? Respondemus, si monasterium possideret, posset contra eum agi, si scienter recepisset. C. de liti. l. vlti. eodem modo si dolo fecit, quo minus possideret posset contra id agi si scienter recepisset. ff. de peti. hære. nec vllam. §. Item si quis dolo. C. de alie. iud. mut. cau. fac. l. 1. & monasterium in fraudem alienasse dicebatur, vnde tenebatur de vitio litigiosi, & rei vendicatione similiter, vt eisdem legibus probatur.

1 †Sed dices quare prohibeat alienare tantùm res, quæ successerant in ius litigij, cùm de alijs etiam fit satisfaciendum: vt in seq. c. sequitur. nec illæ plus, quàm aliæ sint obligatæ? Respondemus quòd monasterium erat Papæ speciale, vnde debet ei cauere, quantumcunq; potest, ne sua immobilia alienet. Alij dicunt, quòd sicut pro re litigiosa datæ sunt, ita iure illarum censetur. inf. de vsur. cùm tu. 93. di. c. vlt. ff. de le. 3. fideicommissa. §. si rem. ff. de fur. qui vas. §. vlti.

†Sed oppones, nónne ex causa transactionis licet rem litigiosam alienare. C. de liti. l. vlt. Respondemus, verum esse, nisi in fraudem fieret, sicut hîc fiebat. Item licet super eis transigere liceat, non tamen eas permutare licet. Item Papa in talibus negotijs quasi semper ex prouisione procedet. Laboret) quo ad rem litigiosam recuperandam, siue de iure, scilicet, litigando, siue de facto propter potentiam detentoris, quo ad ecclesiam siue monasterium, tamen nunquam in vanum laborauit: vt in seq. c. apparet: vel quia ecclesia sancti Siluestri non sentiret lucrum propter prælati contractum, non debet sustinere damnum. 16. q. 6. si Episcopum.

CAPVT IIII.

ECCLESIA SANCTAE MARIAE. (Restitui) agendo contra monasteriũ condict. ex decre. quæ est sup. de resti. spol. sæpè. dicebatur enim monasterium scienter recepisse res, de quibus agitur à Ioan. de Ateia spoliatore, vel agen-

vel agendo de vitio litigij, ſiue de eiſdem poſſeſsionibus ageretur in hac decret. & in præce. ſiue de alijs. Item quòd præceſſerit vel hoc, vel illud, & etiam quòd proceſſus habiti fuerint dicere non expedit: ſufficit enim intellectum ex decret. habere, licet plenè non ſciamus qualiter factum fuit. Etinane) cùm cauſa verteretur inter clericos & laicos, fortè multi proceſſus habiti fuerunt per laicos iudices, & etiam fortè eccleſiaſticos, de quibus hîc non dicitur, ſed opponebatur contra eccleſiam ſanctæ Mariæ, quæ reſtitutionem cuiuſdam poſſeſsionis petebat à monachis ſancti Siluestri, & hanc poſſeſsionem Io. in dictum monaſterium tranſtulerat, poſtquam ſuper eãdem poſſeſsionem contra eum lis mota fuerit.

CAPVT V.

1 *Non poteſt quis priuilegium lite pendente impetrare.*
Priuilegium lite pendente impetratum an & quando valeat: Et num. 2.
2 *Lis pendere dicitur etiam ſi ſola citatio præceſſit.*

DILECTVS FILIVS. (Contendunt) & malè. C. vt lit. pen. l. 1. & 2. ſuprà eodem, à memoria. & idem eſt in iure, quod in priui. ſcilicet, vt nouum ius non præiudicet. Authe. vt cùm de app. cog. in princ. & Authen. vt in medio litis. per totum.

Et intelligo hoc verum, ſcilicet, quòd non valet priuilegium ſuper nouo iure conceſſum, quia non præſumitur Papa, vel quilibet alius ſuperior vel æqualis, vel etiam inferior hoc ius concedere pendente lite, ſed ſi conſtaret contrarium, tunc benè valeret, vt hîc apparet, vbi dicit, quòd ideò non valet, quia non fecit mentionem de lite, vnde apparet, quòd ſi de lite mentionem feciſſet, quòd benè valeret priuilegium.

1 †Mentio)no. quòd priuilegium [a] non poteſt quis impetrare lite pendente à communi domino vel prælato, tamen ius alterius poteſt acquirere lite pendente per vſuca. & alijs modis. ff. de rei vend. ſi poſt acceptam. & l. ſi autem. §. 1. ff. de peti. hære. ſi non mortis. §. fi. ff. de pig. act. ſi rem. §. fi. ff. depo. l. 1. §. idem Trebatius. ff. man. l. ſi mandauero. Item communis dominus etiam lite pendente, vel iure ſuo de nouo alicui dat aliquid iuris. infrà, de confir. vti. cùm dilec. §. vlt. De alio autem quàm de communi domino, vel prælato non eſt præſumendum, quòd propter lit. pen. alicui daret priuilegium, vel ius ſuum, & à tali priuilegio datum benè valet etiam lit. pen.

2 †Et not. quòd lis dicitur pendere etiam ſi ſola citatio præceſſit, vbi continebantur principi oblatæ, vel libellus etiam ante litis conteſtationem in Authen. vt in medio li. non ſi. ſa. iu. circa fi. & eſt verum, quòd nulla innouatio impedit, quin feratur ſententia ſecundum iura quæ obtinebant tempore litis motæ, vnde ſi priuilegium impetretur lite pendente, & poſtea pereat inſtantia iudicij, vel etiam ſententia feratur pro impetrante priui. benè valebit priuilegium. Si autem ſola citatio interuenit, oportet ad hoc, vt valeat priuilegium poſtea impetratum, quòd ſententia feratur diffinitiua, vel quòd abſoluatur ab inſtantia iudicij, etiam ſi nondum ſit lis conteſtata, vel quod renunciet liti cœptæ expreſſè, vel ſaltem tacitè, puta quia alios iudices impetrat ſuper eadem lite, non quòd eis ſuccedant in cauſæ prioris cognitione, ſed de nouo procedant.

[a] *Not. quòd priuilegiũ. Adde Cardi. in conſil. 65. incip. pro diſcuſſione pũcti. co. 3. ver. ad primum videtur.*

TITVLVS XVII.
DE SEQVESTRATIONE POSSESSIONVM & fructuum.

CAPVT I.

1 *Cauſa ſimpliciter committitur, & finita lite, ſuper poſſeſſione poterit cognoſcere de petitorio.*
2 *De non commiſſo non agitur, niſi ratione connexitatis, vel acceſſorij.*
3 *Sequeſtratio in quibus ſit conceſſa.*
4 *De quibus rebus fiat ſequeſtratio.*

AD HOC. (Aſſerens) & malè, quòd ex eo apparet, quòd miſsio in poſſeſsionem rata manet, vt habetur in fine: quia condemnatur archiepiſcopus in expenſis, & in cautione præſtanda. Item & hoc ex eo apparet, quòd Papa reducit negotium in eum ſtatum, in quo erat tempore cõmiſsionis factæ Mutinen. & Reginen. Epiſcopis, & ſic apparet Veronenſ. Epiſcopum benè proceſsiſſe, & intelligimus hoc verum, quando petitorium & poſſeſſorium erãt ſibi commiſſa, vel cauſa ſimpliciter, quia tunc vtrunq; commiſſum intelligitur. † Et no. hîc, quòd ſi cauſa cõmittitur ſimpliciter & finita lite, ſuper poſſeſsione poterit cognoſcere de petitorio, ſed conuerſus caſus non poteſt habere locum. q. ſi petitorium primò finitur

tur non eſt amplius de poſſeſsione quærendum. ſuprà, de cauſa poſſ. & proprie. cùm dilectus. ſi autem tantùm poſſeſſorium vel petitorium eſſet commiſſum, pendente lite ſuper commiſſo poteſt vtraque pars agere de non commiſſo ſecundum quoſdam propter connexitatem. C. de iudi. nulli. ſuprà, de cauſa poſ. & proprie. c. 2. & hoc non placet, vt not. in gloſ. illa in quo. ſed de hoc concordant omnes, finito iudicio ſuper commiſſo non poteſt inchoare aliqua pars ſuper non commiſſo, niſi reconueniendo præmiſſa proteſtatione. C. de ſen. & interlo. om. iud. Authen. & conſequenter.

2 †Et eſt ratio, quia de non commiſſo non agitur, niſi ratione connexitatis vel acceſſorij, ſed principale iam effugit cognitionem eius per ſententiam, ergò & connexum vel acceſſorium. (Functus) ſuprà, de offi. deleg. in literis. (Actorem) abbatem & monachos. (Decreuit) & benè. (Eiecit) & malè. ſuprà, de do. & contu. contingit. fi. de bo. autho. iudi. poſſi. quamuis. † (Reſcriptum) in quo continebatur, quòd cauſam quæ vertebatur inter archiepiſcopum Mediolanenſ. & abbatem de Stregula audiret & diffiniret, & ſic per hæc verba intelligebatur committi tam cauſa poſſeſsionis, quàm proprietatis, vthîc dicit, ſed ſi tantùm in literis commiſsionis diceres audias cauſam poſſeſsionis vel proprietatis, non poſſet delegatus cognoſcere, niſi de eo quòd commiſſum ſibi fuit, niſi ille contra quem impetratæ eſſent literæ, ſuper altero tantùm vellet ſuper altero reconuenire actorem. Alij tamen aliter dicunt, ſcilicet, quòd facta commiſsione ſuper vno, ſuper alio cognoſcet. argum. C. ſi à non compe. iudi. l. 3. (Continentia) C. de iud. nulli. Sequeſtrari) fit ſequeſtratio. C. quorum appel. non rec. ab executore. ff. qui ſatisda. cog. ſi fideiuſſor. §. vlti. ff. de appel. imperator. in fi. C. de aſſer. tol. l. 1. C. de agri. & cenſi. l. vlti. lib. 11. ff. ſolu. matri. ſi cùm dotem. Authen. de æqua. do. §. illud quoque. ſuprà, de do. & contu. ex literis. vt no. ff. de dolo. & eleganter. ſuprà, de reſti. ſpo. literas. in fi. & c. tranſmiſſa. ff. de offic. præſi. ſenatus. (Arbitrio) quaſi non de iure, nam cùm legitimè fuerit miſſus in poſſeſsionem ſequeſtratam non debeat ab ea ſine cauſa ſequeſtrari. (Poſſeſsionem) ſequeſtratam. (Proprietate) ſuprà, de cauſa poſſeſ. ad vltimum. (Reducimus) hoc fecit Innoc. quia Celeſtinus malefecerat qui poſſeſsionem datam per Veronenſ. Epiſcopum malè reuocauit.

3 †Réuocato) reuocatur ſequeſtratio, quia generaliter eſt prohibita, niſi in caſibus: vt C. de prohi. ſeque. l. 1. nec erat hîc aliquis de caſibus illis. Primus caſus eſt, ſi de voluntate partium procedat. ff. de ſolu. ſi ſoluturus. & ff. de verb. ſigni. ſequeſter. ff. depo. licet. 1. reſpon. & §. 1. Et ſecundus vbi ſit controuerſia de re mobili, & ſuſpectus poſsidens quòd cum ea fugiat. ff. de offi. præ. ſenatus. §. vlti. ff. qui ſatisda. cog. ſi fideiuſſor. §. vlti. C. de agri. & cenſi. libibus. lib. 11. Tertius eſt, ſi ſuſpectus ſit poſſeſſor de dilapidatione fructuum, vel quòd ſit rem diſsipaturus. ff. ſol. matri. ſi cùm dotem. §. ſin autem. ff. de appel. imperatoris. 11. quæſtio. 1. quia res. Quarto, ſi nolit cauere de collatione facienda. ff. de colla. bo. l. 1, §. ſi ſuper. & idem intelligo, etiam ſi contumax ſit in parendo vel ſiſtendo iudicio. ſuprà, de dolo. cap. 2. quando eſt ſic ſequeſtrata cauſa cuſtodiæ non auferetur poſſeſsio poſſeſſori. ff. de acqui. poſ. intereſſe. aliàs ſecùs. ff. depo. licet. §. 1.

Si dicas quare cùm fuit reuocata ſequeſtratio? Reſpondemus quòd cùm miſsio in poſ. eſſet legitimè facta, non debebat miſſo in poſſeſ. auferri poſſeſsio & ſequeſtrari.

4 † Sed videtur ſecundum hoc, quòd poſſeſsio ſequeſtrata debuiſſet reddi miſſo in poſ. non domino. Reſpondeo hoc verum eſſe, niſi dominus paratus eſſet cauere de ſtando iuri, & reficere expenſas. Quintus eſt, cùm de conditione perſonæ agitur, vbi ſi proclamet quis in libertatem, & contra eius dominum pronunciatum eſt, fit enim ſequeſtratio earum rerum, de quibus dubitatur an ſint domini, an eius qui dicit ſe liberum. C. qui ad liber. prouo. non licet. l. vlti. C. de aſſer. tol. l. 1. §. ſuper peculio. (Moderatas) propter hoc intelligo quòd proceſsit taxatio.

CAPVT II.

DILECTVS FILIVS. (Diſtrahunt) non agebatur de proprietate eccleſiæ, ſed de præbenda, & ideò non erat verus poſſeſſor, melius videtur q, de proprietate tantũ agebatur, ſed non fuit verus poſſeſſor, quia non erat lapſus annus, nec faciebat fructus ſuos, imò ſi

imò si in rem ageretur, tamen intra annum non faciet fructus suos: vt not. suprà, vt lit. non contesta. quoniam frequenter.

CAPVT III.

AB EO. Reo & possessore. (Dissipentur) dissipari dicuntur, si eos in suos vsus conuertat vel etiam si distrahat. suprà, c. proxi. nisi essent fructus, qui non possunt seruari, quia tunc liceret distrahere. arg. ff. de petitio. hæredi. Diuus.

TITVLVS XVIII.

DE CONFESSIS.

CAPVT I.

1 *In crimine simoniæ quando admittitur socius.*
2 *Confessio vnius latronis valet ad præsumptionem contra alium.*

CVM MONASTERIVM. (Pœnæ) nisi quia fortè indiceretur purgatio si magna oriretur infamia, vt hîc, & not. suprà, de elec. per inquisitionem. (Excepto) & in crimine simoniæ. 79. di. si quis Papa. 15. q. 3. sanè. arg. contra. infrà, de testi. veniens.

1 †Ex quo. c. quidam dixerunt, quòd in crimine simoniæ non admittitur socius, nisi & ibi sit crimen læsæ maiestatis, & sic loquitur. c. si quis Papa.

2 †Item confessio vnius latronis contra alium valet ad præsumptionem. C. de fer. prouinciarum falsarius autem contra falsarium non valet ad probationem. C. de fal. mo. l. 1. & vbi admittitur, aliàs non sine præsumptione admittentur. ff. de custo. & exhi. re diuus. nec sine tormento. C. ad. l. Iul. maiesta. l. 3. & 4. q. 2. item si ea.

CAPVT II.

1 *Purgatio quando indicatur.*
Interrogatus de crimine, an cogatur præcisè respondere.
2 *Nunquid testes interrogari possint, an sint de crimine condemnati.*
3 *In confitentem nullæ sunt partes iudicis nisi vt condemnet.*

CVM SVPER. (Confessus) Repete quæ diximus suprà, de elect. per inquisitionem. fuit enim interrogatus, an simoniam de qua erat infamatus commisisset, Sed videtur contra. 2. q. 1. si peccata. vbi dicit, non tibi dico, vt te prodas in publicum. Solu. vbicunque in positione ponitur quòd publicè fuit depræhensus, vel conuictus, vel confessus respondere debet. arg. infrà, de coha. cle. c. vestra. Item etiam si certum esset, quòd quis infamatus est, etiam si in positione non apponatur, publicè poterit interrogari, si agitur contra eum accusando, vel inquirendo, vel excipiendo contra ordinandum vel consecrandum, vt ab eo ordine vel consecratione repellatur: vt inf. de accu. super his. vel etiam alio modo criminaliter vel ciuiliter.

1 †Quod probo sic, potest ei indici purgatio, vbi per iuramentum suum, & purgatorium oportet negare se crimen commisisse. 2. quæstio. 5. omnibus. & cap. presbyter. multofortius antequam indicatur purgatio, potest ab eo quærere an crimen commiserit, sed tamen non præcisè cogam eum respondere, sicut nec præcisè cogitur purgare, sed si non responderit, sicut si se purgauerit suspendetur, vel aliàs procedetur contra eum, quia videtur vanum purgare se simplici verbo, qui se purgari debet etiam cum multorum iuramento, si verò non sit diffamatus siue conuictus, nec confessus, nec depræhensus, tunc non coget eum iudex respondere, cùm enim hæ confessiones non sint faciendæ de iure, nisi vbi æquitas mouerit iudicem, hoc ibi crimen opponitur non cogam eum respondere, nec se prodere. de pœni. dist. 1. §. his authoritatibus. & quantum prima facie videtur, vbicunq; cogitur testis reddere testimonium, secundum canones. de quo no. infrà, de test. cogen. c. 1. ibi iudex interrogabit eum.

Si verò contra eum directo non agatur, sed cùm inducatur in testem, vel accuset, excipitur contra eum, vel aduersarium, quòd non potest eum inducere in testem, vel non potest esse accusator, quia criminosus est, non est interrogandum de crimine, quòd ipse qui accusat vel testificatur, dicitur commisisse etiam in præmissis casibus, scilicet, si quæratur an sit conuictus etc. non enim de hoc agitur, nec super hoc iurauit. infrà, de testi. c. de testi. nec etiam se prodere debet. 2. q. 1. in primis. nec valet arg. superius, quia contra hoc agitur, vt repellatur à testimonio, vel accusatione, non vbi denuncietur boni testimonij, pro quo indicitur purgatio. infrà, de pur. c. ex tuarum. ei autem quod dicit, quia hoc. c. respon. quia sic voluit citatus

citatus respondere, & non fuit coactus, & similiter respondit. infrà, de accusa. inquisi. Vel dic, quòd vbi de suo facto agitur, vt hîc, vbi inquirebatur de simonia, cùm ea commissa benè requiritur ab eo veritas, & respondere tenetur cùm de eo est infamatus, nec valet eius dictum vt testis, sed præsumptionem facit: vt no. inf. de accu. cùm dilectus. sed prius dictum magis placet.

2 †Quidam tamen dicunt, sed non placet, quòd benè possunt testes interrogari, an sint de crimine condemnati, quia condemnatio non est crimen, sed est notorium iuris, & idem dicunt quærendum, scilicet, vtrum sit irregularis & corpore vitiatus, tamen de irregularitate contrarium crederem, cùm possit esse occultum, & sine peccato tolerari. suprà, de renun. nisi. §. personæ. illud tamen non fatemur iustam rationem, scilicet, quòd non iurauerit super his dicere veritatem, cùm quia iurauit super principali, & super omnibus contingentibus iurare intelligitur. sup. de offi. deleg. præterea. ff. de iurisdi. om. iud. l. 2.

3 †Deponendum) Not. quòd hîc canonicus, & si contra eum non ageretur deponitur, & dicimus hoc de iure esse, in confitentem enim nullæ sunt partes iudicis, nisi vt condemnet. ff. ad l. Aquil. proinde, & quòd dicitur non agebatur ad hoc nec contra eum, ergò non debet ei nocere confessio non valet, quia sola confessio attenditur, & maximè vbi crimen quòd obijcitur tangit causam, de qua agitur, sicut hîc, electio enim de qua agit, hîc petebatur cassari propter simoniam, cùm hoc canonico celebratam, si ergò ipse confitebatur benè debuit ex ea condemnari. infrà, de except. denique. suprà, de elect. per inquisitionem. ff. de adul. l. 1. §. si pu. Imò plus videtur quibusdam, sed non placet, quòd etiam si non confiteatur crimen simoniæ, sed probetur per testes alios, & conuincatur electus condemnandus est canonicus, cùm crimina sint ita connexa, scilicet, quòd agebatur de simonia commissa cum canonico, impossibile est, quòd dans ex pacto sine accipiente sit simoniacus, imò necesse est, quòd ambo sint simoniaci, si ergò contra alterum agatur, & alter sciens de simonia secum commissa agi non processerit, & defenderit causam suam imputatur ei, & sic videtur loqui. infrà, de excep. denique. argumentum. 3. quæstione 6. hoc quippe. 2. quæstio. 5. interrogatum. ca. statutum.

Est enim indignum ex quo de vtroq; crimine constat, quòd vnus puniatur & alter remaneat impunitus, & maximè ex quo scit de crimine agi, quòd ignorare non potest ex quo de eo interrogatur, vel pro teste producitur sicut hîc, sed tamen hoc non fatetur in probatione, quæ fit per testes vel instrumenta, quantumcunque enim sit probaretur eum simonia, cùm tamen non imponeretur ei pœna, cùm de hoc non sit accusatus: vt probatur. ff. de adul. denunciasse. nisi fortè ex offic. iudi. extra ordinem. argum. 24. q. 3. ecce. sed in confessione benè fateor posse pœnam perpetuam imponi, vbi tangitur crimen de quo agitur, aliter non nisi de nouo agatur: vt not. suprà, de elect. per inquisitionem. decre. autem denique. non obstat, vt ibi notat. ff. de adul. l. 1. nec ob. quia ibi principaliter fuit accusatus.

☞ †Et est speciale, quòd vxor accusata de adulterio potest accusare accusatorem maritum de lenocinio, & credimus, quòd non solùm ordinatus, sed etiam delegatus hunc confitentem potest punire.

CAPVT III.

EX PARTE ABBATIS. (Nondum) C. vt quæ desunt ad. par. l. 3. (Facti) errorem suum, & multomagis procuratoris & aduocati dominus corrigere vsque ad finem negotij potest, si probet contrarium veritati suam confessionem tenere. C. de iur. & fac. igno. error. ff. de confes. non fatetur. C. de erro. aduo. l. 1. infrà, de censi. cùm olim. præfinitum autem negotium à quo appellatum non est, non licet corrigere. C. de transact. sub præ. infrà, de sen. & re iudi. inter monasterium. arg. contra. C. de erro. aduo. l. vltim. (Docere) directè vel indirectè. argum. de testi. ex tenore.

CAPVT IIII.

STATVIMVS. (Positiones) & qui ponit non semper debet dicere, quòd scit, sed sufficit dicere, quòd credit: vt not. infrà, de testi. præsentium.

TITVLVS XIX.

DE PROBATIONIBVS.

CAPVT I.

1 *Argentarij semper exhibere debent rationes cum die & consule.*
2 *Quæ instrumenta dicantur communia.*
3 *Acta iudicialia vel forensia, an sint communia.*
Instrumentum alterius an & quando possit exhibi.
4 *Iudex exhiberi facere debet instrumenta ad litem pertinentia, si pen. lit. petuntur.*

EX EPISTOLAE. & infr. (Temetipsum) † Omissis omnibus alijs oppositionibus, dicimus rationes semper etiam cum die, & consule exhibendas ab argentarijs. ff. eo. l. 1. §. rationes. & l. prætor. in princ. alia autem instrumenta si sint communia idem, vt sunt hæreditaria. C. de eden. procurator. ff. famil. ercis. si qua. infrà, de fi. instr. G. perpetuus. Hæc enim sunt communia, & exhibenda inter cohæredes, & testamenta sunt cõmunia, & exhibenda inter hæredes & legatarios. ff. de fi. instru. l. fi. instrumenta tutoris & curatoris, procuratoris & negotiorum gestorum, per act. tute. neg. gest. & mandati. eduntur. ff. de eden. quidam. idem in actis. C. de eden. l. 2.

2 † Hæc enim instrumenta dicuntur esse communia, quæ communiter fiunt pro cautione plurium. ff. de eden. l. prætor. §. 1. Item dicuntur communia instrumenta, quæ communiter pluribus assignantur à tabellione, vel à quocunque alio cuius sunt, sed si in instrumento contineatur cautio duorum, videlicet quòd ego vendidi tibi domum, & caui de euictione, & tu promisisti mihi soluere pecuniam ad certum terminum, si ego redemi instrumentum à tabellione, cogor tibi de eo facere copiam. arg. hîc. sed tabellio qui facit instrumentum ad preces vtriusque cogitur illud exhibere. Item idem credo, si haberem protocollum notarij, cùm illud sit commune, quia ita factum est pro aduersario, sicut pro me, vnde cogor illud exhibere. argu. ff. de eden. l. prætor. §. 1. inf. de fi. instru. c. cùm P. & idem videtur in actis, & in hæreditarijs, & in alijs, quòd si vnus redemerit exemplaria à tabellione, quòd illa exhibere non tenetur, sed originalia tantùm, quæ sunt communia, & inuicem exhibenda. Alij tamen dicunt, & benè, quòd acta & rationes, & instrumenta tutoris & curatoris, & negotiorum gestoris etiam propria, quisq; exhibere cogitur. ar. præ. l. C. de eden. l. 2. & maximè offi. iu. hæc exhibentur, vbi aliàs nisi iusta causa moueret iudicem forte, quia actor amisit sua instrumenta, & etiam originalia sunt perdita. C. de eden. l. 1. ff. de eden. l. si quis. §. prohibet.

3 † Item acta forensia vel iudicialia computant aliqui cõmunia, quæ fiunt coram iudice, vel alijs publicis personis, vt emancipationes, protestationes & huiusmodi. suprà, de offi. ord. post. §. fi. C. de an. excep. vt perfectus, & est expressum. C. de iud. cũ speciali. sup. de procu. c. 1. Alij tamen dicunt contrà, sed quicquid dicatur tamen ex causa iudex ex suo officio ea præcipiet exhiberi. C. de eden. l. 1. vel actionis in factum. ff. ad exhi. l. 3. §. pen. hoc autem potissimè attendet iudex, vt aduersarium nõ cogat exhibere sua instrumenta, nisi ex magna causa, vt hîc, sed alius facilius cogetur ad exhibendum, & sic loquitur lex præallegata. ff. ad exhib. l. 3. §. pe. si autem instrumentum petatur alterius, scilicet, rei vt instruar non licet, quia non licet intentionem alicuius ex alterius instrumentis fundari, vt hîc. C. de eden. l. vlt. & arg. C. de testi. nimis graue. si autem non vt instruar ad probationem, sed videam postquam productum est, si sit verum vel falsum, facienda est editio etiam in principio causæ sine die & consule. ff. de eden. l. 1. §. rationes. & §. edendam. nisi cùm nomine fisci agatur. ff. de iur. fis. nec quicquã.

☞ † Item si quis in libello vel positionibus facit mentionem de aliquo instrumento suo, non alterius, satis potest dici ad officium iudicis pertinere, vt illud etiam ante litis contestationem vel responsionem faciat exhiberi. ar. bo. C. de eden. l. fi. arg. ad hoc, quia sine eorum inspectione non potest plenè deliberare. argu. ff. de eden. l. 1. in princ.

Et hoc intelligo verum, si ea habet in præsenti, alioquin non obstante, quòd non exhibet procedetur in causa.

4 † Et no. quòd si pendente lite petuntur exhiberi instrumenta ad ipsam litem pertinentia & communia iudex in omnibus causis mediante suo officio pedisequo iubebit exhiberi, sicut si nulla lite mota petatur editio, iuberet ea exhiberi per actionem ad hoc congruam, vel per officium, quòd vicem actionis obtinet. suprà, de offi. iudi. c. 2. & no. quòd actio de exhi. habet locum, vbicunq; mea interest exhiberi ratione iuris, quòd in ea habeo, vel in ea peto, siue to, siue vt vendicem, siue vt præstem. ff. ad exhi. l. 3. §. sciendum. sed editio instrumentorum, quæ etiam est ad probandum intentionem meam, non fit quandocunq; mea intentio est ad probandum, quia graue esset probationes suas apud aduersarium suum requirere. ff. ad exhi. l. pe. & l. si liber homo.

CAPVT II.

SICVT CONSVETVDO. (Consuetudinem) vtpote onerosam (Consuetudinem) fallit in eo, qui accusatur de eo, quòd accepit aliquid, vt sententiam ferret. In Authen. vt li. iu. col. 9. 1. respon. Item vbicunq; aliquis etiam postquam nihil probatum est contra eum, tamen ipse remanet infamatus. infrà, de testi. tam literis. infrà, de purg. ca. constitutus. & per totum. Item vbi semiplenè probatum est. suprà, de procur. ex insinuatione.

CAPVT III.

1 *Possunt clerici pro suis præbendis agere & conueniri.*
2 *Si procurator ecclesiæ & præbendarius concurrant: præfertur præbendarius in agendo.*
3 *Termini antiquitus positi vel de nouo in actione fin. regun. obseruari debent.*

EX LITERIS. (Controuersiam.) † No. clericos pro præbendis suis posse agere & conueniri, nam vsufructuarij sunt qui agere possunt. ff. fi. regum. l. 4. §. finium.

Et hoc intelligo, si habeat ex consuetudine, vel ex constitutione, vel ab Episcopo, vel alio iudice ordinario potestatem ministrandi, & hanc reputo legis administrationem. C. de iur. cal. l. 2. §. 2. imò plus dicimus, quòd si generalem administratinẽ tantùm à dominio quis habeat rem, in iudicium deducere potest. ff. de pac. nam & necesse. † Fundi) nõ poterat agere ☞ interdicto vti possidetis, quia alius occupauerat, vt hîc dicit, & ideò agens possessionem amiserat, quare interdictũ vti possidebat. ff. vti pos. per totum. Nec vnde vi, cùm non fuerit spoliatus, sed fortè à principio sine violentia intra terminos alterius præbendæ, fundum occupauerat. Nec rei vendicatione, cùm non esset suæ proprietatis, sed ecclesiæ, sed nec nomine ecclesiæ agere poterat cùm ipsa possideret, æqualiter omnes præbendas, & hæc ratio sufficiens est, quare etiam interdictis superioribus non eget: vt not. infrà, de testa. relatum. in princ. tamen fortè posset dici, q; posset agere nomine præbẽdæ suæ, sicut abbas agit tantùm nomine suæ dignitatis, cùm habet bona discreta â conuentu suo. sup. de rescrip. edoceri. & expedit tantùm agere nomine præbendæ suæ, quando agitur contra canonicos vel alios, qui nomine eccleſiæ ſe dicunt poſſidere, vel ius habere, contra alios autem extraneos, qui non vtuntur iure eccleſiæ, melius videtur agendum nomine eccleſiæ, ſed tunc ſi dicit nomine eccleſiæ velle agere, oportet quòd habeat procurationem canonicorum, vel præpoſiti quorum nomine agitur.

2 † Sed dices quoniam aget nomine præbendę, cùm præbenda nihil habeat vel poſſideat? Reſpondeo, imò hæc præbenda poteſt habere iura ſua & poſſeſſiones, ſicut Epiſcopatus, abbatia, hoſpitale, vel quęcunq; alia dominus vel dignitas, vel adminiſtratio, & ſi ſimul concurrent & procurator eccleſiæ, & ipſe præbendarius videtur quòd præferendus eſt præbendarius in agendo. & hoc not. ſuprà, de reſti. ſpol. olim cauſam.

3 † Fundi) ſcilicet, tibi in præbendam aſſignati, in actione enim fin. regun. venit, vt termini antiquitus poſiti, vel de nouo ab eo qui partem habuit obſeruentur. ff. fin. reg. in finalibus eos. Et ſatis dicimus poſſe dari inter præbendarios ad ſimilitudinem vſufructuarium. ff. fin. reg. l. 4. §. finium. arg. ff. commu. di. l. communi diuidundo. §. cùm de vſu. ſed & proprietati hæc quæſtio cohæret. C. commu. di. ſi quis ſuper. ſi ergò quando petuntur termini poſiti dubitetur, quis poſideat, vel cuius ſit proprietas ſuper eo recipientur probationes, vt hîc, & in legibus prædictis. (Vtraque) ff. de iudic. in tribus. & l. ſed cùm ambo. (Sibi) not. iudici faciendam fidem. infrà, de teſti. in noſtra. (Promptiora) ff. de acti. & obli. Arrianus. 50. diſt. ponderet. ff. de pen. reſpiciendum. 26. q. 7. tempora. pe. argum. contra. ff. de offi. præ. obſeruandum. 28. diſt. quia. 81. diſt. tantis. (In liberali) & in quærela inofficioſi. ff. de inoffic. teſta. & pars. ſi in cauſa matrimoniali. 33. quæſtio. 1. ſi quis ac. (Cautum ſit) ff. de proba. in except. C. de præſcri. 30. ann. malè.

CAPVT IIII.

PROPOSVISTI. (Aſpectum) ſecundum canones non eſt melior probatio. 28. q. 1. nec aliqua.

CAPVT V.

1 *Negatiua quomodo probari poſſit.*

TERTIO LOCO. (Dixerunt) not. indirectam probationem. ſi infrà, de teſti. ex tenore. ſuprà, de elec. bo. me. 6. q. vlt. actor. ſupr. de renun. ſuper hoc. (Inter fratres) infrà, de teſtib. 1 veniens. Vnanimis) † nota probari negatiuam potes dicere, non probari directo, ſed indirecto ſic. Vel dic, non probari negatiuam, ſed præſumptiones eſſe pro negatiua, quibus ſtatur, niſi probetur contrà, vt aliàs not. & probabiliter poteſt dici, quòd vbicunque agitur de falſitate inſtrumenti per eos qui ſcripti ſunt inſtrumento probatur vel improbatur fides eius, arg. infr. de fi. inſtru. cùm Ioannes. C. de fal. vbi idem dicimus, & ſi non ſint ſcripti, ſed nomine aliquorum non inſcriptorum dicitur falſum inſtrumentum: vt hîc, & inf. de teſti. tam literis. in fi.

CAPVT VI.

IVRAVIT. (Priori) contra. infrà, de ſenten. & re iud. tenor. Sol. hîc quando agitur de contrahendo, quòd facilius diſſoluitur, ibi de contracto, quòd difficilius ſeparatur. infrà, ti. 1. licet ex quadam. & infrà, de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. ſuper eo. tamen vtrobique diſcretus iudex ſtabit melioribus probationibus. Authen. de teſti. §. quia verò. col. 6.

CAPVT VII.

1 *Literis principum nedum Epiſcoporum fides adhiberi debet.*
2 *Scripta publica manu facta valent etiam mortuis teſtibus ſubſcriptis.*
3 *An teneat quod fit à procuratore excommunicati.*

POST CESSIONEM. (Standum eſt) † Not. credi literis Epiſcoporum. 11. q. 3. curæ. 14. q. 3. ſtatuimus. 18. diſt. de conci. infrà, de fi. inſtru. ſcripta. infrà, de app. perſonas. 20. q. 1. vidua. imò videtur, quòd alieno ſigillo poſſint ſigillare literas ſuas. inſtit. de teſta. §. poſſunt autem, & non ſolùm literis Epiſcoporum, ſed aliorum principum creditur, & ſi hoc habet conſuetudo. infrà, de fi. inſtru. cùm dile. ſed contra viuæ vocis eorum non creditur. 6. q. 2. ſi tantùm. quomodo ergò literis. arg. infrà, de teſti. cùm tu fili. arg. ff. de cuſto. & exhi. reo Diuus. nec ſcripturis teſtium aliàs tabellionum creditur, niſi habeãt ſubſcriptionem teſtium. Authen. de hære. & fal. §. ſancimus. arg. ſup. de procur. c. 1. Authen. de inſtru. cau. §. ſed neq;. & §. ſed quia. hîc dicit ſigillum Epiſcopi obtinere vicem publici inſtrumenti, vnde eſt ei credendum.

† Alij dicunt quòd non creditur chartis Epiſcoporum, niſi redactæ ſint in publicam formam. ar. Authen. vt nul. iudi. §. ſi verò. C. de dona. in dona. niſi in locis vbi non eſt vſus tabellionum, vbi creditur ſi habent ſubſcriptionem teſtium. 16. q. 3. §. poteſt.

Et hæc vera ſunt extra iudicia, in iudicijs autem non creditur, niſi ſcripta Epiſcopi ſint facta per notarium, vel per duos ſcriptores non notarios. infrà, eo. quoniam. & eſt ſpeciale, quòd in iudicio creditur notario ſine ſubſcriptione teſtium, cùm ſit aliàs ſecùs. Authen. de hære. & fal. §. ſancimus.

3 † Item hoc ſcias, quòd ſcripta publica manu facta, vel Authentico ſigillo ſigillata etiam mortuis teſtibus ſubſcriptis valent, ſecùs autem de alijs. infrà, de fi. inſtr. ſcripta. Per literas) dicunt quidam, quòd hodie non creditur talibus literis intantum, quòd vitetur in iudicio. infrà, eod. quoniam. nec eſt contra. 11. q. 3. curiæ. quia ibi non dicit, quòd vitetur in iudicio, ſed in eccleſia, quòd non eſt ei præiudiciale, ſed medicinale. 2. q. 1. multi.

3 † Procuratorem) ſed quicquid tamen procurator in iudicio fecit antequam probaretur conſtituentem excommunicatum fuiſſe tenet, quia teneret quicquid ipſe ante excommunica. feciſſet. infrà, de except. pia. extra iudicium autem non tenet, quòd facit excommunicatus, & antequàm probetur ſibi excommunicatio, niſi ſicut poſtquam eſt ſibi probatum, de hoc no. ſup. de procu. conſulti. ſuprà, de do. & contu. veritatis. infrà. de excep. c. pe. (Admittendum) & hoc ea ratione: quia per exceptionem elidi poteſt illa procuratio.

CAPVT VIII.

1 *Nunquid ſi vnus hæres adiuit hæreditatem, an poſſit alius eandem adire hæreditatem.*

2 *Petitio*

2 *Petitio hæreditatis competit ad proprietatem recuperandam.*
3 *Res & iura pertinentia ad præbendam non vacant, licet præbendæ ius vacet.*
4 *In ingreſſu monaſterij omnia iura transferuntur in monaſterium.*
5 *Minor 25. ann. ingrediendo monaſterium alienat ſua bona etiam ſine curatore & decreto. Et quid ſit dicendum de rebus feudalibus & emphyteoſis.*
6 *Bona ingredientis monaſterium cui applicentur.*
7 *Monachi teſtamentum quando rumpatur.*
8 *Ingreſſus monaſterium fingitur non ſolùm decedere cum hærede, ſed etiam cum liberis.*
9 *Verbum teſtis ambiguum interpretatur pro eo contra quem producitur.*

IN PRAESENTIA. (Bona) quicquid diceret teſtator non potuit filium grauare poſt pubertatem in debito bonorum ſubſidio, vnde malè petebant patrui eius, quia omnia petebant. (Et petebant) petitionem hæreditatis intentabant, ſed nituntur ex teſtamento patris, qui inſtituit eos hæredes filij ſui impuberis, & eum impuberem deceſiſſe dicunt. Vel melius dic, quòd agebat actione ex teſtamento: vt not. infrà, de teſta. Raynaldus.

1 † Petebat) no. quòd licet vnus hæres adiuerit hæreditatem pro toto, vel pro parte, & licet per multos dies vel annos ſe geſſerit pro hærede, nihilominus tamen alius poteſt adire etiam ſola voluntate pro toto, vel pro eadem parte eandem hæreditatẽ. ff. de acqui. hære. l. pro hærede. & omnes res hæreditarias, quæ non ſunt per alium occupatæ poteſt accipere, veruntamen ſiue primus, ſiue ſecundus non habeat ius contra non habentem ius adrecuperandam poſſeſsionem rerum malè occupatarum interdictum competit de adipiſcenda poſſeſsione, ſcilicet, quorum bonorum. ff. quorum bo. per to. vel edictum diui Adria. C. de edict. di. l. fi. vel actionem in factum ad ſimilitudinem actionis expilatæ hæreditatis. ff. de cri. expi. hære. per totum. vel conditione ex. l. conquerebatur. C. vnde vi. ſecundum quoſdam.

2 † Ad proprietatem autem recuperandam competet petitio hæreditatis. ff. de peti. hære. regulariter. nec videtur tranſire poſſeſsio rerum hæreditariarũ ad hæredem, niſi cùm ſingularem poſſeſsionem actus fuerit per ſe vel per alium. ff. de acqui. poſ. hæredes, nec eſt contra. ff. ad Treb. reſtitutio. & l. ex facto. in prin. quia ius non dicit tranſire poſſeſsionem, ſed dominium, & ſi vnus dicit ſe eſſe in poſſeſsione, & alius dicit, ſe eum non poſsidere, ſi non eſt timor armorum permittatur vterq; ire ad occupandam poſſeſsionem vacantem, & qui præuenerit ille in ea defendetur de iure, donec alius de iure ſuo probet. Si autem eſt ibi timor armorum compeſcat eos iudex, & inhibeat ne aliquis eam priuatim intret. ff. de vſufru. ſi cuius. §. ſed ſi. & onus probandi illi incumbet, qui dicit ſe poſsidere. ff. de proba. l. 2. & eodem modo prohibebit iudex, ſi neuter dicit ſe poſsidere, ſed ſi vterq; cum armis feſtinet accipere poſſeſsionem, & tunc fructus harum rerum à nemine poſſeſſarum tenebuntur & ſeruabuntur, ſicut fructus iacentis hæreditatis.

Et hoc verum eſt quando dubitabitur ne ſimul concurrant, ſed quando certum eſt, quòd vnus alium præuenire poteſt, nunquam eſt impediendus, vel etiam prohibendus ingredi poſſeſsionem, ſed alius eſt prohibendus à moleſtatione primo ingreſsi. Poſtquam autem ſemel prohibitus fuerit, vel verbo, vel facto, non videtur quòd poſtea liceat alicui iſtarum partium, vel etiam alij cùm iſti fuerint primo ingreſsi illam poſſeſsionem, nec publicè, nec priuatim quouſque lis ſuper poſſeſsione, ſiue ſuper proprietate hæreditatis dirimatur per iudicem, dirimetur autem hoc modo, quia iudex qui prohibuit ingreſſum illius poſſeſsionis ex officio ſuo de plano, & ſine libello cognoſcet quis poſsidet, quando vterque dicit ſe poſsidere. ff. de libe. cau. liberis. §. fi. hoc dixit H. alij tamen dicunt, quòd ordinariæ tantùm audiendi ſunt ſuper interdicto. ff. vti poſſi. l. 1. §. huiuſmodi. ſed ſi neuter dicit ſe poſsidere, ſed tamen vterq; primò adire vult, tunc primò debet cognoſcere inſpecto teſtamento, quis habet potiora iura. C. de edi. di. Adri. l. fi.

3 † In præbendis tamen ſecùs eſt, quia licet vacet poſſeſſore, non tamen quilibet volens eas occupare admittendus eſt, quia licet præbendæ ius vacet, res tamen & iura pertinentia ad præbendam non vacant, imò poſsidentur ab eccleſia etiam dum viuit præbendarius, quia poſsideat illa nomine eccleſiæ, de hoc not. ſuprà eodem, ex literis. Item præbendæ non ſunt occupandæ, ſed authoritate ſuperiorum legitimè conferendæ. (Moleſtatione.) Item de ea moleſtatione agitur, quæ fit

extra iudicium, non de ea, quæ fit in iudicio. suprà, de elect. cùm ecclesia. infrà, c. proxi. in fi.

4 † Petebat) contra hos competunt actiones eædem, quæ competerent puero, qui ingressus fuit monasterium, cùm ingressu monasterij omnia iura sint in monasterio translata. 19. q. vlt. si qua. Sed si postquam in monasterium translata sunt iura ingressi, & tunc etiam habet ordinarias actiones, scilicet, rei vē. vel publicianam, vel si quæ alia de hæreditate iusto titulo possiderent, vel interdictum quorum bonorum, vel petitionem hæreditatis, si qua possiderent, de bonis de qua agitur sine iusto titulo, sed tantùm pro hærede vel pro possessore. Sed non placet hoc, non enim dicitur monasterium hæres pueri, sed in monasterium omnia iura eius translata sunt, sed aget rei vendicatione, si puer erat dominus, & publiciana si non erat dominus, & hac publiciana aget, etiam si nondum ad monasterium eorum possessio peruenerit, quia speciale est in ecclesia, vbi ex sola donatione vel obligatione agat etiam sine adeptione possessionis. C. de sac. san. eccl. vbi interdicimus, tamen credimus quòd hoc oportet monasterium probare, quòd puer per aditionem ipsam petita acceperit, vel alio modo, quo sine traditione dominium transfertur, vt in legatis. ff. de fur. à Titio. & in arrogatione. instit. de adop. §. per arroga. in princ. & in bonorum possessione. ff. de bo. priua. l. 1. in hærede instituto. ff. de acqui. pos. l. cùm hæredes. ad Treb. facta. & in adiectione causa lib. confer. insti. de eo cui. §. libertus.

5 † Minor annis) hîc habes expressè, quòd minor 25. ann. ingrediendo monasterium alienat sua bona, etiam sine curatore & sine decreto. Secùs autem videtur, si in alias causas etiam pias alienaret. arg. ff. depo. l. 1. §. voto. & feudalia [a] transeunt si debeant talia seruitia, quæ monasterium honestè possit exhibere per se, vel per alium. arg. C. de Epis. & cleri. ad summam. & l. quisquis. aliàs redit ad dominum. C. de cadu. tol. l. 1. §. ne autem. ff. de solu. inter arg. emphyteoses etiam transeunt. arg. ff. de leg. 2. peto. §. 1. arg. contra. Authen. de alie. & emphy. §. 1. vlusfructus transit, & durat in vita eius. instit. de acqui. per arroga. §. vsus etenim. & §. seq. & de vsufru. §. finit. Item si aliqua sibi data sunt, ne alienare possit, tamen transeunt. argumentum, de fun. do. l. 1. & de leg. 3. l. pater. argumen. contra. ff. de leg. 2. peto. §. fin.

† Item monasterium tenetur inquantum ad ipsum peruenit. ff. de capi. di. tutelas. ff. de appel. in arroga. instit. de acqui. per arrog. §. fina. & idem est vbicunque alicuius patrimonium ad aliquem peruenit. C. de vi pu. l. 2. ff. de fideius. inter eos. si autem in sua obligatione monachus mandauit aliquid expendi, & maximè in pias causas, implenda est voluntas eius. ff. de pact. inter. in fin. C. de pact. legem. & idem si mandat ne aliquid alienetur de his, quæ secum transferuntur. Authen. de elig. in emphy. §. sanctissimas. licet autem monasterio pro hoc obseruando, vel contra monasterium competat actio: tamen prælati eius eum ad hoc cogent ex offic. C. de lib. cau. cùm affirmes.

6 † Si autem ingreditur monasterium, cui non licet habere proprium, dicunt quidam quòd bona eius debent haberi pro derelicto, & sic occupanti concedunturff. pro derelict. l. 1. 2. 3. & per totum. vel in causa caduci sunt. C. de cadu. tol. l. 1. Alij dicunt, quòd debent peruenire ad succedentes ab intestato, quia ex quo professus est, mortuus fingitur. C. de Episc. Deo. Alij dicunt, quòd non sit tantùm monachus monasterij quòd ingreditur, sed etiam Episcopi, quando monasterium ergò non potest bona eius habere, peruenient ad Episcopum. argumentum. 16. quæstio. 1. qui rem. 18. quæst. 1. cap. 1. 27. quæstio. 1. de puellis. in hoc autem non censetur monasterium vice hæredum, quia statim cùm factus est monachus, monasterium habet dominium, & possessionem omnium bonorum monachi, sicut ipse habebat. arg. ff. de preca. si adoptauero. secùs in hærede alio. ff. de acqui. pos. cùm hæredes.

Hoc autem sic intelligimus, quòd licet prædicta perueniant ad monasteria, tamen legitimam dabit descendentibus. 19. quæstio. fin. in fin. & 17. quæstio. vlti. c. vlti. & idem videtur in ascendentibus. ff. de inoffic. testa. nam & sic. nec exhæredari possunt sine causa. in Authen. vt cùm de appel. cog. §. 2. C. de Epi. Authe. presbyteros.

7 † Item quantumcunque monachus qui monasterium ingreditur ascendentes non habeat, & testamentum condiderit, in quo præterea monasterium & alios instituat, [a] *Et feudalia. Intellige, vt per Felin. in c. quæ in ecclesiarum. col. 22. vers. 3. limita. supra de constitu.*

stituat, rumperetur testamentum, quasi agnatione posthumi. argumen. hîc. & in Authent. de san. epis. sed hic in præsenti. ff. de iniur. rup. & irr. test. filio. Item rumpitur, quia capite minuitur. ff. de cap. dimi. l. amissione. §. fi. & duabus legibus sequen. & l. vlti. Alij dicunt, quòd tantùm legitimam habebit monasterium. ar. 19. q. fi. Authent. si qua. hoc autem certum est, quòd hæreditates & legata, & ab intestato, & ex testamento melius capiet monasterium quàm monachus cœpisset, si in seculo remansisset. 19. q. fi. in fin. (Oblationem) quam fecerat non tantùm de persona, sed etiam in rebus. (Iuramento) C. si aduer. do. l. 1. & C. si aduer. ven. l. prima.

8 † Instituit) ingressus monasterium fingitur non solùm decedere cum hærede, sed etiam cum liberis. Authent. de san. epis. §. sed & hoc in præsenti. sed si rogatus esset monasterio vel ecclesiæ, vel aliàs in pias causas expendere, si decederet sine liberis ingrediendo monasterium, non intelligerem satisfactum conditioni, vt in eodem Authent. si autem fiat clericus alicuius secularis ecclesiæ, non euanescit fideicommissum, nisi sic fiat vt perpetuò perseueret clericus, & insuper in pias causas expendatur ipsum relictum, vt in prædi. Authent. Si autem testator dixisset, volumus talem partem hæreditatis dare patruis, si decesserit sine liberis etiam si fiat monachus, satisfactum videtur conditioni, arg. hîc.

9 † Veruntamen) not. ambiguum verbum testis pro reo, vbi magis pro eo contra quem producuntur interpretandum. argumen. supr. eod. titul. ex literis. & ad concordiam reducendum est. infr. de testi. cùm tu.

CAPVT IX.

1 *Non retractatur sententia prætextu falsi.*
2 *Non sufficit probare testes falsa dixisse, nisi probetur quòd corrupti falsum dixerint.*
3 *Sententia per falsos testes vel instrumenta prolata tenet.*
4 *Si testes eiusdem partis sibi contradicerent, neutris est credendum.*
5 *Qui recipit testes debet iudici de fama & eorum authoritate referibere.*
6 *Probare debet scientiam qui eam allegat. Ecclesia an amisit possessionem, si alius est in possessione.*
7 *Actione iniuriarum tenetur qui propria temeritate controuersiam facit.*
8 *Contra quem intentetur interdictum vti possidetis.*

LICET CAVSAM. (Spectare) intentando possessorium tantùm, vt in fine sequitur. (Proponebat) & in quorum possessione se esse dicebat, & contra sua molestatione compescendum (publicatis) super principali (In personas) hic enim ante apertionem protestatus fuit, quia aliàs sine alijs rationibus repelletur. infr. de testi. præsentiam. (Decreuimus.) No. in emergenti ferri sententiam. (Cõprehensum) & ad hoc assignatum. (Potuit) quia hoc expressè sibi commissum fuit, aliàs autem ille cui commissum est, quod recipiat testes super principali, non recipiet testes super reprobatione, quia non est sibi commissum, sed protestationem super reprobatione recipere debet, quia sine illa non potest benè fieri receptio testium. argumen. ff. de iur. om. iudi. l. 2.

1 †Post sententiam) hoc verum est si nunquam fuit obiectum de falso, nam tũc vsq; ad 20. an. potest opponere. C. de fal. quærelam. inf. de fi. instru. cùm Ioan. Secùs autem si esset mota quæstio falsi in iudicio, quia tunc nunquam prætextu falsi retractaretur sententia. C. si ex fal. in l. 1. & in 2. nisi esset appellatum. C. de fi. instr. l. vltim. argument. C. de temp. appel. l. per hanc.

2 †Hîc etiam no. quòd non sufficit probare testes falsa dixisse, nisi probetur quòd corrupti falsa dixerint. ff. de iudi. diuus. alij dicunt, quòd sufficit probare falsum instrumẽtum, ita & testes falsa dixisse. C. si ex fal. in l. pe. & vlti. cùm æqualis sit virtus testium & instrumentorum. C. de fi. instru. in exercendis. arg. ff. de excep. qui agnitis. supr. de transf. si ex falsis. Satis videtur posse dici, vt indirectè sufficiat probare testes falsum dixisse ante sententiam. infr. de testi. ex tenore. non est, sed directè vel post sententiam non nisi probet de corruptione, vel alio modo dolosè. scz. odio vel amore falsum testimonium dixisse. C. de fal. nec exemplum. & est valid dum argumen. quia post publicationem testium non possunt testes induci. Authe. de testi. §. quia verò. † Sed quid sufficit probare testes corruptos, nisi probatum sit falsum dixisse argumen. quod sic. 2. quæstio. 6. §. diffinitiua. versi. venales. ar. contra. infrà, de sen. & re iudic. cùm I. & A. C. si ex fal. instrument. falsam. infrà, de testi. sicut. & hic vltra medi. & hoc magis placet.

3 † Post sententiam) no. sententiam prolatam per falsos testes vel instrumẽta tenere, sed debere retractari. ff. de re iudi. diuus. & fit hoc per in integrum resti. petitam contra sententiam vsq; ad quadriennium. C. si ex fal. instr. l. 1. & 2. vel per actionem in factam intentatam ad interesse ad sententiam retractandam. ff. de fal. qui nomine. & sic vsq; ad 30. an. vel criminaliter accusando vtentem alio instrumento, vsq; ad 20. an. C. de fal. quærelam. Quidam dicunt, quòd per hanc accusationem directam de falso, nunquam retractabitur sententia, sed punietur pœna. l. Cor. de fal. † Post sententiam) Item non sufficit probare falsos testes vel instrumentum, nisi probet quòd iudex secutus fuit dictum eius. inf. de sent. & re. iu. cum I. & A. infrà, de testi. sicut. C. si ex fal. in falsam. & l. 1. & 2. (Circumstantijs) 3. q. 9. nihilominus. & 4. q. 3. item nihil. & §. qui falso. infrà, de appellat. solicitudinem. C. de litis contestatio. cùm pariter. (Produxit) non modò coram istis iudicibus, quibus nihil commissum erat de negotio principali, sed primò coram alijs.

4 † Inuicem) quidam dicunt ex loco isto, quòd si testes eiusdem partis sibi inuicem contradicunt, quòd neutris est credendum. ar. C. de fide instru. in exercendis. diuersæ nos autem contra. ar. Authen. de testi. si verò apertè. Nec ob. quod hîc dicitur. Hæc enim litera non dicit, quod vnus testis alij, vel alijs contradiceret, & ideò non valeret dictum eius, sed quòd vnus testis sibi ipsi contradicebat.

5 † Malè) hinc habes, quòd qui recipit testes, debet iudici rescribere cuius authoritatis & famæ sint, & de alijs circumstantijs. ar. infrà, de fideiusso. constitutis. infrà, de testi. cùm causam. (Nulla) hoc autem arbitrio iudicis relinquitur, qui hoc magis scire potest. ff. de testi. l. 3. §. tu magis. Aliquid dicere) sed nónne sufficiebat contra hos, vbi eorum dictum reprobaretur, quia criminosi fuere? Respon. sufficere si ad hoc ageretur, sed ad hoc non agebatur, imò repulsi fuerunt Fauentini ab hac exceptione per interlocutoriam Pap. sed agebatur vt testimonium illorum quasi falsum cassaretur. Plures) quid ad rem si melius probauit ecclesia, cùm se inuicem non contingant istæ probationes, poterat enim ecclesia habere omnem honorem districtum & iurisdictionem in locis, de quibus agitur & commune etiam poterat habere ibidem aliqua seruitia, non ergò contradicunt sibi testes, cùm sæpè ad concordiam sit laborandum. infrà, de testi. & attest. cùm tu. Respon. multum ad rem, quia si ecclesia probauit omnem iurisdictionem, honorem & districtum se. possedisset ergò alius non potuit ibi posidere seruitia, qui enim omnia dixit, nihil prætermisit. 19. dist. si Romanorum. & hoc innuit litera, vbi dicit, quòd duo simul etc. sed dic, testes ecclesiæ videntur suspecti cùm negatiuam astruere videantur, scilicet, quòd sic pertineant ad ecclesiam quod non ad commune. suprà, de cau. pos. cum ecclesia. Sed respondeo aliud est, si dicat testis commune non possidere, vel ecclesiam tantùm posidere, cuius dictum verè esset suspectum, & sic loquitur decre. contraria. aliud si dicant omnem honorem etc. pertinere ad ecclesiam, quorum dictum in nullo suspectum dici potest.

Sed oppones, nisi ex illis verbis omnem honorem etc. Colligas illum intellectum quòd Fauentini nihil habebant, videtur verũ, quòd primò dictũ est, quod vtriq; testes saluari possunt. Dic ergò testimonium testium ecclesiæ sic intelligendum, nisi vt Fauentinos, vel alios excludat, quia sic esset suspectum, sed quod iurisdictionem, honorem & districtum omnis generis, ibi exercuerat ecclesia tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis, puta iurisdictionem in cognitione causarum, in puniendo maleficos. Insuper eam honorabant vocando eam dominam occurrendo nuncijs eius, & obediendo mandatis eius etiam extra iudicium. Distringebat etiam eos ecclesia exigendo cautiones fideiussorias, ne ad illicita prorumperent, quæ omnia & his similia possent sub iurisdictione comprehendi.

Sed oppones sic, ergò nihil prodest ecclesiæ, quòd plures vel meliores & antiquiores habuit probationes, cùm per testes ecclesiæ non tanguntur Fauentini. Item secundum hoc nihil faceret ad propositum quòd sequitur, quia duo etc. Nã cum eisdem seruitijs non dixerint, vterq; debet habere quod probat. Ad hoc potes respondere, quod melioritas vel antiquioritas testium, vt ita loquar, non valet, quo ad hoc quòd Fauentini non habeant seruitia, dummodò tantùm per duos testes

testes probarent seruitia percepisse. Sed ad hoc quòd Fauentini seruitia non habeant facit probatio antiquioris temporis recepta pro ecclesia. sup. de elect. cum ecclesia. vel quia fundata est intentio ecclesiæ. Si ergò commune post probat se in eisdem locis aliqua seruitia percepisse, præsumitur quod possederit clam, nisi probet quod ecclesia sciuerit commune posidere, & etiam fortè intenderet posidere. argum. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. aristo.

6 † Nam qui scientiam allegat, eam probare debet. 82. dist. proposuisti. ff. de probat. verius. ff. de admi. tu. hoc nisi fortè violentæ præsumptiones essent, quòd sciret: quia tunc oportet quòd probet ignorantiam. argum. 16. dist. quòd dictis. suprà, de postu. c. 1. sed & si probauerit scientiam ecclesiæ, & ecclesia contra probet, quod statim postquam sciuerit verbo, vel alio modo contradicit, vi ab eo posidere videtur. ff. quòd vi aut clã l. 1. §. quid sit. & §. sequen. vtroq; ergò istorum modorum, siue clam, siue vi ab eo posideat, succumbet in interdicto. instit. de interdi. §. retinendæ. ecclesiæ autem adminiculum afferunt priuilegium, licet sola probatio antiquioris temporis sufficeret.

Sed oppones, imò obtinere debet commune, cùm commune posideat seruitia & non ecclesia. ff. vti posi. §. hoc autem. & sufficere debet si tempore litis contest. se posidere probat. insti. de interdi. §. retinendæ. Ad hoc sic respondeo, non est simile verum ecclesiam posidere, erat enim ecclesia in possessione recipiendi illa & alia seruitia, quando volebat, quæ licet vel consimilia commune se probet posidere tempore lit. contest. quia tamen vi, vel clam posidet ab ecclesia succumbet, vt dictum est. Melioritas autem testium tunc præcipuè valeret, si de eodem tempore tantùm deberet. Hoc autem hoc ideò posuit, quia fortè vtriq; testes probant, quia tempore lit. contest. eadem seruitia recipiebant ecclesia & commune, sed ecclesia melius & per meliores testes, & ad hoc benè sequitur. cùm duo etc.

☞ † Sed dices, & si vi vel clam posidebat commune, tamen quia posidet non debet habere locum vti posidetis contra ipsum, quia tunc locum tantùm habere videtur, quando se tantum, & non aduersarium dicit posidere. ff. vti posidetis. l. 1. §. est igitur in præceden. Item in hoc casu competere debent, quod vi aut clam, aut vnde vi. ff. quòd vi. l. 1. 2. & 3. in princ. & ff. vnde vi. l. 1. in princip. Respon. imò locum habet tantum vti posidetis, quia actor non dicit se expulsum, sed turbari tantum, & interdictum vnde vi locum habet, quando quis expulsus est. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. interdictum. Hic autem habet locum, quando turbatur posidens, quamuis & ille qui turbat posideat, dummodò vi aut clam, aut precario ab aduersario. Si autem expulsus esset, competeret interdictum vnde vi, vel officium iudicis, vel condictio ex decreta. vt not. suprà. de elect. quærela. suprà, de causa possess. cùm ecclesia. Sed dices nónne eoipso quòd alius est in possessione, ecclesia amisit possessionem? Respondeo non, potest enim esse in possessione iurisdict. ho. & dis. & etiam ipsorum seruitiorum quæ retinuit ecclesia & possessionem, nihilominus seruitiorum quæsiuit commune, & ita vterq; habet possessionem sui iuris, licet cõmune malè habeat, & posset hic dici, licet iure nõ prohibetur & adijci his quæ superius dicta sunt, quòd hîc competeret interdictum vnde vi, vel officium iudicis, vel condictio ex decret. ad recuperandum ius illud seruitiorum, quòd posidebat commune, & interdictum vti posidetis, ratione vis turbatiuæ quam sibi facit commune superiure etc. quæ posidebat ecclesia.

† Sed dices propter hoc non esset imponendum silentium communi, cùm per hoc interdictum non esset ei auferenda possessio seruitiorum, quam habebat. Tu autem potes respondere, quod etiam agendo interdicto vti posidetis. ex quo constat, quòd vi vel clam posidet ab aduersario, imponetur sibi silentium, quia aliter non cessaret à turbatione vt dicunt quidam, licet non probent illud iure, quòd si seruitia possit recipere commune sine turbatione iurium ecclesiæ, quòd non imponeretur ei silentium, quamuis vi vel clam posideret, cùm ad hoc non ageretur, nullam autem possessionem retinenti non datur interdictum, cùm tueatur possessorem. ff. vti posidetis. l. 1. §. 1. & 2. nec potest turbari, nisi qui posidet, & ex sola vi turbatiua competit hoc interdictum, vt hîc.

Et

Et hæc habent locum, vbi petitur in libello, quòd commune ceſſaret ab inquietatione eccleſiæ in ſeruitijs exigendis, in prædictis locis, & commune tantùm de ſeruitijs quæſtionem referebat. Vel dic & planius petitum in libello commune ceſſare à turbatione eccleſiæ, ſuper iuriſdictione ho. & diſt. & commune non ſeruitiorum, ſed iura ho. & diſ. quæſtionem mouebat, & ideò meliores probationes & de antiquiore tempore præualere, & benè ſequitur, cùm duo etc. & expoſitione eadem, ſcilicet, ho. iuriſdictio. & diſtri. & ſic plana ſunt omnia, & quia de ſeruitijs principaliter non agebatur. ſi ſuprà, de elect. cum eccleſia. ff. vti poſſidetis. ſi duo. §. 2. Si autem commune retuliſſet tantùm quæſtionem alicuius iuris, quòd dicit ſe habere in iuriſdictione quod poſſe videtur. argu. ff. vti poſſide. l. vlti. ſicut enim referre poteſt quæſtionem iuris, quòd in re habet. ff. vti poſſidetis. ſi duo. §. ſi vicinus. ſic etiam dicitur de iure quòd habet in iuriſdictione. arg. prædictæ. l. vltim. vti poſſidetis. puta quia aliqua ſeruitia quaſi ſeruitutem habent in iuriſdictione, ſed iuriſdictionem benè confitetur eccleſiæ, tunc ſi non malè in poſſeſſione eſſet commune illius iuris intentabat eccleſiam negatoriam. ff. ſi vſufruct. peta. vti. §. vtrum. ſed interdicto ſuccumbet eccleſia, quia tuetur poſſeſſorem. ff. eodem. l. 1. §. interdictum autem.

Si autem commune non eſſet in poſſeſſione ſeruitutis, competeret contra eum interdictum quòd non tantùm competit, quando eſt contentio quis poſſidet. argumen. ff. vti poſſidet. l. 1. §. hoc autem. etiam contra eum, qui non poſſidet. ff. eodem. ſi duo. §. ſi vi. ſi turbat poſſidentem vel non permittendo eum vti iure ſuo. ff. ſi ſer. ven. l. ſicut. §. Ariſto. ff. vti poſſidetis. ſi duo. §. hoc inter. & §. cùm in Aquis lian. vel etiã de ſuo auferendo. ff. vti poſſidetis. ſi duo. §. item videamus. ſed actor. Illi autem eſt qui in poſſeſſione talis iuris vel ſeruitutis datur vtile interdictum cõtra conturbantes eum. ff. de iniur. iniuriarum. §. vlt. & l. ſeq.

y †Si verò commune neq; iuriſdictionis neq; iuris, quòd in iuriſdictione haberet, faceret controuerſiam, ſed propria temeritate controuerſiam faceret, tenetur actione iniuriarum. ff. de act. empt. qui pendente. §. 1. ff. de iniurijs. l. prima. in principio, ſed & hoc interdicto turbetur quòd non tantùm contra poſſidentem competit, vt dictum eſt, ei autẽ quòd dictum eſt, quòd idcircò imponitur ſilentium communi, nec in ſententia excipitur de ſeruitijs, quia actum non fuit videtur eſſe contra id quòd not. in gloſ. quæ incipit, vt inter, vt diximus, quòd vbi ambos inuenit poſſidere, debet modos poſſidendi diſtinguere. Sed reſponde illud obtinere, vbi neuter ab altero malè poſſidebat. ſcz. vi, vel clã, vel preca. hîc autem ſolá eccleſia agebat, vnde quamuis commune poſtea ageret & probaret receptionem ſeruitiorum non fieret adiudicatio ſuper illis, quòd petitum non erat. argument. ff. de ſimo. licet poſſet tamen dici, quod ſi commune benè probaſſet ſeruitia, quod potuiſſet abſolui quo ad ſeruitia ab impetitione eccleſiæ. ſuprà, de electione. capite vltimo. ſed non fieret adiudicatio, quòd ſuper ſeruitijs non moleſtaretur. Hîc autem ideò quo ad ſeruitia non fuit abſolutum commune, quia præſumebatur vel vi, vel clam poſſidere, vt ſuprà eſt dictum.

Ad hoc ergò vt non poſsint hæ dubietates euenire ſemper debet actor exprimere modos turbationis, ſi enim non exprimantur, & feratur ſententia, quod non vexet in nullo vlterius vexare poterit: etiam ſi erat in poſſeſſione aliquorum ſeruitiorum ipſa amplius vt non poterit. argum. C. de anna. except. l. vlt.

Item non facimus vim, quod quæſtionem referat tractatus in iudicio in interdicto vti poſſidetis, quòd ſuper eo, quòd proponit ille, qui trahit alium in iudicium recipientur probationes vtriuſq;. Cùm vterq; in interdicto vti poſſidetis actor ſit, & reus & pariter pro vtroq;, & contra vtrunq; pronunciabitur. (Eodem) hoc verbum ſoluit contrarium. ff. vti poſſidetis. ſi duo. nam alio modo poſſidet vſufruct. vel ſuperficiarius, ſcilicet, naturaliter, aliter proprietarius, ſcilicet, ciuiliter. Ex priuilegijs) malus titulus Fauentini vel priuileg. eccleſi. modicum faciunt ad interdictum vti poſſidetis, ſecundum quod diximus in gloſſ. quæ incipit, qui ad rem. Vel pores dicere, quòd facit priuilegium, quia commune probationes induxit ſuper ſeruitijs & eccleſia ſuper omni iuriſdictione ho. & diſtrib. qui dixit omne, nihil commune reliquit. Prudenter ergò fecit eccleſia, quæ hæc priuilegia induxit, & quantum potuit ſuam cauſam iuſtificauit, vt & ſuæ probationes communis probationibus præferantur, imò plus dicimus, quia ſi commune probaſſet ſe ſeruitia poſſediſſe, antequam eccleſia poſſideret in prædictis caſtris iuriſdictionem etc. non teneretur commune probare aliquem iuſtum titulum ſuæ poſſeſsionis, quia nulla eſſet præſumptio contra eum, ſed quando in re alterius dicit ſe aliquod ius quæſiuiſſe, cùm omnis res præſumatur libera, præſumitur vi vel clam poſſidere, niſi contrarium probet. & ſic loquitur decret. ſuprà, de reſtitut. ſpo. Piſanis. nam benè fatemur, quòd ſi commune hoc probaſſet aliquem titulum per quem contrariam præſumptionem remouiſſet, obtinuiſſet in interdicto.

z †Vti poſſidetis) vt interdictum vti poſſidetis contra eum, qui inuenitur non poſſidere, vel malè poſſidere ab aduerſario, id eſt, cùm aduerſarius prius benè poſſederit, & is contra quem agit, incipit poſtmodum eandem rem vi, vel clam poſſidere, vel precariò, nunquam debet ſententiari vti poſſid. ita poſſideatis, ſed condemnare moleſtatorem & imponere ei ſilentium, vt hîc. C. vti poſ. l. 1. ff. vti poſſid. §. vlti. ſi autem qui egit vti poſſid. inueniatur non poſſidere, vel reus melius, probet ſe poſſidere, abſoluitur reus. ſuprà, de elect. cùm eccleſia. Vel etiam forte adiudicabitur ſibi res, de qua agitur ſi de ſuo iure probauerit, vbi autem intentatur contra poſſeſſorem à poſſeſſore, iudex in ſententia debet diſcernere, quam poſſeſsionem vnus habet. ſ. naturalẽ, quia vſufructuarius, & quã poſſeſsionẽ alius. ſ. ciuilẽ: quia proprietarius, & tũc pronunciabit, quia inueni vos ſic diſtinctas poſſeſsiones habere, ideò præcipio vti tu Ioan. ciuilem, & tu P. naturalem vti poſſidetis, ita poſſideatis. argumen. inſtitut. de act. §. curare. & ſi ſecùs factum fuerit, non tenet ſententia, quia certum non continet. C. de ſen. quæ ſine cer. & ſemper iudex in ſententia debet adijcere vim fieri contra mandatum meum prohibeo. C. vti poſ. l. 1. in princip. vbi autem vterq; probat ſe ciuiliter & naturaliter poſſidere, & per omnes ſunt æquales probationes & præſumptiones. Dicunt quidam pronunciandum vti poſſid. ita poſ. quaſi pronunciet, quòd pro proprietate poſſideant pro indiuiſo, & ſic inter eos diuidetur. argum. ff. de vſufruct. ſi cuius. §. inter duos. Sed hoc nunquam fuit petitum, ergò non debet ſententiari. inf. de ſimo. licet.

†Alij autem dicunt abſtinendum à ſententia, vt ſic affecti tædio componant vel arbitros eligant vtrobiq;, tamen prohibebit vim fieri vel diuidendam rem, vt dictum eſt. Vel ex quo vnus recipit aliquid, alius prohibetur illud idem accipere, vel etiam occupare. Fauentinum) quidam dicunt, quòd per hanc accuſationem directam de falſo, nunquam retractabitur ſententia, ſed punietur pœna. l. Cor. de fal. C. de ſenten. & interlocut. l. 1. contra ſo. vt ſuprà, de elect. quærelam. (Super hoc) quæ ſequuntur determinant verbum præcedens, ſcilicet, condemnamus, ſed participium ſequens, ſcilicet, ſilentium imponentes. (Et alijs) benè dicit & alijs: nam cùm verba libelli ſint largè intelligenda. ff. de iudic. ſi quis. Authent. ſolemus. de cauſ. poſſeſ. c. 2. non ſolùm petita in libello adiudicabuntur, ſed etiam alia pertinentia. ar. inf. c. cùm cauſam.

CAPVT X.

PER TVAS. & infrà. (Recognouit). C. de la. li. tol. l. 1. §. penultim. (Nominatus) repete quæ dicimus ſuprà, de fil. presbyt. Michaël. (Infirmare) ſuprà, de electio. per inquiſitionem.

CAPVT XI.

1 *Receptio teſtium ſiue confeſsio vbicunq; fiat, dummodò de iudicio mandato fiat, inter acta iudicij computabitur.*

Tabellioni in quibus ſit credendum.

2 *Duo idonei viri æquiualent tabellioni.*

3 *Cur potius ſimplici nuncio, quàm iudici creditur.*

4 *Nunquid inſtrumentum productum dicatur eſſe de actis.*

5 *Recipiens teſtes, debet in actis ponere, quanta ſit fides eis adhibenda.*

Teſtem vacillare quis dicere poſſit, iudexne, an notarius.

Tabellio nullam habet authoritatem in receptione teſtium, ſed in ſcribendo tantùm.

6 *Cùm in inſtrumento multa continentur, & tabellio dicat, ſe his interfuiſſe, intelligi debet quæ in eodem loco & die acta ſunt.*

7 *Cautio de rato quando habebat locum.*

8 *An ſi*

8 *An sit credendum iudici super processu iudicij, & quando.*

9 *Iudiciarius ordo ita seruandus est in sententia excommunicationis, sicut in alijs.*

QVONIAM CONTRA. (Iudicis) secùs si essent plures, & sic seruat ecclesia Romana. arg. infr. de ex. præla. inter dilectos. inf. de accusa. cùm dilectus. Alij contrà & soluunt, vt ibi diximus. No. quòd ex quo creditur duobus iudicibus, & duobus scriptoribus, ergò eadem ratione vni iudici, & vni scriptori. (Extraordinario) id est, deleg. Publica) repete quæ diximus supr. eodem, post cessionem, non intelligas quòd duobus clericis, vel soli notario credatur de scriptura processus, puta si dicit, talis sic confessus fuit, vt talis testis sic dixit, nisi hæc fiant coram iudice, vel coram alio ad hoc deputato. Sed satis videtur, quòd iudex ipsum notarium, vel duos clericos possit deputare pro vtroq; officio, scilicet, & receptoris testium, & scriptoris, & sic habet consuetudo, quæ est optima. l. interpres. & supr. de consuetu. cùm dilectus. ff. de leg. minimè diuturna. & l. sed & ea. & l. si de interpretatione.

1 †Item receptio testium, siue confessio vbicunq; fiat, siue in præsentia iudicis, siue non, dummodò de mandato iudicis fiat, inter acta iudicij computabitur, quia authoritate iudicis factum est, ac si ipse iudex præsens fuisset, & quia est de his quę ad iudicium pertinent, & acta iudicij & forensia instrumenta valent, si solummodò per iudicem scribantur, vel per quemcunq; alium & non notarium sine subscriptione testium. C. de dona. in don. infrà, de præscript. ad audientiam. Alij contrà & melius, vt nota. infr. de testi. cùm à nobis.

2 †Conscribant) per se, quia vterq; manu sua idem scribet, vel dic, quòd hi duo possunt actum per vnum ex seipsis scribere, vel penitus per extraneum, sed ille, qui manu propria non scribit per sigillũ authenticum, vel subscriptionem suam, vel alio modo legitimè notum faciet, quòd sua authoritate factum est. arg. ff. de admi. tu. l. tutor. §. gessisse. & etiam quilibet tabellio chartis per alium factis authoritatem præstat. Authent. de tabel. colum. 4. Idem est in electoribus, quia vnus solus pronunciat electionem. supra, de elect. in genesi, & in iudicibus ferentibus sententiam. argumen. ff. de re iudic. duo.

3 †Citationes) mirum est, quòd creditur simplici nuncio, & non iudici. infr. de app. cùm parati. ff. de rebus eorum qui sub tu. magi. §. illud. suprà, de elect. bonæ. l. 65. distin. si fortè. Sol. dicunt quidam hodie non credi nuncio, vel dic ei credi, quia eius officium est, sed non iudicis, quia iudex semper niteretur defendere factum suum, & quia nimiæ expensæ fierent, si nuncij secum ducerent notarios, vnde sic debet exponi, quòd hic dicit citationem, id est, responsionem nuncij citantis, litera etiam per quam datur potestas citandi, debet scribi in actis, nisi esset nuncius publicus, qui esset generaliter constitutus ad omnes citationes faciendas. Literam autem citationis sufficit esse sigillatam sigillo iudicis, quia non est de actis iudicij propriè, sed ante iudicium.

4 †Instrumentorum.) No. quia ex quo producta sunt instrumenta coram iudice vel etiam coram alio, de eius mandato & exemplata, vt de hoc no. sup. de offi. dele. cùm in iure. & tunc non agitur ad editionem instrumentorum priorum [a], ad quã nisi rarò agi potest, sed agitur ad editionem actorum, ad quam semper agi potest, vt no. supr. eodem, c. 1. primùm enim instrumenta translata sunt in acta, & idem est etiam si non sunt exemplata, sed tantùm scriptum est in actis, talis produxit instrumenta, cuius principium est tale, & finis talis, quia ex tunc illud instrumentum, vel eius tenor in instrumentis, vel in actis computandum est, scilicet, per hoc dicunt quidam, quòd etiam rescriptum commissionis, & procurationes inferendæ, sicut in actis huiusmodi. Et nos quidem dicimus hîc ratum esse, sed & si non inferãtur post lit. contest. nõ oportet procuratorem probare mandatum, ex quo eum vsq; ad lit. contest. amisit. ff. de procu. l. Pomp. §. rati. nec iudex commissionem sibi factam: vt & no. supr. de elec. statuimus. † Vel dic & melius, quòd benè debet probare rescriptum commissionis & procurationem exhibitam in iudicio & scriptam in actis, sed non tenetur [b] monstrare ipsa originalia, nec eorum tenorem probare, sed si non sunt in actis scripta, oportet eum probare commissionem & procurationem per ipsorum originalium exhibitionem, sicut hic satis innuit expressè, sufficit enim in his actis contineri, talis exhibuit rescriptum Apostolicum, vel procurationem suam, & est necesse inseri tenorem eorum.

[a] *Priorum. Et sic instrumẽtum ipsum productum non dicitur de actis. Adde tamẽ quod quando agitur vt tale instrumentũ productum redarguatur de falso: tale instrumentũ dicitur de actis sicut incorporatio. ita Petr. de Anch. in cõsil. 172. incip. circa primũ dubiũ. vers. præterea licet instrumentum.*

[b] *Sed non tenetur. Hoc refert & sequitur Pet. de Anch. in consi. 41. incip. prima facie. in 2. col. in princip.*

5 †Delegationes autem & subdelegat. etiam debent scriptæ esse, vbi hîc dicitur, & sufficit ibi dici. hęc subdelegatio scripta fuit per talem, debet etiam ponere in actis illis, ille qui recipit testes quanta fides sit ei adhibenda. 4. quæstio. tertia. §. item. inf. de fideiuss. constitutis. & de test. constitutis. & c. causam. & nisi ponat hîc periculum inde acceditur, quia licet ipse qui recipit testes, & ferat bonam sententiam contra dicta testium, quia nouit testes vacillasse in suis testimonijs, tamen superior ad quem appellatur, vel alio modo causa defertur vacillationem ignorans, fert sententiam secundum dicta testium, & videtur quòd ille, qui recipit testes debet dicere & facere scribi in actis præsente teste, & audiente, quòd iudex reputat eum vacillare, & etiam datur potestas contradicendi testibus, & partem autem non oportet esse præsentem, nec aliquid scire quousq; fuerit publicatum, alioquin nimis impedietur processus causarum, nec mireris, si in hoc requiritur testis & audietur contradicens, quia eius interest, & propter hoc puniri debet. inf. de pœ. super his. vbi no. Nec est cõtrà. sup. de ord. cog. cùm dilect. in fin. quia ibi nulla pœna infertur testi. quia iudici non est manifestum de malitia testis per testes, quia eo absente testificati sunt, sed hîc ipse videt malitiam testium, videtur tamen quod tabellio [a] qui scribit atte stationes, non debet scribere, vel dicere in actis, vel interserere in depositionibus testium, nisi ipse benè videat & cognoscat quòd vacillent.

[a]

Aliqui tamen dicunt quòd si solus iudex dicit tunc, scilicet, in receptione testium, quod vacillat testis, quod ei credendum est, & quod tabellio illud scribere debet, etiam si nihil videat titubationis vel vacillationis, quia tabellio nullam habet authoritatem in receptione testium, sed in scribẽdo tantùm. Iudex autem, qui debet inquirere, & potest capere & vinculare testem. C. de testi. nullum. inf. de pœ. super his. & c. dilectus. ille habet authoritatem, & sicut tabellio debet fideliter scribere, quod dicit testis, & non aliud. ita fideliter debet scribere ea, quæ pertinent ad officium iudicis, scilicet, de quibus interrogauit. & inter cætera etiam scribet, sicut dictum est, quòd iudex qui recipiebat testes, mihi tabellioni dixit, quòd testis vacillabat, & plus valebit & maioris authoritatis erit, si ibi tabellio adijciat, mihi videbatur, quòd vacillaret, si tamen veritas sic se haberet, quia nec mentiri debet, nec aliquam scribere falsitatem, & videtur quòd iudex & tabellio quantũcunque possunt magis debent exprimere modum vacillationis, scilicet, quia dubitãdo, vel tremendo, vel retinendo, vel sudando præ nimio timore loquebatur, vel aliàs huiusmodi etiam videtur aliquibus & fortè non malè, quia etiam nõ intelligente hoc teste, posit hoc facere scribi. Illud benè videtur, quòd nisi p̃dicta interserat, vel scribi faciat, dum dicitur testimonium, quod postea nõ faciat scribi, nec super hoc crederetur ei, vt hîc. (Et personas) iudicium & litigatorum, & aliorum de quibus fiũt, & loquuntur acta, testiũ autem nomina, q̃ interfunt actis, non debent ibi scribi. arg. à contrario sensu. Authen. de hære. & fal. §. nec absunt. C. de do. in donatione.

6 †Et personas) per hoc satis patet, quòd licet multa contineantur in instrumento, tabellio tamen qui dicit se his interfuisse non intelligitur dicere, nisi de his, quæ in eodem loco & die acta sunt, vnde si iudex in sententia sua narret, quomodo in lite q̃ diffiniuit lit. cõtest. facta est partiũ cõfessiones factæ, testes recepti, etc. huiusmodi non tamen ista probant̃ per instrumenta, quia non sunt facta ea die, vel loco, quo instrumentũ sententiæ est factũ. Sed tantùm per hoc instrumentũ probat̃ sententię prolatio, quia eodem die & loco est p̃lata, quo rogatũ est instrumentũ de alijs, vt puta [b] de lit. contest. vel de confessionibus huius facti narratio est, imò plus videtur, q̃ etiã si diceret tabellio, tali die & loco facta fuerit lit. contest. & confessiones, tamen non valet super his instrumentũ, sed quantum ad hoc testimoniales literæ sunt. Alij dicũt & sic etiã Papa iudicauit, quòd delegationes & subdelegationes p̃bant̃ per sola sigilla delegantiũ, non enim dicunt̃ esse acta iudicij, cùm fiãt sine causæ cognitione & partibus absentibus. Et eodem modo probatur procuratio per instrumentum exinde confectum, quia tam cõmissio quàm procuratio, & ante lit. cõtest. & pòst p̃ ipsa originalia sunt p̃banda.

[a] *Quod tabellio. Adde Fel. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 2. in prin.*

[b] *Vt puta de lit. cõtest. hãc doctri. Innoc. hîc alleg. etiã Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. 7. in fin. sup. de consti.*

7 †Instrumentorũ) lex autem q̃ est. ff. de procu. l. Pompo. §. rati. non cõtradicit, ibi enim dicitur, q̃ post lit. contest. nõ exigitur cautio de rato, & benè, quia cautio hæc non habet locum, nisi vbi dubium est, an sit procurator quod est semper, quãdo

a Imò plus. Ad de Pet.de Ancha. in consi. 108.incip.iudex de iure. col.3.post me. Et vide Inno.in c.cũBertholdus.in gl. in verſ.cõceſſimus. inſ. de ſen. & re iu. Et de veritate dic per Alex.in cõſ.123. col.4.verſ.quãũt. in 1.vol. & in locis ibi per eũ allegatis. Et adde hîc.ſup.ad.c. in præſentia. de renun.

procurator veriſimiliter dicit ſe habere mandatum, etiam ſi non habet vel ꝓbet. ar.C.de ꝓcu.l.1.ff.de iureiur.pluſquã.§.fi. & ideò eſt, quia non licet reo dicere poſt lit.conteſt.dubito,an habeas mandatũ ſatiſdationis,nec etiã poteſt dicere præciſè, quod probet mandatũ,ſicut nec ante lit. conteſt.hoc onus ei incumbebat,vt dictũ eſt. Sed ſi reus vult probare quòd ille,qui dicit ſe procuratorem non habet mandatum,poteſt & ſic etiam non exigetur cautio de rato ab eo, qui dicebat ſe procuratorem, ſed abſoluetur reus ab obſeruatione iudicij.Item etiam ſi non offerat ſe ꝓbaturum, quòd non ſit procurator,ſed tãtùm dicit eum non admittendum vlterius, niſi oſtendat procurationem originalem, vel actum iudicij in quo contineatur, quòd eius procuratio exhibita fuit, vel quòd poſt dubitationem iſtam, ſcilicet, an eſſet procurator & inquiſitionem factam ſuper hoc admiſſus fuit,tanquam procurator. ar. ſup.de elect.cùm dilectus. non admittitur quaſi procurator, niſi ſatiſdet,nam licet cogatur ſatiſdare poſt litis conteſtationem, vt in §. præ.ff. de procu. l. Pompo. §. rati.poteſt tamen ſi vult, ſicut & nouus procurator ſatiſdare debet. C.de conſor.eiuſdem lit.l.2.(Animaduerſione)quia de ſuo reſarciret.inf.de ſen.excom.ſacro.C.de iud.ſancimus.& C.de teſti.ſi quando.in fi.aliàs etiam puniet ſecũdum ſuum arbitrium. inſtit. de obli.quæ ex quaſi dele.in princ. Proceſſu)repete quæ diximus ſup.de offi.deleg.cùm in iure.& de elect.bonæ memoriæ. ante ſentẽtiam tamen,vel poſt ſententiam, à qua ſit appellatũ, poſt ſentẽtiam autem à qua nõ eſt appellatum præſumitur pro eo,vt not. ſup. de offic.deleg.cùm in iure.

8 † Item attende diligenter, quia dicit non eſſe credendum iudici ſuper proceſſu iudicij,id eſt,ſuper actis iudicij,nec pro eo præſumendum in prædictis,& de hoc not. ſup. de offic. deleg. cùm in iure. Sed de alijs, quæ ſunt extra proceſſum eſt iudici credendum,& pro iudice præſumendum, vnde ſi iudex tulit ſententiam & condemnauit aliquem in centum & nõ eſt appellatum, non poterit poſtea dicere, quòd ſententia non ſit iuſta, & ſi propter hoc petit exhiberi acta,ſcilicet, atteſtationes, vel aliàs, vt ex illis appareat iniuſtam ſententiam eſſe, non eſt audiendus,& etiam ſi producta fuerint de facto,licet ex eis nõ probetur iuſta ſententia, non tamen propter hoc reuocabitur ſententia.

9 † Imò plus videtur, quòd ſi dixiſſet, quia per A.& B.teſtes ſic probatum eſt ſic ſententio,& per illos teſtes nihil probatur, nihilominus præſumitur pro ſententia iudicis.ſup.de renũ.in præſentia.inf.de ſen. & re iud.cauſam.argu.ff.de re iudic.cùm prolatis.arg.contrà.inf.de ſen.& re iudic. cùm Bertholdus.vbi no.Idem videtur dicendum in ſententia excõmunicationis, interdicti & conſimilibus, ſcilicet,quia ſi conquæratur quis de iniuſta excõmunicatione, à qua non ſit appellatum,præſumitur pro iudice. Si verò ſit appellatum, vt hîc,cùm ordo iudiciarius ita ſit ſeruandus in ſentẽtia excommunicationis,ſicut in alijs.2.quæſt.1.nemo.inf.de ſen.excom. cùm medicinalis.idem ius ſeruandum eſt. (Documentis) nam licet non ſcribantur per tabellionem,vel per plures. Aliàs tamen valent acta, dummodò poſſint probari per confeſſionem partium, vel per teſtes,vel alio modo.

CAPVT XII.

AD NOSTRAM.(Legi)hęc lex quæ eſt contra ius commune,nõ eſt ſeruanda,cùm non ſit inducta de certa cõſcientia eius, qui poteſt ibi condere legem,& immutare.ff.de leg. & quibus.vel poteſt dici hanc conſuetudinẽ eſſe contra ius naturale.6. qõ.5.actor.vel poteſt dici, quòd eſt contra bonos mores, vnde non valet.12. diſtin.illa.& ideò conſenſus principis nullum tam iniquæ legi robur tribueret (Purgare) purgatio enim tantùm deficientibus probationibus admittenda eſt.15.q.5.c.1.& 2.quæſt.5.omnibus.inf.de teſt.tam literis.inf.de purga.c. extuarum. (Audiatis) altero volente affirmatiuam probare non admiſſo,nam ſi cum alio probare velit,eis mos gerens eſt. ff.de proba.l.circa.

CAPVT XIII.

QVM CAVSAM. (Libros) inf. de præſcript. ad audientiam.30. quæſtio. 1.peruenit. C. de fid. inſtru. Authen. ad hæc. ff. de probat. cenſus. C. arbit. tute. l. vlti. C. qui pot. in pign. hab. ſcripturas.24.quæſtio.3.ſanè.3. quæſtio.7. præſulatus. ff. de inſtru.ſed & ſi pu.§.præſcribere. ff. de iuriſdi. om. iudi. l. ſi quis id.ff.de alb.ſcrib.l.1.& 2.† Famam)q̃licet non probet,eſt tamen adminiculũ.4.q.3. item

item ſæpè.ff.de teſtib.l.3.§.quæ.argumen. Si etiam non probaretur factum,daretur materia Papæ diuidendi de nouo ſecundum antiquam famam, & ſic expone, quod ſequitur adminicula. & ſic.16. qõ.3. inter. & poteſt intelligi hæc decreta. habere locum, vbi nullus eſt in poſſeſſione, quod poteſt eſſe.inf.de elect. c.quoniam. vel ſi eſt in poſſeſſione, conſtat tamen quòd eam habet ſine aſſignatione Papæ, vel diuiſione, cùm enim certum ſit eum poſſidere ſine titulo, vnde poteſt iuſtè iudicium offic.implorari vt diuidatur,& ad hanc diuiſionem faciendam operantur adminicula hîc poſita. argu.inf.de religi. do,c.1.

Sed oppones, quod ſufficit quòd poſſideat.argu.ſup.eod.ex literis.nec cogitur dicere titulum ſuæ poſſ. C.de peti.hæred. cogi. & præſumitur benè poſſidere, niſi probetur contrà.inf.de præſum p.dudum. Reſpondit hæc vera eſſe, vbi neſcitur veritas,& vbi non eſt præſumptio contraria. argumen.hîc. Secùs cùm hæc terra à ſuis temporibus ad cultum Chriſti redit,vnde poterat ſatis conſtare, quòd non erat diuiſa,vel præſumptio vehemens erat in cõtrarium.

☞ † Sed adhuc oppones hanc dubitationem non poſſe eſſe,cùm prouincię & epiſcopatus ſint diuiſi ante aduentum Chriſti, & ſecundum illam diuiſionem poſtea Apoſtoli ſtatuerunt primates, archiepiſcopos & epiſcopos.61.diſtin.c.1.& 2.& 9. diſtin.c.1.ſed dic,licet Apoſtoli ordinauerunt, vbi epiſcopi eſſent, non tamen diſtinxerunt epiſcopatuum fines, item licet alicubi, non tamen vbique. † Item ☞ poteſt eſſe, quòd ſuccedentibus temporibus variantur conditiones locorum,& aliquis locus qui primò tenebat epiſcoparum,modò tenere non poteſt.non ob. c.16. quæſtio.prima. plures. quia illud loquitur, quando erant limitatæ parochiæ, ſed ſi de aliquo loco dubitabatur inter cuius fines hîc non videtur procedere, quia teſtis ibi dicit ſi contentio fuerit de terminatione duarum matricum, etc. ſic erat quæſtio de terminis,& vterq; ſe poſſidere dicebat,nam tunc ſecundum tenorem illius capituli eſt procedendum.

Sed melius videtur inter eos interdictum vti poſ. intentandum, vel dic illud c. loqui in caſu, in quo illud & iſtæ præſumptiones illis addentur, & ſub audient, quod melius eſt, vt patet de legi.l.non eſt nouum.& ſeq. C.de inoffic. teſta. l. 1. vel illud corruptum eſt. Item fallit hæc regula,quod in nullius bonis eſt, etc.inſtit. de re.di.§.ferè igitur.Item illa quæſita ab hoſtibus noſtra fiunt.inſtit. de re.di. §.item ea.q̃ enim ſpiritualia ſunt occupanda nõ ſunt,niſi ſicut Chriſtus & ſpiritus,& eius vicarius dant,authoritate tamen canonis fateor aliquando ex iuſta cauſa occupantibus concedi.16.q.3.placuit.

CAPVT XIIII.

CAVSAM MATRIMONII. (Mulieres)fortè quia corruptæ teſtificatæ erant, vel diſcretæ & honeſtæ non erant. ff.de vent.inſpi. l.circa prin. (Adhuc)nondum erat ſententia lata,imò & ſi ſententia lata erat iterum audietur. inf.de frig.& malefic. c. fraternitatis.inf. de ſent.& re.iu.lator conſan.(Priuilegio) Authen. quomo. opor. epiſ.§. neque autem de leno.§.ſancimus.col.2.

CAPVT XV.

QVM BONAE MEMORIAE. & inf.(Requirentes) quando mandatur alicui, q̃ faciat ſibi exhiberi omnes proceſſus alicuius cauſæ,hæ literæ non eliduntur per exceptionem, niſi aliquis tunc de iſta cauſa cognoſcat, niſi in ipſis literis mentio habeatur, ſed tunc huiuſmodi literæ benè valent,quando per appellationem ad ſe cauſa deoluta eſt,nec alicui commiſſa. de offic.delegat.c.paſtoralis.§. præterea. de offic. leg. c.licet. vel quando nullus cognoſcit de ipſa cauſa, & partes ab obſeruantia iudicij ſunt abſolutæ. (Proponenda) contra acta ipſa iudicij, vel etiam alia puta quia melius velint probare.(Alioquin)id eſt,ſi non poteris habere acta.

TITVLVS XX.

DE TESTIBVS ET ATTESTATIONIBVS.

CAPVT I.

PLACVIT. (Quicunque) edictum de teſtibus prohibitorium (Ieiunus)hoc conſilium eſt .22. quæſt. quinta. honeſtum.

CAPVT II.

IN NOMINE DOMINI. (Viliſsimi)
Conditio, ſexus, ætas, diſcretio, fama,
Et fortuna, fides, in teſtibus iſta requires.
Rex, perſona, gradus, hæc ſunt conſona tempus.
Hæ diuerſitates conſonant, derogant fidei teſtium. (Conſtitutionis) legis dico, ſcilicet, conſtit. Authen. de teſt. §. & hæc. (Obijciatur) hęc, ſcilicet, quòd dicta teſtium contra ſe non vocatum receptorum non valent (Eis) ſcilicet, teſtibus. (Illo) cõtra quem teſtes producuntur (Defenſore) id eſt, nuncio (Teſtes) iurantes. Dicta autem non audiet, tamen ſi audiret pòſt poſſet pro ſe teſtes inducere, quia tenetur de ſubornatione. Authen. de teſti. §. quia verò. (In euitabili) ſed & tunc vocari debet per procuratorem, niſi eſſet nimis grauis cauſa. ſup. de procur. quærelam. vt de hoc not. ff. de mino. l. verum. (Valere) C. de teſt. ſi quando. 2. q. 1. in primis. C. de fid. inſtru. iudices. (Ex vna) id eſt, vna parte preſente tantùm. (Ipſo) contra quem producuntur teſtes (Ecce) verba Grego.

CAPVT III.

1 *Criminis ſocij an admittantur, & quid in cõtractibus in nu. 2.*

QVONIAM ALIQVA NObis. (Mulieres) hîc no. mulieres criminoſas, & ſocios criminis admitti ad teſtimonium in cauſa criminali. contrà. 6. quęſtio. 1. qui crimen. C. de teſt. quoniam. Sed dic, non agi hîc criminaliter directo, ſed denunciando vel excipiendo, quia ad aliquam dignitatem erat electus, vbi benè admittuntur mulieres, dummodò idoneæ. inf. eo. tam literis. & iſtæ mulieres pœnitentiam egerant, & ſic non eſt contrà. 15. quæſtio. 3. §. 1. 33. quæſtio. 5. mulierem. Vel dic, quòd hæ ſociæ criminis admittuntur non quidem ad probationẽ, ſed præſumptionem. 4. qõ. 3. item ſerui. & ſic non eſt contra. inf. eo. veniens. 15. quæſtio. 3. nemini.

1 †Socij etiam criminis in aliquibus caſibus admittuntur. ff. de cuſto. reo. l. diuus. C. de malæfi. l. 1. ff. de re milita. non omnes. ſup. vlti. quamuis illi non eſſent ſocij. C. de fal. mo. l. 1. C. de fer. prouinciarum. aliàs etiam participes criminis non admittuntur, nec in criminali, nec in ciuili cauſa. C. de teſt. quoniam. quia eſt eadem ratio remouendi, hîc autem tantùm ad præſumptionem admiſsi ſunt. Vel dic, quòd ibi fuerunt admiſsi cum quæſtionibus, propter infamiam, quæ contra eũ & contra teſtes proceſſerat. argu. 4. quæſt. 3. §. ſi ea. aliàs autem in criminali cauſa nõ admitterentur.

2 †In contractibus autem vel alijs rebus ſocij non admittuntur, ſi ſunt ſocij omnium bonorum. C. de teſti. omnibus. vel etiam ſecundario interſit eius, vt ſi emptor pro venditore inducitur in teſtẽ, nam emptoris ſecundario intereſt, quòd res non euincantur, & econuerſo. arg. ad hoc. quia altero victo alter appellat. ff. de appel. ab executore. l. 1. & l. à ſententia. ff. de regul. iur. ſæpè. §. 1. & ſi cauſa ſua non eſſet, appellare non poſſet. 3. quæſtio. ſexta. §. biduum. ff. quando appel. l. ſecunda. §. ſed ſi alius. l. 1. §. in propria. Alij dicunt contrà. argumen. ff. ſi reg. l. pen. Item nobis non obſtat, quòd legatarius admittitur in cauſa teſtamenti. inſti. de teſta. §. legatarius. quia cauſa teſtamenti non eſt propria, nam & ſi valeat teſtamentum, non ſequitur quod valeat legatum. Sed argumen. contrà. C. de fideicom. l. vlti. ſed impropriè ſumitur nomen teſtamenti. Iure autem communi pro parte ſocij ſocius benè admittitur, quia licet ille vincat non ſibi reddit. ff. ſi pars hæred. l. 1. §. 1. (Peregiſſe) fornicationem vel facinora. Vel dic, quod dicitur peregiſſe cum eis, id eſt, eis ſcientibus.

CAPVT IIII.

IN OMNI NEGOTIO. (Correptionis) ſiue monitionis, quo quis alterius crimẽ denunciare intendens facit, & niſi præmoneat repelletur. 2. quæſtio. ſeptima. accuſatio ſi quis erga. inf. de Simo. licet. Si ergò monitus ea exceptione, quia non monuiſſet vellet repellere monitorem in probatione monitionis, monitor pro vno teſte reputatur, in principali autem ſecùs. 4. quæſtio. tertia. §. item nullus. (De re) id eſt, monitione. (Si peccauerit) 2. quæſtio. prima. ſi peccauerit.

CAPVT V.

QVOTIES. (Conſanguinitate) ſpeciale eſt in matrimonio, quòd tales præferuntur. 35. quęſtio. 6. conſanguineos. (Conſanguinitate) inf. eo. licet ex quadam. (Duplici) id eſt, iuramẽto, duos

duos articulos continente. (Iurent) primum (Amicitia) 35. quæſtio. 6. de parentela. (Sicut) ſecundum, etc.

CAPVT VI.

1 *Procurator an & quando poſsit eſſe teſtis.*

INSVPER. (Eccleſiæ) inf. eo. cùm nuncius. vbi not. Inſtituantur) duo inſtituuntur, vt vnus in aliquibus negotijs ſit procurator, & alius in alijs, & vnus poterit eſſe teſtis, vbi alius fuerit procurator, vt hîc innuitur, & ſi fuerit inſtitutus in aliqua ſpeciali cauſa procuratoris, procurationem tamen non receperit, benè poterit eſſe teſtis. arg. inf. eod. dilecto. Idem etiam videtur, & ſi cœperit & poſtea re integra renunciauerit, quòd enim hîc dicitur, intelligitur quando agere cœpit, quia etiam inter laicos nõ repelleretur procurator inſtitutus ad cauſam, ſi procurationem non exercet, ad quod probandum ſufficit, quia non inuenietur prohibitum. Ex quibus infero, ſi laicus admitteretur in cauſa priuati, ergò & clericus in cauſa eccleſiæ. † Sed videtur abſurdum quòd procurator meus repelletur, & non ego canonicus? Reſpon. quòd procurator eſt vniuerſitatis non ſingulorum. 12. quæſtio. 2. §. qui manu. ſed canonici teſtimonium reddunt vt ſinguli, non vt vniuerſitas. de epiſcopo autem credimus quòd ſi agat vicedominus eius, vel procurator quòd non poſsit teſtificari, quia eius nomine intentatur actio, ſed alio agente œconomus vel vicedominus benè teſtificatur quod probo, nam Abbas nomine ſui monaſterij poteſt agere, vt not. ſuprà, de reſcrip. edoceri. & tamen alio agente teſtificari poteſt, vt hîc. inf. de iureiur. & ſi Chriſtus. in fin. multò fortius œconomus, vel vicedominus.

CAPVT VII.

1 *Reprobatio teſtium poſt eorum receptionem ſemper eſt admittenda.*
2 *Appellatio non eſt ſemper iuſta, quia denegatur probatio aliquorum teſtium.*
3 *Reuocari debet quicquid factum eſt poſt appellationem.*
Delegatus an poſsit ſuum officium defunctum tueri.
4 *Teſtes vbi agitur de crimine ſunt monendi, non autem cogendi ferre teſtimonium.*

EX PARTE. (Tacito) & ideò literæ non valuerunt, quia laicus presbyterum accuſare non poteſt. 2. quæſtio. 7. c. 1. 2. & 3. & c. ſeq. nec valet, quòd accuſabat eum de fornicatione, pro qua licet laico presbyterũ dimittere. 33. diſtin. præter hæc nullus. quia non ſequitur ſi poteſt vitare, ergò accuſare. nec admittam parochianos. 2. qõ. 6. c. 1. ſed patronum ſic. 16. q. vlt. filius. Alij tamen negant, hîc tamen laicus eſt admiſſus, quia non fuit qui obijceret, vel in obiectione perſeueraret, vel dic literas valuiſſe, quia agebatur ciuiliter, ſcilicet, denunciando, quod ex eo colligitur, quia per interpoſitã perſonam aliquando egit, vel erat patronus. Per interpoſitam) id eſt, procuratorem contra. 5. quæſtio. 3. criminalibus. Sol. non agebatur hîc criminaliter, ſed ciuiliter ratione alicuius ſui intereſſe, ſcilicer, quia fortè eius eccleſiæ patronus erat, vel etiam inquirendo contra eum, & tamen interuenit procurator ad litem. inf. de Simo. cùm eſſet. vel denunciando. inf. de præſumpt. cùm in iure. vel non interuenit procurator ad litem, ſed ad aliquem articulum, puta teſtes recipiendos. C. de accu. reos. inf. de accuſ. veniens. 5. quæſt. 3. reos. (Produxiſſe) & malè.

1 †Probaturum) ne cõtrà fieret appellaſſet, vt patet ex ſequentibus, non eſt hîc iuſta appellatio, ſcilicet, appello ne iſti teſtes recipiantur, quos volo probare criminoſos, niſi ſtatim velit hoc probare, quòd iſte non offerebat, ſcilicet, ſe ſtatim probaturum. Authen. de teſti. §. ſi verò. & §. ſequen. imò idem. §. videtur dicere, quòd etiam ſi paratas haberent probationes teſtium incontinenti quòd non ſunt audiẽdi, niſi quando volunt teſtem remouere propter odium quod contra eum habebat ex monitione criminalis accuſationis, id eſt, de accu. c. cùm P. q. de facili poteſt eſſe occultum, cùm tales actiones in publico agantur, quia ſi aliud odium vellet per teſtes probare q, longiorem morã traheret, vel in ſe, vel propter reprobationem eorũdem teſtium, quia fortè teſtes reprobatorij nimis diſtant non eſſet audiendus, quia etiam probatio inſtrumenti ſuper repulſione teſtium non eſt admittenda ante receptionem teſtium, ſi longiorem moram requirat, vbi hæc omnia per eoſdem. §. probantur. poſt receptionem autem eorum ſemper admittenda eſt reprobatio teſtiũ. inf. eo. præſentium. inf. eod. ſuper eo. & c. ſeq. ſup. de proba. licet.

2 †Item nec eſt ſemper iuſta appellatio ex illa cauſa, quia denegatur ſibi probatio teſtium aliquorum, quia poteſt eſſe quòd illis teſtibus iudex non innitetur. inf. de ſent. & re iudi. c. cùm I. & A. licet hæc ſint

vera ſecundum moderna iura, ſecundum antiqua tamen benè tenebit hæc appellatio, & ideò mandatur quòd ſi conſtiterit de veritate appellationis quòd caſſetur ſententia. (Receptis) & malè, vt quidam dicunt, ſed non placet. Abſenti) iſte preſbyter fuit abſens ex cauſa probabili, alia tamen quàm cauſa appellationis præcedentis ſententiam quæ non iuſta, ſed intellige quòd hîc erat caſus quo potuit cõſtituere procuratorem tempore abſentiæ, vt not. in gloſſ. non eſt. Iudex tamen credebat eum contumacem cùm legitimè citaſſet eum ad domum, & ideò ſubuenitur per beneficium reſtitutionis in integrum, vt not. ſup. de procura. quærelam. Et propter illud retractatur ſententia lata eo abſente, & reſtituitur in priſtinum ſtatum, & cauſa cœpta ſuo Marte decurret, vt hîc ſequitur, tamen ad hoc, vt reſtituatur in priſtinum ſtatum, oportet quòd probet ſe læſum, quòd benè probauit, ſi probauerit teſtes fuiſſe criminoſos, per quorum dicta lata eſt ſententia contra eum, cùm nulla alia eſſet probatio, poſſet etiam dici melius, quia ille presbyter abſens ex cauſa probabili proſecutus fuit appellationem quam poſt ſententiam emiſit, quando ſciuit ſententiam contra eum latam quod potuit. C. quomodo & quando iud. l. prima. (Adiudicauerunt) hæc ſententia redarguitur per malos teſtes receptos, ſed hoc proteſtari debet ante publicationem teſtium. infrà, eod. præſentium. Item quia recepti ſunt ſententialiter parte abſente. ff. quæ ſentẽt. ſine appel. re. l. prima. Item quia poſt appellationem legitimam. (Conſtiterit) cognoſcendo de appellatione lata poſt ſententiam, vel etiam ante ſententiam, dummodò poſtea nõ contrauenerit. (Legitimè) & verè non eſt legitimè condemnatus per teſtes idoneos, ſiue ipſi teſtes nõ ſint legitimi, ſiue poſt appellationem ſint recepti.

3 †Reſtituatis) non videtur poſſe ſtare quod hîc dicitur, quia ſi fuit appellatũ reuocari debebat quicquid factum eſt poſt appellationem. Sed non erat appellatum tali velamento, non debet ſententia retractari. inf. c. ſeries. Reſpon. presbyter iſte facta appellatione receſsit, & vt dicebatur iudex pòſt adiudicaſſet ei eccleſiam, vnde Papa mandat cognoſci de cauſa appellationis dicẽdo, vt ſi ex iniuſta ſententia reſtituatur, ſi iuſta minimè, & hoc vſque ad locum illum. Si verò Rex, & tunc ponit quid iuris ſit ſi non eſſet ſententiatum, vel ſi non eſſent teſtes mali recepti, quia tunc deberet cognoſcere & terminare cauſam vel principalem vel appellationis, vt prædixi in alijs gloſſ. †Non permittatis) hîc not. quidam quòd deleg. datam poſſeſsionem tueri debet, & nos quidem hoc fatemur vſq; ad ann. ſup. de offic. deleg. quærenti. Alij dicunt eum functum officio ſuo, nõ debere tueri. ſup. de offic. deleg. in literis. niſi ſpecialiter ei hoc ipſum mandetur. Idem dicendum ſi in literis domini Papæ dicitur, mittas in poſſeſsionem & tuearis inductum. argumen. ff. ne vis fi. ei qui mi. in poſ. l. prima. in princip. §. 1. & 2. & l. ſi quis miſ. quid autem iuris ſit ſi in literis dicitur, contradic. etc. not. inf. de priuil. pro illorum. (Aliter) id eſt, quòd non ſit ſententiatum, vel teſtes mali recepti.

Sed oppones, ſi teſtes non fuerunt mali, ergò ſententia erat confirmanda, vel non erat cauſa vlterius examinanda. Solut. primò mandat inquiri in cauſa appellationis de malis teſtibus, quia de illis fuerat exceptum, & appellatum, & illud ſolùm ſufficiebat ad caſſationem ſententiæ, ſed ſi illud non probaretur, poterat tamen alia ponere. inf. de appel. conſtitutis. quia appellatum erat à ſententia, vt not. in gloſſ. iſtæ. Cauſam) appellationis emiſſæ ante ſententiam, vel etiam principalem ſuper criminibus obiectis, quando ſententiatum non fuit, & ſi fuit ſententiatum, potuit proſequi cauſam, id eſt, petere per offic. iudi. quòd ſententia quę erat lata eo abſente irritaretur, vel proſequeretur cauſam in integ. reſti. vt
4 dictum eſt in gloſſ. iſtæ. †Monere) Not. quod vbi ageretur de crimine, monendi ſunt teſtes, licet non ſint cogendi ferre teſtimonium.

CAPVT VIII.

SI QVI TESTIVM. (Valetudinarij) id eſt, infirmi. (Idoneas) Authen. de teſti. §. multæ. ff. de iureiur. l. ad perſonas. 2. quæſtio. ſecunda. c. vlti. vel ad iudicem loci, vt eos recipiat. Et hoc in ciuili non in criminali. C. de fide inſtru. Authen. apud. 3. quæſtio. nona. §. teſtes. & ff. de teſti. l. 3. §. diuus.

CAPVT IX.

SICVT. (Quod ſi vir.) M. dixit quòd ex quo alter cõiugum tranſiſſet ad ſecunda vota, nõ poteſt quęri de prima ſententia vel cauſa.

Sed contra. 35. q. 9. §. qui verò. cũ c. ſeq. vnde dicũt alij, quòd ſi probari poterit de corruptione teſtium, & dicti falſitate etiam poſt tranſitum ad ſecunda coniugia, reuocabitur prima ſentẽtia, & reintegrabitur primum matrimonium. Imò plus dicunt aliqui & ſi non probetur corruptio, ſed tantùm quod falſum fuit, quòd dixerunt reuocabitur dicta ſententia. arg. inf. de ſen. & re iudi. tenor. & c. conſanguinei. imò plus hîc dicere videtur etiã, quòd ſi non probentur falſa dixiſſe, ſed tantùm corrupti reuocabitur ſententia, & agetur iſta cauſa contra ſeparatos, & per beneficium reſti. in integ. vel per condict. ex hoc canone petetur ſententiam reuocari & matrimonium reintegrari. (Migrauerint) ſub. maximè. idem eſt & ſi non migrauerint, ſed tunc quando migrauerunt cum maiori diſcuſsione teſtes recipiet, & ad retractationem ſententiæ procedet. (Reuocanda) ſi iudex eorum teſtimoniũ ſecutus eſt. inf. de ſenten. & re iudic. cùm I. & A.

CAPVT X.

VENIENS. (Et cum altero.) Videtur, quòd ſaltem in exceptis criminibus infames & participes criminis admittendi ſunt ad teſtimonium. 89. diſtinct. ſi quis Papa. 9. quæſtio. 3. nemini. ſanè dicunt quidam ad accuſandum eos admittendos, ſed ad teſtimonium non. Nos autem credimus non admittendos, nec ad teſtimonium, nec ad accuſationem, niſi accuſatus ſit malæ famæ, tunc enim admittitur. 2. q. 1. in primis. inf. de ſimo. per tuas.

Et hoc eſt verum in accuſatione. in denunciatione autem, & exceptione ſecùs, vt not. ſup. eo. quoniam. (Iudicaſti) abſoluendum ipſum. (Credendum) ad cõdemnationem. creditur tamen quo ad præſumptionem.

CAPVT XI.

1 *Confeſsiones, atteſtationes, & omnia in factũ reſpicientia perpetuò inter eaſdem perſonas, & coram eiſdem iudicibus valent, ſi verò coram arbitris atteſtationes & alia acta ſint recepta, quid iuris ſit remiſsiue habes in num. 2.*

2 *Atteſtationes & confeſsiones inter eaſdem perſonas & eorum hæredes valent quãdo ad idem agitur.*

CAVSAM QVAE. & inf. (Iudicibus) quibus vos ſucceſsiſtis. C. de iudic. properandũ. §. ſi autem. 3. & obtinet quod hîc dicitur, ſi non perijt inſtantia iudicij, tunc enim omnia acta fortè pereunt. C. de iud. properandum. §. 1.

1 †Nos melius dicimus, quòd confeſsiones, atteſtationes, & omnia in factum reſpicientia perpetuò valent inter eaſdem perſonas, & coram eiſdem iudicibus. C. de arbit. cùm autem. §. vlti. ſi ad idem agitur, ne ſit contra. inf. eod. veniens. vel etiã ad aliud, quod tamen ex illo pendeat, quale eſt ſi atteſtationes ſint de matrimonio, nam & valent pro filijs legitimandis. arg. inf. eo. Albericus. Alij tamen dicunt, quòd valent ad præſumptionem non ad probationem. Nec obſt. quòd dicitur. C. de iud. properandum. vbi dicitur, quòd quando quis abſoluitur ab inſtantia iudicij, tunc acta iudicij pereunt, quia intelligitur de his, quæ ſunt tãtùm acta iudicij, & ex ipſo iudicio orientia ſiue pendentia, vt citationes, ſatiſdationes & conſimilia, quæ verè pereunt. ar. ff. iudi. ſol. l. pe. ſed atteſtationes & confeſsiones potius acta litis, quàm iudicij, & etiam in factum reſpiciunt, vt dictum eſt, imò ea quæ ſunt acta principaliter iudicij, ſi factum reſpiciunt perpetua ſunt, & valent, vt vides in citatione, quæ perpetuò valet ad interruptionem. C. de præſcr. l. vlt. C. de an. excep. l. 1. §. 1. Item in vitium litigioſi dicunt quidam durare.

Et hæc vera ſunt de his, quæ fiunt corã iudice, ſiue ordinario, ſiue deleg. C. de re iud. geſta. ſup. c. proxi. quoniam. & c. vlti. vbi hoc eſt expreſſum, dummodò reperiri poſsint, aliàs enim recipientur de nouo, vt ibi.

2 †Si autem atteſtationes & alia acta coram arbitris ſint recepta, quid iuris ſit habes inf. eo. præſentata. C. de teſti. l. vlt. C. de arbit. l. pen. & §. pœna. Sed obijcies, quomodo valent atteſtationes ante lit. conteſtat. receptæ, cùm hæc lis noua ſit & alia perierit? Reſpon. licet ante conteſtationem litis huius ſint receptæ, tamẽ non ſunt receptæ ante litis conteſt. illius contra quem tunc agebatur, & hoc ſufficit arg. hîc. & prædicta. l. de teſti. l. vlti. & inf. eo. præſentata.

3 † Item atteſtationes & confeſsiones inter eaſdem perſonas & eorum hæredes valent, quando adidem agitur. inf. eo. Albericus. C. de libe. cau. iubemus. Contra. inf. eo. veniens. Sol. vt ibi. Saluatur tamen ei, quòd in perſonas & dicta obijcere poſſit. C. de teſtä. l. vlt. Imò plus videtur, quòd atteſtationes & omnia acta ad factum reſpicientia etiam ſi ſententia non feratur valerent omnibus, quibus valet res iudicata. VERBI GRATIA: Aliquis cùm cõueniretur ſuper fundo, induxit teſtes ſuper iure ſuo, poſtea illum fundum vendidit, illæ atteſtationes valebunt emptori, ſicut ſententia valeret ſi pro ipſo vendito re lata eſſet. ff. de excep. rei iudic. ſi à te. §. fi. & idem videtur in omnibus caſibus, vbi res inter ali. iudi. alijs præiudicat, nil prodeſt, quia eodem modo & acta inter eoſdem habita etiam ſi non ſit res iudic. proſunt eis & obſunt, quibus res iudicata proderat vel obeſſet. de his not. inf. de iudic. quamuis.

CAPVT XII.

VM NVNCIVS ECCLESIAE. ſup. eod. inſuper. 14. q. 2. ſuper prudentiam. ff. de re. diui. l. intantum. arg. contra. inſtitut. de teſta. §. licet. C. de teſta. omnibus. 4. q. 3. §. nullus. Sol. vt ibi (Repellendi) & nõ ſolùm credimus nõ repellendos, ſed cogendos tam pro eccleſia ſua, quàm contra eam deficientibus alijs probatiõibus, ar. 11. q. 3. quiſquis metu. inf. c. proxi. argum. contra. 96. diſt. Imperatores. (Repellendi) in ciuili cauſa, ſecùs in criminali. 24. q. 2. ſuper prudentiam. 3. quæſtio. 5. accuſatoribus. & c. accuſatores. inf. de accuſ. repellantur. niſi fortè aliquis de vniuerſitate accuſaret prælatum, tunc quilibet de vniuerſitate recipitur in teſtimonium. 2. quæſtio. 7. lator. ſup. de elect. inquiſitionem. quia paraffectio tollit cauſam ſuſpicionis.

CAPVT XIII.

SVPER EO. (Teſtimoniũ.) 4. q. 3. §. item. l. Iul. contra. ff. de his qui not. infa. Athletas. §. calumniator. contra. Sol. hoc ſecũdum canones, illud ſecundum leges, vbi nullus repellitur, niſi ſit condemnatus de crimine, quòd infamiã irrogat, vel ſit infamis ipſo iure, diſtingue tamen infamiam canonicam & ciuilem. vt 6. q. 1. in princi. & diſtingue. vt inf. eo. teſtimonium.

CAPVT XIIII.

DECAETERO. (Admittendus) niſi in criminibus exceptis.

CAPVT XV.

1 *Quæ ſolennitas requiratur in quarta teſtium productione.*
2 *In criminalibus cauſis ſine grandi cauſæ cognitione duæ vel tres dabuntur dilationes.*
3 *Dilationes à iudice ita reſtringendæ ſunt, vt non tranſcendat tempora à lege vel ab homine ſtatuta.*

IN CAVSIS ECCLESIASTICIS. (Productionẽ) 1 † quidam intelligunt hanc decre. vt iacet aſſerentes, quòd ſi iudex admittat quartam productionem ſine hac ſolennitate, non valent huiuſmodi atteſtationes. arg. inf. c. vlti. & 10. di. vides. Alij dicunt quòd valent atteſtationes, niſi fuerit appellatũ. inf. e. ſignificauerunt. Alij dicũt, quòd iudex etiam contradicente parte & appellãte poteſt dare quartam productionem, & quintam etiam ſine hac ſolennitate, & hi innituntur intellectui. l. vnde iſte decr. exactæ ſunt. Authen. de teſti. §. quia verò. quæ dicit hanc ſolennitatẽ haberelocum, vbi concluſum erat in cauſa, vel renunciatum teſtibus, & dicta teſtium iam alteri parti edita erant. Aliter enim obſeruatio huius ſolennitatis locum non haberet, & hoc videtur melius, ſed iudici eſt ſecurius, quòd ſemper quartam productionem det cum hac ſolennitate. Iſti autem vltimi dicunt idem, quòd in tertia & ſecunda dilatione, vel productione, ſcilicet, ſi renunciatum eſt teſtibus, vel concluſum, vel alteri parti editæ ſunt atteſtationes, ſcilicet, quòd tunc non eſt admittenda tertia, vel ſecunda dilatio, vel productio ſine ſolennitate, alioquin ſemper ſine hac ſolennitate dari poſſunt, nam vbi eadem eſt ratio, & idem ius. ſuprà, de conſtitut. tranſlato. autem. tamen non videtur facere vim in renunciatione, nec in concluſione, ſed tãtùm in editione facta parti alteri, nam tunc tantùm videtur quòd danda ſit dilatio cum ſolennitate à principio ſtatutũ fuit, quòd tãtùm vna dilatio daretur pro ſingulis cauſis probandis. ff. de fer. in pecuniarijs. nec iſta dilatio prima danda

danda erat ſine omni cauſæ cognitione. C. de fer. l. 1. & l. apertè. & ſine grandi cognitione. Hoc enim ipſo quòd petebatur debebat dari, niſi euidẽs eſſet calũnia. Sed poſt cauſa vtilitatis ſtatutum fuit, vt plures darentur dilationes, vt hîc. ff. de fer. ex ratione. ff. de iudic. l. interdictum. Authẽ. de teſti. §. ſi verò decedens. & ſi dandæ fuerint dilationes, ſecunda vel tertia nõ dabuntur ſine grandi cauſæ cognitione, puta quòd probabiliter oſtendat iudici ſe fuiſſe impeditum, quòd teſtes vel inſtrumenta producere non potuit. ff. de edẽ. ſi quis ex. §. pe. & vlt. & l. vlt.

2 † In criminalibus autem ſine grandi cauſæ cognitione dabuntur duæ, vel tres. ff. de fer. l. vltim. Quartam autem dilationem etiam in ciuilibus non habebit, niſi cum ſolennitate quæ eſt Authen. de teſti. §. quia verò. nec quartam ſemper concedit iudex. inf. de appel. ſignificauit. Alij adhærent literæ, & dicũt vnam ſolam dilationem dandam, ſcilicet, intra illam dilationem poſſe fieri tres productiones, & quartam cum ſolennitate: nec iſtam intelligimus ſuper dilationibus citatorijs, ſed dilationibus ad probationes recipiendas, quæ dicuntur præparatoriæ.

3 † Item ſcias quòd omnes dilationes ita ſunt temperandæ & reſtringendæ à iudice, quòd non tranſcendant tempora quæ ſtatuuntur, ſiue à lege, ſiue ab homine. ſup. de offic. deleg. de cauſis. 3. q. 3. §. ſpatium. quia illa tempora, niſi ex magna & euidenti cauſa & probata excedere non licet, vt in eodem. §. dicitur. & ff. de eden. ſi quis ex. §. pen. & l. ſeq. Item dicimus poſt terminum peremptorium non dabitur quarta productio, cum tam leui ſolennitate, ſicut in Authen. præcipitur. Sed ſi aliàs oſtenderet ſe legitimè impeditum, benè admitteretur cum maioribus probationibus. argum. prædictarum legum. ff. de eden. ſi quis ex. §. vltim. (In legibus) Authen. de teſt. §. quia verò. inf. eodem. c. penul.

CAPVT XVI.

CVM TV FILI. (Benignè) ff. de reg. iu. ſemper in dubijs ff. de legi. in ambigua. & l. benignus. (Periurij) de facto. ff. de obſeq. li. l. 2. 6. q. 1. ſunt plurimi. de iure autem non notãtur. ff. de his qui not. infa. l. Lucius. ſup. de ordin. cog. cùm dilectus. (Periurij) hæc interpretatio benigna habet locum in iudicijs: ſecurior autem in foro animæ. inf. de ſent. excom. per tuas.

CAPVT XVII.

1 *Idem teſtis ſi pluries recipiatur, debet etiam pluries iurare.*
2 *An teſtes recipiendi ſint ſuper nouis capitulis ſub primis comprehenſis. & vide in num. 3. & 4.*

FRATERNITATIS. (Recipiendi) In cauſa appellationis. Prima quæſtio fuit, ſi liceat in cauſa app. recipere teſtes, ſi fuit eis renunciatum in cauſa principali, ſiue in princip. fuerint teſtes producti recepti, ſiue non. Alij verò intelligunt primam quæſtionem tantùm, quando in principali non fuerunt teſtes producti. Secunda quæſtio eſt ſi teſtibus in cauſa principali receptis liceat in cauſa appellationis aliquid noui proponere, & eoſdem vel alios ſuper nouis capitulis producere in eadẽ cauſa, & ambabus his quæſtionibus ſimul reſpondetur. (Vtrinque) hæc quæſtio, quæſtionem non habet, quia ex quo renunciatum eſt teſtibus, non licet in cauſa appellationis ſuper eiſdem articulis teſtes producere, imò idem eſt & ſi non eſſet renunciatum, dummodò in principali producti ſint teſtes & publicatæ atteſtationes. de hoc not. plenius infr. eo cùm veniſſet. (An teſtibus) hîc incipit ſecunda quæſtio, & prima durat à princi. c. vſque huc. (Receptis) hîc collige eundem teſtem contra eundem, & eadẽ cauſa poſſe pluries induci. argum. inf. eodem. cùm cauſam. argumen. contra. 4. quæſt. 3. §. item in crimini. Sed expone ibi reum, id eſt, falſum.

1 † Item not. quòd ſi idem teſtis pluries recipiatur, pluries iurare debet, quod eſt exaudiendum in diuerſis articulis, nam ſuper eiſdem ſecùs. (Nouis) quidam domini dicunt, quòd poſt publicatas atteſtationes, nec in cauſa principali, nec appellationis poſſunt produci teſtes. Authent. de teſti. §. illud. nec ſuper veteribus, nec ſuper nouis articulis.

2 † Inſtrumenta autem produci poſſunt non ſolùm in principali, ſed etiã in cauſa appellationis, eſto, quòd in prima cauſa principali non fuiſſent producta, ſi prius non eſſent in principali cauſa teſtes producti, poſſent licitè produci in cauſa appel-

appellationis.& sic non intelligunt.C. de app.eos.§.1.& 2.C.de tempo. app. per hãc Io. & Azo.dicunt,quòd in principali causa post publicationem testium,nec in nouis articulis, nec in veteribus licet testes inducere. Item causa autem appellationis tam super veteribus quàm nouis licet testes inducere.Nos dicimus quòd tam in principali quàm appellationis possunt inducere de nouo testes,super nouis tamen articulis ex veteribus pendentibus. inf. de fi.instru.cùm Io.Eremi.inf. eo. ex literis. & c.ex tenore. series. causam. potest etiã inducere super penitus diuersis, dummodò tangant causam,de qua agitur, inf. eo. tam literis. causam. super veteribus autẽ non posset.

Hoc tamen quòd dicimus de nouis sic intelligimus verum, si articuli noui non comprehenduntur sub primis, sed si dependeant ex primis sicut loquuntur prędictæ decret. † Sed quidam dicunt secùs, si comprehenderentur sub primis. VERBI GRATIA: Induxit aliquis testes ad probandam præscriptionẽ, nõ probauit titulum post publicatas attestationes, nõ admittetur ad titulum probandũ,quia super eodem articulo videtur producere, cũ ad probationem præscriptionis,necesse sit titulum probare,& qui ad probandum præscriptionem admittitur, potest benè producere testes super titulo, quia titulus in præscriptiõe exigitur.inf.de præscri. si diligenti,& quia si cõcederetur hoc.ſ. quòd in articulis nouis, qui comprehenduntur sub primis,liceret nouos testes producere, videretur præstari via subornationi contra id,quod est in Authent.de testi.§.quia verò.Sed videtur secũdum hoc,quòd nec in integrum restitutio dãda est in hoc casu.Sed in hoc nos contrarium not. sup. de in integ.resti.auditis. quia in integ. resti. & appellatio comparantur. ff. de minor. præsens.Sed respondeo,quia licet in multis æquiparentur,non tamen in omnibus, & hoc est vnum de illis, quia non omnes grauati appellare possunt. 2. q. 7. §. sunt quorũ.nam restitutio super omnibus lęsis ecclesijs datur. sup. de in integ.rest.c.1.

Sed isti benè fatentur, quòd super his articulis testes recipiendi sunt, vt notat. infrà eodem, per tuas. & idem dicunt, si testes iurauerunt de tota causa, & postea deposuerunt, quòd super nullo capitulo,quod contineatur sub petitione recipiendi sunt testes,quia à principio super toto, & super nouis articulis dicere debuerunt totam veritatem.inf.de accuſ. cùm dilectus. Illud autem capitulum de quo loquuntur decre.series.ex tenore.cõstat non comprehendi sub petitione,quia nihil communionis & coniunctionis habent locus & contractus, & idem potest responderi ad illam decre.cùm Ioan.quia conditio extranea apposita cõtractui, nihil habet commune naturaliter cũ contractu,sed benè fatemur, quòd hæc capitula pendent & annexa sunt contractui,& ideò testes in causa appellationis recipiũtur super eis.

3 † Alij aũt contradicunt & asserũt,quòd super nouis capitulis recipiẽdi sunt testes, etiam si comprehenduntur sub primis, & inducunt pro se verba. l. C. de temp. appellat. per hanc. vbi dicitur, quòd testes possunt produci super nouis capitulis, quæ oriuntur ex primis, vel quæ eis annexa sunt. Videtur enim, quòd ex quo ex primis oriũtur quòd sub eis comprehenduntur.Sed primi respõdent,& vt videtur benè, quòd licet oriantur,nõ sub eis comprehenduntur, sicut est videre in conditione apposita venditioni,nam licet conditio oriatur ex venditione,quia venditio fuit causa quare adiecta fuit conditio, nõ tamen conditio sub vẽditione comprehẽditur de natura contractus. Cùm multæ fiant venditiones sine cõditione de natura contractus,sed hac ratione videretur,q; etiam sub præscriptione non comprehenderetur titulus,quia aliquæ præscriptiões sunt,vbi non est probare titulum, vt not. inf.de præscrip.si diligenti. Sed primi respondent,quòd iudex qui examinat testes ex petitione cognoscet, an sit necesse ,pbari talem præscriptionem vbi sit necesse prius probare titulum,& tũc quia titulus cõprehenditur sub prędscriptione obiecta, & testes interrogabat de titulo, & econuerso,si obijciatur præscriptio, vbi non sit titulus necessarius, nec de illo examinabit.

4 † Sed quæritur,quid si testes aliqui deponunt super articulis nouis, qui pendẽt ex primis,sed non includuntur in illis, vt in conditione quæ pendent ex vẽditione, nunquid ex quo aliqui deposuerunt, poteris alios inducere super eodem, videtur quòd non propter periculum subornationis.Respon.quia adhuc super eodem poterunt induci noui testes,quia licet aliqui de capitulo dependente aliquid dixerint: non tamen ad hoc specialiter fuerunt inducti,nec inde sciuerũt aliquid partes,nec scire

scire debuerunt,& ideò nõ imputatur eis quin super eodem articulo cõductis alios inducere posit. Sed si pars dedisset super hoc articulum, quia tunc in culpa esset vlterius super eodem nõ potest testes producere,& tunc iusta esset præsumptio de subornatione. Item quid dices aliquis cùm ageretur rei vendicatione, voluit probare,quòd à Petro emit, non probauit in causa appellationis, vult probare quòd emit à Martino,nũquid est admittendus? Respon.non, quia hic variat & sibi contrarius videtur, & ideò repellitur. inf. de appel.solicitudinem.

CAPVT XVIII.

INTIMAVIT. (Eius) V. (Vel R.) Illorum productorum,scilicet,à partibus (Recipere) ad probandam corruptionem, vel violentiam prædictam, quo probato, amitteret causam, quia copiam probationum aduersario subtrahere voluit.3. quæstio. 7. §. tria. inf.tit. proxim. c. peruenit. Nos dicimus super principali.inf.eod.constitutis. quos diceremus etiam post publicationem testium recipiendos, per beneficium restitutionis ex clausula generali, si qua mihi iusta causa,etc.ff.ex quib. cau. l. 1. & dic, quòd post peractam pœnitentiam, non repellitur à testimonio,quia venit contra illicitum iuramentum:vt not.inf. eod. testimonium.& hoc dicimus propter iudices,qui per se etiam nullo excipiente indignas personas à testimonio repellere debent,vt notatum est.ff.de postu. l. quos pro.Nam excipiens de hoc iuramento vel periurio facile repellit publicatione doli: vt not.inf.de adulte.c.2.& penul.

CAPVT XIX.

CAVSAM. (Priuilegium) Benè post publicationem testium possunt produci instrumenta.(Alijs)repete quæ diximus.sup. eo. fraternitatis. (Impedimentum)repete quæ diximus,vt lit.pen.dilectus.

CAPVT XX.

PERSONAS. (Ecclesiarum)4.q.3.liberti.sup.eo.veniens.15.q.3.nęmini.

CAPVT XXI.

IVDAEI SIVE SARRACENI. (Præsumant) de facto: quia de iure non licet infidelem cõtra fidelem admitti.infr.eod. licet. 2. q. 7. si hæreti.23.q.4.Papa.(In hac parte) id est, in testimonio ferendo. (Subiacere) hîc inducitur seruitus de iure canonico.si.infrà,de iudæis.c.ita quorundam. 15. q. vlti. cùm multæ.

CAPVT XXII.

1 *Parentes an sint idonei testes pro filijs in causis matrimonialibus.*

SVPER EO. (Superior.) Et est speciale in hoc casu, 1 quia licet aliàs pater filio nõ sit idoneus testis.4. q. 3. idoneus.tamen in matrimonio si agitur,an sit contractum, nẽcne. Non solùm super consanguinitate potest ferre testimoniũ, sed etiam super matrimonio nõ sit suspectus propter diuitias,vel po. vel ho.iuri.quia pater & consanguinei plusquàm alij intersunt matrimonijs filiorũ. inf.qui mat.ac.pos.videtur.ar.sup.de proba.tertio.inf.eo.veniens.(Firmatum) cõsensu de præsenti interueniente. infr. de spon.duorum. licet.de solut.sponsalibus. etiam cum iuramento.de consang. & affi.super eo.

CAPVT XXIII.

LICET VNIVERSI. & inf. (Fidelis)sup.eo.capi. iudæi.

CAPVT XXIIII.

IN LITERIS. & inf. (Familia)id est,seruos vel in potestate patria cõstitutus.ff.eti.l.pe.3. q. 5. c. 1. 2. & 3. Alij autem familiares possunt licitè reddere testimoniũ.14.q.3.super prudentia.sup.e.cùm nuncius.Sed tamen diligenter iudex attendat honestatem personarum, vt nisi honesti sint, nullatenus eis credatur,vt hîc.sup.de proba.licet.(Aliquos)etiam non familiares.

CAPVT XXV.

1 *Iudices delegati an post mortem delegantis habeant iurisdictionem.*

2 *Possunt testes in causa appellationis super nouis articulis ex primis dependentibus produci.*

3 Renun-

3 *Renunciatio & concluſio facta in principali cauſa non extenditur ad cauſam appellationis quæ eſt alia à prima.*

VM VENISSET. (Terminandam.) Et ibidem iudices eum diffinierunt, ſed fuit ab eis appellatum, quia dicebatur non tenere, quòd fecerãt illi iudices in eo, quòd proceſſerant poſt mortem delegantis, ſed ſtatim reſpondet hoc non eſſe verum.

1 Mortis.) †Hîc dicunt quidam, quòd iudices delegati, etiam poſt mortem delegantis iuriſdictionem habent, licet poſſint per exceptionem elidi, & ſi non excipiatur contra ipſos iudices, tenet quòd faciunt, & eſt ad hoc. arg. quia tempus datæ inſpiciendum eſt. ſup. de reſcript. eam. Itẽ quia ſola præſentatione reſcripti iuriſdictio perpetuatur, vt poſtea non valeat reſcriptum impetratum contra illud, vt no. ſup. de reſcrip. plerunq;. & quia ſuper perſonis & rebus reſcripto expreſsis ſtatim iuriſdictionem habet deleg. ſup. de reſcri. paſtor. §. 1. Alij tamen dicunt, quòd nunquàm habent talem iuriſdictionem. arg. ſup. de offic. deleg. gratum. ſignificãtibus. licet. Nec ob. quòd hîc legitur, quia hîc pceſſerat citatio. Illud autem conſtat, quia poſſent eorum iuriſdictionem prorogare ſuper ſuos conſenſus, vt hîc nota. & nota. ſup. de offi. deleg. ſanè. (Egerit) ſup. de offic. deleg. gratum. inf. de appel. ſolicitudinem. (Renunciatum) Not. quòd poſt renunciationem teſtium factam in principali, iterum admittetur aliqua exceptio, & iterum ſuper illa exceptione admittuntur teſtes, ex quo enim quis admittitur ad excipiendum, & per conſequens ad probandam exceptionem, ſiue per teſtes, ſiue alio modo. ar. hîc. & ſup. e. cauſam. 2. Si verò in aliquo ſpeciali articulo ſit renunciatum ſuper illo vlterius communi iure non ſunt recipiendi teſtes. inf. eo. de teſt. ſup. eo. intimauit. Credimus *a* tamen quòd etiam ſuper illo articulo, ſi aliqua iuſta cauſa mouet iudicem, maximè præſtito à partibus iuramento, quòd hic malitioſè non petit, quòd iterum ſuper eodẽ articulo poſſet teſtes producere per beneficium reſtitutionis, ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, etc. arg. in Authẽt. de teſt. §. quoniã multi. vbi dicitur, quòd admittatur poſt concluſionem quæ magis impedire debet quàm renunciatio. Itẽ arg. ff. de eden. ſi quis ex communi. §. fi. & l. ſeq. alij tamen dicunt hîc permitti per beneficium in integ. reſti. ſpecialis de quo legitur & tractatur ſup. de in integ. reſti. c. 1. & per totum. ſed primum dictum magis placet.

2 †In cauſa aũt app. conſtat, quòd quãdo generaliter eſt renunciatũ poſſunt ſuper nouis articulis dependentibus ex primis teſtes producere. ſup. e. fraternitatis. Sed ſi in aliquo articulo ſpecialiter renunciaſſet quis in cauſa principali, tunc nec ſuper illo in cauſa appellationis communi iure teſtes producere poſſet, ſicut colligitur à contrario ſenſu. infr. eo. conſtitutus. in fi. & ſic videtur, quòd quantum ad hoc nulla vel modica diuerſitas ſit inter cauſam principalẽ, & cauſam appellationis.

3 † Renunciatio autem & concluſio facta in cauſa principali, non extenditur ad cauſam appellationis, quæ eſt alia à prima, & hoc ideò, quia non credũtur partes de hoc intellexiſſe, ſed ſi illi intelligerent vel expreſsè dicerent, nos renunciamus, vel concludimus quòd decætero, nec de iure, nec de facto in cauſa principali, vel appellationis dicemus aliquid, hæc renunciatio ſemper præiudicaret. (Receptis) & ita quòd nullæ aliæ recipiantur. & no. de hoc. ſup. e. fraternitatis.

CAPVT XXVI.

1 *Teſtes duo an & quando ſufficiant ad probãdam conſanguinitatem.*
Conſanguinitas reprobatur per deſtructionẽ vnius gradus.

SERIES. (Tui reſcripti.) In primo hîc habes, quòd non eſt neceſſe ponere ſtipitem, ſed ſufficit ponere primum gradũ. 35. q. 10. c. 1. inf. de cõſang. & affi. c. tua. & credimus † duos teſtes poſſe probare cõſanguinitatẽ ab vno latere, ſcilicet, viri, & alios teſtes ab alio. ſ. mulieris. Imò q, plus eſt, duo teſtes poſſunt probare primum gradum, & alij duo *b* ſecundum, & ſic de alijs. (Sororem.) Nota. ad reprobandum conſanguinitatem, ſufficere deſtructionem vnius gradus. (Contraria) nec introducta de certa ſciẽtia cõditoris legis. Teſtes) eſt enim nouus articulus pendens ex prioribus: vt notat. ſup. eod. fraternitatis. & non credimus, quòd duobus teſtibus hoc probantibus præiudicetur pluribus, qui aliud probauerunt, ſed habebitur conſideratio quis melius probet. ſup. de probat. ex literis. 23. q. 5. ſi quis acce.

CAPVT

a *Credimus tamen. Hoc dictum Inn. refert etiã Ioã. And. & illud tenet in c. intimauit. infr. eod. & tenet etiã Card. in conſ. 23. inc. in cauſa amare. 11. col. 1. in fi.*

b *Et alij duo ſecundũ. Et ſic in probãda cõſanguinitate quilibet gradus debet probari per duos teſtes. adde q hoc idẽ tenet Pet. de Anch. in conſ. 277. incip. ex prædicta facti narratio. col. 5. in prin. & iſtud conſilium repetitur ſub num. 439.*

CAPVT XXVII.

1 *Cuiuſmodi requirãtur teſtes cum accuſatur, quòd nõ poſsit perfici matrimonium propter affinitatem, & vide in num. 2. & 3.*
Fama an ſufficiat ad impediendum matrimonium.
Adulterium an & quando poſsit probari per famam.

PRAETEREA. In hac decre. quæritur, an † ſi quando accuſatur matrimonium, ſcilicet, quòd inchoatum nõ poſſit perfici per affinitatẽ, vel aliam cauſam, neceſſarij ſunt teſtes de viſu, & an ſufficiant de auditu, ſi teſtimoniũ de auditu fulciturfama & alijs adminiculis, & an ſufficiat teſtimonium aliquorũ, qui dicunt ſe conſcios de carnali copula inter eos habita? Reſpondeo, quòd ſi teſtimonium de viſu aliàs eſt cõueniens, quia ſcilicet reddiderint cauſam dicti, puta qa præſentes erant & videbant quando conſanguinei ſimul commiſcebantur, benè valet vt ſeparetur matrimonium, & hæc pars reſponſionis nullam dubitationem recipit. † Ad ſecundã quæſtionem reſpõdeo idem ſcilicet, quod ſi de auditu tantũ teſtificentur, dummodò ſibi cõſentiat fama & alia adminicula. Sed contra hoc videtur, quia fama non probat, nec etiã quia violentam præſumptionem adducit. inf. de eo. qui cog. con. ſuper eo. 4. q. 3. §. item ſæpè. Reſpondeo, hoc ſpeciale eſt, vbi dicitur ad matrimonium impediendum, quia cõſanguineus viri eam cognouit, vel quia ipſe vir conſanguineam mulieris cognouit, nam minores probationes ſufficiũt ad impediendum matrimonium de clan. deſpon. cum vi. ſup. eo. ſuper eo. 1. inf. de ſpõ. præterea. 2. † Poteſt etiam intelligi, quòd fama cum alijs adminiculis defendit matrimonium, maximè ſi non ſit præiudiciũ alij. inf. de præſump. c. illud. Alij dicunt ſpeciale eſſe, cùm agitur de adulterio, vt per præſumptiones cùm fama probetur adulterium. argu. 32. q. 1. dixit. in Authen. vt li. mat. & auiæ. §. hoc quoque. & §. quia verò.

Tertiæ autem quæſtioni cui non reſpõdet Papa, tu reſponde, quòd ſi interrogatus de cauſa ſui teſtimonij, non reddidit non valet. Si verò non fuit interrogatus, valet. 4. q. 3. item ſola. 24. q. 3. ſi habes. (Viſu) ita q, viſus ſufficiat. (Sufficiat) ſine viſu (Conſcios) qa ab eis. ſ. ab his q ſe dicunt cognouiſſe audierunt. 22. q. 5. hîc videtur. ibantque cum eis quando pro hoc ibant, ſcilicet, vt ſe inuicem cognoſcerent. (De viſu) & hoc indubitanter eſt, ſcilicet, quòd eos commiſceri viderint. (De auditu) ſcilicet, quòd audiuerint ab aliquibus, quòd commiſcebantur ad inuicem. Alij dicunt quòd teſtificantur quòd audiuit eos ſimul coëuntes, ſcilicet, quia tenui pariete ſeparabantur. (Subminiſtret) ſup. teſtimoniũ de auditu. (Legitima) puta quia aliquando ſimul loquebantur quando poſſunt captare opportunitatem.

CAPVT XXVIII.

VM A NOBIS. & inf. Hîc intelligitur, quòd iudex q cognoſcit de cauſa poteſt ipſe idẽ ſcribere acta per ſe & ſecundum antiqua iura videtur, quòd credebatur ſoli iudici ſine ſubſcriptione teſtium, dummodò per teſtes vel comparationem literarum conſtaret, quòd eſſet ſua ſcriptura. argu. ad hoc, quia ſi creditur ſoli tabellioni. C. de donat. in dona. & in Authent. de fide inſtru. §. ſi verò neque. C. de fal. ſi quis decurio. multo fortius creditur iudici, & certè hodie cõtrarium eſt. ſup. de proba. quoniam. Imò plus videtur, quòd etiam ſecundum antiqua iura, non credebatur iudici ſine ſubſcriptione teſtium, vt hîc expreſsè dicit, nec eſt ſimile de tabellione, qui ad hoc habet publicum officium. Et de iudice qui licet habeat publicum officium in iudicando, non tamen habet publicum officium in ſcribendo etiam acta, cui etiam minor fides habetur: quia de ſuo facto teſtificatur. Item ſcias quòd talis ſcriptura iudicis, & alia forenſia inſtrumenta priuatæ ſcripturæ ſunt, & ideò per ſe tantùm non faciunt fidem, niſi per teſtes, vel comparationem literarũ probetur vera eſſe ſcriptura. C. de proba. inſtrumẽta. & duabus. Il. ſeq. nos dicimus, quòd nunquã ſcripturæ iudicis creditur, nec cum ſubſcriptione teſtium, nec ſine, quia nullo iure reperitur, nec hic hoc dicit. Sequens enim litera ſic exponitur, nec ſcriptum eorum, etc. id eſt, tabellionum, nõ enim refertur ad dictionem ſupra poſitam, ſcilicet, iudicis, quæ eſt ſingularis numeri. Vel dic, quòd in partibus illis notarij dicuntur iudices, & hæc eſt veritas & cõmuni nomine appellantur iudices & notarij. (Et canonica) 6. q. 2. placuit tantùm. (Et ciuilia.) C. de arbi. nemo. (In cauſis) coram eo habitis. ſup. de probat. quoniam. & multò magis

gis ſi reddant teſtimonium de cauſis habitis coram alijs, vel etiam de alijs factis. 11. quæſtio. 1. nec honore. (Siue) ſup. nec etiam extra cauſas. (Siue ſuper te) id eſt, ſi faciant teſtimoniales literas, vel etiam ſi aliquando teſtimonium reddant. (Teſtium) ſupr. de procur. c. 1. 16. quæſtio. 3. §. penultim.

CAPVT XXIX.

DE TESTIBVS. & inf. (Cogi) qa exceptio dilatoria ſemper ante lit. conteſt. proponitur & probatur, & teſtes ſuper principali non recipiuntur ante lit. conteſt. regulariter. ſup. vt lit. non conteſt. c. quoniam. ideò teſtes ſuper dilatoria recepti, ſuper principali non teſtificantur, ſed in peremptorijs ſecùs, quia poſt lit. conteſtat. probantur. vt C. ſen. reſcin. non poſ. l. peremptorias. dummodò ſuper principali iurauerint.

CAPVT XXX.

CONSTITVTVS. & infrà, (Concilij.) infr. de con. præ. non va. c. 2. (proprij) infrà, de con. præ. non va. poſt electi. (Ad iudices) & ab iſtis iudicibus appellauit Ho. & ſuper appellatione ſuas literas reuocatorias impetrauit, & hoc totum videmus in regiſtro. (Impetrauit) ſuper appellatione quam emiſit à iudicibus obtentis ab R. (Poſtulabat) coram Papa. (Teſtium) coram quibus inducti fuerunt hi teſtes non habemus, nec eſt vis (procurator) magiſtri R. (dicebat) & benè (archiepiſcopum) archiepiſcopus enim petijt remoueri R. cùm non eſſet per eum inſtitutus. R. ante ſuam electionem petit confirmari, cùm canonicè eſſet inſtitutus per capitulum; & ſuper hoc vterq; teſtes induxit, quos Ho. aperiri petebat, & fuit hæc eius petitio reprobata (Cauſam) non hanc, ſcilicet, an eſſet apertio teſtium facienda, ſed cauſàm principalem eis commiſit. (Aperire) teſtes enim contra vnam inducti perſonam, contra aliam non valent, ſed inter eaſdem, ſic etiam in cauſa appellationis, & ſi recepti ſunt coram arbitro, valent coram alio iudice. C. de teſt. l. vltim. C. de arbi. l. pen. (Ita) denegata autem ſibi petitione ſuper teſtibus ab archiepiſcopo productis proceſsit ad aliam petitionem, ſcilicet, quòd liceret ei producere alios teſtes, & ſuæ petitioni cum diſtinctione. Reſpon. Pa. Ho. videns enim Ho. cauſam agi inter archiepiſcopum, & R. ſuper canonica inſtitutione. R. timens ſibi præiudicium generari, etiam ipſe pro ſe, id eſt, ſuo agendo nomine de ſua inſtitutione egit, dicens eam canonicam, & electionem R. minùs canonicam, & ideò non confirmandam, & teſtes produxit. Cùm autem eandem cauſam coram alijs iudicibus proſequeretur, ad quos poteſtas deuoluta erat, ſiue per appellationem, ſiue alio modo voluit eoſdem teſtes producere, quos produxerat primo. R. autẽ dicebat, quòd cùm primò reddidiſſent teſtimonium, non erãt denuò admittendi. Papa autem reſpondit, quòd ſunt admittendi, ſi non inueniantur primæ atteſtationes, vel etiam ſi inueniantur ſed ſuſpectæ, ſed ſi inueniantur apud ipſum Hono. depoſitæ in hoc caſu non ſunt recipiendi teſtes ex parte Ho. quia non poteſt habere eas ſuſpectas. R. autem benè poſſet fortè ſuſpectas habere, niſi fortè depoſitioni conſenſiſſet, & hoc vult dicere Papa, quia ſi atteſtationes receptæ, in cauſa, quæ vertebatur inter magiſtrum R. & Ho. fuerunt depoſitæ apud Ho. & poſtea ſuper eadem cauſa velit alios teſtes ipſe Ho. producere, vel quia dicat ſe minus ſufficienter probaſſe, vel quia dicat ſe prædictas atteſtationes amiſiſſe, non eſt audiendus, quia ſuſpectus eſt ne didicerit teſtificata. Si verò non fuiſſent apud eum depoſitæ ipſæ atteſtationes, ſed cùm adhuc clauſæ eſſent, vellet plenius probare, vel ſi amiſſæ eſſent, vellet ex integro probare, poſſet. ſup. de probat. c. vltim. ſup. c. cauſam. ne mireris ſi dicit, quòd apud eũ fuerunt depoſitæ atteſtationes. Sæpè enim accidit, vt apud ambas partes atteſtationes deponantur, quia eas diligentius cuſtodiunt. (Delegatis) ſic eſt in regiſtro app. ſancti Marcelli presbytero cardi. apo. ſed leg. (Atteſtationibus) quantum ad illos teſtes, quos produxit pro ſe. q. d. illis atteſtationibus quas ſemel produxit vtatur, quia eoſdem teſtes producere non poterit, nec prohibet, quin vtatur atteſtationibus aliorum teſtium, qui poſtea producentur, benè enim licebat ei adhuc alios teſtes producere, cùm adhuc non eſſent apertè atteſtationes. Eum) ſcilicet, Ho. melius placet, quòd referatur ad legatum. Nam licet

licet teſtes recepti fuerunt coram delegato. Alij tamen atteſtationes depoſitæ fuerunt apud legatum. Iuſtum enim fuit, quòd ex quo pro ſe induxerat teſtes corã prędictis delegatis, quòd eoſdem teſtes ſuper eodem non inducat coram alijs, & ſecundũ hoc planus eſt intellectus nec ſunt neceſſariæ gl. hîc poſitæ. (Depoſitis) quia timetur ne didicerit teſtificata, quæ apud eum depoſita erant, & ideò contentus debet eſſe illis, nec amplius teſtes illos producere vel alios, ſi pro ſe non produxit. (Alioquin) id eſt, ſi non ſint apud eum depoſiti. (Producti) in cauſa quæ erat inter archiepiſcopum & magiſtrum R.

CAPVT XXXI.

1 *Proteſtatio non excuſat à iuramento.*
2 *Ante publicationem debet iudex exprimi facere, quid cuiq; obijciat.*
3 *Quando ſit admittenda proteſtatio, quòd liceat dicere in perſonas teſtium.*
Proteſtatio contra ius vel præter voluntatem aduerſarij, vel iudicis, non valet.
Proteſtationes an poſſint reuocari.

PRAESENTIVM. (Teſtiũ) ſecùs in inſtrumentis contra quæ obijcitur vſq; ad fin. inf. de præſump. illud. C. de edi. di. Adri. l. vlt. (Cũ iuramento) dicunt quidam tunc demum hoc iuramentum præſtandũ, cùm à principio nõ eſt iuratum de calumnia, vel in cauſis, vbi non iuratur de calumnia, vt in ſpiritualibus. ſup. de elec. cùm dilectus. Nos tamen dicimus idem & ſi ſit iuratum.

1 †Forſan) nam in hoc caſu. ſ. quãdo fuit proteſtatus ſine illo iuramento poterit dicere in perſonas teſtium. Sed contra. infr. eo. præſentium. vbi dicitur quòd proteſtatio non excuſat à iuramento. Solut. illud loquitur de illo, qui teſtes induxit, quando vult reprobare teſtes ſuper aliorũ reprobatione inductos, & ideò magis præſumitur contra eum, & ideò etiam cum proteſtatione exigitur ab eo iuramentum, vel ab aliqua ſuſpicione mouet iudicem, hîc autem obtinet generaliter. (Id fuerit) ſcilicet, quòd velit dicere in perſonas teſtiũ.

2 †Proteſtatus) licet ſufficiat ſola proteſtatio, vt hîc, tamen iudex prudenter facit, ſi ante publicationem facit exprimi, quid cuique obijciatur, & etiam ſuper hoc ante apertionem teſtium ſuper principali productorum recipiendi ſunt teſtes, ſcilicet, ſuper reprobatione teſtium. ſup. de probat. licet. & inf. eod. præſentiũ. (Oſtendere) per legitimas probationes, vel per probabiles præſumptiones. Alijtamen dicunt ad hoc ſufficere ſolùm iuramentum ipſius. (Repellere.) C. de fal. qui falſas. C. de reb. credi. ſi quis ius. inf. de cẽſi. cùm olim.

3 †Proteſtatus) hæc proteſtatio, quòd liceat dicere in perſonas teſtiũ non eſt admittenda, niſi iudex in hoc aduerſario cõſentiat, quod ſic probo, poſt publicationẽ teſtium, non eſt ei illicitum dicere contra teſtes ſi non fuerat proteſtatus vel ſine iuramento. Ergò & ſi fuerit proteſtatus idẽ dicendum erit, niſi prædictorum conſenſus adſit, vel iuſta cauſa proteſtationis oſtendatur. Proteſtatio enim contra ius commune, vel præter voluntatem aduerſarij vel iudicis, nõ valet, niſi ex iuſta cauſa fiat, vt not. ſup. de conſti. cùm M. & de elect. Cumana. & in hoc caſu, ſi admittatur proteſtatio, ſi teſtes pro eo aliquid dicant, benè valet ei, quia non dicit teſtes malos, licet & proteſtatus ſit, quòd hoc ſibi liceret, nec de omnibus dixit, quòd vellet eos reprobare, & ſic proteſtetur expreſsè, quòd dicere vult in teſtes, vel excipiat ſic teſtes volo repellere, quòd ſunt criminoſi, benè admittendus eſt etiam ſi non habet paratas probationes, ſed recipientur poſtea, vt not. inf. eod. cùm cauſam. & poſtmodum antequàm teſtes recipiantur ſuper exceptione, oportet eos crimina exprimere. inf. eod. præſentium. & tunc de facili nõ crederẽ eis, ſi quid pro ipſo dixerint, vt hîc. †De facili) id eſt, nullo modo. ar. C. de fal. quæ falſas. C. de reb. cre. ſi qs iur. inf. de cenſi. cùm olim. Vel dic, quòd iudex aliquam habebit præſumptionem ex edicto eius, ſi aliàs videatur eam conſonare veritati. Vel dic, q, quandiu perſeuerat in propoſito dicendi contra teſtes, nõ creditur ſibi pro ipſo, ſed ſi recedit ab hac ſua proteſtatione, tũc creditur ei, qa pœnitere poteſt. ff. de ap. ſi quis li. ff. de inoffi. teſt. nam & ſi. Vel dic, quòd non crederetur huic teſti pro ipſo, qui ſic eſt proteſtatus ſi aduerſarius ratam vult habere proteſtationem eius, & non vti teſtimonio eius. Alioquin ſi vult vti teſtimonio eis pro ſe, & contra ſe admittere tenetur. 3. quæſtio. 8. cuius in agendo. nec debet eadem res duplicii iure cenſeri. 12. q. 2. cognouimus.

Sed dicunt quidam, quòd hanc proteſtationẽ poteſt reuocare ſicut appellationem. 2. quæſtio. 6. ſi quis libellos. niſi intereſſet aduerſarij propter expẽſas & laborem.

borem.ff.de regul.iur.nemo.nisi illud interesse vellet remouere satisfaciendo de expensis & alijs, vt debet, hîc autem fixè tenendum est, quòd postquam induxerit testes ad reprobationem testium à parte altera productorum, vlterius non potest pœnitere, nam cùm testes pro vtraque parte iurent. 14. quæstio. 5. non sanè potest esse, quòd testes ipsi reprobatorij ea dicerent, quæ potius facerent ad confirmationem suorum testium, quàm ad reprobationem. Si autem per instrumenta vellet reprobare etiam post productionem, potest desistere.

☞ † Alij tamen dicunt, quòd ex quo coram iudice obtulit se probaturum exceptionem contra testes, vlterius reuocare non potest, quin super hac exceptione iudicetur, cùm de qua re cognouit iudex, etc. ff. de iudic. de qua. & quia iam exceptione tua proposita testem quæsitum est ei ius, vt sibi pro te non credatur. Tacitè autem huic exceptioni, scilicet, quòd posit dicere in personas testium renunciatur, si mandet eum interrogari de capitulis suis. argu. præ. ll. & 4. q. 3. si quis re. Quidam tamen dicunt, quòd inuito eo, qui producitur super caput protestantis, contra eos audiendi non sunt, cùm & si dicerent pro eo, non esset eis credendum. h. d. Secùs si mandet examinari super capitulis aduersarij, quia tunc tantùm ad eos reprobandos intendo.

Sed melius est dicere, quòd semper sunt recipiendi, quia si non faciunt ad plenam probationem, faciunt tamen ad præsumptionem, vt suprà dictum est: Si verò ex dictis testium, quos contrà protestatus est, faciat rubricas contra aduersarium, non videtur tacitè renunciare, cùm licitum sit aliorum authoritatibus vti ad eos conuincendos. 37. distinct. si quid. Sed si pro se, vel iure suo faciant rubricas secundum opinionem eorum, qui dicunt ad nihilum valet eorum testimonium renunciare videtur, secundum opinionem autem aliorum secùs, cùm ad aliquid valet eis dictum illorum: tamen hîc quòd pro se, vel iure suo possint facere rubricas, non videtur habere locum, nisi cùm testes generaliter iurauerunt super tota causa dicere testimonium. Alij contrà. & not. sup. eod. fraternitatis.

CAPVT XXXII.

IN NOSTRA PRAESENTIA. & inf. (Honestatis.) sup. de elect. dudum. vbi not. (Præferenda) vel adæquanda cùm sint rei. sup. probat. c. 3.

CAPVT XXXIII.

TAM LITERIS VESTRIS. (Lucan.) cùm enim consecrationem peteret exceptũ fuit contra eum de multis. (Et fama) propter hoc inducitur ei purgatio. (Tales). s. criminosi, qui repelluntur à testimonio, sed non ab excipiendo: alij dicunt criminosos nõ esse repellendos à testimonio in causa exceptionis, hi autem repelluntur, quia erant conspiratores, vel inimici, vel aduersarij in causa, prius dictum magis placet. † Quia.) Not. quòd si testes producti sunt, & apertè attestationes: tamen pòst super alijs articulis penitùs diuersis potest produci testes. ar. sup. e. causam quæ. & est hoc ea ratione, quia generaliter de omnibus excipere potest. Idem etiam dicerẽ in vniuersalibus, & generalibus petitionibus, quia licet super vno articulo essent apertæ attestationes, tamen super alio admitterẽtur, nam quod plus est, etiam post sententiam audiretur. C. de iudic. l. 2. Idẽ etiam est in singularibus actionibus dummodò articuli sint diuersi. sup. eo. causam. Item not. q hîc specialiter admissi fuerunt postea testes super hoc articulo, licet terminũ habuit ad probandũ, quicquid voluit de iure suo, quia propter eius culpam. i. illegitimã appellatione, super irregularitate eius nõ fuerunt testes recepti. (Fœminæ.) sup. eo. quoniam. vbi no. (Literas) & ideò fuerũt falsæ. sup. de proba. l. 3. inf. de his quæ fi. à ma. par. cap. quanto. C. de fal. qui veluti. (Constet) & potest constare directo. sup. de proba. l. 3. & indirecto. inf. de his quæ fi. à præ. quanto. inf. eo. ex tenore.

CAPVT XXXIIII.

1 *An possit archidiaconus agere sine mandato.*
2 *Nunquid si feratur sententia contra vnum agentem possit postea alius agere.*
3 *Singularis persona quare agere valeat nomine ecclesiæ.*
4 *Contumax in processu negotij citandus est ad audiendam sententiam.*

GVM

CVM OLIM. (Archid. Mennens.) qui alio nomine dicitur sancti Dauid. dicebat enim hic archidia. hãc ecclesiam esse archiepiscopalem, & super hoc obtinuit fieri inquisitionem per dominum Papam. Sed obijcitur aut vacabat ecclesia, aut non. Si vacabat vacante sede, non erat de statu ecclesiæ agẽdum. inf. ne sede vacan. c. 1. si non vacabat episcopus debet agere non archidia.

1 † Item quomodo potest archidiaconus agere sine mandato. Respondeo, quòd ecclesia nõ vacabat, & episcopus erat negligens, hoc ipso quòd ius ecclesiæ suæ nõ prosequitur, vel aliàs de negligentia summaria cognitione præmissa constitit. vnde archidiaconus, & quilibet alius de ecclesia potest prosequi causam etiam contradicentibus episcopo & alijs. 12. q. 2. non licet. inf. de reb. eccle. non alienan. c. si qs presbyterorum. 2. q. 7. quapropter. & conficiet libellum nomine ecclesiæ, & petet fieri restitutionem nomine ecclesiæ, vel iudicari pro ecclesia. argum. sup. de in integ. resti. c. 2. & 3. & c. tum ex literis. & licet agat nomine ecclesiæ, non est necesse, quòd habeat mandatũ, & habet hanc potestatem agendi de iuribus, quæ sunt de re. ec. non si quis. 12. q. 2. non licet. & non est hic procurator, sed procurans, sicut si pater agat pro filio. C. de bo. quæ lib. l. cùm oportet. & l. cùm non solum vel consanguineus pro consanguinea, & in multis alijs casibus, vbi aliquis pro alio agit, & nomine alterius, licet non habeat mandatum. ff. iudi. sol. l. 3. §. 1. ff. de procurat. sed hæ. tamen si iudex non cogat eum exprimere, cuius nomine agit prudenter faceret, si nec ipse exprimat.

☞ † Si autem ecclesia vacaret, non posset agere archi. cùm non esset negligens episcopus, qui non esset nec potest currere tempus vacante ecclesia. inf. de præscrip. auditis. & c. de quarta. Alij tamen dicunt, quòd etiam vacante ecclesia potest agere archi.

2 † Sed nunquid si vno agente feratur sententia contra eum postea potest alius agere. Respondeo non, etiam procurator ab ecclesia legitimè constitutus, nisi fortè ignorasset, quando alius agebat. argum. ff. de ac. is cui. §. idem. vel nisi posterior doceat de collusione prioris. ff. de iudi. l. eum. §. in pupillaribus. & si plures simul agere velint, eligendus est idoneior post illum, cuius interest. ff. depo. ac. l. 2. & 3. quando autem ille, cuius interest singulariter agit suo nomine conficiet libellum, & post eum alius agat siue procurator ecclesiæ, siue quicunque alius non obstat exceptio rei iudicatæ, quia est alius qui primò egit, & alius qui modò, & ad aliud. ar. ff. de except. rei iudi. & an eadem. & §. conqueritur.

☞ † Item res inter alios ac. etc. hæc licet pro parte sint vera, in eo tamen quod dicit, quòd cuique licitum est agere nomine ecclesiæ, pro iuribus ecclesiæ, vbicũque episcopus vel capitulum fuerit negligens. ar. c. non liceat. si quis presbyterum. non fatentur quidam hoc esse verum, nec conceditur, quòd hîc scriptum est, illa enim capitula tantùm in reuocatione alienatorum loquuntur, vbi est speciale, & ex speciali causa concessum est singulis clericis eiusdem ecclesiæ vnius bona sunt alienata contra ius commune, & suo nomine aget, sicut in actione populari, & non ecclesię. Capitula autem quæ sunt. 2. q. 7. quapropter. & c. seq. verè non loquuntur in reuocationibus alienatorum tantùm, sed etiam vbicunque viderit episcopum excedere rationem, vel aliàs ecclesiam lædi.

3 † Sed dicunt, quòd ibi non agit singularis persona nomine ecclesiæ intentando actionem, sed denunciando, vel inquirendo, vel excipiendo, vel accusando agere potest contra eum, vel eos, qui neglexerunt ecclesiam, & sic intelligitur. 16. q. 7. filius. 23. distinct. illud. istud etiam. c. non obest, quia hîc non admittitur archi. iure communi, sed ad procedendum in inquisitione. C. si de mo. pos. l. 1. & quem Papa faciebat. Nam cùm Papa multa audisset de statu ecclesiæ huius, tandem ad instantiam archi. & eodem prosequente Papa commisit inquisitionem, & quòd in forma inquisitionis procederetur. Ex eo apparet, quòd lit. non contesta. recipiuntur testes, & fertur diffinitiua sentẽtia, ꝙd nõ licet, si directo ageretur. sup. vt lit. non cõtest. quoniam. in prin. Hoc autẽ fortè posset dici antequã celebraretur aliquis contractus per episcopum vel capitulũ, quòd si aliquis contradiceret certa causa assignata, si postea vellet dicere contra eum, & petere illud retractari nomine ecclesiæ probata causa corã iudice superiore possit etiam sine appellatione expediri. infr. de his quæ fiunt à ma. par. c. cùm in cunctis. & argu. 11. q. 1. si. quis cum clerico. etiam patronus, 16. q. 1. constitutus.

Alij tamen contradicunt, ſed contra prius dicta, ſcilicet, quòd hîc proceditur inquirendo videtur dicere litera, vbi dicit, quòd archi. poſſet repelli, vnde dicitur quòd hîc non agitur in forma inquiſitionis, cùm in cauſa inquiſitionis fama eſt pro accuſatore, & quæ ex quo vera eſt nulla exceptione repelli poteſt. inf. de accu. qualiter. 2. Item quia dicit hic, quòd per procuratorem poteſt agere executor huius inquiſitionis. Item quia hîc dicit, quòd in inquiſitione ſecundum hoc neceſſaria eſt lit. conteſtatio, dũmodò partes non ſint contumaces, ſed reſpondemus hoc non eſſe cõtra iura. ſcilicet, quòd conſtituat procuratorem, & quòd poſsit repelli ab inquiſitione, & quòd fiat lit. cõteſtatio, quando aliquis executor admittitur ad inquiſitionem proſequendam, vt hîc, & maximè vbi agitur de iure alicui dando, vel accreſcendo. Secùs autem dicerem, ſi inquireretur de crimine. Item & ſecùs eſt, vbi Papa ex ſuo officio procedit. (Per exceptionem) fortè quia mandatum non habet, hoc non placet. (Per exceptionem) excommunicationis vel rei iudicatæ. vt ſup. de lit. conteſt. excep. & inf. de exce. exceptionem. vel quia expoliauerat archiepiſcopum cuſtodia vacantium eccleſiarum: vt ſup. de reſtit. ſpol. item cùm quis. & in c. in literis.

4 † Sententiam) præmiſſa tamen lit. conte. ne ſit contra. ſup. vt lit. non conte. quoniam. vel potes dicere decret. loqui, quando archiepiſcopus diffamauerat eccleſiam Nemenſ. quæ ei ſuberat, vnde præfigendus eſt terminus archiepiſcopo, intra quem procedat, alioquin præcipiendũ eſt, ne vltra eccleſiam inquietet. C. de inge. ma. diffamari. ſed hîc non videtur, ſcilicet, quòd archiepiſcopus diffamauerit, cùm eſſet in poſſeſsione. Alij dixerunt generale eſſe, vt in cauſa ſtatus procedatur lit. non conteſtata. Vel dic, quòd hîc in modum inquiſitionis proceſſum fuit, & ideò procedi potuit lit. non conteſtata. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. Item no. hîc contumacem in proceſſu negotij citandum ad ſententiam audiendã. de hoc not. ſup. de offi. deleg. conſuluit.

CAPVT XXXV.

EX TENORE VESTRARVM. (Feſtum) Hic non dixit ante productionem teſtium, ſcilicet, de loco & tempore quibus cum alia contraxerat, quia ſi dixiſſet poſt publicationem eorum, nõ fuiſſent alij teſtes admiſsi, cùm & prius de hoc pars inſtructa fuerit, hîc autem ideò admittuntur, quia ſic ex dictis teſtium poſt publicationem apparuit. (Admittendus) de hoc notat. ſuprà eodem fraternitatis.

CAPVT XXXVI.

1 *Quarta productio qualiter ſit petenda, & nunquid iudex poſsit eam denegare. in num. 2.*

3 *Appellatur ab interlocutoria quæ fertur in iudicio poſſeſſorio.*
Futurum ſubiunctiui quid importet.

SIGNIFICAVERVNT NOBIS. & inf. (Proprietate) de hoc notat. ſup. de ſequeſt. poſſ. ad hoc. (Suſpenſio) de hoc not. ſup. de cauſa poſſ. c. paſto. (Succeſſerant) interdictum enim vnde vi datur hæredi & bonorum poſſeſsio. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. hoc interdictum. & in hære. de hoc notat. ſup. de reſtit. ſpol. cùm ad ſedem. & eodem modo ſucceſſori & in ſucceſſorem, ne eo quòd adeum peruenit. (Debent) niſi monachi quartam productionem petijſſent.

1 † Quartã) quicunq; quartã productionẽ perit, debet petere cum ea adiectione, ſcilicet, cum ſolennitate iuris, & ſi hoc non adijciat & offerat denegetur. iuſta eſt interlocutoria & iniuſta appellatio quod ſic probo. quarta productio teſtium ſine ſolẽnitate ſimpliciter loquendo non eſt de iure, imò eſt contra ius vel præter ius, ergò qui eam denegat benè facit.

2 † Item no. quòd ſi petatur quarta productio legitimè, id eſt, cum ſolennitate, & iudex ſimpliciter deneget, vel non aſsignata cauſa, vel non præmiſſa cognitione ſuper ea, ſcilicet, vt refrenet multitudinẽ teſtium, vel aliam, etiam ſi illa cauſa denegationis ſubſit in veritate, tamen ſententia eſt iniuſta, & appellatio ſi contingat eam fieri erit iuſta. Et hoc ſic probo, petitio quartæ productionis de iure eſt quando fit cum ſolennitate, denegatio eſt contra ius, ergò ſi non aſsignat cauſam ſuæ denegationis, grauat partem, & ſic per conſequens legitima appellatio: vt infrà, de appellat. cùm in eccleſia. &c. vt debitus. ſed ſi cauſam aſsignet iuſtam, & non examinet ipſam, adhuc facit

cit contra ius, & per conſequens grauat, quia hæc quarta productio cum cauſæ cognitione dari debet, vel negari, vt not. ſup. eo. in cauſis. Si ergò hoc nõ procedat grauamen eſt, alij autem dicunt contrà. (Et propter hoc) quia quartam productionẽ denegabant. (Interlocutoriam) ſup. de elect. cùm dilectus.

† Appellaſſe) Not. quod ab interlocutoria appellatur, quæ fertur in iudicio poſſeſſorio. ſi. ſup. de elect. cùm dilect. & tamen in poſſeſſorio, ſiue retinendæ, ſiue recuperandæ, ſiue adipiſcendæ poſſeſsionis non appellatur. C. ſi de mo. poſſ. l. 1. & 2. qõ. 6. ſi de poſſeſsione. Quidam tamen dicũt, quod dicit illa. l. non obtinere ſecundum canones, ſed ſecundum leges tantùm, de hoc aliàs benè not. inf. de ope. no. nunc. c. penul. vnde dicit, quòd monachi appellarent poſt interlocutoriam latam contra eos ſuper denegata eis quarta productione teſtium, quia per talem denegationem fuerunt grauati. Sed ſi monachi petijſſent quartam productionem, & ante denegatam petitionem dixiſſent, & appellamus ſi denegaueritis eam: tunc talis appellatio non impedit, quin valeat quicquid fit poſt talem appellationem, etiam ſi poſtea deneget per ſententiam admittere quartam productionem, niſi poſt denegationem iterum appelletur. argumẽ. ad hoc, quia nulla cauſa vel grauamen ſuberat tempore primæ appellationis. infrà, de appellat. vt debitus honor. & c. dilect. fil. G. ſed ſi antè ſimpliciter denegaſſet quartam productionem, & monachi appellarent, niſi reuocarent hoc grauamen debeat valere huiuſmodi appellatio, quia non eſt à futuro grauamine ſed præſenti. argumen. inf. de appel. ex parte. Nec valet ſi obijciat appellatus, quod videtur à futuro grauamine appellatum, cùm dicant appellamus, niſi reuocaueris, quod verbum oſtenſiuum eſt. ff. ad Tertul. filij mater ad fi. & futurum ſubiunctiui modi, quia reuocatio quæ petitur quæ eſt de futuro, non eſt grauamen, ſed eſt releuatio grauaminis. Grauamen autem fuit denegatio quartæ productionis, quæ benè præceſsit, & à qua appellatum fuit, & benè appellare licet. (Quartam) & de hoc not. ſup. eod. in cauſis. (Effrenatam) ſup. de probat. licet. ff. de teſt. l. 1. inf. c. proxi. (Legali) Authen. de teſti. §. quia verò. (In probatione) hac, ſcilicet, quod petiere quartam productionem cum ſolennitate, & q, quia eis hoc denegabitur intra decenniũ appellaſſe. (In expenſis) de hoc not. ſup. de dol. & contu. finem.

† Liquere) quod eſt poſt concluſionẽ, antè enim cùm poſſet nouas exceptiones proponere, & ſuper eis teſtes producere, & in omni cauſa inſtrumenta de cauſa liquere non poteſt. ſup. eod. cauſam. tam literis. ſup. de elect. dudum. 1. inf. de fid. inſtru. cùm dilect. (Proceſſuri) & ſi voluerint moniales aliàs non, de hoc not. ſup. de cau. poſſ. & proprie. paſtoralis. Alij cõtrà, ſi noluerunt moniales, dummodò monachi velint. (Alioquin) id eſt, ſi eſt concluſum, & ita habes hîc, quòd ſi concluſum eſt in petitorio, quod poteſt tranſire ad poſſeſſorium, ſed nunc iudex vtrumq; ſimul determinabit, vt hic dicit. (Simul.) ſup. de cauſa poſ. cùm dilectus.

CAPVT XXXVII.

1 *An valeat teſtimonium in quo non eſt reddita neq; petita cauſa.*

2 *Teſtium refert veritatem dicere de his quæ ſenſibus corporis percipiunt.*

3 *Quando dicatur teſtimonium eſſe bonum.*
Teſtimonium an valeat, quod nullo corporis ſenſu apprehenditur.
Dominum eſſe, ebrioſum eſſe, irascendum eſſe, videtur potius iudicium rationis, quàm teſtis dictum.
Ratio ſæpè iuuat apprehenſionem ſenſuum corporis. Sunt enim quædã quæ poſſunt trahi ad iudicium rationis, & ad teſtimonium ſenſuum corporis.

4 *Atteſtationes mualidæ quandoq; per partiũ conſenſum validantur. Fallit vt hîc.*

5 *Quo caſu iudex refrenare debeat teſtiũ multitudinem. vide in num. 6. Et quæ ſit effrenata multitudo teſtium.*

VM CAVSAM. (Tam ſuper principali.) Idcircò à principio ſimul mandantur recipi teſtes ſuper principali, & dici in perſonas teſtium, quia præſumptio erat, quòd Fauentini vellent prorogare cauſam. ſup. de probat. licet. Idem vbi à principio fit tantùm proteſtatio de dicendo in perſonas. argumẽ. ſup. eod. præſentium. Idem vbi dicitur odioſus ex leui. cauſa, & idem vbi dicitur ſeruilis conditionis, & in præſenti non habet chartam manumiſsionis, in Authen. eod. §. ſi verò dicatur. Nam in his caſibus admittitur & recipitur teſtis vbi teſtificet ſuper eo, ad qd inducitur, non obſtantibus prædictis exceptionibus ſuper quibus, vel ſimul cum eis recipiuntur probationes, vel differtur in aliud tempus, aliàs autem

4 *Futurũ ſubiunctiui. vide Feli. hic & eundem in c. quoniã. col. 2. in prin. ſup. de conſtitu.*

propoſito aliquo contra teſtem, ſtatim ſuper exceptione recipietur probatio, antequam teſtis admittatur ad ferendum teſtimonium. ſup. eod. ex parte. C. de probat. probationem. C. eo. ſi quando. & hoc ſi ſunt paratæ, aliàs non differtur receptio teſtium, vt in Authen. præ.

1 †De cauſis.) ſcilicet, an lucri cauſa fecerit vel odij. ff. eod. l. 3. vel an reddiderit cauſam ſui teſtimonij. Authen. eod. §. 2. 4. qõ. 3. §. ſola. ſi tamen iudex de cauſa non quæſierit, nec teſtis reddiderit, non minus valet teſtimonium. ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. qui epiſcopum. inf. de ſenten. & re iudi. ſicut. 24. q. 3. ſi habes.

Hoc intelligo verum, ſi non quærat de cauſis ſcientiæ, & ſic loquitur Authen. de teſt. §. licet. †Sed ſi omittitur quærere de capitulis principalis cauſæ, puta ſi egit rei vendicatione, & teſtis qui iurauit ſuper tota cauſa, dicit ſcio, quia talis eſt dominus rei petitæ, niſi aliud probet, fertur ſententia contra eum. Fert enim teſtimonium de iure, non de facto, quòd nõ licet, & debet interrogari & reſpondere ex qua cauſa habuit, & ſi teſtis reſpondet, quod ex cauſa emptionis, iterum interrogabit à q̃ domino emit, & ſic de alijs, ſine quibus dominium haberi non poteſt, & quæ comprehenduntur ſub petitione, de qua agitur. Item non dicimus quærendũ indifferenter de odio & lucro, vt not. inf. de accu. inquiſitionis. ſed de cauſis principalis negotij inquiri mandat, & appellat hîc cauſas circumſtantias ipſius negotij, ſicut hîc apparet, videlicet, loco, etc.

2 †De cauſis) dic quòd officium teſtis eſt propriè dicere veritatem de his, quæ percepit 5. ſenſibus corporis. 3. quæſtio. nona. teſtis. ſi enim quæſtio eſt inter aliquos, an aliquis tenuerit aliquam rem de facto nécne, vel aliqua res fuerit alba vel nigra, hîc debet perhibere teſtimonium de viſu, & poteſt reddere teſtimonium, ego vidi, quòd de facto tenebat rem talem, & hîc non eſt neceſſe, nec vtile quærere cauſam ſcientiæ, quia iam dixit eam, quando dixit quòd vidit, quod tenebat eam, quia nulla alia cauſa poteſt eſſe ſui dicti, niſi quia vidit, nec nego quin vtile tunc ſit quærere de alijs circumſtantijs, videlicet, vbi eras tu, quando vidiſti, & quæ erant, & quando vidiſti, & de conſimilibus. Sed certè hæ non ſunt cauſæ dicti, ſed ſunt circumſtantiæ ad veritatem indagandam.

3 †Sed & ſi teſtis dicit ſimpliciter talis tenuit talem rem de facto, & non dicit, ego vidi, bonum eſt eius teſtimonium. C. de teſtib. teſtimonium. & tunc eſt vtile ab eo quærere cauſam ſui teſtimonij, ſed ſi dicit, ego ſcio, quia nullus dubitat, vel ego ſcio, quia ſic omnes dicunt, non valet eius teſtimonium, quia malam & inſufficientem cauſam reddit ſui teſtimonij, ſed ſi dicit ego ſcio, quia vidi, tunc bonum eſt eius teſtimonium. Item in hoc caſu dicimus, quòd ſi non quæratur de cauſa, quod nihilominus valet teſtimoniũ eius. Item dicimus, ſi quæſtio eſt, an cantet altè, vel planè benè, vel malè, hîc quæritur teſtimonium de auditu. Item ſi quæratur de qua materia conditionatus eſt, & ſi ſcit quòd talis res eſt ei obligata, & idem eſt & in ſimilibus. Idem eſt quando quæritur de aliqua re, an ſit dulcis vel amara, hic valet teſtimonium de guſtu, & debet quæri quomodo ſcit, quòd ſit talis ſaporis, & non eſt niſi vna cauſa, quia ego guſtaui, & idem eſt ſi quæritur de aliqua re, an ſit aſpera vel ſuauis, quærendum eſt teſtimonium de actu, & hoc vtile eſt quærere cauſam quę ſimiliter non eſt niſi vna, ſcilicet, quòd ego tetigi eam. Et idem eſt, ſi quæſtio eſt de aliqua re, an ſit boni odoris vel fœtidi, nam hîc non poteſt alia cauſa reddi, niſi quia ego odoratus fui eam. Benè tamen poteſt procedere iudex, vt dicat, quomodo ſcis, quòd ſit mali odoris, an erant ibi aliæ res vicinæ, de quibus poſſit venire odor malus, vel an ipſe eſſet faſtiditus vino vel cibo, vnde potius ex ſe exalabat malũ odorem, quàm ex ſpeciebus haberet, & hoc idem eſt quærere in alijs. Sed ſi omittatur non minus valet teſtimonium.

Aliqui tamen quandoque quærunt, an eſt talis dominus rei, vel an eſt talis iracundus, vel ebrioſus. †Sed ad has quæſtiones non tenetur reſpondere, quia nullo ſenſu corporis poteſt apprehendere, quòd ſi dominus vel ebrioſus, vel iracundus, ſed oculis mentis, ſcilicet, ratione hoc apprehendit. Ipſa enim ratio ex his quæ apprehendit ſenſibus corporis, benè poteſt iudicare eum dominum, vel ebrioſum, vel iracundum, ſed ipſe non adducitur in iudicem, ſed in teſtem, & ideò teſtimonium eius non præiudicat, niſi cauſam aſſignet. Sed ſi aſſignat iuſtas cauſas teſtimonij, puta ſcio eum dominum, quia fui præſens, vbi emit lanam, de qua facit pannum, tunc valet teſtimonium non ratione primæ partis, qua dixit eum dominum, quòd videre non potuit, ſed iudicare. Sed ratione ſecundæ partis qua aſſignauit cauſam iuſtam ſui teſtimonij, & non eſt malum ſi teſtis, vel ratio benè iudicat ex his, quæ ſenſibus corporis apprehendit, quòd iudex concordet cum eo tantùm niſi ſufficientes cauſas aſſignet, per quas apparet eum dominum, non valet teſtimonium eius, & idem videtur ſi dicit eum ebrioſum, vel iracundum, quòd potius videtur iudicium rationis quàm dictum teſtis.

☞ †Videtur quòd ſi teſtis dicit, vidi eum gerere ſe pro domino talis rei tanto tempore quod præſcripſit, quòd benè probat vtile dominium, etiam ſi nõ dicit cauſam quia non quæritur ab eo. Quædam tamen ſunt, quæ poſſunt trahi ad iudicium rationis, & ad teſtimonium ſenſuum corporis, ſicut eſt ſi dicit, ego dico, quòd talis tali tempore poſſidebat, vel iuſtè poſſidebat, nam poſſeſſio, maximè quãdo iugiter iuſtè aliquid iuris habet, vt not. inf. de conceſ. præben. cum noſtris. vnde intelligo dictum huius teſtis, quòd poſſidebat, id eſt, de facto tenebat, ſic enim eſt communis intelligentia huius verbi, quam ſequi debemus. arg. inf. de ſponſ. ex literis. Nec poteſt dici, quòd eadem ratione ad iudicium rationis ſpectat iudicare, an benè, vel malè cantet, & an ſit multum odoriferum, & idem de ſimilibus, quia non eſt verum, quia hoc tantùm ſenſibus corporis apprehenditur, licet vnus in his cognoſcat melius quàm alius, & ideò ei magis vel minus creditur. Idem eſt & in viſu, quia vnus habet clariorem viſum quàm alius, & ideò minus ei creditur de viſu ad remota, & magis de viſu ad propinqua. Idem eſt in teſtimonio ſenſuum, quia ſæpè ratio iuuat apprehenſionem ſenſuum corporis, ſicut eſt videre in inſpectoribus corporis, ſcilicet, an quis ſit frigidus, vel non, vel an aliqua ſit arcta, vel non, quia aliqui in his ſunt alijs peritiores. inf. de frigi. fraternitatis. & tamen hîc ſufficit dicere, vidi eam arctam vel frigidam, quia ſolo ſenſu corporis apprehenditur, ſed ſolo ſenſu corporeo non apprehenditur aliquem eſſe dominum, & ideò non valet dictum eius. Ego ſcio ipſum eſſe dominum, nec benè dicitur, ego vidi ipſum eſſe dominum. argument. ff. de interro. act. quia plerunque. (Loco) 3. quæſtio. 9. nihilominus. (Tẽpore) ſcilicet, celebrati contractus. 4. quæſt. 3. in teſtibus. 3. q. 9. nihilominus. De qualitate autẽ temporis ſi fuerit ſerenum vel nubilum non quæritur. 2. q. 8. libellorum. ff. de probat. ſi arbiter. niſi & teſtes eſſent ſuſpecti, tunc laborare debet iudex omnibus modis, vt eos intercipiat per aliquas contrarietates. argu. 30. q. 5. iudicantem. C. de eden. is apud quem.

4 †Præſumptionem) etiam quandoque attendat iudex, nam quandoq; atteſtationes quæ non valent, ratificantur per cõſenſum partium nõ ſolùm expreſſum, ſed etiam tacitum. ar. 4. q. 3. ſi quis teſtibus. & inf. eo. tit. c. conſtitutus. & c. præſentata. & c. tuis.

Secùs in litis cõteſt. vel re iudicata, & his quæ ſunt de ſubſtantia iudiciorũ, quia illa non poſſunt ratificari, vt not. ſup. de offi. deleg. prudentiã. in glo. ſed quid ſi iudex. licet enim talis exceptio viribus ſuis non valeat, quia non eſt in iudicio, tamen neutra pars poteſt contradicere ſibi obſtante exceptione pacti, vt patet in iurib⁹ ſuperius alleg. & ff. de re. iud. ſi cõuenerit. & ff. cõmuni diui. iudicem. ff. de no. oper. nun. l. 1. §. & pòſt operis. & §. ſeq. & patet in eo quod legitur. ſup. c. 1. & 3. †Hac eadem ratione videt, quòd ſi ille cui eſt cõmiſſa receptio teſtium, & de cõſenſu partium, etiã tacito committat receptionem alijs q, valet, dum modò non erret in facto, vel in iure, licet aliàs non poſſit alijs committere, cùm ſit miniſterium induſtriale, vt not. inf. de ſent. & re. iud. cùm Bertholdus. arg. ſup. de offic. deleg. quoniam. §. de his autem. Quidam dicunt & fortè benè q, non ſufficit tacitus conſenſus, quia potiꝰ videtur cõſentire, q, iudex ratione ſuæ iuriſdictionis facit, q, velit ſe obligare ex pacto. Iudex autem ratione iuriſdictionis ſuæ ſolus hoc facere non poteſt, & ideò per ſolum tacitum conſenſum partiũ atteſtationes, quæ de iure non valent, ratificari non poſſunt. Sed alij dicunt, quòd iudex ratione ſuæ iuriſdictionis hoc facere poteſt, dummodò partes conſentiant ſaltem tacitè. arg. ſup. de offi. deleg, prudentiam. §. ſexta.

5 †Multitudine.) Item & alio modo refrenabat multitudinem teſtium, quia iudex cum ſuis aſſeſſoribus debet videre dicta teſtium, & ſi viderit, quòd benè probent articulos ſuper quibus inducuntur, prohibebit vlterius teſtes produci, non tamen dicet parti, quòd hoc faciat, quia benè probauit, quod intendit, quia in interlocutione debet iudicare q̃d ſentiat. C. de fal. ſed dicit quòd hoc facit, quia ad

quia ad officium eius pertinet effrenatam multitudinem refrenare, vt hîc,& diminuere lites.ſup.de dol. & contu, finem.& dilationes amputare.C.de temp.appel.l. ſecunda.in princ.& eas non debet dare ad teſtes ſine cauſæ cognitione.3. quæſtio.3. §.ſpatium.

6 †Sed tamen prudenter procedit iudex, vt non procedat ad refrenationem huius quam facit ex ſua ſecreta inſpectione,niſi prius faciat renunciare partem cõtra quam proceditur, quòd nihil dicet in teſtes, vel ea admiſſa ad dicendum appareat teſtes non reprobatos per teſtes reprobatorios, quos contra primos produxit, quòd iudex benè poteſt facere, vt ſup.de proba.licet.& inf.eod.ad hoc. Item nunquàm procedit iudex ad hanc refrenationem, niſi vbi conſtat, quòd dicta prædictorum teſtium non poſſunt retractari. Effrenata autem multitudo dicitur ſecundum æſtimationem iudicis,quia ſi aliquando ſuper vno articulo requiritur vltra 40. & in alio ſufficiente pauciores.ff. de teſt.l.1.§. fin. (Præſumptione) inf.eod. conſtitutus.ſup.eod.intimauit. (Depoſitiones)quæ fortè non valebant,quia erant receptæ poſt appellationem vel ex alia cauſa.

Et hoc intelligo. Adde Bar. & Doct. in l. à diuo Pio. §. ſi ſuper reb⁹. ff. de re iudi. & Pet.de Ancha.qui hoc ſequitur in cõſ. 297.inci.efficacibus. col. 3.in fin.

CAPVT XXXVIII.

1 *Sententia executioni mandanda eſt,niſi is qui ſententia contradicit incontinenti probet ſua intereſſe.*
2 *An ſummaria cognitio ſemper ſit neceſſaria.*
3 *In collatione beneficiorum maior diligentia eſt adhibenda,quàm in alijs rebus.*
4 *Nunquid teſtes inducti in cauſa vnius, poſſunt induci in cauſa alterius ſuper capitulo eiuſdem tenoris.*
Teſtimonium ſecundum, an poſſit aliquid derogare priori teſtimonio.
5 *Non tenetur quis ſtare teſtibus in alio negotio inductis,niſi partes conſentiant.*

VENIENS AD SEDEM Apoſtolicam. (Poſt appella.) iuſta erat hæc exceptio, ſed procurator repellebatur, non quia eſſet conſtitutus ab excommunicatis, quia benè poſſunt conſtituere procuratorem in cauſa appellationis, & etiam per ſe proſequi. inf. de excep.cùm inter.& c.venerabilem.& inf.de iudi.intelleximus.ſed fortè quia procurator erat excommunicatus,vel aliàs illegitimè conſtitutus.(Noluerit)aliqua oppoſita exceptione legitima. (Incontinenti) hoc relinquitur arbitrio boni viri, fortè vſque ad octo dies,vel fortè plures,donec requiret teſtes de vltra montes. argumen. ſup.de reſtit.ſpo.literas.circa fin.vbi dicitur incontinenti probandum,hæc tamen pars iudicis arbitrio relinquitur, debet autem fundare ſuam intentionem, id eſt, quod ſua intereſſet puta, quia ſit electus, nec quæram quantum ad hoc, quod admittatur ad contradicendum, quod probet ſe canonicè electum,ſed electum tantum, nec probatur per hoc, quod etiam contra confirmandum, vel conſecrandum non admittatur aliquis, niſi cuius interſit, quia hîc non petebatur confirmatio, vel conſecratio, ſed executio ſententiæ quam nullus impedire poteſt, niſi cuius intereſt.

1 †Incontinenti)Not.ſententiam executioni mandandam,niſi is qui contradicit ſententiæ incontinenti probet ſua intereſſe.Et hoc intelligo verum, quando petitur res vacans,quæ à nemine poſſidetur, quemadmodum erat hîc decanatus qui vacabat. Si autem peteretur res ab alio,ſcilicet, victo per ſententiam poſſeſſa,nõ obſtante quod alius diceret ſe habere ius in re, vel ſua intereſſe ſtatim mãdabitur ſententia executioni præſtita cautione ab illo, qui in ſententia obtinuit illi, contra quem lata eſt ſententia, quod ſeruetur indemnis contra alium petitorem. ff. de rei vendicat. is à quo.& l.ſequen.ff. de re iudi.ſæpè.in fin. Et eſt ratio diuerſitatis hîc, quia vbi res vacans transfertur in alium, deterioratur conditio petentis, leuius enim petitur res vacans quàm poſſeſſa, ideoque non mandatur ſententia executioni, ſi contradictor probet, quòd ſua interſit. Sed vbi de vno poſſidente in alium poſſeſſorem transfertur, nec poteſt dici deteriorari, quantum ad poſſeſſionem conditio petitoris. Item vbi res vacans eſt,non eſt qui recipiat cautionem prædictam de indemni ſeruando, vel poteſt dicere, quòd illa lex habet locum tantùm, vbi duo contra eundem agunt.Sed hæc decre.habet locum,quando non eſt contra tertium,ſed inter ſe tãtùm de re aliqua agunt.

2 † Sed contrà videtur, quòd ſemper ſummaria cognitio ſit neceſſaria. ff.de re iudi.à diuo.§.ſi ſuper.& §.ſequen. Solut. ibi loquitur quando in rebus petitis fiebat executio, ſed in alijs quæ capiebantur in cauſam pignoris, & tunc quocunque allegante, ſe habere ius in re fit ſummaria

maria cognitio,vt ibi dicitur,ſecùs autem vbi in ipſa re petita ſit executio,nam tunc habet locum diſtinctio ſuperior. Item in illis quæ in cauſa pignoris capiuntur, ſufficit ſummaria cognitio, ſed in rebus vacantibus non ſufficiet ſummaria, vt hîc.

3 †Opponere) hoc dicitur, quòd iſte poteſt ſe opponere contra eum, pro quo ſententia lata erat, ſed non dicitur quòd poſsit impedire executionem ſententiæ, ſed licet non dicat, videtur tamen quod ex quo conſtitit, quod ſua intereſt,quòd non mandetur executioni, quòd eius executio impediri debet, quia per ſententiam non debet fieri præiudicium abſenti & ignoranti. ff.de mi.etiam.§.fi. Sed cõtrà. inf. de ſentent. & re iudi. cùm ſuper. vbi dicitur quod præiudicat ſibi niſi appellet. Solut. ibi loquitur vbi præſens erat tempore latæ ſententiæ ille,qui ex eo lædebatur, ſed hîc loquitur de abſente & ignorante. Alij intelligunt, quòd hîc dicitur eſſe ſpeciale in beneficijs, in quorum collatione maior diligentia eſt adhibenda,quàm in alijs rebus, & hæc ſolutio videtur poſſe tolerari ſecundum iura, alijs videtur quòd in executione ſententiæ ſi appareat contradictor, quòd ſummaria cognitio eſt admittenda. ff. de re iudi.l.à diuo.§.ſi rerum.& §.ſeq. (Electione) ſuper electione vtriuſque. (Sententia)lata inter capitulum, & decanum, fortè dicebat ipſam ſententiam non præiudicare ſibi,vel quia non eſt vocatus,vel quia nulla eſt. (Super principali) bona allegatio. infrà eod. cùm in tua. (Incidenti)id eſt, ſua intererat. Eoſdem) mirum videtur ſi ijdem teſtes qui dixerunt in exceptione, iterum teſtificentur ſuper eodem principali, videtur enim contrà. ſup. eod. cauſam. 1. vt not. C. de teſti. l.ſi. Item hi teſtes aut inducuntur quod dicant idem, quòd in primo teſtimonio dixerunt,& ideò eſt ſuperuacuum. Aut aliud contrarium, & tunc non eſſet eis credendum, imò puniendi eſſent tanquàm contraria dicentes. argum. C. de non nume.pecu.generaliter.

4 †Item quomodo poſt publicatas atteſtationes admitterentur contrà. ſup.eo. ei.intimauit. 4. quæſtio. tertia. c. ſunt incerti.in princip. Ad hoc ſic reſpondeo, quòd ſi inter diuerſas perſonas ſit de eiſdem rebus conſimilis quæſtio, ſicut eſt cùm vnus cohæres pro parte ſui debiti agit, vel contra eum actum eſt, nihilominus alius cohæres aget & contra eum agetur. ff. de appel.à ſententia ab ære. & à ſimili teſtes ſuper eodem capitulo inducti in cauſa vnius,inducerentur & in cauſa alterius ſuper eodem capitulo.Et idem dicimus, ſi etiam ſuper eiſdem articulis inter eaſdem perſonas vtrobique agebatur, ſed ad aliud,puta quia primò fuit ad intereſſe actum, ſecundò ad vindictam, vel primò agebatur ad repellendum aliquem à litigando,vel ad probãdum quòd ſua,ſcilicet,agentis intererat,& ſic admittatur ad agendum. Secundò autem inducuntur ſuper principali,ſcilicet, vt res petitæ ſibi adiudicentur, ſicut hîc ſatis probatur.C.ad l.Iuli.de vi.pub.ſi quis ad. ſup.de elect.cùm dilecti. Si enim ſententia non obſtat inter alios lata,vel quando ad aliud agitur etiam inter eoſdem. infrà, de ſenten.& re iudi.cùm ſuper.contrà.& not. inf. de purg. ca. cùm dilectus.multò fortius nec teſtium receptio habita ad vnum, & ad aliud nunc productio eorundem, vel atteſtationes alibi receptæ.

Obiectioni autem ſic reſpondeo,quòd teſtes non inducuntur, vt idem dicant quòd primò vel contrà, ſed vt veritatem dicant teſtes pro vtraque parte inducuntur, & quiſque capitula pro velle dabit, & teſtes ſuum teſtimonium dicet,& quiſque habebit licentiam teſtimonium redarguẽdi prout poterit, & benè fateor, q ſi contradixerit priori teſtimonio,non valebit ſecundum, niſi ſe legitimè excuſet, ſed poteſt ſe excuſare,quia aliter & in alio ſenſu intelligebat. argument. præ. l. de non nu. pec. generaliter. inf. de accu. dilecti.

☞ †Sed oppones ſi priores atteſtationes naturaliter valent,vt reprobent ſecundas, quare non valent ad probationem faciendam in principali in hoc ſecundo iudicio? Reſpon.ad probationem non valent,quia ad hoc non fuerunt inducti, cùm ad hoc ageretur, nec antè poteſt inſtrui cauſa, quam incipiat.Ad reprobationem autem ſuam non obſtant atteſtationes prius receptæ. Quia per eas notorium iuris eſt, eum eſſe mendacem & falſum, vnde repellitur à teſtimonio. ſup.eo.ſuper eo.Ad ſecundam autem obiectionem occaſione publicationis teſtium factam.Reſpon. quòd hi teſtes non recipiuntur poſt publicatas atteſtationes in eodem iudicio,quia modò agit ad aliud, & ſic eſt aliud iudicium.Iſtud autem non nocet,ſi in alio iudicio ſunt

cio ſunt publicatę,nec in iure prohibitum inuenitur. Quando autem inter eaſdem perſonas & ad idem agitur, quid iuris ſit. not.ſup.eod. cauſam. (Reſpondit) minus benè.(Sententia) quia fortè ſententia eo ignorante lata erat, vnde ſibi non faciebat præiudicium. ff. de re iudi. ſæpè. aliàs enim ſibi præiudicium fieret.(Electione) ☞ ſcilicet, Petri ſubdiaconi. † Vſus) bona videtur hæc allegatio.4.quæſtio.3.ſi quis teſt.19.diſt.ſi Romanorum.& tamen ſi nõ eſt bona, quia ad hoc vt valeant,non ſufficit conſenſus vnius partis, ſed ambarum partium conſenſum interuenire neceſſe eſt. Item poteſt allegari aliquid ex illis atteſtationibus, non vt plenè probat,ſed ad præſumptionem faciendam,vel poteſt dicere, quia archidiaco. dicebat falſum, quia de eis pœ.nunquam in principali allegauit.(Recipiendi.)

5 †Quia niſi partes conſentiant,nemo tenetur ſtare teſtibus in alio negotio introductis, vel etiam in eodem,dummodò ad id non ageretur,ſed ad aliud, vt hîc.C. de teſt.l.vlti.(Super principali) ſuper electione. (Incidendi) ſuper ſententia. (Aguntur) C. de repu. conſenſu. circa fin. C. de quæſtio. interrogati. ff. ad Sillania. ſi quis in gratiã.(Abſoluatis) non mireris, quòd non mittuntur abſoluendi ad excommunicatorem, vt ſup.de offic.deleg. prudentiam. §. ſexta. quia illud obtinet, quando non negabatur tenere excommunicatio , hîc autem negabatur, quia dicebatur lata poſt appellationem , & ideò non erat remittendus ad eum,à quo appellauerat,infrà,de ſenten. excommu. per tuas.& infrà,de appel.vt debitus.Item non intelligat hoc generale, quòd quilibet excommunicatus ad teſtimonium vocatus abſoluatur,ſed hoc ideò eſt,quia erant excommunicati poſt appellationem ſicut continetur in regiſtro. Et eccleſia tales conſueuit abſoluere ad cautelam, vocatis tamen his,pro quibus ſunt excommunicati , & audientur ſi dicant excommunicatum pro manifeſta offenſa.inf.de ſen.excommu.ſolet,per tuas.vel fuit ſpecialis gratia vel prouidentia. Alij dicunt hoc tantùm tunc obtinere,quando aliæ probationes deficiunt.

CAPVT XXXIX.

TVIS QVAESTIONIBVS. & infrà,(A parte) C.de fideicommiſ.l. vlti. (Remittantur) hæc remiſsio fieri non poteſt in cauſa matrimoniali.argument. de eo. qui cog. conſang. vxo. ſuæ. ſuper eod.

CAPVT XL.

1 *An ſit ſtatim exaudiendus petens iudicem in teſtem velle adducere.*
Iudex eſt dimittendus ſi vult iurare ſe nihil ſcire de re ſuper qua petitur eſſe teſtis.
2 *Petitio huiuſmodi fieri debet, antequam lis inchoëtur in principali.*
3 *An poſsit iudex cauſam delegare alijs,& ſic eſſe teſtis.*

DILECTO FILIO. (Teſtimonium) † Quamcitò autem quis dixerit ſe velle iudicem in teſtem adducere ſtatim exaudiendus non eſt, ſed præcedet ſummaria cognitio, oportet enim eum oſtendere aliquam veriſimilem cauſam, per quam præſumatur q̃ ſuper re, de qua agitur nouit veritatem. argumen. quia nulla dilatio eſt danda ad teſtes recipiendos ſine cauſæ cognitione, vt not.ſup.eod.in cauſis,multò fortius hîc neceſſe eſt cauſæ cognitio, vbi non poteſt eſſe teſtis ſine præiudicio & multis expenſis, & videtur ideò dicendum, quòd vbicunque hic iudex qui euocatur ad teſtimonium voluerit iurare,ſe nihil ſcire de re ſuper qua petitur teſtis , dimittendus eſt, nam qui eius fidei committit,vt teſtimonium dicatur de principali negotio,& ei credere tenetur, quando dicit ſe neſcire. C. de teſt. l. pe. argumen. 4. quæſtio. tertia.ſi quis teſtibus. † Et eſt facienda 2 hæc petitio , antequam lis inchoëtur in principali, nam poſtea non poteſt eſſe teſtis iudex, etiam ſi de nouo ſciat.2.quæſtio.ſexta.ſtatuendum.aliqui tamen contradicunt. Item in caſibus in quibus quis cogit ferre teſtimonium,habet locũ hæc decre. aliàs autem ſi non vult, non dimittet litem, & ſi vult dimittere, dimittet & fiet teſtis.Et cùm cauſa huius conſtitutionis ſit naturalis æquitas,ne probationum copia minuatur, credo quòd hæc decre. videlicet, ſimili ratione ad ordinarios extendenda eſt.argu.ff.ad exhib.ſi ad exhibendum.& C.ad exhiben.ſi res.argumẽt. 4.quæſtio.3.ſi res.

3 †Per ipſum) ſed nunquid poteſt alijs cauſam delegare totam , & ſic eſſe teſtis? Reſpon. non,quia delegatus vice delegãtis fungitur. ff.de offic. eius cui man. eſt iur.l.prima.§.vlti. Et ſufficit, quòd fuit iudex

iudex, vt repellatur à teſtimonio in cauſa principali. 2. quæſtio. ſexta. ſtatuendum. niſi de eo quod factum eſt coram eo. Per ipſum)idem crederẽ etiam ſi plures haberet, quia fortè hic melius ſcit veritatem, fortè alij obliti ſunt. Excluſo) hæc petitio erat iuſta, ſi in literis erat,quòd ſi non omnes duo,etc. hîc enim intelligitur impedimentum iuris, quia iudicando cauſa teſtimonium reddendi educitur. ſup. de reſcrip. ſcifcitatus. Alia autem petitio, quòd expectaretur ſubſtitutio alterius iudicis iniuſta erat,ſi dicta clauſula ibi erat, ſed ſi non erat ibi prædicta clauſula erat iuſta, & idem crederem, ſi vnus ſolus teſtis iudex eſſet. (Suſpendiſtis) & malè propter rationem hîc aſsignatam , aliàs enim benè competit ita procedere contra contumaces, quando agitur de incorporalibus. ſup. de eo qui mit. in poſ. c. 1. ☞ †Teſtis) nunquid contra hunc poſtea ꝓductum in teſtem, poterat comitiſſa dicere in perſonam, cùm eum elegerit in iudicem.argumen.quod non.3. quæſtio.3.offeratur.32.quæſtio.5.horrendus. (Suſpenſione) quatenus de facto proceſsit. ff. de fer. l. 1.inf.de appel.ad præſentiam.2.q.6. arguta. (Procedatis) de voluntate partium proceſsit quod cauſa remitteretur ad eos,aliàs enim non liceret. 2. quæſtio.6.ſi quis epiſcopus.

CAPVT XLI.

1 *Atteſtationes ad æternam rei memoriam,an & quando valeant.*

SIGNIFICAVIT. Forma iſta in qua recipiuntur teſtes nõ tantùm ſenes & valetudinarij, ſed etiam omnes, & vbi fit ſtatim publicatio teſtium non expectato anno locũ habet, vbi quis eſt in poſſeſsione iuris, quod dicit ſuum, ſed dubitat quòd morientibus aliquibus teſtibus, qui ſunt huius iuris conſcij, aliquis poſsit ſibi mouere litem & obtinere, quia ſuæ probationes deficerent. Et eſt iuſtum, quod hîc ſtatuitur, quia niſi inuẽtus eſſet iſte modus prouiſionis deperire poſſet ius talium perſonarum poſsidentium, quia ipſe agere non poſſet, cùm poſſideat,nec alios poſſet cogere ad agendũ. C.vt ne.innu.l.inuitus. eſt ergò ſtatutum, quòd teſtes recipiantur & publicentur perpetuò valituri,vt hîc.& inf.eod. Albericus. Vnde videtur,quòd etiã ſi eſſet aliquis in poſſeſsione, tamen haberet actionem contra aliũ, vt in interdicto vti.poſſ. vel confeſſoria,quod tunc non habet locũ forma huius decre.ſed illius quæ eſt.ſup. vt lit.non conteſt.quoniam.in princ.Nec eſt contrà.ff.ad l.Aquil.in l.Aquil.quia in illa.l.dico procedi ſecundum tenorẽ prædictæ decre.ſup.vt lit.non conteſt.quoniam.Item dicimus quòd ſolennior cognitio ſummaria eſt neceſſaria in forma prædictæ decre.quoniam.quàm in forma huius decre.ff.ad l.Aquil.in l.Aquil.

☞ †Item videtur,quòd hæ atteſtationes non valent ſecundum formam huius præſentis decre. receptæ, ſi ille qui produxit agit contra alium, ſed ſi alius agit contra eum,vt patet ex præmiſsis. Item videtur, quòd etiam ſi teſtes recipiantur ſecundũ tenorem prędictæ decre.quoniam.& aperiantur atteſtationes ante litis conteſtat. dummodò aperiantur de voluntate partium,quod valent ad æternam rei memoriam,& valet ſiue ille agat,qui eos producit , ſiue ille contra quem producuntur, quia in iſto caſu illius decre. conuertitur ad iſtam,ſed ſi aperiantur parte altera neſciente,tunc non valent, niſi poſtea accedat conſenſus eius,& hoc videtur tantùm obtinere,vbi receptio tenet,puta quia recepti ſunt ex cauſa , & in caſu à iure permiſſo, quia ſi receptio teſtium non teneret & alij teſtes ſine cauſa reciperentur lite non conteſtata , tunc quantumcunque partes conſentirent publicationi,vel atteſtationi eorum propter hoc non valeret ad æternam rei memoriam, C. de iura.cal. l. ſecunda. §. ſed quia. aliqui tamen contra dicunt.(Volentes)id eſt,ſponte nei.(Publica) potes etiam cogere fundatores,vt chartam libertatis tibi faciant. C.de fide inſtrum.plures. C. de libe. cau. ſicut datam.C.de condi.ex leg.l.ſecunda. Denunciando) ſup. vt lit. non conteſta. quoniam. §. 1. & ſi ſint abſentes expectabuntur. Sed contrà.inf.de cler. non reſi. ex tuæ. ff.de dam. infect. l.4.§.ait prætor. vbi dicit quòd ſufficit denunciare ad domum. Sol.a ibi ſunt ſpeciales caſus,de hoc not.ſup.de eo qui mit,in poſ.ſi aduerſarius. Videtur tamen,quòd vbi ſine periculo expectari poſſunt,expectari debẽt quouſque ipſis perſonaliter denunciatio iſta fiat.argumen.ff.quæ ſen.ſine appel.re.l.1. §. itẽ cùm ex edicto. Si verò ſine periculo expectari non poſſunt,tunc debent recipi etiam abſentibus partibus.ar.inf.de confir. vti. cùm dilecta. & procedi ſecundum tenorem decre. ſup. vt lit. non conteſta. quoniam.1.reſpon.

a *Sol. Cardi. in cõſ.113.incip. reſpondeo ꝙ ſuccedunt dicit hîc notabile.ſ.ꝙ citatio ad domũ nũquã ſufficit, niſi qñ inueniatur expreſſum de iure. Et qñ ſufficiat citatio ad domũ. vide per Bar. & Doct. in l. 4. §. præter. ff. de dam. infect.*

CAPVT XLII.

1 *Sententia ferri non poteſt, niſi quantitas pretij ſciatur.*

QVM CAVSA. Quę talis erat, petebat enim monaſterium rem, quam vendiderat, reſtitui ſibi refuſo à ſe pretio, quòd de re vendita recepe-
rat, vel ſi nollent ciues rem reſtituere ſupplerent legitimum pretium. (Articulum) ſcilicet, quantitatem valoris, fortè enim valet 400. quod eſt quadruplum pretij. (Ad alium) ſcilicet, deceptionis exceſſum, qui plenè probatus fuit, ſi res vendita eſſet pro 100. ꝓbauit valorē. 200. qbus. 200. Abbas non vult, nec debet eſſe contentus cum valeat 400. (Recipere) ſup. eod. cauſam quæ. (Aliud) hæc autem ambo eum
2 ꝓbare oportet, † quaſi emptor nolit integrare pretium, & non reſtituere rem, nō poterit ſuper hæc certa ſententia ferri, niſi ſciatur quantitas illius pretij, etc.

CAPVT XLIII.

1 *Sententia matrimonij tenet etiam ſi in ſcriptis non feratur.*
2 *Pro publicatione præſumitur, niſi contrariū probetur.*
3 *Atteſtationum & inſtrumentorum publicatio qualiter facienda.*
4 *An credatur actis à tabellione ſcriptis ſine publicatione, & vide in nu. 5.*
5 *Publicationes de geſtis & factis, an & quādo poſſint fieri, vbi nullum eſt confectum inſtrumentum.*
6 *Priuilegij publicationē quis facere teneatur.*

ALBERICVS. (Miles in ſcri.) † Not. ſententiam matrimo-
1 nij tenere, etiam ſi non feratur in ſcriptis. ſi. 2. quæſtio. 1. in primis. 11. quæſtio. 1. ſi quis cū clerico (recipi) vocatis quos res tangit. ſup. eod. ſignificauit. Si autem reciperentur, quia timeretur de feſtinata morte, vel receſſu teſtium, non expectatis his, quos res tangit, ſi eſſent abſentes, valet eorum teſtimonium. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. Imò vel ſi contumaciter abſint, poterit iudex procedere in publicatione teſtium. ſup. vt lit. non conteſta. quoniam.

† Publicam) ſed quid ſi contra pu-
2 blicationem factam diu obijciatur, nunquid non valet eo, quòd non fuerunt vocati quorum intererat, dicunt quidam præſumi pro publicatione, niſi aliud probetur, & omnia ſolenniter facta. argum. contra. C. de contrahen. ſtip. l. 1. & l. optimam. C. de re iudi. l. 1. C. de appel. qui ad ci. inſti. de fideiuſ. §. fi. Alij dicunt, quòd ſi in publicatione contineatur, eos vocatos ſic præſumitur, vt in l. præalleg. alioquin contrà. ar. ff. de verb. oblig. Titia. §. pe. C. de proba. l. penul. C. de fal. l. fi. & ff. de publi. l. quicunq;. §. vlt. & poteſt fieri publicatio, vel in eadem charta antiqua totum proceſſum continente, vel in alia non ſolùm in preſentia iudicis, ſed etiā per tabellionem in abſentia iudicis, dummodò appareat poteſtas præſtita per iudicem, aliter enim non valet, vt inf. de fi. inſtrum. c. penul. & vlt.

3 † Publicā) hæc publicatio atteſtationum ita fiat iudice ordinario ſedente pro tribunali, & vocatis quorum intereſt, ſi adeſſe volunt, vt in Authen. de inſtru. cau. §. ſed & ſi inſtrumenta. & §. ſeq. & hæc dicimus. colla. 6. ff. de adop. nam & ita. C. de accu. l. vlt. ſup. eo. ſignificauit. & vocabit notarium, qui ſcripſit teſtes, quando atteſtationes publicandæ ſunt, quos ſolus tabellio receperat, & non adhibebatur ei fides ſine ſubſcriptione teſtiū coram alio iudice, niſi coram illo, cuius authoritate recepti fuerunt. Authen. de hæred. & fal. §. ſancimus.

4 † Eſt enim priuata ſcriptura ſecundū quoſdam, ſed ex quo ſic facta eſt publicatio, fides ſibi adhibetur. Nos contrarium dicimus, nam ex quo acta ſcripta ſunt per tabellionem, creditur eis inter eaſdē perſonas ſine alia publicatione, alijs autem nec proſunt nec obſunt. argu. C. de dona. in dona. ſup. de proba. quoniam. ff. de iureiur. ſed & ſi poſſeſſori. §. vlt. & l. ſeq. Si autem inuenirentur apud iudicem, ſed nō Authenticata per tabellionem, neceſſe eſt hæc publicatio.

5 † Item hæc vera ſunt, quod prætextu defectus ſolennitatis teſtium non poteſt dicere non eſſe actis credendum, vel etiā inſtrumento exinde per manus tabellionis confecto, ſed ſi neget ea acta audietur, eodem modo fit publicatio lit. conteſt. nō vt valeat vltra triennium ad procedendū in cauſam, ſed valet ad interrumpendam præſcriptionem. C. de præſcrip. 30. ann. cū notiſsimi. de hoc plenius not. ſup. eo. cauſam. ſic & fiet publicatio inſtrumentorū, quæ confecerat tabellio defunctus. inf. de fi. inſtru. cùm P. & ſimiliter inſtrumentorum vetuſtate conſumptorum, vel alio modo. inf. de fi. inſtru. c. vlti. & poteſt hāc publicationem facere non ſolùm ordinarius, ſed etiam deleg. inf. de fi. inſtru. c. vlt.

Et hæc vera ſunt, vbi atteſtationes vel aliæ ſcri-

aliæ ſcripturæ minus ſolennes publicari & authenticari petuntur, ſed vbi ſcriptura facta non eſt de eo, quod publicari petitur, ſicut hîc nulla ſcriptura erat de ſentētia, ſic fiet. Iudex vocabit teſtes, qui ſentētiæ interfuerūt, vel quando teſtator teſtamentum cōdebat, vel quòd aliquis conficiebat aliquem contractum, & tamen nō ☞ fuit inde facta aliqua ſcriptura per publicam perſonam redigi, faciet in publicam & Authenticam formam, quòd prius erat in mente teſtium tantùm, vel etiam in charta non publicata, vel non Authenticata, & ſufficit ſi iudicis authoritate factum conſtet, vel poterit ad maiorem ſecuritatem ibi contineri, quia iudex decernit fidem adhibendam illi ſcripturæ. Ad hoc facit. ff. de iudi. de qua re. C. de re iudi. geſta. C. de teſtam. publicati. ff. ad l. Aqui. l. in lege Aqui. ſi de le. ſup. eod. ſignificauit. Simili modo facimus aliquando fieri, quādo vnus procurator contra multos agit, & habet vnam ſolam procurationem, eam enim exemplari facimus, & redigi in publicam formam, & decernimus partibus præſentibus, & non contradicentibus eandem fidem illi adhibendā, ibi ſumpto & Authentico ſine originali, & quòd poſsit fieri probatio, quia quoddam geſtum fuit conſtituere procuratorem, ergò poteſt redigi in publicam formam, & plura inſtrumenta poſſunt inde fieri & confici, cùm vnum non ſufficiat omnibus. arg. in præal. l. geſta. & Authen. vt fra. fil. §. illud.

Sed poſſet obijcere, licet illud obtineat, quod poſsit interuenire publicatio in factis, vbi non confectum eſt inſtrumentum, tamen ſecùs eſt hîc, vbi eſt procuratoris inſtrumentum confectū, & ideò nec ☞ publicatione eget. † Item quomodo fiet publicatio huius procuratoris abſente domino & non vocato? Reſpon. nil prohibere fieri publicationē alicuius geſti, & plura inſtrumenta exinde ſumi & cōfici, licet enim fit idē inſtrumentū omnib⁹ nō ſufficit. Imò ſatis expreſſum videtur. ff. de edē. ſi quis, etc. in prin. & l. veluti. & inſti. de teſta. §. pen. ff. de teſta. l. vnū teſtamentum. Exemplata verò ſeruata fidem non faciūt in Authen. vt ſpon. largitas. §. & hoc inſuper. col. 9. ff. de bo. poſ. ſecundū ta. l. 2. §. ſed tādiu. ff. de fideiuſ. l. quicunq;. & licet aliq his verbis vtantur in hoc caſu, quod publicatur geſtum, melius tamen dici videtur ☞ publicari vel inſtrumentum edi. ſ. quando ſumpto fides adhibenda decernitur. Ad aliud autem reſpondeo, quod ex quo procuratori conceſſum eſt, q agat contra plures, & per conſequens q procuratione faciat publicari & multiplicari, cùm ſine hoc mandatum ſuum commodè explere non poſsit. arg. ff. de procur. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. & ſup. de offi. dele. c. præterea. † Quidam tamen dicunt, quòd hæ publicationes de geſtis, ſcilicet, ſine ſcriptura habitis, poſſunt fieri etiam partibus nō vocatis pro ſe allegantes, quia nunquam inuenitur expreſſum, quòd aliqui vocari debeant, licet primò dictum eſt ſecurius, hoc autem eſt certum quòd ſi illi, quos res tangit vocati non veniant, quòd poteſt fieri hæc publicatio. arg. Authen. vt ſpon. largi. §. ad hoc.

6 † Et ſi ſit inſtrumentum, quod alium non tangit ſpecialiter vt priuilegium, vel indulgentia generalis, tunc vocari debent hi, quos res tangit, vel ad minus ſolenne edictum emitti. ar. optimum. inf. de clan. deſpon. cùm inhibitio. inf. qui ma. accu. poſ. cùm in tua. & inf. de ſen. excom. c. ſtatuimus. Aliter non valebit priuilegij publicatio, niſi fieret per illum, qui conceſſit priuilegium, tunc enim ſatis poſſet dici, quòd valet publicatio etiam nullo edicto emiſſo, quia ipſe de nouo eidem concedere poſſet. Sed contrà videtur, inf. de confir. vti. cùm dilecta. Sed potes dicere, quòd ibi non fuit emiſſum aliquod edictum, ſed aduerſarius non paruit, & fuit auditus. Sed ſi cōtrarium diceretur in inſtrumentis, magnæ fraudes & præiudicia poſſent peruenire, cùm vlterius de falſitate primorum vel ſuſpicione nil poſſet dici, ſed in publicatione eorum, quæ nondum ſint in publicam formam redacta, non poteſt tantùm fieri præiudicium, licet & ibi multum fieri poſsit.

a Per illū. De hoc dicto & eius veritate vide latiſsimè per Feli. in c. cū olim. col. 5. in fi. & ſeq. per totū. ſup. de re iudi.

CAPVT XLIIII.

CVM IN TVA DIOCESI. & inf. (Eorundem.) 3. vel 4. (11. vel 12.) iſti. 11. vel 12. recepti fuerunt ante contractum matrimonij, quando inquiritur, an ſint conſanguinei ſecundū tenorē conſtitutionis, quæ eſt inf. de clan. deſpon. c. 3. (Primi) 11. vel 12. (Poſteriori-
bus) tribus vel quatuor. (Præferantur) licet expreſſè non reſpondeat huiuſmodi quæſtioni, tamen innuit hanc reſponſionem, ſcilicet, quòd ſecundum dicta prętеritorum teſtium eſt procedendū. † Præferantur) nunquid ſi mortui ſint primi, valebit dictum, quod in primo iudicio di-

xerit, videtur quod ſic. inf. eo. præſentata. C. de teſti. l. vlt. Sed nos dicimus contrà, quia pro nulla eſt vox eorum, & illa iura non tangunt hîc, quia ibi iudex ordinarius vel delegatus ſuccedit in locum arbitri, vnde de iure eſſet, quòd ſi primus eſſet iudex, quod decætero non producentur ijdem teſtes, ex quo producti fuerunt corã eo, cui ſucceſſit. ſup. eo. cauſam. 1. C. de iudi. properandum. §. ſed ſi autem. ſed in primis qui teſtes recepit arbiter fuit, qui non eſt tantæ authoritatis ſicut iudex. C. de arbit. l. prima. ſtatutum fuit is, contra quẽ teſtes producti fuerant ratas haberet atteſtationes coram arbitris receptas, vel de nouo ijdem reciperentur ſuper eadem cauſa. At hæc cauſa non eſt eadem cum prima, prima enim fuit inquiſitionis, hæc eſt actionis. Item ad aliud in prima agebatur, ad aliud in ſecunda, & ideò producti in prima, non valent in ſecunda. ſup. eod. veniens. (Ad aliud) ad contingendum matrimonium. (Ob aliud) ne filij ſint illegitimi, vel, id eſt, vt ſatisfaciat ſacerdoti inquiſitori de conſanguinitate inter eos. (Quãm iſti) 3. vel 4. qui iurant ad ſeparandum & verè maneant in illicita copula. (Priores) 11. vel 12. (Teſtimonia) & etiam ſi tot eſſent numero, & non plures. ſup. de proba. ex literis. (Caſu) id eſt, cùm agitur de matrimonio coniungendo, vel ſeparando. ſuprà, eod. ſeries. ſicut tenore. quia nec ſententia tranſit in rem iudi. inf. de ſent. & re iudic. conſanguinei. tamen quanto circa maiora periculum vertitur, tantò diligentius inquirere debet iudex.

CAPVT XLV.

1 *Temerarium iuramentum non repellit aliquẽ à teſtimonio.*

ONSTITVTIS IN PRAE-
ſentia. & inf. (Nõ teneri) No.
1 †temerarium periurium non repellere à teſtimonio, ſed dic hoc in odium archiepiſcopi eſſe, qui hoc non creditur procuraſſe, vel ad minus in eius fauorem procuratum eſt, aliàs autem ſecùs eſſet. 11. q. 4. quiſquis metu. ff. de iureiur. l. eum qui. (Inuito) de hoc not. ſup. eod. capi. intimauit.

CAPVT XLVI.

1 *Teſtes non licet inducere poſt publicatas atteſtationes in cauſa matrimoniali.*

CONSTITVTIS. (Ad petitionem eiuſdem) Principis vel epiſcopi. (Teſtificata) hîc habes, quòd poſt publicatas atteſtationes ſuper proceſſu in cauſa matrimoniali, non licet teſtes inducere. ſup. vt litis non conteſt. ad hoc ſecùs, ſi ſuper conſanguinitate vel alio impedimento. ſup. eod. cùm in tua. & c. ſe-
1 ries. Iudicum) † poſteriorum fortè poſt ſententiam Pragenſ. epiſcopi Princeps ſuper confirmatione ſententiæ literas impetrauit, & iterum ſuper caſſatione vtriuſq; proceſſus, ſcilicet, epiſcopi, & aliorũ delegatorum fuerunt iudices impetrati, & ſuper eis proceſſibus teſtes producti fuerunt, & antequam aperirentur dicta obtentæ fuerunt hæ literæ ad eoſdem iudices, vel etiam ad alios, quia non eſt ibi vis, ad quos ſint literæ obtentæ quibus eis mãdatur, quod ſuper eis proceſſibus iterum teſtes reciperent, ſi partes velint, cùm priores atteſtationes non ſint publicatæ. (Quos ſi iudex) fortè cognouerit, quòd in primo teſtimonio aliqua omiſit, vel aliam iuſtam cauſam attenderit, aliàs enim non licet, vt Authen. eo. §. quoniam verò multi. ff. de quæſtio. repeti. niſi ſuper alio artículo vel ad aliud ageretur.

CAPVT XLVII.

ICET EX QVADAM. Graues) ſenes quibus magis creditur in conſanguinitate. 35. quæſtio. 6. c. 1. argum. ff. de fi. inſtru. l. 1. vel dic graues eſſe, qui non ſunt leues moribus, ſimilis expoſitio. ff. de leg. 2. cùm pater. ſup. de ſcruti. c. 1. (Duobus) non eſt neceſſe, quòd quilibet à duobus audiuerit, ſed neceſſe eſt, quòd plures ſint principium huius auditionis, & eſt ſecundum hoc argum. quòd ſi volo probare iuriſdictionem de vſu vel ſeruitute aliqua, & vnus dicat de vno, alius de alio actu, quod probatur, tutius credimus dicendum, quòd quilibet teſtis ab eiſdem duobus, & eodem tempore audire debet, aliàs in ſuis dictis erunt ſingulares. ſup. de elect. cùm dilectus. de hoc not. inf. de accu. qualiter. 2. (Demonſtratione) ff. ſi cer. pet. certum.

CAPVT XLVIII.

1 *Copia articulorum & capitulorum probandorum, debet dari partibus, & cur id fiat.*

2 *Nunquid interrogationum copia ſit danda parti.*

3 Quid

3 *Quid agendum ad hoc, vt teſtium ſuper tota cauſa valeat teſtimonium.*

4 *Qua de cauſa iterari poſſit interrogatio.*

PER TVAS NOBIS LITE-
ras. (Audiendum) Iudex tamen ex officio ſuo poteſt facere. argumen. ff. de quæſtio. l. repeti. inf. eo. cùm clamor. (Audiendum) vel niſi obſcurè dixiſſet. infrà eod. càm clamor.

1 †Capitulis) Not. quòd capitulorum vel articulorum probandorum expedit copiam fieri partibus, vt poſtea non ita de facili audiatur, ſi diceret, quòd ſuper illis articulis deponere non debuerunt, ſed ſi non fiat, nihilominus valet eorum receptio, ſed liberè audietur contradicens, ſi dixerit ſuper articulis impertinentibus.

2 †Interrogationum autem quæ fiunt ſuper circumſtantijs, non eſt facienda copia partibus, quia ipſæ tantùm dantur ad inſtructionem examinatorum, & ſi interrogauerunt de alio quàm deberent, non fit præiudicium partibus. argum. ff. de interro. act. l. ſi. Sed ſi vult dare copiam, non peccat, & not. quòd producenti teſtes pro maiori parte, eſt vtile dare articulos, ſuper quibus vult producere teſtes, quia nec iudices, nec teſtes ſunt ſemper inſtructi & de facto & de iure, quod de omnibus neceſſarijs ſcirent interrogare. Sed illi contra quem producuntur, non eſt vtile, niſi ad hoc quod ſuper capitulis melius ſcirent facere interrogationes.

3 †Item not. hîc nec iudex nec partes debent ſuſtinere quòd teſtes iurent dicere veritatem tantùm ſuper articulis datis, quia ſi non valeret teſtimonium eorum ſuper alijs quæ contingunt, etc. ſed ſuper illis articulis tantùm, ſed debent iurare ſuper illis articulis datis, & etiam ſuper cauſa, & ſic valebit eorum teſtimonium ſuper omnibus quæ faciunt ad cauſam. ſup. eo. de teſti. 3. q. 9. hortamur. inf. de accu. cùm dilectus.

4 †Negligenter) ſi enim ex certa ſcientia vel cauſa omiſiſſet interrogare, ſcilicet, quia non deberet, tunc etiam à principio capitula ſuper quibus interrogari petijſſet dediſſet, non tamen iteraretur interrogatio, ſed ſi capitula ſuper quibus interrogari debebant, eſſent à iudice approbata partibus præſentibus, & poſtea eſſent aliqua omiſſa ſuper illis, benè itera-
☞ retur interrogatio. †Item not. quòd hîc non loquitur de interrogationibus, quæ fiunt à teſtibus ſuper circumſtantijs non contingentibus principaliter negotium principale, quales ſunt de loco, vbi fuit celebratus contractus, & de tempore, & huiſmodi conſimilibus. De his enim quæritur vt diſcernatur eorum fides, de quibus no. ſup. eo. cùm cauſam. Sed loquitur de capitulis, quæ ſunt circa principale negotium, vel ei annexa, vel potius ſub eis cõprehenduntur, ſicut eſt, quando intendit probare præſcriptionem, quod quærat de titulo, vel de continuatione temporis & de bona fide, dicimus quòd de his quærere debet, ſiue pars dederit de hoc articulos, ſiue non. Sed ſi non quærat iudex de his, repetendi erunt teſtes, nam in culpa erit iudex, & non pars, de hoc quod ſuper articulis his non reſpondet, ipſe enim eos examinare debet. ſup. eo. cùm cauſæ. & ſup. de proba. c. licet. & non pars, quia per eos ſubornari non debet. ſup. eo. cùm cauſam. de proba. licet. Nec etiam ipſis teſtibus non eſt imputandum, ſi neſciunt omnia capitula, quæ ſunt neceſſaria ad probandũ præſcriptionem. Sed dices ſecundũ hoc videtur, quòd iudex ſuppleat de facto, quod non licet, vt not. ſup. de poſtu. c. bonæ. 1. Sed reſpondeo hoc eſſe tale factum, quod licet ſupplere, quia colligitur ex actis. ſ. quia ex quo admiſſus eſt ad probandum præſcriptionem, & ſub præſcriptione comprehendatur titulus, per conſequens admiſſus intelligitur, & ad titulum probandum.

CAPVT XLIX.

ICET DILECTVS. (Partes) quia ambæ fortè partes produxerunt teſtes ſuper principali, & ideò vtraque pars contra ſe productos reprobare volebat quod poterat. Et idem dicimus in ſecũda reprobatione, ſcilicet, quòd vtraq; pars poterit teſtes inducere ad reprobationem ſuorum teſtium. ar. ff. de leg. 3. l. fideicommiſ. §. ſi decet arbitrũ.
☞ †Quartos) licet quælibet dilatio ad inſtruendam cauſam, non ſit danda ſine cauſę cognitione. q. 3. §. ſpatium. & in prima dilatione modica aut nulla cognitio requiratur, vt not. ſup. eo. in cauſis. tamen ad reprobandum teſtes non dabitur dilatio ſine grandiori cauſæ cognitione, tamẽ ſemper dabuntur dilationes & breues, & hoc probatur, quia niſi odioſè eſſent huiuſmodi dilationes, non eſt ratio, quare quartæ & vlteriores non darentur ad reprobationem teſtium. Innoc. 4

CAPVT L.

1 *Partes an & quando possint ad partes remotas citari.*
2 *Confessiones & alia acta factum respicientia coram arbitris, valere in iudicio ordinario.*

PRAESENTATA NOBIS. (Ab eisdem) partibus. (Solo) domino etiam arbitri nō valebant, de hoc not. sup. de offic. deleg. causam. Solo) hîc videtur expirare arbitrium, si multum abscedat arbiter, tamen hoc non est vsquequaque verum, †nam licet non possit
1 citare partes ad remotas partes, potest tamen si hoc expressè actum est, scilicet, quod à remotis citet illud facere, si autem non sit appositum in compromisso non poterit eum citare, nec causam agere extra territorium rei, sed ibi sic, quia arbitria ad instar iudicis redacta sunt. ff. de arbit. l. i. Alij dicunt, quòd per duas dietas citari possunt. argument. sup. de rescrip. nonnulli. Melius dicitur, quòd nisi aliàs expressum sit super in loco vbi commissum factum est, vel etiam in secessibus, si arbiter talis sit, qui consueuit in secessibus agere, & iuxta vrbem vel locum compromissi, dummodò sit sine grauamine alicuius partis citare partem. ff. de arbit. si cùm dies. §. si arbiter. (Videatur) sicut in
2 veritate expirauit. † Acta) Not. confessiones & alia acta factum respicientia coram arbitris, valere in iudicio ordinario. C. de arbit. l. penul. § penul. In testibus tamen aliquid speciale statuitur hîc, & not. de hoc. sup. eod. cùm in tua. sed ante litis contestationem facta, coram arbitris sufficiat coram iudice. argu. est hîc argu. contrà. quia sententia nō habet vigorem, multò minus lite contestata, nisi quo ad interrumpendam præscriptionem. C. de arbi. l. pen. §. vlt. (Optione) ideò autē seruatur hæc optio capitulo soli & nō archi. quia archi. eos produxerant, vnde non poterat eos recusare. 4. quæstio. 3. si quis testibus. (Recipiant) hîc vult dicere quòd iudices procedant per acta habita coram arbitris, ita tamen quòd si voluerint ratas habere attestationes coram arbitris receptas, possint, aliàs ijdem testes iterum recisperentur, & hoc verum est, si testes viuant, alioquin necesse habet, eas habere ratas, & hoc est tractum. C. de testi. l. vlt. C. de arbit. l. penul. in fin. (Supersunt) id est, viuunt. Innoc. quartus.

CAPVT LI.

NVPER NOBIS (Nisi iuratus) nisi quo ad præsumptionem. 28. distin. de syracusane. 8. quæstio. tertia. capi. i. 20. quæstio. tertia. præsens. 86. distin. tanta. (Iuratus) contrà. 11. quæstio. prima. quicunque. vers. omnes. sol. illi derogatum est, vel illud est speciale priuilegium, quod concesit Imperator episcopis in causis, quæ mouentur in iudicio seculari, quia in causis, quæ coram ecclesiastico iudice mouentur, non potest concedere priuilegium (Iuratus) sup. eod. tuis. C. de testi. iusiuran. 33. quęstio. secunda. admonere.

CAPVT LII.

VENERABILI FRA. NO. (Congregatis) supple supplicarunt pro canonicatione M. abbatis sancti Martini.

CAPVT LIII.

1 *Quæ causa sit, quod post publicationem prohibentur testes produci.*
2 *An post appellationem liceat producere alios testes.*
3 *Testium dicta obscura non sunt per alios declaranda.*

1 VM CLAMOR. † Iterum) speciale est in inquisitione, quæ ex puro & mero officio fit, vt non attendatur ibi publicatio testium quantum ad hoc, quin semper testes producantur, & est ratio, nam ideò prohibentur testes post publicationem produci, quia timetur subornatio testium. in Authen. de test. §. si verò. Sed hîc, scilicet, in inquisitione non timetur subornatio testium ex parte producentis, cùm nullus alius sit ibi pars, nisi fama & iudex. Item ipse iudex semper habuit apud se publicata dicta testium, siue per se receperit, siue per tabellionem, sed fortè oppones, quòd si quis specialiter deputatus est ad ministerium inquisitionis, & illi sunt publicatæ attestationes, nunquid impediet alios producere, credimus idem, quod suprà diximus, nam si sit minister inquisitionis, non tamen habet ius in inquisitione, sicut procurator, qui non potest remoueri post litis contestationem, nisi causa cognita. ff. de procu. post litis contestationem. & ll. seq. at iste semper mutari potest. inf. de accu. olim. & inf. de sen. & re iudi. cum L. & A. Item non videtur, quòd possit appellare, nam non videt sua interesse, nisi fortè appellaret

appellaret nomine superioris, qui inquiri mandauit, & ad inquisitionem prosequēdam ipsum deputauit. vt in præal. c. olim. Alij tamen dicunt, quòd hîc inquisitor ius habet in inquisitione, ita quòd mutari nō potest ex quo cœpit, & poterit appellare, sicut qui agit pupillari actione, & postquā sibi publicatæ fuerunt attestationes, non poterunt produci testes, nisi probaretur collusio. inf. de col. c. vlt. ff. de iureiu. cùm qui. §. in pupillaribus. ff. de po. act. l. 2. ff. de accu. si cui. §. 1. & 2. Et respōdetur huic decre. quia hîc nō erat specialis executor inquisitionis, vel quia non dicitur hîc, quòd de nouo interrogentur antiqui, vel noui inducantur propter specialitatem causa inquisitionis, sed propter obscuritatem ipsorum, pertinet enim ad officium iudicis, vt ipse se sic exponat, & fortè hæc dilucidatio non est facienda ad petitionem
a partis, sed ex officio a iudicis; vt not. inf. de acc. cùm dilectus.
2 † Sed dices quomodo iterum introducerentur alij, cùm super hoc eodem articulo producti sunt aliqui? Respondeo post apertionem non licet producere aliquos, vt mutent quod dictum est, vel etiam addant, vt in præalle. Authen. §. si verò. idem videretur, & si nihil dixerunt, nā tunc nō possunt iterum produci, cùm sibi suspicio subornationis sit, secùs sit vbi obscurè dicunt, cum obscurè respondere non per omnia idem sit, quòd non respondere. Item & vbi volunt priorum dicta comprobare per testes etiam post publicationem, puta per testes tuos probaui me emisse die tali, alius probat ea die me alibi fuisse, possum etiam post publicatas attestationes alios producere ad confirmandum priorum dicta, scilicet, quòd eadem die fui præsens & emi. ar. prædictæ Authē. & sup. e. ex tenore. nec ad confirmandum priorum dicta semper admittendus sum, cùm habui dilationem ad testes producēdos, non est mihi danda alia dilatio, nisi cum causæ cognitione, vt not. sup. eod. in causis. vt in casu præsenti notari potest, nam in isto casu satis apparet quod subueniendū est mihi, & meo sacramēto credendum, quòd malitioſè hoc non peto probabiliter enim credere potuit, q. sufficerent mihi duo testes ad probandū contractum, sed superuenientibus probationibus aduersarij cognoscitur cōtrarium.
3 † Sed si aliqui primò dixissent obscurè, alij minus obscurè, tunc licet qui obscurè dixerunt essent interrogandi super expositione dictorum suorum, tamen ad hanc obscuritatem declarandam non essent admittendi, nisi sicut dictum est ad confirmandum priorum dicta. Aliqui tamen contradicunt prædictis dicentes, quòd ijdem testes non sunt iterum repetendi ad declarandum, quòd obscurè dixerunt, nisi quando adeò est obscurum, quod nullū habet intellectum, sic autem potest intelligi, sed diuersis modis, tunc si quod dictū
b est ex consuetudine *b* recipiat aliquam interpretationē illam habebit. ar. ff. de leg. minimè. alioquin in benigniorem partem interpretabitur. ff. de legi. benignus. infr. de spon. iuuenis. aliàs verborum significationi statur. ff. de condi. & demon. l. 1. §. 1. vel contra introductorem tunc interpretandum est. sup. de proba. in præsentia.

CAPVT LIIII.

1 *Canonica infamia per pœnitentiam tollitur.*
2 *Emendatio criminis quomodo appareat.*
3 *Mortaliter peccat qui temerè iurat.*
4 *De publico condemnatus crimine semper est infamis.*
5 *Excommunicatus an semper repellatur à testimonio. & vide in num. 7.*
Excommunicatio non est culpa, sed medicina & pœnitentia.
6 *Excommunicationis sententia etiam iniusta tenet.*

a *Ex officio. Ad hæc dicta Iñ. adde Bar. in extrauagā. ad repri. Et in sua disputatione. inci. ius dex maleficiorū. & Pe. de Anch. in cōsi. 97. col. fi. in prin. inci. cōsi. in quæstione quæ vertitur & Bar. in l. 2. §. si publico. colū. 4. ff de adul.*

1 TESTIMONIVM. (Eius crimen) † de quo nō est condēnatus non irrogat infamiā ipso iure vtrum horū fuerit, repellitur etiā post sententiā in causa ciuili, infamiam enim canonicā tollit pœnitentia. 6. quæstio. 1. illi. sed infamia ciuilem non. 2. q. 3. §. hîc colligitur. licet alij similiter dicant. (Reprobatur) 6. q. 1. illi qui crimen. sup e. super. c. 1.

b *Ex cōsuetu. dine. Adde Fel. in 1. gl. de cre. col. 2. qui refert hoc dictum Inn. & adde Inn. hic adde Ioan. de Imo. in l. 2. co. 1. ff. de duo. reis. Alex. de Imo. in consi. 82. colū. 2. in prin. in 1. not. & Car. in cōsi. 197. co. fi. i fi. et Alex. i cōsi. 156. col. 4. in 5. vol. vbi q. in dictis testium attenditur q. vt plurimum fieri solet.*

2 † Emendatus) emendatio apparebit si occultum est crimen per sacerdotem, qui dicat eum sibi confessum, vel vt quidam dicunt eius simplici verbo credēdum est, sufficit autem occultam pœnitentiam agere, vbi crimen occultum est. Si verò crimen eius est manifestum, debet manifesta esse pœnitentia, licet non solennis. 2. q. 8. si peccauerit. 45. dist. sed illud. 50. dist. in capite. inf. de simo. nemo.

3 † Periurij.) 6. quæstio. 1. quicunque. & intelligitur hoc verum, vbi falsum iurauit, & contra licitum iuramentun venit, sed si non falsum, sed tantùm temerariè iuramentum iurauit, vel esse contra illicitum iuramentum venit, qui non est periurus, quia facit contra iuramen-

tum,ſed quia temerè iurauit.22.q.4.ſi aliquid.non eſt repellẽdus à teſtimonio.ſup. eod.conſtitutis. Sed tamen quilibet temerè iurans mortaliter peccat.22.q.2.c.2. & quæſtio.4.neceſſe.& inf. de iureiuran. c.& ſi Chriſtus. ſed poteſt dici, hoc ideò eſſe,quia ex quo tale iuramentum nõ ſeruat,ſeipſum præſumitur de talibus pœnituiſſe 4,vel poteſt dici,quòd etiam temerè iurans repellitur. Nec obſtant contraria quæ loquuntur quòd poſſunt reddere teſtimonium contra eũ,qui aliàs coëgit vel induxit ad præſtandũ temeraria iuramẽta,quòd in eorum odiũ factum eſt,temerarium etiam iuramentum non repellit à dignitate.inf. de iureiur. ſic noſtris. Alij tamen contradicũt.(Periurij)22. q. 5. ſi qs cõuictus paruuli.(In criminali)2.q.7. apoſtoli, ipſi teſtes. (De crimine) niſi ſecum ſit diſpenſatum,vel niſi ſit in integ. reſti. vt not.inf.de ſen.& re iudi. cum te.

4 Pœnituiſſe. Adde Car. in conſi.35.in ci. ad dubia ſingulariter.co. 2.circa medium.

4 †De crimine)publico,de quo cõdemnatus ſemper ſit infamis. ff. ex qui. cau. infa.irro.athletas.§. calumniator.vel etiã in priuato ſi deſcendit ex ea actione, quæ etiam damnato in priuato iudicio infamiam irrogaret,vt furti,& vi bo.rap.ff.de his qui not. infa. athletas. §. fin. & duabus. ll. ſeq. & ff. de publ. iud. infa. ff. de cri. ſtel. l. 2. & 3. & idem etiam ſi de crimine priuato, quòd etiam condemnato non irrogat infamiam,nam cùm nõ poſsit promoueri, non poterit ſacerdotem accuſare,ſed laicum poteſt accuſare & teſtificari in eum.Idem etiam dicimus & ſi excipiatur de crimine,quòd non infamat,vt hîc,& ſiue ſit condemnatus,ſiue non. † Per exceptionem) de crimine in quo perſeueret,ſi autem egiſſet pœnitentiam, tunc ita audietur aliquis excipiens contra eum de crimine, ſicut auditur excipiens contra electum petentem confirmari. de quo nota. ſupr. de electio. dudum ec. rotho. & inf. de accu. ſuper his. Vel dic,hîc exceptionem condemnationis crimine factam.

5 †Per exceptionem) ſed quid dices in excommunicato,ſed nunc abſoluto,nunquid poteſt ferre teſtimonium. arg. quòd non.4.q.1.c.1.& 2.vbi multùm de hac materia notatum eſt.Vel dic, aliter quàm ſit ibi notatũ quod nunquã obſtat teſti.quod fuit excommunicatus,dummodò non ſit abſolutus.Sed neceſſe eſt crimen probari propter quod excommunicatus fuit ad hoc vt repellatur, nec obſtant rationes, quæ ibi ſunt notatæ, puta quia non fertur excommunicatio,niſi pro magnis criminibus.11.quæſtio.3.certum eſt. & aſsignamus talem rationem. Excommunicatio non eſt culpa,ſed eſt medicina,vel pœnitentia.2.q.1.multi.& ideò ea ceſſante non debet aliqua infamia remanere.ff. de his qui not.infa.ictus. †Sed dices licet pœna excommunicationis non ſit peccatũ,pœnæ tamen impoſitio per iudicem facta eſt probatio culpæ,quæ non niſi probata culpa irrogatur.2.quæſt.1.nemo. Reſpondeo, quòd ſæpè ſine manifeſta & ſolenni probatione quis excommunicatur hoc ipſo, quod præſens non eſt in termino,& tamẽ poteſt eſſe quod legitimo impedimento detẽtus eſt,& ſic eſt iuſta excommunicatio,ſed tamen cauſa vel culpa non ſubeſt, vnde poſtea probato impedimento ſine difficultate abſoluitur. 4. q. 5.c.1.infr.de ſen.& re iudi.cùm Bertholdus.

6 †Item ſentẽtia excõmunicationis etiã iniuſta tenet.11.q.3.c.1. graue ergò eſſet q, perpetuam ſibi infamiã irrogaret.Ad hoc ergò, vt nõ obſit ei ſentẽtia excõmunicationis,oportet quòd probet etiã culpã pro qua excommunicatus eſt.ar.ff. de his qui not.infa.ictus.Alij tamẽ dicunt, quòd vbi quis contumax eſſet in parendo ſuper crimine, de quo condemnatus eſſet, & hac cauſa expreſsè aſsignata excommunicaretur, quia talis excõmunicatus benè repelletur etiam non probato crimine, & idem dicunt,ſi etiam amoueretur ex officio vel ordine propter inobediẽtiam ſiue excommunicationem.ar.4.q.1.c.1.& 2.ff. de his qui not.infa.l.2.§.ignominiæ. & ff. de iudi.cùm prætor.& idẽ videtur dicendum,ſi non eſſet condemnatus,ſed tãtùm crimen eſſet notorium, vel etiã non eſſet notoriũ,ſed tamen iudex exprimit in ſententia, quod non vult de tali crimine pœnitere q, commiſit, ideò excõmunico eũ. arg.prædictarum legum,ſed ſi tamẽ benè attendas in omnibus his non eſt cauſa eũ expellendi excommunicatio,ſed ſentẽtia ſuper crimine lata vel crimẽ cõmiſſum.

7 †Et ideò melius videtur dicendũ,quod non ſufficit ad repellendum quenquam à teſtimonio probare, quod fuerit excommunicatus expreſſa cauſa criminis in excommunicatione,niſi fuerit tale crimen expreſsũ in ſentẽtia,q, ipſo facto infamaret, cũ acta ſententia de alijs criminibus emẽdatus ſit, & infamia canonica ceſſet, nec eſt ſimile de remiſſo cauſa ignominiæ vel exauthorato, cùm neutrũ horum interuenerit in excõmunicato, & reſpõdeo obiectis

obiectionibus, ſcilicet. ff.de his qui nota. infa.l.2.§.ignominiæ . & alijs quia exauthorare militem, vel remouere ab exercitu,vel ordine, vel iudicem remouere à ſenatu,de quibus ibi loquitur,eſt proxima cauſa & pœna delicti, ſed excommunicatio,vel priuatio à communione fidelium ſacrorum,non eſt proxima pœna delicti. imò aliquod eſt medium, ſcilicet, contumacia pro qua fertur tantùm excommunicatio, & nunquam pro crimine quantumcunque ſit graue. 11. quæſtio. 3. certum.nec hac ratione dicendum eſt, quòd ſi ipſo facto incidit in excommunicationem,vt in violenta manuum iniectione, quòd repellendus ſit perpetuò, quamuis ſit proxima pœna delicti, quia hæc pœna excommunicationis non infertur ab homine, ſed a iure, vnde non ampliùs repelletur propter excommunicationẽ quàm propter crimen tantùm,ſcilicet, durante excommunicatione,vel quouſque pœnitentiam agat,ſed in prædictis legibus dicitur,quòd miles vel iudex per iudicem fuit remotus, & mitius agit ius quàm iudex. (Grauata) nam cùm hîc repellantur ab electione, & ſimili modo ab ordinatione. ſup. de electi. ſuper eo. eodem modo etiam repellendus eſt ab accuſatione & teſtimonio.2.quæſtio.7.ipſi. & c. teſtes.

† Ciuili) in cauſa enim ciuili non repellitur ſiue crimen publicum, ſiue priuatum commiſiſſet,ſi pœnitentiam egiſſet,& non eſſet condemnatus, nec infamatus ipſo iure.Item ſi condemnatus eſſet de priuato,quòd non infamaret. ff. de cri.ſtel.l.2.(A teſtimonio.) idem etiam in accuſatione, cùm ordo & teſtimonium & accuſatio,cùm de accuſatione criminali clericorum agitur æquiparantur, ſcilicet,vt quicunque ad vnum admittitur, & ad aliud.2.quæſtio.7.ipſi teſtes.

CAPVT LV.

1 *Quarta productio an fieri debeat, vbi quis teſtificata viderit,& inſpexerit.*

2 *Atteſtationes cùm per iudicem apertæ ſunt, non poteſt vlterius producere.*

Differre tempus an melius ſit, quàm poſt publicationem & ſententiam ſubuenire.

Iudex an & quando poſsit tempus productionis prorogare.

2 *Aſsignata dilatione ſtatim incipit currere tempus.*

4 *Continentes prouincia quæ dicantur habes remiſsiuè.*

VLTRA TERTIAM. (Productionem)præſtito. in Authẽ.eo. §.qa verò.ſup.c.ſignificauerũt.in cauſis vbi de hoc no. †Subtraxerit)hîc ſatis credo, quòd ad quartam productionẽ nunquam debet quis admitti,vt quidã dicũt quantumcunq; viderit teſtificata,dũmodò plenè illa inſpexerit,& hoc ſonat illud verbũ percunctatus fuerit. i.cùm diligentia inſpexerit.Ex hoc enim,quòd diligenter inſpexerit, & per omnia ſcrutatus eſt,præſumitur fraus,quando pòſt vult ,producere teſtes,imò ſi à teſtibus,q depoſuerunt quæſiuiſſent diligẽter quid dixiſſent, non crederẽ,quòd propter hoc poſſet prohiberi iterum producere teſtes, quia nec iure prohibetur, nec etiam ratione,quia per vnam vocẽ de facili inſtrui non poſſet,nam ſi aliàs non furtiuè,ſed caſu contigiſſet, quòd atteſtationes vidiſſet, non tamen plenè nec notando circa illa, quæ notanda ſunt. vnde poteſt ſuper eiſdem articulis teſtes producere.argu. ff. de rei vendic.officium.C.de proba.exceptione. Sed contra.in Authen.de teſti.§.quia verò.vbi expreſsè innuitur, quòd poſtquam didicit teſtificata, nunquam vlterius teſtes producere poteſt,ſed illud poteſt intelligi vbi renunciauit teſtibus, & vidit teſtificata, ambo enim iſta, vt quidam dicunt ſimul neceſſaria ſunt,& idem eſt vbi ſubtraxit, quia etiam ſi non tunc conſtaret diligenter vidiſſe teſtificata, tamen quia præſumitur contra eum propter furtum vlterius teſtes producere non poteſt.

2 † Item quando 4 atteſtationes apertæ ſunt per iudicem, vlterius producere non poteſt, & in his caſibus videtur loqui prædicta Authent. & non dicimus tantùm denegandam productionem teſtium,poſtquam didiciſſet plenè teſtificata vltra tertiam productionem, ſed etiam poſt primam vel ſecundam, & hoc innuit finis. §. præallegat. quia verò. niſi in caſibus prædictis. Item dicimus, quòd ſiue plenè ſua teſtificata videat, ſiue pars tis aduerſæ, quòd vlterius teſtes producere non poteſt, quia lex ſic generaliter loquitur, poſtquam didicit teſtificata, aliqui tamen dicunt, quòd viſio teſtificatorum partis aduerſæ non impedit productionem teſtium, & habent arg. pro ſe. ff. de iudi. iudices. primò dictum magis placet. † Nequiuit) ſi quis petat, quod non aperiantur teſtes,

4 Item quando atteſtationes ſentit hic Inno. q, ſola publicatio teſtiũ & proceſſus præcludat viã nouæ productioni. ita intelligit Pe.de Anch. in conſil.223. incì. ad euidẽtiam præmittendo in 1.col. & ibi hanc opinionem tenet, de qua latiſsimè per Feli.in c.fraternitatis, ſupra eo.

vel

vel quòd nõ feratur ſententia quouſq; tales, qui ſunt in captiuitate, vel in peregrinatione, vel alijs ex conſimilibus cauſis ſunt abſentes, vel morbo vel furore tenentur reuertantur, quia ipſi ſiunt qui ſuæ cauſæ veritatem nouerunt, vel quia ipſi habẽt inſtrumenta ſuæ cauſæ, non eſt audiẽdus vltra tempora, quæ ſunt. 3. q. 3. §. ſpatium. ſed per beneficium in integ. reſti. ſibi poterit ſubueniri etiam poſt apertionem teſtium, & poſt ſententiam præmiſſa ſummaria cognitione, vt iterum audiantur. argum. ſup. de in integ. reſti. c. 2. & 3. vbi not.

† Sed dices nónne melius erat differre quàm poſt publicationem vel ſententiam ſubuenire? Reſpondeo nõ, quia ſi differtur quilibet poſſet inuenire viam, quod nunquam ab alia cauſa finiretur, quia eſſet valdè iniuſtum, econtrà, ſcilicet, ſi procedatur nullum vel modicum ſit præiudicium, quia per beneficiũ reſtitutionis ſibi ſubuenitur, nec negamus, quin iudex ex magna cauſa vltra tempora ſtatuta poſſet prorogare dilationẽ. ff. de reg. iur. l. 2. ſed non im moderatè. ff. de iud. ſi lon. ff. de vamu. l. ſi. vbi de hoc notat. Et videtur quòd quarta productio, de qua hîc loquitur, nõ poteſt peti, niſi intra tempora ſtatuta, niſi per beneficium reſtitutionis. Si autem per iudicem vel receptionem teſtium vel inſtrumentorum ſteterit propter tantum tẽpus, quod in reſiduo pars ſuas inſtructiones producere non potuit, nõ imputatur ſibi. argum. 2. q. 6. anteriorum. ſi autem propter pericula viarum, vel tempeſtates aquarum ire impediantur, quòd nulla parte temporis poteſt pars ſuam productionem & probationem perficere, poteſt dici, quòd eſt hîc magna cauſa qua prorogare poteſt prædictum tempus. ar. ff. de eden. ſi quis ex. §. fin. & l. ſeq. in Authẽ. de his qui ingre. ad app. §. 2. tamen ſi multo tẽpore deberent iurare prædicta pericula procedi poterit ad ſententiam, ſed ſaluum erit parti per beneficium reſtitutionis, poſtquam ceſſauerint pericula, vt dictum eſt.

† Prudenter ergò faciet pars, contra quam producuntur teſtes, ſi conſentit ꝺd aduerſarius habeat nouem menſes, quando ſummaria cognitione præmiſſa ordinatum eſt, quòd inſtitutionem ſuam habeat de partibus vltra marinis, nec petat articulos, quòd per examinationem articulorum magis inſtituitur producens, ſed permittit eum ſuper tota cauſa producere inſtrumenta ſua, quia ſi etiam ſuper mille articulis produceret, non haberet prædictos nouem menſes, & idem dicitur, ſi petat inſtrumenta ex continentibus prouincijs vno vel pluribus, quia non debet habere, niſi ſex menſes, vel ex eadem prouincia tres, & benè faciat diſquiri ab initio, an velit de vltra mare producere, vel de continentibus prouincijs, quia ſi non benè diſquiſierit à principio, & habuit tres menſes pro inſtrumentis eiuſdem prouinciæ, & iterum habebit ſex pro continentibus prouinciæ, & iterum 9. menſes pro vltra mare, ſicut ex vi literæ colligitur. Itẽ ſi fecerit dare minorem terminum, quàm trium menſium, & poſtea deſiderauit aliam dilationem, de leui dabitur ei, dummodò non excedant inter ambas dilationes tres menſes. Sed in iſtis tribus menſibus non computabitur medium tempus quod eſt à fine primæ receptionis vſque ad principium ſecundæ receptionis, ſiue fuit impeditus producens, ſiue negligens fuerit in proſequendo cauſam in medio tempore, quia ſi fuit ei vtile, quòd neglexerit, & aduerſario damnorum ſibi imputet, quia vigilantibus non negligentibus iura ſubueniunt. ff. ex quib. cau. in integ. reſtit. non eſt. 4. q. 4. c. 1. & 2. Nec negamus quòd vtile ſit aliquando iſtas dilationes breuiare, ſed tamen ſæpè ex breuiatione magnæ dubitationes occurrunt, vt dictum eſt.

3 † Incipit autem currere hoc ex quo dilatio aſſignata eſt, & intra dilationem debet impetrare literas, & ire pro teſtibus, vel mittere ad vnam prouinciam, vel etiam ad diuerſas, nec debent deduci de iſto rempore ſolennes dies, nec recreationes receptorum vel iudicum, dummodò non ſint malitioſè, vel tales per quas impeditus eſt producens perficere productionem ſuam.

4 † Continentes autem prouincias nõ appello archiepiſcopatus, ſed ſicut exponitur. ff. de verb. ſig. notionem. §. 1. vltra autem hos terminos, & antè & pòſt, per confeſsiones poterit inſtrui cauſa.

CAPVT LVI.

NON DEBET. (Quis in criminibus.) ſecùs ſi agitur ciuiliter. (Forſan) forſitan ideò dicit, quia in excepto crimine accuſatus nõ admittitur cõtra eum, qui eſt bonæ famæ. a. q. 1. in primis. (Exceptis) C. ad leg. Iul. maieſta.

maieſta. nullus. ff. de quæſtio. de minore. (Accuſatione) Idem dicunt quidam pendente inquiſitione vel denunciatione. (Accuſatione) C. de procura. reum. (Suſceptione.) 81. diſt. tantis.

CAPVT LVII.

1 *Abbates & priores conuentuum, dicuntur agere nomine alieno & tanquam miniſtri.*
2 *Non poteſt Abbas eſſe teſtis in cauſa monaſterij, quando in eam conſtituit procuratorem, & vide in num. 3. & 4.*
4 *Iurare in animam alterius quando liceat.*
5 *Tutor & procurator in iuramento deciſiuo iurare debet in anima ſua.*
Collegium vel alius conuentus an poſsit per alium iurare.
6 *Inter iuramentum de veritate dicenda, & de calumnia differentia.*
7 *Quæ teneatur dicere iurans in animam alterius. & vide in nu. 8.*
9 *Syndici iurare poſſunt de veritate dicenda tam ſuper diffinitione cauſæ quàm ſuper expenſarum quantitate.*
10 *Procurator an poſsit iurare de veritate dicenda remiſsiuè.*
11 *Specificè non confuſè obijciendaſunt crimina contra teſtes.*
12 *Licitum eſt iudici ante publicationem teſtium aſsignare terminum intra quem obijcere teſtibus poſsint quæ velint.*

PRAESENTIVM. (Tibi authoritatem.) Caſus examinata quadam cauſa apud ſed. apoſt. tandem pars de Spaldug. obiecit quædam in perſonis teſtium ſancti Mich. vtraque etiam pars penitus ſuam intentionem probare voluit per confeſsionem partis alterius, ſuper hoc ergò hîc ſcribitur, & certa forma porrigitur ſecundum quam facere debeant.

1 † Abbatem) benè dicitur pro Abbate & conuentu, & contra priorem & conuentum, quia pro miniſtris agitur contra miniſtros, quaſi nomine alieno, ipſi enim ſunt procuratores, non domini. 12. quæſtio. 1. ſi priuatum. ſed pro conuentibus, & contra conuentum, in quibus comprehenduntur etiam miniſtri. infr. de conceſ. præben. poſt electionem. ff. de verbo. ſignific. familiæ. inſti. de iure nat. §. plebs. agitur proprio nomine, quia ipſi domini ſunt. 2. q. 6. biduum. verſi. palam. ff. quando appel. ſit. l. 1. §. impropria. tamen idem videtur, ſi etiam miniſtri actionum non ſunt de conuentu, vt ſæpè accidit in vicedominis, & ſufficit contra alterum fieri ſententiam, vel etiam contra Abbates ambos nomine conuentus, vel etiam contra ipſum conuentum proprio nomine, & poteſt Abbas qui ex officio habet exercitium actionis reuocare mandatum à conuentu datum procuratori, quandocunq; vult ante lit. conteſtationem, poſt lit. autem conteſtationem non licet, ſicut nec alij domino liceret. Sed ſi ambo ſimul ſint litem conteſtati, & ſimul, & diuiſim poſſunt in cauſa procedere, ſicut ſi ambo eſſent inſolidum procuratores. de hoc no. ſup. de procura. in noſtra. Imò plus videtur, quòd ſi libellus dicit, agit talis Abbas, agit & talis procurator conſtitutus à conuentu nomine conuentus, vt ſicut quo ad verba videatur diuerſis nominibus agere: tamen quia conſtat, quòd eiuſdem nomine agit, ſcilicet, nomine monaſterij & conuentus, ad quem res pertinet, de qua agitur eodem modo procederet hic Abbas & procurator conuentus, ſicut ſuprà dictum eſt. Secùs autem ſi ſpecialiter cauſa tangeret Abbatem ſuo proprio nomine, & idem eſt ſi ageret dominus rei, de qua agitur cum procuratore quem ipſe idem conſtituit. (Poſsidere.) Nota. quòd licet poſſeſſorio agitur ad reſtitutionem poſſeſsionis, de rebus tamen ſpiritualibus non iuratur de calumnia, ſed de veritate dicenda, ſicut quando petitorio agitur. ſup. de iura calum. literas. (Cum poſſeſsione) ſuper ſpiritualibus. † Ab eiſdem) ideò hîc Abbas & conuentus ſancti Micha. requiruntur tanquam honeſtiores ob vehementiores cauſas. C. de procura. l. fin. qui ſimul egerant, vt patet ex ipſa litera, quia ſi ſolus Abbas egiſſet, ipſe ſolus tanquam honeſtior requiri poſſet. Sed in hoc caſu dicunt quidam, quòd conuentus computato in ipſo abbate requiri poſſet, quia honeſtior & veracior reputatur totus conuentus ex Abbate & monachis computatis, quàm ſolus Abbas.

2 † Item not. quòd quando Abbas conſtituit procuratorem in cauſa monaſterij. in ipſa cauſa non poterit eſſe teſtis, licet aliàs poſsit. inf. de iureiur. & ſi Chriſtus. in fin. Sed ſi conuentus agit per procuratorem etiam ſi tanquam honeſtior perſona iuret conuentus de veritate dicenda, tamen ijdem illi monachi qui iurant de veritate dicenda, recipientur in teſtes, & pro vtraque parte valebit eorum teſtimonium, ſed quando iurauit

vt

vt honeſtior perſona, tunc dictum eorum valet contra ſe, & non pro ſe.

3 †Sed quæras nónne eodem modo recipietur Abbas ad vtrunq;, ſicut monachus? Reſpon. non, quia Abbas quaſi legitimus defenſor eſt, & ideò duplicem perſonam gerere non debet, ſcilicet agentis & teſtis, ſed in alio caſu nullus monachorum eſt defenſor, ſed conuentus tantùm, & ideò ſinguli monachi, & etiam ipſe Abbas poteſt eſſe teſtis, quia licet inſtrumentum dicat Abbas & conuentus conſtituunt talem procuratorem, tamen ipſe Abbas, vt pars & membrum conuentus videtur loqui, & non quaſi principalis defenſor (Abbatem) hi non erant ſyndici per quos facta fuerit lit. cõteſtatio, ſed & partibus placuit, quòd per hos iuraretur, & aliàs etiam æquitati & iuri conſonabit, cũ eſſent capita conuentuum, poſſet tamen & alijs committi hoc iuſiurandum. argu. ff. de iureiur. c. 1.

4 †Nomine ſuo) quia de cõuentu & ideò iurat nomine ſuo, & inde eſt, quòd inter reſpondentes faciet numerum, ſed ſi ipſe aliud crederet, quàm quòd maior pars cõuentus ſciret, cùm tanquam pro vniuerſitate ſit irritatum reſpondebit ſecundum placitum maioris partis, non ſecundum ſuum. Crederem tamen, quòd ſi Abbas non tanquam pars vniuerſitatis, vel tanquàm vnus de vniuerſitate, ſed tanquam principalis, puta, quia fortè alia habebat diuiſa, ſed hæc iura de quibus agitur communia habebant pro indiuiſo, tunc ipſe pro ſe ſuum placitum, non tanquam ſyndicus, ſed tanquam principalis perſona reſpondet, pro conuentu autem. Reſpondeo placitum maioris partis conuentus. ſi autem hic de conuentu non eſſet, non in anima ſua, vel nomine ſuo, ſed conuentus tantùm iuraret, & reſpondebit.

☞ Vel dic, vt in gloſſ. ſcilicet, totius. † In animas) hic iurat in animas eorum, quorum procurationem agit, quia non eſt procurator, nec aliquid habet facere in cauſa, ſed miniſterium tantùm habet & organum eorum in quorum animas iurauit. Si autẽ eſſet procurator vel ſyndicus, tũc in talibus in quibus licet procuratoribus iurare de veritate dicenda, ſcilicet, quando ſibi fit mandatum. ff. de iureiur. inſiurandum. de hoc not. ſup. de iu. cal. c. fi. tũc non iurat in animam alterius, ſed in ſuam quod ſatis hìc apparet. vbi dicit, quòd à ſyndico inquirat quid credat vel ſciat, vnde apparet, quòd de ſua ſententia vel credulitate debet reſpondere, non de alterius.

5 †Item cùm in deciſiuo iuramẽto tutor & procurator iurare debeat in anima ſua, nam illuſorium eſſet, quòd in anima infantis iuraret, cur non idem in iuramento quod fit in proſecutione cauſæ. Item hìc admittuntur iſti conuentus, vt faciant illos iurare in animas ſuas, quia placuit partibus. ſuprà, de teſt. tuis. Vel dic, quòd authoritate huius decret. hodie licitum eſt omnibus collegijs per alium iurare, & hoc ideò, quia cùm collegium in cauſa vniuerſitatis fingatur vna perſona, dignum eſt, quòd per vnum iurent, licet per ſe iurare poſsint, ſi velint. C. de iur. calum. l. 2. §. hoc etiam. & etiam propter facilitatem ponendi, & reſpondendi, aliàs autem quilibet per ſe in animam ſuam iurare debet. ſuprà, de iura. calum. c. fin. & c. in pertractandis. Imperator etiam per alium iurat. 63. diſtinctio. tibi domino. (Partis ibidem) reſidentium. 10. quæſtio. 2. hoc ius ante medium. (Ipſorum) eorum, ſcilicet, quia mandabant quòd in animas eorum iurent.

6 †Veritatem) Not. quòd vbi iuratur de veritate dicenda, tam ponens quàm reſpondens non credit, ſed quod nouit dicere debet, argum. 3. quæſtio. 8. hortamur. ſed cùm iuratur de calumnia, ibi quòd creditur, ponitur & reſpondetur. C. de iur. calum. l. 2. §. 1. Item ſi eſſet cauſa ciuilis vbi iuratur de calumnia, non eſſet neceſſe quòd in animas conuẽtus iuraret, ſed in animam ſuam tantùm, & ſecundum ſuum placitum poſitionibus reſpondere. ſuprà. de iura. calum. cùm cauſam. (Ipſi) Abbas & prior. (Illos) conuentus, ſcilicet, In quorum, ſcilicet, totius vel maioris partis conuentus ibidem reſidentis, nec ſufficeret quòd in aliqua poſitione maior pars conſentiret iurantium, niſi eſſet maior pars conuentus ibi reſidentis, & eſt hoc ea ratione, quia minoris partis conuentus conſenſio non poteſt præiudicare toti conuentui.

7 †Et eſt not. dignum, quòd qui iurat in animam alterius non quod ſibi videtur, ſed quod dicitur ab his in quorum animas iurauit dicere tenetur, & debet ſic componi iuramentum. Nos iuramus per talem, quòd veritatem dicimus, ſi. 63. diſtinctio. tibi domino. Vel ſi non eſſent preſentes illi, in quorum animas iuratur, ſi per

ſi per literas, vel aliter certum eſt, quòd procurator præſens poteſt in animas iurantium iurare, & tunc debet iurare ſic: ego in animas talium iuro dicere veritatem, quam ſciuerint, vel melius iuro in animas eorum, quòd ipſi per me veritatem, quam ſciunt, dicent. † Item not. ☞ ſi abbas qui iurauit in animas aliorum ſciret aliqua, & illi in quorum animas iurauit aliqua neſcirent, vel econtrà, nõ debet reſpondere veritatem, nec aliquis pro ſingulis de conuentu, qui dicerent ſe aliquid ſcire, niſi de eo, quod maior pars ſcit, ſed pro ſe, ſi aliquid ſcit, alijs etiam inſcientibus reſpondere tenetur. Idcircò enim hìc dicitur, quod ſuo nomine iurat, ſcilicet, vt de his, quæ ſciant veritatem dicant, etiam ſi alij neſciant, melius videtur, quod etiam de his quæ ſoli ſciunt, nihil dicere debebant, niſi de ſuo facto, cùm dictum eorum non præiudicaret, neq. q. procuratoris, quia procurator non eſt, neq. q. teſtis, & non eſt alia cauſa quare pro ſe ſpecialiter iuret, niſi vt aſtringantur dicere cum alijs veritatem, & eodem modo à quolibet quæritur de facto ſuo, ſi ab alia parte quæſitum eſſet & compelleretur iurare, ſed hìc benè dicimus, quòd licet aduerſa pars peteret aduerſarium iurare de veritate dicenda ſuper his, quæ ſcit non ſuper his, quæ fecit, vel de facto ſuo non audiretur, lex enim loquitur tantùm, quando de facto ſuo interrogatur. C. de quæſtio. interrogari. Quando enim interrogatur de alieno facto tanquam teſtis recipitur, non eo modo quo hìc dicitur.

8 †Item nota. quòd ſi non per ſe, ſed tantùm in animas aliorũ iuraſſet, & ipſe veritatem ſciret, illi autem non, nihil dicet quia de ſe non iurauit. Item ſi illi dicant, quòd aliter dicat, quàm ſe habeat veritas, quam ipſe ſcit, non reſpondebit, quia pro nullo homine debet falſum dicere, nec deberet facere contra conſcientiam, imò vocatis qui prodeſſe poſſunt debet eos monere, vt à falſo teſtimonio, vel dicto abſtineant. 22. q. 5. hoc videtur. Item ſi nolunt reſpondere per procuratorem, ſed per ſe non video quare prohibentur. Sed quid ſi velit per alium non iuratũ reſpondere. (Super quolibet) not, non ſufficere generaliter negare poſitionem, niſi ad ſingula in poſitione contenta reſpondeat. (Sine iuramento) & benè præiudicat hæc confeſſio, ac ſi facta eſſet cum iuramento, ſicut & confeſsio principalis perſonæ. argu. contra. ff. de confeſ. certum. §. penul. ſed iſta lex loquitur de confeſsione procuratoris minoris, quia non præiudicat cũ effectu, quia datur reſtitutio in integrũ. A ſyndico) qui litem fuerat conteſt. qui nec de calumnia iurauerat, quia de rebus ſpiritualibus agebatur, nec de veritate dicenda, hoc enim iuramentum abbas & prior præſtare debent.

9 †Et eſt not. dignum, quòd etiam in cauſis ſpiritualibus quod credat, vel nouerint à ſyndicis ſine iuramento requiritur. Fatemur tamen, quod ſyndici poſſunt iurare de veritate dicenda, tam ſuper diffinitione cauſæ, ☞ ſuper quantitate expenſarum, & etiam ſuper negotio. C. de iudi. properandum. in fi. C. de reb. cre. l. penul. §. penul. argu. C. de iura. cal. l. vlti, §. 1. & tunc licet ſine iuramento poſsint inquirere de credulitate per iuramenta, tamen quæri non debet, vt hìc, quidam tamen in iuramento de veritate dicenda adijciunt, quòd etiam per iuramentum reſpondebit de credulitate.

10 †De procuratore autem an poſsit iurare de veritate dicenda, nota. ſup. de iura. calum. c. vlt. & ſi ſcit debet reſpondere ſcio id, de quo interrogas, vel credo, & ſi dubitaret, debet reſpondere ego dubito. ff. de petitio. hære. ſi debitor. & tunc debet ei dari tempus ad deliberandum. ff. de interrog. act. qui interrogatus. ff. de iureiur. iuſiurandum. 1. reſpon. Sed & aliquando congrua reſponſio videtur, ſi dicat ego neſcio, vbicunq; enim titubat inter duo quorum alterum eſt neceſſarium, & eſt facile vtrumq; eſſe verum. Vt ſi quæratur ab aliquo, an modò viuat aliquis, an mortuus ſit, vel an ſit in tali ciuitate, an non, vel extra. Circa hoc non verſatur cogitatus eius, & ideò benè reſpondet, ſi dicit, neſcio. Poſſet etiam dicere, non credo eum viuere, vel non credo eum eſſe in ciuitate: & tamen non ſequitur ex hoc, ergò credit eum eſſe mortuum, vel eum eſſe extra ciuitatem, quia per ſuam reſponſionem nihil ponit, ſed negat tantùm. in Authent. de his qui ingre. ad appel. §. finali. (Primò) id eſt, antequam admittantur teſtes prioris & conuentus ad reprobationem teſtium abbatis & conuentus.

11 †Sigillatim.) Not. non ſufficere dicenti contra teſtes, ego obijcio teſtibus adulterium, periurĩ, & huiuſmodi, ſed

oportet eum dicere quid contra quemcunq; testium obijciat. Locum autem & tempus, quo adulterium, vel periurium commisit, an dicere tenetur, alibi not.

12 †Specificationem) hoc est notatu dignum, quòd licitum est iudici ante publicationem testium præfigere partibus terminum, intra quem quę velint testibus obijciant. argumentũ. ad idem. suprà, de probationibus. licet. quod sic probatur ex loco isto, nam istis iudicibus non committebatur causæ cognitio, sed tantùm certa forma eis super certis articulis dabatur, & ita coram eis non erat facienda apertio testium, quod ex eo maximè apparet, quia non præcipit copiam attestationum partibus concedi, sed sibi sigillata fideliter transmitti. Et valet hæc cautela contra eos, qui malitiosè testes sibi contrarios reprobant, & pro se dicentes approbant non negamus, tamen quin post apertionem testium possint dicere in personas testium, nisi autem fuerit eis terminus præfixus intra quem dicant. (Iuramento) supr. eodem. præsentium. contra sol. vt ibi.

CAPVT LVIII.

1 *Procurator an & quando possit esse testis.*

ROMANA ECCLESIA. & infrà. (Procur.) ff. de testibus. l. fin. & 2. quæstio. sexta. statuendum. C. de procuratoribus. ad negotia videtur, quòd si placet partibus in negotio, ꝙd procurator potest esse testis, sicut mediator. argumentum. Authentic. de testibus. §. quia verò. Authentic. de fide instrum. §. si verò. In alijs autem negotijs semper admittitur, quia non prohibetur. ff. de testi. l. 1.

☞ †Item argu. quia etiam iudex admittitur in alijs causis. ff. de testibus. ob carmen. §. primo. Dicunt tamen aliqui, ꝙd contra dominum benè admittitur, & cogitur procurator in testem, & etiam in negotio & causam quam procurauit, sicut compromissarij contra electum à se & arbiter. suprà, de elect. cùm dilecti. suprà, de arbitris. non sine. (Præsumptione). ff. quemadmo. test. aper. l. 1. in fi. ff. de dot. præleg. l. Theopompus. sup. de procu. c. ex insinuatione. 24. quæstio. 3. si habes.

TITVLVS XXI.

DE TESTIBVS COGENDIS, VEL NON.

CAPVT I.

1 *In criminali causa non est quis cogendus ferre testimonium.*
Veritas an & quando sit celanda. & numer. sequent.
2 *Qui sint cogendi ferre testimonium. & vide in num. 3. 4. 5. & 6.*
5 *Peccatum an & quando sit celandum.*

CAVSAM MATRIMONIJ (Occultent) subtrahendo se à ferendo testimonio. †Odio) & intelligo eos semper se taliter subtrahere, quando non potest veritas aliter apparere, & de hoc in ciuilibus, vbi. s. quis proprium interesse ꝓsequitur, cùm ibi sit peccatum, in damnum proximi veritatem celare. 11. q. 3. quisquis metu.

Et hoc est verum, nisi hanc præsumptionem alia elidat, puta quia sit religiosus, quare magis iurare veretur, vel alia consimili causa. In criminalibus autem, & vbi non est peccatum celare veritatem, non præsumo eum, qui non vult reddere testimonium taliter se subtrahere, & idcircò non est cogendus, nisi manifestè apparet malitia. inf. eo. peruenit. 2. Item dicimus, quòd in ciuilibus & criminalibus in talibus tamẽ causis, in quibus non coguntur testes, etiam si non subtraherent se gratia, odio, vel timore, tamen si deficiant aliæ probationes cogendi sunt. inf. eo. peruenit.

2 †Compellas) quidam dicunt, omnes indifferenter cogendos ad ferendum testimonium. C. de testi. si quando. Alij dicunt quòd illi soli, qui iactant se scire veritatem. Alij tunc eos tantùm cõpellent, quando propter defectum probationum perit veritas, quam celare mortale peccatum est. 14. q. 2. quanquam. inf. eod. peruenit. 2. 11. q. 3. quisquis. In criminali autem causa, non coguntur testes. inf. eo. c. pen. sed si ciuiliter agitur de crimine coguntur. inf. eo. peruenit. & c. vlti. & c. super his. & c. cùm super. †Secundum leges autem in omni casu coguntur. inf. eo. super eo. Quædam tamẽ personæ non coguntur etiam secundum leges nisi magna causa subsit, vt sunt senes valetudinarij, & alij qui continentur. ff. de testi. inuiti. & l. 2. In causa autem inquisitionis compelluntur testes. inf. eo. sup his. & in causis spiritualibus, vt hîc.

vt hîc. inf. eo. c. cæterùm. in causa etiam denunciationis coguntur. inf. de simo. licet Hely.

4 †Vel dic generaliter, quòd vbicunq; celare veritatem est peccatum mortale, ibi cogendi sunt testes, quod sic probatur, iste inductus in testimonium peccat mortaliter, nisi reddat testimonium, ergo est cogendus. arg. 2. q. 1. si peccauerit. 22. q. 5. hoc videtur, & hac ratione quia peccatum esset, si ageretur inquirendo contra aliquem diffamatũ de aliquo crimine cogendi essent testes. inf. eo. super his. quia peccatũ est sustinere infamem personam in aliqua dignitate. 25. distin. primum.

5 †Idem crederem & si diceretur falsum instrumentum ciuiliter, vel aliter agatur ciuiliter non ad pœnam, sed ad pecuniarium commodum consequendum, vel vitandum. C. de fal. l. penul. inf. eo. cùm contra. Idem si subtrahantur testes siue ciuiliter, siue criminaliter agitur, cogendi sunt testes, vt dictum est sup. Idem est & si ijdem testes malitiosè se subtrahant. inf. eo. peruenit. 2. & c. cùm contra. vbi autem celare veritatem non est peccatũ, vt quando agitur criminaliter, vel etiam ciuiliter. s. excipiendo, vel alio modo ad pœnam tantùm, nõ dicimus cogendos, quia celare veritatem non est peccatum, sed meritorij, scilicet celare crimen fraeris. arg. 2. q. 1. si peccauerit. nisi perseueraret in crimine, quia essent ibi cogendi testes, vt sic eum à malo reuocaret pœna, quem Dei timor non reuocabat: vt inf. de vit. & hone. cle. vt clericorum. §. 1. & arg. 22. q. 5. hoc videtur, nisi esset crimen de quo esset periculum, quòd esset occultum, sicut hæresis, dilapidatio. Nã in his dicimus testes cogendos etiam si sit occultum, quia nequeunt sine periculo dissimulari. inf. de accus. qualiter. 2. 22. q. 1. si quis per capillum. Item super fama, vel infamia credimus cogendos. infr. eod. super his. Item si dicatur condemnatos de crimine credimus cogendos, quia cùm crimen iam sit notorium per sententiam, peccatum esset illud celare. inf. de coh. cler. tua. & c. vestra. Item si dicatur sententia excommunicationis lata in eum cogendi sunt testes, quia hoc non est crimen cùm excõmunicari possit quis sine causa. inf. de sent. excom. inquisitionis. & hoc eadẽ ratio est in sententijs de criminibus latis.

6 †Si verò diceretur excõmunicatus, quis sit ipso iure, puta propter manuum iniectionem: vt 17. q. 4. si quis suadente. quia vbi oportet probare crimen, non sunt cogendi testes, nisi in casu, qui est infr. eod. peruenit. 2. vel in alijs casibus, vbi esset peccatum celare veritatem, vt dictum est sup. & idem dicendum est, si sententia excõmunicationis sic lata sit, excommunico te, nisi solueres 10. hac ratione supradicta, quia non sufficit probare sententiam, nisi probetur crimen, scilicet eum cessasse in solutione, quamuis possit responderi, quod sufficit probare sententiam, nisi aduersarius probet contrarium. de hoc plenius not. inf. de accu. inquisitio. c. super his.

CAPVT II.

CVM SVPER CAVSA quæ vertitur.

CAPVT III.

SVPER EO. & inf. (Factum). i. crimen. (Timore) not. etiam in criminali causa testem cogendum si pars aduersa testes malitiosè prohibeat. argu. inf. c. proxi.

CAPVT IIII.

PERVENIT AD AV: dien. (Ostendit) præsumptiuè. (Calliditatis) hîc dixerunt quidam hunc vim passum non ferre testimonium super principali super coactione. de hoc not. sup. titul. proxi. c. intimauit.

CAPVT V.

1 *Testes possunt cogi dicere testimonium quando de iniuria agitur ciuiliter.*

PERVENIT AD NOS. (De rebus.) Not. hîc appellari rem ecclesiasticam prosecutionẽ iniuriæ. Item nota. quòd quando agitur de iniuria compellentur testes, & intelligo cùm de iniuria agitur ciuiliter ad suum interesse, vel hoc est introductum in fauorem ecclesiæ & clericorum: & ne culpa laicorum remaneat impunita.

CAPVT VI.

AETERVM. (Quod super consanguinitate.) No. in causis spiritualibus cogi testes. suprà eodem capitulo primo.

CAPVT VII.

1 *Teſtes ſynodales non ſunt cogendi publicè teſtificari.*
2 *Infames an poſſint eſſe denunciatores. Teſti an & quando liceat corrigere ſuum dictum.*
3 *An liceat teſti addere dicto ſuo.*
4 *Teſtis qualiter dicatur variare.*

PRAETEREA SI TEſtes. (Synodales.) 35. q. 6. epiſcopus. in fi. (Teſtimoniũ) in hoc teſtimonio reddendo non præſentat propriè officium teſtis, ſed officialis vel denunciatoris.

2 †Compelli) hîc vult dicere, ꝙ ſi teſtes ſynodales ſemel denunciauerunt, quòd contra chriſtianitatem ſicut iurauerant fieri intellexerint ſecundũ ꝙ iurauerant, ſiue in matrimonio, ſiue in alijs non debent compelli in publico dicere teſtimonium ſuper eodẽ negotio, niſi quando alij non inuenirentur ſuper eodem negotio teſtes. Et eſt ratio hæc, ne propter redditionem teſtimonij plures ſibi acquirant inimicos, vel dic, ꝙd teſtimonium præſtabunt, ſed non iurabunt. Articulus nouæ,) talis fortè, qui non pertinet ad officium ſuum, tunc enim præciſẽ coguntur reddere teſtimonium, vt ſi fortè quæratur de dote, vel de adulterio, nam qa de eo in primo iuramento non fuit facta mentio, de nouo iurare debet, & teſtificari. ſup. tit. proxi. fraternitatis. & c. de teſtibus. (Publici) qui ſynodales dicuntur.

3 †Poſtquam) contra videtur, ꝙ non. 2. q. 1. ſi peccauerit. vbi patet, quòd illud mandatũ denunciando peccatũ proximi omnibus tam infamibus, ꝙ alijs factum eſt. Item magis videntur remouendi qui ante officiũ erant infames, ꝙ qui poſtea. Reſpond. infames verè poſſunt denunciare, niſi poſtꝙ hoc officium aſſumpſerint facti ſunt infames, quia ſi antè erant infames, hoc ipſo ꝙ aſſumpti ſunt, videtur cum eis diſpenſatum, vel ex quo deliq̃runt in officio grauius delinquunt, quàm ſi extra officium. 11. q. 3. præcipuè. inf. de vo. & vo. redemp. magnæ. & idcircò fortius poſtea, ꝙ antea repellũtur. Vel dic, ꝙ ideò non vult, ꝙ valeat teſtimoniũ teſtis ſynodalis, ſi poſtea incurrat infamiam, quia cùm hoc teſtimoniũ reddat ratione officij, & ei plus ꝙ alij teſti credatur, indignũ eſſet, vt & infames haberet eccleſia, Vel dic, ꝙ infamis poſſit reddere teſtimonium, ſicut quilibet alius, ſed non poteſt ſicut teſtis ſynodalis, vel dic, ꝙ infamis admittitur ad denunciandum, ſed non ad teſtificandum; vt hîc, & 2. q. 1. in primis, & ſup. ti. proxi. ex parte. †Incontinenti) anteꝙ partibus loquantur, vel alicui perſonæ, aliàs enim præſumitur contra eos, nec valet correctio, ſed tantùm primo dicto ſtabitur. ar. ſup. de teſti. ſicut. quamuis illud loquat poſt publicationem teſtiũ & etiam poſt ſententiam, ſed eadem ratio videtur etiã ante publicationem, & licet ſtetur dicto primo, vbi teſtis ſecundo cõtrarium dicit: tamen erit minor ei fides adhibenda, quia propter ſecundũ dictũ debilitatur primum. Si autem anteꝙ exeat à conſpectu iudicis ſe corrigat, debet prudenter iudex attendere modum & cauſam correctionis. inf. de accu. cũ dilectus. & niſi cognoſcat eum probabiliter ſe corrigere, incidet in ſuſpicionem vel vacillationem. ff. de teſti. l. in teſtibus. Vel variationis. ff. de teſt. qui falſa.

3 †Si autem non corrigat, ſed addat ſi hoc faciat antequam exeat præſentiam iudicis cõſtat licitum eſſe, ſi autem poſtea ſi hoc facit poſtquã potuit loqui partibus audiendus eſt, ſed minor fides adhibetur. arg. hîc. & Authentic. de teſt. §. quoniam. & §. quia verò.

4 †Et not. ꝙ varians dicitur, qui primõ dixit aliquid, & poſtea eius contrarium nullam cauſam variationis aſsignãs contradicens ſibi, id eſt, qui primò dixit duo impoſsibilia, vt qui dixit ſe ſciuiſſe contractum celebratum, & in tali loco & tali die, interrogatus vbi illa die fuit, dicit ſe alibi fuiſſe, vacillans dicitur, quia dubitando & timendo loquitur. Item & qui variè loquitur. ff. de fal. l. eos qui. ff. de teſti. l. 2. & qui falſò. horum autem teſtimonium non valet, imò puniuntur. C. de teſt. nullum. Innoc.

CAPVT VIII.

1 *Teſtes in cauſa inquiſitionis an ſint cogendi ad teſtificandum.*

SVPER HIS. & inf. (Literis) ſuper his literis procederetur inquirendo, aliter enim nõ cogerentur teſtes, cùm talium literarum commiſsio caderet ſuper crimine falſi, vel poteſt dicere, ꝙd cùm etiam de crimine inculpetur aliquis, ꝙ lite pendente dicitur commiſiſſe ꝙ teſtes ſuper eo cogendi ſunt in fauorem iudicis, & elidi poſsit eorum iuriſdictio: vt ff. de iudi. l. ſi ꝑtor.

†Coga-

1 †Cogatis.) Not. in cauſa inquiſitionis cogi teſtes ad perhibendũ teſtimonium, quia ex officio ſuo procedit Papa, & non niſi præcedente infamia, & ita eſſet peccatum tacere veritatẽ, vbi vident eligi in epiſcopum & aſſumi, in quo populus ſcandalum pateretur. arg. 81. diſt. tantis. & inf. de accu. omnipotens.

CAPVT IX.

1 *Teſtes in criminibus magnis cogi poſſunt.*

VM CONTRA. (Compellere) hîc habes in crimine cogi debere teſtes, & dicunt quidam hoc eſſe propter enormitatẽ criminis, vnde & in maioribus criminibus dicunt cogendos teſtes, vt in hæreſi, ſimonia, homicidio, & in conſimilibus: quia de ſimilibus idem eſt iudicium. Alij dicunt hoc ideò eſſe, quia hîc proſequebatur ſuum intereſſe iſte, qui agebat de falſo, ſcilicet, ne per falſas literas fatigaretur, ita peccatum eſſet celare veritatem. 11. q. 3. quiſquis metu. Sed nónne dices idem, ſi in modum exceptionis obijceret falſitatis crimen teſtibus? Reſpon. ſi velit probare poſt ſententiam eos corruptos falſa dixiſſe, cogendi ſunt, qa peccarent mortaliter, ſi veritatem tacerent, cùm ex illa ſententia aliquis damnaretur iniuſtè, ad hoc. ſup. de proba. licet. ſecùs autem ſi non dicat eos falſum dixiſſe, ſed criminoſos, hoc enim non credimus cogendos, quia in nullius præiudicium tacetur veritas, ſed tantùm eis pœna imponeretur, ſi crimina ꝓbarentur. Vel dic, quod plus placet, ꝙ vbicunq; ex probatione criminis quis cõſecuturus eſt ſententiam lucroſam, vel vitaturus damnoſam, ſemper cogendi ſunt teſtes, qa tunc peccatum eſſet in alterius præiudicium tacere veritatem: vt ſæpè dictum eſt.

CAPVT X.

DILECTORVM FILIOrum. (Criminibus) ſi criminaliter agitur, quidam dicunt idem ſi ciuiliter, hîc. Nam hoc dicunt agi ciuiliter. ar. eius quod hîc dicitur, quando per procuratores agebant, ſed per hoc non probatur, cùm multæ criminales cauſæ per procuratorem agantur. ff. an per alium cau. app. l. 1. vel procurator ad certũ articulum in medio accuſationis conſtitutus fuit. de hoc not. ſup. eo. c. 1. & ſup. c. proxi. vel erat tantùm procurator ad impetrandas literas, de quibus hîc agitur.

CAPVT XI.

VENERABILIS FRAter. (Super his,) ſcilicet, ſuper cõiuratione facta & iuramento præſtito de occultanda coniuratione prædicta. (Abſoluant) ꝙd ſi non fecerint: quia ſunt abſentes vel pertinaces tu facias.

TITVLVS XXII.

DE FIDE INSTRVMENTORVM.

CAPVT I.

1 *Authentica ſcriptura quæ dicatur, & quæ dicatur publica habes in numer. 2. quæ autem priuata, in num. 3.*
4 *Quot requirantur teſtes ad proband. ſcripturam per comparationem.*
5 *An ſit credendum iudici dicenti ſe talem dediſſe ſententiam, ſi eam non oſtendit.*
6 *In litera cõtineri debet tempus rogati inſtrumenti.*
Inſtrumentum non eſt ipſa obligatio, nec ex eo oritur obligatio, ſed eſt tantùm probatio obligationis, vel cuiuſcunque alterius facti.
Inſtrumentum an poſsit præcipi, & an tale præceptum inſtrumentum ab vno, omnibus præiudicat.
Notarius ſemper præſumitur rogatus & valet eius inſtrumentum licet in ſecreto rogatus fuerit.
7 *Notarius debet in inſtrumẽto apponere quod fuerit rogatus.*
8 *Non debet notarius cùm rogatur ſecreto manere.*
9 *Priuatæ ſcripturæ ſtabitur, ſi contra eum qui eam fecit, introductus, nec ipſe neget.*
Scriptura quãdo negatur, cui incumbat probatio.
10 *Creditur literis cuiuslibet de his quæ facere debet, vel poteſt ratione officij.*
Literis commendatitijs & alijs an credatur.

SCRIPTVRAM. †Authenticam) authentica ſcriptura eſt, quæ fit iudicis authoritate per quoſcunq; vt acta iudiciorum. ſupr. de proba. quoniam vt quidam dicunt. Alij tamen in cõtrarium, vel quæ fit per publicã perſonã, & ſine authoritate iudicis, cum ſubſcriptione duorũ vel trium teſtium. in Authen. de inſtru. cau. §. ſed inſtrumenta. & C. de tabel. l. 3. li. 10. C. de dona. in donationibus. ſup. de teſti. cùm à nobis. Vel quæ authenticum ſigillum habet cum totidẽ ſubſcriptionibus. ſup. de procu. c. 1. inf. c. proxi. ſup. de teſti. cùm à nobis. niſi in leuibus, vbi creditur etiã ſine ſubſcriptione teſtium, cùm non ſint multum præiudicialia, qualia ſunt 11. q. 3. curæ. 98. diſt. c. 1. 2. & 3. 72. diſt. per totum.

totum.& 73.distinctio,per totum.argumentum.97.distinct. nobilissimus. Item non est necessaria subscriptio testium in instrumento priuato, quod quis de facto suo facit. ff. de procuratorib. si procurator, dummodò cõstet suam esse scripturam.C.de non num.pecu.qui fidem. & Authenti. contra qui propriam. Item

4 *Item etiam. Adde Cardi. in consil. 73. inci. puto de iure & quod consuetudine inducipossit & scriptura priuata probet. adde Alex. de Imol. in consil. 53. col.1. versic. attamen.in 1. vol. Et quod cõsuetudo loci facit priuatam scripturam publicã. Adde eundẽ Cardi. in consil.74. incip. in discussione præmissi. col.fin.*

etiam [4] vbi consuetudo est, quòd sine subscriptione testium credatur. infr.eodem, cùm dilectus. Quidam etiam dicunt authenticam, quam facit priuatus cum subscriptione testium. C.qui pot.in pig.hab.scripturas.in Authent.de instr. cau. §. si tamen quisquam, sed verius est quod priuata est.

2 †Item publicam scripturam appello generaliter omnem scripturam, cui creditur sine alio adminiculo de iure, vel consuetudine speciali. infr. eodem, cùm dilectus, si autem esset specialis consuetudo præter scripturas tabellionum, & acta iudiciorum, omnes scripturas reputo priuatas;cùm ad hoc officium non specialiter sint deputatæ personæ, per quas factæ sunt. Et appello publicam scripturam quæ sine adminiculo viuæ vocis alicuius notarij, qui fortè mortuus est, vel testium qui similiter mortui sunt authoritatem habet. in Authentic. de fide instrument. §. sed & si. & §. si verò. colla.sexta. oportet tamen si negetur illum qui instrumentum confecit, fuisse notarium, quòd constet eum fuisse notarium per testes, vel per publicum instrumentum: Crederem autem, quòd sufficeret si per testes probaretur, quod publicè officio notarij fungebatur. ff.ad Macedo. l. tertia. in principio. ff. de officio præsidis. l. Barbarius. C. de test. l.

b *em fortè. dde & com nis opini. a hoc est contra Innoc. vt atteſtatur Alex.de Imo.in consi.138.col. pen.vers. ad notata in 1. volumi.*

b prima. Idem fortè [b] & si appareant instrumenta per eos facta inter multos super contractibus legitimis, quæ firma maneant & sine contradictione,nec credunt aliqui in hoc casu sufficere duo instrumenta,imò tot quòd benè appareat eum commune officium omnibus gerere.

3 †Priuatam autem dicimus, quæ fit à non publicis personis,& non habet per se authoritatem, nisi aduersarius hoc confiteatur, vel nisi per collationem alterius scripturæ subscriptionis eiusdemq; aduersarij & testium, qui subscripserunt probetur cõtrarium. C. de proba. instrumenta.

4 †Ad hoc autem, vt valeat per comparationem probari instrumentũ, oportet in illa scriptura, in qua fit comparatio, quatuor testes esse subscriptos. Authentic. de fide instrument. §. si quis igitur. Idem dicimus, quod si subscribantur testes in instrumento, vel literis episcoporum, vel non subscribantur.

☞ †Item quòd credatur literis Abbatum, vel archidiaco. vel aliorum prælatorum, de his quæ fiunt extra iudicium, & quantum credatur eis, scilicet, vsque ad quam summam, & inter quas gentes totum relinquitur consuetudini, & consuetudo talis scripturas publicas facit. argumentum. infrà eodem, cùm dilectus. argumentum. C. de eman. l. 1. 9. q. 3. conquestus.

Sed obijcies nõnne ius statuit credendum literis episcoporũ, 11. quæstio. tertia. curæ. supr. de probationibus. possessionem. & suprà, de treuga & pace. cap. primo.

5 †Sed potest dici in excommunicatione speciale, propter periculum participationis. inf. de rap. cap. primo. alias autem constat, quòd si episcopus vel alius dicit, talem sententiam dedi, vel sic citaui non est credendum, nisi sententiam ostendat vel citationem. sup. de probationibus. quoniam. C. de arbi. ne in arbitris. in Authenti. de hæred. & fal. §. si verò absunt. in princip. 1. col. & sic de cæteris, quæ in iudicio contingunt, in quibus non creditur literæ episcopi sigillatæ, sed tabellioni tantùm, vel duabus personis ad hoc deputatis.

Et sic intelligo dictum decre. sup. de probat. quoniam. in alijs autem instrumentis, quæ extra iudicium fiunt, vt de contractibus & consimilibus caueant illi, qui sigillare debent, ne aliquid in literis apponant, nisi quod iniunctum est in eis apponere, non enim credimus, quòd de his quæ vident, facere possunt literas, nisi iniungantur eis. Authen. de tabel. §. non autem. vel ab ambobus contrahentibus, vel ab altero tantùm, vel etiam à quolibet altero, si fortè ei prodesse poterit, sed instrumentum nõ proderit, nisi ei mandauit. arg. quia res inter alios acta non præ. C. res inter alios acta. per totum. & etiam potest intelligi. C. de proba. ad probationem.

☞ †Item non debet compelli litera. i. sigillum apponi, nisi in præsentia prælati, vt in prædi. §. in Authen. de tabel. §. nos autem, Item debet prælatus certæ personæ sigillum committere, veruntamen si per aliũ sigillari faciat, nihilominus valet instrumentũ, sed puniendus est prælatus. in Authen. de tabel. §. per tabellionem.

6 †Item continere debet litera tempus rogati instrumenti. in Authen. de tabel. §. illud quoq;. colla. 4. quòd debet esse idem cum tempore celebrati cõtractus. Si enim aliud esset, scilicet, quòd ferret testimonium de præteritis, non valeret. inf. de coha. cler. tua. Alij tamen dicunt, quòd instrumentũ præceptum ab vno, omnibus præiudicat, vel potius est omnibus sufficiens probatio, quia seruus publicus est, obligationes enim prodesse & obesse dicuntur partibus, non instrumentum, quod nõ est obligatio, nec ex quo oritur obligatio, sed est tantùm probatio obligationis, vel cuiuscunque alterius facti, ad hoc. ff. rem pup. sal. fo. l. 2. 3. & 4. 1. respon. Vel potes dicere instrumentum non nocere, nisi his inter quos fit, & hoc etiam alijs non nocet, dicitur enim fieri inter contrahentes, licet non ambo, sed alter tantùm, vel etiam quisque extraneus, cuius tamen interfit, & iudex præcipiat instrumentum. Quidam tamen dicunt & benè, non posse præcipi instrumentũ ab extraneo, imò nec ab vno contrahentium, nisi ambo consenserint. argumentum. pro eis: quia nec aliter est contractus, vel distractus vt patet. ff. de pactis. l. prima. §. & hoc pactum. & l. ab emptione. C. de act. & oblig. sicut in initio. Quid enim interest cuiusque extranei quantum ad ius contrahentium præcipere instrumentũ de alterius facto.

☞ Et hoc verum est in contractibus qui fiunt de voluntate partium: in alijs autem, quæ non fiunt etiam de consensu partium, vt testimonium, sententia, protestatio, exceptio, contradictio, appellatio, & similia, sufficit mandatum illius, qui illud fieri facit, & quòd hoc sic obtineat, satis probatur ex tenore iuramenti, quod præstant notarij in susceptione sui officij, scilicet de his, quæ videbunt & audient fideliter conficient instrumentum, secundum quod eis à partibus, vel à iudice iniungetur, tamen contrariũ videmus de facto obseruari, quia quicunq; tabellioni præcipit, quòd faciat instrumentum ipsum conficit, sed nõ fit benè, & potest esse ea ratio pro his, qui sic indifferenter faciunt, quia non ratione præsentis interesse fiunt instrumenta, sed quia poterit interesse, & vix est aliquid de quo non possit cuiusq; interesse habere instrumentũ de eo quod agitur.

Omnibus inspectis plus videtur inniti ratione, quia siue ab vno contrahentium tantùm, siue ab eo etiam, cuius nihil interest possit præcipi fieri instrumentum, & quod tamen valet instrumentum à publica persona sic factum, quia hoc non prohibetur à iure. ff. de probationibus. ab ea parte. Item pro his est. ff. de iur. fis. l. in fraudem. §. ex his. & §. sequent. tamen ille, qui non præcepit, non potest agere, vt sibi edatur, nisi procurator suus hoc præceperit. ff. de eden. si quis. §. ex hoc edicto. interest ergò cuiuslibet, vt præcipiat fieri instrumentum, vt sic possit editionem ipsius petere, quæ aliter sibi denegaretur.

7 †Item nota vtile esse, quòd tabellio semper scribat in instrumento se rogatum [a], quia si mortuus esset notarius, vel non recordaretur de rogatione instrumenti, pro nihilo esset instrumentum. Si autem viueret tabellio, credendum est sufficere solum ipsius testimonium. arg. Authen. de tabel. in prin. Authen. de fid. instru. §. si verò neq;. Alij tamen dicunt, quòd præsumitur semper rogatus. arg. C. de contrahen. & cõmit. stip.

8 l. 1. instit. de fideiuss. §. fi. †Item [b] quòd

b cùm officium tabellionis sit publicum & commune, quando rogantur, non debent secreto manere, sed benè debent quærere omnia, vt sciant quòd agatur, in Authen. de tabel. §. nos autem.

a *Se rogatum. Adde Spe. in tit. de fid. instru. §. breuiter. vers. et not. & ibi Ioan. And. Barto. & Moder in l. sciendũ. ff. de ver. obli. & Alex. de Imola in consi. 153. col. 2. versic. non obstat. in 2. volumi.*

b *Item not. hoc dictũ refert & sequitur Bal. in l. mandatum. colu. pen. C. mand. & Feli. in c. ex parte decani colu. 8. versi. decla. prima. supr. de rescrip.*

Sed si contrarium fiat, nihilominus credimus instrumentum valere, sed magna est suspicio contra illud, quia si occultè rogatum est, & notarius puniendus est. arg. inf. vt eccle. benefi. vt nostrum. Sed obijcias suspectum est instrumentũ, ergò obijciendum, nisi producens illud, per alias probationes approbauerit. C. de proba. iubemus. C. eo. tit. l. fi. & ff. eo. l. 1. Sol. ibi loquitur quando scriptura vitiata est, vel aliàs suspecta ex sui forma vel rasura. C. de edict. diui Adri. tol. l. finali. & infrà eodem, ex literis. & cap. inter dilectos. Aliàs autem secùs, quia si aliquæ suspiciones adsint, tamen durat & valet, nisi aliàs contra illud probetur, nec propter suspicionem cassandum est. argumentum. 2. quæstio. prima. cap. primo.

9 †Item nòt. quòd si priuata scriptura introducitur contra eum, qui eam fecit, nec ipse neget, ei stabitur. ff. depo. l. pu. §. fi. C. de nõ nu. pec. generaliter. nisi in mutuo, vbi habet excipiens biennium antequam valeat. C. de non nu. pecu. in contractibus. in prin. si autem neget esse suam scripturam, hoc oportet probari, & postea procedatur, sicut legitur. C. de non nu. pecu. cùm fidem, & Authenti. eõsta qui propriam. Si verò de alio agatur instrumento, ꝙ alius fecerit, si negatur scriptura esse eius, cui asscribitur, hocipsum probari oportet. Si verò certum sit, eam suam esse scripturam per sigillum, vel alio modo, sed si dicatur, non ei credendum seruandum est, quod dictum est sup. scilicet, quòd non est credendum ei, nisi tabellio, vel nisi à consuetudine introductum sit, quod credatur, nisi in casibus, quia actis cuiuslibet iudicis creditur. supr. de proba. quoniã.

10 †Item creditur literis cuiuslibet de his, quæ facere debet, vel potest ratione officij, vt si archiepiscopus ad concilium citet. 18. dist. si quis me: vel de consuetudine aliàs ad consecrationem episcoporum. 65. dist. non debet. per literas etiam episcopos alienæ prouinciæ vocabit. etiam simpliciter episcopus, vel si cùm citet canonicos ad electionem faciendam. sup. de elect. cùm inter. vel si conuentus licentiat aliquem monachum. 19. q. 3. statuimus. vel si episcopus mandat vitari excõmunicatos. 11. q. 3. curæ. & idem est in literis cõmendatitijs. 71. dist. per totũ. Item & de his, quæ ratione officij facere nõ debent aliquando creditur, vt in episcopis qui dant literas testimoniales de ordinibus, vel moribus alicuius. sup. de cleri. pereg. c. 1. & 2. †Et idem dicerem in procuratore ad impetrandum & contradicendum constituto. sup. de rescrip. c. nõnulli. & in omnibus alijs, vbi nullum vel modicum præiudicium alij generatur, nam in prædictis casibus, & si non constet sigilla eorum esse qui scribunt, vel etiam si modicæ authoritatis homines scribant, creditur eis, vt de consuetudine generali & potissimè speciali romanæ curiæ obseruatur. (Ad exemplaria) nisi sint publicata: vt not. sup. de test. Albericus. repete quæ diximus inf. de verb. signif. abbate.

CAPVT II.

1 *Creditur scripturæ factæ manu publica, etiam mortuis testibus in ea descriptis.*

2 *Non sufficit sigillum apponere chartæ, nisi qui apposuit dicat, se illud apposuisse.*
Sigillo alieno quando liceat sigillare.
3 *Causæ propter quas sigillum & subscriptio apponuntur literis.*
Sigillum qua de causa instrumento sit appositum, & cuius sit, semper in litera debet exprimi.
Episcopus non intelligitur alieno sigillo sigillare, quando signat sigillo ecclesiæ.
Quod ius ciuile vocat annulum, hoc Canonistæ vocant sigillum, & ille cuius est sigillum dat authoritatem sigillo, & sigillum dat fidẽ scripturæ, & scriptura contractui.
4 *Decretum seu authoritas non interponitur de futuris.*
5 *An & quando possit episcopus sigillum suum alij committere.*

SCRIPTA VERO AVthentica. Hîc not. illas scripturas dici publicas, quæ habent sigillum, vel quæ fiunt per tabellionem, etiam si non eis fides adhibenda, & alia authentica, qualia sunt omnia, quibus fides adhibetur, & possunt dici omnia authentica publica, sed nõ econuerso, vel melius se habent vt excedentia & excessa, vel Authẽ. scriptura, hîc dicitur originalia, siue manu publica scripta sint, siue non, vel scripturã authenticã dicit acta iudi. vel hic dicit scripturã authen. quæ habet subscriptionẽ testium & cõtrahentium.

1 †Publica.) Not. ꝙ ex quo scriptura est facta manu publica, vel sigillum authenticum habet, etiã mortuis testibus ibidem inscriptis, creditur illi scripturę, vt hic dicit, dummodò non sit in aliquo vitiata, vel vituperata, vel suspecta, vel calumniosa. C. de edict. diui Adri. tol. l. fi. Authen. eo. tit. §. si verò moriatur ille tamen contra quem producitur instrumentũ, potest illud dicere falsum. C. eo. si vereris. l. fi. Si verò scriptura est aliquo modo vitiata, vel suspecta, vel calumniosa qui producit causa, debet eam probare verã. C. de ꝓba. iubemus. ff. eo. l. 2. & secundũ hoc intelligi potest. inf. eo. cùm inter dilect. scripturæ autem priuatæ nõ creditur, nisi testibus vel comparatione literarum adiuuetur. eo. §. si verò. ff. de proba. instrumenta. Idem fortè dicendũ est in forensi instrumento. ar. contra. ff. de dona. in dona.

2 †Sigillum) non sufficit sigillum apponere chartæ, nisi ille, qui apposuit sigillũ dicat se illud apposuisse. ff. de test. l. pen. C. de test. si vnus. & l. hac consultissima. & l. in testamentis. & l. iubemus. & inf. de sen. & re iudi. cùm inter.

videtur

videtur etiam sufficere, si loquentium in charta, vel contrahentium contentorũ instrumentorum sigilla apponantur, etiam si non dicant sigilla nostra apposuimus. arg. C. arbi. tute. l. fi. & inf. eo. c. inter dilectos. qualia sunt sigilla episcoporum, & aliorum prælatorum, vt quidam dicunt. & 11. q. 3. c. curæ. 19. q. 3. statuimus. 97. dist. nobilissimus. sup. de eo qui mit. in pos. cùm sicut. sup. de elect. cùm inte. ff. de custo. reo. diuus. sup. de prob. tertio.

Non tamen dicimus quòd sigillis inferiorum prælatorum ab episcopo non creditur, nisi hoc haberet consuetudo. inf. eo. cùm dilectus. nisi forte habeat iurisdictionem, quia tunc in his quæ sunt iurisdictionis suæ instrumenta cuiuslibet iudicis ordinarij vel delegati reputarem autẽ. arg. sup. de test. cùm à nobis. & not. ꝙ debet quis sigillare proprio sigillo, si habet, & tunc non valet, si alieno sigillat, nisi ex causa fiat, vt sequitur, quia nec etiam prodest suo sigillare, quando est ad aliud officium deputatum. inf. de app. significauit. Si autem nullum sigillum vnꝯ haberet, vel saltẽ tunc cùm sigillare oportet, nõ haberet sigillum poterit alieno sigillo sigillare, sed tunc etiã necesse est hoc ipsum dicere, scilicet, cuius sigillo signet, & quare alterius sigillo signet, & est ratio in l. quia turbatum esset sigillum. ff. de test. ad testium.

3 †Est & alia ratio, quæ est efficacior videtur. s. vbi, & à quo, & ex qua causa signatũ est instrumentũ discerni possit, quia sigillũ & subscriptio ex multis causis apponuntur literis, Verbi gratia, in signum consensus. 12. q. 2. sine exceptione. sup. de procu. c. 1. ff. de pig. fideiussor. §. fi. & l. seq. Quandoꝙ etiam apponuntur in signũ testimonij. ff. de pig. actio. l. Caius. Et in signum præstantis authoritatem. 12. q. 2. cùm redemptor sacrorum. Quandoꝙ in signũ confirmationis. inf. eo. c. inter. & multis alijs causis potest sigillum vel subscriptio apponi, vnde apparet, quòd semper in litera debet exprimi, ad quid sigillum apponatur, & cuius sit, & à quo apponatur. arg. sup. de transact. c. fi. 29. dist. c. 2. sup. de libe. obla. c. fi. Sed si in literis non dicitur qualitercunque, dummodò hoc scire possit videtur sufficere, imò si in alia authentica scriptura, & etiam alterius hominis contineatur aliquid, per quod possit sciri ad quid, & à quo appositum est sigillum sufficit. 1. de confir. vti. cùm dilecta. inf. de fideiu. peruenit. Nec quæro qualis sit ille, qui scripturam facit, puta rex, vel infimus homo, sed quia eius nomine literæ mitterentur, dummodò sigillum sit personæ authenticæ, cùm sigillum sit ꝙ authoritatem præstat scripturæ, vnde si esset talis persona, quæ non principaliter, sed secundario authoritatem præstat scripturæ, vt est testis, contractus contenti in illa charta, quæ non principaliter, sed secundario testimonio authoritatem præstat, non est tunc necesse sigillum appositũ esse authenticum, sed sufficit qualecunqꝫ, dummodò characteres habeat vt in ea. l. ad testium. §. penul. nec exigitur, quòd sint ibi literæ dummodò aliàs certũ sit de sigillo, sed si sint, oportet quòd possint legi, vel in totum, vel in tanta parte, quòd indubitanter intelligantur, quid velint dicere. inf. eo. inter. Cum corrigia autem vel alia re, quæ nõ sit sculpta ad signandum, sigillari non poterit: vt in ea. l. ad testium. ff. de aur. & arg. leg. l. argento. §. ornamenta.

Episcopus aũt non intelligitur alieno sigillo sigillare, quando signat sigillo ecclesiæ. 93. dist. in nomine domini. arg. 7. q. 1. scire. Item not. quòd ius ciuile appellat annulum, & nos sigillum. Item nõ est vis, an in litera loquatur ille, qui se obligat vel aliquid aliud faciat, vel ille qui sigillat. De his autem quos constat in schedulis vacuis aliquid scribere, crederem non esse falsarios, vnde ex quo schedulam sigillatam eius fidei commisit, ex prima facie, quicquid in ea dicitur, creditur commisisse. argu. ff. cõmo. cùm quis. §. fi. crederem enim quòd illud mandauit, quod scriptum est, dummodò tale sit, quod ibi scribitur, ad quod procurator constitui posit. Si tamen probaretur, quòd aliud scripsit, quàm quod mandatum fuerit, quare vt falsarius puniretur. Alij tamen dicunt, quòd in eisdem schedulis nihil poterit ponere, quod alium obliget, nisi illum cuius est sigillum, alijs autem contrarium videtur, scilicet, quòd nunquam licet schedulas vacuas scribere, nam ille cuius est sigillum, dat authoritatem sigillo, & sigillum debet dare fidem scripturæ, & scriptura contractui.

4 †Sed quando incipiet dare, vel quomodo potest dare, cumꝙ scriptura non fuerit facta, quando sigillum apponitur, sed postea: dicũt ꝙ non est, fidẽ dare non potest,

poteſt, argu. ſup. de conſti. cùm acceſsiſſent. cum ſuis concor. & ff. de cõtrahen. emp. l. fundi, & l. rutilia. ſed nec decretũ, vel authoritas non interponitur de futuris. ff. quod cuiuſq; vni. item. §. 1. Item authoritatẽ quomodo præſtabit ei, qui ignorat quæ tantùm cùm cauſæ cognitione præſtari debet. ff. de offi. proc. nec quiſquã. §. vbi decretũ. & 3. q. 3. ſpatium.

Sed dices benè præſtat authoritatem rei præſentis, nam mandatũ quod fecit portanti ſchedulas præſens fuit. Sed reſpon. ſigillum nõ præſtat authoritatem mandato vel contractui, ſed ſcripturæ vnde benè dicitur hæc ſcriptura authentica, non tamen de contractu quem continet fidem facit, imò & cùm hoc procurator poſsit ſcribere quicq̃d vult in hac ſchedula, non ſigillum ei præſtat authoritatem, ſed ipſe ſcribens. Item adhoc q̃d non valet probare aliquid cõtra hoc inſtrumentum, videtur ſufficere quod dicit Authen. de tabel. §. nos autem credimus. & §. ſeq. vbi dicitur, q̃ tabellio qui dat authoritatem inſtrumento debet intereſſe, quando completur, & debet audire totum negotium, vt ſciat reſpondere, ſi interrogabitur. ad idem Authen. de tabel. §. propter tales. eodem modo dicendum eſt, & de illo cuius eſt ſigillum, cùm hæc duo hîc æquiparentur. Item multæ abſurditates poſſunt ſequi de talibus ſchedulis, q̃d enim ſi moriatur ille, cuius eſt ſigillum ante q̃ ſigillum apponatur, & etiam forte eo ignorante fuit ſigillum appoſitum, Item quid ſi inimicitiæ oriuntur. Item q̃ p̃dictæ literæ non iudicent, probatio conſtat q̃ is cuius nomine cõfectę ſunt literę, vel ſciuit de eo, q̃ in eis ſcribitur. Si enim conſtaret eum ſcire, vel mandaſſe de certo ſcribendo, tunc forte ſecùs dicendum eſſet, ſed forſan de p̃ſumptione iuuabis te, puta quia danda chartam vacuam videtur dediſſe poteſtatem quicq̃d vult ſcribendi. ar. ff. de pœnis. l. 2. ff. de contrahen. emp. clauibus. cũ multis concor. quas habes ſup. de conſue. c. 2. Sed certe ſi diligenter dictas leges inſpiceres non ſic p̃ſumeres, quia vt in eiſdem legibus euidenter apparet, quando ex donatione alicuius rei etiam aliud, vel ratione loci, vel temporis, vel contractus dediſſe intelligor, vnde ſi dedi claues iuxta horreum, videor dediſſe quæ in horreo ſunt. ff. de contrahen. emp. clauibus. vel ſi obligo inſtrumenta, videor obligaſſe nomina in inſtrumento cõtenta. C. quæ res pig. obli. poſ. l. 1. Itẽ ſi reddo debitori inſtrumentum, in quo continetur ſubſtantia debiti debitum remiſiſſe videor. ff. de pac. l. 2. Secùs ſi pignus redderem. ff. de pactis. poſtquam. at hîc nihil tale eſt, vnde non videt magis præſumendũ de vno mandato, q̃ de alio, maxime cùm ex multis cauſis ſigilletur, vt dictum eſt, & ſic apparet hîc, quod non poteſt iuuare præſumptioni.

5 †Confitemur tamẽ, quòd epiſcopus poteſt committere fideli perſonæ ſigillũ ſuum, & ſecundum poteſtatem ſibi datã, poterit illo ſigillo ſigillare ſcripturas, de his quæ pertinent ad epiſcopum, puta facere commiſsiones cauſarum, citationes, confirmationes, & generaliter de omnibus aliis quæ commiſſa ſunt ei, poterit ſcripturas ſigillare, etiam ſi prælatus ille non videat literas, ſicut Papam, & alios prælatos & principes ſuis cancellarijs hæc committere videmus. infr. de crimi. fal. dura.

† Sed in contractibus aliorum non poterit nomine epiſcopi ſigillum teſtimoniale apponere, niſi viderit, cùm teſtimonium ſit tantũ de viſu, vel de his, quæ plenè nouerunt. 3. q. 9. teſtes. & per totum. & ſic loquitur Authen. de tabel. §. nos autem, etc. poſſet tamen dici, q̃d etiam teſtimoniale ſigillũ apponere poteſt, vbi de hoc conſuetudine eſt, non q̃ contractus intelligatur habere teſtimonium ab epiſcopo, ſed ab eo, ſcilicet cancellario, qui apponit, fingitur eſt eius ſigillum ſicut & ſigillum eccleſiæ, epiſcopi fingitur. 73. diſtin. in nomine. tamen benè dicunt exprimere in litera cuius nomine apponitur, ſcilicet, an epiſcopi vel officialis.

CAPVT III.

1 *Originale priuilegij an propter raſuram reddatur ſuſpectum.*

EX LITERIS. (Iudicati) repete, quod diximus inf. c. inter. in glo. quæ incipit, ſecùs ſatis (iudica) benè dicit & ſi cùm erratum eſſet in facto, & nulla eſſet ibi abraſio, vel correctio facta, tñ per eas procedendum eſſet, licet non ſecundũ eas. ſupr. de reſcri. ſup literis. Et priuileg.) ſecùs de aliis reſcriptis contentis ſic, vel etiã gratioſis, cùm ibi poſſet eſſe fraus: vt poteſt colligi. ſup. de reſcri. ſuper literis. ſedes. & c. ad aures. & c. paſtora. & c. cùm adeò. & c. conſtitutus. & c. ſignificante. & c. Rodulphus. Priuilegium.) confirmatorijs. ſecùs autem de originalibus, ibi enim ſi inuenirentur raſuræ in poſſeſsionibus ſuſpectum eſſet priuilegium, ſicut inſtrumentum contractuum, donationũ, & huiuſmodi, ex eadem cauſa redderetur ſuſpectum (Abradi) per cancellariũ, & alios officiales curiæ, ſi enim per alios fieret falſarij eſſent.

CAPVT IIII.

ACCEPIMVS LITERAS. Fortè per ſuas literas petebat ipſe abbas, quòd non cogeretur portare ſua priuilegia ad vrbem, & etiã quædã alia ſuper quibus Papa hoc ſcribit. (Arg.) inf. eo. c. proxi. C. de fide inſtru. l. vlt. 96. benè quidem. Venerit (Archiepiſcopus.) Arguendi. 4. q. 5. c. 1. C. de inge. manu. diffamari. inf. qui filij ſint legi. lator. C. qui accu. poſ. qui ea. (Vacillare) propter hoc, quòd archiepiſcopus ea arguit falſitatis, ſed ſi ex alia cauſa appareant ſuſpecta, hoc benè licet. (Obſeruari) qualiter agatur de falſo. not. ſup. de prob. licet. in princ.

CAPVT V.

CONTINGIT. (Interdum recitetur) ſcilicet, totus tenor, ideò autem totus recitari præcipitur, vt audientes totũ intelligant, in aliis capitulis contineatur aliquid purè vel ſub conditione, & ſi in totum, vel in partem id capitulum ſit reuocatum, vel aliqua pacta adiecta ſint circa. c. de quo agitur. ff. de eden. l. 1. §. edenda. (Solummodò). C. quemad. te. ape. l. 3. §. 2.

CAPVT VI.

1 *Poteſt ſpoliatus res vendicare, vel petitorium tam inceptum proſequi.*

2 *Libellus etiam contra procuratorem concipitur.*

3 *Quomodo inſtrumentum ex raſura reddatur ſuſpectum.*
Officium ſuum neceſſarium (vt iudicandi) non debet alicui eſſe damnoſum.

4 *Quemadmodum non tenet ſententia ex falſo inſtrumento lata ita nec priuilegium ex falſa cauſa vel ex falſo inſtrumento conceſſum.*

5 *Confirmatoria meliora ſunt quàm quæ ſunt ad inſtar: vide de priuilegio conceſſo ad inſtar in num. 4.*

INTER DILECTOS. (Petebat) petitorio agit, q̃a nec poſſeſsionem, nec expoliationẽ allegabat, quod eſt neceſſe in interdicto. ff. de vi & vi arma. l. 1. in princ. & §. interdictum autem.

1 † Sed non videtur hoc poſſe ſtare, quòd petitorium intentaret ſeu vendicaret rem, quam obtinuerat in iudicio poſſeſſorio per ſententiam epiſcopi Veronenſ. ſup. de ſeque. poſ. c. ad hoc. Contra id quod eſt. C. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. 1. & inſti. de act. §. 1. & ſup. de iudi. examinata. Sol. licet obtinuerit per ſententiam, nõ tamen habuit poſſeſsionem corporalem, & ideò quantum ad hoc, parum profuit talis ſententia. inf. de ſen. & re iudi. cum aliquibus. Vel dic, q̃ habuit, ſed pòſt archiepiſcopus monaſterium elecit, vt dicit decre. prælle. ad hoc. & inde eſt, ſcilicet, quia poſſeſsionem nõ habebat, q̃ petitorium intentare potuit, vel dic, quòd à principio monaſterium intentauit petitoriũ & poſſeſſorium, & re. poſ. & hoc etiam dicit decre. p̃alleg. ſup. de ſequeſt. c. 1. ideoq̃ nihil impedit quominus ſpoliatus poſsit res vendicare, vel petitoriũ proſequi iã incœptum.

2 †Procuratore.) Not. concipi libellũ contra procuratorem. no. q̃ procur. epiſcopi petit nomine eccleſiæ. (Obtinuerat) ſup. de ſeque. poſ. ad hoc. (Saluo) nihil operatur hæc clauſula. (Moleſtabit) quaſi ad ipſum pertinerent iure ſuæ ceſſionis, hæc tamen ſententia parum poterat obeſſe Medio. eccleſiæ, niſi forſan ex donatione nepotibus ipſius ſe defendere vellet. ff. de ap. à ſententia. Item ex hoc quod dicit moleſtabat, videtur quòd vti poſsidetis, & ſic tantùm poſſeſſorium intentabat, quare non obſtabat ſucceſſori archiepiſcopi, quominus agat de petitorio: vt not. inf. eo. in gl. ſed nónne etc. Confirmabat) tanquam dominus donationem factam vaſallo vtilis dominij, quæ donatio vtilis dominij nõ tenet ſine licentia domini facta, & hoc confirmatur, confert aũt dominium directũ, q̃ penes dominũ remanet, vt in cõſtitutionibus Federici imperialem. ar. C. de iure emphy. l. vlti. de do. paſto. inf. de do. inter vir. & vxo. nuper. aliter tamen exponitur & melius, non enim credimus, q̃ñ à ſe dominus voluerit per hæc verba directum dominium abdicare. (Teſtes) de aliis teſtibus loquitur hîc, quã inf. e. vbi dicit,

dicit, nec atteſtationes etc. cùm loquitur de teſtibus inductis coram deleg. ab Inoc. & productis ad probandum præſcriptionem, & famam, ibi autẽ de productis coram archiepiſcopo cognoſcens te ex delegatione imperatoris, & productis ad probandum legitimam donationem factam fuiſſe, vt ibi dicit. A 60. an.) & ita non poſſedit, niſi 10. an. quod non prodeſt. 16. q. 3. quos act. Vel dic, quòd vult dicere, quòd aliqui teſtes dixerint, quòd poſſideat à 60. an. circa. & intelligo continuò. Alij teſtes dicunt, q̃ poſſedit à 50. an. & ſup. intelligo per modicũ tempus vltra 50. an. Sed ſecundum hoc videtur tutus præſcriptione, ſed dic, q̃ licet viſus fuerit præſcriptionem probare, non tamẽ probauit. (Conſumptũ) id eſt, ſubtiliatum vel corroſum pergamenum propter raſuram vel alio modo.

3 †Annotatione) ſatis in loco ſuſpecto. ar. ff. quemadmo. teſt. ape, l. 2. C. de contrahen. ſtip. optimã. Similiter ſuſpectum eſt, ſi ſit raſura in nominibus, vel iudicis, vel actoris, vel rei, vel rerum ſuper quibus eſt litigium, vel in data, vel in narratione, ſiue concluſione iuris, vel in remotione appellationis, vel inchoatione teſtium, vel in aſsignatione termini, & in multis alijs, quæ diſcretus iudex intuebitur, & ſi contra has ſuſpiciones apparent aliæ in contrarium, iudex ea attendat. Item magis videtur ſuſpectum propter raſuram quàm propter conſumptionem. †Recentio) ſuſpicionem adducit non probationem, cùm in charta vetuſta poſsit ſcribi nouus contractus, & ſuper hoc cum alijs, quæ tanguntur hîc, vel aliquis eorum præſumptiuè aduerſarium onerat probatione, quod ſic valet. (Sigillum) hoc ſufficiebat. Cùm mitra induta ſceptrum integra cera) vehementiſsimę ſunt præſumptiones, niſi ſufficientes probationes, vnde ſtatim ſequitur præſumebatur, nõ probatur, vel licet etiam ſingulæ per ſe non ſufficerent: tamen omnes ſimul ſufficiebant vel aduerſarium probatione onerabant, ſcilicet priuilegium eſſe verum. (Nullæ aliæ) ſufficit ad probationem (ſed cùm) hoc ſufficiebat ad probationem (duæ) & ita non probatur Luitardum dediſſe, cùm nullum priuilegiũ haberet abbas, quòd ipſius mona. exprimeret, & ſic non poterat eius donationem allegare. (Ab inferiori) vix poſsit hoc ſufficere ad probationem, ſed ad præſumptionem faciunt (ſigilli) quod non erat pendens, ſed qui chartæ adhærebat, & hoc ſufficit ad probationem (ſed ad ipſum) hoc ſufficit ad probationem. (Publica) ſi enim tempore donationis fuiſſet donatio per manum tabellionis ſcripta, & idem chartæ ſigillum appoſitum, dummodò ſubſcriptionem teſtium haberet etiam amiſſo ſigillo validum remanet inſtrumentum. (Authenticæ) quia non erant ibi literæ legibiles, nec etiam erat integrum. (Media) non ſufficit ad probationem cùm in hac medietate poſsit contineri nomen & dignitas. (Medietas) hoc ſufficit ad probationem. (Literæ) ſubſcriptio. (Recentior videbatur) hæc ſuſpicio non ſufficiebat ad caſſationem, ſed ad probationem transferendã in aduerſariũ. (Mentio) non eſt ſufficiens probatio caſſationis, ſed præſumendum eſt, quòd ſi habuiſſet quod priuilegium inſeri feciſſet. Inter alios) ſed nónne, quia ſciebat cauſam ſuam agi, imò quia ipſe iudex erat, & pro monaſterio iudicabatur, ſibi præiudicium fecit. ff. de re iudicata. ſæpè. ff. de pig. fideiuſſor. Reſpondeo non, & infr. de ſen. & re iudicata. ſuborta. Nec obſtat lex ſæpè, quæ loquitur quando me ſciente agebat ille, quem de iure poteram prohibere, vt ſi creditor agere patiatur debitorem, & in alijs exemplis poſitis in l. prædicta. vel ſi quis nomine meo agat, & eum non prohibeo, cùm valeam prohibere. At archiepiſcopus nec ſciebat rem ſuam, quando cauſam diffiniuit, & etiam ſi ſciret prohibere nõ valebit, quominus iure ſuo, vel quòd ſic ſaltem credebat ſuum vteretur, ſi vellet, vt in ea l. ſæpè dicitur, in fine. Nec obſt. l. ſi fideiuſſor. quæ loquitur quando pars ſciens rem ſuam obligari ſubſcribit inſtrumento authoritatem præſtans obligationi, ſecùs autem ſi faciat tanquam iudex, vel tanquam teſtis, vel alius quilibet officialis, cùm nulli debeat officium ſuum eſſe damnoſum, & ex ſententia non habet ille ius, nec ex teſtimonio, ſed tantùm declaratur ius priſtinum. ff. de pig. act. Caius. ff. ſi ſer. vend. l. ſicut. §. ſed ſi quæritur. item ſicut apparet in hac decre. in prine. archiepiſcopus tantùm tulerat ſententiam ſuper poſſeſſo. vnde non fit ei poſtea præiudicium in petitorio, Vel dic, quòd ex nouo iure peruenerat ad eccleſiam Medio. ſ. poſt ſententiã (& in alio) hoc nõ noceret ſecundum quoſdam

quoſdam ſi eſſent publicatæ falſum dicit hæc gloſſ. imò idem eſſe debet, & ſi publicatę eſſent, publicatio enim nihil facit, niſi quòd prius non erat Authenticum modò eſt Authenticum, & valet inter perſonas, inter quas eſt actum, & quando ad idem agitur. (Vnde) ex quo priuilegio petitionis, quæ fortè talis, vel ſimilis petijt talę monaſterium, vt ſibi donata tali comite confirmare dignaremur (intelligatur.) ff. de reb. dub. quoties. inf. de verb. ſig. Abbate (confirmari) ff. de iuriſdi. om. iudi. & quia. arg. contrà. 63. diſt. in ſynodo. 23. diſt. in nomine. ſup. de elect. cùm inter canonicos. vbi de hoc in gloſſ. ſed nónne, etc. (Quod in eum eſt) ſed dices cùm non eſſet ſuum, quia falſum eſt priuilegium Luitardi debet tenere donatio. ar. ſup. de in integ. reſti. cõſtitutus. Reſpon. ideò non teneret donatio illorum q̃ ſecuta eſt ex priuilegio Luitardi, quia non intendebat Imperator eam donare, vt crederet eſſe ea monaſterij ex donatione Luitar. & intentio eſt neceſſaria. inſt. de do. §. ſunt etiam. & ſeq.

4 †Item ſicut ſententia lata ex falſo inſtrumento non tenet, ita nec a priuilegiũ conceſſum ex falſa cauſa; vel falſo inſtrumento non tenet. C. ſi ex fal. inſtru. l. 1. & 2. Si autem non apparuiſſet falſitas in primo priuilegio, nec ei Imperator niteretur, ſed diceret imper. concedimus & cõfirmamus, non quærerem quæ ſunt confirmata quæ conceſſa, quia in quibus non valet confirmatio, valet per conſequens conceſsio. q. dicat Imperator, in omnem euentum volumus eccleſiam habere, ſiue vt donationem, ſiue vt confirmationem, niſi per obreptionem obtineretur, vt hîc. & inf. c. proxi. vt potius res valeat quàm pereat. inf. de verb. ſig. Abbate. ff. de reb. dub. quoties. 12. q. 2. ſi quos. ſup. de in integ. reſti. l. conſtitutus.

5 †Alia) benè dicit. & not. hîc diligenter priuilegia confirmatoria meliora ſunt quàm illa q̃ ſunt ad inſtar, quia in cõfirmatorijs dicitur de aliqua re, quæ ſit donata vel vendita, pro donata vel vendita habetur, & ſic de ſimilibus, nec intelligitur per prædicta verba donatio confirmata, licet in priuilegijs contineatur in princi. confirmamus omnia habita & habenda, niſi ea quæ dantur & ſtatuuntur principaliter innitantur confirmationi, ita quòd confirmatio eſt principalis cauſa, quare ſit donatum vel ſtatutum, & non ponitur confirmatio narratiuè tantùm, & repete quæ no. in ſum. C. de fal. cau. ad l. 1.

6 †Secùs autem quando in priuilegijs continetur, concedimus hoc priuilegium ad inſtar, quia tunc omnia, quæ ſequũtur, intelliguntur conceſſa ad inſtar, vnde ſi ſequeretur in eodem priuilegio, donamus vobis talem eccleſiam, ſubintelligendum eſt ad inſtar, & eodem modo dicit decernimus vel ſtatuimus, imò idẽ eſt ſi dicat, adijcimus etiam quòd habeatis ius in tali eccleſia, vel etiam eam eximimus, nam ſemper intelligendum eſt ad inſtar adijcimus, & ſic de alijs tunc not. quando in priuil. dicitur eximimus omnes eccleſias veſtras, quæ per vos ſumpſerunt regulam beati Auguſt. in quibus has diximus exprimendas, hæc verba ponuntur narratiuè. arg. 4. q̃. 6. quippè. & ideò nulla eccleſia expreſſè probatur exempta, niſi probetur quod pro eo ſumpſit regulam beati Aug. (Principale) priuilegium Luitardi (Acceſſorium) priuilegium hoc Henrici (Proprietas) C. loc. ad probationẽ. (Poſſeſsio.) ff. de acquir. poſſ. l. ſi qui ante. & l. ſi aliquẽ. (ſufficiat) fatemur tamen quòd ille qui rẽ locatam accepit, non poterit quæſtionem referre de proprietate vel de poſſeſsione (Obſcura) ſup. de proba. ex literis. 3. q̃. 9. iudicas. ff. de actio. & oblig. Arrianus.

a *lea nec priuilegium. & q̃ priuilegium impetratũ ex falſa cauſa nõ teneat, tenet etiam Bal. hic pro quo dicit benè facere tex. in l. Gallus. §. ſi eius. ff. de lib. & poſt. & refert Feli. in c. ad audientiã. el. 2. col. 11. verſ. amplia primò ſup. de reſcri. pro quo addo, q̃ not. Pe. de Anch. in cõſ. 338. incip. viſis diligẽter iuribꝰ. colũ. 3. verſ. tertio ponderandum eſt.*

CAPVT VII.

1 *Literis in quibus non eſt probata falſitas, creditur, licet eorum ſigna ſint nobis ignota.*

QVOD SVPER HIS. & inf. (Suppreſsionem) hîc poteſt colligi argumen. à contrario ſenſu, quòd ſi non per ſuppreſsionem veritatis vel expreſsionem falſitatis ſint obtentæ literæ Cardinalium, etiam ſi ſint ignota eorum ſigilla, quòd credẽdum eſt eis, quod referas ad caſum, de quo hîc loquitur decre. arg. inf. de crimi. fal. c. penul. ſed videtur, quòd tunc eſſent neceſſaria 5. ſigilla. de cler. pereg. c. 1. ſed illud c. loquitur, quando non ſolùm ſigilla ſunt ignota, ſed etiã nomina epiſcopatuum & epiſcoporum. Vel dic, quòd ibi eſt maius periculũ quàm hîc. (Veritatis) quia tacuerunt per quæ vtiles erant terræ ſanctæ. (Falſitatis) expreſſerunt ſe debiles, cùm ſint fortes, & ideò non valent literæ, quia ſi expreſsiſſent non habuiſſent. ſup. de reſcrip. ſuper literis. (compelli) quia non teneret abſolutio. ff. de na. reſti. l. 1. §. ſi quæras. quare non tenet abſolutio ex falſa cauſa, ſicut tenet excommunicatio? Reſpon. quia non intendit

intendit absoluere, sed excommunicare intendit. de hoc not. sup. de offic. or. ex parte.

CAPVT VIII.

PASTORALIS. & inf. (Decre.) quæ non est posita in corpore decre. sed tamē aduocati eam pro decre. allegant. vel loquitur de illis decre. quæ licet olim erant positæ in corpore decre. quando nullum corpus erat Authenticarum præter compilationem Innoc. 3. vel loquitur, quādo bulla dependet in litera, quæ ideò statim pro iure non est habenda. C. de leg. 2. †Consulat) not. decre. contrariam iuri non statim reijci, sed Papam consuli, est enim præsumptio pro ea, quia posita est inter alias decre. vel etiam aduocati in iudicio eam allegant rescrip. tamen statim abijceretur. 25. qō. 2. rescrip.

CAPVT IX.

VM DILECTVS. & infrà, (Concluſum) dicunt, quòd etiam post conclusionem possunt produci. argu. quia cùm in causa appellationis possint produci, melius est ergò ante vulneratam causam subuenire. C. in qui. cau. in integ. resti. non est necess. l. sancimus. plus placet, quòd in eadem causa post cōclusionem non licet, vt hic, sed in causa appellationis, in qua non est conclusum, & quæ alia causa est, benè licet producere instrumenta, confessiones & alias probationes, quod dic vt legi. & not. sup. de testi. fraternitatis. Alij dicunt quòd nec etiam post appellationem, licet ea producere postquam conclusum est. ar. inf. c. proxi. in fin. vbi dicit, quòd iudex ex officio suo post conclusionem potest interrogare partes, & loquitur in causa app. & ita à cōtrario sensu parti, non licet in causa app. interrogare aduersariū, ergò à simili nec instrumentum producere. (Consuetudo) C. de arbi. cùm dilect. (Consuetudo) etiam sine subscriptione testium, hoc habet consuetudo quod sine ea creditur. de hoc no. sup. eo. c. 2.

CAPVT X.

1 *An possint partes super nouis articulis in causa appellationis producere testes.*
2 *Quo casu stetur testibus & non instrumento.*
3 *Instrumentum quando reddatur suspectum. & vide de hoc in nu. 4.*
5 *Falsum redditur instrumentum, si quis per duos testes probat se alibi fuisse tempore contractus.*
6 *Instrumentum non redditur suspectum ob dubitationem testium. Et quid iuris, si testes contradicunt instrumento.*
Instrumentum quodlibet per quatuor testes potest improbari.
7 *Instrumento publico & subscriptione testium vallato derogatur per duos testes.*
8 *An pauciores testes quàm qui in instrumento sint descripti præiudicant instrumento.*
Probata falsitate, tollitur authoritas scriptoris instrumenti.
Concordia instrumenti & testium semper est attendenda.

VM IOANNES EREMImita. (Condemnauerunt) & malè, cū his, id est, de traditione domus nihil actum est. Vel dic, q̄ petijt etiam sibi domum tradi acti. exempto, & idcircò benè iudicauit iudex secundum probata, sed iudex appellationis coram quo probatum fuit, scilicet, de conditione contrariū sententiat.

1 †Et ita habes hîc argum. quòd partes possunt super nouis articulis in causa appellationis producere testes, licet illud sciuerunt in causa principali, benè enim scire potuit Io. quod ex quo petebat traditionem rei venditæ sibi fieri, quod sententiaretur pro actore, nisi probaret reus cōditionem. Alij tamen dicunt, quòd ex quo scire potuit ante apertionem testiū, articulū sibi necessarium, nisi probet ante apertionem testium pōst probare nō potest, nec per decr. contradicit, quia primò non fuerunt testes producti super venditione, sed instrumentū. Sed nos non facimus magnam vim, vtrum sciuerunt vel potuerunt scire, quando agitabatur principalis causa illum articulum, quem vult probare in causa appellationis, an non. Sed in hoc casu est vis, si fuit oblatus articulus ille probandus in causa principali, vel an comprehenditur sub articulis in causa principali datis, quia tunc si primò probauit per testes, post apertas attestationes iterum testes producere non poterit, vt not. sup. de test. fraternitatis. (Nouum) de hoc not. suprà, de testi. fraternitatis. (Inhabitares) & ideò non debebant condemnare P. ad vacuam possessionem tradendam. (Anni) nec propter hoc minus valet eorum testimonium.

2 †Tabellionem) si omnes testes viuunt, & contradicunt instrumento, in quo

quo inscripti sunt, vires suas amittit instrumentum, & statur testibus. sup. de proba. tertio. ff. quemad. test. ape. l. prima. §. vlt. & Authen. de fideiuſ. §. si verò fideiussor. col. 6. Si verò vnus diceret, non interfui contractui, vel instrumento, in quo scriptus sum, debilitat fidem instrumenti, ita quod redditur suspectum. ff. quemad. test. ape. l. 1. in fi. & ideò non valet ad probandum. C. de proba. iubemus.

Et dicunt quidam, hoc esse adeò verum, quòd si decem testes inscripti sunt instrumento, & vnus solus de scriptis negat se interfuisse, reliquis mortuis, vel nihil dicentibus, suspectū redditur instrumentum. Alij dicunt, quòd licet vnus testis dicat se non interfuisse instrumento, dūmodò alij tot remaneant inscripti, quòd licet contrà testentur, vel ad minus, nihil dicant, vel mortui sint, quòd sufficiunt ad probationem contractus in scriptis redacti, non debilitatur virtus instrumenti, & lex præal. ff. quemad. test. ape. l. 1. §. fi. loquitur quando vnus ex septem testibus in testamento scriptis negabat se interfuisse contractui, quo sublato, propter defectum testium inualidum remanet testamentū. C. de testa. si vnus. Secùs autem esset, si illo edicto completus remanet numerus testium, vel vt dicit Io. illud est speciale testamento propter solennitates, quæ ibi requiruntur, veruntamen si per duos vel per tres inscriptos testes, vel alios probaretur eum interfuisse, qui dicit se non interfuisse, stabitur dicto duorum. sup. de elect. cùm dilect. Imò idem videtur, & si dicat se non interfuisse, nec etiam probaretur eum affuisse. arg. quia in actis. si testis negaret testificatum, vt scriptum est, vel pars negaret se confessum, vel aliquid aliud quod scriptū est soli tabellioni crederetur, vel scripturæ tabellionis. sup. de proba. quoniam.

3 †Si autem plures negarent se interfuisse instrumento, tunc suspectum redditur instrumentum, vnde nihil ex illo probatur. sup. de testi. tam literis. sup. de proba. tertio.

Et intantum hoc verum est, quod etiam si per centum testes probarent contractum, qui in instrumento continetur, nisi per eos probaret eos interfuisse, qui negant se interfuisse, instrumentum inualidum est, quia ei est hæc falsitas admista, scilicet, hos duos interfuisse. 9. dist. si ad sacras. 3. quæst. 9. pura. non negant tamen contractum posse probari per testes etiam inscriptos in falso instrumento, cùm ipsi non fuerint participes falsitatis.

†Sed oppones nónne ambo sunt in dictis suis singulares, cùm vterq; tantùm de se neget interfuisse, vt patet suprà, de elect. bonæ memo. Respon. si ageretur ad probandum, quòd alter absens fuerit tempore confecti instrumenti, non sufficerent testimonia eorum, quorum vterque diceret se non interfuisse, sed cùm agatur ad probandum instrumentum falsum, sufficiunt hi duo, qui probant idem, scilicet, instrumentum falsum & absentiam horum duorū, & maximè cùm simul eos adfuisse scriptū sit in instrumēto, & quasi simul & pariter testificari viderētur, quia nec ipsi, nec alij interfuere, cùm si interfuerunt, simul & pariter se vidissent secundum quosdam.

†Nos contrariu credimus, nam si cētum testes dicerent, quilibet de se, ego nō interfui, & duo tantùm dicerent, fui, vbi instrumentum fuit perceptum, vel vbi cōtractus fuit celebratus, validum erit instrumentum, quia singuli testes in suis dictis singulares sunt. sup. de elect. cùm dilecti. Nec obstat sup. de proba. tertio. quia ibi per nullum testem reprobatur fides instrumenti. Vel dic, quòd ibi non fuerunt singulares, imò benè & plenè licet indirectè probauerunt falsum instrumentum, & sic etiam respondetur ad c. tam literis. Vel dic, quòd contradicit. sup. de testi. tam literis. quia ibi expressè probatum fuit instrumentum falsum continere, & quod diximus de duobus testibus, intellige verum in contractibus, vbi duo testes requiruntur.

4 †Si autem requirantur 5. vt in codicillis, vel 7. vt in testamentis, nō sufficeret alijs negantibus, se interfuisse probare per duos testes contractum initum. Aliàs verum vel instrumentum perceptum, quantum ad hoc, quod per instrumentum probaretur, vel codicillum, vel testamentum. Aliqui tamen dicunt, qui nō minus quàm alij ratione nituntur, quod etiam si oēs inscripti negent se directo interfuisse cōtractui, vel instrumenti confectioni, nihilominus valet instrumentum publicum, q̄ per se habet authoritatem, & hi testes singulares sunt, nec possunt directo probare negatiuam. 6. q. 5. actor. Non obstat quod dictum est sup. eo. gl. 5. Respon. quia quod dicit se non interfuisse pariter dicit & de alijs, qui adesse non possunt, nisi vidissent eos, cùm hoc non sit verum. Nec ob. sup.

de prob. tertio. quia ibi indirectè probauit contrarium, & eodem modo respondeo ad decre. tam literis.

5 †Si autem aliquis de inscrip. testi. per duos testes tãtùm probaret, se alibi fuisse tempore contractus celebrati, etiam centum probantibus se interfuisse tempore instrumenti celebrati, vel instrumẽti percepti, nihilominus falsum erit instrumentum, non quia contractus non probatur p testes, sed quia addidit testem interfuisse, quia non interfuit, vt inf. de his quæ fiunt à præla. quanto. sed si testes inscripti instrumento, vel alij dicerent eum interfuisse in celebratione contractus, vel tempore instrumenti percepti, nisi luce clariores probationes probet se abfuisse, præualebit instrumentum. C. de contrahen. stip. optimam. Dicunt tamen quidam & fortè non malè, quòd si vnus solus nedum plures negarent se interfuisse contractui, vel instrumento, reliquis tacentibus vel mortuis etiam, si centum essent, debilitatur fides instrumenti. ff. quemad. resta. ape. l. 1. §. vlti. nam cùm nullã fidem haberet hoc instrumentum, nisi ex officio notarij, benè per contradictionẽ testis suspectũ redditur testamentum, siue instrumentum, nisi per collationem subscriptorum testium vel contrahentium iuuaretur instrumentum. Authen. de fide instru. §. si verò moriatur. & §. quòd si tabellio. & in his vbi negant se interfuisse, est faciẽda optima indagatio. C. de fal. vbi C. de proba. iubemus. ita tamen quòd semper iudex magis psumat, vt instrumentũ valeat, quàm pereat. inf. de verb. signi. Abbate. nec tanti valoris est dicta suspicio, quæ oritur ex negatione eorum, qui se interfuisse negant, vt instrumentum annihilet, nisi indirecto contrarium probaretur. sup. de testi. tam literis. sup. de prob. tertio. C. de p̃bat. cum precibus. nisi in acerrima inquisitione aliud appareret. Sed Ioan. Ere. quantum ad hunc articulum fuit in prima opinione.

6 †Si autem testes dicerent, se non recordari, an instrumento vel contractui interfuerint, sed non firmiter asserent, tunc standum esset instrumento, cõtrà q, nihil asseritur, licet dubitetur, non enim tãtam vim habet dubitatio eius, vt suspectum posit facere instrumentum, imò ex quo in tutiorem & benigniorem partem declinare debet, scilicet, vt concordet instrumento. ar. sup. de testi. cùm tu fili. inf. ☞ de sponsa. iuuenis. inf. de reg. iur. c. 2. †Si verò testes contradicant instrumento, alij quàm in quo scripti sunt dicunt quidam, quòd si factum est remotum, magis creditur instrumentis. ff. de proba. si arbiter. ff. de car. l. 3. §. duæ. ff. de dam. infect. qui bona. §. vlti. aliàs est lex & incipit causæ. Alij dicunt, quòd contra quodlibet instrumẽtum admittitur probatio testium. inf. de præscrip. ad audientiam. sup. de testa. causam. C. de proba. cum precibus. Sed dicũt necessarios quatuor testes ad minus, cùm instrumentum vim duorum testium teneat, & notarius maior sit vno teste, & negãt magis credendũ esse viuæ voci, quàm mortuæ. Nec ob. Authen. de fide instru. §. si verò aliquid tale. quia ibi erat viua vox, & instrumentum ex vna parte, & ex alia parte erat tantùm collatio literarum. Itẽ dicunt, q, licet priuata scriptura succumbat testibus, C. de contrah. stip. optimam. non tamen publica, quæ eandem vim habet, vt testes. C. de fide instr. in exercẽdis.

7 †Nos tamen dicimus, quod instrumẽto quantumcunque publicè confecto, & quantumcunq; inscriptos habeat testes, derogatur per duos testes, vel ad plus per tres, qui perhibent eum contractum, de quo instrumentum est præceptum non fuisse celebratum, vel illos qui dicunt cõtraxisse, ibi non fuisse præsentes prædicta ratione, quia dictum instrumentum non habuit authoritatẽ, nisi à notario, & huic authori præferri iustum est dictum duorum testium.

Et hæc vera sunt, nisi testes superstent, qui asserant verum esse, quod in instrumento continetur vel collatione testium, vel contrahentium probari posit, quòd verè testes inscripti instrumento contractui interfuerunt. ar. Authẽ. de fide instr. §. si tãtùm. & §. si verò moriantur. & §. seq.

8 †Sed oppones nónne si instrumento inscripti sunt 10. testes vel plures credendum est eos affuisse contractui, cùm notarius fidem faciat de omnibus, quæ in instrumento continentur propter publicũ officium, quod habet, & sic credendũ est eos affuisse, ergò non pauciores testes præiudicabũt instrumento, quàm sint qui in instrumento inscripti sunt? Respon. verum est, quod dicitur quamdiu non debilitatur fides instrumenti, sed ex quo probatum est falsum scriptũ esse instrumento, debilitatur tota vis instrumenti. 9. dist. si ad sacras, aliàs si ad scripturas, vnde de cætero non credam, quòd testes fuerint p̃sentes, probata enim qualibetcunq; falsitate, tollitur authoritas scriptoris instrumenti, & ita alijs, quæ in instrumento cõtinentur, authoritatem præstare non potest. vt in præalleg. c. si ad sacras.

Fallit autem hîc, quòd per testes probetur contra instrumentum, vbi est præsumptio iuris & de iure. C. ad velle. antiquæ. & C. de arbi. tut. l. vlt. sed licet, vt ibi dicitur, non possit probare contra instrumentum, quod verum fateretur, potest tamen illud dicere falsum. Item non obstãt prædictis. C. si mi. se ma. dixe. si alterius. C. de non nu. pe. generaliter. C. de test. testium. & Authen. rogati. C. de suffra. l. 1. & ff. de prob. census. C. qui test. face. pos. hac consul. vbi dicitur, quòd melior est probatio instrumentorum, quàm testium, quia benè fateor, q, vbi instrumentũ non negat verum, quòd magis secura & indubitata est probatio scripturæ, quæ immutari non potest, quin appareat. Sed lingua testium satis mutabilis, & labilis est, vt C. qui test. fa. pos. hac con. §. at cùm na. sed hæc securitas, atque prærogatiua tamdiu, tantùm durat, donec contra instrumentum aliqd rationabiliter sit probatum, secùs autem est, vbi instrumentum dicitur falsum, & probetur tunc. s. quando conflictus est inter eos, qui scripti sunt, qui dicunt contractum celebratum, & alios qui negant, sed si quæritur qui vel quibus testibus alijs p̃ponderare debent, distingue vt magister Io. No. 4. q. 3. §. si testes. in gl. circa contrarietatem. (eãdem) C. de fid. instrum. in ex. (momenti) sup. de test. cùm à nobis. (intentionem) hîc satis apparet quòd inf. petebat principaliter vacuam possessionem ☞ domus. †Venditionem) satis est bona allegatio, quia iudex hanc viam eligere debebat, vt fieret concordia instrumenti & testium. arg. sup. de test. cum ti. & propter hoc etiam. s. vt appareat concordia testiũ, vtilis fuit interrogatio facta à Papa, scilicet, an vna tantùm venditio facta fuisset, potest etiam dici, si interrogatio facta non fuisset, tamen cõcordia testium & instrumenti eodem modo facienda erat, sicut hîc fit in hac decre. q, licet instrumentum diceret, quòd Petrus vendidit domum Ioanni non negat venditionem fuisse conditionalem, & ideò probatio super hoc inducta postea quòd venditio conditionalis esset, erat admittenda, quia non contradicebat instrumẽto, sed addebat, nam iudex cuncta debet rimari. 30. q. 5. iudicantem. ff. de inter. act. vbicunq;. (obligatum) in conditionalibus autem contractibus non cedit dies ante euentum conditionis. ff. de verb. sig. cedere diem (aliàs) id est, secundum probationes, non secundum veritatem. C. de ap. eos.

9 †Concluſum benè) dicit a quòd iudex a ex officio suo, postquam est in causa concluſum, potest interrogare à partibus de his, quæ sunt dubia ratione eorum, quæ acta sunt ante conclusionem, nam de alijs non possunt quærere, alij tamen dicunt contrà pro hoc. sup. eo. cùm dilectus.

a *Benè dicit. Adde q, Car. in cõs. 72. inci. sigillatim singuli. col. 5. circa princ. dicit hoc dictũ singulare. & pro hoc allegat gl. not. in Authent. de test. §. illud dicit, q, iudex nõ interrogare, non vt addat, sed rationẽ dãdi eorũ reddat.*

CAPVT XI.

EX PARTE CHARIS. (In figura O.) Idem fortè posset etiam si dictio esset minus, vel oratio, dummodò comprehẽderetur intellectus Papæ. Alij autem dicunt, quòd si aliquando intollerabilis esset error in litera, vel in cõditione, iudex tamen nisi occultum sit vitium, suspectas habebit literas, cùm multi sint officiales in curia, qui examinant vitia literarum, primum dictum magis placet, nam per bullam satis tollitur suspicio, & oculus sæpè fallitur officialium.

CAPVT XII.

1 *Reus appellatus, an cogatur scripturam sententiæ exhibere, si actor eam amisit, vel copiam non habuit.*

2 *Decepto qui falsum respondit, an succurratur.*

1 PERPETVVS. (Communium) id est, cõmuni pretio redemptorum, vel aliter, vt no. sup. de proba. c. 1. †Quæritur aliquis petit sententiã latam contra se, pro Petro super tali fundo cassari, vel quia nulla est, vel quia iniusta, & ab ea est appellatum. Petrus respondit exhibere sententiam, actor respondit, ego nõ habeo scripturam, quia iudex noluit mihi copiã ex ea facere, vel quia amisi, sed tu exhibe, quia ipsam habes, an reus cogendus sit eam exhibere. Sol. sic, vt hîc. C. de eden. is apud. imò si reus non diceret sententiam latam, interrogabitur, an talis sententia pro eo lata sit. ff. de interro. act. l. pen. & si negauerit cogeretur cedere, siue renunciare sententiæ, vel iudex pronunciabit, si qua sententia apparuerit pro Petro lata nullas vires habeat. argum. ff. de inter. ac. non alienum. Item quia confessus, pro iudicato haberetur. ff. ad l. Aquil. proinde. Et si nolit respondere, pro confesso habetur. ff. de inter. act, de ætate.

§.qui tacuit. †Succurritur tamen illi, qui probabiliter deceptus falsum respõdisset, satisfacto tamen aduersario de interesse suo. ff. de interrog. act. de ętate. §. ex causa. Item contra istum, qui dicit nullam sententiam prolatam dabitur actori confessio sua Authentica, quæ perpetuò ipsi reo præiudicabit, etiam in alio iudicio. C. de libe. causa. iubemus. 2. q. 1. multi. veruntamen si poterit probare cõtrarium reintegra in hoc casu per ostensionem sententiæ, vel alio modo probatio præiudicabit confessioni. C. de iur. & fac. ign. error.

CAPVT XIII.

IMPVTARI. Quidam ponunt casum istius decre. in eo, qui producit duo instrumenta, vnum in quo continetur, quòd sit proprietarius rei aliud in quo continetur, quòd sit vsufructuarius, sed hoc non potest stare, quia potest esse, quòd primò fuit proprietarius, & postea vsufructuarius, vel ecõtrà, & sic non discrepant, sed concordant. Alij ponunt casum sic, aliquis produxit instrumẽtum, quòd promisit ei tali die. c. Bononiæ. Item produxit aliud instrumentum, quod ipse eadem die promisit tibi. c. Romæ. hæ enim scripturæ aduersæ sunt, & si non directè, sed p mediũ, vel indirecto, impossibile est enim hæc duo instrumenta simul vera esse, vt patet. sup. de testi. ex tenore. vel pone casum sic, primò produxi primũ instrumentum in quo continetur, quod ego pro ecclesia mea emi fundum à te pro 10. tali die & coram talibus testibus, postea produco aliud instrumentum, in quo continetur, quod eundem fundum emi Romæ nomine meo coram alijs testibus eadem die. Hæc enim non sunt contraria, nec per se nec p aliud mediũ, quia vtrumque esse potuit, sed ita diuersa sunt, quod non est verisimile rem ita processisse, & fidem sibi inuicem derogarent. Nescitur enim cui instrumento magis credendum sit, sed si à diuersis partibus producerentur huiusmodi instrumenta, tunc iudex inspicere debet, quòd magis est sine suspicione, & ei crederet, vel si vtrunq; est par pro reo præsumet. sup. eod. inter dilect. sup. de proba. ex literis. C. de contra. stip. optimã. ff. de test. ob carmen. §. fi. (contrarias) C. de fi. instru. diuersæ. (contrarias) secùs in testibus, quorum dicta non potuit præuidere sicut instrumenta.

CAPVT XIIII.

SI CAVTIO. id est, scriptura publica vel priuata talis scilicet, confitetur talis tantum se recepisse ab A. vel se tantum debere, secùs autem si diceret A. tantum accepit à B. Ar. contrarium. C. de do. cau. non nu. l. vlti. sed dic ibi non fuisse publicum instrumentũ. Item not. speciale, scilicet, in dote, vel in mutuo, vbi licet in instrumento hæ causæ exprimantur, non tamen sufficiant. C. de non nu. pec. si ex causa. generaliter. Auth. de tempore non so. pe. super do. col. 7. (indeterminatè) id est, nõ expressa causa. (in ea) etiam sine scriptis. C. de non nu. pec. generaliter (si causam) puta venditionis, donationis, vel consimilis (probaueris) puta quia confessus es te debere 10. fo. pro domo vendita, & tu probas modò, quòd eandem domum habes, quia aliam rem permutasti p ea. C. de rer. permu. ex placito. & l. cum precibus. vel probas eum alibi fuisse tempore cautionis emisse, vt sup. de tes. ex tenore. vel probat, quod causa fuit fraudulenter adiecta, cùm tamen nulla causa subesset, vel errando subiecit causam.

CAPVT XV.

1 *Quis habeat potestatem faciendi tabelliones, & vide in num. 3.*
2 *An alius præter Papam & Imperatorem possit facere tabelliones.*
4 *Ad hoc vt valeat consuetudo faciendi notarios requiritur consensus superioris.*

1 QVM P. (Tabellio.) †De tabellionib⁹ dicũt quidã, quòd quilibet potest facere tabellionem, qui potest dare, vel facere iudicem ordinarium, siue sit Imperator, siue Rex, vniuersitas, siue collegium, siue consuetudo, siue quicunque alius. Qui autem iudices facere possunt. not. sup. de offic. ordi. cùm ab ecclesiarum. in sum. C. de iur. om. iud. Alij dicunt, quòd qui potest dare tutores, potest facere tabelliones, qui autẽ tutores facere possunt. no. in sum. C. q dare. tu. pos.

Nobis autem videtur aliter, scilicet, quòd nullus potest facere tabellionẽ præter Papam & Imperatorem, qui horum vsum approbarunt, & inuenerũt, nisi fortè consuetudo vel speciale priuilegium Papæ, vel Imperatoris alicui hoc cõcesserit specialiter. arg. C. de eman. l. 1. & vlt. & inf. de excess. præla. accedentibus. in fi. Et hoc sic probo, certũ est, q cõtra ius est officium ciũ tabellionis, qa chartę animalis mortui creditur sine adminiculo alio: vt not. sup. eod. c. 2. Sed contra ius naturale nulli venire licet sua authoritate, sed potius temeritate propria, nisi principi, qui supra ius est, vt patet. ff. de leg. princeps. & infr. de concess. præbend. c. proposuit. sicut diximus in dispensatione, quę est contra ius. sup. de tempo. ordi. c. dilec.

2 †Sicut nec licet restituere infamem, nec legitimare illegitimos, nec arrogare, nisi principi, & paucis alijs quibus est specialiter concessum: vt not. inf. qui filij sint legi. vel ille. per venerabilem. ff. de post. l. 1. §. de qua. ff. de adop. l. 1. & 2. de regul. iur. cùm te. vbi not. Sunt enim huiusmodi quasi contra naturam, & miraculosa de infame facere bonæ famæ, & de illegitimo legitimum, & hominem sui iuris subijcere alij, & huiusmodi de tabel. autem habemus. in C. de tabel. per totum. & Authen. de tabel. tamen nunquam dicitur, quod alius, quàm Papa vel Imperator possit hoc facere, Tamen fatemur quòd si aliquis habet de consuetudine, quòd possit facere tabelliones, hæc consuetudo seruãda est. ar. C. de eman. l. 1.

Item fatemur, quod si alicubi est consuetudo, quod credatur aliquorũ scripturis, quòd consuetudo hæc seruãda est, sup. eo. cum dilect. Et licet hi, quibus consuetudo concedit possint dici notarij, quia in notas redigunt, quæ coram eis aguntur vel tabelliones, quia in tabellis scribũt, non tamen potestatem habent & officiũ publicũ, quòd tabellionibus à legibus datur, sed tantum illud habent quod cõsuetudo eis tribuit, quantum eis tribuit.

3 †Nõ credimus, quòd alius subditus ecclesiæ, vel imperio possit facere tabellionem, præter Papam vel Imperatorem, vel statuere, vel etiam pacto nudo se ligare, quòd credatur instrumentis alicuius priuatæ personæ, cùm eis non liceat contra leges publicas, & contra ius naturale sic aliquid statuere, sicut etiã dicimus in tutoribus & iud. quòd nisi imperator, lex, vel consuetudo concederet personis certis, quòd possent iudicare & tutores dare, quòd nullus, nisi Papa vel Imperator eos posset dare. Nullus enim præter prædictas personas posset constituere, quod libera persona per alium iudicaretur, vel obligaretur, credimus tamen quòd alij reges qui habent supremum, & merum imperium possent idem statuere de tabell. si vellent.

4 †Nec etiam mireris quòd per consuetudinẽ potest induci, quod aliquis inferior principe posset facere notarios, nõ tamen potest constituere, quin faciat ipse notarios, vel alij concedere quòd faciat, & est ratio in consuetudine ad hoc, vt valeat oportet, quòd interueniat consensus superioris principis tacitus, vel expressus, vt not. sup. de consue. in princ. Sed in constitutione secùs, quòd autem princeps superior approbat, ipse facere videtur. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. omnibus. (ordinarij) repete quæ dixi. sup. de test. Albericus.

CAPVT XVI.

1 *Quæ seruanda sint in publicatione testamentorum & etiam in testium publicatione. in num. 2.*
3 *Testamentum non dicitur authenticum, nisi fuerit per tabellionem scriptum. Exemplificatio sine iudice fieri non debet. Solennitates instrumenti, vt sigillæ, numerus testium, valent ad hoc, quod testatoris voluntas valeat, sed scriptura tabellionis ad hoc, vt possit fieri missio in ipsam hæreditatem.*
4 *Instrumentum quantumcunque authenticatum, non præiudicat alijs nisi, præsentibus vel contumaciter absentibus. Instrumenta quo casu possint transscribi.*

1 SI INSTRVMENTA. †Testamenta autem sic sunt publicanda in primis faciet iurare illum, qui petijt publicationem quod eam non petijt causa calumniæ. C. quemad. test. aperi. eius. argumen. ff. ad exhib. theatrum. Itẽ pro his omnibus vocabuntur hi quos res tangit. ar. sup. de testi. significauit. ff. de adopt. nam ita. Item vocabuntur testes inscripti in testamento, & si qui sunt absentes, vel etiam omnes, si commodè venire non possunt, mittetur ad eos testamentum, vt cognoscant si testamento interfuerint, & si consenserint omnes, publicabit illud, & hæc omnia debent publicè expediri. Probantur hæc. C. quemad. te. ape. l. 1. ff. quemad. te. ape. l. 1. & l. cùm ab inimicis. & l. seq. nec requirendus est tabellio, nam prædictæ leges non faciunt mentionem de tabellione, quia in eis loquitur de testamento, quod non erat scriptum per tabellionem. C. de testa. cùm anti. §. fin. & eodẽ modo facienda est publicatio, si nõ appareat testamẽtum, quia nõ fuit exinde facta scriptura, vel si facta fuit exusta vel

ſubtracta eſt.ff.quemadmo.teſt.ape. ſi in duobus.§.fi.hæc autem publicatio,quæ in multis legibus dicitur apertio teſtamenti, debet fieri apud certos iudices,&geſta in/teruenire debent. C.de teſta. conſulta. & publicari.& ex tunc ſunt Authentica inſtrumenta.

2 †Et ſimiliter eſt procedẽdum in publicatione teſtium receptorũ, de aliquo cõtractu non redacto in publicam formam, de qua loquitur ſup.de teſti. ſignificauit. quia tunc contractus,vel aliud actũ, quod erat tantùm in mente hominũ, redigitur in publicam formam,& ideò maior ſolẽnitas ibi adhibenda eſt,quàm ſi inſtrumẽtum publicũ deberet propter conſumptionem,vel aliam iuſtam cauſam publicari.

3 †Sic etiam eſt in teſtamento, quod nõ eſt authẽticum,nec publica ſcriptura, niſi ſcripta fuerit per tabellionem,ſi enim per tabellionem ſcriptum eſt, cùm ſit Authẽtica ſcriptura non oportet in aliam publicam ſcripturam exẽplari, niſi aliqua cauſa ſubeſſet, vt hîc.& quia teſtamentum q̃ à teſtatore,vel alia perſona priuata ſcribitur,quòd fieri licet.C.de teſt.cum anti. §. fi.& Authen.ibi ſignata. Et quod non ſit Authentica ſcriptura ex eo patet,quia ibi non eſt manus publica,nec ſigillũ Authẽticũ.§.e.c.Huius Authẽticatiõis, ſiue publicationis eſt effectus,qa p illius teſtamẽ/ ☞ ti ſiue inſtrumenti ſic publicati oſtenſionem,fit miſsio in ipſam hæreditatẽ p edictum diui Adriani.C.de edic.diui Adri. l. fi. Eſt & effectus, vt fidem perpetuã ſemp faciat.C.de teſt.l.2.aliàs autẽ licet ſigilla numerus teſtiũ,& alię ſolennitates valeãt ad hoc,quòd teſtatoris voluntas valeat, q̃ ſecundum leges ſi vnum ex his deficeret, nõ valeret,vt C.de teſt.l.ſi vnus. nihil aũt probant,niſi ſcripta ſint per publicã perſonam,vel ſigillo Authentico ſigillata,ſed in exẽplatione publicorũ inſtrumentorũ, hæc nõ ſunt neceſſaria,cũ illa Authẽticationẽ ſuã retineãt ex ſigillo vel ſigillo p̃lati vel tabelliõis:vt no.ſup.eo.c.1.q̃ ex eo apparet,qa etiã poſt mortẽ p̃lati vel tabellionis fidẽ faciũt,ſed hîc ſatis videtur, q̃ partibus præſentibus vel p̃contumaciã abſẽ/tibus,debeat fieri hæc publicatio. inf. de cõfir. vti.cũ dilecta.inf.de priui.ex parte. & ad hoc benè facit.C.de fi.inſtru.l.fi. Itẽ etiã ſi partes exemplificationi conſentiãt, ſine iudice non valet,vt hîc,licet partium conſenſus ſufficeret,ſine iudice ad faciẽdũ inſtrumentum de contractu,vel ſuper confeſsione de contractu iam facto.

4 †Imò plus videtur, quòd quantũcunq; Authẽticatum ſit inſtrumentum nõ præiudicat alijs,niſi præſentibus vel cõtumaciter abſentibus,& quid contra illud dici poteſt ſecundum tenorem prædictæ. l. C. de fid.inſtr.l.fi. vbi dicitur,quòd non ſufficit inſtrumentum exhiberi in iudicio, niſi & ei fides imponatur,quin ſemper illud exhibere teneatur.Nec eſt cõtra. ſup. vt lit.nõ cõteſt.quoniã.in prin.quia ibi eſt ſpeciale, nec dicitur propriè publicatio, ſed exemplatio vel tranſcriptio, ſuperiora autem dicũtur publicari propriè, quia cũ prius non eſſent publicata in publicã formam, tranſcribuntur. Poſſet tamen dici, quòd ſi aliqua inſtrumẽta ſunt in caſu perditionis propter vetuſtatem, vel aliã cauſam conſimilem,quia tunc etiam abſentibus partibus poſſent tranſcribi inſtrumẽta,ſi vocari & expectari nõ poſſunt.ar.inf. de confir.vti cũ dile.§.1.& ſup.vt li.nõ cõteſt. quoniã.in prin. Atteſtationes aũt & alia acta per tabellionem ſolum ſine teſtibus ſcriptę non ſunt publica ſcriptura,nec faciunt fidem coram alio iudice, niſi ſint publicatæ.Et no.quòd propriè Authentica exemplantur, & non Authentica publicãtur(inſpecta)hæc faciẽda ſunt vocatis his quos res tãgit.ſup.de teſti.ſignificauit.

†Sed quidam dicunt,& fortè non male,quòd ſi de verbo ad verbum exemplentur,& ſi iudex diligẽter inſpiciat ſigilla, & omnia alia, quæ neceſſe ſunt inſpici,quod benè valebunt talia exemplaria, ſed ſi vnũ inſtrumentum breuiter facit mẽtionem, puta quia dicit ſententiam latam, ſicut in publico inſtrumento,per manũ talis notarij confecto continetur, non videtur quòd per eius mentionem probetur ſentẽtia lata.Imò idem videtur, ſicut in publico inſtrumento videmus contineri: nã in hoc caſu potius videtur teſtimonium reddere, quàm vetuſta exemplare & authenticare,& hoc ſatis innuit hæc decr.de hoc etiam no.inf.de ver.ſig.c.abbate.

Idẽ videtur. Adde Car. in conſ.72. inci. ſigillatim ſingula. col. fi. Et ibi intelligit hoc verũ, niſi partes fuiſſent præſentes, & nõ appellaſſent, quia tũc probaret plenè allegat.Inno. ĩ c.quoniam cõtra.ſup. de prob. & m c. cum in fure. ſup. de offic. delegat.

TITVLVS XXIII.

DE PRAESVMPTIONIBVS.

CAPVT I.

1 *Malum & damnum ſemper præſumuntur fieri malo animo, niſi contrarijũ probetur.*

SICVT NOXIVS. (Mittit) manifeſtè(mortem)id eſt, vt occidat.ff.ad l.Aquil.nãlud• (ludẽs) † malũ enim & dãnũ ſemp̃ pręſumitur fieri malo animo, niſi contraria præſumptio valeat: vt ff. ad l. Aquil.dotem ſi obſtetrix.§.fi.& l.nam ludus. & l.item mela. in princip.

CAPVT II.

AFFERTE MIHI. (Diuidite) non ſuadendo ſed tentando loquitur,& probãdo præſumptiuè,vt videlicet ex hoc præſumptionem poſſit habere,& iudices ſumant inde exemplum(commota)interpoſitio,id eſt, præſumitur,quia diligit.inf.c.proxi. & 23. q. 4.ea vindicta.circa princip.

CAPVT III.

EX STVDIIS SVIS. etc.

CAPVT IIII.

NVLLVS DVBITAT. (Confitetur) confitetur quis interpretatiuè. 11.quæſtio. 3. rurſus.3. quæſtio. 9. decernimus.& hoc ore.15.quæſt.6.c. 1.& rei euidentia.38.diſt.priuſquam. (cõfitetur) id eſt,præſumpturi cõtra eum, nõ tamen condemnatur, ſed punitur in expenſis,& aliquando grauius.ſup.de iudic. c.1. C. de iudic. ſancimus.11.q.3.rurſus.

CAPVT V.

NONNE BENE DICIMVS. Quia erat veritas quòd eſſet Samaritanus aliqua præſumptio eſt ſed non probatio tacere.

CAPVT VI.

MANDATA COELESTIA. & infrà.

CAPVT VII.

QVOSDAM. 16.diſt.quod dicitis.

CAPVT VIII

QVANTO. & infrà.

CAPVT IX.

SCRIBAM. Ironicè quaſi nõ ſcribam,ſedſupplę plenè, & eſt ar.inducias concedendas malitioſè petenti.ff. de verb. ſignifi.ſi inſulam.

CAPVT X.

1 *An debeat admitti, volens aliquid non veriſimile probare.*

2 *Quæ dicatur præſumptio iuris & de iure. Iudex debet temperare ſententiam, maximè in infligenda pœna corporali, vbi ex præſumptionibus proceditur.*

QVIA VERISIMILE. ſup. de renunc. ſuper eo. ſupr. de reſt.ſpo.ſolicitæ. ff. de prob. l. de indebito. (conceſſerit) id eſt, per ordinarium concedi fecit.

1 †Veriſimile)not.quòd vbi aliquis vult probare aliquid,quod non eſt veriſimile, non eſt ſuper hoc eius admittenda probatio,niſi aliquid ſit,quod huius præſumptionẽ elidat,puta fama loci, vel bonitas teſtium,vel alia rationabilis circumſtantia. ad idem ſup. de procura. in noſtra. infr. de no.ope.nun. c.2.de præſum.no.quia ſi eſt temeraria,reprobatur.2.q.1.primo.inf. de ſen.excommuni. inquiſitionis. violẽta eſt ſufficiens ad ſententiandum.32.q.1.dixit.inf.e.literas.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iur,filium.Circa hoc tamẽ diſtingue, quia alia eſt iuris,& nõ de iure,& hæc admittit probationem.contrarium. 25. q. 3. extraordinaria.27.q.1.nec aliqua. ſupr. de proba.propoſuiſti.C.de epiſ. & cler. Authent.legitimam.12.q.5.nulli.inf.de teſti. requiſiſti.ff.de do.inter vir.& vxo. quintus.C.eo.tit.etiam.

2 †Eſt autem præſumptio iuris,& de iure .ſ.quando quis aliquid ſtatuit ſuper certo facto,& contra hanc non admittitur,pbatio.inf.de ſpon.ad id.& c.is qui.inf.de cõdi.appo.per tuas.& c.de illis.infr. qui maccu.poſſ.inſuper.& de ſpõ. commiſſum. 54.di.fraternitatem.27.diſt.quod interrogaſti.27.q.1.viduæ.inf.de reg.vidua. C. de rei vxo.act.l.1.in prin.ff.de ſtatu.ho.qui in vtero.inſti.de excu.tut.§.filij.ff. de lib. & poſth.Titius teſtamento. §. Lucius. ff. de ver.ſigni.quòd mortui.Probabilis, quãdo ſemiplenã probationẽ inducit. inf.de ſen. excom.inquiſitionis.inf.de reſti.ſpo.ſolicitæ.Quãdoq; ſufficit ad inducẽdam purgationem.ſup.de pur.ca.ſi quis de gradu. 2.q.5.presbyter. Itẽ quãdoq; requirit pbationes contra ſe.ff.quòd met.cau. non eſt veriſimile.C.de contrahẽ. ſtip.optimam. Quandoq; nullas admittit,niſi ſit fama vel alia circũſtantia contra eã, vt hîc. Quandoq; infundit probationẽ in reum.infr.vt eccle.beneſi.vt noſtrũ.vbi no. C. de pbaſiue.Quãdoq; etiã adducit ſecũ ſententiã. inf.e.illud literas.ſup.eo.afferte.de ſtipu. ſeruo.l.quod ſi ſeruus.not.tamen quod vbi ex præſumptionibus proceditur, multũ debet iudex temperare ſententiã, & maximè ne condemnet, niſi raro & modicè ad pœnam, nec pecuniariam,nec corporalem, quòd potes benè colligere ex ſententia

tentia Salomonis, ſuprà eodem, afferte. vbi licet ex præſumptione voluit adiudicari vni mulieri filium, non tamen voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam iuſtiſsimè erat condemnanda, ſi legitimè eſſet probatum contra eam, quòd filium alterius clam ſurripuiſſet.

Quidam tamen has præſumptiones, quas diximus probabiles dicunt violentas: ſed hîc non eſt vis, niſi in verbo, quæ eſt pertinacibus relinquenda (fama) fama enim ſupradictam præſumptionem diminuit.

CAPVT XI.

1 *Donatio propter nuptias locum non habet, niſi vbi eſt matrimonium.*
2 *Nunquid per productionem inſtrumẽti propter nuptias probetur matrimonium.*
Fama vicinæ multùm probat, vt matrimonium præſumatur.
3 *An ſi quis probet ſe multo tempore ſtetiſſe in eccleſia, vel cum vxore, per hoc debeat in cauſa obtinere.*

ILLVD QVOQVE. (Vendicas) adiecta cauſa de iure canonico ſicut & filius petitur pro rei vendicatione adiecta cauſa de iure quiritum. arg. ff. de r e vendi. l. 1. §. 1. (inſtrumẽtum) inſtrumento autem ſoli non ſtatur quia confectum eſt ſuper dote & nõ ſuper matrimonio (nominãt) quæ nominatio præſumptionem inducit. 32. quæſtio. 4. dicat. ff. de probatio. l. vlti. ſed non ſufficientem probationem. C. de probatio. non nudis. (donationem) quòd ſolis liberis conuenit & non ſeruis. C. de lati. liber. tol. l. 1. §. ſed & ſi quis. ff. de iure do. ſi mulier. §. eius nomine. (vitioſum) id eſt, ad hoc confectum vt dominus videns & tacens ſeruum nupſiſſe/conſenſiſſe, quòd eſſet liber/videatur. C. de lati. liber. tollen. Authẽ. ad hæc & ſi negaret dominus eum nupſiſſe appareret inſtrumentum.

1 † (Ille) ſeruus mulieris (moræ) præſumptio elidens præſumptionem (attendi) ad conſeruationem matrimonij, vbi non fit præiudicium alij matrimonio. de hoc ſup. de teſt. præterea. cùm quis. & licet fama plurimum adiuuet, tamen per eam non adiudicarunt matrimonium, ſed per inſtrumentum quo continetur donatio propter nuptias, & quo ſe coniuges nominabant, donatio enim propter nuptias non habet locum, niſi vbi eſt matrimonium. inf. de do. inter vir. & vxo. c. & ſi neceſſe. & quòd obijciebatur cõtra inſtrumentum, quòd fraudulenter erat confectum, non probabatur, nec præſumebatur ſi notarius conſueuit fideliter ſuum officium exercere. inf. e. c. in fi.

2 † Et tamen dicunt quidam, & non malè, quòd licet produceretur inſtrumentũ donationes propter nuptias, vel etiam dotis, propter hoc non probaretur matrimonium, ſi alij matrimonio primo contracto fieret præiudicium, in matrimonio enim neceſſe eſt interuenire verba, ſi loqui poſſunt contrahentes. inf. de ſpon. tuæ. Item talia verba ſunt neceſſaria, quæ mutuum conſenſum de præſenti exprimant. inf. de ſpon. c. pe. & inf. de ſpõ. duo. c. 1. item hoc diligenter attendendum eſt, quòd ſi aliqs petit aliquam in vxorem, & probat quòd per decem annos ſimul cohabitauerunt, & fama vicinię habet, quòd eam tenuit in vxorem quòd ſentẽtialiter obtinebit, nulla enim æquè eſt probatio bona in his, ſicut fama viciniæ. Et videtur multò fortius, quòd ſi agat poſſeſſorio ad reſtitutionem poſſeſsionis vxoris, & probat tenuiſſe eã, & fama eſſet quòd tenebat eam vt vxorẽ, quòd obtinebit in poſſeſſorio, imò plus videtur quòd etiam ſi non probaret de fama viciniæ ſed tantum probaret per duos vel tres teſtes, quòd vir cum vxore iacuit, vel ſtetit volens & intendens in ea quærere, vel ſeruare iuris poſſeſsionem: vel vinculi vxoris, & ipſa mulier hoc ipſum ſciebat quòd hîc intendebat vir, quòd iudicabitur matrimonium inter tales, & erit, ſi ſpoliatio interuenerit vxor viro reſtituẽda, imò fortè eædem probationes ſufficerent in petitorio ad probandum matrimonium verum. Item à ſimili eius, quòd hîc dicitur de matrimonio carnali, videturidẽ in ſpirituali, quia ſi aliquis diu ſteterit in aliqua eccleſia, vt clericus vel vt rector, & probat per famam viciniæ, quod ita ſit quòd nõ ſolùm in poſſeſſorio ſed etiam non petitorio iudicabit pro clerico. ar. ſup. e. qa veriſimile. & ſi contrarium dicatur ſequitur magna abſurditas q; oportet ſemper quaſcunq; habere ꝓbationes paratas de ſua inſtitutione canonica.

3 † Nobis videtur, quòd licet aliquis probet ſe multò tempore ſtetiſſe in eccleſia, vel cum vxore & famam viciniæ ſic ſe habere, quòd eccleſiã tenebat pro ſua, & mulierẽ ꝓ vxore ſua, nõ tamẽ valet ſibi intantum, quod ſentẽtia feratur ꝓ actore, nam cũ vtrobiq; petet eccleſiam, & mulierem quaſi ſuam, niſi probet de iure ſuo, reus abſol-

abſoluetur. C. de probat. actor. & hoc ☞ niſi conuentus probetur in mala poſſeſſione fuiſſe, tunc enim ipſi conuento incumbit probatio, vt notat. per eundem ſup. de his quæ vi metúſve cau. fiunt. in rub. Nec ſequitur abſurditas, quia vix aut nunquam poteſt contingere, quin petens eccleſiam, vel vxorem, habeat aliquod auxilium ad recuperandam poſſeſsionem, de quo contrario autem ſequeretur abſurditas, quia eadem ratione, ſi aliquis probaret quòd domum vel poſſeſsionem aliquam poſſediſſet aliquanto tempore pro ſua & ſuper hoc haberet famam viciniæ, debet obtinere eriam in petitorio, quòd conſtat eſſe falſum, quia debet probare legitimum titulum atque dominium. ff. de rei vendic. in rem. act. alioquin reus abſoluetur. C. de rei ven. l. fi. (conditum) id eſt, ſi nihil contra inſtrumentum obijciatur.

CAPVT XII.

LITERIS FRATERNITATIS TVAE. (Locis & latebris) talia enim loca vitare debent ſuſpecti. 35. q. 6. ab iſto. & niſi iurauerint, imponitur eis pœna. infr. de cohab. cle. ſi quiſquam. Authent. vt lice. matri & auiæ. §. is quoque. colla. 8. (violenta.) 32. quæſtio. 1. dixit.

CAPVT XIII.

1 *Copula carnalis an probetur per confeſſionem cum fama.*

TERTIO LOCO. (Proponebat) hoc non ſufficit ad probationem, ſed præſumptionem (proponebat) allegat turpitudinem ſuam, & auditur. ſi. 35. q. 3. extraor. contra. inf. de do. inter dilectos. & eſt hoc propter periculum animæ. (credere) non ſufficit ad probationem, ſed præſumptionẽ. † Inuia) 1 hanc credo violentam præſumptionem per quam iudicandus eſt. ſup. c. proxi. 35. quæſtio. 6. ab iſto. Alij dixerunt nihil eſſe in hac decre. ſufficiens ad probationem, ſed omnia ſimul. ff. ex qui. cau. ma. nec non. §. ſi quis. 3. quæſtio. 9. teſtes. 35. quæſt. 6. ſi duo viri. ff. de teſti. ob carmen. §. ſi teſtes. (confeſsi ſunt) dicunt quidam hoc ſufficere cum fama, vt hîc. & 35. q. 6. ſi duo. ſed contra. inf. de eo qui co. conſan. vxo. ſuper eo. & c. licet.

† Sed reſpondeo, ibi confeſsionem eſſe & rumorem, quòd non ſufficit, vt ibi, quia aliud eſt rumor, & minus quàm fama, & hîc placet. Alij dicunt, quòd non ſufficit confeſsio cum fama: vt inf. de eo qui cog. ſuper eo. non contradicit hæc decre. quia hîc erat confeſsio partium cum fama, & vagatio per numora, & intelligunt illud c. 35. q. 7. ſi duo. loqui tantùm, quando cõfitentur ambo coniuges conſanguinitatem, & fama adiuuat, in quo caſu talis ꝓbatio ſufficiens reputatur. Secùs autem quando confiteretur turpitudinem ſuam, ſicut hîc, & in decre. præallegat. ſuper eo. Vel aliud eſt, quando partes confitentur, vt maritus & vxor, vt c. ſi duo. aliud ſi adultera, quæ eſt pars: vt inf. in decr. ſuper eo. (ſeparari) & hoc denegari non præſumitur.

CAPVT XIIII.

LITERAS. (Impetebat) Denunciauerat enim crimen eorum Papæ, vel petebat bona eorum, quia hæreticus erat. (Reſeruata) quę non tollitur per hoc ipſum quòd arbitri eliguntur, etiam ſi hoc non exprimeret, quòd ſibi eam reſeruaſſet (fratre) 23. q. 8. leges. (Vehementem) non tamen violentam, quia benè tunc pro ea condemnaretur. 32. q. 1. dixit. ff. de reb. dub. ſimiliter, & contra violentum admittitur probatio in contrarium. ſup. de probatio. propoſuiſti. 25. quæſtio. 3. extraordinaria (præter) id eſt, omiſſo iureiurando, ex quo ſemel deierauit. 32. quæſtio. 5. paruuli. 3. q. 7. non potes. Vel dic, quod iurabit, & ſuperaddet alias cautiones.

CAPVT XV.

VM IN IVVENTVTE. (Naturale.) C. de epiſc. eum qui (detuliſſet) id eſt, denunciaſſet. & no. quòd denunciare quis poteſt per procuratorem a & etiam proſequi denunciationem. ſup. de teſti. ex parte. A.

a *Per procuratorẽ. Adde in hoc Bar. in l. non ſolùm. §. morte. ff. de no. ope. nunt. & Fel. in c. cũ M. Ferra. co. 17. ver.*

CAPVT XVI.

1 *Iuriſdictio dicitur eſſe nulla: vbi conditio non eſt vera.*
2 *Circa officium meri executoris quædam ſcitu non indigna hîc habes.*
3 *Non licet contra prouiſionem delegantis aduerſarijs ſe opponere.*
4 *Prouiſio facta a delegante quando teneat.*
5 *Poteſt prouiſor aſſumere ſibi partes iudicis.*

ſeptima concluſio. ſup. de conſti. & ibi quòd in hoc non requiritur ſpeciale mandatum.

DVDVM

DVDVM ARCHI. (Nequaquam) non erat exceptio hîc ad declinandum examẽ, ſed in principali negotio differendo. ff. ad exhib. l. 3. §. ibidem, contra. de fo. compe. c. ex parte B. & tunc ſi proponeretur erat legitima. inf. de inſtit. c. 1. & c. authoritate. Idoneus) hæc verba non ſonant cõditionem, ſed admonitionem, vt faciat ea ad quæ aliàs de iure tenetur. ſi. ſupr. de elect. ſignificaſti. ff. de teſt. cu. muto. §. 1. ff. de verbo. obliga. ſi decem. Item hæc verba non præſtãt nouam formam mandato, ſed inſtruunt executorem, vt ſciant qualis debet eſſe is, pro quo ſcribitur. ſi. ſup. de ele. eccleſia veſtra. & propter hoc videtur etiã, q, ſi minus idoneus ſit teneret prouiſio & ſententia excõmunicationis, & quæcunq; alia lata cõtra rebelles, licet ſit iniuſta, quia benè habet iuriſdictionem in his, ſed ſecùs eſſet ſi talis eſſet clauſula, quæ conditionẽ adduceret. VERBI GRATIA: Prouideatis tali de tali eccleſia; ſi eſt de illo vico oriundus, quia hîc benè eſt conditio & certa forma adiecta mandato, & ideò ſi aliũdè ſit oriundus, non valet prouiſio, nec ſententia excõmunicationis propter hoc lata; quia ſuper his iuriſdictionẽ non habebat, quia erat certa forma & conditione limitata, q̃ delegato egredi non licet. ſup. de reſcrip. cùm dilect. Item ſi huic petenti, quòd ſua prouiſio ante omnia ſortiatur effectum. inſt. de emp. conſtitutis. 2. obijciatur, quòd hoc non debet fieri, quia ille q̃ petijt ei, non habuit poteſtatẽ ſuper hoc, audiendus eſt autem, quòd ei detur effectus prouiſionis, & hæc eſt ratio diuerſitatis, qa hîc contenditur de fundamento iuriſdictionis, id eſt, an habuit poteſtatem ei prouidendi, & ideò de hoc inquirendum eſt, antequã prouiſio quæ iuriſdictioni acceſſoria eſt ſortiatur effectum. ar. ſup. de offi. dele. cũ in iure. ſup. de fi. inſtr. cùm dile. §. cæterũ. cũ ſuis concor. ſed ibi. ſ. in decr. cõſtitutis, non contendebatur de fundamẽto, quia conſtabat quòd epiſcopus poteſtatem habebat confirmandi, ſed dicebatur, quòd cõfirmatio erat iniuſta, ſecùs eſt ergò in quæſtione propoſita.

1 † Item iuriſdictio data nulla eſt, niſi cõditio ſit vera. ff. de ver. ſig. cedere. vnde hîc conſtat, quòd prouiſio à tali executore facta, eſt ipſo facto nulla, & ex hoc quòd nõ obſtãte tali prouiſione tenet electio facta ab illis, ad quos aliàs pertinet de iure communi, vel ex delegatiõe ſuperioris eligere, ſed ſi aliàs nulla ſit electio, puta quia facta eſt ſcienter de indigno, dummodò facta ſit ab illis, qui iuriſdictionem, vel poteſtatem habent prouidendi, non transfertur poteſtas eligendi, neq; ad primos, ad quos iure communi pertinebat, neque ad illos delegatos qui ſimilem poteſtatem prouidendi habebant, imò tantùm ad delegantem redit poteſtas, hæc vt nota. inf. de exceſ. præla. inter.

2 † Item ſuper huiuſmodi mandatis not. quòd ſi vtroq; prædictorum modorũ ſcribatur, merus executor eſt, ſi vult vnde ſine vlla cauſæ cognitione ſtatim de vacante præbenda prouidere poteſt. Itẽ licet merè ſit executor, poteſt aſſumere officium iudicis, vt inquirat, an pro quo ſcribitur ſit idoneus, vel ſit de loco oriundus, & hanc inquiſitionẽ per ſe poteſt facere ſine partibus, vel etiam conuocatis partibus, vel his quos res tangit, dummodò ille qui prouiſionem committit iuriſdictionem habeat, quia commiſſa prouiſione, videtur etiam commiſiſſe ea, ſine quibus prouiſio non poteſt fieri commodè, vel rectè. ſup. de offic. deleg. præterea. ff. de iur. om. iud. l. 2. Item cùm ipſe delegans vtroque prædictorum modorum poterit procedere, eodem modo & delegatus. ar. 93. diſt. c. ff. 94. diſt. c. 1.

Sed ſi proceſsiſſet primo modo, ſcilicet, prouidendo ſine cauſæ cognitione, etiam ſine appellatione, & poſt 10. dies poterit obijci contra huiuſmodi prouiſionẽ. inf. de ap. conſtitutus. & not. ſup. de cauſa poſ. & propri. & cùm olim.

Si autem proceſsit ſecundum modum, ſecundum, ſcilicet, inquirendo de meritis perſonæ, & poſtea prouidendo ſine cauſæ cognitione, tunc niſi illi quos res tangit, appellent à prouiſione intra 10. dies, fit ſibi præiudicium, vt ſuper his de quibus inquiſitum eſt vlterius dicere non poſsint ſup. de elect. cùm dilecti. vbi not. Item videtur, quod eodem modo poſsit ſibi aſſumere inde officium, etiam ſi ſimpliciter ſic mandatum ſit, prouideatis *tali de tali* præbenda, etiam ſi non ſit ibi aliqua clauſula talis, ſcilicet, ſi eſt idoneus vel conſimilis, & hoc ratione ſupradicta, ſcilicet, & cui committitur principale & acceſſorium. ſup. de offic. deleg. prudentiam. §. 6. in fi. Secùs autem eſt, ſi tantum miniſterium eſſet commiſſum vel executio mera: vt patet. ſup. de of. dele. paſtoralis. §. quia vero. & c. quoniam apoſtolica.

Alij melius diſtinguunt in ſecũdo caſu, ſcilicet,

ſcilicet, vbi verba non ſonant in monitione, ſed in conditione, vt ibi prouideas tali, ſi eſt de tali loco oriundus, vel ſi docuit in theologia, nam ſi per huiuſmodi literas tollitur ius alicuius, vel fit præiudicium, vt puta quia ad epiſcopum vel capitulum pertinebat prouiſio, non valet prouiſio ab huiuſmodi executore facta, niſi vocatis partibus ſiue his, quos res tangit præcedat cognitio ſuper conditione. 25. q. 2. & ſi nõ. & de reſcrip. cùm dilecta. & idem videtur dicendum, vbi aliquis mandat alicui aliquem citari ad extraordinarium iudicẽ, vel vltra duas dietas, quia eo quòd corã ordinario iudice timet litigare propter potentiam aduerſarij, & idem eſt vbi mandatur fieri inquiſitio, ſi præcedat infamia. inf. de accu. cùm oportet. & idem eſt in ſimilibus, niſi fortè eſſet notoria cõditio, quia tunc non eſt ſeruandus ordo, ſed hoc ipſum debet exprimere, vel in relatione, vel in interlocutoria, vt ſi præſentibus partibus expedita ſit, vlterius non ſit ei facultas contradicendi, niſi appellarer. 2. quæſtio. 6. biduum. Sed ſi per huiuſmodi literas non tollitur ius alterius, nec fit alij præiudicium, vt ſi ille ad quem pertinet prouiſio mandet alicui, prouideas tali, ſi eſt de tali loco oriundus, benè tenet prouiſio, etiam ſi non præceſsit vlla inquiſitio ſuper conditione, & etiam ſi partes non vocentur, quia nec partes in hoc eſſe poſſunt cùm nullus contendat ad ſe pertinere prouiſionem.

3 † Et ſi dicat imò ſit præiudicium eccleſiæ, cui magis expediebat habere ortum de loco quàm aliundè. Reſpondeo, quòd hoc non pertinet dicere aduerſarijs ſe opponentibus contra prouiſionem delegati, ſicut non licet eis opponere contra prouiſionem delegãtis, vel dicit quòd nos non negamus, quin nulla ſit prouiſio, ſi non ſit ſeruata forma mandati, ſed illud tantùm negamus, quòd non eſt neceſſe vocari partes. Item dicimus etiam in præmiſſo caſu, ſcilicet, quando partes vocandæ ſunt, quòd tantùm de plano procederet in examinatione conditionis vel clauſulæ, nec dabitur libellus, nec alius ordo ſeruabitur. infr. de ſpon. cùm in tua dioce.

4 † Tu dic, quòd ſiue verba ſonent in monitione ſiue in conditione, ſemper tenet prouiſio facta à delegante etiam cognitione nulla præmiſſa, quia non fungitur in prouiſione vice iudicis, ſed prouiſoris. ſup. de elect. c. venerabilem. §. obiectioni. & idem eſt in citatore, cui mandatur quòd citet aliquem ſi propter potentiam aduerſarij non poteſt coram ordinario iuſtitiam habere, hic enim potius fungi officio citatoris, quàm iudicis, & idem eſt in cæteris ſimilibus, & ideò nullum ordinem iudiciarium ſeruare tenetur, tamen ſi conditio vel monitio non eſt vera caſſabitur, vel caſſum denũciabitur, quòd per huiuſmodi prouiſionem factum eſt tanquam per obreptionem obtẽtum: vt patet. inf. de ſen. & re iud. c. cùm olim. §. fin.

5 † Item videtur quòd ſi iſte prouiſor aſſumat ſibi partes iudicis, quòd poteſt: vt no. inf. de conceſ. præben. propoſuit. tunc ſi propoſita hac exceptione quòd conditio vel monitio non eſt vera, nõ audiatur accipiẽs, iuſtè poterit appellari ex ea cauſa, quia cùm procedat vt iudex & non admittat, quod admittere debet *non* ſeruat iuris ordinem.

Alij autem contrariũ dicunt. ſ. quòd ex ea cauſa non poteſt appellari, quia nõ ſeruat ordinem, cùm nõ debeat ſeruare, quia hanc examinationem tantùm ad ſuam inſtructionem facit, & quia tantùm ſummariè cognoſcit. ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper, & ideò etiam non eſt ibi neceſſaria ſententia, contra id quod eſt. ff. de iud. de quare. & ſup. de cau. poſ. cùm ſuper. in fi.

☞ † Si autem in litera diceretur, ſi tibi conſtiterit, quòd ſit de tali loco oriundus, tũc quia non poteſt cõſtare, niſi partibus præſentibus, vbi per prouiſionem detrahitur iuri alterius, & quia vice iudicis fungitur, non valebit quòd fiet, niſi præmiſſa cognitione, licet aliqui contradicant. Si aũt per prouiſionem nullius iuri detrahitur, puta quia ad eum qui mandat pertinebat prouiſio, tũc valet, quòd facit etiã ſi nulla præcedat cognitio, quia prædictã cognitionem videtur ei committere, non tanquã iudici, ſed tanquam viro diſcreto. Quãdo autem iudex velut inquiſitor procedit cũ debeat ſeruare ordinem iudiciarium, primò de conditione inquirere debet, quàm procedat in cauſa principaliter commiſſa. inf. de accuſ. cùm oportet. ſup. de reſcr. c. cùm dilecta. & idem eſt in ſimilibus. Aliqui contradicunt in clauſula, quæ autẽ in literis conſueuit apponi, ſcilicet, quòd ſi non omnes, etc. certa forma conditionis data intelligitur. ſup. de reſcript. ſciſcitatus. ff. de offi. deleg. prudentiam. (probandi) inf. de verbo. ſignifi. dudum. ſupr. de ſcru. c. 1.

TITVLVS XXIIII.

DE IVREIVRANDO.

CAPVT I.

EX ADMINISTRATIONIS. (Cogatis) sup de testi. cogend. venerabilis.

CAPVT II.

1 *Qui iurauit non repetere res ecclesiæ, vel suas, an absoluatur à iuramento.*
2 *Contra iuramentum suum proprium non datur restitutio in integrum sed absolutio tantùm.*

1 PERVENIT. †(Rebus suis) non solùm, si rebus ecclesiæ per vim spoliatur, sed etiã suis proprijs, & de eis non repetẽdis iurauerit, absoluetur à iuramento, & eas repetet: vt hîc. ꝯ. co. si verò. §. verum. Si verò ne violentia vel dolo adiurauerit res ecclesiæ superior, vel faciet prælatum, qui abiurauit actorem cõstituere, qui petat, vel dabit curatorem ecclesiæ bonis, vel alio modo prouidebit, sicut melius poterit, quòd res ecclesiæ recuperentur secundò iurans, quòd non directè veniet contra proprium iuramentũ, sed tamen res ecclesiæ recuperentur. ar. ff. de nego. gest. at qui. §. cum me. sup. de cõsti. cũ veniſſet. in fin. inf. eo. c. ad nostram. c. 1. & 2. & c. debitores. & c. quemad. §. fin. etiam si per alium non potest recuperari, ipsi dabitur licentia conueniẽdi & res ecclesiæ repetendi, quod probo, quia nõ potest iuramẽtum seruari sine interitu salutis suæ, ergò cõueniri debet. sup. eo. si verò. & inf. eo. tua. & ita dicendum est, si tutor iurauit de rebus pupilli non repetẽdis. Si autẽ res suas adiurasset, illud benè seruare tenetur. sup. quod met. cau. c. ad audientiam. ad fi.

2 †Et not. quòd nulli contra iuramentũ suum proprium, datur restitutio in integrum, sed absolutio tantùm. Contra iuramentum autem ab alio præstitũ, benè datur in integrum restitutio. ff. de iureiur. nã postea. §. si minor. (iuramenti.) Iste nulla ratione teneri potest, quin res ecclesiæ repeteret, sed de hac materia diximus sup. q. met. cau. ad aures. (absoluimus) de facto & est si. 3. q. 1. audiuimus. 11. q. 34. excellentissimus. vel absoluitur à peccato, non obseruatione ad quam tenebatur.

CAPVT III.

1 *Periuro an sit iuramentum seruandum.*

PERVENIT. (Melius) ff. qui satisd. cogã. l. vlt. 22. q. 4. mulier. & q. 2. beatus (comutat) authoritate superioris. inf. de voto. ex mũlta. in prin. (minimè) not. si duo aliquid sibi adinuicẽ iurauerunt, † si vnus non seruauit iuramẽtum, nec alius tenetur seruare. inf. e. sicut duo (minimè) 28. q. 1. si infidelis. ff. de inoffi. testa. si instituta. C. de pac. cũ proponas.

CAPVT IIII.

1 *Papa vbi est, ibi limina apostolorum esse intelliguntur.*

EGO N. EPISCOPVS. (Petro) id est, fidem, quam beatus Petrus tenuit, & docuit, fideliter obseruabo (sanctæque) quia eam matrẽ, & magistram, & omnibus alijs præcellentem & dominam tenebo (Ad eorum) id est in diminutione fidei beati Petri, & in derogatione honoris ecclesiæ, vel in læsionem personæ Papæ (papatum) id est principatum, tam in spiritualibus quàm in temporalibus (& regulas) id est, canones summorum Pontificum, & etiam aliorum sanctorum Patrum per ro. eccle. approbatos. 3. dist. canon. 16. distin. sancta. 17. dist. per totum. & 11. dist. per totum (ordine) expone: vt inf. de simo. ne Dei. (Apostolorũ) scilicet, Petri & Pauli, Apostolorum autem limina ibi esse intelliguntur, † vbi Papa est, quòd sic exponi debeat, patet ex eo, quod sequitur, nisi eorum absoluatur licentia, quod de necessitate oportet exponi, id est, nisi absoluatur per Papam, qui illis liminibus præest, & qui eorũ vices gerit, & authoritate fungitur.

CAPVT V.

NVLLVS EPISCOPVS. (Iurare) hi enim iurant ei obedientiam: vt notat. sup de ma. & obe. legebatur. Homagium autem facere non debent. inf. de reg. iur. c. vlt. vbi no.

CAPVT VI.

1 *Nunquid soluens sciens indebitum, possit illud repetere.*
2 *Potest episcopus dispensare ex causa iuramẽtis licitè præstitis.*

DEBITO-

DEBITORES. (Restituendas) Primò cogendi sunt creditores relaxare iuramẽta, super soluendis sibi à debitoribus. sup. c. 1. & inf. de vsur. tuas. Si autem nullo modo possint induci ad relaxandum, iudex ipse relaxabit. arg. infr. eo. cùm quidam. §. vl. vbi dicitur, quòd iudex relaxat iuramenta illicita. ad idẽ. sup. de testi. cõstitutis. 1. 15. q. 6. authoritate. Si verò non sit præsens creditor, & ideò induci non possit, nec iudici constet, quòd sit prouisum ex causa vsuraria, & ideò nõ possit absoluere, quia absolutionis terminus instet, vt secundum iuramentum soluat.

1 †Soluet) sed postea repetet, vt hîc. Contra, quia si scienter soluit etiam indebitũ, ergò non poterit repetere. vt ff. de re iud. cuius. ff. de condi. indebi. l. ar. contra. ff. de solu. q soluit sic. & l. qui hominẽ. §. vl. ff. de reg. iur. inuitus. §. 1. ff. de superfi. l. 1. §. planè. ff. de dolo. ex dolo. Solu. ad omnia prædicta, quia si speciale est hoc, ꝓpter fauorem obseruantiæ iurisiur. si verò iurauerit a non repetere denũciabit ecclesiæ, & ecclesia compellet eum ad pœnitentiã, quã non potest agere, nisi soluat, vel reddat vsuras, vel etiam iudex sine aliqua denunciatione præcipiet ei sub pœna excommunicationis, quòd quicunque scit, dicat veritatem, & sic coget vsurarium ad restitutionem. inf. eod. ad nostram. Si verò iurauit non denunciare, tale iuramentum seruandum non est, quia est cõtra regulam euangelij. inf. eo. quemad. in fi. 2. q. 1. si peccauerit.

2 †Credimus tamen quòd in aliquibus hunc ordinem immutari possint, & per hæc apparet, quòd episcopus in iuramentis dispensat, si sunt dolo vel metu, vel vi exorta. 15. q. 6. c. 1. & 2. & inf. eo. cùm contingat. Imò dispensare potest ex causa in iuramentis licitè præstitis. 15. q. 6. nos sanctorum. & c. iuratos. quin imò, nam si iurassem certo die gladium redditurum alicui, & tunc contingeret, eum esse furiosum, non deberem sibi gladium reddere. 22. q. 2. ne quis. quamuis possit dici, quia tunc non necessaria est dispensatio, sed potius est dicendum, quòd iuramentũ nõ extenditur ad hunc casum, de quo non præsumitur cogitatum. arg. ff. de transac. qui cum tutoribus. ad fi. vel intelligitur ibi conditio, si Deo placuerit, Deo autem non placet quod furioso reddam. Sicut etiam licitũ est principi seculari aliquid

a *Si verò. Ad hæc dicta lũ. vide Pet. de Auch in cõsi. 198. inci. præd. subtiliter. col. 2. post med. Et eundem Petr. de Anch. in cõsi. 254. incipien. casus talis est.*

statuere, vel facere ex causa in præiudicium iuris alterius, vt not. sup. de consti. quæ in ecclesiarum. Item credimus quod in melius possit commutare, namque si quis iurasset ire ad sanctum Iacobum, & magis vtile esset, quòd iret vltra mare, non video quare fieri non possit, sicut in voto. inf. de voto & voti redẽ. c. 1. & 2. & c. scripturæ.

CAPVT VII.

1 *Debitum an & quando possit compensari cũ fructibus.*
Compensatio de liquido ad dubium non est admittenda.

AD NOSTRAM. (Adstrinxisti,) Idcircò remittitur causa ad eos, qui excõmunicauerũt & sententiam protulerunt, quia non fuit appellatum, & sic non est contra. inf. de app. interposita. §. ille deniq;. nec constabat de iniusta excommunicatione, & quia non constabat, ideò præstatur cautio, quæ aliàs non præstaretur. sup. de rescrip. ab excommunicato. secundum quosdam plus placet nobis, quòd non fuit appellatum, & quod excõmunicatus fuit pro cõtumacia, & hoc fuit iustum, & idcircò non absoluetur, nisi præstita cautione & iuramento. Sentẽtia autem super ratione rerum fuit iniusta, & ideò contra eam mandatur, quod res restituantur creditoribus, quia tamen iudex mandauit de rebus occupandis, excusatur debitor à pœna constitutionis, si quis intantum. Adstrinxisti) præceperat enim creditori, quòd possessiones restitueret, & quia non restituebat excommunicauit, postea tamen debitores possessiones pignoratas subtraxerunt authoritate iudicis, & ideò excusantur, ne amittant ius & proprietatem, quam in re inuasa habebãt, per constitutionem, si quis in tantam, & ad idem est. 16. q. 6. placuit.

Quidam tamen dicunt constitutionẽ non habere locum in causis ecclesiasticis. sup. de do. & contu. c. 1. vel non fuit hîc actum conditionem ex illa constitutione.

☞ †Edictum autem di. Adri. non tangit hũc locum, quod locum habet, cùm creditor pignus sua authoritate occupat. ff. quod met. causa extat.

1 †(Restituant) sed nónne poterant hi debitores compensare debitum cum fructibus. ar. quod sic. C. de compen. l. compensationes. ff. solu. matri. dinor. §. dona. ff. ad l. falci. quòd de bonis. §. quòd autem. Respon. non fieri compensationẽ, nisi in

pecunia.ff.de pig.grege.in prin. nisi fructus essent consumpti,in quo casu non fit compensatio de pecunia ad fructus, quia iam consumpti sunt,tamen cũ pretio eorum fit compensatio,vt in legibus prædictis;hîc autem quia consumpti non erãt, quia fiebat compensatio de eis, vel ideò non auditur super compensatione debitor,quia creditor nihil petebat, nec agebat,imò tamẽ debitor agebat,primò quia petebat restitutionem coram archi. nam petebat sibi res pignoratas restitui. Item etiam si creditor ageret tantum, debitor non posset fructus compensare,cùm iurauerit non molestare eum,nisi fortè primò solueret non computatis fructibus, ad hoc enim actum erat, vel hic non liquebat,quòd de fructibus esset sibi satisfactũ, sed de debito liquebat.De liquido autem ad dubium non est compensatio admittenda.Vel dic,vt inf.de depo. bonafides.

CAPVT VIII.

SI VERO ALIQVIS. (Metu) repete quæ diximus sup.quòd met. causa ad aures.(venire) sine authoritate superioris.sup.de elec. venerabilem.cùm authoritate autem superioris:licet vt statim sequitur (verum aliquando)etc.alij autem aliter dicunt, vt in glos.in fi.posita,quæ incipit;quia nulla etc.(æternæ)vel temporalis. 22. quæstio. 4.§.vltim.(veniendi) propria authoritate (authores)C.si aduer.vendic.l. 2.(permissum)quia nulla pœnitentia eis imposita est,vel imponetur,si administrauerit, sed tamen non dicetur eis,post absolutionem quòd ministrent.inf.eo. c.verũ. plus placet quòd dicitur in gl.sine autho.

a Cũ authoritate aũt. Adde Pet.in tit. de leg. §.nũc ostendẽdum. vers.24.Archid.22.q.4. & qui sacramento.& Pe. de Anch.cõs. 382.inci. retẽto ordine.col. 2.& vide pro declaratione eundẽ Innoc. in c.venerabilem. sup. de electio.

CAPVT IX.

1 *Liber homo an possit obligari.*

EX RESCRIPTO.(Taliter) scilicet, quòd certis loco & die reddent(super his)id est, pro conuentionibus adimplendis. Obsides) contra.C. quæ res pign. oblig. poss. qui filios. C. de actio. obses. Responderent quidam hîc narrari factum illicitum. sed hæc responsio reprobatur.23.quæstio. 8. c. vt pridem. ff. qui test.fam.pos. obsides. ff. de iure fis. diuus.vbi obsidum datio conceditur. Respondeo, non tenet obligatio pro libero homine,vt ius constituat in eo,tamen detineri potest qualitercunque vt sic, quòd conuenit, vel pro pecunia obligari non potest, sed pro pacto ineundæ pacis potest,& alio consimili.Vel dic, quòd obsides vocat eos,qui iurant, quòd non recedent de certo loco, quousq; eis fuerit satisfactum, & hîc notat aduerbium,quòd sequitur similiter,nam si detinerentur inuiti, excommunicati essent detentores. 17.quæstio.quarta. si quis suadente. c.nuper.in princip.de senten.excom. etiam si de eorum voluntate detinentur. inf. de sentent.excom. contingit. (qui) scilicet, monachi (vt) hîc vt non determinat verbum iurarunt, sed verbum dedit(vxorẽ) renunciantem beneficio Velleiani, & omnium legum auxilio.C.quan.mul.tut. offic.fun.l. vlti.& Authen.matri & auiæ. aliàs contra. ff. & C. ad Velleian. per totum.

CAPVT X.

QVAERELAM. (Biennium) hoc solùm sufficit ad priuãdum Emphyteotica re. 10. quæstio. secunda. §. hocius. (constiterit) in modum inquisitionis procedendum contra eũ (necessitatem)23. quæstio.8. si nulla.50. dist. presbyteros.de conse. distin. 1. sicut. ff.ex qui.cau.non enim. ff.loca. cùm in plures. §.vestimenta.ff.si quis cau.l. 2. §. 1.ff. qui satisd.cog.l. vlti.

CAPVT XI.

IVA NOS.(Iusiurandi) primum iusiurandum (iurant) secundum iusiurandum (& Lateranens.) inf. de censi. prohibemus. (præiudicat) si de gratia tolerentur in ecclesijs. nam expelli debent de eis. sup. de pact. cùm cle. inf. de censi. prohibemus grauis (periurio)id est,temerario iuramento prædicto, scilicet.22.quæstio. 2. animaduertendum (quod iurare)quia perplexi sunt inter duo iuramenta, ita contraria, quòd si vnum seruant alterum seruare non possunt.

CAPVT XII.

CVM QVIDAM. (Absoluendi) repete quæ diximus sup. de elect.venerabilem (absoluendi) aliqui dicunt de facto. Absoluendi)non loquitur hîc Papa, nisi necessitas adesset antequàm à superiore sit absolutus, quia hoc potest seruare absq; interitu salutis æternæ.sup.eo.si verò.Sed post absolutionem liberè loquitur sibi, monachus autem de quo loquitur.inf.eo.proxi. prætextu iuramenti non potest ingredi monasterium sine licentia superioris.

CAPVT

CAPVT XIII.

SICVT EX LITERIS.(Temerarium) non debet hic prætextu iuramenti monasterium exire, quia non potest sine mortali peccato. 21. q.4.c.1. Quidam dicũt,quòd licet hoc iuramentum non præiudicet monasterio, quin enim possit repetere, ipsi tamẽ benè præiudicat, vt non possit repetere locum præstitum in monasterio. argu. sup.quòd me. cau. ad aures.c.ad audientiam.argu. sup.de renun.quòd in dubijs.videtur autẽ cõtrarium,& dicunt q; prædicta.c.loquũtur in clericis secularibus,quibus licet esse sine aliqua ecclesia,sed secùs est in monachis,quibus non licet esse sine claustro.16. q.1. si cupis.placuit. vnde nunquã Abbas debet dare literas absolutionis suo monacho,nisi prius habeat aliud monasterium, vel aliam ecclesiam ad quam vadat, sed tunc benè licet, & extunc nihil habet facere in primo monasterio.58.distin.c. 2.& 3.19.q.3.statuimus.16.q.1.si quos.& multis alijs.c.eiusdem q. Item propter delictum benè imponitur pœnitẽtia monacho, per quam eijcitur à monasterio.inf. de Simo. veniens.c.dilectus.& c.quia simoniaca.

CAPVT XIIII.

VERITATIS. (Compelluntur.) Contrarium videtur in liberto,qui intra annum debet facere professionem patrono.12.q.2.longinquitate. contrarium etiam in feudatario,vt in cõstitutione de feudo non alie.si cõsen.maio.do. imperialem. §. præterea. 1. dicunt quidam hanc specialem concessionem. Vel dic,quòd iurare quis potest successoribus,sed non cogitur,quia iuramentum reale *a* est ex parte eius,cui iuratur,quia non solùm personæ iurat,sed ecclesiæ. sup.eo. ergò. 63. distin.tibi. licet sit personale ex parte iurantis.

a Reale est.Ade Pe.de Ancha.in consil. 210.inci. tres magnifici domini.col.fi.in pen.& Iaco. de sancto Georg. in tract. feud.in ver. Quidẽ inuestiri præstiterit. col. 9. versi. nunc transeamus.& Felin. etiam allegat in ca. quæ in ecclesiarum. col.24.versi. & intelligas. sup. de constitu.

CAPVT XV.

VERVM (Antecessores)scilicet, Gelasius, Gregorius, & Vrbanus. 15. qõ. 6. alius.& c. nos sanctorum iuratos. (attenderint)& hæc verba dicẽdo intelligitur sibi dare licentiam veniendi contra proprium iuramentum, sed non præcipit veniendi contra illud,& tamen nisi huiusmodi verba vel expressiora diceret,non licet sibi venire cõtra illud.

CAPVT XVI.

1 *Iuramentum non nisi ad ea, de quibus cogitatum est extenditur.*

VENIENS. Hoc enim iuramentum loco satisfactionis succedit.inf.eo. Quintaualis. nisi esset tanta iniuria, q; meritò cum iuramento non compensaretur(mandata) ff.de arbi.si de re.contra.so. compromissum factũ in aduersarium tenet,non vt procedat sicut arbiter,vt l.contraria, sed vt tanquam arbitrator potest,nisi benè arbitretur,ad arbitrium boni viri reducitur,vt ff.de ope.lib. si libertus.

1 † Præcepistis) & malè iuramentum non extenditur,nisi ad ea,de quibus cogitatum est,vel debuit meritò cogitari. inf. eo.Quintaualis.inf.de deci.ex multiplici. sup. de rest.spo. audita. 22. q.2.ne quis. arg. ff.de transi.cum Aquil.ff.de pecu.qui pecu.& ex quo semel præcepit, vlterius præcipere non potest. ff. de adop.l.quiliberatus.& l.seq.ff. de adop.leg.l.cũ apud.

Alij dicunt & non malè quòd nõ sufficit, cùm dicat,ego non cogitaui, quòd hoc mihi præciperes,dummodò pœna nõ excedat culpam,vt no.in glo.quæ incipit. ff.etc.imò omnia potest ei præcipere,nisi sint contra ius.inf.e.Quintaualis. vel cõtrarium primo iuramento, vt hîc, vel nisi esset tale præceptum,quod est contra præsumptionem cõmunem, quòd si hoc crederet mandari,nunquam iurasset.ar.inf. eo.petitio.C.quæ res pig.obli. pos.l.vlt.ff. de pig.obli.generali.& l.deniq;.Si autem præceptum factum per iuramentum obuiaret priori promisso,seruari debet iuramentum,& aliàs satisfacere de promisso, & hoc satis colligitur ex hac decre. quia dicit priori iuramento, & non promisso, cùm tãtùm intentionẽ fecisset de vtroq;. argu. sup.de præsump. nónne.& hæc vera sunt quando iurat parere mandatis.Si autem iurat aliquid determinatè, tunc iuramentum in consilio animæ secundum intentionem iurantis,recipit interpretationem.inf.eo.quanto.ad nostram.2. Sed in iudicio recipiet interpretationem secundum ius.inf.e.venientes(licitè)facto Duci & ecclesijs, secùs si illicitè. sup. eo. tua nos.

CAPVT XVII.

BREVI. (Ille)vt vasallus vel canonicus(excusat) appellatio enim non tenet, nisi à grauamine. inf. de appel. vt debitus. & quod promissum est ad remedium nõ debet tendere ad defensionem iniquitatis.& inf.de appel.re-

prehenſibilis. &, c.3. &.c. cùm ſpeciali. §. porrò. (difficultas) ſup.eo.quærelam. ego N.ff.qui ſatiſ.cogan.l.vlt.

CAPVT XVIII.

1 *Moneta an & quando poſſit minui & augeri.*

QVANTO. Legitimo pondere defraudari dicitur quando ordinatum fuit a principio, vt certum pondus auri, vel argenti apponeretur in qualibet moneta, ſed poſtea minus auri vel argenti apponi mandauit, & tamen monetã expendi mandauit, ac ſi eiuſdem ponderis eſſet, & hoc idem credimus etiã ſi ab initio fecit multo maioris ponderis vel valoris, quàm valeat metallum, vel materia, vnde fit fabrorum, & alijs expenſis neceſſarijs & vtilibus exinde deductis, credimus tamen quòd propter iuriſdictionem, & propter hoc etiam, quòd à perſona vel charactere regis aliquam authoritatem & cõmunionem recipit aliquantulum, ſed multum minoris valoris poſsit facere, quàm ſit metallum vel materia, vnde fit. ſ. in primo autem caſu. ſ. quando facta eſt ſi vult minuere, non credimus quòd hoc poſsit ſine conſenſu populi, ſed cum eius aſſenſu credimus, quòd poſsit, cùm licitum ſit cuicunq; renunciare iuri ſuo. 7.q.1. quam periculoſum. & quia negotium regis, negotium vniuerſitatis reputatur, & ideò ſufficit conſenſus maioris partis regni. C. de iura.calum.l.2.§.ſin autem.ff.de condi. & demon.l.ciuibus.ff.ad munici.l.quod maior. Item non credimus ſufficere conſenſum populi, vt illa moneta cõmuniter expendatur extra regnum (abſolui) quidam dicunt, quòd Papa poteſt diſpenſare & ſoluere iuramento aliquem propter graue ſcandalum, vel malum exemplum præcedente tamen claue diſcretionis. H. tamen dicit contra niſi iuramentum ſit illicitum cùm iuramenta & vota ſint de iure naturali. Tu dic prout not.ſup.de elec.venerabilem. (iniquitatis) 22.q.3. ſi aliquid. &.c. inter cætera, (ſatisfactione) 22.q.4. qui in ſacramento. Innoc.4.

CAPVT XIX.

VENIENTES. (Et leges).2.q.6.non ita. &. c. anteriorum. (in plagiarijs). i. fideiuſſoribus (aggrauare) quòd ideò vtrobiq; appellationis remedium eſt neceſſarium (exceptionem) ſed dices, nónne poſſunt ſuper hoc condere legem municipalem contra ius. Reſpond. poſſunt condere legem contra ius cõmune, quæ in alterius tamen non ſit præiudicium, vt hîc. & ſup.de conſti.quæ in eccle. vbi de hoc plenè no. ſpecialiter tamẽ condendo legem, benè poſſunt litigantes renunciare appellationi. C.de tempo.app.l. illud.§.vlti. (exceptionem) ſup.de reſcri. conſtitutus.inf.eo.c.ea te.ff.ad muni. impetratores.(executioni) & malè.ff.ad turp. l.1. §.vlti.2.q.6.appellare.(introducentes) de hoc no.ſup.de offi.dele.paſto.§.2.

CAPVT XX.

1 *Tuitio teſtamentorum pertinet ad eccleſiam.*
2 *Poteſt epiſcopus contra ſibi ſuſpectum inquirere de vſura.*

AD NOSTRAM. (Condiderit) per hoc dixerunt quidam debitores poſſe non obſtante iuramento procedere ad receptionem debiti quod non credimus, quia nihil eſt eis relictum vel remiſſum, & de hoc not.ſup.eo.debitores.

1 †Proponi) contrarium. ſup. vt lite nõ conteſt. quoniam. Sol. hîc proceditur in modum inquiſitionis, vel denunciationis quod licet, & eſt hoc ea ratione, quia ad eccleſiam pertinet tuitio teſtamentorum. C.de epiſcopis nulli.§.ſi quis ad decli.ff.de peti.hære.inf.de teſta.ſi hæredis. Et magis reſtitutio vſurarũ quod licet ſcilicet contra tales procedere in modum inquiſitionis vel denunciationis nõ ſolùm Papæ ſed etiam alijs etiam delegatis, niſi forſan forma commiſsionis contradiceret, licet aliqui contradicant. Sed non ſic extra ordinem proceditur, in alijs criminibus, nec in alio caſu niſi quando iurant non repetere, non enim ſuper iuribus ſingularium perſonarum procedendũ eſt inquirendo vel
a extra ordinem, ſed intentatis a actionibus, & ordinario iudicio ſecundũ iura. de ſtatu tamen & iuribus eccleſiæ, quando Papa procedit inquirẽdo: vt de teſti. cùm olim.

2 †Sed hoc credimus eum facere de plenitudine poteſtatis, vnde non licet epiſcopis & alijs inferioribus ſic inquirere, qui tenentur iura ſeruare: benè fatemur tamẽ, quod epiſcopus contra aliquem quem ſuſpectum haberet, poſſet inquirere de vſura, ſicut de alijs criminibus ad imponendum eis penitentiam canonicam, & non ad vtilitatem vel alicuius priuatæ perſonę, intereſſe conſequendũ, de cõſanguinitate autem

a *Sed intentatis actionib⁹. Et ſic oportet officium iudicis poſtulari. l. 4. & ibi per Bar. ff. de damno infec. ita Pet. de Ancha. in conſi. 167. incipi. viſis diligenter omnibus. in. 2. colum. verſic. ſecundo principaliter*

autem non eſt dubium, quod inquirere poteſt inter coniuges. inf.de diuor.§.porrò.35.q.6.ſi duo. Et idem fortè dicendum eſt, ſi de alio canonico aliàs legitimo impedimento inquirere vellet, de illo autem non eſt dubium, quòd de iuribus Principis inquiri poteſt. C.de bo. vac.l.1. & pen. & fi.lib.10.

CAPVT XXI.

AD NOSTRAM. (Per extorſionem) id eſt, contra conſilium ſuum, vel, id eſt, deſideriũ, hîc habes quòd iuramẽtum licitum, etiã ſi per vim ſit extortum, eſt ſeruandum. inf.eod.petitio. & ſi Chriſtus. Quamuis poſſet dici ſeruandum inquantum eſt licitum, ſed non incurrere periurium, ſi non obſeruat. Vel dicas etiam ſi non ſit licitum, non teneri ad obſeruationem, niſi eſſet præceptum, aliàs nec tunc ex virtute iuramenti teneri, ſed ex vi præcepti, quãuis debeat abſolui à ſuperiori ſeruata diffinitione, quam poſuimus ſup.quòd met.cau.ad aures. nõ tamen vera extorſione (ordo iudicis) 2.q.1. manifeſta. inf. de accu. euidentia (ordo iudicis) ex toto. nam in aliquibus ſeruatur, nam quia citari debet notarius criminoſus. 2.q.1. Deus. & in eum fertur ſententia. inf.de diuor.porrò.

CAPVT XXII.

EA TE. (Huius) ſcilicet, fidelitatis (præſtitis) iura (debitum) ſup.eo.tua nos. (præſtitum) Piſano archiepiſcopo. puta qui pro alio feudo, vel alia cauſa iuraſti, quàm nobis iurandum eſt.

CAPVT XXIII.

1 *Cùm non eſt iuratum de ſtando arbitrio talis arbitratoris, tunc ex eius ſententia non oritur actio.*
2 *Nunquid arbitratio ſine iuramento habeat in ſe aliquid vtilitatis.*
3 *Iudiciarius ordo non ſeruatur coram arbitratoribus.*
Arbitratoris dicto ſtare in actionibus iniuriarum, an partes cogi poſsint.
4 *Arbitri & arbitratoris differentia, & etiam in num.5.*
6 *Arbitrator quãdo & per quæ verba eligatur.*
7 *An arbitratoris dictum mutetur.*

QVINTAVALLIS. (Mandatis) Not. ſup. eod. veniens. (exhæredaret) quòd non licet, niſi ingratitudinis cauſam cõmittat. in Authen. vt cum. de appel. cog. §. cauſis. colum. 8. Iuramentum) id eſt, ſatisfactionem iniuriæ. ſup. eod. veniens. vbi not. cùm iuramentum interuenerit in tali caſu, benè poteſt ille, pro quo fertur ſententia petere officium iudicis, vt ſoluat condemnatus id, in quo condemnatus eſt, dummodò id æquum ſit & licitum, ſecùs ſi illicitum & iniquum, vt hîc, & hoc idem dico, ſi fuerit iniquum, dummodò per eum ad quem pertinet reductum ſit ad æquitatem. argumen. ff. de reg. iur. in perſonam. ff. pro ſoc. ſi ſocietatem. & l. ſi ſocietatem metu. §. arbitrorum. & l. ſeq.

1 †Sed ſi non iuratum eſt de ſtando arbitrio talis arbitratoris, tunc ex ſententia
a eius non oritur actio a, nec propriè dicitur dictum eius ſententia vel arbitrium, imò Ioan. Cre. notauit in Authen. vt differ. iudi. §. 1. quòd poterat dici, quod per talem arbitratorem potius tranſactionem
b fieri, & inducit. in argumen. C. de contrahen. emp. l. fin. & inſti. de contrahen. empt. §. pretium.

2 †Sed oppones ſecundum hoc ergò ad nihil vtilis eſt, arbitratio ſine iuramento? Reſpon. vtilis eſt, quia ſi præceſsit ſtipulatio ex ſtipulatione agetur, vt ſi electus eſt arbitrator in aliquo contractu, puta quia arbitraretur de pretio alicuius rei venditæ, tunc agatur ad arbitratum actione ex vendito, vel ex aliquo conſimili contractu, ſicut dicit. l. præalleg. inſti. de contrahen. emp. §. pretium.

Et hæc intellige tu vera, vbi incontinenti poſt contractum, vel ſtipulationem conuenit de ſtando dicto arbitratoris, quia ſi ex interuallo, tunc non datur ex dicto talis arbitratoris actio, ſicut nec ex pacto, ſed exceptio tantùm, vt ff. de pact. iuregen. §. quinimò. ff. ſi cer. pet. lecta. C. de pact. petens.

3 †Item coram huiuſmodi arbitratoribus nullus ordo iudiciarius eſt ſeruandus, imò nec iudiciale dicitur eſſe, quòd coram tali agitur, ipſe tamen arbitrator ad ſui inſtructionem, quaſi extra iudicium arbitrabit ad veritatem inquirendam, vt plenius inſtruatur, & quòd ipſe arbitrator non ſit iudex, nec arbiter, & quòd non ſit dicendum iudicium, quod cum eo ſit, ſatis probatur ex eo, quod hîc dicitur, qa hîc cõpromittitur in principalem aduerſariũ. ad idem. ſup. e. veniens. ff. de ope. liber. l. ſi libert⁹. Nullus aũt id iure

a *Actio. Addè Pet. de Ancha. in cõſ. 33. col. 2. poſt me. verſ. Et primò et inci. cõſ. in hac cauſa. & ibi q̃ in arbitratore poteſt cõpromitti de cauſis de cimarũ. & ſic de cauſa ſpirituali. & eum dẽ Pet. in cõſ. 198. col. 1. inci. iſtã quæſtionem.*
b *Potius tranſactionẽ. Adde Pe. de Anch. in conſ. 444. inci. primò eliciamus. col. 1.*

ſuo poteſt eſſe arbiter vel iudex. ff. de arbit. l. ſi de ſe. C. ne quis in ſua cau. per totum. In actione autem iniuriarum, ſicut hîc erat, quòd itur ad arbitratorem, quidam dixerunt, quòd cogendæ ſunt partes ſtare dicto arbitratoris propota actione iniuriarum.

Sed contrà actio iniuriarum non cõpetit ad intereſſe, ſed ad vindictam, non eſt enim in noſtris bonis. ff. de iniur. iniuriarum acc. quomodo ergò dabitur actio ad c. vel ad aliud, in quibus condemnatus eſt. Sed reſpondent alij, quia iſta. c. petuntur, non vt intereſſe, ſed vt vindicta. Alij dicunt, quòd arbitrator iſte incontinenti poſt iniuriam aſſumptus non fuit, imò etiam ſi incontinenti aſſumptus fuiſſet, tamen ex edicto eius ſi non interueniſſet iuramentum, non dabitur actio, ſed exceptio reo, quaſi tranſactionis, vel pacti modificati, actori autem præſtatur priſtina actio. C. de pact. cùm proponas. vel ſi illa non ſupereſſet dabitur actio ob cauſam, vt ſe reponat in priſtinam obligationem, vtrum ſi dedit rem, vt rem reddat. C. de rer. permu. l. 1. & l. quoniam. ff. de condi. ob cau. ſi quis. vel præſcrip. verbis ad intereſſe. C. de rer. permu. cum precibus. & l. rebus. ff. de condi. cau. data. ſimiliter & de iure do. ſi pater. & quemad. vel offic. iudi. ff. de præſcrip. verb. ob cauſam.

4 †Item no. differentiam inter arbitrũ & arbitratorem, de quo hîc loquitur, quia arbiter dicitur, qui eligitur vt iudex, ſcilicet, vt procedat in ſubſtantialibus, ſeruato ordine iudiciali, & litem dirimat coram ſe cœptam, vel coram alio ſecundum ordinem iudicij ſeruatum, licet poſſit eam dirimere, ſi vult, & etiam iniquè. ff. de arbit. l. 1. & l. qualem. & l. diem. §. ſtari. vnde arbitrium diffinitur trium actus perſonarum, ſicut in iudicio cõfligentium in cauſa in dicendo iure voluntariè põſita, nec eſt vis, ſi ſit compromiſſum, cum pœna vel ſine pœna, vel etiam ſine vlla ſtipulatione electus ſimpliciter cuius arbitriũ emologatur, vel taciturnitate decem dierum, vel expreſſè. C. de arbit. l. penul. Omnes enim iſti ordinem ſeruare debent, & ad obſeruantiam ageretur arbitrij ſiue ſtipulatione ſiue condictione ex l. vt eſt. ſup. de
5 arbit. dilecti. †Arbitrator autem eſt qui eligitur vt aliquid æſtimet pretium, vel operas, vel partes ſocietatis, vel quid ſibi videatur de aliqua re, ſine ordine iudiciario dicat, vel ſuper eo arbitretur. inſti. de empt. §. pretium. ff. pro ſoc. ſi ſocietatem, & l. interpoſita. ff. de verb. oblig. ſi quis arbitratu. & ff. de leg. 3. fideicom. §. ſi fideicommiſſum. nec facio vim, an partes iurauerint ſtare dicto eius, an non, quia ſemper redigendum eſt ad arbitrium boni viri. ff. de ope. lib. ſi libertus. de verbo. oblig. ſi quis. argument. C. de dot. promiſ. l. fin. Quidam dicunt idem etiam ſi ſub pœna ſtipulatæ ſunt ſtare arbitrio huius arbitratoris, ſcilicet, quia nunquam poteſt exigere pœnam, niſi ceſſauerit ſoluere id, ad quod per arbitrium boni viri reductum eſt dictum arbitratoris. argumẽ. pro his, quòd non obſtante iuramento & ſtipulatione ſine pœna, poſſint petere quòd dictum eius redigatur ad arbitrium boni viri, eadem ratione qua poteſt, ſi cum pœna promiſit. Alij tamen contrarium dicunt. Item non facio vim, vtrum iſte arbitrator fecerit litem conteſta. inter partes, vel etiam ſi ſententiam in ſcriptis pronunciauerit, vel ſimpliciter nudo verbo, quod ſibi viſum eſt, dixit, quia coram eo non eſt iudicium, vel quaſi iudicium, ſed totum in ſua poſitum eſt voluntate, & prædictarum ſolennitatum obſeruatio, non eſt niſi coram iudice vel arbitro, & ita non poteſt dici litis conteſt. vel ſententia.

Sed quid dices ſi compromiſſum factum eſt, vt poſſit procedere ſeruato ordine iudiciario & non ſeruato? Reſpon. hæc verba ſic ſunt interpretanda, quod compromittatur in eum tanquam in arbitrũ, & hoc innuunt verba illa ſeruato ordine, etc. & tanquam in arbitratorem, quòd verba illa etiam innuunt non ſeruato, & ſi proceſſerit vt arbiter, ſed ſeruato ordine, non redigetur dictum eius ad arbitrium boni viri. Si autem proceſſit, vt arbitrator, id eſt, non ſeruato ordine, tunc redigitur ad arbitrium boni viri.

6 †Item not. quòd ſi dicunt partes, eligimus eum in arbitrum ſimpliciter, non intelligitur electus vt arbitrator, niſi ex alijs verbis appareat de contraria intentione, puta quia dixit, quòd poſſit procedere non ſeruato ordine iudiciario. Item ſi dicant eligimus in arbitratorem, vel in bonum virum, qui determinet quæſtiones noſtras, non intelligitur electus vt arbiter, niſi ex alijs verbis appareat aliud.
a Item not. quòd dictum arbitratoris a nunquam emologatur taciturnitate decem dierum, ſed ſi expreſſè illud confirmatur per partes parit exceptionem, quaſi tranſa-

4 Dictũ arbitratoris. Adde Pet de Ancha. in conſi. 207. inci. iudex. de iudi. colũ. 3. circa fin. & vide Bar. in l. ſi ſocietatẽ. §. arbitrorũ. ff. p ſo. & adde q. cõſ. Pe. de Aneh. ſup. alleg. habetur etiã inter cõſilia Car. in conſ. 29. & quotta eſt in 4. colum.

ſi tranſactionis vel pacti. Dictum autem arbitri procedentis ordine iudicario ſine pœna emologatur. C. de arbi. l. penul. nec vnquam, & ſi iniquum ſit redigitur ad arbitrium boni viri.

y †Item non mutatur dictum arbitratoris, niſi non modicè lædat. ff. de ope. lib. ſi libertus. Item dictum arbitri non mutatur, etiam ſi grauiter lædat, imò ſi pœna fuit promiſſa, agitur ad ipſam. C. de arbit. l. 1. ſi verò non fuit promiſſa, cùm ſtipulatio interſit, agitur ad intereſſe. ff. de arbi. diem proferre. §. fi. & duabus legibus ſequentibus, & ita demum. & ſi ſimpliciter compromiſſum ſit, & ſententia expreſſè per partes emologata fuerit, vel intra decem dies nulla pars contradixerit, oritur ex ſententia actio & exceptio. C. de arbit. l. fin. in fin. & tunc agitur conditione ex l. illa.

CAPVT XXIIII.

IVA NOS. & inf. (Iurauerunt) Temerarium fuit hoc iuramentum, & imponitur pœnitentia tanquam pro mortali. 22. quæſtio. 4. qui ſacramento. (compellas) temeritas iuramenti facit, quòd coguntur ad cohabitationem redire, ſi cauſa ſeruandi continẽtiam, & per conſequens non temerariè iuraſſent ſe non inuicem petituros, vlterius petere non poſſent. argum. 30. qõ. 5. quòd Deo. (vtrinq;) & ideò ſibi inuicem obijcere adulterium non poſſunt. inf. de reg. & tranſ. veniens. & inf. de diuor. ſignificaſti. inf. de excep. cùm eccleſiaſticę. ff. de cõpen. ſi ambo. ſecùs ſi alterius parte tantùm. inf. de conuer. coniug. veniens.

CAPVT XXV.

1 *Conditiones quæ plerunq; in iurmentis requiruntur hîc habes.*
Sponſa de futuro non debet dimitti prætextu præcedentis fornicationis.
2 *Nonnunquã excipiendo conſequimur, quod agendo petere non poſſumus.*
3 *An vxor dimitti poſſit ob aliquam cauſam, & quid de ſponſa.*

QVEMADMODVM. (Contraxit) per verba de præſenti (conditio.) †Not. quaſdam conditiones ſubintelligendas, vt ſaluo iure alterius. ſup. eod. veniens. & authoritate ſuperioris. ſup. de re conſtit. Si Deo placuerit. 22. quæſtio. 2. ne quis beatus. & §. 1. Item hîc ſi res in eodem ſtatu permanſerit. 22. q. 2. ne quis. ff. de ſolut. cùm quis. Item ſi ſeruetur mihi promiſſum. ſup. eod. peruenit. Item quòd non præcipiatur contra ius. ſup. eo. Quintauallis alie. vt C. de non nu. pec. indubitati. ff. de iure dot. ſtipulationi. ff. de ope. liber. ſi libertus. ſup. eod. breui. ff. quarum rer. act. non da. l. 1. §. quæ honorandæ. 32. quæſtio. vlt. c. fin. C. de condi. ob turp. cau. ſi repetendæ. (legem) C. de pac. inter emp. & vend. cum te. ſup. eo. peruenit. inf. de tranſac. conſtitutis. & ff. loca. quæro. §. inter locatorem. (Ita) ſicut quod dictum eſt obtinet in ſponſalibus de præſenti, ita in ſponſalibus de futuro ſecundum quod ſequitur (ducturum) no. ſponſam de futuro non dimitti prætextu præcedentis fornicationis (alioquin) id eſt, ſi dicas quòd ſi fornicatio ſequens ſponſalia non impedit eadem ratione, ergò nec publicum meretricium.

2 †Fortius) ff. de reg. iur. l. inuitus. & §. cui damus. ff. de ſuperfi. l. 1. §. quod ait prętor. Quandoq; tamen conſequimur accipiendo, quod agendo petere non poſſumus, vt ff. de neg. geſt. l. 3. §. Pupillus. Quãdoq; quædam conſequimur agendo, quæ non conſequimur excipiendo. ſup. quòd met. cau. c. ad audientiam. ſup. eod. debitores. (ſponſam) contra ſponſam enim competit accuſatio de adulterio. C. de adul. l. propter. niſi in caſu. ff. de adulte. miles. §. quærebatur. nam etiam iniuria ei facta eſt. ff. de iniu. item apud §. ſponſam. ad idem. ff. de adulte. ſi vxor. §. diuus. inf. (alterutro caſu) in vxore dimiſſa & ſponſa admiſſa (quod quidem) iuramentum (conditionem) ſcilicet, ſi in legem matrimonij non peccauerit (ad vtrunq;) id eſt, ad ducendum vel ad dimittendum vxorem (eam) ſponſam. & reſponde quòd non.

3 †Profectò) hîc vult dicere, quòd vxorem iam ductam per verba de præſenti, non poteſt dimittere propter aliquam cauſam vel deformitatem ſuperuenientem, ſed ſponſam de futuro etiam interpoſito iuramento, non tenetur ducere. ſuprà eod. ſi verò contra. Solut. non venit in hoc caſu contra iuramentum, quia illud iuramentum habet conditionem tacitam annexam hanc, ſcilicet, ſi permanſerit in eodem ſtatu, ſed non manet in eodem ſtatu, cùm non ſit apta facere illud, propter q, dicitur. ſ. tollere viro occaſionẽ fornicandi, quia ad eam tam deformẽ accedere

cedere non vult.(teneretur) respon. minimè(non dirimat)50.dist.quia to.(accusabit)ff.de pact.si vnus.§.pacta.& §.illud. (canonicas)28.quæstio.1.c.1.ff.ad leg.Iuli. de adult.l.2.§.2. ff.de fur. qui vas.§.1. (resipiscere) id est, pœnitentiam agere, sed opponit contrà (in hoc) vbi iurauit non accusare vxorem de adulterio. Diuortium)in eo enim,quod rem familiarem vel iniuriam eius tangit,in hoc vult, quòd iuramentum & etiam pactum de non accusando de adulterio præterito obsit. In his autem quæ ad animam spectant, minimè, & ideò potest adulterium commissum denunciare, tamen per hanc denunciationem iudex præcipiet marito, quòd vxori non cohabitet, nisi se correxerit, quia non iurauit non cohabitare, sed non accusare. Si autem vxori adulteræ non correptæ cohabitare iurasset, non esset huiusmodi iuramentum seruandum. argumen.22.quæstio.prima.capi.1.imò credimus plus quòd sic, nec per preces, nec per monitionem vellet mulier cessare ab eius cohabitatione per denunciationem, nec per iudicem posset induci ad pœnitentiam, posset eam accusare de adulterio,non obstante prædicto iuramento.

CAPVT XXVI.

1 *Per creaturas licitum est iurare.*
2 *Christianus iurans per Deos alienos peccat.*
3 *Non licet iurare nisi necessitate vel vtilitate cogente.*
Maius peccatum est fallere iuramentum per increata, vel per sanctiores creaturas factum, quàm per minus sanctas.
4 *Prohibetur quandoque aliquid, non quòd ipsum sit malum, sed quia inde potest sequi malum.*

ET SI CHRISTVS. (Procedat) quod voluit in geminatione non nō. (prohibuisse)infrà, vbi dicit:nolite iurare.

1 † Creaturam)vt in Authen.vt non luxu contra natu. primò respondē. l. 1. 22. quæstio. prima. clericus. si aliqua. 2. qō. quinta.qui periurat.1.quæstio.8. quoties. ff.de iureiur.qui per fal.& l.3.§.vlti.sed in omnibus sicut proximè sequitur potius attribuitur diuinitas Deo,& non creaturis (album) naturaliter accidentaliter fortè (iurandum) 22.quæstio. prima.monet.ff.de iureiu.non erit.§. vlti.argumen. 27. distin. si vir. 27. quæstio. secunda. nos nouimus.

2 † Item not. peccatum est Christiano per Deos alienos iurare,sed si iurauit,implere debet,quod iurauit. Item Christianus recipiens huiusmodi iuramenta ab infidelibus, non peccat. argument. 22. quæstio. prima. monet.(nolite) id est,non habeatis voluntatem iurandi(necessitas) supplē & vtilitas.22.quęstio.prima.tu malum.ita ergò (Comites) 22. quæst. secunda.animaduertendum (veritate) conscientia (iudicio)id est, discretione siue deliberatione(iustitia)quod fiat de relicita, cuius obseruatio sit iusta.

3 † Per quodcunq; aliud) hinc collige, quòd vel nulla,vel modica est differentia, siue iurent super sancta Dei Euangelia, siue super aliquas creaturas, siue tantùm dicant, promitto hoc in fide mea, quia non solùm per creata, sed etiam per increata iurare vetat,nisi necessitas vel vtilitas hoc exposcat. argum.sup.quòd me. cau.ad aures.sup.de arbit.cum tempore. maior tamen contemptus & maius peccatum est fallere iuramentum factum per increata, vel per sanctiores creaturas, quàm per minus sanctas. Item verum iuramentum est, quando diceret veritatem,& asserit in periculo animæ suæ.inf. de frigi. & malefic.fraternitatis. tamen semper quando quis parti iuramentum defert,iurandum est,secundum quod placet ambabus partibus. ff. de iureiu. l. 3. §. vlti. & l. 4. & 5. In iuramentis tamen quæ in iure pręcipiuntur, vt est iuramentum testis & calumniæ,semper iurandum est super sancta Dei euangelia.sup.de iura. cal. capi. vlti. 11. quæstio. prima. testimonium. & idem intelligas in omnibus alijs iuramentis, quæ à iure,vel à iudice, vel à partibus ex necessitate deferuntur, & idem est etiam si partes promiserunt aliquid iurare nulla forma distincta. (finis)ff.de iureiur.non erat.§.vlti.22.quæst. prima. mouet.(testis) sic iurabant antiqui. 22.quæstio. prima. si peccatum. (per gloriam) 22. quæstio. prima.vt noueris.si peccatum (quædam) hæc enim illicita sunt secundum sui naturam,quædam autem ciuiliter,id est, iure positiuo vel consuetudinario. ff.de verb. sig. probrum. ff.
4 de adul.si adulterium. † Sequūtur) not. aliquid prohiberi propter mala quæ sequi possunt.22.distin.denique.37.distin.c. ideò.11.quæstio.3. nolite.arg.contrà.ff.de pac.si vnus.§.istud.ff.qui & à q. l. vlt.in fi. (indulgemus)id est, indultum de iure cōmuni significamus.

CAPVT XXVII.

SICVT NOSTRIS. Vacante) quando nihil licet immutari.inf.ne se. vac.per totum. Iuramenta) not. in mortali peccato constitutū & ad episcopatum promotum non deponi.ad idem.sup.de renun. nisi cùm pridē. §. propter conscientiam. & §. personæ.& dicunt quidam hoc fieri propter peccatū quod est leue,quòd.s.non deijcit iam promotum. 68.distin.c.1. l. quicunq;. Quod autem incauta iuratio,sit peccatum,leue apparet ex pœnitētia leui. 22.q.4.cum iuramento.si autem essent magna crimina, & publica benè deijcerent, vt sup.de renun.nisi cùm pridem. §. personæ.24.dist. c.vlt.50.dist.ex pœnitentib⁹.81.dist.si quis sine.& c. quicunque.quæ autem crimina inducant depositionem & quæ non.not. sup.de temp.ordi.ex tenore.

CAPVT XXVIII.

CVM CONTINGAT. (Legitimas)ff.de fun.dot.l. Iul. (seruare) secundum canones, secundum leges secùs. C. de legi.non dubium. (alterius)puta creditorum,si enim in eorum præiudicium vergeret secùs, vel si vergeret in præiudicium ecclesi.sup.eo. c. 2.idē si vergeret in præiudicium Regis. inf.eod. intellecto.idem si vergeret in præiudiciū cuiuscunq; alterius.sup.eo.venientes.

CAPVT XXIX.

1 *Non contrahitur in re turpi obligatio.*
2 *Vasallo ad quæ seruitia teneantur domini.*
3 *Si quis commodat equum vel arma ad bellum, & ibi amittantur non competit actio ad repetenda, quid autem in mandatario. in num.4.*
5 *In bello iusto quod ex Principis edicto fit, res occupatæ sunt capientium.*
6 *Nunquid actio vi bo.rapt.competebat ei,cui ablatus rem meam violenter, cùm eam mihi reddere denegaret.*
Delicta an & quando compensari possint.
7 *Non fit compensatio in pœnis temporalibus, vel spiritualibus, vel etiam in pecuniarijs,quæ applicantur fisco.*
Mandator an & quando habeat actionem furti, vel bonorum rapto.contra raptorē pro rebus ablatis.
Mandator an & quando teneatur casu fortuito.& nu.9.
9 *Socius tenetur socio, si aliqua amittat casu fortuito.*
8 *Socij tam de lucro quàm de damno participes esse debent.*

SICVT. & inf. (Iniustè) secùs si iustè.33. quæstio. quarta. dicat. de hoc not. inf. de homic.sicut.quod sit iustum bellum, & quando licet alicui alium iustè impugnare. not, sup. de rest.spo.olim.

1 † Et nota. quòd nunquam vocati ad iniustum bellum, habent actionem mandati, vel aliam contra vocantē ad impendia, vel damna contingentia sibi occasione vocationis, vel mandati, quia in re turpi obligatio non contrahitur. insti. mandati. §. illud quoque. ff. mand. si remunerandi. §. rei turpis. & l.si manda. §. qui eodem. Vocati autem ad iustum bellum,actionem mandati habent contra vocantem, nisi ex debito teneantur, vel nisi causa pietatis, vel humanitatis, vel parentelæ faciant. 23.quæstio. tertia. non inferenda. & in alijs. c. eiusdem quæstio. 11. quæstio. 3. si domino. & c. Iulia. & videtur, quòd illi qui ex debito faciunt excusantur, nisi bellum esset malum manifestè.11.quæstio.tertia.quid ergò. 23.qō. 1. quid culpatur.

2 † Item videtur,quòd de iure est,quod vasalli licet teneantur esse in consilio & auxilio, quod domini non lædantur. 22. quæstio.quinta.de forma.non tamen milites debent ire cum armis in seruitio eorum, nec aduocati tenentur pro eis aduocare, vel alia seruitia eis exhibere, nisi ex pactis ad hoc teneantur,cùm non teneantur ad munera personalia cum sumptu, vel sine sumptu,nisi ex pacto.de hoc not. inf. de immu. eccles.non minus. vel nisi in casibus, qui ponuntur in vsibus feudorum,vel nisi ex consuetudine,vel alio iure speciali debeant teneri.

Sed contra prædicta videtur, scilicet, quòd dominus vocans alios,non debeat eis de damnis datis in bello, quia casus fortuiti non debent imputari sibi. inf.de homic. dapi. Ioannes. Sed respondeo, quòd hîc non fuit casus fortuitus, qui de facili potuit præuideri à vocante,scilicet, quòd si iret ad bellum, quod de facili posset expoliari & capi,quia dubius est euentus belli.

3 † Secùs tamen est in commodatore, quia si commodat equum, vel arma ad bellum,

bellum, & ibi amittantur, non competit actio ad ea repetenda. ff. commo. si vt certo. §. sed interdum. & hoc erit ea ratione, quia non excesit fines contractus, quia ad eum vsum vsus est, ad quem commodatū accepit, idem est in locatione equorum vel armorum, quia si ibi capiantur, conductor non tenetur ad emendam, quia sic ea conduxit. ff. loca. l. videamus. §. si hoc. & commo. l. fi.

4 †Mandatarius autem qui vocatur ad bellum, licet præscire potuit, quod æquū de facili amittere poterat, sciebat tamen quod per actionem mandati cōsequi poterat à mandatore impendia sua & damna. ff. mand. Item casus. §. impendia. & l. ☞ qui mutuam. §. fi. †Sed locator debet esse contentus mercede sua, vnde nec tenetur conductor, dummodò dolum, vel culpam non commisit cōmodatarius etiam non tenetur, nisi de dolo & lata culpa, vel leui vel leuissima, sed constat quòd ille, qui vtitur equo ad eum vsum, ad quem ei commodatus est, nec etiā in minima culpa est, hæc autem in mandatario non attenduntur, imò quando Mandatarius melius implet mandatum, tunc habet actionem mand. ad impendia & damna, dummodò absint dolus & culpa.

5 †In iusto autem bello, quod fit ex edicto Principis, dicimus quòd res occupatæ sunt capientium, & liberi homines, capti fiunt serui. ff. de cap. & postli. reuer. ho- ☞ stes. ff. de verb. sig. hostes. Si verò non sit bellum ex edicto Principis, sed aliàs sit iustum, puta quia est ad defensionem rerum suarum, vel pro executione iuris sui, tunc distingue, quia si ille, qui bellum tale gerit, habet iurisdictionem, potest statuere quod quicunque inuaserit aliquem, licet inuasō bona inuasoris capere, & sua facere, & etiam inuasorem detinere, quousq; cum domino assignet, vt not. inf. de sent. excom. à nobis. Item si super hoc non fecerit aliquam constitutionem, potest tamen damnare de inuasione facta intra fines suæ iurisdictionis. C. vbi de cri. agi opor. qua in prouincia. Si autem ille, qui tale bellum iustè agit, nullam habet iurisdictionem super eo, pro quo bellū agitur, & tamen quia iustè pugnat, puta quia alius inuadit ipsum, & ipse & res suas defendit, & tunc licet vim vi repellere, & etiam in repellendo homines percutere, & etiā occidere, sed cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt no. sup. de rest. spo. olim. in fi. tunc tamen non licet ei bona eius capere, nec capiendo ea sua facere, nec licet inuasorem detinere, & tunc non competit inuasori contra hunc spoliatorē actio vi bono. rap. nec actio iniuriarum, quia obstat ei exceptio paris criminis. inf. de adult. intelleximus. vbi no. sed benè competit ei rei vendicatio, quia dominium remanet penes eum, sicut prius. ff. de rei vē. di. l. in rem actio.

6 †Sed quæres si mihi repetenti meum reddere deneges, & ego meum violenter aufero, nunquid tibi competit actio vi bo. rap. argumen. quod sic. ff. quod met. cau. l. extat. Sed ex prædictis videtur, quòd debet tibi obstare exceptio paris delicti, qa delinquis ita tu denegando, quod meum est, sicut ego qui vi rapio. Sol. circa diuersa sunt hæc delicta, & ideò non compensantur, hic tamen constat, quòd exceptio culpæ non impedit prosecutionem actionis de dolo vel criminis. ff. solu. matri. si mora. Alij dicunt in prædicto casu, & videtur melius, scilicet, quando spoliatus spoliauit suum spoliatorem, vtriq; contra alterum competit actio vi bo. rap. & etiam iniuriarum. Sed benè competit alij spoliatori exceptio compensationis, intantum quantum æstimabitur spolium, vel iniuria alterius, sic enim intelligitur quòd dolus dolo compensatur. ff. de dolo. si duo. & paria crimina mu. com. tol. inf. de adul. intelleximus.

† Item fit compensatio inter delinquētes, quo ad mutua paria debita, etiam si ☞ non sint pecuniaria, vt in redditione debiti coniugalis, & in receptione dotis & donationis propter nuptias, & sic intelligitur. inf. de adul. intelleximus. ff. sol. mat. viro.

7 †Quo ad pœnas autem temporales, vel etiam spirituales, vel etiam quo ad pecuniarias, quæ applicantur fisco, nulla fit compensatio, imò omnes qui delinquunt, & illi tantùm punientur, vt patet. C. de modo mul. per totum. inf. de his quæ fiunt à ma. par. ca. quæsiuit. Item videtur, quòd iste mandator qui vocauit alios ad exercitium, qui amiserunt equos & arma, habet actionem vi bonorum rapt. contra raptorem pro rebus ablatis vocatis cum sua interfit, quia actione mandati tenetur eis ad satisfactionem, tu tamen dicas contrarium, & hoc ea ratione, quia res ablatæ nō erant in bonis mandatoris, nec de bonis eius processerant. ff. vi bon. rap. l. 2. §. in hac actione. actio enim furti, vel bonorū raptorum non competit, nisi ei qui habuit dominium,

dominium, vel possessionem vel detentionem, vel aliquod ius, vt est ille, cui res obligata est pignori, sed nondum tradita. ff. de præscri. ver. si rem. §. si quis. ff. de fur. si is qui rem. & l. homines. ergò expoliati singuli agere debent.

Sed contrà. inf. de iniur. c. pen. so. ibi idem videtur etiam si mandator eis promisisset, quòd seruaret eos indēnes. ff. loc. ☞ l. quæro. †In his autem casibus & similibus expediens est consilium, vt mandator satisfaciat spoliatis, sed ante satisfactionem sibi cedi faciat actionē, sic enim agere poterit contra spoliatores. C. man. l. pe. & vlti. post solutionem autem non prodesset facta cessio, nisi & de ipsa facienda antea conueniisset. ff. de solu. l. Modestin⁹. Quid si ego mandaui alicui, quòd faceret mihi ędificium in insula circundata mari, & mandatarius volens adimplere mandatum, accepit seruos & pecuniam & calcē, & aliam materiā ædificij, quam prius habebat, non ob hanc causam, sed ob aliā, & ea omnia mittat per mare pro mandato ædificij implendo, & omnia naufragio pereant, nullo modo de hoc damno tenetur mandator, quia casui imputandum est, & non mandato. ff. man. inter causas. §. non omnia. Sic enim hæc omnia poterant perire casu fortuito domi remanendo, sicut perierunt eundo per mare, licet pluribus casibus & frequentibus subiaceant eundo per mare, quàm remanendo domi, non enim casus fortuiti æstimandi sunt, iste enim propter mandatum nihil amisit, sed propter casum tantùm, vt dicit lex præal. ☞ †Et si aliud dicitur sequitur magna absurditas, scilicet, quòd si per vnum solum passum prædicta portata essent, vel etiam solummodò portari destinata, & fulgere, vel alio fortuito casu perijssent, quòd mādator teneretur, quod absurdū est dicere vel sentire. Sed si seruos, vel materiā ædificij emisset propter ædificium, vel pecuniam mutuo accepisset, vel propter ædificium alienare omisisset, & hoc casu fortuito perijsset, benè tenetur mandator mandati, etiam si eodem modo apud mandatarium perijssent, probatur hoc. ff. de condi. ob cau. si pecuniam. ff. manda. si procuratorem. §. vlti. & seq. §. item Papi. & §. item Labeo. & l. si quis aliqui. & l. inter causas. §. impendia. & l. qui mutuam. §. fi. ff. de negot. gest. sed an vltro. iste enim non propter casum fortuitum tantùm hoc amisit, sed propter mandatum, quia nunquàm hic emisset, vel mutuo accepisset, nisi propter mandatum implendum hoc feciisset, & ideò de eo tenendus est.

8 †Sed dices eodem modo, nunquam amisisset prædicta, nisi mandatum processisset, quia nunquam mari exposuisset? Respon. nescis, si alio casu fortuito perijssent etiam si domi stetissent, cùm infiniti sint casus, qui præuideri non possunt. C. de vsu. l. penul. circa medium. C. de præscri. 30. ann. l. fi. ante finem. In societate tamen secùs est, quia socius tenetur socio, si aliqua amittat casu fortuito, si ea secum non tulisset, nisi ad negotiandum iuisset. ff. pro soc. cum duobus. §. quidam. Et est ratio diuersitatis, quia societas est quasi quædā fraternitas, & ideò magis debet communicare damna & lucra.

9 †Item quia societas sit causa lucri, & ob vberiorem quæstum, & quasi fratres participant sibi lucra, videtur damno participare debent. ff. pro soc. l. chori societate. & l. seq. & l. cum duob⁹. §. Papi. aliàs est lex & incipit, si fratres. & §. seq. æquum enim est, vt qui patitur lucrum, patiatur & damnum. ff. de reg. iur. l. secundum naturam. Quidam dicunt idem seruandum inter mandatorem & mandatariū, & hoc certum est, quia si sic seruetur vrbanum est certè, & de iure. Item videtur siue prius suas, siue de nouo emptas casu fortuito amisit, dummodò casus talis sit, quem non incurrisset, nisi mandatum accepisset, vt in l. præal. ff. de condi. ob cau. si pecuniā. §. fin. ff. pro soc. cum duobus. §. quidam. ff. man. inter causas. §. impendia. ff. de neg. gest. sed an. Si autem non esset talis casus, qui propter mandatum contingit, sed etiam aliàs contigisset, tunc non haberet actionem mandati, & sic intelligitur. ff. mand. inter. §. non omnia. (ipsum) H. (negligit) sup. eo. peruenit.

CAPVT XXX.

NIMIS. (Temporale) sup. demaio. & obedien. c. solitæ.

CAPVT XXXI.

PETITIO. (Extorsit) precibus importunis, vel etiā metu, qui caderet in constantē virū, aliàs enim secùs, vt not. sup. eo. ad nostram. (ipsum) hæc verba sequentem interpretationem recipiunt, quia agebatur hîc inter eos, q, ex illis verbis apparet conspirationes, etc. aliàs si generaliter ageretur, quòd nullo negotio essent contra eum, tunc enim in negotijs ecclesiæ astringeretur, vt sup. eo.

c.2.ſed in ſuis ꝓprijs deberet obtinere abſolutionem, ſi iuſtus erat metus, vel alia cauſa rationabilis, quare fuit iuramentū extortum, vt not.ſup.in c. quòd me. cauſ. ad aures (ſpecialibus) ff.loca.l. qui inſulam.§.vlti.C.de ſolu.inquiſitio,argumen. ff.de pact.cum eo. in Authen.vt differ.iudi.§.ſi verò refu.ff.ſi ſerui.vendi.alterius.

CAPVT XXXII.

1 *Iuramentum de veritate dicenda locum tantùm habet in his, quæ quis indubitanter nouit, licet ea non viderit.*
Spes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis.

EX LITERIS. (G.) debitore. (E.) creditorem (à partibus) per quas poteſt melius veritas haberi, vnde & ad eas eſt recurrendum. ff. de procur.ſi actor.C.de procur.l.fin.ſup.de iura-
1 calum.cùm in cauſa.vbi no. †Iſtud autem iuramentum licet dicatur de veritate dicenda, non eſt tantùm de his, quæ quis vidit, ſed eſt tantùm de his, quæ quis indubitanter nouit, nam non vidi Chriſtum crucifigi, & tamen firmiter hoc noui. Item non vidi Conſtantinum nec Iuſtinianum Imperatorem, ſed ipſum benè noui. argu. ſup.teſti. ad hoc. ff.de iureiur. videamus.
☞ ad hoc facit quod dicit Auguſt. † quòd ſpes eſt certa expectatio futuræ beatitudinis, quia de futura beatitudine non poteſt haberi certitudo ſcientiæ, ſed credulitas tantùm, ſic eſt in iuramento de veritate dicenda, quia iurat vera eſſe ea, de quibus non dubitatur, licet ea non viderit, ſed teſtis non tantùm iurat de veritate, ſed de his quæ in eius præſentia ſunt facta. C. de teſti.l.teſtium. Innoc. 4.

CAPVT XXXIII.

MENTELLECTO. (Illibata) hæc decre. intelligitur quoniam fecit alienationes propter quas grauiter lęditur dignitas regalis, non enim ꝓpter hoc interdicitur ſibi donare, vel aliter alienare. arg. ſup. eo. tua nos. 2.

CAPVT XXXIIII.

MVLIERI. (Hoc) ſcilicet, contrahere (conſcientiæ) quidã dicunt hoc ſpeciale in matrimonio propter periculum, quod eſſet ſi continere coge-
retur. argumen. inf. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuæ. Iordanæ. Vel dic, quòd plus placet, ſcilicet, quòd poſt ſentẽtiam cuilibet licet cõtra ſuam confeſsionem venire. de hoc no. inf. de excep. cùm venerabilis.

CAPVT XXXV.

CLERICVS. (Idem) hoc intelligo, quando poſtea facto nouo ſtatuto dixit ſe velle teneri ad eius obſeruantiam ex debito prius præſtiti iuramenti. Secùs autem ſi iuraret ſeruare ſtatuta præſentia & futura. argu. ſup. eod. veritatis. & ſup. de teſt. cogen. pręterea. nam tunc ex virtute iuramenti teneretur ad ſtatuta facta poſt iuſiurandum, dummodò bona & canonica eſſent. argum. ſup. eod. veniens.

CAPVT XXXVI.

IVRAMENTVM. (A te) iudice & appellatur hoc iuſiurandum neceſſarium. (De cauſa) ff. de in lit. iuran. l. vlti. C. de iureiu. generali. §. ſin autem. (recuſari) C. de iureiu. delata. & l. generali. §. ſin autem is cui. & appellatur hoc iuramentum iudiciale. (famoſa) ff. rer. amo. Marcellus. & l. ſeq. (actor) C. de eden. qui accuſare. (actor) niſi quando iudex accuſatur, quòd accepit pecuniam pro diffinienda cauſa, in quo caſu, & ſi nihil probetur contra eum, tamen iurare debet, ſe nihil accepiſſe. in Authen. vt lit. iur. col. 8. & hoc in alio caſu ąmodo ipſe ponet. & not. ſup. de ꝓcur. c. 2. Præſumptione) vnus teſtis (obtinere) ſi verò nil probat, reus abſoluitur, ſi autem ſemiplenè, puta quia per vnum teſtem, defertur iuſiurandum, vt hîc. C. de eden. qui accuſare. C. de iudi. properandum. (pro illo) actore. ff. de iureiu. admonendi. (deferendum) C. de iureiur. in bonæ. C. de iudi. properandum. ff. quemad. teſta. aper. l. 1. in fi. ff. de do. præleg. Theopompus.

TITVLVS XXV.

DE EXCEPTIONIBVS.

CAPVT I.

DENIQVE. (Hactenus) repete quæ diximus ſup. de teſt. ſuper eo. & c. teſtimonium. (obijciuntur) & ſufficit ſententia cõtra eos lata. ſup. de teſti.

teſti. teſtimoniũ. & idem dicimus, ſi quod crimen confeſsi ſunt (Stephanus) 3. quæſt. 11. negandam. 2. quæſtio. 6. criminationes (probauerint) quod ſit eo ipſo quòd non probetur contrarium. ſup. de præſump. dudum. (Confeſsi) contrà. ſup. de elect. inquiſitionem. ſup. de confeſ. cùm ſuper. Sol. ex confeſsione ſua damnari non poteſt, vt hîc, niſi crimen de quo teſtificantur, tangat crimen de quo agitur quòd in decre. contrarijs contingebat, vel ibi imponi extraordinaria pœna, quod hîc non
☞ negatur. † Sed nec extraordinaria pœna infligenda eſt, niſi confeſsis, & ſic loquitur præmiſſa contraria. & argument. C. de teſt. nullum. & non eſt imponenda illis, quibus in modum exceptionis probatum eſt crimen per alios teſtes, vt hîc, & ſup. de ord. cog. cùm dilectus. in fin. (præſertim) maximè ideò eſt, & ſi contingat cauſam quantum ad reprobationem teſtium & inſtrumentorum, vt not. ſup. de confeſ. cùm ſuper. ſed in cõfeſsione ſecùs, vt not. ſup. de confeſ. c. 2. & ſup. eo. c. in gl. præce. (De qua) vt ſi aliquis accuſetur de ſimonia, & ipſe accuſatus per ſe inducat teſtem, ſcilicet, quod non erat in terra, q̃ cum eo dicitur ſimonia commiſſa, vel quòd non ipſe accuſatus, ſed alius conſcius, & actor fuit huius ſimoniæ, nam in his caſibus & ſimilibus ipſe teſtis confitetur ſe ſimoniacè aliquid dediſſe, vel recepiſſe verè peccatum quod confitetur, id eſt, ſimonia tangit crimen, de quo agitur, ſcilicet, ſimoniam, quia de ſimonia accuſatur, & tunc benè punitur (contingere) ff. de adul. l. 2. §. ſi publico. 3. quæſtio. 4. §. item qui falſo. ſup. de confeſ. cùm ſuper. ſup. de elect. per inquiſitionem.

CAPVT II.

ANOBIS. (Quæſitum) Cauſa dubitationis eſt, quia non videbatur quod cõmunicãs poſsit obijcere excommunicationem excommunicato, cui excommunicauerat. ar. inf. de ac. nulli. 3. q. vlti. ſicut. ff. de adul. ſi vxor. ſup. de iureiur. quemadmodum. 4. qõ. 3. ſi quis teſtibus. 8. qõ. 2. dilectiſsimi. inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. ex ore. inf. de præben. c. pro illorum. inf. c. proxi. inf. de app. an ſit. Sol. nonnullos ſuſtinemus, quos inuiti toleramus. 24. quæſt. 1. quiſquis. Not. igitur quòd accuſator excommunicatus, repellitur ab accuſatione, nec poteſt replicare de communione ſecum habita ab excipiente, idẽ dico & ſi accuſator ſimplici & minori excommunicatione ligatus ſit non repellitur, etiam ſi accuſatus ſit maiori excommunicatione excommunicatus, cùm ſibi legitima defenſio reſeruetur. inf. eo. cùm inter. & c. dilecti.

Quod intelligo verum, etiamſi de ipſa excõmunicatione impetatur, de qua impeti non poteſt ab his, qui ei communicauerunt. inf. de ſen. excom. in præſentia. Et eſt ratio, quia eſt criminoſus. ſup. quòd me. cau. ſacris. & criminoſi non admittũtur ad accuſationem. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. niſi ſuam proſequantur iniuriam. 4. q. 6. omnibus. & in epiſcopo. 2. q. 7. cũ paſtoralis. & in exceptis criminibus. 2. q. 7. in prin. beneficium autem appellationis non poteſt tollere aliquod crimen. inf. eod. cùm inter(is) ſcilicet, reus vel accuſatus (excõmunicato) actori vel accuſatori (ipſum) agentem vel accuſantem (repellere) excipiendo (ille) accuſator (cùm) contra accuſatum (primus) accuſator (ſecundus) accuſatus (participatione) maximè. idem enim eſſet, ſi vterq; eſſet minori excommunicatione excommunicatus. inf. eod. dilect. argumen. 32. quæſtio. 8. nihil. 3. q. 7. c. iudicet. C. de adul. quoniam Alex.

CAPVT III.

1 *Poteſt etiam infamis fungi officio procuratoris.*
2 *Reſcriptum accipit vires ex ſcribentis intellectu.*
3 *Electio clerici beneficiati non prohibetur.*
Paria crimina circa diuerſa commiſſa, non mutuò ſe tollant.

CVM ECCLESIASTICE. (Poſsit) mirũ videtur, quòd nomine eccleſiæ hanc exceptionem opponere non poſſunt. Lau. reſpondet, ſoluat qui poteſt Vincentius dixit, quod & qui plura habet beneficia, & qui nomine eccleſiæ opponere non poſſunt, ſed hæc non admittuntur, quia de certa ſententia domini Papæ, & habenti plura beneficia ꝓceſſerant literæ. argumen. ſup. de offi. deleg. paſtoralis. inf. de reli. do. conſtitutis. Alij dicũt, quòd nec nomine eccleſiæ poſſunt opponere, cùm eccleſiæ ſeruitorum numerum ampliari expediat. ſup. de conſti. c. penul. nec nomine ſuo, quia quòd quiſq; iur. in alium ſtatuit eo dem iure vti debent. ſup. de conſti. cùm omnes. 32. q. 7. nihil iniquius.

Sed quid ſi recipiant aliquos beneficia-

tos pluribus beneficijs, nunquid possunt excipere contra alios, quidã dicunt quod non.arg.inf.de præben.pro illorum.ff.de adul.si vxor. Dic primum,quòd verum & merum ius est,quia hîc de quo agitur erat canonicus ecclesiæ, vtpote, quia inuestitus erat per Papam , & agebatur contra eum,quòd repelleretur, vel cùm peteret possessionem , excipiebatur quòd nõ erat admittendus,quia aliàs beneficium habebat, vnde ergò poterat eis respondere,frustra auxilium legis inuocat,etc.vt not.inf. de adult.c.penul. Etsi quæritur,si qui sunt qui habent plura beneficia, & alij non dico,quòd nomine nõ potest proponi,cùm in damnum ecclesiæ non vertitur. Si autẽ vertetur secùs,puta quia propter paupertatem præbendarum ecclesiarum deseratur,nam quilibet etiam habens plura beneficia ageret, tunc etiam alijs inuitis,vt in interdicto.de liber.ho.exhi. Item quilibet admittitur , si suum interesse & ius speciale prosequitur, etiã cæteris inuitis. ff.de procu.licet. Secùs si commune,puta quia diceret minorem præbendam habeo, si iste superaddatur,sed si de sua præbenda speciali diminueretur, tunc esset speciale interesse.

1 † Exceptio autem quòd procurator plura beneficia habet,non obstat,cùm etiam infamis possit esse procurator.insti. de ex.§.vlt. Sed oppones,si hîc erat canonicus, quare impeditur, cùm non habeat possessionem etiam ab his,qui non habẽt plura beneficia,& etiam si nomine ecclesiæ excipiant contra.inf.de app. constitutus.inf.de acc.accedens. Sed hoc ideò fit, quia dicebatur per obreptionem impetrasse.de hoc not.sup.de dolo.cùm olim. Hoc autem benè fatemur, quòd ille qui plura beneficia habet, benè excipiet contra rescriptum super beneficio impetratum,hoc modo, scilicet,tu non potes per hoc rescriptum petere beneficium, cùm sit impetratum per veri suppressionem. Hæc igitur exceptio propriè cõtra rescriptum proponitur,& non contra personã, sed hîc cùm iam receptus esset hæc exceptio,non obstabat,quia ei non obstaret,si aliàs canonicus eius ecclesiæ esset electus, cùm non sit crimen,plura beneficia habere,vt not.inf.de præben.cùm iam dudum.

2 †Sed dices quare contra rescriptum competit exceptio beneficiorum plurium, si non est peccatum? Respon.rescriptum vires accipit ex intellectu scribentis. ☞ inf.de verb.sig.dilecto. †Sed quia habens beneficium,quantumcunq; modicum etiam insufficiens si rescrip. impetret super alio, non valet, quia præsumitur contra Papæ voluntatem impetratum.sup.de rescri.si proponente.electio autem vires accipit à iure.

3 † Clericus autem beneficiatus non prohibetur eligi,nisi fortè tãta esset multitudo, quod in ambitionem, vel auaritiam transiret.inf.de præben. cùm iam dudum. vbi not. Sed hoc videtur contra id, quod hîc dicitur, quia ideò non admittitur contra institutum,quia beneficia plura habebat,nam secundum ea,quæ proximè dicta sunt, ex quo non contra rescriptum , sed contra institutionem obijciebatur,iam secundum iura iudicari debebat,quę non prohibent canonicum in vna instituí in alia,& sic etiam & si illi non haberent plura beneficia, tamen tunc hoc opponere non debebat. Ad hoc quidam responderent, vt sicut exceptio obreptionis opponitur contra rescriptum, sic potest opponi contra collationem. sup. de dolo.cùm olim.inf.de accu. accedens.ff. de na.resti.l.1.

Illud autem non videmus sibi aliquo modo obijci posse, quòd plura beneficia habebat,quoniam si aliàs ei de iure exceptio legitima competeret,eam opponere posset, cùm paria crimina non mutuò se tollant circa diuersa commissa, vt not. inf.de adul.c.penul.Respondeo quòd hęc crimina circa idem committebantur, scilicet , circa negligentiam huiusmodi beneficij, de quo agitur. Vel dic & melius, quòd hîc non sumitur argumen.à contrario sensu,sicut enim repulsi fuerunt , qui habebant plura beneficia, sic repellentur qui non habent plura in casu, in quo loquitur decre.vt dictum est (opponere) infrà,de vsu.quia frustra. 3.q.7.in grauib⁹.ff. de doli excep.apud Celsum. §.Marcellus.

CAPVT IIII.

1 *Quando agens dilatoria exceptione solutionis sit repellendus.*
2 *Iudex condemnat reum ad debitum soluendũ quando constat in sententia de debito & de dilatione.*
3 *Declinatoria iudicij in ipso litis primordio proponenda & probanda est.*

1 PASTORALIS. (dilatorias) † De dilatoria exceptione solutionis,dic quod sic,quòd si ex confessione actoris, vel alio modo constaret, quòd solutio

solutio debiti differenda sit, repellitur ab agendo,quia malè agit.ff. quando dies vsufr.leg.ce.l.1.§.fi. ff. de verbo. oblig.continuus. §. 2.ff.de eo quod cer.loc. l. 2. §. si quis ita stipu. & induciæ duplicantur, vt sup. de plus peti. c. 1. Sed si non constat proposita exceptione dilatoria solutionis , facienda est litis contestatio super principali quæstione,& probatio exceptionis differenda est post litis contest.C.de proba.exceptionem.sup. de lit.contestat. exceptionibus.sup.de foro compe.ex parte.& not. quod l.præalleg. exceptionem. dicit exceptionem dilatoriam proponendam non ante litis contestationem,sed in initio litis, & appello initium litis etiam si proponit in lit.contest. vel parum pòst, puta antequàm ad alios actus iudicij procedatur.C.de iur.cal.l.2.in prin.

Ratio autem,quare oportet in initio, vel ante initium proponi,& non post hæc est,quia si reus post lit.contesta.ipsam opponat,per ipsam non impeditur processus iudicij, & dilationum materia amputanda est.C.de temp.app.l.2.in princi.& hoc curare debet iudex , & ius vt lites citò decidantur. ff.si cer.pet.quidam.sup.de dolo.finem.in prin.cum si. Nec reus potest ex hoc multum conqueri. si post lit.contest. non posset hanc opponere,quia cùm temporalis sit tantùm modicum generat præiudicium. C. de præci.impe.offic.l.2.

Item quia si ante litis contestationem tacuit,& postea eam proponat, præsumitur causa differendi facere, vnde videtur quòd si de nouo quandocunq; etiam post litis contest.veniret ad notitiam eius, puta quia pactum de non petendo factum fuit,cum procuratore suo in remotis partibus tunc agente,& postea ei significante.ff.de verb.oblig.l.fi.§.si inter eos.in tali casu videtur, quod etiam post litis contesta. proponi possit , multò magis quàm in declinatoria fori de qua hîc cõceditur. inf.eod.c.& sup.de offi.deleg.insinuante. Aliqui tamen dicunt, quòd semper etiam post lit.contest.admittenda est huiusmodi exceptio,& intelligunt legem præalle. exceptionem non imponere necessitatẽ, omnes autem fatẽtur quòd si per attestationes vel instrumenta apparet debitum in diem,quod benè proderit reo,quia licet ad hoc non fuerint producti testes,tamen contingit principale negotium,vt no.inf. de accu.inquisitionis.

2 † In sententia autem semper quando constat de debito & de dilatione, iudex condemnabit reum ad debitum soluendum,licet malè egerit, quia de qua re cognouit iudex,etc.ff.de iud.de qua.de hoc not.sup.de plus peti.c.1.

3 †Declinatoria iudicij inter ipsa litis auspicia proponenda est & probanda.inf. de sen.& re iud.inter monasterium. C. de excep.l.pen.& nisi tunc proponat in personam iudicis, consentire videtur. C.de iud.sancimus.in fi.nisi sibi postea competere incipiat.sup.de offic.deleg.insinuante. vel ad eius notitiã de nouo perueniat, vt hæc dilatoria solutionis ante litis contest.proponetur,sed pòst probatur fundata intentione actoris. C. de proba. exceptionem.& C.de excep.si quidem.sed intelligo ante publicatas attestationes. Authẽ.de testi.§. qa verò. peremptoria verò ante litis contest. & pòst potest opponi & probari.C.sentẽ. rescin. non poss. peremptorias. inf. de præscrip. auditis. si autem eadẽ sit peremptoria solutionis & declinatoria iudicij,nõ in principio probatur, sed in prosecutione principalis quæstionis differtur. sup. de fo.comp.ex parte.ff. ad exhib.l.3.§. ibidem.nisi talis sit,per quã diceretur sententia nulla esse ipso iure,vt est exceptio rei iudicatę.2.q.6.§.diffinitiua.vel nisi sit talis exceptio q̃ elisis literis elidit etiã principalem quæstionem, quæ tantùm ex literis nititur,vt si Papa scribat pro aliquo recipiendo in aliqua ecclesia, nam tunc vtile est & cautum ad elidendũ literas,& declinandum iudiciũ exceptionem proponere, quòd literæ non valent, quia non dixit se sufficienter beneficiatũ. sup.de rescri.si probo. sup. de transact. ex literis. Vel quòd nõ esset clericus,vel quòd erat condemnatus de crimine,& non differre in principalem quæstionem.

Et est ratio diuersitatis, quia tunc ad læsionem totius quæstionis sufficiat elidere literas, & sic propter breuiandas lites vtile est in principio proponere, secùs autem esset in alijs peremptorijs, quæ licet elidant iurisdictionem,tamen quæstio remanet, vnde interim esset necesse eandẽ exceptionem replicare,tamen non negamus si iudex tolerare vult,& pars etiã non contradicit, quòd talis peremptoria etiã post litis contest. ad vtramq; propositam proponi & probari possit , quia propter hoc non vitiatur processus (tempus) hic terminus præfigendus est ad petitionem eius,contra quem excipitur.s.si excipiens hodie proponat vnã,cras aliam , nam ad confundendam eius malitiam,iudex hũc

terminum præfigat, ſi autem reus dicit ſe velle proponere exceptiones, & ad hoc petebat terminum, non debet ſpecialem habere terminum, ſed habet illum quia à iure datur, vt declinatorias iudicij proponat intra 20. dies, niſi abbreuietur. 3. q. 3. offeratur. & dilatorias vſq; ad litis conteſt.

☞ †Item debet venire inſtructus, nec debet ei dari materia malignandi contrarium, tamen, ſcilicet, quod poſsit peti hæc dilatio videtur expreſſum. inf. de appel. cùm cauſam. & credo hunc terminum poſſe præfigi etiam in peremptorijs, & poſt lapſum terminum non videtur quod poſsit proponi exceptio excommunicationis, quãuis ſi terminus præfixus non eſſet ſemper vſq; ad ſententiam proponere poſſet. inf. eo. exceptionem. ar. pro prædictis hic, quia eadem ratio eſt in peremptorijs quæ in dilatorijs, ſcilicet, vt finis litium feſtinetur. Item arg. ad hoc, quia etiam ad agendum quandoq; terminus præfigitur. C. de inge. manu. diffamari. & qui ſi. ſint legitator. cũ ſuis cõcor. (ad illius) exceptionis.

CAPVT V.

1 *Nunquid excommunicatus poſsit agere. Reo an & quando ſeruatur defenſio.*
2 *Non auditur excommunicatus extra iudicium appellans.*
3 *Nunquid ſi quis ante excommunicationem extra iudicium appellauit poſsit appellationem proſequi.*
4 *Exceptio in qualibet parte litis ritè opponitur.*

1 CVM INTER PRIOREM. (Vinculo excommunicationis) †Circa hanc materiam ſic credimus, quòd excommunicatus nullo modo poteſt agere, quia perſonam ſtandi in iudicio non habet. inf. eo. dilect. & c. exceptione. excipe quod habetur. ſup. de offi. ordi. ſignificauit. in fi. accuſari autem & conueniri poteſt nominatim, & tunc ei omnis legitima defenſio reſeruatur, vt ſup. de iudi. intelleximus. puta recuſare iudicem, appellare, & excipere appellationẽ proſequi, vt hîc not. & inf. eod. ſignificauerunt. & c. vlti. reconuenire autem non poteſt, vt hîc. Idem etiam dicunt quidam, quod compenſare non poſsit. Item per id, quod hîc dicit in fi. quòd defenſionis remedium non debet trahi ad materiam impugnationis, dico quòd ſi electus petat confirmationem, quod excommunicatus non eſt admittendus ad excipiendum electum, quia ſic trahitur defenſio ad impugnationis materiam. Item qui eſt extra eccleſiam, etiam cùm ſua non interſit, quomodo alij obijciet excommunicationem, vel aliquod crimen. arg. 25. diſtin. primum. 26. diſt. vna. & quomodo auferet feſtucam de oculo fratris, etc. 3. q. 7. §. tria. in fi. & c. ſeq. & ſi obijciantur paria crimina, etc. ſolue vt not. inf. de adult. c. penul.

Sed contra. inf. eo. dilecti. vbi contra excipientem de excõmunicatione cõtra electum non datur replicatio. So. illa loquitur in neceſsario reo, hîc autem in voluntario, vnde hic primò reus voluntarius firmare debet perſonam ſuam in iudicio, quod facere nõ poteſt excommunicatus, ſed neceſsarius reus hoc ipſo, quod vocatur firmauit perſonam ſuam in iudicio. ſup. de iud. intelleximus. vnde & dicitur, q; iudiciũ redditur in inuitũ. ff. de ver. ob. interſtipulantem. §. 1. & idem dicimus. ſ. ad contradicendum non admittantur excommunicati, vbicunq; officium iudicis imploratur generaliter nullo expreſſo, vt ſi quis reſtitutionẽ peteret aduerſus additionẽ hæreditatis, vbi vocari debẽt generaliter omnes quorũ intereſt. C. vt ab hære. ſe abſti. tũc ſi excommunicatus ſe offerat ad contradicendum in integ. reſti. non eſt audiendus, nam q; dicitur, quòd reo ſeruatur defenſio, intellige verum, quando ex neceſsitate eſt reus, qui vocat̃, ſed ſi ex neceſsitate non eſt reus, ſed ex voluntate, vt in caſibus prædictis, non credimus quòd ſe opponere poſsit, & ſic intelligitur decre. ſup. de iudi. intelleximus. ſatis tamen crederemus, quòd ſi in libello exprimeret aliquam perſonam, puta peto in integ. reſt. aduerſus ſententiam pro Io. contra me latam audietur, vel quia damnoſa eſt hæreditas propter debita Io. vel legata ei facta. nam hîc ex neceſsitate videtur reus cõſtitui. Alij tamen dicunt, nec hic admittetur ad contradicendum, & dicunt quidã, quòd ſi non fuerit admiſſus, quia excommunicatus erat, poſtea tanquã abſolutus admitteretur, vt petat reſtitut. in integrum ad appellãdum pro eo, quia nec per ſe, nec per alium procuratorem potuit ius ſuũ defendere. ff. ex quibus cau. ma. ſed & ſi. ff. de mino. Papinianus exuli. Vel non currit ei tempus, vnde poſt obtentam abſolutionem à ſententia reſtit. in integ. poterit appellare intra 10. dies. argu. pro hoc, quia illo tempore nõ currit ei tempus appellationis. ar. inf. de cõceſ. ꝓb. non va. qa. Dic tamen q; factũ eſt, cõtra eũ tenet, nec poteſt retractari, quia vocatus nõ fuit vel admiſſus, quamuis alius nõ excõmunicatus ob.

tus ob hoc poſſet dicere nullum: vt no. ſup. de procu. in noſtra. Prius dictum magis placet, & valet reſtitutio ad appellandum, quando aliter ſibi ſuper iure ſuo ſubueniri non poteſt. ſed ſi aliter agere poteſt, vt in confirmato patet, contra quem obijciendo crimina auditus non fuit, hîc enim non eſt reſtituendus, quia per aliam viam ordinariam ſibi prouideri poteſt, ſcilicet quia contra eum de criminibus poteſt agere directo. inf. de app. conſtitutis. & ideò non reſtituetur ad appellandum. ff. ex qui cau. ma. in integ. reſti. l. 1. 2. & 4. nam & quandiu competit via ordinaria, extraordinaria denegatur. ff. de minori. in cauſæ. 1. reſponſo, & ſeq. ſed ſecùs fortè dicendum eſt de pacto in forma, vt alibi not.

2 †Item no. quòd excommunicatus appellans extra iudicium non auditur, nam cùm illa appellatio ſit quaſi ad cauſam prouocatio. inf. de app. cum ſit ro. ſicut nõ poteſt prouocare, ita nec appellare, nec per eam negotium ad ſuperiorem defertur. Item ſi ille excommunicatus cuius intereſt coram iudice vadat cum cauſa inter alios vertitur, vel cùm imploratur officium iudicis, vt in caſibus ſuperioribus, & appellaret, nõ poterit eam proſequi, quia nõ potuit appellare etiam in iudicio, cùm non eſſet neceſsarius reus, imò nec reus, aliàs autem in iudicio vbi neceſsarius reus eſt licitè appellat, & ſi ex alijs cauſis ſit excommunicatus, & ante iudicium cœptum. inf. eo. c. vlti.

3 †Si autem aliquis appellaſſet, extra iudicium ante excommunicationẽ, crederem quòd appellationem ſuam proſequi póſſet, ſi negotium ſit ad ſuperiorem relatum, puta quia poſt appellationem grauauit eum in eo, ſuper quo appellauit antequam excommunicetur, & multò fortius ſi tunc arripuit iter veniendi ad ſedem Apoſtolicam. argum. 3. quæſtio. 9. reuera. & argu. quia generaliter dicitur, quòd appellationem proſequi poteſt excommunicatus. inf. eod. venerabilem. & quia videtur iudicium iam cœptum, vel cauſa appellationis, crederem tamẽ quòd licet appellans ſi nondum grauatus eſſet, cùm nondum appellatio effectum habeat, nec adhuc ad ſuperiorem ſit translatum negotium, quòd non admittitur proſequens appellationem, obſtante ſibi exceptione excommunicationis. Alij tamen contrarium dicunt dicentes, quòd extra appellationem ſuam poteſt proſequi indiſtinctè. Item his quę diximus, prius videtur contra. ſup. de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta. vbi dicitur, quòd excommunicatio ſuperueniens impetrationi literarum, impedit proceſſum per eas.

4 †Item contra. inf. eod. exceptionem. vbi dicitur, quòd exceptio in quacunque parte litis ritè opponit, ergò apparet quòd contra iſtum appellationem proſequentem ritè excommunicatio opponitur, etiã priuſquam negotium fuerit ad ſuperiorẽ relatum. Tu dic, quòd hoc ſpeciale eſt in appellatione, vt excommunicatus ipſam proſequens admittatur, vt inf. eod. ſignificauerunt. & c. fin. ſecùs autem, quando nõ agitur in modum appellationis (defenſionis) ſcilicet, in ſeruo. ff. de acc. ſeruus. & in patrono. ff. de bo. libe. quòd cùm minor. §. ſi libertus. (condemnetur) appellationis etiam cauſam proſequi poterit. inf. eo. c. vlti. (reconuentione) recompenſare autẽ non poteſt. argu. contra. ff. de compenſa. quicunq;. Innoc. 4.

CAPVT VI.

1 *Litis conteſt. fit per exceptionem peremptoriam.*
2 *Excipiens an ſemper confiteri dicatur.*
3 *Nunquid ſi quis confitetur aliquid, dicatur etiam confiteri quicquid ex illo ſequitur.*
4 *Producens inſtrumentum de falſo contra illud dicere non poteſt.*
5 *Errantes in iure nedum ſe corrigere poſſunt, ſed etiam ſuum errorem reuocare.*
6 *Quicquid à Prophetis ſcriptum eſt, id indubitanter credendum & tenendum eſt.*
7 *Teſtes qui pro me ſemel teſtificati fuêre, non poſſum amplius reprobare. Idem dicendũ in iudice.*
8 *Sententia non dicitur incerta, cùm in aliqua parte actorum contineantur capitula excepta.*
9 *Statim quòd eccleſia ſita eſt in dioce. temporalia ad epiſcopum pertinent.*

1 CVM VENERABILIS. (Poſſeſsionibus) Iſte epiſcopus intendebat petere poſſeſsiones, & pertinentias, vt de eis pro libito diſponeret. inf. eo. c. ſæpè exponit. ſed hanc petitionem reputant quidam ſatis congruam, etiam ſi tantùm rationem ſibi debere reddi petere intenderet, & eſſet patronus clericus, vt inf. de priuile. c. 3. §. in eccleſijs. Imò plus dicunt aliqui, quod eſt ſufficiens & congruus talis libellus, etiam ſi patronus laicus ſit. Per hæc enim verba eccleſia cum ſuis pertinentijs & poſſeſsionibus, nihil intelligitur petere, niſi iuſpatronatus. argument. ſup. de iudi. examinata. ſed certè in laico hoc non admittimus, niſi

tantùm ius patronatus petet, quia nihil habet in poſſeſsionibus. inf. de iure patr. quòd autem decætero. 10. qõ. 1. c. 2. & ſeq. In clericis autem ad quos ex fundatione ſua pertinet iuſpatronatus, benè admitto hunc libellum. 16. q. 2. c. ſed ſi ex donatione laicorum obtineret, idem dicunt, ſcilicet quod in laicis, ſed tutius eſt, vbi etiam patronus clericus eſt ex fundatione, quod non petat eccleſiam cum poſſeſsionibus & pertinentijs, vbi intendit tantùm petere iuſpatronatus, ſed petat rationem adminiſtrationis ſibi reddi, hæc enim petitio competit non ſolùm illi, qui habet iuſpatronatus, ſed etiã illi, qui habet adminiſtrationem in temporalibus.

1 †Reſpondit) litem conteſtando, & ſic apparet, per exceptionẽ peremptoriã litis conteſtationem fieri. ar. ſup. de dolo, prout. Arg. contra. ſup. de lit. conteſt. c. 1. Sol. ſiue excipiendo, ſiue reſpondendo, aliàs reſpondeat petitioni animo cõteſtandi litem, lis conteſtata erit. arg. hîc, quia hoc ipſo quod hîc appellatur reſponſio, infrà appellabitur exceptio, vbi dicit quòd exceptionem obijciens, etc. (cambium) infrà de rer. permu. ad quæſtiones. (propoſuit) & malè. ar. tamen contrarium ſup. de tranſ. præterea. 2.

2 †Credere) non eſt verum, quòd ſemper qui excipit, cõfiteatur. ar. ff. de excep. l. non vtiq;. arg. ad idem. ff. de excep. nemo. cõtra. ſup. de tranſ. præterea. Item cũ iuramento talis clauſula cõtineatur, quod nullam probationem requiret, niſi quam credat neceſſariã. C. de iura. calum. Authen. in iſto. ergò monaſteriũ, quòd hanc exceptionem propoſuit, credebat eam eſſe veram, & ſe iuuari illa permutatione, & ſic per conſequens videtur confiteri rem *fuiſſe* epiſcopi, aut credebat eſſe falſam exceptionem, & ſic non iuuari ea, & ſic faciebat contra iuramentũ calumniæ, & etiam ſi non iurauerat: tamen contra ius non erat audiendus allegans turpitudinem ſuam. inf. de dona. inter dilectos. Ad hoc ſic reſpondeo, quòd ſiue excipiendo ſiue alio modo quis confiteatur expreſſè in iudicio intentionem aduerſarij: tunc benè ſibi præiudicat confeſsio prædicta adeò vt ante ſententiam dicere non poſsit contra confeſsionem ſuam, niſi oſtenderet errorem. ar. inf. de accu. cùm dilectus. C. de iur. & fact. igno. error. ſup. de tranſ. præterea. C. de probat. l. 1. Si verò nõ confiteatur expreſſè, ſed excipiendo tantùm proponat, vt hîc fuit, non poteſt dici quòd confiteatur, nec etiam credit, quòd plus eſt qui excipit non credit, ſed non diſcredit. imò dubitat, & quaſi inter duo veriſimilia agit. C. de excep. ſi quidem. ff. de acqui. hære. qui puta. §. qui bona. & §. vlti. C. de condi. inde. l. vlti.

Nec ob. dicta Authen. quia licet non credat qui excipit, quia tamen non diſcredit neceſſaria eſt ſibi dilatio ad probationem, vt ſciat an verum ſit nécne id de quo dubitat. †Imò idem videtur dicendum in actore, vt ſi iudicat aliquod priuilegiũ pro ſe, & poſtea illud priuilegiũ probetur falſum, licet tacitè viſus ſit cõfiteri, quęcunq; in inſtrumento continentur, etiam ſi qua in eodem inſtrumento erant contra eum, tamen reprobato priuilegio ſibi nõ oberit propter hoc, quia viſus eſt hoc feciſſe innitens priuilegio ſuo, quòd ſine dolo verũ putabat. inf. de ſen. & re iud. cum I. & A. ar. imò. idem dicendum videtur, ſi expreſſè cõfeſſus fuiſſet vera eſſe quæ in priuilegio continentur, quia ſemper priuilegio inniti debet, quo ſublato, & omnia quæ ex illo ſequuntur tolli videntur. Sed ſecùs dicendũ videtur, ſi expreſſè aliquid confeſſus fuiſſet, nõ habita mentione de priuilegio, quia tunc ei ſtare teneretur etiam priuilegio caſſato, vel reprobato, ſecùs autem ſi non pronunciaretur falſum, ſed aliàs defectum haberet, puta conſenſum canicorũ vel cõſimilia. vt not. inf. de cen. cùm olim. vel chartam non eſſe ſufficientem ad probandum id, ad quod inducitur. vt not. inf. eo. in glo. q. d. ſed ſi confiteatur in genere vera eſſe, quæ continentur in charta prædicta, quę inducitur ad probandum, & non probat, vel quæ aliàs defectum patitur, credimus quòd licet poſtea pronunciet illam chartam nõ ſufficere ad probationem, tamen propter confeſsionem ratam haberi debent omnia, quæ ibi dicuntur. Et ratio diuerſitatis eſt, quia probato falſo inſtrumẽto, tollitur fundamentũ cui inhærebat confeſsio, & ita per cõſequens totum tollitur ædificium ei cohærens, ſcilicet ipſa confeſsio. arg. 1. q. 1. cùm Paulus. & inf. de presbytero nõ bap. veniens. ſed in alio caſu vbi nõ probatur falſum, remanet inſtrumentũ in ſuo vigore, licet non habeat tantum vigorem vt credebat qui illud producebat. arg. opt. C. de lib. præte. vel exhære. Authen. ex cauſa.

†Item prædicta locum habent, vbi ſententia lata eſt ſuper falſitate inſtrumenti, vel alia. q. inciden. ſed ſecùs eſt, vbi ſuper principali quæſtione fertur diffinitiua ſententia,

ſententia, quia tunc lata ſententia, non obſtante priore confeſsione, poteſt ſequi ſententiam is, pro quo lata eſt, & ei inniti etiam contra priorem dicere confeſsionem. ſup. de iureiu. mulieri. (contractus) inſti. de actio. §. actionum. (domino) nam dans rem alienam non contrahit permutationem. ff. de rer. permu. l. 1. in fin. (diutius) ſed non vſque ad præſcriptionem (intelleximus) incipit ſententia (intelligitur) ff. de excep. l. non vtique.

3 †Sed contra, quia ex quo aliquid confitetur, & quicquid ſequitur ex illo videtur eſſe confeſſus. 8. diſtin. quo iure. Reſpondeo licet excipiat de permutatione, non tamen confiteatur rem fuiſſe permutantis, ſed permutantem non poſſe venire contra permutationem, vel repetere rem, quam permutauit, cùm aliàs permutatio licitè facta ſit, nam ſi non eſſet licitè facta, & expreſſè confiteretur rem fuiſſe epiſcopi quocunque modo, ſiue excipiendo, vel alio modo, benè præiudicaret monaſterio & prodeſſet epiſcopo. ſup. de trãſact. præterea. 2. argum. ſup. de teſti. veniens. 1. item licet excipiatur, non cõfitetur tacitè, quia etiam dubitans excipit. C. de excep. ſi quidem. quamuis tutius ſit, vt ibidem dicitur hoc modo præſtare, non eſt vel fuit res tua, ſed & ſi tua fuiſſet, ex cauſa permutationis in nos trãſtuliſti. C. de excep. ſi quidem. †Inſtrumentum) quaſi dicat inſtrumentum nõ prodeſt epiſcopo, quia ibi nõ dicitur, quòd epiſcopus Sabinenſ. permutationem fecerit, ſed Theodoſius epiſcopus, tamen ſi epiſcopus replicet, quòd procurator hoc excipere non poſsit, cum falſo adiecerit in tranſcripto Sabinenſ. malè dicit cùm dilectus, etc. ſed dices ſi verum eſſet inſtrumentum, quare imponitur ſilentium epiſcopo, cùm neceſſe haberet ſtare permutationi? Reſpon. fortè nõ præiudicabat inſtrumentum, cùm in permutatione non interueniſſet authoritas ſuperioris, nec alia quæ interuenire debent. 10. qõ. 2. hoc ius. 17. quæſtio. 4. in venditionibus.

4 †Item licet producens inſtrumentũ de falſo, contra illud dicere nõ poſsit. inf. de cenſi. cùm olim. argum. 19. diſtin. ſi Romanorum. ſicut nec contra teſtes. 4. qõ. 3. item ſi quis teſtibus. 3. qõ. 8. ſi quis in agendo. poteſt tamen dicere illud contra ſe nõ facere, vt hîc, nam licet monaſteriũ produxerit inſtrumẽtum ad probandũ, quòd epiſcopus Sabinenſ. fecerit permutationẽ, tamen poſtea admitteretur ad dicendũ, quod non continetur in inſtrumento Authentico Sabinenſ. veritas enim rerum erroribus geſtorum non vitiatur. ff. de offic. præ. illicitas. §. veritas. ff. ad muni. aſſump. ff. de neg. ge. l. ſed ſicut. §. vlt. item licet nõ poſſet dicere contra ea, quæ continentur in inſtrumẽto, quod produxi, quia ab initio videre diligenter debui, quòd in eo cõtineretur, poſſum tamen dicere contra dicta teſtium, quos produxi, & ipſa de ipſis depoſitionibus teſtium reprobare. 4. qõ. 3. §. item ſi quis teſtibus. & etiam contra teſtem poſſum opponere, quod corruptus ſit, vel de noua inimicitia. inf. eod. §. dicitur. & de noua infamia. ſup. de teſti. cog. præterea. imò & dicta meorum teſtiũ per alios teſtes poſſum indirectè reprobare, vt ſup. de teſti. præſentiũ. in prin. in his enim nihil ſibi imputatur, quia ſcire nõ potuit, quid teſtes dicerent.

5 †Item ſi quis malè intelligens legem allegat eam pro ſe, vel inſtrumentum, vel chartã ſimplicem, dicit ſibi fouere in ſua cauſa, cùm in veritate de iure non foueat, quia non eſt Authentica charta, vel eſt teſtimonialis, tamen ſi poſtea per aliquem articulum, qui in eadem charta continetur inducatis contra eum, non facit ſibi præiudicium præcedenti ratione, quia veritas, etc. de offi. præal. illicitas. §. veritas. & quia qui erant in iure, quales ſunt præcedentes, non ſolùm ſe corrigere poſſunt, & ſuum errorem etiam reuocare, & ſibi non præiudicant, imò & iudex corrigere, & ſupplere debet, vt not. in ſum. de erro. aduo. C. vt quæ de. aduo. iu. ſup.

Sed oppones hîc producens hanc chartam credit probare per eam id, quod pro eo facit eadem ratione, & quod contra eum facit. argumen. 3. quæſtio. octaua. cuius in agendo. ergò videtur quòd debet haberi pro confeſſo, maximè ſi expreſſè confitentur eſſe probata, quæ in eadem charta continentur? Reſpõdeo, licet credat & cõfiteatur per ipſam chartã omnia, quæ continentur in ea eſſe probata, ſed cùm erret in iure, ſibi non præiudicat, ſecùs ſi confitetur ſe credere ea, quæ in ea continentur eſſe vera, vt not. ſup. eod. in gloſſ. non eſt. Hoc tamen fatemur, quòd ſi per tale ius, vel per talem chartam minus Authenticam aliquid iudicatum eſſet tam iudex, quàm aſſeſſor, quàm etiam litigator eandem chartam, vel conſimilem, vel idem ius condemnato agente cõtra eos ad intereſſe contra ſe admittere tenen-

tenentur, vt not. in Summa Azo. quòd quiſque iur. ſed quod dictum eſt cõtra dicta teſtium à me productorũ poſſum obijcere, videtur contra. 27. diſt. ſi quid.

6 † Sol. aliud eſt in Prophetis & authoribus vbi locus eſt ab authoritate, & qcquid dicunt indubitanter credendum & tenẽ- ☞ dũ eſt: vt 9. diſt. ego. & c. ſeq. & 15. diſt. c. fi. aliud in teſtibus & inſtrumentis, qui & ſi authoritatem habent, vt eis credatur quãdiu non probetur contra probationem, tamen contrarium admittitur. C. de fid. inſtru. l. fi. ſup. de teſti. præſentium. & tales Prophetæ vel authores ſi haberentur infideles vel hæretici, vel aliquid dicunt contra eos ex eorum authoritatibus, contra eos argumentari poſſumus, vt in prædicto. c. fi. quid veri. ſed benè fateor, licet ipſi infideles de iure non ſunt audiendi, ſi velint admittere authoritates eorum, & propriorum Prophetarum ſpiritualiũ authorum, nos de iure poſſumus authoritatibus eorũ vti contra illos, quorũ authores non ſunt vel Prophetæ, cũ eos non reprobemus. ſup. de teſt. præſentium. C. de fal. qui falſis. C. de reb. cre. ſi quis.

7 † Item. no. quòd teſtes per me inductos non ſolùm in eadem cauſa, ſed etiam alij, & non ſolùm ſi perſona contra quam primo produxi, modo contra me producat, ſed etiam ſi quæcunque alia non poſſum reprobare, ar. 4. q. 3. §. item ſi quis teſtibus. Et idem dicimus in iudice. ar. 4. q. 8. cuius in agendo.

a Non eſt incerta. Car. in cõſ. 94. inci. reſpõdeo q̃ col. 2. verſi. ex hoc enim infertur allegat, et ſequitur Inno. hic.

Et intelligo verum, quòd non poſſum reprobare teſtem, vel iudicẽ ex cauſa quæ ex parte mea procedat, ſed ex cauſa, quæ ab alio procedere poſsit. VERBI GRATIA, patrem tuum induxi in teſtem vel habui iudicem contra aliquem, modo tu inducis etiam contra me, benè reprobabo eum, & etiam recuſabo eum, ex te enim procedit cauſa, quare recuſo eũ, ſcilicet, quia pater tuus eſt. Item ſi admitto aliquem ad vnum officium, non poſſum eum repellere ab alio officio, vbi conſimiles perſonæ requirantur, vel reputantur, ſi autem diſſimiles, tunc ſecùs. Item ſi impetraui aliquem in iudicem, poteſt eſſe criminoſus, & idem in teſtem contra me inducatur, eũdem benè repello à teſtimonio, non prætextu criminis, ſed prætextu infamiæ ciuilis non poſſum eum repellere, quia quem non reputaui infamẽ, ad iudicandum, non debeo reputare infamẽ ad teſtimoniũ, cũ infamia vtrunq; repellat. ar. ad hoc. & omnia prædicta. inf. de accu. nulli. ſup. de æta. accepimus. ff. de adul. ſi vxor. §. vlt. 4. q. 3. ſi quis. vtrum autem eũ, quem ordinaui, exceptione repellere poſſum à beneficio. not. ſup. de æta. & quali. c. accepimus. an autem contra factũ ſuũ cuiquam venire liceat. no. ſup. de ele. noſtri. † Delictum) 16. q. 6. ſi epiſcopum. non videtur hoc ſpeciale fuiſſe in fauorem eccleſiæ, quia quicunque priuatus, inducat falſum inſtrnmentũ eo probato falſo non condemnabitur productor inſtrumẽti ad id, in quo falſum inſtrumẽtum dicebat eũ teneri, cũ in veritate nõ teneretur, quia ſi cõtradiceret ſequeretur quod deberemus iniuſtam ſententiã ferre, fatemur tamẽ, q̃ puniatur de falſo. ar. ſup. de cauſa poſ. cũ ſuper. item alia ratione, non debet condẽnari ad id, quod continetur in inſtrumẽto, quia hic excipiẽdo proponit, & ideò non confitetur, vt ſup. dicitur. Alij dicũt, quòd ſi affirmatiuè proponat exceptionem, & ſciebat inſtrumentum per quod probare volebat exceptionem eſſe falſam, proferenda eſt ſententia cõtra eũ, ſed ſi neſciebat falſum ſecùs eſt, propter rationes aſſignatas in gl. hîc poſitis, in eccleſia tamen ſpeciale eſt etiam ſi ſciebant (ad 20.) di. vt no. ſup. de proba. licet (epiſcopale) ſup. de offi. ordi. conquerente.

8 † Authentica) non eſt incerta a ſententia, cùm aliqua parte actorũ contineatur capitula excepta. C. de ſent. quæ ſine cer. quãti pro. l. pe. intelligo enim, q̃ certis nominibus vel p̃ circũlocutionẽ inſtrumẽta diſtinxit, vel intelligitur de p̃ductis in illo iudicio, quæ publicata erant in actis, nam prætextu aliorũ inſtrumentorũ nõ poſſet iuuari. C. de tranſ. ſub prætextu. ſecundũ quoſdam. Nobis videtur, q̃ benè eſt certa hæc ſententia, etiã ſi in nulla parte actorũ exprimãtur illa capitula, quia ſcripta Authẽtica certa & indubitata ſunt, quare eis fides eſt adhibenda, quòd dic vt legitur & not. ſup. de fi. inſtru. c. 1. & 2. vnde prudenter facit ille, à quo petitur ius epiſcopale, ſi facit illum exprimere, quid petit, vt not. ſup. de offi. ordi. conquerente. nã ſi iudex adiudicet alicui ius epiſcopale, nulla exceptione facta, decætero omnia iura epiſcopalia exhibere condemnatus tenetur, quãuis priuilegiũ vel ſcriptionẽ vellet exhibere ſuper aliquibus capitulis, in quibus diceret ſe exemptũ ante p̃ſcriptionẽ. ĩ. de præſcr. cũ olim. iudex ergò prudenter facit, ſi quando ei conſtat, q̃ quis habet in aliqua eccleſia ius epiſcopale, ſed de aliquibus capitulis dubitat, ſi dicit adiudicamus tali

tali ius epiſcopale, exceptis talibus capitulis, de quibus non plenè conſtat nobis, vt hîc. & inf. de relig. do. conſtitutus. & c. cũ venerabilis. & inf. tit. proxim. auditis. & c. cùm olim. & c. veniens. (munitum ſe) no. vendicantem vendicare ex præſcriptione. de hoc notat. inf. de præſcript. ad aures.

9 † Temporalia) no. hoc ipſo, quòd ſita eſt eccleſia in dioce. temporalia pertinent ad epiſcopum, vt hîc, vnde ea nullatenus alienare valet. 10. quæſtio. 2. c. vltim. tamen vacante eccleſia aliqua epiſcopus nomine eccleſiæ aget. inf. de ſucc. ab inteſt. cùm dilectus. & ſi non appareat, quis ſit patronus intelligam eam liberam,

8 ſed epiſcopus a habebit ius epiſcopale ibi, vt hîc, & iuriſdictionem. 10. quæſtio. 3. c. 1. 2. & 3. & ſeq. vt 16. quæſtio. 7. omnes. & tũc etiam ſi non eſt collegiata, & nõ eſt in parochia alterius eccleſiæ, ipſe ponet ibi miniſtrum, licet aliqui dicant, quòd non epiſcopus, ſed populus præſentabit miniſtrũ, ſed non video quare hoc dicant, cùm iure non caueatur, adminiſtrationis autem ratione in omnibus eccleſijs petet epiſcopus, niſi vbi patronus eſt clericus.

CAPVT VII.

LIM. (Treueren.) Hîc Treueren. archiepiſcopo cõmittebatur cauſa quæ erat inter Guil. & aduerſarium (idem) ſcilicet Gui. (dictas) à ſua dio. computandas ad locum vbi citabatur, nõ ad locum vbi iudices habebant domicilium (curetis) & ſicut continetur in integra permittant procedere abbatem ſancti Laur. & coniudices ſuos, ad quos pars aduerſa literas ſuper appel. facta ab archiepiſcopo obtinuerat, alioquin iſti procederent ad quos iſtæ literæ de conſenſu partium, ſub hac forma impetrantur.

CAPVT VIII.

1 *Cauſam appellationis etiam excommunicatus proſequi poteſt.*
Iudex debet citare eos, quos actor vult.
2 *Superflua probatio admitti non debet.*

DILECTI FILII. (Electioni) Fortè petebat ab eis obedientiam, quam ipſi denegabant, & ſuper hoc impetrabantur, ſcilicet, pro E. & G. vel ipſi appellauerunt, aut appellationem non proſequebantur, vnde electus poteſt petere, quòd procederetur in cauſa. infr. de appel. oblatæ. §. pe. vel quòd eis imponatur ſilentium, & etiam aliàs puniatur. ſup. de elect. ſtatuimus. Videtur tamen quòd hodie non poteſt impetrare literas, ſed apud iudicem appellationis expectare, & ibi proſequi cauſam ſuam, vt in præalle. decr. ſtatuimus. ſed aliquando Papa, vel alius ſuperior literas concedit ex certa ſcientia, & tunc valent, aliter non.

1 † Sed oppones, non videtur benè dicere, quia contra hunc ſic agentẽ admittitur exceptio excommunicationis, ſicut cõtra illos non admittitur replicatio. ſup. eo. cũ inter. Sed reſpon. hoc non eſt verum, quia cauſa appellationis agebatur, quã proſeq poteſt excommunicatus. ſup. eo. cũ inter. ĩ. eo. venerabilis. aliquando mandat Papa, vel quiuis alius citari, qui volũt opponere alicui, & tunc citator publicè debet ꝓponere edictum, vt quicunq; vult ſe opponere facto, ſuper quo agitur, tali die cõpareat. inf. qui mat. accu. poſ. cũ in tua, & quòd talis citatio operetur ibi not. Poteſt etiam iſte citator, quos vult nominatim citare, vt compareant ad opponendum ſe contra factum, de quo agitur ſi volunt, & ſi non comparuerint, quod præiudiciũ eis fiat, ex præalleg. decre. colligitur. hîc aũt cõſtat, quòd in hoc caſu nullũ præciſè citare poteſt modo ſub tantùm, ſcilicet, ſi vult. Aliquando autem mandatur alicui, quòd citet omnes, qui ſe opponunt tali ſuper electione ſua, vt ſuper alio facto, & hoc dixerunt quidam, ſed malè quòd citatorio eſt aliqua cognitio, debet enim eos vocare, quos actor petit citari, & quærere ab eis, ſi voluerint ſe opponere, vel non, & ſi reſponderint, quòd velint ſe opponere, citet eos, ſi verò dicant, quòd nolunt ſe opponere, abſoluet eos à citatione argum. pro eis, quia omnia iudicia ſunt abſolutoria. inſti. de offic. iudic. §. fi. Sed hoc nobis non placet, quia cùm hæc clauſula, citet omnes qui opponunt, ſit intelligenda de eis, qui ante datam literarum ſe oppoſuerunt, & ſua interſit eos ſe non oppoſuiſſe non ſunt abſoluendi à citatione illi, qui ſe oppoſuerunt, niſi ſatisfaciant de intereſſe, an autem per tales literas poſsit citare illos, qui poſt literarum datã, vel qui de nouo volunt ſe opponere, dixerunt quidam, quòd non. arg. ſup. de reſcri. ſignificauit. Alij dicũt, quòd & hîc omnes contradictores & ante datam, & poſt datam, & cũ modo prędicto ſi volunt, & ſine modo

a Sed epiſcopus. Ad Inno. hic adde Arch. in c. vni. co. inſt. de ca. monac. lib. 6. & pra intelligẽdo dicta Inno. hic adde Card. in conſ. 65. inci. pro diſcuſſione colum. 1.

modo citari poterit, quia præsens confusum, præsentis non tenet vlum.

Sed oppones cõtra id quod dictum est, scilicet, quia si citator debet citare quos vult actor, multi poterunt fatigari iniustè, sed certè hoc tenet, quia etiam Papa si nominasset ei, multos citasset eos. Item si comparuerint coram iudice, & non subsit causa citationis, damnabit actorem ad expensas, & etiam si non comparuerint non condemnabuntur statim citati, neque ad expensas, neque ad aliud, imò summaria cognitione præmissa, & in iuramento calumniæ contra ipsos, & nõ aliter, sicut iustum fuerit procedetur, aliàs non. Itẽ licet dixerimus, quòd citabit omnes ad nutum actoris, tamen & moderabitur citator, sicut & delegans moderetur. sup. de rescr. sus per literis. in fi. (ipso) M. (ijdem) P. & G. (exceptionem) quam proponebat contra confirmationem. Et melius M. valebit elidere exceptionem, scilicet, P. & G quam dixerant M. excommunicatum replicando de excep. & ideò non est audiendus super petitionem obedientię, quam fecerat, vel super procedendo in principali, & in opponendo eis pœnam: vt notat. in gloss. fortè.

2 † Quia & si) probatio enim superflua non est admittenda. C. de prob. ad probationes. sup. de offi. dele. cùm cõtingat (sue) denegare enim tali obedientiam erat defendere ecclesiam, sicut necà sua, imò etiã periuri agere possunt, & prosequi causas suas, actiones suas & suorum. 4. q. 6. omnibus. & sic etiam actiones prosequi possunt à simili, nomine ecclesiæ. arg. sup. de iureiur. petitio. (M.) electio cui obijciebatur excommunicato (à defendendo.) & ita hîc habes, quòd contra exceptionem maioris excommunicationis, non admittitur replicatio maioris excommunicationis, de hoc no. sup. e. c. 2. (deferendo) sup. eod. cùm inter dilec. (Interlocuti) & malè.

CAPVT IX.

APOSTOLICAE. (Vobis) hîc interesse debebatis electioni vel elect. celebrare (amotionis) temporalis, quæ idẽ dici potest quod suspensio, & qa hæ pœnæ sine ordine possunt infligi, sine magna solẽnitate possunt reuocari. infligi dico ex culpa quæ fit coram iudice. ar. ff. de pœn. l. vlt. & l. moris. (Amotionis) & ita ex quo erant amoti à beneficijs intra tempus amotionis, nec omnibus ecclesiæ actibus, nec negotijs intererunt, quod est not. quid autem iuris sit de interdicto ab officio, not. inf. de app. ad hoc quoniam. & inf. de cle. excom. mi. si celebrat. & inf. de excess. præl. c. vlti. (in modum). i. ad repellendum vos ab electione. Esse) ex hoc dicunt quidam, & fortè melius quàm alij, quorum opinionem visi sumus præferre. inf. de sen. excõ. solet gl. quia quod quandocunq; quis petat absolui ad cautelam à sententia, quam dicit nullam, siue confiteatur eum, qui tulit eum suum aliàs esse iudicem, sed ex aliqua causa dicit non tenere, siue dicat eum in nullo casu suũ iudicem esse, imò & si dicat sententiã nullã contra se latam, sed tamen vult absolui ad cautelã, vt alij securè ei cõmunicent, semper est sibi danda. sup. de offi. ordi. graue. nisi opponatur, quòd manifesta est offensa. inf. de sen. excom. solet.

Et not. quòd hæc absolutio quandoq; fit ad cautelam eius, qui dicitur excommunicatus, vt puta si ipse dubitat, an sententia teneat, sed tamen probabilius credit contrarium, nam huic non est dicendum dimitte ius tuũ, & fac te absolui. arg. ff. de pe. hær. illud. imò ex quo nec per sententiam, nec per confessionẽ, nec per rei euidentiam constat, cùm nõ sit manifesta offensa, absoluendus est sine satisfactione ad cautelam, & postea ius suum prosequatur. argum. l. de senten. excom. sacro. §. 1. & 2. Item quando fit ad cautelam aliorum, scilicet, vt ei cõmunicent securè, & in sacramentis in alijs, quandoq; etiam ad cautelam opinionis eius, scilicet ne lædatur propter infamiam excommunicationis prælati. Item fit quandoq; etiã ad cautelam futurorum, scilicet, ne in posterum eius facta irritentur: vt hîc, & sic multas consimiles inuenire potes. (Ad cautelã) id est ita, quòd non fiat in præiudicium ipsis amotis ex nostra relatione, si fortèin terim temporalium, & spiritualium administrationi se immiscuissent. Alij dicunt, id est, sine præiudicio alterius, id est, ita quòd nec amotis fiat præiudicium, nec aduersarijs, quin facta electione, possint obijci contra eos, & de amotione, & de alijs dicere, quod volunt. Vel dic, ideò dixi relaxari sententias ad cautelam, quia per hanc relaxationem prouideturecclesiæ, ne diu vacet. Et est æqua prouisio, & ideò prę ferenda iure vigoris, per quã prius de ipsis sententijs, & sententiarum causis constare deberet, quam isti ad electionem admitterentur, & hoc faceret quilibet alter

alter de sententijs, quæ ipsius authoritate latæ essent, non tamen authoritate huius decr. credimus quòd possit relaxare sententias aliorum.

CAPVT X.

1 *Dies in qua cautio promittitur, in vno vicenario non computatur.*
Probatio in octauo die an fieri possit.
2 *Nunquid valet quod cum excommunicato fit in iudicio.*
3 *Quicquid fit ab excommunicato in iudicijs antequam probetur excommunicatus valet.*
4 *Valet instrumentum etiam si testis excommunicatus sit ibi inscriptus.*
Differentia inter ea, quæ fiunt extra iudicium, & ea quæ aguntur in iudicio.

PIA. (Consideratione opponat) contra agentem (speciem) an maiori vel minori excommunicatione sit ligatus, quia si maiori, tunc repellitur à litigando, si minori nequaquam (nomen) vt sic impediatur vagari. ff. de iureiur. prætor. ff. de do. item exigit. & l. si ex dolo. §. fi. (Octo) ideò tam breuis terminus statuitur hîc, quia nullum præiudicium fit actoribus in principali quæstione, non enim minus benè consequitur iustitiam suam in principali ab excommunicato, quàm ab alio non excommunicato. Idem dicendum est in termino assignato ad impediendum solutionem ad cautelam. inf. de senten. excom. c. solet. & idem in termino assignato contra spoliatorem. sup. de rest. spo. frequens ad idem. suprà, de offi. dele. prudentiam. §. sexta. non autem obtinet breuitas termini, si fieret sibi magnum præiudicium, vt si dicitur non tenere electionem, vel scripturam, vel contractum, vel aliud huiusmodi, quia ab excommunicatis facta: vt sup. de consue. cùm dilec. de æta. cùm bonæ. 3. q. 4. consanguineorum. Item si per iudicem, vel testes, vel infirmitate proponentis exceptionẽ, vel per fraudẽ aduersarij, vel alia iusta causa staret, quo minus intra tam breuem terminum probare posset exceptionem, iudex prorogaret terminum, vt probare posit exce. aliàs non curreret. arg. ff. de re iudic. l. 2. Authẽ. de his qui ingre. ad appellationem. §. 1. 2. & 3. & no. de hoc. infrà, de appel. ex ratione. inf. de sen. excom. solet. alij tamen contradicunt.

1 † Computatio) sic dies, in qua cautio promittitur in vno vicenario non computatur: vt ff. si quis cau. l. 1, licet secùs in tempore appellationis, in quo dies recitationis sententiæ in biduo, vel triduo computantur, vel altera die, vel tertia erat appellandum secundum vetera iura. 2. q. 6. §. biduum. & §. si aduersus. ff. quando app. sit. l. 1. §. biduum. & §. vl. & hoc idem aliàs contingit, vt prius dies connumeretur in numero aliorum: vt 2. q. 6. propter. & 4. q. 5. quisquis.

† Sed nunquid in octauo die poterit quis probare, cùm dicatur hîc intra octo dierum spatium? respondeo sic, nam & lex dicit maritum posse accusare vxorẽ iure mariti intra 40. dies, vt ff. ad. l. Iul. de adul. l. is cuius. §. ex senatusco. & tamen sexagesimus est in numero illorum. vt ff. eod. tit. l. pater. §. sexaginta. sic & bo. pos. intra centesimum diem peti potest, & eodem numero centesimus computatur: vt. ff. de suc. ædi. l. 1. §. quòd diximus. & ff. de verb. obli. l. qui ante. (reum) excipientem de excommunicatione & non probantem, (his) id est, his quę in iudicio acta erant ante probationẽ excommunicationis. † Duraturis) sed quare valet, quòd cum excommunicato fit in iudicio, cùm aliàs excommunicatus rescriptum impetrare non possit suo nomine: vt sup. de rescrip. dilect. nec procurare in iudicio etiam absoluto ex mandato sibi facto tempore excommunicationis: vt sup. de proba. post cessionem. nec sententia ab excommunicato lata valet: vt inf. de sen. & re iud. ad probandum. Respondeo ad singula excommunicatus agere non potest, si excipiatur, & sic nec literas impetrare: vt C. de nup. ex rescr. pe. l. 2. item procurare nõ potest, quia per hoc assumit negotium alienum, & sententia ab eo lata non valet, quia sententia vtitur authoritatem iudicis, & hæc eadem ratio est, quia scriptura ab excommunicato confecta non valet. 3. q. 4. nullus. quia scriptura sumit authoritatem ex persona scribentis, secùs autẽ statutum est in excommunicato, qui in iudicio petit, quod ei forsitan debeatur, nec fuit exceptũ, & hoc ideò, quia in culpa fuit, qui non excepit, & propter fauorem rerum iudicatarum, & vim iudiciorum, & quia modicum prodest excõmunicato sententia, & modicum interest rei, quia & si excipiatur, & probetur, absoluetur reus ab obseruatione iudicij, non ab eo quod petebatur, vt ff. de iud. l. non id circò. §. cùm postea. Aliqui tamen dicunt, quòd hodie authoritate huius decr. tenebit, quicquid fit in iudicio, siue actor sit

excommunicatus, siue reſcriptum cuius authoritate proceſſum eſt, ſit per excommunicatum impetratum, ſiue etiam iudex excommunicatus ſit, & dicunt iura, quæ contradicunt per hanc decr. ſublata veruntamen alij dicũt, quod non eſt præſumendum, quod Papa tot iura voluerit vno verbo tollere. Item quod non reuocatur, quare ſtare prohibetur. C. de inof. teſt. l. ſi quando. C. de teſt. omnium.

3 †Duraturis) in iudicijs conſtat, quod quicquid facit excommunicatus antequàm probetur excõmunicatus, valet, vt hîc. Idem dicimus extra iudicium, nam ſi ſit notarius excommunicatus, non tamen ſententialiter damnatus, & faciat inſtrumentum, valebit licet aliqui dicant contra. ar. pro eis. ſupr. de procu. conſulti. Sed alij reſpondent illam decr. loqui de illis, qui præſtant. ſcz. authoritatem his, quæ dicuntur in inſtrumentis, hîc autem loquitur de illis, qui præſtant authoritatem in inſtrumento. ſcz. quod ſit Authenticũ, & non in his, quæ dicuntur vel fiunt in inſtrumẽto. Itẽ pro eis eſt. 3. q. 4. nullus. Sed ipſi reſpondent, quod ibidem loquitur de ſcripturis, quas faciunt excommunicati non ratione publici officij, ſed proprio motu, item loquitur ibi in condemnatis, hîc loquitur de toleratis.

4 †Dicimus etiam, quòd inſtrumentũ valebit etiam ſi teſtis excommunicatus ſit ibi inſcriptus dummodò inſtrumentũ non ſit ſuſpectum, ſed ſi eſſet ſuſpectum, non daretur fides inſtrumento per teſtem non ſuſpectum, vel excommunicatum, licet ſatis dici poſsit, quòd ſi nunc eſſet abſolutus, quamuis eo tempore quo fuit inſcriptus, eſſet excommunicatus, quod benè nunc per ſuum teſtimonium dat fidem inſtrumento, ſed non econtra. ſcz. ſi nunc excommunicatus eſſet, ſed tempore inſcriptionis erat abſolutus, quia tunc per ſuum dictum non dat fidem inſtrumento, ſed ſuſpectum eſt, quia excommunicatus eſt, aliqui tamen contradicunt.

☞ †Sed hæc eſt differentia inter ea, quæ aguntur extra iudicium, & ea quæ aguntur in iudicio, quia ea quæ aguntur in iudicio valent, & ea quę aguntur extra iudicium, non valent, vt inſtrumenta & huiuſmodi quæ fiunt ex officio publico, ſi eſt ſententialiter damnatus, licet aliqui contradicant. Si autem ſint talia, quæ non aguntur ex officio publico, vt emptio, contractus & huiuſmodi, illa valent etiam ſi publicè & ſoléniter ſit excommunicatus; vt no. ſup. de do. veritatis. & inf. eo. excep. ea autem quæ agũtur in iudicio, ſimiliter valent, licet actor ſit ſententialiter excõmunicatus, dũmodò ſibi in preſenti actione excommunicatio non obijciatur, nec iudex eum repellet, ſecùs tamen videtur, ſi iudex ſentẽtialiter eſſet, vel aliàs publicè excommunicatus, quia tunc etiam ſi non obijciatur iudici excommunicatio, non valet quod agitur. inf. de ſen. & re iudi. ad probandum. Ratio diuerſitatis eſt quia magis verentur partes obijcere iudici, quã aduerſarijs, quia magis afficit ſententia excommunicatione iudicis, quàm partium. In ſpiritualibus autem quid obtineat, vt in electione, & huiuſmodi, not. de elect. cùm Vintonienſ. c. illa. & c. nihil. (proponatur) ſiue ex eiſdem cauſis ſiue ex diuerſis, dum tamen præcedentibus.

CAPVT XI.

1 *Antequam cauſa appellationis incipiat, reuocatur quicquid fit poſt appellationem. Petitio in cauſa attentatorũ quomodo ſit formanda & coram quo iudice fieri debeat.*

DILECTE. (Conueniebãt) moniales. (ipſæ) moniales. (tulerunt) & malè cùm eſſet legitimè appellatum (excõmunicationis) repete quæ diximus. ſup. de offi. dele. paſto. §. 2. (mentione) ſicut nec tenebantur. ar. ſup. de reſcri. ſuper literis (aduerſa) monachorum. (iudices) prior de Ang. & coniudices (ab ea) ſcz. tempore monachorum. Literas) hæ literæ elidebantur per exceptionem, quia ſi dixiſſet quomodo ſententia excõmunicationis lata fuit poſt appellationẽ, à ſufficienti grauamine interpoſitam, & quòd cauſam appellationis proſequebatur, & quòd quia iudex prioriſſam & moniales admittebat in proſecutione appellationis, non admiſſa exceptione excommunicationis appellauit, nunquam literas habuiſſet. ar. ſup. eo. cùm inter. inf. eo. proxi. nam hic tacuit & in genere tamen dixit, quòd iudex exceptionem excõmunicationis non admiſit, & idcircò appellauit, ſed forma literarum bona erat (propoſitum) & benè (memorati iud.) prior de Ang. & coniudices (de Gernemoe) & benè dicit, nam Papa commiſerat per illas literas cauſam appellationis emiſſe à monachis, & ſub canonica forma fieri, & licet ibi diceretur ſuppreſſam veritatẽ, hoc tamen non conſtabat, & ideò benè dicet, ſi ita eſt, quod primò debet inquiri, an prior de Angles & coniudices negauerunt monachum admittere exceptionem excommunicationis ab eis propoſitam in cauſa principali, & ita iuſta erat appellatio, an in cauſa appellationis, & ita iniuſta erat appellatio, quòd in literis obtentis ad priorem Gernemoe, & coniudices continebatur.

1 †Reuocato) & not. quòd ſtatim antequàm incipiat cauſa appellationis reuocatur quicquid fit poſt ap. vt hîc. & inf. de ap. ex parte M. & C. & ff. app. pen. nihil inno. per totum. & idem dicendũ eſt de his quæ fiunt medio tempore inter ſententiam & app. quia appellatione extinguitur pronũciatũ. ff. ad turp. l. 1. §. fi. & faciet ſic petitionem ſuam iſte appellans. Domine iudex peto reuocare quicquid factum eſt poſt ſententiam, à qua ego appellaui, & q, interdicatis ſibi, ne aliquid contra ſententiam attẽtet, quouſq; mihi competit proſecutio appellationis, quod autem hæc petitio legitima ſit, & admittenda, patet ex illo, cùm etiam iudex hoc facere ipſum teneatur ex officio ſuo, vt hîc, ſed contra id ad iudicem appellationis non pertinet iudicare, niſi vtrum benè, vel malè ap. ſit nécne. C. de ap. eos. quomodo ergò admittet prædictam petitionem idem contra id quod dictum eſt, videtur quòd ſi diceretur illud, ſequeretur abſurditas hæc. ſ. quod ſi poſtea non proſequeretur appellationem, fingeretur non appellatum, & ſic reſtaurandũ eſſet, quod prius reuocatũ erat, quod eſſet iniquum. arg. ſup. de reſti. ſpo. audita. Item expreſſè cõtradicit text. ff. de app. cùm ex cauſa. vbi dicitur, quòd tunc reuocabitur, quod factũ eſt poſt appellatiõem cùm meliorem meruerit ſententiam, ergò à contrario ſenſu poſſum concludere, quod non ante. Sol. ad hoc ſic reſpondemus, quod ad iudicem appellationis pertinet principaliter cognoſcere & diffinire de appellatione an ſit iuſta vel iniuſta, ſed ex ratione acceſſorij ad officiũ eius pertinet, etiam prædictam petitionẽ admittere & exaudire, ad ſecundum quod dixi de abſurditate dicimus, quod non obſtat, quia non eſt abſũrditas, ſi id quod malè actum eſt reuocetur, & poſtea illud idẽ legitimè fiat. Lex etiã de ap. cùm ex cauſa. non contradicit, quia licet, vt ibi dicit cũ obtinuerit appellans reuocandũ ſit, quod poſt ap. fit, non negatur, quin & ante poſſit reuocari, quod & conceditur per aliam legem. ff. ap. pen. nil innouari in rubro & nigro, & per alia ſuperiora iura, licet autẽ appellatione pendente nihil ſit innouandum, tamen ſi agatur perſonali actione, vt ex empto vel conſimili, vt res, quæ petitur alienetur, tenet alienatio. Nec eſt contra. ff. app. pen. l. 1. & ff. de iniuſt. rup. & irri. teſta. ſi quis exhæredato. §. hi autem omnes. C. de ap. appellationem. vbi dicitur, quod ſtatus cauſæ mutari non debet pendente ap. quia non mutatur, nec præiudicatur appellationi, quia ita cõdemnabitur perſona, ſi res petitæ alienentur, ſicut ſi non alienentur. Item non eſt contra. Authent. vt nul. iud. §. ſuper hoc. quia prohibet, q, poſſeſsio rei petitæ non transferatur ab vno litigantium in alium per iudicem, & non prohibet per litigantes transferri in extraneum, & videtur quod in hac regula appellatiõe pendẽte nihil eſt innouandũ ſupplendum eſt per iudicẽ, ſi autem agitur reali actione de dominio, tunc fateor quod non tenet alienatio, non ea ratione, quia appellatione pendente factum eſt, ſed quia res eſt litigioſa.

CAPVT XII.

1 *Actor excommunicatus an poſsit cauſam appellationis proſequi, & quid ſit dicendum de procuratore.*

SIGNIFICAVIT. Ipſum capitulum de Torna (partem). ſ. archiepiſcopum (abſoluit) fortè capitulum egerat contra Zepum ſuper fructibus, quos dicebatur percepiſſe de eccleſia. vel quia ſe paſſus fuerat in eadem eccleſia intrudi (altera) Zepi (in iudicio) ſup. eod. c. proxi. cùm inter (perperam). No. quòd capitulum primò egit coram archiepiſcopo confirmationem petendo Petri, quem in ſuum archipresbyterũ elegerunt, à quo etiam archiepiſcopo appellarunt. Itẽ ſecunda vice agebant, & appellationẽ proſequebantur, coram præpoſito ſancti Stephani. Item tertiò agebant coram abbate ſancti Saluatoris & coniudices, quia petebat coram vltimis iudicibus ſententiã abſolutionis, pro epiſcopo latam reuocari, quia in eo, quod pro ſe lata erat, non poterat ipſum capitulum appellationem proſequi, quia nec ab eo appellauerat, fatuũ enim eſſet appellare à ſentẽtia pro ſe lata.

1 †Et ita ex hoc eſt arg. quod etiã actor cauſam appellationis proſequi poteſt, nec obſtat ei exceptio excommunicationis. Aliqui tamen contrarium dicũt. ar. inf. c. proxi. vbi dicitur, quod exceptio excommunicationis in qualibet parte litis opponitur, ergò & poſt appellationẽ, ſed nos idem excipimus, niſi in cauſa appella. arg. huius decr, & eſt mirabile, quod actor excom-

excommunicatus si vsq; ad sententiam processisset,potest repelli & excipi, quod sit excommunicatus, ne ad sententiam procedatur,& tamen non potest repelli à prosecutione appellat. sed hoc ideò est, quia ante sententiam contra ipsum latam si repellatur nullum damnum habet per iudicem occasione sententiæ,quæ adhuc lata non est,vnde ibi non læditur æquitas iudicantis, sed postquam per sententiam iudicis quæsitum est ius alteri parti,& dánum irrogatum, nisi appellare posit, & appel. prosequi læderetur æquitas iudicantis,& absurdum esset, si reo vincente defendendi se per appellationem, actor victus facultatem habere non posset.sup. eod.cum inter dilect. Item dicunt quidã, quod procurator excommunicatus possit prosequi causam appellationis,quando principalem causam egit, quia aliter læderetur æquitas iudicantis.

Nec obstat quod posset opponi,quòd qui appellauit, non cogitur prosequi appellationem.C.de procu.inuitus.& supr. de procu.non iniustè.ergò peccat,si se ingerat familiaritati hominum. infr.de cle. excom.mi.c.illud ergò.& iudex peccat, si potest eum prohibere à peccato, & non prohibet.2.q.7.negligere. Respondeo nõ peccare ingerendo se communioni hominum prosequẽdo appellationem,quia excommunicatus fidem seruare debet ei,cui promisit,alij tamen contradicunt.Si autẽ appellet aliquis nomine alterius extra iudicium, & sic rata habeatur ab eo, cuius nomine appellatũ est, eius appellatio tenet tamen appellationem prosequi non potest,quia talis ap. obtinet vim actionis. Item qui appellauit si excommunicatus non sit,ea prosequi non potest,nisi fiat ꝓcurator de nouo (procedatis) remittitur ad eosdem iudices,quia partes consenserunt,& appellãs iniustè appellauerat,vnde remittitur ad eum, à quo appellauit.

CAPVT XIII.

1 *Excommunicatio potest in qualibet parte litis opponi.*
2 *Reus qui mandato iudicis cum excommunicato litigat non peccat.*
Expensæ legitimæ quæ.
3 *Quo casu sit ferenda sententia pro excommunicato.*

EXCEPTIONEM. (In qualibet) hoc locum habet in causa principali, in causa autem appellationis etiam actori non obstat exceptio excommunicationis:vt no. sup. proxi.

1 †Prohibetur)contra arg. quòd excõmunicatio opponitur actori non solùm quæ præcesserit litem, sed quæ sequitur litis contest.cùm possit in qualibet parte litis opponi, tamen quandocunq; opponatur etiam coram delegato absolui potest,& in absolutione eius procedetur secundum tenorem deere.sup.de offi.delegat.prudentiam.§. 6. sententia autem nõ retractatur,licet probetur fuisse iudex excommunicatus tempore latæ sententiæ. inf.de sen.& re iudi.ad probandum. nisi fortè esset publicè denunciatus excõmunicatus,vt ibi. Alij dicunt, quòd post sententiam non potest excipi contra eãdem excommunicationẽ iudicis propter vtilitatem eorundem,qui apud eum egerũt. ff.de offi.præ. Barbarius. sed de excõmunicatione actoris secùs inquantũ ad hoc, vt sententia non valeat, sed quantum ad hoc,vt mandetur executioni,potest excipi:vt supr.eo. pia. de excommunicatione autem rei constat, quòd nunquam potest excipi contra sententiam pro eo latam. sup.eo.cùm inter.inf.eo.c. venerabilem. imò plus dicunt quidam,& fortè non malè,quia omnia quæ fiunt cum excommunicato occultè,siue in iudicio, siue extrà, non retractantur etiam ante sententiam, & respondent decre. supr. de proba. possessionem.& sup.de proc.c. vlt.quòd publicè excommunicati erant, vel loquitur de his,quę extra iudicium acta sunt,& malè, quia tantum in fauorem excommunicatorum facta sunt,nec peccat actor,qui rẽ suam petendo participat excommunicato.sup.de iud.intelleximus.inf.de sen.excom.si verò.

2 †Item nec reus qui mandato iudicis cũ excommunicato litigat,quia si actori hoc licet excommunicato communicare, vt ius suum consequatur,multò fortius licet reo,vt damnum causæ & pœnam iudicis euitet.arg.11.q.3.quoniã mul. inf. de senten.excom.si verè(fatigetur)nam si ex iusta causa etiam scienter omittat,non condemnabitur ad expensas fortè,quia tunc non habebat probationes, sed modò habet.†Legitimis) legitimas autem expensas dicimus,si probauerat excommunicationem in omnibus, vt condemnetur in omnibus expensis,quas fecit ipse actor,siue reus inducendo probationes super alijs exceptionibus, vel super principali, vel quolibet alio modo, vsq; ad tempus,quo exceptionẽ proponit,quia illas fecit propter malitiam proponentis modo,& non ante

ante exceptionem excommunicationis, C.de iud.sancimus.Sed ad expensas quas fecit actor durante probatione exceptionis & excommunicationis dummodo reus ipsam probauerit super probanda excommunicatione,nõ credimus quòd debeat condemnari, cùm principaliter eas fecerit sicut apparet ex sententia,quia repellitur ab agendo iam excommunicatus.ar. C. de iudi. rem non nouam. sed si contrarium probetur & sententietur.scz. quod non sit excommunicatus,tunc apparet quod expensas quas fecit super alijs exceptionibus, vel super principali non fecit,quia tardauit reus proponere exceptiones excommunicationis, imò fecit eas propter suam vtilitatẽ, quia benè valebunt sibi,ac si non esset proposita exceptio excommunicationis,& ideò reus nõ cõdemnabitur ad illas.Sed si appareat eũ hãc exceptionẽ malitiosè ꝓponere,modò condemnabitur in expensis,non in principio.s.quando proponit sed lata sententia super excommunicatione.

3 †Condemnandus)cùm enim sententia super expensas ferenda sit, si appareat fraus non excommunicati contra excõmunicatum,pro ipso excommunicato ferenda est sententia etiam diffinitiua,quia in hoc non attenditur fauor excõmunicati,sed æquitas iudicantis.ſ.e.cum inter.(iudicis)ff.de postu.quos prohibet.Repellendus)nisi contradiceret reus,& peteret ꝓcedi in lite cœpta, quod potest reus petere, postquam conuentus est per iudicẽ, vel per executorem.C.quomo.& quando iud.Authe.qui semel. idem videtur dicẽdum,vbi non est conuentus reus,cogitur tamen aliquis agere:vt.ſ. de testi. significauit.& no.ſ.qui fil.sint legi.lator.quinimò & idem videtur dicendũ,etiam si reus adhuc ab excommunicato conuentus nõ fuerit,sed ab eo timet conueniri.arg.C.de inge.manu.diffamari. ſ. qui fil. sint legi. lator.nam si contradiceretur, sequeretur absurditas, scz. quod excommunicatio prodesset excõmunicato, & noceret aduersario non excommunicato, quod esse non debet.ſ. de iudi. intelleximus. C. de legi.quod fauore.

CAPVT XIIII.

ADVERSARIO TVO.(Tẽpore)maximè enim idẽ est, & si tempore motę litis possidebat,sed postea sine dolo desijt possidere.ff. de excep. rei iudi.si autem.& l. si in rem. & l.si quis. & C. de exhi.l.neq;.

CAPVT XV.

1 *Excommunicatus an possit petere executionem sententiæ,vel actionem in factum.*

VENERABILEM. (Ex causis alijs)No.excommunicatum non solùm posse prosequi appellationẽ causæ pro qua excommunicatus est,sed etiam penitus diuersam.(Impetrare)† sed nónne potest petere executionem sententiæ,vel officium iudicis, vel actionem in factum.Respondeo non,quia nec ei debet solui debitum. 15.q. 6. authoritatem, nos iuratos secundum quosdam,nos tamẽ dicimus contrarium. ſ. de dol. veritatis, est ergò melior ratio, quare non mandatur executioni, quia noua actio competit pro executione rei.scz.offi.iud. quod pro actione ponitur.ſ.de off.iud.c.2.vel actio in factum ex sententia.C.de re.cre.actori. excommunicatus autem has actiones,vel alias intentare non potest, quamuis valeat conuenire.ſ.de iudi.intelleximus.cùm igitur hæc petitio locum non habeat sine actione, & excommunicatus aliquam actionem nequeat intẽtare,sequitur quod nec sententiam executioni mandari potest petere.Item & quia non læditur æquitas iudicantis, quia rectum iudicauit, & sic sententia executioni non mandatur quæ multoties per alium executioni mãdatur.ff.de re iudi.à diuo.in prin.ſ. de offic.delegat.significasti.& quia vsq; ad 30. annos potest facere se absolui, & tũc executioni mandabitur, alij tamen dicunt sententiam pro excommunicato latam executioni mandatam.

TITVLVS XXVI.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

CAPVT I.

PLACVIT. (Triennium) 16. q.3.placuit.2. contra fol.hic quando non fuit præmonitus, ibi contra. vel ponitur ibi tempus postquam licet alijs episcopis populum hæreticum lucrari,hic autem postquam non potest repetere, & currit iam breuis præscriptio contra ecclesiam in fauorem fidei. Si autem contra,nónne potest conueniri œconomus ecclesiæ vacantis.12.q.2.c.vulterane.ergò eadem ratione currit præscriptio. ff.ex quib.caus.in integrum restitutio. is

qui rei.1.respon. Sol.non sequitur,potest agere & conueniri per procur. vel alium, ergo currit contra eum præscriptio instantia in populo minore. C. de præscrip. 30.an.sicut in rem.& minori ecclesia cõparatur (fuerit) prædicta habent locum, vbi episcopus remansit catholicus, & locus factus est hæreticus,hic autem loquitur, quando episcopus factus est hæreticus, & aliquis locus dioce. eius eodem modo,nam tunc non currit præscriptio illi episcopo in hæresi permanente, sed postquam conuersus fuit incipit currere contra ipsum.

CAPVT II.

NIHIL PRODEST. (Forali)id est contentioso iudicio (scripsisse)et hoc facit ex superabundanti iustitia, quia si taceret nõ peccaret (præiudicium)nisi esset taciturnitatis centum annorum.16.q.3.§.potest.ĩ.eod.cum nobis.Authent.vt ro.ecclesia. Vel dic,quod loquitur in re inuasa, vbi non currit præscriptio.16.q.3. licet. Vel dic, quod vnus princeps contra alium per tales protestationes interrumpit præscriptionem,cùm non sit alius coram quo conueniatur. ar. C.de ann.excep.vt perfectius.

CAPVT III.

1 *Ecclesia vt præscribat contra aliam ecclesiam.quot anni necessarij sunt.*

SANCTORVM.(Vtomnes possessiones) id est, omnia iura prouincialia (singulas) id est ad singulos archiepiscopos ratione prouinciæ iuæ(à quibus)fratribus. Triginta)contra laicos, quia vnus archiepiscopus in alterius prouincia aliquando etiam contra aliqua præscribit,nam si vna ecclesia cõtra aliam præscribat, necessarij sunt 40. anni.ĩ.eo.de quarta. sed melius videtur dicere,quòd vnus archiepiscopus contra alium spatio 30.an.iura prouincialia præscribat, & loquitur secundum antiqua tempora (synodali) synodalis proclamatio ad interruptionem sufficit. arg.C. de an.excep.vt perfectius.

CAPVT IIII.

DE QVARTA. (Clericus) Quia bona fide possidet: puta in alterius locum successit.ff.de re iudic.quod in alterius, vel alio legitimo modo. (Quadragenaria)secundum legem seruitus rustica quæ non habet interuallum, vel habet modicum, puta horarum,vel dierum admittitur præscriptiõe 10.an. inter præsentes. & 20.inter absentes. Si autem habet interuallum annorum vel mensium, tunc duplicatur tempus, videlicet vt inter præsentes,necessarij sint 20. ann.inter absentes.40.ar.ff.quemad.ser.amit. si sit. C.de ser.l.fin.Alij tamen dicunt,quòd nõ sunt necessarij etiam inter absentes, nisi 20.ann. Idem etiam intelligimus,si habet interualla septimanarum, quia odia sunt restringenda. ff. de lib. & posthu. cùm quidam.

Quidam autem dicunt,quod hæc distinctio non habet locum secundum canones.ar.hic vbi apparet,quod tempus in hac præscriptione decimarum, non duplicatur,& tamen hoc ius, scilicet,perceptionis decimarum habet interuallum magni temporis, sed certè nobis contrarium videtur,& hoc ius non habet interuallum horarum aliquod, imò quasi continuum causam habet,cùm quotidie possint,& debeant recipi decimæ non solùm personales,sed & prædiales, cùm & prædia quotidie aliquos fructus producere possunt, & quotidie quarta episcopis est soluenda.

Et idem dicimus de iure eligendi, quia quotidie parata est vacare ecclesia. argumen.eius quod dicitur de stillicidio. ff.de ser.vrb.præd.l.foramen. & ideò sufficiunt 40.anni,vt hîc.& ĩ. de caus.pos. cum ecclesia.& c. cùm olim.& ĩ.de elec. cumana. Si autem esset ius, quod interuallum certum & deputatum ab homine vel à iure reciperet,quale est,quod omni anno partem oblationum in die dedicationis vel festiuitatis recipiat.18.quæstione 2. Eleutherius.10. quæstione. 3.nec numerus. vel quod annuatim aliud seruitium recipiat.ĩ. de censi. cùm venerabilis. & hoc secundum eos, qui dicunt tempus ad duplicandum necessarij sunt 80.an. seruitutes etiam vrbanorum prædiorum amittuntur tempore si id interueniat,quod dicitur.ff. de ser. vrb. præd. hæc autem iura.

Circa inquisitionem autem seruitutum,vel etiam huiusmodi iurium,not. q, si seruitus vel ius de quo agitur habet perpetuam causam atq; cõtinuã, vt aquæductus,cùm aqua ducitur sine intermissiõe, vel quasi perpetuam,vt in casibus.ĩ.dictis currit præscri. 10. ann. inter præsentes, & 20. inter absentes ad similitudinem rerum

rerum Immobiliũ.C.de ser.l.2. C. de præscri. lon. temp.l. vlt. Sed hæc est differentia, quia in rebus immobilibus requiritur titulus, vt ibi, sed in seruitutibus siue iuribus, non est necessarius titulus. ff. si ser. ven.si quis diu.& no.inf.eo. si diligenti. & incipit currere hoc tempus, ex quo cœpit vti illo iure non vi, non clam, non precario, sciente illo cui fiebat præiudicium, & non contradicente, sed tacente, & hoc ipsum probare debet,vt quidam dicunt.ff. quemad.ser.amit.l.fi.ff. de iti. act. pri. l. 1. §.Iul.Si autem non habet perpetuam causam & continuam,vt est via & seruitia extraordinaria,quæ ab alijs recipiuntur,non præscribuntur, nisi tanto tempore cuius nõ extat memoria.10.q.3. quia. & c. dist. contra morẽ.ff.de aqua plu.arc.l.1. §.2. & l.2.§. antepe. ff. de aqua quotid.& æsti. l. hoc iure. §. ductus. vel ibi quia ducitur de flu. publico exigitur tam longa præscrip. ius, autem percipiendi decimas de fructibus fundi continuam causam habet, sed ius percipiendi decimas de grano, vel vino tantùm, de omnibus minutis tantùm, vel consimilium tantùm, non habet perpetuam causam, quia hæc cæteris temporibus percipiuntur, & alijs temporibus possunt aliæ percipi. vt hîc, & no. inf.eo.ad aures. (quadragenaria)vt16.q.3. quas actiones.

CAPVT V.

VIGILANTI. (Dierum) ff. de act.& obli.obligationum. §.placet.(malæ fidei) & dicitur quilibet bonæ fidei, nisi probetur.contra.ff.de mi.inter.§. vlt. C. de euic. l. pe. & secundum.l. secùs.C.de præscrip.30.an. si quis emptionis.16.q.3. præscriptione. (cognitis) C. de an. exce. l. vlt. ipsi verò domino scienti, quòd ab alio possideantur, vel,id est, quòd cognoscit possessor eas esse alienas (latentibus) ipsi verò domino ignoranti, quòd ab alio possideantur, vel,id est, quas possessor ignorauit alienas, & supple quandocunq; ante completam præscriptionem(non habere)si mala fide possident.

CAPVT VI.

AD AVRES. (Decimis) Et ita habemus, quòd præscrip. 40. ann. currit in decimis, cùm videretur quòd tempus duplicari debet ex eo, quòd prout frequentius semel tantùm in anno colliguntur.ff.quemad. ser. amit. si sit consti.Sed tu respondeas, quòd si hoc verum sit de grano & vino,tamen ius percipiendi decimas & causa continuata est. (Possidentis) & huiusmodi. scz. qui præscripserat: nam & si hic cadit à possessione, & alius, quàm dominus, vel verus diocesanus possideret, haberet vtilem vendicationem decimarum, ex quo bona fide possidebat.C.de præscri.30. ann. l. vlt. ibi ita tantùm. Imò plus secundum leges, quia etiam si mala fide præscri.30.ann.haberet exceptionem, & etiam in aliquibus casibus actionem, scilicet, contra raptorem, furem, & eum, qui ob suam contumaciam passus est missionem in possessionem.C.de præscri.30.ann.si quis.

CAPVT VII.

CAVSAM QVAE INTER. (Concessione) ita quòd in eis habeat titulum sicut clericus. In alimoniam autem concedi possunt pauperibus. 10. q. 1. c. 1. & vlt. (Decimas)hæc sunt quæ præscribi non possunt decimæ à laico vt hîc.16.q.3.§.potest.ecclesia à laico limes.16.q.3. licet. Item tributum vel cuiuslibet præstatio.C. de præs.30.ann.competit.Item procuratio debita ratione visitationis.infrà,eo.cùm ex offi. item obedientia contra maiorem.infrà,eo. cùm non liceat. Item præbenda vel beneficium. 16. q.3.cle. item liber homo. 16. q. 3. §. potest etiam & aliter. versi. nam liber homo. C. de præscri.pro.li.l.vlt. (detinere) ciuiliter (præscribere) quam nemo obijcit nisi possessor. sup. de proba. ex literis. ff. de vsucap.l.3.

CAPVT VIII.

1 *Interruptio naturalis quæ sit, & quot modis fiat.*

ILLVD.(Quadraginta).ĩ.de quarta. 16. q. 3. quas actiones (tricennalem)16.q.3.per singulas.sup. e. sanctorum. (Interruptione) est enim interruptio naturalis per inundationem fluminis,& per deiectionem & expulsionem fluminis, & fortè alijs modis. ff. de acqui. pos.per vniuersas. §. 1. & ff. de vsucap. naturalis. Item est interruptio ciuilis per libellum principi oblatum in annalibus actionibus.arg. C. quando li. prin. ob. l. 1. item per lit. contesta. 16. q. 3. §. pen. ver. is autem. Item per rescriptum à principe datum, & reo insinuatum. C. de præscrip. 30. ann. sicut. Item per protestationem. 16. q.3.præscri. vers. is autem. C. de ann. excep. l. vt per. supr.eod. nihil. Item

per ſolutionem vſurarum. C. de præſcri. 30. an. l. ſi quis. Item per ſynodalem proclamationem. ſup. e. ſanctorum. Item per ſecundam cautionem factam à debitore. C. de præſcri. 30. ann. cùm notiſsimi. Item per denunciationem factam colono. C. vbi in rem ac. l. 2. & in iſtis caſibus oportet de nouo præſcriptionem incipere.

CAPVT IX.

VIA. (Finibus) Nota præſcribi fines agrorum. 16. q. 4. volumus & præbendarum. ſup. de probatio. ex literis. ſecùs autem in finibus parochiarum & prouinciarum. inf. de paroch. c. pe. (præſentia) ff. fi. regun. ſi irruptione. C. fi. regun. l. ſi quis.

CAPVT X.

1 *Præſcriptio non habet locum tempore hoſtilitatis.*
Præſcriptio in aliquibus caſibus hîc notatis non currit.
2 *Nunquid ſi in medio 40. ann. fuit hoſtilitas vel ſchiſma, an id tempus ipſo iure ſubducatur.*
Præſcriptio an currat abſenti cauſa reipublicæ.

EX TRANSMISSA. (Parochiani) id eſt, parochialia iura ſibi reddere debent vt decimas & oblationes eccleſiæ de Cam. ratione (hoſtilitatis) ſiue vna die tantùm ſiue pluribus annis fuerit huiuſmodi hoſtilitas locum habet hîc dormitio præſcriptionis, itẽ locum habet non tantùm ſecundum canones & in eccleſijs, ſed etiam ſecundum leges & in laicis.

1 †Hoſtilitatis) talis ſcilicet, quòd non reddebatur ius in terra propter hoſtium impetum, & ideò non potuit petere decimas & oblationes, & ideò præſcriptio interrupta erat naturaliter. ff. de acqui. poſ. qui vni. §. 1. & 2. & de vſuc. naturaliter. Alij dicunt & fortè melius, quòd nec in iſto caſu, nec in ſequentibus qui notantur, in hac eadem gl. interrumpitur præſcriptio, quia ſic oportet, quòd de nouo finita hoſtilitate per 40. præſcriberet: vt no. ſup. eo. illud. in gl. eſt interrup. ſed dicũt quòd hoc tempore dormit[a] præſcriptio, ita quòd non currit, ſed finita hoſtilitate tempus ſequens hoſtilitatem continuabitur cum præcedente, & ſic fiet perfecta præſcriptio 40. an. ſubducto tempore medio. infr. eod. auditis, ſecùs autem, ſi propter vſitatas feriias ſolennes. ſcz. inductas vel repentinas, quòd plus eſt non redda tur ius, quia tunc temporis benè currit præſcriptio licet dari poſsit reſtitutio tanti temporis, quanti fuit reipublicæ abſens, ſi tempore feriarũ repentinarum completa eſſet præſcrip. in vſitatis autem ſecùs, quia præuideri poterant, idem eſt, ſcilicet, quòd non currit præſcriptio, ſi ius non redditur propter defectum iudicis vel rei. ff. ex quib. cau. maio. in integ. ſed & ſi per totum, ſcilicet, [b] vſq; ad §. quòd verò. neceſſe tamen eſt, q, doceat ſe voluiſſe agere, ſed propter cauſas prædictas non potuiſſe. ff. ex quib. cau. ma. in inte. ſed & ſi §. ſi feriæ. vnde ſibi vtile eſt, quòd ſuper hoc proteſtetur. C. de an. ex. vt perfe. de offi. or. paſtoralis. not. quòd totum tempus malè alienantis & dilapidantis, ſubducitur de præſcriptione. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. Item tempus hoſtilitatis & captiuitatis, vt hîc. 16. q. 3. pia. & c. porrò. Item tempus puerilis ætatis. C. quibus ex cau. in inte. reſtit. non eſt. l. vl. C. de præſcri. 30. an. ſicut. Item tempus vacationis & hæreſis prælati. ſup. eo. c. 1. inf. e. auditis. Item tempore vitæ patris. C. de bo. quæ lib. quacunq;. Item tempus vitæ mariti. C. de iu. do. in rebus. Item tempore ſchiſmatis. inf. e. cùm nobis. Item in rebus quæ ſub conditione debentur, non currit præſcriptio, niſi à die extantis conditionis. C. de præſcr. 30. an. cum notiſ. §. illud. Item tempus ſuſpenſionis excõmunicationis. infr. de con. præ. & eccle. non va. quia diuerſi.

2 † Conſueuit hic quæri ſi in medio 40. an. fuerit ſchiſma vel hoſtilitas, vel aliqua de cauſis præcedentibus, an id tempus ipſo iure ſubducatur? arg. quòd non ſubducatur, ſed detur reſtitutio. C. de teſta. mili. l. 2. & l. ignorare. ff. ex qui cau. maio. ab hoſtibus. & §. vlt. & l. ſeq. Nos tamen dicimus contra. ſcz. quòd prædicta tempora ſubducuntur ipſo iure ſine in integ. reſt. vt patet in ſuis concordãtijs. ſcz. aſsignatis, & illæ leges non contradicunt, quæ loquuntur in integ. reſti. danda abſenti cauſa reipublicæ, vbi benè currit præſcriptio, ſed datur reſtitutio temporis abſentiæ ſi completa ſit præſcriptio in eius abſentia tantùm, vel in modico tempore poſt reuerſionem, & non aliter, quia beneficium in integ. reſti. cùm ſit extraordinarium, eſt reſtringendum, vt patet. C. de mino. in cauſis. & ſimiliter præſcriptio eſt odioſa, vt patet. ſuprà, eod. vigilanti. & idcirco quantum fieri poteſt reſtringenda. arg. ff. de li.

a Dormit. Adde quòd hîc refert & ſequitur Pet. de Anch. in conſil. 444. incip. primo eliciamus. col. 10. ante medium.

b Neceſſe tamen eſt. Adde Abb. qui iſta dicta allegat in capplerung, circa. fi. ſup. de reſcrip. & Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi pũtori. ff. de noui oper. nunciatio.

de li. & poſth. cùm quidam. benè ergò eſt, quòd in cauſis ſupradictis retardatur vſucne currat, & ideò non eſt neceſſaria reſtitutio, & iuſtum eſt in abſente cauſa reipu. ex quo currit præſcriptio contra ipſum, quòd per beneficium in integ. reſt. iuuari debet, ex quo ei mederi aliter non poteſt. Adiuuabitur autem quantominus poteſt ſaluo iure in integ. reſt. & ideò ſi non poſt modicum, ſed poſt magnum tempus poſt reuerſionem computandum, completa ſit præſcriptio, non reſtituetur, melior ratio videtur, quia quando non fuit completa præſcriptio in abſentia, nec in modico, poſt non fuit læſus propter abſentiam, & idcircò non datur reſtitutio, quæ non datur niſi læſo. C. de in inte. reſti. minoribus. ff. de vi & vi ar. nam poſtea. §. ſi minor. ſed in caſibus ſupradictis non eſt neceſſaria in integ. reſtitutio, quia non currit præſcriptio, ſed dormitat, & ideò ſine reſtitutione aliqua in integ. ſubducitur de præſcriptione illud tempus. Si autem vis opinionem Bul. tenere, non oportet diuerſificare inter in inte. reſti. & deductionem temporis, & not. quòd in prædictis caſibus, vbi dicit dormire, ſiue non currere præſcriptionem, ſi vult licitum eſt interrumpere præſcriptionem ſine litis conteſt. vbi agere poteſt, ſeu proteſtando in caſibus, vbi ſola proteſtatio ſufficit: vt ff. de offi. ord. paſtoralis. in fi. C. de anna. excep. vt perfectius. illud enim eſt beneficiũ à iure conceſſum, quòd in aliquibus caſibus non currit præſcriptio, & non tollit maius beneficium, ſcilicet, quòd interrumpat præſcriptionem.

CAPVT XI.

ACCEDENTES. (In talibus) ſcilicet, in procurationibus legatorum ſedis apoſtolicæ, & quæ ratione viſitationis debentur, in alijs autem ſecùs. 18. q. vlti. c. pen. & vlti.

CAPVT XII.

VM NON LICEAT A CAPITE. 12. diſt. non licet (præſcriptione) intelligo quando non diffitentur archiepiſcopum ſuum eſſe prælatum, ſed tamen nolunt ei obedire, & ſic non eſt contra. inf. de priui. cùm olim. Vel dic, quòd ipſi clerici non poſſunt præſcribere iura hîc poſita, quia ea poſsidere in ſeipſis non poſſunt. vt no. inf. e. auditis.

CAPVT XIII.

1 *Cenſuali libro fides adhibetur.*
2 *Eccleſia dicitur habere directum dominium: vaſallus autem vtile.*
Præſcriptio centum annorum currit contra mathefelonem.

AD AVDIENTIAM. (Caſtellanus) qui & dominus (probandum) ad probandum conceſsionem ſibi factam, inducebat priuilegiũ. ad probandum verò iura, quæ ſibi conceſſa erant, inducebat cenſualem librum, & alia.

1 †Cenſualem) no. credi cenſuali libro, ſic. C. de fide. inſtr. Authen. ad hæc. 30. q. 1. peruenit. ff. de iure fi. in fraudem. §. quoties. ff. de proba. cenſus. C. ad ter. l. vlt. (credentes) dicebatur, quòd notarius falſàuerat dicta teſtium, quos mathefeloni pduxerat, & quibus dicebat ſe multum inniti, ſed ſpeciale eſt in actis, vt ſoli notario credatur, niſi probetur contra. vt not. ſup. de probat. poſt ceſsionem. & c. quoniam.

2 †Principaliter) quia eccleſia habet directum dominium, vaſallus vtile, & intelligo hoc verum, vbi agitur iure eccleſiq Romanæ diminuendo, ſecùs autem ſi vterque confiteretur ius Ro. eſſe eccleſiæ, quo ad directum dominium, ſeu etiam quo ad vtile & non aduerſarij. & eſt not. quòd licet contra mathefelonem curreret præſcriptio 30. ann. quia tamen communiter præiudicaretur & ipſi & eccle. Romanæ neceſſaria eſt præſcriptio centum an. ff. quemad. ſer. amit. ſi communem.

CAPVT XIIII.

CVM NOBIS, & infrà.

CAPVT XV.

1 *Cùm de ſubiectione aliquorum agitur contra eos agitur, qui dicunt eos ſibi ſubiectos.*
2 *Ad quem pertineat defenſio eccleſiæ cùm de ipſius libertate agitur.*
Defenſiones contrariæ an poſsint in vno facto proponi.
3 *Poteſt abbas præſcribere iura epiſcopalia in aliquibus ſuis cappellis.*
4 *Non poteſt abbas, nec capellæ per ſe præſcribere contra obedientiam vel viſitationem.*
Præſcriptio an præferatur, & ſit fauorabilior interruptione.
5 *Interruptio qubnam modo fiat.*
6 *Deiectus videtur abbas qui ideò iure deiectionis non vtitur: quia ſuſpicatur ſe poſſe repelli.*

AVDI-

AVDITIS. (Abbatem) †Hîc not. quòd cùm agitur de ſubiectione aliquorum agitur contra eos, qui dicunt eos ſibi ſubiectos. inf. e. cùm olim. 16. q. 3. inter. ſuprà, de ele. quærelam. inf. de cenſi. cum inſtantia. ff. de lib. exhi. l. vlt. ff. de ſerui. l. vlt. Item dicunt quidam, quòd poteſt conueniri ſubditus. infrà, de appel. ad audientiam. ſup. vt lite non conteſt. quoniam. 12. q. 2. quicunq; militum. ff. de vſur. l. hactenus. ſed ſententia contra vnum lata, non præiudicat alij. infrà, de ſen. & re iudic. cùm ſuper controuerſia. & c. ſuborta. ff. de libera. cau. ſi pariter. verũ eſt, quòd hîc dicitur in hac gl. ſ. ſententia contra vnum lata aliquando non præiudicat, quando contra eum agitur ad quẽ ſecũdo loco pertinet actio vel defenſio. inf. de ſen. & re iudi. cùm ſuper controuerſia. ſed ſi lata eſt ſententia contra eum, ad quẽ primo loco pertinet defenſio, præiudicat ei etiam ad quẽ ſecundo loco pertinet defenſio ſi ſciat cauſam agi & non aliter. ff. de re iud. ſæpè. inf. de ſen. & re iud. quãuis.

2 †Et dicunt quidam, quòd primo loco pertinet defenſio ad prælatum, cui ſubiecta eſt eccleſia, quando agitur de ipſius libertate, vel quod alij ſit ſubiecta, quàm ad miniſtrum eccleſiæ, ſecùs ſi agitur de poſſeſſionibus. Alij dicunt & fortè melius, quòd hîc non dicitur primo loco pertinere ad vnum, & ſecundo ad alium, ſed plenè ad vtrunq; & æqualiter pertinet defenſio. C. de lib. cau. principaliter. nec vnius ſententia alij præiudicat, niſi ſciuerit & defenderit, quia tũc præiudicat. inf. de ſen. & re iud. quamuis. ff. de re iud. ſæpè. §. pen. in compoſitione tamen & tranſactione videtur, quòd etiam ſi vtroq; ſciente facta eſt tranſactio nõ præiudicat. ar. de tranſa. contingit. & benè dicitur competere actio iſta, non ſolùm contra illos, qui detinent ſubditos, ſed & contra ſubditos, qui non obediunt. inf. de ſen. & re iud. cùm ſuper. de confir. vtili vel inutili. cùm dilecta. quia qua ratione faciunt, quominus poſſideãt, cùm non obediunt, eadem ratione poſſidere videntur iura, quæ in eis petũtur, ſicut dicitur in confeſſoria. ff. ſi ſer. vend. ſi quis. & l. ſicuti. §. ſed ſi quæritur. ff. ſi vſuf. peta. l. 1. in prin. contra poſſidentes autem conſtat, q; rectè contra eos agitur, vt hîc.

☞ †Item not. quòd aliquando aliquis poſſidet iura aliqua, vt cùm aliquis poſſidet iuriſdictionẽ in aliquos, vel cùm poſſidet aliquam libertatem. VERBI GRATIA, quòd nõ teneatur ire ad concilium, vel quòd poſſit ordinari & benedici à quo maluerit Epiſcopo & conſimilia iura: vt inf. eo. veniens. aliquando autem nullum ius poſſidet aliquis, ſed alius in eo poſſidet aliqua iura, ſicut monaſterium, de quo hîc agitur, dicebat ſe poſſidere & habere aliqua iura in quibuſdam eccleſijs, & tamen eccleſiæ illæ non poſſidebant in ſe illa iura, quia nullus poteſt in ſe habere ſeruitutem vel ius, nec mirum, quia nec iure proprio. ff. de ſer. vrb. prædi. in re cõmuni. Et in hoc caſu vltimo hoc habet locum quòd diximus hîc, ſcilicet, quòd cõs petit actio ad hæc iura ſic poſſeſſa contra vtrunq;, ſcilicet, contra poſſidentem, quia poſſidet, & contra non poſſidentẽ ſed iniquè poſſidentẽ iura, quia actorẽ non patitur iure ſuo vti, & hîc vterq; admittitur ad defendendum litem, & ad ſiſtendum defendenti & ad appellandum: vt no. infr. de ſen. & re iud. cùm ſuper. quia non tantùm prælatorum intereſt nõ perdere iura, quæ habent in ſubditis, ſed ſubditorum intereſt etiam non mutare dominos. Sed in primo caſu, ſcilicet, quando agitur contra aliquem tanquam contra poſſidentem iura in alia, vel defendentem libertatem ſuam, tunc prælatus talis actoris vel rei, non poteſt conuenire vel conueniri, nec aſſiſtere conuenienti, vel conuentio, nec appellare, quia eius non intereſt. 2. q. 6. non ſolent. Quid enim intereſt Epiſcopi dioceſani, ſi ſuus clericus vadat ad conſilium alterius, dummodò ſibi nihil detrahatur, vel ſi euincitur ab eo iuriſdictio, quam dioce. Epiſcopus non contendat ſuam, nec ad ſe teneri, & ſi de hoc agi poſſet, alia via ageretur, vt not. inf. de app. dilectus (præſcripſiſſe) illud, ſcilicet, quod poſſidere poteſt, & inſtitutio & deſtitutio, & alia de quibus eſt. ſuprà, de offi. ord. conquerente. illa autem quæ poſſidere non poteſt, vt ordinare clericos illius monaſterij, & conſecrare eccleſias, & huiuſmodi præſcribere non poteſt. ſup. e. cauſam (libertate) ab actione iurium regalium. † Per illa) Celeſtinus enim exemerat ab epiſcopali iuriſdictione loca quæ Hen. & Of. reges libertati donauerunt. Cùm autem dubitaretur, an vallis de eueſcã in quæ epiſcopus, ius epiſcopale petebat, eſſet de illis locis donatis libertati per reges, mandat Papa inſpici priuilegium regum, & ſi de illis fuerit, apparet quod etiam per Papam illa vallis exempta eſt, hæc probantur per hanc decr. & ſup. de in inte. reſti. auditis. (defecerit) ſcz. exceptio-

exceptionem. (per priuilegium) & ſic remaneat ſola præſcriptionis probatio. not. hîc proponi in vno facto duas contrarias defenſiones ſcz. priuilegium & præſcriptionem. Huius ratione no. ſup. de excep. cùm vene. inf. e. cùm olim. contra. ſup. de fide inſtr. inter dilectos. & intelligitur proponere ſub diſiunctione, quia ſi vnum non poterit probare, aliud probet. C. de excep. ſi quidem. ar. C. de excep. nemo. ff. de inoffi. teſta. contra veterani. §. ſed nec impuberis. Quidam dicunt, quòd ſimul proponere non poteſt, ſed vna ad aliam tranſire poteſt. arg. ſup. de teſt. ex tenore. 14. q. 1. quiſquis. ſup. de excep. cùm venerabilis. ſup. de iudi. examinata. C. de tranſa. interpoſitas. ff. de acqui. poſ. naturaliter eſt. ff. de reg. iur. nemo. ff. de bo. poſ. contra tab. ſimpliciter. contra. C. de non nume. pecu. Authen. contra qui propriam.

3 †Super tempore) no. abbatem præſcribere poſſe iura Epiſcopalia in aliquibus ſuis capellis, & dicunt quidam abbatem non aliter præſcribere, niſi ipſe tempore præſcriptionis, alij de illis iuribus reſpondit, vel alij ſubfuerit. infrà, de priuil. cùm olim. C. de fun. patri. l. vlt. ſi enim non ſuperfuiſſet, non præſcriberet. ſupr. eo. cùm non liceat. accedent. ſed nos non dicimus neceſſe eſſe abbatem alij ſubeſſe, ſed capellas in quibus fit præſcriptio, vt hîc, & infrà, e. cùm olim. Imò plus dicimus, quod etiam capellæ ſi non ſubſit alij ea quæ poſſidere poſſent præſcribere poſſunt, puta quartam decimarum & mortuariorum, & conſimilia. ſuprà, eo. de quarta ex tranſmiſſa. arg. inf. de ſepul. certificari.

4 †Contra obedientiam autem vel contra viſitationem non poſſunt præſcribere, nec capellæ per ſe, nec abbas, niſi alij obediant, quia in ſe non poſſunt ea poſſidere, nemo enim ſibi ex neceſſitate obedit, vel ſe viſitat, & ſic de conſimilibus. infrà, eod. proxi. ff. de arbi. l. penult. ff. ad Treb. ille à quo. §. tempeſtiuum. & ideò requiritur, quòd non nomine ſuo, ſed nomine alterius, cui exinde reſpondent, & ei ſubiacent hoc præſcribant: vt infrà, eod. c. proxi. & ſupr. eo. c. in princ. (Exceptionem) ſcilicet, interruptionem per vacationem ſedis, vel potius deductionem temporis, quia dormit præſcriptio (exceptionem)

☞ †Hinc colligunt quidam, quòd ſi abbas probauit ſe generaliter præſcripſiſſe ius Epiſcopale in aliquibus eccleſijs, etiam non expreſsis capellis exemptionis, ſi Epiſcopus dicit medio tempore ſe aliqua exercuiſſe, & ſic in aliquibus interrupiſſe præſcriptionem, illam interruptionem probare debet, ſed contrarium videtur, quia ſi pro abbate facit præſcriptio, pro Epiſcopo facit ius commune, quòd plus eſt & fauorabilius, vnde videtur, quod ſemper iudicandum ſit pro Epiſcopo, niſi in capellis, de quibus abbas probauerit ſpecialiter. argu. in fin. huius decre. & infrà eodem, cùm olim. Sol. ſi teſtes vel probationes Epiſcopi dicerent ipſum exercuiſſe iura Epiſcopalia, & teſtes abbatis illud idem dicunt de abbate, præferentur teſtes Epiſcopi, qui veriſimiliora dicunt, quia iuri communi conſonant. arg. ſuprà, de proba. licet dummodò in alijs ſit paritas. Si verò teſtes abbatis generaliter dicerent abbatem exercuiſſe omnia iura, & teſtes Epiſcopi tantùm probarent eccleſias ſitas in dioce. Epiſcopi. & quòd exercuit Epiſcopalia, nec dicerent omnia, tunc omnia Epiſcopalia adiudicabuntur abbati, niſi de aliquib⁹ ſpecialiter Epiſcopus probauerit, vel niſi in aliquo probauerit interruptionem, quam fortè ſufficit probare per duos teſtes, licet abbas generaliter probauerit per plures. arg. ſuprà, c. illud. hoc non placet. prudenter tamen facit examinator teſtium ſi de ſingulis capellis iuris Epiſcopalis interroget teſtes abbatis, & tunc non valebit abbati præſcriptio, niſi in capellis probatis: vt hîc, in fin. & infrà, eod. c. cùm olim. poteſt etiam dicere Epiſcopum probare interruptionem in capellis hîc poſitis, quia licet abbas probauerit ſe exercuiſſe eadem per 40. ann. tamen Epiſcopus probauit interruptionem eo ipſo quòd intra idem tempus pluries exercuit. de hoc not. plenius infrà, de re li. do. cùm dilectus. (40.) id eſt, antequam compleretur præſcriptio anno. 40.

5 †Interruptionem) hæc interruptio in iuribus huiuſmodi & in alijs incorporalibus fit eodem modo, quo in corporalibus, ſcilicet, per litis conteſtationem. C. de præſcrip. long. temp. nec bona. & in alijs modis, qui not. ſuprà eod. illud. & in ſum. C. de an. excep. Item fit interruptio in his ſpiritualibus, ſi Epiſcopus etiam vna vice tantùm vſus fuiſſet iſtis iuribus, antequam abbas tempus præſcriptionis compleuiſſet. C. de præſcr. 30. an. cum notiſſ. §. imò. & illud idem credo, quòd ſi Epiſcopus abbatẽ volentem exercere iuriſdictionem quam præſcribebat per violentiam phibuiſſet, ita quòd dimiſiſſet timore

exercere

exercere iurisdictionem, quòd sic interrupta est præscriptio, quia cùm possessio solo animo amittatur, multò fortius interrumpitur. ff. de acqui. possess. possideri. §. in admittenda. & l. quemadmodum.

6 † Item quia deiectus videtur abbas, qui ideò iure deiectionis non vtitur, quia suspicatur se posse repelli. ff. de acqui. pos. si id quod. §. vl. sed non videtur quod hoc c. stare possit, quia licet abbas exercuit iura Episcopalia, non tamen minus, cùm eo Episcopus etiam eadem iura possidere potest, sicut apparet in visitatione ecclesiæ, & alijs similibus, quæ non prohibentur simul esse apud plures, nã archidiaconus, plebanꝰ, Episcopus, & archiepiscopus eosdem subditos excommunicare & visitare possunt. supr. de of. archid. c. 1. & c. satis. & c. mandamus. & de off. archiepiscopi. c. 2. & 3. infrà, eod. c. 1. infrà, de censi. Romana. Et sic apparet, quòd etiam eodem modo & abbas eadem iura cum Episcopis & archiepiscopis & alijs possidere posset, nec vnus præscribit ius alterius, licet sibi præscribat illud consimile ius.

☞ † Item absurditas videtur sequi, si aliud dicitur, quia qua ratione præscriberet ius Episcopi archi. vel alterius non video. So. dicimus, quòd abbas benè præscribit contra singulos & contra omnes, nã quicunq; fuerit ille, qui 40. ann. non fuerit vsus iure excommunicãdi & visitandi, vel quolibet alio siue archiepiscopus, siue episcopus, siue quicunq; alius contra eum, vel eos omnes præscriberet abbas, qui illo iure per idem tempus exercuit, secùs si præscriptio fuerit interrupta aliquo modorum supradictorum contra eum, quia postea non perficietur præscriptio, & hoc benè probatur ex hoc c. & infrà, eo. cùm olim. qui enim petit ius aliquod in aliquibus ecclesijs, debet dicere, quòd ius petit, & ex qua causa petit.

CAPVT XVI.

1 *Potest quilibet iuri suo priuato renunciare.*
2 *Quælibet diocesis vel ecclesia potest contra visitationem de sola consuetudine introducta præscribere.*
3 *Qui potest duabus authoritatibus procedere, non cogitur alteram eligere.*
Error iuris & authoritatis non impedit verum processum.
4 *Nihil dicitur esse ita contrarium sicut error.*



VM EX OFFICII. (Necesse) non necessitatem longitudinis dictæ quasi non posit petere alibi commodè declinare, quia tunc non posset petere procurationem de necessitate iuris, sed de gratia tantùm, sed necessitas fuit in hoc, quia visitatione indigebãt, dicimus etiam, quòd si ex gratia petat procurari, & negetur sibi quòd diocesanus non archiepiscopus debet eum punire, quia inhumaniter se habuit contra suum archiepiscopum (præscribi) imò nec expressè remitti, infrà, de censi. cùm venerabilis. argum. infrà, de dona. pastoralis. posset tamen conuenire, quòd certa summa daretur pro procuratione. 10. q. 3. relatum. ita tamen quòd non fiat conuentio in fraudem. arg. C. de transact. præses.

1 † Quidam tamen dicunt, quòd expressè non potest remittere, sed tacitè. ar. infrà, de censi. sopitæ. quòd non placet, imò dicimus, quòd expressè tantùm potest remittere procurationem sibi debitam ratione visitationis, quia cuique licet suo iuri priuato. renunciare. 7. quæst. 1. quàm periculosum. hoc autem priuatum est, quòd in sola pecunia vel temporali lucro consistit, sed tacitè, scilicet, multo tempore non recipiendo procurationem, non præscribitur contra eam, nec ipsam amittit, vt hîc, & est ratio, quia ipsa procuratio non debetur principaliter, sed accessoriè, scilicet, ratione visitationis, & ideò retenta visitatione, retinetur & accessorium, scilicet, procuratio. argu. ff. quemadmo. ser. amit. si is qui. & in præalleg. c. cùm venerabilem. secùs autem esset si vellet renunciare expressim iuri visitandi, quia illud non posset, cùm sit ius publicum visitare & corrigere. arg. sup. de foro compe. si diligenti. imò quod plus est, alicui non licet pacisci, quòd non aget vel accusabit aliquem de crimine. ff. de pac. si vnus. §. illud.

2 † Visitationem) sed contra, nónne sicut per consuetudinem archiepiscopus acquisierat hoc ius, ita per contrariam consuetudinem potest amittere. infrà, de reg. iur. c. 1. ff. de leg. de quibus. Respondeo, vniuersalis prouincia posset præscribere, sed singularis dioc. vel ecclesia non, quia turpis est omnis pars, etc. 8. dist. quæ cõtra. Vel dic, q. quælibet dioc. vel ecclesia potest præscribere contra visitationem de sola consuetudine introductam, & quod hîc dicit non potest præscribi contra visitationem, intelligo debitam de iure communi, non de consuetudine, & talis visitatio est archiepiscopi. infr. de censi. Romana. (præscribi) eo nihilominus durante prælato.

☞ prælato. † Authoritate) not. quòd simul procedit vtraque authoritate. si. suprà, de cor. vitia significauit. infrà, de præb. nisi. & tunc quando simul procedit vtraque authoritate ad Papam tantùm non ad patriarcham est appellandum, licet enim patriarcha ratione authoritatis Metrop. posset cognoscere de appellatione, quia tamen Metropol. admista erat authoritas patriarchatus, non potest de ea cognoscere, minus enim credit maiori in hoc casu, sicut & aliàs infrà, de conse. eccle. vel alta. quòd in dubijs. licet si ar. contra. suprà, de offic. dele. super quæstionum. §. si verò.

3 † Item ex hoc loco nota. quòd qui duabus authoritatibus potest procedere, non cogitur alteram eligere, sed si eligat, valet electio, & illa authoritate vtetur. arg. sup. de offi. deleg. significantibus. Item posset eligere, quòd in vna parte causæ, vtetur ordinaria in alia dele. sup. de ar. innotuit.

Et hæc sunt vera, vbi quis habet duas authoritates, sed vbi credit se habere duas authoritates, & non habet, nisi vnam ordinariam, quòd facilè accidere potest. suprà, de off. leg. licet tunc videtur aliquibus, quòd licet eligeret, & protestaretur, quòd tantùm Papæ authoritate procedere vellet, tamen processus habitus cũ tali errore valet, quod certũ est, quòd procedere volebat, licet non ordinaria authoritate, & ita quòd principale est tenet. scz. processus. ar. opt. ff. de iniur. eum. §. si iniuriam. ff. ad l. Aquil. scientiàm. ff. fa. erc. cũ puta. Itẽ iste est error iuris, & error iuris non debet impedire verum processum. ar. 8. dist. veritate. ff. de off. præsi. illicitas. §. veritas rerum. imò plus credunt, quòd si diceret, ego nolo procedere authoritate ordinaria, tamen valet processus author. ordinaria prædictis rationibus. Item quia vt dictum est protestatio sua est contraria suo facto, vnde factum præualere debet. infrà, de app. solicitudinem. in fi. Item quia nemo potest abdicare à se imperium. ff. de offi. præsi. legatis. Alij dicunt contra in duobus casibus proximis, & allegant pro se, quia quod volunt nõ possunt, & quod possunt, nolunt. sup. de off. deleg. cùm super.

4 † Item quia nihil est sic contrarium sensui, sicut error. ff. de iur. om. iud. si per errorem. arg. pro eis. ff. de ar. l. sed si in seruum. Nec ob. l. de iniurijs. l. eum. quia hæc est principalis authoritas, ex qua procedit siue apostolica siue ordinaria, vnde ex quo deficit principale, deficit processus, non autem esset principalis, si erraret in sensu legum vel indulgentiarum, vel priuileg. vel huiusmodi. ff. de re iud. cum prolatis. & not. inf. de priui. ex parte ob. (consuetudine) non enim visitatio eius impediret visitationem Episcopi, quin congruis temporibus visitet, sed si eodẽ tempore concurrant magis obediet archiepiscopo.

☞ ar. 11. q. 3. qui resistit. † Allegatum) super procu. non debita, vel visitatione non facienda, nam super excommunicatione, an iustè lata sit, nécne, vlterius non audietur, cùm super illo iam diffinierit. Item nec esset iustum, quòd sententia ferretur per vnam rationẽ, & postmodum lata sententia, alia ratione rescinderetur. infrà, tit. proxi. inter mona. quamuis satis dici posset, talem rationem vel exceptionem, vel ius non impedire, quominus sententia pro alio, vel contra aliquem feratur.

CAPVT XVII.

1 *In præscriptione canonica, quæ est ad minus 40. ann. necessarius est titulus.*
2 *Quando sit, vel non sit necesse allegare titulum. & vide in nu. 3. 4. 5. 6. & 7.*

I DILIGENTI. (Proprietatem) directã, nam vtilis proprietas penes vasallum est, super hoc fundatur ius huius decre. (pro te) id est, nomine tuo vel ecclesiæ tuæ, sed nomine ecclesiæ Romana, tanquam minister poterat (fidelitatis) ratione vel prætextu, quòd iudicatus talis ad te pertineret (exigeritis) nomine nostro per sed. ap. id est, nomine sedis apostol. (pro ea). s. ro. ecclesia (violatum) à te vel alijs qui scientes hoc esse ius eccl. ro. illud exegistis (bona fides) scz. quia credit tradentem ius habere tradendi, licet in facto erret. ff. de verb. sig. bonæ fidei. quæ bona fides semper præsumitur, nisi probetur contrarium. ff. de prob. verius. nisi in casibus. C. de rei ven. si fundum. C. de agri. & censi. quemadmodũ. ff. pro emp. qui fundũ. §. quia suæ. & l. si quis. (titulus) sup. e. vigilanti. ff. depositi. si quis inficiatus. ff. de vsuc. Celsus. C. de præsc. 30. an. l. diuturna.

1 † Titulus) mirum videtur, quòd in præscriptione canonica, quæ est ad minus 40. ann. necessarius est titulus. Item si habuerit iustum titulum, non est necessaria præscriptio, nec etiam potest habere locum, cùm nemo rem suam præscribat, quia ex diuersis causis res ad eum pertinere non potuit. sup. de fi. instru. inter dilect. circa fi. & ff. de acqui. pos. possideri. §. ex pluribus. Ad hoc respondent quidam, necessarium esse titulum, sed sufficere minus iustum, vt præstet causam præscribendi. arg.

infrà, de emp.peruenit. ſuprà,de conſuet. cùm dilect.nam erroneus titulus dat cauſam præſcribendi. ff. pro emp. quòd vulgo, & ſic intelligitur, infrà, de iure pat. c. cura. Vel dic & melius, quòd ſemper in corporalibus rebus eccleſiarum neceſſarius eſt iuſtus titulus, & hoc ſatis expreſſè dicitur. 16. q. 3. ſi ſacerdotes. & arg.etiam in eadem quæſtione. c. placuit.Sed poſſet reſponderi, quòd ibi loquitur ſecundum antiqua tempora, quando contra eccleſias currebat præſcri. 10. vel 20. vel 30. ann. ſed hodie cum ſola præſcrip. 40. ann. currit contra eccleſiã, & ſecundum.l. in præſcriptione. 40. ann. non ſit neceſſarius titulus, perſimile videtur, quòd contra eccleſiam præſcribatur ſine titulo. Sed certè ſi quis benè attendat prædictam rationem, ex ea primò colligitur contrarium, ſcilicet, quia ex quo præſcrip. 40. annorum ſucceſsit loco præſcri. 10. an. ſicut in illa exigebatur iuſtus titulus ſecundum leges. vt C. de præſcri. lon. temp. nec bona fide. ſic etiam in iſta 40. an. ar. ff. ſi quis cau. ſi eum. §. qui iniuriarum.

2 †Item arg. ad hoc, quia ſi in corporalibus exigitur vt hîc, multofortius in incorporalibus: vt infrà, de deci. dudum. & ſup. de elec. conſtitutis. Contra laicos autem ſatis poteſt dici, quòd ſufficiat in præſcri. 30. vel 40. anno. ſola bona fides, cum curſu temporis, cùm hoc iure ciuili cautum ſit, nec contrarium in canonibus habeatur, imò videtur colligi ex vltimo cap. huius tituli, quòd non ſit titulus requirendus, cùm ibi de ſola fide fiat mentio, ſed iuſtus titulus præſtatur etiam ab eo, qui non habet ius tradendi dominium, non tamen ſufficiens, & ideò huic neceſſaria eſt præſcriptio: vt inf. de iur. pa. cura. nos etiam circa incorporalia quæ habent continuam cauſam, vel quaſi, non credimus neceſſe allegare titulum, ſed bonam fidem ſufficere & tempus. ſup. eod. auditis. ff. ſi ſeruitus vendi. ſi quis diutur. ff. de iti. ac. l. 1. §. interdicto. & §. realiter. ar. C. de ſerui. l. 1. §. 1. C. de præ. quæ pro lib. l. 1. ſuprà, de cau. poſ. cum eccleſia. C. de agri. & cenſi. litibus. niſi præſumptio eſſet contra poſſidentem, vt hîc. & ſuprà, de proba. licet. C. de proba. ſiue. ſup. eo. cùm non liceat.

3 †Sed dices hac ratione attenta, ſemper oportet probari titulum, cùm præſcriptio ſemper ſit contra ius, & ideò ſemper contra præſcribentem præſumendum eſt? Reſpondeo non eſt verum, non enim eſt contra ius, quòd alius ſeruitutem habeat in fundo tuo, ſed eſt contra eum, cuius eſt fundus, & eſt præter ius, & ſic non eſt cõtra ius, quòd vnus Epiſcopus iura Epiſcopalia habeat in alio epiſcopatu, ſed q; archidi. iura Epiſcopalia exerceat, eſt contra ius, vnde hîc neceſſe eſſet probare titulum. ſi. 100. diſt. contra morẽ. poteſt tamen dici, q; eſt contra ius. ſ. quòd vnus Epiſcopus iura epiſcopalia in alterius dioc. exerceat, quia canones expreſſè prohibẽt, vnum Epiſcopũ in alteri⁹ dioc. exercere epiſcopalia, ſed non prohibẽt in alterius fundo habere ius ſeruitutis. 3. q. 6. vnaquæq; nemine. 6. q. 3. c. 1. & 2. 9. q. 3. c. 1. & 2. ideoq;. & titulus requiritur in hoc caſu, ſed etiã plus dicimus, q; licet aliquid non ſit contra ius, ſi tamen præſumptio eſt cõtra præſcribentẽ, neceſſè habet titulũ probare. 10. q. 3. quia cognouimus. & hîc. & C. de ꝓba. ſiue aliud autẽ ius eſt cenſendũ in dioc. eccleſia & eccleſiaſticis, quia occupari prohibentur, & nõ niſi iuſto titulo acquiruntur, vt patet in prædictis iuribus. & ſup. de cle. pereg. c. vl. & de of. archid. cùm ſatis. & inf. de inſti. c. 3. & aliud eſt in fundis ſeu prædijs priuatorum, in quibus non impeditur acquiſitio ſeruitutis, ſed potius cõceditur in ſuo tractatu de ſeruitutibus. C. & ff. ſi autem ſeruitus vel ius non eſt contra iura.

4 †Item nec habet perpetuam cauſam vel quaſi, ſed habet intermiſsionem temporis vel ſeruitutis viæ, & ius ſeruitiorum extraordinariorũ, de quibus diximus ſup. e. de quarta. tunc ſimiliter eſt neceſſe habere & allegare titulum, ſed nõ eſt neceſſe illum probare, ſed ſufficit probare quòd per longum tempus, ſcz. per 10. ann. inter præſentes, & 20. inter abſentes, vel inter eccleſias per 40. vſus ſit domino ſciente, & non contradicente. præſumitur enim debitum hoc ius ex cauſa, quæ prætenditur præceſsiſſe. vt ff. de vſu. cũ de in. ff. de aqua plu. arc. l. 1. §. pen. Sed hoc videtur contra. inf. de deci. dudum. Sol. ibi. & 93. diſt. illud. vbi habes, quòd clerici Rauennates etiam in eccleſia Romana vſi erant manipulis, & tamen non profuit eis præſcriptio, ſed ſemper vſurpaſſe intelligũtur. Sed reſpondemus quòd illud fuit contra ius, quia licet vſi fuerint in ec. ro. tamen Papa ignorauit, quia multoties potuit, vel quod Papa ignorauit, & ſic intelligitur 100. diſt. cõtra morem, vel quia Papa ignorabat vſum archiepiſcopi.

5 †Item no. quòd cùm tantùm per coniecturas & præſumptiones iuuetur vtens iure extra ordinario. ſcz. collectis, ſi in contra-

contrarium ſint aliæ præſumptiones violentiores, non iuuabitur probatione curſus temporis, niſi & titulũ probet, quod eſt videre in prælatis, qui ſeruilia grauamina exigunt à ſubditis, præſumitur enim, quòd potius ſubditi ex timore præſtent quàm debito, & ideò non currit præſcriptio. 1. q. 1. nullus. 10. q. 3. quia cognouimus. & idem ſi credatur cauſa curialitatis præſtitum, vel hoſpitalitatis, vt ſi ſæpè aliquem in hoſpitio recepit. ff. de acqui. poſ. qui iure. ſecùs ſi eſſent talia, quæ non præſumerentur ex timore præſtita, quia ad illa cogerentur. 9. q. 3. conqueſtus. ff. communia præ. venditor. §. ſi conſtat. ſed ſufficit, ſi poſtea poteſt probare præſcriptionem, cuius non extet memoria, quæ in talibus eſt neceſſaria, ſcilicet, in corporalibus. vt no. ſup. eo. de quarta. quæ ꝓbatio quomodo fiat, no. infrà, de verb. ſig. quid per nouale. Nec eſt neceſſe probare titulum, nec allegari, ſed ſi ſit præſumptio contra petitorem, tunc eſt neceſſe. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. fi. e. di. contra morem. Alij tamen dicunt, quòd aliquando poteſt agi ex præſcriptione. 16. q. 3. §. poteſt. C. de præſcri. 30. ann. ſi quid. & tunc neceſſe habet probare titulum, ſuprà, de proba. licet.

6 †Item quãdoq; opponitur præſcriptio excipiendo. ſup. de proba. ex literis. tunc non habet neceſſè probare titulum, quòd poſſidet. C. de peti. hære. cogi. & actore etc. C. de proba. actor. Alij dicunt, quòd ſemper tenetur probare titulum, ſiue agat ſiue excipiat. & ad. l. de peti. hæ. cogi. reſpondent, quod illa loquitur, quando conuentus actione reali ſimpliciter negat, & non excipit, ſecùs autem ſi excipiat, quia tunc neceſſe habet probare titulum.

7 †In rebus autem corporalibus neceſſe eſt probari, & allegari titulum, vnde quando allegat titulum, non debet dicere tantum, talis res, vel ius peruenit ad me titulo emptionis, vel alio conſimili, ſed debet plenè narrare factum, ſ. talem rem, de qua agitur in me, vel eum cui ſucceſsi talis trãſtulit titulo emptionis, alioquin præſumitur fictitium, quòd dicit. ar. inf. de deci. dudum. vbi coactus fuit dicere, per quem ad hoſpitale decimæ peruenerint. In præſcriptione autem cuius non extat memoria, ſufficit tam magnum tempus exprimere, & ſi quæratur ab eo de titulo, ſufficit dicere, neſcio quo titulo hæc res ad prædeceſſores meos venit, ſed credo vel credere debeo, quòd iuſto titulo, ex quo tanto tempore ſine contradictione poſſederunt. arg. bona. 11. di. eccleſiaſticarum. & c. palam. & c. quis neſciat.

CAPVT XVIII.

1 *An ſententia arbitrorum retractetur prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum.*
2 *Epiſcopalia iura præſcribuntur ab abbate.*

OLIM. (Plebs) not. agi. cum eo qui contendit plebẽ ſibi eſſe ſubiectã. ſup. e. auditur. vbi de hoc (eccleſiæ) 16. q. 7. omnes. ar. ſup. e. cùm non liceat (arbitrium) quòd non tangebat capitula, in quibus modò fertur ſententia pro abbate, aliàs oportuiſſet abbatem nouum titulum habuiſſe, & probaſſe articulis, in quibus fertur ſententia pro eo, cùm præſumptio fuerit contra eum ex ſententia arbitrorum, nec ſufficeret pro titulo priuilegium Greg. cùm illi per arbitrium ſit derogatum, vt no. ſup. c. proxi.

1 †Præceſsiſſe) & ideò prætextu inſtrumentorum de nouo repertorum, non retractatur ſententia arbitrorum, quod hîc in fi. huius decr. apparet, inf. tit. proxi. inter monaſterium. C. de tranſa. ſub prætextu. quod etiam ſi poſtea obtentum fuiſſet non vitiaret compoſitionem præcedentem. ar. inf. de deci. ex multiplici. inf. eo. c. proxi. & ideò priuilegia aliorum Romanorum Pontificum, poſt arbitrium obtentorum, ſibi non profuerunt.

Et intelligas quòd hi arbitri fuerunt electi tanquam iudices, & ſine pœna & compromiſſo, aliàs non obſtante arbitrio, agere poſſet abbas. ff. de ar. l. ſi rem. C. de ar. cùm antea. † Præceſsiſſe) & ideò ei derogatur per arbitrium in his, quæ tantùm monaſterium tangunt, non ro. eccl. vt no. ſup. de ar. cum tempore. aliàs autem priuilegia nihil iuris tribuebant cùm eſſent tantùm confirmatoria. infrà, de confir. vti. vel inuti. cùm dilect. (donatæ) quantum ad epiſcopum. nam plebes ſuberant abbati cum capellis.

2 †(Inſtitutionibus) no. abbatem præſcribere iura epiſcopalia. ſi. ſup. eo. auditis. ea. ſcz. quæ poſſidere poteſt. ar. inf. tit. proxi. inter mona. ar. contra. ſup. eo. cùm ex off. Sed reſpondeo eum non poſſe præſcribere in ſe, ſcz. quòd non obediat, dum eſt ſubditus, ſed ex quo alij ſubeſt, benè præſcribit obedientia in ſe, non nomine ſuo, ſed nomine illius. cui ſubeſt, vt in prædicta decr. cùm ex officij. Item etiam dum eſt ſubditus, benè præſcribit in alijs eccleſijs ius epiſcopale (celebrandis) id eſt, quòd in prædictis capellis poſsit celebrare (Epiſcopale)

not. formam ſententiæ de iure epiſcopali, cùm agitur contra eum qui poſsidet eccleſias, in quibus dicunt ſe iura epiſcopalia præſcripſiſſe.

CAPVT XIX.

1 *Interdictum vti poſſidetis ad quid ſit inſtitutum.*
2 *Sententia lata in interdicto vti poſſidetis pro poſſeſſore non parit exceptionem rei iu.*
3 *Quamuis aliquis corporalem poſſeſſionem habeat cuiuſpiam rei, quamdiu tamen poſſidens non expellitur de poſſeſſione, non habet interdictum vti poſ.*
4 *Priuilegium in quo plus conceditur non valet, ſi mentionem non faciat ulterius priuilegij, in quo minus conceditur. Et quæ ſit ratio.*
5 *Contrarium priuilegium impetrans, videtur renunciare iuri quæſito per primum priuilegium ſeu per præſcriptionem.*
Renunciatio an valeat ſine voluntate & conſenſu conuentus.

VENIENS. (Petijt) agendo interdicto vti poſ. & verba illa quæ ponuntur in libello, ſunt ex ſuperabundandi, ſcilicet, ſicut in priuile. etc. Vel dic, quòd benè egit abbas hoc modo confeſſoria, pro iure decimarum. ff. ſi ſer. ven. egi. & l. locus. §. competit. & ſuper libellis hîc poſitis nulla fertur ſententia, ſed alius libellus datus fuit, de quo hîc nulla mentio habetur, in quo petijt Epiſcopus, quòd abbas omnia ſacramenta eccleſiaſtica ab Epiſcopo reciperet, & ſuper illo fertur ſententia (regis) mirum videtur, quòd in libello omiſſa fuerit mentio regalis priuilegij ſuper decimis contra, id quod eſt. ff. de aſſeſ. l. 1. Reſpondeo rex Stephanus fuit ſecundus, & fuit legatus apoſtolicæ ſedis, & idcircò omittitur mentio priuilegij eius (niſi aliquo) iſte epiſcopus agit confeſſoria, & ideò benè ponitur hæc clauſula. ſcz. niſi aliquo etc. vel ſi vis dicere, quòd agebat poſſeſſorio recuperandæ poſ. tunc hæc clauſula eſt ſuperabundans, vt ſit ſenſus, licet omnibus decimis quas primò poſsidebam ſim ſpoliatus: tamen volo reſtitui ad illas quas aliquo iure oſtēderet ſe aduerſarius poſsidere, ſed ſecundū hoc videtur, quòd poſſeſſor eodē tempore ſuper ijſdem rebus poſsit vti poſsidetis intentare contra aduerſarium, & aduerſarius eodem tempore, & ſuper ijſdem rebus intentabit contra eum interdictum vnde vi, & eodem modo, quòd vi aut clam vel de precario, quòd fateor, niſi excipiatur contra agentem de ſpoliatione. ſup. de ord. co. c. ſuper. & proceditur ſic, quia fertur ſententia ſuper vtroq; , ſi de vtroq; cōſtet, ſed executioni non mandabitur ſententia niſi ſuper interdicto vnde vi. ar. ff. de cau. poſ. cùm dilectus. & ſi primò liqueat de turbatione quàm ſpoliatione, primò fertur ſententia ſuper interdicto vti poſſidetis, & compeſcetur reꝰ ſuper moleſtatione quousq; ſententietur ſuper interdicto vnde vi: vt no. in præal. decr. cùm dilectus. ar. ff. de reſti. ſpo. cū veniſſet. Vel dic, quòd quando ſimul liquet, quod reus turbet actorem, & quod actor ſpoliauit reum, nulla ſententia tunc fertur ſuper interdicto vti poſ. & ſic intelligunt quidam. ff. vti poſ. l. 1. §. fi. vbi dicit, quòd ſi aliquis vi, vel clā, vel precario poſsidet ab aduerſario, qꝫ non debet vincere interdicto vti poſsidetis quòd ſic exponunt, id eſt, nulla ſentētia ſuper iſto interdicto fieri debet, primi tamen qui tenent primam opinionem, ſcz. quòd ſuper vtroq; ferenda eſt ſententia, & quod eſt tutius, exprimūt verba legis, quæ dicunt, quòd poſſeſſor non debet vincere, ſupple cum effectu, quia illa ſententia nō mandabitur executioni: & ſic parum prodeſt. ar. l. j. ti. 1. cum aliquibus. quòd tamen tunc tantum obtinet quòd conuentus vti poſſi. conueniebat actorem interdicto vnde vi. Si aliter velis intelligere prædictam l. ſcz. quòd interdictum vti poſſi. non cōpetit contra ſpoliatum cum effectu, quòd reus poſsit excipere de ſpoliatione ſua, ſequitur abſurditas hîc. ſcz. quia nulla ſententia fieri poteſt ſuper interdicto vti poſſidetis ꝓbata ſpoliatione, quia ſi ferat ſententiā qꝫ reus ꝓbauerit ſpoliationē, ceſſet à moleſtia expreſſè cōtradicit. §. prædictus. Si verò abſoluat reū ſpoliatū ab impetitione actoris, nec hoc poteſt ſtare, quia per conſequens concedit, quòd moleſtet poſſeſſorem: ſed hoc eſt falſum, quia etiā prædo eſt reſtituendus. ff. de reſti. ſpo. in literis. multofortius ergò eſt defendendum. ff. de ſuperficie. l. 1. §. quod ait prætor. ad finem. Item ſi licerethuic ſpoliato probare, ergò eadem ratione & ſpoliare, quòd falſum eſt, quia ipſi poſſeſſori ſpoliatori cōpetit interdictum contra ſecundum ſpoliatorem quamuis ab alio ſpoliatum. ff. de vi & vi arma. cùm à te. & no. in præall. decre. in literis. Item per prædictum modum agendi, ſcz. agendo vti poſ. & excipiendo de expoliatione non fieret reſtitutio ſpoliato, quia nec actum eſt, nec vti poſ. eſt inſtitutum ad poſſeſſionem recuperandā, ſed tantùm retinendam: vt inſti. de interd. §. retinendæ. Item ſi conſtat, quòd malè facit iſte ſpoliatus, quòd turbat poſſeſſionem,

nem, ergò debet puniri, ſed dices fortè ſicut aliqui inaniter ſomniarunt, punientur per alias actiones. ſcz. per actionem iniuriarum, vel per officium iudicis, ſed certè hoc non procedet, quia actio iniuriarum eſt tantùm prodita ad vindictam, vnde pro hoc non proſequitur poſſeſſor, quòd ceſſetur ab eius moleſtatione, ſed nec officium iudicis, quod extraordinarium eſt, vbi auxilium ordinarium ſupereſt habet locum. ff. de mino. in cauſæ. 2.

1 †Item cùm interdictum vti poſsidetis ad hoc ſit ſpecialiter inſtitutum, vt defendat poſſeſſores contra moleſtatores. ff. vti poſ. l. 1. quare excipietur iſte ſpoliatus, & maximè cùm dicas ad mendicata remedia recurrendum, breuiter ergò dicimus, illa verba, quæ ſunt. ff. vti poſſ. l. 1. in prin. & in fin. vbi dicitur, qꝫ poſſeſſor non obtinebit interdicto vti poſsidetis contra illum quē ſpoliauit, ſic eſt intelligenda. ſcz. ſi ante lit. conte. conuentus excipiat agentem interdicto vti poſ. non eſſe audiendum, niſi prius reſtituat rem, de qua agitur, quia actor reum eadem re ſpoliauit, & hoc expreſſè dicit decr. ſuprà, de ord. cog. c. fi. & c. cùm dilectus. vel ſi directè proponat interdictum vnde vi, contra agentem vti poſ. & licet Azo. in Summa vti poſ. magnas difficultates faciat in expoſitione illorum verborum, quomodo quis poſsideat à me, vel ab alio vi, vel clam, vel precario: ego ſic ſimpliciter expono, poſsideo à te vi, id eſt, violēter tibi abſtuli, & ſic de alijs. Iſta autem quæ dixi, licet ſint noua, tamen à nullo negantur eſſe vera, & ideò ſecurum eſt hoc dicere.

2 †Illud autem ſatis indubitatum videtur quòd ſententia lata interdicto vti poſ. pro poſſeſſore non parit exceptionem rei iudicatæ, ſi is contra quem iudicatum eſt, agit interdicto vnde vi, pro eiſdem rebus, quia & alia eſt actio, & ad aliud agitur nunc quàm prius. ff. de excep. rei. iudic. cùm quæritur. & l. ſeq. & ſup. de teſta. cùm cauſam. Item ſententia iudicis non prohibuit moleſtationem iuris, ſed facti. Item non prohibuit moleſtationem, niſi quamdiu poſsideret, ſed re eiecta ab eo iam non poſsidet. Item quare non eodem modo poteſt agere alio interdicto, ſicut rei vendicatione, ſi autem non agit interdicto vti poſ. ſed confeſ. petit aduerſarium à ſua moleſtia compeſci, & feratur ſententia pro actore, tunc vlterius non poteſt agere interdicto vnde vi, nec alio, quia primò actū eſt de ꝓprietate, quæ præiudicat omnibus poſſeſſorijs. ff. de cau. poſ. cùm dilec.

3 †Item not. quòd licet aliquis corporalem poſſeſsionē habeat alicuius rei, quādiu tamē ille, qui poſsidet, non expellitur de poſſeſsione, non habet interdictum vti poſ. neq; contra ipſum verum poſſeſſorē, neq; contra alium. ff. vti poſſ. ſi duo. §. 2. in prin. (chriſma) hîc incipit ſentētia (cleri) de mandato horū clericorū egerat abbas, aliàs quomodo feretur ſententia contra eos. C. de ſen. & interlo. l. 1. C. res inter alios acta. per totum. & dic, qꝫ clerici poſtulabūt etc. ſupple nō obſtante cōtradictione abbatis, & ſic fertur ſententia cōtra abbatē, qui dixerat in libello, & clerici non poterant huiuſmodi quædam ſacramenta ab epiſcopo petere ſine eius licētia, & epiſcopus expreſſè petierat, quòd clerici iſti qui pertinebant ad monaſterium peterent ab eo ſacramenta eccleſiaſtica, & ſic eſt in regiſto ro. (priuilegio celeſtini) qꝫ indultum erat monaſterio prædicto ſuper prædictis articulis. ſ. quòd in nullo caſu pro eis ad epiſcopū recurrere deberēt, vel ſimpliciter quòd eccleſiaſtica ſacramenta reciperent, à quo vellent epiſcopo (mentionem) ſup. de offi. dele. ex parte.

4 †Mentionem) ſed hoc eſt verum, quia ſi ſuum priuilegiū in quo plus conceditur non facit mentionē alterius ſui priuilegij, in quo minus concedit, non valet, cùm & ſinullū prius habuiſſet teneret cōtra. C. de leg. qꝫ fauore. Reſpōdeo hoc priuilegiū ideò non valere, quia ſuppreſſa veritate fuit obtentū. ea. ſ. quòd epiſcopus ſibi conſueuerat conferre eccleſiaſtica ſacramēta, & etiā quia contraria priuilegia oſtendebat. C. de fid. inſtr. ſcripturæ. Plus placet quando vbicunq; aliqua iuriſdictio, vſus, vel libertas, vel quicquid conſimile ex priuilegio alicui conceditur in caſu, & in alio caſu ille idem vſus, vel iuriſdictio, vel aliud relinquitur illi, cui debebatur de iure cōmuni, ſicut hîc erat de perceptione ſacramentorū, quæ in caſu liberè concedebatur monaſterio, & in caſu alio relinquebatur epiſcopo, ad quem ſpectat collatio ſacramentorū de iure cōmuni, nam in hoc caſu ſi poſtea velit concedere priuilegiator vſum, vel libertatem, quæ in aliquo caſu remanſerat iure cōmuni epiſcopo eidē, ſiue etiam alij, vt quidam dicunt, non valet cōceſsio nisi faciat mentionē de priori cōceſsione, vel priuilegio, & hoc eſt ea ratione, quia ſi concedens ſecundū priuilegiū ſciuiſſet, ſe vel prædeceſſorē ſuū, aliàs moderatū priuilegium dediſſe. ſ. quod in caſu

Conceſsio. Pro intelligentia dictorum hîc per Innoc. vide Pet. de Anc. in conſi. 131. maximè in 2. col. ver. poſtremo.

haberet libertatem vel vſum, & in caſu nõ mutaſſet prius moderatum priuilegiũ per ſecundũ immoderatũ. ar. ẽ. de off. dele. ex parte. & ẽ. de deci. ex multiplici. † Et ex hoc videtur, q, ſi primò conceſsit partẽ alicuius rei vt decimarũ ex priuile. & partem reliquit iuri cõmuni, ſi poſtea partem relictam iuri communi eidẽ, vel alij cõcedat, non valebit, niſi de priori conceſsione fecerit mentionẽ, vt hîc, ſecùs tamen eſſet ſi â principio in omnem caſum concederet vſum, vel libertatẽ in rem integram, quia tunc non tenetur facere mentionẽ de iure cõmuni: vt no. ẽ. de reſcr. c. 1. (præſcriptio) ſuper eo quòd ab alijs reciperet ſacramenta eccleſiaſtica (priuilegium) de quo dictum eſt ſup. eod. quòd ſacramenta eccleſiaſti. reciperet ab epiſcopo.

5 †Contradicit) quia dicebat ſibi licere à quouis epiſcopo ſacramenta eccleſiaſtica recipere, & priuilegiũ ali[illegible]contradicebat, nam dicebat q, tantũ ab [illegible] reciperet, & ita habes, q, cõtrarium p[illegible]egium impetrãdo, renuncio iu[illegible]æſto per primũ priuilegiũ, vel[illegible]ionẽ, & q, non poſſum præſc[illegible]id, q, in eo priuilegio cõtinet[illegible], & [illegible] poſſet cõcedi, quãuis poſſe[illegible]oc contingere, ppter hoc, [illegible]o vſus fuit in iudicio, ſecùs [illegible] fuiſſet eo vſus. Vel dic, q, cũ [illegible] quaſi poſſeſsione cõferẽd[illegible]ſſet quaſi verus dominus, [illegible] cõtra eũ, nõ datur vendic[illegible]ana: vt no. ẽ. e. ad aures. H[illegible]tas, qa impetrando contr[illegible] primò renunciare videt[illegible]m fit non tantũ expreſſè[illegible] de re mil. l. 1. & fi. & etiã[illegible] ff. de acq. hære. l. accuſa[illegible]ſſet, ſi ſecũdũ eſſet primi[illegible]ationẽ primi priuilegij[illegible]onis vel iuris, quia tunc[illegible]ẽ ſũd. inſtru. inter dilec. ẽ[illegible]cũ olim. ẽ. e. auditis. †I[illegible]unciatio de tam parua l[illegible]nocũq; vult accipiant c[illegible]ſacramẽta, valet etiã ſ[illegible]oraſſet. ẽ. de dona. c[illegible]icere, q, hîc interuenit[illegible], quòd ſem per præſur[illegible]a præla. ſine conſen[illegible]o pac. cõtra. iure. de tr[illegible]ne. c. 2. ff. de dona. filiu[illegible]ſi conceſſa eſt libera[illegible]ntelligitur conceſſa[illegible]l dilapidandi, vel pa[illegible]di, Sol, ma-

ior & liberior poteſtas prælatorum, quàm aliorum miniſtrorum, ſicut apparet ex decre. præall. de dona. cæterũ. hoc tamẽ fatemur, quòd ſi læſum eſt monaſterium enormiter, dabitur in integ. reſti. ẽ. de in inte. re. c. 1. Item poteſt dici, quòd ideò tenuit hic renunciatio, quia ex cauſa facta fuit. ſ. vt fugeret abbas indignationẽ dioc. 100. di. contra morẽ. ff. de ſepul. l. 1. §. illud. ff. de mino. in cauſæ. in prin. ff. ad muni. l. 1. ff. de leg. 1. ſi quando. C. de theſau. l. 1. ẽ. de conſti. c. cũ acceſsiſſent. de priui. ſi de terra. C. de iur. om. iu. l. 2. Arg. contra. ẽ. de conſue. cùm dile. ff. de re mil. l. 3. & 23. diſt. quanquam. C. de priui. ſcho. l. pe. C. de excu. tu. volunt autem. C. de epi. audi. presbyteros. 95. di. olim. ẽ. de cenſi. ſopitæ. ẽ. de fide inſtru. C. de inof. teſta. contra maiores. & ff. de excep. nemo. ẽ. eo. auditis. ff. de inoff. teſta. Papinianus. §. ſed ſi impuberis.

CAPVT XX.

1 *Præſcriptio an interrumpatur per malam conſcientiam, ſi poſtea eam depoſuit.*

2 *Dubitans rem ſuam eſſe, an eam retinebit, an verò reſtituet.*

QVONIAM OMNE. (Ciuilis.) Sed quid ad Papam de præſcriptione inter laicos? Reſpondeo ratione peccati hoc ſtatuit. ẽ. de iud. nouit. quid ſi prælatus habet læſam conſcientiam, reliqua autem eccleſia bonam fidem habet? reſpondeo ſecundum cautelam. l. quæ eſt. ff. de neg. geſt. acqui. §. cum me. ff. manda. quintus. Prælatus autem caueat, ne quid faciat contra conſcientiam, vel etiam fieri procuret (temporis) quo præſcribit, ſecùs ſi poſt incipiat habere conſcientiã rei alienæ. † Sed quid ſi tẽpore præſcriptionis habeat conſcientiam rei alienæ, ſed pòſt per dicta aliquorum, vel alijs indicijs depoſuit illam conſcientiam rei alienæ, nunquid per illum errorem eſt interrupta præſcriptio? Reſpondeo non ex quo eam depoſuit. ẽ. de ſimo. per tuas. 2. & 11. q. 3. cui eſt illata. † Item quid ſi dubitat, rem ſuam eſſe, an non, nunquid eam retinebit, an reſtituet? Reſpondeo recipiet fructus. vt ff. de vſuris. quis ſit. & eadem ratione præſcribet.

TITVLVS XXVII.

DE SENTENTIA ET RE IVDICATA.

VIA ſæpè dubitatur qualiter debeat procedi, & ſententiari contra illum reum, qui cadit à poſſeſsione rei, ſuper qua eſt conuentus.

conuentus. Ideò not. quòd ſi ante litis conteſtationem cadit voluntariè cauſa indicij mutandi, locum habet contra eum actio ex illo edicto de alien. iudic. mutan. cau. fa. ff. de ali. iu. mutand. cauſ. fac. per totum. &. ẽ. eodem titul. c. vlti. Item ſi erat in poſſeſsione mala fide, & ſi erat in mora reſtituendi, tenetur etiam ſi pereat. ſi cer. pe. qui te. ff. de condi. fur. ſi profure. §. pe. & l. ſe. Item ſi ſe liti obtulit, cùm non poſsideret. ff. de pe. hære. qui ſe. Si autem poſt litis conteſtationem cadit à poſſeſsione reus, tunc in perſonalibus actionibus nulla vis eſt, ſi culpa, vel ſine culpa cadat, quia ſemper proceditur ad ſententiam, quia res non eſt obligata, ſed perſona.

Sed in realibus diſtingue, quia ſi culpa ſua amiſit poſſeſsionem poſt litis conteſtationem, vel aliàs promiſſum ſeruari non poteſt, proceditur contra eum, & condemnabitur mediante iuſtitia in litis æſtimatione, vel ad intereſſe. ff. ad exhib. de eo. §. ſi poſt. ff. de euict. ſi ſeruus. §. fi. in princip. Si autem ſine culpa deſijt poſsidere, tunc & actor inuito reo, & econuerſò reus inuito actore poterit petere, quòd procedatur ad diffinitiuam ſententiam, propter fructus, & prouentus, & expenſas, & intereſſe poſt litis conteſtationem obueniendo, & ſtipulatione de euictione, ſi interſit. ff. de re. iur. vtique. ff. iudi. ſol. ſi ſeruus. C. quomodo & quando. Authent. qui ſemel. & tunc ſic iudicabit iudex. Quia inuenimus, quòd reus erat in cauſa condemnationis, ſi poſsideret, ideò condemnamus eum ad fructus & ad expenſas, ſed quia non poſsidet, nec culpa ſua, nec dolo deſijt poſsidere, abſoluimus eum ab impetitione rei, prius tamen faciet ipſum reum præſtare cautionem actori de re reſtituenda, ſi ad eum peruenerit. ff. de rei vendicatione, ſi verò. ff. de euict. ſi ſeruus. §. fi. in fin. de ædil. edi. redhibere. §. fi. & per hanc ſententiam licet reus ſit abſolutus, ex prædicta cauſa habet regreſſum de euictione contra venditorem. infrà, de emp. c. fin. & ſi ferenda eſt ſententia pro reo, dicet iudex, abſoluimus reum ab impetitione actoris, & condemnamus actorem ad expenſas, & per hanc ſententiam habet actor regreſſum de euictione contra eum, qui vendidit ſibi rem, in qua ſuccubuit, ſi ſine culpa ſua cecidit à poſſeſsione. ff. de euictione. ſi rem. §. 1. & l. euicta. & l. quidam. in principio. Alij tamen dicunt, quòd iudex in primo caſu ſententiabit ſemper ſuper re, quæ petitur, non quòd dicat, condemnamus reum ad reſtitutionem rei ſimpliciter, ſed ſic, ſcilicet, quando eam habuerit, vel ſic, quia iudicabit rẽ petitam eſſe actoris. ar. pro eis in præal. l. ſi ſeruus. ff. iudic. ſol. Prius dictum magis placet, non negamus etiam, quòd aliquando iudex ex cauſa poſsit differre huiuſmodi diffinitiuam ſententiam, quia fortè ſperatur quòd citò poſsit rem recuperare, & tunc tantum abſoluet à termino aſsignato, & ſi poſtea cùm reus recuperauerit rem, incipit iudicium de nouo, & procedetur in cauſa cœpta iuſtitia mediante, & aliquando poteſt iudex abſoluere non ab impetitione rei, ſed ab inſtantia iudicij, & tunc ſi poſtea recuperauerint rem, incipiet iudicium de nouo. ſuprà, de exceptio. c. penult.

† Sed quando abſoluitur ab impetitione rei, tunc prouidetur actori per cautionem de re reſtituenda, vt ſuprà dictum eſt. ver. prius. nomine autem fructuum debet reſtituere, quicquid obuenit ſibi de re petita, vel occaſione ipſius, vnde videtur quòd debet cedere actiones quas habet occaſione illius rei, ſicut eſt actio legis Aquiliæ interdictum vnde vi, & actio furti etc. conſimilia. ar. ff. de rei vendicatione. Iulianus. cum tribus legibus ſequẽtibus. ff. de pet. hære. Iulianus. §. ſcribit actiones. & l. quòd ſi in diem. §. Iulianus. & §. fi. ff. de ædil. edict. bouem. §. ſi quis ſeruum. ff. de pig. actio. ſi pignore. argumen. contra. ff. de peti. hære. vtrum. & l. ſequen. ff. loca. is qui rem. C. de furtis. manifeſtiſsimi. §. penult. ſed certè prædictæ leges loquuntur in eo caſu, quando commodum poſſeſsionis pertinebat ad aliquem, & ideò ſi fraudetur poſſeſsione rei iuſtum eſt quòd habeat pœnam furti, vel conſimilium, non autem ſic in interdicto, quod ex re tantùm prouenit. ar. ff. de peti. hæred. quod ſi iudex. §. vltim. Vel dic, quod ſi bonæ fidei poſſeſſor prædicta obtinuit, antequam reseuinceretur ab eo, non reſtituet ea, vt in contrarijs, ſed ſi nõdum obtinuerat, cedet actiones, vt in primis concordantijs.

Hæc autem habent locum in fructibus & expenſis, & quæ contingunt poſt litem conteſtatam, & ideò veniunt in condẽnationẽ officio iudicis mercenario. ff. de ædil. edi. §. ſciendũ. prædicta autem ſi obuenerunt ante lit. conteſta. ſpecialiter

petenda ſunt, vt in præalleg. l. edi. §. ſciendum. & ff. de vſur. per totum. licet cõfiteamur, quòd ex natura actionum & bonæ fidei, & ſtricti iuris in condemnatione prædicta veniunt, ſed non niſi petãtur, ff. de act. emp. l. Iuli. §. ex vendi. & l. ratio. & C. de act. emp. l. 4. & l. fructus. & l. de intereſſe. aliàs non.

CAPVT I.

SENTENTIA. (Contra leges.) Puta: quia error expreſſus eſt in ea. ff. quæ ſententiæ ſi. ap. reſcin. l. 1. (ipſo iure) ſi iudex ordinarius fert ſententiam, quæ ipſo iure ſit nulla, ipſemet ipſa pro nulla habita, poteſt aliam ferre. C. quomodo & quando iud. præſes. C. de accu. l. 4. ſi autem eſt delegatus, quia ſemel functus eſt ſuo officio, eam vlterius mutare non poteſt. C. quomodo & quando iud. ſi vt proponis, & idem videtur in electoribus, niſi eſſent priuati ipſo iure poteſtate eligendi. ar. ẽ. de electioni. cum terra. & not. ẽ. de electio. cõſidera uimus. & idem videtur in alijs conſimilibus actibus. argument. ẽ. de reſcriptis. inter. cum ſuis concordantijs. in delegato tamen videtur, quod ſi probabili errore ducatur, ſi ipſo iure non tenet, quod facit, tamen iterum faciet, quod ſibi mandatum eſt. VERBI GRATIA: Delegatus cui mandata eſt prouiſio, prouidit alicui de præbenda non vacante, ignoranter credens eam probabiliter vacare, certè iterum poterit ei prouidere. arg. C. de iuris & facti ignorantia. error. Secùs autem ſi ignorantia facti, vt ſi prouidit ei de præbenda, quæ in veritate vacabat de iure, tamen alius eam tenebat de facto, & ideò nõ vult eam acceptare execrans lites, tunc non poteſt ei vlterius prouidere, quia functus eſt officio ſuo, & benè, nec prodeſt ignorantia facti, quia ignorabat alij ibi prouiſum de facto, & illud factum non impediret ſuam prouiſionem, ſi autem errauit in iure, vlterius ei non poterit prouidere.

CAPVT II.

IVRGANTIVM CONTROVERSIAS.

CAPVT III.

NON POTEST QVENQVAM.

CAPVT IIII.

EA QVAE IVXTA.

CAPVT V.

1 *Executio à ſola appellatione impedimentum capit.*

2 *Cognitio ſententiæ latæ per falſa inſtrumenta, vel falſos teſtes ſpectat ad eum qui delegauit.*

3 *Nunquid prælatus à Papa confirmatus poſſit accuſari quòd ſimoniam cum aliquo familiari Papæ commiſit.*

DECAETERO. (Fraus) vel quæſtio fraudis, puta quòd ſententia lata per falſa inſtrumenta, vel quòd aliàs circa principale negotium adhibita fraus dicatur, ſecùs ſi circa exe-
1 cutionem. †Interuenerit) id eſt interueniſſe dicatur.

(Negotio). C. de exceptione rei iudicatæ, ſi vt proponas. contra. C. ſi contra ius vel vtilitatem publicam. & ſi non cognitio, quæ eſt. 25. quæſtione. 2. & ſi non cogni. Solu. hoc c. locum habet, cùm ſententia lata eſt à principe. Contra autem loquitur de ſententia ab alio lata à iudice, nam tunc licet executori de quæſtione falſi cognoſcere. C. de excep. rei iudicatæ. ſi longius. C. ſi ex falſis inſtrumentis. l. vltim. ſi obijcias de inconueniente, quod ſequitur quòd quilibet poſſet executionem impedire. Reſpondeo, quòd ex quo hoc apparuit, quia ſi in probatione defecerit etiam de hac ſua malitia punitur, vt in prædicta. l. ſi longius. & infrà, de pœnis. c. calumniam. Alij dicunt, quòd etiam ſi à minori iudice ſententia feratur, tamen executor de falſo non cognoſcet, nec prætextu falſi ſententiæ executio impediatur, executionem enim ſola appellatio impedit. in Authent. vt iudic. non expe. ſacras iuſſi. colla. 9. per quam Authent. correcta eſt lex. C. ſi contra ius. & ſi non cognitio. aut exponenda eſt, vt ei non contradicat, ad hoc facit. C. de falſis. l. 2. Vnde alij ſoluunt ſic contra. quia eſt executio mera & miſta, mera eſt, quæ nullam habet cognitionem admiſtam, puta quando ille idem qui tulit ſententiam, mandat de ea exequenda, tunc enim cùm de ſuo facto ſcribat, non eſt credendũ. quod falſum ſit ei ſuggeſtum, & ideò ſuper hac falſa ſuggeſtione non eſt probatio alicuius ad retractationem executionis ſententiæ recipienda in contrarium, & ſic intelligunt quod hîc dicitur & in concor. † Si autem alius [a] quàm [a] qui ſcribit de ſententia exequenda tulit ſententiam pro qua exequenda ſcribitur: tunc admittitur probatio in contrarium ſuper ſuggeſtione falſi. 25. quæſtio. 2. & ſi non. Et dicitur hîc admiſta executio, quia quodammodo cognitio admiſcetur ei.

2 †Illud autem incunctanter dici poteſt quod ſi non per ſuggeſtionẽ falſitatis ſententia dicitur lata, ſed quòd ſententia lata ſit per falſa inſtrumenta, vel falſos teſtes, illa cognitio ſeruatur ille, qui delegauit, non enim ſuper hoc intendebat cauſam delegare, vt hîc, & in lege. C. de execut. rei iudic. ſi vt proponis. Item eſt & alia executio pro parte mera, & pro parte miſta, vt ſi mandetur alicui de alia prębenda, ſi vacat, nam cognitionem habet in hoc, vt cognoſcat an vacet, ſed poſtquam conſtitit, quod vacat prouiſio non habet cognitionem, vnde ſi vellet aliquis obijcere in perſonam iudicis, vel illius cui prouidendum eſt, non audiretur: vt not. ĩ. de conceſ. præb. propoſuit. argu. ad hoc. 25. q. 2. & ſi non cog. ẽ. de reſcript. cum dilecti.

His quæ hîc dicuntur in litera &, in gloſ. videntur contra. ff. de iudi. ſi prætor. vbi dicitur, quòd coram executore debet probari dolus illius, qui obtinuit in ſententia & coram eodem probari falſitas inſtrumentorum, per quæ lata eſt ſententia. Solu. veritas eſt, quòd nunquam executor debet aliquas probationes recipere ſuper principali, vt ſuper illis iudicet, nec etiam vt decernat ſententiam mandandam executioni vel non, quia ſi talis ſententia ferretur, præiudicaret in principali, quia poſtea ſententia remaneret inutilis, quæ non poſſet mandari executioni obſtante excep. rei iudicatæ, ſed ad ſui inſtructionem poſſet recipere aliquas probationes, vt ſi inueniret aliquid, quod eum moueret, ſuperſederet & remitteret ad ſuperiorem negotium, ſed tamen nunquam iudicare debet, & hoc expreſſè ſonare videtur hæc litera etiam lex præalle. ſi prætor.

3 †Sed quare ſi Papa confirmauit aliquem, vtrum poſtea poſſit accuſari iſte prælatus, quod ſimoniam cum aliquo familiari Papæ commiſit coram Metropolitano ſuo de hac ſimonia, & videtur, quod ſic, ſi agitur ad pœnam depoſitionis, & nihil tãgitur de confirmatione Papæ, quia ageretur quod confirmatio iniuſta eſſet, & hoc non poteſt, niſi coram ſuperiore, & niſi per modum appel. ſi autem velit dicere ſententiam nullam. hoc etiã tantùm coram eod. iudice qui tulit ſentẽtiam dicere poteſt, quod obtineret etiam ſi ille, qui tulit ſententiam ſit inferior iudex à Papa. C. de ac. l. 3. 35. q. 9. c. quis ſententiam.

[a] *Si autem alius. Adde ſ. hæc dicta ĩno. refert & ſequitur dõ. de ſancto Gemi. in. capitulo ſicut fini. 2. qõ. 1. col. 2. verſ. in fin. glo. & de hac per Spe. in tit. de ap. §. 6.*

CAPVT VI.

VM ALIQVIBVS. (Poſſeſſio) id eſt res aliqua (pignora) ſic. ff. de conſtit. pecu. promiſſor. §. de conſtit. ff. de acquirenda poſſeſ. l. 3. & l. poſſideri. in prin.

CAPVT VII.

IATOR PRAESENTI VM. (Permanere) no. ſententiã matrimonij non tranſire in rem iudicatam. argument. infr. eodem conſanguinei.

CAPVT VIII.

1 *Venditiones factæ à prælatis ſine conſenſu capituli, an valeant.*

CVM CAVSA. (Quæ vos) Ca. ſanctæ Anaſtaſiæ, à quo laici hîc nominati petebant domum, de qua agitur ex cauſa venditionis (archipresbytero) ſolo ſine conſenſu capituli. (fili T.) hic fortè erat ꝓcurator, vel ſyndicus capituli (ſententiam) iuſtè legatus iſte poterat ferre ſententiam, non obſtante appellatione, quam capitulũ intra terminum conſtitutum non proſequebatur. ĩ. de appellat. perſonas. Sed quæres quare hîc ergò retractatur ſententia eius. Reſpondeo, quia fuit iniqua, ſcz. quod venditio teneret, & ex hac cauſa capitulum appellauit, & hanc appellationem hic proſecutus fuit, ſed & ſine appellatione hæc ſententia fuiſſet retractata, quia contra ius ſcriptum eſt, quod venditio facta à prælato ſolo teneat. 12. quæſtione 2. c. alienatione etc. & de his quæ fiunt à prælato. c. 1. (conſuetudo) quæ erat quod

quod venditiones factę à prælatis ſine cõſenſu capituli valeant, quę non tenet cùm grauamen inducat eccleſijs. ſupr. de conſue. c. 1. (per appellat.) procurator enim capituli ſecundò appellauit à legato poſt ſententiam pro laicis latam.

CAPVT IX.

INTER CAETERAS. (Iniquitatem) quia quidem ſic lata ſit contra ius ſcriptum, ſed etiam ſi lata ſit ſententia contra ius litigatoris, licet appellare, quamuis ſit remota à Papa in reſcripto.

CAPVT X.

TENOR LITERARVM. (Muliere) hæc mulier non erat abſens per contumaciam, iniuſta eſt ſententia, ſi per contumaciam erat abſens, ſententia eſt iuſta ex ordine, ſed quia poteſt iniuſta eſſe cauſa, iterũ auditur etiam ſine appellatione, quia in cauſa matrimonij ſpeciale, ſuprà eodem, lator.

Nec intelligas hoc ita generaliter verum, quod indifferenter ſit admittenda contra ſententiam matrimonij, niſi iuſta cauſa moueat iudicem, quòd ipſam audiat, ſicut hîc mouit iudicem abſentia mulieris, ſed ſi pars cõtra quam lata fuit ſententia præſens fuiſſet, non videtur, quod fuiſſet admittenda contra ſententiam, quia eadem ratione & tertiò, & quartò, & in infinitum eſſet admittenda, quòd ſatis eſſet abſurdum. in decre. autem ſequenti mouit iudicem, quòd illa eadem pars, pro qua lata erat ſententia, petebat contra ſententiam procedi, & habemus expreſſum, quod ſine cauſa facere non debet. ſuprà, de in integrum reſtit. ex literis. credo tamẽ, quod hanc cauſæ cognitionem poſsit facere ſine præſentia partium, & hoc ideò dico, quia de iure eſt, quòd vterq; coniugum contra ſententiam matrimonij audiatur, tamen iudex in hoc nõ debet eſſe facilis, (præſumpſit) & ideò recuſationem dictam friuolam reputans, & ipſum per conſequens contumacem & malè (excommunicationis) ex quo contraxerat non debebat eum excommunicare, quia contraxerat, ſed ſi lite pendente, communicaret eidem, vt in fine huius decret. continetur, vel ſi non ſatisfaceret de facto, tunc poſſet excommunicari. ar. ad hoc. quia non debet excommunicari, niſi monitione præmiſſa. infr. de ſen. excom. facto. ſed non poteſt moueri ſuper facto, ſcilicet, quòd non fiat, cùm neque at pro infecto haberi. ff. de capti. & poſt li. reuer. in bello. §. factæ. reſtat ergò tantùm, vt ſuper emendatione malefacti moueatur. Interdicens) hoc eſt verum, vbi matrimonium interdicitur expreſſè. vt infrà, de deſpon. impu. ad diſſoluendam. vel tacitè, vt hîc, nam eo ipſo quod aliquis petitur in virum, hoc ipſo interdicitur ei nubere, aliàs pendente cauſa non debent prohiberi vti iure ſuo. ſuprà, vt lite pendente laudabilem. 8. quæſtione. vlti. nónne.

CAPVT XI.

CONSANGVINEI.

CAPVT XII.

CVM OLIM. (Duplici) quia fortè plurium perſonarum vicem gerebat, puta præpoſiti & ſimplicis canonici. ſuprà, de elect. in cauſis. & c. quia propter. vbi de hoc notat. Diaconatus) ad hunc ordinem prouehi debet, qui ad archidiaconatum eligitur. ſupr. de elect. cùm in cunctis. ſed exiſtens in minoribus [a] ordinibus, eligi poteſt ad hanc dignitatem diſpenſatiuè. ſup. de ætate, præterea. (circumuentus) ſupr. de in integ. reſtit. c. cùm ex literis. & hoc ita violenter præſumimus, quod in contrarium probationem non admittimus. †Prædicto) not. literas dici ſubreptitias: quia impetratæ [b] ſunt aduerſario abſente qui erat in curia. (non obſtante.) No. non teneri quòd factum eſt per obreptionem etiam ſi aduerſarius conſentiat (non obſtante do.) quia fortè ideò fecit ſibi concedi ab epiſcopo vt quaſi ab epiſcopo non quaſi à Papa haberet archidiaconatum. Abſenti lite non conteſt. proceditur quia de elec. agitur. ſupr. vt lite non conteſtata. quoniam. alij dicunt quòd lis erat conte. vel quia de obreptione conſtabat cum præmiſsis factis per Celeſtinum habitis interfuerit Innocentius cardinalis cum alijs cardinalibus, vnde eos latere non poterat,

CAPVT

[a] *Exiſtens in minoribus. Adde quod Hẽricus Bohic. hîc. & in c. dudum. el. 1. col. 2. poſt princip. dicit hanc opi. cõſuetudine ſeruari quã tenet Arch. in c. ſi clericus. de præb. in 6.*

[b] *Abſente. Quod exiſtẽs in curia ſit citandus. addè Paul. de Caſt. in conſi. 338. incipi. quia exceptiones. col. 1. & Fel. hic col. 6. poſt medium.*

CAPVT XIII.

1 *Subiectionis petitio generalis eſt.*
2 *Subiectionis indicia quæ ſint.*
Priuilegium an idem ſupponat, quod confirmationes.
3 *Nunquid iudex poſsit hodie ſuper vno capitulo & eras ſuper alio pronunciare, quando ſunt plura capitula ſingulariter & principaliter petita.*

CVM INTER. (Subiectione.) Nota hîc agi contra clericos, quia nemo in eis hoc ius quod petebant iſti monachi poſsidebat, aliàs contra poſſeſſorio ageretur. vt no. ſuprà, de maio. & obe. inter. & ſup. de præſcrip. auditis. & c. cùm olim.

1 †Subiectione) not. ſubiectionis petitionem eſſe generalem, ideò licet in libello dicatur in genere, ago ſuper ſubiectione talium clericorum: tamen pòſt debet probare in quibus articulis fuit ſubiecta illa eccleſia, & in illis debet ferri ſententia tantùm vt hîc in fine. & no. ſupr. de officio ordinarij conquerente. (pleno iure) in temporalibus & in ſpiritualibus. 16. quæſtio 2. viſis.

2 †Inſtitutione) deſtitutione & inueſtitura non tamen ſingula, quæ hîc ponuntur ſunt indicia plenæ ſubiectionis, ſicut ſunt letaniæ, & quædam alia, ſed omnia ſimul, & quædam etiam ſingulariter ſunt indicia, vt inſtitutio in ſpiritualibus, & fidelitas in temporalibus, non ſic de alijs. Nam licet abbas ibi haberet quædam epiſcopalia in ordinatione, tamen viſitatione & conſecratione altarium & conſimilibus, ſemper retineret epiſcopus ius ſuum. argumen. 9. quæſt. 3. per ſingulas. & hoc quando epiſcopus dat eccleſiam aliquam alicui pleno iure, ſed etiam ſi alius quàm epiſcopus ibi habebat inſtitutionem & deſtitutionem, & fidelitatem pleno iure pertinet ad eum. argumen. 16. quæſtio. 2. c. 1. & 2. Alij dicunt, quòd tunc demum ad aliquem pleno iure pertinet eccleſia, cùm omnia epiſcopalia habeat ibi, nec ſufficit dicere ſingularia, ad hoc vt plenè ſit exempta, niſi dicat eximo te vel cõſimilia, licet facta exẽptione poſsit aliqua excipere de quibus not. inf. de priuileg. accepimus. & c. cùm capella. & c. cùm & plantare (fidelitate) hoc eſt de tẽporalibus (obedientia) correctione reputatione (letanijs) hæc ſpectant ad ſpiritualia (& alijs conſimilibus) tam de ſpiritualibus, puta quàm de temporalibus reddat rationem. 16. q. 2. c. 2. (ad quod) id eſt, quod in prædictis debet eccleſia ſibi eſſe ſubiecta.

3 †Priuilegia) etiã confirmatoria, ſed dices non idem ſupponit priuilegium, q confirmationes? Reſpondeo differentia eſt inter priuilegium, vbi ponuntur ſubſcriptiones canonicorum, & vbi multa alia præter confirmata ponuntur & confirmationes, vbi non fit ſubſcriptio canonicorum, & nulla alia ponuntur præter confirmata. (Quorum) patriarcharum. (teſtimonio) id eſt, in præſentia, aliter enim non valet confirmatio patriarchæ. ff. de adminiſt. tut. ita. §. geſsiſſe. infrà, de exceſsio. præla. ſicut venire (eccleſia) ſancti proculi (eo) priuilegio. (vitæ.) ff. de adminiſtr. tut. ita. §. geſsiſſe. argument. contra. C. de teſta. l. hac conſultiſs. in principio. (à quo agitur.) hîc corrigitur text. decret. quia iſta eſt litera regiſtri (à quo) fuerat iudicatum, quòd archipresbyter eccleſiam dimitteret, aut abbati obedientiam repromitteret, credens etiam quòd teſtes vera depoſuerant coram eo, qui de fidelitate manifeſtum protulerunt teſtimonium, idem ipſe ſententialiter diffiniuit hæc gloſſa. Iſtorum verborum. (à quo idem) id eſt, ſententiam condemnationis ſub eadem diſiunctione dedit, ſcilicet, quod archipresbyter. vel obedientiam promitteret abbati vel eccleſiam dimitteret, in hoc concordauit cum ſententia cardinalis, ſed in eo diſcordauit, quia cardinalis non condemnauit, niſi ad obedientiam, epiſcopus autem condemnauit & ad obedientiam & ad fidelitatem, & ex hoc appareat, quòd in hoc iudicio actum ad vtrunque fuit, & quia teſtes ad hoc depoſuerunt, apparet ex eo quod ſequitur, quia Papa huic ſententiæ innitens ad vtrunque condemnauit archipresbyterum (iudicatum) & fortè appellatum. (ad obedientiam) ſupple & fidelitatem, vt quidam dicunt (donationis) quæ fortè erat nimia. 12. quæſtione. 2. bonæ rei. vel aliqua alia iuris ſolennitas deficiebat ibidem (originem.) C. de legibus non dubium. ſuprà, de fide inſtrument. inter dilect. (præualente) ff. de offic. præſi. illicitas. infrà eodem, ſicut. ſuprà, de renunciat. c. in noſtra. (præualente) quia fortè res aliter fuit narrata,

rata, quàm gesta: vt ff. de re iud. actorum. hîc vult dicere, quòd sententia quæ pro veritate accipitur, præfertur sermonibus qui dicuntur contra sententiam, & quicquid contra sententiam dicitur, reputatur sermo, id est vanum. (fidelitatem) no. propter sententiam in qua nihil de fidelitate dicitur contineri. Vel dic, quòd in sententia etiam de fidelitate continebatur, quod ex eo præsumitur, quia in libello petitum fuit, quod dic, vt no. suprà, eod. in gl. 1. sententiam.

3 † Fidelitatem) super alijs in libello contentis nihil dicit, vnde potest dici, quod in alijs intelligitur absolutus cùm non essent specialiter petita, sed sub generali portione quam fecerat, scilicet, quia petebat subiectionem ipsius monasterij concludebatur, si autem plura capitula singulariter & principaliter petita essent, & super vno ferret hodie, super alio cras ferre posset. ar. ff. de mino. etiam infrà eodem, cum I. & A. & tandem si nullo tempore iudex coram quo prædicta petita sunt specialiter nihil dixerit peribit instantia iudicij. C. de iudic. properandum. Si autem vnam magnam sententiam peteret, vel magnam rem, & in parte condemnaretur non videretur absolutus nec condemnatus in alia parte. ff. si cer. pet. quidam.

CAPVT XIIII.

AVSAM QVAE INTER. (Atteſtationes) in causa principali inductas (probare) sed non probat, quia fortè testes, licet dicerentur atteſtari pro clerico, fortè iudex qui eos recipit cognouit subornationem, & alios defectus in eis, quare non fuit secutus dicta eorum. ff. de test. l. 3. §. tu ipse, in prin. fortè erat mandatum iudici, quod si clericus probaret, se electum à maiori parte quod ferret sententiam pro eo, quod cùm probasset per duos vel tres testes subornatos, vel alias viles, quia iudex pro eo non sententiabat, dicebat contra formam mandati sententiam promulgatam, quod falsum est, vt hîc dicitur. Iudex tamen qui ferret sententiam, hoc ipsum debet significare iudici appellationis animi sui motum. suprà, de testa. causam quæ vertitur. in fin. (eidem) ista & sequentes rationes sunt superficiales & non sufficientes.

CAPVT XV.

1 *Interlocutoria non præiudicat, si à diffinitiua sit appellatum.*

2 *Ante sententiam necesse est exprimere causam.*

3 *Ab interlocutoria appellare non licet, nisi grauamine aſsignato.*

4 *A die latæ sententiæ computatur decendium appellatiõis, & quando tempus currere incipiat in præscriptionibus.*

Appellans à diffinitiua omnes exceptiones omissas, & etiam propositas, super quibus contra proponentem pronunciatum est, proponere potest, etiamsi à die latæ interlocutoriæ effluxerunt decem dies.

Interlocutoria lata super exceptione non admissa, à qua non est appellatum, an & quãdo transit in rem iudicatam.

5 *Quadrimestre tempus dècurtari potest cum causæ cognitione, & non aliter.*

QVOD AD CONSVLTATIONEM. (Purgationem) in causa ciuili præsumptione faciente pro actore, nisi reus delato sibi iuramento purgauerit innocentiam suam, iurando se non debere, quod ab eo petitur condemnabitur. sup. de iureiur. c. vlti. vel agebatur de crimine ciuiliter, puta furti, vel vi bonorum raptorum, scz. ad consequendum duplum, vel quadruplum, vel agebatur in modum inquisitionis.

1 † Per sententiam) duæ fuerunt sententiæ, vna interlocutoria. scz. quòd purgauerat se intra 20. dies, & alia diffinitiua. scz. quòd nisi purgauerit esset amotus de ecclesia, & à neutra harum sententiarum fuit appellatum, quia si esset appellatum à diffinitiua, non præiudicaret sibi interlocutoria: vt no. infr. eod. c. in gl. c. quare. sed super neutra appellauit, & ideò sine contradictione mandatur sententia executioni. Vel dic, quòd sententia, qua indicitur purgatio, diffinitiua est. inf. de purg. c. quoties. (recipiens) quasi per hoc videatur renunciasse appellationi. sup. de offi. dele. c. gratum. C. de re iudi. absolutionẽ. ff. de pac. tale. §. 1. C. de iure dot. impe. l. 2. ego fateor, quòd qui recipit talem terminum appellationi factæ videtur renũciare, sed non faciendæ.

2 † Causam) quam necesse est exprimi ante sententiam. inf. de appel. vt debitus. post sententiam autem diffinitiuam secùs. ff. de mino. plus. 2. q. 6. anteriorum. §. forma. C. de pœna iud. placet. 2. hæc autem sententia non fuit diffinitiua, sed interlocutoria super purgatione præstanda tantùm diffinitiua, cùm esset si condẽnaretur, vel absolueretur de crimine.

3 † Et ita habes hîc argum. quod à sententia interlocutoria non licet appellare, nisi aſsignato grauamine, quod etiam verum est, vt infrà, titul. proxi. c. cordi. aliter autem videtur notari, inf. eod. c. in gl. arg. de tali.

4 † Probatione) not. decendium appellationi præfixum, non à die probationis purgationis præfixo, sed à die interlocutoriæ computandum (decendium) not. à die latæ sententiæ computari decendium appellationis, & non à die termini aſsignati, vel conditionis extantis. ſi. 2. q. 6. biduum. in prin. secùs tamen est in alijs præscriptionibus, vbi non currit tempus nisi à die conditionis extantis. ff. quando. act. de pecu. est anna. l. 1. §. annus. C. de præscript. 30. anno. cum notis. §. illud. Et est ratio diuersitatis, quia lata sententia contra aliquem, etiam sub conditione statim ex ipsa sententia grauatur, vnde statim potest prosequi appellationem, etiam ante conditionem extantem, ergò multofortius poterit appellare, cùm & statim prolata sententia hæc præscriptio decem dierum currere incipiat, secùs autem in alijs præscriptionibus, quæ non incipiunt currere ante diem conditionis extantis, nec ante lędunt, nec etiam competit aliqua actio, vnde non sunt in mora, ante conditionem extantem (transeat) supr. de elect. cùm dilect.

☞ † Iudicare quæritur de tali quæstione facti, aliquis in aliqua causa cœpit de pacto de non petendo, vel de præscriptionibus, vel consimilibus, lata est sententia contra eum, scilicet quòd hæc exceptio non admittatur. Item postea fertur diffinitiua contra eundem, & appellat ab hac diffinitiua, sed ab interlocutoria non appellauit, modò quæritur, an in causa appellationis possit easdem exceptiones repetere, & distinxerunt quidam quod si à die interlocutoriæ latæ non effluxerant decem dies, quod benè potest in causa appellationis repetere easdem exceptiones, quia appellatio non tantum releuat in principio negotij, sed etiam in interlocutoria, & super vtraq; sententia intelligitur appellatum. Sed contra hoc videtur, scilicet, quod nunquam appellatio emissa in principio, extenditur ad interlocutoriam, quia alio modo est appellandum ab interlocutoria, scilicet, causa aſsignata, vt hîc, aliter in diffinitiua, scilicet, nulla causa expressa, vnde sufficit, quòd appellatione facta, dicat appello. ff. de appellatio. l. 2. & l. à sententia. §. fin. Item si in diffinitiua contineantur plures articuli, potest appellare in vno articulo, & in alio non, quare eodem modo videtur, quòd potest appellari à diffinitiua, & super interlocutoria habere sententiam ratam, ac ipsam ratificare videtur, ex quo non appellauit.

Alijs aliter videtur quod melius, scilicet, vt nobis videtur quòd ex quo appellans à diffinitiua omnes exceptiones omissas & etiam propositas, super quibus contra proponentem pronunciatum est proponere potest, etiam si à die latæ interlocutorię effluxerunt decem dies, vel plures, quando appellauit, & hoc satis videtur quasi expressum. ff. de appellatio. l. 1. ff. quando appellat. sit. l. 1. circa princ. & ar. C. de iureiurando. l. generaliter. §. si autem cui. Item ad hoc facit. ff. de mi. l. 3. §. 1. nam totum negotium instructum est in quo læsus est, & à quo appellatum est. Ad rationes autem contrarias respondemus, quod directè non admittitur aliquis ad dicendum contra interlocutoriam, quæ transit in rem iudicatam, sed expone, quod si admittitur ad dicendum super principali, vel contra diffinitiuam, quia veritas semper est iuuanda, nec est in probationibus restringenda, benè admitteretur contra interlocutoriam. Fatemur tamen, quando si talis est interlocutoria, quæ non prodesset in principali, vt si quis condemnatus esset in expensis, & non appellasset per appellationem emissam, à diffinitiua non iuuabitur super expensis, quia prosecutio expensarum nihil facit ad principale negotium, imò posset prosequi appellationem emissam super interlocutoria expẽsarum, & nihilominus tamen super principali agere, à quo non est appellatũ. inf. de appel. super eod.

Sed dices interlocutoria lata super exceptione non admissa, à qua non est appellatum, transit in rem iudicatam, ergò ad idem decætero agere non potest, nec de eo excipere: vt ff. de exception. rei iudicata, cùm quæritur. & l. sequent. & ar. ff. ex quibus cau. maio. necnon. §. exceptio. ☞ † Respondeo quod transit in rem iudicatam, quantum ad hoc, vt vlterius appellari non possit super illa exceptione non admissa, sed non transit in rem iudicatam, quin iudex in causa ap-

pellat.posit dare licentiam repetẽdi eas-dem exceptiones,non obstante à quo appellatum est, nec mirum, quia iudex qui in principali hanc interlocutoriam dedit,hoc idem facere posset , nam quod iusit etc. ff. eodem titulo, quòd iusit. imò argum. eiusdem legis videtur, quòd in causa principali idem iudex., qui dedit interlocutoriam , potest dare licentiam ei cõtra quem lata est eas exceptiones repetere. Benè etiam facit ad hoc infrà,de appellatio. cessante. & de acc.qualiter. 1. suprà; de restit. spol. audita. circa fin.vbi dicituriudici,quod reuocet quòd iniustè fecit. Vel dic, quod nunquam sententia interlocutoria transit in rem iudicatam. Nec decre.ista contradicit,quia hîc non fuit lata sententia interlocutoria, sed diffinitiua, & eodem modo respond. decre. suprà,de elect. cum dilect. quia & ibi facta fuit confirmatio, quæ vim sententiæ diffinitiuæ obtinet. Item nec etiam hîc nec ibi causa appellationis prosequebatur,hic enim nõ ꝓsequitur causam appellationis à diffinitiua, quia ab eo non appellauit intra decem dies. In decret. autem cùm dilectus. nullo modo appellauit (præsertim) id est, maximè. nam idem esset si causam redderet (sententiæ)de purgatione præstanda,vel quia priuetur ecclesia (agendum) scilicet, ad executiones sententiarum (quadrimestre) repete quæ diximus suprà,. de offic. delegat. c. quærenti. fortè potest dici, quod sicut & in personalibus, sic & in priuatione ecclesiæ, si non purget se necesse sit tempus quadrimestre. Alij contradicunt.

5 † Arctari) hîc reprobatur sententia dominorum dicentium , quod si minus quadrimestre tempore assignet iudex cõdemnati ad soluendum , tenet condemnatio , sed habebit tempus quadrimestre ad soluendum.arg.ff.de reg.iur.l.4.si quis con.tu ergò intelligas,quod potest decurtare tempus quadrimestre cum causæ cognitione,vt hîc. ff. de reg.iur.l.2. sed sine causæ cognitione minimè: vt ff. de regu. iur.l.4.§.si quis cùm (recipit) & recepisse videtur, ex quo præfigebatur terminus, nec appellabat, quia nec suffeciset sibi contradicere sine appellatione (amplius)id est maioris temporis,quo ad executionem interlocutoriæ faciendam.

CAPVT XVI.

SICVT NOBIS. (Quod) scilicet quòd esset sententialiter absolutus (non exprimantur) idem esset & si exprimantur , nam illud esset causa sententiæ,non est testimonij. Causam enim testimonij est, quia præsens fuit,quando lata fuit sententia , & quia eam legi audiuit.

CAPVT XVII.

1 *Non licet in vna causa tertiò appellare.*

2 *Sententia confirmatur in præiudicium vnius & non alterius.*

Sententia in causa appellationis pro cohærede quomodo feratur.

3 *Quando tertia persona quæ non fuit in iudicio admittatur ad prosequendam appellationem.*

4 *Prior victor,si vult suscipere defensionem causæ præfertur illi cui nunc de nouo alius mouere cœpit eam.*

5 *Ante litis contestationem , si tertia persona velit immiscere se , & impedire,ne lis cũ reo incepta procedat,an possit,*

6 *An tertia persona, quæ vult defendere causam,quæ eum tangit,debeat si est ante sententiam dare nouum libellum.*

7 *Non debet qui vult prosequi ius suum, reo assistere.*

8 *Rei vendicatio competit etiam contra non possidentem.*

9 *Possessio per alium detenta amittit,quam citò ab alio occupatur etiam ignorante eo qui per alium possidet.*

10 *Potest is cuius interest repellere eum ab agendo ad quem primo loco pertinet defensio,si sit suspectus.*

CVM SVPER CONTROVERSIA. † Latæ)& semper Oueten. episcopus appellauit à sententijs contra monasterium ,latis, alioquin si non appellasset fieret sibi præiudicium. argumen.eius quod de liberto dicitur. ff. de re iudic.sæpè.vbi dicitur, quòd defensio liberti primò spectat ad patronum,secundario ad libertum , vel potest dici & melius,quod si non appellauit in processu negotij,sed illud ad finem perduci permisit,vel etiam si non appellauerit à prima sententia lata in causa principali, sed modò in causa appellationis appellet sufficit cum nondum sententia transiret in rem iudicatam, etiam si præsens sit is, cuius interest , & causam suam agi sinat.ff. de appellatio. ab executore. §.alio. ibi enim constat, ꝙ ipse sciebat causam suã agi,

agi,quia loquitur de domino & eius procuratore,ad idem.C. de euict.si parentes. ff.quando appel. sit.l. si procuratorio. & ff.de appel.recip. l. 1. ff. de pig. si superatur. & ostendet in causa appellat. iniquam sententiam , per quam pronunciatum est monasterium ad Aurienſ.episcopum pertinere , & iudex appellationis pronunciabit sic, cùm monasterium cellæ nouæ non ad Aurienſ. episcopum, sed Ouetenſ. pertineat, ideò monasterium ab episcopi Aurienſ. impetitione absoluimus, & latam pro ipso sententiam reuocamus. Alij dicunt,quòd tantùm pronunciabit sententiam pro episcopo Aurienſ. contra monasterium latam , non præiudicare episcopo Ouetenſ. ff. de appellat.à sententia. 1. resp.& §.idem rescri. Nos credimus primam sententiam proferendam, vbi sibi fieret præiudicium ex prima sententia, sicut est, quando ad eum primo loco pertinet defensio. ĵ. eo. c.pe.vbi not. hic casus.ar.ff.de appellat.l. à sententia, sed si non fiebat ei præiudicium,nisi quo ad præsumptionem , quia ex quo lata esset sententia pro episcopo Aurienſ. contra monasterium , præsumptio esset,quod ipse haberet ius in ipsum potius quàm Ouetenſ. sed tunc hac præsumptione nõ obstante, iuxta secundum modum feretur sententia. scz. sententiam contra monasterium latam pro Aurienſ. non præiudicare episcopo Ouetenſ. & interim pendente causa appellationis, cùm per eam extinctum sit pronunciatum inquantum Ouetenſ. præiudicat.ff. ad Ter. l. 1. §. vlti. suspendetur executio Ouetenſ. in alijs autem quæ non tangunt episcopum Ouetenſ. non differetur sententia, vt hîc.

† Sed quid si abbas appellauit bis, nũquid à tertia sententia contra abbatẽ lata licebit episcopo Ouetenſ. appellare ? Respõ. non, imputetur enim sibi qui sciebat causam suam agi , & non prohibuit, vel non appellauit.ff. de re iud. sæpè. C. de euict. si parentes. & quia in vna causa non licet tertiò appellare. C. ne in vna eadẽq; causa lic. ter. procur. in rubro & nigro. & ĵ. de appe. directè tamen posset dici quòd in duabus appellationibus condemnatũ esset monasterium, tamen si nesciũt causam suam agi ante sententiam latam,episcopus tamen appellare potest intra decem dies, cùm sua interſit, cũ ex ipsa sententia possit quale quale præiudicium fieri.ff. de app. à sententia, in prin. Si autem ante vltimam sententiam sciuisset causam suam agi, debebat assistere monasterio, quòd si non fecit post duas appellationes à monasterio facta, non poterit appellare, quamuis potest dici, quòd in hoc casu etiam post duas appel. emissas, à monasterio poterit episcopus appellare , si tantùm ante vltimam sententiam sciuit causam suã agi, cùm aliàs sine culpa sua posset sibi magnum præiudicium generari, quod esse non debet. ar. ĩ. de constit. c. 2. sed propter appellationem suam in nullo releuabitur causa quo ad monasterium, imò quantum ad ipsum mandabitur sententia executioni: vt. ĵ. sequitur.

2 † Sed oppones, quomodo sententia ad præiudicium vnius est executioni mandanda & non alterius? Respon. non dicitur hîc, quòd executioni mãdatur in præiudicium vnius, & non alterius, sed benè confirmatur in præiudicium vnius, & nõ alterius, & etiam si super multis articulis lata esset sententia , quorum aliqui non tangerent episcopum , super illis posset fieri executio super illis qui tangunt episcopum non , & videtur hoc ea ratione, ꝙ non debet fieri præiudicium his, qui non sunt in causa. ff. de app. l. 4. §. 1. & 2. ff. quãdo app. sit. l. 1. §. dies autem & seq. imò plus dicimus, quòd etiam si sententia sit talis, ex qua fiat ius, sicut quærela inoffi. testa. tamen absentibus non præiudicat. ff. de inoffi. test. l. Papi. §. si ex causa. ff. de ap. si per collu. & possunt agere absentes prosequendo causam appellationis. Item etiam non prosequendo. ff. de ap. à sententia. §. si hæres. §. idem. & de iureiu. l. si duo.

† Sed dices cohæres potest appellare à sententia contra cohæredem lata, vbi nullũ fit ei præiudiciũ, nisi quia præsumptio est contra eum. ff. de app. à sententia. in prin. quomodo fertur sententia pro hoc cohærede in causa appellationis? Respon. dicet iudex pronuncio præiudicium nullum ei fieri ex hac sententia contra suum cohæredem lata ; nec etiam quo ad præsumptionem. ar. d. l. legis. ff. de iureiu. si duo. in princ. (cum) incipit à sententia (quantũ ad monasterium) C. de test. hac consul. §. ex imperfecto. ĵ. de dona. inter dilecta. ĵ. eod. tit. suborta. scz. quòd vlterius contra ipsam nihil valeat obijcere.

3 † Quidam dicunt ad prosequendum appellationem post sententiam , tertia persona quæ non fuit in iudicio , semper admittitur, si sua interest, quòd sententia sic lata est. ff. de ap. ab executore. §. ab alio

& l. si per collusio. ff. de episco. si super. & iudex appellationis feret sententiam iudicando sentẽtiam iustam, vel iniustam, quæ lata fuit à primo iudice, & non absoluet reum ab impetitione actoris. Alij tamen distinguunt: vt no. in glos. & semp. & vt videtur, nituntur ratione, & eodem modo quilibet cuius interest, non solùm in causa appellationis, sed etiam quo ad principalem causam admittitur, & ante sententiam, & ante litis contestationem, & post lit. contest. ff. de inoffi. test. si suspecta. ff. de re iudic. sæpè. vbi de liberto loquitur, & hoc casu probato iure tertiæ personæ, iudex absoluet reum ab impetitione actoris, sed non condemnabit eum tertiæ personæ qua se immiscuit ad defendendum reum, quia ad hoc non egit, & hæc quidam intelligunt esse vera, vbi tertia persona erat in possessio. iurium petitorum. †Alij tamen intelligunt idem etiam si non sit in possessione, sed de iure sibi competenti. Sed contra hos est. ff. de rei vendicatione, is à quo. & l. sequent. ff. de peti. hære. l. pe. vbi non obstante contradictione tertiæ personæ mandatur sententia executioni. Tu responde, quòd ibi non intererat, nec poterat interesse ipsius tertiæ personæ quo ad principalem causam, nec etiam quo ad possessionem ipsius, licet posit interesse quo ad instantiam iudicij, quia ibi non possidebat, & ideò sibi non præiudicatur, si in aliũ possessio transferatur, quam non habebat. Item super proprietate non fieret sibi præiudicium, quia ita fertur sententia iusta pro eo, & contra eum, cum quo lis cõtest. est. ac si possideret: vt in præalleg. l. is à quo.

Sed contra videtur, si conuentus cum quo lis fuerat contestatus sine dolo desijt possidere, vlterius non tenetur. ff. de rei vendicatione, si autem. §. 1. Sol. ibi in illis legibus, scilicet, is à quo. & sẽ. in culpa fuit condemnatus ex eo, quod transtulit possessionem in præmonitorem causæ suæ cautione quæ ibi cõtinetur, scz. quod reum condemnatum seruabit indemnem contra alium agentem. ff. ad leg. Falci. dolo. ff. si cui plusquam. per legem Falci. hoc autem. §. hæc cautio. qui enim cautionem prædictam habet, & rẽ ipsam habere videtur, quantum ad hoc, vt pro eo respondere cogatur. argum. præalle. l. ff. ad l. Falci. dolo. ff. si cui plusquam. per l. hoc autem licet secùs sit, quando agitur noxaliter. ff. de noxa. act. si plerunq; & l. si quis à multis.

4 †Credimus tamen, quòd si prior victor velit susci pere defensionem causæ quod præferendus est illi, cui nunc de nouo alium mouere cœpit eam, sicut emptor prior, præfertur venditori. ff. de re iudi. sæpè. & potest etiam appellare, si sententia feratur contra eum, à quo habuit possessionem, vt hîc. & ff. de app. ab executore. & l. seq. si non offerat se defensioni, sed priorem reum permittat agere, & feratur sententia contra ipsum reum, sufficit si ipse primus reus cedat ei, qui de nouo obtinuit actionem ex stipulatione, quam habet contra eum, qui primò obtinuit, & per eam, scilicet, cessionem actionis obtinebit, quod restituat sibi rem, pro qua cauit, & si velit probare de iure suo, non audietur, quia in culpa fuit, si confidebat de iure suo, quare non assumpserit defensionem causæ, vel quod non appellauerit, & quod non fuit prosecutus appellationem nomine ipsius condemnati, non suo. Si verò primus reus ambobus condemnetur, antequam à primo præstetur prædicta cautio, tunc ipse condemnatus rem restituat ei, qui primò cauebit de indemnitate eius, & alij cedet actionem contra cauentem. Alij tamen aliter dicunt. Item ibi scilicet. ff. de rei vendicatione, is à quo. & l. sequen. non dicit quòd aliquis immiscereat se causæ alterius, imò ibi vterq; principaliter agebat contra eundem, super eisdem rebus, quãuis benè fateamur ibi, quod si vellet se ius immiscere ad iuuandum reum contra alterum actorem, quod non admitteretur præmissa ratione.

5 † Si verò ante litis contestationem tertia persona velit immiscere se, & impedire, ne lis cum reo incepta procedat, non potest, dummodo alteri, qui primo reum conuenit competat actio. Et eodem modo dicimus procedẽdum in causa matrimoniali, quando tres personæ vel plures sunt in causa, vt not. ff. de spon. veniens. tertia tamen persona, & si non ad impediendum processum admittatur, ad auxiliandum saltem admittetur, & non solùm quod tertia persona possit interuenire in auxilium rei, sed in auxilium actoris, dummodò sua interfit, vt si aliqua ecclesia prouocet in libertatem, & dicat soli Papæ subesse, nam Papa tunc poterit ei assistere. arg. infrà, de confir. vti vel inuti. cum dilect. in fine. sed siue appellet, siue non, causam suam super principali de nouo incipere & prosequi poterit

poterit, non per modum appellationis sed incipiendo à capite & prosequendo, sicut si nunquam appellasset, nisi in casibus, vt not. infrà eo. quamuis. in gl. quæ incipit, VERBI GRATIA. (Constiterit) quæro autem quomodo aget Ouetensis cùm non sit lis contestata? Respon. sufficit lit. contest. facta cum monasterio, cùm appellando videatur approbare, quicquid factum est per monasterium vsq; ad appellationem. ff. rem ratam habere. l. 3. §. vltim. sed hoc stare non potest, quia monasterium non egit nomine episcopi Ouetensis. vel defendit, vnde ipse episcopus ratificare vel approbare non potest, quod suo nomine non est actum, tu dic melius, quod non fertur sententia super principali pro huiusmodi prosecutore appellationis, sed pronunciandum est per iudicem, & ita non refert, si non fuit lis contestata, nec fit præiudicium episcopo.

☞ †Sed quæro de hac appellatione secundũ hanc opinionẽ vltimã, vtrum obtineat vim appellatiõis emisse in iudicio, vel emisse extra iudiciũ, & videtur emisse extra iudicium, quia priorem causam nõ prosequitur, sed nouã tantùm, quia petit pronunciari, quod nullum fiat sibi præiudicium ex hac sententia lata contra monasterium, de qua nihil in primo iudicio actum est, quod si est ita, scilicet quod sit prouocatio extra iudicium, appellatus non tenetur comparere coram iudice appellationis, nisi citetur appellatus: vt no. infrà de app. cùm sit ro. imò cùm sit aliàs hæc principalis causa, tantùm corã principali ordinario agenda est, non coram superiore iudice appellationis. Respondeo, hæc appellatio censenda est iure appellationis emisse in iudice, & superior ad quẽ appellabitur, debet de ipsa cognoscere, & non ipse, qui tulit sententiã, quod ex eo apparet, quia fit in iudicio, & ab iniuria facta sibi in iudicio, quia per sententiam latam contra alium dicit sibi iniuriam factam, & nisi appellatus intra annum comparuerit, eodem modo procedetur in hac causa appellationis, & sine lit. cõtest. & parte absente, sicut in causa appel. emisse in iudicio, & quia agitur inter partes. inf. de app. sæpè. & c. oblatæ. & c. per tuas.

6 †Et no. quòd cùm tertia persona vult defendere causam, quæ eum tangit, si est ante sententiam, non debet dare nouum libellum, sed tantùm causam cœptam deberet prosequi, vel iuuando eum, qui eam cœpit, vel assistendo ei. C. de litis contestatione. Authent. nunc si hæres. vel eum remouendo, si primò pertinet ad eum defensio, vel si suspectus est. ff. de re iudicata. sæpè. ff. de appellat. ab executore. ff. de inoffi. test. si suspecta. & per consequens videtur, quod eædem defensiones competant huic tertiæ personæ, quæ competunt ipsi reo, si non remoueretur & eodem modo contra eum. Si autem post sententiam prosequi vult appellationem ab ipso reo emissam, idem faciet, & videtur quod etiam eo inuito prosequi possit. Si autem appellationem à se emissam velit prosequi, cùm principalis reus nolit appellare, tunc potest formare libellum in hac forma episcopus Ouetensis, cùm episcopus Aurienſ. obtinuerit sententiam surreptionis pro se ferri contra monasterium cellæ nouæ, & ego sum in possessione subiectionis ipsius, & propter hoc videns mihi præiudicium generari, appellauerim à sententia lata contra monasterium, peto à vobis domine iudex appellationis, quòd vos pronuncietis sententiam iniustam, & appellationem legitimam, & quòd absoluatis monasterium ab impetitione episcopi Aurienſis. Pro se autem nihil petet, sed oportebit eum probare, quod sit in possessione subiectionis, & insuper de iure monasterij, & si publicatæ sunt attestationes in prima causa quando agebat monasterium, modò episcopus Ouetensis in causa appellationis quam prosequitur, non poterit alios testes producere super eisdem articulis, sicut nec monasterium posset, si appellasset. suprà, de testa. fraternitatis. nam hæc causa primæ succedit, & ideò eandem naturam assumit: vt patet infrà, de vot. & vot. redempt. magnæ. §. cùm igitur. Sed si episcopus Ouetensis omissa causa appellationis, velit causam incipere à capite, in casu in quo potest, puta si ignorauit primam causam agi, vel eam non defendit, vel alijs consimilibus, tunc si translata est possessio in Aurienſ. ordinabit causam, sicut si nunquam actum fuisset contra monasterium. Si verò nondum translata esset possessio in Aurienſ. & ignorauit processum contra monasterium habitum, tunc dicet executoribus sententiæ pro Aurienſ. latæ, non debebatis mihi auferre possessionem me-

am,ſine cauſæ cognitione. ff. de re iudic. à diuo.§.ſi rerum. aliàs incipit ſi ſuper Oueten.C.ſi per vim.l.ſi. imò plus videtur, quod ſi non eſſet in poſſeſsione ſubiectionis,ſed tantùm haberet ius in re, & ignoraſſet cauſam agi, tunc poſſet impedire executionem. ſuprà, de teſti. veniens.

☞ †Sed quidam intelligunt hoc ſpeciale, quando ſententia fertur in beneficijs vacantibus:vt ibi plenius no. Alij dicunt & fortè melius,quòd ante ſententiam in principali cauſa latam, & poſt ſententiam in cauſa appellatiõis tam ad ſe, quàm à proprio reo emiſſet tertia perſona cuius intereſt, poteſt ius ſuum tam ſuper proprietate quàm ſuper poſſeſsione proponere, ſi vult, dummodò ius tertiæ perſonæ,illud idem ius ſit,quòd deductum erat in iudicium à primo actore & reo.ff.de re iudic. ſæpè. §. 1. & 2. ff. de appellatio. ab executore. §. alio. ſuprà, de maio. & obedi. inter. vbi de hoc,& dummodò primus reus non poſſideret, quod ab eo petebatur, ſed alius in eo poſſidebat, illud ius ſicut libertus non poſſidet in ſe ius patronatus,ſed patronus,ſicut eccleſia, vel clerici non poſſident in ſe ius ſubiectionis,ſed prælatus,cùm nulla res ſibi ſeruiat,nec etiam proprio domino.ff.ſi vſusfr. pet. l.vltima, in principio.ff.de ſer. vrb. prædi. iure communi.& tamen conuenire poſſunt huiuſmodi perſonæ, vt in præalle.iuribus continetur.& not. ſ. de præſcript.auditis.in princ.

☞ †Si autem hæc tertia perſona velit proponere de iure ſuper proprietate, nullum fit ſibi præiudicium, quantumcunq; ſciat cauſam agi, vt in fine huius decr. dicitur,ſed ſuper poſſeſſorio benè præiudicatur ſibi,ſi ſciret,& non defendat primũ reum, vel eum à defendendo non repellat, vt hîc. ibi alioquin illud etiam benè admittitur, quòd ſi primus reus pro iure ſuo produxit teſtes,& ſi poſtea tertia perſona,quæ ſibi aſsiſtit, velit publicatis atteſtationibus producere teſtes ſuper eodem iure ſuo,diſtinguendum eſt, an ſuper eiſdem articulis producat,an ſuper diuerſis, ſicut ſi primus reus poſt publicatas atteſtationes producere alios teſtes vellet: vt not. ſuprà,de teſt. fraternitatis. & hoc ea ratione probatur, quia ſi præiudicat tertiæ perſonæ, ſententia contra primum lata tenet, non tantùm ſuper poſſeſsione, ſed etiam ſuper proprietate, quando aſtitit ei, quare non eodem modo præiudicaret ſibi proceſſus contra eum habitus, vtiq; imò ei præiudicare debet.ar.ff.de iudic.quæ de tota. & in eo colligitur quod not.ſ.de offi.dele.paſto.

7 †Si enim volebat ius ſuum proſequi, non debebat primo reo aſsiſtere, nec in principio,nec in fine,nec in medio, & videtur hic Papa reprobare opinionẽ R.qui dixit,quòd ſi aliquis petat aliquod ius in re aliqua,quam ego poſſideo, & ego hoc ſciam contra poſſeſſorem ſententiam latam,mihi præiudicat,& ſic intelligimus legem.ff.de re iud.ſæpè ibi nam & ſi libertus meus me interueniente ſeruus, vel libertus alterius iudicetur mihi præiudicat. gloſſabat enim ibi R.id eſt,me interueniente,& ſic me ſciente.ar.pro eo.C. de lib. cau.principaliter.Item videtur, ſi res aliqua vendicetur ab aliquo, qui non poſsidet eam,ſed tantùm tenet,nam tunc ego ſi mea intereſt, debeo offerre me defenſioni eius,& niſi offeram, ſi ſcio, ſit mihi præiudicium quo ad poſſeſsionem. ar. ff. depo. l. bona fides. ſecùs autem ſi ea poſsideat, quia tunc nec admittor ad defenſionem, nec mihi fit præiudicium: vt not. ſuprà, vt lite non conteſta. quoniam.§.ſi. ſed vbi ipſe conuentus tenet,& ego poſsideo, tunc etiam eo inuito admittor.

8 †Et ſi quæras quid obtinebo ego tertia perſona poſsidens aliquã rem.Reſpon. quod repellitur à defendendo reus conuẽtus,ſi ante lit.conteſt.ego velim defendere eam,nec eſt contra.ff.de rei vendi. l.officium. vbi dicitur, quod rei vendicatio competit etiam contra non poſsidentem, quia illud loquitur, quando nullus poſsidens offerebat ſe defenſioni. Si autẽ poſt lit.conteſt. offerebat ſe poſsidens probaturum,quod rem poſsideret, tunc obtinebit,quod reus qui obtulit ſe defenſioni, cũ non poſsideret, non condemnabitur ad rem vendicatam dandam, ſed ad rei æſtimationem. ar. ad prædicta. ff. de pet. hære. nec vllam.§. ſi quis abſentis nomine, & §.itẽ ſi quis.ff.de rei ven.ſi is qui. & duabus legibus ſeq. Super proprietate autem videtur, quod nullum præiudicium ſibi fieri poſsit,etiam ſi ſciat rem quam poſsidet ab alio vendicari,etiam ſi non contradicit.ff.de re iud.ſæpè.§.vlt. Si ſuper proprietate poſt lit. conteſtat. velit ſibi aſſumere defenſionem cauſæ, non videtur quod poſsit,quia cum ille qui tantùm tenebat litem ſic conteſt. non poteſt inducere ſuper proprietate probationes, quæ ipſi

ipſi poſsint quantum ad ſententiam pro ſe ferendam, cùm nihil petierit, nec litem fuerit conteſtatus, & cùm dicat, eum non habere proprietatem illius rei. Io. tamen dixit & benè, quod ſi quis iura petat, quæ ego poſsideo in re aliqua me ſciente, & obtineat,non tamen mihi præiudicat,niſi eum defendam, & exponit verbum. d.l. ſæpè, ſcilicet, me interueniente & defendente, ſed & ſecundum eum apparet, quòd ſi offerat ſe defenſioni,quòd debet probare de ſuo iure aliter fieret ſibi præiudicium.

☞ †Item not. quòd etiam illis inuitis, in quibus ius petitur & confitentibus iura petita in mei præiudicium, ego admittar ad defendendum ius meum.C.de lib.cau. principaliter. in fi. & fertur ſententia pro eo, & contra eum, qui litem conteſtatus eſt non nominato me,qui ſuperueni & defendi in condemnatione,vel abſolutione, niſi narrando factum,& tamen ex quo defendi, per conſequens proderit mihi ſententia,vel nocebit.

Sed contra prædicta, & ea quæ hîc dicuntur hîc opponitur, quomodo ſententia lata cõtra monaſterium, & per Papam confirmata, & quæ tranſit in rem iudicatam,reuocabitur per appellationem Oueten.epiſcopi vel alterius? Reſpondeo certum eſt, quòd is cuius intereſt appellare poteſt.2.q.6.non ſolent. Item certum eſt, quòd iudex appellationis debet pronunciare ſententiam,à qua eſt appellatum iniuſtam,ſi eam inuenerit iniuſtam.2.q.6.§. fi. vnde ſi inuenit primum reum, qui litem conteſtatus eſt iniuſtè condemnatum,abſoluet eum propter appellationem emiſſam ab eo, cuius intereſt,quia per alium habebit, quod per ſe non poteſt habere. ff. quemadmo.ſer.ſi commune.ff.de lib.leg. ſi quidem. Alij tamen dicunt, quòd epiſcopus Oueten. non debet petere in cauſa appellationis, quòd ſententia contra primum reum lata irritetur, quæ incontinenti per Papam fuit confirmata, vt hîc continetur. Sed hæc debet eſſe petitio eius, quòd cum ipſe Ouetenſ. poſsideat iura alij adiudicata, quòd iudex pronunciet, & per illam ſententiam non fiat ſibi præiudicium, & quòd decernatur, quòd executio ſententiæ non eſt facienda in iuribus ab eo poſſeſsis, & ſic etiã fertur ſententia, ſi probauerit ſe poſsidere. Ille autem contra quem lata eſt ſententia, non impediet eum, qui vicit ſuper proprietate,nec etiam ſuper poſſeſsione,ſi tertia perſona appellans non probauerit aliquid de poſſeſsione.

Superiores autem non negant libellum eſſe bonum,ſed dicunt etiam & ſuperiorem bonum eſſe, per iſtam autem decre. ſatis patet, quòd ſi Ouetenſ. epiſcopus non proſequendo appellationem, ſed alio modo vellet ſe opponere, quo minus ſententia mandaretur executioni, puta dicendo & offerendo probationem, quòd res ſit ſua, vel quòd eſt in poſſeſsione, quod non eſt audiendus, tamen ſemper ſaluũ manet ius eius in proprietate, ſed nõ in poſſeſsione quam amittit per executionẽ ſententiæ, vt hîc, & eſt hoc iuſtum. Ex quo enim iura voluerunt,q; contra iſtũ ratione huius detentionis detur actio, rationabile fuit, quòd etiã fiat executio ſententiæ ſuper hoc latæ,ne actor aliàs illuſorium videatur egiſſe. Imò plus videtur, q; etiã ſi in alijs rebus, quàm quæ adiudicatæ ſunt mandetur executioni ſententia, quòd non pertinet ad executorem cognoſcere, niſi de proprietate. ff. de re iud. à diuo. §.ſed ſi ſuper. & §.quòd ſi res.

9 †Sed oppones,quia ſi videtur, quòd tãtùm detentio,& non poſſeſsio transfertur in vincentẽ, & ſic prior poſſeſſor poſsideret iura in re petita, & alijs adiudicata, & etiã per executorẽ tradita, ſi non poſsidebat ante ſententiã, vel executionẽ. Reſpõdeo nõ ita eſt,quia poſſeſsio per alium detẽta,amittitur quã citò ab alio occupatur, etiã ignorãte eo,qui per aliũ poſsidet.ff.de acqui. poſ. peregrè. §. pen. Alij tamen dicunt de æquitate, quòd ſi ſtatim haberet paratas probationes ſuper ſua poſſeſsione, quòd differenda eſt executio. argu. ff. de re iud. à diuo. §.ſi ſuper. ff. ad exhi. l. 3. §. ſciendum. & §. ibidem. Appellationem) ſi epiſcopus Ouetenſ. eſſet in poſſeſsione monaſterij,ſiue appellauerit,ſiue non,dũmodo neſciret cauſam ſuã agi,non eſt mandanda ſententia executioni. C.ſi p vim vel alio modo.l.vl. Si verò ſciuerit, & appellauerit rationabiliter,nec aliàs fuerit contra ius, pendente cauſa appellationis, non mandabitur ſententia executioni, vt hîc. Si verò ſciuerit & non appellauerit, vel appellauit, & iniuſtè ſententia mandabitur executioni. ff. de re iudi. ſæpè. infrà, eo. quamuis. Si verò Oueten. non erat in poſſeſsione, ſiue appellarit, ſiue non, ſemper mandatur ſententia executioni, & non fit præiudicium ei in proprietate. ff. de rei vendi. is à quo. & l. ſeq. Nec eſt contra. ſuprà, de teſtib. veniens.

quæ loquitur, quando eccleſia vacante data eſt ſententia, vbi ſecùs. vt ibi no. Vel dic & melius, quòd etiam tunc, ſi non ſciret abſens, nulli abſenti præiudicium fieret, & ſentẽtię executio impediretur, & ſic intelligitur decre. veniens. hîc autem loquitur, quando ſciebat cauſam agi.

10 †Rationabiliter) ſcilicet, intra decem dies, vel antequam tertiæ ſententiæ ferrentur. C. ne li. in vna. l. 1. vel id eſt, ex cauſa rationabili, is autem cuius intereſt, poteſt à principio intereſſe, ne colludatur. C. de lit. Authen. nunc ſi. C. de lib. cau. principaliter. ff. de inoffi. teſta. ſi ſuſpectam. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. Imò plus dicimus, quòd ille cuius intereſt poteſt repellere ab agendo illum, ad quem primo loco pertinet defenſio, ſi ſit ſuſpectus. ff. de app. ab executore. §. alio (legitimum) infrà, de app. cùm ſit (alioquin) id eſt, ſi non fuit rationabiliter appellatum, vel fuit, ſed non miſit nuncium, & neſciuit cauſam ſuam agi, aliàs ſecùs. infrà, eo. quamuis. (præiudicio) quo ad proprietatem. ſimile ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. §. pe. C. de liber. cau. iubemus. & accedit quòd no. ſuprà, de in integ. reſti. ſuſcitata. & inf. eod. ſuborta.

Sed contra. ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper rebus. vbi dicitur, quòd ſi ſuper. rebus capiendis in cauſam pignoris propter rem iudicatam fiat controuerſia, quòd facienda eſt ſummaria cognitio. Solu. aliud eſt vbi petitur ſententia mandari executioni in alijs, quàm in illis, quæ adiudicatæ ſunt, vt ibi, aliud vbi non in alijs rebus, ſed in his quæ adiudicatæ ſunt vt hîc, ibi enim nulla ſummaria cognitio adhibetur. Alijs) ſcilicet ignorantibus, qui non ratione poteſtatis, vel ſocietatis, vel contractus, vel officij, vel procurationis illi agenti aſtricti ſunt, aliàs contra. ff. de iureiur. l. ſi duo. §. is qui. & l. ſeruus. & l. iuſiuran. §. fi. verum. quod res inter alios acta, regulariter alijs non nocet, ſed res acta inter eaſdem perſonas in vno iudicio benè nocet, quandoq; in alio, quia illi & vtriq; illorum, qui agunt inter ſe, & in vna cauſa, ſi poſtea agunt ſeparatim in alia cauſa, vel ſi cum alio agant, vel agat, alteri eorum nocet. VERBI GRATIA: Si condemnatus de furto, vel publico crimine in quacunq; cauſa, & cum quocunq; agat, tanquam infamis à teſtimonio, & à iudicato repelli poteſt in omni cauſa. 4. q. 6. c. 1. ſup. de teſti. teſtimonium. & § in mirabilibus caſibus eſt inuenire.

§ Aliàs innumerabilibus.

Quòd intelligas verum in his, quæ conſecutoria ſunt priorum ſententiarum vel aliorum actuum, non autem in alia cauſa præiudicat, vt ſi ſententia lata eſt ſuper furto, cùm agitur ciuiliter, non præiudicat, quando agitur criminaliter. C. de iu. pri. l. ſi quis ad ſe fundum. & arg. ſup. de elect. cùm dilecti. & not. ĩ. de purg. cano. cùm dilectus.

CAPVT XVIII.

1 *Patronus cùm aliquem ſuperiori præſentat, non poteſt ſine ſuperioris licentia variare.*
2 *Non valet inſtitutio epiſcopi facta de alio, quàm de præſentato à patrono.*
3 *Subdelegatus Papæ an poſſit alium ſubdelegare.*
4 *Teſtes recipiens diſcernere debet, quanta fides ſit eis adhibenda. Et alia hîc notata obſeruare debet.*
Iudex poteſt committere tabellioni exceptionem teſtium, quantum ad ſcribendum, non tamen ad examinandum.
Diffinitiua ſententia, quæ eſt nulla, legitima appellatione ſuſpenſa, iterum cognoſcitur.
5 *Nonnullæ libellorum formæ quæ admitti non debent.*

VM BERTHOLDVS. (Aſſerens) & malè, quia nullam vtilitatem de illo pignore conſequi potuiſſet, quia cùm inter cæteros eius fructus ſit, præſentare illum fructum, non poſſet ſibi computare in ſortem, cùm nullo dato, vel recepto debeat præſentari. 1. q. 2. quam pio. Item iuribus fundi non vtitur creditor. ff. de pig. ſed an viæ. Item ſequeretur abſurdum, quòd ſoluto debito remoueretur præſentatus. ff. quib. mod. pign. vel hypo. Sol. l. 1. C. ſi pig. pig. dat. ſit l. 1. & 2. quòd eſſet contra. 16. q. vlt. inuentum. alios autem fructus in ſortem computat, poſtquã ſunt conſumpti. ff. de pign. act. l. 1. & 2. ff. de pig. creditorem. ſecùs autem in emptore & feudatario, qui cùm habeat directum dominiũ, vel vtile poſſunt præſentare ſic, vt alios fructus licitè habeant. ff. de contrah. empt. in modicis. & l. ſi aquæductus. & l. ſeq. & l. dolia. ff. de fun. dot. l. 1. Præſentauit) & licitè ex quo primo elector ſiue præſentator ius eligendi non habebant, quãuis tunc non conſtaret, ſed pòſt conſtet, & ſic nõ eſt cõtra. de elec. cõſiderauimus. quia illi ius eligendi habebãt, licet priuari poſſent vel priuandi eſſent propter delictũ ſuũ, & not. ĩ. de elect. dudum. & c. auditis. argu. hic qui pignus habebat nullum ius eligendi habere, c. ſup. no.

(Sed

1 (Sed ipſum) † Patronus enim ex quo aliquem præſentat ſuperiori, ſicut hîc fecerat, ſine licentia ſuperioris variare non poteſt, ſicut dicimus in poſtulati. inf. de iurepa. paſtoralis. ſup. de poſtu. præl. c. bonæ memo. 2. cùm ergò variare non poſsit, præſentatus ius habet ſaltem implorandi officium iudicis, vt eccleſiam vacantem ſibi conferat, ad quam eſt canonicè præſentatus, maximè cùm eccleſia eſt vacans, vel pro vacante habenda, quando ſcilicet inſtitutus in ea non eſt canonicè inſtitutus: vt hîc, ſecùs autem dicerem, ſi alius ad præſentationem patroni eſſet inſtitutus, etiam cum iniuria primo præſentati. inf. de iure patr. paſtoralis. quia cùm nõ vacet etc. nõ poteſt implorare officium iudicis, nec valet, quòd quidam opponunt, patronus poteſt mutare præſentatum, ergò præſentatus nõ poteſt petere eccleſiam. Non enim dicimus, ſicut ſuprà dictum eſt, quòd præſentatum poſsit mutare, niſi epiſcopo mandãte, & etiam epiſcopus non admittendo idoneum, peccat, & contra eum competit actio: vt in decr. paſtoralis. quòd etiam ſi mutare poſſet. non tamen ſequitur, ergò non poteſt agere, ſicut in venditore, qui rem vni venditam, alij vendere poteſt, & tamen antequam alij vendat, ipſam petere poteſt, ſiue enim venditor pœniteat ipſam vendẽdo & tradendo alij. C. de rei ven. l. quoties. ſiue non ſemper, tamen emptor contra ipſum actionem habet. ff. de act. emp. l. exempto.

2 † Sed quid dices, ſi epiſcopus inſtituit alium q̃ præſentatum à patrono? Reſpondeo caſſabitur inſtitutus ab epiſcopo. 17. q. 6. decernimus. Non obſtat. de iurepatr. paſtoralis. quia loquitur ibi, quando præſentatum à patrono inſtituit, licet patronus variauerit, quod licet, vt ibi. Nec obſtat. ſuprà, de offi. leg. dilectus. vt ibi not. Alij dicunt quòd agit tanquam procurator in rem ſuam, & habes hîc expreſſum, quòd ſi epiſcopus aliquem inſtituat ſine patrono, quòd caſſat factum epiſcopi. inf. de iure patro. illud. Vel dic, hoc contigiſſe, quia conſtat inſtitutorem erraſſe, vel in facto, vel in iure, quia habens rem obligatam, nõ poteſt præſentare: vt ſup. no. in gl. 1. inſtitutor autem contrarium credebat: & ideò eius præſentatum admiſit (depoſuit) ſecùs dicerem in poſtulato, ſcilicet, quòd non poſsit agere, quia eius conſenſus non valet, cùm ab altero dependeat. ſup. poſtu. c. pen. ſed poſtquam conſenſum eius haberet, à quo dependet, crederem quòd poſſet implorare officium iudicis (oſtenderet) data reſtitutione in integrum. ff. ſi quis cau. l. 2. & not. ſup. de procu. quærelam.

3 †(Alijs) & malè. C. de iudi. à iudice. infrà, de app. cùm cauſam. vel fortè, licet poſt litem conteſtatam. arg. C. de procu. nullam. & intelligo hoc verum, quòd ſubdelegatus Papæ alium ſubdelegare non poteſt, puta vt det ei aliquam iuriſdictionem, ſed ſi committat ei *miniſterium* tantùm, puta quòd recipiat teſtes, ſine aliqua iuriſdictione valet commiſsio, quia ipſe facere videtur, qui per alium facit. Vel dic, vt videtur melius, quod aliud eſt recipere teſtes, aliud ſcribere atteſtationes. Ille autem cui cõmiſſum eſt, quòd recipiet teſtes, receptionem alij committere non poteſt, quia in hoc eius induſtria electa eſt. ſup. de offi. deleg. quoniam abbas. vbi de hoc, ſed ſcribere atteſtationes benè committit alij, quia hîc potius eligitur opera quàm induſtria. arg. infrà, de app. cùm cauſam.

4 †Ad officium autem receptionis teſtium pertinet diſcernere, quanta fides adhibenda eſt teſtibus, & hoc ipſum ſcribere iudici. ff. de teſti. l. 3. & inf. de fideiuſ. conſtitutus. in fin. ſup. de proba. licet. & refrenare effrenatam multitudinem. ff. de teſti. l. 1. & teſtem vacillantem capere & punire: vt C. de teſtib. nullum. & examinare articulos & interrogatoria, & alia huiuſmodi ad receptionem teſtium neceſſaria. Ex quibus omnibus poteſt colligi, quòd induſtria perſonæ illius cui hoc committitur eſt electa, & ideò hoc nulli committere poteſt, tabellio autem ſecundum hoc interrogabit teſtes, & aliàs mandatum receptoris exequatur, & etiam in abſentia receptoris, & etiam ſi aliqua adijciat contingentia factum, & reſpondeatur, benè valebit. Tu dic, quòd quamuis iudex poſsit committere tabellioni receptionem teſtium, quantum ad ſcribendum, non tamen quantum ad examinandum. inf. de conſangui. & affini. c. 1. (ad nos) ordinarium eſſet ad proximos delegatos appellet, ſed & appellatio facta ad Papam tenet.

☞ † Sed ſi coram Papa exceptum eſſet, quòd ad inferiores delegatos cauſam remiſiſſet, obtinuiſſet. de offi. delege. ſuper quæſtionum. Sed quia non fuit exceptum, vel quia ex certa ſcientia fecit Papa, tenet quod factum eſt. Vel dic, tantùm ad Papam appellandum fuiſſe, quia

quia tota causa eis commissa fuit. suprà, de offi. delega. super quæstionum. (concesimus.)No. post diffinitiuam sententiam, quæ est nulla, legitima appellatione suspensa, iterum cognoscitur quod est speciale, cùm de beneficijs agitur: vt not. suprà, de rescrip. constitutus. Vel dic, hoc tunc verum esse, cùm in tenore sententiæ eius deprehenditur iniquitas[a], vt hîc, nam falsum reperiebatur in eo, quòd dicebat per attestationes fuisse probatum A. fuisse in possessione iurispatronatus. Item falsum reperiebatur in eo, quòd dicebatur, quòd dictus T. in probatione defecisset: vt infrà sequitur. argum. ad hoc. infrà, de pur. vul. c. 2. Vel est hoc ea ratione, quia cùm circunuentus fuerit iudex ab aduersario dolosè, sicut hîc dicitur, benè poterat sententia retractari. ff. de iudi. si prætor. Vel dic, quòd hîc sufficit ad cassationem sententiæ, quòd ordo iudiciarius non fuit hîc seruatus, scilicet, quia iudex probationes condemnati non vidit. C. de sen. & interlo. l. prolatam. Vel dic, vt not. suprà, de rescri. cùm dilecti. Vel dic, quòd licet à principio posset repelli, & deberet, si tamen admissus est de facto, & apparet sententiam non benè latam, reuocabitur, & est ratio, quia ex quo iudex cognouit pronunciare debet. ff. de iudi. l. de qua re. & iustè. & secundum allegata & probata. ff. de offi. præsi. illicitas. §. veritas rerum. 10. q. 3. illa. & c. summoperè. & c. tunc verò. & hoc iurat iudex in Authen. iusiurand. quòd præsta. ab his etc. §. & equus ero. colum. 2. Si ergò ex allegatis apparet eam rescindendam siue reuocandam ipsam, reuocabit. arg. ff. quæ sen. sine app. rescin. l. 1. §. 1.

[a] *Iniquitas. Sic iniquitas & nullitas æquparantur. Adde Car. in consi. 55. incip. In casu domini Car. col. 2. in fi. & uide Modern. in c. cũ inter. inf. eo.*

☞ †Vel dic, quòd hic admissus fuit beneficio restitutionis, vel potius supplicationis contra sententiam, propter absentiam quæ licet minus sufficienter sit probata, tamen ex illa minus sufficienti probatione, datur sibi restitutio ad audientiam causæ. sup. de resti. in integ. ex literis. (10. so.) propter hoc non erat in possessione iuris pat. cùm hoc non sit de fructibus iurispa. quamuis ex pacto aliquando habeatur. 18. q. vlt. Eleutherius.

Memorato T.) mirum videtur, quòd dicit hæc decre. in prin. vbi dicit, quòd T. cuius electio, vel præsentatio confirmata non erat egerit contra T. qui possidebat, & cuius præsentatio admissa erat, hîc dicit, quòd Papa adiudicauit ecclesiam huic T. & tamen nullus potest ministrare, nisi primò eius electio confirmata sit. suprà, de elect. qualiter. Sol. dicimus hunc T. hoc modo processisse, quia petijt confirmationem suæ præsentationis à suo dioce. & quia ille noluit eam impendere iuit ad legatum, à quo petijt confirmationem propter defectum dioce. legatus procedens discretè vocauit possessorem ecclesiæ, qui possessor excepit, quòd sua præsentatio erat canonica, & ideò erat legitimè confirmata, & T. tunc mouit quæstionem dicendo, quòd non erat canonica, quod cùm probasset benè fecit Papa, qui adiudicauit ei ecclesiam, quia sic adiudicando videtur confirmare, cùm non sit vis in verbis, vel potest dicere, quòd ab initio T. petijt suam electionem confirmari à legato, non obstante confirmatione', & præsentatione facta de possessore, quæ non tenebat, & in hoc casu benè admittentur probationes huius T. super canonica sua præsentatione, & super non canonica præsentatione possessoris, sed quantumcunq; probationes clarè sint super mala præsentatione possessoris, nisi probet suam canonicam præsentationem, tamen sententiabitur pro possessore, quia potior est possessor. ff. si ser. ven. vti in prin. & in eo quod legitur, vt no. sup. de proba. ex literis. Item quia probationes T. non sunt admissæ super mala præsentatione possessoris, nisi ad hoc quòd iustificetur præsentatio T. vnde si T. nõ iustificasset suam præsentationem, id est, si non probasset suam canonicam præsentationem, non procedet ad cassandam præsentationem possessoris, ad quod inductæ non fuerunt, & ideò videtur quòd malè petunt isti, qui petũt suas præsentationes, vel electiones confirmari, quando petunt electi cautionem aduersarij cassari, videtur enim quòd cùm hîc principaliter petatur cassatio, quòd etiam si nihil probet actor de iustitia suæ electionis, dummodò probet aliquid per quod cassari debeat electio aduersarij, quòd cassanda est, licet fortè actor aliàs non fuisset admissus ad hanc petitionem, nisi ratione iuris sui, quia & multi iniqui repelluntur: vt no. sup. de accu. super his. Quidam tamen dicunt, quòd & talis petitio admittenda est, sed tamen iudex non sententiabit super cassatione electionis, nisi actor probet de iure suo, sed quicquid dicatur hîc, & infrà, de iure patron. cùm dilectus. disce. quia quando datur talis libellus peto electionis confirmari, & electionem aduersarij infirmari,

infirmari, statim contradictor potest petere, quo iure petit hoc, & si dicit, quia est canonica, statim subijciet, multi sunt modi canonicæ electionis, scilicet, super compromissum, vel scrutinium.

☞ †Item quandoq; eligit quis iure suo, quandoq; iure deuoluto, sed tamen in hoc modica est vis, scilicet, an exprimat modũ canonicæ electionis, vel dicat tantùm peto eam confirmari, quia est canonica, sed in secunda parte libelli vbi petit electionem contradictoris infirmari, est vtilitas magna, vt quæratur causa infirmationis, quia si dicit causam, quæ vergat in præiudicium actoris, puta quia facta est de homine illiterato irregulari, vel criminoso, & ideò non potest eligi, nec per consequens suam electionem, quæ secuta est impedire, audiendus est, si autem diceret causam, de qua nihil interesset sua, vt si dicet eum ineligibilem, vel iam electum cassandum propter crimen, vel irregularitatem, sed non subijcit in quo sibi prosit, vel obsit cassatio non recipietur huius libelli pars, sed si reciperetur fortè restringeretur sententia tantùm ad præiudicium, vel vtilitatem actoris, vt prædictum est, si esse potest, si autem ad illa non potest torqueri, & inueniatur electio iam confirmata cassanda cassabitur, imputet enim sibi reus, qui non repulit actorem ante litem contestatam. C. de excep. l. fin. iusti. de excep. §. pen.

5 †Quidam tamen dicunt, quòd non sunt recipiendi huiusmodi libelli, scilicet, peto confirmari electionem meam, vel processum meum, non obstante electione alterius, vel processũ, vel peto idem, & etiam peto cassari electionem aduersarij, & ponunt exemplum in similibus, quia nec talis libellus esset admittendus. Peto talem fundum, non obstante aliqua venditione & traditione facta aduersario, vel peto centum ex causa mutui, non obstante pacto de non petendo, vel non obstante sententia contra me lata super hoc. Sed certè isti nõ benè dicunt, nam omnes isti libelli sunt recipiendi, sicut satis apparet. ff. de pri. cre. l. Imperatores. ff. q. met. cau. metum. §. volenti. l. si mulier. §. fi. & l. seq. qa & veteres actiones extinctæ vtiliter competunt. ff. si ex noxa. causa. l. 2. §. fi. ff. de capi. dimi. tutelas. §. si libertate. C. si aduer. transa. l. 2. & de accep. l. fi. & hoc idem est in integ. resti. vt not. suprà, de in integ. resti. tum ex literis. in glo. idem super ver. idem per restitutionem, tamen satis videtur, quòd debet subijcere causam in libello, quare nulla sit electio vel processus, vel venditio, vel pactũ, vel sententia, quia causa semper est exprimenda in libello: vt sup. de lib. obla. c. vl. quantumcũq; ad hoc imploret officium iudicis, q, ipse in prædictis impendere nõ debet, nisi iusta causa expressa, de qua est cognoscendum, vt apparet. ff. de minori. l. 1. §. prætor. & l. in causæ. 1. 2. Et dicunt quidam, quòd primò debet cognoscere de vltima petitione, quã de prima, sed nos credimus, quòd simul cognoscet de vtraq;, sicut no. restitutiõe in integrum. sup. de resti. in integ. tum ex literis. in glos. idem super ver. item per restitutionem. arg. C. loc. & con. l. si conditionis. & l. ne cui. & l. conductores.

Item prædicta habent locum, vbi aliquid accrescit actori, ex prędicta adiectione, & hoc etiam in libello debet exprimere, sed si in libello non dicit, quòd sibi accrescat, nunquam recipietur libellus cum adiectione, quæ aduersario obest, & sibi non prodest. arg. ff. de rei ven. in fundo. & hoc ibi dicitur de positionibus & probationibus super eisdem faciendis, & si de eis nihil contineatur in libello.

CAPVT XIX.

IN CAVSIS. (Contineantur.) Si ipse cognouit, & diffiniuit partibus præsentibus. C. de leg. si imperiales. secùs si ad consultationem responderet. C. de leg. leges. in fi. Item secùs in interlocutorijs. C. de leg. l. leges. in fin. nisi interlocutoria corpore iuris clauderetur. ff. quòd met. cau. metum. §. quòd agit. 16. q. 3. licet dispensatiuè. ff. de manda. prin. l. fi.

CAPVT XX.

1 *Habens plures exceptiones primò proponere debet exceptionem suspitionis.*

2 *Sententia per falsum rescriptum non tenet, licet aduersarius consentiat.*
Exceptiones diuersæ ad idem tendentes, an simul proponi possint.
Non potest quis simul recusare iudicem, & repellere procuratorem sui aduersarij.

3 *Nonnullos casus hîc enumeratos habes in quibus valet sententia lata contra res prius iudicatas.*

INTER. (Monasterium) Factum sic fuit cùm duo monasteria, scz. sanctæ Annæ, & sancti Leodij, litigarent corã iudice

iudice delegato, ſuper modo eligendi abbatem in monaſterio ſancti Leodij, proceſſum fuit vſque ad litem conteſtatam & teſtium productionem, tunc monaſterium ſanctæ Annæ propoſuit cauſas ſuſpicionis contra delegatos, & quia delegati non admiſerunt eos, appellauerunt, vel etiam ſine appellatione receſſerunt ab eis, iudices autem eorum abſentia vilipenſa, ſententiam diffinitiuam pro monaſterio ſancti Leodij tulerunt. Pars autem ſanctæ Annæ literas impetrauit, quòd cùm appellaſſet à proprijs iudicibus, quia legitimas ſuſpicionis cauſas non admiſerunt ſecundi iudices, cognoſcerent primo reuocato quicquid factum eſſet poſt appellationem etc. & non fiebat mentio in ipſis literis, quantum proceſſum erat in ipſo negotio, quando incœpit recuſare, nec expreſsit cauſas ſuſpicionis, quæ continebantur in eis, quas hodie neceſſe haberent exprimere, & hodie nullus impetret literas ſuper appellatione ante ſententiam omiſſa, niſi exprimat grauamen. infrà, de appe. vt debitus. olim autem non tenebatur exprimere. infrà, de appel. cùm ſit ro. vel impetrauerat literas ſuper principali negotio, nulla facta mentione de appellatione, ſecundum illos qui dicunt quod receſsit à iudicibus, nulla appellatione omiſſa, cùm autem quocunq; modo vis hoc negotium eſſet ad ſedem apoſtolicam relatum, Papa decernit per ſecundas literas, primas non reuocatas. Contra ſententiam autem opponebatur, quod non tenebat, quia lata erat contra res prius iudicatas, & ſuper hoc inſtrumentum ſententiæ producebatur, ſed Papa reſpondet, quòd præſumendum eſt, quòd ſi coram primis iudicibus produxiſſet iſtud poſt habuiſſent, id eſt, producentibus non profuiſſet, vel ſi appareat tale eſſe, quod profuturum eſſet, imputet ſibi qui non produxerunt ante ſententiam. His ergò attentis, ratam habet ſententiam priorum iudicum, & electio munus tribuit benedictionis ſuper modo eligendi. Dicebant enim monachi ſanctæ Annæ ad ſe pertinere, vel in totum, vel in partem electionem abbatis in monaſterio ſancti Leodij, & ideò electionem factam abſentibus ipſis, dicebant eſſe caſſandam. (ingreſſum) C. de iud. ſancimus. in fi. C. de excep. l. pe. 3. q. 6. §. exceptis. ſuprà, de exce. paſtoralis. vbi not.

1 † Iudicium) ſi alicui competunt plures exceptiones declinatoriæ iudicij, puta de ſuſpecto excommunicationis, quòd falſum ſit reſcriptum, vel conſimiles, ſemper in principio proponat exceptionem ſuſpicionis, nam ſi primò aliam proponeret, ſibi faceret præiudicium, vt hîc. & 3. q. 8. cuius in agendo. 4. q. 3. ſi quis. ff. de iudi. ſed & ſi. Item facit ad hoc, quia ſi ſemper vſque ad litem conteſta. proponi poſſet, fruſtra præfigeretur tempus 20. dierum. 3. q. 3. offeratur. Item fruſtra conſuleretur proteſtato tempore abſentiæ iudicis, ſi vſque ad litem conteſtatam poſſet recuſari. C. de iudic. cùm ſpecialis.

2 † Sed dices nónne naturaliter exceptio falſi & excommunicationis præcedit, cùm ſi nullum eſſet reſcriptũ, non ſit iudex? Reſpon. quando dico nullũ reſcriptum, quia falſum, vel quia ab excommunicato impetratum elido iudicium eius, quia de hoc ipſo iudicabit, & eius ſententia faciet ius inter partes. ſupr. de reſcrip. ſuper literis. quem ex quo in vno eligit, non poteſt in alijs recuſare. 3. q. vlt. cuius in agendo. quando autem dicit eum ſuſpectum, non eligit eius iudicium, quia non ipſe ſententiabat, ſed arbitri. infrà, de appel. cum ſpeciali. Item ſi non recuſatur iudex, valet quicquid facit. infrà, de appel. ad hæc. ſed & ſi aduerſus conſentiat, non tenet ſententia per falſum reſcriptum, vel ab excommunicato lata. infrà, eod. ad probandum. † Alij dicunt, quòd ſimul poteſt proponere, cùm ad idem tendant, ſcz. ad remouendum eum. argu. ff. de excep. nemo. ff. de iudi. non videtur. Alij dicunt, quòd etiam ſeparatim, dummodò recuſatio proponatur intra 20. dies. arg. C. de inoff. teſt. contra maiores. Alij dicunt, quòd ſi proteſtatur, poteſt, aliàs non. Primi autem reſpondent ſic ad has leges, nam lex illa nemo non contradicit, quia proponendo diuerſas exceptiones nullam videtur confiteri, nam qui dubitat, excipit: vt not. ſuprà, de excep. cùm venerabilis. nam hîc intendit intentionem aduerſarij elidere, ſicut quando excipitaliquem exemptum per priuilegium, vel præſcriptionem. ſuprà, de reſcrip. auditis. ſed tamen facit ſibi præiudicium in hoc, quia in iudicem conſentire videtur litigando coram eo, coram quo litigare non tenetur. Similiter lex non videtur, non obeſt, quia maius eſt & maius ſignum conſenſus litigare ſub aliquo, quàm petere ſibi edi genus actionis. Item quia ibi nullam ſententiam petit ad Authen. offerat? Reſpon. verum eſſe exceptionem recuſationis poſſe proponi vſq; ad 20. dies, ſi tacitè vel expreſſè non renunciauit, nec propter hoc, quòd dedit ſportulas vel fideiuſſionem, videtur conſenſiſſe in iudicem, cùm talis cautio, ſcilicet iudicio ſiſti, præſtetur coram illo iudice, qui non cognoſcit de cauſa. ff. de iud. l. 2. §. penul. & hæc ſatisdatio & ſportulæ ex neceſsitate præſtantur, & ideò non præiudicat.

Hac igitur opi. prima retenta videtur, quòd aliquis ſimul non poſsit recuſare iudicem, & repellere procuratorem aduerſarij ſui, cùm ſuper procurationem oportet eum audire ſententiam, & ſic videtur in iudicem conſentire, ſed ſi actor proponit contra procuratorem rei, & procurator recuſet iudicem, benè procedunt hæ duæ quæſtiones ſimul, quia ille qui recuſat, non eligit arbitrium huiuſmodi iudicis ſuper procuratione, ſed aduerſarius, & iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. oblig. inter ſtipulantem. §. 1. (renunciaſſe) de offi. deleg. gratum (de priuilegijs) quo fortè ei, ſcilicet conuentui ſancti Leodij libera electio concedebatur & nihil facit hoc ad rem.

3 † Non obſtante) quæ fortè erat, quod vel in totum, vel in partem monaſterij ſanctæ Annæ eſſet electio, ſed contra. 2. q. 6. §. diffinitiua, hoc intelligitur, vbi poſita fuit exceptio rei iudic. ſed inſtrumentum non fuit productum, vel alia probatio: contrarium autem loquitur, vbi nec propoſita, nec probata fuit exceptio rei iudic. vt ff. de compen. quod in diem. Item in alijs caſibus valet ſententia contra res prius latas vel iudicatas, ſcilicet ſi ſit appellatum. ſup. de fide inſtru. cùm Ioannes. Item ſi in integrum reſtit. beneficio ſubueniatur. ſup. de in integ. reſtit. c. 2. Item ſi quæſtio eſſet, an ſit iudicatum nè ne, & pronunciatum eſt non iudicatum, ſententia primò lata contra res prius iudicatas, teneret. ff. quæ ſen. ſine ap. l. 1. in princ. ſunt & alij caſus, ſcilicet in negotio publico. ff. de re iudi. Imperatores. Item in caſu quem habes. ff. de iureiur. admonendi. Item intelligunt quidam ſecundum canones, vbicunq; vertitur periculum animæ: vt ſup. c. lator. ſup. de teſti. ex parte. (prolata) primò alio tempore (ſtatuiſſent) vt præſumitur, quia ex quo ipſam vidiſſet ad hanc cognitionem venire, non debet (alioquin) id eſt ſibi validum erat inſtrumentum, & ideò non erant poſt habituri imputetur eis, qui modò obijciunt, quod tunc non obiecerunt (nouorum) id eſt, de nouo repertorum. C. de tranſact. ſub prætextu.

CAPVT XXI.

SVBORTA. (Litigantibus) ſuper poſſeſſorio (habuiſſe) not. ſufficere epiſcopo probare quaſi poſſeſsionem, nec oportet probare ſpoliationem, vel ſubtractionem, hoc enim ipſo, quòd ſubditus per eum requiſitus, non exhibet obedientiam, conſtat quod eam eis ſubtraxit, & inde competit illi interdictum, vel officium iudicis, vel condictio: vt not. ſup. de elect. quærelam. & ſup. de reſtit. ſpol. ſæpè. Decreuimus) agebat enim epiſcopus poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis & petitorio, ſed quia conſtabat de poſſeſsione, ſtatim ſententiat ſuper eo dilata quæſtione proprietatis, quod eſt notat. dignum. & fortè non haberet locum, niſi per confeſsionem conſtaret, imò locum habet: quia licitum eſt dimiſſo petitorio poſſeſſorium proſequi. ſupr. de cau. poſ. paſtoralis. (efficaciores) quia habebat ſententia Alex. (præiudicium) quia res inter alios etc. C. res inter. per totum. & intelligas Papam ignoraſſe ius, quod in eo habebat, aliàs præiudicaretur. ff. de rei vendi. ſæpè. (ſententiam) ſcilicet, quòd monaſterium ſubeſſet epiſcopo (reprobaſſe). C. ſi ex fal. in l. 1. (reperti) de hoc not. c. proxi. ſup.

CAPVT XXII.

1 *In quibus caſibus monachi conſtituere poſſint procuratorem.*
2 *Poteſt quilibet regularis conſtitui procurator ab abbate in negotijs monaſterij.*
3 *Non eſt admittendus obijciens contra procuratorem talem.*
4 *In proſecutione negotij vbi plures monachi admittuntur, & in idem conueniunt, poteſt vnus pro alijs conſtitui procurator. Procurator poteſt conſtitui in cauſa inquiſitionis.*
5 *Criminoſi in cauſa inquiſitionis admittuntur.*

VM I. ET A. (Ex parte) not. quòd canonici regulares non ſolùm nomine eccleſiæ, ſed ſuo conſtituunt procur. alium canonicum regularem. argumentum, contra. 16. quæſtio. prima. qui verè. & cap. monachi. infrà, de accuſationibus. cap. penult. 87. diſt. peruenit, ad hoc reſponder,

quod monasterium indubitãter procuratorem constituit, sup. de consue. cùm dilectus. & in alijs infinitis iuribus.

1 †Item monachi in causis quas habent, constituunt procuratorem, videlicet si fiat inquisitio contra eos, vt hîc, vel si ipsi inquisitionem contra alium impetrent, vel inquisitionẽ prosequuntur, vt hîc, & inf. de accu. olim. & idem si de electione sua agant. inf. eo. ad probandum. sup. de rescript. cùm dilecta. Item in accusatione, & in quolibet negotio, vbi licitum est monachis agere, licitum est etiam eis super eo literas impetrare per alium. sup. de excep. cùm dilecti. in principio, vbi dicitur, transmissa nobis petitione etc. & etiam agere per procuratorem, ex quo iure sibi conceditur agere, multò melius est, quod per alium agat, quàm per seipsum. sup. de syndi. c. 1.

2 †Item quilibet regularis potest constitui procurator ab abbate in negotijs monasterij. 16. quæstio. prima. qui verè. & cap. monachi. non autem in suis propríjs abbatijs, si sua propria sibi aliqua negotia contra iura fingat, etiam si fuerit inquisitio contra eum secundũ quosdam, cùm prædicta cap. dicant, quòd ad hoc vt possit procurare eorum negotia, oportet duo interuenire, & mandatum abbatis, & vtilitas monasterij. Sed nos credimus, quod etiam in inquisitione monasterij & alijs negotijs abbatis, potest esse procurator monachus, & est admittendus, vt in electione & in alijs, & in hoc vertitur vtilitas monasterij, vt bonus abbas ei defendatur, vel præficiatur, imò hac eadem ratione, scilicet quia vtilitas monasterij vertitur. Credimus quod etiam pro laico patrono vel principe, vel magno defensore sine vtili amico monasterij, possit esse procurator, nam & archiepiscopus hoc potest. infrà, qui fil. sint legiti. per venerabilem.

3 †Et si contra procuratorem constitutum obijceretur, non est admittendus, quia non vertitur vtilitas monasterij, & non audiretur, non enim est huius litigantis quærere vtilitatem monasterij, & eædem vtilitates occultæ sunt, quas aduersario non competit esse notas, sed conuentus ad quem pertinet scire, & tractare vtilitates monasterij pos- ☞ set contradicere, & etiam ipse monachus, si certum esset, quod non esset vtilitas monasterij. Item de mandato episcopi, vbi est vtilitas monasterij, possunt esse procuratores. 16. quæstio. prima. qui verè. sed sine mandato episcopi, vel abbatis, imò quod plus est contra voluntatem eorum debent denunciare malum prælatum, & ad hoc possunt etiam constituere, & procuratores constitui: vt hîc, & 2. q. 7. quapropter.

4 †Item credimus quod in prosecutione cuiuslibet negotij, vbi plures monachi admittuntur, & conueniunt in idem, vnus ex his pro alijs potest constitui procurator: vt inf. de accusationibus. olim. & hîc. Sed contra hoc. 12. q. 1. non dicatis. vbi dicit, quòd literas non potest recipere sine licentia superioris, ergò multò fortius non potest recipere literas procurationis. Solu. illud intelligitur, quòd non debet etiam literas recipere pro sua vtilitate, sed pro vtilitate monasterij potest, & in casibus à iure concessis. (Infamatus) post hunc text. corrigitur litera decret. per registrum sic, & cum super his, & alijs, cum procuratore ipsius abbatis aliquandiu litigassent etc. vt sequitur (dilata) hoc ea ratione, quia inquisitio non tantùm in vno capitulo & contra vnum, sed in multis, & contra multos erat commissa. ff. de doli except. apud. §. ibidem. ff. de neg. gest. at qui natura. §. penultimo. ff. de arbi. quid tamen (prædictus) abbatis. & not. in causa inquisitionis constitui procurator. (lite non contesta.) hoc nocet. sup. vt lite non contest. quoniam. (conspiratorum) hæc est valida exceptio, & ideò inf. distinguit super ea. (depositionibus) conspiratorum, aliàs enim fortè publicauerunt (publicatis) hæc videtur sufficiens ratio. inf. de accusationibus. qualiter. §. debet. & c. olim. Sol. si non publicauit deliquit, sed nõ propter hoc reuocatur sententia, cùm ob hoc non fuerit appellatum. Vel dic, quod hîc pars abbatis non negabat publicatas attestationes, nisi conspiratorum aliorum enim benè fuerunt publicata, quorum dicta fuisse publicata benè colligitur ex hac decret. vel Papa præcipit publicanda dicta conspiratorum, & mandat inquiri, an iudices dicta eorum fuerunt secuti, & aliorum dicta dictis conspiratorum concordant.

†Probare) debuit enim protestari, quòd in personas testium dicere volebat, alioquin sibi præiudicaret, sup. de testi.

testi. præsentium. imò quod plus est, debet probare statim, vel terminum ad probandum recipere. argument. hîc. & sup. de testib. causam. (aliorum) nõ enim retractatur sententia per falsos testes lata, nisi iudex eorum dicta fuerit secutus: vt nota. sup. de proba. licet. quamuis aliud posset dici in conspirationibus, & aliud in corruptis testibus.

5 †Fides) sed dices nónne tanquam peccatores potuerunt in totum repelli à testimonio? Respondeo sic, si obijceretur ab alijs, sed hîc nullus contra eos de conspiratione obijciebat, nisi solus abbas à cuius nocumento benè excluduntur. Vel dic, quòd in causa inquisitionis etiam criminosi recipiuntur, cùm inquisitio non fiat, nisi contra diffamatos. inf. de accusationibus. qualiter. Vel dic, horum testimonium præsumptionem & modicam fidem facere, & non plenam, sicut alij testes. Vel dic, quòd inimici non solùm dicuntur quo ad repellendum à testimonio, qui odium in mente habent, sed etiam qui inimicitiæ causas habent, vel habere præsumuntur etiam sine mentis odio. argumentum. 3. quæstio. quinta. cap. secundo, & sequen. & idem potest dici in conspiratore, qui pro bono ecclesiæ cõspirare potest contra prælatum, & non peccat, & tamen repellitur à testimonio.

CAPVT XXIII.

1 *Infamis efficitur condemnatus iniuriarum. Restituere aliquem famæ, honori, patriæ, & similibus, quis possit.*
2 *Nunquid Papa valeat restituere in integrum laicum, non suæ iurisdictioni subditum.*

1 VM TE. (Notaret) †Nã condemnatus iniuriarũ fit infamis siue ciuiliter, siue criminaliter agatur. ff. de his qui no. infa. Athletas. §. vltimo. (volumus) restituendo te plenè (infamia) Not. Papam resti. in integ. scilicet famæ, honori, patriæ, & omnibus huiusmodi. 2. quæstio. tertia. §. vltimo. circa fin. & C. de sen. pas. l. prima. & vltima. Iure autem ciuili, soli principes & senatus. ff. de postu. l. prima. §. de qua. 1. nam licet alij magistratus possint restituere alios minores, & etiam maiores de iurisdictione sua, & quantum ad iurisdictionem suam: tamen famæ restituere non possunt, vt eodem §. dicitur, sic etiã episcopi, licet minores & maiores restituere possunt, & dispensare in multis casibus: vt not. sup. de temp. ord. dilectus. & absoluere à iuramentis, & votis, & fidelitatibus. sup. de iureiurand. cùm quidam. inf. de voto. 15. quæstio. sexta. §. authoritatem. c. nos tamen in integrum restituere non possunt, quantum ad honores & similia, nec infamiam remittere, cùm hoc nullo iure cautum habeatur. Collegium tamen cardinalium qui authoritatem senatorum habet, restituere posset. argumentum. 96. distinc. Constantinus. & sic potest intelligi, quod dicit. c. quod ecclesia senatum habet. 16. quæstio. prima. ecclesia. & propter hoc dicimus, quòd licet sustineat episcopus infamem ipso iure, vel per sententiam condemnatum, vel etiam dispensasset, cùm dispensare non possit, vt patet. 2. quæstio. tertia. §. hinc tamen. nõ admitteretur ad accusationes vel testimonium, cùm sit infamis. 2. quæstio. 1. prohibentur. sup. de test. testimonium. si cum alio, quàm cum infame dispensset, benè admittitur ad testimonium & ad accusationem, & alios actus legitimos, & in ciuili causa criminali, & contra clericos & laicos, nam cum ratione dispensationis posset esse in ordinibus susceptis, vel promoueri ad maiores: ergò ea ratione non poterit accusari & testificari in sacerdotes. 2. q. 7. ipsi testes. argumentum. contra. sup. de testi. testimonium. vbi dicitur, ꝙ condemnatus de crimine, non admittitur ad testimonium in criminali, sed illud intelligo vbi dispensatum non est.

2 †Sed quæritur, an Papa posset restituere in integrum laicum non subditum suæ iurisdictioni? & dic quod non. 2. quæstio. tertia. hinc nisi fortè esset sibi necessarius in clericatu; tunc enim fortè posset dici, quòd ad hoc Papa tantùm, & non alius, posset eum in integ. restituere. argu. quia etiam seruum alterius posset ecclesia assumere, dummodò ius suum seruo domini recompenset. argum. 54. distinct. multorum. ex antiquis consuetudo. ea per quæ alia iura seruo suorum amittunt, sed nec reges possunt restituere in integrum, cùm omnes teneantur legibus Imperatorũ obedire, quæ eis hanc potestatem non concedunt. argument. 7. q. 1. in apibus. alia enim ratione eis obedire tenentur, quia ab ecclesia sunt approbatæ. nam nulla lege cauetur,

quòd aliquis posſit in integrum reſtituere, niſi ſolus princeps, id eſt Imperator, vel ſenatus: vt ſuprà dicitur. Alij tamen dicunt, quòd reges omnes in integrum reſtituunt, quia non ſunt ſic Imperatoribus ſubditi, ſed Papæ ſoli in dubijs & grauibus articulis. ſi. inf. qui fil. ſint legi. per venerabilem. Papa autem in integrũ reſtituit illos de patrimonio ſuo, & etiã illos qui aliorum iuriſdictioni non ſubſunt. inf. qui filij ſint legit. per venerabilem. & omnes clericos, (non notari) nota eccleſiaſticum iudicem reſtituere famæ. 15. q. 6. authoritatem, ſed hæc ſunt in terra eccleſiæ.

CAPVT XXIIII.

AD PROBANDVM. ff. eo. l. ſuper. (cuſtodis) factæ in abbatiſſam, vel potes dicere, quòd licet contendere de aliquo minori officio monialibus ad quod per electionem vocantur. de ſtat. mon. c. 2. (eam) ſcilicet ſententiam (vnus) ſup. de procu. c. vlt. contra. ſol. aliud eſt in conſtitutione procuratoris, aliud in ſententiæ prolatione, ſed nónne duo poterant procedere tertio impotentiam iuris incurrente. ſup. de reſcri. ſciſcitatus. reſpon. poterant, ſed quia admiſerunt impotentem, quod voluerunt, non potuerunt. ſup. de offi. deleg. cùm ſuper ab. (infirmandam) per exceptionem oppoſitam contra petentẽ executionẽ ſententiæ, aliter enim ad irritandam ſententiam ab excommunicato latam agi non poteſt, ſecundum quoſdã. hæc ratio placet, imò benè agitur ſi publicè fuit denunciatus: vt nota. ſup. de excep. exceptionem.

CAPVT XXV.

1 *In quibus caſibus res iudicata non præiudicet alijs, & etiam quando hæc regula non habeat locum. & vide num. 2.*
3 *Nunquid ſi quos res tangit & alium agere videant & taceant, fiat eis præiudicium.*
4 *Caſus in quibus ſola ſcientia ſine citatione ſufficit.*
5 *Scientia contra electores vel ordinatores lata quando præiudicet electis & ordinatis, & quando non. in num. 6.*

1 VAMVIS. (Regulare) ff. de re iudi. ſæpè. † vera eſt hæc regula, quia non præiudicat res iudicata alijs in hoc, ſcilicet ꝗd contra alios pariat actionem, vel exceptionem, ſed benè præiudicat in hoc, quod poſſeſsio quæ prius erat apud alios, transfertur apud victores. ſup. eo. cùm ſuper. niſi appellatum eſſet, vt ibi dicit, & tunc forè difficilius eſſet eis contra alios agere, quàm contra primos. arg. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. l. 3. ſed ſi aliquis epiſcopus poſsidet iura epiſcopalia in monaſterio alterius dioc, ſecùs eſt: vt not. hîc in glo. verbi gratia.

2 (Non nocet) † fallit hæc regula vbicunq; fit ius ex ſententia, vt in querela inofficioſi teſtamenti, & in cauſa filiationis. ff. de inoffic. teſta. Pomponius. §. ſi ex cauſa. ff. de lib. agnoſ. l. prima. §. finali. & l. ſecunda & tertia. in principio. Ita in cauſa ingenuitatis, niſi detecta fuerit colluſio. ff. de ſta. ho. ingenuum. In criminali etiam accuſatione ſpeciale eſt, quia accuſatus ab vno nõ poterit ab alio accuſari, niſi doceat de præuaricatione prioris. ff. de præuari. l. tertia. Vel niſi dolorem ſuum proſequatur, doceatq; ſe ignoraſſe accuſationem ab alio inſtitutam. ff. de accu. l. ſi cui. §. primo. Idem eſt in populari actione, ſi bona fide agente actore abſolutus ſit reus. ff. de iureiurando. cùm qui. §. in popularibus. Item ſpeciale eſt in crimine adulterij, vt abſolutio adulterij proficiat adulteræ. ff. de adul. denunciaſſe. Item ſpeciale eſt, quòd vnius ex appellatoribus victoria prodeſſet alij. C. ſi vnus ex appell. l. prima & ſecunda. Item in ſeruitutibus prædialibus. ff. ſi ſer. ven. loci. §. ſi fundus. Item extraneo agente, & rumpente teſtamentum per querelam alijs proficit. ff. de inoffic. teſta. poſthumus. aliàs autem res iudicata non prodeſt, nec nocet, niſi illis contra quos lata eſt vel illis, qui finguntur idem cum illis, puta, quia eis ſingulari vel vniuerſali iure ſucceſſerunt. ff. de excep. rei iudic. ſi à te. §. finali. & l. & an eadem. 1. reſpon. & l. exceptio rei iudic. Item nota, quòd in his caſibus ſufficit ſola ſcientia ſine citatione (actio) ſecùs ſi diuerſis iuribus agant, puta, quia proprietarius patiatur vſumfructuarium non agere de fructibus vel econuerſo. Item ſecùs ſi ille, qui partem habet in re patiatur alium qui ſimiliter partem habet agere. ff. de libertcau. ſi pariter.

3 † Sed quid ſi hi, quos res tangit videant alium agere, & taceant, nunquid

nunquid ſit eis præiudiciũ, ſcilicet tunc quando officium iudicis imploratur ſuper reſtitutionem in integrum vel huiuſmodi? Reſpon. non, niſi citentur nominatim, vel per edictum: vt not. ſup. de ma. & obed. c. fi. ſup. de procu. in noſtra. aliàs autem benè nocet eis. Nec obſtat regula hîc poſita, res inter alios etc. quia in caſu poſito ex quo citatio facta eſt, intelligitur contra omnes iudicatum, qui ſciuerunt, vel ſcire debuerunt cauſam agi, quia in eis non nominatur aliquis ſpecialiter, ſed in genere fertur ſententia ſic, ſcilicet reſtituimus te in integrum, præſto authoritatem tuæ adoptioni, & ſic in ſimilibus eſt dicendum. (Actio) VERBI GRATIA: creditor habet hypothecariam cõtra quemlibet detentorem pignoris, & debitor rei vendic. & præfertur creditor debitori, idem eſt in his, in quibus non competit actio, tamen illi quibus competit actio, ius habent ex perſona illorum, qui agunt ſi tacent, tunc ſi eos ſcienter agere permittunt, licet malè agant, fit eis præiudicium, vt eſt videre in marito & vxore, nam marito competit rei vendicatio ad rem dotalem: vxori verò non. C. de rei ven. doce. & tamẽ ſi vxor vendicet rem dotalem, licet malè præiudicat marito ſcienti & toleranti. Idem eſt etiam videre in emptore, cui cõpetit actio, & venditore, cui non competit, & proprietario, & in emphyteoticario cui competit actio, & proprietario cui non competit. ff. de re iud. ſæpè. In his enim caſibus, & ſi agere non potuerunt hi, quibus non competit actio, ſi tamen agunt, licet malè præiudicant tamen eis, quia eos prohibere potuerunt, quominus agerent, & quia de voluntate eorum iudicant, videtur de iure, quod habuit ex perſona agentis, & ſufficit in his caſibus ſola ſcientia, nec exigitur quod citentur, & ſic intellige quod hic dicit. ff. eo. tit. l. ſæpè. quidam tamen dicunt, quòd in ſolo primo caſu, ſcilicet in creditore & debitore locum habet, quod dicitur de actore, in alijs autem tribus caſibus locum habet, quod dicitur de defenſore, & vbicunq; in præalleg. l. ponitur experiri, quo ad prædictos tres caſus, ponitur pro defendere. 5 † Naturaliter autem primò actio, & defenſio eis competit, qui ſuis authoribus pro euictionis periculo denunciãt, poteſt etiam dici, quòd licet defenſio competat tam ei, qui poſsidet nomine alieno, quàm ei cuius nomine poſsidetur: tamen in defenſione præfertur ille, cuius nomine poſsidetur. vt lit. nõ conteſt. quoniam. §. ſi ſuper. nam & contra vtrunq; datur actio, contra vnum ratione detentionis, contra alium ratione ciuilis poſſeſsionis, benè enim competit rei vendicatio ratione vtriuſque poſſeſsionis. ff. de rei ven. officium & etiam interdictum vnde vi ratione vtriuſq; poſſeſsionis, & vtriuſq; poſſeſsionis poteſt fieri reſtitutio ſeparatim. Nam domino poſſeſſori ciuiliter fieri poteſt reſtitutio eius ciuilis poſſeſsionis, & vſufructuario poſsidenti, naturaliter fieri reſtitutio poſſeſsionis huiuſmodi fructus vel alterius ſuæ naturalis, & hoc caſu videtur, quòd ſententia lata ſuper naturali poſſeſsione, præiudicet ciuiliter poſsidenti, vt poſsit denegare vſumfructũ ei, qui obtinuit, & eodem modo ſi feratur ſententia ſuper ciuili poſſeſsione, puta alij adiudicanda eſt ciuilis poſſeſsio fundi vſus fructus, quàm ei qui conſtituit vſumfructum, benè præiudicat poſſeſſori naturali, quia ſibi poterit denegari, vel auferri vſusfructus, deberet enim duas exceptiones prætendere & cauſam defendere. Alij tamen contradicunt, vel potes dicere, quòd præfertur ille, qui retinet naturaliter, detentor autem nunciat domino, ſicut creditor debitori. Ideò autem diximus præiudicari ei, qui ex perſona alterius ius habet, ſi permittat eum agere, ex cuius perſona ius habet, quia poteſt ipſum prohibere. Cæterùm ſi nõ ex eius perſona ius haberet, quantumcunq; ageretur etiam ſuo nomine, vel alieno, nunquam ſibi præiudicaret etiã ſi eſſet de perſonis, quæ agunt ſine mandato, niſi p̃cederet, vel ſequeretur eius voluntas tacita vel expreſſa. C. qui. res. iudi. non no. l. 1. 2. & 3. ff. de procu. ſed hæc. 1. reſpon. ff. iudic. Sol. l. 3. §. 1. hac etiam ratione imputatur patrono, ſi libertum non defendat. ff. de re iud. ſæpè. quia primò ad eum ſpectat defenſio liberti, poſtea ad libertum.

4 † Item not. quod in his caſibus ſufficit ſola ſcientia, ſine citatione. Ar. eius, quod dictum eſt de liberto, dicendum videtur, quòd ſummus epiſcopus, agit contra aliq̃d monaſterium petendo epiſcopalia, ſi ille qui primò ibi exercebat epiſcopalia non defendat monaſterium. & feratur ſententia contra monaſteriũ, quod præiudicat epiſcopo, qui prius habebat

bebat ibi episcopalia, quo ad possessionem. arg. ad hoc quod si episcopus primus potest agere contra secundum si possidet, quòd non esset ei ius ibi exercere episcopalia, multo fortius quando ea petebantur debet excipere, secùs autem si egisset secundus episcopus contra monasterium interdicto vnde vi, vel vti possidetis ratione prędictorum iurium, quibus se spoliatum diceret, vel in quibus diceret se turbari, quia tunc primus episcopus non debet suscipere defensionem eius, nec sibi aliquod præiudicium generatur, quia contra personas tantùm agitur, & personale est interdictum, nõ negamus tamen quod etiam si agitur de personali interdicto, quin aliquando fiat alijs præiudicium, scilicet quãdo præiudicium sequitur ex vi interdicti. Verbi gratia: Si egisset aliquis contra aliquẽ, quia spoliasset eum possessione iure instituendi clericos in aliqua ecclesia, vnde petebat restitui ad prædicta iura, & cassari quicquid fecerat spoliatione pendente. In hoc enim casu benè fit præiudicium clericis institutis per spoliatorem, si feratur sententia cõtra eum, quia ejicientur de ecclesia. sup. de fil. presby. veniens. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. si fundus. & §. seq. secùs autem si non interdicto, sed negatoria egisset, scilicet quòd non erat ei ius restituendi, & petendo sibi adiudicari ius instituendi, cùm ad ipsum pertineret, nam hîc ex sententia lata cõtra instituentem nullum fit præiudiciũ institutis, quæ institutio valet propter possessionem. inf. de iure patr. consultationibus. (à quo causam) vt si electus patiatur electores de electione, an sit canonica agere, vel ordinatus ordinatorem. sup. de elect. dudum ro. 71. distin. tantis. 3. q. 6. hoc quippe.

5 Nam † sententia contra electores vel ordinatores lata super eo, quòd essent publicè delinquentes, præiudicat electis & ordinatis in princ. cap. Idem & si ille, pro quo iudicatum, patiatur iudicem defendere sententiam, quia ab eo causam habuit. Hoc non potest habere locum, nisi quando iudex processit ex officio suo inquirendo, & si sic remouit aliquem cuius præbendam alij contulit, nam si inquisitor hîc defendit causam, præiudicabit illi, cui collatum est beneficium, si sciuit vt hîc.

6 † Idem tamen & si egisset Petrus, & ego modò agerem ad idem de iure mihi à Petro concesso: tamen quod dictum est de ordinato & ordinatore, non vitletur ita indistinctè verum, nam quantũcunq; condemnetur de crimine ordinatus, nunquã præiudicat ordinatori, nam cùm ex vi accusationis ordinati non sequatur condemnatio ordinatoris, nulla ratio est, quare condemnatio eius sequeretur, vel quare præiudicaret ipsi, nam ex vi accusationis sequitur aliquãdo bonorum ademptio, infamia, & huiusmodi. C. de bo. dam. l. 1. 2. & 3. per totum. ff. de his qui not. infa. athletas. §. vlt. & l. seq. ff. de furt. non potest. sed quod alius non accusatur ex vi accusationis alterius patiatur pœnam, non inuenimus, nisi in certis casibus, vt in crimine læsæ maiestatis. 6. q. 1. §. verum. & hæreseos. inf. de hære. c. vergentis. & alia consimilia capitula intelliguntur, quando notoria erant delicta ordinatorum, vel institutorum, quia etiam si nõ esset actum contra ordinatores: tamen sine ordine iudiciario poterant puniri ordinatores, qui scienter malos ordinauerant, vt sup. de iureiu. ad nostram. 3. & inf. de act. euidentia. sed si accusaretur ordinatus, q̃d extra quatuor tempora ordinatus fuisset, vel quòd minus canonicè electus, vel translatus fuisset, quæ & publica notoria sunt, benè præiudicaret sententia lata contra ordinatum ordinatori. supr. de transla. præla. inter. & de tempo. ord. literas. hæc enim ita sunt connexa, quòd separari non possunt, si enim malè fecit recipiendo ordinem tali die, deterius fecit ordinator conferendo. argu. sup. de transla. præla. inter. circa fi. sed benè potuit ordinatus malè recipere ordinem, quia erat criminosus, sed ordinator benè contulit, quia hoc ignorauit. sup. de cor. vit. exposuisti. & hoc quidam de plano concedunt.

† Melius videtur, q̃ quantumcunq; crimen sit notorium ordinati, vel quòd ordinator celebrauit extra quatuor tempora, nunquam tamen agitur vt cassetur ordinatio, quam habet ab ordinatore, sed tantum agere potest, vt puniatur, vel pœnitentiam agat, quam non habet ab ordinatore, & ideò nunquã præiudicat vni sententia contra alium lata, secùs autem est in electis & electoribus, nam in illis obtinet, quod superius est notatum. Hoc autem videtur esse indubitatum, q̃ si aliquis egit contra capitulum alicuius ecclesiæ, & petit præbendam, quæ mihi debebatur,

debebatur, vel mea erat, non præiudicat mihi sententia lata contra capitulum alicuius, quia si possidebam præbendam, tunc constat quod non præiudicat, quia contra capitulum nõ competebat actio, sed contra me. ff. de alie. iud. mut. cau. fac. l. pen. ff. de rei ven. officium. & sup. de iu. examinata. & si non possidebam, non præiudicat, quia nõ potui actorem prohibere ab agendo. ff. de re iudi. sæpè. §. vlti. ff. de iureiur. nam postea. §. fi. & l. sed & si possessori. Hoc videtur falsum, quia si quis ageret contra capitulum super præbenda, quam dicit vacare de iure, licet alius eam teneat de facto, vel si quis dicit eam sibi deberi, quam alius etiam dicit sibi deberi, & eodem iure, scilicet per electionem capituli, satis videtur locum habere hæc decre.

CAPVT XXVI.

1 *Rei cuius cõmercium quis non habet propter naturam ipsius rei, nec legatum, nec donatio, nec stipulatio fieri potest.*

● *Non minus valet iudicium, quando quis iniustè agit, quàm quando iustè.*

Probationes & acta inter easdẽ personas præiudicant, etiam in alio iudicio, si ad idem agatur.

3 *Actor non exprimit in libello diem, vel locũ facti contractus.*

15 ABBATE. & inf. (Cõmendatori) † Et hîc not. quòd quando ad plures pertinet actio de aliqua re, ita quod ad vnum pertinet quasi sub alio, sicut commendator est sub præceptore, quòd simul ambo & omnes agere possunt. de hoc not. sup. de iud. cùm deputati. inf. de reli. do. cùm venerabilis. (vel quasi) not. libellum sub disiunctione: vt not. sup. de in integ. resti. c. constitutus. (finibus) sup. de resti. spol. cùm ad sedem.

1 † Sub cõditione) hæc responsio probatur. ff. de leg. 1. cætera igitur. in princ. ff. de act. emp. l. vlti. ff de leg. 1. ab omnibus. & l. si seruus. aliàs verum est, quod rei cuius commercium quis non habet, propter naturam ipsius rei, nec legatũ, nec donatio, nec stipulatio fieri potest. ff. de leg. 1. filiusfamil. §. si quis. ff. de leg. 2. bonæ. §. 1. ff. de leg. 3. fideicommis. in seruo. & est exẽplum de re quæ est apud hostes. ff. de verbor. oblig. liber homo. (Mox). C. de sacrosan. eccle. vt inter. Intentio satis benè dicit, q̃d ex nullo verbo posito in donatione facta monasterio de Populeto, apparet voluntas donatoris, quòd locus de Rosel, daretur monasterio de Benesa, arg. C. de dot. promis. l. 1. Item pro hoc facit, quia verbum donatoris non dirigebatur ad monasterium de Benefac. sed ad monasterium de Populeto, & ideò non videtur ius quæsitũ in re, sed in persona. ff. de ann. leg. Caius. ff. de leg. 1. quidã testamento. ff. de contrah. emp. l. fi. aliàs autem si appareret ex aliquibus præsumptionibus de voluntate donatoris, quod ad monasterium de Benefac. peruenirent res donata, posset dici, quòd aliter prouideretur monasterio de Benefac. arg. ff. de leg. 2. Titius. §. patre. ff. de rei vend. emptor. §. ancilla. ff. de leg. 2. Titia cum testamento. §. Titia cum mi. inf. de testa. nos quidem. ff. de donat. inter vir. & vxo. Sulpitius. (donatio) inf. de eccles. edi. ad audientiam. Sed contra. ff. de ser. vrb. præd. si seruus. §. fi. ff. si ser. vend. l. fi. ff. de adi. leg. seruos. ff. de lib. cau. seruos. ff. de lib. & posth. placet. & l. sequ. insti. de leg. §. posthumus. sed ibi non quæritur ius in re, sed personalis obligatio. Quia videri) ff. de iud. non potest. solennis nunq̃ no. ff. ad exh. l. rigni. §. fi. C. de in lit. iur. l. 1. Nec obstat de pignoratitia Authent. si rem. §. fi. quia ibi loquitur in pignoratitia, quæ statim oritur ex conuentione, & sic respondet. l. ff. de pign. act. l. si rem. (dicebatur) benè allegat iste si res donatæ nullo modo pertinebant ad regnum, quia secundũ hoc nihil pertinuit ad regem de eis disponere, sed si ad regnum pertinebant, licet ea non possideret, benè ius quod in eis habebat, dare potuit, & ad hoc obligare successorem, & secundum hoc bona etiam erat responsio partis aduersæ (superuenienti). ff. de rei vend. si autem. in prin. ff. ad exhi. tigni. in princ. (speciali causa) puta ex causa venditionis initæ cum P. tali die & loco dicerem sibi debere, & non est verum (& postea) quàm lis cœpta ex prædicta causa (sine alia) scilicet quia res, quam petijt ex causa venditionis, sibi debetur post litem contest. ex causa donationis, quæ penitus aliena est à causa venditionis. Similis autem causa venditionis secunda esset primæ, si ex causa alterius venditionis alio loco & tempore facta

facta sibi post lit. contest. debetur, & tamen quia ex ea actum non est, non venis et in iudicium, & ideò de eo non sententiabit, & hoc est, quod hic dicit (obnoxium) hæc petitio generalis rarò admittitur in personalibus actionibus in realibus sæpè (indebitè) scilicet quia tunc nō debebatur.

2 (Iudicium) †Iudicium enim non minus valet quādo quis iniuste agit, quàm quando iustè, quod satis patet, quia sententia contra eum lata, tenet, imò etiam pro eo, licet sit contra ius litigatoris. 2. qō. 6. §. diffinitiua. & idem videtur de actis & gestis (libera conscientia) quia cùm in genere dixit eum sibi obnoxium, & eum inuenerit tempore sententiæ obnoxium contra conscientiam iudicaret, si eum non obnoxium sententiaret. Item ex hac scientia perpetuò, & ex omni causa pararetur exceptio rei iudicatæ absoluto, sed sic nō est, quando ex certa scientia petijt, qa tunc tantū paratur exceptio ex illa causa (iudicio) quia probationes & acta inter easdem personas præiudicant, & etiam in alio iudicio, si ad idem agatur, & hîc ad idem agetur, quia sub generalibus verbis omnis temporis ius, scilicet & ante litem contest. & post deduxit in iudicium (& tunc) scilicet tempore litis contest. fundauisse) non habita distinctione inter personales actiones & reales, nisi qa personales rarò admittuntur non expressa causa, sed reales ferè semper non expressa causa admittuntur, sed etiam in eis si expressa sit causa certa, nisi causa sit proposita tempore lit. contestat. non prodest, si postea alia superueniat. arg. ff. de excep. rei iudi. si mater. §. si quis verò. (donationis) puta quia dixit, peto talem fundum ex causa venditionis, licet enim nō adiecerit de tempore & loco venditionis, quia tamen venditionem necessariò comitatur locus & tempus, non prodesset petitori, si post litem contestatam eandem rem emat, cùm de certa venditione intelligi oporteat, & certis loco & tempore facta, vt hic dicit, secùs autem si dicat, dico hanc rem ad me pertinere iure dominij vel quasi, hic etiam si post lit. contest. nouum ius acquirit, fertur sententia pro eo. ff. de rei ven. si autem. arg. ff. de except. rei iud. si mater. §. eandem. cùm enim intelligi nullas causas dominij expressit, non habet concomitantias loci certi & temporis, & ideò non est vis, quo loco & tempore dominium ad ipsum perueniat (causam) scilicet emptionis & venditionis & donationis vel simile.

3 †Vacua, id est impossibilia, certa enim venditio non potest fieri, nisi certis loco & tempore, Fatemur tamen, qp nec actor debet exprimere in libello diem vel locum facti contractus, sicut nec testi. sup. de fid. instrum. cùm Ioannes. nisi iudex hoc ex certis causis faciat fieri. arg. sup. de fid. instru. cùm Ioannes. circa fi. insti. de ac. §. curare. (concomitantias) scilicet tempus & locus, sed sufficit quouis loco vel tempore illud factum fuisse, licet q.d. & si hæc quæ dicta sunt, non possunt tolerari, de iure tamen sic seruandum est, quia æquum est. ff. ad l. Aquil. ita vult. §. fi.

CAPVT XXVII.

1 *Sententia ad æternam rei memoriam est ferenda.*
2 *Forma promulgandarum sententiarum.*
3 *Ecclesia non debet habere cum inimicis suis odium, sed omnes ad vocem vocare debet.*
4 *Potest clericus pro quolibet peccato deponi.*
Periurium licet in omnibus sit graue peccatum: tamen in principibus & prælatis est grauissimum, quorum verbum debet esse firmissimum, etiam sine iuramento.
Hæres ex testamento Christi non est, qui non seruat pacem.
5 *De hæresi suspectus, si se non purgauerit excommunicari debet.*
6 *Imperator deponi potest à Papa.*

AD APOSTOLICAE sedis. & inf. (concilio) præsentia concilij est ad solennitatem tantùm, quia etiam sine concilio solius Papæ sententia sufficeret ad damnationem imperatoris. 15. q. 5. alius. 9. q. vlt. patet. & c. seq. ipse solus habet plenitudinem potestatis. 2. q. 6. decreto.

1 (Sempiternam.) † supple sic pronuncio & diffinio, omnis enim sententia ad æternam rei memoriam est ferenda, quia perpetuò est seruanda, & ius facit inter partes, specialiter tamen perpetuò memoranda est sententia depositionis, quæ fertur contra iniquos principes, & maximè contra imperatorem. Est enim memorandum de hac sententia depositionis, quæ non debet ferri, nisi vrgente multa necessitate, & multis causis, & criminibus, & infamijs manifestis contra Imperatorem clamantibus. Item memoranda est talis sententia, vt sciant omnes, quot, & quantis periculis se opponit Romana ecclesia, vt pacem procuret subditorum, & vt exemplum det cæteris prælatis, omnia pericula subeundi pro defensione suarum ecclesiarum, quot enim periculis & maris, & terræ, & proditionum, & assassinorum, & alijs infinitis subiecit se Papa, qui hāc tulit sententiam, vix hō enarrare posset quædam tamen scripta sunt in chronicis romanæ ecclesiæ.

2 †Hinc debent sumere exemplum iudices, qualiter suas sententias debēt promulgare, debet enim sic dicere, ego, vel nos talis iudex ordinarius, vel delegatus præsentibus partibus, talem sententiam proferimus ad æternam rei memoriam, vel ad honorem Iesu Christi, vel ad honorem & obseruationem iuris litigantium, vel alia consimilia verba debet dicere: Nam quidam iudices malè faciunt, qui dictant suas sententias alijs scribendo, siue partibus, siue vniuersis. huius enim scripturæ potius sunt testimoniales scripturæ præteritorum, qꝫ assertoriæ præsentium. Item illud non videtur fieri debere, quòd alicui scribat sententiam, & loquatur in præsenti, licet in decre. factū inueniatur: vt sup. de seque. pos. c. 1. de re iud. inter. quod quam sit absurdum cuilibet diligenter intuenti ipsas decre. liquido apparebit.

3 †Per pacem) not. qp ecclesia omnes inimicos suos debet vocare ad pacem, & tantum eis publicè offerre, qp & conscientiam habeat securā, & illæsam, si contra eos ꝓcedere debet, & qp ora obstruat detractorum, imò & si ecclesia cōtra inimicos suos ꝓcedat siue spiritualibus, siue materialibus armis totum fieri debet, vt ad pacem veniat. 23. q. 3. noli. Reuocare) not. ex hoc loco & ex his, quæ proximè dicta sunt, qp ꝓpter sententiā suā, vel facta sua nunqꝫ suppositi correctioni, vel emendationi cōcilij, vel aliorum, sed suæ emendationi tantùm seruauit, hoc tamen dixit, qp super emendatione sua consilium concilij quæreret, & benè fecit. 9. q. 3. patet. & c. seq. Adhærentes) not. fidelitatem ecclesiæ romanæ, quia nunqꝫ voluit habere pacem, nec pacis tractatū, nisi prius exprimeret, & præmitteret de pace sibi adhærentiū, & de perpetua se-
4 curitate eorum (grauissima) †benè facit Papa, qp non solùm multa crimina, sed etiam multa genera peccatorū subiecit

sententiæ depositoriæ imperatoris, magna enim causa subesse debet depositioni imperatoris. Nō est simile eius ad depositionem clericorum, q pro quolibet peccato deponi possunt. 25. dis. primum. 50. dis. vt constitueretur. quia imperatores & alij principes deponi non possunt absqꝫ magnis & multis periculis, & periculum est causa, quare aliqd detrahitur rigori. inf. de cle. excō. mi. latores. Item imperatores & principes, nō ministrant in sacramentis ecclesiæ, sed clerici sic, & ideò oportet eos sine peccato esse. 31. dis. tenere. (deierauit) periurij licet in omnibus sit graue crimen, in principibus tamen & prælatis est grauissimum, quorum verbū debet esse firmissimum etiā sine iuramento. ar. 22. q. 4. innocens. & §. præ. (& cætera) & inf. sub verbis istis cōtinentur in textu sententiæ. Primò multa periuria, secundò multorū pactorum fractiones, tertiò multa sacrilegia, quartò multæ suspiciones hæreticæ prauitatis (pacem) non est hæres ex testamento Christi, qui pacem nō seruat, cùm testamentum eius fuerit, pacem meā do vobis, pacem relinquo vobis, & principes maximè ad pacem seruandam tenentur. ff. de pac. conuentionum. (sacrilegium) de sacrilegio no. inf. de sen. excō. cū pro causa. (non dubijs) cū hæreticorum vocabulo contineri debeant, & etiā puniri qui ex legis argumento à tramite fidei deuiare noscantur. C. de hære. l. 1. idem videtur in simonia. inf. de simo. sicut si.

5 †Item suspectus de hæresi, si se non purgauerit, excommunicari debet, & si per annum in excōmunicatione steterit, sicut hæreticus condemnari debet. sup. de hære. excōicamus. §. 1. Item sine vlla dānatione ipso facto est infamis, & alias pœnas incurrit. ꝛ. de hæret. excōicamus. §. credentes. (exinanitionem) licet enim feudatarius habeat vtile dominium, & sibi liceat vti frui re feudataria, dissipare tamen non debet, imò nec deteriorare, sicut vsufructuarius. Reprehendi) not. quòd licet Papa posset eum priuare regno, quia debitam pensionem per biennium non soluit. sup. de loc. c. fi. tamen ex causa, quę tantùm interesse sedis apostolicę tangit, nō priuat, sed tantū ipsum reprehendit (imperaret) forma huiusmodi sententiæ sumpta est, ex eo quod legitur. 1. reg. 12. q. 2. vulterane.

6 †Priuamus) not. quia Papa deponit imperatorem. si. 15. quæst. 6. alius. & est hoc

hoc iure, nam cùm Christus filius Dei, dum fuit in hoc seculo, & etiam ab æterno dominus naturalis fuit, & de iure naturali in imperatores & quoscunq; alios sententias depositionis ferre potuisset & damnationis, & quascunq; alias, vtpote in personas, quas creauerat, & donis naturalibus & gratuitis donauerat, & in esse conseruauerat, & eadem ratione & vicarius eius potest hoc, nam non videretur discretus dominus fuisse, vt cum reuerentia eius loquar, nisi vnicum post se talem vicarium reliquisset, qui hæc omnia posset, fuit autem iste vicarius eius Petrus, Matth. 16. vltra medium, & idem dicendum est de successoribus Petri, cùm eadem absurditas sequeretur, si post mortem Petri humanam naturam à se creatam, sine regimine vnius personæ reliquisset, & argumentum. ad hoc. sup. qui fil. sint legiti. per venerabilem. vltra me. de hoc nota. sup. de foro competen. licet.

CAPVT XXVIII.

QVM AETERNI. (Tribunal se suspensum.) Hic fuit infamis. C. de pe. iud. qui ma. iud. l. vlt. (diuinis) in officio suo. 11. q. 3. si quis episcopus (irregularitas) hîc colligitur, quòd cum irregularibus solus Papa dispensat, & idem videtur de corpore vitiatis, & illegitimè natis, & pœnitentibus, & bigamis, & idem seruat ecclesia Romana (in tot) in quatuor prædictis. Innoc. Papa 4.

CAPVT XXIX.

VOBVS. (Pro reo.) sup. de probatio. ex literis. (pro reo) de hac materia notaui. sup. de officio delegat. causam.

TITVLVS XXVIII.

DE APPELLATIONIBVS.

CAPVT I.

DILECTI FILII. (Apost. sed.) repete quæ diximus sup. de offi. leg. quod ad cõsultationem (factas) tempore suspensionis & excõmunicationis interdicti prioris ipsum archiepiscopum (malitiosè) inf. de concess. præben. vel eccle. non vacan. nulla, (initium) nam non noceret, si post appellationem latæ sunt.

CAPVT II.

INTER CAETERA. (Generalem) Hîc nouum ius mutatur (postea) subsecutum secundum quod nõ licet appellare, nisi ab instante grauamine vel comminato. infr. eo. cùm causam. & cap. vt debitus. & c. cùm cessante. & c. dilecto. vel posset dici quòd hæc decre. præsagiebat ius illud.

CAPVT III.

1 *An sit hodie differentia inter regulares & alios, & inter correctionem excessuum, & alias causas, vel alia iura.*

AD NOSTRAM. (Appel.) hodie nõ videtur † differentia inter regulares & alios, & inter correctionẽ, & alium processum, cùm semper liceat appellare, si excedat quod idem est, ac si grauet. sup. de offi. ord. licet. inf. de accusat. c. inquisitionis. olim autem poterat esse differentia, quia clerici sæpius audiebantur appellantes regulares, rarius præterea contra disciplinam clerici non appellabant, nisi grauarentur in alijs audiebantur appellantes etiam sine grauamine, regulares verò vix, vel nunquam audiebantur. Hodie etiam posset habere locum hoc post sententiam, regulares secundum regulam latam, quia tunc non deferret iudex appellationi, in alijs secùs, & quòd dicimus in corrigendis excessibus regularium, idem intelligimus etiam de excessibus aliorum subditorum. sup. de offic. ord. irrefragabili. §. 1. & si ex officio condemnati appellauerint, & appellationis literas impetrent etiam post sententiam, & etiam facientes mentionem de appellatione, non valent, nisi faciant mentionem de causa condemnationis. supr. de rescri. dilectus filius abbas. inf. de coha. cle. & mu. super eo.

☞ †Item in hoc est differentia inter correctionem excessuum, & alias causas, vel alia iura, quia correctio excessuum nulla consuetudine etiam præscripta, impediri potest. de offi. ord. irrefragabili. §. 1. sed alia iura & iurisdictio bene tolluntur præscriptione. vt sup. de præscri. per totum. & contraria consuetudine: vt supr. de consue. c. fin.

CAPVT IIII.

PERSO-

PERSONAS. (Ecclesiarum his.) Non enim vlterius audietur appellans in articulo, quem non prosequitur, vt hîc. & inf. eo. sæpè. in alijs secùs. inf. eo. directè. (si autem) prima pars loquitur, quando pars præfixit nimis magnũ terminum, sed postea iudex præfixit terminũ minorem, secunda quando ipse appellans præfixit terminum competentem (sententiæ). i. iurisdictioni tuæ. † nam licet appellans nõ prosequatur appellationem à diffinitiua sententia interposita, intra terminum ab homine præfixum, propter hoc nõ manet sententia rata, nisi labatur terminus iuris, nec contradicit. c. seq. inf. eo. sæpè. quia omnia illa capitula intelliguntur de termino iuris.

Alij tamen intelligunt idem in termino iuris, & in termino hominis. s. q̃d semper manet sententia lata. Et hoc videtur verius, quod sic probatur, quia vltra terminum præfixum appellationi prosequendæ siue à se, siue à iudice, siue à iure prefigatur, appellationem prosequi non potest. Item nec de nouo appellare potest, quia nec grauari potest, quia nec iudex qui sententiando functus est officio suo, non habet vlterius quid faciat. sup. de offi. deleg. in literis. nisi quod exequatur. sup. de offi. deleg. significasti.

CAPVT V.

1 *Quæ sit differentia inter appellationẽ & prouocationem.*
Vocatio & admonitio an sit necessaria in notorijs.

QVM SIT ROMANA. (Et euidenti causa) 2. q. 6. ei qui ap. C. de temp. app. Authen. qui ei. aliter enim non conceditur biennium, vnde oportet eum necessitatem probare. inf. eo. constitutus. & ex necessitate daretur triennium. inf. eo. ex ratione. vbi not. (prosecutus) sup. c. proxi. (si verò) interpositio est, vt pateat responsio alij membro, scilicet, quando appellatur ante sententiam.

(Prouocationes) de hoc not. sup. de maio. & obe. dilecti. nam ferè per omnia
1 censentur iure appellationum. † est tamen differentia, quia propriè & stricto modo loquendo, appellatio dicitur illa, quæ fit in iudicio, prouocatio verò dicitur illa, quæ fit extra iudicium, sed ideò proprius dicuntur ad causam prouocationis, quia tunc fiet inceptio causæ, & appellatio purè & strictè dicitur in causa iam cœpta. Item si in iudicio appellasset, lapso termino, non audietur vlterius super eo de quo appellauit: vt patet in eo quod le. & nota. sup. c. proxi. sed quando est extra iudicium appellatum, lapso termino, audietur appellans quia hæc appellatio, non propriè dicitur appellatio, sed ad causam prouocatio, nec potest impediri, quin alio iure se iuuet appellans (si autem) modò loquitur, quando appellatur in iudicio, sed ante sententiam (cogitur) elapso termino appellationis prosequendæ assignato (si raptor) sicut dicitur ab aduersario: sed ipse non confitetur (irrequisitũ) hîc no. ar. quod in notorijs, nec vocatione ad causam, nec admonitione opus est. 2. q. 1. de manifesta. 11. q. 1. statuimus. Ar. contra. 12. q. 2. indigne. 2. q. 7. accusatio. So. dicimus citationem necessariam, & verbum hîc positum, scilicet, requisitum expone illa vice, sed prius requisitus erat, vel dic, quòd non fuit requisitus per Paulum, sed per Apollinem discipulum eius.

CAPVT VI.

AD HAEC SI. (Vitare.) Nimis graue videtur, quod in ista decre. dicitur, quod si aliquis semel appellauit ab aliquo, quòd in alijs possit eum recusare, vt suspectum: Tamen quidam sic planè intelligunt hoc habere locum in delegatis, non in ordinarijs. Item omnes dicunt, quòd si reprobata fuit appellatio, quòd postmodum non potest eum recusare, quia non grauauit eum, vnde non debet ei esse suspectus, sed nunquid poterit eum tantum durante causa appellationis recusare, an etiam postea, puta perpetuò. Alij dicunt, quòd hîc non dicitur, quòd hæc non sit sufficiens causa recusationis, quia appellauit, sed dicitur, quòd nisi habeat iustam causam recusationis, oportet quòd sub eo respondeat, & erat causa dubitationis, vt ipsi dicunt, quia ex quo in vno appellauerat, in omnibus suspectus videbatur, sed respondent non esse ita, vel loquitur secundum antiqua iura, quando licebat etiam sine causa appellare & etiam ita recusare, quia paribus passibus ambulant appellatio & recusatio. infrà eodem tit. super eo. §. primo. hodie autem secùs, scilicet, quia non poterit hic appellans recusare

recusare iudicẽ, nisi subfuerit iusta causa: vt inf. eo. vt debitus. & c. cùm speciali. (vitare) nisi committat graue crimen & manifestum. inf. eo. proposuit. vel nisi sit contumax ad prosequendũ appellationem, nam tunc sicut non potest appellare, ita nec recusare. sup. eo personas. inf. eo. super eo. (vitare) ex aliqua iusta causa, non autem eo, quòd in alia causa ab eo appellauit.

CAPVT VII.

1 *Ad appellantem, non autem appellatum pertinet iudicem eligere.*
Ignorantia facit tolerari ea, quæ fiunt ratione publici officij.
Appellatio ad Papam facta an debeat præferri appellationi ad archiepiscopum facta. & num. 2.
2 *Non tenetur pars, ius alterius partis dicere.*

SI DVOBVS. Hæc decret. habet locum, quando ex sententia lata, vterq; reputet se grauatum. infr. de test. Rainaldus. & c. Rainutius. aliàs non videmus, vbi locum habeat, nam non credimus, si pars grauata appellaret ad archiepiscopũ, quod pars non grauata posset dicere, & ego appello ad Papã, & ego volo, quòd appellatio quam tu facis agatur coram Papa, quia cùm ipse non sit grauatus, non audietur appellans. inf. eo. vt debitus.

† Nec est appellati eligere iudicem appellationis, sed appellantis secundum antiqua iura, quando poterat appellari sine grauamine, fortè habebat locũ hæc decre. etiam in alijs casibus (veniens) coram suo iudice (iudice) puta episcopo (iudicis) id est, proximis superioribus suo iudici, coram quo litigabat, scilicet, archiepiscopi (citatus) is qui ad Papam appellauit (veniat) coram minori iudice. ff. de iudi. si quis ex. ff. de in ius voc. l. 2. (promulgata) à minori iudice. Cognouerit). ff. si quis in ius voc. non ierit. l. 2. arg. ff. de act. emp. & ven. l. 1. in fi. nam vt ibi dicitur, ex quo ordinarius certus est, certiorari non debet, ergò si iudex certus est, tunc non tenet excommunicatio, si autem aduersarius sit certus, & non iudex, dicunt quidam, quòd mulcta & excõmunicatio imposita contumaci tenet, & processus in causa appellationis irritabitur.

Alij dicunt contra. s. quòd non irritabitur, & quia si peteret cassari sententiam, oportet eum causam assignare, & si eam assignet, quia tu sciebas me ad Papam appellasse, similiter & ipse respondebit, & ego ad archiepiscopum appellaui, coram quo bene poteram prosequi appellationẽ, quamuis appellatio ad Papam præfertur, si corã eo inciperet prosequi, vel si ab aduersario peteretur, sed tamen archiepiscopus non debet eum exaudire in citatione, si ei innotuerit, q̃d ad Papam appellatum est, nec etiam potest, nisi partes consentiant, cum ex quo hic nouit iurisdictionem ad superiorem sentiat deuolutam, & ideò non tenet citatio, & per consequens, nec eius sententia. arg. C. de sta. defun. l. penul. Si autem ignorauit, cùm iurisdictionem habeat, tenet citatio & sententia excõmunicationis, & etiam causa appellationis procedet lite non contest. si coram primis iudicibus erat lis contestata. inf. eo. tit. per tuas. & etiam idem, si erat de illis casibus, in quibus proceditur lite non contest. de quibus le. & no. sup. vt li. nõ contest. quoniam. est ratio, quia ignorantia facit tolerari ea, quæ fiunt ratione publici officij. C. de testa. l. 1. ff. de offic. præsi. Barbarius. melior ratio est, quia iudex ordinarius est in causa appellationis, & in alijs suis casibus, & ideò tenet q̃ fit ab eo, nisi appelletur, vel recusetur. inf. eo. solicitudinem.

2 †Sed dices nonne hic aduersario noceret sua scientia? Respon. ideò non nocet, quia scientia vnius cum scientia alterius compensatur, sicut paria crimina etc. inf. de adul. c. pe. & dolus dolo compensatur. ff. de dolo. si dolo. Item cùm sit pars, non tenetur dicere ius alterius partis, licet iudex non debeat admittere petitionem eius, si sciet, sed si ignorat, tenet processus eius, vt dictũ est, imò plus videtur dicendum, quia si postquam incœpit prosequi litem appellationis, veniat qui appellauit ad Papã, & velit impedire processus eius, non poterit sicut si præsens fuisset, & non contradixisset, quia qui abest contumaciter, non minor est præsente. in Authen. vt omnes obe. §. si aũt ille. & not. sup. de dila. præterea. hoc tamen benè dicimus, q̃ si vna para cùm non appellatũ esset, iuisset ad superiorem, & falsò sciens dixisset ei, q̃ ad eũ appellauerat, vel si dolo tacuerit se renunciasse appellationi, & si iudex procedat ad sententiam, totum reuocabitur, vel contradictione sine causa, vel per in integ. resti. vel per querelam falsi. ff. de iud. si prætor. & patet in eo q̃ le. & not. sup. de

sup. de in integ. resti. ex literis. & ſ. de excep. cùm venerabilis. §. intelleximus. sed non reputo, eum aliquid dolo facere secundum hoc. c. de quo hæc decre. loquitur. scz. ex eo quòd tacet appellationem ad Papam factam, quia licet præferatur appellatio ad Papam facta, tamen etiam coram superiore potest agi, si aduersarius non excipiat. Item credimus quod archiepiscopus etiam si sciret appellatum ad Papam hoc modo citare posset, scz. vt cõpareat si eligat coram se prosequi causam appellationis (tenere) nisi in casibus quibus no. ſ. de foro compe. licet.

CAPVT VIII.

1 *Executor nec in citationibus, nec in alijs indiciarium ordinem seruat.*
2 *An eodem modo sit procedendum in termino dato ab homine, quod in dato à iure.*
Causæ & impedimenta quominus quis suam appellationem prosequi possit.
3 *Nunquid appellatus circa finem primi anni quando vnus mensis tantùm restat, possit petere confirmationem suæ sententiæ.*

EX RATIONE. (Impotentia) 2. q. 6. anteriorum. Authent. vt spon. lar. §. hoc quoq;. in Authent. vt in me lit. ap. 2. q. 7. biduum. §. si fortè. ff. de iniur. intra vtile. C. de tem. ap. Authent. si tamen. in his casibus, qui in prædictis concor. continentur appellans ipso iure seruatur illæsus, si autem dolo alicuius priuati fuerit circumuentus, quominus appellationem prosequatur intra tempus, sibi præiudicat, sed habet regressum contra dolosum. ff. si quis cau. l. 2. §. fi. ff. de dolo. arbi. §. dolo eius. si sit sóluendo. aliàs restituitur ad prosecutionem appellationis. ff. de eo per quem fac. est ex hoc. §. 1. Item dicimus, si lapso primo anno facultate sui trahatur à prosecutione appellationis, lapso primo anno, prudenter facie ille, qui legitimo impedimento detentus est, vt non possit prosequi appellationem, si impedimentum suum protestetur coram iudice, à quo appellatum est, petendo ne procedat, & coram executore, ne sententiam exequatur appellet, si contra fecerit, sed & si hoc non fecerit, & iudex exequatur sententiã anno elapso, tunc si nullum suberat iustum impedimentum, tenebit executio sine vlla citatione facta, cùm enim lapsu anni rata maneat sententia. C. de temp. app. Authent. ei qui. si nullo impedimento detinetur iudex eam exequi potest, & debet, & si partem non citauerit.

1 †Executor [a] enim nec in citationibus, nec in alijs solitum ordinem iudiciorum seruabit, & tamen benè fatemur, q̃ si pars veniat coram executore, & dicat sententiam nullam, quandocunq; audiendus est, & nisi audiatur, quòd iustè appellare potest: vt no. ſ. de offic. dele. pastoralis. §. 2. & c. cùm in iure. Imò plus dicimus, quòd etiam si nõ præstetur aliquid coram iudice, vel executore, nec excipiatur, tamen pendente executione, & ea finita, potest implorare officium iudicis, vt quæcunq; facta sunt post appellationem eius, in statum pristinum reuocentur. inf. eod. bo. memo. ſ. de except. dilectè. vbi no. quod enim dicitur, non valere sententiam vel etiam alia extra iudicium facta, non seruato ordine iudiciario, vel à iure, vel ab homine statuto. vt. ſ. eo. c. 1. & 2. q. 1. deus. ſ. de rescrip. cum dilectus. ſ. de censi. c. Romana. 64. dist. c. fi. & 65. dist. per totũ. ſ. de elect. quia propter. & ſ. de offi. deleg. c. prudentiam. 1. respon. tunc habet locũ, quòd certus ordo statutus est procedenti, & ille omittitur quòd hîc non est, quia executori nullus præfigitur ordo, vt dictum est.

2 †Item no. quod licet hic loquatur de anno dato à iure, idem est & eodem modo procedendum in termino dato ab homine, licet aliqui dixerint, quod statim elapso termino statuto à iudice, etiam si habeatur legitimum impedimentum, tamen sententia transit in rem iudicatam. ar. ſ. eod. personas. cum sit. & ar. pro hac differentia. ſ. de in integ. rest. constitutus. vbi not. vbi dicitur, quòd contra temporalem præscriptionem statutam ab homine, necessaria est præscriptio, & tamẽ cõtra temporalem præscriptionem à iure statutam non est necessaria. C. in quibus cau. non est necess. in integr. restit. l. fi. Sed certè non est simile, quia hoc tempus appellationis prosequendæ statutum ab homine, succedit loco termini statuti à iure, & ideò eodem iure cum illo censeri debet: vt ff. si quis cau. si eum. §. iniuriarum. Sed illud tempus de quo loquitur. ſ. de in integ. rest. constitutus. non succedit loco alicuius temporis à iure statuti, imò illi ciues de nouo sic ordinauerant inter se. Qui appellat intra annum, debet habere finitã causam appellationis, nisi impediatur iusto impedimento, vel iudicis, quia non potest, vel non vult procedere in causa,

[a] *Executor. Adde quod hoc tenet Pe. de Anch. in consil. 269. incip. pro declaratiõe primi dubij. co. 2. post me. & pro declaratione Innoc. hic vide etiam Car. in consil. 32. incip. in decisione & elucidatione. co. fi. versi. sed si dicetur immediatè vbi intelligit hoc verum, quãdo fit executio contra appellantem & appellatio remansit deserta, quia tunc nõ citat executor. vide etiam Bar. & ibi Doc. in l. à diuo Pio. §. in ven. ff. de re. iud.*

vel aduersarij qui petit dilationem, vel propter suam infirmitatem, vel sine causa, vel impedimento suijpsius, scilicet, appellantis, qui impeditur, vel propter suam infirmitatem, vel tempestatem, vel inopiam, quod est no. vel propter aliam iustam causam, vel impedimento testium, vel instrumentorum, quos sine culpa sua habere non potuit, & potest etiam impediri à prosequendo appellationem dolo cuiusque extranei, & sic succurritur ei per beneficium restitutionis: vt not. suprà, in principio.

Colliguntur autem prædicta in Authent. de his qui ingre. ad appellatio. in princip. §. 1. 2. 3. & 4. sufficit autem appellanti incipere prosequi litem appellationis tali tempore, quòd si nullum inopinatum impedimentum interueniret ante finem anni sententiam petere posset, nec imputabitur appellanti, si aduersarius petat dilationem ad reprobandos testes appellantis, quia si reprobauerit eis non obstantibus confirmabitur sententia contra appellantem lata, si ex illis solis testibus erat infirmanda. Si autem non reprobauerit, vel si ex illis solis testibus non pendebat victoria causæ apparet, quòd malè petita & obtenta fuit dilatio, & ideò nō debet obesse appellanti, si verò peteret appellatus dilationem ad probandum de iure suo, sicut & appellans habuit ad probandum de iure suo, nec hæc dilatio imputabitur appellanti. ar. C. de temp. in integrū restitutio. peten. in principio. & videtur, quod si tantùm per vnum diē postquam appellationem cœpit prosequi fuit impeditus, quominus intra annum posset petere sententiam super causa appellationis, quod totus annus ipso iure sine beneficio restitutionis sibi indulgeatur à iure sicut satis apparet ex prælleg. Authen. de his qui ingr. ad appel. sed secùs est si beneficio restitutionis ei subuenitur, quia tunc non restituatur sibi tempus, nisi tantum quantum sit. ar. ff. ex qui. cau. ma. in integ. restitu. ab hostibus. §. fi. Item quando de voluntate partium differtur causa appellationis, vt quia itur ad arbitros, vel consimili, tunc ipso iure recuperat tempus, q remanserat de anno. in Auth. de app. §. deinceps. colla. 8.

a Quādo vnus mensis. Adhæc dicta Inno. vide Cardi. in consil. suo. 97. inci. videndū est de duobus maximè. in 2. & 3. co.

3 †Item videtur quod appellatus circa finem primi anni, quando vnus mensis a tantùm restat, quòd possit petere confirmationem suæ sententiæ, licet præalle. Authent. de his qui ingre. ad appel. §. 3. col. 5. videtur dicere contra, sed rationem non video, & de hoc not. ff. eodem, oblatæ. imò plus videtur, quia ex quo appellans fecit citari appellatum in causa appellatiōis, & si hæc citatio emanauerit in principio primi anni, tamen ex tunc appellatus habet potestatem appellandi, & petendi confirmationem suæ sententiæ, non expectato mense iuxta finem primi anni, quia sic obtinet in causa principali. C. quomodo & quando iud. Authent. qui semel, videtur enim quod multò fortius debet obtinere processus prædictæ Authent. in causa appellationis, quam in principali. Item expresse loquitur in causa appellationis. C. de temp. app. cùm autem. §. illud etiam. Et hoc quidam concedunt, alij verò contra primis. prædi. Autem Authēt. de his qui ingre. ad appellat. §. quia enim multum videtur contradicere, vbi dicitur, quod si etiam in medijs certaminibus causam appellationis deseruit, tamen finem biennij expectare debet ad hoc, vt petat sententiam, & dicunt isti prædictam Authent. quomodo & quando iud. quæ loquitur in principali causa, non est trahenda in causa appellationis, quæ habet ☞ statutum suum tempus. †Item videtur quod si post finem primi anni, vel secundi feratur sententia confirmationis primæ sententiæ, & postea appellatus petat mandari executioni sententiam primam tanquam quæ lapsu primi, vel secundi anni transierit in rem iudicatā, obstabit exceptio rei iudicatæ ex secunda sententia, nec auditur si dicat, quod ante sententiam infirmationis sententiæ post lapsum anni, rata manet sententia. quia prætextu nouæ defensionis, non deberet retractari sententia secunda infirmationis. ī. de re iu. inter. C. de transact. sub prætextu. Nec obsi dicas, quod non valet secunda sententia contra primam lata, quia secundum hoc nunquam valeret sententia appellationis primam infirmans, sed nec super eodem est prima sententia, quæ est in causa principali, & secunda quæ est in causa appellationis. Item argu. prædi. Authent. de his qui ingre. ad appellat. §. 2. videtur. quia etiam si in tertio anno, vel vltra non impediatur exequi appellationem quod ipso iure habebit quartum, vel vlteriorem annum, sed nobis magis videtur, quod vltra fatalem secundum nullum fatalem habebit, sed per beneficium restitutionis ei succurretur, & restituetur ei tempus tantum, quantū fuit impeditus prosequi appellationem,

tionem, vt patet in eo, quod no. ī. eo. glos. ver. sed secùs est etc. iudex autem appellationis non potest arctare tempus, nisi ex magna causa. ff. eodem, oblatæ. ff. de re iud. l. 2. & 4. §. si quis con. Item benè imputatur appellanti, si modicum tempus restat sibi de anno, quo non potuit causam prosequi propter impedimentum, si ipso impedimento cessante non incipiat causam intra annum, licet in anno nullo modo eam valeat terminare, qui enim aliud dicit, causam dat prorogationi litium contra id. ī. de do. & contu. finem.

CAPVT IX.

MEMINIMVS. (Citationem) dic vt diximus infrà, eodem titulo. vt debitus.

CAPVT X.

1 *An & quando fiat præiudicium toti causæ si alius articulus reprobatur, vel aliàs probari non potest.*

SVPER EO. (Appellationem) Olim etiam frustratoriè hodie à grauamine (supersedendum) à iudice à quo appellatum est, quousq; cognoscatur de appellatione, & non ad iudicem ad quem appellatur. Vel dic, quòd ideò dicit supersedendum, vt per hoc quòd supersedet exceptioni appellans renunciet appellationi, & sic procedetur in causa (sine illa) qualis est pacti de non petendo rem iud. & consimiles peremptoriè. exceptio sine qua potest principale terminari, est exceptio, quæ competit certis personis, ne conueniantur vltra quā facere possunt, de quibus habes. ff. de re iudi. sunt quædam. & l. sequentibus. nam si negetur debitum, & nihilominus tales proponantur exceptiones, licet super exceptionibus appelletur, nihilominus procedetur in principali, & dicunt quidam coram iudice etiam si sit delegatus, sed videtur contra, quia per appellationem suspenditur iurisdictio. vt. ī. de offic. dele. pastoralis. §. præterea. ff. ad tur. l. 1. in fin. vnde alij dicunt, quod hoc non potest habere locum, nisi in ordinario, nec etiam coram illo, si recusetur vt suspectus. ī. eodem. ad hoc. sed si sanè intelligitur hæc decret. non dicit, quòd coram iudice à quo appellatum est, in exceptione possit agi de principali, sed simpliciter dicit, quod agi potest & est supplendum coram competenti iudice. arg. ff. de iud. eum qui. & ī. de Authent. & vsu pal. c. pe. non coram eo à quo appellatum est, vel potest sic poni casus. Ioannes petit centum à Petro, inducit Ioan. de probando debitum testes, obiecta autem exceptione criminis contra vnum, iudex eum per interlocutoriam repulit, à qua Ioannes appellauit, dicitur ergò id, quod si probata exceptione contra vnum testem, toti causæ fiat præiudicium, puta quia ipsius testimonio repulso, non probatur debitum, & per consequens toti causæ, supersedere debet, quousq; causa appellationis fuerit terminata, sumitur etiam hîc ar. à contrario sensu, quòd si per repulsionem illius testis non fiat præiudicium toti causæ, puta quia per alios duos sufficienter probatur debitum, non supersedebitur principali causæ, sed nec in appellationis causa procedetur, quia non interest eius appellationem prosequi, cum etiam ipso teste repulso, de suo iure liqueat. ar. ī. tit. proxi. cum I. & A. Item potest dici, quod si condemnatus in expensis pro contumacia appellet, nihilominus iudex à quo appellatum est, siue ordinarius, siue delegatus in causa principali procedet, ar. hic, & idem est in similibus, hoc tamen est difficile. Item potest habere locum quod hîc dicitur in dilatorijs solutionis.

Alij dicunt quod hic cessat ar. à contrario sensu (de) id est, pro (prorupit) sic scilicet, appellatione procedatis, quia falsum est rescriptum, vel per falsi suggestionem obtentum, deberet enim adijcere, dico rescriptum falsum, & paratus sum hoc probare, & si negauerit iudex appellare potest, quia grauat. Alij dicunt quòd licet iusta sit appellatio: ista tamen decret. non loquitur in isto casu, sed is est sensus decret. quod si aliquis appellat ne iudices delegati procedant, quia rescriptum ad eos impetratum est per falsi suggestionem, non valet talis appellatio, & hoc probant multis rationibus. Primò quia non omnis falsa suggestio impedit iurisdictionem. ī. de rescript. super literis. qa ergò est falsi suggestio quæ impedit iurisdictionem & est falsi suggestio, quæ non impedit, non sufficit sic in genere proponere, sed ad singularia peruenire oportet. ar. ff. de iur. fis. in fraudem. Item est & alia ratio, quia licet proponat quis iustam causam appellationis, vel rece-

ptionem,non tamen appellans debet recedere,quin compareat coram illo iudice,nisi prius iudex, vel expressè vel tacitè admittat,vel remittat appellationem recipere.ℨ.eodem,ex parte. M. hic autem emissa voce appellationis non expectato, quod iudex eam exceptionem admitteret, vel repudiaret incontinenti recessit, nec vlterius coram iudice voluit comparere, & hoc est quòd dominus Papa hîc intendit remouere(differenda)sed quam citius poterit fieri dirimenda.ℨ.tit. proxi. c.2.ℨ.eod. interposita. imò ferenda est sententia non super falsi suggestione,sed super principali, si causa talis est, in qua proceditur lite non contestata,vel contra talem appellantem contumaciter recedentem fertur sententia excommunicationis,vel missio in possessionem. ℨ.vt lit.non contest.tuæ.

CAPVT XI.

1 *Iudex quo casu non debeat etiam altera parte inuita differre sententiare,& quid si committatur alicui, vt instruat causam intra terminum, nec tamen recipiat in dicto termino vllam instructionem, quid agit iudex in nu.2.3.& 4.*

DE APPELLATIONIBVS. (Leui.) Idem secundum leges.C.de appellat.in minoribus.(Super eo)appellandi. (dummodò grauetur) aliàs enim non licet.ℨ.eod. vt debitus (in casibus)2.quæstione.6. non solent. ver. ante sententiam.& in causa qui est.ff.qui satisd. cog. arbitro. quamuis quidam dicunt contra.ff.à qui. appel. non licet.l.vltim. (deferendum nisi)grauamine imminente vel comminato & tempore debito.ℨ.eo. vt debitus(ita)& si iusta sit causa suspicionis recusari potest.& non aliter,ℨ.eo.cum speciali.

1 †Certum)quando lis mandatur decidenda intra certum tempus, si sit hoc de consensu partium adueniente termino,inde ad petitionem temporis alterius, etiam altera parte contradicente & petente terminum ad probandum de iure,& etiam propter hoc appellante,non differret sententiare, hoc enim ipso,quod consensit in terminum reputandus est talis terminus peremptorius,& etiam reputãdus est pro conclusione in causa,nisi nouum & incognitum impedimentum superueniret, quare probationes inducere non posset, quia tunc vel beneficio restitutionis in integrum, vel communi iure subueniretur ei,sicut est in termino iuris, vt not.sup.eod. ex ratione. si autem certum tempus tantùm ad petitionem alterius partis præfixum est,tunc ad petitionẽ illius partis,non differetur sententia vltra tempus statutum, quia sic consensisse videtur,sed alteri parti nõ præiudicat, quin debeat habere moderatas dilationes ad probandum de iure suo, tamen iudex dilationes iuris iure, non debet diminuere. In hoc enim videtur delegans gratiam facere impetranti, sed non debet sic diminuere, quod omninò ius partis quæ de iure suo intra tam breue tempus nullatenus docere potest de iure suo tollatur.ff. de admi.tut.tutor qui re.§.1.& not.sup.de offi.deleg. de causis.& de hoc casu intra dilationes datas reo Imperator vtetur suis rationibus. C. de rest. petenda. nunquam tamen vltra terminum præfixum poterit iudex in causa procedere, nisi de consensu partium procedat, vt hîc.& sup. de offi.deleg.de causis.& per omnia idem videtur,si negotium intra certum tempus instruendum mandatur,& postea remittendum , quia hoc tempus pro termino peremptorio est habendum, ita quod decæterò non admittentur ad probandum,& coram iudice ad quem fit remissio.

2 †Et propter hoc dicunt quidam, & fortè benè,quòd si alicui committitur, vt intra certum tempus instruat causam,& extunc remittat instructam, quòd si præsentaut huiusmodi literas iudici, ipse iudex adueniente fine termini,etiam nulla recepta instructione in causa,& etiam nõ citato reo,intradictum terminum potest tunc citare reum , & potest præfigere terminum reo,quod compareat coram delegante in negotio processurus, nec potest dicere reus se grauari, quia actor decæterò non admittitur ad agendum de eo,super quo voluit instrui causam,sed sibi imponetur perpetuum silentium, & sibi imputet, quod intra terminum non probauit,quæ in rescripto continebantur.C.de inge.manu.diffamari. Nec valet,si opponas quòd ordo omissus est,qui in rescripto continebatur secundum quem debuit primò causam instruere & postea remittere. sup. de rescrip. cùm dilecta.quia benè instructa est,quia sententia potest ferri contra impetrantem.Vel dic,quòd hæc duo sunt principalia mandata , vnum de instructione, aliud de remissione, vnde vno misso potest aliud facere. sup. de dol. & contu. cùm dilecti. Alij tamen dicunt & fortè melius , quantum in hoc, quòd nisi primò citauerit partes ad procedendum super instructione negotij , quòd non potest negotium remittere, quia merus citator non est. Item iudex non est antequam incipiat vti iurisdictione.ℨ. de off. dele.gratum relatum.

3 †Postquam autem citet fortè potest remittere,q, remittit negotiũ instructum cũ sua instructione.ſ.quia dicet quomodo citasset partes, & q, actor voluit procedere. Item si expedit dicet, quomodo reo dedit potestatem dicendi, quòd vellet & sic de alijs factis,& omissis. Item videtur, quòd iudex ad quem huiusmodi commissio impetratur, debet condemnare actorem in expensis,si fecerit citari reum, & nullam probationem induxit super instructione causæ. arg. sup.de rescri. cæterùm. in fi.& sup.de dol.& contu.finem.sed semper debet remittere, quia sibi expressè hoc mandatum est, licet aliqui contradicant,superior autem ad quem remittitur causa, benè examinabit omnia , & omnibus examinatis admittet,vel repellet actorem, vel reum approbandum,& aliàs eos puniet in expensis, vel aliter prout ei de iure visum fuerit faciendum , alij tamen dicunt, huiusmodi terminum vim peremptorij non habere.

4 †Si autem mandatum est, quòd instructam , vel non instructam remittat, tunc satis dici potest , quòd post remissionem poterit sibi dari noua dilatio , quia nec expressè , nec tacitè consensit hunc terminum esse peremptorium , imò in contrarium innuit, quando dicit, quòd non instructam remitteret.

CAPVT XII.

PERVENIT. (Qui) scilicet, ledentes. (compellas) hodie non admitteretur talis appellatio. inf. eo. vt debitus appellationis , suprà, eod. cùm sit Romana. in fi.

CAPVT XIII.

CONSVLVIT.(Notorium) suprà , c. proxi. (deferendum) hodie siue sit occultum siue manifestum,non licet appellare, nisi grauetur & si grauetur semper licet. infrà, eo.vt debitus(notoria)dic vt diximus inf. de coha. cle.& muli.tua.(conueniens)sup.eo.cùm sit(prosequi)sup.eo.c.proxi.

CAPVT XIIII.

SVGGESTVM.(Reportasse) ante citationem , quia si post citationẽ,tunc non esset dubium, quia si post citationem , tunc nõ omitteret procedere primus iudex. sup.eo.meminimus. (decre.) sup. eo.meminimus.

CAPVT XV.

AD PRAESENTIAM. (tuam) Eboracens. archiepiscopi cui scribitur (excommunicatus) quia post appellationem lata erat sententia (absolui)ad cautelam. inf. de sen. exc. per tuas. Vel dic, quòd etiam si non absolueretur ad cautelam , sed simpliciter tamen admittetur ad probandum , quòd excommunicatio non tenuerit, & ideò si non ligatus diuinis se immiscuit, non incurrit irregularitatem , sicut hic apparet (diuinat cantaui) licet enim ab alijs sit vitandus. ℨ. de sen. excom. per tuas. ipse tamen nõ debet se gerere pro excommunicato,vt hîc si de appellatione sua confidit.

CAPVT XVI.

VM TENEAMVR. (Liceat reformare) hoc locum habet in ordinario, sed fortè idẽ in delegato , sed aduersarius qui appellauit turbat. inf. eo. an sit. & est casus, vbi post appellationem à se factam iudex exercet iurisdictionem suam,alius casus est.sup.eo.si duobus. & alius casus est,quòd potest breuiare terminum â iure vel partibus præfixum.sup.c.personas. Alij dicunt & benè, hoc speciale in archiepiscopo Cantuarien. qui priuilegio speciali habet defensionem omnium appellantium Cantuarien.prouinciæ.

CAPVT XVII.

1 *Appellari potest à futuro grauamine.*

CONSVLVIT. (Deferendum) hoc credimus correctum, quantum ad ea,quæ in iudicio fiunt,cùm non liceat appellare sine causa. ℨ.eo. vt debitus.& c.cum causa quantum verò ad ea,quæ

ea, quæ extra iudicium fiunt, credimus quòd valeat appellatio etiam non expressa certa causa, dummodò aliquid dicat, vel dicatur, quare timere possit, & postea sequitur grauamen, aliter enim non admitteremus appellationem extra iudicium factã propter multas absurditates, quæ inde sequerentur. & arg. inf. e. ad audientiam. & c. bonæ.

1 † Et à futuro grauamine possum appellare, ne graues me in tali facto, puta ne quis molestaret eum super possessione sua. inf. eo. bonæ. Item si aliquis ab aliquo aliquid peteret extra iudicium, & ille à quo petitur appellaret, ne eum grauaret, quia intelligitur appellare, ne eum grauet occasione petiti, valet appellatio. infr. eo. dilectis. & sic intelligitur inf. eo. ad audientiam. sed licet talis appellatio processerit, sed tamen ex alijs causis, quæ factum super quo appellatum est, non tangunt feratur sententia, valet sententia. sup. eod. cùm teneamur. & c. super eod. secundo respond. & c. ad hoc. Item extra iudicium valet appellatio ita generalis, quòd nulla persona exprimatur, dummodò factum sit certum. inf. eo. bonæ. in prin. Item not. quòd appellans nunquam debet petere reuocari quicquid post appellationem factum est, sed quicquid contra appellationem factum est, & eius annexa. infrâ, eod. solicitudinem. suprà, de procu. auditis.

CAPVT XVIII.

1 *Rex præponitur archiepiscopo in vocatione episcopi, vel prælati.*
2 *Obediendum est Papæ nulla obstante præceptione.*

VM PARATI ESSEMVS. (In legatione.) Quæ benè excusaret. 18. dist. si episcopus. 63. di. salonitanæ. in Authe. quomodo opor. epis. §. illud. 33. q. 8. si autem vobis. & suprà, de offi. dele. pastora. §. vlt. arg. contra. 23. q. 8. quo casu. reprehensibile. 25. q. 1. omne. 12. q. 2. quicunq;.

1 † Nos credimus quòd si archiepiscopus vocet aliquem episcopum, vel alium prælatum ad consilium, vel ad causam, & rex siue antè, siue pòst eundem vocauerit, licitè potest ad eum venire, & mandatum archiepiscopi intermittere. Est enim regi honor deferendus, & sic intelligo prædicta. c. sed si archiepiscopus ei mandaret, non obstante præceptione regia debet obedire archiepiscopo, cùm sit de eius iurisdictione, & non regis, & magis èst obediendum spiritui, quàm carni. sup. de ma. & obe. solitæ. & idem dicimus in patriarcha, si subditum sui archiepiscopi vocauerit, potius obediet archiepiscopo, quàm patriarchę, nisi in casibus in quibus deuoluitur iurisdictio ad patriarcham, & sic intelligo contraria.

2 † Papæ autem semper est obediendum, nulla præceptione obstante tam ratione honoris, quàm iurisdictionis. 11. q. 3. qui resistit. & quòd diximus in ordinarijs, idem intelligimus in delegatis. sup. de offi. ord. pasto. §. vlt. tamen circa eos debet considerari, vtrum procurauerit se vocari, & tunc non prosit, an nõ. sup. de offic. dele. pastoralis. §. fi. ff. si quis cau. l. 2. §. vlt. & an habeat regalia, nécne. 23. q. 8. §. ecce. suprà, de ma. & obe. solitæ. & qui vocat, diligenter attendet, quis maiori necessitate ducatur, & qui prius mandauerit, & cui prius fuerit obligatus, & quis maior sit, & multa alia, quæ occurrere possunt, & quæ multùm valent ad excusationem.

CAPVT XIX.

AD HAEC. † (quòd ecclesiæ) hîc non erat appellatum, nec etiam iurans petebat ab excommunicatione absolui, per tale enim iramentum non tollitur appellatio, si grauetur, aliàs enim sine grauamine non licet hodie appellare, siue iurauerit, siue non. Iudicio) pro contumacia, secùs si pro offensa, vel alio certo articulo. infrà, eod. c. proxi. (appellant) ex aliqua causa de nouo accidente, vel secundum vetera iura, etiam sine causa licebat appellare. sup. eod. cùm sit ro. tamen satis videtur innuere sequens decret. quòd in hoc casu, scz. quando iurat non licet appellare sine causa, ne aliquid ei præcipiatur occasione præstiti iuramenti, vel ne præceptum iniunctum faciat. infrà, c. proxi. vel post absolutionem appellat in prosecutione iudicij. (40. dies) vel plures, vel pauciores ad arbitrium iudicis. sup. e. cum sit roma.

CAPVT XX.

1 *Iudex à quo est appellatum nunquam potest absoluere, nisi appellans tacitè, vel expressè renunciet appellationi.*

QVAE-

QVAESTIONI. (Absolui) cùm esset excommunicatus pro maleficio, & ita non est contra. sup. c. proxi. (antequàm) & si constet appellationem iniustam, cùm nihil ei mandetur, si autem ei mandaretur aliquid, teneret appellatio. sup. c. proxi. & ita non est contra, nisi causa subterfugij faceret, vt hîc, vel hic loquitur de mandato facto ante excommunicationem, & pro quo fuit excommunicatus, quod omninò adimplere debet, nec valet appellatio super eo interposita, quòd fugiat illud adimplere. (Iuramento.) q. d. per absolutionem, quam petijt & iuramentum quod præstitit, videtur acceptasse iurisdictionem prioris iudicis, & quicquid factum est coram eo, & etiam renunciasse appellationi, si fuerat appellatum. sup. de offi. dele. gratum. inf. eo. solicitudinem. sup. de sen. & re iud. quòd ad consultatio. Fateor tamen, quòd si taliter excommunicatus ab eo peteret absolutionem, cum protestatione, scilicet, quòd salua sibi esset appellatio, non videtur renunciare appellationi, cùm in ea sit periculum, & benè tenet absolutio, quamuis negotium principale ad superiorem sit delatum per appellationem. inf. de sen. excom. sacro. §. fi. inf. eo. qua fronte. §. i. sed si sine protestatione peteret absolui, tunc renunciare videtur, cùm iudicis appellationis sit absoluere. inf. de sen. excom. per tuas. in fi. Alij dicunt, quòd iudex à quo appellauit, nunquàm potest absoluere, nisi appellauere, nisi appellans tacitè, vel expressè appellationi renunciet (iuramento) hodie non credimus differentiam siue iurauerit, siue non cùm non liceat appellare, nisi à grauamine.

CAPVT XXI.

PRAETEREA. (De ijs) etc. de hoc dicitur sup. eo. ad hæc.

CAPVT XXII.

CONSTITVTIS. Post appellationem interpositam à plebano & primicerio, ne archidiaconus eligeret, cùm esset excommunicatus, vel ne capitulum eligeret cùm esset excõmunicatus, nõ enim admitteretur appellatio, nisi rationabili causa assignata. ĩ. de his quæ fi. à ma. par. c. cùm in cunctis. vel potest dici, appellationem tenuisse etiam sine causa. & decr. non contradicit, quæ loquitur, quando appellatur à minori parte (excommunicationis) latæ in archi. vel in cantorem electum (elegerint) in eodem contextu. ĩ. de elec. congregato. secùs si ex interuallo. sup. de elec. cõsiderauimus dudum. & c. auditis. vbi de hoc no. (appellatione) quam emisit, nam alij eligerent simpliciter, vel sine consensu suo.

CAPVT XXIII.

1 *Recusatio non admittitur in accusato de graui & manifesto crimine.*

PROPOSVIT. (Appellatum) aliqua iusta causa non ea, quia ab ea appellatum est in alia causa. ĩ. e. ad hæc. vbi no. Vel dic, quòd suspectus dicitur ex ea causa, quia ab eo appellatum est: vt in decr. prælleg. not. (suspectus) ex alia iusta causa, non ex ea, quia ab ea in alia causa appellauit. (Graui & manifesto) not. † quòd si quis accusatus est de graui & manifesto crimine, non admittitur recusatio, secùs si esset graue, & non manifestum, vel econuerso. 3. q. 5. quia suspecti (actu) id est, quia est notorium facti actu permanentis.

1

CAPVT XXIIII.

1 *Iudex licet appellationi detulerit, potest tamen etiam de iurisdictione se intromittere.*

QVA FRONTE. (Canonicum) 23. dist. in nomine. & 1. q. 2. c. præceptum (debitum) ad minus pro tribunali sedere debet. 23. di. illud. 47. dist. de Petro. & licet facere in domo regis sit malum propter sequelam facti, tamen tenere credo, dummodò fiat cum causæ cognitione, vel alio modo legitimo, alioquin erit nulla, si omninò fiat contra iuris debitum. ff. de arbi. quitamen. §. si arbiter. C. de sen. cùm sententiam. & l. prolatã. & ĩ. ti. proxi. c. 1. Iudex) qui excõmunicauit, à quo appellatum est. ĩ. de sen. excom. sacro. & secundum hoc loquitur gl. Vel die, quòd loquitur de iudice ad quem appellatum est, sed & tunc remaneret eadem obiectio, cùm ab eo per appellationem reuocetur iurisdictio: vt hic dicit (decedat) cũ enim vel aduersario obsit, non est hominum malitijs indulgendum. ff. de rei ven. in fundo.

1 † Absoluere) no. q, licet iudex detulerit appellationi, tamẽ adhuc se intromittit de iurisdictione. s. quia absoluit, & quia cautionẽ recepit nomine ecclesiæ, & sine mãdato, q, etiam est speciale, sed quid si appellans

lans velit absolui ? Respond. si simpliciter absoluatur, renunciasse appellationi videtur, si verò protestetur, se nolle renunciare appellationi, benè valet, cùm sit iusta causa protestandi, & episcopus malè facit, nisi eum absoluat. Alij tamen contradicunt: vt not. suprà, eod. c. quæstioni. nec hæc decre. dicit, quòd primò fuit appellatum, sed quòd appellabatur, ne absolueretur (conqueruntur) coram prælato excommunicatoris dicimus, vt absoluantur à superiore siue à prælato eius qui excommunicauit etiam si non sit appellatum (dicimus) si excommunicator noluit eos absoluere, primò enim ad eum remittendi sunt. suprà, de offi. ord. ad reprimendam (appellandum) scilicet, ne absoluantur.

CAPVT XXV.

REPREHENSIBILIS. (Vel excommunicationis.) 17. si quis suadente. 81. dist. si quis amodo. inf. de sen. excom. tua. 1. q. 1. reperiuntur. (disciplinam) de hoc not. ꝛ. e. ad nostram. & sup. de offi. ord. licet in cor. (neglexerit) sup. e. cùm sit ro. per tuas. (proprium) aliàs non. 14. q. 6. c. 1. 16. q. 6. illud. (faciat) antequam procedatur in negotio. inf. eo. sæpè. C. de iud. sancimus. Hoc) quod sequitur, scilicet, ne religiosi etc. q. d. in prin. §. diximus de omnibus clericis, & hoc idem multò fortius dicimus in religiosis, de eo autem quod maximè dictum est, scilicet de refusione expensarum intelligi non potest, cùm monachi non habeant proprium. 12. q. 1. non dicatis. (regularem) repete quæ diximus sup. eo. ad nostram.

CAPVT XXVI.

AD HAEC. (Pareant) sup. e. cùm sit ro. (partium) eligant si partibus placuerit, vel ad superiorem remittant. ꝛ. eo. cùm speciali. olim autem secùs erat. sup. de fo. compe. si quis contra clericum. 11. q. 1. peruenit. & secùs secundum leges. C. de iudi. cum speciali. nisi velis exponere quæstionem. ſ. de suspicione.

CAPVT XXVII.

PERVENIT. (Appellasse) hoc secundum iura antiqua, hodie non audiretur, nisi grauaretur. Item factum recitat, quia non sufficit, scilicet, intra tantum tempus iter arripere, nisi apostolico conspectui se præsentet. sup. eo. cùm sit ro. (Committas) hoc potest facere iudex post appellationem, quia hæc res dilationem non capit. ff. de app. reci. l. vlt. secundum alia vel loquitur secundum antiqua iura, vbi concedebatur frustratoria appellatio, hodie autem non liceat appellare, nisi à grauamine, secùs. inf. eo, vt debitus.

CAPVT XXVIII.

CONSVLVIT. (A rege) hic vult dicere, quòd Rex Franciæ nomine Iudæorum appellabat, vt eis mãcipia christiana retinere liceret, vel eius est sensus, quia Iudæi à rege appellabant, quòd eos non prohiberet mancipia christiana retinere. (Detineant) videtur, scilicet, & hæc est appellatio contra canonicas sanctiones. 54. dist. mancipia. cùm non sit admittenda, nisi à grauamine (decreti) 54. dist. mancipia.

CAPVT XXIX.

AD HAEC. (Ipsum) appellantem. & hoc est quòd sequitur, quòd appellationis. si sup. eod. suggestum. dic vt not. inf. eod. vt debitus.

CAPVT XXX.

DE PRIORE. (Enormitates) VERBI GRATIA: prior præcipiebat quòd consentiret cum donationibus, quas faciebat consanguineis, vel illicitis alienationibus, vel quòd nemini diceret de concubinis quas tenebat, vnde canonicus ipse appellauit, ipse autem prior non deferens appellationi eum suspendit, vel excommunicauit, vnde de hoc præcipitur ire ad curiam satisfacturus. (Tanto excessu) quòd iustæ appellationi non detulit. 2. q. 6. decætero.

CAPVT XXXI.

QVIA NOS. (Infamia) id est, publico & infami crimine (respersi) à qua se purgare nequeunt. 2. q. 6. presbyter. Vel dic, specialiter in regularibus, vt pro sola infamia possint remoueri (conuictis) etiam sine ordine iudiciario. aliàs nulla esset dubitatio,

CAPVT

CAPVT XXXII.

AD AVRES NOSTRAS.

CAPVT XXXIII.

1 *Cognitione procedi potest contra appellantem extra iudicium.*
Sententia in principali lata nunquam valet non seruato ordine iudiciario.
Appellatio & suppositio protectioni an per omnia æquiparantur.

AD AVDIENTIAM. (Subiecerat.) si autem Papa recipiat aliquem sub protectione, parum valet. inf. de pri. ex parte tua. (subiecerat) maximè idem enim est, & si non subiecisset sed apposto. protectioni, cùm sine cognitione fuerit condemnatus: vt. ꝛ. sequitur. nusquam enim valet sententia in principali lata, non seruato ordine iudiciario. Vel dic, quòd obtinet hoc extra iudicium, vbi tantùm prodest suppositio protectioni, quantum appellatio, quæ tunc in tantum valet, quantum ab ordinario interponitur, quòd à tempore appellationis cessare debet, quòd nihil contra appellantem faceret sine cognitione, & si fecerit non tenet, & sicut olim poterat appellari, & ante iudicium, & post ita poterat se supponere protectioni Papæ, & si post ferretur sententia excommunicationis, vel alia sine causæ cognitione, non valebit. In hoc autem minus habet protectio, quàm appellatio, quia protectio non valet, nisi contra grauamen, & grauamine semoto procedere potest, sed appellatio in totum transfert causam ad superiorem, & non credunt quidam protectionem sublatam, vel mutatam, melius dicitur, quòd per omnia æquiparatur appellatio & suppositio protectioni.

1 †Cognitione) hîc colligitur. argu. à contrario sensu, quòd cum cognitione potest procedi contra appellantem extra iudicium. arg. contra. ꝛ. eo. bonæ. nam ibi dicitur, quòd appellatio extra iudicium reuocat factum ad audientiam superioris: vt no. ꝛ. de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. & suprà, de ma. & obe. dilecti. Sed respon. quia vbi appellatur à iudice, siue in iudicio siue extra, nunquam reuocatur factum ad audientiam Papæ, vel superioris nisi grauetur, vel quia ordinem non seruat, vt hîc, vel alio modo. vt. ꝛ. eo. vt debitus. & sic loqtur. ꝛ. e. cordi. sed si appellat à grauamine aduersarij, similiter non iuuat appellatio appellantem, nisi sequatur grauamen, sed si sequatur grauamen, tenet appellatio ad Papam facta. ꝛ. eo. bonæ. (sententiam) siue excommunicationis siue aliam.

CAPVT XXXIIII.

ACCEPTA. (Conquestione) causa appellationis sed principalis benè remittetur ad eos, si defecerint in causa appellationis, imò & plus est etiam si probetur causa appellationis vera: tamen remittitur ad eosdem iudices, puta si iudicauerunt non esse suam iurisdictionem, nam in hoc casu etiam probata vera causa appellationis coram superiore, scilicet, quòd iurisdictio sua est: tamen ad eum remittitur causa, quia aliter non tolleretur grauamen, quia à grauamine appellatur. inf. e. vt debitus. 2. q. 6. §. fi. & si contrarium diceretur appellans iniustè, consequeretur suam voluntatem iniustam, & appellans iustè suo desiderio fraudaretur.

CAPVT XXXV.

POSTREMO. (Consanguineus) intra quartum gradum. inf. de consan. & affi. non debet. vel vsq; ad gradum, vbi admittitur successio, insti. de agna. succes. (eodem) secùs in alio.

CAPVT XXXVI.

1 *Appellatio non releuat interdictum.*
2 *Suspensus à beneficio ecclesiastico, si appellat, non abstinet à beneficio.*
3 *Interdictum & suspensio similitudinem habent cum excommunicatione.*
4 *Quis ordo sit seruandus in suspensionibus.*
Interdictum secum fert executionem, sicut excommunicatio.

1 AD HAEC. † (Interdicto) ab officio & sacramentis, nam in his non releuat appellatio interdictum, quin illud seruare debeat, trahit enim secum executionem, sicut excommunicatio. ꝛ. e. pasto. c. vlt. in prin. & irregularis est interdictus, si quantumcunq; appellet durante interdicto contra fiat. arg. 11. q. 3. si quis presbyter. & c. seq. In spiritualibus in dubijs semper obediendum est, & in tutiorem partem declinandum. ꝛ. de temp. ord. ad aures. secùs autem dicerẽ, si interdiceret ab ingressu possessionis, vel cuiuscunq; alterius rei, nam ibi benè suspenderetur interdictum per appellationem. sup. de rest. spo. ex conquestione. cùm generaliter non solùm diffinitiua sententia, sed etiam mandatum suspendatur. ꝛ. de sen. & re iud. quòd ad consultationem. inf. de no. ope. nun. c. vlt.

† Item

2 †Item videtur dicendum, quando quis ſuſpenditur à beneficio eccleſiaſtico tantùm, quia propter ſuſpenſionem talem, ſi appellet, non abſtinebit à beneficio, ſicut & in temporalibus obtinet, vt præmiſſum eſt, vnde ſi appellauit beneficium percipiet, ſicut prius quaſi à quadam temporalitate videatur ſuſpenſus, & hoc videtur probare. inf. de ſen. excom. cum medicinalis. §. ſi quis autem. in ver. ab ingreſſu eccleſiæ & diuinis etc. Alij tamen dicunt idem, in omni ſuſpenſione eccleſiaſtica, & interdicto, ſcilicet, quòd appellatio facta, non ſuſpendit interdictum cùm hæc decre. non diſtinguat.

3 †Et not. quòd interdictum ſiue ſuſpenſio ab officio vel beneficio habet ſimilitudinem cum excõmunicatione in eo, quod hîc dicitur, ſcilicet, quia neutrum per appellationem ſuſpenditur: vt. ℣. not. Item quia ſuſpenditur neceſſe eſt præcedere monitionẽ in interdicto à beneficio vel officio, niſi quando fit pro pœna. ſupr. eo. reprehenſibilis. Item quòd ſimilis pœna excommunicato & interdicto ab officio celebranti infligitur. infrà, de cler. excom. mini. c. 3. Item quòd cum iuratoria cautione vterq; abſoluitur. inf. de ſent. excom. venerabili. ſuper eo. quòd monachi. ſup. eo. qua fronte. §. vlti. Item quòd vtriq; præſtatur abſolutio ad cautelam. ſup. de excep. apoſtolicæ. inf. de ſen. excõ. c. venerabilibus. Item quòd tenet, & ſi nullus ordo obſeruetur. ar. 11. q. 3. ſi quis presbyter. & hîc.

4 †In alijs autem ſuſpenſionibus eſt ordo iuris ſeruandus, aliàs non nocet. ſup. de in inte. reſt. c. 2. nec ſunt in alijs ſuſpenſionibus prædicta neceſſaria, ſed ea obſeruanda ſunt, quæ in alijs interdictis, vel pœnitentijs imponendis obſeruari debent, & capitula quæ dicunt prædicta in ſuſpenſione neceſſaria, intellige in ſuſpenſione, quæ fit ab officio & beneficio, vel officio tantùm, vel à ſacramentis.

Et hæc vera ſunt, vbi ſuſpenſio vel interdictum ab officio fit pro contumacia, nam ſi imponatur p pœnitentia, tunc fruſtra præcederet monitio, cùm in omnem caſum ſubſecuta ſit ſuſpenſio. & not. quòd imponitur pro pœna, quandoq; perpetua, quòd ab officio & beneficio ſuſpendatur. 50. di. de his miror. & c. ſtudeat, & c. accedens. quandoq; ad tempus. inf. de accu. inquiſitionis. in prin. & quandoq; interdicitur tantùm miſſarum celebratio. 56. diſt. nullus. quandoq; vſq; ad mortem ſuſpenditur à ſacramentis. 2. q. 1. in primis. quandoq; tamen vſq; ad tempº. 50. di. eos verò. & c. ſeq. Item ſuſpenditur quis poteſtate eligendi. ℣. de elect. cùm in cunctis. Item ſuſpenditur quis poteſtate ordinandi. l. ex pœnitentibus. ſup. de temp. ord. literas. Item ab ingreſſu eccleſiæ, vel ſacerdotali officio. ſup. de offi. deleg. ſanè. inf. de ſen. excom. ſacro. & ſic multas pœnas poteris inuenire circa ſuſpenſionem ab officio & ſacramentis. † Quæri autem poteſt, an ſuſpenſio à pallio & à pontificalibus ſit inter huiuſmodi reputanda, quòd ſi eſt, per appellationem non releuabitur. (nequeunt) Not. interdictum ſecum ferre executionem, ſicut excommunicatio. inf. eod. paſtoralibus.

CAPVT XXXVII.

VM IN ECCLESIA. (Cui) ſcilicet, archiepiſcopi (grauamine) hæc decre. præſagit nouum ius. inf. eo. vt debitus.

CAPVT XXXVIII.

1 *Appellare non poteſt, qui per contumaciam, vel negligentiam tempus elabi ſinit.*

DIRECTE. (Renunciante) ſecùs eſt ſi per contumaciã, vel negligentiam elapſum eſſet tempus, nam tunc non poſſet appellare. ſup. eo. perſonas. niſi poſt ſententiam, vel à grauamine, quia illud ſemper licet, vnde cùm hodie non liceat aliter appellare, non credimus illa decre. perſonas aliquid ſpeciale ſtatuere, circa non proſequentem appellationem (iura) C. nec lic. in vna ea cau. l. i. (fecit) mulier quæ defendebat matrimonium (quod eſt) ſcz. matrimonium non ſeparatio matrimonij quæ eſt odioſa (viri) & ideò non eſt ei fauendum, ſed mulieri quæ pro matrimonio ſtat, & pro illo ſecundo appellat. ſup. ti. proxi. c. vlti.

CAPVT XXXIX.

1 *Excommunicatus intra terminum vnius anni relenatur per appellationem, nedum ab excommunicatione, ſed etiam ab abſolutione.*

2 *Excommunicatio conditionalis, an refertur per appellationem. & vide in numero 3. & 4.*

3 *Sententia excommunicationis ſemper trahitur à die conditionis.*

PRAETEREA. (Sententiam) hodie non licet indifferenter ferre tales ſententias. infrà, de ſen. excom. Romana. §. caueant. ſed ordinarius ſi condemnatus eſt ad aliquod certum, & ſi illud non ſoluat iuxta quod mandatur, tunc excommunicabit eum.

1 †Et not. quòd ſi quis excommunicauit aliquem, niſi vſq; ad annum ſoluerit, vnũ tamen mandatum eſt, vnde ſi vſque ad annum appellauerit quandocunq; non ſolùm releuabitur quo ad ſententiam excommunicationis, ſed quo ad abſolutionem faciendam, quia ſublato principali. ſcz. excommunicatione, tollitur & acceſſorium, ſcilicet, ſolutio. ſuprà, de conſtit. translat. ſed ſi condemnaſſet eum purè, & poſtea adieciſſet, & niſi ſolueris vſq; ad annum ſis excommunicatus, ſi iſte appellans intra 10. dies appellet, releuatur à cõdemnatione & à ſententia excõmunicationis, ſed ſi vltra 10. dies appellet, licet releuetur quo ad ſententiã excõmunicationis, non tamen releuatur quo ad condemnationẽ, quæ tranſit in rem iudicatam. ſup. de ſen. & re. iud. quo ad conſultationem, diuerſa ſunt enim iſta mandata, & ideò nihil prohibet in vno valere appellationem, & in alio non. inf. de teſta. Rainutius. & c. Raynaldus. ſi autem excommunicatus fiat alterius iuriſdictionis, nihilominus ligatur, dummodò non appellet. C. de manu. teſt. ſtatuliberis. ar. ℣. de do. inter vi. & vx. cùm hic. §. ſi ſponſus. ff. de pœnis. l. ſi. ff. de iur. omni. iu. eſt receptum. ℣ de offi. leg. c. fin.

2 †Item ſi conditio feratur in præſens, vel præteritum, vt excommunico te, ſi furtum feciſti, vel ſi furtiuam rem apud te habes, hæc ſententia non ſuſpenditur per appellationem. inſtit. de verbor. obli. §. conditiones. ff. ſi cer. pet. l. cùm ad præſens. ff. de ver. ſig. & l. ſi ſtipulatus fuero ſine manda. Item ſi dicat excommunico te ſi appellas, quam citò paratſe ad appellandum eſt excommunicatus, nec valet appellatio. Alij dicunt & fortè melius, quòd valet appellatio, & idem eſt ſi dicas, excommunico te, ſi eligis talem, ac ſi dicas, ſi elegeris talem. arg. ff. de verb. obli. ſi quis ſtipulatus ſit. Alij dicũt & malè, quòd in hoc vltimo caſu non valet appellatio, & dicunt quidam, quòd benè tenet electio, ſed facta electione ſtatim incidit in excommunicationem, niſi præceſſerit appellatio, quia niſi teneret electio, non teneret excommunicatio. argumentum. C. ſi manci. ita fue. alie. meuia.

3 †Nobis videtur, quòd in his exequenda eſt ſententia excommunicantis, quæ ſi fuit, quòd tantùm poſt electionem ſint excommunicati, tunc obtinebit quod dictu eſt, ſi autem apparet, quòd de intentione ſit excommunicantis, ſcilicet, quòd velit quòd ſit excommunicatus ſimul cùm electionem faciet de facto, tunc electio non tenebit & excõmunicatio tenebit, & hoc idem videtur, ſi de intentione excommunicantis dubitetur, quia quam citò verba electionis proferret excommunicatº erit, & electio nõ tenebit. Penetrabilior enim eſt gladius domini, ſcilicet, ſententia excommunicationis, quàm factum hominis ſcilicet, electio, & ideò excommunicatio dicitur præcedere electionem, ſed oppones, ſi intelligis, quòd excommunicatio præceſſerit electionem, ergò iniuſta eſt excommunicatio, quia ſine cauſa præcedente eſt promulgata. infr. de ſen. excom. ſacro. Sol. dico, quòd ſimul cum prolatione verborum incurrit excommunicationem, ſed excommunicatio præcedere fingitur propter velocitatem, & propter intentionem excommunicantis, quæ præſumitur eſſe in dubio, vt electio non valeat, vt ff. de his qui pro non ſcrip. l. 1.

[a] *Penetrabilior. Adde ꝙ probat hoc facit. l. ſi poſt mortem in princ. verſi. nunc enim. ff. de leg. 1. & l. Iulianus. ff. de condi. & demonſt. & refert Paul. de Caſ. in cõſ. 97. incip. in quæſtione quæ ver. col. 2. poſt prin.*

4 †Item quia ex cauſa fit, ſcilicet, propter inobedientiam, quæ ſtatim fuit quam citò deliberato conſilio proponit ad electionem procedere, videtur tamen quòd non debet incidere in excommunicationem, quia electio non tenet. ar. C ſi manita fue. alie. l. fi. Sed dic aliud eſſe in pœnis ſpiritualibus, quæ medicinales ſunt. 2. q. 1. multi. vbi ſufficit mala voluntas, & inobedientia, aliud eſt in pœnis conuentionalibus & alijs iudicialibus, quæ odioſæ ſunt, & ideò reſtringendæ, vt in præ. concordantijs. & de pœ. di. 1. pœnæ. & ff. de pœnis. l. præſes. & l. interpretationẽ. & probatur vtrunq; membrum. ff. de lib. & poſth. cùm quidam. †Item eligendo contrahit peccatum inobediẽtiæ, vnde verè dicitur, quòd talis electio infecta eſt peccato inobedientiæ, quare non eodem modo dicetur infecta pœna excommunicationis, quæ per inobedientiã irrogatur. Item probo, quòd eligendo, & non poſt electionem tantùm contrahit excommunicationem, quia ſi poſt cõtraheret iniuſta eſſet excommunicatio, quia ſi hoc diceretur, idem eſſet hoc dicere, excõmunico te, ſi elegeris, ac ſi diceret excõmunico te poſtquam elegeris, & hoc eſſet iniquum excommunicare eũ

pro

pro præterito facto, vel electione iam facta, nisi noua monitio præcederet. Nobis videtur quòd in sententia excommunicationis est speciale, quia semper posit appellare ante diem statutam etiam si vsque ad annum duraret, & hoc hîc expressè dicitur.

5 † In alijs autem sententijs est contrarium. sup. de sen. & re iud. quod ad consultationem. 2. q. 6. biduum. Ratio autem diuersitatis est, quia sententia excommunicationis semper trahitur à die conditionis, quod probo, quia ante non tenet sententia, quia si sententia teneret esset excommunicatus, & si esset excommunicatus deberet vitari, sed excommunicati appellatio eum non releuaret, quia hæc sententia secum trahit executionem. inf. eo. pastora. Item licet prælati ex toto possint tollere sententias excommunicationis per absolutionem : suspendere tamen non possunt eas hoc modo, scilicet, quòd excommunicati sint & non vitentur, aliàs non peccent communicando sacramentis, vel ingerendo se communioni aliorum. infrà, de cle. excom. c. illud. & c. si celebrat. vel quod ab alijs non vitentur, quia nec in hoc prodest priuilegium apo. sed. ℣. de sen. excom. c. nulli. & idem videtur in interdicto hominis: vt not. infrà, de pri. vt priui. nec facimus differentiam, siue excommunicator dicat excommunico te ex tunc, siue dicat tunc sis excommunicatus, quia semper sententia trahitur ad diem conditionis.

☞ † In alijs autem sententijs, quas suspendere licet, est contrarium, quia statim satis tenet licet suspendatur per conditionem, & ideò à prolatione eius intra decem dies est appellandum.

Et hæc vera sunt in sententijs, quæ feruntur cum causæ cognitione, quia si aliter feruntur, & cum appellatione & sine appellatione licet contrauenire. C. cõmi. vel epi. progra. l. interlocutio. & duabus ll. seq. (medio tempore) intra 10. dies à die latæ sententiæ, & ita non est contra. suprà, de sen. & re iu. quòd ad consultationem. Contra. 2. q. 6. biduum. in prin. Sol. illud verum est, vt dictum est. sup. in præalle. glos. vers. nobis videtur etc. si autem Sempronius prorogauerit terminum, non incidit in excommunicationem. arg. ff. de precar. latam. quia non est contumax. ☞ q. 3. certum. † Item si adueniente termino prorogato non soluit, incidit in excommunicationem. arg. ff. de preca. sed si manente, & quia terminus videtur prorogatus, cum suis accessorijs, & potest hoc facere, quia excommunicatio paris iurisdictionis est, quàm prorogare potest. suprà, de offi. dele. de causis. & arg. ff. si quis cau. l. 2. in prin. ff. de arb. Celsus. suprà, de do. cùm dilecti. Alij contradicunt dicentes eum excommunicatum pro eo, quòd satisfecerat in termino prorogationis receptæ, tum etiam quia prorogationem à parte non à iudice recipit, cuius, scilicet, iudicis est prorogandi iurisdi. & sic ipsum contempsisse videtur, & ex contemptu iudicis quis ligatur, tum etiam quia quando excommunicatio fertur ab habente iurisdi. in duobus tamen casibus non debet tenere, scilicet, quando post appe. legitimã, & quando intolerabilem errorem expressum continet. ℣. de sen. excom. per tuas. in fi. si tamen pars in termino reputauit sibi satisfactum. tunc non est excommunicatus, quia satisfacere est quemadmodum voluit creditor. ff. de pig. act. sirẽ. §. omnes.

CAPVT XL.

SECVNDO REQVIRIS. infrà, eo. inquisitionis, contra. Sol. ibi (cogi) suprà, de offic. deleg. suspicionis. (quod si coram) infrà, eo. tit. c. cum speciale.

CAPVT XLI.

AN SIT. (Deferendum) casus. Albericus conueniebat B. super fundo. Alberic⁹ actor appellauit ante sententiã ex iusta causa, postea idem Alber. spoliauit B. reum fundo petito, dicitur hîc quòd reus spoliatus poterat petere, quòd iudex à quo appellatum est, faciat restitui sibi dictam possessionem, & quòd procedat in causa, quia ex quo suæ appellationi non detulit expoliando aduersarium, non potest se iuuare, quin teneatur coram iudice respondere, à quo appellauit. supra, eo. cùm teneamur. supr. de rescri. ex parte S. aliàs enim non benè video, quòd appellatio huiusmodi decre. in reo appellante habeat locum in iudicio, extra autem iudicium posset habere locum, sicut habes suprà, de elect. bo. me. ma. vbi not. (Interpositam) ab actore qui expoliauit reum (neglexit) expoliando reum fundo petito. vt sup. in casu dicitur. & sup. eo. constitutus. de rescr. ex parte. S.

CAPVT

CAPVT XLII.

NOVIT ILLE. (Interdicti) contra legatũ apostolicæ sedis Rex Franciæ in quodã negotio, in quo ipse legatus volebat procedere contra eum proposuit quòd habebat eum suspectum, & appellauit ab eo, legatus autem nihilominus processit, commendatur hic processus, cùm esset merus executor in illo negotio (posit) 2. q. 6. ab executore. & intellige de mero executore, secùs si habet admistam cognitionem. sup. de offi. delega. pastoralis. Excederent) idem est si diminuerent. C. de excep. rei. iud. si vi, vel si dolo aliquid facit. sup. de neg. gest. l. 3. §. si executor. vel si obijciatur excommunicatio iudici, quamuis eius sententia non semper retractetur. sup. ti. prox. ad probandum, vel aduersarij. sup. de excep. exceptionem. 11. q. 3. cum excommunicato. vel si sit facta nouatio. ff. de re iudi. l. 4. §. si quis ex conuentione. vel si præuenit quadrimestre tempus. C. de appel. si quis. vel si malè interpretetur sententiam. ff. de appella. ab executore. vel si obijciatur quæstio falsi. C. si ex fal. l. iudicati. vel si non constat ibi, quare debet executioni mandari. sup. de præscri. auditis. vel si obijciatur exceptio, per quam contenditur retro iudicium nullum. sup. de procur. in nostra. C. de procura. Licet expoliationem autem non credimus retardare executionem (fuisset) no. merum executorem non liceret recusare.

CAPVT XLIII.

1 *Dolosè appellans tenetur ad expensas.*
Procurator occultans mandatum à principio, condemnatur dominus, secùs si cœpit agere, & factus est dominus litis.
Actio qualis competat ratione expensarum.
2 *Expensæ taxandæ per iudicem quæ sint & quo tempore id facere possit in nu. 3.*
4 *Appellans quando vocari debeat.*
5 *Excommunicationis sententia semper tenet, siue prosequatur appellator, siue non.*
6 *An possit poni tempus appellationis prosequendæ præfixum iudicis officium implorari, vt petatur excommunicationis sententiam nullam pronunciari.*
7 *An iudex qui appellationi non detulit in alijs quàm in excommunicatione poterit conueniri ab eo qui appellationem suam non est prosecutus.*
8 *Differentia termini præfixi ab homine vel à iure circa præuentionem.*

SAEPE CONTINGIT. (Alterius) siue appellantis siue appellati (occultantis.) Not. si procurator occultat mandatum à principio, condemnetur dominus, vt hîc, secùs si postquàm cœpit agere procurator, & factus est dominus litis, & sit contumax vel aliquid malitiosè agat, tunc enim tantùm procurator punitur de dolo. ff. si quis ius di. l. 1. & no. sup. vt li. non conte. ad hoc. (Lateranens. cõ.) sup. eo. reprehensibilis. quòd tamen soli appellanti, non prosequenti appellationem pœnam imponit, non appellato (à parte) contra quam appellatur.

1 † Expensarum) & etiam si appellatus non venerit, sed aliàs per appellationem oportuit ipsum facere expensas, tenetur ad expensas per actiones de dolo, si dolosè appellauit, vel etiam actione in factum, si temerariè. arg. ad hoc. quia est iustum, quòd in expensis huiusmodi puniatur, vel officio iudicis, & quia actiones aliæ non sunt, iustum est has dari. arg. sup. de rescrip. ex parte. sup. de do. in princ. & §. 1. ff. de diuer. & tempo. præscrip. l. quoties. expensæ autem quæ fiunt in causa appellationis emissæ in iudicio etiam omnes, quæ factæ sunt post sententiam, etiam antequam appellaret, & quæ factæ sunt in causa principali à qua appellatum est, cùm iudex appellationis succedit iudici principalis causæ, ei liceat addere & diminuere. infr. de testa. Rainutius. in fi. C. de sen. quæ sine cer. quanti. l. 1. ff. de vsu. tutor. & quia licet ei reuocare condemnationem expensarum factam in principali eadẽ ratione, & supplere, licet veniunt iudicis officio. C. de sent. quæ sine cer. quã. l. 1. ff. de vsur. tut. or. & habet locum, quòd hîc dicitur secundum quosdam etiamsi appelletur extra iudiciũ, & habet locũ q; hîc dicitur de expensis competentibus iure actionis, & de expensis quæ fiunt extra iudicium, pro expensis autem quæ fiunt in iudicio, non comperit aliqua actio, nisi de illis iudex pronunciet in sententia. C. de fru. & lit. expen. terminato. C. de postu. l. 4. vel eodem die. ff. de re iud. Paulus. in fin.

2 † Et not. quòd non solùm expensæ, quæ fiunt in iudicio, & quæ veniunt ex officio iudicis, sed etiam quæ sunt extra iudicium, & quæ veniunt iure actionis, taxari debent officio iudicis, & postea per iuramentum petentis probandæ sunt. C.

de iud. ſancimus. C. vnde vi. ſi quando. Authen. de iudi. §. oportet. quæ generaliter loquitur de omnibus expenſis. Item ad expenſas, quæ fiunt ante lit. conteſt. iudex condemnabit ex officio ſuo, & etiam multabit iudicem. ff. ſi quis ius dic. non ob. l. 1. etiam de legatus. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſd. ſi.

3 †Item no. quòd licet iudex à prin. non condemnet contumacem ad expenſas, tamen poſt lit. conteſt. & ſemper vſque ad ſententiam, & etiam in ſententia poterit condemnare ad expenſas, etiam ſi ſententiam ferret pro contumace, & non tantùm tempore ſententiæ, ſed etiam eadem die, vt dictum eſt. Cùm enim officium iudicis ſemper duret à prima citatione vſq; ad finem litis, non video quare quandocunq; velit non poſſet condemnare contumacem, ſiue ante litem conteſt. ſiue pòſt. Imò plus, quòd etiam ſi ante lit. conteſt. iudex pronunciauit, non obſtante exceptione militiæ procuratorem admittendum, vel non obſtante exceptione ſpoliationis, vel excommunicationis procedendum in cauſa, & nihil dicit de expenſis, nihilominus poſtea lite pen. vel in fine litis, poterit ad expenſas occaſione prædictæ exceptionis reprobatæ factas, illum qui fruſtratoriè exceperat condemnare. Imò dicunt quidam, quòd in his caſibus non poterit appellari à condemnatione expenſarum, cùm decem dies effluxerint à die primæ ſententiæ, & iſta ſententia expenſarum ſit executio primæ ſententiæ. ff. quòd met. cau. ſi cum exceptione. §. aliquando. ff. de dolo. arbitrio. niſi excederet in taxatione expenſarum, vel niſi proponens exceptionem poſſet excuſari, quòd probabiliter propoſuit exce. licet ſuccubuerit. ff. de leg. 2. quiq; ſolidum. §. etiam. & in prædicto. §. in Authe. de iud. §. oportet. Item videtur, quòd iudex poteſt poſt lit. conte. reuocare prædictas latas interlocutorias. ff. de re iu. quando iuſſit, aliàs tamen ratum manet, quòd per eos factum eſt. ſup. de exce. pia. (à parte) contra quem appellatur (approbata) nam ſi appellatio non reciperetur, neq; à iudice, neq; à parte, non habet locum hæc conſtitutio. inf. eo. interpoſita. §. 1. (abſentem) ſiue appellantem ſiue appellatum (procedatur) per iudicem appellationis.

4 †Peremptoriæ) not. non eſſe neceſſe vocari appellantem, ex quo præfixus terminus eſt appellationis, vel à iudice, vel à partibus, & tunc neceſſe eſt expectari finẽ termini, vt vel procedatur, ſi appellauit ante ſententiam. ſup. e. reprehenſibilis. & c. perſonas. vel vt rata maneat ſententia, ſi appellatum eſt à ſententia. ſup. eo. cùm ſit ro. Terminum autem à iure ſtatutum poteſt præuenire appellatus per modicum tempus, ſi vult, quòd cognoſcatur de iuſtitia prioris ſententiæ, vel ſi vult expectare finem legalis termini, rata manet ſententia. 2. q. 6. appellatore. Appellator autem non habet neceſſe expectare prope finem anni, ſed ſtatim poteſt proſequi, ne labatur annus. inf. e. oblatę. & generaliter dixi mus, quòd vbi terminus præfixus eſt à iure tantùm, quòd ſiue appellatus, ſiue appellans ſit abſens, ad hoc quod procedatur, neceſſe eſt eum vocari. C. de appe. Authen. appellatore. ſup. e. per tuas. & c. Nicolao. & inf. de priuile. cùm olim. ſed ratam ſententiam benè habebit, ſine citatione ſolo lapſu anni, vt dictum eſt.

5 †Sed nunquid idem dices in ſententia excommunicationis, vt lapſu temporis anni, ſi non proſequatur appellator, quòd ſententia tranſit in rem iudicatam, & quidam dicunt, quòd ſi excõmunicatio præceſſerit appellationem, hæc quæſtio quæſtionem nõ habet, quia ſententia excommunicationis ſemper tenet, ſiue proſequatur appellationem, ſiue non. ſ. de offi. ord. ad reprimendam. inf. eo. paſtoralis. in fi. Si verò appellatio præcedat excommunicationem, tunc quæſtio locum habet, & eſt dicendum, quòd ſi intra tempus ſtatutum ap. non proſequatur, eſt retro excommunicatus à die excommunicationis latæ. ff. ex qui. cau. infa. l. furti. in prin. C. de temp. app. l. pe. §. illud etiam. & ſi quæratur, an ea teneãt, quæ medio tempore geſſit, ſcilicet, inter excommunicationem tempus finitum proſequendæ appellationis? Reſpondeo, quòd interim vitandum eſt in iudicijs, & in alijs, niſi in cauſa appellationis proſequendæ. ſup. de ſent. excom. per tuas.

6 †Sed nunquid poteſt poſt tempus appellationis proſequẽdæ, præfixum implorare officium iudicis, vt petat ſententiam excommunicationis nullam pronunciari, vt pote poſt appellationem latam? arg. ꝙ ſic. ff. de ap. ſi expreſſum. Sed videtur contra, ex quo tempus appellationis proſequendæ lapſum eſt, renunciaſſe videtur appellationi, vt iudex ea nõ obſtante procedere poſſit, & ratum ſit quicquid fecit. ſup. e. cùm ſit ro. perſonas. Item quia hoc dicere non poteſt, niſi proſequendo appellationem, ſed ex alia cauſa quàm ex qua appellatum eſt vellet dicere ſententiam excõmunicationis nullam poſt temp⁹ elapſum, puta quia excommunicator non eſſet iudex ſuus, benè poſſet, & hoc ipſum, ſcilicet, quòd poſt tempus appellationis proſequendæ præfixum, poſsit dicere ab alia cauſa ſententiam nullam, vel quicquid aliud factum eſt, obtinet etiam in ſententijs alijs, & etiam in negotijs, & extra iudicium habitis, obtinet: vt. ſ. c. proxi. & inf. e. ſolicitudinem. Arg. contra pro prima parte. ff. de inoffi. teſt. contra veterani. §. ſi quis filius. ff. ex quib. cau. maio. necnon. §. pe. vbi dicitur, quòd intra idem tempus locum habet exceptio inoff. teſta. & reſtit. in integ. intra quòd habet locum ipſa querela, & petitio reſtitutionis in integrum, nec mirum, quia quæ temporalia ſunt ad agendum, perpetua ſunt ad excipiendum. ff. de dol. excepr. purè. ergò eadem ratione, ſi duæ actiones ad idem cõpetunt, ſicut hîc competunt proſecutio appellationis, & officium iudicis ad dicendum ſententiam, nulla etiam ex alia cauſa, quàm quia poſt appellationem lata eſt, puta quia iudex non erat intra idem tempus, conſtringuntur, hîc facilis eſt reſponſio, quia ſemper intra idem tempus, & actio & exceptio tolluntur ſi excipiens fuit in mora, ſi enim in mora non eſſet, perpetuæ ſunt exceptiones, ſicut patet, ſi aliquis fuit exhęredatus, qui & dum poſsidet, eſt in mora, quia habet querelam, quæ non datur directo contra eum poſsidentem, ſed contra teſtamentum. Idem dicimus de reſtitutione, ſed in actionibus conſtat eſſe contrarium, quia ad maius tempus competit vna, quàm alia etiam vno & eodem facto ad maiorem quantitatem, & hîc non ſunt diuerſi modi, vnus agendi, & alius excipiendi, ſed vterq; eſt modus agendi, vnus quo proſequatur appellationem, alter quo directè intentat officium iudicis ad reſcindendam ſententiam ex alia cauſa, vt not. ſ. de offi. dele. cũ contigat. Vel dic, quia quòd dicitur, quòd intra idem tempus reſtringuntur & actio vel exceptio, vel duæ actiones, & tunc verum eſt, vbi ſimul ex eadem cauſa oriuntur, & ad idem tendant. Ad hoc non naſcitur ex eadem cauſa, ſed ex diuerſis, nam ex alia cauſa naſcitur petitio, quando petitur ſententia nulla pronunciari, pro eo quòd poſt appellationem lata eſt, quæ intra tempus tantùm appellationi proſequendæ præfixum locum habet, & ex alia cauſa, pura quia expreſsit errorem, vel quia non fuit iudex in electionibus, quia non fuerant vocati, qui fuerant euocandi, quòd licitum eſt, quòd ſic non obſtat. ff. de his qui not. inf. furti. in prin. vbi dicitur, quòd condemnatus furti non proſequens appellationem, fingitur infamis à die latæ ſententiæ, quia prætextu appellationis proſecutæ non habet auxilium, ſed ſi aliàs dicere poſſet ſententiam nullam, benè audiretur, nec fieret infamis, hîc autem vt præmiſſum eſt, aliud auxilium competit ſuper quo auditur, & quo probato, apparet ipſum excommunicatum non eſſe, nec facimus differentiam, an in iudicio, vel extra iudicium, appellatum ſit.

Sed oppones contra id, quod dictum eſt ſuprà, quòd poſt tranſact. temporis appellationis proſequendæ non poteſt dicere ſententiam nullam ex ea cauſa, quòd poſt appellationem lata eſt, quomodo id, quòd non tenuit, puta quod eſt poſt appellationem, poteſt. fieri ratum aliàs omiſsionem proſecutionis. ap. reſpondemus benè: vt. ff. de iu. licet. ff. rem ra. hab. l. 3. §. falſus. & l. pe. §. vlti. Quidam tamen dicunt, quòd contra ſententiam præcedentem ap. non poſſum aliquid dicere, niſi appellatio proſequatur intra annum, & ſic intelligitur furti actio, ſed contra ſententiam ſequentem appellationem, etiam poſt annum poteſt dicere etiam de appellato, ſed prius dictum magis placet. In ſententia tamen excommunicationis dicunt aliqui, quòd etiam poſt annum poſsit dici propter appellationem præcedentem non tenuiſſe, quia capit effectum ex taciturnitate, vel tempore, ſed ex intentione & poteſtate excommunicantis, quæ nulla erit poſt appellationem, & quia ſecum trahit executionem. in frà, eod. paſtoralis.

7 †Sed nunquid iudex, qui non detulit appellationi in alijs, quàm in excommunicatione, poterit conueniri ab eo qui non eſt proſecutus appellationem ſuam, quia litem ſuam fecit, vel quia per imprudentiam iudicauit? arg. quòd ſic inſti. de obl. quæ ex qua. delict. na. in prin. ar. quod non. quia culpabilis fuit, quòd non proſecutus fuit appellationem, ergò agere non poteſt iſta actione. ff. de euict. Herennius. §. vlti. & quia non poteſt proſequi cauſam appellationis, quia annus elapſus eſt, nec ea quę pendent ex ea, ſcilicet, quòd fecerit litem ſuam, vel alia huiuſmodi, quaſi eis videatur

videatur tacitè renunciasse. ℣. eo. solicitudinem. ff. si quis cau. l. si eum. §. vlt. tamen satis credimus, quòd ex causis prædictis possit conueniri, & ad minus condemnari potest in viginti pondo auri. C. de app. quoniam iudi. (eam) appellationem. Vigorem) sed in isto casu, si appellans non mittat procuratorem ad prosecutionem appellationem, sed ad impetrandum literas tantùm, non imputatur ei. inf. e. interposita. §. 1. & idem etiam credo de appellato, cùm non sit in culpa, quia iudex appellationi non detulit. Appellationem huiusmodi) id est, terminum appellationis præfixum, ei enim potest apponi, quòd legitimo impedimento detentus sit is, qui debuit ipsam appellationem prosequi. ff. si quis cau. l. 2. & per totum.

8 † Terminum) si de termino præfixo ab homine loqueris illum, nec vna die licet præuenire, nec impetrando literas, nec procedendo in causa appellationis si loqueris de termino præfixo à iure illum licet præuenire, sed modico, id est, per mensem ab appellato petente confirmationem sententiæ, vt non videatur malitiosè præueniisse aduersarium. vt 2. q. 6. appellatore. ces. literas. autem impetrare, quandocunq; potest, dummodò cesset malitia. inf. eod. oblatæ. appellator autem potest prosequi quandocunq; vult, dummodò non malitiosè præueniat, & impetrando literas, & prosequendo appellationem si oportebit citari appellatum, & æstimabitur hoc secundum arbitrium iudicis.

CAPVT XLIIII.

1 *Appellatio extra iudicium facta debet prosequi intra annum. intelligitur vt hic.*

CONSTITVTVS. (Transtulerunt) hæc translatio votorum hodie non admitteretur, nisi secundum tenorem decre. sup. de elect. quia propter in fi. scilicet, si esset absens in loco, vnde vocari debet etc. vt ibi. (quibusdam) qui non transtulerunt votum, sed in eum consentiebant expressè per se, quia expressè consenserant non collata voce in episcopum. Episcopo) sic illi, qui commiserant vocem episcopo, sed vt dicunt quidam hoc speciale in legatis, qui de latere sed. apo. transmittuntur, sed contra est. ℣. de accu. ad petitionem. Vel dic, non fuisse de iure, sed quia partes non contradixerunt Papa stat tali instructioni. Alij dicũt, quòd propter moram, quæ periculosa est in electionibus, in eis speciali iter concessum est. ar. sup. e. qua fronte. §. 1. & ℣. e. oblatæ. §. vl. Vel potest dicere, quòd hic dicitur esse ius commune, quia si appelletur ab aliquo iudice, & maximè extra iudicium, & postea ille, qui dicitur appellatus coram eodem à quo dicitur appellatum, vel coram superiore, vel quocunq; alio prosequatur ius suum super eo, de quo dicitur appellatum, & aduersarius dicet. Domine non debes te intromittere de hoc negotio, quia super eo appellaui ad Papam, si aduersarius neget appellationem vel confirmet eam, sed dicit quòd per eum non transfertur iurisdictio ad iudicem appellationis, quia nihil factum est contra appellationem, vel dicit tempus appellationis prosequendæ effluxum, benè audiet huiusmodi replicationes & probationes super eis. Et sic erit arg. opt. ℣. e. ro. §. si verò. nisi fortè superior incepisset cognoscere, quia tunc causam à iudice app. attentatam, nullo modo inferior tangere debet. ℣. de offi. dele. pastoralis. §. 2. vbi no. Sed his contradicere videtur litera, vbi dicit, quòd intromisit se de causa ista, non vt derogaret appellationi, sed vt causam instructam remitteret, sed dic quòd benè legatus iure legationis poterit cognoscere, & poterat super huiusmodi probationes recipere, sicut quilibet alius ordinarius, & hoc non faciebat, vt derogaret appellationi, si appellatio tenebat, sed de hoc volebat cognoscere, vt dictum est, an ad superiorem per appellationem esset iurisdictio deuoluta, an apud se remansisset, & sententia super hoc lata præiudicabit partibus, nisi appellent. ff. de iudi. si quis es. ℣. e. solicitudinem. Assensu) not. † quòd per appellationem extra iudicium tenetur quis prosequi intra annũ.

Quod fateor verum esse computato anno à die, quo fit contra appellationem, nam tunc incipit app. tenere, non ante diem grauaminis currit annus. C. de præscri. 30. an. l. fi. §. illud autem. & §. fi.

Et sunt hæc vera nisi recedatur ab appellatione, vel quia appellans renunciet, vel quia causa est iniusta, quare appellatio cesset. ℣. eo. solicitudinem. vel quia ille à quo appellatur remouet grauamen. inf. e. cum cessante. Ne tamen.) q. d. & si. 11. non sunt admittendi ad prosequendam appellationem, tamen si volunt excipere, non tanquam appellantes audiendi sunt, sed nec coguntur excipere, nisi velint, & ideò non excipientibus eis mandat inquiri de sequentibus hic in litora, vel reiecta appellatione procedit Papa ex officio. Exceptiones) propositas contra electum in decanum petentem confirmationem, licet litera videtur contradicere in prin. vbi dicit, quòd Episcopus contulit ei decanatum, ergò erat confirmatus, non ergò eam petebat, sed expone ibi contulit decanatum, id est, ius in decanatu petendo per electionem, quam de eo fecit, non enim eligendo confirmare intelligitur: vt not. sup. de elect. cùm inter ca. Vel dic, quòd hîc vocat exceptiones causas, quas proponebant contra electionem petendo eam cassari, sæpè enim hæc exceptio vocatur actio. inf. de accu. super his. vbi dicitur, quòd tribus modis agitur de crimine. & not. supr. de postu. præla. c. 1. Vel dic, quòd etiam si pro confirmato debet haberi, tamen excipitur. no. sup. de causa pos. cùm olim (facto episcopi) id est, iuri sibi quæsito per collationem episcopi (nititur) modo (prætermissis) id est, contemptis (prædictis) 11. (translatione) illi qui commiserunt vices suas episcopo tali tenore commiserunt, si illi. 11. secum conuenirent (nominationem) 11. enim elegerant vel nominauerant alium, de quo hîc non fit mentio.

CAPVT XLV.

1 *Iuris ignorantia neminem excusat.*
2 *Rationabilis causa appellationis extra iudicium emissæ non cassat, quod ante appellationem factum est.*
3 *Confirmationis effectus impeditur per infamiam.*
Appellatio extra iudicium propriè fit à grauamine de futuro, secùs autem in iudicijs.
4 *Confirmationis effectus non retardatur per appellationem non iustam.*
5 *Per appellationem non suspenditur confirmatio.*
Possessio data post appellationem, antequam superior incipiat cognoscere, defendendus est in possessione, sed postquam incepit, non debet iudex inferior se intromittere.
6 *Exceptio nil aliud est, quàm actoris vel intentionis exclusio.*
7 *Qui modi agendi sunt post confirmationem.*
8 *Nunquid episcopus ante adeptam possessionem teneatur petere confirmationem vel ordines.*

CONSTITVTIS. (Duobus.) Quidam dicunt, quòd hoc hodie esset contra formam si se astringerent ad duos tantùm, quod esset contra formam. sup. de elec. quia propter.

Tu dic tantùm de duobus posset fieri scrutinium & compromissum, cùm non sit prohibitum, imò hîc inuenitur, quòd tantùm duo de suo collegio eligant, si sit ibi dignus. 61. dist. nullus. 3. vel idem de alia certa ecclesia. inf. de verb. sig. abbate. ℣. de consue. cùm dilectus. † Appellauit) quæritur si post talem appellationem missus fuisset in possessionem præposituræ cancellarius, & postea pronunciata esset iusta appellatio, an cancellarius posset recuperare sua priora beneficia, & maximè si essent alij collata? Respon. non, si talia erant prima beneficia, quæ habent curam animarum vel personatus, aliàs autem licet ℣. de præben. de multa. arg. 21. q. 2. si quis iam.

1 † Si dicis, nec ob. quia non habet pacificam possessionem, & quia adhuc propter appellationem potest cassari eius electio. arg. inf. de accu. super his. intelligimus enim, quòd debet & sufficiat habere pacificam possessionem de facto, & si de iure non habeat, cùm de iure ignorantia neminem, & maximè prælatos non excusset: vt sup. de temp. ord. c. vel non est. Item appellatio ei prodesse non potest, cùm ei non detulerit. sup. e. constitutis. an sit. nec enim iudicis authoritas excusat: vt. ℣. eo. dilectis. circa fi. & sup. de temp. ord. dilectus. Si autem non esset appellatum, & intrasset possessionem secundæ ecclesiæ, siue quando intrauit, mouebatur sibi lis, siue non, priora beneficia non recuperat. arg. 21. q. 2. c. si quis iam. Si verò sit confirmatus tantùm, nec habuit possessionem, prima beneficia retinet. 92. dist. si qui episcopi. arg. contra. 72. di. placuit. Sed illud loquitur de adepto possessionem, de hoc etiam not. ℣. de præben. de multa. Alia) hoc licet quando appellatur à sententia. C. de tem. ap. per hanc. ante sententiam autem non (explicare) inter istum & hunc sequentem, scilicet (nos ergò) deficit totus iste tex. sequens secundum quòd compertum est in registro, & incipit. Nec appellatio quam post confirmationem obiecerat. Confirmationis factum debuit impedire, quoniam à maiori parte contra constitutionem maioris & sanioris, nulla rationabili causa obiecta vel offensa interposita fuerat, quia & decanus apponens rationabilem causam suæ appellationis, nec opposuit, nec ostendit, nos ergò etc.

2 † Rationabilem.) & idem etiam si rationabilem causam appellationis expressisset, nam rationabilis causa appellatio-

nis emissę extra iudicium, non cassat quod factum est ante appellationem, nec impedit eius executionem, vel effectum, sicut hîc erat, quod confirmatio hæc, de qua hic loquitur, fuit facta sine solenni causæ cognitione, quod factum tenet suprà, eod. c. prox. licet melius esset si sit factum cùm causæ cognitione. Secùs autem est in appellatione emissa in iudicio: quia illa suspendit sententiam & effectum eius. ff. ad turpil. l. 1. in fin. & sup. de offi. deleg. c. pastoralis. §. præterea. Item secùs in his quæ fiunt post appellationem, quia illa benè impedit appellationem etiam extra iudicium emissam, suprà, eod. ad audientiam. nisi sint alia quæ sequuntur ex his, quæ præcedunt appellationem, sicut est hîc. Nam sicut appellatio non impedit præcedentia, sic nec ex eis sequentia, vnde ex quo confirmatio præcessit appellationem, appellatio non debet impedire effectum confirmationis.

3 † Et intelligo vera, nisi infamia esset, quia tunc benè impeditur effectus confirmationis. infrà, de accu. accedens. & not. suprà, de cau. pos. & proprie. cùm olim. Alij dicunt, vt not. in gloss. quæ incipit, quia appellatio. Fatemur tamen, quòd talis appellatio negotium huius confirmationis transfert ad superiorem. Alij dicunt & non improbabiliter, quòd confirmatione facta etiam in forma iudicij non valet appellatio, nec est ei deferendum, nisi assignet iustam causam appellationis. arg. opti. hîc & melius in additione hîc posita, quàm extraximus de registro. & arg. infrà, de his quæ fiunt à ma. par. ca. c. 1. Si autem rationabilem causam subijciat, suspendet effectum confirmationis præcedentis, & per consequens nullum sortietur effectum, vt hîc colligitur. arg. à contrario sensu. Si autem appelletur à confirmatione extra iudicium, iam facta nullo modo suspenditur confirmatio, nec effectus eius, quod ex eo probatur, quia non dicitur confirmationem non tenere, vt plenius in glos. not. quæ incipit, quod est etc. versi. talis. veruntamen appellatio valet, etiam extra iudicium facta, & etiam in præcedenti grauamine ad hoc, quod negotium transferatur ad superiorem hoc modo, quòd nullus iudex ordinarius poterit se intromittere de negotio super quo appellatum est, nisi iudex appellationis, nisi renuncietur appellationi tacitè vel expressè. sup. de elec. statuimus. appellatio enim extra iudicium propriè sit à grauamine futuro. ſ. e. consuluit. 1. & 2. inf. e. ad audientiam. ſ. c. proxi. ſ. e. bonæ me. In his enim omnibus tantùm à futuro vel instanti grauamine appellatur, & non à præterito. † Secùs autem est in iudicijs, vbi non appellatur, nisi à præterito grauamine. ſ. e. vt debitus. appellatio autem, de qua loquitur hîc, quæ fuit facta confirmatione facta in forma iudicij, sicut in litera apparet, ideò non fuit admissa, quia nulla iusta causa fuit admista appellationi.

4 † Confirmationis effectum) quia appellatio non fuit iusta, & ideò non retardaretur confirmationis effectus. Si autem esset iusta, benè retardaretur, & si procederetur vltra reuocaretur hoc ipso, quòd factum est, quòd postquam translatum esset negotium ad superiorem per appellationem. ſ. e. vt nostrum. & de acc. accedens. ſ. e. bonæ me. Si autem possessionem haberet ante appellationē, propter appellationem non omitteret commodo possessionis vti, licet si post probaret causam appellationis fructus restitueret. C. de rei ven. si fun. C. cred. ven. pig. impe. non poss. l. 1.

5 † Item credimus quod non esset audiendus ap. si appellaret tantùm, ne inuestiretur, quia confirmatio non suspenditur per appellationem, ergò in omnibus debet suum effectum consequi, sed appellandum est à grauamine, quod fit in confirmatione, vel potius ab ipsa confirmatione, quæ postquam est sic appellatione suspensa. ff. ad turpil. l. 1. in fi. & per consequens omnia alia suspenderentur, & sic intelligitur. ſ. e. ad nostrum. & repete quæ no. ſ. de causa pos. cùm olim. plus placet, quod dicituri gl. quæ incipit, & idem est. Effectum) qui est administratio, dic vt diximus. ſ. de causa pos. cùm olim talis est quæstio, vacante præbenda in ecclesia Parisiens. intellexit capitulum, quòd Episcopus volebat eam conferre A. Parisiens. tunc capitulum comparuit coram episcopo dicens: iste, quem vultis facere canonicum Parisiens. est illegitimus & homicida, & hoc volumus incontinenti probare coram vobis, vnde supplicamus, quòd talem hominem non aggregetis nostro collegio, & si contrà feceritis, appellamus: episcopus tamen nihilominus dedit ei præbendam, & stallum in choro, & locum in capitulo in signum possessionis, quæritur an teneat talis prouisio, & an canonici, & alij debeant eum habere pro canonico, & sibi de iuribus canonicalibus respondere? Sol. si appellatio est interposita ex prędictis causis, vel alijs legitimis, dūmodò obtulerit se eas probaturum, & etiam si ita verè cōperitur, quòd prouisio post facta, non valet, imò plus videtur, quòd idem est etiam si coram episcopo non obtulerit se probaturum, etiam ex hoc est, quòd non obstante tali prouisione, quę nulla est ipso iure, tenet prouisio facta ab alijs, ad quos deuoluitur potestas eligendi, vt habes expressè. ſ. de ele. bo. me. ma. & c. auditis. & in isto casu malè facit episcopus, si faciat sibi respondere de iuribus & canonicalib⁹, & impediendus est effectus talis prouisionis, & confirmationis, cùm nulla sit prouisio facta ab eo. Et si cum superiore agatur, quòd faciat ei respondere, sicut canonico, & excipiatur contra eum, cū non teneat prouisio de eo facta post talem appellationem, probata appellatione in veritate causarum, absoluentur rei, cùm per hoc prouisio facta appareat esse nulla. Illud autem non sufficeret ad absolutionem eorum si probaretur, quod agitur causa super statu eius, aliquando an sit illegitimus vel homicida, & an prouisio eius teneat, vel non, imò hoc non obstante, nisi opponant & probent sicut suprà diximus condemnabuntur ad respondendum sibi, sicut canonico, cùm interim habendus sit pro canonico, quia prouisio habet vim, non tantùm electionis, sed etiam confirmationis, & confirmato quamdiu toleratur etiam lite pendente obediendum est ei. 8. quæstio. 4. nónne. suprà, de elec. transmissa. & lit. pen. nihil innouandum est. 11. quæstio. 1. quia res. Nec obst. ff. de excep. l. fundum. & l. fundi. quia sicut tibi dicit, idem non admittatur ad vendicandum fundum & seruitutem petendam eidem fundo. Ita hîc non debet iste canonicus dum impugnatur status eius admitti ad petendum, quòd sibi sicut canonico respondeatur. Respondeo quòd ibi loquitur, quando idem agebat ad vtrunq; hîc autem iste canonicus non petit canonicatū, quia per prouisionem episcopi eum habet, sed agitur de hoc contra eum, vt dicitur non valere, & tunc non prohibetur agere, vt sibi respondeant tanquam canonico. Fatemur tamen, quod illi qui debent ei respondere de iuribus canonicalibus benè faciunt, si sciunt veras causas appellationum, si ei non respondeant. arg. ſ. eo. dilectus. nisi cogantur: vt no. ſ. de sen. excom. inquisitionis. † Si autem nulla appellatio: sed contradictio præcesserit prouisionem, vel etiam si præcesserit appellatio sine causa, licet causa subesset: vel etiam cum causa, sed non erat vera causa appellationis, tunc Episcopus propter talem contradictionem vel appellationem non debet dimittere, quin prouideat, & sibi faciat tanquam canonico responderi & non impedietur effectus suæ confirmationis, vt hîc, imò plus est, quia si post talem prouisionem fiet electio ab his, ad quos ex hac causa deuoluitur potestas eligendi, non valet hæc secunda electio propter hanc solam causam, quia est facta post aliam, quæ erat aliqua, licet primam electionem cassari contingat propter aliquam causam, vt expressè habetur. ſ. de ele. consideranimus. vbi not.

Sed contra. infrà, eod. vt nostram. Sol. ibi, & sup. de cau. pos. & proprie. cùm olim. † Hoc tamen benè fatemur, quòd si Episcopus per stallum chori, & locum capituli, vel alio legitimo modo dedit ei possessionē canonicatus, quòd defendendus est in possessione sua quousq; constet de sua appellatione, & de veritate causarum. ſ. de institu. cùm venissent. sed postquam constiterit de eis, cogetur omnia restituere, quæ percepit. infrà, eo. bonæ memoriæ. Esse) quia tunc primò incipit constare, quòd possessio suprà data fuit iniusta: tamen hic not. quòd postquam superior incœpit cognoscere de appellatione, episcopus vel alius non poterat dare dictæ præbendæ possessionem, nec tenet datio, nec defendendus est in tali possessione, licet si data esset possessio post appellationem, antequam superior inciperet cognoscere, defendendus esset in possessione, sed postquam superior incœpit cognoscere non habet se intromittere inferior, quia iam ad superiorem videtur negotium reuocatum, & quia plus valet reuocatio, quàm appellatio. infrà, eod. vt nostrum. Item dicimus, quòd à principio quando iste Episcopus volebat possessionem dare canonico, si appellasset capitulum, si Episcopus nihilominus dedisset, tamen tuendus est in possessione, quousq; constat de prima appellatione, & veritate causarum, quia hæc appellatio est extra iudicium, secùs autem si in forma iudicij procederetur. † In modum) sed

quare non potius admittitur ad excipiendum, quàm ad accuſandũ, vel ad denunciandum. ſup. de iureiur. quemadmodum. ff. de ſuperfi. l. 1. dicunt quidam hoc contingere propter præſumptionem malitiæ, quæ erat ex parte decani. arg. ſup. de reſt. ſpo. literas. & quia odioſè ſunt accuſationes, & cum maiori difficultate proſequuntur accuſationes, quia oneratur in tabellione. 2. quæſtio. 8. §. vlti. & quæſt. 3. c. 1. & 2.

6 †Item facilius repellitur à denunciando, vt ſi non admonuit, & ſi non ex charitate procedit. 2. q. 1. ſi peccauerit. & q. 7. accuſatio. Tu dic, quòd cùm exceptio non ſit aliud, quàm actoris, vel intentionis excluſio. ff. de exce. §. 1. & 2. & hoc cùm iam per accuſationem conſecutus ſit ſuam intentionem, non eſt contra quòd detur exceptio. arg. opti. inf. eod. paſtoralis. §. vlt. quæ non datur, niſi circa accuſationem vel intentionem. ff. de excepti. l. 1. ſed nec appellationem proſequendo, poteſt aliam proſequi cauſam, niſi quæ expreſſa eſt, & licet confiteamur ſententiam confirmationis diffinitiuam, & ideò videtur quòd poſſet proſequi non ſolùm cauſas expreſſas ſed alias. C. de temp. app. per hanc.

☞ †Illud tamen intelligimus habere locum, vbi ordine iudiciario ſeruato ſuper confirmatione pronunciauit, ſed ſi ſummatim cognoſceret, nec tunc poteſt dici diffinitiua ſententia, ſed præceptum vel factum, & in hoc caſu neceſſe eſt cauſam exprimere. infrà, eod. vt debitus. Sed dices cùm nondum lata ſit ſententia ſuper appellatione, & adhuc ſit in petendo confirmationem, quare non interim admittitur excipiendo contra eum? Reſpond. quòd excipiendo non admittitur, quia ſi vellet omittere appellationem, ſtatim tranſiret præceptum, vel factum confirmationis in rem iudicatam. Si autem vtrunq; proſequi vellet, non poſſet, cùm ſe non patiantur, quia fieret præiudicium confirmato, qui dicit ſuam confirmationem tenere, & ideò non haberet locum exceptio. Vel dic, quòd notorium iuris erat, quòd appellatio ex prædicta cauſa emiſſa non tenebat, vnde non poteſt dici, quòd in pendenti eſſet cauſa appellationis. Vel dic, quòd confirmatio extra iudicium facta, prætextu alicuius appellationis ſequentis non ſuſpenditur; vt not. in gloſ. idem eſt.

7 † In modum) not. poſt confirmationem non ſunt alij modi agendi, niſi accuſando vel denunciando, nec eſt modicum propter difficultates accuſationis, quas habes. 2. q. 8. per totum. & q. 7. ſi quis quærendus. & quæ in multis alijs iuribus inueniuntur, & propter modicas pœnas denunciationis: vt not. inf. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. grauius enim eſſet ei, ſi procederetur contra electum & confirmatum ſecundum omnes, quos not. ſup. de elect. dudum.

Et hoc eſt verum, quia non poteſt agi, niſi his duobus modis, niſi aliquid reſtaret agendum, puta conſecratio vel ordinatio, tunc enim benè ageretur excipiendo. infrà, de accu. ſuper his. ſuprà, de elec. cùm dilecti. Sed tamen videtur, quòd etiam tunc non debeat impleri effectus confirmationis, ſcilicet, quòd non habeat pacificam poſſeſsionem, ſed ſi talis eſſet perſona confirmata, quæ conſecrationem vel ordinationem requireret, & ipſe interim antequam poſſeſsionem haberet conſecrationem, vel ordinem peteret, benè admitteretur excipiens contra eum, & hoc ea ratione eſt, quia exceptio admittitur non ſolùm contra confirmationem, ſed etiam contra conſecrationem. di. 23. illud. ĩ. de accu. ſuper his. Item quia videtur renunciare beneficio, quod habet, ne quis interim poſsit eum accuſare petendo ordines vel conſecrationem. Item quòd durior eſſet aduerſarius poſt conſecrationem, quàm ante, vel ordinationem, quàm ante, quia difficilius deponitur iam promotus, quàm promouendus: vt ſuprà, de renunc. niſi cùm pridem. §. perſona. ſuprà, de tempo. ordi. ex tenore. ſed ſi non petente electo ordines vel conſecrationem, ſed ſic vult manere quouſque pacificam poſſeſsionem nanciſcatur, non videtur aliquis excipiens, vel accuſans contra eum admittendus, vt hîc. Et ſi obijceretur, quòd debet petere ordinationem vel conſecrationem: vt ſuprà, de elec. cùm in cunctis. & de tranſ. præla. c. 2. §. ſed neq;. & ideò contra eum excipi poſsit, ac ſi peteret.

8 † Reſpondeo non eſt verum, quòd cogatur vel teneatur petere confirmationem, vel ordines, niſi primò adeptus fuerit poſſeſsionem pacificam. ar. 92. diſt. de Epiſcopis autem. & c. ſeq. Alij tamen dicunt contrariũ, ſ. ex quo cõfirmatus eſt

tenetur petere ordines, & conſecrationem, & videntur iuſta ratione moueri, quia cùm epiſcopatus non propter temporalia, ſed propter Deum & curam animarum ſit recipiendus, vt in primitiua eccleſia faciebant, quando nihil habebant. 12. q. 1. c. 2. & c. futuram. & c. vendentes. 8. q. 1. ſciendum. & c. ſeq. Ergò propter vſurpationem temporalium, non debet dimitti tere, quin ordines & conſecrationem recipiat, & per conſequens contra eos poterit excipi. Nec obſtat iſta decre. vbi nullos ordines petebat, nec ratione dignitatis petere tenebatur. Vel dic, quòd hi prohibentur, & etiam directo accuſando procedere contra hunc electum, vel confirmatum, quia ipſi ſoli erant qui impediebant, quominus adipiſceretur poſſeſsionem pacificam, & ideò etiam ſi ordines peteret, nec excipiendo, nec accuſando admitteretur, vt hîc, ſed ſi alius impediret eius pacificam poſſeſsionem, tunc benè admitteretur contra confirmatum etiam ſi non haberet pacificam poſſeſsionem excipiendo, ſi adhuc reſtaret, vel conſecratio vel ordinum ſuſceptio etiam fortè directa accuſatio, quia non eſt hic expoliatus, licet non ſit admiſſus, vt not. ſupr. de cauſa poſ. cùm olim. tamen quidam in hoc vltimo caſu contradicunt.

CAPVT XLVI.

EX PARTE. (Vel tui) ideò dicit tui, quia ſi poteſt ſuos procuratores mittere, tenetur (niſi iudices) hîc videtur quòd iuſta ſit appellatio eo ipſo quòd locus non tutus aſsignatur, & ſi non petit locum ſecurum, ſed iudex eum ſibi offerre debet.

CAPVT XLVII.

1 *Per ſigillum, quod citationibus tantùm eſt deputatum, an quis poſsit procurator conſtitui.*

1 SIGNIFICAVIT. † (Sigillum) per hoc ſigillum quod citationibus tantùm deputatum eſt, non poteſt quis conſtitui procurator, ſecùs ſi adeſſet alterius ſigillum, & notum. C. de teſt. ſi vnus. & maximè ſi ſigillans aliud ſigillum non haberet (earum) ſuprà, de reſcript. ex parte olim. & ſuprà, de proba. licet. ff. de condit. & demon. falſa. (appellatum) & etiam ſubſit veritas allegatarum cauſarum, vel alterius ipſarum, nam aliàs appellare iuſta cauſa aſsignata, nec eam ſe offerat probaturum non ſufficit. infrà, eod. interpoſita. & dic vt ibi.

CAPVT XLVIII.

SIGNIFICANTIBVS. Hæc decret. poſita eſt ſuprà, de libel. oblatio. capitulo 2.

CAPVT XLIX.

1 *Terminus qui præfigitur appellantibus triplex eſt.*

EX INSINVATIONE. (Iudex) ſcilicet, coram quo cauſa agebatur (aduocatus) non dicitur, quòd hæc ſit appellationis cauſa ſufficiens, imò contra habes. ſup. de offi. iud. c. 1. (legitimas) 2. q. 6. anteriorum.

1 †Legitimas) triplex eſt terminus, qui præfigitur appellantibus. Primus ad iter arripiendum. ſup. eo. peruenit. Secundus ad repræſentandum ſe Papæ. ſup. eo. perſonas ſignificauit. Tertius eſt ad terminandum cauſam appellationis. ſup. e. cùm ſit ro. & hic terminus tantùm à lege, & non ab homine præfigitur, vt hîc. Terminus autem de quo hîc dicitur, ſcilicet, quòd redeat à proſecutione, non à lege imponitur, nec ab homine imponi poteſt. Ad terminum) ſcilicet, quouſque vnus menſis tantùm ſupereſſet de anno, quia præfixio termini etiam à iudice facta, non valebit ſuper executione ſententiæ (expectato) & malè: vt not. ſup. eo. ſæpè (mandamus) videtur quòd non deberet alijs cauſam committere iudex, ſed coram primis iudicibus debebat partes remittere. ĩ. e. vt debitus. Reſpon. hoc eſſet de ſpeciali gratia. Vel dic, hoc eſſe de mero iure, quando literæ impetrantur ante tempus appellationis præfixum, quòd etiam eſt notorium ex actis, quæ inſpicere, & ex eis procedere poteſt iudex appellationis, etiam parte abſente.

CAPVT L.

1 *Admittitur generalis appellatio.*
Moleſtare & contra eius appellationem facere, non tantùm dicitur is, qui expoliauit, ſed etiam ſi contra eius voluntatem eam tenet.

2 *Quamuis eccleſia ſit alicuius monaſterij, datur tamen epiſcopo cathedraticum, & etiam alij cenſus.*

3 *Verisimilis causa quæ dicatur, & quæ probabilis.*

Causa probabilis & verisimilis an post appellationem possit reduci ad statum temporis appellationis.

4 *An sit idem, ex iusta causa appellare, & ex verisimili.*

1 BONAE ME. (Quis) No. † generalē appellationē admitti. arg. contra. ℨ. eodem c. 2. & c. consuluit. Si hic licet esset vaga, quo ad molestatores, erat tamen determinata, quo ad ecclesiam de qua agebatur, & ibi de hoc not. (eiecerunt) vnde petebant reduci in eum statum, in quo fuerunt tempore appellationis emissæ, & fructus medij temporis sibi restitui, non habito respectu molestatoris vel molestationis. Nam & molestare eum dicitur, & contra eius appellationem facere, non tantùm qui exspoliauit, sed etiam si contra eius voluntatem eam tenet. Nec est hoc contra id, quòd not. ℨ. de his quę fi. à ma. par. ca. c. 1. ſ. quod appellans extra iudicium non tantùm debet probare causam appel. iustam, sed etiam veram, quia & hic non fuit restitutus, nisi ad ea, quæ probauit se possedisse tempore emissæ appellationis, probauit ergò veram causam appellationis, scilicet, se possedisse, & postea ea quæ possidebat tempore appellationis ad archid. peruenisse, & per eum molestatum fuisse, & causa appellationis nulla erat alia hîc, nisi non molestes me super custodia ecclesiæ, nec debes me molestare, quia ego sum in possessione eius pacifica, & paratus sum stare iuri. Et hoc magis approbo, quàm quod dicitur in gl. probabilem (archi.) ad quem deuenit istà ecclesià dicti laici, nomine dicti archi. eum eiecerunt, (vel mandato) hic procurator non benè respondit, quia eius responsio fit de proprietate, quæ licet pertineat ad archi. non tamen potest impedire, quin debeat restitui possessio in eo statu, in quo fuit tempore appellatiōis emissæ, quòd abbas sancti Augu. petebat (de iure communi) 63. dist. si imple.

2 † Vsi fuerint) licet diceret se vsum fuisse non tamen probauit, sed si probasset se vsum non tamen probabat se possedisse tempore, quo abbas primò intrauit. Nam tunc fortè licuisset archi. vim vi repellere. ℨ. de restit. spol. olim. C. vnde vi. l. 1. & non obstat appellatio (possedit) licet archi. hic præcepit, non sequitur propter hoc, quòd ecclesia fuerit sua, vel quòd eius nomine possideretur. Nam licet ecclesia sit alicuius monasterij: tamen datur cathedraticum episcopo, & etiam alij census. ℨ. de dona. pastoralis. (verisimilibus) vide quæ not. suprà, de maio. & obedi. dilecti. & ℨ. eodem titul. constitutis.

3 † Verisimilibus) probabilem causam dicimus iustam, verisimilē dicimus, quæ à iure approbatur, & quæ de iure obtinet, vnde & verisimile est, quod si fecit quis, quòd ius alijs facere præcepit, quòd benè fecit. VERBI GRATIA: hîc appellauit abbas, ne quis eum molestaret super possessione ecclesiæ eiusdem, quæ de suo patronatu erat causa probabili assignata hac. scz. cùm ego sim in quasi possessione custodiendi ecclesias meas, quæ est benè verisimile, id est, de iure approbata, verisimile & probabile est, quòd ex quo monasterij est ecclesia, quod habeat ibi custodiam temporalium sicut eis ratio eorum reddi debet. 16. quæstione. 2. c. 2. infrà, de cap. mo. c. 1. & infrà, de priui. cùm & plantare. §. in ecclesijs. Benè facit ad hanc decret. infrà eodem, dilectis. Nec credimus quod per talem appellationem ille, qui esset in possessione, debeat retardari vti possessione sua. ar. infr. de iure pa. consultatio. C. debi. vendi. pig. l. 1. Nec contradicit hæc decre. quia archi. non possidebat, vel ad minus incertum erat eum possidere, cùm abbas negaret, qui de facto tunc possessioni incumbebat. C. qui ad lib. procla. non licet. l. 3. vnde cùm negaret & appellaret ex probabili & verisimili causa, antequam probet aliquid, reducendus est in statu quo erat tempore appellationis. Nec est contra in elect. vbi videtur, quod si appellaretur ex probabili & verisimili causa, non tamen reducitur ad statum temporis appellationis, nisi & causa probaretur. ℨ. de elect. cùm inter ea. Sed certè non est contra, quia non est verisimile, nec in iure dicitur, quòd quis membro caduco laboret, & not. quòd iste tenetur prosequi appellationem hanc intra annum, ex quo factum est contra appellationem. suprà eodem, constitutus. vbi de hoc.

† Sed quæres si quis appellaret, ne vendas talem rem, quæ sua est, & causa ista probabilis est, ergò si vendas, ante omnia rescindenda est venditio, vt reducatur

ducatur in statum appellationis emissæ, quòd falsum est. C. de rei vendicatione. si fundus. Sed respondeo, quia non est verisimilis hæc causa, id est, à iure ꝓbata, sicut est illa, de qua loquitur in hac decret. & ℨ. eodem, dilectus. ibi enim constabat rem non esse appellantis, siue denuncians, nec credendum erat hoc pro se asserenti. argumen. ff. de interro. act. l. de ætate. §. 1. hic enim constabat eum esse patronum, nec pars archi. hoc diffitebatur, & ita verisimiliter erat, quòd haberet custodiam.

Sed dices nónne appellatione hoc idem consecutum fuisset monasterium per interdictum vnde vi? Respondeo quod non, quia in interdicto oportuisset monasterium probasse possessionem, & spoliationem factam per eum, contra quem egit. suprà, de restitu. spol. cùm ad sedem. sed hic scilicet quando petit reduci in statum pristinum, in quo erat tempore appellationis, sufficit ei probare, dummodò quod tempore appellationis rem detinebat, etiam si nihil de expoliatione probet, nec impedit restitutionem expoliatio, à quocunq; facta, nec etiam nocet ad quemcunq; possessio peruenerit, secundum quod hîc satis expressè patet.

Sed oppones nónne idem dicendum esset, & si non ex verisimili causa appellare, sed ex causa iusta. VERBI GRATIA, si diceret monasterium: Cùm igitur ego sim in possessione custodiæ huius ecclesiæ, appellatione quis me molestet, nam hæc causa appellationis, vbi non fit mentio, quod ecclesia sit de patronatu monasterij, & si iustam causam habeat, tamen non est verisimilis, quia potius deberet ratione custodiæ ad archi. pertinere. 63. dist. si in plebibus. ℨ. de insti. cùm venissent.

4 † Respondeo non esse idem, vbi appellatur ex verisimili causa & iusta, & vbi est iusta tantùm, quia benè quis petit reduci in statum, in quo erat tempore iustę appellationis, sed non verisimile est, si illam rem tenet ille, ad quem ius illud pertinet de iure communi, per hanc petitionem non lædatur, licet probet quòd tempore appellationis detinebat, nisi iustam possessionem probet non auferetur ab eo, qui possidet ius, quod ad eum de iure pertinet, vt restituatur priori, & est ratio, quia cùm petit appellans se reduci in statum, in quo erat tempore appellationis, non est hoc possessorium iudicium, in quo nihil aliud inquiratur, nisi de possessione, imò & inquiretur de proprietate iuris, scilicet, ad quem spectat de iure, vnde debent admitti probationes huiusmodi possidentis, modò siue sint de iure, vt in archi. ad quem pertinet de iure custodia ecclesiarum, siue de facto, vt si vellet probare specialem cōcessionem super custodia ecclesiæ, de qua agitur, ideoq; & si ille qui non possidet, nec de iure, nec de facto probauerit, quod custodia ad eum pertineat, obtinebit, nam cùm de possessione & proprietate liceat quæri, & quæsitum sit, præfertur probatio super proprietate. ℨ. de causa pos. cum ecclesia Vulterana.

Alij dicunt, quòd licet verum sit, quod non fiat restitutio illius articuli qui ad non possidentem de iure communi pertinet, tamen si de facto per testes probare velit, vel consuetudinem, vel specialem cessionem in hoc casu, non sunt probationes eius recipiendæ, sed est restitutio facienda. ratio diuersitatis est, quia ibi est notorium iuris, hîc non. Et no. diligenter quòd dixi, quod per hunc modum agendi non fit restitutio, sed si ageretur interdicto fieret restitutio, quia ibi de sola possessione loquitur, si verò alius teneret, ad quem illud ius de iure non spectat, benè cogeretur restituere priori possessori, propter vim appellationis, quæ iubet omnia in prioremstatum reponi, quod intelligendum videtur, vbi pro actore facit tantùm possessio habita ante appellationem, & pro reo facit possessio modo habita, & ius commune, licet hæc sint plurimum vtilia, & veritati, & intellectui decret. consonent: tamen facilius potest patere intellectus huius decret. vt ibi dicas, quod hic archi. tenebatur restituere, quia scienter recepit rem à spoliatore. suprà, de restit. spo. sæpè. suprà, de iudic. quia. vel quia mandauit fieri expoliationem vel ratam habuit. suprà, de restit. spo. cùm ad sedem. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. deiecisse. Vel dic, quòd sicut lite pendente omnia quæ dolo aliàs malè fiunt à partibus, pertinent ad officium iudicis vt ea corrigat. ff. de ædil. edict. ædiles. §. sciendum. ff. de aqua plu. arcen. L. iter. §. officium. ff. de furt. L. secunda. ff. de rei vendicatione. quòd petitorio. sic & si appellatione pendente aliquid dolosè agatur à partibus ad officium iudicis pertinet, vt illud in pristinum statum reformet: nam appellatione pen. nihil

pen. nihil innouandum est etiam à parte. ℣. eod. c. dilectus. & hac ratione ex officio suo hic Papa in pristinum statum reformauit quæ per archi. inuenit procurata fraudulenter, licet pro his non competeret interdictum sic sententiauit Papa assignandos fructus ad conseruandum pro ecclesia : non ad conseruandum in suos vsus, vt no. ℣. de elec. dudum ro.

CAPVT LI.

DILECTI. (In eos) & ℣. eo. licet (prouocatum) quo ad hoc vt contra eos procedi non possit. de hoc not. ℣. eod. vt debitus.

CAPVT LII.

1 *Appellatio tenes hodie, siue grauamen in iure sit expressum, siue non, dum tamen sit probabile.*

2 *In prosecutione appellationis tam excommunicatus, quàm non excommunicatus est audiendus.*

3 *Non potest episcopus in rebus, quæ non sunt suæ iurisdictionis dicere ius.*

4 *Non debet excommunicatus priuari bonis ecclesiæ.*

PASTORALIS OFFICII. (A iure) id est, quæ non est à grauamine. ℣. eodem, vt debitus. vel comminationem: vt. ℣. eodem. cùm cessante. sunt tamen alij casus expressi à iure. ℣. de restitut. spo. ex conquestione. ℣. eod. c. significantibus. & c. postremo. & c. ex parte. ℣. eod. nouit. & de offi. dele. super quæstionum in fi. cùm olim. ℣. de testi. significauerunt. Grauatus) non in hoc tantũ, quòd appellationem iustam non admisit, sed quia post appellationem siue repudiatam, siue receptam aliquid fecit contra appellantem (emendari) etiam si iudex non admittat, vel deferat appellationi, quia hoc obesse non debet. 2. q. 6. appellatione.

1 †Emendari) per iudicem appellationis, quando appellatum est à diffinitiua sententia, & non à grauamine, & sic hæc decr. innuit differentiam inter frustratoriam appellationem, cui nunquam est deferendum, & appellationem quæ est à iure concessa, & huic semper est deferendum & appellationem mediam, quæ est quando quis grauetur, sed tamen non est à iure expresso concessa, vt quando dilationes dantur, sed vel breues, vel non tot quot sufficiant, & in hoc casu non defertur appellationi, quando est in literis appellatione remota. Sed tamen quando appellabitur à diffinitiua sententia, iudex appellationis reuocabit hæc grauamina. C. de iureiurando. generaliter. & nor. suprà, quod met. caus. c. fin. & hoc dicit finis huius responsi, sed hodie remota est hæc decret. infrà eodem, vt debitus. vbi dicitur, quòd ab omni grauamine, licet appellare etiam non expresso in iure (in eo) puta quia iusta de causa appellauit. Denunciare potest) hoc potest facere ordinarius appellatus, etiam qui non excommunicauit, ad cuius officium pertinet facere euitari excommunicatos, si sunt excommunicati ante appellationem. 11. quæstione. 3. curæ. sed delegatus cùm expirauit per appellationem eius iurisdictio, hoc facere non potest, vel debet, suprà de offic. delegat. pastoralis. §. præterea. Item non videtur, quòd ille pro quo fuit excommunicatus, sit audiendus appellans, si iudex appellatus mandet eundem excommunicatum non denunciandum, quamuis malè faciat, quia non interest eius, pro quo excommunicatus est, quòd denuncietur, cùm certum sit, quòd hic excommunicatus non est cogendus pendente appella. nec etiam consulendus, vt soluat, nisi debitum recognosceret. argumen. 2. quæst. 6. non solent.

2 †Item ita audiendus est excommunicatus in prosecutiõe appellationis, sic ut non excommunicatus. ℣. de except. significauerunt. Item denunciatio nil facit ad rem, cùm per ipsam excommunicatus amplius non ligetur, vt sequitur, apparèt ergò, quod nullo modo sua interest. Si autem præcipietur per iudicem, qui excommunicauit iudici ordinario, vel cuicunq; alij prælato, qui denunciaret eum ab eo, qui appellauit excommunicatum, non debet ei obtemperare, & si ob hoc feratur in eum aliqua sententia non tenet, quia est à non suo iudice lata, sed securius est ei appellaré, non quòd per appellationem suam reuocet iurisdictionem iudicis in causa sibi commissa, sed nec contra eum procedat.

Sed quid si pro manifesta offensa dicitur excommunicatus, & iudex appellationis mandat ne denuncietur, nunquid tunc tenebit appellatio aduersarij appellantis, ne prohibeatur denunciare, argumen. quòd sic. quia appellatio non tenet. suprà. eodem, cum sit. & c. proposuit. Item quia pendente quæstione de iurisdictione, scilicet, quia dicitur non tenere appellatio, de principali quæstione non debet se intromittere iudex appel. nisi inquantum pararetur sibi impedimentum, si postea constaret suam iurisdictionem, vt si superior procederet in cognitionem eiusdem causæ.

3 †Subtrahuntur) idem credimus si tantùm ab officio suspendantur, quia vbicunq; officia & beneficia sibi denegabuntur. 7. quæstione. 1. si quis presbyter. 11. quæstione. 3. si episcopus fortè. 81. distin. eos si quis sa. secùs crederem, si esset suspensus à beneficio, vel ingressu ecclesiæ alicuius specialiter, nam licet ratione personæ possit vnus episcopus condemnare clericum in beneficio, quod est suæ iurisdictionis, tamen in alijs rebus quæ non sunt suæ iurisdictionis non potest dicere ius. argum. ff. de re. iudi. à diuo Pio. 1. respon. & melius. ff. de bon. authorit. iudic. pos. cùm vnus. §. is qui. & ff. de iudi. l. si duobus iudicibus. nisi per consequentiam, sicut est in suspenso ab officio, cui fit præiudicium in beneficio, quod annexum est ei, vt dictum est, sed & tunc vt denegetur beneficium, necessarium est præceptum superioris iudicis: vt no. infrà, de concess. præbend. vel ecclesiæ. non vac. c. cum nostris. Subtrahuntur) secùs si primò appellasset. nam tunc non credimus, quòd posset denunciari excommunicatus. ar. infr. de sen. excommuni. per tuas. nec etiam beneficia sibi subtrahi debent, cùm ipse non debeat gerere pro excommunicato, & ministri præbendarum tanquam mercenarij, & ministri possunt ei communicare. 11. quæstione. 3. quoniam. inf. de sen. excommu.

☞ inter. †Alij tamen aliter dicunt, quod est certum quod post absolutionem fructus medij temporis poterit repetere. 2. quæstione. 5. & super causam. & infr. de concess. præben. vel eccle. non vacan. quia di. & hoc si fuerit iniustè excommunicatus, secùs autem si iustè. arg. C. de re mili. cum allegatis.

4 †Sed dices, & si ipse non teneatur se gerere pro excommunicato, alij tamen debent vitare eum, quomodo ergò habebit præbendã? Respondeo debet vitari tanquàm excommunicatus in communione, sed spoliari non debet his, in quorum possessione erat, vnde fortè si interesset diuinis officijs in ecclesia quam possidebat, cùm non debeat spoliari pendente appellatio. eijci non debet, & alij canonici possunt sine culpa secum celebrare. infrà eodem, dilectis. tamen si spoliaretur præbenda, & alijs rebus, & peteret restitutionem, repelleretur. infrà, de senten. excommunic. per tuas. hodie tamen non vitatur extra iudicium. infrà, de sen. excom. solet.

CAPVT LIII.

1 *Iurisdictio alicuius si in principali suspenditur & in accessorio dicitur suspensa.*

2 *Non debet audiri episcopus appellans ne absoluatur excommunicatus ab ipso.*

3 *Licet extra iudicium denunciare & notificare crimina cuiuscunq;, dummodò possit approbare. & vide in nu. 4.*

4 *Denunciatio potest fieri in iudicio & extra, sed iudicare vel cogere aliquem inuitum ad aliquid, nõ potest fieri sine causæ cognitione.*

5 *Renuncians appellationi videtur etiam renunciari grauamini.*

6 *Appellatio per modum querelæ excluditur, per modum verò appellationis, videtur querelam renunciasse, & per modum querelæ sententia dicitur nulla, sed per modum appellationis dicitur iniusta.*

1 SOLICITVDINEM. †(Post appellationem.) hoc ipso quòd conqueritur de episcopo ex eo, quod post appellationem legitimam excommunicationis sententiam promulgauit in eum, oportet quod de appellatione cognoscat, & ita appellationi renunciet, & erat causa dubitationis, quia cùm excommunicatio sit noua iniuria, videbatur quòd apud quemlibet iudicem posset de ea deponi querela appellatione salua remanente. ar. ff. de except. rei iud. si sit mater. §. eodem. sed secùs est, quia & si sit noua iniuria, tamen pendet ex priori, nec potest de ea sufficienter cognosci, nisi cognoscatur de appellatione, & petens hoc non ab archiepiscopo, sed à Papa iustè petere poterat absolutionem ad cautelam. ℣. de sen. excommunic. per tuas. Item iustè petit sententiam excommunicationis pronunciari nullam. ℣. de offi. delega. cùm contingat. & cassari quicquid factum est post appellationem. infr. eodem, cum causa ab archiepiscopo etiam benè potest petere absolutionem per simplicem querimoniam, & procedere secundum quod habes. suprà. de offic. ordi. ad repri-

reprimendam. & ſic renunciat appellationi, vt hîc in fin. loquitur (de ijs) ſcilicet, de excommunicatione (de alijs) ſcilicet de excommunicatione (in quo caſu) ſcilicet, quando proteſtatur quod appellationi non renunciat.

2 †Ad appellationis beneficium) ſuprà eodem, qua fronte. §. 1. contra ſol. ſi appellat epiſcopus, ne abſoluatur excommunicatus volens ſatisfacere, non valet appellatio, vt ibi, ſed ſi appellat ab archiepiſcopo, quia cognoſcit de iniuſta excommunicatione, ſiue de nullitate excommunicationis, & appellatio, quæ ex ſolius Papæ cognitione dependet, cùm hîc poſsit eum archiepiſcopus punire, ſi in aliquo inordinatè procedat: vt ff. de ſent. excommunic. ſacro. licitè appellare poteſt, vt hîc, olim etiam ſine grauamine, hodie autem non ſine grauamine. infr. eodem, vt debitus. ſed hoc ipſo quod cognoſcit, ſi appellans vult appellationi renunciare, vt hîc in fine. Vel dic, idcircò admitti ad appellationem ab archiepiſcopo, quia nullam iuriſdictionem habebat ſuper excommunicatum.

3 †(Notorium) niſi per probationes receptas ab archiepiſcopo, vnde cùm hic quantum ad appellationem, non debeat cognoſcere, vt litera præcedenti, ſed quàdo de hoc ei liquere poteſt extra iudicium, cùm certum ſit mandatum factum, & ſit certum illud iniquum. ff. c. proxi. in fin. & tale à quo licitè appellare poteſt hoc licuit archiepiſcopo, etiam ſi non eſſet notorium, quod mandatum archiepiſcopi eſſet iniuſtum, dummodò eſſet ita manifeſtum, quòd probari poſſet, iſte enim archiepiſcopus non gerebat vicem iudicis, quia non erat ad eum appellatum ſed vicem denunciatoris. ſuprà, de elect. venerabilem. & extra iudicium benè licet cuiquam denunciare & notificare crimina cuiuſcunque dummodò poſsit approbare hic, cùm potius eſt ei ad pœnam: vt 5. quæſtione. 1. capit. 1. & 2. ff. ad Silla. l. 1. 1. reſpon. C. de epiſcop. & cleric. nulli. §. fin. C. de iureiurand. ſi verò. C. de famo. lib. l. 1. ff. de iureiur. l. eum qui. 1. reſpon.

4 †Et dicimus hanc denunciationem licitam, & non tantùm coram iudice facienda, ſed etiam alibi dummodò fiat ex iuſta cauſa, ſicut hic erat, ſcilicet ne excommunicatus iniuſtè vitetur, vel auxilium amicorum perdat, ſed ſi quis ſine cauſa ad diffamationem tantùm denunciaret crimina alicuius etiam vera, peccaret & pœna dignus eſſet. C. de poſt. quiſquis. §. 1. ſi autem non eſt notorium, neq; probari poteſt, tunc punitur, qui illum denũciat. 2. q. 3. c. 1. & 2. ſi autem quaſi iudex aliquis vellet denunciare ſententiam alicuius iniuſtam, vel nullam, vel ſi quis vellet cogere ſubditos ad communicandum excommunicato quaſi cum non excommunicato, hoc nullo modo licet, niſi partibus præſentibus & ſeruato ordine iudiciario, & eſt ratio, quia denunciatio poteſt fieri & in iudicio & extrà, ſed iudicare vel cogere aliquem inuitum ad aliquid non debet fieri ſine aliqua cauſæ cognitione. 2. q. 1. c. 1. & ſequen. (Quòd mandatum epiſcopi) à quo pars appellauerit, & ideò certum ſit tenere appellationem, & ideò non valet excommunicatio, & ex ſolâ inſpectione ipſius ſciri poteſt. ſuprà, de offi. deleg. cùm contingat. ſupr. de reſcript. cùm contingat. ar. ſupr. de elect. venerabilem. Quibus autem mandatis ſubditus teneatur obedire, not. ſuprà, de temp. ordi. ad aures (declarare). ff. de ſen. excom. per tuas. Contra ſic. ff. c. prox. non credimus, quod hæc declaratio tantùm valeat, quòd alij debeant ſibi communicare, ſed valet, vt non intelligant ſe incidere in canonem maioris excommunicationis, qui ei præſtat auxilium, vel conſilium quòd appellationem proſequatur. Item valet vt excommunicator à multis correctus emendet, quòd malè fecit. vt ff. de elec. venerabilem (quæſtionẽ) niſi præmiſſa proteſtatione illa, quod appellationi non renunciet (quæſtionẽ) de iniuſta excommunicatione non de nulla, & hanc abſolutionem non poteſt parsimpedire. ff. de ſen. excom. ſacro. in fi. & eadem excommunicatio erat nulla, ſi appellationem proſequeretur, & iniuſta ſi omittat proſecutionem appellationis.

5 †Renunciare) contra epiſcopum nõ contra aduerſarium, contra quem benè proſequitur appellationem, non obſtante tali renunciatione. ff. de offi. deleg. gratum. licet videatur renunciare appellationi, quantum ad excommunicationem, non videtur autem renunciare grauamini, vel eius proſecutioni, licet poſt grauamen ante lapſum decem dierum teſtes produxit coram iudice, qui grauauit, cùm ſimpliciter concedatur, quòd intra decem dies appellet à die grauaminis. Ar. contra. C. de re iudi. ad ſolutionem. vbi dicitur, quòd ſi condemnatus petat tem-

tempus abſoluendum id, in quo condemnatus eſt, quòd videtur acquieuiſſe ſententię, nec poteſt appellare. Sol. ibi quaſi expreſſè renunciauit, vel potius ſententię acquieuit. Sed hoc nõ, quia poterat ante ſententiam reuocare errorem ſuum: ſed poſt ſententiam non poteſt. C. de iura. & fac. igno. l. error. ſimiliter renunciaſſe grauamini videtur, ſi à grauamine appellauit: & poſtea appellationi renunciauit, vel tacitè vel expreſſè, vnde non videtur quod ab eodem grauamine licet iterum appellare, & intra 10. dies computandos à die grauaminis: quia renunciando appellationi, videtur renũciaſſe & grauamini. Item, quia leges non debent eſſe ludibrio. ff. e. cùm ſit Romana. in prin. licet aliqui contradicant.

4 Appellatio facta extra iudicium nunquid proſit.
5 Interdicti ſententia an poſsit ſuſpendi.
6 An liceat epiſcopo renunciare appellationi.

DILECTIS FILIIS. (Diſpenſationem plenariam.) 16. q. 7. omnes (detineri) non propter hoc incidit in excommunicationem. arg. infrà, de depoſi. grauis. infrà, de ſen. excom. vt famę. Si quęris nunquid hoc licet laico, cuius negotia clericus miniſtrauit? reſpõdemus. nonargu. 17. q. 4. ſi quis ſua. argu. contra. 15. di. quidam (reſtitueret) ſatis videtur iuſta petitio ſi verum eſt quod dicebat decanus.

1 †(Reſtituere) iſte decanus malè proceſsit, quia ſibi ius dixit, ſed ſi coram competenti iudice repetiſſet clericum ſuum, qui detinebatur ita quod ſibi vel eccleſiæ ſuæ non poterat exhibere ſeruitium, quod in propria perſona exhibere tenebatur, benè auditus fuiſſet, ſicut poteſtas poteſt petere ciuem ſuum, ſi ita detineatur, quod munera perſonalia præſtare non poſsit. ff. ad munici. de iure. in princi. C. de decur. generali. ſic etiam videtur, quod dominus poſsit aſſcriptitium ſeruum petère, vt infrà, de iudæ & c. 2. dominus poſsit vaſallum de iure feudorum dummodò ſic detineatur, quod ſua ſeruitia impendere non poſsit. Debitorem autem ſuum ab alio detentum, nullo iure repetere poteſt, quia nullum habet ius creditor in perſona debitoris, vt patet infrà, de pig. c. 2. ſed ſecùs eſt in ſuperioribus. de his no. ſuprà de ma. & obedi. inter quatuor. (Epiſcopus metuens) non appellat ab eo tanquam à iudice, ſed tanquam ab eo, qui iuſtè vel iniuſtè poteſt aliquid facere, quod vergit in iniuriam epiſcopi, & poteſt potius dici prouocatio ad cauſam, quàm appellatio. ſuprà eod. cùm ſit romana.

2 †(Ciuitatis.) no. epiſcopi appellationẽ prodeſſe clero & populo, & hoc fateor verum, quando appellat ſuper his, quæ commiſſa ſunt epiſcopo, & clerum & populum tangunt, puta ſuper interdicto officio in eccleſijs ſuis, quia niſi populꝰ ſit catholicus, & benè inſtructus epiſcopus redditurus eſt rationem, & ideò intereſt eius, quare appellare poteſt. argumentum. ſuprà, de reſcrip. veniens. 2. queſtio. 6. non ſolent. Plus dicimus, quòd domini qui iuriſdictionem habent, & etiam qui non

CAPVT LIIII.

1 Poteſt decanus clericum ſuum petere qui detinetur, ita quod non poteſt ſibi, vel eccleſiæ ſuæ ſeruitium exhibere quod tenetur. Debitorem ſuum ab alio detentum, nullo iure quis repetere poteſt.
2 Epiſcopi appellatio prodeſt clero & populo. Domini qui habent iuriſdictionem, ſed etiam qui non habent, vt coloni, agricolæ, liberè poſſunt agere de dolo ad intereſſe contra illos, qui in ſui iniuriam tales ſubditos, vel cultores agri mei moleſtant, vel ſpoliant.
3 Nunquid decanus vel alius minor prælatus poſsit interdicere.

habent iurisdictionem, sed tantum dominium villarum, vel possessionum, in quibus habitant coloni, liberè possunt agere de dolo ad interesse contra illos, qui in sui iniuriam tales subditos liberos molestant, vel spoliant. Nam non est dubium æquũ esse in his casibus dari actionem mihi domino, & cùm alia non competant, dabitur mihi actio de dolo. l.1. & erit meum interesse, quanto minus ille subditus solitas collationes facere poterit, vel si fecit insultũ in villam meã, vel domum, vel possessionem, interest mea, quia domus, villa, vel possessio dimittitur inculta, quod totum contingit mihi, ex insulto facto ab iniuriatore. argumen. ad hoc, quod si ille tenetur de dolo, qui hominibus meis suadet, vt dimittant possessionem meam. ff. de dol. cùm quis. multò fortius ille cõuenietur de dolo, qui homines per suas iniurias de mea possessione expulit, potest tamen dici quod contra illum qui turbat cultorem agri mei, vel colonos meos, quod mihi competit interdictum vti possi. & actio iniuriarum, si in eius iniuria sit factum. ar. ff. de vi & vi arma. l. vim facit. ff. de acto. emp. qui pendente. ff. depos. l.1. §. si quis tabu. sed si furtim esset aliquid sublatum, agere non posset dominus, sibi enim imputet subditus, q non benè custodiuit res suas, sed si maiori vi non resistit, non est culpa, quia nec facere possunt. ff. loca, si merces. §. vix. & eodem modo, si non fecit iniuriam domini, sed propter speciale odium subditi, agit domin⁹ ad interesse, quia non licebat domino suam iniuriam sua authoritate vindicare, sed per iudicem, aliàs si non agit dominus de iniuria, potest autem agere ad interesse suum, sed & si in iniuriam domini factum sit, non licet ipsi domino authoritate propria iniuriam vindicare, sed per iudicem debet petere sibi satisfieri, proposita actione iniuriarum. ff. de vi pri. l. pe. & vlt.

☞ † Illud enim quod dictum est de paupertate collatorum non placet, quia hoc interesse intra rem esset, & per nimios circuitus vagaretur, quod esse non debet. C. de sen. quæ pro eo quod interest. l. prima. de hoc autem non est dubium, quòd si ille qui subditus est iurisdictioni meæ, iniuriam ab alio patitur, quod nisi iudex iniuriantis satisfieri faciat, quod ego contra eum licitè mouere possum bellum. 23. q. 3. dixit. Et addunt quidam, quod subditos singulos iniuriantis capere possum, & ab eis satisfactionem exigere possum. Argumentantur enim sic, quia si ego super dominium iniuriantis bellum faciam in quo destruam bona singulorum, quare non multò fortius potero singulos capere, vel cogere ad satisfactionem. Item de illo non videbitur dubitandum, quòd nullo modo potest petere, quod damnum emendetur suo subdito, cùm non sit suus procurator, nec sua interfit. Nam si hic dominus iure suo posset petere, ergò eadem ratione, & pactum facere de non petendo, quia & cuicunque licet renunciare iuri suo, & hoc esset absonum dicere, quòd dominus per suam renunciationem auferret ius subditi sui, quando autem criminaliter agitur in publicis iudicijs omnes admittuntur principaliter accusando, nam per procuratorem hæc expediri non possunt. ff. de publi. iudic. l. pe. §. ad crimen (appellauit) primo offerens decano, quòd ipsi super captionem preben. rationem facere erat paratus, quæ erat verisimilis & probabilis causa, & idcircò ista est appellatio.

3 †(Post modicum tempus) quidam dicunt decanum, vel alium prælatum hoc non posse, nisi hoc habeat de consuetudine vel priuilegio, cùm iurisdictionem non habeat in superiorem, suprà, de ma. & obedien. cùm inferior. Item quia nullus potest sibi dicere ius in re sua. C. ne quis ius dic. l. 1. Alij dicunt, quòd quilibet prælatus hoc potest, dummodò manifesta vel potius notoria sit causa grauaminis, quæ irrogatur prælato, & sic intelligitur. suprà, de offici. ordina. irrefragabili. §. cæterùm. & 26. q. 5. quicunque. Nec faciat ista prælatus tanquam iudex, sed tanquàm homo habens pietatem faciendi voluntatem suam in re sua, vel in ecclesia sibi commissa, secundum iura tantùm. argumen. C. de iu. l. nemo. & C. man. in l. in re mandata. & secundũ istos casus alij præter canonicos in ecclesijs prædictis celebrare possunt, nec incurrunt irregularitatem. Imò fortè idem, & de ipsis canonicis, quia hoc non est interdictum iuris, vel ordinarium, & ideò de ipso nõ intelliguntur. c. quæ loquũtur de interdictis celebrantibus, q incurrãt irregularitatem (promulgauit) & malè sequitur (cessaretur) hoc intellige de speciali consuetudine: de iure communi secùs est. infrà, de his quæ fi. à ma. par. ca. quæsiuit (allegans) & malè (emisit) & huic appellationi detulit officialis, & apostolos concesit, sed post horũ oblitus interdictum decani irritum denunciauit, & illud non seruari mandauit vt infrà continetur, decanus appellauit, quòd facere potuit etiam sine causę cognitione. arg. suprà, de offi. & po. iu. dele. super quæstionum. §. nos autem (iudicauit) & malè cùm iam appellasset decanus, & appellationi detulit of. 2. q. 7. appellatione. (quia verò) Hîc incipit sententia Papæ (iustitiam) hîc fuit appellatio extra iudicium facta ex probabili & verisimili causa, propter cuius interpositionem irritum nunciatur, quicquid factum fuit postea, suprà, e. bonæ. & c. ad audientiam. vbi de hoc etiam non inquæsito de veritate appellationis.

4 †No. quòd licet non profit appellatio facta extra iudicium, nisi probata veritate causæ, vt suprà, de ele. cùm inter canonicos. tamen vbi ex probabili & verisimili causa appellatur. i. ex causa approbata à iure vel ciuili, vel consuetudinario, hoc ipso, probatur veritas causæ quod non probatur contrarium, vt hîc. Nam iure prohibitum est, quòd decanus non posit interdicere ecclesiam cõtra ipsum, nisi ex manifesta causa suprà, de offi. ordinari. irrefragabili. §. pe. ac decanus nullam causam probabat, & ideò eius interdictum irritatur. simile. suprà, e. bonæ memoriæ. Fatemur tamen quòd si decanus probauisset, quòd manifesta fuit causa interdicti, tunc quando eum interdixit licet illa causa fuerit contra ius commune, sed tantùm de gratia ex speciali priuilegio concessa interdicentis, quòd non reuocabitur. Si autem tũc, quando lata fuit sententia, non erat manifesta causa, sed tamen in veritate benè suberat causa iusta interdicendi, absoluetur sine grauamine, & punietur interdicens, sicut in excommunicationis sententia obseruatur. infrà, de sen. excom. sacro. in prin. Si autem ex causa verisimili, & à iure approbata, talis datur sententia, licet excommunicatus, & multis causis ante excommunicationem allegatis, quas offerret se probaturum, & coram excommunicatore, & etiã propter hoc appellaret, & diceret se non excommunicandum, tamen si excommunicetur rata manet sententia, nec valet si dicit excõmunicatus sine cognitione excc. suarum se esse excommunicatum, ergò est iniusta sententia. suprà, e. ad audientiam. Sol. illud habet locum, vbi excommunicatus excommunicauit aliquem post appellationem ex causa non probabili & verisimili, vel à iure scripto, vel consuetudinario approbata, sed vbi ex causa verisimili & probabili fertur, vt dictum est: tunc omninò tenet sententia, & si nõ probetur veritas causæ, & secundũ hoc dices, quòd speciale est in sententia excommunicationis vel interdicti etiam extra iudicium lata, quòd non tenet post appellationem ex causis legitimis interpositam, etiam si non probatur veritas causę, contra id quod not. infrà, de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. Et est ratio, quia nunquàm debet quis excommunicari, nisi causa probetur. 2. q. 1. nemo. Vel dic, quòd ibi. s. suprà, eo. ad audientiam. appellans probauit veram causam appellationis, & ideò reuocatur quicquid fit post appellationẽ legitimam, sed secùs est, quando ex causa probabili tulit sententiam excommunicationis: tunc enim non potest imputari iudici, imò & commendandus est, quia eius prudentiæ ascribitur, quòd falsas exceptiones non admisit contra præsumptionem iuris, & contra veritatem. Vel dic, quòd ibi non loquitur de sententia excommu. sed de sententia diffinitiua, per quam amouerat appellantem ab ecclesia, de qua certum erat, quòd siue appellaretur, siue non: tamen non tenet sententia, nisi legitima cognitione præmissa & ordine iudiciario seruato.

5 †(Cuius effectum) puta sic, nisi vsque ad 10. dies dimiserit sacerdotem, postea seruabitur interdictum, vel sic interdixit quousque episcopus esset in ciuitate, & ita cùm nondũ sententia secum traxerit executionem, interim potest licitè appellari, ita tamen quod à die latæ sententiæ vel scientiæ non defluxerint 10. dies. suprà, de senten. & re iudic. quod ad consultationẽ. 2. q. 6. anteriorum. & ita non est contra. ff. eo. ad hæc quoniam. & c. pastoralis. Dic melius, quia appellauit ante interdictum positũ ex causis probabilibus & verisimilibus, ideò decanus non potuit procedere ad interdictum, nec ad effectum interdicti (perturbare) & ideò iustè poterat excommunicari. ff. de sen. excom. veniens. (principale) sed appellationis super princ. (sed

acceſſoria). ſ. perturbatione ſubſequenti: vt ſuprà, eo. c. proxi. Et ideò epiſcopi ſententia vel officialis non tenuit ex ea cauſa, quia ad papam deuolutum totum negotium fuit, quare idem papa & non alius tam de turbatione quàm interdicto etiam decuerit cognoſcere. ſ. an iuſtè ſit poſitum interdictum, nec ne (poſt appellationem) ab officiali interpoſita. (Caruiſſe) mirum videtur, cùm non tenuerit ſententia interdicti lata per decanum, quomodo impediuit ſententiam excommunicationis latam per epiſcopum in decanum vel alios turbantes officium, ſed hoc ideò eſt, quia negotium omnium interdictorum fuit per appellationem delatum, primò ad archiepiſcopum & ſubſequenter ab archiepiſcopo ad papam, ſicut ex ſerie literarum apparet.

6 † Sed oppones nónne licebit epiſcopo renunciare appellationi. C. de appe. ſi quis. Reſpondeo ſic, ſi non fuiſſet eam proſecutus coram archiepiſcopo, ſed ex quo fuit proſecutus ipſam coram archiepiſcopo, & decanus appellauit ab archiepiſcopo ad papam, non licuit epiſcopo renunciare maximè appellationi, quæ tenebat: quia ex eo apparet, quia caſſatur quicquid fecit archiepiſcopus, poſt appellationem decani (de qua appellatione innotuerat) maximè idem enim eſt & ſi non innotuiſſet de appellatione, cùm per appellationem etiã in eius abſentiam factam exẽptꝰ eſt à iuriſdictione eius. arg. ſup. e. paſtoralis. 2. q. 6. biduum (inculpabiles) ſi etiam eligatur interim, & poſtea pronuncietur excommunicatio nulla electio valebit, quia veritate etc. 8. diſt. veritate. & arg. hîc.

Quidã tamen dicunt, quòd illi qui eum elegerunt peccauerunt, ſed non vidimus quare, quia ei non communicauerunt eligendo, quòd eſſet peccatum, vt ſup. quod met. cau. c. ſacris. Item ipſe conſentiendo non peccat, quia non tenetur ſe gerere pro excommunicato. infrà, de ſen. excom. per tuas. contra ſol. ibi conſilium in his, de quibus dubium eſt, an ſint iuſtè ligati, vt vitentur, quia præſumitur pro ſententia iudicis, ſuprà, de renun. in præſentia. Hic autem loquitur, quando certum erat ſententiam non tenere, vel quia delatum erat appellationi, vel quia aduerſarius, cum quo contendebat eum excommunicauit, vt hîc. Idem autem, vbicunque eſt manifeſtum iniuſtam eſſe ſententiam, ſuprà, eo. c. proxi. & quòd ibi dicit, ſed debet in alijs euitari, donec conſtiterit de præmiſſis expone, id eſt, de appellatione interpoſita, ex iuſta cauſa, vel de intolerabili errore expreſſo in ſententia, quando ab aduerſario hoc negatur. Sed ſi pars aduerſa confiteatur appellatum ex iuſta cauſa, non debet euitari, dummodo & prima facie indubitabiliter appareat mandatum, à quo appellatum eſt fuiſſe iniuſtum. ſuprà, c. proxi.

CAPVT LV.

1 *Ex traditione ſigilli an cõſequatur ius aliquod.*

VT NOSTRVM, (Dicto H.) Quem archiepiſcopus fecerat cancellarium (decernerent) ſuprà, e. conſtitutus. contra ſol. ibi erat legitimè confirmatus, nec tenebat appellatio emiſſa ab aduerſario ſine cauſa, vt ibi dicit, ſicut conſtabat per ſententiam papæ, & ſic in nullo debuit ſuſpendi effectus cõfirmationis, at hic erat clam electus & cõfirmatus, infrà, vt eccl. bene. ſine di. confert. c. 1. & appellatio legitima vel potius totum negotium reuocatum ad papam, vel ad minus dicebatur, & de hoc etiam controuerſia erat, vnde lite pendente, nõ debet ei aliquid nocere. † Decernerent) licet traditio ſigilli conſiſteret in facto, nec poſsit eſſe, quin facta ſit, poſtquam facta eſt. ff. de cap. & poſtli. re. l. in libello. §. factæ. tamen dicitur decerni nulla traditio, id eſt nihil videtur ſibi fuiſſe collatum ex traditione ſigilli, nec literæ ab eo ſigillatæ ex perſona ſigillantis habebunt aliquem vigorem, & benè fecit papa, quia cùm diceretur non tenuiſſe collationem factam ab archiepiſcopo, nec confirmatio. vt inf. vt eccl. bene. c. 1. nec etiã poſſeſſionem haberet officij pertinentis ad cancellarium, cùm illud conſiſtat in ſigillando, nec illud potuit habere antequam haberet ſigillum benè debuit prohibere, quòd nouum ius non conferretur ei, nec in poſſeſsione, nec in proprietate lite pendente. vt C. vt lite pendente, per totum. ſecùs autem videtur, ſi conſtaret, quòd prius collatum eſſet ei ius, vel etiam ſi conſtaret, quòd teneret confirmatio, vel etiam nihil diceretur contra eam. ſ. quod non teneret confirmatio, licet diceretur iniuſta, tunc ſatis videtur, quòd non deberet impediri effectus confirmationis. ſuprà eodem, conſtitutus. Idem ſatis vide-

videtur nobis, quòd licet alius quàm Papa ageret cum archiepiſcopo, ſcilicet, quod ad eum non pertinet collatio cancellariæ vel confirmatio, nihilominus tamen poſſet conferre cancellariam pen. lit. cùm interim non debeat priuari poſſeſsione ſua. ſup. vt lit. pen. laudabilem. ℣. eo. ſignificante. Et eodem modo ſi ageretur cum eo, vel cum cancellario ſuo, quod non teneret confirmatio ab eo facta, vnde pendente hac lite, poſſet eidem nouam collationem facere, ſi vacaret, & ei cui contuliſſet ſigillum tradere etiam teneret dummodò non fieret præiudicium cuiquam, ſed hoc fiebat in præiudicium iuris alterius vel illius, ſcilicet, pro quo Papa ſcripſerat, vel ad minus in præiudicium Papæ, qui dicebat ad ſe deuolutam poteſtatem conferendi cancellariam. Item nõ eſt de iure communi, quòd quandocunq; Papa incipit cognoſcere de aliquo negotio, vel cauſa, quòd propter hoc decernatur irritum, quòd fit à partibus, licet hoc mandatum fuerit iſti, quòd non vteretur ſigillo, quia hoc fuit ſpeciale propter ſuſpicionem, quam habebat Papa contra collationem factam ab archiepiſcopo. Et hæc etiam fuit cauſa, quare Papa decernit nullam dationem ſigilli, aliàs enim benè licuiſſet archiepiſcopo mandare effectui ſuam collationem, non obſtante lite quæ ſibi mouebatur. ſ. e. conſtitutis. Et hoc plus placet, quàm quòd diximus in prin. huius glo. Vel dic, hæc ſpecialia eſſe in reuocatione, quam ex certa ſcientia facit Papa apud quem eſt plenitudo poteſtatis, vt ex quo aliquod negotium ad ſe reuocat ex certa ſcientia, quòd circa illud nihil liceat alicui attentare. arg. ℣. de præben. inter cætera. vbi not.

CAPVT LVI.

1 *Nunquid in literis appellationis ſit neceſſe fieri mentio de appellatione.*

2 *Poteſt nedum appellans, ſed etiam appellatus coram iudice appellationis & coram delegato eius proſequi cauſam appellationis etiam non expectato menſe iuxta finem anni.*

BLATAE. (Obſeruatione.) Ex hoc loco & ex fine huius decre. vbi dicit, quòd per iſtas literas poteſt procedi ad confirmandam, vel ad infirmandam ſententiam colligitur, quòd ſi aliquis impetrat literas ſuper obſeruatione ſententiæ, quòd per eas ipſe impetrator poteſt petere confirmationem eius, & aduerſarius per eas poteſt proſequi ſuam appellationem (à lege.) ſup. e. cùm ſit ro. 2. q. 6. appellatore (prouocante.) ſup. e. perſonas (præueniri) id eſt, abbreuiari (prorogari) niſi ex cauſa. ſup. eo. ex ratione (appellante) appellatus ante terminum præfigere non poteſt. Idem & in appellante. ſup. eo. ſæpè. vbi no. (firmitatem) ſup. e. ſæpè. vbi not. (pars appellata) idem eſt in appellante, ponit autem de appellata ſpecialiter, quia de ea magis dubitabatur, quaſi non eſſet aliqua forma ſecundum quam poſſet aliquis appellatus idemq; victor appellationem proſequi (nimium) plus quàm per menſem. 2. q. 6. appellatore. Vel dic idem, ſi per maius tempus, dummodò malitioſè non faciat ſaltem impetrando literas. arg. contra. C. ſi nupt. ex re. pen. l. 2. ſed reſpondetur hîc, quòd poteſt & bona forma ei eſt per quam petit ſententiam confirmari, qualem impetrauit plebs de Sambro. & per tales literas coram illo iudice appellans proſequi cauſam appellationis.

1 † Et eſt hoc not. dignum, quòd in literis appellationis nõ eſt neceſſe fieri mentionem de appellatione. de hoc not. ℣. de offi. & po. iudi. dele. ex literis. Alij dicunt, quòd fuit hîc mentio facta de appel. (procedatur.) licet autem appellatus impetrare literas, quandocunq; voluerit, quando terminus ab homine non eſt præfixus, ſed â lege tantùm: non tamen poterit petere confirmari ſuam ſententiam, niſi cùm vnus menſis de anno ſupereſt. 2. q. 6. appellatore. ſed appellator benè poterit, quandocunq; voluerit coram eiſdem iudicibus proſequi cauſam appellationis, nam cùm ad iudicem appellationis propriè ſpectet pronunciare ſententiam primam iuſtam, poterit & ita confirmare, vel iniuſtam, & ita infirmare. 2. q. 6. in fin. (iuſtè) igitur per literas impetratas, ab archiepiſcopo de Sambro. quòd ſua ſententia ſeruaretur, ſicut erat iuſta, & aduerſarius petet, quòd caſſetur, cùm ſit iniuſta, cum continentia cauſæ ſub diuerſis iudicibus diuidi non debeat. C. de iud. nulli. hæc autem habet ex ſua præoccupatione, quòd ſuæ literæ non valent.

4 *Alij tamen. Circa iſta dicta vide Car. in conſ. 117. inci. videndum eſt de duobus. col. 3. ver. pro concordia.*

2 † Alij tamen* debent, & non improbabiliter, quòd & coram iudice appellationis, & coram delegato eius, non ſolùm appellans, ſed etiam appellatus pòt proſe-

qui causam appellationis, etiam non expectato mense iuxta finem anni,& ad hoc benè concordare videtur litera, quæ sequitur vbi dicitur, quòd coram huiusmodi iudicibus, quos constat esse nimis tempestiue impetratos,appellatus potest prosequi causam suam, & legi præsente appellatore. Respondent quòd intelligitur ibi ponere tempus vnius mensis, non quia non possit præueniri, sed quia illud tempus commune videtur partibus, nec tunc debet præsumi aliqua malitia. Alij tamen intelligunt hanc decr. loqui in eo casu,scilicet, quòd tantùm impetrando literas possit prosequi causam semper etiam antequam vnus mensis restet de vno anno, sed causam prosequi ante illud tempus non poterit (sic obtento) ab appellatore, scilicet, archipresbytero de Sambro. (noluerit)appellator(posteriores) impetratas à plebe de Riuocor. (prioribus) impetratis à plebe de Sambro. (per quas) impetratas à plebe de Sambro. super confirmatione sententiæ & obseruatione.

CAPVT LVII.

PER TVAS. (Contumaciam.) Et non aliter, quia in nulla culpa est absens, cùm non sciat hunc iudicem, secùs autem dicerem in iudice ad quem appellatum est,quia ibi terminus præfixus ab homine habebatur pro peremptorio.sup.eo.sæpè.& C.de temp.app. l.Iul.§.illud.in fi. Arg. contra.sup.de rescrip. super literis. in fi. Ratio diuersitatis est, quia semper certus est iudex appellationis, delegatus autem sæpè incertus est. arg.sup.de rescrip.super literis.in fi. (diffinire) in hoc tantùm est priuilegium appellationis,quia cùm aliàs etiam parte absente per contumaciam non possit procedi ad diffinitiuam sententiam. sup. vt lit. non contest. quoniam.in causa autem appellationis poterit procedi lite non contest. coram iudice appellationis. C. de tempo. app.l.vlt. §.illud. Sed nos dicimus semper citationem necessariam.ſ. e. sæpè contingit.& melius in. c. ex insinuatione. in fin.

CAPVT LVIII.

1 *Appellationis remotio nihil facit ad sententiam.*
2 *Nuncij missio, an & quando valeat. & in nume.3.*
3 *Reuocatur quicquid factum est post missionem nuncij vel post grauamen illatum, vel post appellationem.*
4 *Potest appellatus, si vult, quòd iudex appel. omissa causa appellationis procedat in principali.*
5 *Iudex appel. approbata appellatione cognoscet de causa principali, etiam si à sententia sit appellatum.*

VT DEBITVS. (Idoneo.) Ordinario vel delegato & in subdelegato, dicunt quidam etiam idem, alij verò contra: vt sup.de offic. & pote.iud. deleg.super(conuenerit)per solam citationem, suprà, de offi. deleg. relatum gratum.

1 †(Ille ante sententiam)hîc apparet, quòd remotio appellationis, nihil facit ad sententiam, sed nec post sententiam possumus cognoscere, quòd aliquid valeat, quamuis aliqui somnient hoc modo,scilicet, quia quòd remota sit appellatio, non possit quis appellare, nisi ex rationabili causa, id est, in casibus à iure expressis, quos no.sup.e.pastoralis.si non sit remota potest simpliciter appellare. Alij dicunt, quòd vbi est remota appellatio, iudex qui tulit sententiam, potest eam exequi, non obstante appellatione, nec incurret pœnam.l.C.de app.quoniam.nec illius decr. 2.q.6.c. decreto. dum tamen non procedat, ex quo super appellatione literæ fuere impetratæ.ſ. de offi. deleg.pastoralis. §. præterea. Ante appellationem autem valet remotio appellationis in casu, qui est ff.de off.dele.super quæstionum. §. porrò.

2 †(Nuncium) dicunt quidam hoc verum esse, si tamen dicat se nuncium misisse,& non probat,si enim probaret,seruarentur antiqua iura, vbi dicitur, quòd si quis antequam aduersarium sciat literas impetrasse,nuncium ad sedem apostolicam dirigat, quia dubium quid sit impetraturus, expectatur nuncius eius, antequam procedatur.ſ.de offi.dele. cùm causa. & sup. eo. tit. dilecti. & c. meminimus. si autem misit postquam sciuit aduersarius literas impetrasse,non valebit ei nuncij missio.ſ. e.suggestum. & c. super eo. Sed nobis hoc non placet. Simpliciter enim dicimus hodie nō valere nuncij missionem, sed illam distinctionem dicimus habere locum, quando in propria persona arripit iter, non quia itineris arreptio in omnibus vim appellationis obtineat, sed quia debet esse sub protectione Papæ quicunq; ad sedem apostolicam venit ex iusta causa, vt inf.de cle.pe-

cle. pereg. c. 1. Et etiam nuncij venientes pro alijs hac gaudent immunitate, scilicet, vt contra eos procedi non possit, & si procedatur,non tenet. ſ. eod.dilecti. Nec credimus hoc priuilegium habere illos, qui sine causa probabili ad se. apo. veniunt,vt no.in prælleg.decre.de cle.pereg. c.1.Illi enim possunt, citari ad domum, & si ferretur sententia contra eos,non citatos personaliter, quia non fuere inuenti tene ,non ob.l.ff.quæ sen.fine ap.rescin.l.1. §.item cùm ex eo edicto. quæ intelligi potest,quando inueniri possunt, vel quando ad sedē apo.ex causa probabili accesserūt.

3 †Hoc autem fatemur,quòd si lata sententia, vel grauato aliquo quis venerit ad sedem apost. vel ad aliquem superiorem iudicem,dummodò certum sit, quòd propter hoc vadat, vel mittit, vt de grauamine conqueratur, & processum contra se habitum reuocari petat, quòd talis missio vim appellationis obtinet. sup. de offi.dele. cum causa. sup. de do. & contu. cùm olim.& not.sup. de resti.spol.audita. Item necesse est quòd intra 10. dies vel ipse,vel nuncius iter arripiat.Nam decendium tantùm præfixum est, vt facto, vel verbo appellet,aliàs transit in rem iudicatam.sup.de sen.& re iudi.quod ad consultationem.sup.de elec. cùm dilectus. Item vt talis omissio habeat vim appellationis, oportet quòd nō habeat copiam iud.à quo appellare vult, nec haberi possit de facili, vt coram eo verbo appellet, & apostolos petat, ad quod tenetur si de facili habere potest.2. q. 6. biduum. Item prudenter faciet, si coram testibus exprimat omnia grauamina,pro quibus vadit,vel nuncium mittit.Nam si quando appellat viua voce, ad hoc tenetur, quare non quando facto. Quidam tamen dicunt, sufficere quando facto appellat, si coram superiore exponat, sed quid dices nunquid reuocabitur, quicquid factum est post missionem nuncij, vel post grauamen illatum vel postquàm iudex sciuit ad sedem apo. facto appellatum? Respondemus reuocandum quicquid factum est post nuncij missionē. ſ.e.cùm dilecti. ſ. de offi.deleg.cum causam.& etiam ea grauamine quæ præcesserunt missionem nuncij, propter quæ tamen nuncius missus est. Nam appellatio extinguit pronunciatum. ff. ad turpil. l. 1. in fi.& habes expressum.ſ.e.dilecto. & ita missio valet(literas)sup.de hoc no.sup. de rescri.plerunq; (probabili) id est,iusta (rationabiliter)id est,si non est vera causa appellationis.

4 †(Remittat)plus dicimus,quod appellatus si vult, semper debet obtinere apud iudicem appellationis, quòd omissa causa appel.illa, scz. an sit iusta,vel contra, procedat in principali causa, quod sic probo, quia hoc scilicet quòd cognoscat de iustitia appellationis,est introductum tantùm in fauorem appellati.scz.vt si non est iusta causa, appellans condemnetur in expensis, & ad priorem iudicem remittatur, & quòd in eis fauorem etc. C. de leg. quod fauore. & cuilibet licet renunciare iuri pro se interducto.ſ. de fo.compe.dilecti.ſ. q.1.quam per.Nec est contra. inf. e. cordi. vbi dicit, quòd articulus appe.de partium voluntate omitti potest,sed expone ibi,id est, partis appellatæ. Item si contrarium diceretur, esset protrahere litem sine causa.ſ.de do.finem.

5 †(Alioquin)id est,si vera esset causa appellationis,& ita habes hîc expressè, quòd iudex appellationis approbata appellatione cognoscet de causa principali, etiam si appellatum sit à sententia.sic inf.e. cùm speciali. & idem dico, si deleget causam appellationis alicui, quia delegatus approbata appellatione, cognoscet de principali.arg. sup. de rescri. super literis.in fi. ſ.de testa. Raynutius.ſ. eo. c. Romana. §. quòd si obijciatur. (de maioribus) puta de electionibus Episcoporum, & causis criminalibus.2.q.6.decreto. & 5. c. sequentibus. Et de fide.ar. 17. dist. multis. & de appellatio. factis in electionibus, & idem est in omnibus alijs, quæ specialiter sedi apo. reseruantur, & quod dictum est de appellationibus factis in electionibus, intelligendum,quando appellatur ab his,qui ordinario iure cognoscunt, secùs autem in delegatis à Papa. Ab eis enim non licebit appellare, nisi expressa iusta causa appellationis, si eis commissa fuerit appellatione remota. Item licet appelletur etiam ad sedem apo.extra iudicium in processu electionis, antequam sit facta electio in causa, non debet retardari electio. ſ. de elec. cum nobis. arg. ſ. de his quæ fi. à ma. parca.c.1.sed per talem appellationem negotium non transfertur ad Papam, nec ordinarius si appellantes contradixerunt vlterius se poterit intromittere de confirmatione. si electi. nec de alijs, quæ pertinent ad ipsam electionem.

† Tamen super hoc videmus plures aliquando sentire contrarium.ſ.quòd in electionibus nō audietur appellans, nisi iusta causa

causa expressa, & hæc clausula non extenditur, nisi ad ea, quæ in signũ specialis priuilegij sedis apo. seruantur. hoc vult dicere, quòd in maioribus causis valet appellatio, etiam si nulla causa exprimatur, vel etiam si exprimatur causa dubia facti. Sed si exprimatur causa improbata à iure, vel notorio, vel frustratorio, tunc non est deferendum, sicut nec vnquam deferendum fuit. sup. eo. pastoralis. 1. respon. vbi no. Item non defertur appellationi emissæ ad inferiores iudices, puta ad archiepiscopum, vel legatum, & sonant verba hîc posita, & ibi ad se. apost. Rof. not. tenet, quod si appelletur sine causa archiepiscopus, vel legatus in maioribus causis, & qui prius cognoscebat, non detulit app. quia iam hîc maior causa relata est ad sedem apostolicam, & duo de ea simul cognoscere non debent.

CAPVT LIX.

VM CESSANTE. Puta si præcipiat, ne quid faciat sub pœna excommunicationis, vel centum librarum, vel consimilia, & generaliter præceptum factum sine causæ cognitione, vel cum causæ cognitione, si est iniquum, reddit appellationem iustam. C. commi. epi. per totum. si autem episcopus, vel alius iudex comminaretur alicui, quòd læderet eum, non credo quòd possit appellare propter hoc, quia vanus metus est, & non iustus. ff. quod met. causa. l. 1. & 2. Sed certè melius videtur, quòd teneat appellatio, quando comminatur de his, quæ ad suam iurisdictionem, pertinẽt. ff. quod me. causa. l. 2. & l. fi. §. 1. sed in alijs potestatibus qui non habent iurisdictionem obti-
15 net dictum primo. † (Inter loquendo) not, ab interlocutoria appellari: vt not. inf. de no. ope. nun. c. 3. nec potest eam reuocare, qui tulit sine licentia eius, pro quo lata est, si transit in rem iudicatam per lapsum decem dierum, & appellatum non fuerit. ff. de sen. & re iudic. quòd ad consul. ff. de reg. iur. l. nemo. Ante autem 10. dies, vel etiam pòst, si ante 10. dies fuerit appellatum, licet renocare. ff. de re iud. quod iussit. nisi appellãs aliquas feciſſet expensas, nam tunc non posset, nisi ei reficeret expensas, cùm eis non restitutis non planè remoueret grauamina. ff. de condi. ob tur. cau. si pecuniam. & de hoc not. infrà, de sen. excom. sacro. & melius suprà, de sen. & re iud. quòd ad consultationem. (Destiterit) reuocando de facto, si ad factum processum est, vel contraria sententia, si ad factum non est processum, & non sufficit dicere paratus sum reuocare, nisi de facto reuocet, reuocatur etiam grauamen tacitè. VERBI GRATIA: Appellauit quis à iudice, ne procederet contra eum, quia erat exemptus ab eius iurisdictione, si iudex dat terminum ad hoc probandum, tacitè videtur reuocare grauamen, quod ei intulerat mandato, quod procederet in prin. quia modò mandat, quòd procedat in exceptione probanda, quod non est grauamen, quia de exceptione, scilicet, an sua sit iurisdictio cognoscere deberet. ff. de re iudic. si quis ex aliena iurisdictione.

CAPVT LX.

1 *Nunquid ex causa suspicionis possit appellari à iudice delegato vel ordinario.*
2 *Sufficit recusanti iudicem legitimas recusationis causas proponere, nec oportet eum petere iudices coram quibus de causis suspicionis probet.*
3 *Potest nedum iudex ordinarius, sed etiam delegatus antequam recusetur, alij delegare causam.*
4 *Recusationis causa non dicitur legitima, nec transit in rem iudicatam.*
Iudices inferiores principibus, an possint iura condere & interpretari inter ius & æquitatem.
5 *Modus procedendi coram subdele. in causa recusationis. & vide in nu. 6. & 7.*
7 *Index à quo appellatur citari debet ad sententiam processumq; suum defendendum.*
8 *Non recusare & causam recusationis non prosequi, idem est.*
9 *Monachus quando possit appellare, & quando non.*

1 VM SPECIALI. (Recusationis.) † Nos non credimus, quòd à iudice delegato, vel ordinario possit appellari ex ea causa, quia suspectus est, cùm tunc habeat certum remedium, scilicet, recusationis. 3. q. quia suspecti. Item licet causa suspicionis sit contra eum, non tamen sequitur, quòd grauaret, quia iudex suspectus benè posset procedere in causa, ita quòd nullam partem grauaret, & appellatio non habet locum, nisi à grauamine. sup. eo. vt debitus. sed ista decre. videtur dicere contra. scz. quia commonitus potest recusare iudicium monitoris, & etiam potest appellare ab eo, & sic videtur, quod vtrunq; remedium habeat, scilicet, recusationis & appellationis. Sed respondè, & dic, quòd ex eadẽ non põt recusare, & appellare, s. quia sit sibi suspect, sed

sed contra eundem vel eodem tempore vel diuersis potest petere, & recusatio propter suspicionem, & appellatio propter grauamen.

2 † Item dicimus, quòd sufficit ei, qui recusat iudicem causas recusationis legitimas proponere, nec oportet quòd petat iudices coram quibus de causis suspicionis probet, quia sufficit recusanti proponere iustas causas recusationis. Iudicis autem est admittere causas recusationis & requirere, quòd eas probet, sed reprobare non potest, hæc enim cognitio est arbitrorum. sup. de fo. compe. licet. verùm quia admissis per iudicem causis recusationis licitum est recusanti probare, vel coram recusato, vel coram arbitris causas recusationis, recusanris est petere, quòd arbitros eligant, coram quibus probet, vel potes dicere, quòd statim potest, & debet iudex cogere recusantes ad arbitros eligendos. ar. C. de iudi. l. cùm apertissimi. & l. cùm speciali. & no. si. inf. eod. interposita. (Commonitus) quam citò enim quidam monebantur satisfacere, de aliquo statim appellabant, vel recusabant iudices super emendatione alicuius criminis, vel alia satisfactione facienda.

3 † (Statuimus) credimus, quòd iudex ordinarius nõ solùm, sed etiam delegatus antequam recusetur, põt totã causam alij delegare, & valet delegatio, non obstante, quòd delegatus est suspectus. ff. de iur. om. iud. ait prætor. sed si partem tantùm delegasset, tunc posset recusari vt suspectus. Ratio diuersitatis est, quia in primo casu vlterius causa non debet ad ipsum redire, nec potest post commissionem reuocare iurisdictionem, nec etiam debet cognoscere, vtrum ab ea subdelegatus sit suspectus, sed vt in secundo casu potest hæc omnia facere. sup. de offi. & pote. in. dele. super quæstionum. §. 2. & vlt. ff. de iudi. iudicium. Alij tamen dicunt, quòd etiam si totam causam committat, quòd potest recusari vt suspectus. (Iudicem) ordinarium & delegatum, secùs in subdelegato, nam si subdelegatus recusetur, vt suspectus, coram primo delegato ageretur. sup. de offi. deleg. super quæstionum. §. qui verò. & §. eius. (Suspectum) iste recusans non debet petere, quòd iudex recusatus iudicet, an causa recusationis sit iusta. suprà, de fo. compet. licet. quia sic videtur à recusatione recedere, si in hoc eius arbitrium eligeret. 3. q. 8. cuius. & suprà, de sen. & re iudic. inter. quamuis posset dici, quòd talis petitio, quæ tantùm tendit ad recusandum & declinandum eius indicium, non præiudicat recusationi.

4 † Item not. quòd hæc sententia, scilicet, hæc causa recusationis, non est legitima, nec transit in rẽ iudicatam, nec præiudicat, si ista causa iure decernitur legitima, quia est contra ius scriptum. 2. q. 6. §. diffinitiua. secùs autem si diceret, decernimus talem non admittendum ad proponendum talem causam recusationis, quia hæc sententia est contra ius litigatoris, à qua necesse est appellari: vt in præalle. §. diffinitiua. & suprà, tit. proxi. cùm inter.

Et hæc vera sunt in causa recusationum quæ sunt expressa in iure. Sed cùm dicatur generaliter, quòd suspecti iudices possunt recusari. 3. q. 5. quia suspecti. eod. §. porrò. nec generaliter omnes causæ sint in iure expressæ, imò multæ possunt prouenire causæ, quæ iustiores sunt, quàm in iure expressæ omnes causas reputo legitimas quæ sunt difficiliores, quàm expressæ in iure, & hoc relinquitur arbitrio iudicis.

☞ † Et super his dicunt quidam, quòd si iudex sententiat, quòd transibit in rem iudicatam, nisi appelletur, & simili eius, quod dicitur de interrogationibus in iure faciendis, quarum aliquæ sunt expressæ in iure, tamen & vltra expressas in iure licet iudici alias facere, vbi æquitas eum mouerit. ff. de inter. ac. l. pen. Et tamen si iudex dicit, se moueri æquitate, vbi moueri non debet, appellandum est, nisi appelletur fit sibi præiudicium. Quidam tamen dicunt & fortè non malè, quia in inferioribus iudicibus non licet, neq; condere, neq; interpretari iura. infrà, de sen. excom. inter alia. nec etiam licet interpretari inter ius scriptum, & æquitatem, imò hoc solùm principalib⁹ licet. C. de le. & com. l. fi. Fatemur tamen quòd in causis quas coram se habent inferiores iudices, benè possunt quantum ad ius litigatoris pertinet, super iuribus & interrogationibus etiam inter ius & æquitatem interpretari: vt not. sup. de postu. ad hæc.

5 (Suspectum) † in subdelegato, quidam dicunt, hoc modo procedendum, quia non dabitur libellus ei recusationis, nec coram eo proponentur causæ recusationis, sed coram delegato tantùm, si est præsens. suprà, de offic. deleg. super quæstionum. §. quòd verò. & §. fi. & si delegatus est absens, protestabitur, & etiam probabit causas recusationis coram episcopo loci, vel archi.

archi. vel alijs iudicibus ordinarijs loci, hunc modum procedendi approbat. l. C. de iudi. cùm ſpeciali. ſed ſecundum Cano. quantum ad ſecundum membrum, non inuenio approbatum, nec reprobatum in ſubdelegato, vbi non eliguntur arbitri, & ideò videtur, quòd legibus ſtandũ eſſet, ex quo per canones non reprobãtur, ſed in hoc caſu etiam ſecundum iſtos proceſſus habitus à recuſato, poſtquam per aliquem prædictorum modorum translata eſſet cognitio ad alium, non valet. ſupr. de offi. deleg. licet. & ſup. eo. dilecti. Alij dicunt, quòd non eſt eundum ad ordinarios iſtos, ſed ad delegatos tantum, ſi ſunt præſentes, & ſi ſunt abſentes, dicet ſubdelegatus, quòd habet eum ſuſpectum ſimpliciter non aſſignatis cauſis recuſationis, & quod vult ire ad delegatum, vt cauſa recuſationis probata, obtineat cauſam alijs cõmitti, & extũc ſubdelegatus procedere non debet, & ſi proceſſerit, appellari debet ab eo, qui eum grauat procedendo contra eum, poſtquam vult probare eum ſuſpectum coram delegato, qui ſibi ius concedit. ſup. de off. dele. ſuper. in fi. & ſi non appellauerit, cùm iuriſdictio eius non ſit ad alium translata neq; per appellationem, neq; per reuocationem, nec alio modo tenebit proceſſus ſubdelegati habitus contra recuſantem. Sed certè tutius eſt, quòd hîc recuſans ſecundum hanc ſecundam opinionem etiam cauſas recuſationis ꝓponat coram ſubdelegato. ꝛ. e. ſecundo. & etiam poſtea coram deleg. probet. Nam ſi ſubdelegatus cognouerit eas eſſe iuſtas & veras, poterit eas admittere, & partes releuare ab onere probationis, & ſi eſſet certum & notorium, quòd eſſent falſæ & iniuſtæ: certè non obſtante tali recuſatione, neq; notoria, neq; fruſtratoria ap. tenebit proceſſus ſubdelegati.

6 † Et not. quia cùm appellat à ſubdelegato ex eo quòd proceſit cõtra eum poſt recuſationem, & in hoc recuſans appellet prudenter facit, ſi proſequitur cauſam appellationis, quia hoc ipſo, quòd probabit ſe propter prædictas cauſas appellaſſe, caſſabitur quicquid factum eſt poſt tale appellationem, & etiam ſi cauſa recuſationis non probetur: vt. ꝛ. de off. dele. ſuper quæſtionum. §. fi. ſicut à delega. primo vel ordinario legitimè appellaretur, ſi arbitros non elegerint, etiam ſi cauſæ ſuſpicionis non probarentur, vt hîc. Finita autem cauſa appellationis quæ eſt vt caſſetur quicquid factũ eſt contra eã non, oportet ꝓſequi cauſam recuſatiõis, vt recedatur à ſubdelegato, quæ ſola iuſta appellatio ad hoc ſufficit. ꝛ. e. accepta. ſed ſi reprobaretur appellatio, adhuc poteſt proſequi cauſas recuſationis. Si autem poſt recuſationẽ nõ ꝓcederet, ſubdelegatus ſtultè faceret, ſi proſequitur appellationem, cùm appellatio non habeat locum, niſi à grauamine præſenti quòd in ſcriptis exprimas. ꝛ. e. cordi. ꝛ. e. vt debitus. ſed prudenter faciet, ſi coram delegato cauſas recuſationis proponat, quòd probat. vt. ꝛ. de off. deleg. ſuper quæſtionum. §. fi.

a Nos hoc credimus verũ. Adde hic no. ſup. in. c. in noſtra de ꝓcura. in addi. inci. defendere. & Hẽri. Bohic. ca. dilectus. in prin. & ſup. de reſcri. quã allegat et ſequitur Inn. hic.

Quidam tamen dicunt, quòd à ſubdelegato appellari poteſt, ſine vllo grauamine hoc modo. Habeo te ſuſpectum ex talibus caſibus, & appello ne procedas, & hoc ſatis ſumitur. ꝛ. eo. de off. deleg. ſuper. §. cum verò ro. ſed certè alij veriſimiliter reſpondent illud reuocatum contra decre. ꝛ. e. vt debitus. &. ꝛ. eo. cordi. Illud autem non memini inueniſſe, quin proceſſus ſubdelegati, & delegati & ordinarij, teneat etiam poſt recuſationem habitus, niſi appellaretur, vel alio modo ad alterius audientiã cum effectu ſit cauſa reuocata (Coram eodem) quid ſi plures ſunt delegati, & vnus tantùm recuſetur. de hoc not. ſup. de offi. iud. dele. cùm ſuper. Item ſcias, quòd ſecundum. l. non eſt cauſa ſuſpicionis proponenda coram recuſato, ſed coram delegato, & ſi ipſe abſens eſt, coram alijs iudicibus ordinarijs & præſentibus in prouincia fiat. C. de iud. cum ſpeciali. Nec eſt contra. C. eo. ti. apertiſsimi. vbi dicit ei libello recuſationis porrecto, quia ibi ſic exponendum eſt, id eſt, ad eius recuſationem porrecto libello (Aſsignet). ꝛ. eo. ſecundo. (Aduerſarium) in cauſa inquiſitio-
7 nis. (Iudice) hîc habes ar. quòd iudex à quo appellatur, citari debet ad defendendum ſententiam & proceſſum ſuum, cùm hîc admittatur iudex, vt oſtendat ſe non ſuſpectum. Arg. contra. 2. q. 6. ſtatuendum. 8. q. 3. Artaldus. Sol. nos hoc credimus ve-
a rum *a* quòd citari non debet, niſi pro iure ſuo proprio contendat iudex. 2. quæſt. 7. ſi quis. vel niſi ageretur de pœna imponẽda iudici. VERBI GRATIA: Si aliquis diceret, q, appellauit à proprio epiſcopo, quia eum ſine cauſa confirmare renuebat, nam & ſi mandetur alij, quòd inquiſita veritate ſuper electione eius eum confirmet, ſi inuenerit eam canonicam, nominatim citandus eſt epiſcopus, quia de eius pœna agitur, nam in eius pœna mandatur alij, quòd

quod confirmet, cùm ipſe ſine cauſa eum confirmare nollet. argumen. 9. quæſtio. 3. nunc. Hæc autem decre. non contradicit, quia aliud eſt in recuſatione, & aliud eſt in appellatione, nam in recuſatione ideò admittitur iudex ad eligendum arbitros, quia niſi ſic admitteretur, ſequeretur inconueniens illud, ſcilicet, quia ſufficiet aſsignare cauſas ſuſpicionis etiam falſas, cùm nullus alius eſſet, qui eligeret arbitros, qui de cauſis ſuſpicionis cognoſcerent, ſed in cauſa appellationis eſt ſuperior, ad quem appellatur, qui de cauſis appellationis cognoſcet.

7 † Item eſt alia ratio, quia appellatio non mutat naturam cauſæ, vnde ſicut coram illo, à quo fuit appellatum procedebatur ſine parte, ita & coram ſuperiore, ad quem appellatum eſt procedi debet ſine parte. Item deriſorium & ſuſpectum redderetur iudicium inferioris, ſi coram ſuperiore partem ſe faceret, & cum ipſo fieret lit. cõteſt. & alius iudicialis proceſſus. Fateor tamen, quòd inſtruere poſſet ſuperiorẽ, ſi ſponte veniret, non tamen vt pars, ſed vt iudex. Item mirũ eſſet, ſi is eſſet pars, ☞ qui fuit iudex in eadem cauſa. † Cauſa) ſcilicet, an ſit iuſta & legitima, ſi non eſt de expreſsis in iure. ſup. de fo. compe. licet. Nam expreſſas in iure poteſt & debet admittere recuſatus, quia non eſt notorium. Item arbitri cognoſcent, an cauſæ ſuſpicionis ſint veræ an falſæ, vt hîc. Item arbitri cognoſcent, an ſint recipiendi etiam ſi conſtet eas legitimas, & veras, ſi tamen dicitur renunciatum recuſationi à partibus, & de hoc cognoſcere habent, & non recuſatur, nam ſi diceretur contrarium, ſcilicet, quòd hæc cognitio competeret delega. eſſet iniquum, cùm pariter ſit ſibi ſuſpectus in hac cognitione, ſicut in alia, cùm pars eligendo in hoc iudicium eius, in alijs non poterit recuſare. 3. quæſtio. 8. cuius.

Ar. contrà de cauſa poſ. cùm olim. vbi innuitur, quòd iudices non arbiter fuêre illi, qui repulſere cauſas recuſationis. Sed reſpondeo quòd vbi notorium eſt, quod admitti non debet, tunc iudex repellet cauſas recuſationis, & ſic erat ibi. Nam ibi in literis Papæ continebatur, quòd de conſenſu partium erant dati iudices, & ideò in notorio, neque arbiter, neque alius ordo requirendus erat. 2. quæſtio. prima. de ma. ſup. de iureiur. ad noſtram. (Aduocent) de hoc not. ſup. de arbit. innotuit. & c. antepenul. & hoc habet à poteſtate iuris, aliàs finem mandati egredi non poteſt. ff. de arbit. non diſtinguemus. §. vlti. Item fortè partes alias hanc poteſtatem ſibi dare ab initio non poſſunt, vt not. ſup. de arbit. c. antepenul. Competentem arbitrio boni viri præfigendum. ff. de iur. delibe. l. 1. §. ait prætor. vel recuſati iudi. cùm ex cauſa poſſet eos cogere ad concordandum, & eodem modo, vt intra certum terminum diffinirent. ſup. de offi. deleg. ſuſpicionis.

8 † Item cùm conſtet eum iudicem & per conſequens conſtat eum debere procedere, niſi recuſetur, & idem eſt non proſequi cauſam recuſationis, ac ſi non recuſaret, & ſi non proſequeretur recuſationẽ intra terminum procederet, & ratione incertæ iuriſdictionis terminum aſsignabit. argu. ſup. eod. ſi duobus. (De recuſatoris) de hoc not. ſup. de foro cõpe. ſi quis. (Porrò) hucuſq; dicit quando monitus recuſat monitionem, & nunc ponit quando ab eo appellat. (Manifeſtus) ſup. eod. cùm ſit Romana. & c. propoſuit. (Deferendum) niſi modum excedat in pœna. ſup. eod. nouit. vbi not. (Ex proceſſu) de quo quis conuenitur (probabilem) ſup. eod. vt debitus. (Intra terminum) ſup. eo. cùm ſit Ro. (Iudex) à quo appellatum eſt. (Procedat) in principali. ſup. eod. vt debitus (Aduerſario) ſcilicet, appellatio (Competentem) coram iudice appel. (Procedat) in principali cùm hæc decre. in princip. poſuerit duos caſus, vnum quãdo agitur inter partes, & alium quando agitur ex officio. Modò hîc loquitur in eo caſu, quando iudex ex officio procedit, & hoc eſt quod dicit ex ſuo procedit officio, & falſa litera eſt, procedat, vt patet ex regiſtro, nec eſſet verum ſi cauſa ageretur inter partes, ſcilicet, quòd ſi appellatus non compareret coram iudice appellationis, quòd ipſe poſsit procedere in princi. cauſa. cùm lis non eſſet conteſtata, hæc enim decret. loquitur tantùm, quando lis non erat conteſtata, ſicut patet in princi. decre. & tunc reo vel appellato exiſtente contumace non in princi. cauſa eſt procedendum, ſed ad miſsionem in poſſeſsionem vel excõmunicationẽ. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. & c. tuæ. Sed quando ex officio ſuo procedit iudex, vt in cauſa inquiſitionis, tunc reo vel appellato contumace exiſtẽte, benè proceditur in principali cauſa, vt hîc. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. §. in alijs. (Iuriſdictionis) ſuper prin. ſup. eod. vt debitus, remittatur etiã cùm aduerſarius

non compareat, hoc autem locum habet siue iudex ex officio procedat, siue lis sit inter partes, sed reprobare non potest, hęc enim cognitio est arbitrorum. sup. de fo. compe. licet. (Duas) id est, hac præsenti consti. cum speciali. duo capitula continentur de appellatione & recusatione.

9 †(Specialis) totius ordinis vel cuiusq; monasterij. Nam licet possit appellare monachus, si excedat Abbas in puniendo, si tamen puniat secundum obseruantias regulares, non potest appellare, recusare etiam non potest. sup. eod. reprehensibilis. & c. super eo. 2. si tamen Abbas iurisdictionem de consuetudine habet, pront not. sup. de offic. ordin. quanto in gloss. & sic videtur in fi. vel alio speciali iure procedat in forma iudicij cõtra monachum, monachus recusare potest eum. argum. 3. quæstio. 5. quia suspecti. & 4. quæstio. 4. contra ritum in fi. & appellare. argumen. 2. quæstio. 6. omnis oppressus. & c. ad Romanam. 2. ad hoc, quod not. sup. eod. ad nostram.

CAPVT LXI.

1 *Contestatio aduocati non habetur pro lite cõtestata, ex quo eadem die fuit reuocata, sed præsumitur ex taciturnitate domini, vt procuratoris, si vltra vnum diem tacuêre.*

CVM CAVSA. (Inducias) sup. de except. c. pastoralis (ipsius) procuratoris prioris & conuentus de nouo loco (licet) ipse procurator de nouo loco aduocati errore correxit, quia dixit, quòd nolebat habere ratã eius responsionem. inf. de cen. olim. C. de erro. aduo. l. 3. (Contradicere) quia contrarium est litem contestari, & petere dilationem ad proponendas dilatorias. (Erroneam) Erronea dicitur, quia errauit aduocatus, cùm non esset verum, quod dixit, vel dicitur erronea, quia errorem inducebat, cùm verba litis contest. sonarent, & intentio contradicebat (Credentes) & malè cùm contrarium apparet etiam quòd non intendebat hanc litem contestari ex petitione dilationum ad dilatorias proponendas. argum. sumentes. ex eo quod est sup. de dol. & contu. prout ibi not. (Fuit) id est,
1 †præsumitur nõ fuisse contestatam, nam ex reuocatione eadem die facta, præsumitur, quòd procurator noluit litem contestari. Vel dic & melius, quòd contestatio aduocati non habetur pro lit. contest. ex quo eadem die fuit reuocata, sed præsumitur extaciturnitate domini vel procuratoris eos habuisse eam ratam, si vltra vnũ diem tacuêre (subdelegatorum) contra id quod est sup. de offi. deleg. super quæstionum. C. de iu. à iudice. arg. contra. sup. tit. proxi. cùm Bertholdus. ibi sol. (Expressa) sup. eod. consti. inf. c. proxi.

CAPVT LXII.

1 *Debet appellans probare propositam legitimam exceptionem.*
2 *A sententia nulla appellare licet.*
3 *Non potest appellans agere de nullitate sententiæ coram iudice appellationis, si ante sententiam appellatur.*
4 *Nunquid si quis in iudicio ante sententiam siue extra iudicium appellauit, & iterũ post sententiam appellet per posteriorem appellationem videatur renunciare priori, vel sententiam ratificare.*

DILECTO FILIO. (Quod cùm) sup. de rescript. constitutis. (& ne aliter) licet iusta sit hæc exceptio, & ex qua nõ admissa sequitur legitima appellatio, hæc tamen ineptè proposita fuit, nam debebat proponere exceptionẽ, & expectare responsionem iudicis, de ea admittenda, vel non, nam si exceptionem admisisset, habebat propositum, si verò nõ admisisset, postea poterat legitimè appellare, sed hic responsum non expectauit, sed appellans recessit.

1 (Propter exceptionem) † Not. appellantem debere probare propositã legitimam exceptionem, & quod ex ea non admissa appellatum fuit, sed hîc non ita fuit, denegauerũt enim iudices admittere exceptionem, sed illicitatus recessit appellans vllo grauamine, & ideò non valet. (Ideò) sup. eod. c. proxi. quando appellatur ante sententiam appellationis, iudex non debet cognoscere, nisi de causis, ex quibus appellatum est, quin cognoscat, an fuerint à iudice denegatæ, vt hîc. sup. proxi. inf. eod. significante. ☞ †Si autem est appellatum post sententiam diffinitiuam, tunc debet quærere de omni causa, ex qua dicitur sententia iniusta. C. de appel. l. eos. §. si quis. & c. seq. 2. quæstio. 6. §. fi. coram autem iudice appellationis, nec in primo, nec in secundo casu, licet opponi, quòd sententia sit nulla, vel quia iudex non habuit iurisdictionẽ, vel quia esset excõmunicatus, vel quia non sit lis contest. vel ex quauis alia causa, quia non veniũt in prosecutione appellationis, non tamen negamus, quin coram competenti iudice implorato

implorato officio iudicis possit dicere sententiã nullam, non tamẽ prosequendo appellationem, vt dictum est. Et est hoc verum, quod appellans non potest dicere sententiam nullam, quãdo ipse prosequitur causam appellationis. Sed si non ipse, sed appellatus prosequitur causam appellationis, petendo suam sententiam cõfirmari, quòd potest de iure. Authen. de his qui in gre. ad app. colla. 5. & inf. de confir. c. bonæ. tunc appellans benè potest sic excipere, non debet confirmari sententia prolata, quia est nulla, quia iudex qui eam tulit, nõ habebat iurisdictionem, vel ex alia consimili causa, & assignant isti rationem diuersitatis, quia appellatus nõ innititur viribus appellationis, imò contra eam dicit, scilicet, quia est iniusta, & ideò cùm petit sententiam suam confirmari, intelligitur hoc petere, non ex vi appellationis, sed quocunq; iure potest, & ideò appellãs admittitur ad excipiendum de omni suo iure, scilicet, quòd siue sit iniusta, siue quod sit nulla.

2 †Alijs videtur & fortè melius, quòd si appellaretur post sententiam, appellans quòd tantùm excipiendo, sed etiam agẽdo coram iudice ad quem appellauit, potest dicere sententiam iniustam & nullã, quia quibuscunq; modis potest debet defendere appellationem suam. ff. de appel. scio. in fi. Et à sententia quæ nulla est, appellare licet. ff. de app. si expressum. ff. quæ senten. sine app. l. 1. §. fi. & l. seq. & sic potest appellare, & per consequens appellationem prosequi.

☞ †Sed dices quomodo prosequitur appellationem qui petit sententiam pronũciari nullam, quia nullam mentionem facit de appellatione in petitione sua, nec aliquo modo nititur viribus appellationis? Respon. imò nititur ex vi appellationis in hoc saltem, quòd coram iudice appellationis hoc petit, quia nisi appellasset tantùm coram ordinario, hoc petere posset, & iste est vnus effectus appellationis, scilicet, causam ad superiorem transferre, & eius cognitionem. sup. eod. c. solicitudinem. Imò dicunt quidam, quòd hic benè appellauit contra pronunciationem istam, quia grauatus fuit de facto, tamen sententia lata fuit contra eum, licet nulla, potest ergò petere sententiam nullam pronunciari, & de appellatione nõ faciat mentionem, alij contrà, & hoc est etiam videre in appellato, qui prosequitur appellationem, petendo confirmari sententiam pro se latam, & tamen in sua petitione non faciat mentionem de app. nec aliter nititur viribus appellationis, nisi quia negotium dicit esse ad superiorem per appellationem delatum.

3 †Si autem ante sententiam appellatur, non potest appellans agere de nullitate sententiæ corã iudice appellationis, quia si causa appellationis non est vera, remittendus est ad iudicem à quo appellatum fuit. sup. eo. vt debitus. Sed quando appellatur à sententia, non remittitur ad primum, quia functus est officio suo. Item appellatus non potest petere confirmari processum ante sententiã habitum, quia facile reuocatur. ff. de re iudi. quod iussit.

4 †Sed quæro si appellauit in iudicio ante sententiam, siue extra iudicium, & iterum appellet post sententiam, an per appellationem posteriorem videtur renunciari priori, vel ratificare sententiam. argumen. quòd sic. ff. rem ra. hab. cùm minor. §. falsus. vbi dicitur, quòd si quis appellauit à sententia lata contra aliquem, qui falsò finxerat se procuratorem eius, quod decætero non potest dicere eum nõ fuisse suum procuratorem.

Sed nos dicimus contrà, quia geminando vel multiplicando appellationes, non videtur ratificasse factum iudicis, à quo appellauit, vel appellationi renunciare, imò potius videtur suum desiderium augmentare, vt ab eius iurisdictione recedat. argumen. contra. sup. de testi. cùm tu fili. sup. eod. bonæ. 31. quæstio. 2. Lotharius. Sed in superiori casu licet vellet recedere à iudice, videtur tamen acceptare factum procuratoris, cùm pro eo appellet, nec ibi sententia est nulla, imò tenet contra procuratorem, & est executioni mandanda, vt patet. ff. de re iud. l. 4. 1. respon.

CAPVT LXIII.

NICOLAO. (Sufficientem) sup. eod. sæpè. not. (condemnetis) & nihilominus rata manet sententia si appellatũ esset à sententia, vel si appellatum fuit ante sententiam, partes remittantur ad priores iudices.

CAPVT LXIIII.

SVA NOBIS. (Obtinuit) per veri suppressionem, nam si sciuisset Papa tertio appellatum literas non dedisset. C. ne li. in vnam. per totum.

prædicta tamen cauſa ad ſedem Apoſtolicam reuocata commiſſa fuit cardinali.

CAPVT LXV.

1 *Iudex appella. multa retractare poteſt, vt hic habes.*
2 *An ſententia poſsit pro parte valere, & pro parte non.*
3 *Poteſt quis ſe iuuare non ſolùm app. directè proſequendo, ſed etiam excipiendo.*

DILECTI. (Appellatum) Ab aliquo ordinario cum omiſſo dio. epiſcopo fuit ad Bixorien. archiepiſcopum appellatum, vt continetur in integra (ad quem gradatim) 2. quæſtio. ſexta. biduum.

1 †Sententias) not. quod aliquando inuenimus, quòd iudex appellationis ſentẽtiat latas ſententias poſt appellationes nullas, vt hic, aliquando proceſſum poſt appellationem habitum nullum. ſup. eo. dilecto. aliquando tantùm ſententiam excommunicationis nullam. ſup. eod. dilecti. aliquando quicquid fit poſt app. ſup. eo. cum cauſa. Quandoq; quicquid fit cõtra appellationẽ. ſup. de elect. cùm nobis. Quandoq; reducendum in priſtinum ſtatum. ſup. eo. bonæ. & licet omnes iſtæ ſententiæ recipiantur, quia ſic erat petitum, ſicut ſententiatur, tamen melior libellus eſt iſte. Peto pronunciari appellationem meam iuſtam. Et ſi non pronuncietur appellatio iuſta ex vi huius ſententiæ, ſequitur, quia & acceſſorium huius ſententiæ eſt non ſolùm poſt appellationem factam reuocare, ſed etiam ſententiã, quæ eſt antè lata, ſi fuit à ſentẽtia appellatum. C. de app. eo. in prin. & §. ſeq. & 2. qõ. 6. §. fi. Sed & ſi ſecundum primos poſitos modos cõcipiantur libelli, in quibus non petitur pnunciari appellationem iuſtam, ſed certũ quid irritari, dicunt quidam, quòd ſi vnus ſolus articulus reuocatur prætextu appellationis omnes intelliguntur, vel debere reuocari, & appellatio intelligitur pnunciata iuſta, & hoc ea ratione, quia omnes articuli eadem ratione nituntur, ſcilicet, propter appellationem, & vna ſententia ad omnes extenditur arg. inf. eo. vna. arg. ſup. de conſti. transla.

2 †Item ſi contrarium diceretur abſurditas ſequeretur, ſcilicet, quòd ſententia pro parte teneret, ſcilicet, pro ea parte, & ſuper illis articulis, qui caſſati non ſunt, & in quibus ſentẽtia lapſu temporis tranſiit in rem iudicatam, & pro alia parte caſſaretur, ſcilicet, in illis articulis, qui reuocati ſunt contra id. ff. communi. diui. in hoc iudicio. Item ſequeretur, quòd ſi contra appellantem lata eſt ſententia diffinitiua & excommunicationis, & appellans tantùm petat reuocari ſententiam excõmunicationis, quia poſt appellationẽ lata eſt, & ſententialiter reuocatur, & tamen in hoc caſu diffinitiua ſuper principali tenẽt, quod eis videtur valdè abſonum, imò maior abſurditas ſequeretur, quòd iterum eadem ſententia excommunicationis reuerteretur, & annihilaretur ſentẽtia, quare dicitur pronunciatum ſententiam excõmunicationis nullam, quia poſt appellationem lata fuit, quia cùm appellans nõ proſequitur appellationem intra tempus legitimum, fingitur nõ appellaſſe, vt ſup. eod. cùm ſit. & c. perſonas. & ſic retro excõmunicatus. ff. de his qui no. infa. l. furti.

Nobis non videtur ſic, imò dicimus quòd ſi tantùm vnus articulus retractetur propter iuſtam appellationem, non tamẽ alij articuli retractabuntur, & benè dicimus, quòd ſtabit firma retractatio ſententiæ excommunicationis, quam appellans proſecutus eſt, & quo ad principale, & quo ad alios articulos, ratificabitur ſententia lapſu temporis, quia non eſt proſecutus appellationem ſuper illis, nec valet, ſi dicas ergò ſentẽtia pro parte valet, pro parte non, quia iſte appellans pro quo lata eſt ſententia in reuocatione excommunicationis, vel alterius articuli poſt ſententiam reuocationis latam pro eo non iuuabit ſe. appellatione, ſed hanc ſententiam tantùm, quæ etiam ſi eſſet iniuſta, ſcilicet, contra ius litigatoris tamẽ tranſijt in rem iudicatam, poſtquam non eſt appellatio. ſup. de ſen. & re iud. quod ad conſultationem. 2. q. 6. §. diffinitiua. Item non valet, quod dicitur, quod fieri debet retro excõmunicatio, quòd illud haberet locum, ſi nullo modo eſſet proſecutus appellationẽ ſuam, ſed hîc proſequutus eſt, quo ad vnũ articulum, licet non quo ad omnes, & ſic benè licet in vno articulo appellare, & in alio non, & eodem modo in vno articulo proſequi, & in alio non. inf. de teſt. Rainutius. circa fi. & c. Raynaldus. circa me.

3 †Item no. quòd non ſolùm iuuat ſe qs appellatione proſequendo eã directè, ſed etiã excipiendo de ea. VERBI GRATIA: peto exequaris hanc ſententiã, vel ne cõfirmes hanc electionem, quia ego appellaui. ſup. de excep. dilecte. ſup. de elect. cùm inter R. & c. cũ inter canonicos. Sed non poteſt

non poteſt excipere de app. niſi intra tantum tempus, intra quantum poteſt proſequi directè. arg. ad hoc. ff. de neg. geſt. l. 3. §. pupillus. ff. ex quib. cauſ. ma. nec non. ff. de inoffic. teſt. Pap. §. ſi filius. Nec dicimus ſimile in his & in acceſſorijs, ſicut dicimus in quibuſdã alijs, & acceſſorijs, ſiue in quibus dicitur, quòd non datur actio ad acceſſoria ſine principali, ſicut in interdicto vnde vi, quòd non datur ad damna, & intereſſe, quæ ſunt acceſſoria, niſi ratione principalis de ipſo principali agatur, quia appellatio benè valet, non ſolùm ad reuocandum ſententiam, ſed ad aliud principale ſuper quo appellatum eſt, ſed etiam datur ad reuocandum omne grauamen acceſſorium primò, & principaliter de ſe ipſo agendo, ſicut hîc habes, & in omnibus decre. ſuperius allegatis.

CAPVT LXVI.

EX PARTE M. (Secunda) C. quãdo muli. tut. offi. fun. l. vlti. hoc enim ipſo quòd nubit tutelam filiorũ amittit. Authen. de nup. §. ſin autem. tutelam (Ira) ſcilicet, quòd ſi non ſit tutrix eorum, ſed hac enim cauſa appellaſſe non ſufficeret, & ſubeſſet veritas cauſæ. inf. eod. interpoſita.

CAPVT LXVII.

1 *Relationibus an & quando ſit credendum. Et ponuntur hîc de relatione nonnulla ſcitu digna.*

INTIMASTI. (Relationem) 1 †In relationibus diligenter attende, vtrum facta ſit partibus conſentientibus, vel ſaltem non appellantibus, & tunc ei ſemper ſtandum eſt, & ſic poteſt intelligi. inf. de pur. ca. cùm dilectus. §. igitur. & terminus in ea præfixus ad comparendum coram ſuperiore, pro peremptorio habendus eſt, ſicut in termino aſſignato appellanti. ſup. eod. ſæpè. Si autem poſt appellationem facta eſt, ei non creditur, niſi alijs actis cõſtet. C. de rela. l. 1. 2. q. 6. biduum. Si autem fiat relatio vna parte abſente per contumaciam, non videtur, tũc relationi credendum, niſi alia probatio ſit de his, quæ in ea continentur, ſed termini aſſignatio benè valet, & parte contumace amplius non citata procederet ſuperior, ſicut ipſe, qui retulit poterat procedere contumace abſente. Sed ſi pars, quam relator dixit contumacem coram Papa, vel alio ſuperiore dicat, domine nunquam fui contumax, ſed appellans receſſi ab eo, & cauſam appellationis obtinui à vobis alij committi, tunc iudex ſuperior, ſi verum ſit, quod commiſerit alterius, non credet relationi, ſed partes remittet ad iudices impetratos ſuper appellatione, qui cognoſcent de appellatione, & an quicquid factum eſt poſt appellationem, ſit reuocandum, vel non, vel etiam ipſe Papa, vel alius iudex relationes cognoſcet, quia ei benè licet iuriſdictionem deleg. ſui reuocare. ff. de iur. om. iudi. tamen totus proceſſus habitus ante reuocationẽ, erit ratus. ſup. de reſti. ſpo. audita. ar. imò plus videtur, q. ipſo facto videtur reuocare, ſcilicet, ſi ex certa ſcientia ſciens alij commiſſum incipiat cognoſcere de eo, quod alij delegauerit. inf. de conceſ. præben. vel ec. non va. quia diuerſis. §. 1. ſed ſi iudex relationis alij committat cauſam remiſſam, quæ iam à parte appellante alij commiſſa erat. Dicunt quidam, quòd de iure vtrique iudices debent conuenire ad cognoſcendum, cuius ſit iuriſdictio ſecũdum tenorem decre. ſup. de reſcrip. paſtoralis. Sed alijs videtur melius, quòd ad hũc iudicem cui commiſſa eſt cauſa lata, nihil aliud pertinet, niſi cognoſcere, an cauſa appellationis prius alij fuerit commiſſa, quòd ſi ſibi conſtiterit partes ad iudicem, cui cauſa appellationis commiſſa eſt remittit, ad quem pertinet cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. ſup. de reſcrip. dilecti filij I. præ.

2 †Sed quæres quare non eodem modo, & iudex qui cauſam remiſit ſtatim caſſari debet, & remittere cauſam ad iudicẽ cui commiſſa eſt cauſa appellationis? Reſpon. quòd etiam ipſe relator prudenter faciet, ſi ſcit, vel credit quòd vera eſt cauſa appellationis, ſi ſuperſedeat, quia ſi non ſuperſederit, & poſtea conſtiterit veram eſſe cauſam appellationis, totum caſſabitur quicquid per eum factũ fuerit, vt not. inf. eod. interpoſita. & c. Ro. §. ſi verò. & §. ſeq. certè & eodem modo iſte iudex, cui cauſa relata commiſſa eſt, ſi confidit indubitanter, quòd appellatio eſt iniuſta, pcedere poteſt, & tenebit quicquid fiet ab eo. non obſtante commiſsione primò facta ſuper appellatione, dummodò conſtet poſtea per ſententiam diffinitiuam, quòd appellatio fuit iniuſta, vt not. in prædicta decre. Romana, §. ſi verò. & §. ſeq.

3 †Item in relationibus no. quia quando

fit commiſsio,quod intra certum tempus, aliquando ſine certo tempore remittam cauſam inſtructam ſufficienter,quandoque inſtructam,vel non inſtructam, & in omnibus caſibus non eſt vis, quia ſufficit remittere cauſam ea inſtructione, & cum illis actis, quæ recipit iudex, & quæ habent partes, & ſi non eſt plenè inſtructa, & etiam debet partibus terminum præfigere.

4 †Item in omnibus prædictis caſibus licet partibus appellare, ſi grauentur & literas impetrare, non facta mentione de remiſsione facienda primis iudicibus, quia non ſemper præcipitur remiſsio,propter hoc, quòd ſuperior de illo velit iudicare,quia tunc oportet de remiſsione fieri mentionem. ſup. eod. vt noſtrum. ſup. de offic. deleg. ſuper quæſtionum. §. verùm. ſed quandoque fit, quia partes non confidunt de iudice in diffinitione, licet confidant in cauſæ examinatione. ſup. de reſcript. ex parte decani. & ſup. de elect. dudum. Item quandoque expedit in vno loco inquiri de vno articulo, & in alio ſententiari. ſup. de elect. ſcriptum. Terminum autem aſsignare partibus, vt coram Papa compareant,& relationem facere de cauſa, quæ eſt eis commiſſa decidenda intra certum terminum non poſſunt quocunque impedimento teneantur iudices, niſi partibus placeat, quia tenor reſcripti contradicit, & quia prohibitæ ſunt relationes cauſa iudicij retractandi, vt in Authen. vt non expe. iuſa. iuſ. §. iubemus. col. 9. Authent. vt omnes obe. iud. §. in initio. niſi in caſibus. ff. de offic. procon. ſolent. & l. ſi quidem. C. de fal. vbique. Fateor tamen, quòd ſi ante terminum aſsignatum liqueret de cauſa, & nollent audire ſententiam,quod poteſt referre non ex vi reſcripti tantùm, ſed ratione ſuæ iuriſdictionis,ſemper autem poſt terminum vſque ad infinitum poteſt remittere cauſas,& terminum prefigere, niſi reuocetur mandatum, & hoc ſonat litera, vbi dicit alioquin remittas, ſcilicet, ſi non terminaueris intra terminum apud acta. C. de rela. l. 1.

CAPVT LXVIII.

1 *Pendente dilatione,iudicis officium tenuiescit.*
Iudices contra inhibitionem an poſsint de communi conſenſu partium dari.
2 *Iudex quando poſsit impendere officium ſuũ. & in num. 3.*

4 *Literæ à procuratore impetratæ reuocantur propter inhibitionem.*

SIGNIFICANTE. (Ipſum epiſcopum conueniſſent) & ideò malè faciebat epiſcopus, vt dicebat decanus;quia in ſtallis ſuis carnes vendi faciebat,vel malè faciebat epiſcopus,qui dimittebat carnifices ſuos alibi carnes vendere,& nitebatur decanus de conſuetudine, vel priuilegio, vt not. inf. de verb. ſig. Abbate. vel fortè agebat potius vti poſsidetis, erat enim moleſtia ſi in terra vbi hoc ius habebat monaſterium alius vendebat, vel agitur confeſſoria. ff. de ſer. l. quoties. §. fi. Hæc petitio videtur eſſe contra ius. C. de monopo. per totum. Sol. illud loquitur, quando homines fraudulẽter faciũt pacta,quod alijs non liceat vendere, vel quod alios non inſtituant in aliqua arte,quod non licet. Iſti autem non fraudulenter faciunt,ſed ex priuilegio,vel conſuetudine, vel illud non eſt licitum de perſonis, vel rebus, ſed de loco,vbi fit venditio, benè licet paciſci, vt hîc. (Alijs ſuis) per ſuos carnifices (reuocarent) deſtruendo banchas carnificum. ff. de aqua plu. arc. ſi vſus. §. vlt. & malè petebat. Non enim prohibendi ſunt lite pendente etiã noua facere ſine præiudicio iuris aduerſarij,ſufficit enim quòd aduerſarij non interſit. ff. ſi ſer. vend. l. loci. §. in confeſſoria. & §. ſeq. (Conteſtata) idem eſſet ſi cõteſtata non fuerit. †Implorato huius) ſcilicet,ſuper principali,in multis enim ante litem conteſt. habet locum officium iudicis,putà ſi quis impediat partes præſentare coram iudice. ſup. de offi. deleg. c. 1. vel fuerit pars contumax. ſup. vt lit. non conteſt. tuæ. & multis alijs quæ poſsunt not. inſti. de offic. iudi. §. 1. & ſeq. & in ſumma. eo. tit. & ſup. de offic. iud. c. 1. ſed quicquid ſit in prædictis caſibus, dic quòd benè poteſt repellere iniuriam litigatorum,concedere tamen vti alicuius iure non poteſt, nec de hoc ſe iudex intromittet(ſolutum) fuit enim facta hęc imploratio officij pendente termino ad deliberationem ſuper libello. (Audiebant) nimis feſtinabant impendendo officium,cùm adhuc poſset recuſari,& exceptiones declinatorię iud. & dila. proponi. in Authen. de exhi. & intro. §. ſi verò quidam. & vt not. ſup. de excep. paſtoralis. & ſup. de ſen. & re iudi. inter. poſt litem autem conteſtat. debet ſuum officium impendere. ff. de ædil. edic, ædiles. §. item ſciendum.

†Et hæc

3 †Et hæc eſt ratio,quare ſequens exceptio eſt valida. ſ. quòd pendente termino aſsignato,non poteſt procedi. Si enim lis conteſtata eſſet, & aliquid non fieret pendente termino, crederem quia iudex impenderet officium ſuum in prohibendo: argu. 11. q. 1. quia res nec contradicit. C. de ædil. edict. ſiue pars. ibi loquitur, quòd pendente dilatione non eſt producendum in princ. vel ſuper antiquis iniurijs,ſed ſuper nouis, vel de nouo exortis ſatis poteſt, & maximè in illis cauſis, vbi mora eſt periculoſa. ff. de fer. l. 1. §. fi. & l. 2. & 3. hoc autem ſatis credimus, quòd ſi contra epiſcopum coram deleg. velit monaſterium aliquid proponere, de his quæ fecit poſt citationem circa rem de qua agitur, quod poterit cognoſcere,quia perpetua eſt eius iuriſdictio. ſup. de offic. deleg. gratum. & quia non debet ad diuerſos iudices ire. arg. ff. de lib. cau. l. ſi pariter. Imò plus dicimus, quod etiam ſi ante citationem aliquid dolo facit epiſcopus, cognoſcet delegatus, ſup. de alie. iud. mut. cauſa fac. c. 1. hoc autem ſemper eſt verum,quod non procederet ex officio ſuo, ſed libello dato & alio ordine obſeruato de illis,quæ ante lit. conteſt. accidunt, de his autem quæ poſt lit. conteſt. accidunt, puta ſi violentiam in re perita fecit, vel damnum ibi dederit, vel pro fructibus iudex ſuum officium impenderit, vt in præalle. ff. de ędil. edic. ędiles. §. item ſciendum. & ff. de aqua plu. arc. ſi tertius. §. officium.

†Alij dicunt & fortè melius, quòd licet ſup nouis articulis poſsit poſt lit. conteſtatã iudex impendere officium ſuum, non tamen in modum directi interdicti, vel actiones poteſt cognoſcere de his, quæ ante lit. conteſt. contingũt,quia nec commiſſum intelligitur. ſup. de reſcript. ſignificauit. ff. de arbit. de his. ff. de iud. non poteſt. & eſt hoc verum in his, quæ non veniunt ex vi actionis,ſed noua actione opus eſt,vt eſt in præmiſsis caſibus,& in actione ex ſtipulatione,& in alijs ſtricti iuris,vt,peto quòd nõ eſt meum, vbi ex vi actionis nõ veniunt damna data in re ſtipulata, nec fructus. 3 †Secùs autem in actionibus bonæ fidei, & in arbitris, & alijs quibuſdam,vbi veniunt per officium iudicis, non ſolùm damna data, ſed fructus percepti ante impetrationem literarum, & etiam pòſt, & etiam qui proueniunt poſt citationem ante ſententiam quandocunq;. ff. de dolo. & eleganter. §. non ſolùm. ff. de act. emp. l. iul. §. offerri. & §. ex vendito. & tamen neceſſe eſt & expreſſè hoc peti, vt not. ſup. de reſti. ſpo. grauis. (Cõtra inhibitionem) inhibitio potuit eſſe,quoad certos iudices, literas non impetraret, ſed videtur quòd non valet talis inhibitio,cùm iudicem dare, ſit delegantis,& non partium. ff. de iudi. obſeruandum. Et nos fatemur,quòd ſi Papa ex officio ſuo, & motu proprio dediſſet,quòd præiudicaſſet lapſus anni. Sed cùm de conſuetudine habeatur, quod de conſenſu partium dentur. ſup. de offic. deleg. ſuper. §. verùm, & c. cùm olim magiſter. &. ſup. de cauſa poſ. cùm olim. Si contra inhibitionem faciat, non ſibi præiudicat,ſi aduerſario innotuit,vel dic,quòd inhibitio fuit, quòd plus nõ inſtaret pro cõmiſsione obtinenda, ſed vt cauſa in curia ageretur, ipſe autem in contrarium inſtitit, & hoc ſciebat aduerſarius, & ideò non præiudicat aduerſario. Et videtur, quòd ad hoc,quòd nõ obſtat lapſus anni neceſſaria ſit reſtitutio in integrum, de hoc not. ſuprà c. ex ratione.

4 †Inhibitionem) ſi literæ eſſent impetratæ de communi conſenſu partium,non poſſet dicere ſe inhibuiſſe,niſi aduerſario, vel iudici innotuiſſet. argumen. ſup. de procur. in noſtra. & c. ex inſinuatione. propter inhibitionem reuocantur literæ impetratæ à procuratore, propter appellationem autem non reuocatur, quod factum eſt poſt eam. Tu dic melius,quod niſi inhibitio fuiſſet, non eſſet iuſta cauſa, quare reſtitueretur à proſecutione appellationis. (Cauſis) quod ante lit. conteſt. nolebat impendere officium ſuum,ſiue in prohibendo epiſcopum vti eo iure, quòd ſibi competere dicebat, vel etiam volebant impendere officium ſuum in cognoſcendo, an epiſcopus deberet prohiberi à carnibus vendendis alibi, & malè volebant, quia hæc erat principalis quæſtio,in qua nondum lis erat conteſtata, vel quòd pendente termino volebant procedere ſuper eo, ad quod terminus erat aſsignatus.

CAPVT LXIX.

1 *Petere inducias ad probandum exceptiones propoſitas, pertinet ad partem.*
2 *Excipiens ſi nolit tempus oblatum ad probandum recipere, ſi appellet quicquid fit contra eum, tenet.*
3 *Exceptionem legitimam non admittens grauare dicitur.*
4 *Appellans ſi petat remitti ad iudicem, à quo eſt appellatum, audiendus eſt.*

Appellans ante ſententiam, niſi vera ſit cauſa expreſſa, fingitur non appellaſſe, ſed fingitur contumaciter receſſiſſe.

5 *Sententia ſemper reuocatur quando non tenuit appellatio.*

6 *Non valet appellatio cùm ab aduerſario approbatur.*

Appellatio parte abſente facta an valeat.

INTERPOSITA. (Ex cauſa) 1 †inducias has petere, ſcilicet ad probandum exceptiones propoſitas eſt partis. C. de dila. ad procedendum. C. de temp. in integ. reſti. petendæ. ſed offerre probationes non eſt partis, ſed exſuperabundanti. arg. ff. quo. leg. l. 2. §. 1. ff. ad exhib. l. 2. &. 3. §. ibidem. Sufficit enim parti exceptionem & cauſam legitimam proponere, quare non debeat procedere iudex, & ſi iudex admittit exceptionem, & non grauat eum probationibus, quia fortè ſcit eam eſſe veram, & ideò vlterius non procedit, benè eſt. Sed ſi iudex dubitat, debet dicere proponenti exceptionem, quod eam admittit, & intra certum tempus probet, ſi vult. ſup. de offi. deleg. prudentiam. §. vlti. ſup. de teſti. veniens. 30. q. vlt. iudicantem. C. de iud. iudice.

2 †Et ſi nolit excipiens tempus oblatum ad probandum recipere, ſi appellet, quicquid fit contra eum, tenet. Nam cùm non teneat appellatio, niſi à iuſto grauamine. ſup. eo. vt debitus. & ſi iſte non grauetur eius appellatio nihil ei prodeſt, etiam ſi probet poſtea eſſe veram exceptionem, vt patet in eo, quod legitur & not. ſup. eo. dilecto. §. vlt. ſup. eod. ex parte. ſed ſi iudex propoſitam exceptionẽ repudiet, & eam negligat admittere tacitè vel expreſsè, ſcilicet procedendo in negotio, & ideò appellatur, tunc non reuocatur, quòd facit iudex antequam cauſam appellationis committat, niſi poſtea coram eo iudice appellationis probauerit verã cauſam, ex qua appellauit: vt ſup. eo. dilect. & c. ex parte. & ſic loquitur hic.

3 †Sed dices) nónne grauauit eum iudex, quòd non admiſit exceptionem legitimam, ſi vera eſſet? Reſpond. non fuit grauamen in non admittendo exceptionem, ſi falſam eſſe credebat, imò fuit & præſumitur prudentia, & ideò tunc non reuocatur quod fit ab iſto iudice, à quo appellatur, ſed ſi probatur coram iudice appellationis eſſe veram exceptionem propoſitam, caſſatur quicquid poſt appellationem facit, quia præſumitur, & apparet malitioſè refutaſſe exceptionem, vel non admiſiſſe, ſed contra ſup. eo. ex parte M. & c. ſignificauit. vbi dicitur, quòd quicquid fit poſt talem appellationem reuocatur, ſed expone illas, vt conſonent huic, vel dic eas correctas per iſtam. Sed ſi prædictus appellator propoſuit cauſam legitimam, ſi vera eſt, & eam offert ſe probaturum coram iudice à quo appellatur, ſi ipſe iudex velit excipientis probationes admittere, etiam ſi falſa ſit exceptio vel cauſa, tamen quicquid iudex poſt talem appellationem fecit, caſſatur: quia verè grauatus fuit eo, quòd eius probationes admiſſæ non fuerunt, & ſic intelligitur hic.

Et hoc intelligimus verum, & ſi ſic dictum ſit, appello, ne procedatur vltra in hoc negotio, quia habemus certum canonicorum numerum, hac veſtra exceptione omiſſa, vel etiam ſine his vltimis verbis, dummodò exceptat, ſi negligat exceptionem admittere: vt ſup. eod. c. ex parte M. Sed ſi ſimpliciter dicat, appello ne vltra procedas, & recedat credens hoc ſibi ſufficere pro appellatione, non valet hæc appellatio. ſup. eo. c. dilecto. †Eſt ergò diligenter attendendus ordo. Primò enim excipiens debet proponere exceptionem, & conſequenter iudex debet eam repudiare vel admittere, & ſi iudex ipſam repudiat, eſt locus appellationi. Si verò ipſam admittit exceptionem ipſius iudicis eſt quærere excipientem, an ipſam exceptionem probare velit. arg. 30. q. vlt. iudicantem, nec eſt excipientis probationes offerre, quia rei eſt fugere. 4. q. 4. c. 1. & 2. & iudicium redditur in inuitum. ff. de verb. obli. inter ſtipulantem. §. ſacram. & ſi offert ex ſuperabundanti eſt, & ſi iudex expreſſè repudiat, vel non admittat, vel admittere negligat iuſtè appellatur ab eo. ſup. eod. c. dilecti. &. c. ex parte M. †Non doceat) cùm tantùm ante ſententiam locum habeat. Nam poſt licet appellare ſine vllo grauamine. Mirum eſt, quòd dicere videtur, ſcilicet quod ſi coram iudice, à quo appellauit appellans, non obtulit ſe probaturum cauſam, quòd coram iudice appellationis debet probare veritatem cauſæ ap. & cauſam propoſitam, cùm iudex à quo appellatur, non debeat in eum differre ſententiam propter appellationem ex cauſa probabili interpoſitam, niſi ea offerat probaturum. ſup. eo. ſuper eo. §. vlt. &. c. dilecto. Sol. hîc non dicit admittendam talem appellationem, ſed ſi fuerat admiſſa dicitur quòd debet fieri.

4 †Sed iterum obijcitur, ſi iudex amiſit appellationem, non eſt neceſſe poſtea iudici appellationis requirere probationes ſuper tali quæſtione appellationis, ſed ſuper principali tantùm procedit. Reſpondeo, ideò imò ſi appellatus petat remitti ad iudicem, à quo appellatum eſt, audiendus eſt, niſi appellans probauerit veritatem cauſæ ex qua appellatum eſt: vt ſup. eo. vt debitus. & idem dicimus, vbi detuliſſet appellationem, ſine cauſa aſsignata. Vel dic, quòd iudex ꝓpoſita cauſa appellationis probabili, & ſi non offerat ſe probaturum in veritate, debet proponentem interrogare, an velit eam probare, vel ad minus debet dicere: ego admitto exceptionem tuã, & ſi nõ inuitauerit vel exceptionem nõ admiſerit, petat & tenet appellatio. Quia ſufficit ad hoc, vt iuſta ſit appellatio, quod iudex non admittat. ſuprà eo. dilecto. & c. ex parte M. & c. vt debitus. †Sed ſi interrogatus vellet probare cauſam propoſitam, tunc non eſſet iuſta appellatio. Item dicimus, quòd in eo caſu quando non obtulit ſe probaturum cauſam appellationis, ſed tantùm iuſtã cauſam expreſsit, quã iudex admittere renuit, quod ad eam probandam admittitur. Sed ſi poſt talem appellationẽ fertur ſententia diffinitiua ſuper principali, & velit aliam cauſam appellationis probare, vel etiam ſuper principali aliquid dicere, vel etiã quòd plus eſt exactis receptis oſtẽdere iuſtam ſententiam vel proceſſum. ſup. eo. dilecto. non poteſt. Quod ſic probamus, quia ſequeretur inconueniens: quia nulla eſſet differentia, ſiue offert ſe probaturum, ſiue non offert, cùm etiam poſsit probare cauſas, ſuper quibus probationes non obtulit. Item & eſt alia efficax & euidens ratio, quia non admittitur ad probandum alias cauſas, quia ſi propoſita cauſa appellationis etiam iuſta, & nõ admiſſa appellauit, & receſsit etiam cùm admittebatur iuſta cauſa, ſi illa cauſa propoſita vera non eſt, neq; probatur apparet, quòd contumaciter receſsit ab illo iudice, & ſic nulla appellatio eius fuit, nec appellatio eum potuit releuare, etiã ſi alię cauſæ non propoſitæ verè & iuſtè ſubeſſent. ff. de in inte. reſti. diuus. & ſuprà eodem c. conſtitutus. §. fi. Si autem poſtea in iudicio appellatiõis ſteriſſet, videtur appellationi renunciaſſe. ſup. eo. ſolicitudinem.

Nec obeſt ſi dicas, etiam ſi ſententia lata eſſet, & ab eo appellatum fuiſſet ſine cauſa: tamen ex prioribus actis & nouis poſſet irritare ſentẽtiã. ſup. de teſti. fraternitatis. ſuprà de fi. inſtr. cùm Ioannes. quia vbi appellatur poſt ſententiã, non cõmuniter receditur, ſed quando appellatur ante ſententiam, niſi vera ſit cauſa expreſſa fingitur nõ appellaſſe, vel verius fingitur cõtumaciter receſsiſſe, vt prædictũ eſt, qa ſi iudex nõ admittit cauſam falſam, ſz aliàs vera eſſet, fingitur prudẽs: vt no. in glo. 1.

†Probaturum) ſed etiam ſi obtulit ſe probaturum, & quia nõ fuit admiſſus appellauit, & nihilominus lata eſt ſententia poſt appellationem ſuper principali contra eum, iudex appellationis appellantis recipiet probationes tam ſuper appellatione, vt caſſetur quicquid factũ eſt poſtea ſuper acceſſorio, quàm ſuper principali, vt ſuper illa feratur ſententia, etiam ſi appellatio non valeret, nec eſt aduerſarius audiendus, qui cauſa dilationis petit prius inquiri de appellatione tãtùm, cùm boni iudicis ſit tendere ad finem litis. ſuprà de dol. & contu. finem. & de probatione. licet. vbi ſimiles probationes recipiuntur ſuper principali, & excep. Secùs ſi ſententia lata non eſſet, quia tunc pars appellata poſſet petere quòd appellans remitteretur ad iudicem, à quo appellatum eſt malè: vt ſuprà eodem cap. vt debitus. & hoc ſic dicimus, niſi incontinenti conſtaret ſententiam irritandam, vel potius irritam nunciandam, puta quia cõſtat ex iuſta cauſa appellatum, quo caſu pronunciatur ſententia nulla, & habet hoc locum in iudicijs tantùm non extra iudicium, etiam ſi offerret ſe probaturum iuſtam cauſam, niſi probet cauſam veram non caſſabitur, quod fit poſt appellationem. ſup. de elec. cùm inter. & inf. de his quæ fi. à ma. par. ca. cùm in cunctis.

5 †Quibuſdam nõ placet hoc, quod dicitur hîc in glo. quia vt dicunt, ſi appellatio nõ tenuit, ſemper ſententia reuocatur, & quicquid fit poſt appellationẽ, & ſi appellatio nõ tenuit, fuit contumax appellans, & ſic nihil reuoçabitur. Hoc habet locum in iudicijs nam extra iudicium non poteſt habere locum, cùm non poſsint induci probationes, quæ etiam productæ non prę̃iudicant neque proſunt, ſicut nec confeſsio. Item ſi reciperet is contra quem appellatur extra iudicium probationes oblatas contra aliũ, puta cõtra aliquẽ, cui vellet prouidere, nõ prę̃iudicaret ei, quẽ tangunt, nec etiam iſti, cui eſt prouidendum, quia in iudicio non eſt, nec eſſe poteſt, cùm nondum ſit ſibi prouiſum. Si autem ad ſui inſtructionem recepit, non alligatur

gatur eis, nec etiam alijs præiudicat, ad idem est videre in similibus. Si autem aliæ causæ sint, vbi non possit offerri probatio etiam in iudicio, vt si negetur tempus ad deliberandum, vel spatium ad producendum testes, vel si denegetur editio sententię, vel actorum, vel aliorum consimilium, videtur quod teneat appellatio, etiam si non offerat se probaturum grauamen in prædictis, quia nec probari potest. C. vt lit. pen. l. pe. C. eo. titu. à proconsulibus. sup. de dila. c. 1. sup. de testi. significauerunt. & ante omnia reuocanda est sententia post talem appellationem lata, etiam si non probetur alia veritas grauaminis, nisi quia fuit admissa sua petitio, quæ erat de iure, & est iusta ratio huius constitutionis, cùm enim sit facile proponẽti grauamen, quòd probari potest offerre se illud probaturũ, imputandum est ei, si illud non offerat. Et hoc obtinet in exceptionibus declinatorijs fori, vt si dicit literas obreptitias, de quo cognoscere debet delegatus. sup. de rescrip. super. & in peremptorijs, vt pactis de non petendo, & re iudi. & consimilibus omnibus quæ probari possunt de interlocutorijs. no. inf. de no. oper. nunc. c. 1. & penul. Secundum antiqua autem iura, nõ videtur necessaria oblatio. probatur. sup. vt lit. non conuest. accedens. & in multis alijs iuribus. Secùs autem est si grauamen propositum non subiacuit probationi sic, vt dictum est. Idem credo, vbi absente iudice in casibus concessis à iure appellatur, nam vanum est ibi offerre probationem, cùm non sit, qui eam recipiat, & possit per malitiam offerri, etiam si falsa esset. Non enim inuenitur, quòd debeat esse melioris conditionis qui appellat absente iudice, quàm qui præsente, cùm si valeret hæc oblatio melioris esset conditionis, præcipuè cùm in odium iudicis, qui probationes oblatas admittere noluit hoc statutum probatur, ad quod inducuntur iura superius alleg. quæ loquuntur de his appellationibus quæ fiunt extra iudicium.

6 †Approbetur) No. non valere appellationem, ex quo ab aduersario approbatur, secùs si non approbetur, vt sup. eo. sæpè. (Parata) sed si pars appellans, cùm non est recepta appellatio sua ab appellato, velit coram iudice ap. causam ipsius appellationis prosequi, potest etiam altera parte absente. sup. de procur. in nostra. Sed potest dici illam decr. loqui in eo casu quando certum est fuisse appellatum, & quando obtulit se probaturum legitimam causam appellationis. Sed nos dicimus idem, etiam si non obtulit se probaturum, quia ex quo constat appellatum, iudex de appellatione cognoscet, an sit admittenda parte absente, sup. eo. cùm speciali. §. fi. & si fuerit admittenda, procedet quantum poterit in causa principali, si appellatum fuit ante sententiam, si post sententiam rata manet post annum, sup. eo. cùm sit ro. sed ante annum nõ potest procedere, nec ad cognoscendum de sententia, nec alio modo, nisi partibus vocatis: vt no. sup. eo. sæpe. (Ad petitionem) secùs si nolit. sup. eo. accepta. nisi pars appellata peteret, quòd appellatus instructus cum suis munimentis accederet ad sedem apo. 1. eo. cordi.

† Absentãte) Sed opponitur, quomodo constabit appellatum, nisi partibus præsentibus? Respondemus, cùm hîc non quæratur, nisi de appellatione, nec super alio pronuncietur, nisi decernimus appellationem iustam, vel econuerso, & cassari quicquid factum est post appellationem, vel econuerso, nullum autem periculum est, si non sit appellatum, cùm si non sit appellatum, de alijs non agetur, vel dic, quòd potest constare per acta, & sufficit sic, si constet cùm pars alia sit contumax. (Se contumaciter) non autem reputamus contumacem appellatum, qui non comparet, si non est delatum appellationi, & hoc probatur ex primo. §. huius decre. vbi dicitur, quòd appellans nõ reputatur contumax, si non venit prosecuturus appellationem, cui non est delatum, multò minus est contumax appellatus qui non prouocauit superius iudicium. Alij contra.

CAPVT LXX.

INQVISITIONI. (Plura) sup. eo. secundo. contra sol. illud habet locum, quando negotium committitur, plures articulos continens: hoc autem quando sunt plura negotia commissa.

CAPVT LXXI.

1 *Appellatio vnius quando prodest alteri.*

VNA SENTENTIA. (Iure). † In corporali re si sit diuidua, sicut vsufr. non prodest vnius appellatio, si autem sit indiuidua prodest. ff. ad. l. fal. l. 1. §. si vsufruct. ff. quemadmod. ser. amit. si commu-

communẽ. (Si communi) secùs per beneficium restit. in integr. C. si vnus ex plu. appel. Si in vna vbi sit res cõmunis & incorporalis, & indiuidua, vt seruitus, nisi victoria minoris etiã per beneficiũ in integr. restitu. etiã prodest maiori. ff. quẽad. ser. amit. si communem. (Negotium) hoc dicitur propter tutores & cõsimiles, quia & si habeant idem negotium. s. tutelam, & non est tamen res communis, sed & tũc si habent omnes eandem causam defensionis, puta quia res mobiles vel alias sicut debuere alienare, vnius appellatio alijs prodest. Sed si vnus conuenitur, quia illicitè alienauit: alius quia neglexit contradicere, vel deuocare, vnius appellatio alij non prodest. ff. de appel. si quis. §. vlti. C. si vnus ex plu. appel. l. 1.

CAPVT LXXII.

1 *Appellare timens, an & quando habeatur pro appellante.*
Appellare in absentia iudicis, an & quando possit.

SI IVSTVS. (Secùs si vanus. ff. de reg. iu. vani. (Prouocatur) hoc vult dicere hæc decr. quòd si quis iusto metu perterritus nõ appellauerit, sufficit ei si causas appellationis corã iudice, à quo vult appellare, exponat dicendo: Domine iudex, vos grauatis me in his expressis illis, quæ essent iustæ causæ appellationis. Quamuis enim non dicat, ex his causis appello, tamen sola expressio causarum habetur pro appellatione, sicut dicit lex. C. de his qui propter me. iudi. nõ app. l. 1. & 2. & C. eo. l. 2. imò plus potest dici, qa licet postea litiget corã eodẽ iudice, videtur renunciare appellationi factæ, dummodò timor duret. ar. sup. de his quæ vi me. vé causa fi. c. 1. C. quod met. cau. l. 2. Nec est credẽdum illi, qui dicit se timuisse appellasse, ab aliquo episcopo, vel alio iudice, nisi vis interuenerit, & probetur. ff. de his qui propter met. iudi. nõ app. l. 1. & C. quod met. cau. per totũ. † Copiam) non negatur hic, quin possit appellare in absentia iudicis, imò innuit q, fieri possit, si nequit habere copiam eius. 2. q. 6. biduũ. C. quomodo & quando iu. l. ab eo. C. de iud. l. vlt. sup. de ali. iu. mu. causa fac. c. 1. Si autem eius copiam habere possit, à quo appellare vult, vel eius ad quem vult appellare, & ad eum non accedat, crederem quòd ei imputetur. arg. 2. q. 6. biduum. C. de ann. except. vt perfectius. sup. de offi. ordi. pastoralis. nisi ex timore dimittat, vt hîc.

CAPVT LXXIII.

1 *Cùm appellatur ab interlocutoria necesse est exprimi causam appel.*
2 *Appellatio in scriptis semper redigi debet nec est vis, an scriptura sit authentica in nu. 3.*
4 *Appellationi præsumitur renunciare appellator nisi intra. 30. dies petat apostolos.*
5 *Petitio apostolorũ quando non habeat locum.*
Appellans, an & quando possit appellanti terminum præfigere &, etiam diminuere.
Si terminus certus appellationi non est præfixus, & appellator est absens, licet miserit procuratorem, tamen appellatus præsens semper obtinere debet, vt nullæ literæ appellationis impetrẽtur, sed facit citari aduersarium.
6 *Possunt partes extendere iurisdictionem iudicis.*
7 *Appellator reputatur, non appellans, quando appellauit sine scriptis.*
Citatio in causa appellationis quando sit necessaria.
Iudex à quo est appellatum, si defert appellationi, tunc superior ad quem appellatur potest procedere in causa, etiam appellante inuito.
Terminus datus ad prosequendum, vicem peremptorij obtinet.

ORDI. (Extra). A iudice tamen, quia extra iudicium appeller est differentia, quæ not. ꝟ. c. c. ad audientiã. quod loquitur in appellatione facta à iudice apparet p id quod sequitur. s. quia debet dare apostolos quos non daret nisi esset iudex (extra quæ) etiã appellans suum iudicem confitetur etiam in eo, super quo appellat, sed tamẽ dicit, quòd iniustè eum grauat, & extra iudiciũ, & ideò appellat. Itẽ ille, quia nõ est iudex, sed pars tãcùm nõ præfigeret terminũ appellationi, q, hic facit. vt. ꝟ. sequitur. aliàs modica est differentia, an appellat à iudice, vel ab aduersario, vel in iudicio, vel extra iudicium: vt no. ꝟ. de ma. & obe. dilecti.

1 †Interlocutoria). Not. qa quãdo appellat ab interlocutoria necesse est causam appellatiõis exprimi. de hoc not. ꝟ. de no.
2 ope. nun. c. pe. † (In scripturis) No. quòd siue in iudicio, siue extra appelletur, semp appellatio redigitur in scriptis, & siue ante sententiã, siue pòst. Nos tamẽ nõ intelligimus sublatũ ius illud per quod conceditur sola voce post sententiã illico apud acta in scriptis, siue sine scriptis appellare. C. de app. litigatoribus. Vel dic, q, hic loquitur

quitur de appellatione, quæ fit ante ſententiam, quòd apparet ex eo, quòd hîc dicitur, quod cauſam appellationis ſcribat appellans, & ex eo quòd ſequitur, quòd iudex in Apoſtolis debet inſerere cauſam appellationis. Item quia infrà ſequitur, his quæ appellationibus, etc. quòd non eſſet neceſſe ſi poſt ſententiam appellaret.

3 †(In ſcriptis) non eſt vis ſi ſcriptura ſit Authentica. ſ. per manum tabellionis, ſiue non, quantum ad hoc, quòd appellatio valeat: tamẽ priuatæ ſcripturæ non creditur, nec quo ad hoc, quòd probetur appellaſſe, nec ad hoc, quòd probetur formam appellationis fuiſſe talem, qualem iſta ſcriptura continet, niſi probetur aliter quàm per priuatam, & non Authen. ſcripturam.

4 †(Apoſtolos) qui continent, quomodo partes dimittit à ſua iuriſdictione & eas tranſmittit ad iudicem appellationis. 2. q. vi. §. forma. & niſi appellator intra 40. dies petat apoſtolos, præſumitur renunciare appellationi. C. de app. quoniam. niſi per alia argumenta appareat, eum velle proſequi appellationem, vt ſi ad eam proſequendam mittat. Item apoſtolos debet dare iudex, etiam ſi non deferat appellationi. ff. de ap. re. ſciendum. (Appellatio non ☞ ſit admiſſa) ff. de ap. re. ſciendum. † (Reuerentia) vbi de iure fuit admittẽda, vel etiã vbi dubitabat iudex, an eſſet admittenda nécne, ſed tamen propter reuerentiam detulit. Si autem deferret appellationi quam ſciret iniuſtam, non eſſet reuerentia, ſed malitia vel imprudentia, & ideò puniendus eſſet, inſtit. de oblig. quæ ex quaſi delic. in prin. ar. ſup. de offi. dele. paſtoralis. in prin. Item & appellans remittendus eſt ad iudicem, à quo appellauit & condem- ☞ nandus in expenſis. † (Et petierit) hîc obtinet in omnibus caſibus præterquam in cauſis electionum, vbi ſiue appellatus exprimat, & petat quòd aduerſarius compareat cum mandato, ſiue non, tamen plenè inſtructus comparere debet, vt ſiue appellans, ſiue appellatus procedere voluerit, & altera pars procedere cogatur. ſup. de elec. c. fi. imò & ſi vtraq; pars nõ curaret, procedere tamen ſuperior ad quem appellatum eſt in officio ſuo, poſſet eos cogere ad procedendum. ſup. e. oblatæ, in fi.

5 † Petierit) antequam literæ impetrentur ſuper appellatione, vel etiam nuncium mittat pro impetrando, ex tunc enim cùm iam non ſit res integra, non habebit locum petitio, niſi fortè malitioſè feſtinaſſet, vel in mittendo nuncium, vel impetrando literas. ſup. eo. oblatę. Et credimus quòd hoc poſsit petere etiam ſi iudex nullum terminum appellationi præfixit. Nam tunc ipſe appellatus terminum ſuæ proſecutionis præfigere poteſt. Si autem nec iudex, nec pars terminum præfigat, tunc expectabitur terminus legitimus. argu. ſup. eo. tit. oblatæ. Alij tamen dicunt quòd appellans nullum terminum poteſt præfigere appellanti, niſi terminum legitimum. grauè enim videretur, quòd actor & appellans, cui incumbit onus probandi, metiatur terminum legis ex voluntate rei, & hoc eſt verius. ff. qui ſatiſdict. cogan. de die. in prin. † Item licet appellans poſsit diminuere terminum ſibi datum à iure, vel etiam iudex ex iuſta cauſa, reus tamen appellatus hoc poſſe non debet, ſcilicet diminuere beneficium iure alteri parti conceſſum, habebit ergò locum decre. etiam vbi non eſt præfixus terminus à iudice vel à parte, vt appellatus poſsit petere appellantem comparere coram iudice appellationis in termino aſſignato à iure, ſcilicet quia cùm vnus menſis reſtat de anno, & etiam ſi ante annum vellet appellans proſequi appellationem ſuam, quod poteſt: tamen non poteſt impetrare literas ſuper appellatione ſua, ſed oportebit eum portare acta ſua ad curiam, & facere citari aduerſarium, & hoc ſatis innuit hæc decre.

† Petierit) ſi autem appellatus hoc ☞ non peteret, non pateretur pœnas quæ ſequuntur, nec actor, nec reus, ſi non irent parati procedere ſuper principali cauſa, licet benè faciant, ſi parati vadant, ſed licet non teneantur ire inſtructi ſuper principali cauſa: tamen debent ire parati reſpondere ſuper cauſa appellationis. Et ſi non iuerint, nulla alia citatione emiſſa, poterit iudex appellationis diffinire, vtrum vera & iuſta ſit appellatio ante ſententiam miſſa, an non, nam hîc non agitur, niſi de appellatione ante ſententiam, ſcilicet, ad procedendum lit. non conteſt. ſuprà eodem, cap. interpoſita. §. fi. & etiam condemnari in expenſis. ſuprà eodem, Nicolao. & aliàs in cauſa appellationis procederetur contra eum, quaſi contra cotumacem. ſuprà eodem, vt debitus. in fi. ſæpè. & c. cùm ſpeciali. in fi. & cap. per tuas. & ſup. de offic. deleg. paſtoralis. §. præterea. in fi. Hanc autem petitionem ſcilicet quòd appellatus vadit inſtructus procedere in cauſa principali non

non poteſt facere appellator, non enim ad aliud tenetur appellatus, niſi vt vadat proſecuturus cauſam appellationis non principalem.

Hæc autem habent locum ſi appellatio recepta eſt. Aliàs ſufficit & appellatori & appellato, quòd mittant nuncium pro literis impetrandis. ſup. eo. interpoſita. §. ei quoq;. not. ſup. eod. ſæpè. Item hæc habent locum, vbi certus eſt terminus appellationi præfixus. ſup. eod. Nicolao. ſed vbi non eſt præfixus, ſi aliqua partium vult impetrare, poteſt ſecundum modum quẽ notaui. ſup. eod. oblatæ. & c. ſæpè. Item in hoc caſu, ſcilicet, quando non eſt certus terminus præfixus appellationi, tamen recepta eſt, ſi appellatus eſt præſens apud iudicem appellationis, ſed appellator eſt abſens, eſt tamen præſens procurator eius, qui vult impetrare literas ſuper appellatione ſua, tunc appellatus ſi vult, ſemper debet obtinere, quòd nullæ literæ appel. impetrentur, ſed faciet citari aduerſarium, vt coram iudice appellationis, quem appellator elegit procedatur, & idem dicimus etiam in appellante, quòd debet obtinere citari aduerſarium appellatum, ſi vult, & prohibere appellatum, ne aliquas literas app. impetret, nam ordinarium eſt, quòd ſemper iudex appellationis cognoſcat de appellatione, niſi ex iuſta cauſa alijs committat.

☞ † Appellationis articulo) ſi talis erat appellatio, ſine qua non poterat terminari cauſa principalis, alioquin contra. ſup. eo. ſuper eo. Alij tamen dicũt aliter. Si iſte, q̃ obtinuit articulũ appellationis intendit renunciare ap. decætero non poterit agere pro expenſis, ſi non intendit renunciare ſed ſuſpendere articulum app. tunc coram iudice, qui procedit in cauſa appellationis, poterit petere expenſas, ſiue ſit ipſe iudex ad quem appellatum eſt, ſiue ſit alius, quem partes elegerunt, nam tunc cùm ſucceſſerit loco iudicis appellationis de omnibus cognoſcet, ſicut iudex appellationis cognouiſſet, cognoſceret enim ſi appellatum eſt ante ſententiam, ſi cauſa appellationis eſt vera vel falſa. Et ſi poſt ſententiam eſt appellatum, quærit tãtùm de principali cauſa. C. de ap. eos. §. 1. Item ſi expreſſè dicerent litigatores, quòd nolunt iudicem cognoſcere ad præſens de app. ſed tantùm volunt ſibi ſaluum eſſe, vt quando voluerint ius ſaluũ ſit eis ſuper expenſis, quas ſibi dicunt deberi occaſione ☞ malæ vel bonæ appellationis, tunc videtur quòd etiam poſt finitam cauſam principalem, vel ea pendente poſsint etiam expenſas petere proſequendo tamen app. nõ tamen tunc peteret pronunciari appellationem iuſtam, ſed petit tantùm expenſas, quia malè appellauit, & hoc vix poteſt locum habere, quando appellatur à ſententia. (Partium) id eſt, partis.

6 †Partium voluntate) Not. quòd hîc fit prorogatio iuriſdictionis cõditionalis, vel de caſu in caſum, nam iudex appellationis pro magna parte non habet iuriſdictionem, niſi ſub conditione in caſu, ſcilicet, ſi vera eſt cauſa appellationis, ſed partes poſſunt extendere eius iuriſdictionem, vt ſimpliciter cognoſcat, vt hîc, & eſt ſimile in iudice delegato, cum clauſula, quod ſi non omnes, etc. Eſt tamen caſus vbi non poſſunt prorogare. ſup. de fo. cõpe. Romana. quod quare non poſsit ibi inuenies, tamen hîc impropriè dicitur prorogatio, ſed exceptionis omiſsio, vt not. ſup. de offi. deleg. prudentiam. (Procedatur) & debet ſemper procedere in cauſa principali, niſi dimittat propter probationes remotas, vel alia iuſta impedimenta. (Præmiſſa) id eſt, ſi cauſam appellationis inſcriptis non expreſsit, & Apoſtolos non petijt, & ſi non venerit inſtructus, vt hîc dicitur.

7 Non appellans) † tunc reputatur appellator, non appellans quando appellauit ſine ſcriptis, vel quando nõ petijt Apoſtolos, ſed quando non portat ſua munimenta, benè reputatur appellans, ſed non datur ei terminus ad ea producenda, & procedituri eis non expectatis, etiam ſi appellat, remittitur ad primos iudices. Et idẽ videtur dicendum, ſcilicet, quod procedi poteſt, non ſolùm in cauſa appellationis, ſed etiam in cauſa principali ſine vlla citatione, quãdo nõ petijt appellatus, quòd appellator cõpareat cum probationibus, ſed tantùm ſibi terminus præfixus eſt ad proſequendum app. ſup. de renun. veniẽs. ſup. eo. cùm cauſa. §. fi. Et no. hîc in glo. ſi autem. licet aliqui contradicant dicentes, q̃ licet in cauſa appellationis, poſsit procedi ſine citatione. Tamen in principali, non proceditur ſine citatione, ſed iſte qui non petijt, q̃ cum munimẽtis aduerſarius compareret, benè dabitur ei. ſ. aduerſario terminus ad munimenta producendum, nec intelligitur nomine probationũ vel munimentorum teſtes, quia ad eos producendos benè dabitur terminus. † Item not. quòd ſi iudex à quo appellatur defert

appellationi, ſuperior ad quē appellatur, ſiue ſit Papa, ſiue archiepiſcopus, ſiue delegatus eorum procedere poterit in cauſa appellante inuito, licet in ſcriptis non appellauerit, nec Apoſtolos petierit, nec cauſam aſſignauerit. ar. ſup. de fo. compe. ſignificaſti. & c. Roma. ſi verò iudex non detulit appellationi expreſſè, ſed pars appellata ſecuta eſt partem appellantem ad Papam, tunc Papa vel etiam eius delegatus inuito appellante procedet in cauſa appellationis, quia in odium appellantis, & fauore partis appellatæ ſtatutum eſt, q̄ reputetur non appellans, & quòd huiuſmodi ſolennitates non requirantur, vnde non debet in eius odium retorqueri. C. de leg. quod fauore. ff. de excep. rei iudi. euidenter. In archiepiſcopis autem & in alijs inferioribus à Papa, non ſufficit conſenſus partium ſine conſenſu ordinarij. ſup. de fo. compe. c. Romana. fortè ſecùs eſt, niſi prius ipſi iudicent, quòd per appellationē legitimam ad eos eſt iuriſdictio deuoluta, tunc etiam ſine ſcriptis vel ſine cauſæ aſſignatione eſt appellatum, tamen poteſt cognoſcere, quia hæc ſententia etiam ſi ſit contra ius litigatoris, tamē facit ius inter partes, vt not. ſup. de reſcrip. ſuper literis. (contempſerit) puta quia non comparuit inſtructus in termino quem ipſe præfixit.

☞ †(Procedetur) vt ſi appellatus ſit reus, & lis non fuerit coram primo iudice conteſtata, cùm terminus datus ad proſequendum, vicem peremptorij obtineat, & ſic non veniens in termino peremptorio ad cauſam principalem, & ante lit. conteſta. pateretur miſſionem in poſ. ſi locum haberet miſſio, vel ſi locum non haberet excommunicaretur. ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. & c. tuæ. Si verò eſſet actor, & ad terminum peremptorium nō veniret reo veniente, abſolueretur reus ab inſtantia iudicij, nec actor audiretur, niſi reſtitutis expenſis, & probatur hoc. ff. de iudi. l. & poſt edictum. C. de iud. ſancimus. C. quomodo & quan. iud. Authen. qui ſemel. ſic fiet in cauſa appellationis, & p̄batur iſta in hoc c. & eod. tit. ſæpè, contingit. & c. reprehenſibilis. Si verò lis ſit cōteſtata in primo iudicio, & reus appellatus non veniat ad proſequendam appellationem appellatore proſequente, procedetur in cauſa appellationis, vt C. de tempo. app. in Authen. ei qui appellat. & 2. quæſtio. 6. ſi quis appellat. Nam & in primo iudicio procedetur contra eum contumaciter poſt lit. conteſt. ad diffinitiuam, ſi liquere poteſt de cauſa, vel admiſsionem incommutabilem, ſi liquere poſſet, vt probantur hæc. C. de iudi. l. properandum. §. ſi autem abfuerit reus. etiam. C. quomodo & quan. iud. l. conſentaneum. Si autem actor appellatus, non veniat reo appellante veniente, ſimiliter procedetur in appellationis cauſa, appellante in expenſis nihilominus cōdemnato, hoc enim eſt commune in quolibet condemnato contumace, ſiue vincat in principali, ſiue ſuccūbat, vt C. de iud. l. properandū. §. ſi aūt exgeſtis.

CAPVT LXXIIII.

LEGITIMA. (Quod ipſis) arbitris. (In idem) id eſt, in eadē ſententia, ſcilicet, vt iudicēt quòd legitimè ſint ſuper cauſa recuſationis, vel cōtra.

CAPVT LXXV.

1 *Appellatio fieri debet gradatim, ſcilicet, ab epiſcopo ad archiepiſcopum, & ſic de ſingulis.*
A ſententia officialis poteſt ſupplicari ſuffraganeo.

2 *Citatus non tenetur comparere, niſi conſtet eſſe de iuriſdictione citantis.*
Qui iam eſt in alicuius territorio, dicitur eſſe de ſua iuriſdictione.

3 *Tres gradus in proſecutione appellationis hic habes.*
Iudex ſuperior, quamdiu quæſtio pendet, an appellatio ſit recipienda vel iuſta, non poteſt prohibere iudicē, à quo eſt appellatum procedere in cauſa.
Iudex appellationis quando incipiat deuenire ad veritatem cauſæ cognoſcere.

4 *Cùm primum iudex appellationis incipit cognoſcere de veritate cauſæ, non valet, q̄ fit per iudicem à quo appellatum eſt, & vide in nu. 5. & 6.*
Propter minorem cauſam, nō debet fieri præiudicium minori conditioni.

7 *In appellationibus quæ fiunt extra iudicium non quæritur, an vera vel iuſta ſit cauſa appellationis.*
Factum per primum iudicem, an & quando ratum maneat.

8 *Iudex appellationis quando poſſit inhibere priori iudici, vt nō procedat. & in nu. 9.*

ROMANA ECCLESIA. (Generaliter) ex hoc colligi poteſt, quòd hîc officialis habebat ordinariam iuriſdictionem à lege, & prius appellantur iudices, quàm officiales, & ſic optimè videtur dicere Authen. de iudi. in prin. & §. illo cuſtodiendo. & C. de app. ſi quis diuturno. & per has leges videtur hic articulus determinatus fuiſſe, & ſic non ob. ff. quis & à quo ap. l. 1. & ff. de ap. Imperatores. vbi dicitur, quòd à legato tantùm ad delegantem appellandum eſt, quia iſte officialis

officialis nō eſt delegatus, ſed ordinarius, vel poteſt dici, quòd benè appellatur vicarius, qui ſimiliter habet ordinariam iuriſdictionem, vt not. ſup. de offi. vic. c. ſua. & ab his vicarijs eodem modo appellandum eſt, quomodo appellaretur ab his, quorū vicarij ſunt. C. de app. præcipimus. (Ipſorum) ſuffraganeorum.

1 (Eorum) ſuffrag. †(Siue auditorium) identitatis auditorium, tollit omnem contrarietatem, quia benè fit gradatim appellatio ab officiali ſuffraganei ad archiepiſcopum, ſicut dicitur. 2. quæſtio. 6. biduum. quia nullum auditorium eſt medium inter auditorium huius officialis, & auditorium archiepiſcopi. Item non obſtat. ſup. eod. dilecti. quia ibi non loquitur de appellatione facta ab officialibus, ſed de appellatione facta à ſubditis ſuffraganei, quorum auditorium non eſt idem, ſed diuerſum, & ideò ibi gradatim eſt appellandum. (Si cenſendum) quo ad appellationem, & etiam quo ad quædam alia, licet non quo ad omnia, quia credimus quòd ab officialis ſententia poſsit ſupplicari ſuffraganeo. Item poteſt prohibere, ne iudicet. ff. de iudi. iudicium. & idem in multis alijs. (Ad ſuffraganeos) cōtra. inf. de p̄ben. c. referēte. ſolue vt ibi, vel ibi loquitur de conſuetudine ſpeciali, & eodem modo ſolue. inf. de no. ope. nun. ſignificantibus. (Niſi) non mireris quomodo cognitio ponitur in ſententia iſta. Hoc enim fuit, quia archiepiſcopus & ſuffraganei petiere declarari, quid eſſet iuris archiepiſcopalis ſecundum canones, & hoc diffiniuit Papa in hac ſententia, & ideò in fine addidit, quod in alijs eccleſijs ſeruarentur.

2 †(Cauſa) idem dicimus, vbicunque aliquis iudex citat aliquem, quia niſi conſtet, quòd citatus ſit de iuriſdictione eius, nunquam debet comparere, niſi in literis exprimat tale quid, quòd ſi eſſet verum, eſſet de iuriſdictione eius. ff. qui ſatiſd. cog. ſi verò. ff. de ſer. l. 1. ff. de iud. non videtur. de hoc no. ſup. de dila. præterea. Sed contra. ſup. eod. ſi duobus. in prin. vbi archiepiſcopus citauit nulla cauſa appellationis expreſſa, & cùm ad Papam eſſet appellatum, & quia non comparuit, tamen tenuit excommunicatio lata in eum. Sed ſolue, quia tunc nondum ſtatutum erat, quòd expreſſa cauſa appellaretur. Item ibi conſtat archiepiſcopum legitimum iudicem ſubditorum ſuffraganeorū ſuorum in cauſis appellationis, & eodē modo ſolue. ff. de iud. ſi quis ex. quia ibi loquitur, quando conſtabat, quod erat de ſua iuriſdictione, puta quia erat in ſuæ iuriſdictionis territorio, quando citabat eum, licet aliàs non eſſet de eius foro, & hoc benè innuit litera legis, quæ loquitur de legatis, & quod dicit, quòd non debebat contemnere prætoris dignitatem, ſi enim non eſſet in ſuo territorio, nec eſſet aliàs de ſua iuriſdictione, nō video quomodo videretur contemnere iuriſdictionem eius.

3 (Expreſſa) in citatorio. †(Vocatis) no. ergò hic tres gradus in proſecutione appellationis. Primus eſt, quia quandoque proponitur non eſſe appellatum, vel aliàs iuriſdictionem non pertinere ad eum, ad quem dicitur appellatum, & tunc nō deberet prohibere primò iudices aliquid facere, ſed tantùm cognoſcere, an ſua ſit iuriſdictio. ſup. de reſcrip. ſuper literis. & iſte gradus not. ibi, ſi verò vocatis partibus, etc. Secundus gradus eſt, quando non diffitetur appellatum, ſed dicit ex inſufficienti cauſa appellatum, & tunc diſtinguitur, quia ſi ſit appellatum poſt ſententiam, poteſt prohibere primos iudices p̄cedere. ff. de appel. pen. nihil inno. l. 1. in princ. Si verò ſit appellatum ante ſententiam, nō poteſt prohibere primos iudices procedere, niſi primò diffiniat ex cauſa legitima appellatum eſſe, & iſte gradus no. ibi, quòd ſi obijciatur ex iniuſta cauſa, etc. Tertius gradus eſt, quando non diffitetur appellatum, nec etiam negat cauſam appellationis ſufficientem, ſed dicit falſam eſſe cauſam, ex qua appellatū eſt, & in hoc caſu ſemper iudex appellationis prohibet primos iudices procedere, & ſic loquitur. ſup. de reſcrip. dilect. Reſpon. 1. (Partibus) quæ ſemper vocandæ ſunt. (Aliud) quia fortè renūciauit appellationem, vel dixit nullam cauſam inſertam fuiſſe appellationi, licet contrarium in literis expreſſerit, & ſic eſt multa ſimilia inuenire. (Taliter) id eſt, per appellationē, q̄ teneret, & cauſam ad ſuperiorem transferret, licet fortè falſam, ſed ignoratur. (Ne in illa) cauſa quando ante ſententiam eſt appellatum. (Preſumant) quia hæc cognitio, an ſit iudex præcedere debet omne exercitiū iuriſdictionis. ſup. de reſcrip. ſuper literis. in fi. Obijciatur) nō eſt audiendus, quia cauſam in iure probatam dicit iniuſtam, vel minus legitimam, vel econuerſo, ſcilicet, quia reprobatam à iure dicit legitimam, cùm ſit hæc notoria iuris, & tunc hæc locum habet cum cauſa vel grauamē, quod

proponitur,in iure expreſſum non eſt, & tamen iuſta cauſa videtur, non enim oēs iuſtæ cauſæ appellationis in iure expreſſè ſunt.

☞ †Minus legitima)hîc vult dicere,quòd ſi ante ſententiam appellatur, & corā iudice appellationis dicatur appellationem non recipiendam, quia non ſit ſufficiens cauſa ex qua appellatum eſt, quia quādiu hæc quæſtio pendet,an ſit recipienda appellatio,non debet prohibere iudicē, à quo appellatum eſt,procedere in cauſa,& benè facit ad hoc.ſup.de offi.deleg.paſtoralis.§. pterea.licet dici poſsit,quòd illa decre.nō habet locum,niſi vbi appellet poſt ſententiam,ſed ecōtrà videtur.ſup.de reſcrip.dilectus fil.in fi.vbi dicit,ad iudicem appellationis pertinet cognitio cauſæ.ſ. ad quos pertinet iuriſdictio,& interim primi iudices ſuperſedere debent,ſed reſpō-
☞ de & expone vt ibi. †Prohibere)ex hoc loco ſatis apparet, quòd iudex à quo appellatum eſt ante ſententiam, nō tenetur dimittere procedere in cauſa, antequam iudex appellationis incipiat cognoſcere, an vera ſit cauſa appellationis,niſi appellans obtuliſſet ſe probaturum cauſam appellationis corā iudice, â quo appellauit. ſup. eod.interpoſita.vbi not. Sed de hoc poteſt dubitari, ex quo incipit iudex appellationis cognoſcere de veritate cauſæ, an iudex à quo appellatum eſt, debeat ſuperſedere, etiam ſi ei non mandetur à iudice appellationis,& an teneat quod poſt ea fecerit ſi poſtea proceſſerit, & videtur ex hoc loco,quod teneat ſuper principali, antequam ei mandetur, quia principalis cauſa non tangit proceſſum iudicis app. qui cognoſcit de veritate appellationis. Et hoc quod dicitur hîc,eſt quoddam nouum beneficium,quod datur per hanc cōſtitutionem iudici appellationis.ſ.vt poſſit prohibere primos iudices,ſed ſi non prohibeat, vel antequam perueniat prohibitio ad eos, tenebit quodfaciet.arg.ſup.de reſti.ſpo.c.audita.

4 †Plures tamen dicunt,quod ex quo iudex appellationis incipit cognoſcere de veritate cauſæ, non valet quod fit per iudicem à quo appellatū eſt,quia licet mandetur iudici,intelligitur tamen mandare parti,quæ præſens eſt in proſecutione appellationis,& ſi diceres eam non præſentem,ſed abſentem contumaciter, nec tūc certè ſua contumacia debet ei prodeſſe, imò eum præſentem.ff.de re iud.l.de vnoquoque.§.1.& l.contumacia.§. vlti, C.de iud.l.properandum. Et facit pro his,quia ſi ius dat iudicem appellationis quod cognoſcat de veritate cauſæ.ſup.de reſcrip. dilectus fil. id eſt, certè hoc ipſo videtur abſtuliſſe prioribus poteſtatē cognoſcendi de principali. †Item dicit lex,quòd ☞ pter minorem cauſam, non debet fieri præiudicium minori conditioni.ff.de iud. per minorem,ſed cōſtat quòd maior cauſa appellationis propter authoritatē.maioris iudicis eſt cognitio,de qua cognoſcit iudex appellationis,quàm illa de qua cognoſcit primus iudex.Item maior eſt,quia de pluribus cognoſcit,ſcilicet,de veritate cauſæ app.& etiam in caſu de principali, puta ſi probetur vera cauſa appellationis. ſup.eod.vt debitus.Item conſtat, quòd in caſu poſſet ei fieri præiudicium, ſi probaret veritatem cauſæ appellationis, ſi primus iudex cognoſceret. Item decre.præallega. vt debitus.hoc videtur dicere expreſſè,id eſt, quòd primus iudex non debet ſe intromittere, ex quo ſuperior cognoſcit de veritate cauſæ,cùm dicat quòd ſi inuenerit iniuſtam appellationem, debet eum ad priorem iudicem remittere, alioquin ipſe procedat.

5 †Sed quæres quare in eadem ratione debet ſuperſedere primus iudex, ex quo iudex appellationis incipit cognoſcere, an appellatio ſit interpoſita,vel iuſta appel.cauſa expreſſa,cùm etiam tunc ſi procedat primus iudex, fiet præiudicium in cauſa appellationis. Ad hoc reſpondeo, quia licet fiat præiudicium quo ad aliquid cauſæ apellationis , non tamen fit præiudicium maiori cognitioni, quia iudex appellationis de prædictis cognoſcens non cognoſcit, neque de cauſa appellationis, quæ ſola eſt, an ſit vera cauſa appellationis , neque de princip. ſed tantùm an ſua ſit iuriſdictio, vt hic dicit. Primi tamen omnibus his reſpondent dicentes, hanc decre. habere locum, poſtquàm primo iudici renunciatur,vel aliàs ſcit, quòd ſecundus iudex appel.procedit in cauſa appellationis,ſcilicet, vt cognoſcat de veritate cauſæ, & multum facit pro eis decre.prælleg.de reſtit.ſpo.audidita. ſed ſi contrarium dicitur ſequitur magnum inconueniens, quia ſi appellatum eſſet in curia Romana, & ibi proſequeretur cauſa appellationis, ſcilicet,de veritate cauſæ, & per procuratorem proſequeretur cauſam principalem coram primo iudice,qui non detulit appellationi,quia nihil ſcit de proſecutione ap. quæ fit in

fit in curia iniuſtum eſt,quia propter hoc ſolùm quòd iudex app.cognoſcat de veritate cauſæ, licet poſtea conſtet quod non ſit verum,caſſaretur proceſſus primi iudicis,qui in nullo peccauit cùm nil ſciret.

6 †Illud autem indubitatum eſt,quod ſiue ante mādatum iudicis appellationis, ſiue ante ſententiam,ſiue ante mandatū Principis proceſſerit,ſi coram iudice appellationis probetur vera cauſa appellationis, quod caſſetur totum, quicquid fit per primum iudicem.ſup.eo.ex parte M. & etiam multis alijs decre.

Hæc autem habet locum quando appellatur in iudicio,ſi enim extra iudicium appellaretur,certè nō minus propter hoc, quòd ſuperior iudex appel.incipit cognoſcere de appellatione,ſiue in principali, ſiue in alio modo debet impediri officium, vel ius primi, vel alterius hominis, quin illud exequeretur,ſicut primo, quia lis vel appellatio non debet quenquam priuare ſua poſſeſsione.ſup.vt lit. pēd.per totum. quamuis. & hoc ipſum fit in iudicio, & eſt ratio, quia officium vel poſſeſsio, vel aliud ius, non transfertur ad iudicem appellatio , ſed iuriſdictio tantùm.
☞ †Et hac ratione dicunt quidam & fortè benè, quòd ſi aliquis appellat,ne prælatus inſtituat aliquem in aliqua eccleſia , & prælatus nihilominus inſtituat,& appellans ſuper hoc proſequitur appellationē, quòd ſi pendente appellatione iterum immineret inſtitutio facienda , iudex appellationis non prohibebit eum inſtituere , vt dictum eſt, & ſi vellet appellantem excommunicare , quia eum non habet pro inſtituto,non valet excommunicatio. Et hoc eſt ea ratione,quia iuriſdictio cuius pars eſt aliàs excommunicatio deuoluta eſt ad iudicem appellationis,& hoc eſt verum,poſtquam iudex appellationis cognoſcere cœpit de principali, ſcilicet, an ad prælatum pertineat inſtitutio.

7 †In appellationibus autem quæ fiunt extra iudicium,non quæritur aliter,an vera vel iuſta ſit cauſa appellatio. Sed his videtur contra.ſup.eod.vt noſtrum. Solu. hæc autem obtinent in appellationibus, quæ fiunt ante ſententiam: in his autem quæ fiunt poſt ſententiā obtinet,quod no.
☞ ſup.de offi.deleg.paſtoralis.§.1. †Si autem iudex qui cognoſcit de principali cauſa,non admiſſa appellatione,quam dicit non valere, quia non fuit emiſſa intra decem dies, vel quia nulla cauſa annexa fuit appellationi,vel quia iniuſta vel falſa cauſa eſt appellationis procedit ad diffinitiuam ſententiam,& iudex appel.ſimiliter procedat,quia iudicauit benè appel. vel ex iuſta cauſa, & etiam conſequenter ſuper principali iudicauit ſiue benè,ſiue malè tenet, quia cùm conſtet eum habere iuriſdictionem,non eſt reuocanda ſententia; quæ eſt contra ius litigatoris, niſi appelletur.2.quæſtio.6.§.diffinitiua. Tenebit igitur ſententia iudicis appellationis, per quam reuocatus eſt proceſſus,& ſententia prioris iudicis.

Nec obſtat ſi dicat , quod eſt contra res prius iudicatas, qa dicitur prima ſententia non valere,quia lata eſt poſt appellationem,& tunc benè valet ſecunda ſen-
☞ tentia,contra res prius iudicatas. ff. quæ ſen.ſi.app.re.l.1. †Si autem iudex appellationis iudicet appellationem iniuſtam, puta quia non fuit appellatum intra decē dies,vel quia non ſubiecit iuſtam cauſam app. vel quia cauſam quam ſubiecit,licet etiam iuſta non erat, tamen vera vel ex alijs ſimilibus cauſis , tunc quicquid factum eſt per primū iudicem , qui non detulit appellationi,ratum manet,niſi obtuliſſet appellans ſe velle probare cauſam appel. coram primo iudice,& ipſe noluit recipere probationes. Nam iſto caſu iudex appellationis non debet aliter cognoſcere de cauſa appellationis , niſi probet appellans , quod obtulit ſe probaturum veritatem cauſæ,& caſſabit quicquid factum eſt, poſtea per primum iudicem, etiam ſi cauſa appel. eſſet falſa , niſi fortè notorium eſſet eam falſam. ſup. eod. interpoſita. cùm ſit Rom. Et idem dicunt quidam , ſi primus iudex procedat poſt inhibitionem ſibi factam à iudice in caſu à iure conceſſo,vt hîc. Alij dicunt contrà, nec eſt contra.ff.appel.pen. l. prima. quia illa loquitur in appellationibus factis poſt ſententiam , vel poſt decretum, cum cauſæ cognitione interpoſitum, vt ibidem dicitur,tunc enim antequam procedatur in cauſa appellationis reuocatur quicquid factum eſt poſt appellationem,vt not.ſup.de excep.dilectę. niſi fortè notorium eſſet quòd appellatio eſſet iniuſta,vt not.ſup. de offi. deleg.paſtoralis.in gloſſ.mirum.

8 †Item not. quòd licet decre. iſta innuat, quòd iudex appellationis in quibuſdam caſibus poteſt inhibere priori iudici, quod non procedat, & quod in aliquibus non debet inhibere. Non tamen dicit,

quando primus iudex debet ceſſare propter appellationem à procedẽdo in prima cauſa, vel non debet ceſſare, & ideò ſuper hoc tene ſicut no. ſup. de offi. deleg. paſtoralis. in gloſſ. mirum videtur. A iure) tales ſunt caſus. 2. quæſtio. ſexta. §. ſunt quorum. & §. ſequen. Ideò autem ponit de iſtis appellationibus quæ prohibentur, quia de alijs, quæ à iure non prohibentur, non erat dubium, quia ex quo iudex app. incipit cognoſcere, quòd poteſt iudicem prohibere, à quo appellatum eſt, imò & quod plus eſt, ſine prohibitione procedere non poteſt. ff. app. pen. nihil inno. & de app. reci. per totum. Sed de his quæ à iure prohibentur, quia poterat dubitari, ideò hic determinat, ſcilicet, quia idem eſt, ſcilicet, quia prohibere poteſt, imò ſi non prohibetur, procedere poſſunt primi iudices. ff. de app. re. l. fin. & in præalle. §. ſuper quorum. (Conſimilibus) puta ne teſtamentum aperiatur, & in alijs huiuſmodi. ff. de app. re. l. fi. & in pal. §. ſunt quorũ.

9 †Inhibere) iudex enim appellationis poſt ſententiam emiſſæ, dum cognoſcat, an appellatio ſit recipienda nécne prohibere iudicem debet, qui tulit ſententiam, à qua appellatum eſt, ne ſententiam exequatur, & hoc eſt expreſſum. ff. app. pen. nihil inno. l. 1. in princip. (In alium) ſcilicet, ab eis qui coram archid. litigat. Iuriſdictioni) licet enim certis ex cauſis aliqui ad eundem iudicem remittendi ſunt. ff. de lib. cauſa. liberis. & ibi eſt commiſtio actuum vel rerum, vt not. ſup. de reſcript. paſtoralis. §. 1. & etiam licet audire poſſint etiam eos extraneos, qui ſe offerunt iudi. ff. de re iud. à diuo. §. ſi ſuper. inf. de teſti. veniens. tamen eos ad iudicium vocare non poſſunt, niſi impedirent iuriſdictionem eorum. inf. de ſpon. veniens. & not. ſup. de offic. iudi. delegat. capi. 1. (Impediant) contra. ſup. eod. ad hæc. ſolue vt ibi. (Ad eos.) ſiue enim ſint res temporales, ſiue ſpirituales eccleſiarum, omnes ſunt in poteſtate epiſcoporum & diſpoſitione. 10. quæſtio. 1. nouerit. 17. quæſtio. 7. omnes. 89. diſtin. iudicatum. & eodem modo ſi appellatur ſuper eis appellabitur ad archiepiſcopum. (Seu in re) ſic in cauſis feudorum. ſup. de foro compe. ex tranſmiſſa. §. verum. ſup. de ma. & obed. ſolitę. (Reuocent) de hoc not. ſup. de offic. ord. ad reprimendum. inf. de ſentẽ. excom. per tuas. (Remittere) de hoc no. ſup. de reſcrip. ab excommunicato. & de offi. ordi. ad reprimendam.

CAPVT LXXVI.

VT SVPER APPELLATIone. (Cõſtitutionis noſtræ) ſup. eod. cordi. & eſt hoc ius nouum & bonum. (Nihilominus capiuntur) tangit hîc conſuetudinem Angliæ & Romaniæ quæ eſt, quòd ſi quis per 40. dies ſteterit in excommunicatione quod capitur. (Nam poſt) ff. app. pen. nihil inno. per totum. & not. ſup. de excep. dilectę. (Exceptis) caſibus. ſup. eod. titu. Roma. §. quòd ſi. (Inhibuit) ſup. e. Roma. additio eſt in originali.

TITVLVS XXIX.

DE CLERICIS PEREGRINANTIBVS.

CAPVT L

1 *Clericus & quando poſſint peregrinari.*

CONQVERENTE. (Accedunt) Nam cùm omnes peregrini ſint ſub protectione domini Papæ. Specialius tamen venientes ad ſedem Apoſto. 24. quęſtio. 3. ſi quis Ro. Clericus tamen non licet peregrinari ſine authoritate ſuperioris. de conſe. diſtin. 5. non oportet. nec etiam epiſcopis. inf. de vo. & vore. magnæ. Si autem non cauſa peregrinationis, ſed proſecutione appellationis ſuæ, vel etiam pro vitãda oppreſsione poteſt ire ad Papam, vel alium ſuperiorem inuito epiſcopo, vel prælato ſuo. 2. qõ. 6. omnis oppreſſus. & tribus. c. ſequen. Credimus tamen, quòd ſemper debet ad minus de honeſtate petere licentiam, ſine neceſſaria autem cauſa, ſed pro aliqua vtilitate tãtùm non licet ad Papam accedere, ſine authoritate ſui prælati, vel domini Papæ. Authen. de epiſcopis. §. interdicimus. & hoc intelligimus ſaluo, quòd de Regibus dixi. ſup. tit. proxi. c. cùm parati. C. ſi per vim. l. 1. C. de man. iubemus.

TITVLVS XXX.

DE CONFIRMATIONE VTILI VEL INVTILI.

CAPVT I.

1 *Confirmatio fieri debet cũ cauſæ cognitione.*
2 *Confirmatio ſententiæ à qua non eſt appellatum, an poſſit peti.*
3 *Debet is, qui petit ſententiam confirmari, probare ſententiam tenere.*
4 *In petitione confirmationis alicuius ſententiæ probatio incumbit actori.*

Sententia

Sententia à quo eſt appellatum poteſt confirmari.

5 *Præſtat abſoluere reum quàm ferre ſententiam confirmationis, vel infirmationis, vel etiam abſolutionis ab impetitione rei.*

SI QVIS. (Litigioſe) Quæres dicatur litigioſa habes. C. de litig. A uthẽt. litigioſa. (Cognoſcere) & fortè conſonat hoc. l. quæ dicit quòd ea quę poſt lit. cõteſt. etc. ff. de ædiles. §. fi. (Cauſa) iã cœpta. ſup. de teſt. cauſam quæ. De quæſtione) quidam intelligunt decre. iſtam ſicut iacet, alij dicunt quòd non eſt poſt confirmationem alicui licitum decernere de quęſtione poſt orta, ſi quęſtio ſit, an, vel falſa ſit confirmatio. ſup. de iud. cùm veniſſent. ſecùs ſi velit cognoſcere de rebus confirmatis, quòd patet.

1 †Et hoc intelligas verum, vbi confirmatio facta eſt ſine cauſæ cognitione, ſi enim cum cauſæ cognitione ſit confirmatio, ſiue poſſeſsiõis, ſiue eccleſiæ, ſiue electionis ſuper ipſa electione, poſtea inferior iudex cognoſcere non poteſt. Confirmationes autem cum cauſæ cognitione fiunt de officio delegati. quoniã abbas. s. de pac. quoties. ſup. de teſti. veniens. 1. Plenior intellectus eſt, vt dicas, quòd ſi quis cõfirmationem impetret alicuius rei lite pendente, vel propter defectũ, qui erat in cõtractu, vel qa Papę authoritas requirebatur, nihilominꝰ iudex corã quo quæſtio vertebatur, in quæſtiõe procedet, niſi fortè diceret, nõ obſtãte quod res eſt litigioſa, imò quod plus eſt dicimus, quia non ſolùm ſi confirmationem, imò & ſi priuilegium conceſſum à Papa obtinuiſſet, tamẽ primus iudex procederet. ſup. de teſt. cauſam. 2. Si verò erat in pacifica poſſeſsione, cùm obtinuit confirmationem à Papa, nõ in forma communi, ſed ex certa ſcientia volens ſupplere defectum, ſi quis erat in priori conceſsione, vel aliàs cum cauſæ cognitiõe, poſtquã ſic cõfirmauerit ſolus Papa vlterius cognoſcere poteſt, vel dic, vt not. ſuprà de iudi. cùm veniſſent.

2 †Quæritur an poſsit peti confirmatio ſententiæ, à qua non eſt appellatum, vel quæ tranſit in rem iudicatam cum cauſæ cognitione, puta quia dicit peto à vobis iudex, quòd talem ſententiam confirmetis pro me contra talem latam, & videtur quòd non, quia actor ex hac petitione nihil cõſequi poteſt, quia hoc ipſo quòd appellatum non eſt, & tranſit in rem iudicatam, rata eſt. Et ſi dicas, quòd nulla erat ſententia fortè, quia non erat iudex, qui eam dedit, vel non tenebat ſententia quia non fuerat lis conteſtata, certè nec tunc ſententia confirmationis faceret eam tenere. Item non videtur, quòd poſſeſſori ſit actio prodita, niſi fortè alius diffamaret, & detraheret iuri poſſeſſoris. infrà qui fil. ſint legi. cauſam. C. de inge. ma. diffamari. cùm ſuis concor. Sed contra. 16. 4. 6. ſi epiſcopum. infrà de inſti. c. 2. ſuprà de procu. ex inſinuatione. & a in fi. ſuprà de pact. c. 1. Sol. dicimus a talem petitionem admittendam, & poteſt prodeſſe actori, quia ſi pro eo lata fuit ſententia, decætero nullus poteſt dicere eam nullam, neque eo prętextu, quod is qui tulit eam non erat iudex, nec pro alio, quia ſi ille qui confirmat, eſt iudex, ſententia quam fert ſuper confirmatione prioris ſentẽtiæ, tranſit in rem iudicatam, & dat robur primæ ſententiæ, vt decætero cõtra eam nihil poſsit dici. ſup. de trãſac. c. 1. prodeſt etiam actori, quòd nullus inferior confirmatore de ea cognoſcere poteſt, vt hîc. Vnde dicimus, quòd ſi archiepiſcopus cognoſcens de cauſa appellationis cõfirmauit ſentẽtiam, & poſtea coram epiſcopo volente exequi ſententiam confirmandam excipieretur ab hoc, quòd non teneret ſententia prima, & ideò non eſſe mandandum executioni, nõ audiretur, nec ipſe cognoſceret, ſi non fuiſſet appellatum, ſed ſi fuiſſet appellatum ab archiepiſcopo ad ſuperiorem, non cognoſceret epiſcopus, cùm ibi non appellaretur ab archiepiſcopo, ſed differret executionem quouſq; ſuperior diffiniret cauſam appellationis. Ad ſecundam reſpondeo, quia etiam is qui habet ius, & qui eſt in eius poſſeſsione poteſt agere, nam quilibet poteſt petere hîc pronunciari ſe legitimum, etiam ſine diffamatione præcedente & ſe canonicè inſtitutum. infrà qui fil. ſint legi. per tuas. ſup. de procu. ex inſinuatione. &. ll. contrariæ. ſ. diffamari. & c. loquuntur quando non agebat directè, ſed compellere volebat alium agere intra certum tempus, & tunc benè eſt neceſſe, quòd procedat diffamatio.

a *Sol. dicimus. Ad hæc dicta Innoc. vide Card. in cõſi. 71. incip. ſeriatim ſuper ſingulis. col. 2. in prine.*

3 †Item plus dicimus, q, ille qui petit ſentẽtiã confirmari, debet probare ſententiã tenere, puta q, iudex fuit, qui tulit eam, & quod ordinem ſeruauit, nõ autẽ habet neceſſe probare, quòd iuſta ſit, ſed ſi non peteret confirmationem, ſed eius executionem, & alius diceret, non eſt executioni mandãda, quia nõ tenet, ſibi incũbit probatio, quia omnia præſumuntur ritè

4 facta. †Ratio diuersitatis, quia in primo casu est actor, in secundo reus, vnde sibi incumbit probatio. 5. q. fin. actor. vix videre possum, quòd alij incumbat probatio, si quis petit confirmationem alicuius sententiæ, & alij si idem petit executionem eiusdem sententiæ, vel si petit sententiam excommunicationis obseruari vsq; ad satisfactionem condignam, & tamen benè cauet sibi iudex, quia nisi plenè sibi constet de iustitia primæ sententiæ, vel iniustitia.

5 †Semper tutius est absoluere reum ab obseruatione scilicet iudicij, quàm ferre sententiam confirmationis vel infirmationis, vel etiam absolutionis ab impetitione rei, de hoc no. sup. de offi. dele. cùm contingat. Illud autem est indubitanter verum, quòd sententia à qua est appellatũ potest confirmari. C. de appel. Authẽt. ei autem.

CAPVT II.

1 *Confirmationis potentia quæ sit.*

2 *Actus canonici in iudicio peti possunt: quod non est ita de actibus iurisgen. & vide in nu. 3. & 4.*

DE CONFIRMATIONibus. Ex certa scientia & cum causæ cognitiõe factis. aliàs secùs est. sup. de offi. de leg. stduisti.

1 †No. quòd confirmatio aliqua tribuit multum iuris, sicut in confirmationibus electionũ, per quas datur potestas ministrandi. sup. de elect. trãsmissam. & c. qualiter. quandoq; autẽ cõfirmatio nõ tãtùm vetus ius declarat, sed illud solidũ ponit, vt si quis petat confirmationem cũ causæ cognitione, quæ ad iurisdictionem pertinet, vt est cõfirmatio sententiæ, & processuũ habitorum in iudicio. Nam cõtra hoc postquam fuerit confirmata cum causæ cognitione, partes in iudicio nihil dicere possunt. ẽ. de transact. c. 1. Idẽ dicimus etiã si actus legitimi confirmentur cum causæ cognitione, & partibus præsentibus qnòd credimus fieri posse. ff. de adop. nam etiã.

2 †Idem etiã credimus de actibus canonicis, sicut sunt confirmatio, institutio, quæ possunt peti in iudicio confirmari. sup. de procur. ex insinuatione. in fi. actus autem de iure gentium introducti sunt, vt venditio, locatio, & huiusmodi nõ debẽt peti in iudicio confirmari. Et est ratio diuersitatis, quia isti contractus tantùm de voluntate partium nituntur etiam lite non cõtestata, ideò in eorum confirmatione nihil facit iudicis authoritas, nisi esset de volũtate partium. sup. de transact. c. 1. vel nisi talis esset superior qui sua authoritate posset, vt est Papa, qui si confirmaret aliquem contractum alienum factũ ex certa scientia, contra illum vlterius nihil dici posset, ar. sup. de concess. præben. & ec. nõ va. quia diuersitatem. Sed actus legitimi qui à iure sunt inuenti & custoditi benè possunt peti confirmari à superioribus. Et idem dicimus de actibus canonicis, vt sunt institutio, cõfirmatio, & idem de his quæ àiurisdictione eorum dependent, vt sententia, & huiusmodi.

3 †Tamen in his no. quòd licet dicamus quòd actuum legitimorum & canonicorum, & eorum quæ à iurisdictione dependent, confirmatio peti possit in iudicio & partibus præsentibus, tamen si nullus vult se opponere ipsi cõfirmationi, nemo cogitur, sed tamen tunc iudex proposito legitimo edicto procedet & cognoscet, & diffiniet etiam lit. non contest. ratum manere legitimum actum. ar. ff. de adop. nãita. & C. si vt se ab hæ. Authent. omnes. & hac ratione potest dici illam petitionẽ de iure admitti. Peto me pronunciari legitimũ, vel matrimonium pronũciari legitimum. nam filiorum legitima à matrimonio procedit, q, est actus canonicus, sed si petatur venditio confirmari, vel alius contractus pendens ex consensu partium, tunc partes non coguntur respondere, nec etiam iudex potest procedere ad sententiam partibus volentibus respondere.

4 †Fatemur tamen, quòd si partes consentirent, quòd etiam cum causæ cognitione procedet in contractibus pendentibus ex consensu partium quòd teneret, vt in decre. præalleg. & de transact. c. 1. quantum ad hoc quod dictum est de pronunciãdo partib. absentibus plus placet quod not. inf. qui fil. sint leg. causam. Falsi) si enim agendo vel defendendo de falso, vel excipiendo proponatur cognoscet, vt hîc. Vel dic, si proponatur de falso, siue accusando, siue excipiendo non audietur, nisi corã Papa. sup. de iud. cùm veniissent. sed si esset notorium, vel per cõfessionem, vel per bullam, vel alio modo secùs.

CAPVT III.

BONAE MEMORIAE. (Mandauerunt) suprà de officio delegato. pastoralis. vbi de hoc notauimus cautè ante terminum benè debet carere

carere commodo illarum, aliàs autem secùs. suprà de appel. oblatæ. non placet de termino assignato à iure, vt ibidem not. sed expone cautè. i. fraudulenter. (De facta) sicut non tenebatur, vt no. suprà eod. oblatæ. suprà de offi. dele. ex literis. (Prioribus) fraudulenter impetratis. Verùm) mutat causam hucusq; enim locutus est, quãdo fraudulẽter primæ literæ impetratæ sunt, ex nunc loquitur, quãdo nõ fraudulenter, & tunc si impetrantur secundæ literæ, non facientes mentionem de primis non valent secundæ, etiam si ibi sit clausula nulla. l. veritati & iustitiæ etc. nisi expressẽ dicatur, non obstantibus literis confirmationis, & quasi idem videtur dicere hæc decre. cum eo quod dicitur sup. de app. oblatæ. vnde eadem repetas quæ ibi dixi. (Dicatur) in secundis literis.

CAPVT IIII.

1 *Quando lite non contestata procedi possit.*

VM DILECTA. (Innouari.) Tali enim sumpto fidei adhiberi debet cum corã iudice deleg. ad hoc fuerit publicatum, de hoc no. sup. de test. Albericus. (Maioris) no. q, omnes clerici possunt se opponere pro iuribus episcopi. Quidam tamen dicunt, hos habere speciale mandatũ ab episcopo. (Non duximus) de superabundanti cautela.

1 †Appellauit) lit. prius contestata corã eis, quod ex eo apparet, quia post mãdatũ recipit probationes, nulla alia facta contest. vel dic speciale, vbi agitur de statu posse procedi lit. non contest. vt not. sup. de test. c. olim. Vel dic, hoc esse ius nouum. s. quod vbi petitur innouatio priuilegij admittitur exceptio talis, quia non est facienda innouatio, quia ego iura illa præscripsi, quæ tibi per illud priuilegium conceduntur, licet per innouationem nihil noui iuris tribuatur. infrà de priui. quia intentionis.

Sed obijcies, quia non videtur talis admittenda exceptio per illud quod sequitur, quia hac exceptione non obstante fuerunt priuilegia innouata. Sol. innouatio quæ sequitur non fuit facta communi iure, sed propter periculum consumptionis, sic hæc ratio ex ipsa litera apparet. Idem videtur quòd admittenda esset exceptio hæc, non sunt innouanda priuilegia, quia ego possideo iura quæ petis innouari.

☞ †Renouare) videẽ quòd inordinatè, cùm primo loco deberet constare de ap. suprà de appellatio. vt debitus. Sed dic in optione esse eius contra quem appellatur, vt petat procedi in appellatione, & ad hoc vt refundantur ei expensæ, & remittãtur ad priores iudices, suprà de app. vt debitus. an velit coram iudice appellationis procedere in principali, vt hîc, cùm sit in eius fauorem inductum. sup. de legi. quod fauore. Et dic quòd Papa benè mandat procedi in causa, super qua est appellatum ab eo loco in antea, quia verò etc. sed ante propter causam necessariam præcepit priuilegiũ innouari. Sit ciuili) Authẽt. de test. multæ. & §. hæc verò. colum. 6. (Similitudine) suprà de consti. nam concu. ff. ad. l. Aquil. illud. C. de fal. l. vlti. nam si hæc similitudo attenditur, videtur quòd eadem similitudine æquitatis debeat, vel aduersarium intra annum conuenire, vel ei priuilegij innouationẽ nunciare. (Nouum) 12. dist. præceptis. inf. de priuil. ex parte.

☞ †Procuratricem). ff. de procur. fœminas. contra, sed hoc est speciale in mulieribus constitutis in dignitate, ad idem. suprà de ar. dilecti. 12. q. 2. cùm deuotissimam. vel ex quo est abbatissa, potest esse procuratrix in rebus monasterij, sicut miles in rebus ordinis sui. ff. de procur. filius. vel hoc fuit de speciali gratia quòd aliàs nõ licet. ff. de re iudi. quidã consu. (Centenaria). sup. de priuil. cùm nobis. †In sua dioceſi) nam si monasterium non esset in sua dioceſi constitutum, non valeret præscriptio episcopi contra priuilegium, quia erat sine titulo, qui necessarius est, & vbi est præsumptio contra aliquem & verè præsumptio est contra eum, qui in alia dioce. subiectionem monasterij præscribit, de hoc no. suprà de præscrip. si dilig. Sed episcopus in cuius dioce. est, benè præscribit contra hoc priuilegium, quia maior præsumptio est pro episcopo quàm cõtra eum, quia & si contra eum præsumitur, quia priui. apparet tamen pro eo præsumitur & contra monasterium quòd impetratum sit per falsi suggestionem, & ideò tanto tempore monasterium vti eo cessauit, & sic fatendum est monasterium fuisse per priuilegium exemptum, sed fatendum est episcopum dioce. contra monasterium & priuilegium posse præscribere.

☞ †Adiudices) hoc videtur mirabile, cùm tantùm esset petitũ priuilegiũ innouari, & ad impediendũ innouationẽ exceptionis est de pscriptiõe quomodo lit. nõ cõte-

procede-

procederetur ad diffinitiuã ſententiam, ſuper eo de quo actum non eſt. ſ. ad iudicandum monaſterio, an ſit exemptum, contra. inf. de ſi. licet. Sol. dixerunt quidã hoc ſuper ſtatu monaſterij procedere lit. non conteſt. ſuprà de teſti. cùm olim. Sed adhuc non ſatisfit quæſtioni, quia non videtur debere pronũciari, niſi ad monitionem faciendam, vel non.

Tu autẽ ſic reſpõde, quia cùm iam priuilegia eſſent innouata, non erat ſuper innouatione ferenda ſententia, nec fertur ſentẽtia lite nõ conte. quia licet Papa det formã procedendi ſuper principali nõ remouet, quin debeat fieri lite conteſtata, ſupple ergò vbi dicit recipiat teſtes lite conteſtata præmiſſa. (Eidem) epiſcopo (Reſignato) id eſt, ex veſtra parte dato.

CAPVT V.

AD NOSTRAM. (Regularibus.) Etiã ſi prioratus ſint perpetui. inf. de ſta. mona. monachi. §. vlti. (Taliter) tacita veritate. ſup. de reſcri. ſuper literis. inf. eo. c. proxi. ff. de contrahen. emp. & vendi. l. quod ſæpè. §. vlti.

CAPVT VI.

CORRECTA. (Falſitatis.) Niſi probent de certa ſcientia emanaſſe, ſi enim probaret ſecùs eſſet, præſumptio enim trãsfundit in eos onus probationis. C. de proba. ſiue. & not. ſup. de offic. dele. cùm in iure.

CAPVT VII.

EXAMINATA CAVSA.

CAPVT VIII.

VENERABILIS. (Decimis.) ſcilicet quibus locis ſolui debent, vel quo tempore vel quibus perſonis, aliàs enim ſuper diminuẽda quantitate decimarum nõ licet paciſci. Inſertus) ad hoc fit hæc inſertio quia ratione eorum quæ in ipſa compoſitione ponuntur, non poteſt hoc dici, quòd aliquis ſit contra ius ibi & ſi eſſet. Papa illud voluit ſuſtinere, & ſuper illo diſpenſare. arg. ſup. de biga. ſuper eodẽ. ſuprà de filijs presbyteri. veniens. & no. ſuprà de translatione. cap. primo. ipſe tamen de iure ſuo contradicere poſſet, ſi ignorans fecit. ſuprà de ſi. inſtr. inter dilect. §. porrò. vbi no. multò fortius quilibet extraneus: quia res inter alios acta ete. Item ſi dolo vellent dicere ſe inductos ad compoſitionem, audiuntur. ff. de pact. tres fratres. §. emptor. & propter hoc ponitur clauſula, ſicut ſine præiudicio etc. & hoc idem poſſet dicere etiam ſi prædicta clauſula non apponeretur, & ideò cùm illa clauſula nihil operetur, non debet impediri executio compoſitionis. Confirmationis) & videbatur contra quòd prius ponendus erat tenor compoſitionis, & poſtea proſequi debebat confirmatio, vt diceret prædictam cõpoſitionem confirmamus, & non confirmamus compoſitionem ſequentem. q. d. ſicut in iudicio futuræ confirmationes non poſſunt cõfirmari, quæ cauſæ cognitionem requirunt, ita nec in priuilegium debet valere confirmatio, ſi verba confirmationis præcedunt verba compoſitionis, & ſic ex hoc verbo videbatur conditionalis confirmatio, vnde videbatur eis quòd priuſquam mãdaretur executioni, inquirendum eſſet de conditione, ſed nõ eſt ita.

CAPVT IX.

1 *Papa, vel delegatus an poſſit iura vniꝰ eccleſiæ auferre, & alij dare.*

SVA NOBIS. (Spiritualibus.) Papa enim vel legatus concedendo, vel ſupponendo alij eccleſiã, nihil alieno iuri detrahere intelligitur, ſed tantũ ius ſubij ciendo eccleſiæ, id eſt, vt extunc ei ſit ſubiecta ſibi cõcedere videtur ſaluo iure aliorum. ar. ſup. de offi. dele. ſuper eo. in omnibus ergò ſalua erunt epiſcopis & metropo. iura epiſcopalia & metropolitana, illi autem quibus donantur, poterũt tanquam patroni de temporalibus exigere rationem. Et pro his, ſi malè miniſtrent excommunicare, iſte etiam, cui legatus hoc donauit, poterit inquirere, & fortè etiam extra ordinem non derogando iuribus aliorum, ſed & cùm ſunt negligẽtes vitare poterunt. Vel melius videtur, q. legatus nullam poteſtatẽ habet auferẽdi iura vnius eccleſiæ, & dare alij [a], ſed Papa hoc poteſt facere, hic autẽ per ſuas cõfirmatiões, nihil dediſſe intelligitur, ſed tãtũ data legitimè cõfirmaſſe, ac data talia nõ erãt legitima. Verba autẽ huius priuilegij neſcio excuſare, quin plenè eſſent exemptæ à patriarchis & alijs, ſi legatus de eo conferendo poteſtatem haberet. (Eorundem) hæc dictio refertur ad illam dictionem quidam.

[a] *Alij. Adde Card. in conſil. 65. colũ. 3. in principio.*

FINIS LIBRI SECVNDI.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

DE VITA ET HONESTATE CLERICORUM.

CAPVT I.

1 *Peccatum mortaliter non eſt, ſi inter clericos ſtaret laicus, maximè vbi non eſt cõtraria conſuetudo.*

VT LAICI. Supple. Statuimus. de conſec. diſt. 3. ſacerdotum. 23. diſtin. ſacratas. hoc. c. loquitur de honeſtate, † non enim crederem aliquem peccare mortaliter, ſi inter clericos ſtaret, maximè vbi non eſt contraria conſuetudo. (Sed pars) id eſt, chorus. (Sancta.) id eſt, maior pars eccleſiæ ſiue corporis.

CAPVT II.

CLERICI (ARMA.) 23. q. 8. clerici. (Portantes) niſi ex cauſa, 23. q. 8. Maximianus.

CAPVT III.

VT QVISQVE. Honeſtè loquitur hoc. c. ſed nõ peccat mortaliter ſi contra faciat propter paupertatem. (Plebẽ). i. populũ. (Clericũ.) Not. in minoribus ordinibus conſtitutos legere epiſtolam.

Et hoc verum quãdo non eſt ibi ſubdiaconus, nec debet cantare cum ſolennitate, in qua cantat ſubdiaconus & ornamentis ſubdia. 23. diſt. ſubdia. 73. diſt. ſi qui clerici. Scholas tenere) docendo primo rudimenta & pſalterium, qui autem maiores ſcholas regit, de quo habes. 38. diſt. de quibuſdam. non legit de officio epiſtolas, vel lectiones. (Ad fidem) id eſt, ſymbolum, quod eſt credo in vnum Deum.

CAPVT IIII.

SI QVIS. (Relaxauerit.) Niſi ex cauſa. inf. eo. clericis. (Sit) id eſt, fiat. nõ enim ipſo iure eſt excõmunicatus. ſic. 30. diſt. per totum.

CAPVT V.

CLERICVS. (Nutriat) 20. q. 1. procliuis. 23. diſt. non liceat.

CAPVT VI.

1 *Debet clericus coniugatus tonſuram ferre. Clericus quando poſſit ducere vxorem.*

CLERICVS. (Sit ſine gradu) Sacri ordinis. 32. diſt. ſi quis eorum. (Traditus) ſi dicto, vel facto approbauit eſſe eũ in monaſterio. 20. q. 1. quàm progenitores, aliàs ſecùs, infrà de regu. & tranſ. ad reli. cùm ſimus.

1 (Et iterum) † refert ſe ad primum caſum de clerico vxorem ducente, & habes hîc, quòd clericus coniugatus portare debet tonſuram. 23. diſt. de eccleſiaſtica. 32. diſt. ſi qui verò. in Auhent. quomodo opor. epiſc. §. qui ſemel. 20. q. 3. eos.

Et hoc intellige verum, ſi percipiunt. inf. de cle. coniug. Ioannes. & ſi iterũ voluerint ad ordinem clericalem redire, aliàs omninò ſunt omni priuilegio clericali priuandi, vel mandãdi. 84. diſt. ſi quis. inf. eo. c. vlti. vel lege planius & verius hoc. c. ſit clericus. ſi tonſura dimiſſa vxorem acceperit, qui quidem ſit ſine gradu. i. ſi prædictus clericus non habet gradum ſacri ordinis, nec à parentibus monaſterio traditus eſt, & ſemper vſque ad hunc locum lege ſuſpenſiuè, & eſt ſenſus. Si clericus non habet ſacrum ordinem, nec eſt monachus, licitè poteſt accipere vxorem, tamen tonſuram portet, ſi vult gaudere priuilegio clericorum.

CAPVT VII.

CLERICIS. (Etiam inuiti.) nec in hoc caſu incidunt in canonem.

CAPVT VIII.

MONASTERIA. (Et rationabili) ambo cõiuncti ſunt, ſcilicet rationabili & neceſſaria. 11. q. 3. non ſunt. non tamen ad loquendum cum eis, nec domos ſuas frequentare quis debet.

CAPVT IX.

QVONIAM. (Et expenſis.) 12. q. 5. nobis. C. de fruc. & lit. expen. l. (Valeatis) epiſcopis ſcribit Grego. & ſic eſt in regiſtris.

CAPVT

CAPVT X.

1 *Eccleſiaſtici iudices expenſas petere poſſunt licet aliàs gratis iudicare debeant.*

VM AB OMNI (Expenſas) has enim licitè accipiunt delegati de quibus hic loquitur, cùm nemo cogatur ſuis ſtipendijs militare, ordinarij autem ſuis expenſis cauſas agere debẽt, ſecùs autem in viſitatione: vt not. inf. de cenſi. romana. (In fraudem) ſibi retinendo, ſi certum ſalarium acceſſoribus dari facerent, licitum eſt. C. de acceſſo. l. 1. ff. eodem. l. diem. arg. 11. q. 3. nõ licet. 14. q. 6. venales. ſententia autem arbitri venalis tenet, licet contra eam excipiatur. C. de arbi. l. 3.

CAPVT XI.

DEVS QVI (Conformetis.) Sic habes quod in profeſſione circa ſolennitates intelligitur exẽpta authoritas Papæ, ſecùs in ſubſtantialibus. inf. de ſta. mona. cùm ad monaſterium.

CAPVT XII.

1 *Hiſtriones ſunt infames, & nullo tempore ſunt promouendi: intelligitur tamẽ vt hîc.*
2 *Infamia & vilitas perſonarum impedit promotionem.*

VM DECOREM. (Theatrales.) Mimi enim & hiſtriones nullo tempore etiam poſt pœnitẽtiam ſunt promouendi, niſi per diſpenſationẽ Papæ. 51. di. c. 1. & c. præterea. 4. q. 1. c. 1. ſunt enim infames. de conſe. diſt. 2. pro dis lectiõe. ff. de his qui no. infa. l. 2. §. ait prætor. & de poſtu. l. 1.

Et hoc intelligo de his, qui publicè coram populis faciunt geſticulationes ſui corporis, vt ex prædictis. ll. apparet. Si enim in occulto etiam coram pluribus alijs ſaltaret, vel chorizaret, non prohiberetur à promotione poſt pœnitentiam. Idem etiam videtur ſi ſemel tãtùm vel etiam pluries feciſſet coram populo, dummodò nõ
☞ aſſuefeciſſet, nec eſſet infamis. † Infamia enim & vilitas perſonarum, eſt cauſa quare promoueri prohibentur, & non peccatum, quia ſine peccato hæc fieri poſſent, quia Dauid & plures alij ſaltauerunt ſine peccato, qui etiam hoc faceret ad cõſolationem alicuius infirmi, vel ex alia iuſta cauſa nõ peccaret, ſed aſſueſcere in his, nõ poſſet eſſe ſine infamia. Et no. vilitatis, & maximè in his, qui quærunt inde lucrum. Illud autem certum eſt, quòd ſi quis habet beneficium aliàs officium hiſtrionis in aliqua curia, quòd ille promoueri non poteſt, & ſic loquitur. 51. di. c. 1. & c. præterea. (Theatrales) ſic dicti, quia fiunt in theatro. i. loco ad theorandum, ſiue ad ſpeculandum apto. (Laruarum) laruæ dicũtur deformitates hominũ, ſiùe per appoſitiones pellium, ſiue colorum. (Ludibria) nedum quòd monachi vel alij clerici exerceant ludibria, ſed etiam in eorum habitu exercere ꝓhibẽtur. in Authen. de ſan. epiſ. §. vlti. col. 9. C. de epiſ. aud. minime. Aliqua autem ad compunctionem fieri non prohibentur, puta præſepe domini, & ſepultura & conſimilia. ar. de conſe. diſt. 2. ſemel. & de conſecra. diſt. 3. quæris.

CAPVT XIII.

VT CLERICORVM &c.

CAPVT XIIII.

A CRAPVLA ET ebrietate &c.

CAPVT XV.

CLERICI. (Officia.) Nõ credimus hoc. c. loqui de præcepto, ſed de conſilio & honeſtate. (Commercia.) 91. di. clericus. de conſe. di. 5. nunquam. (Tabernas.) 44. diſt. clerici. (Taxillos). 35. diſt. c. 1.

CAPVT XVI.

EX LITERIS. (Quibus) ſtatutis patriæ. (Moniti) hi enim primò monendi ſunt, vt negotiationes clericis non conuenientes dimittant, & ſi eas non dimiſerint: & cùm eas fortè ſine peccato facere poſſent clericatu dimiſſo ſpoliabuntur beneficio & eccleſiis ſi habẽt: & dimittentur domino ſeculari hoc modo quòd eccleſia nõ defendet eos, vt hîc in fi. (Ab huiuſmodi) id eſt, ſecularib. negotiationib. (Prætermiſsis) idẽ etiã ſi nõ prætermiſsis, dũmodo cõiugati ſint, & negotiationib. intendãt. ar. inf. de cle. cõiug. c. pe. & c. Ioãnes. (Priuilegiũ) excepto priuilegio canonis. 17. q. 4. ſi quis ſuadẽte. alij cõtra. de hoc no. de cle. cõiug. c. pe. & c. Ioãnes. & inf. de apoſta. c. 1. (Priuilegiũ) quia quo ad iudicium vel forum & functiones municipales perdunt. infrà de cle. coniu. c. pe. (Dum his) ergò eis dimiſsis poſſunt vti priuilegio clericali.

TITVLVS

TITVLVS II.

DE COHABITATIONE CLERICORVM ET mulierum.

CAPVT I.

INHIBENDVM. (Canones) 32. diſtinct. nullus. & c. præter hoc. 32. diſt. interdixit. C. de epiſ. & cler. eum qui. 31. diſt. in omnibus. & dicunt quidam hanc decret. canonibus derogare. Alij dicunt, quòd per decre. iſtam prohibentur tantùm clerici laſciui, tenere in domo laſciuas conſanguineas ſecum, & alias ſimiles mulieres.

CAPVT II.

SI QVISQVAM. (Fabulari) in Authen. vt li. mat. & auiæ. §. pen. & vlti. (Iudicetur) id eſt, monaſterio tradatur. 33. diſt. c. fraternitatis, vel in ſeruitutem redigetur. 32. diſt. eos.

Et hoc intellige, ſi fuerit publicè ducta tanquam vxor, & ſic loquitur. c. 15. q. vlti. cùm multæ, 81. diſt. quidam. ſi autem teneatur vt concubina, imponitur ei pœnitentia. 27. q. 1. quæ Chriſto.

CAPVT III.

CLERICOS. (Concubinas) Secùs de vxoribus. 35. q. 6. ab iſto. (Incurrant) 21. diſt. in nouo. C. de iud. l. vlti. 50. diſt. pœnitentes. (Perpetuam) i. donec reſipiſcant. ſi. inſtitu. loca. §. adeò. ff. de pecu. id veſtimentum, & ſic non eſt contra. 2. q. 1. multi. & dicitur perpetua, quia nullum certum tempus præfinitum habet. Vel expone excommunicationis, id eſt depoſitionis.

CAPVT IIII.

1 *Satisfactio congrua peccati quæ ſit.*
2 *Non amittitur poſſeſſio ab eo, qui non habet animum amittendi.*
3 *Quæ ſit differentia inter ſuſpenſos ab homine & à canone.*
4 *Suſpenſus à canone celebrando non eſt irregularis.* ☞

SICVT. (In ſubdiaconatu) Idem in minoribus ordinibus, ſed non ſunt ita ſeuerè puniendi. 32. diſt. lectores. (Satisfactionem cõgruam)

1 †Satisfactio congrua eſt, & ſi dimiſerit peccatum & pœnitentiam egerit coram Deo contra quem peccauerat, & ſi peccaſſet contra proximum, oportet quòd ei ſatisfaciat. Et dicimus, quòd iſte qui ſuſpenſus eſt vſq; ad congruam ſatisfactionem, quam citò ſatisfecerit, vt debet, & ſicut dictum eſt, ſtatim officium ſuum & beneficium recuperat, & hoc ſatis probatur per ipſa verba, nam ſi vſq; ad congruam ſatisfactionem eſt ſuſpenſus, ergò poſt dignam ſatisfactionem primum ſtatum recuperat, niſi aliud ſit impedimentum, fortè quòd peccatum eſt manifeſtum, vel alia iuſta cauſa quare neceſſaria ſit diſpenſatio: vt not. ſup. de temp. ordi. ex tenore.

2 †Et idem dico, ſi vſq; ad annum vel aliud tempus ſit ſuſpenſus, & idem ſi pro
a contumacia a ſupr. de conſtit. ex literis. Hic enim ſic ſuſpenſus non amittit iura ſua, ſiue temporalia, ſiue ſpiritualia, nec poſſeſſionem eorum, licet fructuum & effectum amittat ad tempus, quod ex eo patet, quia ad hoc animum non habet ſine quo poſſeſſio non amittitur. ff. de acquiren. poſ. poſſideri. §. cum quibus. Et ideò, nec eius beneficia conferri poſſunt, tamen fructus qui medio tempore colliguntur, non ei reſtituentur, ſed in vtilitatem eccleſiæ conuertentur. ſup. de ap. paſtoralis. in fi. & inf. de cle. non reſi. cùm ad hæc. (Suſpendatis) per hoc non derogatur. 122. diſt. nullus. & c. præter. vbi dicitur quòd ſuſpenſus eſt ipſo iure, quod tantùm loquitur de ſacerdote qui tantùm ſuſpenditur à miſſa. Hîc autem loquimur de alijs ſacris ordinibus, & etiã pœnas alias imponit. Nos dicimus, ꝙ ab officio non tantùm ſacerdotũ, ſed etiam clericorum eſt abſtinendum. inf. eo. c. vlti. & non ſolùm à miſſa, ſed etiam ab alijs officijs etiam minoribus. 81. diſt. ſi qui ſunt. 22. diſt. præter. Imò nec etiam beneficium habebit, nec etiam cum alijs ſedebit, & ſic nec electionibus intererit. arg. prædicti. c. præter. & idem dicendũ in omnibus ordinibus ſacris, & quidam in minoribus idem dicunt. arg. 1. præter. & inf. eo. c. veſtra.

a Si pro contumacia. Adde Feli. q iſtud dictũ refert, & ſegtur in decre. c. ex literis. colũ. 8. in fi.

†Nec tamen hæc decret. quæ dicit ſuſpendendum antiqua iura tollit, quæ

dicunt eos ſuſpenſos ipſo iure, cùm hic loquitur, quando erat occultum ante probationem, & ſententiã, vnde oportebat, quod ante ſententiam ſuſpenderentur, vel loquitur quando tantum erat ſuſpicio. ſup. eo. c. 2. Vel dic, quòd licet quilibet poſsit ſua authoritate recedere ab officijs publici fornicatoris, poteſt etiam contra eum procedi ordine iudiciario, per quem aliæ pœnitentiæ imponentur illi, & propter ea grauior eſt pœna iudicis, quàm iuris, quia pœnam iuris credimus ceſſare, ſi ceſſet à peccato. arg. inf. eo. c. vlti. quantum ad hoc, vt alij poſſunt audire eius officia. Ipſe tamen non debet celebrare ſine diſpenſatione, & abſolutione ex quo notum fuit crimẽ eius. 81. diſt. miniſtri. & not. 50. diſt. facerdotes. ſententia autem iudicis non ceſſabit, niſi reſtituatur de magna gratia. Itẽ niſi per ſententiam priuetur non poterunt eius beneficia alijs conferri. Et ideò neceſſe eſt monitionem præcedere, vt hic dicit, & ſequens cap.

3 † Si autem à prælato ſuſpenſus eſſet, poſſent eius beneficia alijs conferri, quia vacat eccleſia. ſup. de æta. cùm bonæ. Secùs in beneficijs ſuſpenſorum à canone, vt hîc, & licet talis differentia ſit inter ſuſpenſos à canone & ſuſpenſos ab homine, in exhibitione tamen ſacramentorum non eſt differentia, vt nota. inf. de hære. c. 2.

4 † Item ſi ſuſpenſus à canone celebrat non eſt irregularis. arg. inf. de cler. excõ. mi. ſi celebrat. in prin. ſecùs in ſuſpenſo à iudice. 11. q. 3. ſi quis presbyter. excommunicatus autem à canone benè fieret irregularis ſi celebraret. inf. de ſent. excom. cùm illorum. vel dicaliter, vt not. inf. de ſchiſ. c. 1. de cler. excom. mi. ſi celebrat. Suſpenſi) per tantum tempus ꝙd ſcandalum & infamia contra eum augmentatur, & relinquo hoc in arbitrio boni iudicis, vel non expectabuntur niſi quouſq; poſt ſuſpenſionem citentur.

CAPVT V.

SVPER EO. (Literas) à nobis ſuper reſtitutione ſua, ſecùs ſi conquereretur de iniuſta ſententia, vel ſuſpenſione, quia tunc valerent literæ, & procederetur per eas non ſecundum formam literarum, ſed ſecundum iuris ordinem. ſup. de reſcrip. ſuper literis. Vel poteſt intelligi ſpeciale in hoc caſu vt teneatur facere mentionem de ſerie proceſſus. ſup. de reſcrip. dilectus filius abbas.

CAPVT VI.

SI AVTEM. (Liceat) authoritate ſua. (Portionibus) id eſt præbendis.

CAPVT VII.

1 Quando abſtinere liceat ab officijs ſacerdotij crimioſi. & vide in num. 2. & 3.

VESTRA DVXIT. (Nullus) 32. diſt. nullus præter. (Legitur) 15. q. vltim. c. vlt. (Cæterum) ſoluit prædictã contrarietatem. (Condemnatur) dicitur etiam notorium, quòd ita ſe exhibet oculis hominum, quod non eſt inficiationi locus. (Toleratur) ſupple & eſt inficiationi locus. (Pœnæ occultum) licet ſit notorium per famã, ſi enim eſſet notorium, quòd teneret eam in domo, nihil prodeſſet ſibi ſua negatio. 2. q. 2. de manifeſta. Alij dicunt, quòd ſi publicè teneat eam in domo, dummodò diffiteatur ſe cognoſcere eam, non eſt vitandus à miſſa.

1 Abſtinere) † ſic abſtinere licet occulta eſſet fornicatio, vel etiam ſi eſſet aliud crimen quàm fornicatio à proprio ſacerdote in his officijs, quæ ab eo audire non cogitur, & ab his ſacramentis, quæ in eo recipere cogitur, qualia ſunt, quæ habes inf. de pœ. & remiſ. omnis. & etiã eſt ſic faciendum, ſi ex eius abſtinentia contra talem ſacerdotem, ſed fornicatorem, & toleratum ſcandalum non generetur, aliàs autem non licet abſtinere, nã & dominus corpus ſuum dedit Iudæis. de conſec. diſt. 2. non prohibebat, & cap. ſeq. & ar. 6. q. 2. ſi tantum. 8. q. 4. nónne. (Peccandi) & hoc bonum. (Si talium) quia cum contemptu: & quaſi minoris efficaciæ & hoc malum.

2 Operis) † & hoc dicimus generale, quòd omnium ſuſpenſorum à iure etiã ſine ſciẽtia hominis, ſi crimina pro quibus ius eos ſuſpẽdit ab officijs, vel quocunq; alio actu ſunt notoria per facti euidentiam, quòd cuicunq; licet eos vitare in his, quæ eis interdicta ſunt, licet adhuc ijdem ſuſpenſi tolerentur à ſuis prælatis, & idem dicendum videtur in regularibus, quia & ipſi ſuſpenſi à iure dici

dici poſſunt, ſed & ſi crimina pro quibus à iure ſuſpenduntur, ſunt occulta, quantumcunq; ſint grauia, vt ſimonia, homicidium, & huiuſmodi: tamen euitari non debet in his, quæ ab eis recipi debent de iure. arg. hîc de conſec. diſt. 2. non prohibebat, & idem videtur etiam dicendum in occulto excommunicato. 6. q. ſi tantum. ſup. de offi. ord. ſi ſacerdos.

3 † Euidentiam) puta quia mulierem ſuſpectam tenebat in domo. 32. q. 1. c. 1. ſup. eo. ſi quis. ſed ſi clericus inuentus ſit coire cum muliere, propter hoc tamen vitari non debet ab eo, niſi aliàs ſit notorium, vt hîc. (Recipiantur) notorij autẽ fornicatores ſuſpenſi ſunt ipſo iure, vt hîc, argu. à contrario ſenſu. 32. diſt. §. verùm. 81. diſt. ſi qui ſunt miniſtri.

CAPVT VIII.

1 Origo famæ, vnde deducatur.
2 Notorium facti quotuplex ſit, & notorium iuris quid in num. 3.
Litis conteſtatio nõ eſt neceſſaria, vbi abſens eſt accuſatus & contumax.
3 In notorio iuris & facti continui ſine accuſatore & teſte proceditur nec poteſt appellari, ſecùs eſt in notorio facti actu tranſeuntis & interpellati.
4 In notorijs præſumptionibus, an ſit neceſſarius ordo iuris.
5 Poteſt contra ſententiam latam, & etiam executioni mandatam, de nouo iudicium agitari.
An in quolibet notorio maleficio iudiciarius ſit neceſſe, & num. 6. 9.
6 In cõtractibus ſeruari debet iudiciarius ordo.
Notorium ſi negatur, an & quomodo ſit probandum.
Circumſtantiæ excuſantes maleficium, an oẽs ſpecificare & notas eſſe oportet.
7 Qualiter procedatur cõtra accuſatum, qui citatus non comparuit. & in num. 10.
8 Monitio iudicis, an habeat vim citationis.
9 Quo caſu ſententia lata ſuper notorio, non teneat.

IVA NOS. (Habentibus) Non in domo, quia tunc ſecùs. 2. q. 1. cap. de manifeſta. (Conueniuntur) id eſt, interrogantur (Notorium facti) puta quia mulierem ſuſpectam ſecum tenebat in domo & lecto, & quia confitetur, vel non diffitetur, vel ſi filios habet de aliqua muliere. inf. de diuor. ſignificaſti.

1 † Notorium) fama procedit ex ſententia, & aliquando ex ſuſpicione. Item ex certo authore, & aliquando ex incerto. de conſec. diſt. 4. ſanctum. hoc adduxit inquiſitionem, niſi à certo homine æmulo, vel inimico habeat originẽ, inf. de accuſa. qualiter. 2. manifeſtum autem ſolitum ordinem iudiciariũ requiret nõ inquiſitionem, niſi ſit infamatus. 2. q. 8. c. 2. ſi tamen manifeſtum ex certa ſcientia & certo authore ꝓcedit, etiam quod probari poteſt. ff. de teſta. hæredes. §. 2. occultum etiam aliquando dicitur quod probari poteſt. C. de app. eos. §. 1. ſæpè autem dicitur notorium manifeſtum. 2. q. 1. manifeſta.

2 † Notorium facti triplex eſt, primum eſt notoriũ facti actu tranſeuntis, quod ita habet euidentiam rei, quod negari non poteſt probabiliter, vt ſi epiſcopus cœpit miniſtrare bona eccleſiæ. ſup. de transla. præla. quanto. idem ſi quis in conſpectu populi occideret aliquem. Et dicunt quidam, quod in hoc notorio, licet ſit occultum iudici, ſi detur ſic petitio vel accuſatio, cùm talis epiſcopus tranſtulerit ſe ad talem epiſcopatũ ſine licentia Papæ, pero eum amoueri, vel eũ talis talem in præſentia multorum occiderit, ꝙd inficiationi locus non eſt, pero eum puniri, & ex quo ita ꝓponit, poteſt procedere tanquam in notorio. 1. lit. non conteſt. 2. q. 1. manifeſta. & c. de manifeſta. & c. quæ lotha. ſup. de iureiur. ad noſtram. Et dicunt non eſſe neceſſariam litis conteſt. vbi abſens eſt accuſatus & contumax. Si autem præſens eſſet, faceret fieri lit. conteſt. & oportebit hunc probare duo, ſcilicet quòd fecerit homicidium, nec hoc ſufficit, niſi probauerit publicè factũ. Alioquin non poſſet condemnari ex quo ſic formata eſt petitio, cui debet ſententia conuenire, vt ſup. de or. cog. cùm dilectus. §. fi. & ſup. de proba. licet. ſine probatione autem nunquã aliquem condemnabit. 2. quæſt. 1. nos in quenq;. & c. Deus omnipotens. & tali notorio nõ auditur quis appellans. ſup. de app. propoſuit. Et ſic appellatur notorium potius qualitate facti, puta quod publicè factum eſt, quàm quia ſit iudici notum, & in hoc notorio debet præcedere aliquod de illis, qui continentur. inf. eo. in glo. quidam autem. & hoc notorium actu tranſiens ſatis probabiliter negatur à præſente, inf. de ſortile. ex tuæ rum. Si autem ſit notorium interpellatum, ſemiplena probatio requiritur. inf. de vſu. cùm in dioceſi. Si autem ſit continuum nullus ordo regitur, nec probatio, vt ſi clericus in carcere teneatur. ſup. de ap. dilectus. vel ſi in domo publicè teneret concubinam. 2. q. 1. de manifeſta. vel

a Si autem ſit continuũ. ad Inno. hic vide Card. optimè declarantem in conſi. 56. incip. in elucidatione præmiſſi dubij. col. 2. ver ſic. Ad quod reſpondeo. et ad diſta Inn. hic vide etiã Fran. Areti. in conſil. 165. col. 7. in fin. & col. ſeq.

ſta. vel contra iuramentum dominum perſequitur continuè. ſupr. de elect. venerabilem.

3 †Item notorium eſt iuris. ff. de ſta. ho. ingenuum. inf. eo. c. fi. ſup. c. proxi. & ſi negetur requiritur probatio. ſup. de ſen. & re iud. ſicut. notorium præſumptionis eſt, per quod præſumitur filius, quia natus eſt de nuptijs. ff. de in ius vo. quia habes etiam alia exempla. 32. q. 1. c. 1. ſup. de præſump. tertio. 2. q. 1. de manifeſta. & c. quale. inf. de emp. ad noſtram. inf. de pig. illo. Alij dicunt, quòd in his duobus notorijs, ſcilicet iuris & in notorio continui facti, ſine accuſatore & teſte proceditur, nec poteſt appellari, vt in concordantijs poſitis. ſup. vbi de eis tractauimus. In notorio autem facti actu tranſeuntis, & interpellati, non admittitur directa accuſatio, niſi cum ordine iudiciario, & admittenda eſt appellatio, ſed poteſt indirectè procedi in talibus notorijs. ſ. inquirendo, & ſic poteſt intelligi Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſsitatem. & C. de accu. ea quidem. Nec obſt. decre. ſup. de elect. bonæ me. ma. & c. venerabilem. ſup. de app. cùm ſit. inf. de verb. ſig. ex parte. vt ibi not. citatio autem ſemper eſt in quolibet notorio neceſſaria, vt ſup. de iureiu. ad noſtram. hoc autem licet ſit ſecurius, non tamen denegamus poſſe ſuſtineri, quod dictum eſt. ſup. eo. glo. & inf. eo. glo. quidam autem dicunt.

4 †In notorijs autem præſumptionis neceſſarius eſt omnis ordo iuris, ſed ſufficit probare circumſtantias, & præſumptiones etiam, ſi non probetur factum. arg. in prælleg. decre. tertio. & 32. q. 1. c. 1. Quidam autem dicunt. ſ. ſecundum primam opinionem ſufficere, & etiam neceſſe eſſe ad hoc, vt poſsit procedi in tali notorio actu tranſeunte, quòd literas receperit à fide dignis. argu. ſup. de poſt. c. 1. 2. q. 1. c. fi. in Authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffr. §. ſi quis autem. & §. neceſsitatem. vel etiam per publicam famam, vel per denunciationẽ officialis. C. de accuſ. ea quidem. & quòd faciat citari partes nam merita cauſarum etc. ſup. de ſen. & re iudi. inter. vt ſup. de iureiur. ad noſtram. 3. Notorium verò deprehenditur loco, quia fit in publico, non in domo occulta, & propter aſtantes, qui ſunt multi tot. ſ. quòd non inueniretur aliquis, qui poſsit tot inuenire, qui contrarium dicerent, puta tota vicinia vel maior pars, vel tot quod inficiari nõ poteſt, ꝓterea tempore, puta die, nõ nocte, & ex multis alijs circumſtantijs, quas diſcretus iudex videbit. ff. de inſtit. ſed & ſi. §. 1. & 2. ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. 1. 2. q. 1. §. quando autem. ff. de verb. obli. continuus. §. 1. & tunc quando factum eſt notorium, ſed perſona delinquens occultatur, locum habet, vt quidam dicunt, quòd proceditur, quaſi in notorio. ar. ſup. de teſti. cog. c. peruenit ad nos. & no. ſup. de elect. bonæ me. ma. & de tali notorio actu tranſeunte loquitur inf. de ver. ſig. ſi ex parte in Chriſto. & c. ſeq. ſup. de ap. cùm ſit ro. §. vlt. & c. propoſuiſti. ſup. de fil. presbyt. conquerente. ſup. de transla. præla. c. quanto. hi etiam, ſi notoriè delinquentes, non ſunt audiendi appellantes. 2. q. 6. §. ſunt. ſup. de app. cùm ſit ro. §. vlt. & c. propoſuit.

5 †Sed quod eſt mirabile, poſt latam ſententiam etiam executioni mandatã, cõtra eam poterit de nouo perpendi iudicium. i. agitari. C. de accu. ea quidem. Non mireris, quia alibi non licet appellare, & tamen cauſam agere licet, vt in ſupplicatione. C. de preci. impera. offe. aut. quæ ſupplicatio. & retractabiť prima ſententia, ſiue proceſſus, ſi probauerit falſum eſſe, ꝙ obijciebatur, vel etiam non notorium. C. de accu. ea quidem. quãuis hoc difficile videatur. Sed contra videtur, quòd non debeat citari notorio actu tranſeunte. ſup. de elect. bonæ me. mag. & c. venerabilem. & etiam ꝙ non ſunt in tali notorio recipiendæ probationes. 2. qõ. 1. de manifeſta. & c. quæ Lotharius. ſed illa habent locum in notorio, quòd in conſpectu iudicis contingit, vel in notorio continuo, vel ibi interuenit citatio, vt not. ſup. de app. cùm ſit ro. vel dicas generaliter in quolibet notorio poſſe ꝓcedi ſine citatione, hoc non placet, & ſine probationibus, non propter hoc reuocabitur ſententia, niſi conſtet contrarium, vt ſup. dictum eſt. ſed melius eſt, vt modo prædicto procedatur, niſi forte periculum vel ſcandalũ eſſet in mora, & ſic poteſt intelligi, quæ continebatur. ſupr. de elect, bonæ me. mag. & c. venerabilem. & forte non eſt differentia inter notorium actu tranſeuntis, & actu interpellatum, ſed in vſurario manifeſto quædam conſtituuntur ſpecialia, vt not. inf. de vſur. cùm in dioceſi. & c. quia.

†Sed quid dices negatione fit res dubia,

bia, ergò vbicunq; negabitur, non ſeruabitur dictus proceſſus. C. de inge. & ma. l. 4. Reſpond. ſicut dictum eſt ſi præſentes ſunt, & negetur, bonum eſt quòd ſeruetur ordo iuris, & in cautionibus & in alijs. ff. de cuſto. & exhi. reo. diuus. ar. 2. q. 8. c. 1. & 2. & ſi non fuerit præſens vel receſſerit, tunc nõ ſeruatur ordo. Vel dic illud habere locum, in quibus probabiliter poteſt eſſe inficiatio, vel dic quod eſt dubium, ideò requiruntur probationes, & quia notorium ideò proceditur ſine ordine, & ſic diuerſis reſpectibus aliquid dicitur dubium & notorium, ſic etiam ordine non ſeruato proceditur, ſi de maleficijs notorijs excipiatur contra electum vel teſtem, & loquitur ſup. de elect. bonæ me. mag. & c. venerabilem.

6 †In alijs autem præter maleficia, puta in contractibus non credimus locum habere prædictũ proceſſum, imò in ipſis ſeruabitur ordo iudiciarius, qa ibi tempore prædicti contractus, & ante & poſt contractum multa ſunt & interueniunt etiam extra id, quod agitur, quæ homines non audiunt, vel nõ notant notabiliter. Item quia quæ conſenſu, vel verbis, vel re contrahuntur, non poſſunt talia ita eſſe notoria. ff. cõmo. ſi is. §. vlt. ff. de act. & obli. l. 1. & 2. Idem dicitur de poſſeſsione, quæ licet conſiſtat in facto, habet tamen aliquando aliquid iuris. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. acquirimus. & l. poſſeſsio. Præterea alia ratione reprobamus proceſſum notorij in contractibus, quia ſi præſens eſſet reus, fortè haberet exceptiones ſuas, & alius eſt modus ſubueniendi actori. ſcz. per excõicationem, vel miſsionem in poſſeſsionem. ſup. vt lit. non conteſt. tuæ. & c. quoniam. Sed dices idem etiam poteſt dubitari in criminibus, quia fortè ad ſuam defenſionẽ fecit homicidium, vel quia tranſiuit ad epiſcopatum authoritate Papæ, vel q̃d eſt denunciatus poſt appellationẽ. ſup. de transla. c. vlti. ſup. de reſti. ſpo. olim. inf. de ſent. excõ. per tuas. Item remediũ aliud actor habet contra eum. C. de requi. re. & ff. eo. per totum. Sed dicimus, ꝙ ſpeciale eſt in maleficijs, quia intereſt reipublicæ ne maleficia remaneant impunita. inf. de ſen. excõ. vt famæ. ꝙ proceditur ſine ordine, & tamen neceſſariũ eſt, ꝙ non ſolùm probet maleficium, ſed etiam qualitatem facti. ſ. ꝙ homicida inſultum fecerit, & occiderit, & ſic de omnibus alijs, quia aliàs eſt inficiationi locus. ar. ad prædicta. de reſtit. ſpol. olim. & c. cùm ad ſedem. 2. q. 1. quæ Lotharius. Quidam dicunt ꝙ ſi negetur notorium, ſemper eſt probandum notorium, vt ff. qui ſatiſd. cog. ſi verò. §. vlt. & hoc in abſentia partis probari poteſt. argu. ſup. de pac. c. interpoſita. §. vlti. & poſtq̃ probauerit notoriũ, tunc admittentur probationes ſuper principali, ſed prius dictum magis placet, cùm hoc ſit prolongare lites, & circuitus adducere. Nulla tergi.) tale notoriũ facti, puta quia mulierem ſuſpectam ſecum tenet in domo vel lecto, & quia confitetur, vel non diffitetur, vel ſi filios habeat de aliqua muliere. inf. de diuor. ſignificaſti. Illud factũ vel potius maleficium dicitur notorium, vel homicidium, & adulterium, qa pluribus notum eſt. etiam ſi circumſtantiæ non ſint notæ, quæ excuſant, vel aggrauant maleficium, vt puta quia iudex eſt qui occidit, vel etiam alius, ſed ad ſui defenſionem, vel etiam adulter non tenetur, quia ignoranter eam cognouit, vel quia ſuppoſita, vel quia parentelam ignorabat inter ſe & vxorem ſuam, ſed certè in hoc caſu quando quis teneat aliquam pro vxore, nõ videtur habere locum proceſſus notorij, quia tunc non eſt notum maleficium, licet notorium ſit factum. ſ. ꝙ tenet & cognoſcit talem mulierem, quod non eſt peccatum, nec de genere peccatorum, niſi & ipſa conſanguinitas eſſet notoria, non dico viro, ſed alijs, ita quòd poſsit cenſeri notorium, nõ enim eſt neceſſe ad hoc, vt proceſſus notorij habeat locum, ꝙ ſit notum partibus, ſed ꝙ in veritate ſit notoriũ, quia ſi velles dicere, quòd oportet omnes circumſtantias excuſantes maleficium eſſe notas, ſequeretur ꝙ nullum maleficium poſſet eſſe notorium, quia nullum eſt, ꝙ non poſsit habere aliquam circumſtantiam, quæ poſsit excuſare maleficium.

†Sed contra non dicitur factum notorium, niſi quando non eſt inficiationi locus, etiam quando non poteſt vlla tergiuerſatione celari, vt hîc. 2. q. 1. de manifeſta. Sol. non dicitur, quòd maleficium nõ poſsit excuſari, ſed dicit quòd ipſum factum, quod dicitur maleficium, non poteſt celari, quin ſit factum notorium, id eſt, ſi ſit notorium factum, habet locũ proceſſus ſine iudiciario ordine, proceſſus autem iſte extraordinarius, de quo loquuntur canones, rarò locum habet ſecundum canones.

7 †Item not. quòd imputatur accusato, qui habet legitimas causas inficiandi, ꝙ citatus nō venit, & proceditur ad inquirendum de circumstantijs non notorijs, etiā si p̄senti accusato incumberet probatio, habebitur pro ꝓbato, ex quo absens est, alioqn si non absenti, & nō præsenti incumbebat probatio, iudex ad sui instructionē probationes recipiet. Item & procedetur ad pœnam huius contumacis, sicut fuerit iustum, eius contumacia non obstante, sup. de elect. bonæ me. mag. 2. q. 1. de manifesta. sed si venerit audiantur excusationes eius. 2. q. 1. Deus omnipotens. & si aliqua pœna imponatur eis, vel si aliquod mandatum fiat eis occasione malè facti, eo non existente contumace, & non facta legitima inquisitione de nō notorijs, illud vel erit nullum, vel erit reuocandum tanꝯ iniustū.

8 †Item monitio iudicis, quæ monet reum, quod satisfaciat non habetur pro citatione, quia monitioni non teneretur parere, si habet iustā excusationem. sup. de præsumpt. c. dudum. 14. q. 1. quisquis. arg. cōtra. sup. de rescrip. si quando. vbi dicitur, quod per literas debet se excusare, sed ibi loquitur de honestate. Alij dicunt & fortè benè, quòd in notorijs post citationem potest procedi, si citatus non mittit sufficientem responsionem. argu. inf. de cleri. non resi. ex parte. & duobus capitulis sequentibus. Item si sit factum, vbi requiritur purgatio, videtur quod ad purgationem vocari debet. argu. inf. de senten. excom. si verò. & idem videtur, quod ad sententiam sit vocandus. C. quomodo & quando. l. ea quæ. 3. q. 9. per totum. & alij tamen cōtradicunt in contumacibus, & illa loquuntur in absentibus non contumacibus, sed accusatori imputaretur, si sciret legitimas accusationes accusati, & eas non diceret, & prouidetur in hoc casu accusato secundum tenorem. l. ff. de iudi. l. si prætor. Item dicimus, quod licet in notorio possit procedi lite contestata, & seruato alio ordine iudiciario, quando partes sunt præsentes, nihilominus tamen dicimus posse procedi præsentibus eisdem etiam lite non contest. nec alio iudiciario ordine seruato, sicut & quando reus absens est & cōtumax præter citationem quæ semper est necessaria.

9 †Item post citationem necessarium [a] est ei exponi factum [a], pro quo citatus est, & quod audiatur defensio eius, & si hoc non fiat, satis dici potest non tenere sententiā super notorio latam, sic enim in alijs causis, quæ requirunt ordinem iudiciarium, nō valet sententia quæ fertur non cognito de causa, & sic intelligitur. C. de sen. & inter. om. iu. l. prolatam. C. de accus. si accusatoribus. & l. absentem. Item videtur etiam in notorijs, vbi & si non omnis, aliquis tamen ordo seruandus est. sup. de iureiur. ad nostram. 3. sed audiantur eius accusationes, licet super eis non admittitur probatio, nihilominus tamē si est notorium in veritate, tenet sententia, & hoc si ipsum probetur coram illo, coram quo petitur sententia pronunciari nulla, iudicabitur sententiam debere manere ratam, secùs tamen videtur in alijs iudicijs, quæ requirunt ordinem iuris, quia ibi si nullæ probationes reciperentur super quæstione, de qua agitur, non teneret sententia vt dictum est, quidam tamen aliter dicunt.

10 †Item dicitur, quòd si accusatus est absens & contumax, quòd tenet contra eum sententia, etiam nullo ordine seruato, dummodò ei coram quo petitur sententia pronunciari nulla, propter defectum ordinis probetur factum notorīū, nec ex aduerso corā eodem iudice, probabitur aliqua excusatio. Imò plus dicit, quòd in hoc casu, non est admittendus ille, qui fuit contumax ad probandum excusationem, sed in primo casu, quando non fuit contumax in primo iudicio, sed si iudex contra ius litigatoris voluit admittere eius excusationes, tunc secundus iudex, qui cognoscet, an nulla sit sententia, benè admittet probationes sup per eius excusationibus. Melius tamen potuit sibi prouidisse, si appellasset ante sententiam, quando probationes super suis excusationibus nō admittebat, quia tunc hoc solo, quod sententia lata esset, post talem appellationem cassaretur sententia lata, aliqui tamē aliter dicunt. Item [b] dicimus [b], quòd etiam si iudici non sit factum verum notorium, dummodò verè sit notorium, licet iudex peccet si fert sententiam, antequam probetur factum sibi notorium, respondeo eius sententia irreuocabiliter tenet. Itē dicimus, quòd non solùm factum, sed etiam possessio & contractus possessionis possunt esse notoria, licet in eis rarò debeat procedi secundum formam notorij, sicut & in eis rarò proceditur in forma inquisitionis, hoc plus placet, quàm ea quæ notantur in

[a] *Factum. Add de Abb. qui hoc alleg. & refert in c. ecclesia sanctæ Mariæ. colū. 3. in fin. sup. de constit.*

[b] *Item dicimꝰ. Adde quòd hoc dictū refert, & sequitur Abb. in c. cùm olim. supr. de sen. & reiud. & ibi de eiꝰ veritate, vide per Feli. col. 8. versi. hic, & his similia.*

tur in glo. fama & quidem. (testis) 2. q. 6. de manifesta. (Euidentia) puta quia non secum teneat eam in domo, & in camera, sed communiter dicitur quòd eam cognoscat.

CAPVT IX.

ANOBIS. (Naturale) sup. eod. c. 1. contrarium ibi tamen soluitur.

CAPVT X.

QVAESITVM. (Notorium), De hoc notatur sup. eod. c. tua. (Euidentiam) scilicet quia tenet mulierem in domo vel filios habet.

TITVLVS III.
DE CLERICIS CONIVGATIS.

CAPVT I.

SI QVI. (Relinquenda) 32. dist. si qui verò contra. 12. q. 1. quia. Sol. illud loquitur, vbi timetur scandalum, vel illud de pauperibus clericis, & non intitulatis, quibus non ex debito, sed ex eleemosyna est benè faciendum, vel illud fuit dispensatio in nouitate gentis Anglicorum, vel illud vetus, hîc autem quòd dicit hæc decre. hodie seruatur.

CAPVT II.

SANE. (Nisi fortè) licet enim habeant vxores, si ipsę & mariti voluerint vouere castitatem, possunt habere beneficia.

CAPVT III.

QVOD A TE. (Redire) ff. de colle. illic. l. 1. in fi. 16. q. 6. de lapsis. & cap. cognouimus. sup. de renun. ex transmissa. 17. q. 4. quicunqꝫ. Contra. 27. q. 1. si quis rapu. 12. q. 2. nulli licet. 18. q. 4. sunt qui opes. in Authen. de mona. §. si verò reliquas. inf. de condi. ap. verū. Sol. dicunt quidam aliud est, cùm sponte recedit, quo casu, nihil recuperat vt in contrarijs: aliud cùm iudicis authoritate recedit, quo casu, omnia recuperat, vt hîc & in concordantijs.

Sed contra hoc videtur, quòd non debet ei ꝑdesse iudicis authoritas, cùm ad hoc sua culpa deuenerit. ar. ff. cōmo. l. si vt certo, quamuis non possit dici culpa, si in minoribus contrahat matrimonium propter hoc dixerunt alij, quod sicut in dote, vel donatione ꝓpter nup. intelligitur conditio. s. vt duret durante matrimonio, Sic & quando ingressu suo aliquis donat aliquid ecclesiæ. C. de rei vxo. act. l. 1. secùs si aliàs donet, quia tunc nil reuocabitur, nisi expressè dicta sit conditio. inf. de condi. ap. verū. Alij dicunt hoc c. cum concordantijs intelligi de benignitate contraria de iure cōmuni. Alij dicunt, quod si res aliquas donat expressè, non potest eas reuocare, sed si tacitè, ipso. s. ingressu ecclesiæ secùs est. arg. C. si pen. ap. l. 3. Alij verò dicunt, ꝙ si simpliciter facta est donatio, nunquā est reuocanda. C. de dona. l. irritam. C. de reuoc. dona. si donatione. hæc autem facta sunt sub conditione, si ibi permaneret.

CAPVT IIII.

SANE. (Sacerdotes) Nuncupanda. supple & propter hoc priuati ecclesiis fuerunt etc.

CAPVT V.

1 *Dispensatio quando non teneat.*
2 *Criminosus promotus ad aliquam ecclesiam, an accusari possit de crimine quod prius habebat.*
3 *Ad denunciationem criminis, nullus excluditur.*
4 *Recusatio vel appellatio criminosi, cuius crimen per confessionem est notorium, an admittenda sit.*

DIVERSIS. (Cithara). i. vita contemplatiua cum coniugali. (Contuleris) repete quæ diximus supr. de elect. nostri. & de fil. presby. veniens. possunt etiam aliter solui contraria ibi posita, ꝙ hîc intelligitur dispensasse. [a] *Dispensasse intelligitur. Adde quòd in hoc contrariū videtur tenere ipsemet Innoc. in c. veniens. de fil. presbyte. sed pro concordia. vide Abba. in. c. inferiora. supra de elect. col. 2. qui intelligit dicta hic in principe. et dicta in d. c. veniens. in inferiori à principe.*

[a] †Quotiescunqꝫ enim aliquis facit aliquid contra ius, & illud tale est, in quo possit dispensari, dispensasse intelligitur [a], vt hîc, & sup. de fil. presby. veniens. sup. de biga. c. 2. veruntamen est vbi seruet ordinem, & cum causæ cognitione facit dispensationem: vt not. in decre. veniens. alius potest venire contra sci licet superior & successor, sed ipse non, vt hic. & 81. distin. quicunqꝫ. 51. distinct. quem in aliquo. & credunt quod in hoc casu propter inordinatum processum, scilicet puta, quia non præmissa cognitione est dispensatū, possit reuocari dispensatio & puniri dispensator, ipse tamē sine peccato tenet beneficium quouscp

dispensatio reuocatur, sicut hîc probatur, & tenet dispensatio, contrarium est in diffinitiuis sententijs quæ non reuocatur. C. de sent. & interlo. om. iu. prolatam. Si autem dispensatio non teneret, quia in casu indispensabili ordinasset, vel dispensasset: tunc etiam ipse posset contrauenire. 55. dist. pœnitentes. supr. de fil. presby. c. pen.

2 †Item dicas quòd si criminosum promouet episcopus, vel irregularē ad aliquam ecclesiam vel ordinem, episcopus de crimine vel irregularitate quam prius habebat, & sciebat, accusare non potest, quia mores eius quos approbauit, reprobare nō potest. ff. de adul. si vxor. in fi. arg. 4. q. 3. si quis te.

3 †Sed potest denunciare crimen eius, ad denunciationem enim quilibet tenetur, & nec facto suo vel promissione potest ad eum citationem excludi. sup. de iureiur. quemadmodum. & c. vlti. 2. q. 1. si peccauerit. sed si coram ordinatore de huiusmodi crimine vel irregularitate accusetur, benè potest facere iustitiam, nulla enim potest eum repellere à iudicando, cùm si propter suspicionem diceretur repellendus, non ab ordinato, sed potius ab accusatore posset hoc dici, quia præsumitur velle suum defendere factum, sed si inquirendo vellet procedere, dicunt quidam quòd benè posset tali exceptione repelli. Tu crimen meum nosti heri, sicut hodie, & hoc satis videtur iustum, si inquisitor hoc fateatur, vt hîc, vel aliàs notorium esset quòd sciret, sed si inquisitor hoc non fateatur, non videtur quòd aduersarius sit admittendus ad probationē exceptionis, cùm non possit probare exceptionem, nisi confiteatur de crimine suo, & in confitentem nullæ sunt partes iudicis. ff. ad leg. Aquil. proinde.

4 †Item cùm per confessionem fit notorium crimen eius, non debet audiri recusatio eius, nec appellatio. sup. de appel. cùm sit ro. & c. nouit. Alij tamen contradicunt, scilicet, quòd semper est admittēda exceptio, nec opponitur hæc exceptio, cùm sit declinatoria iudicij, nisi in princ. vt not. sup. de excep. pastoralis. ar. contra. sup. de fil. presby. veniens. Sol. illa loquitur, vbi nullo ordine iudiciario seruato fuit spoliatus, & erat notorium defectum ordinati esse notum episcopo, vnde cùm ante spoliationem non habuit potestatem proponendi exceptionem, potest proponere pòst, secùs vbi seruatur ordo & facultatem habet excipiendi, quando autem ordinatori licet excipere contra ordinatum, dic vt not. sup. de æta. & quali. & or. præsi. accepimus.

CAPVT VI.

1 *Consuetudo an & quando possit matrimonium impedire.*

QVM OLIM. (Orientalis). 31. dist. nicena. quoniam viro. (Consuetudo) Nota, 1 †quòd consuetudo impediret suspendit vsum matrimonij, & multò fortius impedit contrahendum. inf. de cog. spi. super eo. 32. distinct. placuit. Contractum autem & ratum licitè non dirimit, ita quòd possit cum alio contrahere, nec cōtradicit. inf. de diuor. gaudemus. quia ibi non loquitur de rato.

CAPVT VII.

IOANNES. (Gaudere) vt inf. c. proxi. nisi priuilegium illius canonis. 17. q. 4. si quis suadente. Tamen si ter monitus non dimiserit negotiationes, & alia quæ clericis prohibentur, hoc enim priuilegio priuabitur. sup. de vi. & honest. cler. c. vlt. inf. de sen. excom. in præsentia. inf. de apo. c. 1. vbi not. Quidam tamē intelligunt prædicta c. scz. de apo. & de sen. excom. loqui in casu speciali, quod non gaudeant priuilegio canonis, si qs suadente, quando violentias inferunt, vel arma portāt, sed si aliàs vt laici agant in negotiationibus, & alij huiusmodi gaudent prædicto priuilegio canonis, sed non alijs.

CAPVT VIII.

EX PARTE. (Abiectam) & nihilominꝰ seculares negotiationes exercerent. (Iustitias) sup. eo. c. proxi. supr. de vit. & honest. cler. c. vlti. secùs dicimus in depositis, quia & habitum portare debent, & in omnibus clericaliter viuere. 81. dist. dictum. & gaudent priuilegio. c. si quis suadente.

CAPVT IX.

VT CONSVLTATIONI &c.

TITVLVS

TITVLVS IIII.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

CAPVT I.

NON LICEAT. (Transire) nisi cum authoritate Papæ. suprà. de translat. inter corporalia. (Manifesta) scilicet ambitio dignitatis vel diuitiarum.

CAPVT II.

EX GESTIS. (Depositus) id est, à dignitate remotus, nam in amotione cardinalis synodum congregat: & super ipsius amotione totius synodi consensum habitum, imò Papa fecit depositionem.

CAPVT III.

QVIA NON. (Inhibemus) pœnam horum habes. infr. de præbend. & dig. de multa. (Ministerium). i. dignitas. Vel potes intelligere de quolibet beneficio, quod requirit residentiam, vel ex consuetudine, vel priuilegio, vel statuto ecclesiæ, vel alio legitimo modo (persona) nisi esset annexa præbenda. inf. de præbend. & dignit. ad extirpandam.

CAPVT IIII.

RELATVM. (In Lateranens.) sup. eo. c. proxi. (Beneficium) id est, dignitas, ꝙd ex eo apparet, quod in concilio non fit mentio, nisi de dignitatibus & ecclesijs, vel potes intelligere de quolibet beneficio, & benè fit de eo mentio in proxi. sup. c. vbi dicit ecclesiasticum ministerium (cōtradicunt) quia non stant in eis nisi caueant. (Admitti) dic si præsententur tales. (Suorum prælatorum) Nota, inferiores prælatos dare licentiam eundi ad scholas & alibi. (Pro alijs) inf. eo. decætero.

CAPVT V.

FRATERNITATI. (Commendatitijs literis) 72. dist in. per totum.

CAPVT VI.

QVONQVERENTE. (Silentium) Nota. quòd si quis non residet in ecclesia sua, vel habet alia beneficia, ꝙd potest agi contra eum [a] vt amoueatur ab illo beneficio.

CAPVT VII.

DECAETERO. (Subtrahi). Specialis gratia fuit, vel dic, hoc esse ius commune, vt quamdiu canonici & alij clerici dio. vel alij subiecti suis prælatis, siue episcopis, siue alijs, qui habent super eo ordinariam, & immediatam iurisdictionem, quod habere debent sua beneficia, vbi fortè affectarent. ff. si quis cau. l. 2. §. vlti. Item oportet, quòd necessitas & vtilitas, vel episcopi vel ecclesiæ adsit. inf. eo. ad audientiam. aliàs enim cùm non pertinet ad officium suum, non posset eis præcipere. 7. q. 1. quia frater. & not. sup. de temp. ordin. ad aures. (Victualia) 10. q. 3. relata.

CAPVT VIII.

1 *Prælatus vel clericus non residens in ecclesia, priuandus est, si solum admonitus sit, & non redeat, nisi iusto impedimento impeditus fuit.*

EX PARTE. (Vocatus) inf. eo. ex tuæ. Not. sufficere solam monitionē, quod redeat ad ecclesiam, nec est necesse eum citari ad ecclesiam, & hæc est ratio, quia nō potest esse nisi notorius excessus eius. inf. eod. c. 1. & 2. tamen si iste iustam excusationem haberet, quare non rediit, totum reuocabitur. 7. q. 1. præsentium. 4. q. 5. c. 1.

CAPVT IX.

CVALITER. (Reuocatus) Nota. capitulum reuocare episcopum, quia per hanc reuocationem à canonicis factā, Papa mandat ad electionem alterius procedi. (Eligatis) No. nullam superioris sententiam esse necessariam contra hunc absentem, sed solum reuocationē sufficere, vt canonicè procedatur ad alium eligendum. arg. contra inf. c. proxi.

Nos credimus quòd quantumcunq; subditi moneant prælatum, vel socium de redeundo: non tamen possunt procedere ad eligendum sibi superiorem sine authoritate illius, in cuius manibus potest renunciare, vel qui iurisdictionem habet super eum, vt eum remoueat, quia inferior etc. 21. distinct. inferior. & cap. sequent. sup. de transact. inter.

[a] *Contra eum. Tamen intelige nisi doceuerit, ꝙ per se, vel p̄ alium deseruierit, ita intelligit Petr. de Anch. Inno. hic. & consi. 17. col. 1. ver fic. quædam sunt beneficia incip. cōsilium super primo dubio.*

CAPVT

CAPVT X.

INTER QVATVOR. (Expectati) ſecundum formam contentam. inf. c. proxi. vel dic hoc præfigi à iudice. (Impedimento) Nota. quòd etiam ſi ſine iuſta cauſa abfuerit, ſi tamen poſtea incipiat legitimo impedimento teneri, non priuabitur eccleſia, & eſt hoc ea ratione, quia monitio debet præcedere. Monitio autem cùm impeditus eſt, eam arctare non poteſt. ſup. de elect. bonæ memoriæ etc.

CAPVT XI.

1 *Abſens, an ſemper ſit expectandus, & quanto tempore. in num. 2. & 3.*
4 *Vagationis delictum ſufficit ad priuationem eccleſiæ.*
5 *Edicta publicè proponi ſufficit, licet ad citatum non perueniant.*
6 *Quamuis prælatus ſit excommunicatus, non tamen debet à prælaturæ adminiſtratione ceſſare.*

EX TVAE. (Fraudulenter) Semper p̄ſumitur fraus, cùm ſemper debeat eccleſiæ ſeruire, vnde cùm ſit in culpa magna iuſtè comparatur fraudi. ff. de verb. ſig. ma. ff. manda. ſi fideiuſſor. in prin. ff. depo. quod nerua.

1 †(Citatio) quicquid dicant iura antiqua, quòd abſens clericus tantùm duobus menſibus ſit expectandus. 7. qō. 6. præſentium. vel tribus ſeptimanis. 7. q. 1. ſi quis in clero. vel 5. annis. ſup. eod. c. 2. ſiue de anno. in Authen. de ſanctiſ. epiſcop. §. interdicimus. Tu ſic tene, quòd ſi quis abeſt probabili & neceſſaria cauſa, ſiue probabili tantùm, puta ſtudiorū, vel quia ſit cum epiſcopo ſuo, vel alia iuſta cauſa, ſemper expectabitur. ſup. eod. relatum. & c. decætero. inf. eo. cùm dilectus. niſi citetur primò vbicunq; fuerit vltra mare, ſiue vbicunq; alibi fuerit, cū enim in nulla culpa ſit hic, ſine cauſa expoliari non debet. 56. diſt. ſatis. 16. q. 7. inuentum. Hoc tamen benè fatemur, q; ſi certum tempus haberet in redeundō. Vel etiam qualitas negotij certum tempus requireret, vt quia mittitur ad concilium, vel ad cauſam finem concilij, vel cauſæ tacitę pro termino habet, vnde ſi clericus poſt finem vagetur computatis diebus ad redeundum, vagari intelligitur. ff. ex qui. cau. ma. in integ. reſtitu. ſi cui. in fi. §. primo. vnde ex tunc licitè datur eius beneficium, nec eſt neceſſaria citatio, nec expectatio ſex menſium, de quibus habetur in hac decre. & 7. qō. 1. præſentium. tamen vt ibi dicitur, ſi probauerit poſtea ſe legitimo impedimento detentum fuiſſe, recuperabit eccleſiam ſuam, beneficio ſuo reſtitu. in integ. ex generali clauſula. Ad idem 4. q. 5. quiſquis. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. & per totum.

2 †Alij autem dicunt, quòd poſtquam propria voluntate incipit morari, debet expectari per ſex menſes, & citatio ad domum fieri, ſicut dicit hæc decre. non enim debuit ei obeſſe, quòd bonum initium habuit abſentiæ. & c. præſentium. loquitur ſecundū antiqua iura, vel tempora, quando minus tempus aſsignabatur, hodie autem deſignatur maius, vt hic. Item dicimus, quòd ſi ex cauſa probabili ſit abſens, poteſt reuocari propter neceſsitates eccleſiæ, vnde ſemper debet notificare eccleſiæ ſuæ, vbi moretur, q̄d ſi non fecerit, cùm ſit in culpa & latitare videatur, ſibi præiudicat.

3 †Si quis autem habet aliquod beneficium in eccleſia, ſemper comparere debet, nec ad eū transmittenda citatio poſt citationem 6. menſium & edictum emiſſum, vt hic, & poterit eius beneficium alij aſsignari, qui eius neceſsitas ſuppleat, præfertur enim publica vtilitas priuatæ, vt 7. q. 1. mutationes: & multis alijs c. Item oportet q̄d prædicti, qui ex probabili cauſa abſunt, habeant licentiam ſui prælati. de conſe. diſt. 5. non oportet. Vel q̄d conſuetudo ſit, q; poſsint abeſſe ex iuſta cauſa licentia non obtenta. Benè enim poſſet hoc ex cōſuetudine induci, quāuis hoc non poſſet conſuetudine induci, q; ſine licentia vagentur. eſſet enim talis conſuetudo cōtra bonos mores, & in læſionem eccleſiarū, vnde nō valet: vt no. ſup. de conſue. c. 1. Imò plus dicimus, q; nec etiam prælatus poteſt ei licentiam dare vagandi, & ſi dedit fortè licet ipſe prælatus qui ei licentiā dedit, nō poſsit cōtra eū ꝓcedere, tñ ſuperior ꝓcederet, ĵ. de cle. cōiu. diuerſis. q; tñ non fatemur.

4 †Item not. q; hæc decre. habet locum in eccleſijs regrentibus reſidentiam, verùm etiam nō requirentibus in eo caſu, qñ vagatur, quia ſufficit delictum vagationis ad priuationē eius. 7. q. 1. nō oportet. & c. ſeq. Item & in eo caſu, qñ ex iuſta cauſa abſunt, ſed moniti vbi ſunt pro neceſsitatib. vel vtilitatibus eccleſiæ ſuæ, venire recuſant, quia tunc poterunt priuari eccleſia. argumentum. 11. q. 3. ſicut autem. & c. abſit. Si verò præſumptiuè habeant

habeant primam pro derelicta, quod ex eo vehementer præſumitur, quòd accepit ſecundam, quæ requirit reſidentiam, vel quia accepit vxorem, vel quia agit ſolennem pœnitentiam. 81. diſt. c. fi. ſup. proxi. titu. c. 1. & 2. 21. q. 2. ſi quis. iam ſtatim vacat prima, quæ ſimiliter reſidentiam requirit, quamuis fortè melius dicatur, quod nunquam ſit ſic conferendum beneficium, quia & ſi vacet de iure, non tamen de facto, niſi ſibi primò ſententialiter adiudicetur. infrà, de conceſ. præbend. vel ec. non va. literas. ſup. eo. ex parte. & ſatis colligitur. ſup. tit. prox. c. 1. niſi in caſu. inf. de præbend. & dig. de multa. & not. inf. de præbend. vel ec. non va. non noſtris. Si verò cauſa leuitatis vagatur, ſi poteſt de facili inueniri, vel ſcitur vbi ipſe ſit perſonaliter eſt requirendus, vel à capitulo ſuo, ſi epiſcopus ſit abſens, vel ab alio qui ius requirendi habeat, vel quem res tangat, & ſi requiſitus non venerit, licet ſua authoritate nō poſsit procedere ad electionem, obtenta tamen licentia à ſuperiore, qui præſtare debet eligere alium. ſup. e. qualiter. Si verò neſcitur vbi ſit, vel de facili citari non poteſt, puta quia eſt vltra mare, vel remota prouincia, fiet quod dicitur hic. argu. inf. qui ma. accu. poſ. relatum. interim autem de fructibus eccleſiæ faciet eccleſiæ deſeruire. ſup. de ap. peruenit. 2. inf. eo. cùm ad hoc. Alij dicunt, quòd ſi eſt monitus, vel etiam ſine monitione & ſuperioris authoritate, ſi certum eſt, quod ab eccleſia abeſt ſine cauſa, poteſt alij conferre eandem eccleſiam. inf. de præbend. & dig. extirpandæ. Hic autem certum eſt, quod licet reuertatur, tamen punietur de eo, q; abſens fuit, ſiue in diebus feſtiuis, ſiue alijs, vltra quam debuit. 7. q. 1. ſi quis. 50. diſtin. contumaces.

5 (Edictum) † ſufficit edicta in publico proponi, & ſi non perueniant ad citatum. ſup. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. ſi aduerſarius. & C. q̄modo & quando iud. ab eo. ar. contra. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin. l. 1. §. item cùm ex edicto. ſed ibi non fuit ſolenniter propoſitū. † Spoliari) etiam lite non conteſtata, eſt enim hic caſus, vbi lite non conteſtata proceditur ad priuationem eccleſiæ, ſic. ſupr. vt lite non conteſta. quoniam. §. 2. ſecùs autem ſi propter crimen peteretur repelli, quia tunc non niſi lit. conteſt. agi poſſet: vt no. ſup. vt lite nō conteſt. quoniam. (Procedatur) excommunicando & ſuſpendendo poteſt archiepiſcopus procedere contra epiſcopos deſerentes eccleſias ſuas, remoueri autem ab archiepiſcopatu, vel adminiſtratione non poteſt: ſed hoc hic ſpecialiter legato conceditur.

6 (Remoueat) † hic videtur quòd licet prælatus ſit excommunicatus, non tamen debet propter hoc ceſſare ab adminiſtratione p̄laturæ ſuæ. Contra. ſup. de app. paſtoralis. in fin. Sol. quidam reſpondent, quod adminiſtrare debent in temporalibus, & etiam in ſpiritualibus, ſed per alios. Cùm enim in prælatura tolerentur, & ipſis imputaretur, niſi adminiſtrarent & ſubditis imputaretur, niſi obedirent. 8. q. 4. nónne. Ipſe tamen adminiſtraret & ſubditis imputaretur, ſi prælatus non vteretur rebus eccleſiæ, quia qui caret officio carere debet & beneficio: vt not. ſup. de appel. paſtoralis. Alij dicunt, quod ex quo excommunicatus eſt nunquam ſe debet admiſcere adminiſtrationi temporalium, nec ſpiritualium. arg. præall. decre. paſtoralis. & quia peccat alijs communicando, & intelligitur, q̄d hic dicit, quia ipſi prælati per excōmunicationem & ſuſpenſionem primam & ſimplicem, benè priuantur adminiſtratione temporaliū & ſpiritualium, ſed eis abſolutis, ſtatim recuperant ipſo iure adminiſtrationē, ſed quando amouentur ab epiſcopalibus, tunc non reſtituentur ipſo iure, ſed poſt abſolutionem, imò alij in locum eorum ponuntur, vt hic.

CAPVT XII.

TVAE FRATERNITATIS.

CAPVT XIII.

CVM DECOREM. (Dimiſsis) ſcilicet dignitatibus.

CAPVT XIIII.

EX PARTE. (Abſentando) verba enim in iuramento poſita legitimam interpretationem recipiunt. inf. ad audientiam. (Reſidens) reſidens intelligitur, ſiue præſens ſit, ſiue abſens, dummodò pro negotijs eccleſiæ abſit. inf. c. proxi. præſens autem ſemper dicitur q negotijs eccleſiæ adeſt.

CAPVT XV.

CVM DILECTVS. (Gaudere) ſic. ſup. eod. decætero.

CAPVT

CAPVT XVI.

1 *Dispensatio non est necessaria, vbi non est factum contra iuramentum, quod sic erat interpretandum.*

AD AVDIENTIAM. (Decernimus) Nota. non dispensat hîc Papa, sed decernit. Non est enim necessaria dispensatio, cùm non facerent contra iuramentum, quod sic interpretandum est. sup. eo. ex parte. 2. not. sup. eo. decætero. (Dici) sic. sup. eo. ex parte. & c. decætero.

CAPVT XVII.

VM AD HOC. (Indulgentijs). Hoc est de gratia & propter causam scilicet defectum seruitiorũ. (Prædecessorum) dicunt quidam hoc ius commune, quia sicut sine causæ cognitione non potest prohibere vltra tempus suæ administrationis. ff. de pen. l. vlt. ita nec licentiam dare. Alij dicunt q̃d hoc fuit de gratia speciali & ex causa.

CAPVT XVIII.

1 *Qui tenentur residere in beneficio, quãdo possint eo spoliari.*

2 *Cùm confirmatur clericus alterius dioc. oportet habere permissionem.*

1 CLERICOS. (Beneficia) †habentia curam animarũ, vel potest loqui etiam de minoribus clericis, & de simplicibus beneficijs, etiã si non habeant curam animarum, sed tamen requirunt residentiam, vel ex statuto, vel ex priuilegio, vel ex consuetudine approbata. Hi enim possunt spoliari illo beneficio, in quo residere tenentur, nisi moniti resideant, & de talibus beneficijs potest intelligi. sup. eod. quia non. & cap. relatum. infrà, de præbend. cùm non ignores. 70. distinctione. sanctorum. Si autem non requirunt residentiam beneficia, tunc nisi causa subesset, vel necessitas, vel vtilitas, non cogeretur in aliqua ecclesia morari, quia hoc præcipere nõ pertinet ad eius officium. argu. 7. quæst. prima. quia frater. Clerici enim possunt habere plura beneficia in talibus ecclesijs, quæ scilicet residentiam non requirunt. argumentum. sup. de excep. cum ecclesiastic̃. argumentum. ad hoc quod episcopus alijs clericis, & etiam peregrinis, potest concedere beneficia in talibus ecclesijs. 16. quæstio. 1. possessiones. Facit autem ad hoc. sup. de constitu. cùm omnes. Nec obstabat si dicitur, quia non potest duabus ecclesijs seruire. 26. distinctio. acutius. Respond. quòd omnes ecclesiæ vna ecclesia sunt. 21. distinctio. quamuis. Nec obst. inf. de præbend. cùm secundum. vbi innuitur à contrario sensu, quòd qui non seruit altari, non viuet de altari, cùm tam qui residet quàm qui non residet seruit altari, dummodò benè viuat, & benè expendat, quod inde percipit. Item quicquid habet ecclesia pietati, deputatum est. 12. quæstio. secunda. aurum habet. 54. distinct. multos. intelligo tamen omne beneficium residentiam requirere nisi contrarium constet.

† Hoc tamen nota, quòd siue beneficium requirat residentiam, siue non: interim tamen, quamdiu priuetur, habebit vocem in electionibus, & in alijs, quæ in illa ecclesia fuerint facienda, nisi contraria sit consuetudo, sed præbendã non recipiet de beneficijs, quæ residentiam requirunt, & sic potest intelligi. 70. distinctio. sanctorum. vbi dicitur, quòd ex dispensatione episcopi, non potest esse canonicus præbendarius, quasi dicat, quod aliàs erit canonicus, & in alijs, sed præbendam non habebit, & hanc interpretationem videtur ecclesia recepisse de facto, licet enim episcopus prioris ecclesiæ dispensare possit tacitè, & expressè, vel sustinere secundum nos sine dispensatione, quod habeat canonicatum in alio episcopatu, si placuerit secundo episcopo, vel in suo. Non tamen valet dispensatio eius, vt contra statutum vel consuetudinem ecclesiæ habeat præbendam. Et est ratio, quia si haberet præbendam notaretur cupiditate. inf. c. proximo. cùm iam dudum. Item diminuentur præbendæ aliorum, & non debet dispensare cum alterius præiudicio, sed quod interfit electioni oneris est. Item & ecclesijs ad profectum est, quanto plures sunt consiliarij. 64. distinctio. extra. & dicimus quòd si scienter secundi elegerunt clericum habentem aliud beneficium sine aliqua conditione hac, scilicet si voluerit, & poterit primum beneficium dimittere, sed potius cùm voluerit vtrumq; beneficiũ habere, videtur renunciasse priuilegio vel statuto, quantum in se est quòd habeat de residentia facienda. argumentum. suprà, de constit.

cõstit. cùm accessissent. & cùm M. Ferra. tamen licet sic purè & sine conditione elegerint episcopus, si nõ vult, non cogitur confirmare, quia sine eius authoritate cõsuetudinem, vel statutum infringere non possunt. sup. de cõsue. cùm consuetudinis. Sed si vult, confirmabit eum, & erit canonicus, sed non præbendarius *a*, nisi resideat, quia licet intelligantur renunciasse priuilegio, vel consuetudini, quòd non teneantur facere residentiam, non tamẽ renunciant iuri communi, in quo cauetur, quòd non debeant habere præbendam, nisi si & seruiãt. 13. q. 1. c. 2. & maximè cùm vergant in præiudicium ecclesiæ, & fortè hac ratione. s. quòd vergit in damnum ecclesiæ dici potest, quòd nõ videntur, nec possunt renunciare priuilegio suo.

2 †Et no. quòd quando confirmat clericum alterius dioce. vel episcopi, oportet q̃ permissionem habeat à priore episcopo. 72. dist. per totum. Vel dic, quod licet sine licentia prioris episcopi nõ posset clericum alterius episcopi auferre, vel etiam ad ordines promouere, si tamen non aufert ei, vel nõ promouet ad ordines vt offerat, quia benè vult, quòd in omnibus vt prius priori episcopo seruiat, benè potest eum cõfirmare in canonicũ suæ ecclesiæ. Si autem consuetudo sit primæ ecclesiæ seu statutũ, quod hoc ipso, quòd accipit secundam, videatur primam habere pro derelicta, consuetudo hæc tanquam laudabilis est seruanda. 12. di. illud. Si autem electores clericum, quem eligunt nescirent beneficiatum in ecclesia, quæ residentiam requirit: tunc nisi ei renunciaret, possunt eum refutare. ff. de act. emp. l. iul. in princ. Item differentia est inter consuetudinẽ quæ est, quòd continuam residentiam faciat, & eam quæ habet, quòd non recipiat beneficium, nisi resideat, quod primam *b b* videtur ipso iure renunciare recipiendo secundam, quæ similiter residentiam requirit: vt no. suprà eo. ex tuæ. Secundam autem non videtur renunciare, cùm hoc consuetudo non habeat.

TITVLVS V.

DE PRAEBENDIS ET DIGNITATIBVS.

CAPVT I.

VT NVLLVS. (Consanguinitatis) 8. q. 1. apostolica.

CAPVT II.

NON LICEAT. (Clericos). Hinc collige quod etiã clericis in minoribus ordinibus constitutis debet prouidere ordinator. arg. 28. distin. de his. Sed Romana ecclesia non cogit prouideri, nisi constitutis in sacris ordinibus. inf. eod. cùm secundum apostolum. & c. episcopus.

a *Sed non præbẽdarius. Et sic quis potest esse canonicus sine præbenda. Adde Abb. qui hoc refert in c. cùm M. colum. 5. vers. quãdoque. sup. de constit.*

CAPVT III.

RATIO. (Proprijs) quòd sibi tanquam proprium teneat, vel hęredibus dimittat per præbendas, non tamen prohibentur hîc diuidere.

CAPVT IIII.

1 *Ordinator non cogitur prouidere ordinato.*

2 *An sit necessarium quod ordinator & ordinatus consentiat quod de patrimonialibus viuat.*

b *Quod primã. Ad hoc dictum Innoc. hic, vide Oldra. Lau. in suo cõsi. 220. & Petrũ de Anch. in cõsil. 59. inci. in publicis relationib. col. 2. vers. sed hic incidenter. et Cardi. in cõsi. suo. 3. inci. circa elucidationẽ. col. 2. in prin.*

PISCOPVS. (Titulo). i. ecclesia. (Subministret) pro qualitate ecclesiæ & dignitate clerici. ff. de ali. & cib. leg. l. antepen. ff. de iu. do. quæro. (De paterna.)

1 †Not. non cogi ordinatorem ordinato prouidere per decre. inf. eod. cùm secundũ. si de patrimonio sustẽtari valeat. ar. 1. q. 2. pastoralis. & c. clericos. tamen nõ credimus *c*, quòd qui habet beneficium, viuere debeat de patrimonio, sed de altari. inf. eod. cùm secundum. arg. contra. 1. q. 2. pastoralis. sed ibi intendit actor canonicis prohibere, ne quis de patrimonio auaro thesaurizet, & bona ecclesiæ expendat, aliàs autem benè licet bona sua conseruare hæredibus, & bona ecclęsiæ expendere.

c *Tamẽ nõ credimus. Addẽ Abb. in c. cùm esses. ad fi. inf. de rẽsti. qui refert hoc dictũ Inno. & Felix in c. ex literis. colũ. 2. in princ. sup. de constitu.*

2 †(Paterna) credimus autem necessariũ, quòd ordinator & ordinatus exprẽsse consentiant, quod de patrimonialibus viuat, alioquin poterit petere beneficium ab ordinatore. ar. qui altari seruit, etc. inf. eo. cùm secundum. Alij tamen contrarium dicunt. ar. pro eis hic. & inf. eo. tui. & credimus quòd alius episcopus præter proprium, non poterit eum ordinare sine titulo ecclesiæ, quia non licet ibi conferre ordines, sicut nec alia sacramenta. inf. de paroch. c. 3. ar. 71. dist. primatus. Item non credimus, quòd propter hoc patrimonium eius fiat ecclesiasticum, & quod alienandum sit cum solennitate canoniæ,

ſed tamen ſi alienat ordinator, non debet ei prouidere, ſed ipſe ipſi imputet. Si tamen caſu fortuito periret, deberet ei ſicut alij prouideri. 7. quæſtio. 1. præſentium. & c. paſtoralis.

CAPVT V.

1 *Quia non intelligitur. Adde Abb. in c. cùm M. col. 4. verſ. in gl. 3. ſup. de cõſtit. & Feli. in d. c. cùm M. col. 8. verſi. in glo. in ver. receperunt.*

QVIA INTANTVM (Duas) inf. eo. de multa. (de multitudine) ſcilicet, præbendarum vel eccleſiarum.

CAPVT VI.

QVM TENEAMVR. (Beneficium) repete quæ dixi ſup. de reſcrip. mãdatum. (Commodè) argumen. à contrario ſenſu, ergò ſi nõ poteſt commodè ſuſtentari valent literæ, dic vt notatur ſup. de reſcrip. poſtulaſti.

CAPVT VII.

REFERENTE. (Tuus) Scribitur ordinario. (Spoliauit) hoc habuit de conſuetudine archidia. vt not. ſup. de offic. archidi. cùm ſatis. tamen in duobus peccauit archidia. quia ordinem iudiciarum non ſeruauit, non enim eum per ſententiam ſpoliauit, quòd ſi feciſſet teneret ſententia, nec deberet ſibi reſtitui eccleſia, cùm ſentẽtia tranſiret in rem iudicatam, quia appellatio ad archiepiſcopum facta, non potuit extinguere. 2. qõ. 6. Metropol. Secundò peccauit, quia ei optionẽ eligendi non dedit. (Appellauit) & malè, quia de ſpeciali cõſuetudine erat, quòd appellabatur poſtpoſitis medijs ad archiepiſcopum, contra id quod eſt. 2. qõ. 6. Metropol. & ff. de appel. Imperatores. Vel dic, quòd hîc non probatur factum archiepiſcopi, licet de facto proceſſerunt. (Reſtitutus) cùm non teneret appellatio ad eum facta, non tenuit reſtitutio. (Venire) ſiue pendente appellatione, quæ non tenebat, ſiue pòſt, quia non vult allegare ſuum ius, ideircò tenet excommunicatio. ſup. de appel. ſi duobus. inf. eod. ad hæc. (Adſtrinxit) ſecundo. (maluerit) de rigore iuris eſſet vtraque priuandus. 7. quæſtio. 1. ſi quis epiſcopus eos. ſed hoc eſt de minima. ſup. de transla. præla. c. quanto. hodie autem hoc eſt correctum. inf. eod. de multa. ſed hodie eſſet vtraque priuandus ſi vtranque contenderet retinere. inf. eod. de multa. & ſup. de æta. & qualit. eam te.

CAPVT VIII.

MAIORIBVS. (Diuiſionẽ) per hoc tamen non prohibemus de vna præbẽda, ſi nimis magna eſſet aliquid inde trahere, & maiorem partem eius, ſi nimis excedit alijs præbendis adijcere,

2 quia non intelligitur per hoc diuidi præbenda, imò in ſuo ſtatu integra manet, licet ſit diminuta in penſionibus, vel reditibus, quia hoc nomen præbenda nomen eſt iuris, & non cõſtituitur tantùm ex poſſeſſionibus, ſed ex iure quodam ſpeciali, cui annexa eſt præbenda, ſed fortè ſine aliquo reditu non poſſet conſtitui præbenda, vel ius præbendæ, cùm non eſſet ibi, q̃ præberetur præbendario, & hac ratione. ſ. quia non poteſt conſtitui præbenda ſine redditibus, patet q̃ in eccleſijs vbi ſunt. 12. canonici non poteſt cõſtitui numerus. 10. vel minus præbendarum, quia ſequeretur quòd vna p̃bẽda inter plures diuideretur, ſed tamen ibi poteſt conſtitui certus numerus paucorũ canonicorum quàm ſint præſentes canonici, vel præbenda, quia ibi canonicatus benè reſidet etiam penes illos, qui modò ſunt ſuper numerũ, & moritur cum eis. inf. eod. cùm dilectus. Item licet ad vnam p̃ebendam non teneat electio facta de duobus. inf. e. tuæ. tamen ſi ad vnum canonicatum vacantem etiam, vbi eſt diſtinctus numerus canonicorum duo eligantur, tenebit electio, quia videntur renunciare numero. argu. ſup. de conſtit. cùm M. & inf. eo. c. relatum. & c. dilectus. ſed numero præbendarum nõ videtur renunciare, licet plures ad vnam eligantur, quia vna præbenda non tantùm conſiſtit in iure, imò in facto & reditibus. Vnde oportet quòd ſi debet deſtrui q̃ ipſo facto & expreſſè deſtruatur, & qui elegit duos ad vnam præbendam non intendit eam deſtruere. ar. præalleg. decre. cùm M. Alij contradicunt & benè, dicentes: quòd non valet electio plurium canonicorum ad vnam præbendam, vt not. ſup. de conſtit. cùm M. ita quòd vna remaneat p̃ebenda, ſed vnus ex duobus electis habeat vnam mediam, & alius aliam mediam. inf. eod. tuę. nam ſi ex vna fierẽt duæ, hoc non prohibetur. inf. eo. vacante. p̃terea non habet locum, niſi vbi præbendæ ſunt diſtinctæ. inf. eod. dilecto. Innocen.

CAPVT IX.

1 *Si Papa pro aliquo ſcribit poſt receptionem aliquem à capitulo factam quis præferendus ſit,*

2 Nunquid

2 *Nunquid receptus in canonicum, poſſit excipere contra literas.*

3 *Receptus in canonicum per literas apoſtolicas, quorum præſentationis tempus neſcitur, quid agere debeat circa præbendæ petitionem, & vide in nu. 4.*

RELATVM. (Vacat). Hæc decre. non loquitur de iure, ſed de gratia in eo, quod dicit quòd aſſignet ſibi præbẽdam, quæ nunc vacat, vel æquè primo vacauerit ſecundum prouiſionẽ, quia certum eſt, quòd non valet promiſsio de præbenda vacatura. Illud autem poterat mandare de iure, quòd ex quo receptus eſt, quòd detur ei p̃ebenda, quàm cito ſe facultas obtulerit. infrà eodem, dilect. fil.

1 †Sed ſi poſt receptionẽ aliquam à capitulo Papa ſcribit pro aliquo quis p̃fertur? reſpon. is pro quo ſcribit Papa ſi iam receptus eſt, quod ſic probo. Primus nullũ ius habet in præbenda vacatura, quia capitulum nullum ſibi ius in ea cõferre potuit, ſed receptus in canonicum per Papã habet ius: vt not. inf. eo. c. inter cætera.

2 †Vtrum autem poſsit receptus in canonicum excipere contra literas. no. ſ. de reſcrip. mandato. ſed ſi ante receptionem retento primo caſu capitulum conferat p̃ebendã recepto à ſe, tenet collatio, quia ille pro quo ſcribit per literas executorias ante receptionẽ nullum ius habet in præbenda: vt inf. eo. inter. ſed capitulum tenetur intantũ prouidere canonico, ſi malitioſè litigauit contra eum. inf. eod. dilectus fil. G. Si autem non malitioſè contraxiſſent, tunc nõ recuperaret præbendam collatam pendente lite, ſed habebit ius in alia quę primò vacabit poſt receptionem ſuam in canonicum.

☞ †Sed oppones hoc non poſſe ſtare, quia Papa ſcribebat tantum quod ſibi daretur prima vacatura, ergò aliam petere nõ poterit? Reſpon. quia Papa quando mandauit, quòd reciperetur in canonicum, non mandauit de certo canonicatu, ſcilicet primo, vel ſecundo, ſed præciſè mandauit, vt omnimodè reciperetur in canonicum, & ſicut in literis Papæ præmittebatur q̃ reciperetur in canonicum, & poſtea ſequeretur quòd aſſignaretur ſibi præbenda, quæ vacaret, ſubintelligẽdum eſt, poſt receptionem in canonicum. Item alia ratione debet habere primã, quia hoc ipſo, quòd receptus eſt in canonicum, debet habere præbendã, cùm ſe facultas offeret, primam autem habere debet, & alijs ante eum per capitulum receptis p̃ferri, quia Papa diſpenſauit cum eo per literas ſuas, quòd habeat vacaturam, imò & ſi aliqui propter Papam recepti eſſent in canonicos ſine p̃ebenda pendente lite cum primo, dicimus quod iſtis p̃fertur, dummodò præſentatio ſuarũ præceſſerit præſentationem literarum aliarum. ſ. de reſcrip. capitulum. Alia ratione etiam hoc ipſum probamus, nam cùm adhuc inuenitur præbenda vacans, nec adhuc aliquis in ea habeat ius, & appareat eũ alios præceſsiſſe in præſentatione literarum, & debuiſſe etiam præcedere in receptione in canonicũ, & quia apparet, quòd nõ habuerunt ius ei mouẽdi litem in ea ſuccubuerint, & tãdem eum receperint, meritò debet eis præferri, & ſi poſt receptionem ſuam alijs conferatur, credimus quòd auferetur ab eo, & dabitur primo præſentanti, licet poſterius receptor, quia ex ſua receptiõe habet ipſe ius in ea, & alij poſtea recepti ordine p̃ſentationis ſeruato habẽt ius in alijs, hoc ſcilicet quòd debent alijs præferri, & ſi alijs cõferantur reuocantur ab eis, vt not. inf. eo. inter cætera.

3 †Sed quæritur quid dices ſi certum eſt, quòd aliquis receptus eſt in canonicũ, & per literas apoſtolicas, ſed neſcitur tẽpus præſentationis literarum, & ideò neſcit quam præbendam petiturus eſt? Reſpon. quia tunc debet dimittere in pace omnes, qui habent præbendas, quia ſi vellet agere contra eos, qui habuerunt præbẽdam antequam receptus eſſet, certum eſt, quòd hoc non poteſt. inf. eod. dilectus fil. G. Sed contra illos, qui habuerunt præbendã poſt ſuam receptionem poſſet, ſed incertũ eſt vtrum ipſe, vel aliquis aliorum eorũ receptorum per Papam prius præſentauit literas, nec tunc poteſt petere aliquam, & ſi certum ſit, quòd aliqua de his præbendis ſibi debeatur: tamen quia non debetur ſibi aliqua, niſi illa quæ primò vacauit poſt receptionẽ ſuam, ſi nullus eum præcedebat in præſentatione. Vel ſi præcedebat eum alius, debet aliam habere, & certam ſeruato ordine præſentationis. ſup. de reſcrip. capitulum. ſed neſcit quã nec ipſe probat, quę ſit illa certa ſibi debeatur ſeruato ordine p̃ſentatiõis, ergò cõtra quemcunque agat, abſoluetur reus, quia vbi dubia ſunt iura partium pro reo interpretandum eſt. ſuprà de fid. inſtru. inter. 6. quęſt. 5. actor. de vacaturis autem p̃bendis poterit petere primam, dummodò

modò nullus sit qui præcedat in præsentatione literarum, si autem alius præcedat in vacatura, seruabitur ordo prædictus, & hoc ratiõe præsentis decre. quæ dicit, quòd ex quo receptus est in canonicum debet habere præbendam. infrà eod. dilectus fil. G. Imò dicunt quidam, quod etiam si certum esset, quòd si vellet agere contra certam personam, quod obtineret de vnius iure, tamen quia exercet lites præeligit ordine suo vnam de vacaturis, quòd potest, dummodò talis sit quod si esset in eo statu, quòd si nulla ei præbenda delata esset omnes alios qui expectant præcedere deberet de iure, & hoc probo, quia per taciturnitatem huiusmodi nullũ fit alijs præiudicium, cùm etiam si aufert primo suã præbẽdam primus præfertur etiam expectantibus vacaturas.

4 †Sed dices, iste sic receptus, habet ius in prima præbenda, vt dictum est: vt not. inf. eod. inter cætera. & eodem modo potest petere secundam, ergò habes ius in in duabus? Respon. quod verum est, quod habet ius in prima, sed recepta secunda, perdit illud ius, & transit ad eum qui proximus est post eum, nã qui prior est tempore, debet esse potior in iure. sup. de maio. & obe. c. 1. & dicunt quidam hoc esse verum, si secundus est receptus in canonicum authoritate Papæ, & propter hoc habeat ius in secunda præbenda. & hoc dicunt arg. præalleg. decre. de ma. & obe. c. 1. Alij intelligunt, quòd si secundus receptus est, & per hoc est sibi ius quæsitum in secunda præbenda, quia tunc non poterit primo receptus petere secundam præbendam, quia non licet collatori alterius ius in alium transferre, sed si secundo non esset ius quæsitum in secunda præbenda, puta quia non esset receptus in canonicum, vel esset receptus, sed non authoritate Papæ, tunc conferenda esset præbenda tantùm primo. ar. quia si prębenda inuenitur vacãs, & nec primus habet ius, nec secundus. Melius est, quòd primo assignetur præbenda, quæ est expedita. Et secundo detur præbenda, quæ est in lite, imò plus videtur, quòd si aliquis habuisset prębendam vnã per decem annos, & modò spoliatus esset ea de facto, vel de iure fortè, quod alij debebatur. Si modò aliqua inuenitur vacans dãda est sibi & non alijs, pro quibus scriptum est. arg. 7. q. 1. pastoralis. (Secundum promissionem) ad idem etiã sine promissione tenetur. inf. eod. dilect. & suprà de constitut. cùm M. promissio enim sola sine receptione in canonicum reprobatur. inf. de concess. pręben. vel eccle. non vacan. c. 2. & etiam cum receptione. suprà eod. relatum. (Careat.) si vacat vel aliàs ei potest de communibus prouẽtibus prouidere. sup. de constit. cùm M.

CAPVT X.

AVARITIAE. (Portiones.) Fortè aliquas res communes habebant monachi cum ecclesijs suis, & ipsarum ecclesiarum portionem monachi abstulerant, & hic est sensus. Monachi suas portiones augebant, portiones vel reditus, quas clerici percipere consueuerunt, monachi diminuebant, & hoc sonat litera, vel portiones dic præbendas quæ consueuerunt clericis assignari. (Cõsensu) si autem eius consensus interueniat, secùs: vt inf. de eccle. edi. ad audientiam. infrà. de excess. pręla. sicut, 16. q. 1. sicut duo. & similiter prælatus nõ potest facere clericis non consentientibus, vt dicta decreta. ad audientiã. arg. 56. distinct. satis peruersum, & si sine causa consentire nolent, cogendi sunt. arg. de his quæ fi. à maio. par. cap. c. vlti.

CAPVT XI.

1 *Pacta inter partes facta, an & quando à superioribus iudicibus possint mutari, confirmari, & interpellari.*

SIGNIFICATVM. Ita dicunt quidam, & benè, quia hîc fuit statutum, & ideò à simonia excusantur. de hoc no. suprà de elec. significasti. (Dimittere) sine peccato & non poterat dimittere. suprà de renun. admonet. (Præbendam) scilicet officium, quòd sibi faciendum imminet per annum. Alij denegare faciendum cum præbenda, & hoc est, quod in sequentibus confirmat. (Assiduè debeat eatenus). †Nota pacta inter partes facta, postea confirmari, vel interpretanda à iudice vel temperanda, nam cùm dictum esset inter partes, quòd omni die cantaret missam de sancta Maria, & in confirmatione dicitur, quòd cantaret missam simpliciter non adiecto sanctæ Mariæ, insuper addit salua honestate scilicet & deuotione. Iterum cùm dictum esset, quòd non liceret ei dimittere ecclesiam in confirmatione dicitur causa voluptatis, siue ad aliam transire. Non credimus tamen aliquid esse in pactis à iure tolerabile, quòd illud liceret à confirmatione commutari, sed hæc immutatio non propriè potest dici mutatio, sed interpretatio. Alij tamen dicunt, quòd si pacta respiciunt tantũ religionem, sicut est cantare missam de sancta Maria, quòd licet superioribus eã mutare, sicut hîc, etiam si sint licita, sed si respicerent temporale commodum, non liceret superioribus ea mutare, dũmodò licita sint. (Honestate) quia fortè non deceret eum celebrare cum vilibus ornamẽtis, vel in calice æreo. (Deuotionem) quia non deceret eum celebrare, si per somnũ pollutus esset. 6. di. c. 1. vel quod bis celebraret in die. de consec. dist. 2. sufficit (hoc illi dĩuinum officium) quòd est idem ac si diceret sibi non licet ad aliam ecclesiam transire. (Voluptatis) causã autem religionis potest inf. de reg. licet.

CAPVT XII.

1 *Religiosi vbi tantùm iuspatronus habent, nõ possunt augere, neque censum neque pensionem. & in nu. 2.*

DE MONACHIS. (Hospitalitatẽ) solitam & cõgruentem, omnes autem recipere non possunt. arg. 85. dist. florentinum. 42. dist. §. 1. & si talem portionẽ nolint assignare, episcopus alijs conferet ecclesiam. suprà de sup. neg. præla. sicut. †Assignatum) vbi religiosi solum iuspatronatus habent, neq; censum neque pensionem possunt augere. ſ. eod. auaritiæ. sup. de pa. cùm clerici. infrà de censi. prohibemus. imò plus videtur, q; si habẽs nouum iuspatronatus, nõ solùm non debet augere censum, sed nec etiam habere, quamuis posset responderi quòd licet patrono ex pacto aliquid recipere. 18. q. vlti. Eleuthe.

2 †Nos credimus quòd abbas, vel quis alius clericus ab ecclesia, cuius est patronus, nihil accipiet, nisi censum solitum. inf. de censi. prohibemus. nam si episcopo hoc non licet. 10. q. 3. quia. & c. seq. 18. q. 1. c. 1. quomodo licebit abbati.

Et hoc quod dictum est, habet locum, vbi possessiones pleno iure transferuntur in ecclesiam ædificatam. Si verò proprietas possessionũ non transfertur sed remanet penes ędificatorẽ, ita tamen quòd ędificata ecclesiã habeat vtile dominium sub certa pensione, quam reddat ædificatori, vel etiã sine pensione, & sic videtur sonare hoc. & 12. q. 2. bonæ. vbi videtur dicere, quod episcopus certã partẽ sensus trãsferat in monasterium, quamuis nõ negẽt & proprietatem rerum transferri posse. inf. de dona. apostolicæ. & tũc nõ licet augere pensionem, & si fiat ponitur. ſ. de pac. cùm clerici. nisi fiat cum authoritate episcopi, & episcopus nunquã consentire debet, quòd reditus soliti clericorum minorentur. sup. eo. auaritiæ. & nisi ita prouideatur, quòd clerici hospitalitatem seruare possint, & episcopo de iurib. episcopalibus respondere. vt hîc. & inf. de cẽsi. præterea. ſ. de sup. neg. præla. sicut. & in hoc casu intelligunt. c. quæ dicũt, quòd debet rationem reddere abbati de tẽporalibus. 16. q. 2. sanè. inf. de capel. mona. c. 1. Dicũt tamen quidam & non malè, quòd vbicũque aliqui habeant ecclesias propria fundatione possunt exigere rationem de tẽporalibus, & etiam addunt quidam, quòd possunt augere pensiones, & sic intelligunt. c. hoc.

CAPVT XIII.

AD HAEC. (Licet vel diuersis) inf. eod. de multa. vbi notatur.

CAPVT XIIII.

PRAETEREA. (Vtraque) & malè. inf. de reli. do. ne viquia etiam de voluntate abbatis & conuentus hoc fieri non potest. arg. sup. de elec. constitutus. (Altero) de hoc not. suprà eo. referente. tamen id quod ibi diximus, non credimus locum habere in religiosis, qui proprium velle non habent. 12. q. 1. nõ dicatis. & quod hic sibi data est optio eligendi, gratia fuit, quia tantum vltimam, quam receperat & accipere poterat authoritate primi prælati, tenere debebat. 21. q. 2. si quis iam. & de hoc not. sup. eod. referente.

CAPVT XV.

1 *An vna ecclesia, plures debeat habere sacerdotes curam animarum gerentes.*
2 *Item an in vna ecclesia plures esse possint prælati.*

VM NON. (Ecclesia) & ita videtur quòd loquatur de ecclesijs sed quod de prębendis loquat apparet infrà, vbi dicit locum quasi non plures 1 sunt ecclesiæ. † Vnius) inf. eod. multa. nec

vna eccleſia debet habere plures ſacerdotes. 21. q. 2. c. ſicut. 7. q. 1. in apibus. vnus enim debet eſſe ſuper alios, qui curam habeat animarũ, & ſi alicui contingat, quòd in vna eccleſia plures ſibi ſint ſacerdotes, q pariter habeant curam animarum totius parochiæ non eſt contra ius, quia ipſi non ſunt prælati, vel ſponſi, nec aliquis eorum, ſed epiſcopus vel alius ſuperior erit prælatus eorum, & licet nõ habeant prælatum, tamen ſunt collegium *a*, quia adeſſe collegij nõ exigitur, quod ibi ſit prælatus. arg. ff. cuiuſque vniuer. l. 1.

a *Sunt collegiũ. hoc dictũ Inno. alle. Feli. in proœ. grego. verſi. tertio fallit. & vide eũdẽ Feli. in c. ex literis. colum. 2. verſus finẽ. ſup. de cõſti. vbi allegat hoc dictũ tenentes & ipſi contradicentes. et referet etiã Abbas. in c. 1. colum 2. ſuprà de electi. & Car in conſi. 30. incip. in hac dubia. colũ. 2. in prin.*

2 † Item benè licet in vna eccleſia eſſe plures prælatos, ſecundum diuerſa; ſicut in vna eccleſia poteſt eſſe archidia. qui præerit in his quæ ad iuriſdictionem ſuã pertinent, & archipresbyter in alijs, & ſic de cæteris. Item non eſt contra ius, ſi in eadem eccleſia plures ſunt prælati, ſed vnus ſub alio; ſicut apparet in epiſcopo, qui eſt prælatus in omnibus eccleſijs, & tamen ſingulæ habent ſingulos prælatos. Sed hoc eſt ea ratione, qa vna poteſtas eſt ſub alia. Vel dic ipſum collegium dicitur prælatus ſingulorum, & prælatus in adminiſtratione tam temporalium, quàm ſpiritualium, argumentum. ſuprà de officio ordinato. irrefragabili. quam adminiſtrationem per plures ſacerdotes poteſt facere, & ſi eſt conſuetudo quòd capitulum committat curam iſtam animarum, quibus vult, & quod eos mutet, quando vult, nõ dicũ-
b tur *b* illi ſacerdotes habere curam animarum, ſi autem perpetuò daretur à capitulo, vel etiam à quocunque alio, vel etiam hoc ipſum de conſuetudine eſt, quòd quicunque ſacerdos eſt qui curam habeat animarum populi illius eccleſiæ, nec poteſt ab ea remoueri ſine cauſa, videtur quòd cenſendus eſt iſte ſacerdos iure ſacerdotis habentis curam animarum, ſiue vt proprius ſacerdos, ſiue vt vicarius. ſup. de fil. presbyter. conſtitutus. C. de manu. l. 1. (Locum habere) quòd facere non debet regulariter, caſualiter ſecùs, aliquando obtinet, puta ſi diſpẽſetur. 70. diſt. ſanctorum. Item ſi eccleſiæ ſunt pauperes. 10. q. 3. vnio. Item ſi non inueniantur idonei clerici pro eccleſijs ſingulis. 21. q. 1. c. 1. Item ſi vna ſit intitulata alia commendata. 31. q. 1. qui plures. Item ſi vna pendet ex altera. ſup. de æta. & quali. eam te(dubas) ſi vis exponere locum pro præbenda, dic quòd tales erunt præbendæ, quòd reſidentiam requirebant. ſup. tit. proxi. c. vlti. (Diſſentientibus) forte iſte presbyter noluit conſentire, niſi haberet vtrumque, poſtea autem mutato propoſito, voluit conſentire, ſed alij nolebant, vnde dicitur, quod cùm eorum ſcandalo non perat. ſuprà. de elect. cùm inter canonicos. 7. q. 1. quam periculoſum.

b *Nondicũtur illi ſacerdotes pro intellectu verborũ Innoc. hic vide Felin. in c. ex literis. col. 6. in prin. ſup. de conſtitu.*

CAPVT XVI.

1 *An ſucceſſor teneatur de facto ſui prædeceſſoris.*
2 *Ordinator depoſitus vel qui reſignauit epiſcopatum, an teneatur clericis à ſe ordinatis exhibere victui neceſſaria.*
3 *Nũquid ordinatus qui negligit petere ab ordinatore, poſſit poſtea petere à ſucceſſore.*
Præſentati ab exemptis vel ab epiſcopis, non debent examinari ab ordinatore.
Contra legitimè citatum & non comparentem, poteſt procedi ad examinationem & condemnationem.

VM SECVNDVM. (Ad cleros). 12. q. 1. cũ portio. (Irritas). 20. diſt. neminem. §. quo ad excuſationem.

1 †(Succeſſores) tenentur de facto prædeceſſoris propter opprobrium paupertatis clericorum. 93. diſt. diaconi. & quia fauorabile eſt augere numerum clericorum. ſup. de conſti. ex parte. de conſe. diſt. 1. vaſa. 25. q. 1. quę ad perpetuam. & q. 2. quicunque. quæ ap. Item quia pauperibus clericis in vita clericorũ prouidere poteſt. 16. q. 1. poſſeſſiones. & ordinando ſine titulo tenetur, & videtur concedere ſibi virę neceſſaria, quouſque ſibi prouideat. Item quia omnia bona clericorũ ſunt pauperum. 16. q. 1. quoniam. 1. q. 2. c. clericos. c. paſtor.

2 †Dicimus tamen quòd ſi ordinator reſignauit epiſcopatum, vel depoſitus eſt, & habet vnde clericis à ſe ordinatis ſine titulo poſsit dare vitæ neceſſaria, ipſe ad hoc compellatur, & non ſucceſſor, & ſic factum fuit in Ambia. Et eſt arg. ad hoc, quia ſi præſentator prius tenetur prouidere talibus, quàm ordinator, vt hîc colligitur arg. ã contrario ſenſu, quare non eadem ratione prius non cogeretur ordinator, qui non ſolùm ordinauit, ſed etiam ſibi præſentauit. Nam de talibus loquitur, vbi non fuit alius præſentator, quia tunc præſentator tenetur, imò plus videtur, quod ordinator dum viuit, ſi habeat, de proprio, cogi poteſt, vt ſibi cõſtituat, vnde perpetuò viuere poſſet. Videtur etiã quòd hæredes ſui ad hoc teneãtur, quia ex quaſi contractu eſt hęc obligatio inter ordinatorem & ordinatum, & ideò tranſit ad hæredem. hæredem. inſtit. de oblig. quę ex quaſi cõtractu.

3 †Sed nunquid ſi ordinatus negligit petere ab ordinatore, dum eſt potens in diuitijs proprijs aſsignare ſibi neceſſaria, poteſt poſtea petere à ſucceſſore, videtur quod ſic cùm hæc decret. concedat ſibi hoc ius ſine exceptione iſta. (Præſentant) ſecùs ſi alius præſentaſſet & examinaſſet. 54. diſt. de antiquis. ſi ſeruus. 24. diſt. quãdo. & de hoc no. ſup. de ęta. & quali. & or. præ. accepimus. Hîc apparet quod præſentati ab alijs epiſcopis & exemptis, non debẽt examinari ab ordinatore, quia eis prouidere non tenetur, tamen ſciret eos criminoſos, peccaret ſi ordinaret. (Citato) no. in hoc caſu ſufficere aliquem citari legitimè, quo non comparẽte, poteſt procedi ad examinationem & cõdemnationem (Aſſecutus) per te vel quemuis aliũ.

CAPVT XVII.

1 *Perſonæ, non res vel præbendæ, obligantur ex mandato.*
2 *Beneficium alterius fraudulenter recipiens, priuatur eo.*
3 *In beneficijs cæterisq; ſpiritualibus ſpeciale eſt, vt facta permutatione à quocunq; peti poſſint.*
Collatio alicuius capituli non tenet, ſi eſt facta contra authoritatem Papæ, vbi ſcilicet Papa hanc præbendam huius capituli dederit alteri.

NTER CAETERA. (Reſignatione.) Nos credimus hunc reſignationem tenere, & collationem epiſcopi non alere, & ideò cùm ex cauſa facta ſit renunciatio, & authoritate Papę non tenet, quicquid contra factum fuerit, non videtur tenere talis renunciatio facta ſub modo, & ſpe aliam conſequendi prębendam, ſi poſtea ſibi non confertur, ſicut nec ſpes poſſeſſionis tranſit ſub modo facta, niſi modum ſequatur. ff. de acquir. poſſ. quod abſenti. §. ſi quis. &. l. ſi. me. ſup. de reſti. ſpol. olim. Sed qd ſi poſt quàm Papa mandauit alicui dari prębendam, epiſcopus alij det, videtur quòd valeat collatio epiſcopi. infrà de his quę ſi. à na. par. capi. ex ore. nam licet iudex per ſententiam pignus conſtituat non valet, niſi in poſſeſſionem inducatur. ff. de pigno. act. non eſt mirum.

1 † Item ex mandato obligantur † perſonæ, nõ res, vel præbendæ. argu. ff. de polli. l. 2. ff. de contrahen. emp. l. vlti. in fi. & l. fin. argu. contra. infrà. de dona. per tuas. infrà de no. oper. nuncia. c. 1. ff. ad leg. fal. dolo. ff. de ędlen. quidam. Et benè dicunt quidam, collationem epiſcopi tenere, licet ſit puniendus. inf. eod. dilectus filius. Si autem decerneret irritum, quicquid contra fieret, tunc non tenet collatio. ff. de leg. 1. hoc modo. C. de rebus alie. non alienam. l. ſancimus. Sed opponis prædictis, quare hic nõ tenet collatio epiſcopi? Reſpon. quia fraudulenter facta fuit, & alias ſolutiones collige ex glo. ſuprà (retractanda) ſcilicet collatio præbendæ facta P. Præterea retractata fuit petitio hic porrecta P. & omnia acta contra eum habita, cùm nulla ſibi contra eum actio cõpeteret ex permutatione tali. C. de peric. 2 reci. precibus. † & tamen quamuis contra P. non competet actio, tamen quia fraudulenter beneficium alterius recipit priuatur eo, & etiam fortè ſi fraudulenter non feciſſet tamen priuatur, quia fraus ipſo facto interuenit, & quia talia non recipiunt intereſſe, ad quod agi poſsit, & debeat contra fraudulenter collatorem. de re. permu. rebus. Nec etiam ad beneficium, quòd reſignauit agere poteſt, cùm illud non habeat ille, per quem permutatio impeditur, & cum omnes ius hic amiſerit renunciando. ar. 6. q. 1. quam periculoſum. C. de offi. teſt. commota. aliàs omni modo & iuſtum ſit ei ſuccurri. Poteſt dici hic cõtra P. actionem competere de dolo. ff. de dolo. & eleganter. §. ſeruus.

3 † Item poteſt dici ſpeciale eſſe in beneficijs & ſpiritualibus, vt à quocunque peti poſſunt facta permutatione, & maximè authoritate Papæ. Poſſet etiam dici, quòd in permutatione iurium, qualis eſt permutatio beneficiorum, poſtquam interuenit authoritas ſuperioris, ſtatim ius habent in iuribus permutatis permutantes, ſecùs eſt in rebus corporalibus permutatis. Sed quæres quomodo huic P. ablata eſt præbenda, ſcilicet quæ ſibi vacans collata erat, ab eodem. ſ. epiſcopo qui conferendi poteſtatem habebat? Reſpon. hoc ideò eſſe, quia epiſcopus hoc facere non poterat, niſi authoritate domini Papæ, ſcilicet, permutationem præbendarum, vnde conferendo illam prębendam, alij exceſsit fines mandati vnde non tenuit, ſuprà de officio dele. cùm olim. Vel dicat melius quòd Papa hoc negotium permutationis ad ſe reuocauit, vnde in rebus illis quæ in

permutatione veniebant reuocauerat omnem iurisdictionem ab ordinario, & ad se eam traxerat. arg. sup. de offic. deleg. licet. 3. q. 6. dudum.

☞ † Item factum est hoc propter causas notatas in glo. scilicet, collatio. & propter id, quod dicit hæc decre. credimus, quòd si aliquis authoritate literarum Papæ receptus sit in canonicum alicuius ecclesiæ, & capitulum postea præbendam huic debitam alij assignet, non valet huiusmodi collatio, nam cùm sit receptus in canonicum authoritate Papæ, & ipsi pro parte impleuerunt mandatum eius, scilicet, recipiendo ipsum in canonicum, videretur consensisse quòd totum impleãt, id est, quod præbendam assignent, cùm se facultas obtulerit, & ita videtur remisisse negotium ad Papam, vnde si cõtrà fieret, deluderetur mandatum Papæ & impediretur remissio, vel reuocatio huius beneficij, quam Papa fecisse videtur, ex quo canonici consenserunt, & habebit actionem de dolo vel condi. ex hac decre. vel officiũ iudicis contra quemlibet priorẽ, sicut hîc. Papa enim non debet sustinere, quod sibi deludatur, vel quòd sua reuocatio impediatur. inf. eo. dilectus fil. sup. de postu. bo. ms. 2. de offic. delega. licet. Et idem dicere videtur & eadem ratione, si mandatum esset eis, quod reciperent, licet etiam ipsi contradicerent, & etiam excommunicationem sustinerent, dummodò nõ appellarent, quia tunc videtur mandatũ transisse in rem iudicatã. sup. de sen. & re iudi. quod ad consultationem. secùs autem si appellassent, vel si conferrent beneficium antequam mandatum reciperent, quia tũc benè teneret collatio huius beneficij, quia nondum consenserunt canonici collationi Papæ, nec est negotium reuocatum ad Papam. inf. eod. c. dilectus. Itẽ secùs est si capitulum aliquem recepisset in canonicum sine prębenda, nam tunc non credimus, quòd ille sic receptus, habeat actionem contra possidentem. Et est ratio diuersitatis, quia hîc nihil ad se Papa reuocauit, nec canonici aliquid ad eum remisisse videntur, nec consensisse, q̃ remitteretur, sed tantùm penes se potestatem præbendæ conferendæ tenuerunt. Itẽ etiã si ipsi vellent, non possent aliquod ius conferre in præbenda vacatura. inf. de cõcess. præben. nulla. sed quando Papa scribit pro aliquo, quod cõferant; tunc valet collatio iuris in futura præbenda. (Dedimus) hoc quod sequitur de gratia loquitur sicut patet in integra. (Potest) 7. q. 1. præsentie ff. de pig. act. eleganter. §. si reprobos. ff. d. leg. 1. filius. §. si quis. de leg. 3. mortuo. sup. Labeo. ff. com mo. in commodato. §. pen. argu. contra. ff. de ædil. edict. l. ad res. ff. de adi. leg. l. rem legatam.

Et intelligo prima vera, vbi recipiens beneficiũ, nesciebat alij debitum, aliàs secùs. ff. de act. emp. & ven. l. 1. de cõtrahen. emp. & vend. liberi.

CAPVT XVIII.

1 *Nunquid liceat vni plures habere præbendas sine peccato, & vide in nu. 2. 3. & 4.*

VM IAMDVDVM. (De Bithynia) iste petebat confirmationem electionis factæ de se in ecclesia Siclunens. Sed cõtra. quia iam erat eius electio confirmata, & iterum confirmatio cassata, vt statim sequitur. Sol. confirmatio cassata fuit propter defectum ordinis, scilicet, quia processum erat non admisso contradictore. in Authen. de sanct. epis. §. si quis autem. & ideò saluum remanebat ei ius quæsitũ ex electione. Vel dic, quòd contradictor petebat confirmationem cassationis. Non obst. ap. 1. de Bithynia, & ad iustificandum petitionem suam proponebat quæ sequuntur.

1 † (Præbendarũ) hîc dicitur, quòd quis plures præbendas habere non possit sine peccato. sup. eod. cùm non ignores. 70. distin. sanctorum. 13. quæstio. 1. c. 1. 80. dist. episcopi. 16. quæstio. 1. presbyteros. inf. de concess. præben. vel ecc. non vacan. literis. Arg. contra. sup. de excep. cùm ecclesiasticè. item consuetudo contraria est. Sol. dicunt quidam, quòd de iure communi hodie licet habere plures præbendas, & plures canonicatus, cùm constitutio de multa tantùm prohibeat de dignitatibus & curis, & non de præbendis. Si enim Papa vtrobique pariter idem voluisset vtrobique, idem pariter prohibuisset, & dicunt c. sanctorum, loqui secundum antiqua tempora. Hoc c. non contradicit, quia licet prædicti concedant plures præbendas, non tamen multitudinem, quæ sonant in vitium, & sic intelligunt omnia c. vbi prohibentur plura beneficia, vel de beneficijs habentibus curam animarum. Alij inhærent c. sanctorum, dicẽtes: quòd quis plures præbendas habere potest, sed non erit canonicus, nisi in vna, nam ratione canonicatus debet seruare statuta prioris ec-

oris ecclesiæ, & ordines ab episcopo illius ecclesiæ accipere, & electionibus, & ordinationibus illius interesse, & ab eo iudicabitur, non à secundo. arg. 72. distin. c. 1. & 2. per totum. nisi conueniretur super beneficio secundo, vel ratione maleficij commissi in secunda dioce. argum. sup. de fo. compe. sanè. & c. postulasti. C. vbi de crimi. agi opor. Authen. qua in prouin. C. vbi in rem act. l. 2.

2 † Tu autẽ dic, quòd quis & canonicus, & præbendarius potest esse in pluribus ecclesijs. Sed contra hanc opinionem obijcitur de absurditate, quæ sequitur, quia vnus prælatus præcipiet, quòd fiat sacerdos, alter quòd remaneret in diaconatu, vnus præcipiet, quòd negotia suæ ecclesiæ prosequatur in curia Regis, alius præcipiet, quòd negotia alterius ecclesiæ suæ in curia Papæ prosequatur, vnus vocabit ad electionem faciendam, alter mandabit, vt stet ad seruiendum ecclesiæ, & nemo potest duobus dominis seruire. argu. 27. distin. c. 2. & 31. q. 1. c. 1.

Sed tu dic, quòd primò obediendum est, quia secundus eum eligendo, saluo iure primi recepisse intelligitur. arg. sup. de confir. vti. vel inuti. c. vlti. sup. de iureiur. tua. inf. de reli. do. quia monasterium. nisi fortè in secunda ecclesia essent aliqua facienda, vbi esset necessarius, nec prima sentit incommodum, vel si sentit modicum sentit, nam tunc agendum esset cum superiore, vt eum cogeret dare licentiam, & fortè si mora esset periculosa, ipsemet posset venire contra mandatum, nõ enim est mãlitijs hominum indulgendum. ff. de rei vend. in fundo.

Et hoc intellige verum, vbi neutra earum vel alterutra requirit residentiam, aliàs si vtraq; requireret, dic vt not. sup. de cleri. non resi. in præall. leg. c. vlti. Ad illud c. sanctorum. respõde, quia in vna ecclesia tantùm debẽt intitulari, id est, denominari, vt dicit in eadem dist. c. 1. & simul in prin. & non debet in pluribus intitulari.

3 † Sed ex postfacto benè licet plures habere, quæ tamen nõ erunt eius. tituli, quia cùm factus sit clericus vnius episcopi ad titulum vnius, non interim fiet clericus ad titulum alterius, & ordines tantùm ad titulum prioris recipiet. Posset tamen dici, quòd vtrãq; habeat intitulatam, & vterq; episcopus poterit dare ordines sibi. Argu. contra. sup. de elect. dudum. 2. circa fi. Nec obstat quòd nedũ clerico sed nec laico alterius episcopi licet cõferre ecclesiastica sacramenta. ff. de pen. & remis. omnis. inf. de paro. & ali. paroch. c. 2. 3. & 4. Solu. ex quo per electionem canonicam factus est canonicus ecclesiæ alterius episcopi, iam factus est ei subditus, & ideò nõ est dicendus ordinare clericos alterius episcopi, sed suum, põt enim vt dictum est, esse clericus pluriũ episcoporũ. Item nec obstat. 71. dist. primatus. vbi dicitur, quòd nedum clericum, sed nec laicum potest recipere sine commendatitijs literis sui episcopi. Dic tu illud verum esse ad ordines, sed ad prębendam benè dabit sine eius literis, vel illud loqui de ignotis clericis vel laicis. In clericis autem notis ad quid fruſtrà literæ requirentur. Sed non prohibetur, quin canonicus & iura canonicatus, & præbendã in vtraq; retineat. Quod enim in eodem capitulo. 70. dist. sanctorũ. sequitur, quòd dispẽsatione episcopi non potest fieri prębendarius in diuersis ecclesijs. Non ob. voluit enim ibi auaros notare, qui præbendam, vel beneficium petebant, nõ propter Deum, sed propter fructus quos cum tali intentione, nec de iure communi, nec de dispensatione tenere possunt.

4 † Sed si quis in habendo plures canonicatus, vel præbendas non attendat propriam voluntatem, sed Dei, & non proprium honorem, sed onus, hîc sine dispensatione accipiet plures præbendas, quæ non requirunt residentiam. argum. 8. quæstio. 1. c. in scripturis. & c. qui episcopatum. Et ad idem facit idem capitulum, quod dicit, & quod potest episcopi dispensatione fieri, vt possit canonicus esse in pluribus ecclesijs, vel loquitur in ecclesijs residentiam requirentibus, quod verum est, vbi persona bona est, & industris & literata, quem melius sciret, & posset regere duas ecclesias, vel decẽ, quàm alius vnã. Hoc enim propter ecclesias fit, non propter personam, & hîc communis vtilitas præfertur priuatæ. 7. quæstio. 1. mutationes. sic etiam dicimus in præbendis, vt plures propter honorem Dei dentur, & dari possunt, non propter honorem personæ, quia status etc. 61. distin. miramur. (Ante) sup. de elect. qualiter. (Confirmationem) dicebat enim ille, qui excipiebat quòd confirmatus esset ibi fortè ab ordinario, & postea ipsa confirmatio cassata per superiorem, fortè ad quem fuerat appellatum, & ipse post cassationem ministrauit, quòd indignus erat promotione. argument. sup. de lega. per inquisitionem,

tionem,ſed potes ex parte iſta intelligere, quod vel fuerat appellatum, vel negabat caſſationem confirmationis, nam ſi caſſatus fuiſſet & non appellaſſet vlterius, non audietur,& ſi non adminiſtraſſet.

CAPVT XIX.

1 *Receptio canonici quo caſu dicatur vitioſa & non valere.*
2 *Canonicus an poſsit eſſe quis ſine præbenda.*
3 *An ſemper portio peti poſsit vbi non ſunt priuilegiatæ.*
4 *Non debet canonicus eſſe ſine præbenda vel beneficio.*
5 *Vbi præfinitus eſt numerus canonicorum, & præbendæ non ſunt diſtinctæ, habebunt canonici vltra numerum recepti partem de victualibus quæ in menſa veniunt.*
6 *Portio an ſit idem quod præbenda, & quid ſit portio.*

DILECTVS FILIVS.(Participatione)id eſt, voce in capitulo & conſimilibus.†Proximo)hoc videtur contrarium ei, quod diximus ſup.de conſti.cùm M.ſcilicet,quia quando vnus actus tantùm interuenit,& receptionis in canonicum & promiſsionis præbendæ, quòd tunc vitioſa eſt receptio, & non valet,ſed hîc fuit tantùm vnus actus,quia ſimul facta fuerat,& receptio,& promiſsio, & tamen tenet receptio. Solut. nos non intelligimus vnũ actum,quia ſimul facta ſint,ſed quia ſimul deberent ſortiri effectum, id eſt, quòd tunc tantùm habeatur pro recepto & iura canonica adipiſcatur, cùm præbenda vacabit, & cùm ea ſibi dabitur,quia tunc non eſt tantùm promiſsio præbendæ non vacantis,ſed eſt etiam promiſsio canonicatus, non vacantis, ſed ſi actũ eſſet, quòd ſtatim habeat iura canonicatus,licet incontinenti dicat,& proteſtetur expreſſè,quòd tantùm primò vacaturam præbendam habebit, non eſt vitioſa receptio,& ideò tenet. Sed promiſsio vitioſa eſt,& ideò non tenet,vt hîc.& ſup. de conſti.cùm M.

2 †Item hîc habes,quod licitum eſt recipere canonicos ſine beneficijs,& ſimile. inf.eod.dilect.inf.de conceſ.preb.vel ecc. non vac.cùm ſuper. Sed contrà in eod.c. vbi dicit, quòd non debet eſſe canonicus ſine præbenda.Item nõ debent plures clerici inſtitui in eccleſijs, quàm de eccleſijs viuere poſſunt.inf.de inſtit.c.1. Item hæc receptio videtur fieri in fraudem vacaturarum. Solu.benè licet recipere canonicos ſine beneficijs,vt inſtruantur in moribus,& officijs eccleſiaſticis,& vt ſeruiant prioribus canonicis & eccleſijs. ſup. de maio. & obed.ſtatuimus. ſed ſi ſine cauſa faciant, ſuperior caſſabit, & maximè ſi multos facient, vt ff. de va. & extraord. cogni.l.1.§.in honorarijs.& l. ſequen. & l. 2.& 3.& hoc etiam ſi probatur, quod conſtat prædictis rationibus hoc eſſe illicitum,niſi cauſa ſubſit,ergò ad officium iudicis pertinet illud caſſare,niſi iuſta cauſa ſubſit.inſti. de offic.iud. (Defraudetur)ſi opportunitas eſt dandi,alioquin expectabit opportunitatem.ſup.eo.relatum.ſup. de conſti.cùm M.inf.de conceſ. præb.vel ecc.non vac.cùm ſuper. Hæc autem opportunitas,nec ſemper eſt, quando vacat præbenda,& aliquando eſt ſine vacatione præbendæ, vt not. inf.de conceſ.preb.vel ecc.non vac.accedens.

†Præbendam)quæritur autem,an hic canonicus poſsit petere præbendam primam,quę vacauerit,an ſit de gratia,quòd hîc dicitur,& videtur quòd canonicus ius petendi eam non habeat,quòd ſi hoc concederetur, per conſequens aperiretur via vacaturis ? Reſpon. quòd vbi præbendæ ſunt diſtinctæ, nullum ius habet in canonicatu ſic receptus, ſcilicet,non vacante præbenda ad petendam eam, & quod hic fit de gratia eſt,& de honeſto contra.ſup. de conſtit. cùm M.nam ibi dicitur, quòd canonici recepti ſine præbenda habent ius ad petendum fructus ſuperexcreſcentes,ergò eadem ratione & ad prębendam, quæ vacauit.Reſpon.aliud in fructibus ſuperexcreſcentibus,quia illi rumpunt priuilegia,& ita cùm ruptum ſit priuilegium communiter præbendam percipiet cum alijs,cùm ſit canonicus,& aliud in præbẽda,quia per eius vacationem non rumpitur priuilegiũ, & idem quod dico in præbenda,dico etiam in portionibus priuilegiatis,puta quia priuilegium dicit, quòd tantùm certæ portiones fiant de reditibus eccleſiæ,nam hæ portiones quo ad prohibitionem vacaturarũ,eodem iure cenſendæ ſunt cum præbenda, cùm decre.inf.de conceſ.præb.vel ecc.non vac. c.2.nõ tantùm prohibeat prębẽdas vacaturas,ſed etiam miniſteria & eccleſias, & idem intelligendum eſt de altaribus,& omnibus fructibus eccleſiaſticis, & hæ portiones benè poſſunt dici præbendę & reditus,ſed ſi nõ eſſent ibi portiones priuilegiatæ,ſed tantùm conſequentes ad numerum canonicorum, tunc benè dicerem, quòd ſi eſt electus in canonicum vltra numerum, quòd benè

quòd benè poteſt petere portionem, & ſi non vacet præbenda,vel canonicatus,vel portio,quia ex quo rumpit priuilegium in numero canonicorum, eodem modo & in numero portionum. Et ratio diuerſitatis eſt,quia per hoc acceſſoria eſt portio, & ideo ſublato principali, tollitur & acceſſorium.ſup.de conſti.transla.cum ſuis concor.ſed in alio caſu & numerus canonicorum eſt principale, & numerus portionum eſt principale.

3 †Et quòd diximus,quod vbi non ſunt portiones priuilegiatę,quòd ſtatim poteſt peti portio, intelligo niſi aliter obtineat de conſuetudine , ſicut eſt in vrbe, nam cùm ibi obtineat de conſuetudine approbata , quòd habeat canonicos ſine portionibus,& quod non tenentur ſic receptis dare portionem intra certum tempus, imò aliquando differunt vſq; ad annum, aliquando vſq; ad duos vel plures annos. Hi non poſſunt petere portiones, quamuis moriantur canonici,& de hac conſuetudine loquitur ſup. de conſt.c.fin.& inf. de iure patro.poſtulaſti.Item dicimus ratione eiuſdem conſuetudinis,& ſi non ſit ibi certus numerus canonicorum vel portionum.(Facultas)ſed nónne quod irritauit,confirmat, ſcilicet, promiſsionem vacaturæ? Reſpon. non illud tamen dicit,q, dixerat, quia addit de quotidianis diſtributionibus dandi. Vel dic, quòd hîc non mandat, quòd ſi in poſterum offerret ſe facultas, quòd daretur ei præbenda, ſed cùm tunc,ſcilicet,quãdo Papa has literas dedit, dum eſſet facultas,quòd ſtatim detur ei,& ſi hoc verbum obtulerit eſt præteriti temporis. Vel dic,quòd ſit futuri tẽporis,& tamen aliud eſt quod mandat,ſcilicet, prouideri cùm ſe facultas obtulerit, quod licet,& quod pluribus modis poteſt cõtingere, ſcilicet, propter reditus ſuperexcreſcentes, vel propter donationẽ nouam, de qua poſsit fieri noua præbenda, & aliud quod ceſſat,ſcilicet,vacaturę prębendæ expectationẽ, quod non licet.inf. conceſ.præben.vel ecc.non vac.c.2.ar.ad hoc.inf.c.allega.accedens. Vel dic,quòd hæc eſt intentio decre. prouidere,ne aliquis ſit canonicus,& nihil temporale habeat pro beneficio,& hoc videtur ſonare hæc litera,vbi dicit,quod compoſuerunt, quòd participationem haberet ſpiritualium,ſed nullos fructus præbendæ.

4 †Item & ibi indignum eſt,vt ſit canonicus, & præbendæ beneficio defraudetur,& in ambobus locis ſumitur præbẽda, non pro iure præbendæ diſtinctæ,ſed pro qualibet re,quæ præbetur ad ſuſtentationem vitæ. Quod & ſic intelligere voluerit,ex eo apparet,quòd multi clerici ſunt, & multæ eccleſiæ quæ præbendas non habent diſtinctas, & tamen ſunt legitimi canonici,& quaſi idem quod dicit hoc.c. & quod dicitur.ſup.eod.c.cùm ſecundũ. & c.non licet. vbi dicit, quòd non debet aliquis eſſe clericus, & non habere alimonias.

5 †Item no.quòd in aliquibus eccleſijs eſt certus numerus canonicorum,ſed nullæ ſunt præbendæ diſtinctæ. ſup.de vit.& honeſt.cle.quoniam.& ibi ſi recipiant canonicos vltra numerum habebunt partem de victualibus,quę in menſa veniunt. arg.hîc.ſup.de conſtit. cùm M. ſed nõ habebunt partem de his,quæ diuiduntur etiam ſi ea ſint victualia,vt granum,vinum, & huiuſmodi,quia licet ibi non ſint præbendæ,tamen ſecũdum numerum canonicorum intelliguntur ibi eſſe portiones. arg.ſup.de conſti.c.fi.ſed vbi ſunt prębendæ diſtinctæ , & ſine vlla detractione de omnibus communibus habebunt partem iſti canonici vltra numerũ recepti,vt hîc. ſup.de conſti.cùm M.inf.de ver.ſig.olim.

6 †Et ratio diuerſitatis eſt, quia ex quo diſtinxerunt præbendas,non debebant ibi eſſe portiones ſecundum numerũ canonicorum,ſed vbi non erant præbendæ diſtinctæ iuſtum eſt, vt ſecundum numerum canonicorum & portiones diſtinctæ eſſe intelligantur,niſi eſſent regulares,qui nec proprium habere poſſunt.12.qõ.1.non di. & ſic etiam nec portiones diſtinctas. Alij contrà,& licet portio poſsit dici præbenda,& econtrà,hîc tamen dicimus præbendam quę diſtincta eſt in poſſeſsionibus vel reditibus certis,portio autem eſt,quæ ſic diuiſa nõ eſt,ſed de omnibus reditibus communiter collectis extrahitur.

CAPVT XX.

IVAE FRATERNITATIS. (Eligant) Iſta receptio non habet,niſi vnum ſenſum,ſcilicet , quando ambo ſtatim & ſimul ſunt canonici , & præbendarij, quod fieri ius prohibet propter ſectionem præbendarum.ſup.eo.maioribus.& ideò caſſatur, vt in fi.huius decre. dicitur. Sed litera ſequens innuit, quod etiam ſenſum aliàs poteſt habere ibi,ſcilicet , & ſi vnus,etc.vbi innuit quod etiam hunc ſenſum poſsit habere,ſcilicet, quòd vnus ſtatim ſit canonicus, & præbenda-

bendarius,& alius conſequenter eſſet canonicus præbendarius. Sed certè non eſt verum, quòd iſte ſenſus eliciatur de verbis præmiſsis. Sed dicit, quòd etiam iſte ſenſus non eſt tolerabilis de iure.

Sed contra.ſup.de conſti.cùm M,vbi expreſſè dicit,quòd plures electi fuerunt ad vnam præbẽdam.Sol.ibi. Vel dic,quòd illud intelligitur,quando expreſſè dixerũt in receptione, quòd vnus ſtatim deberet eſſe canonicus,& præbendarius,& alij ſtatim eſſent canonici,ſed præbendas haberent conſequenter, quod ex cauſa licet, vt not.ſup.eod.c.proxi.& ſic loquitur decre.inf.eod.dilecto.vltra me.(Turonenſ.) ſup.eod.miramur.& c.maioribus.vbi no. (Lateranenſ.)inf. de conceſ. præben. vel ecc.non vac.c.2.(Caſſanda)ſup.de conſti. cùm M.contra.Sol.ibi.

CAPVT XXI.

NISI ESSENT. (Iuſtitiam) hoc fecerunt quaſi ex iuſtitia, cùm eſſet canonicè electus, per arbitrium enim nõ poſſet habere canonicã inſtitutionem.inf.de inſtit.c.3.ſup.de tranſact.ſuper eo.nec poſſet ius vnius in alium transferre. (Prouidentiam)& intellige & priores,& clericos eſſe canonicos ſeculares,aliàs eſſet contra.12.q.1.nõ dicatis.inf. de ſtatu mona.cùm ad mo. Vel dic,quòd iſtos reditus non habebit,vt proprium,ſcilicet,quod poſsit eos alijs dare,vel in teſtamento relinquere, ſed habebit,vt diſpenſator & obedientiarius,& quandocunque placebit ſuo Abbati,poteſt illos ſibi tollere,niſi eſſent à Papa confirmati,& tũc Papa ſine iniuria,quando vult poteſt ſibi auferre, quia ſub eius obedientia eos intelligitur tenere. (Compromiſſum) ita quòd metu pœnæ vel intereſſe ſtent arbitrio tam capitulum quàm confirmatus, & caſſatus qui compromiſerunt.(Nos eam)ordinationem vel prouiſionem. (Sectió) hæc eſt ratio,quare capitulum tenetur toto tempore vitæ caſſati dare 20. ſed prior non tenetur niſi tempore ſuæ vitæ, quia prior habebat certos reditus, qui diuidi non poterant contra concilium Turonenſ. ſed ſup. eod. maioribus. ſed capitulum minimè.Et eſt alia ratio,quia quando factum fuit compromiſſum, nemo erat adhuc prior, vnde per eorum compromiſſum, non poterant obligari prioratus vel ſucceſſor, ſed perſona litigans tãtùm. Item cùm ageretur de iure perſonali,non poterat obligari prioratus vel ſucceſſor, cùm de eius vtilitate non ageretur.ff.de pact.quo iure.ſup.vlti.& l.in perſona.§.1. ſed capitulum idem permanet,& ideò ſe ppetuò obligare poteſt,& maximè quod ex cauſa pacis & pietatis, quamuis poſſet reſtitui in integrum ſi læſum eſſet.

CAPVT XXII.

1 *Nomine ſuarum quid veniat.*
Poteſt delegatus, cui eſt commiſſum, quod alicui faciat beneficium aſsignari eum, pro quo ſibi ſcribitur de præbẽda ſeu beneficio inueſtire.
2 *Generalis legatus poteſt ſibi præbendam reſeruare.*
3 *Iudicium ad ſucceſſores tranſit, ſed non arbitrium, & de materia hac vide in nu.4.*
5 *Receptio excommunicatorum de aliquo in canonicum non tribuit ius.*

PRO ILLORVM. (Suarum) †Not. quòd nomine ſuarum intelliguntur omnes eccleſiæ prouinciæ etiam cathedrales. ar.ſup.de vſu pal.c.1. Si autẽ epiſcopo ſcribebatur, intelligitur de eccleſijs ſuæ dioce.& non de dignitatibus, & non diſtinguimus, an habeat ipſe collationem,vel aliud,dũmodò ſit in ſua prouincia, vel in ſua dioce. conſtituta,& ibi ius epiſcopale,vel archiepiſcopale habeat, quia ratione illius iuris comprehendit ſub hoc nomine ſuarum.arg.ff.de contrahẽ.emp.qui tabernas,ſed ſi ſint aliquæ eccleſiæ, vbi nihil iuris habeat, fortè ibi prouidere non poſſet,niſi diceretur in aliqua eccleſiarum tuæ prouinciæ, ſed alijs videtur,quòd etiam per huiuſmodi literas non haberet poteſtatem prouidendi, niſi in eccleſijs, vbi ad eum ſpectat collatio. ar.ſup. de offi.ordi.licet in ea.Vnde dixerunt quidam,quòd Papa hîc mãdauit authoritate noſtra facias.Nos dicimus,quòd etiam ſine clauſula hac,poteſt etiã in alijs prouidere,quia ibi eſt contradictores,etc. & ipſe non poteſt eſſe executor contra ſe. ff.de arbi.l.vlti. Sed quid ſi tantùm eſſet in literis,mandamus,quatenus tali prouideas in aliqua eccleſiarum tuarum,& fortè idem. (Mandati) quod fecerat pro magiſtro P. & verè illudebatur,quia alios ſine mandato Papæ recipiebant,ſed eos de quibus Papa mandabat. irreuerenter recuſabant.

†(Inueſtiuit)Not.quòd delegatus cui commiſſum eſt quod alicui faciebat beneficium, aſsignari poteſt illum,pro quo ſibi ſcribitur de præbenda vel beneficio inueſtire. ar.ſup.de reſcri.Abbate.Sed die aliud

aliud eſt,vbi mandatur, facias prouideri, quia tunc non poteſt prouidere, cùm hoc non ſit ei commiſſum,ſed tantùm facere prouideri.Aliud autem eſt, cùm mandatur alicui,quod faciat competens beneficium aſsignari,vt hîc, quia tunc cùm beneficium ſit annexum canonicatui,poterit inueſtire aliquẽ de canonicatu, & per conſequens dabitur ei præbenda,quæ eſt connexa canonicatui. 1. q. 3.ſi quis ob.tacitè enim videtur dixiſſe, des ei ius inueſtiendo eum,& poſt de facto facias beneficium aſsignari,quod annexum eſt canonicatui,vel potes dicere, quod canonicatum iſtum contulerit archiepiſcopus de voluntate epiſcopi Aſagonenſ. ad quem ſiue de ſuo iure,ſiue de iure ad eum deuoluto propter negligentiam canonicorum pertinebat poteſtas eligẽdi,& dicit quòd licet aliquando non poſsit inueſtire,ſcilicet,quando mandatur iudici,quod faciat alicui prouideri,vel aliquem in aliqua eccleſia recipi.ſup.de offi.deleg.ſuper eod. poteſt tamen interdicere,ne eligant.ar.q ex quo prouiſio ſibi cõmiſſa eſt,& omnia ad idem facienda.ſ.de offi. deleg. ſterea.

2 † Item quamuis non ſit ſpecialiter mandatum,quod ſuſpendat,eſt tamen affinis mandato prouiſionis.ff.iud.ſol.iam tantùm.§.in hac.item decre.dicit legatus generalis ſibi pôt præbendam reſeruare, vt inf.de iure patro.cùm dilectus.ergò & eadẽ ratione, & ſpecialis delegatus in eccleſia,vbi eſt mandatum ſibi,quod prouideat alicui,cùm in ea eccleſia maiorẽ poteſtatem habeat,quàm generalis legatus. ſup.de offi.deleg.ſtuduiſti.(Authoritate) de excommunicatione, inueſtituram autem non potuit facere authoritate, quia ſibi commiſſum non erat.

3 †(Contradictores)hæc ſententia ſic à iudice lata non comprehendit,niſi partes quę fuerint in iudicio,vel illos,qui fuerint vocandi,vel hæredes eorũ,vel ſingulares ſucceſſores. Alij enim non ſunt de iuriſdictione eius,& hęc eſt fortè ratio,quòd ſucceſſores ligentur, quia iudicium tranſit ad ſucceſſores,ſed non arbitrium.ff.de arbi.ſed interpellatur.§.vlti.& ſi ſit iudiciũ reale,tranſit ad ſingulos ſucceſſores. Arg. tamen contra.ſ.de offic.deleg.c.1.vbi dicitur, quòd quoslibet turbatores poteſt excommunicare, ſed ibi loquitur de perturbatoribus iuriſdictionis, vt ibi not. & inf.de pe.dilectus.hîc añt loquitur de perturbatoribus partis. Videtur autem,quòd in nullo caſu debẽt ferre talẽ ſententiam, excommunico omnes perturbatores talis clerici,cùm tractus futuri temporis nõ pertineat ad iudicem.ff.de vſu.l.1.in prin. ſed reſpon. vt not. ſup. de procu. auditis. Item conſtitutio videtur hæc excommunico omnes,qui ſibi cõtradixerunt, quòd delegato non licet. Reſpon.nõ eſt conſtitutio,& hoc apparet ex perſona conſtituentis, & ex forma ſententiæ, quæ non eſt generalis,nec ppetua,nec alia habet,quæ in ea requiruntur.4. diſt.erit.imò eſt ſententia quod ex eo apparet,quia cauſa cognita fertur,& ſi feratur,niſi cauſa cognita,licet tenet,tamen iniuſta eſt.11.q.3.c.1. & ſi ſuper alio fine cauſæ cognitione fertur,puta ſi præciperet, quod ei obediretur à quolibet,& qui non obediret ei, talẽ pœnam pateretur, nec credimus valere,nec tenere ipſo iure,vt no.ſ.de in integ.reſtit. c. 2. cum autem cauſæ cognitione legitimè fertur. ſup.de app.præterea.

Sed ſi dicas quare non expectat turbationem antequam ferat ſententiam? Reſpon. quod poſſet eſſe periculum, ſi tantùm expectaret,& ponamus quod melius faceret, ſi expectaret,tamen & hoc teneretur.2.quæſt.6. biduum.ſup.de app.præterea.arg.ff.de euic.l.2.ff.ad legem Aquil. in l.illa Aquil.& non extenditur hæc ſententia generalis,& ante receptionẽ lata, vel etiam pôſt,niſi in tempore in quo ſententia ferri poſſet. † Itẽ videtur quòd authoritate huius clauſulæ, etiam poſt annum imperpetuum, poſtquam inueſtitus eſt, & poſtquam mandauit de eo recipiendo, poſsit excommunicare rebelles, & etiam poſtquam ſententia lata eſſet,ſi eſſet negotium, vbi eſſet ſententia ferenda, licet aliàs non poſſet tanquam ille, qui functus eſſet officio ſuo,niſi intra annum. ſup. de offic.deleg. in literis.& c. quærenti. Sed nobis videtur, quòd etiam poſt diffinitiuam non poſsit niſi intra annum. arg.eiuſdem dec.quærenti.in alijs autem, ſcilicet,quando non fertur diffinitiua ſententia, ſed mandat eum recipi in canonicum, poterit compeſcere contradictores authoritate huius clauſulæ, quouſque mandatum Papæ plenè ſortiatur effectum,ſcilicet,quod recipiatur in canonicum,ſed ex quo receptus eſt, quãuis poſtea moleſtetur ſuper canonicatu,vel alijs, non poterit eos compeſcere, quia ſi contrariũ diceretur, iam videretur eius ordinarius eſſe,& talia reſcripta redarguntur. ſup.de reſcrip.ad hæc. † Sed quid ſi aliqui receperunt,& Papæ mandatum impleue-

runt,& aliqui non?Respondemus super illos,qui mandatum domini Papæ impleuerunt, nihil vltra facere posit, etiam si molestent eum,cùm in illos functus sit officio suo,in alios tamen potest. Item si illi qui receperunt,& mandatum domini Papæ impleuerunt, & eum de nouo molestant super fructibus præbendæ,vel etiam super ipso canonicatu,nõ tamen possunt compesci authoritate huius clausulę,quia non videtur ei commissum de futuro excessu,& tempus datæ inspici debet.sup.de rescri.eam te.

4 †Illud autem quod dictum est, quòd non extenditur hæc iurisdictio,nisi cõtra certas personas,scilicet,illos, qui sunt vocandi & quosdam alios, nos non credimus sic verum,imò salua veriori opinione credimus,quòd omnes cõtradictores possint compescere etiam quoscunq; extraneos, dummodò de facto contradicant, nõ de iure,quia sententia lata in ilos,qui de iure contradicunt,non tenet,cùm nullam habeat iurisdictionem,nisi cõtineretur in literis,vel expresse vel tacitè sub generali clausula,& postea coram delegato expressisset.sup.de rescri. pastoralis.quia tunc siue iustè siue iniustè teneret sententia. In præsenti autem casu, vbi non mandat de recipiẽdo,sed ipsemet eum inuesti. satis credimus , quod posset contradictores suæ inuestituræ intra annum excommunicare.arg. præalleg. decre. quærenti. & sup.de sen.& re iudi.ad consultationẽ. (Seruasse)de hoc not.sup.de consti.cùm accessissent.

5 †(Recipiant) & sic excommunicati, recipiunt aliquem in canonicum,sed hæc receptio non tribuit ius,quia iam canonicus erat,aliàs secùs.sup.de æta.cùm bonæ. vel dic excommunicatos teneri ad ea,quę fiunt in eorum præiudicium.sup.de iudi. intelleximus. Vel dic, & fortè melius, q̃ nec receptionem, nec installationẽ facit excommunicatus, nec contradicit,quòd hîc dicitur, & expone recipiant, donec cautionem faciant de recipiendo eum in canonicũ,pro quo excommunicati erant, & si præstita absolutione velint appellare,non audiuntur,nisi nouum grauamen eis fieret.sup.de appel.quæstioni.

Sed obijcies ex quo pro manifesta offensa est excommunicatus, non debet absolui, nisi prius recipiantur. inf.de verbo. sig.ex parte.2.q.5.presbyter si. Sed dic illa etiam in spiritualibus non habere locum, vt no.ꝛ.de dolo & contu. veritatis. Quid enim si excõmunicatus esset, nisi faceret se ordinari, deberet ne promoueri antequàm absoluatur?absit. † Quicquid dicant prædicti, expressè dicit decre. quod ante absolutionem recipere debet.sup.de rescri. capitulum. (Ad canonicatũ)bene mandat dominus Papa,quòd huic dentur ea,quæ pertinent ad canonicatum,& non ad præbendam,quia licet canonici infregissent statutum suum de certo numero non tamen fractum esset illud statutum, quo ad prębendas,quia licet canonici,qui habent certum numerum eligant vltra illum numerum,præbendæ tamen distinctæ firmè manent.sup.de constit.cùm M. sup.eod.dilectus.& de hoc not.inf.eo.dilecto. & hic executor , de quo hîc dicit peccauit inuestiendo eum de præbenda. Vel dic, quòd non peccauit inuestiendo eum de præbenda, quia non erant ibi distinctæ præbendæ,nec certus numerus earum.Et ex hoc dico,quòd si etiam peterẽtur literæ in aliqua ecclesia,in qua canonici suum statutũ fregerũt eligendo vltra numerum,quod adhuc salua manet eius exceptio, vt præbenda non assignetur vltra numerum,sed nõ manet eis salua quin eum recipiant in canonicum.arg. præalleg.decre.cùm M.& c.dilectus.

CAPVT XXIII.

TVIS QVAESTIONIBVS.

CAPVT XXIIII.

ACCEDENS. (Vel alius magis) Quasi dicat,melius est, quòd inuestitor dicat, inuestimus te pro tali absente, quam inuestimus talem absente parte, & potest hoc intelligi, vbi procurator habet mandatum. ff. de dona.qui mihi.& ff. de acqui.rer.do.si procurator. quamuis lex videatur dicere,quod etiam cum mãdato non transit dominium. ff.de acquiren.rer.do.res ex.Sed illud intelligimus, quando non habet speciale mandatum de aliqua re emenda.

†Sed quid si consanguineus sine mandato nomine absentis recipiat inuestituram , non credimus absenti acquiri præbendam, nam licet agere possit, vt ff.de procu.sed hæ personæ,non tamen acquiret dominium, nec etiam canonicatum, quisolo consensu eligentium & electi acquirũtur,sed quæritur,an teneat,si postea ratum habuerit ille,cuius nomine recepta est inuestitura, si prius alij esset collata.

Sed

Sed nec hoc credimus quòd eis liceat à primo facto recedere,vt not.sup. de elect. cùm inter.

CAPVT XXV.

1 *Receptio ad osculum,an faciat canonicum.*
2 *Electio facta de canonico vltra numerum valeat.*
3 *Canonicatus quando vacet,vel desinat.*
4 *Non tenet electio facta vltra numerum iuramento firmatum.*
5 *Non licet venire contra iuramentum.*

DILECTO FILIO P. (Legatus)legato non fuit illicitum infringere priuilegium canonicorum, & idcircò nõ valuit, quod factum est de cellerario, sed si canonici fecissent cùm ad eos spectaret electio,teneret electio canonicatus, & non diuisio præbendarum, quia priuilegium pro se datum, possunt renunciare. sup. de consti. cùm accessissent. Vel dic, quòd idcircò fuit cassata, quia ambo fuerunt electi ad vnũ ius præbendæ diuidendum. ad hoc not. sup. de constit.cùm M.sup.eo.dilect. (generalis) cuius consensus non pręiudicat episcopo, cùm hoc ei specialiter compromissum non fuisset. Sed plus dico, quòd nedum procuratoris,nec episcopi consensus prodesset in his,quæ contra ius fiunt.ff.de cõdi.instit. si procurator. ff. de his quæ in frau.cre.si pater filio.

1 †Ad osculum)vehemens est præsumptio. argum.inf. de his quæ fiunt à maio. par. c. ex ore. inf. de pri.cùm olim. C. de acquir.pos.l.1.C.de pat.pote. si filium. 20. quæstio.1.quę pro.Respon.episcopũ ignorasse eum non fuisse canonicè receptum. ff.de interro.ac.de ætate.§.vlti.Item receptio ad osculum , non facit canonicum, sed legitima electio.C.de lib.cau.non idcircò.ff.de dec.non habemus. Vel dic,nedum per tacitum consensum , sed nec expressum contra tenorem alterius concilij posse habere ius in p̃benda.sup. eo.tuæ. & ideò semper contra eum dicimus non canonicam electionem. (Molestatione) intentabit ipse vti possidetis,nam episcopus eum,vt canonicum non tractabat , vel etiam aliàs eum in possessione iuris canonicatus molestabat, vel super hoc implorabat auxilium iudicis, vel melius episcopus agebat negateria contra electum, vel clericus confessoria contra episcopum(Turonens.)sup.eo.maioribus. (Lateranens.) inf.de concess.p̃b.vel ecc. nõ va.c.2.& iste cellerarius censeri deberet secundus, qa ob hoc resignauit,vt nepos archiepiscopi haberet,vt in prin. huius decreti habetur.

2 †(Non est certus)idem est,& si certus esset ibi numerus prębendarum,vel etiam canonicorum, vel vtriusq;.sup.de consti. cùm M.nam semper eligendo canonem vltra numerum valet electio , sed priuilegium rumpitur quantum ad certum numerum canonicorum,sed non rumpitur, sed durat,quo ad numerum præbendarũ, & hoc benè colligitur.sup.eo.dilectus.& sup. de consti. cùm M. Ratio diuersitatis est,quia cùm non obstante certo numero, tenet electio, quo ad canonicatum,rumpitur priuilegium , quo ad ius canonicatus. Sed eligendo plures ad vnam præbendam vacantem , licet etiam non vacantem vltra numerum , non tenet electio , vt hîc, quia est contra concilium Turonens. vel Lateranens. nisi vellent nouum ius præbendæ statuere. inf. eo.vacante.& ideò cùm non teneret electio non rumpitur priuilegium.† Item ratio quare tenet electio,quo ad ius canonicatus, non quo ad præbendam , quia sic statutum est.inf.de concess. præb.vel ecc. non vac.c.1. & sup. eod. maioribus.sed in canonicatu non sic statutum est, hoc ipso iustè constitutum est,quia cum præbenda maximè consistit in rebus corporalibus, non poterat ius præbendale fieri,nisi possessiones alicuius ecclesiæ diuiderentur, & hoc esset malum , quòd vna præbenda esset pinguis,& alia pauper.sup.de consti. cùm M. non tamen dicimus malum,si de omnibus præbendis, vel de vna pinguiori alijs vellent vnam nouam facere,quin possent.inf. eod. vacante. ius autem canonicatus, quod incorporale vel indiuisibile est multi possunt sine aliorũ damno habere, & ideò aliud fuit statutũ in iure canonicatus, & aliud in præbendali.Meliusdicitur,quòd hoc non facit vim,quin plures possunt eligere vno solo iure vacante,si hoc intenderent,& exprimerent, sed hîc nõ exprimebant,nec hoc p̃sumentur intendere,nisi exprimant,nec est contra.ꝛ.de consti.cùm M.qa ibi expresserũt.

3 †(Desinit)& ideò licet in aliqua ecclesia, vbi est certus numerus canonicorum sint plures canonici, & vnus moriatur , non valerent literæ si impetrentur super canonicatu illius alicui conferendo, quasi vacet, quia non vacat,imò desijt, vt hîc dicit. Secùs autem si ibi esset certus numerus canonicorum, quia tunc nõ desinit,sed vacat.(Illud)id est,ad præbendam vacantem,sed ad ius canonicatus

vna ſola prębenda vacante poſſunt plures eligi.ſup.de conſti.cùm M.inf.eod.c.proxi.ſecùs aliàs vt ibi not.melius dicit,quòd non poſſunt ad vnum ius canonicatus duo eligi,ſcilicet, quòd duo canonici ſint electi,habeant tãtùm vnam vocem in electionibus, & in alijs, & quod in omnibus fungantur ambo tantùm vice vnius. Sed benè poſſent fieri duo canonici,qui haberent voces,licet vna tãtùm,vel nulla præbenda vacaret. Item not. quòd licet poſſint plures canonicos facere vna tantùm præbenda vacante,nõ poſſunt canonicatus ius dare ad vacaturam. inf. de conceſ. præb. nulla. nam canonicatus miniſteriũ eſt(Spectat)cum conſenſu tamen eorum quorum intereſt (Augmentare) ordinando quòd vbi ſunt decem præbendæ. ſint 15.

4 (Statutum) †Not.quòd ſi in aliqua eccleſia eſt certus numerus canonicorum iuramẽto firmatus,& aliquis eligatur ſupernumerum,non tenet electio, & idem ſi numerus ſit confirmatus authoritate Papæ cum clauſula, & ſi quid factum ſit contrà non valet, aliàs enim ſecùs,vt hîc. & ſup.c.pro illorum. ſup. de conſti. cùm acceſsiſſent. & c.cùm M.ſecùs aliàs,ſi quis iuraſſet nõ vendere librum,& poſtea venderet,teneret venditio. Sed contrà videtur. ſup. de iureiur. c.intellecto. Sed hîc loquitur de alienatione licita, alienatio enim libri, non eſt à principio interdicta, ibi loquitur de alienatione illicita etiam ſine iuramento. Dicunt enim ſpeciale in ſpiritualibus,vt non valeat, quod in eis fit contra iuramentum. Alij dicunt,quòd etiam receptio in canonicum contra iuramentum tenet,& hæc eſt allegatio. Si autẽ ad præbendam electus eſſet vacaturam, vel etiam plures ad vnam diuidendam eſſent electi, caſſanda electio eſſet, vt ſup.eod.tuæ.

5 (Si quicquam)hoc † certum eſt,quod contra iuramentum venire non poſſunt, ſi eſt bonum eccleſiæ,imò & ſi eſſet temerarium,non liceret venire contrà ſine ſuperioris authoritate, vt not.ſup.de elect. venerabilẽ. Item nulla alia ratio videtur, quare canonici non poſſunt venire contra priuilegium ſibi cõceſſum, quando eſt ibi præſens clauſula, ſicut quando non eſt ibi clauſula.ẽ.de conſti.cum ac.C.de leg. & conſtit.quod fauore.in fi.niſi quia hoc ſtatuere voluit de nouo in fauorem eccleſiarum, ad confutandam inconſtantiam eligentium,& poteſt dici, quia quod hîc dicitur locũ habet in omnibus priuilegijs & confirmationibus conceſsis eccleſijs, vbi præſens clauſula cõtinetur,hæc clauſula hîc facit,quòd canonici ſuo facto cõtrario non poſſunt rumpere priuilegium, vt hic apparet, & dicunt quidam, quòd hoc decretum poteſt opponere nõ ſolùm Papa,ſed etiam quilibet alius iudex etiam delegatus de his,quæ ad ſuam iuriſdictionem pertinent.7.q.1.quia frater.C.de iudi. properandum.§.ſi autem. Imò etiam priuatus quilibet poteſt interponere hoc decretum.ff.de leg.3.l.quæſitum. Sed ſciendum eſt, quòd hoc decretum maiores vires habet,quando cum cauſæ cognitione fit,vt no.ẽ.qui ma.acc.poſ.cùm in tua. (vnde)ſententia Papæ.(Silentium)hîc apparet,quòd non fuit actum vti poſsidetis, in quo condemnatus non fuiſſet, niſi ad caſſandum ab iniquitate, & ad intereſſe. ff.vti poſsidetis,ſi duo.§.fi. ſed fuit actum confeſſoria,vel officio iudicis implorando ſecundum tenorem legis. C.de inge. manu.diffa mari. & ſecundum hunc modum agendi benè habet locum hæc ſentẽtia,ſed expone ad reſtitutionem eorũ,quę ratione dictæ inſtitutionis tenebat,id eſt, ad miſsionem poſſeſsionis prębendæ & aliorum iurium,ad præbendam pertinentiũ,& hoc benè poterit petere epiſcopus, ad cuius collationem pertinebat collatio prębendarum,quòd imponeretur ei ſilentium,vt ſtatim ſequitur,aliàs autem ad reſtitutionem ſibi faciendam proprio ſumpto vocabulo agere non poſſet epiſcopus, & ea ſibi reſtituendo non eſſet præbenda, etiam ſi nomine præbendæ egiſſet quod poteſt benè.inf.de ſucceſ.ab inteſt.c.fi.etiam tunc propriè ſumitur verbum.

CAPVT XXVI.

VACANTE. (Duas)præbendas.(Integrate) quia ſimpliciter eligunt eos in canonicos non expreſſè ad vnã prębẽdam, vel ad aliam,ſi enim elegiſſet eos expreſſè ad vnam prębendam diuidendam,nõ valeret electio.ſi. ſup.eo. c. proxi. Vel dic,licet non valuit talis electio de rigore iuris, vt ſup.eod. c.tuæ.de æquitate tamen debet eis prouidere.ſup. eod.inter cætera. Vel potes dicere,quòd benè fuit intentio eligentis, quòd duæ præbendæ ex vna fierent,& hoc non ſufficit,niſi prębabita prouentuũ ratione,ita quòd congruè inde fieri poſsint,& in hoc caſu.ſ.quando vna præbenda inſufficiens eſt diuiſa,& duobus data,poteſt dici quòd ſic diuiſam præbendam vterq; poſsidebat, ſed quàm citò poterit ſiue per vocationẽ, ſiue alio modo tenebitur integrare præbendam.Vel dic melius,quòd benè potuit epiſcopus diuidere vnam præbendam.ẽ. de exceſ.prælat.ſicut vnire.& ſic hîc benè tenuit diuiſio,& ideò ambo remanent legitimi canonici,ſed quia referebat Papæ, quia licet epiſcopus cum capitulo potuit diuidere,non tamen benè fecerat,quia nimis paruæ erant,& aliàs inæquales quod eſſe non debet.ẽ.de cõſti.cùm oẽs.& ideò Papa mandauit de hoc inquiri,nam mandauit præbendas integrari ſi ſic eſſet verum,&alijs æquiparari.

CAPVT XXVII.

1 *Tenetur ſucceſſor de honeſtate prædeceſſoris factum exequi.*
2 *Canonicatus & præben.iure connexa ſunt.*
3 *Poteſt collator aſsiſtere ei cui contulit.*
4 *Electio perfecta non dicitur quouſq; fit confirmata.*
5 *Crimine ſtellionatus tenetur collator beneficij qui ſine cauſa noluit implere mandatum Papæ in præiudicium impetrantis literas.*

DILECTVS FILIVS G.(Miſiſſemus) Not. quòd ſi hi canonici,non obedierunt ſimplici mandato,poſtea tenentur ei prouidere de communibus reditibus,& hoc eſt in pœnam illorum canonicorum,qui cùm nullam excuſationem haberent mandato Papæ contemſerunt obedire.ſup.de reſcri.ſi quando.& c.cùm adeò.& hæc eſt conuenientior pœna, quæ eis imponi poſſet,cùm in hoc deliquerunt.ſup. de tempo.ord. literas.ſed & aliam imponere poſſet, quia in re,ſiue in præbenda,nullũ ius habet,quod ex eo apparet, quia collatio de ipſo facta tenet,vt hîc in fi.& not.ſup.de reſcri.capitulum,& ad hoc facit.ſup.de reſcrip.conſtitutus. Arg.contra. ſup. de reſcrip. literas. vbi dicitur,quòd ſucceſſor dando executorias literas illi clerico pro quo prædeceſſor direxerat monitorias, non factum ſuum,ſed prædeceſſoris exequi videtur.

1 †Sol.verè factum prædeceſſoris exequitur,quia prædeceſſor monitorias concedendo incœpit,& de honeſtate ſucceſſor factum prædeceſſoris exequi tenetur, niſi aliqua iuſta cauſa contrà faciat.63.diſtin. Adrianus. ſed tamen ex hoc non ſequitur, quòd habeat ius in re. (Sufficiens) nec aliud legitimum ſibi obſtat. (Recipi) ☞ †iſte enim nondum receptus erat in canonicum, & ideò non datur ſibi præbenda vacans, ſed tenet collatio alij facta de illa, vt hîc. Secùs eſſet,ſi receptus eſſet in canonicum authoritate literarum Papæ, quia tunc credimus, quòd haberet actionem ad præbendam poſtea vacantem petendam, ſi alius eum non præcederet.argumen.ſup. eod.relatum. dilectus. inf.de conſti.cùm ſuper. ſup. de conſtit.cùm M. nam licet non habeat ius in præbenda, niſi ſibi aſsignetur, vt in præalleg.decre. dilectus.tamen ille,ad quem pertinet collatio præbendarum, non habet tunc poteſtatem conferendi eam, niſi canonico, quia iam receptus eſt canonicè ſeruata diſtin.quam no. ſup.de ma.& obe.ſtatuimus.aget ergò cum eo,ad quem pertinet, vt ſibi eam aſsignet, ſi nondum contulit eam alteri.Alioquin aget cum ſuperiore, vt eam ſibi aſsignet,& poſtea aget contra detentorem præben. Alij tamen dicunt, quòd ſine alia aſsignatione aget contra detentorem præbendæ.arg.ſup.eod.inter cætera.

2 †Poteſt enim dici, quòd quilibet receptus in canonicum ius habet in præben. quæ ſibi ſuo ordine defendenda eſt, cùm connexa ſint iura canonicatus & præb.licet aliquãdo differantur collationes præbendarum. ſup. eod.dilectus.& ſic apparet,quòd malè faciunt iudices,qui deputati ſunt executores pluribus receptis in canonicos, quia quilibet executor excõmunicat illum,ad quem pertinet collatio primæ præbendę,quę vacabit,niſi eam cõferat illi,cuius executor eſt,nam ſolius primi executio iuſta eſt,quia ex quo ad primi mandatum eam aſsignauit, ſine dolo deſijt eam poſſe aliàs aſsignare, vndę ſi decætero alij executores ei pręcipiant,quod alijs conferat,& ſi propter hoc eum excõmunicent, malè faciunt, niſi fortè cùm contraria mandata reciperet malitioſè,& manifeſtè iniuſtum mandatum impleret, & iuſtum poſtponeret.ſup. de reſcri.cùm contingat.Item videtur, quòd huic recepto in canonicum contra eum, qui eum contulit alteri, non habet actionem,niſi fortè de dolo,vel in factum ad expenſas.ff. de do.l.1.

3 †Sed tamen benè dicimus,quòd collator poteſt aſsiſtere ei,cui cõtulit in cauſa,ſicut venditor emptori,à quo res vendita vendicatur,quia poteſt ſua intereſſe, ſi euinceretur ab eo præbenda,quia tenetur ſibi in conſimili prouidere.ſup.eod.inter cætera. ſecùs autem in electoribus, quia

ibi benè possunt suam electionem defendere,& prosequi.ſ.de elect.super eo.& c. dudum.ec.roth.vbi no.

4 †Et est ratio diuersitatis,quia non dicitur electio perfecta, quousq; sit confirmata,& ideò electores electionem defendunt,& psequuntur quousque fuerit confirmata, sed post confirmationem si ageretur cum electo non vocarentur canonici,nec etiam ad defensionem admitterẽtur,quia functi sunt officio suo, & idem dicimus in eo,qui contulit beneficium,& in confirmatore, scilicet,quod non competit contra eos actio. (Assignari prouentus)Vel dic,quòd nec per monitorias, nec præceptorias literas obtineret iste clericus, quod hic dicitur,nisi in literis eis directis contentum fuisset, alioquin damus tali in mandatis, vt vos ad id compellat. Sed argum.contra.sup.de rescrip.capitulum.dicunt quidam,quod condictione ex hac decre. potest quilibet pro quo scribuntur monitoriè agere,& cõsequi, quod in hac decre. continetur, sed certè hoc non placet nobis,quia iam frustrà ecclesia daret executores, & licet quandoq; Papa det monitorias, non tamen dat executorias.

5 †Alij aũt dicũt, quòd collator beneficij, qui sine causa noluit implere mandatum Papæ in præiudicium impetrantis literas peccauit in eum,& ideò tenetur crimine stellionatus, & hanc accusationem criminalem, vel denunciationem ciuilem prosequitur impetrans,sed caueat sibi impetrans, quod non obtinebit impetrans literas,nec in accusatione, nec in denunciatione, nisi probauerit eum malitiosè non obedisse, quod est difficile,cùm multas possit habere excusationes. Hìc autem manifestè apparuit Papæ de malitijs capituli, si sine causa alium receperunt postposito mandato Papæ,& dicunt quidam,quòd hìc dicitur tantùm locum habere, quando præceptoriæ literæ impetrantur,argument.sup.de rescrip.capitulum.nam nemo astringitur ex cõsilio.14. quęstio.1.quod debet.ff.man.l.1.&eodem modo, non debet astringi monitione,sed & alij contradicunt, scilicet, quod etiam monitioni Papæ obediendum est,quæ est pura,& maximè quia non est sine mandato.Lex autem,& c.loquuntur in consilio, quod datur tantùm in fauorem eius, cui consulitur.Alij tamen dicunt nihil hìc fieri de necessitate iuris,sed de gratia(Prębẽdali)dic vt no.ſ.eod.inter cætera.

CAPVT XXVIII.

1 *Sola receptio in aliam ecclesiam sine consensu sufficit ad hoc, vt quis prima sit priuatus.*

2 *Nunquid si ex dispensatione longo tempore differtur ordinatio episcopi interim vacent beneficia.*

3 *Potestas ad quem pertinet collatio, sine alia priuatione,& alio possidente, conferre potest beneficium sic ab alio possessum.*

4 *Possessor quilibet in possessione sua tueri debet.*

5 *An plures dignitates in vna ecclesia possit quis habere.*

6 *Personatus & dignitas an idem sint.Et quid sit dignitas.in nu.7.*

DE MVLTA.(In Lateranensi. sup.eod.quoniam nonnulli. (Curam animarum)Hìc largè sumitur cura animarum, siue in foro pœnitentiali habeat curam,siue aliàs. sup.de elect. dudũ. eccle.roth.& non est vis, siue ratione ecclesiæ habeat curã animarum,siue in villa,sed illius villæ ecclesia est alterius,sicut apparet in decre.præalleg.dudum. eccle. rotho. vbi non dicitur, quòd archidiaconus in archidia. habuerit aliquam ecclesiam, sed ius archidiaconale tantùm, & sic est in dioce.Pictauiensi.vbi sunt archipresbyteri,qui nunquam habent aliquam ecclesiam specialem, cui præsunt,sed habent iurisdictionem spiritualem super multa loca. Item non est vis, siue sit ecclesia baptismalis, siue capella tantùm, dummodò curam habeat aliquorum parochianorum. Item non est vis, siue habeat parochianos de facto, siue non, dummodò parochiam habeat in qua parochiale ius habeat.

1 †Receperit)not.solam receptionem in aliam ecclesiam sine consensu sufficere,ad hoc quod prima sit priuatus, sed videtur quod necessarium est etiam quod possessionem habeat secundæ,vel per eũ stet,quominus habeat. argumen. 21.quæstio.2.si quis iam.& not.sup.de elect.cùm in cunctis.& 42. distin.si qui episcopi.& c.sequen.sed hoc non credunt alij, cùm per consensum contractum sit matrimonium.argum.sup.transla.præla.inter corporalia.vel aliud ius ei acquisitum administrandi.sup.de elect.cùm in cunctis.

Et hoc intelligunt quidã verum, nisi adhuc contra eum excipi possit,puta quia electus sit in archidiaconũ, vel archipresbyterum,& nondum habeat eundem ordinem, quem dignitas requirit, tunc etiam si transferatur corpore,cùm contra eum excipi possit, quousque transeat tempus intra quod debeat ordinari, non credunt posse cõferri prima beneficia. ar. eius quod dicitur in episcopo.sup.de elec. cùm in cunctis. Melius credimus,quod statim vacat postquam habet beneficium habẽs curam animarum prius simile nullo tempore prætextu ordinationis expectato,nec est simile de episcopo, quia electus & confirmatus in episcopum non est episcopus, nisi sit cõsecratus in episcopũ, sed archidiaconus, quamcitò est confirmatus est verus archi.& omnia quæ pertinent ad dignitatem facere potest, nec potest decætero excipi contra eum, quod non fiat archidiaconus, licet possit excipi, quod non ordinetur quia est criminosus, sicut contra quẽlibet etiã non archid. excipietur ar. sup. de app. constitutus.

2 †Sed qd si ex dispẽsatiõe lõgo tpe differt ordinatio episcopi, nũquid interim vacabũt beneficia ? Resp.imò vacabũt, & etiã tãquã vacantia alijs conferentur,quia dispensatio est restringenda, vt non extẽdatur ad restitutionem beneficiorum. ar. ſ. de cõsang.& affi.qa dilatio. Si aũt per infirmitatem,vel alio legitimo modo impediatur eius ordinatio,nõ credimus ei currere tempus.ar.ſ. de concess.prẽb.vel ecc. nõ vac.quia diuersitatem. Item quamdiu litigatur, non conferentur eius beneficia, si non est adeptus possessionẽ secundę,sed si habet possessionem,licet de ea litigetur, videt quod statim possunt eius beneficia conferri.21.q.2.si quis iam.ſ. de elec.cùm in cunctis. Nec valet si dicis,quod ex quo postea per sententiam apparet secundam prouisionem non tenere,nõ debet tollere primam,quia in culpa fuit acceptando rẽ litigiosam,vel quia de hoc non benè disquisiuit.de hoc no.ſ.de rescr.in nostra. Quidam etiam dicũt vel credunt,quòd sit necesse, vt habeat administrationem maioris partis rerum secundæ ecclesiæ. ar. sup. de resti. spo. c. fi. Sed illud no. 9, benè facit primus prælatus, si dum litigatur commendat ei primam ecclesiam, & est iusta causa commendationis. infrà, de act. si const. (Cõtenditur)cõtendendo de iure suo,si non habet dispensationem,& intelligimus si perstiterit vsque ad litem contestatam. argumentum. ff. rem rat. hab. amplius. ff. de in ius voc. quamuis. & hoc satis innuitur ex verbo hìc posito spolietur,scilicet per sententiam,& sic videtur, quòd necesse est ad hoc, quòd locum habeat hæc decr. quod contenderunt in iudicio, & quod ipso iure sit priuatus, vel dic, quod ex sola retentione sit priuandus,etiam si quando incipit conueniri velit dimittere, cùm satis manifesta causa priuationis appareat, scilicet quia canoni non obediuit. Item quia furtum committit in rebus prioris ecclesię,quia priuatus est. suprà,eod.cùm iamdudum.suprà, de elect.dudum ec.ro. Sed quid si secundam inuasit propria authoritate.ar. quòd ipso iure videtur primam renunciasse. 21. q.2. si quis iam. Alij tamen contradicunt, quãdo propria authoritate inuasit, sed si non propria authoritate inuasisset, sed authoritate superioris cõfirmatus esset,tunc quamuis aliàs nulla esset electio, vel esset talis, qui ordinari non posset ad secundam ecclesiam, tamen ipso iure renũciasse videtur priori, quia ad hoc quod renũciasse videatur, sufficit quod authoritate vel tuitionem prætoris habeat. ar. ff. quòd cum fal.tut. l.1.§.fi.arg. ſ. de trãsla.præla.c.quanto.

† Quid ergò dices etiam in casibus, qui hodie accidunt in regno, vt licet interdictum sit regnum,& omnibus capitulis sit generaliter interdictũ eligere multi eliguntur,& aliqui confirmantur per Metropolitanum, & administrant, nunquid lapso tempore de consecrandis episcopis vacent taliter confirmatorum beneficia, ar.quod sic.ff.de do.inter vir. & vxo.l.3.§. videamus. in Authẽt. de restit. & ea quæ pa.§.fi.&facit.inf.de excel.pręla.tanta.& de transla.quanto.

3 † Conferat) not. quòd is ad quem pertinet collatio, sine alia priuatione & alio possidente, conferre potest beneficium sic ab alio possessum, & est hoc speciale beneficium concessum à iure in hoc casu, nam generaliter contrarium obtinet. ar.pro eis.infrà, de concess.præb. vel ec.non vac. cum nostris. sed etiam in hoc casu possessionem beneficij non dabit, quamdiu primus de facto possidet, cùm nec rem suam liceat propria authoritate occupare. infrà, de concess. præb. quia di. C. vnde vi. si quis in tantam. nisi essent idem conferens & iudex, sed aget ille,cui mandatum est cum superiore, vt sibi habenti ius det possessionem vocato illo, qui detinebat, & procedetur in hoc facto sine solennitate iuris, cùm translatio eius ad aliam ecclesiam non posset esse,nisi notoria.sup. de transla.præla.quanto. vel dic, quòd nec citatio necessaria est.Nos quantum ad hoc,quod

ſpeciale ſit in hoc caſu, quòd quis poſsit dare eccleſiam, vel aliam rem, quam alius tenet, & in qua ius habet, non credimus eos verum dicere, quia non eſt ſpeciale, imò generaliter verum eſt, & ſic credimus, quod eccleſiam & alias omnes res noſtras, vel ad noſtram collationem, vel ad ius pertinentes poſsimus vendere, & donare, & quocunque alio titulo ius, quod in eis habemus in alios transferre. C. de her. vel act. ven. per totum. ff. de cõtrahen. empt. qui tabernam. & ſi. no. inf. de conceſ. præb. cum noſtris.

3 † Sed his fortiter eſt contra. ſuprà, de cau. poſ. cùm eccleſia. vbi dicitur, quod non valet electio facta à canonicis, ad quos pertinebat de iure contemptis his, qui poſsidebant, ergò eadem ratione non valet donatio, vel venditio, vel collatio alicuius rei quam alius poſsidet, quamuis
4 collator ius cõferendi habeat in ea. † Sol. illa decre. concordat noſtræ opinioni, nam veritas eſt hæc quod quilibet poſſeſſor tuendus eſt in poſſeſsione ſua, & ratione poſſeſsionis colligit fructus. infrà, de inſti. cùm veniſſent. inf. de iure patr. ex literis conſuluit. & ex hoc eſt, quod ille, qui eſt in poſſeſsione eligendi tuendus eſt in poſſeſsione hac, & in colligendo fructum, ac eius fructus eſt eligere facto. Vnde ille, qui eſt in poſſeſsione iuris eligendi, quamdiu eſt in poſſeſsione, de iure eſt quod eligat, & ſi alius elegerit, ad quem non pertinet accipere fructum, qualis eſt proprietarius & ille, ad quem pertinet poteſtas eligendi, non valebit electio eius, & ſic loquitur decr. præalle. cùm eccleſia. ſed dare alij ius eligendi non eſt fructus poſſeſsionis, & ideò non pertinet ad poſſeſsionem iuris eligendi illud alij donare, nec impedire illum, ad quem pertinet quominus alij conferat. Et eodem modo dicimus in poſſeſſore eccleſiæ, ſcilicet quòd tuendus eſt in poſſeſsione eius, & in colligendis reditibus eius, ſed non poteſt impedire, quin ille ad quem pertinet ius
☞ conferendi, eã alij cõferat primam. † Sex menſes) computandos à die, quo ſciuerit eam recepiſſe ſecundam. inf. de conceſ. præb. quia di. Item computandi ſunt iſti ſex menſes à die, quo ſciuerunt eccleſiam vacare per exceptionem ſecundę, & hoc ideò dico, quia licet receperit ſecundam, nõ poteſt habere poſſeſsionem eius vel de iure, quia dicit aduerſarius, quod de iure eam habere non debet, ſiue de facto, quia non permittitur intrare poſſeſsione non currit collatori tempus. 21. q. 2. ſi quis iam. 92. diſt. ſi qui epiſcopi. & verba cũ effectu accipienda ſunt. ff. quod quiſq; iur. in al. ſta. l. 1. ſed ſi poſſeſsionem haberet, licet litem haberet de ea, tũc fortè deberet eam cõferre, & currit ei tempus à die, quo recepit ſecundam, & etiam ſi feratur ſententia contra eũ, qui impugnat recipientem ſecundam eccleſiam, ſed non poſsidentem appellet, tempus incipit currere collatori ab eodem die, quo finita eſt cauſa appel. imò plus eſt, quod ſi non proſequatur appellationem, tamen non cõputatur tẽpus, niſi à die quo rata manet ſententia, nec eſt contra. ſ. ex quib. cau. infa. irro. furti. hoc enim ideò eſt, quia ante nõ potuit ſcire vacationẽ eccleſiæ, cùm adhuc poſſet proſequi appellationem, licet non fuerit proſecutus. (Cogatur) ille, qui negligens eſt in collatione prioris beneficij. (Hoc idem) hic vult dicere, q, ſicut ſtatutum eſt in beneficijs habentibus curam animarum, quod ipſo iure vacant recepto ſecundo ſimili, & alijs licitè conferri poſſunt.

5 † Idem ſtatuimus in perſonatibus diuerſarum eccleſiarum habentibus curam animarũ, ſi autẽ non habent curã animarũ, licet ſine diſpenſatione teneri nõ poſſint, credimus tamen poſſe per epiſcopos diſpenſari. ar. contra. ſ. de elect. dudũ. ec. rotho. Sed reſpõdemus, quod ibi nõ dicit, non poſſe diſpenſari, ſed peccare eum, qui ſine diſpenſatione tenet, quod verũ eſt. ſ. eo. ad hæc. vel ibi loqtur allegãdo: & huic noſtro intellectui ſatis cõcordat, quod ſequit, quod addit, quod in vna eccleſia nõ poſſunt habere plures dignitates, ſupple etiã non habẽtes curã animarũ, & ſic aliqua erit adiectio, nã tũc vt quidã dicũt idẽ erit, quod in plurib. beneficijs habẽtib. curam animarum. Hoc tamen hîc nõ videtur dicere, vnde alij dicunt, quod in eis idẽ erit, ſicut ſi perſonatus in diuerſis eccleſijs habere.

6 † Perſonatus) ferè ſemper, & pro eodẽ ſumitur perſonatus & dignitas, ferè ideò dixi, quia perſonæ eccleſiarũ dicuntur in Anglia, quæ præſunt eccleſijs, qui alibi dicuntur curati. ſ. de app. perſonas. & tamẽ in dignitate dicuntur cõſtituti. Similiter abbates, epiſcopi & alij ſuperiores dicuntur eſſe in dignitate & non perſonę, & intelligimus dignitates vel perſonatus ſecundum inſtitutionem, vel ſecundum conſuetudinem eccleſiæ, nam poſſet eſſe, quod

quod aliquis in vna eccleſia exercet officium archid. cognoſcendo de cauſis clericorum, & ſic de alijs officijs, vel dignitatibus dicimus: non tamen puto eum cadere in hanc conſtitutionem, niſi vocetur hoc nomine, vel alio quod in dignitate ſonat, ſed ſi vocetur aliquo nomine dignitatis, vel quod pro perſona in dignitate conſtituta reputetur, licet nullum miniſterium dignitatis faceret, reputo eum hac conſtitutione retineri, ſicut eſt Parmæ, vbi quaſi nullum officium archidiaconi facit archidiaconus, & tamen illa dignitas reputatur. Si autem miniſteria faceret alicuius dignitatis, & tamen non reputetur dignitas, non cadit in hanc conſtitutionem, ſicut ſunt præpoſiti Turonenſis & Carnotenſis. nunquam autem reputamus aliquem ad hanc conſtitutionem teneri, niſi perpetuam habeat dignitatẽ. inf. de ſtatu mona. c. 2. §. 1.

7 † Item dignitatem vocamus, dummodò pro dignitate habeatur in eccleſia, vbi eſt, & etiam ſi habeat adminiſtrationem temporalium perpetuam. arg. 88. diſt. volumus. & quatuor capitulis ſeq. licet inter dignitates eccleſiaſticas hæc nõ cõnumeretur. ſ. vbi agit de offic. archi. & de alijs officijs. miniſteria autem ſine vlla penitus iuriſdictione officium aliquod habent, ſicut ſunt ſyndici, procuratores, & ſacriſtæ qui pulſant campanas, & huiuſmodi, non dicuntur eſſe in dignitate, etiam ſi ſint perpetui, ſi autem haberent aliquam iuriſdictionem, ſecùs. ff. de officio procu. Ceſ. l. 1.

CAPVT XXIX.

1 *Ad archiepiſcopale ſiue prouinciale concilium qui ſint vocandi, & qui ad epiſcopale, in num. 2.*
3 *Capitula cathedralium eccleſiarum quando vocanda ſint ad concilium prouinciale.*
4 *Quando tractatur accuſatio epiſcopi neceſſarij ſunt duodecim epiſcopi, & vide in nu. 5. & 6.*
7 *In concilio tenentur omnes de ſingulis querelis reſpondere, ac ſi citati eſſent.*
8 *Concilium fit tantùm cauſa corrigendorum morum.*

1 GRAVE. (Conci.) † Ad hoc concilium de neceſsitate vocandi ſunt epiſcopi, & non alij. argumentum. 18. diſt. quoniam quidem & epiſcopo. & c. placuit. & c. ſi epiſcopus Metropolit. & c. propter. & hoc de epiſcopali ſiue prouinciali concilio.

2 † Ad epiſcopale autem concilium vocandi ſunt abbates, ſacerdotes, & omnem clerum ciuitatis & dioce. conuocare debet epiſcopus. 18. diſt. decernimus. Sunt autẽ epiſcopi ſic cõgregati in cõcilio prouinciali loco ordinarij in omnibus cauſis quæ vertũtur inter epiſcopos & clericos. 2. q. 5. placuit. ſi epiſcopus actu. 11. q. 3. ſi epiſco. fortè & quatuor capitulis ſequen. imò plus dicimus, quod ijdẽ epiſcopi ſine cõcilio ſunt, vt iudices ordinarij in omnibus cauſis clericorum, quæ ad concilium referuntur. 6. q. 6. ſcitote. 18. diſt. c. 1. & 2.

3 † Capitula autem cathedralium eccleſiarum, tunc ſunt vocanda ad concilium prouinciale, cùm de eorum factis agitur. inf. de his quę fiunt à pręla. ſine concap. c. fi. aliàs non niſi de honeſtate, vel propter concilium. 64. diſt. obeuntibus. cauſæ autẽ archiepiſcoporum ad Papam ſunt referendæ, vt hîc. Alij tamen dicunt quòd epiſcopi in concilio nõ ſunt iudices, ſed aſſeſſores, ſed ſiue ſint aſſeſſores, ſiue iudices, non valet quod fit eis non vocatis: 15. q. 7. epiſcop⁹ nullus. 64. di. epiſcopi. ſicut nec valet ſententia abſente aduocato abſenti fiſci. ff. de iure fiſci. ſi fiſcus. arg. C. de ſen. & interloc. cum ſententia.

4 † Item concilium ſic congregatum audire poteſt accuſationem criminalẽ epiſcopi, ſed determinare non. 3. q. 8. c. 1. & q. 6. quamuis. & c. dudum. & quando tractatur accuſatio epiſcopi etiam in ipſo tractatu neceſſarij ſunt. 12. epiſcopi. vt in præalle. c. 3. q. 8. c. 1. nec in his. 12. computatur archiepiſcopus. 15. q. 7. fœlix. & ſi haberet ſuſpectos aliquos epiſcopo loco ſuſpectorũ Metrop. & accuſatus alios eligent, de cõſenſu tamẽ alterius partis, & de ea prouincia, ſi poſsit, vel de vicinia. arg. 2. q. 7. placuit. 65. di. pla. Et credimus, quod ſint alij. 12. neceſſarij epiſcopi in proceſſu. ſ. in lit. conteſt. & fortè in auditione allegationum, in receptione autem teſtium, non videntur neceſſarij.

5 † Itẽ videtur quod hic numerus ſit neceſſarius, nõ ſolùm in criminali accuſatione epiſcopi, ſed etiã ſi ciuiliter agitur de crimine, quod fatemur, ſi excipiat de crimine, vt remoueat ab epiſcopatu. 23. diſt. illud. 34. diſt. quorundam. nam poſt amotionem talem, vel repulſionem remanet ita infamis, quod ineligibilis ſit: vt ſuprà, de elect. ſuper. Item idem dicimus de inquiſitione ſacerdotum, diaconorum,

vel

vel ſubdiaconorum, & vbicunque pro crimine agitur ſiue criminaliter, ſiue ciuiliter, dum modò depoſitionis ab ordine, vel officio ſententia ferri debeat, ſic loquuntur. c. 15. q. 7. per totum. 3. q. 6. accuſatus. ſecùs ſi pro cõtumacia epiſcopus excommunicaretur, vel ſuſpenderetur ab archiepiſcopo ſolo, quod licet. Idem ſecùs, ſi agatur de crimine non ad depoſitionem ab officio, vel ordine, ſed amotionem ab eccleſia, quia tunc ſolus epiſcopus cum clericis ſuis poteſt procedere, & ſic loquũtur capitula. 18. diſtin. ſi quis abbas. 16. q. 7. inuentum. inf. de his quæ fiunt à præla. ſine conſen. cap. nouit. 86. diſtin. ſi quis. Item ſecùs etiam ſi ſuum intereſſe proſequatur agendo de crimine, puta agendo furti.

6 †Item no. quod conſilium prouinciale facit archiepiſcopus ſine primate & primas ſine archiepiſcopo, vt benè colligitur. 18. diſt. c. 1. Item dicunt quidam, hunc numerum eſſe neceſſarium etiã ſi ex delegatione procedatur. ar. 3. q. 6. hæc quippe, ſed hoc non credimus de neceſsitate, licet ſit honeſtum pro excellentia cauſæ, quod ita fit & in illo. c. hæc quippe. Papa mandauit hoc ex ſpeciali cauſa, propter ſcandalum regis.

7 †Item no. quod in conſilio omnes reſpondere tenentur de ſingulis querelis, ac ſi citati eſſent. 18. diſt. propter. quoniam in criminali non deberent ad hoc reſpondere, niſi citati ſint, & niſi expreſſa ſint crimina ſuper quib. accuſantur. 5. q. 2. c. vlti. Quia autem dictum eſt quod de ciuilibus quæſtionibus tenentur reſpondere in cõcilio, intelligunt quidam de concilio prouinciali vel epiſcopali, ſed in generali cõcilio dicunt cuilibet competere ius, reuocandi domũ. Sed argumentũ contra eos. 2. quæſt. 7. ſymachus, credimus tamen, quod ſi particulare vel generale concilium pro aliquibus ſpecialibus negotijs in vocatione nominatis vocaretur, quòd in alijs & in ciuilibus & in criminalibus cauſis haberent ius reuocandi domum.

8 †(Inquiſitio) licet quidam dicãt contra. hæc inquiſitio poteſt fieri ſine præcedente fama. per c. 18. diſt. ſanè quoniam quidem. & hoc eadem ratione, quia non agitur hîc ad interponendam pœnam de crimine. Item non agitur ſpecialiter de crimine, ſed vt rationem reddat de talento ſibi commiſſo, quomodo illud adminiſtret ad quod quilibet miniſter tenetur.

Item concilium fit ob hoc maxime. ſ. ad correctionem morum. 18. diſt. quoniã quidam. (Concilium) arg. cõtra. ſup. de elec. cùm in cũctis. §. pe. & vlti. Sol. illud in dignitatibus, ſed hic in beneficijs. Item hîc pœna non infringitur, niſi poſt ſecundam monitionem, & poſt peccatum iteratum, illa in primo peccato, & ſine monitione. Itẽ hæc pœna poteſt ſuſtineri & illa, quia licet ſuperior prouiderit eccleſiæ propter delictum eligentium illa vice, quãdo malum eligit, nihilominus & per concilium hæc pœna infertur, vel impetratur, vt de cætero per alium conferantur beneficia. (Suſpenſionis,) ſcilicet archiepiſcopi vel omnium ſupradictorum, nam licet concilium prouinciale habeat poteſtatem ſuſpendendi, non tamen habet abſoluendi.

CAPVT XXX.

1 *Non cogitur quis reſidere in eccleſia annexa præbendæ.*
2 *Non reſidens in eccleſia, in qua habet curam animarum, ipſo iure eſt ea priuatus.*

1 EXTIRPANDAE. Puta epiſcopi, abbates vel alij potentes, ſed iniuſtè. (Sufficiens). 50. diſt. c. ſtudeat. ſup. eod. c. de mona. †(Præbenda.) Hinc collige, quod in eccleſia annexa præbendæ quis non cogitur reſidere, & licet cum tali præbenda recipiat aliam habentẽ curam animarum, nõ ipſo iure vacat prima, imò licitum eſt aliã habere, vel ex diſpenſatione cuiuslibet ſuperioris, vel etiam de iure communi ſecundum diuerſas opini. quas no. ſup. de cle. nõ reſi. c. vlt. &, c. cùm iamdudũ. nam cùm cauſa prohibitionis ſit, quia nõ poteſt apud vtramque reſidere, & per ſe curam agere. ſup. de cle. non reſi. quia nonnulli. & c. relatum. & cauſa eſſet annexa quæ habet curam quia ibi reſidere non tenetur, vt hîc. Item prohibitio ceſſat in præbenda, de iure communi apparet, quod conſtitutio de multa locũ non habet, caue tamen tibi, quia licet talis præbendarius habeat in eccleſia ſibi ſubiecta vicarium, ſæpè tamen & ipſe præbendarius habeat curam aliquam laxiorem, quia nõ tantùm ſuper vicarium, vt poſſit eum excommunicare, viſitare, interdicere, & alia huiuſmodi facere, & aliquando minus laxam, quia ſuper vicarium tantũ, vel in cæteris caſibus tantũ, & hæc omnia ad curã pertinẽt animarum. ſup. de elec. dudum. (Alioquin, id eſt. ſi nõ reſideat in eccleſia, quæ alij non eſt annexa, vel niſi ibi perpetuum

perpetuum conſtituat vicarium. (Illa ſcilicet ſe) parochiali eccleſia, & non priuabitur eccleſia præbẽda, ſed perſona tantum tempore ſuæ vitæ. ar. ſup. eo. niſi.

2 †(Priuatum) not. quod qui non reſidet in eccleſia, in qua habet curam animarũ, priuatus eſt ea ipſo iure, & poteſt alij conferri. de hoc not. ſup. tit. proxi. ex tuæ. tutius eſt enim eum per ſententiam priuare. arg. infrà, de conceſs. præb. vel eccl. non vac. cum noſtris. licet tutius ſit non reſidentem, vel vicarium non conſtituentem per ſententiam priuare, tamen cùm hæc conſtitutio hanc pœnam conſtituerit ei, ſatis videtur, quod ſine alia ſententia priuationis ſit priuatus authoritate huius conſtitutionis, & quod ille, ad quem pertinet collatio, poſsit eam alij conferre, dummodò ea interueniant, quæ interuenire debent, quia oportet, a quòd moneatur a tempore congruo & loco, quod reſideat, & quòd aſsignetur tempus ei certum. ff. de ver. obli. l. ſi ex leg. cau. & l. ſeq. ſup. de cler. non reſid. ex parte. & tribus. c. ſeq. Imò & poſt hoc prudẽter faciet, ſi aliquãtulũ expectet, qa fortè iuſta cauſa impeditur, quæ ſi eſſet reuocaretur ſua collatio. 4. q. 5. c. 1. ff. de vſu. mora. 1. reſp. & l. ſciendum. ff. de damn. infec. l. ſi finita. §. ſi fortè. ſuprà de ſen. & re iudi. cùm Bertholdus. †Item videtur, quod ſi pateretur lit. conteſt. ſuper hoc, ſcilicet an teneatur reſidere, quod ex tunc ſit priuatus, & poſsit alijs conferri. arg. ff. de verb. obli. nemo.

Et hæc vera ſunt, niſi certa dies ei aſsignata ſit à prælato, non à capitulo, quod non habet poteſtatem eum iudicandi, vel eius renunciationem recipiendi, intra quem reſidere, vel aliud facere deberet, quia tunc non eſt neceſſaria alia monitio poſt diem. C. de contrah. & commit. ſtipul. l. magnam. infrà de conceſ. præb. vel ecc. non vacan. c. 2. ſuprà, de elec. cùm in cunctis. 7. q. 1. præſentium.

b Item hæc habent locum b, vbi eſt pœna adiecta alicui negatiuè, vel alijs verbis æquipollentibus negatiuè, ſicut erat hic ſcilicet ſi non recederit in eccleſia, vel ſi non conſtituat vicarium, & ſic de alijs, ſed ſi pœna eſſet adiecta alicui affirmatiuè, videlicet ſi percuſsiſſet clericũ, ſit excõmunicatus, vel ſi receperit ſecũdam eccleſiam, careat prima. 17. q. 4. ſi quis ſuadente. ſuprà, de multa. & hoc poteſt videri, vbicunque irrogatur infamia ipſo facto. ff. de ritu nupt. palam. §. quemadmodum, C. de ſecun. nup. l. 1. & 2. tunc ſine vlla monitione ſtatim ipſo facto incurrit pœnam, vt in prædictis decre. & eſt ratio, quia non facta latent, ſed facta ſe manifeſtant. Si autem ſuper priuatione nulla lata ſententia eſt à iure, tunc non poterit procedi ad electionem, niſi prius obtineant licentiam à ſuperiore ſiue Papa, ſiue alio, infrà, de cle. non reſi. ex parte. & c. qualiter. vel niſi feratur contra eos ſententia priuationis. ſup. de cle. non reſid. ex tuæ. poteſt tamen & minor pœna eis infligi, ſuprà de cle. non reſi. c. cùm ad hoc. & c. tuæ. & in his omnibus contrahitur eremodicium, quia notorium eſt crimen. ſ. contumacia, ſed tamen ſi poſtea inueniantur excuſabiles reſtituantur. ſuprà de in inte. reſti. ex literis. 4. quæſt. 5. cap. 1. & 7. quæſt. 1. præſentiũ. de ac. ea.

a *Quod moneatur. adde & Car. in cõſil. 55. colũ. 2. in princi. dicit hoc dictũ Inno. no. & ſingulare, incipien. conſilium in cauſa domini Caroli.*

b *Item habent locũ ad dicta per Innoc. hic adde Feli. in c. 1. col. 3. de conſtit. ſuprà vbi dicit dictũ hoc aureũ. et vide eundẽ latè in c. 2. inf. de magiſtr. col. 2. verſic. extra gloſ.*

CAPVT XXXI.

1 *Nominatim interdicti qui dicantur.*
2 *Non poſſunt abbates, & minores iudices criminales cauſas clericorum diffinire.*
3 *Abbas quo caſu poſsit presbyterum inſtituere in eccleſia donata.*
4 *Poteſt epiſcopus viſitare ſi abbas eſt negligens.*
5 *Non licet ædificatori iura epiſcopalia minuere.*
6 *Tenetur prælatus notos admittere, ſi ſibi præſententur, ſecùs autem ſi ignoti.*

1 IN LATERANENS. (Decimas). infrà de his quæ fiunt à prælat. ſine conſen. cap. cùm apoſtolica. †(Nominatim interdictos) nominatim interdicti dicuntur quilibet, de quibus certum eſt, quòd ſint interdicti, vnde dicuntur hîc nominatim interdicti, etiam ſi caſtrum, vel ciuitas ſit interdicta, non nominatim autem excommunicati, vel interdicti dicuntur, quando ſic fertur ſententia. Excommunico, vel interdico talem cum ſuis fautoribus vel participibus, participes enim non ſunt nominatim excommunicati, vel interdicti, & ideò non tenetur quis vitare eos: vt 6. q. 2. c. 2. & 3. niſi fortè eſſet notoria horũ participatio, ita quòd non eſſet inficiationi locus. ſuprà, de coha. cler. & mulie. tua. ar. contra. 11. q. 3. excellentiſsimus. vbi innuitur, quod tales vitari debent, ſed nõ dicit hoc, ſed dicit participes puniendos qui contra præceptum talibus communicauerunt, ſcilicet excommunicatis. (Pleno) id eſt, quæ non ſunt exẽptę à iurib. dioceſa.

dioceſanorum.16.q.2.viſis.licet eas ædificauerunt,vt no.inf.de priui.cùm & plantare. §. in eccleſijs. quales ſunt in quibus domini habent iuſpatronatus ex fundatione ſua,nam tunc deberẽt preſentare inſtituẽdos presbyteros epiſcopo,& epiſcopus cum eius conſenſu præſentatos inſtituat,præſentati autem epiſcopo deſpiritualibus, patronis autem clericis de temporalibus reſpondebunt, & ſic intellige. 16.q.2.c.1.inf.de ca. mona.c.in eccleſijs.hi patroni etiam habere debent curam eccleſiarum vacantium. ſup. de app. bonæ memoriæ. & no. de offi.ordin. cùm vos. Si autem in fundatione dominium rerum eccleſiarum,quas eccleſiæ dedit, ſibi retinuiſſet, tunc poſſet cenſum imponere, vt no.ſuprà eod. de mona. & alia faciet, vt ibi not.nam tunc presbyteros ponet, ſi non habent aliquam parochiam, & remouebit ad velle ſuum: vt inf. de pri.volentes. §. ſanè.quem aliqui non habent, imò plus dicimus, quòd etiam ſi parochiam non habeat,tamen ſacerdos de ſpiritualibus debet epiſcopo reſpondere,puta qualiter celebret,qualiter ornet eccleſiam, & huiuſmodi, ſed tunc credimus, quòd abbas poſsit ponere & remouere ſacerdotem ad ſuum velle. Si autem ex donatione laici habent iuſpatronatus eccleſiæ, tunc non plus poterit, ſcilicet quàm laicus poterat,ſed præſentare poterit tantum, nam plus iuris in alium transferre non poteſt quã ipſe habuerit.16.q.1.ſi quis laicus.ff.de diſtr. ping.ſi de. Si autem epiſcopus dat iuſpatronatus, ſed eccleſiam quæ nullum habet populum alteri eccleſiæ, ſi dat eam in proprios vſus, tunc eccleſia ponat in ea aliquem vicarium, quẽ ſine epiſcopo ponet,& remouebit,qui nihil iuris habet in eccleſia donata. infrà de his quę fiunt à præla. ſine conſen. cap.tua. ſed tantum alia eccleſia fingitur prælatus illius eccleſiæ, vel potius eccleſia donata, fingitur grãgia vel prioratus, vel adminiſtratio. ſup. de confir. vti vel inuti. porrecta. inf.de cenſi.c. vlti. ſed quicunque fuerit ſacerdos epiſcopo de ſpĩritualib. prædictis.ſ.vita ſua & alijs reſpondebit,& tũc licet poſsit reſiduũ ſibi accipere fructuũ, tamẽ ſeruabit eccleſiam in priſtino ſtatu, ſ.vt ſint ibi clerici iſti, licet non perpetui, vt conſueuerunt niſi expreſſè conceſſa ſit, ſic quòd eam ſibi appropriet eiectis clericis.inf. de dona.paſtoralis. Alij autem dicunt contra.ar. opp. pro eis. infrà de his quæ fiunt à præla. ſine conſenſu cap.tua. & hæc intelligo vera,ſed hæc eccleſia non habet collegiũ, ſi enim haberet collegiũ, oporteret quòd clerici & prælatus eſſent perpetui, vnde non poſſet remoueri prælatus eius, nec clerici qui ius habent ab abbate ſine iuſta cauſa.infrà de ſtatu.mona.c.2.§.vlt.

2 † Et dicunt quidam, quòd nec etiam ſi committat culpam, poteſt remoueri de eccleſia collegiata ſeculari per abbatem tantùm, ſed abbas requirat, & epiſcopo referat, non enim abbates & minores iudices poſſunt clericorũ cauſas criminales diffinire. arg. 16. quæſt. 7. epiſcopo nulli.56. diſtin. ſatis. ſuprà, de officio archi. ad hæc. & no. ſuprà, de officio ordi. quanto. nec mirum ſi facilius monachi, quàm clerici remoueantur. infrà de ſi. per tuas. † Item habet locum in eccleſijs, quæ non parochiales, nec populum habent, nam illæ, & ſi concedantur in proprios vſus, vel authoritate propria quis conuertat in proprios vſus, tamen neceſſe habet in ea authoritate epiſcopi inſtituere prælatum, ad minus perpetuum vicarium, quem non poteſt remouere aliquis præter epiſcopum. arg. infrà de pri.paſtoralis.ſup.de ſupp. negli. præl.c.2.& ſup.eo.c.proxi.

3 † Item prædicta intelliguntur, niſi conceſſa ſint in proprios vſus, & pleno iure, quo caſu poteſt abbas presbyterum inſtituere in eccleſia donata, & quaſi vicarius [a] epiſcopi concedere ei curam animarum, & remouere ex cauſa cum cauſæ cognitione, ſed cauſam vel accuſationem criminalem huius ſacerdotis non audiet, nec propter crimen eum amouebit, licet fortè propter malam adminiſtrationem amouere liceat.arg.16.q.2. viſis. nam vt ibi dicitur piacula ſacerdotum punientur per epiſcopum. Item omnia ſacramenta, quæ per alium quàm per epiſcopum miniſtrari non poſſunt, vt conſecratio altarium, collatio ordinum per epiſcopum ibi fient.

4 † Item etiam dicunt quidam quòd viſitare poterit. arg. de cenſi. cùm ve. & hoc ſatis credimus, maximè ſi abbas ſit negligens in viſitando, nam licet ſpiritualia conceſſerit abbati: tamen ſibi retinuit viſitationem, maximè ſi negligens ſit abbas, vel dic, quòd vterque habet, & ſi concurrant, epiſcopus præferetur, niſi aliter obtineat de conſuetudine, ſicut eſt in archidiacono & aliis prælatis, qui ſubſunt epiſcopo ſunt. Et

[a] *vt quaſi vicarius. Adde eũdẽ Inn. in c.1. de offi. archi. & Card. in conſil. 67. inci. reuerende domine. in fin.*

Et quod dicit. c.16.q.2.c.1. loquitur etiã ſpecialiter de inſtitutione, & non eſt trahendum ad alia. Item dic,quòd de ſpiritualibus reſpondebit abbati. Et eſt ratio ſupradictorum. ſ.quòd prædicta remaneant penes epiſcopum, licet pleno iure eccleſiam tranſtulit in abbatem, quia tamen hæc exercere non poſsit abbas, & nõ ſit aliqua eccleſia, vbi non oporteat fieri ea,quæ iuris epiſcopalis ſunt: iuſtum eſt, quòd hæc in abbatem translata non intelligantur. arg.ff. de officio præto. legatus.

Hoc ipſum intelligimus verum, etiam ſi abbas cui donat exemptus eſt. Sed ſi alij epiſcopo donaretur pleno iure, tunc cùm recipiẽs epiſcopus iura epiſcopalia exercere poſsit, intelligimus etiam illa tranſiſſe, nec vlterius prædicta alius epiſcopus exercere poterit,dummodò [a] aliàs donatio ſit legitimè facta. Si autem non concedat epiſcopus, eccleſiam in proprios vſus,ſed vt aliàs ſit ei ſubiecta, obtinet quod habetur infrà,de dona.paſtoralis.

5 †Item not. quod non eſt licitum monaſterio,quãdo ædificat eccleſiam ipſam inſtituere, vt habeat eam pro grangia,vel etiam pro monaſterio, & vt ea quæ dabantur ei ad proprietatem monaſterij deuoluantur, cùm enim capellæ à monaſterijs ædificatæ lege dioceſana epiſcopo ſint ſubiectæ. ſuprà, de officio ord. conquerente. & non ſit licitum ædificatori epiſcopalia iura minuere, & per quodcunque pactum vel legem donationi impoſitam. 10.quæſt.1.cap.2. & ſeq. & c.nouerint. ſed ſi eſſet grangia, vel monaſterium minueretur eius ius, quia lege dioce. ſibi non ſubeſſet. 16. quæſt. 1. cùm prode cenſi. c. fin. ergò hoc non licet facere, ſed ſi vult facere contra eius conſenſum, faciat. 10. quæſt. 1. cap. 1. & ſi nollet hoc facere, agat cum ſuperiore. (Pro rebus) quando directum dominium remanſit penes ædificantem, vel quando ad minus ædificauerit: vt ſuprà eodem,de mona.& infrà, de priui.cùm & plantare. §. in eccleſijs. vbi no. (Inconſultis) ſed nec epiſcopis conſultis, epiſcopus enim faciet hoc cum conſilio abbatis.16.q.2.c.2.

6 †(Notos) not. ſi prælato præſententur noti,eos tenetur admittere niſi aliud probetur contra eos, ſed ignoti non admitterenturniſi probarentur eſſe boni teſtimonij.

CAPVT XXXII.

LICET. (Et diſtributiones) ſup. de cle. non reſi.decæteris. ſi tamen non ſunt diſtinctæ præbendæ, vel certi reditus ſcholaribus, prouideri debet de communibus prouẽtibus detracto, quòd communi menſæ debetur. arg. ſuprà, de cler. non reſi. in præalleg. c. decætero.

CAPVT XXXIII.

EXPOSVISTI. (Generalis) quia ibi ſtatuebatur ne aliquis haberet eccleſiam, niſi reſideret in ea. ſup. eod. tit. extirpandæ. (Cum eis) canonicis. (Fieri) & intellige, quòd ſeparatim concedebantur capellæ in canonicatu, quia ſi eſſent annexæ præbendis, non debuerunt eis auferri. (Poteris) authoritate domini Papæ, alij quod ſua authoritate: vt inf. de exceſ. præla. ſicut vnire.

[a] *Dũmodò aliàs. hoc dictũ Innoc. refert & ſequitur Calde. in cõſil. 6. colum. fin. in fi. in tit. de donat.*

CAPVT XXXIIII.

DILECTVS FILIus.(Friuolã) quia ſiue clericus ſiue laicus ſit, qui iura ſpiritualia habet,ſemper de eis reſpõdere tenetur exequi cõferendo primam,quæ vacauerit.

CAPVT XXXV.

SVPER INORDINATA. (Reputãdi) ad prelaturas, q, ex eo apparet,quod ſequitur beneficiati. ſuprà, de æta. & qualita. & ordin. præ.ex ratione.

CAPVT XXXVI.

CVM CAVSAM. (Scinderetur) ſed de communibus integrari debẽt.

CAPVT XXXVII.

VENERABILIS FRATER. (Deuoluta) & ideò ad legatum Papę eius donatio pertinebat.

CAPVT XXXVIII.

1 *Beneficij nomine quid comprehendatur.*
2 *Papæ reſcripta intelligenda ſunt ſecundum quod honeſtè impleri poſſunt.*
3 *Non præſumitur quod ſub generali clauſula quis concedat quod ſub ſpeciali conceſſurus non erat.*
4 *Reſtringenda ſunt ambitioſa reſcripta.*

1 VM OLIM. (Ad rectoriam) inf.de verb. ſigni. tua nobis.contra. † Sol. Satis videtur, quòd attenta ſignificatione

catiõe verbi, nomine beneficij possunt intelligi dignitates, & beneficia habẽtia curam animarũ, & sic loquitur cõtrariũ, sed rescripta beneficialia sunt restringẽda. vt not. ꝛ. de transla. præla. c. fi. & ideò hoc sic restringitur.

2 † Vnde aliquibus videtur, q, si in litera diceretur, quod aliqui prouideretur in beneficio præbendali, vel alio quòd benè poterit ei prouideri in cura animarum, quia facilis est regressus ad suam naturã. ff. de pac. si vnus. §. pactum. Alij tamen dicunt, quòd propter adiectionem prędictam, nõ poterunt sibi prouideri in cura animarũ, sed in altaribus, & decimis, & etiã ecclesiis, quæ non habent curam animarum. Aliqui tamen dicunt, quòd per hanc decre. non prohibentur prouideri in beneficio habente curam animarum, sed in dignitate. Hæc enim ecclesia, de qua hîc loquitur, habet canonicos, & priorem, licet mandetur alicui, quòd prouideat alicui in beneficio habente curam animarum: non tamẽ potest prouideri in aliqua dignitate, vel personatu, nec etiam in plebanatu alicuius plebis, sed potest prouideri in aliqua ecclesia, vbi sit minister, sic simplex in tẽporalibus & spiritualibus, qui non vocetur aliquo nomine dignitatis, nec facio vim, an eligatur à capitulo, an ab alio, vt hîc, quia rescripta beneficilia tanquã ambitiosa sunt restringenda. Item eadem ratione videtur in dispensationibus super pluralitatem beneficiorum.

3 † Itẽ not. quòd si scribatur pro aliquo, quòd sibi prouideatur de prima vacatura alicuius ecclesiæ, vel quamcitò se facultas obtulerit, si vacet præpositura, vel aliqua dignitas ipsius ecclesiæ, vel officium, non debet ei prouideri, tunc præbẽda quæ tunc vacauit per mortem præpositi, siue præbenda esset connexa præpositurę, siue dignitati, vel officio, siue non.

4 † Et hoc dicimus ea ratione, quia rescripta Papæ sunt intelligenda secundum quod honestè possunt impleri, & si honestè non possunt impleri Papa libenter audiat excusationes, & maximè in istis beneficialibus rescriptis, quæ sunt ambitiosa. argumentum. suprà eodem, cùm teneamur. suprà, de rescri. si quando. suprà, de transla. præla. c. fi. vbi not. Item si hoc expressisset Papæ, domine si vacauerit aliqua dignitas, peto quod illa dignitas remaneat sine prælato & præbenda sua, mihi assignetur, præsumendum est, quod ☞ ista nunquam concessisset. † Item si dixisset, domine peto, quòd benè eligatur aliquis ad dignitatem vacantem, sed non detur aliqua præbenda electo, sed mihi, non enim præsumendum est, quòd sub generali clausula concedat, quod sub speciali concessurus non erat. C. quæ res pig. obli. pos. l. 1. & idem quod dictum est in dignitatibus, idem intelligo & eadem ratione etiam in præbendis aliquibus ordinibus annexis per statutum, vel consuetudinem, vel priuilegium, & idem est etiam si præbendæ non sunt annexæ aliquibus ordinibus, sed tantùm certus numerus debet esse in aliqua ecclesia sacerdotum, vel diaconorum, vel alicuius ordinis, nam tunc si moriatur aliquis de numero statuto, non assignabitur præbenda mortui prius recepto, imò dabitur illi, qui successit in eodem ordine, tamen in hoc casu credo, quòd si ille qui primò receptus est, si velit & idoneus est promoueri ad ordinem defuncti, quod præferri debet, licet secùs si in dignitatibus. Ibi enim quandocunque ille, pro quo primò scriptum est, velit & idoneus sit promoueri ad dignitatem vacantem: non tamen potest eam petere, quia non est de ea conferenda mandatum, sed secùs est, quando vacat canonicatus alicuius ordinis, quia illum benè petere potest, dum velit, & idoneus sit ad illum ordinem promoueri, cùm scriptum sit pro canonicatu, & nulla vel modica est distinctio inter canonicos propter ordines.

Est ergò sic intelligendum rescriptum, quòd primo recepto prouideatur de prima præbenda, quæ ibi vacauerit, & nulli alij præbeatur, at ista præbenda etiam si non debeatur certæ personæ, debetur tamen dignitati, vel officio, vel ordini quæ non moriuntur. Item intelligendum est de præbendis quæ honestè & sine præiudicio ecclesię conferri possunt. (Tenere) quia super eis potestatem non habebat. suprà, de offi. vica. c. pe. vel quod est melius, non habebat iurisdictionem super ☞ collatione rectoriæ. † (Prouidet) Not. quod cùm mandatur alicui, quòd alij prouideat, si habeat aliud beneficium sufficiens admittenda est exceptio contra prouisiones, ne prouideat, quia aliàs sufficienter est beneficiatus, vel si iam prouidit quantum in se fuit admitteretur contradictio, & etiam post latam pro eo sententiam, si modò appareat, quòd iure nõ potuit hoc beneficium obtinere. vide sup. de rescr. constitutus. in fi. & not. in eo. tit. ad aures. quòd non prosequatur effectum prouisio, tanquam ea, quæ nulla est, puta facta de ea persona ad quam trahebatur mandatum Papæ. sup. eo. cùm teneamur. sup. de rescrip. postulasti. secùs autem videtur, si alicui esset concessum, quòd prouideat vni clerico, cui vellet nullius nomine expresso, quia tunc potest prouideri tali clerico, qui haberet sufficiens beneficium, dummodò non prohibeatur à iure aliud habere beneficium. † Ratio diuersitatis est, quia primũ rescriptũ fuit ambitiosum, ideoq; restringendũ, vt not. ꝛ. de trãsla. pręla. licet. sed secundũ rescriptũ nõ est ambitiosum, sed gratiosum, & ideò expectandũ est. inf. de dona. cùm dilectus. & magis gratiosum, & magis extendendum est, si dicat prouideat tali ecclesiæ.

TITVLVS VI.

DE CLERICO AEGROT. VEL DEBILITATO.

CAPVT I.

QVM PERCVSSIO. (Hortamur.) fortè talis exhortatio necessitas est. (Exiguitate) & sic videtur, quod habebit de victualibus & de quotidianis distributionibus.

CAPVT II.

PRESBYTERVM. (Abscissos) repete quæ diximus. sup. de cor. vit. c. ex parte. (Prohibemus.) not. non esse irregularem corpore mutilatũ.

CAPVT III.

DE RECTORIBVS ECclesiarum.

CAPVT IIII.

IVA NOS. (Lepræ) & dicit Lau. quod sacerdos leprosus priuat officio actualis administratiõis, dignitatẽ autẽ tenet siue officiũ, quod in ius resonat, puta qa sibi obedieẽt in his quę vtiliter mãdabat. ꝛ. eo. c. proxi. 7. q. 1. quia frater. & dãdus est ei coadiutor. ꝛ. eo. c. proxi. Alijs videtur & fortè melius, quod omninò sit ab administratione & dignitate repellendus, & respondetur. c. proxi. quod ille non erat sic infectus, quod adhuc posset esse in collegio suo his casibus priuatur quis iure suo sine culpa sua. Pauperitas, odium, fauor, vitium, scelus, & ordo. Paupertas. 16. q. 2. & temporis. odium. 25. q. 2. ita nos. fauor. 22. distin. renouãtes. vitium, vt hîc. scelus. 22. q. 3. si habes. ordo. 54. dist. frequens generaliter.

CAPVT V.

EX PARTE. (Compellere) secùs in leprosо. sup. c. proximo.

CAPVT VI.

CONSVLTATIONIBVS.

TITVLVS VII.

DE INSTITVTIONIBVS.

CAPVT I.

NON AMPLIVS. (Regere) & hospitalitatem seruare. sup. de præben. de monachis. & sup. de suppl. negligẽ. prælat. sicut. §. similiter. Sed si plures quã sint ibi inde possint cõmodè sustẽtari, ibi plures ponẽdi sunt. inf. de censi. quanto. 12. q. 1. percipimus. 16. q. 7. omnes. tamen propter incrementum modicum, non est augẽdus numerus. C. de alluuio. l. penul. & vlti.

CAPVT II.

1 Canonici scire debent literas, & seruire Deo in ordinibus suis, & in officijs.
2 Ius monachi in laicum cadere potest.

IN ECCLESIA. (Numero.) Et ita ius canonici, & canoniæ non cadit, nisi in clericũ. 21. dist. cleros. vel in conuersum habitu & professiõe. ar. 23. q. 1. paratus. 12. q. 1. cui portio. & qui tale ius emit, simoniã cõmittit. 1. q. 3. saluator. nã si in alios laicos ius canonici caderet, ergò de rebus ecclesiæ disponere possent, & essent in cõtrariũ iura illa. 96. dist. benè quidẽ. sup. de iudic. c. 2.

1 †Nos credimus, quod vbi est certus numerus canonicorũ, vel distinctæ prębẽdæ, quòd etiam per conuersos professos non impletur numerus canonicorum. Canonici enim scire debent literas, & seruire Deo in ordinibus suis, & in officijs. 21. dist. cleros. & per totũ. 81. dis. eos. & c. si quid. quamuis aliter sint religiosæ personæ. 12. quæst. 1. duo. & incidat in canonem, qui tales verberat. infrà, de sen. excom. non

dubiũ. Quidam etiam dicunt in hos conuersos,nõ residere eius canonici,vt vocentur ad electiones,vel alienationes, vel cæteros contractus.12.q.2.fine exceptione.& c.placuit.63. dist.c.1. &2.inf.de statu monac.c.vlti.§.præcipimus.

2 †Ius autem monachi,benè cadit in laicum,vnde credimus,quod intererunt electionibus,alienationibus,& cęteris cõtractibus monasterij. ar. 16.q.1. generaliter. 93.distin.à subdiacono. Item dicimus de hospitalarijs:ꝛ. de arbi.cùm olim. Alij tamen dicunt,quòd si de cõsuetudine esset, quòd de aliquo religioso loco aliquis laicorum, vel professorum vocaretur ad electionem in ecclesia seculari,vel etiam cõuersi ecclesiæ,fortè propter hoc,non esset cassanda nulla electio, nec est cõtrarium. sup.de elect.massana. quia ibi loquitur de laicis puris nõ professis. Clerici tamẽ qui præbendantur in ecclesijs, si non habent ibi ius canonicatus,nullo modo ad electionem, vel ad alia canonica facta capituli vocari debent, sed aliàs deberent deuotæ seruire.inf.de statu mona.c.vlti.&.pe.

CAPVT III.

1 *Laici licet posśint præsentare,non tamen possunt conferre: Et quid de clericis sit dicendum.*
Archiepiscopi habent iurisdictionem in omnibus, quæ generaliter tangunt statum totius prouinciæ.

EX FREQVENTIBVS. (Officialium) Nomine taliũ officialium intelligo hîc cõprehendi omnes, ad quos de iure, vel cõsuetudine approbata ptinet collatio,siue fuerit Archidiac. siue alij, dummodò authoritate speciali vel generali episcopi faciant.† (Recipiũt) & malè,licet enim patroni laici,vel etiam alij possint præsentare, nõ tamen possunt conferre,sed episcopus hoc facere debet. sup.de præben.& digni.Lateranens. Imò a idẽ dicimus a de clericis, qui licet possint eligere, tamen beneficia habere non debent sine assensu episcoporum, nec instituere, vel conferre,nec etiam eis prodest consuetudo.de hoc not.infrà, de concess. præb.proposuit. (Institutionibus.)16.q.7. nullus.71. dist. per totum. †(Ex officio) Not. Archiepiscopum habere iurisdictionem in omnibus quæ generaliter tangunt statum totius prouinciæ. (Inillos) tenet hæc sententia archiepiscopi in subditos suffraganeorum, quia negligentes erant vel quia status totius prouinciæ inficiebant.argumentum.8.q.3.c.1.&seq.

a *Idẽ dicimus. Ad Innocẽ. hic adde Hẽri. Bohic. in c. quæ in ecclesia contra. col.2. versicu.quãdo verò fuñt. sup. de cõsti. Archi.16.q.8.c. nullus omninò in glos.2.*

CAPVT IIII.

AVTHORITATE. (Vltra quam facultas) sup.eodem,cap.1.

CAPVT V.

AD DECOREM.(Acceptus) est Deo. 22.q.4.c.his ita. (Hæreditario.) 7. q.1. apostolica. (Dicitur) patriarcha.

CAPVT VI.

1 *Interlocutiora quæ dicatur.*
2 *Nõ potest archiepiscopus ex iuramẽto agere.*
3 *Nunquid ex voluntario iuramento, detur actio secundum canones.*
4 *Exceptio abiurationis non admittitur contra agentem interdicto vti possidetis.*
5 *Exceptio abiurationis dicitur esse dilatoria, non autem fori declinatoria.*

CVM VENISSENT. Potest intelligi hæc decre. quòd solus archiepiscopus intentauit petitorium super iuribus istis,contra archidiaconum. s. intentando negatoriã, negando ius custodię & institutionẽ pertinere ad archidiaconum,vel confessoriam, dicẽdo hæc iura ad se pertinere. Sed huic intellectui videtur contradicere infrà,vbi dicit statum archidiaconũ tuendũ, per quod apparet,possessorio actum. Sed dic illã non fuisse diffinitiuam sententiam, sed interlocutoriam, vt ibi dicitur, nam pendente primo iudicio, super proprietate,archiepiscopus molestabat eum, vel archidiaconus timebat molestationem archiepiscopi super possessorio, vnde Papa ex officio suo,quod habet locum,in his,quę post litem contestatam accidunt, præcipit eum tuendum, supple lite pendẽte, & hoc innuit litera, quæ sequitur, donec probatum etc. Potest etiã intelligi hæc decre. quòd vterque agebat interdicto vti possidetis. ff.vti possidetis. si duo. & l. ambo quoque. in fi. & l. vlti. ff. de superfi. l. 1.§. proponitur. & quia Archidiaconus melius probauit, fertur pro eo sententia, & est idem dicere eum tuendum, sicut aduersarium cessare à molestatione, quia dicitur prius. Nam iudex in sententia, non debet condemnare id, quod

quod hic fecisse videtur dicendo eum tuendum, quod per alium quàm per iudicem fieri non debet, aduersarius tamen condemnandus est,vt non molestet, non vt iudex tueatur, & idem esset, si ab altera parte intentaretur, sed huic videtur contradicere, quod sequitur, donec ius etc. quod habet locum tantum, cùm de proprietate agitur.

Sed respondeo expone literam, donec probatum fuerit supple, cùm agetur de proprietate,postea nõ modo cùm possessorio tantum agitur, & si huic archidiacono nõ possessorio agenti obiectum esset,quòd precario possideret,ab eo audiendus erat.ff. vti poss. l.1.§.vlti.& eodem si obijciatur,quod personalis est donatio, sed vnum credimus,quod licet quando egit possessorio, non potuit probare personalem concessionem, nihilominus tamẽ postea, cùm agit de proprietate probare poterit,quia alia est actio,& ad aliud agitur. ff. de exceptione rei iudi. & an eadem.& not.sup. de elect. cùm dilecti. inf. de pur.can.cùm dilectus. potest etiam dici & leuius, quod simul intentabatur possessoriũ ex parte archidiaconi, & petitoriũ ex parte archiepiscopi, & quod simul non fuit vtrunque finitum, ideò est, quia de possessorio liquebat per confessionem, & de proprietate liquere non poterat de facili.sup.de testi.significauerũt. & secũdum hoc videtur vera opi.dicentiũ, quod in possessorio non dicitur dari diffinitiua sententia, sed interlocutoria,cùm dicat, interlocuti,etc.

1 †Et dic quòd interlocutoria dicitur, quæ fertur ante diffinitiuam sententiam in petitorio proferendam, primò dictum magis placet, licet & alia possint de iure defendi,quia tunc precarius non potest agere vti possidetis contra donationẽ precario.vt. ff. de preca. l.si precario.vel dic, quòd ambæ partes fuerunt coram Papa, & vtraque pars proposuit ibi ius suum,sed non fuit ibi edita actio, nec modus agendi,nec libellus datus,nec litis contestatio facta,sed cùm ex narratione facti constaret Papę,quòd archidiaconus possidebat, decreuit eum in possessione tuẽdum, donec archiepiscopus probaret coram competenti iudice, & per legitimos tramites iuris personalem tantùm fuisse donationem, vel abiurationem archidiaconi, dicebat enim archiepiscopus, quod archidiaconus iurauerat, quòd huiusmodi libertatibus se non immisceret.

2 †Sed cõtra videtur,quòd abiuratio nũquã posset pdesse archiepiscopo, nec vnquã eius probationes super ea sunt admittẽdæ,quod archiepiscopus ex iuramento nõ potest agere, quia ex iuramento nulla prodita est actio,nisi ex iudiciali, vel necessario.ff.de iureiur.si duo.§.si iurauerit. & §.Marcellus.Itẽ non potest dici,q, fortè agente archidiacono archiepiscopus possit excipere de abiuratione, quia cùm archiepiscopus possideat, non competit ei actio, nisi interdictum retinendæ possessionis, & cõtra agentẽ illi non competeret exceptio abiurationis: vt no. de renũ.super eo.

3 †Itẽ si admitteretur cõtra ius,& probaret abiurationem, nõ tantùm interponeretur silentiũ super libertatib.archidiaconi, sed archiepiscopus absoluetur ab impetitione rei. Sol.dicũt quidã,quòd secũdum canones etiã ex voluntario iuramẽto datur actio. ar. 12.q. 2. quicunq;. & q.5. Ioannes.22.q.5.iuramenti.Sed nobis videtur, quòd ex iuramẽto nõ competit actio ciuilis,sed archiepiscopus poterat denunciare crimen periurij, in quo archidiaconus manebat, miscendo se prędictis libertatibus contra proprium iuramentũ,sicut expressè innuitur.& ar.ꝛ. de iudi.nouit.22. q.5.omnia.&.ꝛ.de iureiur.quemadmodũ. in fin. & tunc benè cõsonaret sententia petitioni, scilicet quod imponeret archidiacono silentium.i. quod decætero nõ immisceret se prædictis libertatibus, & hoc videtur verius,& sic est in regiſtro. Itẽ nõ videtur verũ, quod hîc proximè dictũ est, quòd possessori non competit, nisi interdictum vti possidetis, quia pro incorporalibus benè competit, confessoria & negatoria: vt not.sup. de iudi.examinata.& ea proposita ab archidiacono, archiepiscopus excipiet de personali cõcessione & de abiuratione. (Venissent)litigaturi super iure instituẽdi personas & custodiẽdi.vacantes ecclesias. (Iure cõmuni).ꝛ. de offi. ordi.cùm nos cõtrariũ.arg.70.dist.c.2.ar. 63.dist.si in plebibus.(Consuetudinem).1. q.3.c.res.& c. peruenit.16.q. vlti.nulli.ar. cõtra.ꝛ. de app. bo. me.cum. sed illud est de speciali cõsuetudine, vel illud est verũ in ecclesijs quæ sunt de patronatu monachorũ. (Libertatum).Not.institutionẽ & custodiam vocari libertates.(Ipsum)scilicet archidiaconũ.(Post concessionẽ)not. cõcessionẽ liberã extitisse, licet post concessionẽ aliqua excepit, & ex hoc nõ fuit simoniaca receptio eius,nã cũ ius haberet

licitum fuit per talem responsionem, & archiepiscopo deludere, & suam vexationem redimere. infrà, de simo. dilectus filius. (Tuendum) perpetuò secundum opi. quòd actum fuit possessorio secundū aliam opinionem, suppie pendente hoc iudicio coram Papa, vel suis delegatis, nā post litem terminatam authoritate huius mandati, non esset tuendus, cùm hoc fecerit ex officio suo, quod finitur postquā functus est officio suo. sup. de offic. dele. in literis. Item quia acta iudicij pereunt. C. de iud. properandum. & interea computanda sunt hæc mandata, & fortè non dicerem malè, quòd si interlocutoriam istam protulisset cum causæ cognitione, scilicet auditis rationibus hinc & inde, & interlocutoria solenniter fit lata, quòd perpetuò ei staretur, & in rem iudicatam transiret. arg. C. commi. vel epi. l. 3. C. de sen. & interlo. l. ex stipulatu. & l. seq. & l. nemo iudex. & ff. quod met. cau. l. metum. 2. & sup. de sen. & re iudic. c. quod ad consultationem. non probatur hîc præsumi concessionem realem, nisi probetur personalis, cùm hoc non dicatur hîc, sed quia est in possessione dicitur eum tuendum, donec probetur personalis, dicunt enim quidam, quod quando fit personæ, personalis præsumitur, quando verò fit dignitati, præsumitur realis. & alij dicunt quòd etiam quando fit personæ præsumitur realis: vt ff. de ann. leg. annua. §. Titia. ff. de pac. iuregentium. §. pactorum. Alij dicunt, quòd quando est inquieta possessione archidiaconatus, incumbit probatio archiepiscopo, quod fuit personalis, secùs si autem archiepiscopus esset in possessione pacifica. argumentum. ff. si vsufruct. pet. vti frui. iste archidiaconus agebat nomine archidiaconatus, & ideò sufficit, si archidiaconatus erat in possessione horum iurium, etiam si archidiaconus, qui nunc est, nūquam ea exercuisset.

☞ †Ex aduerso) mirum videtur cùm archidiaconus hoc ipso quod confessus fuit, ibi esse donatas libertates ab archiepiscopo confiteatur eas fuisse archiepiscopi, quòd archiepiscopo incumbit probatio, quòd donatio fuit personalis, cùm adhuc præsumatur apud eum perdurare, nisi cōtra probetur. ar. contra. ẽ. de præscri. si diligenti. C. de proba. siue post. Respondemus duas præsumptiones esse contra istā, vnā quòd archiepiscopus confiteatur se donasse, licet personaliter, & quia archidiaconus erat in possessione: sed si archiepiscopus esset in possessione & non confiteretur se donasse nec personaliter, nec realiter, tūc non incumberet ei probatio, quòd donatio esset personalis, sed sufficeret ad probationem domini archiepiscopi cōfessio archidiaconi. (Hoc casu). s. quando personalis fuit donatio. (Antequam) scilicet ante confessionem archidiaconi. (Eas) libertates (Archidiaconus) qui agebat.

☞ †(Abiurasse) hîc habes expressè secundū secundam opinionē quę erat quòd vterq; agebat possessorio retinēdæ possessionis, q; exceptio abiurationis nō est admittēda contra agentem interdicto vti possidetis, quia hîc non fuit admissa hæc exceptio, quādiu actū fuit possessorio, sed modò admittitur, quādo agitur petitorio q; credimus. de hoc no. ẽ. de renun. super hoc. & idem videtur, q; exceptio personalis concessionis ab eo facta, non sit admittenda, qa hîc admissa nō fuit, nec impediūt sentētiā sup interdicto vti possidetis latā. Itē si admissa esset hæc exceptio, cùm tamen contra eū erat sentētia danda, & est ea ratio, quia licet personaliter dicat se concessisse archiepiscopus, archidiaconus tamē negabat, nec incontrariū probatū fuit, & etiā qa archidiaconus possessionē habet, cui dicitur personaliter cōcessa, secùs aūt esset, si exceptū esset, quòd precario esset archiepiscopo concessa. ff. de acqui. poss. si quis postea. quia tunc precarius non potest agere vti possidetis contra dantem precario. ff. de preca. qui precario. (In hoc casu). s. quādo abiurauit. (Eboracens.) cuius specialiter intererat iura omniū mēbrorum sui corporis defendere, vel fortè, quia alienatio fuit quilibet admittitur: vt no. ẽ. de testi. cùm olim. (Cōsulemus) hoc consilium nō habet locum, nisi prius sentētia lata cōtra archidiaconū, ante sentētiam enim archidiaconus iuuare se debet suis rationibus, quia contra archidiaconum tantùm agebatur, & personaliter tantùm contra eum, & si ecclesia Eboracens. vellet causam eius agere, siue eo volente, siue nolente non admitteretur, quia eius non interest causam archidiaconi personalem agere, sed si admitteretur contra ius, excipere debet, cùm causa iam cœpta esset non agere, & hoc dicitur infrà, scilicet, ecclesia petente: sed qualiter post sententiā habet locum, no. in gl. Quid prodest consilium Papæ dignitati archidiaconi, cùm plena sit ipsi archidiacono prædictorū iurīū adiudicata possessio,

sio, imò si postea probetur archidiaconum ab episcopo abiurasse, si erat concessio realis, non debent restitui iura prædicta archiepiscopo, nec sententiam pro eis restituendis ferri, quia non potest archidiaconus dignitati suæ præiudicare, sed tantùm personæ archidiaconi præcipitur, quod se non immiscеat. argumē. sup. de iureiu. peruenit. Sol. Licet non restituantur archiepiscopo prædicta iura, tamen ipse exercebit, cùm ipsi præsenti archidiacono impositum sit silentium, nec ei contradicere poterit archidiaconus, propter iuramentum & sententiam, qua impositum est ei silentiū, & archiepiscopus solus est, ad quem vacante archidiaconatu iura archidiaconalia pertinent, vt not. inf. de hęred. ad abolendam. & modo quo ad hęc iura abiurata vacare intelligitur, q; ea exercere nō potest archidiaconus propter suam abiurationem, & sic archiepiscopus exercebit, vnde necesse est q; vel agente Eboracensi ecclesia, vel per officium Papæ præuideatur dignitati archidiaconi, vt restituatur ad id, quod processum erat de facto, scilicet, ad possessionē restituendam dignitati archidiaconi quā exerceat archiepiscopus sentētia lata cōtra præsentem archidiaconū propter abiurationē, vel decernatur quod per vsum archiepiscopi, vel per abiurationē archidiaconi, nullum dignitati archidiaconi præiudicium generetur. Auxilium autem Papæ in modico vel nullo necessarium videtur contra iuramentū, q; non distringebat, nisi personam, vel contra sententiā, q; nō tangebat dignitatem, quia præsenti archidiacono tantùm impositū erat silentium, q; prædicta non exerceret, vel potes dicere, q; etiam cōtra iuramentum necessarium est auxiliū. Posset enim succedentibus temporibus quando crederet aduersarij deficere probationes illicitæ præstiti iuramenti, vel etiam statim licet falsò, vel fictè diceret archiepiscopus, quòd iuramentum erat præstitum in casu licito archidiacono, vnde & præiudicat successoribus, puta qui sciebat se nihil iuris habere, vnde sibi litigare non expediebat, vel alia iura æquiualentia recipit pro istis iuribus, quæ abiurauit. arg. ff. de pact. contra iura. §. vlti. & l. in persona. §. 1.

☞ †Sed certè in istis casibus non petet ecclesia in integrum restitui aduersus renunciationem archidiaconi, vel abiurationem archidiaconi, quia nulla abiuratio, sed dicet eam nullam, & petet eam de facto tolli, vel nullam pronunciari. ff. de in integ. resti. in causæ. ff. de fer. l. 1. Sed si renunciatio propter prædictas causas teneat de iure, tamen quia in aliquo probatur læsa dignitas, tunc necessarium est auxilium Papæ concessa resti. in integr. ipse etiam Papa ex eis, quæ acta fuerunt coram eo, fuit ita motus, quòd ipsemet ex officio suo concederet hoc, vnde volens incutere timorem archiepiscopo, vtà lite quam Papa iniustam credebat discederet, comminatur ei, quod ipse suum impēderet consilium, sed quando hoc faciet, vocabit archiepiscopum, & audiet rationes suas etiam alias, quàm illas quas allegauit agendo cōtra archidiaconum, quia cùm tunc ad imponendum silentium personale archidia. sufficeret iuramentū, etiam sine causa præstitum non illigabitur illa probatione tantùm, vbi petitur sententia pronunciari nulla, vbi eum oportet probare multa, vel etiam si petatur contra sententiam, quæ aliqua est resti. in integ. quæ non datur, nisi vbi contractus teneret, & tamen propter læsionem datur restitutio. Et credimus hanc restitutionem posse peti viuente isto archidiacono, sed si iurauit non exercere hęc iura, ille qui confert archidiaconatum exercebit non suo nomine, sed dignitas archidia. vel Papa alicui committet, quòd hoc exerceat, vt no. inf. tit. proxi. quia diuersitatem. Vel dic, cū effectu nihil vtilitatis accidit archiepiscopo, quia postea petita ratione vel sententiam pronunciari nullam omnia iura restituantur archidiacono, & hoc satis innuit litera præcedens, quia nos vel ad petitionē, etc. videtur alijs, quod archiepiscopus contra archidiaconum specialiter egerat proponens, quod iura prędicta, q; sibi renunciauerat idem archidiaconus, & etiam iurauerat quod vlterius non exerceret, quod super eorum exercitio non molestaret archiepiscopum.

☞ † Vbi dominus Papa iustè mandat, quòd si ita est, vt imponatur archidiacono silentium, scilicet, quod decætero non exerceat prædicta, quod potest esse sine præiudicio dignitatis archidiaconatus, non tamen complebit iuramentum in alijs, scilicet, quod prædicta iura, vel possessionem eorum, vel quasi transferat in archiepiscopū, cùm hoc sine peccato facere nō posset, & sine præiudicio ecclesiæ. ẽ. de iureiur. puenit. & c. si verò. & ideò benè dicit Papa, q; etiam si iurauerit cōsulet dignitati, quia licet sit priuatus archidia-

conus,exercitio illorum iurium perſonaliter,non tamen dignitate priuabitur,nec in archiepiſcopum transferetur,imò licet archidiaconus nõ exerceat, exercebit tamen alius nomine dignitatis,vel fortè ipſe archidiacon⁹ hoc nõ ſuo nomine,nec nomine archiepiſcopatus exercebit,ſed nomine archid. vel potes dicere, quòd non ſolùm egit archiepiſcopus, vt imponeretur ſilentium perſonæ,ſed etiam dignitati, cui intendebat præiudicare archidiaconus.

Non obſt. prędicta decre. peruenit,& ſi verò,quia hoc poterat fieri ſine peccato, & ſine præiudicio dignitatis hoc modo, quia poſtea agente eccleſia, vel Papa ex officio ſuo reſtituet prædicta iura archidiacono. argum. ad hunc proceſſum. ſup. de iureiuran. debitores. & c. ad noſtram. Et ſi his obijciatur, quòd ipſi capitulum ante ſententiam latam contra archiepiſcopum debebant ſe opponere? Reſpon. quòd non poterant,quia tantùm ad archidiaconum poſſeſſio pertinet ſui archidiaconatus iura defendere, & ad capitulum pertinet poſtea,cùm apparet archidiaconum non poſſe agere. Hæc opinio nõ placet. (Alterutrum)ſiue fuerit cõceſſio perſonalis,ſiue abiuratio interceſit. (Archidia.) id eſt,perſonæ archidia. & etiam ipſi archidiaconatui. Sed in hoc caſu vltimo, ſcilicet, quando ſuper abiuratione prouidebitur ſucceſſoribus, ſi conceſsio fuerit realis,melius dicitur,quòd tantùm archidiacono imponitur ſilentium perſonale, ſcilicet,quòd tempore ſuo nõ ſe immiſceat, & prudenter facietiudex,ſi dicat in poſterum,ex hac ſententia nullum dignitati præiudicium generari.

Sed oppones hanc exceptionem abiurationis ante litem cœptam contra archidiaconum proponendam ſicut falſi, vel minus idonei procuratoris. C. de ex-
5 cep.l.pe.& vlti. †Reſpondeo hanc exceptionem non eſſe declinatoriã fori, ſicut procuratoriam,ſed dilatoriam,& idcircò ſufficit proponere eam ante litem conteſtatam,& poſtea probabitur. ff. de except. exceptiones. & ſic fuit hîc factum,vel poteſt dici peremptoria, quia quo ad perſonam huiuſmodi archidiaconus perimit negotium, nec intelligas,quòd Papa permittat conſulere ſuper ſententiam , quæ nullo modo tangit archidiaconalem dignitatem,ſed ſuper abiuratione,quæ erat generalis, ſcilicet, quia archidiaconatus nomine renũciabat & iurabat,ſcilicet,vt ea non obſtante libertates prædictæ adiudicentur dignitati archidiaconus,vel intelligas aliter,vt diximus in gloſſ. illa quid prodeſt.(Neutrũ)id eſt, ſi conceſsio fuerit realis,& non eſt iuratum.

CAPVT VII.

NVM AD NOSTRAM. (Abbatiæ.) Hæc abbatia eſt ſecularis. ſic. ſup. de renun. ex tranſmiſſa. (Diſtinctio.) 24. quæſtio.1. c. didicimus. ĵ. de iurepa. per tuas. inf. de bap. & eius effectu debitum. ff. de actio. tut. l. 1.

TITVLVS VIII.

DE CONCESSIONE PRAEBENDAE.

CAPVT I.

QVI IN VIVORVM. (Ponuntur)ſcienter aliàs ſecùs. 7. quæſtio. 1. præſentium.

CAPVT II.

NVLLA ECCLESIASTIca.(Tribuantur)vt in eis alicui detur quaſi poſſeſsio iuris. (Promittatur. argu. contra. ſup. de præben. relatum. Solu. verum eſt niſi à Papa. ſup. de reſcrip. eam te. (Et legibus) C. de inuti. ſtipu. ex eod. C. pact. l. vlti. (Inhibitum)promiſsio futuræ ſucceſsionis. (Sex menſes)quidam dicunt, quòd ſemeſtre tempus currit poſt ammonitionem. arg. inf. eod. quia diuerſitatem. Alij dicunt à tempore ſcientiæ. inf. eod. quia diuerſitatem. argu. ff. de cal. annus. C. qui admit, ad bono. poſſ. l. 2. ſ. de ſup. negli. prælat. licet. Alij dicunt, quòd à tempore vacationis. ſup. de præben. de multa. ſed ibi ſupplendum eſt,& ſcientiæ ſubtrahitur de hac pręſcriptione ſex menſium tempus ſuſpenſionis & peregrinationis. inf. eod. quia diuerſitatem. Item dicunt quidam, quòd licet ſit decurſum ſemeſtre tempus, ſi antequam alius eligatur,ipſe eligat,quòd purgatur. ſup. de ſup. negli. præla. literas. argum. ff. ſi quis cau. & ſi poſt. ff. de arbit. celſus. Nos autem dicimus,non poſſe purgare moram. argum. ſup. de ſup. neg. præla. licet. & c. literas. & dicimus locum habere hanc translationem poteſtatis in omnibus dignitatibus, & officijs,præbendis, vbi non ſunt diſtinctæ,vel certus numerus ſtatutus,vt hîc. & inf. eod. dilectus. & c. ex parte. ſup. de præben. dilecto. & licet olim nõ haberet locũ in epiſcopatibus,vt inf. eo. dilectus. hodie tamen locum habet in illis. ſup. de elect. ne pro defectu. (Diſtulerit) culpa ſua. inf. eod. quia diuerſitatem. vel per negligentiam,ſecùs ſi per impotentiam iuris vel facti etiam culpa contingente. inf. eod. quia diuerſitatem. & ſup. de conſti. c. cum vi.

CAPVT III.

RELATVM. (Debet) niſi ſit receptus in canonicum. ſup. de præben. relatum. & c. dilectus. ſup. de conſti. cùm M.

CAPVT IIII.

1 *Aſsignatio præben. dicitur eſſe neceſsaria poſt electionem canonici, quæ verò ſint neceſsaria in prælatis. in nu. 2. Et quid in habentibus ſolam temporalium adminiſtrationem. in nu. 3.*

4 *Non dicuntur literæ obreptitiæ ob hoc, quòd impetrans ſit peccator.*
Executor an & quando poſsit cogere canonicos ad implendum mandatum Apoſtolicum.

5 *Cognitio ſummaria non eſt ſemper de neceſsitate, neq; de ſubſtantialibus executorijs mandati.*
Executor an cum cauſæ cognitione beneficium conferre debeat.

6 *Abſq; ſolenni cauſæ cognitione fieri non debet excommunicatio & abſolutio.*

7 *Poſſeſsio an detur per inueſtituram.*
Electio ab executoribus contra mandatum Papæ factum an valeat.

PROPOSVIT. (Et aſsignatione) Facienda cùm vacauerit non modò. Alij dicunt, quòd ſtatim debent aſsignare præbendam vacaturã hoc modo, quod ſtatim dabitur ei, quaſi poſſeſsio iuris præben.

1 †No. quod cùm aliquis eligitur in canonicum,quod quantumcunq; canonica ſit electio, tamen poſt electionem neceſſaria eſt aſsignatio præben. per electionẽ enim datur ei ius canonicatus, aſsignatio autem præbendæ conſiſtit in facto,& tribuit poteſtatem adminiſtrandi in ea,nam nulli licitum eſt ſua authoritate in ea miniſtrare,antequam præbenda ſibi aſsignetur ab eo, qui poteſtatem habet aſsignandi à iure,qualis eſt præpoſitus vel decanus, vel quicunque alius cuiuſcunque nomine cenſeatur,qui curam habet illius eccleſiæ, in qua canonicus eſt electus in temporalibus. argument. ſup. de inſti. 2. & plus dicimus,quia ex quo aſsignata eſt ſibi præbenda , per eum ad quem pertinet de iure, vel de conſuetudine,etiam ſi ab aliquibus controuerſiam patiatur ſuper iure ſuo,nihilominus tamen licitè miniſtrabit,quia authore prætore poſsidet,nec dicimus hanc aſsignationem eſſe confirmationem,nec in ea requiri examinationem perſonæ,nec electionis, nec ipſum debere audire cõtradictionem alicuius,ſed ſummatim,& ſine inquiſitione ſi viderit aſsignationem faciendam, faciat eam,alioquin ſuperſedeat & examinationem ſuperiori dimittat.

2 †In prælatis autem,qui habent curam animarum , neceſsaria eſt confirmatio & examinatio,& perſonæ & electionis. Sed confirmatio in his,qui habent curam animarum præcedit aſsignationem,nec aſsignatio , quæ aliàs ſibi videtur bona propter appellationem eſt retardanda, quia non fit cum cauſæ cognitione, nec in ea tribuitur aliquid iuris,& hoc benè probatur. ſ. de app. conſtitutis. & eodem modo dicimus debere fieri aſsignationem ſtalli in choro , & loci in capitulo per eum, ad quem pertinet de iure,vel de conſuetudine. ſ. de præben. dilecto. & ſi eſſet de conſuetudine , vel ſine aliqua aſsignatione, miniſtraret,ſtaretur conſuetudini.

3 †In his autem,qui ſolam adminiſtrationem temporalium habent ſine cura, non credunt quidam neceſsariam confirmationem,nec examinationem,alij contradicunt & benè. arg. pro iſtis. ſ. de inſti. ex frequen. (Executore) dicebatur enim in literis exequaris,hîc erat merus executor,vel potius habens miniſterium tãtùm, de quo habes. ſup. de offi. deleg. c. quoniã. & c. paſtoralis. §. quia. ſicut & ille , cui mandatur,quod alicui prouideat,videtur quod teneat collatio facta ab huiuſmodi executoribus etiam non vocatis illis, ad quos pertinet electio , quia eum recipere debent, ſicut teneret collatio epiſcopi nõ vocatis canonicis , qui eum recipere debent,& præbendam aſsignare, niſi in literis contineretur , quod iſtos moneret vel vocaret,quia tunc fines mandati cuſtodiendi ſunt. ff. man. diligenter. ſup. de reſcript. cùm dilectus. & hoc ſatis videtur hîc. & arg. inf. de accu. accedens. imò plus videtur,quod ſi compareat aliquis,qui velit aliqua dicere in perſonã eius, cui cõferenda eſt p̃benda, q̃ non debet audiri, quia miniſter vel merus executor eſt, & ſuper hoc nullã iuriſdictionẽ habet. ſ. de ſent. & re iudi. decætero. vbi no. & idẽ dico, ſi vellet iudicẽ recuſare, qa nõ eſt audiendus. ſ. de offi. deleg. nouit. Sed ſi vellet dicere reſcriptum per obreptionem obtentum, videtur

detur quòd sit audiendus, quia etiã si exe-
cutus fuisset, mandatum nõ reuocaretur.
sup. de sen. & re iud. cùm olim. sup. de re-
scri. cùm dilect. sed hac ratione videtur, q̃
posit obijcere in personam instituendi,
quicquid velit de iure, & maximè pecca-
tum, quòd si tacuit peccatum suum, vidē-
tur literæ surreptitiæ. Sed tu die, quòd
propter hoc stricto sensu non dicuntur li-
teræ surreptitiæ, vt not. sup. de rescri. cùm
dilecta. 25. q. 2. & si non.

4 Sed certè hoc non placet † quia non
videtur nobis, quòd literæ dicantur obre-
ptitiæ, quia impetrans sit peccator, hæc
enim exceptio est contra personam, & nõ
contra literas. Alij tamen dicunt & fortè
benè, quia licet iste executor nullum vo-
care teneatur, si tamẽ aliquis compareat
qui velit dicere in personam, quod audiri
debet. arg. ĩ. de accu. accedens. & 25. q. 2. c.
fi. & not. de hoc. ĩ. de cau. pos. cùm olim.
nec est simile de hoc executore vel mini-
stro, qui iurisdictionem habet, & in eo qui
solum modò ex officio facit, prius tamen
dictum de stricto iure magis sustinere po-
test. Item videtur, quòd iste executor, non
posit cogere canonicos ad implendum
mandatum Apostolicum, id est, faciendũ
hunc canonicum, & primò ea ratione, qa
non videtur sibi per literas concessum, sci-
licet, quod eos cogat ad hoc, sed quòd ipse
faciat. Itẽ alia ratione hoc videt, qa nõ vi-
detẽ, quòd canonici etiam si velint trãsacto
tempore sibi indulto ad faciendum hunc
canonicum, vel etiam postquã renuncia-
uerũt eum facere canonicum, q̃ possunt,
cùm hæc potestas faciendi eum canonicũ
translata sit ad executorẽ, licet penes duos
insolidum hæc potestas esse non potest.

Sed licet non posit eos ad hoc cogere,
postquam tamen ipse executor vel mi-
nister cõtulerit præbendam, coget eos ad
recipiendum eum, & tractandum, vt ca-
nonicum, si mandans, cuius authoritate
fungitur, habebat potestatem cogendi
eos, cùm eius authoritate fungatur. Plus
placet, quod non posit, quia per formam
prædictam, non est sibi data iurisdictio,
sed ministerium tantùm, hîc tamen sem-
per not. quòd iste executor benè faciet, si
audierit aliqua, quæ eum moueant, si cõ-
sulat superiori. in Authen. vt nulli iudi. §.
& hoc verò iubemus. de his not. inf. de de-
spon. impu. ad dissoluendum. hæc quæ di-
cuntur in fi. glo. positæ, super decre. ppo-
suit. in glo. quæ incipit dicebatur, habent
locum, vbi in literis non est clausula con-
tradictores, etc. quia si est illa clausula ibi,
tunc & antequam inuestiat eum, & pòst
potest audire contradictores, & summa-
tim cognoscere. sup. de renun. veniens. ff.
de re iud. l. à diuo. §. si super. Quidam ta-
men dicunt, quòd non debet audire, nisi
postquam fuerit executus mandatum, sed
non video causam, quare non sit melius
eos audire antè, quàm pòst. ĩ. de renun. ve-
niens. Fatemur tamẽ, quòd si omissa sum-
maria cognitione hac & repulsis contra-
dictoribus exequatur mandatum quod
valet, quia merus est executor in implen-
do mandatum.

5 † Item quia summaria cognitio non
est semper de necessitate, neq; de substan-
tialibus executoris mandati. In compulsi-
one aũt benè necessaria est causæ cogni-
tio. Sicut aũt est iste merus executor, de
quo loquitur hæc decre. & sic est merus
executor, si in literis dicit, facias benefici-
um sibi assignari, & eodem modo, si dicit,
facias eum recipi, vel alia confimilia, nam
qualitercunque scribatur sibi, si voluerit
statim mandabit de eo recipiendo, & ni-
si recipiant, sunt excommunicati. argum.
sup. de rescrip. capitulum. & c. Abbate. &
c. mandatum. &. ĩ. de præben. pro illorum.
Ab executore enim propter defectum or-
dinis iudiciarij non appellatur, nisi exce-
dat modum, vel nimis festinet. ĩ. de appel.
nouit. sup. de offi. deleg. super. ff. de appel.
C. ab executore. C. quorum app. non re. l.
ab executore. Et not. quòd iste executor
non tantùm prouidebit, & præcipiet pro-
uideri de beneficijs, vacantibus, de iure, &
de facto, sed etiam de vacantibus de iure
tantùm, sed tamen in eis debet præmitte-
re cognitionem, & audire sententiam illũ
qui possidet, & si non habet ius, tunc non
feret sententiam, sed mandabit detento-
ri, & coget de facto dimittere, sicut de fa-
cto tenet, & postea exequetur mãdatum,
& si hunc ordinem dimitteret cassaretur
quod fit ab eod. inf. cum nostris. & c. lite-
ras. ff. de re iud. à diuo Pio. §. si super. Item
& si non compareat ille, qui beneficium
possidet, sed compareat ille, qui contulit,
& cuius collatio dicitur, non valere de iu-
re, vel etiam si non contulit, sed patitur
possidentem possidere, sed petitur ab eo,
quòd tanquam vacans de iure conferat
alij, & feratur sententia contra eum, præ-
iudicabit possessori, qui sciuit causam suã
agi. ĩ. de sent. & re iud. quamuis. nec vlte-
rius erunt partes executoris, nisi vt cogat
possessorem dimittere possessionem.

† Sed

☞ † Sed quid si ille, cui commissum est,
quòd compellat capitulum ad conferen-
dum alicui præbendam alicuius eccleſiæ,
si vacat, vel quàm citò ad id obtulerit se
facultas, nunquid potest cognoscere de
præbenda quam aliquis detinuit diu, an-
tequam huiusmodi literæ impetrarentur,
quo iure habet iurisdictionem super hunc
possessorem, de quo nulla in literis habe-
tur mentio.

Item cui restituet præbendam pos-
sessor, quia si dicis executori ille, non ha-
bet potestatem alicui conferendi, sed
tamen compellendi, si dicis, quod re-
stituet capitulo, quomodo ad hoc agit,
cùm non habeat mandatum à capitu-
lo, de ipso autem possessore certum est,
quòd ille nulli eam dare potest, quia
ad ipsum nulla potestas conferendi per-
tinet.

Solut. executor. hoc modo procedet,
quia vocabit capitulum, & dicet ei, quod
conferat præbendam, quæ vacat de iure,
& si capitulum respondit, domine, non
possidemus præbendam quam petitis, &
credimus quod ille, qui tenet, benè te-
neat, vnde faciatis de ea, quod vultis,
quia non credimus, quod vos præcipia-
tis nobis, vel etiam consulatis, quòd
nos contra conscientiam eam confera-
mus, tunc vocabit possessorem præben-
dæ & dicet ei. Ista præbenda quam vos
possidetis, vacat de iure, & hoc vult pro-
bare iste, qui impetrauit literas, & admit-
tet probationes eius. ff. de re iudi. l. à diuo.
§. si super. & si probauerit, præcipiet pos-
sessori, quod dimittat possessionem præ-
bendæ, qua dimissa præcipiet capitulo, &
coget quod eam det impetratori litera-
rum. argumen. sup. de præben. inter cæte-
ra. vbi dicit, quod omnia retractata fue-
runt inter partes, & non fuit iudicatum,
quod vna pars daret aliquid alij.

☞ † Sed ille, ad quem de iure perti-
nebat conferre post cassationem factam
contulit, de hoc etiam notauimus su-
prà, de sententia & re iudicata. cùm Ber-
tholdus.

Nec miretur aliquis, quòd habet ali-
quis executor iurisdictionem super per-
sonas non nominatas in rescripto, &
penitus extraneas, quia hoc est in quoli-
bet executore, qui contra extraneos sum-
matim cognoscunt de proprietate, & et-
iam res ab eis auferunt. ff. de re iudicata.
à diuo. §. si super. C. de his qui ad eccleſi-
am confugiunt præsenti. sup. de offic. de-
legat. sanè. 2.

Item non est necesse, quod petatur
præbenda restitui in capitulo, sed tan-
tùm, quod eam resignet, & per conse-
quens veniat ad collationem capituli, &
postea cogetur capitulum eam dare
quando in literis dicitur, quod compel-
latur, & si in literis dicitur, exequaris,
tunc ipse executor conferret post resi-
gnationem, & si nollet resignare, violen-
ter ab eo auferenda est possessio. ff. de
rei vendicatione. qui restituere. hîc au-
tem loquitur tantùm de resignatione
facti, & non de resignatione iuris, ad
quam non tenetur, sicut nec suum ius ce-
dere. ff. si seruitus vendicetur, sicut. §. sed
quia imò saluum ei remanet ius suum. ff.
de re iudicata. à diuo. §. si super. infrà, de
concessione præbendæ, & eccleſiæ non
vacantis. c. cum nostris. literæ tamen
erant. infrà eod. literas. Nec poterat
contra eas excipi de falsi suggestione, vel
veri suppressione intantum, quod per
eas non procederetur, quia hæc falsitas
non erat expressa, vel veritas tacita per
malitiam, sed per simplicitatem, & per
ignorantiam iuris, quia credebat quod
ex quo de iure vacabat, quod literæ sibi
valerent intantum, quod statim sine alia
compulsione ad resignandum, & quod
executor suus posit sibi conferre præ-
posituram, & ita literæ valebant, non
obstante tali taciturnitate veritatis, vel
secundum formam iuris. 25. quæstio. se-
cunda. præscriptione. suprà, de rescriptis.
super literis. Et si iudex vel executor
per eandem iuris ignorantiam & sim-
plicitatem malè procedat, sicut etiam
hîc illud cassabitur, sicut & hîc cassata
fuit malè facta collatio, sed nihilominus
manet sibi ius saluum super literas con-
cessum, & remansit sibi ius saluum su-
per præposituram. Vnde in fin. decret.
mandatur & hoc sibi dari, & hoc placet
quod dicitur in gloss. hîc posita credi-
mus.

Alij contradicunt asserentes has lite-
ras elidi posse per exceptionem, & quod
hîc factum est, & inf. eod. literas. fuit fal-
sum tantùm authoritate secundarum li-
terarum.

Quidam distinguunt inter illum, cui
committitur prouisio alicuius personæ
simpliciter, & eum de quo hîc loquitur,
nam de primo dicunt, quod sine cau-
sæ cognitio-

sæ cognitione potest conferre beneficiũ, sed ille, de quo hîc loquitur non potest cõferre beneficium, de quo scribitur, nisi prius sciat quare illi quibus scribitur, non conferunt. argu. sup. de rescrip. si quando. & c. cùm adeò. & melius in c. ab excõmunicato vbi dicitur, quòd secũdus, scilicet, executor, cui scribitur in defectum primi, cum causæ cognitione debet procedere.

6 †Sed certè alij dicunt illud esse ea ratione, quia excommunicatio & absolutio non debet fieri sine causæ cognitione solenni. 2. quæst. 1. nemo. sed collatio beneficij, licet fieri debeat præcedente inquisitione, sicut not. sup. de postu. c. 1. causæ tamen cognitio solennis non est necessaria ibi. Vel dic melius, vt ibi not. (Inuestiuit) benè hîc collige idem esse assignare & inuestire.

7 †Et not. quòd quando dicitur in literis exequeris, quod potest inuestire, & potest hinc colligere, quòd propter inuestituram non datur possessio, quia hic inuestitus erat de præbenda, quam alius possidebat, quam ambo insolidum possidere non possunt. sup. de proba. licet. & not. sup. de consue. c. 2. & potest dici, quòd hęc inuestitura locum habet, quando sibi reseruat præbendam conferendã, quod potest, vt not. sup. de præben. pro illorum. & non placet, quod dicitur hic, quia nõ credimus, quòd decanus potuit eum inuestire de vacatura, vt inf. sequitur. †Assignastis) & malè, cùm esset alij hęc potestas data, & sic apparet hîc, quod quando scribitur pro aliquo, & datur ei executor, qui eis negligentibus illud exequetur, quod non tenet electio facta ab illis contra mãdatũ Papæ, secùs autem si esset datus tantùm executor ad compellendum, quia tunc teneret electio facta ab illis. sup. de præben. dilectus filius G. Ratio diuersitatis, quia in primo casu videtur ad se, vel ad suum delegatum executionem reuocare, ideò de ea nihil ad eos, in secundo autem secùs (Vacaturis) sup. eod. c. 1. (Contra canonum) quod est quando non authoritate Papæ, sed hæc legitima erat, quia authoritate Papæ, hoc non placet, sed verè malè processit. (Attendentes) q. d. non est necesse, quod defendat institutionem suam factam decani, qui inuestiuit eum de vacatura, cùm sufficiat factum Papæ, qui eum inuestiuit de vacante, factum tamen decani fecit cassationem iustã, hoc non placet. Sed quia potestas conferendi ad alium erat translata. (Per prædecessorem nostrum) sed per decanum fuit inuestitus de vacatura & licitè, cùm super hoc fuerit executor, & illa inuestitura fuit causa cassationis electionis secundo facta à canonicis, hoc non placet, vt dictum est, Facta autem cassatione, non fuit inuestitus per Papam de vacatura, sed de vacante (intelligebatur) argum. quòd per sententiam perditur dominiũ. ff. de rei vend. in fundo. insti. de offic. iud. §. vlti. C. de arbi. l. 4. §. sed & si quis. arg. contra. ff. de pig. ac. non mirum.

CAPVT V.

1 *Ad quẽ pertineat petere institutos amoueri.*
2 *Debet agens ad destitutionem instituti causam adijcere, quare sit minus canonica institutio.*
Possessionem habens alicuius dignitatis, non potest, nec debet alius in eius locum institui, nisi prior à loco illo, vel de facto, vel de iure per sententiam remoueatur.
Executor Papæ an possit prouidere, alio existente in possessione.
3 *Si electio ad episcopum, & capitulum simul pertinet, si suspensus esset episcopus, electio pertineret ad capitulum solum.*
4 *Non potest suspensus conferre præbendas.*
Culpa sua an alicui imputatur.
Archidiaconus an possit conferre beneficia ad episcopum pertinentia, si episcopus est suspensus.
5 *In collatione beneficiorum debent personæ examinari.*

QVIA DIVERSITATEM. (In ipsas) & ideò petebat institutos, vel intrusos ab ecclesijs amoueri, vt ex sententia quæ statim sequitur apparet.

1 †Vnde no. quòd aliquando ille ad quẽ pertinet institutio de iure, petit institutos amoueri, vt hîc. & sup. de præben. dilecto. & etiam patronus. inf. de iure pat. ex literis. Item hoc ipsum petit clericus institutus, vel aliàs etiam, si nondum institutus sit, & habeat ius. sup. de senten. & re iudi. cùm Bertholdus. vt not. & 3. quæstio. 6. hoc quippè. Item hoc ipsum potest quilibet clericus de ecclesia petere. ꝛ. de elect. cùm dilecti. sed hic vltimus, cùm suum ius speciale non prosequitur, videtur quòd non posset agere, nisi agat denunciando, vel accusando. sup. de appel. constitutus. in fin. & non solùm possunt prædicti agere contra institutos, sed etiam contra instituentes peruersè. 7. quæstio. 1. præsentium. & de hoc not. sup. de filijs presbyt. veniens.

†Istamen, qui agit modis prædictis, debet causam adijcere, quare sit minus canonica, sicut in alijs personalibus: vt no. sup. de offic. ordi. conquerente. puta quia ad eum, qui agit pertinet institutio, quia est in possessione instituendi, & quia non pertinet ad eum, q̃ instituit vel alias consimiles. †Et est ratio, quare exprimere debet, quia personalis est actio, quod ex eo patet, quia nec in rem, nec mista est. no. sup. de offi. ordi. conquerente. & hoc est, quod nullus prædictorum potest nominare instituentem in iudicio, cùm nominatio non habeat locum, nisi in realibus. C. vbi in rem actio. l. 2. secùs si peteret obedientiam, quia tunc posset nominare dominum in iudicio: vt not. sup. de maio. & obe. inter quatuor. & sæpè quis contra neminem agit, sed petit electionem suam confirmari, inf. eo. post electionem. & iudex tunc vocabit omnes, quos res tangit. ff. de adop. nam de hoc not. sup. de ele. c. penult. †Resignandas) hoc quod dicitur hîc, intelligitur sic, quòd quando aliquis habet possessionem alicuius præbendę, vel dignitatis, tunc nullus iudex ordinarius, vel delegatus debet aliquem instituere in locum eius, nisi prior à loco illo remoueatur, vel de facto authoritate superioris, vel per sententiam ad minus, & sic loquitur, inf. eo. cùm nostris, & c. literas. vbi no. Sed ille ad quem pertinet electio de iure, benè potest alium eligere ad eum locum, quem tenet institutus. sup. de sen. & re iud. cùm Bertholdus. Licet quidam illud quod dicit illa decre, dicant locum habere, vt præsentatio fieri possit nõ obstante institutione alterius, sed non electio, quæ ius tribuit. Hoc autem certum est, quod propter præcedentem electionem factam ab illis, ad quos non pertinet, non cassatur electio facta ab illis, ad quos pertinet, vt in præallega. decreta. cùm Bertholdus. & not. sup. de electio, considerauimus. Item licet ille, ad quem pertinet iure proprio electio possit eligere, non obstante prima electione & institutione, executor tamen Papæ nõ potest prouidere alio existente in possessione, qui est institutus per superiorẽ, sed si per superiorem nõ esset institutus primus, sed tantũ in possessione esset, propter hoc nec dimitteret executor, q̃n de alio prouideret secundũ mandatũ Papę. sup. de præben. de multa. quamuis illa non loquatur de prouisione executorum Papæ, sed de prouisione eorum, ad quos iure proprio pertinet, vel dic, vt not. inf. eo. literas. (Resignandas). i. de facto admittendas. (Per excommunicationis). 16. q. 1. in fin. (Confirmatione) repete quæ diximus sup. de confir. vti. vel inuti. c. 1. (Adepti) ita quòd hi sex menses current, vel ante suspensionem, vel pòst, cùm conferre posset archiepiscopus.

3 †(Computentur) hoc intelligamus, quando collatio beneficiorum ad ipsum solum pertinet, nam si ad plures, quorum vnus suspensus esset, secùs dicemus, nam si pertinet electio ad episcopum, & capitulum simul, si episcopus esset suspensus, pertineret electio ad capitulum solum, sicut si vnus ex capitulo esset suspensus, nõ impediretur capitulum procedere ad electionẽ, nam quantum ad ea, quæ communiter imminent facienda episcopo & capitulo, vnde caput, vel corpus intelligitur. C. de iur. deli. sancimus. §. si verò episcopus. & ff. quem ad. serui. amit. si quis alio. §. vlti. & l. si locus. 16. q. 3. si sacerdotes. sup. de præscri. auditis. ex transmissa. (Valuit). C. de anna. excep. l. 1. in fi. de præscrip. c. 1. Arg. contra. ff. de vsur. cùm quidam. §. si pupillo. ff. ex quib. cau. ma. in integr. resti. ei.

4 †(Potestate) nota suspensum non posse conferre præbendas. de hoc not. sup. de consu. cùm dilectus. (Culpa) licet fuerit in culpa, non erat in mora, statim enim pro absolutione ad sedem apostolicam properauit, si enim esset in mora vel negligentia obtinendi absolutionem, secùs esset: vt hîc. ar. 100. dist. quoniã. sup. de reseri. si autem. ff. de iudi. quoniam potest. ff. de re mil. non omnes. & l. qui captus. & l. 1. §. 1. ff. ex quib. cau. in integ. sed si per. §. 1. Et sic habes, quod non imputantur ea alicui, quæ sua culpa præcedente accidunt. 15. q. 1. si concupiscentia. & c. inebriauerunt. ff. de fur. verum. & l. quæ iniurię. ff. de publ. sed & hi qui. §. siue autem. arg. contra. 50. di. sæpè. & c. studeat. ff. quod met. cau. mulier.

Sed tamen hoc non est verum, quia benè imputatur archiepiscopo sua culpa, quia iustè potest puniri, hæc tamen pœna, quòd electio deuoluatur ad capitulum, non inuenitur sibi imposita à iure, & ideò non potuerunt conferre beneficia, suprà, de sup. neg. præla. romana.

† Ad illum). f. Papam & hoc ex ple-

nitudine poteſtatis, ſed nunqd ſi epiſcopus eſſet ſuſpenſus, poſſet archiepiſcopus conferre beneficia ſpectantia ad epiſcopum, & dicunt quidam quod ſic, nec eſt neceſſe, quod expectet ſex menſes. arg. pro eis. 9. q. 3. cùm ſcimus. quòd poteſt loqui in hoc caſu, quando epiſcopus neceſſaria officia non inſtituit in eccleſia, vt œconomũ, vel alium qui temporalia miniſtret. In non neceſſarijs autem officijs, puta canonicis ordinandis, locum non haberet. ſup. de ele. cùm eccleſia vulterana. Sed in hoc caſu, cùm nõ habeat tempus præfixum, credunt quòd poſsit ille, ad quem pertinebat collatio poſt abſolutionem conferre, ſi non ſit per ſuperiorem alĳ collata. C. de contrahen. ſtĳpu. magna. melius videtur, quòd nec capitulum, nec ſuperior poteſt ſupplere alterius dictum, niſi in ius hoc dicatur, quod ei liceat alterius defectum ſupplere. ſup. de elect. cùm eccleſia vulterana. ſed ſeruatur ei faciendum poſt abſolutionem. arg. inf. ne ſede vacan. illa. niſi neceſsitas immineret, & poterit ſine vlla reſtitutione iſte archidiaconus, vel archiepiſcopus dare beneficia vacantia, etiam quæ vacauerunt vltra ſex menſes, nec ſunt contraria decre. ſup. de ſup. neg. præla. licet. c. literas. quia ibi loquitur, quãdo illi ad quos ſpectabat electio, fuerunt negligentes, & tunc ipſo iure amittunt poteſtatem eligendi, ſed quando per impotentiam dimittunt, non amittunt ipſo iure poteſtatem eligendi, licet in eo puniri poſſent extraordinariè. Si autem ei ius cõcederet, quòd poſſet ſupplere defectum alterius, poſſet ſupplere ſine ſuperioris authoritate: vt not. ſup e. nulla. 65. di. ſi forte. (Ad illum) communi autem iure remanet poteſtas conferendi penes ſedem archiepiſcopalem. ſup. de inſti. cùm veniſſent. inf. ne ſede vac. c. 2. & ſeruabitur prouiſio ſucceſſori.

5 †(Tempus) ſiue ſciuit præbendas vacare non imputatur, quia ſi ſciuiſſet, imputaretur ei, cùm etiam Romæ & in via poſſet beneficia conferre, vel dic, quòd licet in via conferre poſſet, non tamen imputaretur ei, ſi non conferat, cùm in collatione beneficiorum debeat perſonas examinare. ſup. de præben. in Lateranenſ. & etiã quia iuſtum eſt quòd clericis de terra ſua prouideat. C. de epiſc. & cler. l. in eccleſijs. 71. diſt. extraneo. de quibus copiam ſecum non habet. (Receſsit), ff. ex quib. cau. in integ. reſt. qui mittuntur. (Computetur) niſi moretur accepto commeatu. ff. ex quib. cau. in integ reſti. miles. 2

CAPVT VI.

1 *Quo caſu poteſtas eligendi ad ſuperiorem deuoluatur.*

2 *Nunquid ius eligendi propter alicuius peccatum ad alios transferatur.*
Ius eligendi an propter errorem deuoluatur.

3 *Litera per falſi ſuggeſtionem impetratæ valent, ſed per excep. elidi poſſunt.*
Collatio an teneat, ſi impetrans bona fide, tempore impetrati reſcripti, eſt incapax beneficij.
Poſſeſsio quando dicatur plus habere facti quàm iuris, & econtrà.
Sententia non ſufficit ſuper priuatione alicuius beneficij, vt illud perdatur, ſed oportet illud prius reſignari ab illo qui prius tenebat: Et idem eſt dicendũ in omni ſententia.

4 *Non licet alicui occupare poſſeſsionem quam alius tenet.*

5 *Poſſunt dignitates & beneficia vniri epiſcopatui ſi eſt pauper.*

VM NOSTRIS. (Tanto) ſex menſium. ſup. eod. nulla (dixerunt) & benè, quia de facto non vacabat. (electus) & malè: quia licet de iure, de facto: non vacabat. 63. diſt. literas. ſup. de poſtu. c. 1. & 2.

1 †(Poſsidebat) idem videtur, ſi ſolus electus eſſet, ſi non poſsideret, quia verum videtur regulariter, quòd etiam ſi ille, ad quem pertinet electio perſonam ineligibilem, puta hominẽ illegitimum homicidam, vel aliàs quemcunq; irregularẽ vel malum, nunquã tamen propter negligentiam, vel per lapſum temporis, deuoluitur poteſtas eligendi ad ſuperiorem, licet enim huiuſmodi elector malus ſit, & malum elegerit, nõ deuoluitur poteſtas eligendi ad eum, ad quem ius ſtatuit deuoluendum, propter alicuius malitiam. ſup. de elect. cùm in cunctis. in fi. non tamẽ eſt negligens, & ideò non deuoluitur poteſtas eligẽdi ad eos, ad quos ius ſtatuit deuolui propter negligentiã. ſup. eo. c. proxi.

Et hæc vera ſunt, dummodò electus talis ſit, in quem ius illius dignitatis cadere poſsit, nam in homicidas, & irregulares cadere poteſt ius cuiuslibet dignitatis, quia etiam iuſtè habent eum, ſi cum eis fuerit diſpenſatũ, & etiã ſine diſpenſatione iuſtè tenent prædicti dignitates ſuas quouſq; renunciãt, vel deponantur, ſed ſi poſt adeptas dignitates fecerunt homicidium, vel aliàs irregularitatẽ incurrunt,

currunt, ſed ſi talis electus ſit, in quo ius dignitatis cadere non poteſt, vt ſi ſit omninò illiteratus, vel ſi ſit mulier, vel infans, ſatis videtur, quod talis electio, vel poſſeſsio nõ impediret, quominus lapſu temporis per negligentiam poteſtas eligendi ad ſuperiorem deuoluatur. (Dicentes) & benè. (Aſsignarunt) & malè, quia licet de iure de facto, tamen non vacabat. (Aſsignarunt) planus eſt intellectus huius decretalis, quia propter negligentiam non erat deuoluta poteſtas eligendi ad Papam, quia elegerant perſonam, in quam aliquo caſu poterat cadere ius præpoſituræ, nec propter delictum, quia ſcilicet perſonam ineligibilem elegerant. ſ. epiſcopum quia hoc non eſt iure cautum, quòd propter talem perſonæ electionem transferatur ad aliũ poteſtas eligendi, licet electio ſit nulla, & ipſi priuati poteſtate, eligendi ſint, vt not. ſup. de poſtu. gratũ. ſup. de elect. bo. me. ma. Item ſi eſſet deuoluta hæc poteſtas ad proximũ ſuperiorẽ, nõ tamen eſſet deuoluta ad Papam communi iure, & ſic intelligitur. inf. eo. c. literas. & idẽ eſt ſi authoritate Papæ aliqui habent poteſtatem eligendi, & eligant penitus indignum, in quem non cadit ius, quod ſibi datur, non propter hoc reuertitur ius eligẽdi, niſi ad illos, penes quos primò erat de iure communi, nec etiam ad illos, qui fortè habent poteſtatem prouidendi alĳ, quia certum eſt, quòd primi prouiſores poteſtatem habebãt prouidendi, & prouiderunt, ſed malè.

2 †Item iure nõ cauetur, quòd propter eorum peccatum, ius eligendi ad alios transferatur, quia tunc ſecùs eſſet. ſup. de prẽben. de multa. ſup. de elect. cùm in cunctis. & hoc placet magis, quã q; aliàs hic not. & inf. eo. literas. & poſt elect. & inf. de exceſ. prælat. inter dilectos. Imò idem fortè videtur, etiam ſi in eo non caderet ius ſibi datum, dummodò in literis non ſit expreſſus error intolerabilis. i. indiſpenſabilis. inf. de ſen. excom. per tuas. & c. ſolet. nec eſt error intolerabilis, ſi ſcribitur etiã pro irregulari. Intolerabilis enim eſſet, ſi pro criminoſo ſcriberetur in crimine perſeuerante, ſed nec hoc ſufficeret, niſi in literis ſcriberetur, quòd in crimine perſeuerat, quia aliàs licet error ſit intolerabilis, nõ tamen eſt expreſſus, & vtrunq; eſt neceſſarium. Quidam dicunt ſufficere, ſi error ſit notorius, etiam ſi nõ exprimitur in literis. ar. ſup. de offi. deleg. c. 1. Alĳ dicunt nõ ſufficere, quod eſt notoriũ, niſi ſit expreſſum. 2. q. 6. §. itẽ ſi ſententia contraius. Expirat autẽ hæc poteſtas, ſi prouido contingat non capaci, nec tamen propter prouiſionẽ factam de notorio, & ſcienter indigna perſona tranſit poteſtas ad aliquos, niſi prius caſſetur, ſed ea caſſata, ſtatim redit ius eligẽdi ad primos, ad quos pertinet de iure cõmuni, & non ad Papam. Item expirat morte eius pro quo ſcribitur. Itẽ morte executoris. Quidã tamen dicunt, ſed nõ placet, q; in hoc caſu, ſi ſcribatur in fauorem eius, cui prouideri mandabatur, q; hæc poteſtas reuertitur ad delegantem, morte autem delegantis nõ expirat, etiã ſi literæ nõ ſunt exhibitę. Nec eſt contra. ſup. de offi. dele. gratum, & c. relatũ. quia illud obtinet in literis iuriſdictionis, ſecùs in beneficialibus cùm ſæpè cõtingat, q; in vita delegantis nõ occurrat facultas prouidendi, licet aliqui contradicant.

3 †Item literæ per falſi ſuggeſtionem impetratæ valent, licet poſsint elidi per exceptionem. ſup. de reſcrip. ſuper literis. & ſic etiã valet poteſtas data per eaſdem literas, ſufficit enim adhoc, vt executor receperit poteſtatem conferendi, quod delegãs haberet poteſtatem committendi, & delegatus poteſtatem recipiendi, & quod res, quæ committitur ſit de poteſtate & iuriſdictione committentis. †Et tamen eſt, quod ſi tempore impetrati reſcripti impetrans bona fide eſt incapax beneficij, poteſt ei conferri. arg. ſup. de fo. compe. ex tenore. Nec eſt contra. ſup. de tranſac. ex literis. quia ibi non dicit, non tenere prouiſionem, ſed dic caſſandam propter delictum impetrantis obreptitiæ. Nec eſt contra. inſti. de hære. quali. & diffe. §. in extraneis. vbi dicit, quòd non valet teſtamentum, niſi ſit capax hæres, & tempore confecti teſtamẽti, & tempore mortis & additionis, ſed certè ſi quis benè attendat, quod dicit idem. §. colliget. contra: quia ibi dicit, quod ideò eſt neceſſe quòd tempore confectionis teſtamenti ſit capax, quia teſtamentum non valet ſine inſtitutione capacis hæredis, ſecùs eſt in collatione poteſtatis transferendi beneficium, quia hæc poteſtas etiam nulla perſona expreſſa, cui prouideatur, valet. inf. eod. conſtitutus. & ſic in legatario, quia ſufficit, & eſt neceſſe, quòd tempore mortis ſit capax, niſi in caſibus, ſi legatum eſt purum, etiam ſi tempore teſtamenti non ſit

4 *Incapax circa hæc dicta Innoc. hic. ſ. quando collatio eſt facta crimine ſo vel indigno ſit nulla. vide per Felin. in c. querelam. ſup. de iureiuran. aliqd idem per ipſum in c. 2. ſup. de rescriptis.*

capax. ff. de iure fis. l. neq. §. 1. C. de le. seruus. & C. de cadu. tol. l. 1. §. cùm ideò. & §. in nouis. C. quando di. leg. ced. l. neq. si autem sub conditione à die conditionis extãtis. C. de cad. tol. l. 1. §. sin autem. & hoc ideò, quia testamentum non subsistit ex legatis, & sic nota, quod causa cassationis electionis factæ à canonicis est quia eis erat ablata potestas eligendi, & non quod prima electio fuerit aliqua. (Literarum) prudenter petijt iste, qui petijt, quod cassaretur processus delegati, qui erat inordinatus, quia primò cogendus erat ad resignationem, vt hîc. & sup. c. prox. sed si egisset quasi confessoria dicendo, se ius habere, & aduersario silentium imponi, succubuisset, quia nullum ius habebat in præpositura episcopus de nouo electus, vt hîc sequitur. argument. ad prædicta. sup. de procur. ex insinuatione.

Fatemur tamen, quod posset habere publicianam ad ecclesiam contra nõ dominum, si bona fide, & iusto pretio habuisset eam, & si ambo scilicet actor & reus habuissent bona fide & iusto titulo, tunc distingue, an habuerant ab eodem collatore, vel à diuersis, vt habes de publiciana. fine. §. si duobus. & l. seq. in beneficijs autem in spiritualibus dicunt quidã aliter. Item prudenter facit, qui dicit in libello, peto talem ecclesiam, quæ ad me pertinet, vt comprehendat & directam confessoriam & publicianam, & non dicat, quia sum canonicè institutus. (Literarum) literæ tamen bonæ erant; vt infr. e. literas. nec poterat contra eas excipi de falsi suggestione, vel veri suppressione, in tantum, quod per eas non procederetur vel legitimè, quia hæc falsitas non erat expressa, vel veritas tacita per malitiam, sed per simplicitatem, & per ignorãtiam iuris, quia credebat, quod ex quo de iure vacabat, quod literę sibi valerent in tantum, quòd statim sine alia compulsione ad resignãdum executor suus posset sibi cõferre præpositurã, & ita literæ non obstante tali taciturnitate veritatis, vel expressione falsitatis valerent, sed nõ debet seruari forma in eis expressa, sed procedit secundum formam iuris. 25. quæstio. prima. præscriptione. sup. de rescrip. super literis. & si iudex, vel executor per eandem iuris ignorantiam, vel simplicitatem male procedat, sicut hic fecit, illud cassãbitur, sicut & hic cassata fuit malè facta collatio, sed nihilominus manet sibi ius suum saluum per literas concessum, sicut huic remansit ius suum saluum supra præpositurã, vnde in fine decretalis mandatur sibi dari, & hoc plus placet quàm quod dicitur in glos. hîc præpositã credimus.

Alij tamen contradicunt asserentes has literas elidi posse per exceptionem & quod hîc factum est. & inf. eo. literas, fuit factum tantùm authoritate secundarum literarũ. (Quia possessio talis) scilicet quæ habetur ab his, qui plures dignitates habent, hoc non placet, sed talem possessionem dicit plus habere facti quàm iuris, quæ prætenditur esse ex tali causa, quæ potest esse iusta, sicut hîc, nã hîc iste poterat possidere, vel de speciali gratia, vel si ex iusta causa esset concessa (Facti quoniam) quando per meipsum possideo, plus habet facti, quàm iuris, vt hîc. ff. ex qui cau. maio. re. denique. & l. si emptor. Si autem per seruum, vel filium possideam, plus habet iuris, quàm facti. ff. de acquir. possess. possessio quoque. ff. pro socio. l. 2.

† Si autem per personã liberam possideo, puta per procuratorem, hæc possessio aliquid facti habet, & aliquid iuris. C. de acquir. possess. l. 1. & ideò in primo casu, scilicet, cùm per me possideo, non desino possidere, nec vsucapio incipiet antequam sciam per alium possidere, & suspicatus sim me posse repelli, secùs si per alium possideo. (Irritum) credimus tamẽ, quod sicut recepta noua cura animarum, vel dignitate, vel etiam episcopatu, prima vacat, & ille, ad quam eius donatio pertinet, potest eam alij conferre, ita delegatus per huiusmodi literas, potest conferre etiam eo permanente in possessione. supr. de præbend. demulta. sup. de elec. cùm in cunctis. dummodo sciat alium possidere, quando confert, sed si nesciret, dicunt quidam, quòd obreptitia est huiusmodi collatio, & hoc satis videtur verum, si verisimile esset, quòd si sciret alium possidere, non conferret, sed hæc præsumptio cessat hîc, cum in præcepto contineatur, quòd conferat, & puniatur, nisi conferat. supr. de præben. de multa. Sed certè præsumptio, scilicet quòd vellet conferre, etiam si alius possideret, non erat ita vehemẽs, ante cõstitutionem de multa, sicut postea, ga prius non erant ibi tot pœnę, sicut postea, & ideò hîc, quòd fuit ante constitutionem non ita præsumebatur, quòd contu-

contuliſſet, ſi ſciuiſſet alium poſsidere. Item facit præſumptionem, quod obreptitia eſt collatio, quia epiſcopus erat, qui poſsidebat, quare non erat præſumendum, quòd Papa vellet eum vilificare inter ſubiectos ſuos auferẽdo ſic ſibi eccleſiam, vel dignitatem etiam alij conferendo, imò plus videtur, quòd etiam ſi teneret collatio Papæ, vel cuiuslibet ſuperioris, non tamen literæ valebant. datæ ſuper collatione facienda per alium, quia reſcripta ſtricti iuris ſunt. arg. ſupr. de reſcrip. ſedes. vt ſint intelligenda cõtra eum, qui vult impetrare literas ſuper beneficio, quod dicat vacare, quod vacet de facto & de iure, maximè quia ambitioſum eſt huiuſmodi reſcriptum, ſupr. de transla. præla. licet. Et eſt potentiſsima ratio, quia reſcriptum reſtringitur, & quia imputandum eſt impetranti, quòd potuit apertiùs dicere, vel hîc nouo iure vtebatur epiſcopus, vel noua collatione quòd ex cauſa fieri poteſt: vt no. in fi. decreta. huius. Item ſecùs in præbendis, quia accipiendo ſecundam præbendam prima aliquã do vacare intelligatur, non tamen poteſt prima conferri, quouſque poſsidet eam de facto, ſed cogi debet per excommunicationem & ſubtractionẽ aliorum beneficiorum eam reſignari, vt hîc. ſupr. eo. quia diuerſitatem. infr. e. literas. vbi nota. Nos credimus idem in præbendis ſi tales ſunt, quod vacent de iure per receptionem alterius, niſi quod facilius creditur, quòd per obreptionẽ obtinuit.

† Et ex his decret. liquet, quia non ſufficit ſententiam latam eſſe ſuper priuatione alicuius beneficij, quò ad hoc, quod liceat illi, pro quo lata eſt ſententia, illud occupare, niſi illud reſignet ille, qui priùs tenebat, vel niſi manu militari auferatur ab eo, & ſi contra factum fuerit, priuatur iure, ꝙd in eo habebat, etiam ſi ab alio nõ prohibebatur poſſeſsionem capere, dummodò ſua authoritate capiat, niſi conſentiat aduerſarius. ff. de rei vend. qui reſtituere. & ff. ne vis fiat ei. ſi qs. in prin. ff. vt in poſ. leg. is qui. §. miſſus. argumen. C. vnde vi. meminerint. & idem dicimus in omni ſententia, vt etiã poſt ſententiam non occupet victor rem ſibi iudicatam, ſed per executores ſibi tradi debet. C. de arbit. l. pen. 1. reſpon. C. de iudi. properandum. §. ſin autem reus. argumen. contra. C. vnde vi. ſi quis in tantam. ibi ante euẽtum ſcilicet litis, ſed ſupple ibi maximè, quia idem eſt poſt ſententiam abſoluto, non eſt neceſſarius executor, quia ſufficit ei exceptio rei iudicatæ. ff. de exce. rei iud. per totum. & ſi quis vellet dicere, quòd reditũ fortè annuum in cuius poſſeſsione erat aduerſarius, cui ſilentium impoſitum eſt adhuc dare debeat, quouſq; amittat poſſeſsionem, dicat nobis ꝑ Deo, quomodo aliter amittet niſi per ſentẽtiam. Item nónne peccaret, ſi reditum daret ei, cui per ſententiam eſt ſilentium impoſitum? ar. quod ſic. quia ille peccat recipiendo, & alter conferendo, & poſſum eum perturbare in hoc peccato, & etiam debeo. 2. q. 7. negligere. & eſt quaſi expreſſum. ſup. de appella. paſtoralis. in fin. Imò plus videtur, quod in his incorporalibus iuribus, vbi nihil corporale attingit, vt in electionibus & iuriſdictionibus, & ſimilibus, ſtatim lata ſentẽtia, & actor poteſt ingredi poſſeſsionẽ, & aduerſarius poſſeſsionem amiſit, tamen vt omnis remoueatur dubitatio, iudex dicat in ſententia, vobis adiudicamus ius eligẽdi, & aduerſario ſilentium imponimus. ſic ſup. de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia ſutrina. Si autem talia ſunt incorporalia, vbi aliquid corporale attingit, vt in prębendis poſſeſſor condemnatus per aduerſarium non prohibetur exercere vt priùs, ſed ille, qui in poſſeſsione erat, & nunc eſt impoſitum ei ſilentium cogitur cauere, quòd de cætero illa ſeruitute non vtetur. ff. ſi ſer. ven. egi. harum. vbi etiam dicitur, quod ſi nolit cauere, condemnabitur quanti in lite iurabitur, & ſi nec poſsit expelli de poſſeſsione, per officialem expelletur, vel dabitur ipſi poteſtas expellendi, ſi talis ſit iudex, qui ſuam ſentẽtiã exequi poſsit, & erit ipſe, qui erit vice miniſtri iudicis. Iſta autem decre. nõ obſtat ſuperioribus, quia & hîc aliquid corporale tãgebatur. ſ. corpus & poſſeſsiones præbendæ annexæ, & ideò non licebat, nec præbẽdam nec canonicatum illum conferre, cuius poſſeſsionem alius tenebat per poſſeſsionem præbẽdæ realis, vel dic, hoc fuiſſe per obreptionẽ literarum.

Item nec obſtat, ſup. de appel. paſtoralis. in fin. quia ibi nihil corporale poſsidebat, licet enim canonico, qui non habet aliquam certam præbendam, debeatur beneficium ſuum, vel reditus, nihil tamen corporale ibi poſsidetur quouſq;

recipiat, Item fatendum est, quod si postea reditus præbendæ soluãtur ei, cui impositum est silẽtium, quasi ex noua possessione poterit agi, si subtrahantur sibi postea illi reditus præbendæ interdicto vnde vi: vel conditiõne ex hac decre. vt restituatur in possessionem amissam, vt iterum soluat, sed nõ ex prima, quę sublata est per sententiam, hoc ipsum tamen in excommunicato fallit, quod non petit restitutionem, cui semper obstat exceptio excommunicationis, & cui nihil solui debet.

Sed quid si cõdemnetur quis per sentẽtiam ad amissionem beneficij, vel prębendæ, vel contra possessionem seruitutis pronuncietur in negatoria, an liceat statim eligere, vel beneficium subtrahere, vel seruitutem negare, videtur quod non. arg. hîc, & sup. c. prox. Sed debet licentiã obtinere à superiore & ab eo, qui potestatem habebat priuandi, vt eligerent. infr. de iure pa. cùm dilectus. sup. de cleri. non resi. in prin. ex parte. & vt beneficium, vel seruitutem tollat. arg. ff. vt in pos. leg. mi. l. si inutiles. nam ex quo partibus præsentibus facit, satis potest concedere parti victrici, vt sua authoritate deneget petita, vel ꝙd occupet possessionem sibi adiudicatam, si est talis, ꝙ per sententiã exequi possit. ar. à cõtrario sensu. C. si per vim vel alio modo. l. vlt. Alij tamen dicunt & benè, quod sine alia licentia eligere potest, & beneficiũ subtrahere, & seruitutem negare, & non dicit hîc, nihil valere electionem, sed literas Papæ propter mendacium, vel etiam non valet electio propter secundam electionem factam de episcopo in præpositum non cassatam, nam nulla ratione videtur, quamuis canonicè, quàm per sententiã notum est vacare alij conferre non posset, sed primum est securius.

4 † De possessione autẽ quã alius tenet fatemur, quòd non licet alij occupare. ar. pro his, qui dicunt, ꝙ non requiratur alia licẽtia. inst. de off. iud. §. vlt. ff. de acq. poss. l. 3. §. fin. ff. si ex noxa. cau. l. 3. in fin. ff comm. diui. sed si res, vbi dicitur, ꝙd res adiudicata eius est, cui adiudicatur. Sol. intelligendum est traditionem non interuenisse, vel sunt casus speciales, sed videtur quod episcopatus vacaret hoc ipso, quod accepit præposituram, tamen præpositura nõ. sup. de præben. de multa. Sed illa constitutio non habet locum in episcopatibus, quibus nec expressè, nec tacitè renunciari potest sine volũtate Papæ. vt supr. de transla. præla. inter corporalia: sed quia non potest resignare, non tenet receptio præpositurę.

5 † Iusta causa) hodie non hoc licet ex aliqua causa, sed si pauper esset episcopatus, possent ei vniri alię dignitates & beneficia. sup. de præben. exposuisti. Vel dic, quod personæ nõ potest dari dignitas, ex quo est episcopus, sed ipsi episcopatui fructus dignitatis dari possunt ad tempus propter exonerationem debitorũ, vel alia iusta causa. Vel dic, quod Papa voluit de speciali gratia prouidere, cũ adhuc vacaret præpositura: capitulum autem, vel alius citra Papam hoc facere non posset, proximum dictum plus placet.

CAPVT VII.

1 *Qui semel viuentis locum scienter occupauit, non potest vlteriùs ad eum assumi.*
2 *Electio quando ad capitulum deuoluatur.*
3 *Inuestitura potest appellari institutio.*

POST ELECTIONEM. (Tenuerat) Elionẽ, episcopus. (Ordinationem) id est ordinatio liberè, & sine cõtradictione aliqua fiat in ecclesia Eboracen. ab archiepiscopo & secundum formam, quæ sequitur; & si cõtra fieret, non valeret. (Personarum). i. dignitatũ. (Extiterit) & malè: quia in capitulo intelligitur decanus. ar. ff. de ver. sig. l. familię. ff. qui & à quo. l. 1. presens. inst. de iur. nat. §. plebs. (Ipsius) archiepiscopi institutione vel mandato de instituendo. (Ipsi) id est capitulum. (Intelligentes) & malè. (Authoritate) intelligebat enim ecclesiam suam ideò vacare, qa institutũ ab archiepiscopo, reputabãt ꝙ non instituto propter priuilegiũ, & quia dicebant semestre tẽpus cõputandum à tẽpore vacationis, vsq; quò ꝓuideretur, ita quod instillaretur & malè, quia nõ debemus cõputari, nisi vsq; ad tẽpus quo archiepiscopus eligit Ho. Vel alia tempora debebãt deduci de semestri tempore. sup. e. quoniam. A te Ho.) recepta vt dicebat, sed Ho. non fatebatur. (Abipso) archiepiscopo. (Primæ) factę à capitulo. (Secundæ) factæ ab archiepiscopo.

1 †(Cõfirmari) & malè, nam concessio capituli non valet, quia non erat ad eos potestas eligendi deuoluta, concessio etiam archiepiscopi non valet, etiam si constaret Ho. renunciasse vel resignasse, quia ex quo semel locum viuentis scienter occupauit, vlteriùs ad eam non potest assumi. 2. quęst. prima. in personis. secùs si ignoranter. 7. quęst. prima. præsentium.

2 (Debuit) sup. e. c. 1. † (Idoneæ) sup. e. c. 2. electio. n. deuoluitur ad capitulũ nõ solùm ꝓpter negligentiã, sed etiam ꝓpter peccatũ electi. sup. de elec. cũ in cunctis. & satis colligitur hîc, ꝙd non solùm non tenet electio de ineligibili, sed etiam nec prouisio, vnde non impedit, quin alij ad quos deuoluitur potestas prouidendi prouideant. sup. de elect. cũ in cunctis. Sed confirmatio etiam de ineligibili facta impedit electionem. sup. prox. infr. eo. c. literas. Alij tamen dicunt, & fortè non malè, quod electio iam non impeditur, sed assignatio prębendę, cùm alteritus electio iam sit confirmata, benè impeditur, nisi prima confirmatio primò fuit reuocata, & facit pro eis. sup. c. prox. inf. eo. literas, vbi dicit, quod assignatio prębendæ non valet, sed tamen mandatum de ea conferenda valet, quia mandat, ꝙd post resignationem conferatur, & sic tenet mandatum, ita valet electio. Et videtur quod ille, ad quem pertinet non tantùm electio, sed prouisio, post confirmationem prouideat, quod talis prouisio valet, sed non habet nisi vim electionis, & non confirmationis, vt res potiùs valeat, quàm pereat. infr. de ver. sign. abbate. Confirmatio autem de excommunicato facta, nisi exprimatur error, vel nisi esset notorium, dicunt quidam, quod tenet. ar. sup. de sen. & re iud. ad probandum. sup. de exce. c. fi. Alij tamen dicunt contra.

(Institutio) arg. contra. supr. de caus. pos. & proprie. cùm olim. vbi fuit cognitum de his, quæ obijciebantur cuidã instituto ab episcopo, antequam institutio sortiretur effectũ. Sol. hoc ꝙd hîc dicitur verũ est, vbi nõ refertur quęstio, ꝙ ad eligẽtes spectat electio, & ad cõfirmãtes cõfirmatio, vel ꝙd ad aliquẽ spectat vtrũq;. simile sup. de appel. constitutus. 2. vbi autem referebatur quæstio, quòd ad episcopum non pertinebat electio. Item etiam fortè dicendum est, si ad alium spectaret electio, & ad alium confirmatio, & post confirmationem vellent impedire effectum confirmationis, posset supr. de elect. cum dilecti. & not. sup. de cau. pos. & propri. cùm olim.

3 †(Quæ institutio) supr. eod. c. appellatur. concessio etiam dici potest inuestitura. Et cùm idem archiepiscopus qui eligit eligendo confirmasse intelligatur, prius debet gaudere pacifica possessione, quam aduersarius de crimine contra eum audiatur, in modum exceptionis. sup. de app. constitutus. vbi no. supr. de caus. pos. & proprie. cùm olim. (Institutio) sententiam istam iustificat vehemens præsumptio, quæ erat contra illos, qui obijciebant exceptionem renunciationis & abiurationis, & hoc facerent causa morandæ possessionis. arg. C. de falsi. l. 2. si autem hæc præsumptio non subesset, non video causam, quare sit legitima exceptio de renũciatione sequente institutione, imò esset legitima exceptio, etiam post rem iudicatam. Si autem obijciatur exceptio de aliquo, ꝙ præcedat institutionem, vel sententiam, tunc præsumitur quod proponatur ad morandam dationem possessionis, vel executionẽ sentẽtię, cũ sint quasi cõsecutiua ad illã, & ideò nõ est de facili audienda. vt no. sup. de cau. pos. & ꝓpr. cũ olim. sup. de dolo. cũ olim. supr. de appel. constitutus. sup. de sent. & re iud. de cætero.

† Vel dic, quòd hîc facilius admittẽda est acceptio de eo, quòd præcessisset institutionem, quàm hæc de renunciatione, quæ secuta est, quia non præsumitur quis facilè renunciare iuri suo. supr. de renun. super hoc. Sed dices, si agenti ex mutuo, vel actione alia & exhibenti instrumentum super eo quod petit, obijciatur exceptio pacti de non petendo, vel consimilis, nunquid propter hanc contrariam ꝓsumptionem respuet exceptionem? Respon. quòd quando proceditur ordine iudiciario, de facili non debent sequi præsumptiones huiusmodi. 2. quæst. 1. c. 2. sed in his, vbi non seruatur solennis ordo iuris magis posita sunt sequi huiusmodi probabiles præsumptiones. ar. C. vt in pos. leg. l. 1. C. de edi. diui Adria. tol. l. 3. Potest tamẽ dici, quòd etiam si quando proceditur cũ solenni ordine iuris, quod si iudex [a] vehemẽter suspicaretur pactum de non petẽdo, tantum proponi causa morãdę litis, & ꝙ non malè faceret, si hac exceptione nõ admissa, sententiã ferret, nec cassabitur sententia propter hoc, quod non admisit exceptionẽ, nisi probet veritatem exceptionis, ad quam probandã semper dicimus eũ admittendũ, etiã si ꝓcedatur sine ordine.

[a] *Quod si iudex. hoc dicũ refert & ꝙ non malè faceret, si hac exceptione nõ sequitur Petr. de Anch. in consil. 158. inc. ex narratis in facto. colũ. 7. vers. sed ex eo.*

ordine, vt plenè dicitur, vt dicimus, ꝙ ſi is, qui proponit exceptionem, tollere poteſt hanc præſumptionem, puta quia incontinenti velit ſuam exceptionẽ probare, quòd audiẽdus eſt. ff. vt in poſ. leg. ſi is. ar. ſup. de teſt. veniẽs, ſi quis tamen benè inſpicit prędictam decre. non multum facit pro eis. Vel dic, quòd hæc decre. loquitur quando petebat per officiũ iudicis ſibi reſtitui poſſeſsionem, de qua apparebat, quòd eã bona fidę habuerat, & ideò ante reſtituẽda erat, quàm audiretur quæſtio de proprietate, etiam non probata ſpoliatione. C. de agri. & cenſi. ſi colonus. li. 12. & no. ſup. de reſt. ſpo. ſępè. ſed hoc non placet quia nunc̃ inueni H. habuiſſe poſſeſsionem. Inn.

CAPVT VIII.

1 *Negligẽs præbendam ſibi debitam, nihilominus poteſt aliam petere.*

QVM SVPER QVAEſtione Trid. (Præbendæ) & inf. Triden. canonici precibus epiſcopi annuẽtes te in canonicum recipiunt, & locum in choro, & capitulo habuiſti, domum in canonicatum poſſediſti, cùm ius ex illis canonicis, qui præbendam in ea primò poſsidẽt, tu primò inſtitutus fueris & receptus, & nunc vacet beneficiũ, poſtulabas, vt illud faceremus tibi dilatione poſtpoſita aſsignari: pars verò altera reſpondebat, quòd cùm inter donationem eccleſiæ certus ſit canonicorum numerus, authoritate ſedis apoſtolicæ, & iuramento firmatus, nosc̃ę ei mandauerimus vt O. in canonicum reciperẽt, & præbendam, ſicut vni ex aliis aſsignarent, & ita nos igitur conceſsionem prędictæ præbendę præfato O. in Triden. canonicos factam ratam habentes eam duximus confirmandam. (Opponere) hæc replicatio. ſ. non poteſtis contra me excipere, quod nõ teneat promiſsio vacaturæ, quia vos promiſiſtis, quæ potiùs dicenda eſt defenſio, vel allegatio, vi detur quòd ſemper ſcilicet & ante litem cõteſtatam, & pòſt proponi poteſt, ſicut ſuper eum de iure allegare poteſt.

Et eſt hoc verum, vbi cõſtat de facto ſcilicet quòd eum receperũt, ſed ſi de facto non conſtaret, licet poſsit proponi poſt litem conteſtatam, præmiſſa replicatio, tamẽ receptione teſtium facta ſuper ea teſtes introducere non poteſt. (Quòd ſe) ſup. de exceptione eccleſiaſtię. (Sententialiter) no. quod hęc ſententia eſt de futuro, ſcilicet quod detur huic clerico præbenda, quàm citò ſe facultas obtulerit, & eſt incerta, & ſic eſt contra. ff. de vſur. l. 1. in prin. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. pro. l. 1. Item videtur per tenorem ſententiæ, quod libellus fuerit incertus, & de futuro, ꝙd videtur iniquũ. ſup. de libel. obl. ſignificauit. Solu. nos dicimus, quòd canonici Tridẽ. diffamabant ſtatũ huius canonici dicendo, ꝙ nõ valebat receptio eius, quia erat de vacatura, & idcircò egit cõtra eos cõditione ex illa. l. diffamari. C. de ing. manu. & tũc benè ſequitur ſentẽtia iſta, in qua repelluntur ab eius perturbatione, & pręcipitur quod detur ſibi præbenda, quãdo facultas ſe obtulerit. Vel dic, quòd clericus non agebat, ſed canonici contra clericum, qui erat in poſſeſsione canonicatus, & expectabat præbendam, quando eſſet facultas dicentes & denunciantes, quòd non poterat tenere illud beneficium ſine peccato, & quia defecerunt in probatione, imponitur eis ſilentium, & mandatur quòd detur ſibi præbenda, cũ ſe facultas obtulerit, & hæc adiectio potiùs venit, ꝙa ſic eſt de iure, quàm ex vi petitionis: vt not. ſup. de præb. dilectus filius. Vel dic, ſicut continetur in regiſtro, quòd iſte canonicus præbẽdam vacantẽ petebat à capitulo, ſed ſuccubuit in petitione eius, quia non ipſi, ſed alij debebatur: tamen quia Papa vidit, quòd de iure debebatur ſibi alia, dedit hanc ſentẽtiam, nec eſſet alij ſic licitum iudicare, cùm de hoc actum non eſſet, nec agi potuiſſet.

Fatemur tamen, quòd ſi petatur præbenda à recepto in canonicum, cùm offerret ſe facultas, quod dãda eſt ei, & cõfert ſibi hæc ſententia, quia de cætero nõ patietur controuerſiam canonicatus, & etiam quia deberet habere primam præbendam canonicatus, quæ vacabat, niſi expreſſè probauerit apparere, vel facti euidentia vel probationibus, quod non óffert ſe facultas. ſup. de præb. relatum. dilectus. Vel dic, quòd benè valet huiuſmodi libellus, ſi recipiatur & ſententia. arg. C. de ſenten. quæ ſine cer. quanti. l. 2. quamuis à principio poſsit cogi actor ad maiorem expreſsionem. de hoc not. ſupr. de reſtit. ſpolia. cùm ad ſedem. Argum. ſumunt quidam ex iſto capitulo, ꝙ ſi aliquis negligat præbendam ſibi debitam, quod poteſt nihilominus aliam petere.

tere. argu. C. de proxi. ſac. ſcri. l. vnicuique. arg. cõtra. ſup. de reg. iur. quamuis. (Carere) cùm ſe facultas obtulerit. ſupr. de præben. relatum. &. c. dilectus. vbi not.

CAPVT IX.

1 *Nõ poteſt legatus Papæ prouidere niſi cogat primò poſſeſſorem ad reſignationem.*
2 *An teneat collatio Papa ignorãtis alium poſſidere.*
Quando duas præbendas quis poſsit habere.

LITERAS VESTRAS. (Cõcilij) ſup. eo. nulla. (Prępoſitum) pro D. clerico, alle gabatur N. pro D. clerico, quia primam præbendam, quam habebat prępoſitus in eccleſia ſancti Gerardi vacaſſe intelligitur, cùm receperit maiorem eccleſiam, vel ad minus tamẽ, cùm poſtea in eadem eccleſia acceperit præpoſituram, & quia non poterat habere præbendam annexam prępoſitura, & præbendam antiquam in vna eccleſia. (Eſt electus) & nihilominus priorẽ præbendam retinuit. (In eccleſia) ſancti Gerardi. (Conſuetudine) quæ nõ fuit toleranda, vt inf. ſequitur. tot enim clerici conſtitui debent quot ſunt præbendæ. ſup. e. c. 2. 89. diſt. ſingula. (Quoniã) no. epiſcopum non poſſe diſpenſare, vt quis in vna eccleſia habeat plures præbẽdas. (Prior vacare) dic vt not. ſup. de pręben. dudum. de cle. non reſid. in pręben. c. 1.

† Confirmationem) hæc confirmatio non tuetur priorem ſententiam, quin ea nõ caſſata, poſsit ille, ad quẽ de iure pertinet eligere ad eandem præbendam pro ſuo velle. Nec eſt ad hoc contrariũ quod inf. ſequitur: quia hîc loquitur de legato Papæ qui non poteſt prouidere, niſi primò cogat poſſeſſorem ad reſignationẽ. Et eſt ratio diuerſitatis, ꝙa magis eſt reſtringenda poteſtas extraordinaria, quam ordinaria. ſup. de præben. de multa. Sed cõtra. ſup. eod. quia diuerſitatem. vbi videtur idem etiam in ordinaria, ſed certè ibi non dicit, quia ordinarius non poſsit eligere, antequàm poſſeſſor renunciet.

2 † Sed dicit cogendi ſunt renunciare, imò dicunt quidam, quòd ſi ipſe Papa daret ignorans alium poſsidere, non teneret eius collatio. arg. ſup. de priui. dudum. ff. de nata. reſti. l. 2. Item eſt alia ratio, quia non præſumendum eſt, quòd Papa per ſuas literas velit aliquibus dare cauſam litigij & litis, ſed benè intentio Papæ eſt, quod poſſeſsione aduocata à poſſeſſore quod eccleſia detur impetratori literarum, ſed in domino ordinario præſumitur, quod velit omninò ius ſuum defendere. inf. de feu. c. 2. ff. ſi quis ius dí. non obtem. l. 1. Item non eſt is contra. ff. quod cum fal. tu. l. 1. §. fin. & quod no. ſup. de elect. nihil. quia hîc loquitur de confirmatione, quam conſtat eſſe nullam, & quæ eſt contra ius ſcriptum, & quæ eſt impoſsibilis de iure. arg. ff. de exec. tut. quod teſtamento. quia ex quo præbendæ diſtinctæ ſunt in aliqua eccleſia duæ præbendæ non poſſunt vniri in vna perſona, ſicut nec vna præbenda poteſt diuidi in duas perſonas. ſup. de præben. tuę. 89. diſt. ſingula. (Dici) & eſt hoc caſu dicendum quod nullo modo poteſt epiſcopus diſpenſare, vt hîc ſatis innuitur. (Præbenda) quam habebat in eccleſia ſancti Gerardi.

Hoc intelligimus verum, ſi illam habebat in eadem eccleſia, ſecùs ſi in diuerſis præbendas acquirat. (De facto) ſup. e. cũ noſtris. ff. ad muni. ſi municipi. C. de pac. dot. ſi mulier. 26. di. acutius. arg. contrarium. inf. de teſt. offi. C. de act. & obli. quoties. C. de rei vxo. l. 1. §. ſciendũ. † (Conferre). i. de facto aſsignare, nam & ante poterant iſti executores prębendam de iure vacantem, quò ad ius conferre, & ſibi aſsignare; vt ſup. de pręben. de multa. Item ſatis honeſtum eſt, quod etiam de facto vacet præbenda, quando alij cõferatur. Vel dic, quod licet dominus ad quem pertinet collatio illius prębendæ, poſsit eã conferre, quam citò vacat de iure, legati tamen eius hoc facere non poſſunt, niſi hoc expreſſè contineatur in literis, quod alius poſsidet. ſup. eo. cum noſtris. vbi not. & melius ſupr. de præb. c. extirpandæ. Plus placet, quod ideò dicitur vacare de iure, quia in veritate prælatus non eſt: vt not. ſup. de elec. cum dilectus. de facto tamen non de iure eſt prælatus vel canonicus, quia eius electio eſt cõfirmata, vel de eo prouiſum per eum, ad quẽ pertinet collatio, & ideò tenent, & valent quęcunc̃ eo fiũt nomine dignitatis ſuę, vel præbẽdę. ff. de offi. pręto. Barbarius. & ideò neceſſaria eſt amotio ſententialis, etiam de facto, vt hîc, ſi autem per talẽ eſſet prouiſum, vel cõfirmatio facta per illũ, qui nõ haberet poteſtatẽ prouidendi, vel cõfirmãdi, tũc non

non impediretur electio vel prouisio eorum, ad quos pertinet electio vel prouisio, etiam si possideret alius. Nec contradicit. sup. eo. quia diuersitatem. quia capitulum Ebrocens. benè habebat potestatem dandi possessionem præbendarum. sup. eod. post electionem. & non archiepiscopus, & ideò ex quo possessionem legitimè habebat, & tenebat à decano, non debuit alius mitti in possessionem illam, nisi prius ei auferrentur, quibus erant collatę per capitulum, licet eligi posset.

CAPVT X.

1 *Nunquid si scriptum est pro aliquo in ecclesia, vbi non est certus numerus canonicorum, neq; sunt præbendæ distinctæ, quòd recipiatur in canonicum, & assignetur sibi præbenda vel beneficium, cùm se facultas obtulerit, valeant literæ: & quid si adiciatur in literis, non obstante certo canonicorum nume. in nu. 2. 3. & 4.*

In electione canonicorũ non est necessaria forma, sed solus consensus sufficit, & quod à maiore parte fit, ratum habetur, intelligitur tamen, vt hic.

EX PARTE. (Credens.) Tamen malè crederet, cùm non essent ibi determinatæ præbendę, vel certus numerus canonicorum esset determinatus. (Assensum) quòd essent canonici non facto episcopi vel archiepiscopi, quia quod nullũ erat per ratihabitionem non poterat confirmari. sup. de elect. auditis. (Opponere) nomine suo, & pro iure suo, quia contenti erant, vel in præiudicium suum, vel aliàs de iure suo dicebant, aliter autem agere, vel se opponere pro sua ecclesia vel pro eius defensione non possent. Sed dic vt not. sup. de test. cùm olim. (Nullatenus.)

3 †Hac ratione dicunt quidam, quòd si scriptum est pro aliquo in ecclesia, vbi non est certus numerus canonicorum, & nec sunt prębendæ distinctę, quòd recipiatur in fratrem, & canonicum, assignetur sibi præbenda, vel beneficium, cùm se facultas obtulerit, quòd non valent literæ: nam si diceretur cõtra, sequitur absurditas. s. quòd statim habebit & canonicatum & præbendã, quia semper offeret se facultas, dummodò canonici qualitercunq; possent inde commodè vitam ducere. Item litera non potest aliter intelligi, quomodo enim recipietur iste in ecclesia, in qua non est certus numerus canonicorum, cùm nunquam extitura conditio, quia nunq; potest vacare canonicatus, vel prębenda, nam vbi non sunt distinctæ præbendæ, ibi per consequens non possunt vacare, nec canonicatus, nec præbenda. sup. de præben. dilect. vltra medium. Item rescripta huiusmodi sunt ambitiosa: & ideò restringenda. sup. de transact. c. licet.

2 † Si autem adiiciatur in literis hæc alia clausula, non obstante certo numero canonicorũ. Idem est, quòd hæc clausula ad nihil valet, nisi ad hoc, quia si mandatur, quòd stat recipiatur. s. antequam vacet canonicatus non poterit recipi nisi in literis posita sit prædicta clausula, & ideò non ponitur in literis, non obstante certo numero prębendarum, quia non est intentio Papę, quòd detur alicui prębenda vel portio antequam vacet.

3 † Si autem in literis apostolicis contineretur, quòd recipiatur in canonicũ, & in fratrem non obstante certo numero canonicorum, nec adiiciatur hîc alia clausula, & assignes sibi præbendam, vel portionem, si vacat, vel quæ primò vacauerit, isto casu, benè debebit recipi in ecclesia, quæ non habet certum numerum prębendarum, vel canonicorum, hæc enim clausula nihil tollit, sed adiicit, quod etiam in ecclesijs, vbi est certus numerus canonicorum præfinitus, possit sibi prouideri, dicunt quidam, quod statuto certo numero canonicorum, intelligitur per consequens, & statutus certus numerus portionum, etiam si non ibi sint distinctæ præbendæ, & econtrà statuto certo numero præbendarum vel portionum, intelligitur certus canonicorum numerus statutus, & similibus casibus, quando vnum sic est accessorium alteri, rupto principali, intelligitur ruptum accessorium, quia accessorium sapit naturam principalis per. l. fi. eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. sed non sic videtur econtrà. s. quòd rupto accessorio rumpatur principale.

4 † Alij tamen dicunt cõtra, & dicunt, quòd nõ debent habere beneficiũ de ecclesia, nisi offerat se facultas, nõ qualiscũq; sed talis q; honestè possit inde viuere, secundũ quod cõsueuerit, et secundũ consuetudinẽ prouinciæ. (Affectant) Not. q; in elect. canonicorum, non est necessaria forma, sed sufficit solus consensus, secùs in electione ecclesiarum viduatarum. sup. de elect. quia. † (Suppetunt) quando enim suppetũt facultates, quia nõ lędit ecclesia,

ecclesia, sed honoratur, quod fit à maiori parte, ratum habetur. inf. de his quæ fi. à maio. par. ca. c. 1. Si autem facultates non suppeterent, tunc quia esset opprobrium ecclesiæ, si fuí clerici mendicarent. 93. di. diaconi. & quia esset iniquũ, & contra iuris formam. sup. de test. c. 1. vnus solus, potest contra dicere. 12. q. 2. non liceat. & not. de hoc. suprà, de testi. cùm olim. Inno.

CAPVT XI.

ONSTITVTVS. (Nostram.) Mandauerat enim dominus Papa legato, vt collationem quam episcopus Laudonens. fecerat sacerdoti H. canonico eiusdem Laudonens. ecclesiæ faceret inuiolabiliter obseruari (Canõice) quia digno, secùs si indignus: vt. c. causam quæ. sup. de elect. & arg. inf. vt eccle. benefi. vt nostrum. arg. l. sicut. de seruí. & de rit. nup. c. quanquam. nam hoc tacitè intelligitur in tali cõcessione, vt eligatur idoneus. (Contra formam) & sic non potest eã reuocare, quia perfecta donatio est. de hoc not. sup. de elect. in causis. (Contra formam). sup. de elect. in causis vbi innuitur, quod quando in aliũ transfertur eligendi potestas, quod licet eam reuocare re integra. Sol. hæc decretalis loquitur in donatione, quæ fit gratia donatarij, quam reuocare non licet, inuito donatario: vt not. sup. in decre. contraria, & hoc apparet ex verbis hîc positis. vbi dicit potestatem sibi dedisse sacerdotalem præbendam conferendi, nam sæpè prælati pro magno dono, conferunt alicui potestatem istam, scilicet conferendi vnam prębendam, quia licet hoc inhibeatur de vacaturis, de vacantibus tamen licet. decre. autem contra non loquitur in donatione, nec in collatione ratione potestatis, quæ sit fauore prouidentis, sed fauore ecclesiæ, & talis prouisio potius pertinet ad onus, quàm ad vtilitatem compromissarij. (Ad consequentiam). inf. eo. c. vlti. (Concedatur) quasi diceret non concedimus, quòd tales concessiones fiant, scilicet quòd alicui liceat conferre primam præbendam.

CAPVT XII.

1 *Constitutio vel ius factum super ecclesijs & dignitatibus, non extenditur ad episcopatus.*

DILECTVS FILIVS. (Extendi.) Hodie autem, nisi intra tres menses eligatur vacante cathedrali, vel regulari ecclesia deuoluitur potestas eligendi ad superiorem proxi. sup. de elect. ne pro defectu.

Sed oppones, vt quid ergò membranas occupat; vt. 19. dist. si romanorum. ☞ †Respond. quòd vtile est, quod in hac decre. dicitur, scilicet quòd licet ius aliquod fiat super ecclesijs & monasterijs ecclesiæ, non tamen extenditur ad episcopatus, & idem dicimus si super dignitatibus vel personatibus fieret aliqua constitutio, non extenditur ad episcopatus, & ex hoc dicimus, quòd si aliquis habeat dispensationem, quod non obstet defectus natalium, vel aliud, quin possit honores & dignitates ecclesiasticas obtinere: tamen non poterit episcopatum obtinere, quia dispensationes restringendæ sunt. inf. de consang. & affi. quod dilecto. Imò plus dicimus, quia si dispensatum esset cum aliquo super episcopatu, nõ intelligitur dispensatum super archiepiscopatu. 12. dist. nos consu. Sed & si dispensatũ esset, quòd ad omnia spiritualia licitè assumatur: tamen eligi non poterit in episcopum, nam in generali obligatione, non comprehenduntur ea, in quibus specialiter concessurus non præsumitur. C. quæ res pig. oblig. non pos. l. 1. Cùm autem hæc dignitas excellens sit inter alias, & speciali priuilegio gaudeat, & inueniam ipsam aliarum dignitatum iuribus non comprehendi sub generali obligatione, vel constitutione, eam comprehendi non credimus. arg. hîc.

CAPVT XIII.

EX TENORE. (Causa.) Fortè petebat abbatẽ conuentũ de bello fore cogendũ, ad prouisionẽ eius, propter promissionẽ filij factã. ar. inf. de iure pa. pastoralis. vel ecclesiã vacantem petebat, tamen propter rationem hîc assignatam non valet petitio. (Quod primam) quod idem erat, ac si diceret, faciam te prælatum primę ecclesię, quæ mihi vacauerit, vbi nõ poterit se offerre facultas dandi beneficium vacaturum, nam nisi vacauerit, non confertur, nec promittitur, & hoc statutum est ex Lateranensi concilio, nisi per vacatio-

vacationem, si autem aliter posset se offerre facultas, secùs, inf. c. proxi. & si pœna promissa esset, non credimus eum obligari. C. de pact. l. vlt. ff. de verb. obli. stipulatio. & nota quòd quando cunq; & quomodocunq; fit promissio vacaturæ, non tenet per hunc tex. & per totũ quasi hunc titu.

CAPVT XIIII.

1 *Promissio de vacatura an & quando teneat.*

ACCEDENS. (Offerre) Hæc promissio excusatur, quia non tenetur ei prouidere semper, cùm vacat, ponamus quòd post talẽ promissionem vacat ecclesia, sed indiget sacerdote, certè non dabitur præbenda ei cui promissa est, sed assumetur ad eam sacerdos, nam cùm dicat, cùm potero, intelligitur rectè. 22. q. 2. faciat. & de iure. sup. de reseri. scisscitatus & honestè. de pe. dist. 2. charitas. ff. de condi. insti. filius. & commodè. ff. de ver. sig. nepos procul. cùm autem simpliciter dicitur primò vacans beneficium secùs, quia tunc precisè tenetur. Item est & alia ratio, quæ hic assignatur, quia cùm dicit, cùm potero, multi sunt modi, posse habendi sine morte, cuius desiderium fuit specialis causa prohibitionis vacaturarum. sup. e. c. 2. nã aliàs potest offerri facultas, quia prouentus & præbendæ augeantur. sup. de consti. cùm M. & quia sunt aliquæ ecclesiæ quæ non habent numerum certum, vbi possunt constitui canonici sine vacatione. sup. e. ex parte.

2 † Est ergò fixè tenendum, quòd promissio de vacatura non tenet, vbi autem nõ fit mentio vacaturæ tacitè, vel expressè, vt hîc, benè tenet promissio. Nec est contra. sup. proxi. decr. cùm ibi tacitè fieret mentio, vt ibi not. Similiter benè tenet promissio, si dicat, promitto tibi prouidere, vel ecclesiast. beneficium dare. 12. q. 2. quicunq;. tamen si aliquis promittat alicui ꝓuidere in aliqua ecclesia specialiter, quæ habet distinctas præbendas, nõ credo, quod valeat promissio. ar. contra. sup. de præb. dilectus filius G. & c. relatum. nam ibi dicit, quòd tenet receptio in canonicum, & per consequens habebit præbendam, cùm facultas se offeret, ergò & eadem ratione simpliciter potest sibi promitti præbenda, cùm se facultas obtulerit, sed potest responderi, quòd aliud est, quando accessorio datur, quàm quando pura promissione, quod non licet. Sed si episcopus non haberet, nisi in vna ecclesia collationem præbendarum, & promitteret alicui prouidere, cũ se facultas obtulerit tenet promissio, quia potest esse, quòd ab alio obtinebit, vbi sibi faciet prouideri.

CAPVT XV.

1 *Episcopus & canonici licet faciant vnum capitulum in electione, tamen non est vnũ capitulum in iurisdictione faciendo.*

POSTVLASTIS. (Sed vt canonicus) quia fortè ius canonici, & præbendam ex speciali gratia habet in ea, nec facias vim, vtrũ vni soli episcopo sit seruata gratia. s. quòd sit canonicus alicuius ecclesiæ sine generali priuilegio concessum sit, quòd quicunq; est episcopus fit & canonicus alicuius, vel vocem habeat canonici in electione, vel in aliquo alio tractatu, & secundum hoc non valebit vox episcopi plusquam alterius canonici. Item & secundum hoc dicitur tantum capitulum canonicorum, & non commune episcopi & canonicorum, quia ibi episcopus nõ interest, vt episcopus, sed si tanquam prælatus sit in capitulo, & sit vnum capitulum commune episcopi, & canonicorum, & ibi episcopus sit, vt episcopus, puta quia vox eius præualet voci cuiuslibet alterius inferioris, tunc imputatur ei nisi eligat, ꝙ totũ ius episcopale & canonicorum fingitur esse vnicum in electione facienda, vnde ab vno in alterum transire non debet, sed quando vnam vocem habet in capitulo, tunc non vnitur ius vtriusq;, sed adijcitur iure episcopali, ꝙ vnã vocem habeat in electione. Item quando tanquam prælatus est in electione, ideò imputatur sibi, quia potest vocare capitulum, & alios cogere ad electionem, sed quando est tanquã canonicus secùs est, & ideò magis imputatur in primo casu, quàm in secundo.

Nec obstat, si dicitur, pares sunt omnes in negligentia, etiam si tanquam canonicus interslit, ergò omnium negligentia pariter puniri debet. sup. de sup. neg. præla. dilecto. sup. de elect. bo. me. mag. Dic quod hoc est, quia alterius personam gerit in prima electione, & alterius in secunda. Item prædicta habent locum.

locum. s. quòd ad alium non deuoluitur potestas eligendi, si tanquam episcopus interfit capitulo, sed tamen si appellandum fuerit, ad ipsum appellabitur. ff. 1 quando app. li. 1. §. 1. in fi. † & est hoc ea ratione, quia licet episcopus & canonici faciant vnum capitulũ in electione, non tamen est vnum capitulum in iurisdictione facienda, imò cùm ad solum episcopum pertineat iurisdictio, ad ipsum appellare licebit, & repete quod diximus sup. de offi. ordi. irrefragabili.

CAPVT XVI.

CVM DILECTA. (Eorum) sup. eodem, constitutus.

CAPVT XVII.

1 *Cùm multi ad eandem præbendam petendam concurrunt quomodo procedet is, qui eam possidet, & in num. 2. 3. & 4.*

4 *Cùm duo sunt confirmati, & vterq; horum conuenitur, quomodo procedendum.*

5 *Quando cogatur quis probare titulũ suæ possessionis.*
Ius conferendi an & quando apud ordinariũ maneat, licet executor datus sit.

6 *Non potest esse donatio, vel possessio, nisi certæ rei.*
Ignorantia prælati nihil facit, quo minus priuilegium Papæ tueatur priuilegiatum.

7 *Quæ fiunt in iudicio sortiuntur effectum etiã præter scientiam condemnatorum.*
Reuocatio indulgentiæ an & quãdo obest absentibus.
An omnia valeant, quæ à iudice habente iurisdictionem fiant.
An & quando factum iudicis, cuius iurisdictio est reuocata, valeat.

8 *Decretum quemadmodum, & sententia fieri debet cum causæ cognitione.*

9 *Potest executor suspendere à collatione beneficij.*
Executor si prius cõferat quàm ille, ad quem pertinet de iure collatio, præualebit collatio executoris.

10 *In vltimis voluntatibus dominiũ recta via transit ad legatariũ vel donatarium causa mortis.*

11 *Hæres tenetur personali actione ex testamento sicut si propriam rem hæredis, vel alienam legasset.*

12 *Non valet optio imposita ante aditam hæreditatem.*
Acceptans beneficium an & quando possit pœnitere.

13 *In beneficijs plenissima facienda est interpretatio, cùm absq; alicuius dispendio conceduntur.*

14 *Qui optat vel reseruat vel qui suspendit semper de certa præbenda hoc facere debet.*

QVIA CVNCTIS. & inf. (Per priorem) Iste prior erat executor alterius partis. (Impedire) benè dicit, quòd nõ præcesisit aliqua inhibitio ꝙ nõ posset impedire collationem factam authoritate episcopi, nam benè præcesserat aliqua inhibitio, sed non talis quæ posset impedire collationem authoritate episcopi factam, sicut ex sequentibus apparet. (Præmissæ literæ) pro se impe- 1 tratę. † (Altera) cùm plures cõcurrunt ad vnam eandẽ præbendam petendam, ille, qui illã possidet tempore vacationis, vel alio modo, hoc modo procedet, ꝙ quicunq; sit ille, qui petijt illam corã iudice ordinario ipsius possessoris, possessor quæret ab actore, an petat præbendam, quasi sibi debitam, an quasi suam, quia si petit eam quasi debitã, tunc cogetur dicere causam suæ petitionis. s. quare sit sibi debita videlicet, ꝙ canonicè ad eam est electus, vel quia ad mandatum Papæ, vel etiã sine mandato receptus est in canonicum. ẽ. eo. ex parte. ẽ. de præben. relatũ. sup. de lib. obla. dilecti. & sic postea causa suo marte perueniet ad finem.

2 † Si aũt Papa mandat capitulo quantumcunq; præcipiendo, quòd alicui det præbendam, tunc non competit aliqua actio directo ad petendam præbendam, sed ad puniendum capitulum de inobedientia: vt no. sup. de offi. deleg. pastoralis. in princ. sed & tunc, quando Papa mandat alicui, ꝙd prouideat, nulla actio cõpetit ad petendam præbendam corã ordinario, sed coram ipso executore benè potest eam petere, licet executor sine vlla præcedenti cognitione possit eam conferre, vt not. sup. eo. proposuit. & in isto casu, scilicet, quando petitur præbenda sibi debita, si superueniat alius, qui similiter dicit eandem præbendam sibi debitam, vel suam esse, ꝓcedet hoc modo, quia illi, qui primò obtinebit dabit præbendã, cum cautione de seruando indemnem. ff. de rei ven. is à quo. & de hoc plenè not. sup. de sent. & re iudi. super eo. vel vt not. sup. de rescript. mandatum.

3 † Si verò petat præbendam vt suam, tunc oportet eum ꝓbare, quòd ille, qui eam cõtulit habuit potestatem eam conferendi, siue à Papa, siue à sua authorita-

te, & quod legitimè eam contulit, ſcilicet quando vacabat & perſonę idoneæ quãuis quilibet præſumat idoneus, & tempus competens, niſi probetur vel præſumatur contra. ſup. de præſump. dudũ. inf. vt eccl. benefi. c. 1.

4 †Cùm enim talis prouiſio vicem obtineat & electionis, & confirmationis, oportet q̃ probet & ea, quæ pertinẽt ad electionẽ, & ea quæ pertinent ad confirmationem legitimè factam. Si verò alius eſſet elector, alius confirmator, ſufficeret petenti præbendam, quòd probaret confirmationem legitimè factam, etiam ſi nihil de legitimitate electionis conſtaret, & de hoc plenè no ſup. de elect. cùm dilectus. & ſup. de do & contu. cũ olim. Si verò nullus corã ordinario ſuo petat præbendam ſuam, ſed executor, cui ſcriptum eſt, q̃ alicui præbendam conferat, poſtq̃ contulerit præbendã, quaſi exequens mandatũ Papæ, cum enim mandatum eſt, q̃ etiam inducat in poſſeſſionem, & contradictores compeſcat, dicimus, q̃ malè fecit iſte executor, quia licet poſsit præbendam conferre non vocatis his, quorum intereſt, tamen nullo modo debet auferre poſſeſſionẽ alicui, niſi vocato & conuicto poſſeſſore, nec etiam aliàs ſtatutum poſſeſſionis mutare. C. ſi per vim vel alio modo. l. fin. niſi primò collationem feciſſet partibus vocatis, & cum cauſæ cognitione, quia tũc ☞ non eſſet neceſſaria magna cauſæ cognitio in danda poſſeſſione, quia tunc datio poſſeſſionis eſt executio collationis primo factæ cum cauſæ cognitione, nec videtur vis facienda in executione Papæ, ſiue dicat conferas, ſiue adijciat etiam inducas, quia ſemper poſſeſſionem dare poteſt. argu. ſup. de offi. dele. ſignificaſti.

☞ †Sed quid ſi duo ſunt confirmati, & per eos, qui confirmare poſſunt, puta quia vnus confirmatus ab ordinario, alter à delegato Papæ, ſi vterq̃ horũ conuenitur, videtur, procedendũ, ſicut quãdo cõueniuntur hæredes, qui inter ſe de hæreditate contendunt. C. de peti. hære. l. vlti. & C. fami. ercis. l. penul. Si verò contra alios agant nomine eccleſiæ pro reditibus, & eccleſiæ iuribus, nullus cogetur eis reſpondere, niſi prius probet ſuam confirmationem canonicam, puta factã vocatis, qui fuerunt vocandi: ſufficit tamẽ probare confirmationem factã vocatis his, quos res tangebat, vel ſi nullus fuit vocatus in confirmatione, oportet quòd probet electionem & confirmationem legitimè factam fuiſſe.

Et ſunt hæc vera, etiam ſi in poſſeſsio-
5 ne eſt prædictus electus. †Nec obſtat ſi dicas, nemo cogitur probare titulũ ſuæ poſſeſsionis. C. de peti. hære. cogi. quia illud habet locum, vbi non præſumitur contra poſſeſſorem, at hîc ſecùs eſt, cùm controuerſiam patiatur ſuper dignitate ſua, & maximè in nouitate. In omnibus autem prædictis, vbicunq̃ iudici viſum fuerit expedire vtilis eſt prædicta cautio de indemni ſeruando. Per hunc autem modum prouidetur contra executores plurium, quorum quilibet fulminat ſententiam excommunicationis, quia iuſtè ab eis appellari poteſt, niſi primò quiſq̃ probet de iure ſuo, vel coram ordinario, vel coram delegato executore, vel forte non tenet ſententia excommunicationis, quia cùm executor, de quo actũ eſt, non habeat iuriſdictionem ſuper hunc poſſeſſorem, niſi indebitè contradicat, quia ſuper ipſum non habeat expreſſam iuriſdictionem, & ipſe niſi indebitè contradicit nolendo dare poſſeſsionem ſine cognitione: ergò nec excõmunicare poteſt, cùm pro prædictis facit. ff. depo. l. 1. §. apud Iulianum. ff. de peti. hære. ſi debitor (De capitulo) ſup. de reſcri. eam te. repete quæ ibi not.

☞ †(Eſſe ſublatam) repete quæ no. ſup. de reſcript. capitulum. in gl. quæ incipit: videtur. & de præbẽ. inter cætera. & dic, quod ſi mandetur ei, ad quẽ ſpectat collatio, vt aliquem in canonicum recipiat, & ei præbendam cõferat, executore dato ad compellendũ tantùm, ſi præbenda illa alteri conferatur, tenet collatio, licet peccet conferens & puniendus ſit, quia per talem formam apud ipſum ordinarium ſemper remanſit poteſtas, vt ſup. de præben. dilectus filius. tam in primo q̃ in ſecundo, niſi eſſet in reſcripto decernentes irritum & inane etc. vel niſi eſſet iam receptus in canonicum: vt ſupr. de præben. relatum. & c. dilectus filius. Si verò datur executor ad prouidendum, tunc non valet collatio per ordinarium, quia Papa dando poteſtatem executori ſubtraxit eam ordinario: vt ſup. eo. tit. ea propoſuit. arg. ff. de condi. indeb. l. cùm ita legitur. & de procur. Pomponius. §. ſed & is. & 45. diſt. diſciplina. & quia negotium videtur ad ſe reuocaſſe: vt ſupr. de præbend. inter cætera.

†(Contu-

6 †(Contuliſſet) etiam ante vacationem, & fuit ſtultus iſte executor, qui verbis præbendam, vel dignitatem non vacantem, & incertam alicui cõferebat, quia ſi volebat, quod ſtatim haberet hoc erat iniuſtum. ſup. de conceſ. præbẽ. non vacan. c. 1. ſi nolebat, quod ſtatim haberet locum, nec ius in poſſeſsionem, verbum facto contradicebat, quia cùm nihil conferret ſe aliquid cõferre dicebat. Item donatio vel poſſeſsio nõ poteſt eſſe niſi certæ rei. (No. tamen propter hoc.) Ignorantia enim prælati nihil facit, quominus priuilegium Papæ tueatur priuilegiatum. inf. de reli. do. cùm dilecti. (Similiter) non eſt bona iſta ſimilitudo, ſicut ex inferioribus patebit (Quid lex).

☞ †quid ſit lex, quid conſtitutio, quid decretum, quid decretalis epiſtola, quid dogma, quid mandatum, quid interdictum, quid ſanctio. not. in decretis diſt. 3. & 25. qõ. 2. ſi quis dogmata. (Aſtringunt) repete quod not. ſup. de conſti. c. 2. & ſup. de poſtu. cap. 1. (In priuilegijs) hæc allegatio licet videatur bona, non tamen eſt perpetua, nec ſemper tenenda, vt plenè ſequitur. inf. in reſponſione partis aduerſæ ibi ex parte verò tua. (Alii quid ſpeciale) & ſic apparet ſecundum intentionem allegantis, quòd litera pro ipſo directa cenſenda eſt iure priuilegij, & ita non ſit neceſſaria ſententia epiſcopi quod falſum eſt, vt inf. ſequitur. (Super his). ſ. quòd ipſe acceptaret. & poſtq̃ acceptaret. (Nõ valebat) benè dicit pars iſta, ſi ſententia, vel decretum Papæ fuiſſet de certa præbenda, vel dignitate, ſed hæc non ita, quia Papa tantùm irritum eſſe voluit, ſi quid fieret de dignitate, quam ipſe acceperat, ſicut in hac decre. C. proxi. cõtinetur. i. poſtq̃ acceptaret: q̃a aliter eſſe nõ poterat. (Intelligi) optima & vera eſt hæc reſpõſio, & valde notabilis, & eſt arg. opt. ad hanc reſponſionẽ. ff. de acqui. poſ. qui abſenti. in princ. (Facultatem) hoc intelligunt quidã verum, quando quis per ſe præſentem, vel per nuncium ſuum impetrat huiuſmodi indulgentiã, quia licet abſens vel ignorans ſit ille qui poteſtatem habet excommunicandi, tamen non tenebit excommunicatio lata poſt huiuſmodi indulgẽtiam. Non enim oportet, q̃ notitia huiuſmodi indulgentiæ pueniat ad illũ, vel ad omnes, qui poteſtatem habent excõmunicandi, cùm penes multos poſsit eſ- ☞ ſe hæc poteſtas, ſed ſufficit illũ ſcire, cui conceditur indulgentia, & obtinet q̃ dixi non ſolùm, ſi impetratur indulgentia, q̃ nõ poſsit excõicari, ſed etiam ſi in indulgentia dicitur, ,,phibemus omnibus, ne q̃s eum excõicet, q̃a ſemper huic præſenti per ſe, vel per nuncium conceditur priuilegiũ, & ideò ſtatim gaudet priuilegio indulgentię, q̃a ſic p̃ſumitur priuilegiantem voluiſſe, ex quo ſimul cõcurrunt voluntates, ſecùs aũt eſſet, ſi prohibitio in pœnam abſentis tantũ daretur, quia tunc ſatis dici poſſet, q̃ illa prohibitio nõ ligaret abſentem, niſi à tempore, quo ſciret. ſup. de poſtul. pre. c. 1. ſup. de conſti. c. 2. ſup. de ap. ſuper eo. niſi ex genere inhibitionis contrarium præſumere ſ̃, Papam voluiſſe, vt eſt in inhibitione alienationis. ſup. de do. veritatis.

7 †Ea aũtẽ quæ fiunt in iudicio vt ſententiæ diffinitiuæ, & interlocutoriæ, & excõicationis, etiã præter ſcientiã condemnatorũ ſtatim habent ſuum effectũ. Si aũt nec per ſe, nec per nuncium præſentem impetraret, ſed ,,prio motu, vel ad alterius ſupplicationẽ Papa, vel alius priuilegians concederet p̃dictam indulgentiã, tunc niſi appareret de contraria voluntate cõcedentis, indulgentiã non gaudebit beneficio indulgẽtię, niſi poſtquàm peruenit ad eum. 2. q. 5. quanto. ff. de acq̃. poſ. qui abſenti. & idem videtur in reuocatione indulgentiæ, & cuiuslibet mandati, q̃a nõ oberit reuocatio abſentibus, niſi poſtq̃ peruenit ad eorũ notitiã. ff. de procur. ſi ,,curator. ff. de inſti. ſed & ſi. ff. mãd. ſi mandaſſem. & l. ſi p̃cedente. ſup. de procu. c. penul. Imò adhuc plus eſt in mandato, q̃a ſi etiã à p̃ſente ,,curatore reuocẽ mandatũ, nõ fit p̃iudicium litigatoribus abſentibus, ſi neſciant, vt in prædicta l. de procu. ſi procurator.

Et hæc intelligimus vera, q̃d reuocatio mandati non obeſt, quin etiã pro his, quæ ignorans fecit, poſt reuocationem mandati habeat contraria mandati: vt in l. p̃alleg. vel etiam, q̃ non teneatur de inobedientia, ſiue ſciens reuocationẽ vſus eſt indulgentia, non gerens ſe pro excõmunicato, ſed tamen benè tenet excommunicatio lata ab eo, cui reſtituenda eſt poteſtas excõicandi, ex quo reuocatio peruenit ad excõicatorem, ſi autẽ habet animum reuocandi, ſtatim ex tunc non valet, q̃ facit mãdatarius in his, per quæ non fit aliis p̃iudicium. ff. de manumiſſ. vin. ſi paterfamiliãs. †Et idem videtur in literis iuriſdictionalibus, quia ſi per ali-

quas literas mandata eſt alicui iuriſdictio, & poſtea per alias literas mandatur alij, quod non obſtantibus primis literis audiat cauſam ſuper eodem, tenet quicquid fit per primas literas reuocatas, quia ſi aliter diceretur, contingeret fieri præiudicium abſenti ſine cauſa, contra id quod eſt. ff. de procur. ſi procurator. Imò plus eſt, quia etiam poſtquam ſcit valet quicquid fit ab eo, niſi excipiatur, quia cùm ſecundæ literæ ſunt impetratæ in fauorem impetrantis, non eſt cogendus vti eis, niſi velit. C. de leg. quod fa. ff. de ex. rei iudi. euidenter.

Quod intelligitur verum, ſi eſt præſens, quia ſic videtur literis reuocationis renunciare, quod autē fit eo abſente, & nō conſentiente tacitè vel expreſſè non valet. Nec obſtat, ſi dicas hîc, iudex habet iuriſdictionem, ergò tenet quicquid facit, niſi excipiatur. Reſpond. hoc eſſe verū, niſi reuocata eſſet eius iuriſdictio,

☞ †Quidam tamen dixerunt, quod benè tenet quicquid fit ab eo in iudicio, niſi appellet, poſtquam ſciuerit cōtra ſe proceſſum intra 10. dies. C. quomo. & quando. l. 1. ſecùs autem eſſet in his, quæ fiunt extra iudicium, vt in literis præbendalibus, nam & ibi licet remaneat poteſtas puidendi penes prouiſores primos etiā poſt reuocationem, & etiam poſt ſcientiam reuocationis, vt hîc apparet, vbi dicit, quod nō tollitur poteſtas à primo prouiſore, niſi ſecundus notificet ei, qui vult ſuis literis vti, tamen ex quo nouit, quod ſecundus vult ſuis literis vti, non valet quod fit à primo, nec impedit, quin valeat, quod fit à ſecundo etiam ſi non appellaretur, quia extra iudicium parum operatur appellatio. de hoc nota. ſupra de maioritat. & obedien. cùm dilecti.

☞ † Alij dicunt & fortè melius, quia quicquid fit à primo prouiſore vel iudice, antequā appareat priuilegiatum velle vti priuilegio ſuo in negotio, de quo agit, ſiue tacitè, ſiue expreſſè, ſemper tenet, quod fit ab eo, propter rationes ſupradictas, tamen ſi primus prouidiſſet, vel in cauſa proceſsiſſet abſente priuilegiato, & tunc priuilegiatus diceret debere, irritum eſſe quicquid factum eſt primo à prouiſore vel iudice, poſtquam in vno ſimul concurrunt conſenſus priuilegiantis & priuilegiati, quod vti volebat priuilegio in negotio, de quo agitur credendum eſt ei, cùm præſumendum ſit quod nō fruſtrà laborauerit pro priuilegio impetrando, & ſic erit huiuſmodi prouiſio nulla, vel proceſſus iudicis, nec impediet electionem, vel proceſſum futurū, niſi fortè contraria præſumptio tolleret iſtā præſumptionem, puta quia præſens fuit in iudicio, & non excepit, vel vidit prouiſorem paratum ad prouiſionem faciendam, nec contradixit, nec ex aliqua cauſa contradictionem dimiſit, quam ſi ſubeſſet, proteſtare debebat, ſi poterat ſine periculo: vt not. ſup. de conſtit. cùm M. ſi autem non ſimul concurrerent conſenſus ante prouiſionem, vel proceſſum iudicis, tenent irreuocabiliter, quæ fiunt ab eis, vt hîc ſequitur.

Sed contra præmiſſa videtur, quòd dicit ſequens litera, ſcilicet quod ſi ille cui data eſt poteſtas prouidendi, non notificet priori, quod vult vti prouiſione ſibi conceſſa, quod tenebit prouiſio facta à primo ex quo colligitur quòd nō creditur ei, niſi expreſſè mandet. Solu. hoc quod dicit hæc decre. locum habet, vbi non ſunt prædictæ clauſulæ. Item vbi voluntas priuilegiantis non creditur eſſe, quod primus ſit priuatus poteſtate ſua, niſi poſtquam ſciuerit, ſicut dicit litera ſequens. Idem videtur ſi expreſſè dicit in ſecundis literis, reuocamus iuriſdictionem primi iudicis, quia cùm in alicuius fauorem dictum ſit intelligendum eſt, ſi vti voluerit prædicta reuocatione, ſed ſi ad nullius petitionem feciſſet, vel fauorem, ſed proprio motu, extunc intelligitur reuocare, & non valebit quod fiet ex quo ad notitiam reuocati peruenerit, niſi aliud appareat de intentione reuocatis.

§ †Sed dices, quare non eſt idem in decreto, de quo cōtrarium hîc dicitur, ſ. qa exnunc nihil valet quicquid fit poſt decretum. Rñ. quia decretū ſicut & ſententia fit cum cauſæ cognitione, & idē intelligendū eſt, q̄d ſtatim poſt ſui prolationē vult gaudere ſuo effectu. Sed oppones, quia decretum, de quo loquitur hæc decre. nunq̄ datur eū cauſæ cognitione. Reſpond. verum dicit, ſed ex quo Papa ſuā inhibitionē decretū appellat, vult q̄ vim decreti obtineat, vt ſtatim ſuum ſequatur effectū, & idem etiā eſſet in alio quàm in Papa, quia ex quo hoc verbo vtitur, ſtatim iudicat ſuæ voluntatis eſſe, quod mandatum ſuum ſtatim habeat effectum, & idem eſt, ac ſi expreſſè dicat voluntatis meæ eſt, q̄ exnunc non valeat electio facta ab illis, à quibus reuoco & poſſum reuocare vt hîc dicit, ſecùs autē eſſet, ſi diceret inhibemus talibus, ne eligant, quia intelligendum eſt, ne eligant poſtquam ſciuerint, imò quod plus eſt, etiam ſi ſciant literas impetratas continentes reuocationem, vel inhibitio-

☞ nem, nihilominus tamen valet, q̄ fit ab eis, niſi prius notificet eis, q̄ vult eā conferre, vel niſi ei collatio eſt interdicta, vel niſi decernat irritū & inane, q̄ contra factum fuerit, vt hîc expreſſè dicit.

Sed contra prædicta videtur, q̄ dicit hæc decre. vbi dicit, niſi forſitan, quòd ipſam conferre nō poſsit exprimatur in conceſsione huius poteſtatis, nā ex his verbis colligitur, q̄d ſi Papa dicit, q̄ primus collator nō poſsit conferre, q̄ poſtea non tenet ſua collatio. Sed certè multomagis videtur, q̄ non debet tenere, ſi dicit reuocamus poteſtatē eius, vel alia verba ſupradicta. Sol. nō dicit hîc, quòd prædicta impediat, q̄ non teneat prouiſio primi prouiſoris, ſi ſecundus nō contradicit, quia hoc falſum eſſet, vt prædictum eſt, ſed hîc dicit, q̄ prędicta clauſula operatur, & oſtendit q̄ ille, qui concedit iſtā indulgentiā, eſt eius voluntatis, q̄ ſtatim à die cōceſsionis etiam ante ſcientiam nō valeat collatio primi, ſi ſecundus voluerit vti ſua indulgentia, & hunc eundem effectum benè credimus etiam alias ſuperiores clauſulas habere. Nec mireris ſi diximus prouiſionem tenere, ſed alius faciet eam caſſari, ſi vult, & ſi nō vult rata manet, quia hoc idem habes in contempto. ſup. de elect. quod ſicut. §. 1. (Siue certā). ſ. primā quæ vacauerit (Siue incertam). ſ. illam quam acceptauerit. (Niſi prius) ille. ſ. delegatus vel potius executor. (Sibi notificet) illi ad quē pertinet collatio.

9 †(Vacuum decernat.) No. hîc habes expreſſum, q̄ executor poteſt ſuſpendi à collatione beneficij. & de hoc not. inf. de iure pa. cùm dilectus. (Quia cùm illi) Not. optimā rationē. (vel etiam conferat.) Not. q̄ ſi executor prius cōferat, q̄ ille ad quem pertinet de iure collatio, & etiam ſi ignoret, tamē prævalebit collatio executoris. (Si fortè vacet) quia ſi nō vacet nullo modo cōferri poteſt, vt ſup. no. (Niſi forſan) quia ſi in reſcripto apoſtolico contineretur decernentes irritū & inane quicquid de prima præbenda fuerit acceptatum; tunc non teneret collatio epiſcopi etiam ignorantis nec eſt contra q̄d hîc ſupradictum eſt: quia etiā hoc decreuit irritum & inane. & c. quia ſicut hic. ſup. not. hic nō decreuit de certa præbenda non conferenda: imò de incerta & tantùm poſtq̄ is pro quo ſcribebat acceptaſſet (etiā extitit) à te cui ſcribitur & benè. †(Acceptaret) hic vult dicere, q̄ quādo Papa ſcribit alicui, q̄ prouideat alij de præbenda, quā acceptauerit decernens irritum, ſi quid de ea fuerit acceptatū, q̄ ſic eſt intelligendū huiuſmodi decretum, q̄ ſi poſt acceptationē aliquid fuerit factum de præbenda acceptata, q̄ illud ſit irritū, nam ſi intelligeretur, q̄d eſſet irritū ante acceptationem de præbenda acceptanda hoc decretum eſſet inualidum, tanquam ſuper incerto prolatū. ff. q̄d cuiuſq̄ vni. item eorū. c. 1.

Et eſt hoc verum, q̄ dictum eſt etiā ſi epiſcopus nihil ſciret de acceptatione vel decreto, ſecùs autē eſſet ſi Papa mandaſſet alicui, q̄uideri de præbenda, quam acceptaret ſine decreto prædicto, q̄a tūc tenebit collatio facta ab epiſcopo, anteq̄ ei nuncietur de acceptatione, vt ex ſuperioribus apparet. arg. ſup. de app. ſuper eo. 2. ſi autē Papa mandat alicui, q̄d prouideat de præbenda quā acceptauerit & decernat irritū & inane, ſi q̄d cōtra mandatum fuerit acceptatum tunc ſtatim acceptatione facta, poteſt interponere decretum, cùm hoc ideò ſit ei cōceſſum ex ſpeciali gratia, nec valebit, q̄uiſio extunc facta ab epiſcopo etiā ignorante huiuſmodi decretū. Alij tamē dicunt contra. ſ. q̄d nō debet interponere huiuſmodi decretum, niſi partibus p̄ſentibus: q̄a mandatum Papæ intelligendum eſt ſecundū ius. (Super incerto) ff. q̄d cuiuſq̄ vni. itē eorum. §. 1. inſti. de act. §. curare. (Sicut cùm legatur) ff. de opt. leg. ſicut optio. (Cedit q̄ ille legato) ſeruus. i. legatarius illum ſeruū venditū petere poteſt. (Pro te propoſitum) & benè. (In vltimis) hoc autem in cōtractibus inter viuos nō obtineret. Nam in illis certū eſt, q̄ ſi aliquis alicui donat, vel vendit, vel p̄mittit vnā præbendā, vel aliam rem de multis, quā donatarius acceptauerit, q̄ tenet donatio, vel venditio facta, alij dūmodò ſecuta ſit traditio, quia ſi vnā & certam rem donaſſet, vel promiſiſſet ſine traditione, & poſtea eandē rem alij traderet trāsferret in eum dominiū, nec primus donatarius, poſſet hanc rem ab eo aduocare. C. de pac. traditionibus. C. de rei vend. ſeruum emptor.

10 †In vltimis autem voluntatibus dominium recta via transit ad legatarium, vel donatarij causa mortis. ff. quemad. ser. amit. si per partē. §. si fundum. & hæc vera, vbi dominium rerum legatarū esset penes testatorem, sed si non penes eum, sed penes hæredē vel quemcunq; alium etiam tunc nō transit, nisi ille, qui habet illud tradat, & ex hoc videtur, q; si testator iussit hæredi, quòd partum ancillæ conceptum tempore testatoris, vel fructus factos eodē tempore alicui dari, quod dominium eorum recta via transit ad hæredem, sed si hæres spreuerit, vel ancilla apud eum concepit, tunc illi fructus vel partus non transeunt ad legatarij, nisi dentur ab hærede, penes quem est dominium.

11 †Fatemur tamen, quod hæres tenetur personali actione ex testamento, sicut si propriam rem hæredis, vel alienam legasset. instit. de leg. §. ea quoq;. & §. si res. & sicut nō transit dominium rerum hæredis ad legatarium, sic nec eas potest subijcere restitutioni, nec oppositioni. arg. C. commu. de leg. l. vlti. §. nemo. vbi dicitur, quòd res quæ non purè in rebus hæredis, non potest alienari, sed hæc est purè, ergò potest alienari. Item videtur hoc expressum. ff. de pig. l. 1. §. cùm prædium. vbi dicit, quòd res quæ nunquam fuêre debitoris, non tenentur hypothecaria certè eadem ratione, nec restitutioni subijci. Nec est contra. ff. de pig. Paulus. §. 1. vbi dicitur, quòd si res obligatæ pignori perueniunt ad hæredem, quòd fructus & partus earū teneantur hypothecaria. Sol. ibi loquitur de partubus & fructibus, qui concepti & facti erant, & ita intelligitur. ar. vt not. in sum. C. super ti. de pig. §. item interdicitur. & sic per prædicta apparet, quod optio partuum concipiendorum apud hæredem alicui legata non impediat, quin hæres ea possit alienare, sicut hîc dicitur. (Voluntatibus) in quibus à tempore aditæ hæreditatis intelligitur dominium rei obligatæ fuisse ipsius legatarij, vt infrà sequitur propter fauorē vltimæ voluntatis, & in quibus est plenior interp̄tatio adhibenda: vt ff. de tri. & oleo. leg. l. 2. & l. pe. & ff. de fun. in l. quæsitum. §. idem rñ. & de opt. lega. l. 1. nam etiā seruum legatū sub conditione hæres manumittendo libertū non facit: vt ff. de ma. l. seruum. & ff. qui. & a qui. l. cùm is. optione autem legata, serui sub condi. legata esse videtur. ff. qui & à quib. si optio. Et est ratio, quare aliud in legatis, & aliud in casu proposito, & etiam in contractibus, si enim hæres non repulit legatum ex die aditæ hæreditatis, eius retro intelligitur. ff. de lega. 1. si tibi homo. §. cùm seruus legatus. nā rei legatæ dominium recta via transit in legatarium: vt ff. de furt. à Titio. Et ideò alienatio vel manumissio interim facta tanquam à non domino, non valet, secùs autem est in contractibus: vt ff. de act. & obl. l. is qui. ff. de verb. sig. si seruum. §. sed si sic.

12 †Et nota, quòd optio imposita ante aditam hæreditatem non valet. ff. de leg. 1. Iulianus. & facit. ff. quorum lega. l. 1. §. quod ait. †Sed quæro vtrum semel acceptans beneficium pro quo sub huiusmodi forma scriptum est, possit pœnitere, & videtur quod non: nam prima attestatione, quam summè dixisset ius suum consumpsit, vt ff. de opt. leg. l. apud. sed in casu potest, puta si elígit beneficium alij debitum, vel pro dignitate beneficium simplex: vt ff. de opt. leg. l. 2. arg. sup. de elect. causam quæ. quia iterum potest optare si malè optauit.

Sed opponitur, pono quòd in casu proposito, cùm agatur de beneficio non solùm plenior, sed etiam plenissima circa acceptationem fuit interpretatio facienda, nam in cōtractibus plena, in testamentis plenior, in beneficijs plenissima interpretatio est adhibenda: vt extra de do. cùm dilecti. & de deci. ex parte. & de priui. quia circa. de verb. sig. olim. 16. q. 2. visis. ff. de consti. prin. beneficia.

13 †Sol. in beneficijs plenissima facienda est, cùm absq; alicuius dispendio conceduntur, vt in primis concordantijs. & ff. de vulg. & pup. substi. ex facto. arg. contra. C. de preci. impe. offe. quoties. Vel dic, quòd idem est secundum quosdam in beneficijs vacantibus tempore rescripti, quod in legatis extantibus, vt collatio talium non valeat, sicut nec alienatio legatorum existentium, quorum legata est optio. Vel melius aliud in legatis, in quibus à tempore aditæ hæreditatis intelligetur dominium rei legatæ retro fuisse legatarij, aliud in huiusmodi beneficijs etiam vacantibus, & in contractibus, in quibus nihil retro intelligitur acquisitū, vt suprà dictum est, & dicit lex non sicut viuentium, ita etiam defunctorum actus suspendi receptum est. ff. com. præd. l. receptum. (Præmissa). s. quando

quando non teneat alienatio vel manumissio ante optionē. Nec præmissa, puta lego vnum fœtum nasciturum de grege meo, quem elegerit. (Terminus) de hoc termino habes. ff. de opt. leg. mancipiorum. Acceptaret) benè videtur ex hoc, q; sola acceptatio eius cui puideri mandatur sine collatione & præsentia executoris impedit collationem episcopi, dummodò præuenerit decretū. l. continetur in litera Papali decernentes irritum & inane &c. (Et eius) siue acceptaret vacantem siue vacaturā, dummodò primam. s. vel secundam vel aliam, vt in gl. secùs si scribat sine illa clausula decernentes &c. & hoc videtur dicere gl. absq; periculo. sup. de elect. ne pro defectu. & ☞ c. quia propter. †Ex eis primam) not. q; is; pro quo sic scribitur, vt sic prouideatur de præbenda, quā acceptauerit, potest ante vacationem alicuius præbendæ acceptare primam præbendam, quæ vacauerit in loco vbi mandatur, sibi prouideri. Item optare potest secundam, vel tertiam, si aliqua causa subsit, quare primam non vult optare fortè, quia alij debetur, vel quia de hoc ipso, s. an alij debeatur dubitatur, nā sine causa nō videtur, q; posset dimittere primā, & optare vlteriorem ar. hîc. Item videtur aliquibus, q; eodem modo acceptare possit, etiā si in rescripto apostolico non contineatur de ipsius acceptatione, sed tantùm vbi dicitur, prouideas ei in tali ecclesia, vel in tali dioceſi vel prouincia. De hoc aūt non est dubium, quod huiusmodi executor reseruare potest primā præbendam, vel vlteriorem ex causa. ar. hîc. & not. inf. de iure pa. cùm dilect. Alij tamen in hoc vltimo casu. s. quando mandatur, q; alicui prouideatur aliter dicunt. s. quod ipsius optatio non impedit prouisionem episcopi, sed sola puisio, vel inhibitio executoris impedit, imò plus dicunt, q; plus videtur hæc optatio committi discretioni executoris, quàm voluntati eius, pro quo scribitur, & pro his videtur facere tenor rescripti.

4 †Item no. quia semper ille, qui optat, vel qui reseruat, vel qui suspendit semper de certa præbenda hoc facere debet. arg. sup. de elect. c. fi. de hoc not. inf. de iure patr. cùm dilectus. Certam appello, si dicit opto, vel reseruo primam præbendam, quæ vacauerit in tali ecclesia, vel etiam in tali prouincia. Illud autem non potest facere executor huiusmodi, etiam cum causæ cognitione datus, vt mandet sibi reseruari præbendam, quam optauerit is, pro quo scribitur, vel etiam alius. arg. sup. de offic. deleg. quoniam ap. §. is autem. aliqui tamen contradicunt.

TITVLVS IX.

NE SEDE VACANTE ALIQVID INnouetur.

CAPVT I.

1 *Vnio quot modis fiat.*
2 *Sede vacante nihil est in præiudicium sedis alienandum.*
3 *Alienatio quæ fit per iudicem cum maiori solennitate & deliberatione fit quàm quæ fit extra iudicium.*
4 *Nō tenet, quod fit de bonis ecclesiæ vel causis vacante episcopatu.*
5 *Cum ordinatio prælati nimis differtur datur curator bonis, quid autem si sit absens prælatus. in num. 6.*
7 *Vacante ecclesia potest episcopus repetere & agere nomine ecclesiæ.*

1 NOVIT. (Vniendo.) † Fit vnio primo modo, q̃d vna ecclesia alteri subijciatur, & secundum hoc remanet cathedralis illa, cui subijcitur. Secundo fit vnio, vt ex duabus vna fiat, & secundum hoc canonici vnius fiunt canonici alterius, & canonici vtriusque simul intererunt electionibus, & alijs negotijs, & tunc consuetudines, & alia priuilegia, quæ meliora sunt & humaniora in alterutra retinent vnitum. arg. de pe. di. 1. medicamentum. 32. q. 1. non est culpandus. C. de rei vxo. act. in prin. C. communia dele. l. 2. in fi. Tertio modo possunt vniri, q; sint ambæ episcopales, siue in primo statu, & secundum hoc est vnus episcopus ambarum, & sunt duo episcopatus, & sic illæ ecclesiæ subeunt diuersis metropolitanis, & idem episcopus erit ambabus subiectus. inf. de reli. do. quia. sup. de confir. vti. vel inuti. c. vlti. si verò de vno ordine fit translatio ad alium, illud q; transfertur, sumit naturam illius, ad quem transfertur, hæc verò quæ sunt dicta, non sunt perpetuò vera, & ideò diligenter attendendus est tenor priuil. porrò. (Monasterium) quòd factum erat sedes episcopalis & gubernabatur fortè sub regimine episcopi.

2 †(Vacante) hîc autem constat quòd vacante sede, nihil est alienandū in præiudiciū sedis, vt hîc. sup. de iureiur. licut.

nisi necessitas immineret: vt not. in glo. sed nos. Ea autem quæ communiter habet prælatus cum capitulo, & vbi faciunt vnum capitulum prelatus, & clerici, vt pro magna parte est videre in capitulis & abbatijs, vbi communia sunt quasi omnia inter prepositos & abbates & capitula, tunc etiã vacante sede abbate, vel præposito, nihil alienari potest, nisi de his, quæ seruando seruari nõ possunt, & alijs huiusmodi. C. de admi. tu. lex quæ. C. si ob pu. pen. l. fi. & si diu staret ecclesia sine prælato, dabitur ei curator, cuius authoritate fiet alienatio, vel obligatio. arg. contra. C. qui admit. ad bo. pos. bonorũ. sed ibi est speciale, quæ quasi semper est lucrosa. Item non est contra. ff. de in integ. resti. ait. §. permittatur. quia minor nulli se obligat, sed tantùm à sua obligatione liberat. Item videtur contra. ff. de iur. delib. ait. vbi dicitur, quod genus alienandi est agere, sed agere sibi licet, vt not. in glos. sed nos ergò & alienare. Sol. licet per actiones posset fieri necessaria alienatio, non tamen ita directo fit alienatio, quæ fit per iudicem in iudicio intentando actionem, sicut fit, quando fit voluntariè.

3 †Item alienatio, quæ fit per iudicem fit cum maiori examinatione, & deliberatione, quàm illa, quæ fit extra iudicium, imò plus dicit, ꝙ nec etiam ad agendum semper admittenda sunt capitula, nisi essent actiones tales, quæ melius intententur vacante ecclesia quàm non, sicut quando quæritur de electione, ad quem pertineat, cùm electio sit in discordia, ga aliter nõ potest procedi ad confirmationem, nisi de hoc primò quæritur. Item sicut minor nunquam potest agere sine curatore, sic nec ecclesia, at sicut dictum est in minore, ꝙ authoritate curatoris & præsidio potest agere, sic & ecclesia. Dicunt tamen aliqui, & fortè non malè, ꝙd si esset aliqua capella, quæ nullum specialem prælatum haberet per quem fierent cõtractus ecclesiæ, ꝙ tunc benè valeret alienatio facta à capitulo authoritate prælati, & vacante sede, arg. in Authent. de alie. & emphy § emphyteosis. vltra me. vbi dicit, quòd res vnius ecclesiæ, debent alienari iurantibus administratoribus œconomis, & chartularijs, & sic apparet, quòd loquitur de ecclesia, quæ nõ habet specialem prælatum, quia tunc ille solum iurasset, semper tamẽ tutius est facere curatorem.

4 †(Nequiuimus) sed nos dicimus, ꝙ vacante episcopatu, non tenet, quicquid fit de bonis ecclesiæ, vel causis, ecclesia enim fingitur vice minoris, sicut non tenetur sententia lata cõtra minorem, nisi legitimè defendatur. ff. de re iud. acta. §. vlti. & inf. eo. c. vlt. Sed si necessitas vel vtilitas requireretur, posset constitui visitator vel procurator episcopatui, qui causas ageret. 61. dist. obitum. & c. seq. sed & ipse archiepiscopus in rebus episcopalibus, & episcopus in rebus capellarum suarum est visitator de iure. argu. prædictorum c. fraternitatem. 71. dist. & 10. q. 2. c. fi. si autem ecclesia collegiata vacet, benè potest, etiam dum vacat ecclesia pro prælato constituere actorem vel syndicum. ff. quod cuiusq; vni. l. 1. §. 2. & hoc probamus, quia cùm prælatus cum conuentu censeantur vnum collegium in bonis communibus, mortuo prælato, ius ministrandi cadit in collegium. ff. quod cuiusq; vni. nomi. sicut. §. fin. expressum autem habes. sup. de resti. in integ. cap. secundo. si tamen citò possit ecclesiæ prouideri expectabitur. ff. de va. mu. l. penult. §. vltimo. Quædam tamen sunt, quæ melius fiunt vacante ecclesia, quàm non vacante, sicut est vnio episcopatuum. 16. q. 1. & temporis & facilius ecclesia in alterius ecclesiæ vsus conuertitur. inf. de dona. consultationẽ. & melius aliquid de præbenda retinet. inf. vt eccl. bene. si. di. con. vt nostrum. in fine. Vel dic quod ecclesia, quæ vacat nunquam faciet syndicum vel procuratorem ad res, quas communiter habent prælatus & conuentus. sup. de rescript. edoceri. per prælatos enim debent ministrari res ecclesiæ. ff. quod cuiusq; vni. ciuitatis. & l. vlti. & lex prima loquitur, quando collegium nõ habet prælatum, vel in bonis, quæ discreta sunt à bonis prælati.

5 †Posset tamen dici, quod si nimis differretur ordinatio prælati, daretur curator bonis, sed primum dictũ magis placet, viuis autem prælatis, nunquam capitulum constituet procurates, cùm ipsi non habeant exercitium, sed prælati eorum. ff. quod cuiusq; vni. nulli. videtur tamen quibusdam & fortè benè, quòd si procurator constituatur nomine ecclesiæ, vel alterius vniuersitatis, quæ habet proprium rectorem de voluntate authoritate ipsius rectoris, quod valet huiusmodi procurator, argumentum. C. de procur.

procur. nec. sup. de iudi. causam. sup. de procur. cap. 1. hîc enim propria causa est vniuersitatis. 2. q. 6. c. biduum. §. in propria.

6 †Imò plus videtur, quod etiam si sine eius authoritate constituit, si sententia fertur pro ecclesia, quòd valet ei. C. de procur. nõ eo. sed si absentes essent prælati, authoritate superioris posset eis dari curator, & idem fortè si præsens esset, sed agere nollet. arg. C. de bo. quæ libe. non solum. 12. q. 2. si qua de rebus. & 10. q. 2. si quis episcopus. Hoc tamen dicit, ꝙd contractus factus vacante ecclesia prælato, quæ nõ habeat bona discreta, tenet, licet possit rescindi per in integrũ restitutionem. arg. C. de in integ. resti. si curatorem. Idem etiam dicit, quòd si magna necessitas immineat de consensu archiepiscopi, fiet alienatio rerum episcopalium, etiam si eas habeat discretas episcopus. arg. 71. dist. fraternitatem. & episcopus mortuo sacerdote, alienabit in necessitate res ecclesiæ sibi subiectæ. 10. q. 2. c. vltimo.

7 †De hoc autem non est dubium, ꝙ vacante ecclesia potest episcopus repetere, & agere nomine ecclesiæ. infrà, de succ. ab intesta. cùm dile. nam hic titulus non habet locum in minoribus ecclesijs infrà, vt eccle. bene. sine di. cõ. c. 1. sed pro episcopatu eo vacante, nec capitulũ maioris ecclesiæ, nec alius admittitur ad agendum, vel defendendum, nisi fortè det visitator, ille enim causas episcopatus benè aget, vel coadiutor. 7. q. 1. quia frater. 12. q. 2. vulteranus. Item modica vis est, siue agatur de statu, siue de possessionibus contra ecclesiam collegiatam vacantem prælato, quia semper respondere cogitur. inf. de verb. significo. abbate. sup. de consuetud. cùm dilectus. sup. de in integ. restitu. c. 2. Indulgentes) in hoc fuit indulgentia, quia de iure cõmuni primo agi debebat potius causa ista coram proprio Metropol. quàm coram Papa. Item specialis gratia est, quod permittit ad curiam aduersarios euocari. Item est specialis gratia, quod eos audire promittit contra factum prædecessoris sui, nisi per in integrum restitutionem, quæ non competit contra factum Papæ. ff. de mino. maior. nec poterat supplicare, quia biennium transierat. C. de preci. imper. offer. Authent. ibi posita fuit ergò specialis gratia. Vel dic, ꝙd hic appellat indulgentiã licentiam quã eis dat, quod liceat eis cum suo prælato litigare, quod aliàs non liceret. insti. de cura. §. finali.

CAPVT II.

ILLA DEVOTIONIS. (Fungatur.) imò seruari debent successoribus præbendæ: si autem periculum esset in vacatione, cum superiore agendum est. suprà, de concessione præbendæ. quia diuersitatem. hanc enim potestatem non habent à capitulo, sed à fundatore, vel priuilegio, vel alio modo. & de hoc notabimus infr. de hæred. ad abolendam. Et est ratio, quare nõ potest conferre præbendas, vt hîc: & tamen potest electiones confirmare, suprà de maioritate & obedientia. cùm olim. quia illud est de iure episcopali, quod in tuitu ecclesiæ habet, hoc est de iure ꝙd speciale habet, vt dictum est. (Negligentiam) suprà, de concessione præbendæ. quia diuersitatem.

CAPVT III.

CONSTITVTIS. (Depositiones.) Nota. non solùm litem non licere incipere sede vacante, sed etiam à cœpta desistendum, nisi fortè essent testes valetudinarij, & alij, de quibus habes suprà, vt lite non contestata. quoniam. §. primo.

TITVLVS X.

DE HIS QVAE FIVNT A PRAELATIS SINE consensu capituli.

CAPVT I.

1 In rebus ecclesiæ alienandis requiri debet cõsilium maioris ecclesiæ. Et quid sit de subscriptione dicendum.

IRRITA. (Episcoporũ.) Sed licet irrita sit hæc venditio, si placet ecclesiæ, vt hîc, si tamen sibi placeat, ꝙ teneat venditio, tenet quia hic claudicat contractus. ff. de actione emptoris. Iulianus. §. si quis à pupillo. ff. de rescind. vendit. si id quod similiter, nec ecclesia potest aliquid alienare immobile

mobile ſine authoritate epiſcopi. 17.q.4. inuen. & ſi fecerit non valet. arg. C. de præd. mi. ſi prædium. (Rei) magnæ ſecùs ſi paruæ. 12.q.2. terrulas. vel ſi ſit talis, quæ ſeruando ſeruari non poſsit. arg. C. de admi. tut. lex. ff. de peti. hære. diuus. (Subſcriptione) ſubſcriptio non eſt neceſſaria, niſi inueniatur expreſſum. † (Clericorum) & maioris eccleſiæ. inf. de dona. paſtoralis. & inf. eod. tua. & ſi non habent aliquam eccleſiam cathedralem, habebit idoneſiores de alio clero, qui ſubſcribentur. 12.q.2. placuit. Vel dic conſilium maioris eccleſiæ requirendum, & conſenſum in rebus cuiuslibet eccleſiæ alienandis, & illud ſufficere. inf. eo. paſtoralis. arg. inf. eod. nouit. Subſcriptio autem clericorum eccleſiæ, cuius bonorum ſit alienatio eſt neceſſaria, vt hîc & in bonis epiſcopalibus neceſſaria eſt ſubſcriptio canonicorũ maioris eccleſiæ, ita quod ſine ea non valet. 12. q. 2. ſine ſub. & inf. eodem. tua. nec ſunt ab huiuſmodi vocandi, niſi præſentes. 12. q. 2. hoc ius. nec videtur neceſſarius conſenſus archiepiſcopi, vel Papæ, quia non inuenitur iure expreſſum. Alij tamen dicunt eorum conſenſum neceſſarium. arg. 10.q.2. caſellas.

CAPVT II.

CONTINEBATVR. (Conceſsio) in beneficium, ſecùs ſi alienaretur, tunc enim neceſſarius eſt expreſſus conſenſus, & ideò non ſufficit taciturnitas. 12.q.2. ſine. & 10.q.2. hoc ius. Vel loquitur de modica decima. 12.q.2. terrulas. aliàs enim neceſſaria eſſet ſuperioris authoritas. 17. qõ. 4. in venditionibus. (Non poſt multum) maximè, idem enim eſt & ſi poſt multum. (Præiudicare). i. ſecunda tenet non obſtante, quòd prima eſt illicita vel illegitimè facta.

CAPVT III.

1 *Ratihabitio in alienationibus rerum eccleſiæ, ſufficit.*

VM NOS. (Ratam) No. in alienationibus rerum eccleſiæ ſufficere ratihabitionem capituli. 12. q. 1. c. vlti. inf. de iur. pa. cura. arg. contrarium. 12.q.2. ſine ex. vbi dicit neceſſarium eſſe tractatum; ſed dic poteſt loqui in modicis rebus.

CAPVT IIII.

NOVIT. (Fratres tui) capitulum maioris eccleſiæ. ar. inf. de verb. ſig. cùm clerici. arg. inf. de teſti. requiſiſti. inf. de dona. paſtoralis. inf. eod. tua. Conſilio) dicunt quidam ſufficere in his requirere conſilia canonicorum, etiam ſi non habeatur conſenſus. argu. ſup. de arbi. cùm olim. & ſupr. de elect. cùm in ve. niſi fortè eſſent talia, vbi requireretur cõſenſus & ſubſcriptio eorum, ſicut eſſet in alienatinone rerum epiſcopalium. ſup. eo. c. 1. 12.q.2. ſine ex. quia intereſt cuiuslibet canonici, quod poſſeſsiones eccleſiæ ſuæ non alienentur, & æquè benè dicuntur poſſeſsiones eccleſiæ illæ, quæ pertinent ad epiſcopatum, ſicut illæ, quæ pertinent ad canonicos. arg. inf. de verb. ſig. cùm clerici. inf. de teſta. requiſiſti. & idem fortè dicendum eſſet, vbicunq; eorum intereſſet. Sed ſi in alterius alienatione epiſcopus deberet imponere ſuam authoritatem: tunc ſufficit conſilium requirere canonicorum, nec eſt neceſſe quòd ſubſcribant. † Inſtituis). i. inſtituendas decernis, nam corporalis inhibitio, nedum per epiſcopum, ſed per archidiaconum ſine conſenſu capituli fit. ſup. de offi. archi. ad hæc credimus, quod in minoribus eccleſijs, poſſunt fieri inſtitutiones & deſtitutiones, etiam ſine conſilio capituli. arg. 12.q.2. terrulas.

CAPVT V.

1 *Conſilium capituli eſt requirendum in inquiſitionibus & deſtitutionibus cuiuſlibet perſonæ eccleſiaſticæ.*

VANTO. (Negotijs) magnis. (Fratres tuos.) Not. in inquiſitionibus & deſtitutionibus cuiuslibet perſonæ eccleſiaſticæ requirendum & obtinendum conſilium capituli. ſup. eod. nouit. & in præſentationibus, quæ pertinent ad collegium, vt expreſſè dicit. inf. eo. ea noſcitur. Item cauſas criminales, cum capitulo audiet epiſcopus. 15.q.7. epiſcopus. & etiam ciuiles, vt quidam dicunt. arg. eiuſdem capituli. Item excommunicare, interdicere, ſuſpendere non poteſt ſine capitulo. inf. de exceſ. præla. quanto. vbi not. Munimenta) hi tenentur crimine falſi. C. de fal. qui veluti. C. de teſta. iubemus. Authen. de iu-

ca. §. 2. Imò oportet, quod etiam videant. C. plus vale. quod agi. quã quod ſi. conſi. l. vlti. C. de dona. nec ignorans.

Et hoc credimus verum, ſi in eo inſtrumento contineatur, quod vidit, vel audiuit, quæ in inſtrumento continentur, ſi autem contineatur ibi tantùm, q̃d inſtrumentum à ſe eſt ſigillatum ad preces eius, qui illud confecerit, non eſt neceſſe, quòd videat contenta in inſtrumento. C. de teſta. hac conſultiſsima. in principio.

CAPVT VI.

1 *Præſentationes ab abbate facta, præſumuntur fieri de conſenſu conuentus.*

EA NOSCITVR. (Collegia.) Benè dicit, nam licet p̃ſentatio pertineat ad collegia: tamen abbas, qui eſt caput collegij, & de collegio faciet illam præſentationem, ſicut cauſas & alia negotia collegij agit. ſuprà, de reſcriptis. edoceri. Dicimus tamen, quòd ſi præſentatio in aliqua eccleſia diſcretè, & ſeparatim ab abbate pertineret ad collegium, quod tunc non abbas, ſed collegium per ſyndicum ſuum præſentarent. arg. præalleg. decre. edoceri. & ff. quod cuiuſq; vniuer. l. 1.

☞ †Intelligi) hîc habes, quod niſi contrarium probetur, quod ſemper præſentationes factæ ab abbate, præſumuntur fieri de conſenſu conuentus, & ideò etiam, ſi abbas non oſtendat eius literas, epiſcopus ſecurè poteſt eas confirmare, idem fortè in procuratoribus. In tantum autem eſt efficax iſta præſumptio, quod ei ſtatur, niſi probetur contra. Alij dicunt, quod licet ſic præſumatur, ſi tamen aliquis apparet contradictor, oportebit abbatem probare conſenſum ſaltem, antequam inſtituatur præſentatus, vel ſentẽtia proferatur pro alio tali procuratore: poſtea autem fortè non reuocaretur factum.

CAPVT VII.

Decimæ conceſſæ vni eccleſiæ an poſſint in aliam transferri, & in num. 2. & an idem ſit de oblationibus in numero 3. & an liceat laicis decimas detinere. in num. 4.

VM APOSTOLICA. (Authoritate Hieronym.) 16. quoniã quicquid. (Malè) id eſt, contra iura, ſed tamen quia ex diſpenſatione habent eſt ſine peccato. (Monachorum) idem eſt de alijs clericis. (Leonis) 12. qõ. 2. ſine exc. (Eccleſiæ) id eſt, epiſcopalibus, vel etiam eccleſiæ epiſcopalis, vbi inter eos bona, non ſunt diſcreta, bona enim aliarum eccleſiarum vendere non debet epiſcopus, ſed venditioni debet præſtare authoritatem. 17.q.4. in venditionibus. (Cleri) id eſt, capituli cathedralis eccleſiæ. (Eccleſiæ) ſiue regulari ſiue ſeculari. (Religioſo) idem eſt ſi alij eccleſiæ. (Eccleſiæ generalis) non illius ad quem de iure ſpectat. Et eſt nota. dignum intellige reuocationem non ſolùm, ſi reuocetur ad eccleſiam, ad quam de iure pertinet, ſed etiam ſi ad quamcunq; aliam eccleſiam reuocetur.

1 †In feudum) de hoc mirandum eſt, quod dicit ſe loqui de decimis in feudum conceſsis, quia aut erunt conceſſæ in feudum eccleſiæ, tanquam ſuæ ab epiſcopo, qui confirmauit tanquam ſuæ, & tunc malè dicit, quod monendus eſt ille, qui tenet, quod decimam reſtituat eccleſiæ, ad quam ſpectat, cùm non ad eccleſiam, ſed ad epiſcopum pertineret, Aut decimæ erant conceſſæ in feudum ab eccleſia ſancti Stephani, & tunc conſtat, quod miles qui eas alteri donauit, cecidit à iure feudi, & ipſo iure vtile dominium redit ad priorem dominum, id eſt, ad eccleſiam ſancti Stephani. Ad hoc reſpondent quidam, quòd epiſcopus à principio ex cauſa potuit concedere fructus harum decimarum tenendos à ſe in feudum: tamen dominium directum remanſit apud eccleſiam ſancti Stephani, ſed & modo licet eidem epiſcopo ex iuſta cauſa decimas, quæ tenentur in feudum ab vna eccleſia concedere alij, cùm modicum damnum ſit eccleſiæ à qua tenentur in feudum, & magnum eſt lucrum illius, cui conferetur, & vna eſt eccleſia. infrà, vt eccle. benefi. c. 1. 24. quæſtio. 1. loquitur. Vel dic, quod ſi iſtæ decimæ alij eccleſiæ conferantur de conſenſu epiſcopi, ſemper epiſcopus intelligitur concedere ſine præiudicio alterius, vnde remanet vaſallus eiuſdem domini, ſicut & prius, & prælatus monaſterij erit vaſallus huius

militis, vel ecclesiæ, ad quem directum dominium pertinebat. Absurdum enim videtur, quòd ecclesia sancti Stephani priuaretur suo feudatario sine sua voluntate, & q̃ hæc decre. dicit sine cler. consensu, intelligi videtur tam de consensu capituli sui, quàm de consensu ecclesiæ, ad quam pertinet directum dominium decimæ.

2 †In feudum) quasi dicat, si non sunt datæ in feudum perpetuò, sed fortè violenter, vel alio modo occupatæ, & tunc etiã cum consensu episcopi non possunt alij ecclesiæ conferri, vel reddi, nisi eius de iure sunt. Illæ verò decimæ quæ perpetuò in feudũ datæ sunt, ritè in aliã ecclesiam cum consensu episcopi transferuntur. Et dicunt quidã hoc ea ratione esse, quia ex quo concessæ sunt in feudũ perpetuò, nimium esset scandalum, si inuiti cogerentur restituere, vnde ad vitandum scandalum sufficit, si cuicunq; dentur, sed tamen dum tenent, non sunt sine peccato. Alij dicunt, quòd de iuris permissione possunt habere fructus decimarum in feudum, quia directum dominium remanet apud ecclesiam, licet vtile quo ad fructus percipiendos sit penes vasallum, & ecclesia propriè dicitur recipere decimas, cuius nomine recipiuntur à vasallo, hodie autem est contrarium. inf. de lo. & condu. vestra.

3 †Et idem, quod dicimus de decimis, dicimus de oblationibus cõcessis in feudum cum. c. 16. q. 1. c. fin. generaliter loquitur. Sed idẽ. c. contradicere videtur, cùm ibi dicatur quòd malè sunt detenta: ex quo videtur, quòd sine peccato talia concedi non possunt.

4 † Sed potest responderi, quòd ideò dicuntur malè detenta: quia laici nõ ministrant spiritualia laicis, quare decimæ præstantur: & ideò malè ab eis detinentur, i. sine exhibitione adiuncti obsequij sed tamẽ sine peccato, quia quamuis ipsi non exhibeant, tamen dicti clerici, quorum est principale dominium ipsa obsequia exhibent. Dicunt tamen aliqui, q̃d hodie episcopi, & etiã alij prelati de consensu episcoporũ possunt infeudare fructus decimarum, & illa decr. vestra. infrà de lo. & conduc. nõ obstat, quia nec vnquam, nec modò fuit licitum abbatibus, & minoribus prælatis infeudare sine episcoporum licentia. 17. qõ. 4. in venditionibus. & illa decret. intelligitur loqui tantùm de illis, qui non habent consensum episcoporum. Nec obstat inf. de feu. c. 2. quia loquitur de his, qui iurauerant non infeudare, melius placet, quòd ista decre. loquatur tantùm de decimis, quę tenentur in feudũ ab episcopis. Nec mireris quod dicit, quod monendus est feudatarius, s. quod restituat ecclesię parochiali, quia subintelligendum est, si episcopus à quo tenẽtur in feudum consenserit, sicut hic dicit, nec sine eius consensu auferetur ab episcopo feudũ suũ,

†Item nõ mireris, si dicit quod prius restituat ecclesiæ parochiali, quàm alij, quia res facilè redit ad suam naturam. ff. de pactis. si vnus. 5. quia creditur, quòd quando episcopus illam rem concesiit in feudum, quod fuit accepta ab ecclesia pro aliqua vtilitate episcopatus, quod licet: vt no. inf. vt eccl. benefi. c. 1. & ideò primò debet ad eã redire, imò si episcopus nollet consentire, superior debet eũ aliquando cogere. inf. de iure pa. nullus. si autem feudum teneretur ab ecclesia sancti Stephani nunquã suffecisset consensus episcopi, vt perderet feudum suum, nisi magna causa subesset.

CAPVT VIII.

1 *Archidiaconus aliunde eligi non potest, nisi de ecclesia cathedrali: intelligitur tamen vt hic.*

IVA NVPER. (Maioris) cathedralis (ab ipsa) ecclesia cathedrali. (Sumatur) nota. 1 †quia non licet episcopo eligere archidiaconum aliunde nisi de ecclesia cathedrali.

Quod intelligimus verum, vbi archidiaconus est de capitulo, & debet esse canonicus, ad episcopum tamen spectat electio archidiaconi, vel quemuis alium, qui non potest dare præbendam canonicalẽ, nam si ad eum pertinet collatio tam archidiaconatus quàm præbendæ canonicalis, tunc simul dabit vtrũq; etiam extraneæ. (Conferre) in proprios vsus. (Baptismales) idem in non baptismalibus, & hoc apparet ex fine decret. quæ generaliter respondet. (Alterius) .i. hìc propositæ: erat tamen alterius in integra siue hic dicit secundũ quæ processerat & continetur in integra. (Leonis). 12. q. 2. sine ex. (Dubium) probabili iudicio. (Quæstionem) illam. s. quæ proponitur in principio huius decre. (Perpetuas) .i. perpetuo in proprios vsus concessas.

CAPVT IX.

PASTORALIS. (Prẽterea) Prima quæstio est, an possit concedere obuentiones ecclesiarum alijs ecclesijs ecclesia sibi retenta, cum idonea sustentatione vicarij. Secunda quæstio est, an liceat episcopo concedere totam ecclesiam, vel partem eius, & vt consona sit litera supple in proprios vsus, & sic benè consonat. arg. decre. quod induxerat cum statuta Lateranens. cõcilij prohibeant ecclesijs nouam imponi, etc. & est hìc quæstio ferè eadem cum ea, quæ proponitur sup. proxi. decret. Vel melius secunda quæstio de eadem est, sed prima dicit de ecclesia a I se pertinente, secunda de ecclesia quæ habet patronum.

Nos dicimus quòd causę huiusmodi dubitationũ sunt istæ, quia Dionysius limitauit parochias, vt intra eas obuentiones spirituales pertinerent ad ecclesiam parochialem, vt decimæ, primitiæ, oblationes, mortuaria & huiusmodi, & videbatur quod nec in totum, nec in partem eorum posset conferre alij ecclesiæ, quia sic confunderentur termini parochiarũ, & fieret contra diuisionem Dionysij, & ecclesia parochiali manente, quòd ex eo apparet, quia ibi vicarius remanet, qui iura parochialia reddat parochianis. s. baptisma, pœnitentias, & huiusmodi. Causa secundæ dubitationis fuit, quia cùm cõsilium prohibeat augeri pensiones, vel de nouo imponi, multò fortius videbatur prohibendum, quod totam ecclesiam nõ daret alij. (Dionysij) 12. q. 2. parochiæ (obuentiones). i. fructus vel reditus (sustentatione). sup. de præben. de monachis (concil. statuta). infrà, de censi. prohibemus.

☞ † Canonica). 12. q. 2. bonæ. sed in hac concessione necessarius est consensus capituli, quod probamus sic, quia si episcopus reditus proprios, quos habet ab antiqua ecclesia vel possessione, non potest donare sine cõsensu capituli, multò fortiꝰ reditus ecclesiæ sibi subditæ. 12. q. 2. si episcopus. ℣. de dona. pastoralis. posset tamẽ dici, quod c. illud. 12. q. 2. bonæ. loquitur in casu speciali. s. quando episcopus construit monasterium, quia tunc secundum quod hìc dicitur, & sine cõsensu capituli, & de suis rebus, & de rebus subditarũ ecclesiarum vsq; ad quinquagesimam poterit conferre. Nos tamen hoc non fatemur, quia illud capitulum loquitur tantùm de rebus episcopalibus. Inno.

CAPVT X.

ET SI. (Capitula.) Repete quod diximus suprà, de præben. graue.

TITVLVS XI.

DE HIS QVAE FIVNT A MAIORI PARTE CAPituli.

CAPVT I.

1 *Quid operetur appellatio extra iudicium facta, item quæ diuersitas sit inter eum, qui in forma iudicij & eum qui extra formã procedit in nu. 2.*

3 *Potest quisq; contradicere his, quæ facit capitulũ in læsionẽ iuris capituli. & in nu. 4.*

In omni mandato quod fit extra iudiciũ, non est necesse appellare, & tamen salua manet omnis exceptio, & omne ius.

4 *Iuramentum clericorum contra deum & vtilitatem ecclesiæ non obligat.*

5 *In electiõe nõ tractatur quod fit post appellationem etiam ex legitima causa interpositam nisi probetur causa.*

QVM IN CVNCTIS. (Pluribus & sanioribus.) 64. dist. extra. 23. di. in nomine. 20. distin. de quibus. ff. de reg. iur. Pomponius. (per quasdam). i. in quibusdam ecclesijs.

1 †(Permittũt) appellãdo ne fiat contradicendo, vel comminando tam de iure, quàm de facto, appellatio autẽ ista facta extra iudicium hoc operatur, quod factũ super quo appellatur reuocat ad audientiam Papæ, vel alterius proximè superioris, ad quem appellat, ita quod si appelletur ad Papam ex iusta causa, alius inferior iudex non cognoscet de illo, nec etiam valebunt literæ impetratæ ab aliqua partium super eodem negotio, nisi fecerint mentionem de appellatione, siue ad Papam facta, siue ad alium inferiorem. sup. de rescrip. ex parte.

2 †Ipse autem à quo appellatur propter huiusmodi appellationem non dimittet, quin perficiat factum super quo appellatur, nec reuocabitur, nisi probetur veritas causæ. Ratio diuersitatis inter eum, qui procedit in forma iudicij, & eũ, qui extra formam iudicij est, quia iudex procedit in forma iudicij, & debet audire legitimas exceptiones, & nisi audiat iustè appellatur ab eo, sed secùs est in eo qui non vt iu-

dex, ſed vt priuata perſona perficit factũ ſuum, quia ille in forma iudicij non procedit, nec procedere poteſt, & non imputatur ei, ſi non audit contradictionem, vel appellationem aduerſarij, niſi probet veritatem appellationis. (à paucioribus) .31. di. Nicena. 20. q. 2. non licet.

3 † (Obiectum) in capitulo, non eſt vis huiuſmodi decre. in obiectione cauſæ rationabilis, quia etiam ſi non obiecerit, tamen poſtea audietur. ſup. de elect. cùm in veteri. & c. congregato. ſup. de appel. cõſtitutus. cum infinitis concordantijs, ſed elt vis, & ius nouum huius conſtitutionis, quòd non reuocatur factũ poſt talẽ cõtradictionem, vel appellationem, niſi probetur coram ſuperiore, & datur ſecuritas maiori parti quod ſecurè procedat, nõ obſtante contradictione paucorum.

Et intelligimus hoc verum. ſ. quod ſemper quiſque poteſt contradicere his quæ faciat capitulum in læſionem iuris capituli, vel etiam contra eos, qui contradicũt & contra alios iniuſtè & extra officium, & ius quod capitulum in eos habet, aliàs ſi capitulum aliquid alicui mandat, quod officium capituli pertinet ad implere tenetur, alioquin in eũ iuriſdictionẽ exercebit, quia cuicunque licet iuriſdictionẽ ſuam defendere. ff. ſi quis ius di. non optẽ. l. i. Tamen vt quidam dicunt, quandoque valet appellatio huiuſmodi, vt puta ſi cõtra ius grauetur, quia quicquid fit poſt appellationem, caſſatur, ſecùs autem ſi non eſſet appellatum, ſed hoc non credimus.

☞ †Item eſt caſus vbi eſt neceſſe appellare, alioquin videtur conſentire, vt ſi vocetur ad maſſariam, vel aliquod aliud officium eccleſiæ, puta ſyndicatum, vel officialatum, vel conſimile, quod ſit publicum officium authoritate & vtilitate: vt. C. de app. ſi ad. & l. hi qui ad ciui. ſecùs autem ſi ſit publicum officium, authoritate & vtilitate, qualia ſunt illa, de quibus habes 86. di. c. vlti. & 87. diſt. c. 1. quia tunc non habet neceſſe appellare, ſed executiões proponere. ff. quando appel. ſit. l. 1. & l. ſi quis tutor. vnde dicimus, quod qui eligitur ad aliquam dignitatem, ſi eſt de capitulo, appellare tenetur, ſi non vult recipere. Si autem non ſit de capitulo non videtur cõſentire tacitè, ſed expreſſus conſenſus eſt neceſſarius. ſuprà, de elect. cùm inter. alii tamen dicunt in honoribus & muneribus ciuilibus obtinere non in eccleſiaſticis, vbi liber debet eſſe conſenſus, & vbi nemo cogitur conſentire. Si autem in iudicio, vel in forma iudicij aliquid præciperet, vel faceret capitulum, neceſſe eſt appellare vel præcepto obedire. ſuprà, de reg. iur. quòd ad conſul. & idem intelligendum videtur in omni mandato, quod fit extra iudicium, ſcilicet quòd non ſit neceſſe appellare, & ſalua ſit ſibi omnis exceptio, & omne ius quamuis non appellet.

4 †(Obiectum) alijs videtur, quòd quilibet de capitulo tenetur contradicere a his quæ malè fiunt in capitulo, ſiue per ea lædatur capitulum, ſiue ipſe contradicens, ſiue quicunque alius, quia ſi conſenſerit, vel ſi non contradixerit, cùm tacitè conſentire videatur, vel contradicere teneatur, inuoluetur peccato & pœna, cum alijs qui conſentiunt expreſſè, non videtur tamen nobis, quod liceat ſibi appellare propter hoc, quod alius grauetur per capitulum, nec appellationem, nec contradictionem proſequi, quia non intereſt ſua. 2. quæſt. 6. non ſolent. ſed benè poteſt denunciare ſuperiori peccatum capituli, vt emendetur & etiam puniatur. 2. quæſt. 7. quapropter. & c. ſeq.

(Et oſtenſum) coram ſuperiore. & eodem modo in electione non retractatur, quod fit poſt appellationem etiam ex legitima cauſa interpoſitam, niſi probetur cauſa. ſuprà, de elect. cùm inter canonicos. & idem dicimus vbicunque tractatur de ordinatione eccleſiæ, vt hîc, imò plus vbicunque appellatur extra iudicium, quia non fuit iudex coram quo poſſet probare veritatem cauſæ, & ideò nec offerre tenetur, ſed coram ſuperiore probabit, nec ſufficit probare ex iuſta cauſa appellatum, niſi probet veritatem cauſæ ad hoc, vt quæ poſtea facta ſunt reuocentur, eſſet enim intolerabile, quòd quamcitò aliquis appellaret non iuſta, ſed falſa cauſa aſſignata, quòd ſtatim ceſſaret à faciendo is, à quo appellatur. ☞ †Se iuramento) ſcilicet quia iurauerit facere, niſi cum conſenſu totius capituli etiam vno ſolo diſcordante, & hæc fuit cauſa huius conſtitutionis, & hoc inquam non debet impedire conſtitutionem iſtam, vel licet canonici iurauerint aliquid facere, quod ſit contra Deum, vel vtilitatem eccleſiæ, & occaſione huius iuramenti velint impedire, ne id vtilitatis fiat: quod communiter placeat conſtitui, non ſunt audiendi.

CAPVT

a Cõtradicere. hoc dictum Inno. hic pro valde notabili exclamabat Abb. in c. cõtinebatur. ex. lit. fi. ſuprà, de cõſti. et in c. in cauſis. col. 2. ſup. de elec. ad quod adde quæ nb. Io. de Ana. in c. veniẽs. inf. de ſimo. & Abb. in c. dilectus el. 2. col. 2. eo. tit. et adde Abb. in c. veſtra. de loc. et Feli. in c. cùm omnes. co. 6. poſt me. de conſti. ſup.

CAPVT II.

1 *Conſuetudo nunquid iuuet aliquem canonicum, vt poſſit interdicere eccleſiam.*
2 *Tenetur epiſcopus ad cogen. aliquos ne interdictum ſeruent.*

QVAESIVIT. (Minimis) .i. modicæ ſciẽtiæ, vel .i. inferioris gradus. † (Nõ debes) no. conſuetudinem non iuuare aliquem canonicum, vt poſſit interdicere eccleſiam, quamuis poſsit iuuare, vt habeat iuriſdictionem: & per conſequẽs poterit eccleſiam, & perſonas interdicere. ar. ſup. de offi. dele. ex literis. ſi autem eſſet prælatus, qui haberet ordinariam iuriſdictionem, vel delegatã, poſſet interdicere eccleſiam. ſup. de appel. dilecto. ſ. de offi. deleg. ſanè. 2. Vel dic, quod ex conſuetudine poteſt induci, vt quiſque canonicus habeat iuriſdictionẽ in aliquos homines, ſuper quos habet aliquã prælationem, puta quia ſunt, vel habitãt in præbenda, & tunc ſecundũ conſuetudinẽ poterit non tantùm interdicere certos homines, vel excommunicare, ſed etiam terram, ſed hoc non poteſt conſuetudine induci, quòd pro factis cõmunibus eccleſiæ, quilibet canonicus interdicat, vel excommunicet homines eccleſiæ, quia quomodo poterit eos ligare, qui non ſunt ſubditi ei⁹. ar. cõtra eos. 21. diſt. inferior. nec enim quilibet de capitulo dominus eſt hominũ eccleſiæ, vel de capitulo, ſed vniuerſitas. 12. q. 2. qui manumittitur.

2 (†Ab alijs) no. epiſcopum teneri ad cogendum aliquos, vt interdictum non ſeruent: & ad hoc ex officio ſuo coget ſubditos. (deliquerit) puta quia ponit interdictum in eccleſia, vel quod melius eſt, nõ loquitur de delicto ponendi interdictum, ſed de delicto, quod alius perpetrat, & dicit, quod propter hoc non eſt interdicenda eccleſia, ſed ipſe tãtum puniendus eſt.

CAPVT III.

EX ORE. (In præpoſitum) Præpoſitus autem Auguſten. electus erat in epiſcopũ Brixienſ. iam enim tranſierat tẽpus de conſecrandis epiſcopis, quia aliàs non licet. ſup. de ele. cùm in cunctis. ☞ †(In ſignum) licet ſic diceret non probat, quia ſi probauiſſet, ſicut ex electione acquiritur ius canonicatus, ita ex inueſtitura vacantis beneficij, cùm ad hoc quod ſit canonicus, ſufficiat cõſenſus electi, & eius qui poteſtatem habet eligendi vel conferendi. ſup. de elect. cùm inter canonicos. aliàs autem per inueſtituram in corporalibus, vel per alium contractum, non tranſit dominium ſine traditione. C. de diſtrac. pig. qui prædium. niſi in caſu. C. de dona. quæ ſub modo. l. 1. C. de pact. inter emp. commiſſoriæ. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. ſed per eum. ff. de acqui. re. domi. homo liber. ff. de dona. inter vir. & vxor. ſi vxor filios. nec poſſeſsio, vt hîc. arg. tamen contrarium. ſuprà, de conſue. cap. 2. & ibi de hoc not. Vel dic, quod dedit annulũ in ſignum inueſtituræ, non præſentis, ſed futuræ, vel fortè inueſtiri debebat ſub conditione, quæ fortè non extitit, & quod eum non inueſtierit, ex eo apparet, quia ipſe hîc non erat in curia, ſed ei alibi exiſtenti annulum deſtinauit, ſcilicet executori de quo eum inueſtiret. (Annulo) hic annulus fuit deſtinatus iudici, vt cùm vacaret præpoſitura eidem B. per electionem canonicorum vel per executores conferretur ſibi præpoſitura, & per illum annulum inueſtiretur de ea (audiuiſſet) fortè ab his, qui de curia venerant, vbi confirmatus erat (literas) de propoſitura danda H. (earum) literarum Papæ vel delegatorũ eius (aſsignato) à iudice delegato (ipſi) canonici Auguſtenſ. (H.) nõ eſt. hic H. ille præpoſit⁹ de quo hic agit, & cuius fuit electio confirma, ſed alius cuius electio caſſata fuit, vel erat mortuus (elegerũt) ꝓ quo facto, licet ipſi pro inobediẽtia ſint puniendi, electio tamen ab eis facta tenet, de hoc not. ſuprà, de præben. inter cætera. (inueſtitus) ſcilicet in ſignum inueſtituræ futuræ annulus deſtinatur. (Inueſtiretur) per executores (ratione) qua ratione caſſata fuerit hîc non dicitur, ſed propter defectum ætatis caſſata fuit, vt quidam dicunt. (Exhibuit) ſuprà, de præben. dilectus filius P. vbi habes contrarium, ſoluit tamen ibi. (Per appellationem) appellauit enim hic H. mortuus H. cui reuerentiam, vt præpoſito exhibuit, & capitulo Auguſtenſ. coadunato pro eligendo alio præpoſito, ne alius præter ipſum in præpoſitum eligeretur, cùm ad eum de iure præpoſitura ſpectaret. (Communem) ſuprà eodem cap. 1. de præpoſito faciendo.

CAPVT IIII.

1 *Maior pars capituli cum epiſcopo pro vtilitate eccleſiæ poteſt aliquid ſtatuere de rebus eccleſiæ ſingulariter & ſpecialiter ad quælibet canonicorum pertinentibus.*

EX PARTE. (Restaurandam) ad hoc faciendum deputata est quarta redituum, vel tertia secundum diuersas consuetudines. 10. q. 3. vnio. 12. q. 2. concesso. & c. sequenti. vnde videtur, quod canonici ad hoc conferre non deberent. Respondemus non vbique fieri illam diuisionem quartarum secundum quod habes. 11. q. 1. antiquos. & c. de his. ibi locum habet decretalis, consuetudo enim in talibus est seruanda. inf. de sepult. certificari. & etiam si quarta non sufficeret ad fabricam, posset cogi cõferre de alijs. 16. q. 1. si monachus. (Statuimus.) no. quod de iure est non de gratia. †Sanioris) no. maiorẽ partẽ capituli cum episcopo pro vtilitate ecclesiæ posse aliquid statuere, de rebus ecclesiæ singulariter, & specialiter ad quemlibet canonicorum pertinentibus, secùs autem si non essent res ecclesiæ, sed propriè canonicorum, quia ibi potior esset cõditio prohibentis. ff. eo. Sabinus. ff. de serui. rusti. prædi. per fundum. argumentum. contra. sup. de consti. cùm omnes.

TITVLVS XII.

VT ECCLE. BENEFI. SINE ALIQVA DIMINV. confertantur.

CAPVT I.

1 *Præsumitur contra facientes aliquid occultè.*
2 *Onus probandi in reum trãsfertur præsumptione, & actoris priuilegio, vt in nu. 3.*
4 *Nedum in episcopatibus, sed etiam in præbendis, necesse est electionem publicari.*
5 *Debet archiepiscopus qui est patronus alicuius dignitatis mortuo prælato habere custodiam bonorum eius dignitatis.*
Custodia rerũ ad quẽ ptineat, mortuo prælato.
6 *Potest episcopus cum consensu capituli sui ex causa constituere de retinendis fructibus dignitatis, vel præbendæ vacantis, & vide multa in nu. 7. & 8.*

VT NOSTRVM. Archiepiscopo Mediolanensi mandauit Papa, quòd cancellariam cuidam conferret, cui ipse archiepiscopus rescripsit, quòd eam alij contulerat: dominus autẽ Papa inde motus ex eo, quod per annum steterat cancellaria sine aliquo, qui se diceret cancellarium, & quia viua voce sibi aliquando dixerat archiepiscopus, quòd nemini eam contulerat, mandauit inquiri de tempore, quo donauit cancellariam, & si modo canonico, & si persona instituta erat idonea super quibus, cùm recepti essent testes archiepiscopi: archiepiscopus quasi in modum redargutionis rescripsit Papæ, se grauatum ex eo, quod coactus erat probationes inducere super præmissis, cum domino Papæ tanquam actori onus probandi incumberet. Contra autem inuectionem archiepiscopi Papa respondet hoc. (negotium) scilicet inquisitionis quam fecit an vacaret cancellaria. (Iudicij.) directi sed inquisitionis. (cùm enim) ponit rationem archiepiscopi contra se: & post respõdet (iuris). ff. de renũ. sup hoc. 6. q. vlti. actor. C. de proba. actor. (explorati). id est, manifesti. (Cõueniebaris) verba ponit archiepiscopi, non enim cõueniebat sed inqrebat. †(Occulta) not. 1 præsumi contra facientes aliquid occultè. sic, suprà, de officio delega. consuluit. 19. dist. Anastasius. ff. de iur. fis. ita. ff. de admini. tut. existimo. 18. quæst. si pernicioſam. ff. de ven. inspi. l. 1. §. inspiciendo. argumentum. C. de dilat. l. prima. libro decimo. hodie autem electiones clandestinæ non valent. sup. de elect. quia propter.

2 † Suspicione) not. præsumptione transferre onus probandi in reum. sic. suprà, de procur. ex infinuatione. ff. de donatio. inter virum & vxorem. quintus. Idem est, quando actor fundauit intentionẽ suam. C. de contra. morã. C. de proba. siue. idem quando sponte assumit onus probationis. ff. de probatio. circa. Idem in omnibus communibus iudicijs, & cùm vterque se possidere contendit. suprà, de proba. cap. 2. & c. licet. ff. de probat. in tribus. idem in crimine læsæ maiestatis, proditionis patriæ, peculatus, & sacramentis defertis: vt. C. de aboli. falsa citer.

3 † Item actoris priuilegio transfertur onus probationis in reum, puta si pupillus, vel miles solutum reperat tanquam indebitũ. ff. de probat. cùm deinde. Item ipsius rei delictum transfert onus probãdi in ipsum, si enim actor probauit solutionem esse factam reo, qui negauerat reus probare, tenetur se debitum recepisse: vt in. l. prædallegata cùm deinde. & infra, de solutio. is qui. Idem in negatiua, quæ habet implicitam affirmatiuam. suprà, de renunciatio. c. super hoc. & ff. de probatio. ab eodem. & l. filius. 3. quæst. 9. indicas. inf. de succes. ab intesta. cùm dilect. (Statuta). sup. de concess. præben. vel eccle. non vacan. c. 2.

4 †Potuissemus) not. nõ solùm in episcopatibus, sed etiam in præbendis publicari electionẽ esse necesse, & nisi publicetur si fiat alia electio, tenet. Credimus tamen quod si fiat intra tempus legitimum electio, quandocunque publicetur, nõ tenet alia electio post publicationem facta. arg. sup. de elect. quia propter. in fi. & hoc satis innuitur hic: tamen quia non potest esse sine graui negligentia, potest illi cancellario, qui se celauit auferri cancellaria & alij dari. (Prima facie). inf. de censi. cùm olim. C. de erro. aduo. l. vlti. 3. q. 4. item qui falso. ff. de quæstio. de mino. & l. ex libero. (Contrarietatem). sup. de appella. solicitudinem. C. de liber. cau. cùm precũ. (carnali.) not. præsumi contra cõsanguineos. 10. q. 3. episcopus. 89. dist. decẽter. C. de donat. donatio. 1. q. 1. si quis neq; sup. de æta. tuam. vbi. no. (Cùm in lateranẽsi.) inf. de censi. prohibemus. †(Qui dat) qualis hic erat archiepiscopus. (Donationẽ) potest sic sonare præsens distinctio; vt si alius siue causa custodiæ, siue alio modo possidet prouentus alicuius dignitatis vacantis, non potest episcopus de prouentibus aliquid disponere, sed si episcopus possideret fructus, de iure vacantis dignitatis puta quia est dignitas quæ beneficium & prouisionem recipit de mensa episcopi, potest statuere quod ad tempus teneantur fructus eius, vt hîc, nec erit tunc aliquis in dignitate. Vel dic & melius, quod aliqd erit in dignitate, sed prouentus non recipiet, vel posset intelligi, quòd hoc fit non tantùm si de mensa episcopi recipit, sed etiam si aliunde habet dignitas reditus archiepiscopi, tamen de iure vel consuetudine causa custodiæ tantùm fructus percipiat, vt futuro successori reseruet semper fieri debet, nisi forte in præcedenti casu. 12. quæst. 2. huius charitatẽ. (Ipse) archiepiscopus. (Sed alius) fortè capitulum vel alius. (Et ex donatione) siue statuendo siue paciscendo. Quidam tamen dicunt, quod etiam si capitulum, vel alius possideret, quòd posset episcopus statuere de prouentibus habendis, sed non propter donationem dignitatis (Simoniacam) 1. q. 3. si quis pre. & c. si quis assess. (Ipse) fortè quia episcopus creauerat dignitatem illam, & inde est, quòd vacante cãcellaria possidebat, vel potius custodiebat prouentus.

5 (Prouentus) quia hic archiepiscopus erat patronus huius dignitatis: † ideò mortuo prælato debet habere custodiam bonorum dignitatis. argumentum. suprà, de appell. bo. me. O. cùm ei de temporalibus debeat responderi. 16. quæst. 2. cap. 2. secùs si esset patronus laicus, quia tunc non laicus, sed episcopus cui subest ecclesia per se, vel per alium res ecclesiæ gubernabit. suprà de officio ordinato. cùm nos. infrà, de succes. ab intest. c. 2. vel ad archidia. sed hoc habet de consuetudine. suprà, de institutione. cùm veniissent. 63. dist. si imple.

Et hæc sunt vera si prædictæ ecclesiæ non habent collegium, quia tunc custodia rerum pertinet ad collegium mortuo prælato. arg. 2. q. 2. non licet. mortuo autem episcopo, res eius debent esse in potestate œconomi. 75. dist. quoniam quidam. Vel dic & melius, in potestate œconomi & clerici ecclesiæ. 12. q. 2. illud sta. & c. charitatem. & si non sit ibi œconomus, clerici ea custodient, & si non sint ibi clerici, custodient ea archiepiscopi. 12. quæst. 2. non licet. & q. 5. sic. vbi autem ad clericos pertinet custodia, possunt eam committere archiepiscopo: vt 9. quæst. 3. conquestus.

Et hæc vera sunt quousque Papa det visitatorem, quia extunc ipse solus visitator res ecclesiæ custodiet. 61. dist. obitũ. & c. sequenti. & non credimus, quòd sine causæ cognitione & non vocatis quorum interest custodiam, vel visitatorẽ in præiudicium alterius alius quàm Papa dari possit.

6 † Constituat) cum capitulo suo. sup. de his quæ fi. à præla. sine consen. cap. quãto. & sic habes argumentum quod episcopus ex causa potest constituere cũ cõsensu capituli sui de retinendis fructibus dignitatis, vel præbẽdæ vacantis, puta si ecclesia grauetur debitis. sic. suprà, de præben. significatum. pro vtilitate etiam ecclesiæ vacantis alienari possunt res etiam ecclesiæ vacantis. 10. quæst. 2. c. vlti. sed cõtra. sup. ne se. vacan. c. 1. soluitur ibi. Imò etiam nõ vacante ecclesia, episcopus potest ex causa iusta alienare res ecclesiæ: vt inf. de his quæ fi. à præla. sine consen. c. per tuas. & c. pastoralis. inf. de dona. consulta. 16. q. 1. statuimus. sup. de præben. auaritiæ, nam & agere eis potest. inf. de suc. ab intesta. cùm dilect. & ecclesiæ cum dotibus suis pertinent ad episcopos. 10. q. 1. c. 2. & c. seq. item potest vnire ecclesias. infrà, de

excesſi.præla.ſicut,& de vna facere duas. ℣.de eccl.ædifi.ad audientiam.imò ex toto dignitatem remouere poteſt.℣.de conſti.cùm veniſſent.

☞ †Sed cùm dignitas non vacat ꝑlato irrequiſito, qui eſt in dignitate inſtitutus, nõ poteſt eius iura diminuere ſine cauſæ cognitione.C.de emã.nec.tu.℣.de ecc.edic. ad audientiam.C.de communi agr.deſer. quicunq;.Et hæc fortè tantùm habent locum in eccleſijs, vbi epiſcopi habent iuſpatronatus ex ſua fundatione, cùm eis ſit reddenda ratio.16.q.2.c.2.eis incumbit,q̃ vacantes eccleſias cuſtodiant:vt no.℣. de appel. bo. me. & quod earum nomine agant,nec poterunt epiſcopi res illarum alienare,ſi autẽ laici haberent iuſpatronatus, cùm tunc eccleſiæ cum dotibus ſuis pertineant ad epiſcopos ex iuſta cauſa,res ipſarum poterunt epiſcopi alienare.ar.10. q.1.c.2. ſed patroni poterunt contradicere.ar.16.q.7. filijs . & etiam de honeſto requirendus eſt aſſenſus patroni.12. q.2.precariæ. 10. q. 2. precarię.licet quidam illa capitula intelligant de imparibus, & ſecũdum hoc modica videtur differentia ſiue vacet, ſiue non, cùm ſemper de rebus eius poſsit ordinare, quòd iuſtum eſt, ſed facilius cùm vacat. Item cùm vacat,non poteſt ſtatuere,niſi fortè vrgẽtiſsima cauſa ſubeſſet,quod fructus diminuãturin vita prælati.℣.de dona.conſulta. Item licet poſsit ſtatuere vel concedere alicui,quòd eccleſiam cõuertat in ſuos vſus,vt in ꝓxalle. decre.conſulta.tamen non debet vẽdere , vel diſsipare res eccleſiæ. 10. q. 2. c. vlti. nec aliquid inde accipere pro ie.12.q. 2.nulli.niſi quòd canonibus vel conſuetudine ſibi debetur.10.q.3.per totum . Nec poteſt in ſua vtilitatẽ, vel in ſuos vſus cõuertere,cùm non poſsit fieri ſine ſummaria cognitione . 10.q.2.c.1. & hoc ius. 12.q. 2.ſine ex.

7 †Item differentia debet eſſe inter dantẽ & recipientem, & dantem & authoritatẽ præſtantem.℣.de iurepa.per tuas.℣.de inſti.c.vlti.C.de autho.tuto.l.1.ſed benè dicimus,quòd cum authoritate capituli ſui poteſt conſtituere,quod ad tempus & etiã in perpetuum poſsit fructus alicuius dignitatis tenere , & eccleſiam in proprios vſus conuertere. argumentum.ſup.de cõſti.cùm acceſsiſſent.& ſup.de conceſ.præben. vel eccle. non vac.cum noſtris. Sed alij intelligunt illã decr.cum noſtris,quòd authoritate ſuperioris tenebat, & hanc decre. intelligunt, quòd retinere poteſt prouentus pro vtilitate dignitatis,nõ ſua, omnes enim prouentus ſucceſſori ſeruari debent, vt expreſſè habes. 12. q. 2.de reditibus . vel intelligitur quando de menſa ſua prouidebat dignitati,vt diximus in gl. illa poteſt. Hoc autem ſcias, quod ſi in prædictis caſibus malè alienauerit aliquis epiſcopus eccleſię,cuius res alienatę ſunt, ſubuenitur vel per beneficium reſtitutionis in integrum vel alio modo.(Cauſa iuſta) pro debitis eccleſiæ vel dignitatis ſoluendis.

8 †Pro cauſa iuſta) quantumcunq; pro iuſta cauſa epiſcopus alienet perpetuò bona eccleſiæ vacantis non valet alienatio, niſi eccleſia habeat defenſorem legitimè conſtitutum, vt habes arg.op.C.ſi ob.publi.penſi.l.ſi. C. de admi.tut.lex.& niſi fiat præmiſſo tractatu,& cauſę cognitione. 12.q.2.ſiue.10.q.2. c.50. Nec eſt cõtra. ſup. de his quæ ſi. à præla. tua. & c.paſto. quia non negat hoc debere requiri, & quod ibi minus dicitur, per alia iura ſuppletur, ad tempus autem concedere poteſt ſine tanta ſolennitate. arg.hîc.

TITVLVS XIII.

DE REBVS ECCLE. ALIENANDIS, VEL NON.

CAPVT I.

NON LICET. (Eccleſiæ vertere)ſibi ſubiectæ,ſi tamẽ iuſta cauſa ædificet nouam eccleſiam iura quę debentur matrici eccleſiæ ratione eccleſię, vel ratiõe parochianorũ,qui ſibi deputãtur,dare poteſt eccleſiæ de nouo ædificatę:puta decimas,oblatiões,mortuaria & cõſimilia. inf.de eccle . edi . ad audientiã. propriæ aũt eccleſiæ quã fundauit tãtùm,dare poteſt ſi iuſta cauſa ſubſit. 12.q. 2.bonæ. ſup. de his quæ fiunt à præla.continebatur (commutare) 10.q.2.hoc ius.§. ſed permutare.

CAPVT II.

VI RES. (Aegentium)16. quęſt.1.quoniam quicquam. (quæ obtinent)id eſt, donationes à regibus factę,& quas obtinent bona eccleſiarum.

CAPVT III.

CONSEN.

CONSENSVS. (Acquirunt) Eriã de bonis eccleſiæ. (Aliquos) etiam non benè meritos, benè meritos enim poſsunt manumittere , etiam ſi nihil acquirant. 12. quæſt.2. ſi quos de ſeruis.(Manumittere) cum conſenſu tamen epiſcopi.12.q.2.placuit.(Antiquę)12.qõ.2. epiſcopus.qui manet.(Et poſteritate)hoc ſpeciale eſt in libertis eccleſiæ.12.qõ.2.liberti.(Longinquitate)& no.ſup.de ſer.nõ ordi.de famulis.(Vtilitates)operas manumiſsionis tempore impoſitas.

CAPVT IIII.

1 *Quotuplex dicatur eſſe res in rebus.*
Alienatum non eſt,quando dominium apud me manet,& alienare quid ſit.& nu.2.
2 *Nedum proprietas ſed poſſeſsio in larga ſignificatione alienari dicitur.*
3 *Reſcripta latiſsimè ſunt interpretanda.*

EPISCOPI. (Qui conferunt) ſup.c.proxi.12. q.1.epiſcopus qui tuam. (Condemnationem)quia illicita datio liberatis eſt cauſa quare æternaliter condemnetur,& etiam hoc à iudicibus ſuis.(Succeſſor)ſed ipſe coram iudice delegato poterit reuocare. C. de agrico. & cenſit.quemadmodum.& nota.ſup.de election.noſti.

1 †Adius eccleſiæ) id eſt, poteſtatem, quaſi dicat facias, quod illi, qui ſunt alienati ab eccleſia,redeant ad ſuam poteſtatem , & ſic ſumitur inſtitu. de his qui ſui vel alieni iuris ſunt,& in titu.& in tex.vnde apparet,quod quando alicui mãdatur, quod ea quæ de bonis alicuius eccleſiæ inuenerit alienata,ſtudeat ad ius & proprietatem eiuſdem eccleſiæ reuocare,id eſt, quod aliquæ res intelliguntur ad ius eccleſiæ reuocari, id eſt, poteſtatem,etiam ſi eccleſia non admiſerit proprietatem, ſed poſſeſsionem tantùm, nam & duplex ius habetur in rebus.l.proprietatis,& poſſeſsionis.

Sed iterũ oppones,quia videtur quòd per prædictas literas,nullo modo agi poſsit poſſeſſorio ab illo,qui habet proprietatem,quod ſic probabitur,quia nunquã debet dici alienatum vel diſtractum , ſi dominium apud eum remanſit.ff.de verbo. ſigni. alienatum. ff. & C.de diſtract. pig. per totum. Item probabitur alia ratione, quia non poteſt dici alienatum, niſi ſit ab aliquo alienatum, vel diſtractum,ſed cõſtat quòd ſi agatur poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis,quod eſt inuaſum à nemine alienatum, & hoc inquam quidam dixerunt.

2 †Sed alij dixerunt & fortè melius, quod per huiuſmodi literas,poteſt agi petitorio & poſſeſſorio , quia non ſolùm in larga ſignificatione dicitur alienari proprietas , ſed poſſeſsio. ff. de alie. iud. mu. cauſ. fac.non ſolùm.in princ.ff.quod me. cau.ſimiliter.§.2.inf.eod.c.proxi.C.de re. alie. ſancimus.℣.de reſcript.ſuper literis. contraria autem loquuntur in ſtricta ſignificatione, & quod dicitur,quod nõ dicitur alienatũ inuaſum, ſed oportet quod ab aliquo alienetur? Reſpon. hoc falſum eſſe, quia propriè dicitur de prædio,quod eccleſia amiſit per occupationem alterius, quia idem prædium eſt alienatum ab eccleſia, id eſt,alienum factũ, & ſic ſumitur, quando dicitur aliquis eſt alienatus mente,id eſt,alienus factus mẽte.℣.de ſuc. ab integ.c.fi.15.q.1.in prin.ſic etiam ſumit in Pſal. vbi dicitur,alienati ſunt peccatores à vulua,id eſt,peccatores facti ſunt alieni à veritate,id eſt, ꝓuiſum eſt,quod fierent alieni ipſi dico peccatores à vulua.i. ſua origine,& in hoc ſenſu ſumit ab Apoſtolo,vbi loquit ad Coloſſenſ.Et vos cùm eſſetis aliquãdo alienati,& inimici.& alibi etiam loquitur ad Epheſios,dicens,eos alienatos à cõuerſione Iſraël , & à gratia. Ex his enim apparet , quod dicitur alienatum,& ſi à nemine eſſet alienatũ. Item nõ videtur nobis,q̃ per huiuſmodi formã literarum debeat iudex procedere inquirẽdo,ſed in forma iudicij,& hoc ſatis colligitur ex eo,q̃ dicitur.℣.eo. ad audientiã. &.℣.de donat. fraternitatem.vbi dicit legitimè reuocare.Nec mireris ſi aliquando receditur à prima ſignificatione verbi, prævalet enim ſenſus verbo. ff.de hæred. inſti.l.4.C.de libe.præte.l.pen.

3 †Item reſcripta latiſsimè ſunt interpretanda.ff.de iudi.ſolemnis.ſup.de cauſa poſ.cum eccleſia.circa fi.ff.de iudi.in ambi.Alij tamen aliter dicunt,ſcilicet,quod per huiuſmodi literas, non poteſt agi poſſeſſorio recuperandæ poſſeſsionis. Idem quod dictum eſt in hac forma,dicendum eſt & in illa,quicquid poſt arreptum iter inueneris attentatum, vel poſt litem cœptam ſtudeas in ſtatum legitimum reuocare,has formas habes ſup.de peregri.c.1. ſup.de conſti.cùm M.nam in iſtis formis, ſicut in prima procedendum eſt ordine iudiciario, ita procedi poteſt ſecundũ eas & poſſeſſorio & petitorio, & ſic ſentẽtiauit Papa in cauſa ſanctæ Mariæ Eboracẽſ.

CAPVT V.

1 *Prædium conditionale quid sit.*

NVLLI. (Alienare) nisi pro vtilitate ecclesiæ, & cum iuris solennitate. 12. q. 2. fine ex. & 10. q. 2. hoc ius. Alij tamen dicunt & fortè melius, cùm solennitate quæ in ecclesia illa per cõsuetudinem introducta est, & si fit præter ius, dummodò non sit aliàs grauis, ne sit cõtra. sup. de sen. & re iu. cum causa. (Immobilē) secùs in mobilibus. arg. C. de admi. tu. lex quæ. C. de præ. mi. inter omnes. (Hypothecæ) insti. de ac. §. inter pignus. (Alienationis) hìc largè accipitur, alibi strictè. C. de fun. do. l. 1. ff. de verbo. signi. alienatio-
1 nis. (Conditionem) † cõtractus conditionis dicitur, vbi prædium constituitur tributarium, & vulgariter tale prædium dicitur conditionale, quia sub conditione tale prædium cadit in commissum, scilicet, si non soluat tributum, vel contractus conditionis dicitur, vbi contractus celebratur sub conditione. Quidam tamen non intelligentes, corrumpunt literam hìc, scilicet, conductionem ponendo, cùm conducere nullo modo sit alienare. (Perpetuum) scilicet, quamdiu pensio soluitur ab eo, vel ab hæredibus eius, si certũ tempus apponatur. C. de reb. alie. non alie. sancimus. inteſt. locati. §. ad hoc. vel quãdiu viuet conductor, si contrahentes hoc volunt. ff. pro so. l. 3. argum. contrarium. sup. de iure emphy. l. 1. (Comminauerũt.) C. de epis. iubemus.

CAPVT VI.

2 *Anathema quid habeat in se virtutis & operationis.*

Actio ex empto competit ementi contra eum, qui non ecclesiæ, vel ciuitatis vendit, nisi ecclesia vel ciuitas facta sit locupletior, & quomodo hoc casu actio sit instituenda.

3 *De euictione tenetur solus principalis alienator.*

SI QVIS. (Defensorum) aduocatorum, vel procuratorum. 16. quæst. 1. præsentium. † (Anathemate) id est, anathematizetur, quo anathemate non tantùm fit corporalis separatio à communione fratrum, sed etiam Deus separat animas à custodia, & gratia sua. (Et alienator.) Sed nõnne hic emptor habet actionem ex contractu aduersus prælatum vendentem, ad pretium reddendũ? Respondemus sic. 10. quæst. 2. hoc ius. §. qui rem. 12. qõ. 2. vulterane. Authen. de non alie. §. quia verò Leonis. Idem etiam est in illis, qui cõtrahunt nomine ciuitatis, quia si ciuitas non sit facta locupletior, tenentur ipsi, qui contrahunt. ff. si cer. pe. ciuitas. C. si cer. pe. eum. Sed dices, nõnne prælato cõtra agentem dabitur exceptio doli, scilicet, quia rem ecclesiæ illicitè emit, vnde sibi imputare debet, si quod damnũ incurrit, potest responderi, quod non dabit prælato hæc exceptio, licet enim malè & cõtra leges emerit, tamen venditor de euictione tenetur. Vel dic, dari doli exceptionem prælato. Sed contra illam doli exceptionem datur emptori dòli replicatio, quod licet quando excipiens de dolo, incipit proponere, secundum quod not. ff. de adul. c. penul. & hoc excipiens de do. incipit proponere. Actio enim ex empto competit ementi contra eum, qui nomine ecclesiæ, vel ciuitatis vendidit, nisi ecclesia, vel ciuitas facta sit locupletior, & si nihil dolo fecerit venditor, vt in iuribus prælegatis, & ita actor agens in propositione actionis, nihil de dolo proponere debet, sed tamen sic dicet. Talem rem quam vendidisti mihi nomine talis ecclesiæ, me oportuit ei restituere, quæ non fuit ex pretio facta locupletior, vel etiam per hæc verba, peto quod mihi pretium cum interesse restituas, si enim à dolo inciperet agere, tunc prælato daretur doli exceptio, & non competeret doli replicatio emptori. ff. de do. excep. apud. §. Marcellus. vnde secundum hoc videtur, si diceret, peto pretium & interesse, quia vendidisti contra formam, quod non esset audiendus, vel quod daretur exceptio, tu allegas turpitudinem tuam, & in pari causa turpitudinis potior est conditio possidentis. ff. de condi. ob. turp. causam. l. penul.

† Sed dices nõnne quilibet potest habere actionem, vbi non fiet mentio de dolo, nam ferè in omnibus casibus competit certi condictio, vel triticaria, quæ doli mentionem non habet. ff. si cer. pet. certi cõdictio. ff. de triti. vlti. Sed respondemus, licet proponatur generalis actio, quæ de dolo nõ habet mentionem, tamen quando proponitur ex causa turpi, sicut ex causa furti, non admittetur petitio vel libellus, nisi causam exprimat, vt no. sup. de offic. ord. conquerente.

2 † Item no. quòd solus principalis alienator tenetur de euictione, & si multi fuerunt, qui simul fecerunt, omnes tenebuntur, assentientes autem & subscribentes, alijs

alijs pœnis subiacebunt. 12. quæstio. 2. non licet. Qualiter autem, & quando tutor, vel curator, vel quilibet alius procurator teneatur de his, quæ agit nomine domini sui. not. est in summa. C. de procu. Quidã dicunt & non malè, sed leuius, quòd huiusmodi conductores si sunt bonæ fidei, habent actionem contra locatores ad pecuniam repetendam. 12. quæstio. 2. Vulteran. Authen. de non alie. re. eccl. §. si quis igitur. sed malæ fidei non. 16. quæstio. 3. §. vniuersos. 10. quæstio. 2. hoc ius in fi. nisi fibi de euictione prospexerit. C. de euict. si fundum. in casu tamen speciali agit malæfidei possessor ad pretium. §. communia de leg. l. fi. §. fi. (Celeri) antequam excommunicetur, vel antequam ecclesia damnificetur (Restitutione) C. ne fiscus rem quam ven. l. circa. lib. 10. ff. de ali. iu. mu. causa. ex hoc. §. 3. (Sibi) de hoc not. sup. de elect. nosti. (Remedium) scilicet, quòd res ecclesiæ restituant. (Assciptam) contra alienatores & assentientes & subscribentes. (Vacuetur) id est, per sententiam publicè nuncietur. (Quibuscunq;) maioribus & minoribus conuersis & patronis. 16. q. vlt. filijs. imò & laicis. arg. in Authen. de ecc. ti. §. si autem sancimus. Quidam tamen hoc negant, sed tu repete, quæ diximus sup. de testi. cùm olim. (Reposcere) nec satis dabit iste agẽs pro ecclesia, quod rem deducit in iudicium, & præiudicat ecclesiæ sententia contra hunc lata, si sciuit causam agi. ff. de accu. si tibi. §. ijsdem. ff. de adminiſt. tut. vulgo. C. de adminiſt. tut. l. fin. §. defen. qualiter autem concipere debet libellum. not. sup. de testi. cùm olim.

CAPVT VII.

AD AVRES. (Extirpare) 10. quæstio. 2. hoc ius. §. perpetua. & §. si qua. (Hæreditatis) id est, in perpetuam emphyteosim. (Concedere) cum consensu tamen capituli. 10. quæst. 2. hoc ius. §. perpetua. (Tunc possunt) tempore locationis, quasi dicat, quamuis primò potuerit plus locari, hoc non debet obesse conductori. argu. C. locati. ibidem q̃. & l. quidam. & C. de alluui. l. vlt. (Alijs) & tamen sibi non liceret locare alijs, sicut nec alienare. sup. eod. nulli. in hoc ergò habet priuil. quod ei locari licet.

CAPVT VIII.

VT SVPER. (Si possessiones) quocunque modo ad manus prædecessoris deuolutæ, & quamdiu vixerit possesse. Vel dic, quòd genitiui, qui sequuntur, scilicet, regalium reguntur ab hoc nomine reditus, seu etiam ab hoc nomine, possessiones. Reges enim sæpè solebant pro decimis retentis dare possessiones, vel reditus. (Prouenientes) scilicet, reditus, vel possessiones de mensa (De mensa.) quia enim prædecessor toto tempore vitæ suæ possedit eas, videbatur quod deberent dici de mensa episcopi, quia verò de nouo erant ad ecclesiam deuolutæ, videbatur, quòd non deberent dici de mensa episcopi, & sic per consequens possent alienari. arg. inf. de feudis. c. vlt. Sed quia in tutiorem partem interpretandum est, consuluit non alienandum, & est sanum, & necessarium consilium, cùm iurat non alienare ea, quæ de mensa sunt, intelligitur, vt non solùm teneatur non alienare, quæ antiquitus assignata sunt mensæ, sed etiam quæ de nouo. Nec enim videmus, quare plus de quibusdã, quàm de alijs intelligitur, secùs autẽ est in illis rebus, quæ ecclesiæ sunt, sed alij datur vtile dominiũ, & etiam quandoq; ad ecclesiam reuertũtur, quia illa non sic de mensa intelliguntẽ, vt sunt feuda, vt. ff. de feudis. c. fi. sed quasi videtur ordinatum de eis, quòd si sit licitũ eis in feudum dare, sed si hodie de nouo dentur, videntur data, vt in bonis & in vtilitatem ecclesiæ perseuerent, vnde non licet ordinare, quòd aliquid exeat de mẽsa. Minus) 12. qõ. 2. terrulas contrarium. Sol. ibi possessiones verò appellantur minus vtiles, id est, inutiles, vel quasi, hìc aũt dicuntur minus vtiles, non quod sint inutiles, vel quasi, sed quia sunt minus vtiles, quàm alię. (Cõcedimus) de speciali gratia. de iure enim cõmuni nõ põt alienare sine cõsensu superioris, nisi obstãte iuramẽto.

CAPVT IX.

AD AVDIENTIAM. (Procures.) De facto de iure enim non tenebat contractus. 12. quæstio. 2. fine ex. (Reuocari) de facto, vel sine scandalo. Conductoribus) si conductores fuerint bonæfidei in conducendo habent actionẽ contra locatores. 12. quæst. 2. Vulteran. in Authen. de reb. ecc. non alie. §. si quis seruus. si essent malæfi. non. 16. q. 3. §. potest. ver. vniuersitas. 10. q. 2. hoc ius in fin.

CAPVT X.

POSSESSIO-

POSSESSIONES. (Alienare) ſine authoritate ſuperioris. (Aſsignare) niſi fuerint regulares. infrà, de religio. do. inter.

CAPVT XI.

AD NOSTRAM. (Neceſsitate) debitorum. (Monaſterium) hîc intelligitur, quando contractus tenebat, nec aliqua ſolennitas deerat, & tamen propter enorme damnum monaſterij datur reſtitutio, & non propter leue. ff. de mino. ſi ex cauſa. 1. reſpon. Recepta) de gratia, quia de iure compenſare debebat. Vel dic, de iure eſſe, ex quo in feudum tenebat, & ex hoc vtile dominium habebat, quòd faceret ſuos fructus, & maximè, quia bonafide poſsidebat, & nō eſt vis ſiue contractus non teneret propter defectum ſolennitatis, ſiue tenebat. ſed propter læſionem dabatur in integrum reſtitutio. Item prædicta villa nō eſt pignus, ſcilicet, quod ſola. conuentione conſtituatur. pecuniam autem reddere tenentur, ſiue mutui contractum fecerint, ſiue actionem mandati, ſiue mandato eccleſiæ ſoluit. (Dimittat) petita in integ.

CAPVT XII.

CVM LAICIS. (Priuilegijs.) 16. quæſt. 1. generaliter. 17. diſt. §. hinc etiam.

CAPVT XIII.

1 *Quando imminet alienatio rerum pupilli facienda ſi non habet, vel habet minus bonum defenſorem, debet ei bonus defenſor, vel aduocatus per iudicem dari.*
2 *Res pupilli pretioſæ alienari non debent, niſi præmiſſa cognitione & interpoſitione decreti. quid autem de rebus eccleſiæ pretioſis in nu. 5.*
3 *Quæ ſit differentia inter decretum, authoritatem, & conſenſum. & etiam in nu. 6.*
4 *Alienationis contractus ſubſtantiam capit ex ſcriptura.*
5 *Contractus an & quando valeat ſine ſcriptura & ſubſcriptione.*

1 DVDVM. Et inf. †Defenſor) idē eſt in pupillo, quia quando imminet alienatio rerum pupilli facienda, ſi nō habet, vel habet minus bonū defenſorē, debet ei bonus defenſor, vel aduocatus dari per iudicem. ff. de rebus eorū qui ſub tu. l. magis. §. non paſsim. in fin. hic autem defenſor tam rerum minorum, quàm rerum eccleſiaſticarum docebit, quare alienatio debet fieri, vel denegari, & p̄cipiet epiſcopus alienationē fieri per ipſum defenſorem; vel ipſe epiſcopus alienabit, nam de iure canonum epiſcopus ex cauſa poteſt vnam eccleſiam, & res eius dare alteri. 12. quæſtio. 2. ſi epiſcopus. & c. ſeq. inf. de donat. pa. ſup. de his quæ fi. à præla. paſto. & not. ſup. vt ec. bene. c. 1. Nec mireris quod idem eſt alienator, & præſtās authoritatem alienationi, quia alienationem facit nomine eccleſiæ, quæ vel cuius res alienantur authoritatem præſtat, vt epiſcopus. Nec obeſt ſi læditur eccleſia, cuius res donantur, quia præferri debet communis vtilitas priuatæ, vel maius bonum minori. 7. qō. mutationes. & c. ſeq. ſi autem epiſcopus aliquid de iure ſuo alienaret. tunc ſecundū quoſdā neceſsaria eſſet authoritas archiepiſcopi, vt no. de trāſact. c. 2. & ſup. de his quæ fiunt ab epiſc. c. 1. Defenſore) vel perpetuo, vt eſt legitimus miniſter illius eccleſiæ, vel temporali, vt eſt defenſor, vel curator datus eccleſiæ ad oſtendendas rationes, quare alienatio huiuſmodi eſſet fienda, vel deneganda, nam ſine tali defenſore alienatio facta non valet. C. ſi ob. publ. pen. l. fi.

2 †Tractatus) 12. quæſt. 2. ſine ex. 10. q. 2. c. 1. ſimile eſt in rebus pretioſis pupilli, quæ non debent alienari, niſi præmiſſa cognitione & interpoſitione decreti. C. de præ. mi. minorum. & l. ſi minores. ff. de rebus eorum quæ ſub. tu. l. magis. §. non paſsim. & §. ſi eos. Imò etiam ſi interuenerit cognitio, & decretum tamen, nō valet alienatio, nec transfertur dominium ex tali alienatione, niſi in veritate ſubſit iuſta cauſa alienationis, vnde ea non conſtante, datur minori rei vendicatio cōtra poſſidentem, & etiam perſonalis actio tutelæ, vel negotij ge. contra tutorem, vel curatorem. ff. de rebus eorū. magis. §. & eos. & §. ſeq. & l. quamuis. C. de præ. mi. ſi præſes. ſed ſi iuſta cauſa ſubeſſet alienationis, licet aliàs minor læderetur in pretio, vel alijs non ſubueniretur, niſi per beneficiū in integ. reſti. C. de præ. mi. ſi quis.

Et hæc omnia dicunt quidam in alienatione rerum eccleſiæ obtinere, quæ pupillo comparatur. ff. quibus ex cauſis ma. in inte. re pupilli. ſed alij dicunt vt videtur melius, quod in alienationibus rerum eccleſiæ, non eſt neceſsarium decretum, ſed ſufficit ſola cognitio cauſarum alienationis, cum expreſſo cōſenſu epiſcopi & ſubſcriptione ipſius. 10. quæſtio. 2. caſellas hoc ius. 12. quęſtio. ſecunda. Abbatibus ſiue exlicet

licet enim leges præcipiant interponi decretum in alienationibus minorum, nunquàm tamen dicunt neceſsarium decretum in alienationibus rerū eccleſiæ. Imò dicunt, quòd conſenſus ſuorum ordinatorum interuenire deberet. 10. quæſt. 2. hoc ius. nec canones etiam vnquam decretū præcipiunt interuenire, ſed de ſolo conſenſu dicunt, vt in præalleg. c. fine.

☞ †Nec credimus neceſsaria alia, quæ leges ſtatuerunt in forma alienationis, vt eſt de iuramēto ordinatoris, ſcilicet, quod nihil eſt mobile, vnde debitū ſolui poſsit, item quod inſcribatur nihil fieri in læſionem domus factæ. 10. quæſtio. 2. hoc ius. item quod ad ſimilitudinem pupilli mittatur nuncius, qui reſcribat pretium ſolutum in vtilitatem domus. ff. de reb. eorum magis. §. ne tamen. nam ſtatuta legalia ſuper rebus eccleſiaſticis non ligant eccleſiam, niſi ea acceptauerit. 96. diſtin. benè quidem. circa fin. in decreti autem interpoſione, & alijs prædictis, eccleſia non acceptauit leges ſeculares, nec alio modo, & ideò ſi prædicta non interueniant, nihilominus valet contractus alienationis.

3 †Et not. quòd aliud eſt decretum, aliud authoritas, aliud conſenſus, ſiue collaudatio, decretum enim eſt ſententia, & non interponitur ſine cauſæ cognitione, & ideò in reſcriptis dandum eſt. C. de ſententijs experire. l. 1. & 2. ff. de rebus eo. qui ſub tu. l. 1. & l. magis. §. ſi es. C. de præ. mi. minorum. ſæpè tamen decretum in iure dicitur authoritas. C. de præ. mi. l. 1. C. quando decre. op. non eſt. l. 1. item decretum debet interponi ante alienationem. ff. de rebus eorum qui ſub tu. l. magis. §. nō paſsim. & d. §. ſe authoritatem autem præſtare in tutoribus & curatoribꝰ eſt authorem facere in his, quibus authoritatē præſtat. ff. de authori. præ. etiam. quæ præſtaṫ etiam ſine ſcriptis. arg. ff. de Authen. præ. obligari. §. fi. hāc ſecundū canones debent præſtare Abbates & Præpoſiti, & alij vniuerſitatū rectores conuenientibus & vniuerſitatibus, quando debent agere, vel ſe obligare. argu. C. de Authen. præ. clarum. ff. de confeſsis. certum. §. in pupillo. ſup. de iudi. c. cauſam. 1. de procu. conſulti. & c. 1. & interponitur authoritas, dum agit ipſum negotium, vel parum pōſt. inſt. de authoritate. tu. §. tutor. ff. de Authen. præ. oblig. §. tutor. ff. de acquiren. hæred. qui bona. §. inſſu. epiſcopi autē dicuntur præſtare authoritatem alienationibus & cōtractibus obligationibus, id eſt, cōſenſum, & tamē plus, quia eorum cōſenſus eſt neceſsarius, ſed aliorum canonicorum conſenſus non eſt neceſsārius, licet neceſsārium ſit requiri, & ſufficit conſenſus maioris partis. 10. quæſtio. 2. hoc ius. conſenſum autem prę̄ſtare minus eſt, & valet fieri ſine ſcriptis, niſi vbi expreſſum eſt, quod ſcriptura eſt neceſsaria, vt not. ſup. de his quæ fi. à præla. c. 1. Item præſtatur ante contractum & pòſt, quantum ad hoc, vt poſtea non poſsit contradicere, ſed non quantum ad hoc, quod eſt factum, quod non valet à principio, conualeſcere poſsit. ſup. de elect. auditis. quod ſicut eccleſia veſtra, quod videtur habere locum in contractibus, vbi certa forma requiritur, ſicut eſt in electionibus, de quibus prædictum eſt & in ſententijs, ſed in alijs contractibus, qui pendent ex ſolo conſenſu videtur, quòd ſi etiam ab initio non teneant, tamen ex poſt facto per ſubſequentes conſenſus confirmantur. ff. de ſer. ru. præd. per fundum. ff. communia prædi. receptum. & not. ſup. de offi. deleg. prudentiam. Item conſenſus eſt etiam minorum, ſed authoritas tantùm maiorum.

4 †Item not. quod quidam Legiſtæ dicunt, quòd alienatio rerum eccleſiæ debet fieri tantùm in ſcriptis, id eſt, ita quod contractus alienationis ſubſtantiam ca-
5 piat ex ſcriptura. †Decretiſtæ tamen dicunt, quod alienationes rerum pretioſarū eccleſiæ debent redigi in ſcripturam, quia ex eo apparet, quòd clericī eiuſdem eccleſiæ debent ſubſcribere, & prælatus in ſcriptis authoritatem præſtare. 12. quæſtio. 2. Abbatibus. ☞. de his quæ fi. à præla. c. 1. ſed tamen ipſe contractus non capit ſubſtantiam à ſcriptura, ſed à conſenſu contrahēntium. Vnde dicunt, quod benè tenet contractus, poſtquam partes conſenſerint, etiam antequam ſcribatur contractus, vel ſubſcribant prælati, vel clerici, ſed datur exceptio contra illum, antequam ſcribaṫ cōtractus, & ſubſcribaṫ, ſed quandocunq; fuerit ſcriptus, & ſubſcriptus ſiue tēpore, quo conſenſus interuenit, ſiue poſtea licitē agetur, ex illo contractu, imō quidā Decretiſtæ dicunt, quod ſine vlla ſcriptura & ſubſcriptione valet contractus alienationis rerum eccle. ſubſcribere autem quis poteſt per ſe & per alium. C. de teſt. hac conſul. in prin. & l. antiquitas. §. fi.

6 †Contractus) in huiuſmodi autē alienationibus dicunt quidam neceſsarium decretū, licet quam ſępè vniuoce ſumatur

decretum

decretum & ſententia,interea tamen eſt differentia,quia ſententia abſolutionis & cõdemnationis fertur interaliquos,quorum vnus ab alio aliud petit.inf.de verbo. ſig.in his.ff.de re iud.in ſumma.§.de ſent. & inter.l.3.decretũ autem dicitur, quod non à parte,ſed à iudice aliquid petitur,& ipſe concedit illud cognitione præuiſa.C. de præ.mi.obes.ff.de ſuc.edi.l.1.decretalis. ff.quod cuiuſq; vni.item eorum.§.fin. (Perpetuis)ſecùs eſt de temporalibus.ſup. vt eccleſ.bene.ſi.di.confe.c.1.vbi not.

TITVLVS XIIII.

DE PRECARIIS.

CAPVT I.

PRECARIAE. (De quinquẽnio.)Loquitur ſecundũ conſuetudinem patriæ,ibi enim ſic fiebat, alibi enim fit vſq; ad mortem recipientis. 10. quæſtio.2.precariæ.& poteſt dici,quod ex hoc contractu naſcitur conditio ex hac decret. ſicut in emphyteoſi , vbi eſt hæc conſuetudo.

CAPVT II.

DE PRECARIIS (Irrationabiliter) id eſt,contra vtilitatem eccleſiæ.(Sit obligatus) hoc ideò dicitur , quia non tenet hic contractus,vel reuocatur principale,& per conſequens acceſſorium.C.de legib.non dubium.15.qõ. 6.c.1.& 2. ſecùs autem ſi contractus eſſet legitimus,& ex appoſitione pœnę aliquid commodi conſequeretur eccleſia, vel ſi conſuetum eſt apponi. argum. ff. de pig. act.ſi pignore.§.vlti.ff.de euict.illud.§.vlti. argum.contra.C. de iur. fiſ.ſi procurator cæſa.

CAPVT III.

1 *Hæres rogantis precarium, non tenetur precario ex perſona ſua, cùm iam defecerit precarium,niſi ad hoc, vt reſtituat, ſi habet.*

PRECARIVM. Suprà agitur de precaria , hîc agitur de precario,ex quo oritur interdictum, quod competit contra precarium rogantem ei, qui vult reuocare contra precarium. ff. eo.l.2. Soluitur)hæres enim rogantis precarium,non tenetur precario ex perſona ſua, cùm iam defecerit precarium,niſi ad hoc, vt reſtituat, ſi habet, vel dolo fecit, quominus haberet. ff.eo.quæſitum.§.vlt. hæreditaria autem actione de precario ſemper tenetur. ff. de temp.præ.cùm hæres. Obitu)ff.de preca.cùm precariæ.Itẽ ſi debitor ſoluat debitum pignoris. ff. de preca.debitor.Item ſi in diem concedatur precariũ. ff.de preca. cum precario. nam vt ibidem dicitur ante diem reuocari poteſt.(Alienare)ff.e.quod à Titio.§.quæſitum.& §.illud. (Per conuentionem)ſcilicet, quod non poſsit ante certum diem reuocari. (Precariè) de quibus loquitur. ſup.eod. capi.1.

TITVLVS XV.

DE COMMODATO.

CAPVT I.

DVM GRATIA. Si autem commodaui gratia ſui tantùm , puta vxori, velſponſæ ſuæ, vt honeſtius viueret venit tantùm dolus & lata culpa, ſi autem mei & tui gratia commodaui,puta vt communis amicus inuitaretur, venit dolus & lata culpa,& leuis.ff.com. ſi vt certo. §. & interdum. & l. in rebus. (Culpa) ff.eo.ſi vt certo.§.& interdum.& §.vlti.ff.eod.ſi mei. & l.ſi argentum. ff.ſi men. fal. mo. dixe. (Pactum) de mora.& de pacto dic,vt tit.proxi.infra dota.(Poſt vſum) hæc eſt differentia inter commodatum, & precarium,quia precarium nõ eſt ad certum vſum conceſſum.ff.de preca. cum precario. commodatum autem ad certum vſum.ſic.ff.eo.l.4.§.vlti.& l.4. l.ſiue.§.interdum.& l. vlti.

TITVLVS XVI.

DE DEPOSITO.

CAPVT I.

1 *Non ſolùm in mutuo,ſed etiam in alijs contractibus non tenetur eccleſia, niſi quantũ verſum eſt in vtilitatem eius.*
Eccleſia quando teneatur ex depoſito.
Tranſactio ſuper vſuras non valet.
2 *Prælato non licet renunciare gratis vtilem exceptionem eccleſiæ competentem.*

GRAVIS ILLA. (Conuerſam) C. quod cum eo. qui ea quæ. & 10. qõ. 2. hoc ius.§.is cùm.ff.depo.l.1.§.an in princip. poteſt etiam dici, quòd ideò hîc non tenetur eccleſia, quia non fuit apud eum depoſitum.

1 †Item not.non ſolùm in mutuo, ſed etiam in alijs contractibus non teneri eccleſiam , niſi quantũ verſum eſt in vtilitatem eius,quod intelligimus verum in cõtractibus,qui fiunt alterius gratia tantùm, ſi autem fiant gratia eccleſiæ,puta in emptione & locatione,& conſimilibus,ſecùs ſufficit enim quod vtiliter concurrit.ff.de mino. verum.§.ſciendum. & §.ſeq.niſi in mutuo,quod licet contrahatur gratia eccleſiæ non tamen tenetur,niſi verſum ſit in vtilitatem eccleſię.10.qõ.2.hoc ius.imò & ſi non vtiliter contrahat eccleſia,dummodò forma ſeruetur contractus tenet, ſed reuocari poteſt per in integ.reſti.C.de prædi.mi.ſi quid.ſup. de in integ.reſti.c.1. Nec credimus quod in aliquo contractu, niſi in mutuo,quòd ille qui contrahit cum eccleſia debeat eſſe ſolicitus,quòd pecunia quam ei pro cõtractu dat in vtilitates eccleſiæ conuertatur, vel expendatur,nõ enim inuenitur hoc iure cautum. Nec obſtat.ff.de reb.eorum qui ſub tu.magis. §.illud.quia ibi de magiſtratu qui præſtat authoritatem venditioni, qui debet eſſe ſolicitus , alioquin fortè tenetur. Nec obſt.10.quæſtio.2.hoc ius. quod ſimiliter intelligitur de epiſcopo authoritatem præſtante,vel non dicitur ibi,quòd ſi non fuerit pretium ſolutum pro debito, quòd res vendita ab eo reuocetur,ſed ſi non fuerit forma ſeruata.

Alij tamen dicunt quod curioſus eſſe debet,vt pecunia expendatur in vtilitates eccleſiæ , alioquin non tenet contractus, hoc autem benè fatemur, quod ille, qui ſoluit pecuniam,debet ſoluere,ſi vult eſſe benè tutus authoritate ſuperioris ordinarij. argument. ff.de mino. ait prætor. §. 1. C. de admi. tu. §. ſancimus. & l.penul. Si autem ſine eo ſoluat liberatur,ſed eccleſia reſtituitur in integrum,ſi pecunia non conuertatur in vtilitatem ipſius eccleſiæ. C.ſi tutor vel. cu. interue. l. 1. & per totũ. C.ſi ad.ſol.l.1. in quibuſdam autem caſibus,non crederemus eccleſiam reſtituendam, ſcilicet,contra illos,qui ſoluunt ſibi reditus , vel penſiones annales, & niſi excedant ſummam centum aureorũ. C.de admi.tut. ſancimus. conſtitutiones.C.ad Treb.ſancimus.pro eodem enim repetamus ſoluere prælato & tutori,de quo prædictæ leges loquuntur. Imò plus dicimus, quòd ſi quis alicui canonico,vel alij etiam recipienti pro eccleſia ſoluerit, & ſalua ſit pecunia eccleſiæ , tutus eſt exceptione doli,qui ſoluit.arg.ff.de admi.tu.minoris. ff.de condi.inde.naturalis filij.inſti.quibus alie.non licet.§.vlt.C.pro emp.eum. vel fortè poſſet dici hoc ſpeciale,q; quando pro debitis fit venditio rei immobilis, quod ſic debet eſſe curioſus,vt dictum eſt, imò priori creditori ſoluere debet in Authen. de ecc. ti. §. ſancimus. nec alias petet, niſi hæc faceret, ſicut in mutuo diximus, ſicut hoc ipſum ſpeciale eſt mutuo ciuitati facto.ff.ſi cer.pe.ciuitas.& in muliere conſentiente inſtrumẽto creditoris, C.ad Vel.Authen.ſi qua. §. & in ſeruo.ff. de in rem verſo. quod ſi.§. nec non. In alijs autem contractibus, vel venditionibus non eſt ſic adhibenda diligentia.(Non eccleſiæ) quod autem apud prælatum & eccleſiam aliquid deponitur,tunc ad addendum eccleſia obligatur, & tamen tũc etiam non videtur teneri,niſi aliquod lucrum de depoſito ſenſerit. arg.ff.depo. licet.§.ſi filius.(Sub quæſtionibus.) 14. quæſtio.6.c.1.12.quæſtio. 2.fraternitas. 5. qõ.5. illi. (Paciſci) de gratia in ſuſtentamentum vitæ & reſtitutionem damni,nam ſi calumnioſè promiſsionem vel pactum obtinuiſſet ſecùs eſſet.ff.de con.di.inde.in ſumma.circa prin.

2 †Paciſci) hoc pactum dicitur valere de gratia , & non mero iure, quia non licet prælato renunciare gratis vtilem exceptionem eccleſiæ competentem, ſicut hîc erat,quod depoſitum vel debitum nõ eſt in vtilitatem eccleſiæ conuerſum.arg. ff.de pac. contra iur.§. ſi curator.& §.ſeq. C.de tranſact. præſes. ſedſi ſuper mutuo contra quod poterat excipi,quod non eſſet conuerſum in vtilitatem eccleſiæ ſit tranſactum,vel iudicatum,& agatur actione in factum ex re iud.vel cond.ob cauſam,vel ex ſtipulatione,vel præſcrip.verb. vt detur quod in tranſactione conuenit, vel quod iudicatum eſt, non poterit excipere,quod debitum , de quo eſt iudicatum vel tranſactum, non ſit conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, niſi iuuet ſe beneficio reſtitutionis in integ. contra rem iudicatam , vel contra tranſactionem. C.ſi aduer.trãſ.& C.ſi aduer.rem iudi.per totum.ar.ad hoc quia poſt ſententiam non licet exceptionem proponere, nec noua inſtrumenta producere. ſup. de ſen.& re iudic.inter ſuborta.C.de except.præſcriptione.ſ.de tranſact.c.1.ff.ſi quis caut.l.2. in prin.Item ſolutum ab eccleſia ex cauſa iudicati, vel tranſactionis repetere non

poterit, quia indebitum, vel ſine cauſa ſolutum, cùm non ſit indebitū ſaltem ciuiliter, nec ſine cauſa ſoluit, ex quo tranſactum eſt, veliudicatum. ff. fa. erc. cum pu. ff. de iud. de qua. §. fi. ff. de condi. inde. in ſumma in prin. Quidam tamen dicunt, & fortè benè, quòd ſi ſciēs indebitum, vel non conuerſum in vtilitatem eccleſiæ tranſegiſſet, datur repetitio per condi. ex iniuſta cauſa, quia calumnioſa eſt huiuſmodi tranſactio. ff. de condi. inde. in ſumma in prin. 2. q. 3. §. notandum.

† Item dicunt quidam & fortè benè, ſi per calumniam falſum allegans, ſciens quis obtinuit iniuſtam ſententiam etiam aduerſario & iudice conſentientibus, obſtat ei doli exceptio, ibi eorum conſenſus non excuſat à malitia. argumen. ff. de iud. ſi prætor. §. 1. quia dicunt in hoc caſu, quòd res iudi. non tollit conditionem ſine cauſa, alij tamen in ſententia contrarium dicunt, & intelligunt illum. §. tantùm, quādo contra abſentem fertur ſententia pro aliquo præſente ſcienter falſum allegante.

Et hæc videntur vera, ſcilicet, quod repetere poſſit eccleſia, quod dedit ex calūnioſa tranſactione, quando credidit conuerſum in vtilitatem eccleſiæ, & nō erat, quia ſi ſciret, non conuerſum, & ſcienter tranſigeret, tunc nō poſſet repetere, quia ſcienti non infertur dolus. ff. de act. emp. l. 1. in fin. niſi tempore quo primus contractus mutui fiebat in fraudem ordinatum eſſet, quod ſubſequenti tempore fieret tranſactio ſu per primo contractu mutui, aut auxilium: quod habebat eccleſia in contractu mutui tolleretur ei in contractu tranſactionis, nam hoc caſu, ſatis dici poſſet, quod etiam ſi vterq; ſciret non cōuerſum in vtilitatem eccleſiæ, tamen eccleſia repetens datum ex cauſa huius trāſactionis repeteret per conditionem ex iniuſta cauſa. Et cōtra agentem ex tali trāſactione datur exceptio, quia datur ſicut repetitio, quando fit fraus de contractu ad contractum alterum vel eundem, eodem tempore celebratum. ff. de dona. inter vir. & vxo. ſi ſponſus. §. circa. ff. ad velle. quidam. ff. de act. emp. l. Iul. §. idem Pomponius. & l. emptorem. §. Iul. eadē ratione debet dari repetitio, ſi fraus ſit de contractu ad contractum, qui alio tempore fieri debet, cùm æqualis fraus ſit vtrobiq;, & ſola fraus eſt cauſa repetitionis.

Quidam tamen dicunt, quòd ſemper licet eccleſiæ venire cōtra tranſactionem initam fraudulenter ſcientibus & conſentientibus ambabus partibus. C. de trāſact. preſes. ſi autem tranſactio dicatur nulla, vt ſi conueniant quod aliquid, detur pro vſuris hæc tranſactio, nec actionem impedit, nec exceptionem, quia per nullam tranſactionem tenetur quis ad vſuras.

CAPVT II.

BONA FIDES. (Saluis) C. locati. l. 1. ff. eodem quod nerua. (Depoſitas.) ff. eod. l. 1. §. ſæpè. & §. de leui. idem & ſi tui gratia depoſitum tantùm ſit factum, & tunc etiam fortè tenebitur de leuiſſima culpa. ff. ſi cer. pe. ſi quis nec. (Pro cuſtodia) niſi tamen per actionem depoſiti, ſed locati ſi quantitas fuit data, ſi autem ſpecies per actionem præ. ver. inſtitu. mandati. §. vlti. ff. eo. l. 1. §. ſi quis ſeruum. & tenetur hoc de leui tantùm. (Pacto) ff. eod. l. 1. §. ſi conuenerit. & §. ſæpè. ff. locati. quæ mercedem. (Culpa) ff. eod. l. 1. §. ſi rem. (Mora) depoſitarius enim & quilibet debet debitor poſt moram tenetur de caſu fortuito, ſatis enim eſt, quòd res potuerit non perire penes actorem. ff. de leg. 1. ſeruos. §. 1. ff. eod. ſi in alia, §. vlti. quidam autem diſtinguunt, an res eſſet penes actorem peritura, an non. argumen. ff. eod. plures. §. ſiue. (Fortuitus) dum tamen caſus numerentur in pacto. ff. ſi quis cau. ſed ſi quis. §. quæſitum. (Reuocare) etiam contra pactum appoſitum. ff. eod. l. 1. §. penul. (Compenſationi) inſti. de act. §. in bonæ fidei. (Si cauſa.) C. de compen. l. vltima.

TITVLVS XVII.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

CAPVT I.

PLACVIT. (Admoneant) & ſi neceſſe fuerit compellāt, 42. diſtin. §. hîc etiam ſecundum Alanum, ſed nos contrà, niſi eſſet notorium, quia tunc poſſet excommunicare, niſi emendaretur, vel interdiceret nocentes. (Iuſſu) nota defenſionem peregrinorum pertinere ad eccleſiam & ad quoslibet ſacerdotes. Alij contra. de epiſcop. audi. l. prima.

CAPVT

CAPVT II.

VT MENSVRAE. (Pœniteat) Et punitur per l. Cor. de fal. & ff. de var. & extraor. cog. nouerit.

CAPVT III.

1 *Contractus ſicut non poteſt fieri ab initio ſine ſolennitate, ita nec ratum haberi.*

QVM DILECTI. (Tunc.) Tempore venditionis, quod ſpectandum eſt. ff. de euict. ex mille. §. 3. C. de rei vendi. ſi voluntate. (arbitrio) C. de rei vend. l. 2. Contrariam) ſed nónne hoc ipſo, quod capitulo ignorante factum eſt, nulla erat venditio, & ſic non erat neceſſaria reſtitutio in integrum? Reſpondemus licet dicetur capitulū ignoraſſe non probabatur, vel nō fuit actum, niſi ex hac cauſa, quia deceptus erat vltra medium iuſti pretij, vnde primò ſoluatur capitulo, ſi velit dicere cōtractum nullum propter conſenſum capituli non habitum, quod dicere poſſunt. Qui enim quod ex vna cauſa petit, non prohibetur petere ex alia. ff. de excep. rei iudi. & an eadem. C. de inoffi. teſt. eum qui. Sed dices nónne agendo ex empto videtur ratum habuiſſe contractum, ergò decætero non poteſt dicere nullū. C. de furt. l. 1. ff. de tribu. quod in hęred. §. eligere. Sed reſpōdemus, † quod ſicut ab initio non poteſt fieri contractus ſine ſolennitate, quæ eſt. 12. quęſtio. 2. ſine ex. ſic nec ratum haberi, hæc ſententia fuit iuſta, quia non conſtabat de pretij quantitate, ſi enim de ea conſtitiſſet, tunc debuiſſet mandare, quod ſententiaretur in optione eſſe emptoris, an vellet pretiū recipere, & rem emptam dimittere venditori, an vellet rem retinere, & pretium ſupplere, vt hic dicit, & ideò expone verbum, quod ſequitur, ſalua quæſtione canonis ſuper deceptione pretij; id eſt, ſuper quantitate pretij. argument. ſup. de teſt. cum cauſa. iudex enim ſupplere, & emendare debet ſententiam. inf. de teſt. Rainutius. in fi. de conſenſu autem capituli benè facit, quòd illud reſeruat, quia de illo non potuit iudicare, quia non fuit petita reuocatio contractus ex illa cauſa, per officium autem iudices, antequam inciperet cognoſcere de appellatione, an eſſet iuſta, vel iniuſta, benè poterat mandare, quod res translata in alterutram partiū, poſt appellationem reuocaretur in primum ſtatum, vt not. ſup. de excep. dilecta.

CAPVT IIII.

PERVENIT AD NOS. (Verò.) C. ad velle. Authen. ſiue à me. (per 30.) hoc enim non prodeſt, cum tempore matrimonij non currat ei præſcriptio in rebus mariti. C. de iure do. in rebus. C. de præſcrip. 30. anno. cùm not. §. illum. C. de anna. excep. l. 1. §. vlti. nec poſſunt alienari, nec etiam conſentiente vxore. C. ad velle. Authen. ſiue à me. In cōmunes) ſimiliter nec hoc ſufficit, cùm ſaltem pro parte viri, vel id, quod in vſum viri ceſſerat, non debuerit computari. C. ad velle. Authen. ſi qua mulier, & nec etiam pro parte mulieris, quia maritus de ſuo, non de bonis mulieris eam alere debet. Conſulere) nec hoc etiam ei proderat. argumen. inf. de dol. poſt di. re. per veſtras. licet enim agere poſsit tunc. C. de iure do. vbi non tamen cogitur. Dic ergò mulierem ideò non potuiſſe venire contra eam, quia non debet de iure eam lucrari poſt mortem mariti. C. de pact. com. ſuper do. l. pen. & vlt. & Authen. qualitas. niſi pactum interueniſſet. C. de rei vxo. act. l. 1. §. illo proculdu. & ſic intelligitur. Authen. C. ad velle. Authen. ſiue à me. Vel dic, quod ratificauit eam per ſecundam confeſsionem. ff. ad velle. ſiue me.

CAPVT V.

AD NOSTRAM. (Patet) Præſumptiuè ſic. inf. de pigno. illo. (Dimidiam) hęc ſola præſumptio ſufficiebat, vt iudicaretur fraudulenta, vel vſura. argum. ff. de tranſact. cùm hi. §. modus. C. mandati. per diuerſas. tamen hoc ſine prima nihil valet, ſcilicet, quòd infra certum tempus debet reſtituere empta (pretij) prædictarum rerum venditarum. (Pœnam) inf. de vſur. quia in omnibus, ſed aliàs, & pœnas imponere poteſt. ſup. de iureiur. ad noſtram. inf. de vſuris. conqueſtus. & c. tuas. ſed ab iſta incipiendum eſt ſic. ſup. vt lit. non conteſtat. quoniam. in fi.

CAPVT VI.

1 *Deceptus vltrà dimidium quis dicatur.*

QVM CAVSA. (Recepto) C. de rei ven. l. 2. (Reſtituerent) cùm quis decipitur vltra dimidiam iuſti pretij agi poteſt, vt vel reſcindatur contractus, vel ſuppleatur pretium actum ex

contractu, & sic agit perpetuò, quia oēs actiones personales sunt perpetuæ, vel cō dictione ex lege quę est. C. de rei vend. l. 2. vel officio iudicis petita restitutione in integrum intra quadriennium. tantùm. C. ex quibus caus. in contractibus. C. de temp. re. superuacuam.

Et habet hoc locum in contractibus bonæ fidei, secùs in contractibus stricti iuris, licet tunc habeat locum exceptio secundum quosdam. ff. de verbo. oblig. qui vsum. cùm aliter in transactione non habet locum deceptio vltra dimidiam. inf. de reli. do. constitutus. ff. ad Trebel. Lucius. §. vlti. est autem deceptus vltra dimidiam, qui rem valentem 9. dedit pro quatuor, alij dicunt qui rem valentem septem, dedit pro quatuor.

a *Potest episcopus. hoc dictū Innoc. allegat pro notabili dom. Anto. & Imol. in c. cùm oēs. sup. de consti. & refert Felin. ibi in colū. 6. ver. alio modo declaratur. vbi allegat tenentes hoc dictū Inno. hic & ibi vide.*

CAPVT VII.

SI VENDITOR. (Institutum.) In his casibus repellitur actor agens de euictione ff. de euict. si rem quam. §. vlti. & l. si dictum. §. si præsente. & l. Hęrennius. & l. si dictum. §. si præmisio. & l. si rem. §. si duple. & l. si seruum cùm. & l. si mancipium. & l. si ideò. & l. quæ aliam. & l. mandati. & l. si procurator. §. si ignorans. & l. si per imprudentiā. respon. 1. & §. si quis. & l. vlti. ff. quarum re. ac. non datur. l. vlti. §. 1. (Affuit) & eum determinauerat. Per iniuriam) talem, scilicet, ex qua iudex litem suam facit, quia tunc ipse iudex tenetur. C. de pœna iud. qui ma. iu. l. 1. ff. de iudi. filius. si autem talis esset casus, quod iudex non teneretur, vel si non sufficientes probationes induxisset emptor, sine dolo malo, tunc benè teneretur venditor, qui de probationibus illius rei, quam vendidit debet esse solicitus, & vt hìc apparet venditori imputatur defectus probationum, & emptori culpa sua, vel malitia iudicis, vel imprudentia.

TITVLVS XVIII.
DE LOCATO ET CONDVCTO.

CAPVT I.

EX RESCRIPTO. (Magistrorum) hìc non cōprehenduntur alij inquilini, seu cōductores, alij nisi scholares, vel qui priuilegio scholarium gaudent, vt scriptores & consimiles. (Consensum) hęc decre. continet speciale, aliàs enim secùs. sup. loca, ne cui.

CAPVT II.

1 *Episcopus super sua iurisdictione, potest cum suo capitulo statuta facere, sed super alijs non, nisi hi consentiant.*

VESTRA. (Statuto.) licet enim episcopus cum capitulo suo, possit statuta facere, vt sup. de his quę fi. à ma. par. ca. o. vlti. sup. de ma. & obed. c. 2. tu respondeas, quòd super iurisdictione sua potest episcopus a cum capitulo suo statuta sua facere, sed si super alijs velit facere statuta, non potest, nisi hi, quorum interest consentiant, vel ad minus sint præsentes. de consecra. dist. 3. c. 1. sup. de his quæ fiunt à præ. sine con. ca. c. vlti. (Alienationem) perpetuam directi, vel vtilis dominij. argumen. sup. de rebus eccle. non alie. si quis præ.

CAPVT III.

1 *Quid sit sterilitas.*
2 *Remissio census vel afflictus fit in casibus fortuitis.*
Casus fortuitus quando noceat conductori.
3 *Conductor à iure locationis cadit, si biennio non soluerit pensionem.*
Locator quando possit expellere propria authoritate conductorem, ita quod conductori non competat interdictum vnde vi.
4 *Conductor quo tempore teneatur soluere pensionem.*
5 *Locatori operarum soluendum est debitum finito opere. & in nu. 6.*
7 *Mora facit rem vel factum, vel interesse tātum æstimari officio iudicis quantum fuit tempore moræ, vel cœpit esse postea vsque ad sententiam perseuerante tamen mora.*

PROPTER STERILITATEM. † Sterilitas dicitur, si semen receptum non fit. ff. eo. ex conducto. §. suus ibi. & §. si labes. & l. si vno. §. vbicunque. Io. & B. dicunt sterilitatem, quando communis vox est, quod malum tempus fuit hoc anno propter fructus. (Vitio) insolito & fortuito, nam si solito vitio & debilitate terræ hoc contingat, nulla fit remissio. ff. eo. ex conducto. §. sed si vtendo. & §. vlti. & l. si vno. §. cùm quidam.

† Fortuito) scilicet, deuastatione inimicorum & cōsimilibus, & melius potest dici, scz, inundatione fluminis insolita. idem etiam si per terræmotum, vel incursum hostium fructus sit amissus, secùs autem si per lasciuiam exercitus transiens fructus corrupit. ff. eod. ex conducto. §. 1. & penult. vel si per incendium. ff. eod. qui insulam. si quis autem rectè inspexerit leges, dicet idem in exercitu lasciuiente. Remissio) hæc vera sunt in locatoribus corporum, quod nocet eis casus fortuitus. secùs in locatoribus operarum, vel rei & opere, & secùs in his, qui accipiunt speciem ex innominato contractu, vt aliquid faciant, quia licet eos casus fortuitus impediat, nihilominus totam mercedem recipient, nisi culpa, vel mora possit eis imputari, vel nisi tempore, quo non ei potuit operari, alij operatus sit, à quo mercedem habuit. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. penul. ff. de statuli. cùm hæres. §. antepenul. ff. de condi. causa da. l. penul. ff. eo. sed adijcit. §. vlt. & l. defuncto. ff. de affec. diem. ff. loca. qui operas. (Cum vbertate.) C. eod. licet. & l. ex empto. ff. eod. conducto. §. suus. & dicunt quidam vbertatem dici, quando duplum habet eius, quod solitus est habere. Io. & B. vbertatem dicunt hoc anno fuisse, quando tantùm habuit facta communi æstimatione, & præsentis anni, & præter id quod neuter annus communi voce diceretur sterilis. (Præcedentis) proximi. nam interpolati anni, non proderit, & vtilius est agere post secundum annum, quàm antè, quia tunc duo anni veniunt in compensationem, qui iam præterierunt. (Inuito.) C. loca. æden.

(Tempore) ff. vt in pos. l. mi. l. 3. §. vlt.

3 (Per biennium) † not. conductorem cadere à iure locationis, si biennio non soluerit pensionem. ff. loca. quæro. §. inter loca. secùs autem est in emphyteota, qui non cadit biennio, sed triennio. C. de iu. emphy. l. secunda. in fi. nisi emphyteota ecclesiæ, contra quem sufficit biennium. 10. quæstio. secunda. hoc ius. §. qui rem. Soluisset) nullo casuum prædictorum interueniente, potest colonus resistere domino. ff. vti pos. si duo. §. 3. ff. de vi & vi arma. colonus. In casibus autem prædictis, licet locatori propria authoritate expellere conductorem modici temporis, quia non possidet. ff. eod. cùm in plures. §. hæredum. ff. de acqui. poss. quod vniuersas. §. quod per C. eod. pro emptore. vbi conductor interuerteret possessionem. ff. de vi & vi ar. colonus. & l. cùm fundum. colonus autem perpetuus, vel qui ad non modicum tempus conduxit, cùm possideat naturaliter, & habeat ius in re, expelli non potest. ff. si ager vect. l. 1. & 2. ff. de superfi. l. 1. §. 1. C. de fun. pat. iubemus. Idē videtur in commodatore, & precario concedente, nam tales cùm possideant rem suam, violenter possunt auferre à colono, & commodatarijs & precario recipiente, nec prædictis competit interdictum vnde vi, cùm non possideant, & si agant, repelluntur exceptione, quod non possunt intentare interdictum, quia non possidebant, quando fuit eis ablata res.

4 † Non soluisset) conductor autem pensionem soluet in fi. temporis, quo conduxit, nisi aliter sit conuentum, vel nisi alia sit consuetudo terræ, quia semper in promissionibus, quod minimum est eligimus. ff. de reg. iur. in stipulationibus. Item quia semper quod debetur, vel promittitur, vel in diem certum, vel in annum certum, vel in certis nundinis, vel ante nundinas, vel ante annum, semper transactis nundinis, vel anno, vel alio tempore soluendum est, siue sit legatum, siue libertas, siue quid aliud. ff. de verbo. oblig. eum qui clausulis. & l. eum qui certarum. & l. qui ante calendas. & l. eum qui. §. qui ita. & l. qui in hoc anno. insti. de inuti. stip. §. fin. idem est. Et si aliquid debeatur post annos certos. ff. de condi. & demonst. qui in annos. ibi enim exponitur in annos decē, id est, post annos 10. quia si in annos decē debent, id est, singulis annis vsque ad decem annos, semper in princip. cuiuslibet anni debent dare debitum, sicut quando legatur, vel debetur alicui in annos singulos, vel aliquid annum, vel quolibet anno, vel annuatim, siue debeatur quamdiu vixerit, siue quamdiu fuerit in scholis, siue vsque ad quinq; annos, semper hoc debitum in principio anni solui debet. ff. quando di. leg. ced. nec semel. in princip. & §. 1. & C. quando dies leg. ce. l. prima. quidam tamen intellexerunt aliud esse in legatis, aliud in stipulationibus, sed non placet. quia l. præalleg. ff. de condi. & demon. qui. in annos loquitur expressè in legatis.

5 † Item videtur quòd si aliquis locauit operas suas pro aliquo opere faciendo, vel exercendo nouo, vel etiam si salarium promisit aduocato, vel medico, vel procuratori, vel in alijs consimilibus causis, quod tantùm finito opere soluendum est debi-

est debitum.argument. C. de suffrag. l.1. Quidam tamen aliud dicunt in aduocato. arg. C. de iudi. properandum. §. honorarijs. quæ. l. non multum vrget opponentem. argument. pro eis. ff. de var. & extraor. l.1. §. est quidem. sed certè non est contra. quia ibi dicit, quod in principio est cõueniendum de salario, sed non dicit, quod sit soluendum ad idem. C. de postu. quisquis. §. præterea. in aduocato autem fisci videtur speciale quod in medio soluatur sibi salarium. C. de aduo. diuer. iud. per hanc. §. vincenti.

6 † Et hæc sunt vera, nisi propter consuetudinem, vel aliam iustam causam aliter præsumatur, quia si quis promisit, vel legauit alicui mercedes magistrorum, vel pensiones domorum illo tempore soluere debet promissor, quo ille, cui promittitur soluere debet. ff. quando. di. leg. ce. nec semel. §. 1. Hîc habes quod in mora sit, quicunque intra tempus statutum à lege non soluit canonem, & pœnam incurrit, sicut qui non soluit intra tempus statutum ab homine. ff. de verbo. oblig. si fundum. C. de cõtrahen. stip. magnam, idem est in electione. sup. de concel. præben. & eccle. non va. nulla. quoniam. sup. de elect. cùm in cunctis. Item in mora est debitor dandi, vel faciendi, si antequam soluat debitum, etiam si non de litis contesta. ff. de verbo. oblig. nemo. in fin. Item est in mora, si non soluerit debitum, etiam sine die post denunciationem sibi congruo loco & tempore factam. ff. de verbo. obli. si ex legati. ff. de vsuris mora. dummodò intelligat, vel intelligere debeat, se debere. ff. si cer. pet. qui à te. nisi remissa sit rei repetendæ instantia. ff. de vsuris sciendum.

7 † Mora) hîc mora facit rem, vel factum, vel interesse tantùm æstimari officio iudicis, quantum fuit tempore moræ, vel cœpit esse postea vsq; ad sententiam, perseuerante tamen mora. ff. de æden. nisi. §. 1. ff. de triticaria. l. penult. & de act. empt. ratio. §. si per. ff. de regu. iur. si cal. ff. de con. fur. iure. ff. de verbo. oblig. quoties in diem. hîc mora secundum legem inducit vsuras in contractibus bonæ fidei, & in legatis & fideicommissarijs. ff. de vsuris mora. si. ff. de leg. 2. si quid seruo. & l. qui solidum. §. 1. & §. etiam. legata enim, licet sint stricti iuris, tamen in hoc æquiparantur contractibus bonæ fidei. C. in quib. caus. in integ. resti. non est. in minorum, secùs est in contractibus stricti iuris. C. de condi. inde. l. 1. etiam lite non contesta. licet. F. dixerit contra. Item hîc mora inducit fructuũ petitionem per officium iudicis in quolibet contractu, si petam quod aliquando fuit meum, vel eius cuius iure nitor, alioquin exigitur lit. cõtestat. in contractibus stricti iuris. ff. de vsuris. videamus. respon. 1. & §. 1. & §. si autem. & §. ex causa. & §. si possessione. & l. 2. Item hæc mora quandoque punitur in tertia parte debiti. ff. de inoffi. test. & si quis suo. Item facit indistinctè periculum pertinere ad reum, etiam si reserat eodem modo peritura apud actorem, satis enim est, quod potuit non perire. ff. de leg. 1. cùm res. §. 1. Nec est contra. ff. depo. si plures. §. fin. quia ibi non erat in mora, licet esset conuentus, quia habebat probabiliter causam resistendi, scilicet, propter expensas, & hoc expressè probatur Authen. de depositio. §. nemo. vbi dicit, qui interdicit depositario, ne rem restituat, tenetur de periculo, multò fortius tenetur depositarius qui perfidiam facit si sine causa teneat.

† Vnde not. quòd si ille, qui conuenitur reali actione, ab initio fuit bonæfidei possessor, sed postea cœpit esse malæfidei vel in mora, tunc distinguitur, an res esset eodem modo peritura apud actorem, vel non, sicut distinguit. ff. de rei vendic. item siue. §. fin. in qua tam ex præcedentibus, quàm sequentibus patet, quod loquitur in bonæfidei possessore ab initio, & simul habes in eod. titu. si in aliena. Et adijcies primæ regulæ, quod quicunque iustam causam litigandi habet, non tenetur de periculo. ff. de rei vendi. vtique. dummodò ab initio bona fide contraxerit, vel res ad eum peruenerit, mala autem fide contrahens semper de periculo tenetur. ff. de rei vendi. Iul. respon. 1. & §. 1. Item illud not. quod licet in petitione hereditatis reputentur in mora, & malæ fidei possess. quo ad fructus qualitercunque sciuerit ad alium pertinere. ff. de pe. hæred. item veniunt. §. petitam. & §. à quo. & l. sed si. & sequen. & §. & si ante. sed non sic in rei vendicatione, quia ille qui bonafide ab initio contraxit, non dicitur esse in mora, vel malæfidei pos. quò ad fructus, nisi post litis contestationem. C. de rei vendi. certum. imò & post litem non remanet bonæfidei quò ad vsucapionem triennij cõplendam, & quò ad hoc, quod fructus facit suos, licet illos cogatur restituere, sicut & rem vsucaptam post litis contestationem.

tionem. ff. de rei vendi. si post ac. §. pro empt. l. 2. in fi. ff. de vsu. qui sit. §. fi. Item quantum ad facultatem etiam post lit. contest. remanet bonæfidei possessor. ff. de peti. hære. illud. quantum autem ad præscriptionem 10. vel plurium annorum, non dicitur possidere, quia interrupta est per lit. contest. C. de rei ven. in causa.

Alijs videtur & fortè melius, quod quantumcunque fuerit bonæ fidei ab initio, quod ex quo fuit malæfidei possessor, etiam ante lit. conte. tenetur de fructibus, nec vsucapit, & de facto tenetur, maximè secundum canones. suprà, de præscri. quoniam. hanc moram & prædictas eius pœnas incurrit ecclesia fiscus, & etiam minor 25. annis, dummodò sit maior 14. impubes enim nullam moram facere potest. ff. de ver. obli. si pupillus. Item prædictæ personæ licet incurrant hanc moram, tamen sæpè restituuntur in integrum. ff. de inte. rest. coram. † Item licet dixerimus, quod debitor prædictis modis contrahit moram & pœnam: tamen & alio modo contrahit, quia sine vlla diei appositione appellatur, vel litis conte. vel interpellatione contrahit moram. ff. de verb. ob. continuis. & l. stipulationes. §. fin. Item quodam speciali iure maior obligatus minori, vel ecclesiæ, vel fisco contrahit moram, & pœnam. C. in quibus causis non est ne. in inte. resti. in minorum. ff. de vsuris. cùm quidam. §. fiscus. Item quidam speciales casus sunt, vbi extraordinariè contrahitur mora & pœna. ff. de fideicom. li. cùm verò. §. apparet. C. de iure do. §. pe. ff. de vi & vi ar. l. 1. §. rectissimè. & l. pen. ff. quod me cau. si cùm. quod si homo.

CAPVT IIII.

1 *An possit dominus propria authoritate expellere emphyteotam.*
2 *Emphyteosis semper durat quousq; authoritate iudicis rescindatur.*

POTVIT. (Emere). C. de iure emphy. l. vl. (vẽdere) donare autẽ potest domino nõ requisito. C. de fundo pat. l. 1. inst. locati. §. ideò. & fortè pignori obligari. ff. de pi. lex. ff. de pi. ac. tutor. §. vl. (Prohibentur) pacto quod interuenit inter emphyteotam, & dominum.

1 † Nisi celeri) vsque ad li. conte. ff. rem rat. hab. amplius. melius videtur quousque expellatur secundum eos, qui dicunt, licere domino expellere emphyteotã propria authoritate, & in casibus in quibus licet secundum nos, vel secundum illos, qui dicunt, quòd tantum authoritate iudicis faciendum est, quousque & antequam ad iudicium vocetur, vel antequam aliquod damnum dominus consequatur, ex eo quod emphyteota non soluit ff. si quis cau. & si post. & hoc probat litera sequens, non obstante quod ei vt canonem soluerit, non extitit nunciatum, quia si ex quo vocatus est ante li. conte. liceret sibi consulere, frustrà hoc dixisset, cùm plus sit eum in iudicium vocare quàm extra iudicium admonere.

2 † Sed quæres) nónne hoc ipso quod non soluit intra tempus statutum videtur recisa emphyteosis? Respondemus non, quousque patitur *a* conductorem tenere rem locatam, vnde et si postea accipit pensionem, refirmatur tacitè contractus, vel dic quod semper durat emphyteosis, quousque authoritate iudicis rescindatur. Item quærimus si post tempus quærat pensionem, & emphyteota deneget, an vlterius possit sibi celeri satisfactione prouidere? Respondemus non, cum antiquo iure & communi iure non licet vltra tempus præfixum soluere, imò res emphyteotica sibi auferebatur, licet hodie de gratia aliqua sit facta additio iuri communi, scilicet quod possit prouidere celeri satisfactione restringendũ est, nam qui exactus debitum nõ soluit, non potest dici, quòd sibi celeriter prouideat. Illum ergò *b* putamus sibi celeriter prouidere, quod est, vel in iudicio, vel extra iudicium statim, & sine vllo termino soluit, & multò fortius si sibi prouidet celeriter, si antequam exigatur in iudicio, vel extra soluat. Alij exponũt celeri satisfactione, id est, quamcitò potuit. ff. ad Tertu. l. 2. §. confestim. Alij dicunt post biennium dandum modicum tempus; & interpretantur modicum respectu biennij. ff. de verb. signi. hæc adiectio. (Expelli) authoritate locatoris *c* vel tutius authoritate iudicis. C. de iure emphy. l. 2. (Interpellet). C. de iure emphy. l. 2.

a Patitur. ex sic in potesta tẽ domini relinquitur re scindere vel nõ rescindere emphyteosim ob canonẽ nõ solutũ. Adde. P. de Anc. in cõsil. 141. col. 2. in prin. inci. super prædicto dubio.

b Illũ ergò, ad hoc dictũ vide Pe. de Ancha. in cons. 402. inci. quãser. Antonin. col. 3. ver si. venio ad tertium.

c Authoritate locatoris. ad de q hãc opi. tenet. Franc. Aret. in cõsi. 21. & in l. cliã possidere. ff. de acqui. pos. & vide latissimè p Moder. in. l. 2. col. 3. cũ duabus sequẽtibus hic alle. et vide de Pet. de anch. in cõsi. 274. incip. ad declarationem.

TITVLVS XIX.

DE RERVM PER. MVTATIONE.

CAPVT I.

SI PRINCEPS. (Pragmatica).id eſt,confirmatione facta à principe cum cauſę cognitione, aliàs autem pragma dicitur cauſa pragmatica a ſcientia conſtitutio ſuper cauſa aliqua promulgata. (Promulgata) ſupple & reliquæ ſolennitates iuris interuenerint,

a *Pragmatica. quæ dicatur pragmatica ſanctio. Adde gl. in. c. peruenit cẽteſima prima diſt. & in l. iubemus nullam. C. de ſacroſan. eccle. gl. in. c. dicite. 25 q. 2. do. in. c. omnes. 19. diſtin. & Ioan. de Imo. et Car. in cle. 2. de vita & honeſt. cler.*

CAPVT II.

NT COMMVTATIONES. (Succeſſor.) & etiam ab ipſo faciente commutationem ſi iuſtineatur in adminiſtrationem. ſuprà, de reb. eccle. non alie. ſi quis pre. & nota. de elect. noſti.

CAPVT III.

MANCIPIA. (Conuenit) de honeſto, ſi enim aliter fiat tenet. 12. q. 2. eccleſia ſticis. (Ad humanos) id eſt , ſeculares (non decet) de honeſto, vel de facili, id eſt, ſine manifeſta cauſa.

CAPVT IIII.

INIVSTVM. (Mancipio.) id eſt, collatione (fugitiuos) id eſt, qui fuerunt fugitiui, ſed modò deſierunt. 12. quæſt. 2. fugitiui. & ſic non eſt contrarium. C. ad. l. fal. de pla. in fuga debet tamen denunciari emptori vitium ſerui, ne redhibitioni ſubiaceat. ff. de contrahẽ emp. quod ſæpè. §. ſi quis amico . (Eſt abſurdum) de honeſto, vel ſine cauſa.

CAPVT V.

QVAESITVM. (Præbendarum.) quæ in diuerſis eccleſiis ſunt , vel etiã in eadem eccleſia, ſed diuerſo iure cẽſentur, puta, quia vni præbendæ aliquod ſpeciale onus incumbit quod nõ incumbit alij, vel ſi ſunt in eadem eccleſia diuerſæ dignitates, vel diuerſorum officiorum præbendæ, fortè, quia aliquæ deputatæ ſunt cantoribus , aliæ alijs officiis , aliàs autem benè poteſt vnus canonicus vnam præbendam cum alio permutare, dummodò collatio præbendæ non pertineret ad inueſtiturã alicuius: qa tunc videtur quod eius debet requiri conſenſus. Simoniæ). ĩ. c. proxi. 1. q. 2. quã pio. benè poteſt dicere quòd ex quo non poſsim ſecurè in mea eccleſia morari, vel proficere ibi diuerſitatem linguæ, vel alia iuſta de cauſa. Supplico vt de mea præbenda, vel eccleſia alij prouideatis, & mihi prouideatis in alia, credimus etiam quod poſsit ei dicere, & tali melius competeret mea eccleſia: & mihi ſua. arg. ſup. de præben. inter cætera. ſed ipſis qui commutare debent hoc inter ſe paciſci, & tractare nõ licet.

CAPVT VI.

AD QVAESTIONES. (Habet) ad menſam ſuam deputatam , aliàs non liceret. ſuprà, de reb. eccle. non alie. c. 1. vel non ſolùm eccleſia erat maioris eccleſiæ: ſed etiam poſſeſſiones. 16. q. 2. c. 1. & not. ſup. de præben. de monachis. vel dic, quod permutatio poteſt fieri de eccleſijs non ſolùm ad menſam pertinentibus, ſed etiam de alijs, in quibus quãtumcunque iuris habet, non enim prohibetur permutationem fieri iurium ſpiritualiũ inter ſe, vt hic dicit. (Eccleſijs) eum eccleſijs tranſibunt alia ſpiritualia, vt ſunt decimæ & mortuaria. Miſceantur) id eſt, ſeparatim fiat contractus eccleſiarũ à cõtractu poſſeſſionum , vel hîc vult dicere, quod caueãt permutantes, ne occaſione ſpiritualium iurium, de quibus plus habet vna eccleſia, quàm alia plus, vel minus pecuniæ , vel alterius rei temporalis tribuant.

CAPVT VII.

VM OLIM. (Commutaſſent.) & malè. ſup. eo. quæſitum (Inficiabatur) ſed poſtea fuit probatum alio modo, vt ſtatim ſequitur. (Reſignauit) mẽtitur, vt ſtatim ſequitur: & per alias probationes cõſtituit. (Conſtaret) fortè per teſtes. confeſsio enim contradicebat vt ſtatim dixit. (Errorem). ſ. permutationem.

CAPVT VIII.

VM VNIVERSORVM. (Præbenda) hoc enim conuenerat inter eos, quod G. præbendam ſuam daret cuidam

dam conſanguineo ipſius L. & L. præbendam ſuam daret G. (Conſanguineo) qui etiam illicitè permutationis conſcius & fauor erat. (De iure). ĩ. eo. quęſitũ. (Simplicitati) hic enim de benignitate loquitur, ſecùs de iure. Amoto) reſignauerat enim de cauſa, quæ non fuerat ſecuta, tamẽ iuſtius videtur, quòd L. qui fuerat deceptor priuaretur. ſed & hoc iuſtum erat, licet enim G. eſſet puniendus, ex eo, quod ſimoniacè reſignauerat, vel renũciauerat, renunciatio tamen non tenebat, quia ſimoniacè, ſicut nec collatio beneficij ſimoniacè facta tenet. arg. 1. q. 1. ordinationes. & quia ex cauſa renunciauit quæ non fuit ſecuta.

CAPVT IX.

EXHIBITA. (Ipſe) capellanus.

TITVLVS XX.

DE FEVDIS.

CAPVT I.

INSINVATIONE. (Gageria) villæ vel poſſeſſiones. (Eccleſiæ). id eſt, epiſcopatus. (Recepiſſe) in cauſa pignoris (computandos) & eſt hoc fortè in odium feudorum, ſicut inf. de vſuca. c. 1. nam cùm non liceat res eccleſiæ alienare ſine neceſsitate. 12. q. 2. neceſsitatem. & c. ſine ex. & feuda de gratia cõcedantur, & contra ius facilis eſt eorũ reuocatio. arg. ſup. de his quæ fi. à præla. ſine con. ca. cùm apoſtolica. vel hîc vocat feudatarios ruſticos, qui teneant aliquas poſſeſſiones, quarum ratione debent aliqua ſeruitia exhibere, & non excedant multũ fructus valorem ſeruitij, alioquin eſſet cõtra mandatum Dei, mutuum dantes etc. dic hanc decre. & conſimiles loqui in eo caſu, quando illicitè tenent. ſ. quia in feudo datæ fuerunt in caſu illicito, ſicut ſi decimæ in feudo darentur, quæ tamen ſine ſcandalo recuperari non poſſunt: & hoc innuitur. inf. de vſur. c. 1.

CAPVT II.

EX PARTE. (De nouo.) Hoc enim iuramẽtum intelligitur vt rem feudatariam cõſtituat. (Alienare) & propter hoc debeat amittere feudũ. (Recuperare) de facto: quia de iure ipſo facto cadit à feudo vel à iure feudi. (Concedas) in nullo enim caſuũ prædictorũ erãt poſſeſsiones de menſa, vnde iuramento non aſtringebatur, quòd tantùm loquitur de poſſeſsionibus ad menſam pertinentibus. ar. ſup. de rebus eccle. nõ alie. vt ſuper poſſeſ. vbi not.

TITVLVS XXI.

DE PIGNORIBVS ET ALIIS CAVTIONibus.

CAPVT I.

NVLLVS PRESBYTER. (Librum) hîc prohibetur obligari propter honeſtatẽ, quia aliàs conſecratus non eſt. calix autem certam recipit cõſecrationem , & ad minus cùm ibi confectum ſit corpus & ſanguis domini Ieſu Chriſti, nõ debet à prophanis tangi, veſtis etiam benedictionem recipit. arg. 12. q. 2. aurũ. Neceſsitate.) no. neceſsitate imminente vaſa & alia ſacra obligari pignori. ar. inf. c. 2. ſecundum legem. contrarium. C. de ſacroſan. eccl. ſancimus. ff. quæ res pig. obli. l. eam. ff. de pig. ſed & quod. §. qui emp. arg.

CAPVT II.

LATOR. (Liber.) contra. ſup. de iure iuran. ex reſcripto. Solu. ibi.

CAPVT III.

EX PRAESENTIVM. (Pro ſua). i. ꝓpria nõ eccleſię, creditor tamen hæc neſciebat, ſed pro vtilitate eccleſiæ accipi credebat, & ſic etiam cõtractus nomine eccleſiæ celebratur, aliàs enim res eccleſię obligatæ non eſſent, nec cogeretur aliquis pro earum liberatione ſoluere pretium. C. ſi res alie. pi. da. l. curator. C. quæ res pig. ob. poſſ. qui filios & eccleſia liberè petere poteſt. 10. q. 2. hoc ius. in ver. qui verò res. ĩ. de rebus eccl. nõ alie. ſi quis vel hoc de facto recuperare nõ poterat, niſi pretium reddi faceret, ſi. ſup. de rebus eccle. non alie. ad audientiam. Vel dic contractum factum nomine eccleſiæ, & ſeruata fuit forma, ſed non conſtat fuiſſe conuerſum in vtilitatem ipſius eccleſiæ, & quia non cogebatur eccleſia, nõ cogitur ſacerdos. 10. q. 2. hoc ius. & no. hîc quòd nõ ſolùm habet eccleſia rei vendicationem contra deceptionem , ſed etiam

etiam actionem negotiorũ gestorum cõtra sacerdotem, qui malè administrauit. ff. de neg. gest. l. 3. §. vlt. 12. q. 2. si qua de rebus. & c. si quis quẽlibet. non solùm habet actionem contra sacerdotem administratorẽ, sed etiam contra hæredes.

Quod tamen intelligimus quando dolo & lata culpa aliquid gesit sacerdos, vel si quid ad eum peruenit, vel hæredes suos, alias enim hæredes non tenentur, nec de leui culpa. ff. de hęre. tuto. non ostẽdimus. C. de hære. tu. l. 1. & vlt. (Et ea) pignora (Ipsius) sacerdotis.

CAPVT IIII.

ILLO VOS. (Causam agebant enim H. & B. contra C. pig. actione. (Prædictæ G.) primò enim hic G. proposuit dum viuebat, & postea ea mortua, hocipsum proposuerũt hæredes eius. (Propositũ) tãquã exceptio perẽptoria post li. con. (Pignus) quia si pignus ex pacto non potest facere, quod dominium transeat in venditorẽ, vel quod non possit redimere. C. de pact. pi. l. vlt. (Ex duobus) no. ex plurib. prę sumptionib. iudicarij. sic. 3. de emp. ad nostram. (Numerari) si enim vẽditor esset emptor, fructus faceret suos. (Emptorem). s. quod si mulatè egerit contractũ sub specie venditionis, cùm in veritate ageretur, vt esset pignus, & plus valet quod agitur, quàm quod simulatè concipitur. C. plus valere quod agitur, quàm quod si. con. per totum. & ita fiat condẽnatio in pignoratitia actione in qua actũ est.

CAPVT V.

1 *Mulier in repetitione dotis quibus præferatur.*

EX LITERIS. (Distractio). Iustum est dummodò primò extractum esset debitũ vxoris, & omniũ aliorũ habentiũ hypothecas tacitas vel expressas. (Dicit) id est, petit in libello suo.

1 † Cum mulieribus) mulier in repetitione dotis, præfertur omnibus habentibus personales actiones, vel tacitas hypothecas. C. qui potio. in pig. ha. assiduis habẽtibus autẽ expressas non prę fertur. ar. eius quod dicitur in fisco, qui simile priuilegium habet. C. de priuile. fi. quamuis. ff. qui po. in pig. l. vlt. hoc autem priuilegiũ non habet mulier in reb. paraphernalibus. C. de pac. cõuen. l. vlti. nec in donationibus propter nuptias. C. qui po. in pig. ha. l. vlti. in his enim benè habet tacitas hypothecas, sed præfertur tantùm posterioribus creditoribus, & habentibus hypothecas, sed non prioribus.

CAPVT VI.

VM CONTRA. (Quæstionem.) Petendo restitutionẽ pignoris, & intentando pignoratitiam actionẽ, hoc tamen nõ videtur, cùm pignoratitia actio sit personalis, & non detur in rem. (Annulla ssent) repete quod diximus suprà, de iureiuran. ad nostram. 1.

CAPVT VII.

1 *Debitor non debet expectare, vt creditor petat, sed ire debet ad locum vbi creditor habitat, ibiq; se offerre.*
Periurus non est, qui credit pecuniam esse solutam creditori per eius nuncium, secus si scit pecuniam non esse solutam, & tamen citò non solueret.

SIGNIFICANTE. (Commissoriæ). C. de pac. pig. l. 1. & 2. quia non obstante pacto tali. s. quod res pignorata propria sit creditoris, vel q, vltẽrius nõ reddatur pignus debitori, poterit agere pignoratitia actiõe, ad recuperãdũ pignus, sed iuramentũ benè obstaret sibi, si in culpa fuisset. (Nunciũ) not. malitiã procuratoris non obesse domino, dummodò in culpa eligendi nõ fuerit. ff. commodati. argentum. C. qui po. tut. vel cu. à maioribus.

1 †Remiserit) quicunque enim aliquid alicui debet, non debet expectare quòd is cui debetur illud petat, sed debitor debet ire ad locum, vbi creditor habet domicilium, & ibi sibi offerre, & si non est ibi, coram iudice loci hoc protestetur, argumentum hîc. C. de vsuris. si creditricis. C. de so. ob. & idem est dicendum, quando aliquis promisit alicui facere cessionem actione vel renunciationem. argu. suprà, de offi. or. pasto. §. fi. Captione) nam licet permissionem nũcij excusetur, quòd non incurrerit periurium, quia credebat solutam esse pecuniam creditori, non tamen excusaretur, si citò non solueret, postquam sciuit pecuniam non solutam, quia adhuc durat debitum & vinculum iuramenti, quia licet ex pacto non teneretur, quin posset recuperare pignus, ex iuramento autem sic obligatus est, vt vlterius petere non posset, nisi prædictis excusationibus defenderetur. (Cogatis) hoc est, de iure sine aliqua dispensatione.

CAPVT VIII.

VM CONSTET. (Mulierem.) Ista I. habuerat filiũ & filiam nomine M. de primo matrimonio, quæ ad secũda vota conuolauit, mortuo aũt filio succesit ista cum sorore defuncti in viriles portiones, sed in omnibus, quæ ad filium nomine defuncti prouenerũt à patre non habebat I. mulier, nisi vsumfructũ in donatione propter nuptias. Authent. de nup. §. huic nos. §. & quoniam mulier. sed M. habebit proprietatem tãquam hęres proximior ab intestato, & ideò ipsi caueri debet, vt sequitur, potest etiam poni casus, quando vsusfructus erat relictus I. mulieri & proprietas. Itẽ potest poni, quãdo in iudicio communi diuidundo, vel familiæ. ercis. vni erat adiudicatus vsusfructus, & alij proprietas, sed primo dictum magis placet. (Mulierem) sororẽ. defuncti filij. (Salua). ff. de vsuf. l. 1. (Pecuniam). ff. de rebus quæ vsu. con. per totum. insti. de vsufr. §. 1. & 2.

TITVLVS XXII.

DE FIDEIVSSORIBVS

CAPVT I.

CLERICVS. (Inseruiens) hoc verbum frequentiam & assiduitatẽ notat, vel dic, quòd nec semel fideiubere debet, nisi in necessitate, si tamẽ fideiubeat tenet. ff. c. proxi. 11. q. 1. te quidẽ. sed peccat & punitur & frequenter vt hîc.

CAPVT II.

PERVENIT. (Transcripta) quæ tamen ad probationem non sufficiunt: vt suprà, de fide instru. c. 1. & hoc satis colligitur ex eo, quod sequitur, si ex confessione etc. nisi enim transcripta facta essent cum ea solennitate quæ est notata. suprà, de testib. Albericus. non faciunt fidem. Reditibus). C. quæ res pig. ob. po. l. spem. & vlti. contra solu. non possunt obligari speciali conuentione, sed à iudice pro debito canonici & ex causa iudicati possunt obligari & addici. C. de excep. rei iud. stipendia. C. de pri. mi. l. 1. ff. de rebus eo. qui sub tu. vel cu. magis. §. non passim. & ex eadem causa possunt interdici stipendia. ff. de reg. iu. commodis prædiorum. (Suspendatis) nam licet ad hoc non agatur, si tamen ipsis defendentibus conuicti fuerint de aliquo crimine, tam ordinarius, quàm delegatus eos punire a poterit, maximè a cùm sit notorium in iure, & infamia inde orta sufficiat ad suspẽsionem eius. 2. q. 5. presbyter si. secus autẽ esset, & si non esset in iudicio, & tunc probaretur aliquod crimen contra eum. sup. de ord. cog. cùm dilectus.

a *Maximè. hîc dicta Inn. intellige tu & declara vt per. d. de sancto Gemi. in c. in primis colum. 6. in prin. 2. q. 1.*

CAPVT III.

Fideiussor in quatuor casibus potest agere cõtra principalem debitorem.

CONSTITVTVS. (Soluat) hoc habet locum in quatuor casibus. Primus est, si reus dilapidat bona sua. Secundus, si fideiussor cõdemnatus est creditori. Tertius, si ex pacto hoc conuenit à principio. C. mand. si pro ea. Quartus, si diu stetit in obligatione. ff. manda. Lucius Titius ar. ff. manda. si mãdato. §. quoties. ff. cõmo. si vt certo. ff. c. vlti. (Ille) cancellarius. Satisdatione) hæc cautio non est necessaria, cùm sufficiat sola citatio, & si nõ se præsentauerit, procedi possit ad testium receptionem. sup. de testi. cap. 1. hîc autem ideò petita fuit cautio, quia præsumebat pœna, quod cãcellarius malitiosè vellet fatigare aduersarium in mittendo Bononiam pro testibus recipiendis, vt autem cesset ab hoc grauamine, vult quod etiam ipse suum nuncium mittere compellatur. (Significent). sup. de testi. causam. suprà, de proba. licet. Not. eum qui refert negotium non solùm debere referre, quanta sit fides adhibenda testibus, sed etiam instrumentis.

CAPVT IIII.

1 *Debet is, qui mutuum, vel quemcunq; aliũ contractum cum procuratore init diligenter mandati tenorem animaduertere.*
2 *Procurator habens generalem administrationem omnium bonorum domini, an possit obligare dominum.*

Procu-

2 *Procurator accipiendo mutuum an & quando obligat dominum, & quid iuris de institore. & num.3.*

3 *An sit facienda vis, si dominus dicat, præficio talem, vel instituo tali negotiationi, an dicat facio procuratorem meum talem in tali negotiatione.*
Institor vnde dicatur.

4 *Quot modis res aliqua in ecclesiæ vtilitatem conuerti dicatur.*

QVOD QVIBVSDAM. (Religiosis) locis (Ad vniuersos) religiosos. (Cómuni) † si vltra id, quod capitulum sibi mutuandum mandauit, quando aliquis contrahit mutuum, vel quemcunque alium cõtractum inijt cum procuratore, debet diligenter inspicere tenorem mandati. ff. man. diligenter. inf. de priui. porrò. quia si illũ excesserit nõ tenetur dominus, nisi inquantum probaret versum in vtilitatẽ domini, vt hîc, nisi illud quod facit vltra mãdatũ ex necessitate cõsecutiuũ sit mandato: vt est cautio, de euictio. & similia, ad quę benè procurator obligat dominũ: vt. ff. de act. emp. l. Iulius. §. si procurator. ff. de procur. qui proprio. & l. procurator. sed semper caueat iste procurator, qui adhuc mandatum non habet, ne pecuniam mutuam accipiat, quia in ea nunquam dominum obligat. C. quod cum eo. l. fin. Nec obligare potest pignus, ff. quòd iussu. l. antepe. † Si autem aliquis prelatus constituat aliquem procuratorem ad procurandum aliquam villam, vel aliquam præbendam, si dat sibi liberam administrationem, in ea videtur mihi quod potest agere nomine eius pro vtilitatibus villæ, vel prębendę, & potest locare & permutare res illius villæ, vel præbendæ, & potest ei solui debitum, quod eis debetur & pacisci. ff. de pac. rescriptum. §. fi. & tribus. ll. seq. ff. de procu. procurator cui. & l. seq. & C. quod cum eo. si liberam. ff. de rei ven. si quis hac. §. fi. & hac ratione videtur quibusdam, quòd etiam posit mutuum contrahere, sic tamen quod non obliget personam domini, sed res tantùm villæ vel præbendæ, quas administrandas recepit.

Sed res tãtũ. Adde quod idẽ tenet Pe. de Anch. in cõsi. 332. incip. pro clariori decisione. col. 2. circa finem.

2 † Si autem haberet generalem administrationem omnium bonorum domini, tunc fortè posset obligare dominum. arg. prædictaru m. ll. ff. de procu. generali. & de pac. rescriptum. & tribus. ll. seq. & hoc ex eo maximè probatur, quia talis procurator potest facere institorem, & ex contractu cum tali institore habito obligabitur, & procurator generalis qui instituit & dominus. ff. de insti. cuicunque. §. fi. & l. seq. ex quo sequitur quod multò fortius ipse procurator generalis dominum obligabit, etiam mutuam pecuniam accipiẽdo: ciuitas tamen, vel ecclesia nunquam in mutuo obligatur, nisi versum sit in vtilitatem ciuitatis, vel ecclesiæ. ff. si cer. pe. ciuitas. secùs tamen est in priuato, vt nota. in summa. C. si cer. pet. §. vbi autem accipit mutuum, si autem non habeat liberam administrationẽ, nec speciale mandatum ad prædicta non potest ea facere. ff. de procu. mandato generali. ignoratis. & l. procurator tutorum. ff. de offi. procurator. cesa. l. 1. §. 1. C. de procuratoribus. procuratorem. ff. de peculio. quod peculij. Videtur tamen, quod huic etiam non libero solui debent pensiones, & alij reditus villæ & præbendæ, & quòd ipsos possit alienare. arg. ff. de procur. procuratorto. arg. C. de admi. tu. lex. quæ.

Hæc autem habent locum in procuratoribus ad aliqua procuranda, & non habent locum in institoribus vel procuratoribus negotiationum, in eis enim videtur, quòd si quis alicui mandasset quod pannos causa negotiationis ei emeret, quòd licitè posset accipere pecuniam pro his perficiendis, & dominum obligat institoria. ff. ad mace. sed si filius. §. interdictum. ff. de insti. cuicunque in prin. &. §. non tamen omnes. & in omnibus. §. eiusdem. l. nec est vis, vtrum de multis rebus mandauerit dominus, vt tunc habeat locum directa, insti. ff. de insti. cuicunque. §. 1. nam ibi in plurali tãtùm loquitur, scilicet agris colendis, mercaturis faciendis. Si autem de vna re tantùm mandet, & tũc datur vtilis insti. de insti. in eum. 1. respon. &. §. 1. & C. de exer. l. 3. & l. si mutuã. & C. si cert. pet. l. eum qui.

3 † Item non videtur esse vis, vtrum dicat dominus præficio talem, vel instituo tali negotiationi, an dicat facio talem procuratorem meum in tali negotiatione, nam ex cõtractu talis procuratoris, qui est ad negotiationes, vel ad certum quid, si enim est procurator ad pecunias recipiendas, datur vtilis insti. contra dominium. ff. de insti. in eum. Sed contra. ff. de insti. cuicunq;. §. sed cum & fullo. Sol. ibi loquitur de procuratore, qui nullã habet potestatem negotiãdi in rebus domini, sed tantùm discipulos regere debebat, & necessaria eis ministrare. Ex contractu enim cum tali habito, non quæritur insti.

insti. quæ non quæritur, nisi quando aliquis sit institor, vel procurator ad negotiandum pro vtilitate quæstu domini, & nõ loquitur de procuratore, qui instituitur ad colligendos reditus, & faciendum coli terrã, hîc enim nulla est negotiatio quæstuaria, & ideò non datur insti. ff. de insti. sicut villicus. posset tamen aliquando dari neg. ges. Item licet dixerim quod aliquando potest contrahere mutuum institor: tamen diligenter caueat sibi ille, qui mutuat, quam autem cautelam debet habere collige. ff. de exerci. l. 1. §. non autem ex communi causa. & l. fi. in cautela enim huiusmodi, æquiparo exercitoriã & inst. licet aliqui aliter dicant.

☞ † Ex his autem legibus sic distinguitur, quia si præpositus alicui rei vt institor vel exercitor contrahat in rem quæ ei nominatim est permissa, semper præpositores tenentur insti. vel exer. nec attenditur, an sit conuersum in rem, vel non. si autem contrahatur in rem, quæ tacitè est sibi commissa, si id quod accipit, vel in quo contrahit vertitur in rem domini, idem est, sed si non vertitur in rem domini, tunc locum habet l. fi. ff. de exe. vbi dicitur, creditorem scire debere, se cõtrahere in eam causam, quæ tacitè est ei permissa, & quòd non credat plus quàm est ei necessarium, & quòd res ibi posit comparari, nec sufficit sola assertio præpositi dicentis, quòd in causam necessariam accipit, imò eo sciente, debet subesse causa. Quid autem sibi tacitè cõmittatur in summa. de exer. no.

1 Dicitur autem institor ab insto, quia præstat vel præficitur negotiationi vel negotio etiam singulari. ff. de insti. l. 2. &. l. cuicunque. in prin. vbi habes, quòd institor dicitur etiam, qui ædificio pręponitur, & insulanus hic hoc nomine continetur, & de institore videtur, quòd si pro ædificio accipit mutuum, quòd benè obligat dominum. ff. de insti. certum. §. non tamen omne. sed si tantùm esset institutus procurator, non institor ad ædificium, tunc videtur, quòd posit accipere mutuum pro ædificio, sed de sua pecunia, vel domini facere debet. C. quòd cum eo. l. fi. Sed contra de insti. meum. C. de exer. simu. Sol. illæ. ll. loquuntur, quòd procurator obligat dominum de mutuo, quando ei specialiter mandatum est, quòd mutuet, & hoc ipsum dicit. l. præal. C. quòd cum eo. l. fi. in prin. sed si non esset mandatũ sibi specialiter, tunc non posset dominũ institor obligare, nisi esset procurator & institor. ff. de insti. cuicunque. §. sed si fullo. ff. quòd cum eo. l. fi. hæc materia licet sit legalis, tamen multum necessaria est clericis, qui suis negotijs multos præponunt, ex dolo autem extra officium suum commisso, non tenetur dominus, sed in officio sibi commisso delinquat in contractu, tenetur dominus. ff. de tri. sed si seruus. & duabus. ll. se. nisi quam citò sciuit purgauerit. C. de erog. mi. an. l. fi. C. de hære. quicunque. suprà, vt lit. non contest. accedens. sicut ex dolo defuncti tenetur hæres, si in contractu admittatur. ff. depo. si hominem. §. datur. In vtilitatem.)

Sed contra. quia intra summam communi prouidentia constitutus, siue suprà mutuatus fuerit non tenetur ecclesia, nisi conuersa sit in ipsius vtilitatem. 10. q. 2. hoc ius. §. is. cùm. & insuper quantumcũque recepit, si conuersa est in vtilitatem
4 ecclesię, semper tenetur, vt hîc. † Sol. duobus modis dicitur conuerti in vtilitatem ecclesiæ. Primò id tantùm quòd conuertitur in rem ecclesiæ, & in posterum duraturam, puta emptionem alicuius rei ædificium & consimilia, & sic accipitur hîc, &. ff. de impen. in re. do. fa. l. 1. & 3. & quasi per totum, dicitur & alio modo cõuerti in vtilitatem ecclesiæ, etiam id, quod non accipitur ad perpetuam vtilitatem, sed temporalem, puta primò colendis agris & domibus non necessarijs, aliàs tamen vilibus faciendis & magnificè & vtiliter, sed tamen ecclesia non sufficit ad tantas expensas facere, & ideò hoc inspecto, non est verè hîc vtilitas, & idem in alimentis monachorum, quos voluit parcè viuere, sed ipse multa expendit, quæ vtilia fuerunt, sed tamen nimis grauabatur, & ipsi paucioribus poterant esse contenti, licet cum difficultate, & sic accipitur. ff. de rei ven. si fund. & ff. de pe. hęre. si à domino. §. vl. & l. seq. quãdo ergò fit hæc prouisio, quòd accipiant vsque ad certam summam, poterit obligare & accipere etiam p temporalibus, & non perpetuis vtilitatibus, sed vltra non pro temporalibus, sed perpetuis semper tenebitur. Item si vsque ad summam prætaxatam mutuũ acceperit & conuersum sit in vtilitatem ecclesię etiam si post perierit, tamen tenetur ecclesia, nisi autem vltra summam prætaxatam acceperit, licet conuertatur in vtilitatẽ ecclesiæ, nisi perduceret nõ tenetur

4 *Institor qs dicatur. institor vide etiam per Abb. in suo consi. 16. col. 1. in primo vol. & adde quod si institor alicuius scripsit alteri mercatori qualiter apud mẽsam domini sui habebat militle, an officio institoris finito, ipse institor, vel dominus sit conueniẽdus vide Soci. in consi. 154. col. 4. versic octauus casus et de malefi. teria. vide etiam per Alex. in cõsil. 44. per totum in secundo libro.*

hoc non placet aliquibus, quia in casu proximo æquè competit actio, sicut si duraret versum. ff. de neg. gest. siue.

Sed alij dicunt, quòd quantumcunque sit versum vsq; ad prætaxatam summam competit actio neg. ge. si contemplatione ecclesiæ mutuauit, sed vltra summam nõ habet actionem, nisi duret versum. C. de neg. ge. l. vl. quia videtur prohibere vltra prætaxatam summam, sed hoc non videtur pati hæc litera, cùm etiam velit, quòd si vltra summam sit mutuatum, & sit versum in vtilitatem ecclesiæ, quòd ad illum teneatur ecclesia, probatur etiam hoc ipsum, ea ratione, quia ex quo pecunia mea cõuersa est in vtilitatem ecclesiæ, & si aliàs ius non sit, tamẽ æquum est pecuniã mihi restitui. ff. si cer. pe. si me. sed certè hæc vera sunt, vbi durat versum, vel vbi nõ durat [a], dummodò certa summa nõ. esset prætaxata, sed vbi certa summa est prætaxata, videtur vltra summã prætaxatam prohibere, & ideò tunc non habet locũ actio neg. ge. C. de neg. ge. l. fi. posset tamen dici eũ videri donasse, sed hanc præsumptionem donationis aufert, quia expressè dicit se velle recuperare pecuniam suam, vsq; ad summam autem prætaxatam certũ est quòd tenetur monasterium certi conditione, ar. ff. si cer. pet. ciuitas. Item potest dici, quòd sicut seruus contrahendo mutuum obligat dominum ex mutuo, sic & monachus, & etiam fortè clericus.

[a] *Vel vbi non durat. Adde quod hoc dictum Innoc. refert & sequitur Cardi. in consi. 71. inci. seriatim super singu. col. 4. vers. quartum principale.*

CAPVT V.

QVM PRO QVO. (Si diu). ff. mand. Lucius. (dissipare). C. mandati. si pro ea.

TITVLVS XXIII.

DE SOLVTIONIBVS.

CAPVT I.

AD HOC. (Prædecessoris) 12. q. 5. quia lex. (Hæres). 16. q. 6. illud. (Necessitate). si versa sint in vtilitatem ecclesiæ.

CAPVT II.

SI QVORVNDAM. (Obligari) alienis debitis, nam pro suis debitis liceret dare literas & sigilla. (Suspensum) hanc absolutionem non seruat sibi Papa, & ideò cuilibet episcopo licet. argum. infrà, de sen. excom. nuper.

CAPVT III.

EODARDVS. (Relaxetis.) Videtur quòd hoc locum habet, siue ex contractu, siue ex maleficio conueniatur, egenus ad interesse alicui reddendum tantùm, si verò non agitur ad interesse tantùm, sed ad pœnam, & interesse, vt est in furto, tunc si placet actori, quod est ibi, benè poterit computari in pœnam corporalem, ar. 12. q. 2. fraternitas. sed pro puro interesse non subijcitur pœnitentiæ, sed reseruabitur res habenda tempore prosperioris fortunæ. Si autem conueniatur quis actione iniuriarum, quæ est tantùm ad vindictam, vel etiam si aliàs conueniatur criminaliter, vbi debet quis condemnari pecunialiter, fiat commutatio pœnæ etiam inuitis actoribus. ff. de pœ. l. 1. inf. de sen. excommu. et famæ. Alij tamen dicunt, quòd hæc commutatio locum habet tantùm, vbi pœnæ applicantur fisco, quod est semper, nisi in casibus exceptis, sed vbi applicantur certis personis, non fit commutatio eis inuitis.

CAPVT IIII.

AS QVI. (Indebitam). ff. de probat. cùm de indebito, etc.

TITVLVS XXIIII.

DE DONATIONIBVS.

CAPVT I.

PRVDENTES.

FRATERNITATEM. (Deteriorem) hanc regulam intelligo, cùm agitur de dãno vitando, non de lucro captando. C de acqui. pos. l. vlt. tamen in modicum potest facere deteriorem: vt in c. proxi. & 12. q. 2. terrulas. & in hoc differt à procuratore, quod etiam aliquantulum procurator donare non potest. ff. de procura. & per procuratorem totum, in omittendo autem facit conditionem deteriorem etiam in multo. 16. q. 3. placuit. suprà, de præscri. c. 1. (Legitimè reuocare.) dic vt no. suprà, de elec. nosti.

CAPVT II.

AETERVM. (Quãtitas). quia & si consuetudo esset, non teneret in magna quantitate, cùm esset onerosa ecclesijs. suprà, de consue. cap. 1. Ratum) & si tot faceret quæ læsionem inducerent ecclesiæ, reuocarentur vltimæ tantùm, per quas læditur ecclesia. infrà, eo. apostolicæ. 12. q. 2. si quos. C. de do. si quis. argum. tamen quod totum reuocaretur. ff. de iurepa. si libertus.

CAPVT III.

ONSVLTATIONIBVS. (Fiant.) Puta, quia eis datur in beneficium. (Priuatis.) id est clericis (Momenti) etiam postquam vacauerint (Fiant) etiam viuentibus personis earum, puta, quia eis deberentur in perpetuum (authoritate) & cum alijs solennitatibus. Inno.

CAPVT IIII.

PER TVAS. (Modios.) non designando in aliquo certo loco, hos quatuor modios, sed simpliciter eos de quatuor modijs inuestiuit, per quã inuestituram, nec meliores, nec deteriores quatuor modios, sed mediocres dari cogi debebat. Successor autem duos modios tantùm assignauit, & de eis ipsos inuestiuit, cùm crederent quatuor esse, nec erat certus terminus assignatus mensurationi, & quod infrà, eundem renunciaret de quantitate, nam tunc secùs esset. ff. de contrahen. empt. si qui fundum.) Quatuor). id est, ac si quatuor essent modij.

CAPVT V.

VM DILEC. (In forestã) propter venationes. (Ad sententiam) egerat enim monasterium interdicto vti possidetis, contra Alanum, vt ab ipsorum molestatione desisteret, super qua petitione cùm esset lis contestata, & testes producti, ac plenè de causa liqueret, mandat dominus Papa sentẽtiam ferri fic. Donationem) duplicis generis donationes, & diuersarum rerum continebantur in instrumento. Prima donatio erat pura, secunda cum pensione & determinatione tali. s. quòd posit illam donationem commutare, vel reuocare, & ad hanc vltimam donationem refertur clausula de foresta, quæ fortè erat quod liceret ei venari in rebus donatis, vel in foreſtam dirigere. arg. contra. suprà, de appel. secundo. ff. de leg. 3. si quis. in prin. de le. 1. talis. §. vlt. & l. seq. sed hoc ideò est, quia in donatione est plenissima interpretatio facienda vt hîc. (Plena). vt ff. de ver. ob. in conuentionalibus. C. quæres pig. ob. l. vlti. ff. si cer. pe. l. 3. (Plenior). ff. de reg. iu. in testamentis. ff. de iu. & fac. igno. l. 3. Beneficijs). id est priuilegijs. & intellige, si alij non fit enorme præiudicium. C. de preci. impe. offe. quoties. ff. de admi. tu. impuberi. suprà de rescrip. sedes. Item priuilegia, quæ tanguntiura concedentium, largè interpretamur: vt hîc. 16. qõ. 1. c. 1. quæ autem iura aliorum tangunt, strictè. suprà, de vsu pal. ex tuarum. non tamen calumnioſè. infrà, de priuil. in his. & no. suprà, de transl. prælat. vel eccle. cap. vlt.

CAPVT VI.

1 *Cùm archipresbytero conceditur ecclesia quæ sit intra fines sui archipresbyteratus quid intelligatur concessum.*
2 *Item quid si Papa eximit ecclesiam ab episcopo vt det eam abbati qualiter subiecta intelligatur, quo ad iurisd. & quid de oblationibus & mortuarijs in nu. 3.*
5 *Prouentus nomine quid comprehendatur.*
8 *Exemptio quo casu non dicatur valere. & in nu. 6. & 7.*

1 PASTORALIS. † (Religiosis) secùs si cõcedat ecclesiam alicui archipresbytero, quæ sit intra fines sui presbyteratus, nam tũc nõ intelligimus, quod concedat ei fructus, vel prouẽtus suos temporales, sed quòd sibi sit subiecta tanquam archipresbytero, & idem si concedat archidi. ecclesiam, vbi non habet iura archidiaconus, quia tunc ea concedere intelligitur. Ratio diuersitatis est, quod cùm abbates nihil habeant certi iuris in ecclesijs suis, vt aliquid eis concedere videatur, locum habet quod hic dicitur. Item credimus. s. quod hic dicitur etiam si donet monasterio exempto, vel episcopo alieno. 16. q. 5. c. 1. nisi fortè monasterium esset exemptum, cum capellis habitis & habendis, quia tunc videtur

detur dare, vel donare eccleſiam, vt ſit exempta: tamen epiſcopus ſuos prouent⁹ temporales dare nõ intelligitur, hoc ideò dicimus, quia ex perſonis dantium, & eorum quæ dantur, debemus cognoſcere quid dari intelligatur, vt hîc colligitur, hoc quod dicit decr. hæc locum habet, cũ epiſcopus dat monaſterijs eccleſias habentes, vel non habentes parochias, & idem videtur, ſi Papa ſuam capellam, quæ capitulum non habet, dat monaſterio.

2 †Sed ſi eximit aliquam eccleſiam ab epiſcopo, vt det eam abbati, ſiue in ea prius abbas iuſpatronatus haberet ſiue nihil, tunc illa ſuberit abbati, quo ad legẽ dioce. & quo ad legẽ iuriſdictionis, quia ex quo eam eximit vt eam det abbati vtrãque legem tranſtuliſſe videtur in abbatem, cùm Papa ipſum exemerit, & cupiditas Papæ videretur, ſi aliquid ſibi retineret, arg. C. de bon. vac. ſi quando.

Et eſt hoc verum, ſi eccleſia donata nõ habet populum, ſed ſi habet populum, tunc eodem modo eccleſia cum clericis ſuberit abbati, quo ad vtrãq; legem, quia ſolus abbas ſuper eam, & eos exercebit iuriſdictionem hoc ſaluo, quòd in grauioribus requiret Papam. ſ. de offic. archi. ad hoc ipſe enim inſtituet rectorem in ipſa eccleſia, & ſic de alijs, quæ ad legem iuriſdictionis pertinent, ſed & legẽ etiã dioce. habebit in ea, quia ſi qua aliunde ei obuenerint, quàm à Papa de illis habebit canonicam portionem, & ſic etiam de mortuarijs, & aliũ de venientibus, ſed cùm prædicta exemptio ſit reſtringẽda quantum ad epiſcopum, à quo eximitur, non intelligo populum exemptum, & ideò quantum ad populum, debet epiſcopo de lege dioc. reſpondere. ſ. quia curam populi ab eo retinet ſine examinatione tamen, ſed tamẽ benè poterit cõtra eũ excipere, & accuſare corã abbate, & de cura ei⁹ reſpõdebit epõ.

3 †Item de oblationib⁹ & mortuarijs, quę illi eccleſiæ à populo obueniẽt, reſpondebit epiſcopo, arg. ſ. de priuil. ex ore. & idẽ dicimus de lege iuriſdictionis, qa ſi quas cauſas populi tractabat, ad epiſcopum appellabitur (q, ſuum) qui enim concedit eccleſiã, ius q, in ea habet cõcedere videtur. ff. de cõtrah. emp. qa tabernas. ff. de leg. 1. ſi domus. &. l. vl. ff. de vſu. & habi. ſi ita. ff. de le. 2. in eius. §. pe. ar. cõtr. (Temporaliter) Puta tertiã, vel quartã partẽ fructuũ, poſſeſſionũ, non decimarũ, vel fortè, quia de poſſeſſionib⁹ aliquẽ annuum reditũ præſtabat, & ſi talẽ partẽ nõ habet in temporalibus, videtur concedere ꝓuentus ſpiritualium, puta quartã decimarum & oblationũ & ſimilia, ſcilicet ſpiritualiũ redit⁹. 10. q. 1. antiquos. 12. q. 2. vulterana. (Portio conuertatur) & non inſtitutio, etc. cõſimilia, quæ inſtitutio benè intelligeretur cõceſſa, ſi diceret eps, concedimus tibi eccleſiã pleno iure. 16. q. 2. c. 1. ar. ff. ꝓ ſocio. l. 3. §. 1. & l. cùm ſocietas. 1. q. 1. ſunt nonnulli. (Nullam) certã, quia cathedraticum datur in ſignum ſubiectionis in ſpiritualibus & iuriſdictionis ſpiritualis, & ideò cùm illam remittere non intelligantur per conſequens, nec cathedraticum.

4 †Prouentus) puta moderatũ auxiliũ. ſ. de cẽſi. cũ apoſtol⁹. §. ꝓhibemus. & quę de mulctis, vel iuridictione proueniunt, nã nomine prouentus, omnia comprehẽdit. ff. de vſufr. leg. à criminib⁹ autẽ abſtineat, & epo dimittat. 16. q. 7. viſis. in fi. vel vt dictum eſt, conferre intelligitur quartã decimarũ, & alios ſpiritualium reditus non iuriſdictionẽ, nec ea quæ ex iuriſdictione proueniũt, vel is eſt ſenſus, quòd ſi eps nullos habet reditus in tẽporalibus, qa tũc intendit cõcedere religioſis, q, omnes redit⁹ eccleſiæ conceſſę eis approprientur ſibi.

5 †Sed oppones ſi hoc fiat, ergò eccleſia conceſſa eſt in grãgica, & ſic nec etiã cathedraticũ habebit ibi eps, ſed reſpondẽt, licet approprient ibi redit⁹ ſupfluos, non tamen eccleſia debet abſq; clericis remanere. vt no. ſ. de præ. in Lateranenſi. & no. quia cùm eps dat eccleſiã, aliquãdo intelligitur dare temporalia, id eſt reditus ratione tẽporaliũ debitos, quos in ea habet, aliquãdo alias obuentiones, vt hîc, aliquãdo dat inſtitutionẽ cũ pleno iure. 16. q. 2. c. 1. aliquãdo omnem ꝓuentũ tẽporalem ex quacunq; cauſa ꝓuenientẽ. ſ. de cenſi. cũ venerabilis. ſed dando priuilegium exemptionis nõ eximit à iuriſdictiõe ſua eccleſiam, cui dat priuilegium vt prædictis iurib⁹ ꝓbat. ar. ff. de offi. præ. legatus. Et dicũt quidã, quòd non valet talis exemptio, niſi dicat, in quibus eximit, ſicut quòd non ſoluat moderatum auxilium, & in illo valet exemptio, & ſic de alijs contra. infrà, de reli. do. conſtitutus. ſed dic vt ibi no.

6 †Sed melius videtur, quod ſi generalis fiat exemptio de omnibus temporalibus, quòd valet. ſ. de cẽſi. cũ venerabilis. & idẽ fortè in ſpiritualibus, quæ remitti poſſunt, ſuperior ergò tamen eximet nõ tantũ ſol⁹ Papa, ſed & archieps, & eps, ar. ſ. de exceſ. prælat. ſicut. 16. q. 1. & temporis qualitas, dũmodò cum ſolennitate debita faciat: vt no,

no. ſuprà. vt eccle. bene. ſi di. con. vt noſtrum. in fi. & ſi epiſcopus eximat aliquã eccleſiam abbati, vel archiepiſcopo, vel alij prælato, intelligitur in totum exempta cum clericis & laicis, & ſoli epiſcopo ſubeſt, vel illi cui traditur.

Et hoc eſt verum in iure parochiali, ſeùs autem dicerem⁹ in iure epiſcopali, nã licet eccleſia quæ datur religioſis à iure epiſcopali ſit exempta per Papam, non tamen populus erit exemptus: vt no. ſ. de priui. recepimus.

7 †Et eſt ea fortè ratio, quia eſſet grande periculum, ſi epiſcopus non poſſet miniſtrare populo ſacramenta, quia abbas, vel alius prælatus ipſius eccleſiæ exemptæ nõ poteſt, vt conſecrare altaria, et conſimilia, imò plus videtur, quod etiam ſi epiſcopus aliquam eccleſiam eximat, non videtur illam à ſe exemiſſe, vnde fortè videtur, quod ſi Papa daret eccleſiam alicui alij epiſcopo, quod tunc etiam populus videretur exemptus, quia epiſcopalia iura poſſet recipere ab epiſcopo, cui datur. (Cathedraticum) idem in correctione etiam ſi pleno iure conceſsiſſet eccleſiam. 16. q. 2. viſis. idem in procuratore & iuriſdictione & viſitatione. ſ. de cenſi. cùm venerabilis. etiã ſi pleno iure conceſsiſſet. (Conſenſus) & ſine eo non valet, ſi autem collationes beneficiorum fierent de conſuetudine, valerent ſine conſenſu capituli. ſuprà, de his quæ fi. à prælat. ſine cõſenſu ca. c. ea noſcitur.

CAPVT VIII.

1 *Interdictum an ex diuerſis cauſis proponatur.*
2 *Eccleſiam vnam alij ſubijcere, ad epiſcopum pertinet.*
3 *An audiatur turpitudinem ſuam allegans.*
4 *Locus aliquis non poteſt fieri ſacer abſq; authoritate epiſcopi.*

1 INTER DILECTOS. (Hoſpitali) ſancti Alutij. (hoſpitalarij) ſancti ſepulchri. †(Diſsimilibus) quod licitè ſit, quia primò egerũt interdicto vti poſſidetis, & poſtea interdicto de recuperanda poſſeſsione. ff. de acqui. poſ. naturaliter. ſ. nihil. & eadem res vno interdicto, ſicut vna actione ex diuerſis cauſis, puta turbationibus, vel deiectionibus petitur. C. de pe. hære. hæreditas. ff. de excep. rei iu. cùm quæritur. nam & cũ etiam interdicta perſonalia ſunt, & ex diuerſis cauſis proponitur idem interdictũ. VERBI GRATIA: Ago interdicto vnde vi, quia deiecit, & iterum ſi primò ſuccubuit, quia deiecit mandauit, & iterum, quia ratum habuit. ſuprà, de reſt. ſpo. ſæpè. & c. cùm ad ſedem. (Patroni) quia patroni conſentiebant quod ſuum eſſet ius patronatus concedere videbatur. arg. ſup. c. proxi. (Hoſpitalis) ſancti Alutij. (Commiſerunt) ſic. ff. quod cuiuſq; vni. item eorum. §. 1. (Aſsignationem) id eſt, contractum donationis, vel conceſsionis perficerent, vel cùm iam factus eſſet contractus, quòd poſſeſsionem reciperent, quæ omnia poſſunt per procuratorem fieri. ſuprà, de præben. accedens. ſuprà, de præſcrip. ſi diligenti.

2 †Receperunt) hæc ſubiectio licet non tenuerit de iure, quia ad epiſcopum pertinet hoc, ſcilicet ſubijcere vnam eccleſiam alij. ſup. de ſup. neg. præla. ſicut. ſup. de exceſ. præla. ſicut ſuprà. de conſuetu. c. cũ dilectus. tamen eis obeſt, ne contrauenire poſsint: ſic ſuprà, de renunc. quòd in dubijs. 12. q. 5. ſi quis epiſcopus. Et ſic non eſt contra. ſup. de his quæ vi me. ve cauſa fi. cùm dilectus. hæc ſolu. non valet, quia ſecundum hoc non adiudicaſſet hoſpitale, cum ſuis pertinentijs, ſed tantùm facultatem contradicendi aduerſarijs abſtuliſſet, vel eis tantùm ſilentium impoſuiſſet. Sed poteſt reſponderi, hoc ideò factum eſt, quia poſsidebant. Alij dicunt, quòd & ſubiectio & aſsignatio tenuit quo ad eos, & ideò bona eſt ſententia per quã adiudicat eis hoſpitale, id eſt, quicquid iuris habebant, & conferre poterant in hoſpitali ius. ſ. Papa de facto, non tamen video, quomodo in alijs valeat ſubiectio. Vel dic, quod eccleſia ſancti Alutij poſsidebat quoddam hoſpitale, quod nominabatur hoſpitale ſancti Alutij, & hæc eccleſia donauit illud hoſpitale, hoſpitali ſancti ſepulchri, & ſi verum eſt, quod ab iſtis dicitur, bona ſolutio eſt, quia cùm eccleſiæ pingue iuſpa. habeant. 16. q. 2. ſanè. benè ſequitur condemnatio hoſpitalis cùm ſuis pertinentijs. Vel dic melius [a] videtur, quod hoſpitale ſancti Alutij, id eſt, quod ſic dicebatur, non erat adhuc religioni deputatum, vnde perſonæ, quę illud regebant, poterant eſſe ſeculares, & talis locus per dominos eius alienari poteſt in quaſcunq; perſonas. arg. inf. de reli. do. ad hoc.

[a] *Vel dic melius. Adde Cardi. in cõſil. 11. incip. pro enuncleatione omniũ. col. 3. in pn. & in conſil. 13. incip. pro elucidatione dubiorum. col. 1. ver. ſecundo ad hoc induco.*

Sed oppones ibi erat eccleſia ſancti Alutij, ergò erat locus religioſus, & eius cura ad archiepiſcopum pertinebat. Sol. non erat ibi eccleſia, quæ dignitatem eccleſiæ obtineret, ſed fortè erat ibi locus ali-

aliquis, qui erat deputatus celebrationi & orationi, ſicut ferè eſt in omnibus palatijs magnarum perſonarum. Vel dic, quòd hoc non ſe ſuppoſuerunt, nec contractum inierunt ſuper eccleſia, ſed ſuper hoſpitali tantùm, & hoſpitale non erat eccleſiæ, nec eccleſia hoſpitalis, ſed erant iuxta, nihil ſe ad inuicem contingentes.

Sed oppones ergò non erat ibi rector, vel fratres, cùm non eſſet ibi licitum collegium. Sed ipſi reſpondent, quòd fratres vocabantur, ſed ibi non erat collegium, nec erat ibi religio. Vel dic, quod benè erat licitum collegium eorum, quòd hoſpitalitati intendebant, & hi fratres per dominum & fundatorem hoſpitalis ius habebant in hoſpitali, vt tempore vitæ ſuę ibi deſeruirent, & ibi neceſſaria haberent & eorum conſilio omnia facerent.

☞ † Sed adhuc oppones, non debebant dici patroni, ſed domini, cùm non eſſet locus religioſus. Sed reſpondemus, quòd largè ſumendo patroni dici poſſunt propter ſpiritualia, ad quem locum illum deputauerant, aliter autem ſi eſſet locus religioſus factus authoritate epiſcopi, ad diſpoſitionem epiſcopi pertineret, nec primus ſtatus ſine eius authoritate poteſt mutari, infrà, de relig. do. de xenodochijs. & ita non eſſet receptus libellus hoſpitalis ſancti ſepulchri, vbi ponebatur cauſa iuſta, ſed quod habebat ex donatione fratrum hoſpitalis ſancti Alutij. vt no. ſup. de offic. iudi. cap. 1. ſolus enim epiſcopus hoc facere poteſt. infrà, de exceſ. præla ſicut. & no. ſuprà, vt eccle. benefic. ſi di. con. cap. 1. in fi. (Partis) id eſt hoſpitalis ſancti Alutij. Partis) licet contempti non fraudulenti hîc ſuo nomine poſſent proponere exceptionem periurij. Non obſtat. ſuprà, de elec. quod ſicut. & de rebus eccle. non alie. ſi quis presbyterorum. & no. ſuprà, de teſt. cùm olim. nomine tamen capituli proponi non poteſt, vt hîc. Poſſet etiam dici, quòd licet excommunicati, vel periuri eſſent, tamen donare poſſunt: vt no. ſuprà, de dolo. veritatis. Item dic, quòd capitulum, vel conuentus benè poterat dicere contractum non tenere, vel quòd forma debita ſeruata non erat, vel petere reſtitutionem in integrum, ſi læſa erat eccleſia prætextu ſolius malitiæ ſuæ, vel malitiæ perſonarum de conuentu, dummodò aliàs contractus bonus eſſet: non poſſet ſe iuuari. Illud autem, quòd à minori parte conuentus celebratus eſt contractus benè fuiſſet recept⁹, ſi probauiſſent eum, quòd ſi verum eſſet, nullus eſſet contractus, ſed quia non probauerunt, idcircò contra eos iudicatum fuit. (Litigioſa) & ita cùm res litigioſa eſſet, non potuit in aliũ transferri, & ſi trãſlata ſit, nihil valet. C. de litig. l. 2. C. cõmuni diui. l. 1. imò alienantes incidunt in pœnam litigij. C. de. litig. l. vlt. ipſi tamen qui alienauerunt, contrauenire non poſſunt. Vel dic, quòd licet res diceretur litigioſa, non tamen probatur, & hoc iſti benè poterant allegare, quod eorum intereſſe videbatur. de hoc no. ſ. de præſcrip. auditis.

3 † Turpitudinem) C. de ſer. pig. da. ita ſi creditoribus. C. de tranſ. l. tranſactione finita. C. de reuo. do. cũ profitearis. 16. q. 3. nulli. Arg. contra. ſ. de conceſ. præben. ex tenore. C. de libe. cau. l. 1. 35. q. 3. extraor. & quidam allegans turpitudinem ſuam auditur propter periculũ animæ. ſup. de ſen. & re iud. lator. & in fauorẽ eccleſię. 35. q. 9. q. qs. Sed deceptis). ff. ad vel. l. 2. C. ſi mi. ſõma. di. l. 2. ſ. de rer. permu. cũ vniuerſorũ. (Pertinentijs) no. ergò quando aliquid petitur, vt acceſſorium, quòd ferturſentẽtia incerta. & not. de hoc. ſ. de reſti. ſpo. cùm ad ſedem. & de or. cog. cum dilec. (Adiudicare) not. hîc adiudicatur hoſpitali propter ſolum iuſpatronatus, quòd in eos trãſferri poterat per patronos hoc difficile videtur, & ideò plus placet quod no. ſup. in gl. quæ incipit hæc ſubiectio.

4 † Præiudicium) quia ſi prius locus ſacer erat, quòd non potuit fieri ſine authoritate epiſcopi: epiſcopus ibi ius epiſcopale habebat. inſt. de re. di. §. ſacræ. niſi fortè hoſpitalarij Hieroſolymitani, de quibus hîc agitur ſuper hoc habebant ſpeciale priuilegiũ, quòd ſacra hoſpitalia poſſint facere in prædicto caſu. ſ. quod locus erat religioſus, non tenet prædicta collatio & aſsignatio. Item & ſi hoſpitalarij poſſunt hoſpitalia facere, tamen ſemper intelligitur ius plebis & epiſcopi ſaluum.

CAPVT IX.

APOSTOLICAE. (In canone). 12. q. 2. bonæ (ſi quis) an ſolus eps poſsit ſine conſenſu capituli, dic vt no. ſup. de his quæ fi. à præl. fi. con. ca. paſtoralis. Cenſus) id eſt tot poſſeſsiones, vnde poſsit monaſterium, vel eccleſia tantum recipere, quantum eſt quinquageſima, vel centeſima cenſus epiſcopalis eccleſiæ, vel de omnib⁹ reditibus eccleſiæ recipiet qnquageſimã, vel cẽteſimam, & hoc videtur velle hîc dicere, q. ſemp eps di

directũ dominiũ ſibi retineat, & vtile trãſferat, vel cẽſum appellet omnia bona eccleſiæ, vel euiuſcũq; alteri⁹. ff. ad treb. cog. ☞ in prin. † De poſſeſsionibus) hîc not. quòd non ſolùm quinquageſimam, vel centeſimam cenſus poteſt epiſcopus dare, ſed etiam quinquageſimam vel centeſimam poſſeſsionum, in idem enim recidit. Item no. quod centeſimam vel quinquageſimã dabit non ſolùm de ſuis poſſeſsionibus, ſed etiam de poſſeſsionibus cathedralis eccleſiæ. (Legitimè) per beneficium reſtitutionis. (Oſtenſione) puta quia eccleſia grauatur debitis. (Poteſt) & Papa debet concedere.

CAPVT X.

PROPTER. (Reuocare) conditione ex. l. per rei ven. C. de rei ven. his. C. de contrahen. emp. cum res. ff. de do. cauſa mor. l. ſi mortis cauſa dona. facta. Præſumpſit) vel niſi conditionem in donatione appoſitam, non impleat, vt hoc habes. C. de reuo. do. l. vlt.

Et habent locum in donationibus factis extraneis, & etiam filijs emancipatis, vel alijs liberis non in poteſtate conſtitutis, hoc tamẽ ſaluo, quod ſi donator tranſeat ad ſecundum matrimonium, non poteſt reuocare, niſi in tribus caſibus contentis. C. de reuoc. dona. Authẽ. hæc quoque. & l. his. ſi autem facta ſit donatio liberto, reuocatur propter obſequium non præſtitum, & non ſolùm reuocatur donatio, ſed & quod emptum eſt ex re donata. C. de reuoc. dona. l. 1. & C. de lib. cauſa. ſolo. Item propter liberos poſtea ſuſceptos à patrono. C. de reuo. dona. ſi vnq. alius autem totum non reuocat. C. de inoff. do. ſi totas. (Tacuit) quia ſi dixiſſet, ſi prædicta contra me, vel contra hæredem meum fecerit donatio reuocetur, tunc donatio reuocabitur etiam à ſucceſſore donatoris. (Succeſſoris) nec contra hæredes donatarij. C. de reuo. do. l. vlti.

TITVLVS XXV.

DE PECVLIO CLERICORVM.

CAPVT I.

INVESTIGANDVM. (Eccleſiæ) Præſumuntur ei⁹ obtentu eccleſiæ acquiſita. 12. q. 3. c. 1. arg. C. de do. inter virum & vxo. etiam. tamen contra hanc præſumptionem admittitur probatio contraria. 12. q. 1. ſint manifeſtè. & q. 4. c. 1. (Canonicam) 12. q. 5. nulli. & c. fixum. & q. 3. quicunq;. 16. q. 3. placuit.

CAPVT II.

PRESBYTER. (Superemerit) De rebus eccleſiæ tantùm, nam ſi de ſuis & eccleſiæ emerit fit communis diuiſio. 12. q. 4. c. 1.

CAPVT III.

VT VNVSQVISQVE. (Acquiſierit) de rebus eccleſiæ.

CAPVT IIII.

INQVIRENDVM. (Alieno nomine) quod ſi fecerint præter pœnam peccati, dicimus quòd eccleſia poteſt eos vendicare, licet non ſint ſuæ. C. de rei. vendic. ſi vt proponis. C. de adminiſtra. tuto. l. 3.

CAPVT V.

SI QVIS. (Feciſſe) quia emit aliquas poſſeſsiones de reditibus ſuis. 12. quæſtio. 5. fixum. vel de terra inculta fecit cultam, vel vineam, hoc autem tenebit, etiam ſi eccleſiam dimittat etiam propter crimen. Quidam tamen dicunt cõtra, niſi de conſenſu epiſcopi hoc feciſſet. C. de allu. l. vlt. ſ. de reb. eccle. nõ alie. ad aures.

TITVLVS XXVI.

DE TESTAMENTIS ET VLTIMIS VOLVNTATIBUS.

CAPVT I.

QVORVNDAM. (In octo) id eſt, in duabus partibus hæreditatis. inſti. de hære. inſtit. §. hæreditas. Nurum) & ſic apparet, quod habens filios, poteſt fieri etiam epiſcopus. 12. q. 2. epiſcopus qui ſi. ſed contra. 61. di. Catinenſ. 28. di. de ſira. & Authen. quomodo opor. §. 1. colla. 9. vbi etiam prohibetur de nepotibus. Sed quidam illa intelligunt, quando filij, vel nepotes ſunt mali, vel quando propter nimium amorem filiorum præſumitur, quòd pater dilapidet bona eccleſiæ. Nos tamen credimus quod de iure communi, non debet promoueri qui filios vel nepotes habet. in Authen. de epiſcopis & cler. in prin. Et idem etiam dicimus in quolibet prælato, diſpenſatiuè tamen poſſunt promoueri, ſi longa præceſſerit,

continentia. 28. di. priusquam. cum cautione tamen, quæ continetur. 28. di. de fira. secundum antiqua tempora quando ecclesiæ erant pauperes hoc licebat. 47. dist. §. necesse. (Patuerit) de bonis ecclesiæ. (Habuisse. l.) supple. vel manſit acquisitum. (Acquisiuisse) intuitu episcopatus, vel intuitu officij. ꝯ. eo. requisiſti.

CAPVT II.

QVIA INGREDIENTIBVS. (Sed in vestibus) Not. quia non allegabat se professam, sed non portasse vestem monachalem, quæ non facit monacham. ꝯ. de regu. & transi. ad reli. porrectum. si autem moniales essent non professæ, possent condere testamentum. 12. q. 5. c. vlt.

CAPVT III.

1 *Voluntas testatoris potest alibi impleri, si in certo loco ab eo constituto fieri non potest.*

NOS QVIDEM. (Annum) Intra hoc tempus debet voluntas testatoris executioni mandari. C. de fideicom. Authen. amplius. in Authen. de eccle. ti. §. si quis per edi. Constitutum) per testatorem. Et sic est hîc. ar. quòd si testator de certo loco mandat, & ibi fieri non potest, debet alibi fieri, vel si mandauerit monasterium destructum reparari, & tunc si ibi vbi prius erat non potest ædificari, alibi ædificabitur. Per te) defensio testamentorum ad episcopum pertinet, maximè quo ad pias causas. ꝯ. c. proxi. C. de sac. san. eccle. nulli. idem videtur etiam in non pijs. ꝯ. c. proxi. & c. si hæredes. publicatio autem fieri non debet apud episcopum. C. de test. consulta. & sic exponimus. 88. dis. episcopus cui. (Et omnia) relicta pro monasterio faciendo: vel etiam alia. (Leges) C. de epis. nulli. in Authen. de eccl. ti. §. si quis autem. col. 9.

CAPVT IIII.

INDICANTE. (Nudis verbis) sine scriptis etiam secundum legem sufficit. C. de fideicommiss. l. vlt. erant enim cuiusdam ecclesiæ.

CAPVT V.

1 *Hæres an teneatur ad æstimationem legati.*

FILIVS. (Si author) id est, si testator. (legauerit) scienter, tenetur enim eam hæres redimere, vel precium dare. in. sti. de leg. §. non solùm. & §. quod autem. si autem ignoranter secùs. nisi legaretur coniunctæ personæ. C. de leg. cum alienam. & debet legatarius probare scientiam: vt in. d. §. quod autem. ff. de probationibus. verius. Teneantur) ecclesia repetente sine cuius scientia tibi traditæ sunt. Sed hæc litera videtur dicere, quòd nec ecclesia repetebat, sed hæredes, & ideò dic, quod res legatæ depositæ erant apud testatorem, vel obligatę à quadam ecclesia, qua ecclesia nunc agente aduersus hæredem de deposito, vel de pignore, vel petente restitutionem in integrum mandatur legatario quod restituat: tunc hæres tenebitur ad restitutionem faciendam ecclesiæ, cui legatum factum erat, hîc non vult parcere hæredi quòd æstimationem non det, sed in hoc parcitur hæredi, quod nisi rem restitueret, fortè magnum damnum, vel pœnam incurreret, vel testator ignorans rem esse alienam legauit eam, & ideò reddere tenebatur ecclesia.

1 †Teneantur) melius placet, quòd nec hæres tenetur ad æstimationem, nam licet illud verum sit generaliter, quod hæres tenetur ad æstimationem. insti. de leg. §. non solùm. fallit in casibus, vt si quis legat ea, quæ non possunt haberi sine magna difficultate, vt sunt prædia Cęsaris. ff. de leg. 1. apud Iulia. §. constat. Si autem hoc priuilegium habent res Cęsaris, multò fortius res ecclesię, in quarum alienatione magna difficultas est. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. fine ex. Item legari non possunt ea, quę communibus vsibus deputata sunt: vt in prędlle. l. apud Iul. inst. de leg. 3. §. non solùm. Item in testamento scribi non debet aliquid, quòd sit contra bonos mores, vel contra ius. ff. de leg. 2. si quis inquili. §. fi. res autem ecclesię communibus vsibus sunt deputatę. 12. quęstio. 1. c. videntes. & contra ius est, quòd res ecclesię alienentur, nisi in certis casibus. vt 10. quęstio. 2. hoc ius. † Item non est commercium rei ecclesiasticę ad laicos. 12. quęst. 2. non liceat igno. & c. seq. & ideò in legatis laicis factis, de rebus ecclesię non tenet legatum. ff. de leg. 1. mortuo. §. labeo. ff. de ver. obli. multum. C. de iudę. & celi. l. 1. & expone, sed quia. l. dei non autem. l. seculi. viuimus, id est, res ecclesię non sunt censendæ per omnia, sicut aliæ res seculi, sicut hîc apparet. Vel dic, quod ius poli appellatur etiam ius, quod continetur in iure ciuili, sed tamen propter fauorem Dei est in aliquo à iure communi segregatum, sicut hîc apparet. Vel dic, quod de rebus ecclesiasticis expressè non continetur in aliquo iure ciuili, sed in iure canonico tantùm, vbi dicitur, quòd res ecclesiæ alienari non possunt. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. fine ex. Item licet sustineri posset, quod ecclesia ageret, tamen melius est, quod hæres agat.

CAPVT VI.

SI HAEREDES. (Ab episcopo) repete quæ diximus. ꝯ. eo. nos.

CAPVT VII.

1 *Non potest vllus de rebus ecclesiæ testari, quid autem de rebus quas clericus habuit ante clericatum. in nu. 3.*

2 *Res quas clericus post clericatum acquisiuit, præsumitur de reditibus ecclesiæ acquisiuisse.*

4 *Potest clericus testari de his, quæ per artificium seu doctrinam acquisiuit.*
Præsumptio est pro ecclesia, vnde onus probandi incumbit ei, qui dicit clericum aliquid ante clericatum habuisse.

5 *Cui obueniant bona clerici ab intestato defuncti.*

6 *Quicquid à prælato emitur, præsumitur nomine ecclesiæ emptum.*
Hæres prælati, quando possit bona eius occupare propria authoritate.

7 *Hæres clerici tenetur compensare omne damnum illatum ei à clerico.*

VM IN OFFICIIS. (Beneficium) ff. de peti. hære. sed si legatus. §. consuluit. 8. q. 2. illud. (Clerici.) Not. non solùm prælatus, sed etiam alius clericus omnia acquisita intuitu ecclesiæ, debent relinquere ecclesiæ. ꝯ. c. proxi. & c. relatum. 2. (Canonibus) 12. q. 5. obitum. & q. 3. placuit.

1 †Remanere) not. quod nullus, siue prælatus, siue clericus, siue laicus de rebus ecclesiæ, etiam mobilibus testari potest. vt hîc. & . ꝯ. eò. ad hæc. & c. quia. & c. relatum. 12. q. 3. c. 1. & q. 5. per totum. possunt tamen in ægritudine constituti aliquid intuitu eleemosynæ erogare. inf. eo. ad hæc. & in remuneratione seruitiorum sibi exhibitorum tam à consanguineis, quàm ab alijs. ꝯ. eo. relatum. §. licet. Idem etiam dicimus de rebus, quas emerunt de reditibus suis. 12. q. 2. episcopus. & q. 3. c. 1. & q. 5. fixum. & suprà, de pec. cle. c. pe. nisi in compensatione relicti tantùm darent ecclesiæ, quantum relinquunt. 12. q. 5. si episcopus. & q. 2. si quis quælibet. vel nisi aliud obtineat de consuetudine vt quidam dicunt. Si autem habet res proprias, de eis testari potest, vt in prælle. c. 2. q. 5. c. 1. & q. 3. c. 1. & 2. & q. 1. sint manifestæ. in Authen. de san. epis. §. presbyteros.

ABOLENDAE. (Certum). 1 †Sepultura dicitur poſſeſſio, ſiue terra, vbi aliquis ſepeliendus eſt, & hæc vendi poteſt antequam conſecrata ſit per Pontificem, ſicut venduntur poſſeſſiones ad eccleſias ædificandas. arg. 12. qõ. 2. aurũ. & dicitur ſepultura aliquod vas lapideum, vel ligneum, pro aliquo ſepeliendo factum, & hoc ſimiliter vendi poteſt, niſi ſit factum ſacrum per Pontificem, vel ad hoc ſpecialiter deputatum. ℣. de reli. do. c. ad hoc. licet enim in aliquo loco ſit ſepultus aliquis ſine Pontifice, non credimus locum ſacrum ſecundum canones, licet ſecùs ſecundum leges. ff. de reli. l. 2. ſi autem loca prædicta ſint ſacra, vel ad hoc deputata, per epiſcopum vendere nõ licet, vt hîc, & 13. q. 2. quæſita. & c. poſtquam. dicitur etiam ſepultura ius inferendi in ſepulchrum, nec hoc etiam vẽdere poſſunt clerici, dicitur etiam actus ſiue officium, quod fit pro ſepeliendis, & illud etiam vendere non poſſunt clerici, quia ad hoc ex officio tenentur. 13. quæſtio. 2. præcipiendum. 1. quæſtio. 1. dictum. infrà, de ſi. cum ſatis.

2 †Item not. quòd cimiterium vel ſepulturæ ordinariæ debent eſſe circa eccleſiam. 17. quæſtio. 4. ſicut anti. ſed & poteſt eſſe remotum, ſicut eſt in Francia propter fœtorẽ, tamẽ non credimus, q, alicui loco etiam religioſo, vt hoſpitalarijs, vel tẽplarijs poſſet accedere ſepultura, niſi habeat eccleſiã, quia cũ cimiteriũ debeat eſſe cõ-

secratum, vt in præalleg. cap. sic loco non consecrato accedere non poterit. Item in vno cimiterio multæ ecclesiæ possunt habere ius sepeliendi suos parochianos.

CAPVT XIIII.

PAROCHIANO.) Hæredes) argum. contra. C. ne ex delict. defunc. l. 3. fol. hîc non agitur contra hæredes ex delicto defuncti, sed sacerdos non debet absoluere excommunicatum, nisi is qui est publica persona de satisfaciendo, sufficientem præstiterit cautionem. suprà, de appel. qua fronte. §. sanè. & ex illa stipulatione agent omnes, quorum interest. ff. rem pupil. sal. fore. l. non quæritur. & plus dicimus, quia si omittatur cautio, vel stipulatione: tamen intelligitur apposita, & ex ea agitur, ac si interposita esset. ff. de adopt. his verbis tamen cùm nullum ius det eis ex stipulatione agere, nisi interposita sit, non videmus quomodo agere possint, sed cogendi sunt officio iudicis, vt satisfaciant, & hoc innuitur hîc. Item ratio videtur, quòd ex quo pœnituit, nec aliter pœnitere potuit, nisi faceret satisfieri, videtur hæredibus iniunxisse vt satisfaceret, & ideò cogendi sunt.

TITVLVS XXIX.

DE PAROCHIIS ET ALIENIS PAROCHIANIS.

CAPVT I.

1 *Portio parochialis, & portio episcopalis quæ sit.*

IVS PAROCHIALE. (Consistit) vt in diebus festiuis parochiani missam audiant in suis ecclesijs. infrà, eodem, vt dominicis. de consec. distin. 1. si quis. & in decimis personalibus. 16. quæstio. 1. si quis la. & cap. quicunque. infrà, de deci. ad apostolicæ. & in oblationibus. 10. quæstio. 1. quia sanct. sanctorum hanc. Item in pœnitentijs accipiendis à sacerdote parochiali. infrà, de pœnit. & remiss. omnis. Item in sepulturis, benedictionibus nubentium, & alijs sacramentis conferendis. sup. de sepul. c. 1. & 2. & per totum. 13. q. 2. ℣. de si. suam, Et videtur quibusdam & fortè non malè, quòd ad oblationes cogi possint parochiani, maximè si sacerdos est pauper. arg. 32. dist. ad hæc. de consec. dist. 1. omnis. 16. qõ. 1. statuimus. an ad præstandum aliquid pro alijs sacramentis cogi possint. no. infrà, de si. ad apostolicam. Item no. quod hîc dicimus perceptionem decimarum esse de iure parochiali, & idem dicimus de perceptione canonicæ portionis, quam ecclesia parochialis habere debet ab ecclesia, vbi suus parochianus sepelitur. suprà, de sepul. cap. 1. & 2. & c. de his. sed & istæ eædem portiones dicũtur esse de iure episcopali. suprà, de offic. ordina. conquerente.

1 Et hoc est verum, † quòd portio quam percepit ecclesia parochialis ab ecclesia, vbi sepelitur, de iure parochiali est, sed portio quam percipit episcopus à sua ecclesia propter communionem, quæ est inter eos, est de iure episcopali. suprà, de test. requisisti.

CAPVT II.

SI EPISCOPVS. (Et episcopatus) hoc cap. loquitur de dispensatione, de iure enim remouendi essent, & perpetuò reponendi. 1. q. 7. cap. si quis omnem. & loquitur in partibus Aphricæ vbi Donatistæ pręualebant, & quasi quicquid dicitur hîc prouisio fuit. (Diuidant) episcopus catholicus & conuersus (eas) parochias siue plebes. Sic) id est, in hæresi, catholici enim sine diuisione omnes catholico episcopo dimittentur, vel melius credimus sic exponendum, quæ sic inuentæ fuerunt, id est, vbi ambæ, id est, quæ partem habebant populi adhærentem hæretico, & partem adhærentem catholico, omnia autem loca, quæ adhæserunt catholico episcopo, sua tantùm erunt, & loca quæ adhæserunt hæretico, tantùm sua erunt, communia autem, id est, vbi sunt hæretici & catholici communia erunt. (Vbi). id est, vbi possent fieri duæ partes, puta quia multæ sunt parochiæ, quæ diuidi possunt, secùs autem si vnus locus tantùm sit, & hoc est, quod sequitur, quod si fortè, etc. (alia) id est, vna pars. (Ad illum). id est, hæreticum episcopum. (Vnus) tantùm, & ideò alius locus in eius cambium dari non potest, cùm non fit: quod autem in vno loco vterque partem suam haberet, non est conueniens, & esset causa litis inter eos. (Inueniuntur) puta quia tria, vel quinque sunt loca, in quibus communiter esset plebs adhærens hæretico & adhærens catholico.

CAPVT III.

VT DOMINICIS. (Contempto) de pœni. dist. 6. placuit. 71. dist. primatus. 9. quæstio. 2. per totum. si autem non contemneret, sed ex iusta causa ad aliam parochiam transiret, vel in transitu peregrinationis non expelleretur. 7. quæstio. 1. episcopi vel presbyteri. 92. dist. cap. vlti. (Abijciant) fortè in hoc casu est licitum cuilibet prælato cuiuslibet ecclesiæ eijcere violenter non solùm laicos, sed etiam clericos. arg. infrà, de sen. excommu. cap. veniens. sed potius sibi consulimus, quòd verbis moneat, & non inijciat manus.

CAPVT IIII.

NVLLVS EPISCOPVS. (Iudicare) ex episcopali ordine: aliàs enim esset cõtra, quia quilibet ordinarius tã præpositus quàm archidiaconus iudicare potest, non tamen ordinare. suprà, de offic. ordin. c. 1.

CAPVT V.

1 *Vbi limites non sunt distincti, locum habet præscriptio in prouincijs, & in episcopatibus, & in parochijs, & quo ad omnia iura.*
2 *Limes quid sit.*

SVPER EO. (De finibus). 1 † Not. quòd vbi limites non sunt distincti, secundum omnes ferè locum habet pscriptio in puincijs, & in episcopatibus, & in parochijs, & quo ad omnia iura. 16. q. 3. inter memoratos. & c. dilecto. sup. de præscrip. ad aures. vbi verò distincti sunt limites, dicunt ferè omnes, quod nec limes, nec quod annexum est limiti præscribi potest. 16. q. 3. licet. & c. dilecto. quod autem remotum est, quo ad omnia iura præscribi potest, licet inter alterius limites contineatur. Gratianus tamen & Alanus, & quidam alij dixerunt, quòd etiam remotum à limite præscribi non potest, quo ad iura merè episcopalia, siue sit deleg. iurisd. siue dioc. sed horum opi. conuinci videtur. ℣. de reli. do. c. 1. ℣. de præscr. ad aures. & c. auditis. & c. cum ex offic. in qbus omnibus ostenditur, quòd iura epl̃ia præscribuntur. Quidã tamen dicunt, quod iura quæ pertinent ad ordinem episcopalẽ, vt est consecratio & ordinatio, & similia, & etiam quæ pertinent ad iurisdictionẽ, non potest præscribere, vt intra limites alterius episcopi faciat, sed potest præscribere, vt clericos alterius dioce. in sua ordinet & iudicet. Illud autem certum est, q, quo ad proprietatem, & etiam quo ad ius patro. ea quæ sunt in limitibus, & circa limites, præscribi possunt. 16. q. 4. volumus. & quod dictum est de limitibus præscribendis, locum habet in prouincijs. 16. q. 3. quicunq;. C. de fu. li. agros. & in episcopatibus & parochijs. 15. q. 3. inter me. in fi. & in parochijs: vt hîc.

2 † Item not. quòd propriè limes est longitudo siue latitudo spatium à spatio distinguens, & in tali limite nihil esse põt, quoniam est linea tantùm, veruntamen non sic strictæ limites, episcopatus accipiuntur, sed flumina, mõtes & paludes, in episcopatibus, solẽt esse limites, & de hoc limite dicunt quidam, quod est cõmunis vtriusq;, & quod in eo fundatur commune erit. † Alij dicunt, quod est nullius, alij dicũt & fortè melius, quod talis limes diuisus inter episcopos intelligitur ipso iure, licet nunquam actus, diuisus fuerit, vnde si fluuij limes exiccatus sit per longitudinem, vel per latitudinem diuisus intelligitur, & per iudicem arbitrio boni viri actuali signo distinguetur, & si ecclesia sit in medio limitis, in duas ecclesias diuidetur, nisi aliter ipsi episcopi inter se potuerint conuenire, quãdiu autem non fiunt duæ, communis intelligitur, quo ad parochialia & episcopalia iura, sicut arbor in confinio posita. ff. cõi diui. arbor. insti. de rer. diui. §. insula. nec præscribet vnus cõtra alium. 16. q. 3. inter me. Si autem de illa ecclesia non possint fieri duæ, superior ordinabit, quòd alternis annis, vel vicibus disponant. ff. de vsufruct. si rei. §. si fu. & l. quoties. vel dic, quòd illius soli erit ecclesia, in cuius parte caput positum est. ff. de acquir. rer. domi. ad eos. §. fi. Item non potest episcopus donare alij, quæ sunt in limite. 16. q. 3. licet. Quæ finibus) ff. de rei ven. quæ religiosis. ff. de contrahen. emp. in modicis. principaliter ita, quòd sunt partes eius. ff. de rei ven. qui pro re.

ff. de

ff. de contrahen. empt. in modicis. vel vicina sunt, & si non sunt partes eius, nam ratione vicinitatis possent confundi fines, & relinquitur hoc arbitrio boni viri, nam quædam sunt quæ potius intellectu accipiuntur. ff. de sol. ratum. (Parochiarum) id est episcopatuum, nos intelligimus vt iacet, scilicet & plebium vel capellarum.

CAPVT VI.

1 *Clericis, vel ecclesijs, siue diuitibus, siue pauperibus existentibus decimæ integræ eis soluendæ sunt de omnibus, quæ proueniunt de terra, siue de animalibus, siue operatura manuum. & in nu. 2.*

3 *Malè faciunt prædicatores, qui docent & prædicant non dari debere decimas clericis.*

SIGNIFICAVIT. (Temporalia) decimas personales, oblationes & huiusmodi, nam decimas prædiales exigere possunt, vt statim sequitur (partibus) infrà, titu. proxi. ad apostolicæ. † Persoluuntur) sup. illis ecclesijs, in quarum parochijs possessiones sitæ sunt, quia si esset consuetudo, quòd alij ecclesiæ soluerẽtur stabitur consuetudini. infrà, titu. proxi. ad apostolicæ. hoc autem consuetudine induci non potest, quòd quis alicui non soluat decimas si sunt prędia laicorum, nõ religiosorum, qcquid alij dicant, nobis videt quod clericis, vel potius ecclesijs, siue sint diuites, siue pauperes decimæ integræ eis soluendæ sunt de omnibus, quæ proueniunt de terra, siue de animalibus, siue de operatura manuum. Et quod diuitiæ ecclesiarum non debent impedire dationem decimarum, probatur, quia in nullo casu potest esse verum, quòd propter diuitias liceat alijs diuitibus sua iura auferre. 14. quæstio. 3. cap. quid dicam. & q. 5. per totum. Item decimæ non sunt tantùm clericorum, sed pauperum, & fabricæ, 12. q. 2. nobis. & cap. sequen.

2 † Item decimæ sunt tributa egentium animarum, & eas sibi dominus reseruauit in signum vniuersalis dominij. 16. quæstio. 1. decimæ. infrà, e. tua. quod autem omnes decimæ, & personales & reales decimæ, sint integræ persoluendæ, probatur, quia authoritates vet. & no. testa. generaliter loquuntur. Nam Abraham obtulit decimas Melchisedech sacerdoti de omnibus. Genes. 14. circa fi. Oseæ. 7. circa princ. Item Iacob promisit domino: cunctorum quæ dederis mihi decimas offeram tibi. & in Exod. cap. 22. circa fi. legitur, Decimas & primitias non tardabis offerre. & in Leuit. 27. circa fi. Omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum domini sunt. & infrà, eod. cap. Oues & boues, & capræ quæ sub virga pastoris transeunt, quicquid decimarum fuerit sanctificabitur domino, & non eligetur, neque bonum, neque malum, nec altero commutabis. & Numer. 18. circa fi. Filijs Leui dedi omnes decimas Israël, in possessio. pro ministerio, quia seruiunt mihi tabernaculo fœderis. & infrà, Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in vsus eorum necessarios separaui. & Deuter. 12. cap. in princ. Offeretis in tabernaculis victimas, & decimas, & primitias manuum vestrarum. & eiusdem 14. circa med. Decimam partem separabis de omnibus frugibus tuis, quæ nascuntur in terra.

Item. 2. præalle. 31. circa prin. Primitias obtulerunt primi frumenti vini & olei, mellis quoque & omnium, quæ gignit humus decimas obtulerunt. Num. 10. circa fin. Ipsi Leuitæ decimas accipiant ex omnibus ciuitatibus operum vestrarum. Thobi. 1. Thobias fideliter offerebat omnia primitia sua & decimas. Item Eccles. 35. circa prin. In exultatione sanctifica decimas tuas. Malach. 3. Ante me confugistis in decimis & primi. & infrà. Inferte omnem decimam in horreum meum, vt sit cibus in domo mea. Item Luc. 18. Do decimas omnium, quæ possideo. Item Matt. 23. Væ vobis qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, misericordiam, iudicium, & fidem, hæc oportuit facere, & illa non omittere.

3 † Item confundi debent vehementer isti noui magistri & prædicatores, qui docent & prædicant contra nouũ & uetus testamentum, nunquam enim inueniunt Aug. Ambr. Greg. vel alium sanctum Doctorem aliud sensisse. 16. quæstio. 7. decimas. & in c. seq. Sed dicunt aliqui, decimæ datæ fuerunt clericis pro parte sua, & non debebant aliam portionem habere, nisi decimas. Num. 18. circa fi. Cùm ergò modò multa habeant, non debent habere decimas. Sed verum est, quòd in diuisione terræ promissionis non debuerunt habere partem, sicut aliæ tribus, sed pro parte debuerunt esse cõtenti decimis, sed si aliàs offerrentur eis, vel alio iusto tit. darentur, benè poterant possessiones habere: vt Leui. c. fi. vltra med. Item decimæ sunt pars domini. Leui. 27. circa fi. & dominus dedit eas Leuitis. Num. 17. circa fi. quòd autem de suo dominus dedit Leuitis, nulli licet auferre quantumcunq; sint diuites, vel mali. inf. e. tua. Item mirum est de quibusdam, qui quasi insani & hæretici dicunt, quòd personales decimæ non sunt dandæ, cùm expressè habeatur contra. Num. 10. circa fi. & Deuter. 12. circa princ. Item maior ratio est, quòd quis det tributum de eo, quòd producit manus sua, tanquam dignius, quàm de eo quod producit humus.

Mercenarij an debent soluere decimas de sua mercede.

3 *An seruus & monachus teneantur ad soluendas decimas.*

Clerici an debent soluere præbendas ecclesijs in quibus audiunt diuina officia.

TITVLVS XXX.

DE DECIMIS.

CAPVT I.

Quantitas si non est expressa, in optione dantis est, quantum velit dare, nisi consuetudo aliud induceret.

DECIMAM (Traditionem) arg. pro opinionibus magistrorum nobis videtur, quòd primitiæ dandæ sunt secundum consuetudinem regionis, & hoc hîc probatur, quod nunquam præceptum inuenitur de certa quantitate. (Et 60.) imò cùm non inueniatur expressa quantitas, in optione relinquitur dantis, vt quantumcunque velit det, nisi consuetudo aliud induceret. (Hoc) in Ezechiele vel in traditionibus Hæbreorum.

CAPVT II.

1 *Ecclesia intra limites alterius baptismalis ecclesiæ sita, an soluat decimas.*

2 *Clerici cuiuslibet ecclesiæ tenentur soluere decimas personales.*

1 NOVVM GENVS. (A clericis). † Quidam hoc intelligunt verum, in omnibus clericis, & omnib⁹ prædictis. s. tam ecclesiæ quã hæreditarijs cõtra. 16. q. 1. si qs laicus. sed illud intelligitur de clericis coniugatis, quia nec in personalibus, nec in prædialibus decimis habent exceptionem, hoc non placet. Alij dicunt, quòd de dote ecclesiæ, non debent clerici clericis decimas soluere, & sic loquitur cap. hoc. De alijs autem possessionibus in alterius parochia sitis, secùs, & sic loquitur cap. si quis laicus. Alij dicunt, quòd de personalibus decimis loquitur principium huius c. finis autem huius. c. de prædialibus, vel de coniugatis clericis loquitur, qui & personales & prædiales soluunt. Vel dic, quòd ecclesia intra limites alterius baptismalis ecclesiæ sita non soluit personales decimas, de laboribus ecclesiæ, vel alijs, id est, de his quæ ad ecclesiam pertinent, vel acquiruntur ei, & sic loquitur prin. decr. sed clerici de his, quæ sibi propria acquirunt, benè soluent decimas personales, vt de aduocatione & similibus, & sic loquitur finis decret. prædiales autem [a] soluunt, sicut alij non priuilegiati. infrà eodem, suggestum. & c. ex parte. & c. prox. & multis alijs. c.

[a] *Prædiales autem. Adde Car. in cõsil. cõsultus. ego Franc. col. fin. post prin.*

2 † Item plus dicimus, quòd clerici cuiuslibet ecclesiæ, & etiam sacerdotes, & quod plus est, prælati [b] suæ ecclesiæ, à qua percipiunt ecclesiastica sacramenta, soluunt etiam decimas personales, licet enim ipsi seruient ecclesiæ, & alijs ministrent sacramenta: tamen nomine ecclesiæ faciunt, & nomine ecclesiæ suscipiunt decimas, & ipsi idem à seipsis nomine ecclesiarum recipiunt sacramenta.

[b] *Prælati. Quod prælati soluũt decimas personales suæ ecclesiæ. Adde Cardi. in cõsil. 90. incip. in discussione dubij præmissi. col. 2.*

Quid dices de Cistercienſ. & alijs clericis, qui mercenarios tenent in alijs parochijs, qui ibi texunt vestes, & alia manibus suis operantur, & ex talium mercenariorum operibus multa lucrantur monachi, vel clerici. Respondemus, quod mer-

mercenarij de mercede ſua ſoluent decimas, ſed de eo, quod peruenit ad monaſterium, etiam de mercede nihil ſoluetur, & ſic ſerui monaſterij, vel monachi in alia parochia operantur, cùm nihil ſibi acquirant, nullas decimas perſonales ſoluent illi eccleſiæ, in cuius parochia operantur, & vbi audiunt diuina officia. Idem etiam videtur in ſeruis & mercenarijs laicorum, ſi operantur in alia parochia, quàm in qua dominus commoratur, quia ibi mercenarius ſoluet decimas de mercede ſua, ſerui autẽ nihil ſoluent, cùm nihil habere poſſint, imò dominus ſoluet inde decimas eccleſiæ, vbi ipſe dominus per circulum anni audiuit diuina officia, & vbi moratur dominus.

3 † Alij tamen dicunt, cùm naturaliter etiam in ſeruo mercedes debeantur. arg. ff. de condi. inde. naturaliter. quod eccleſiæ in cuius porachia operabatur ſeruus, ſoluendæ ſunt decimæ, & idem fortè dicitur in monacho, ſed hoc non placet, cùm non poſsit quærere niſi monaſterio, et monaſterium decimas perſonales ſoluere nõ tenetur, & idem dicimus in his, qui negotiantur nomine aliorum. Item non credimus, quod licet hodie in aliqua eccleſia audiuit officia, & hodie ibi lucretur centum, quod ex eis det decimam illi eccleſiæ, ſed vbi per totum annum eccleſiaſtica ſumit ſacramenta, id eſt audiuerit diuina officia. 16. q. 1. & infrà, eo. ad apoſtolicæ. & ſi fortè in pluribus audiret officia, & quaſi pro æquali parte non eſſet malum, quod authoritate ſuperioris inter eos decimæ diuiderentur, quia dignum eſt, vt temporalia metat, qui ſeminat ſpiritualia.

☞ † De præbendis autem ſuis, clerici non debent aliquid eccleſijs, in quibus audiũt diuina officia, ſi fortè alibi audiunt, quàm in eccleſijs, vbi habent præbendas, & hoc verum ſi illæ eccleſiæ, vnde habent præbendas, nulli debent ſoluere decimas, vel ſi debent ſoluere, decimauerunt benè illa bona, vnde præbendas dederunt, quòd ſic probo, quia præbendæ datæ clericis, non ſunt clericorum, imò proprietas earum eccleſiarum quæ dant præbendas, vnde de eis non poſſunt teſtari. ſuprà, de teſta. c. vlt. &. c. ad hæc. &. c. relatum. Si autem eccleſiæ quæ dant præbendas, deberent alijs dare decimas, & non dediſſent, tunc clerici qui receperunt præbendas, debent inde dare decimas, infrà, eod. â nobis. & c. tua.

CAPVT III.

EX MVLTIPLICI. (Derogare) not. per priuilegium nõ derogari pacto nec tranſactioni.

CAPVT IIII.

SOMMISSVM. (Paſcuis) quæ vẽdebantur, & ſic pretio ſoluebantur, vel ſolui debebant eccleſiæ parochiali, vel decimæ debent ſolui de paſcuis, id eſt, de lacte & lana beſtiarum, quæ paſcebantur in illis paſcuis, ſi. infrà. e. nũcios. Et ſic eſt arg. quod tales decimæ cenſeantur prædiales, quia ſi perſonales eſſent, non parochiali, ſed illi vbi audit officia, dari præcipiuntur, primum dictum magis placet, & ſi dominus fundi gratis patiatur paſcere beſtias in fundo ſuo, tamen cùm herba deuulſa de terra à beſtia, vel potius ab eo, qui beſtias paſcit tranſeant cum onere ſuo decimæ. infrà, c. tua. & c. paſtoralis. dominus beſtiæ decimam æſtimationis totius herbæ, debet dare eccleſiæ. ff. de vſufruc. ſi vſufructuarius. & idem videtur. arg. huius. l. & præalle. rationis, quòd ſi quis comburat, vel aliter deſtruat ſegetem, maximè maturam, vel arbores cedat, quòd parochialis ſacerdos poteſt agere ad decimam æſtimationis. Alij autem contradicunt. De feris autem auibus, & piſcibus non recluſis, benè dandæ ſunt decimæ eccleſiæ, vbi percipit ſacramenta, & non baptiſmali eccleſię, quia in nullius parochia debent eſſe. inſtit. de rer. diui. §. ferre. &. §. ſequen.

CAPVT V.

PERVENIT AD NOS. ET INFRA.

CAPVT VI.

NVNCIOS (De apibus). id eſt, de melle apium & cera. ſi. ſup. eo d. cõ miſſum.

CAPVT VII.

CVM HOMINES.

CAPVT VIII.

DILECTI FILII. (Conduxiſtis) no. licere clericis cõducere prædia, ſi ſua eis non ſufficiant. (Conduxiſtis) ſed de proprijs tantùm.

CAPVT

CAPVT IX.

1 *Decimæ an dantur de laboribus & prædijs proprijs clericorum.*

SVGGESTVM. (Componatis) cùm enormiter lædantur alij monachi qui decimas recipere debent niſi ſoluatis. (Ordini). id eſt, Ciſtercienſi. (Priuilegia) circa decimas
1 monachorũ. no. † quod olim in primitiua eccleſia decimas de laboribus, & prædijs ſuis dabant, ſicut laici. 16. q. 1. generaliter. 12. q. 1. duo. in fi. & c. procedente. ſed Paſcalis 2. & Greg. & conci. Magunt. cõſtituerunt ne religioſi, nec alij cõmuniter viuentes decimas de ſuis laboribus ſoluerent. 16. qõ. 1. quæſti. & c. decimas. & certo tẽpore hoc priuilegium arctatũ eſt circa Ciſtercienſ. templarios, & hoſpitalarios Hieroſolymitanos, alijs verò monachis conceſsit tantùm de noualibus, quæ proprijs manibus excolunt, & de hortis, & nutrimentis animalium. inf. c, prox. & c. ad audien.

☞ † Eſt ergò ſic tenendum, quòd monachi Ciſterci. non dabunt decimas de poſſeſsi. proprijs, quas colunt manibus, vel ſumptibus proprijs, niſi pacto vel tranſactione ſint ligati. ſup. e. ex multiplici. & niſi enormiter lædatur eccleſia, vt hîc, vel niſi ſoluendo renunciauerunt ſuo priuilegio, vt ℣. de pri. ſi de terra. monachi autẽ & alij canonici, de omnibus tenentur dare decimas, niſi de noualibus proprijs manibus cultis & hortis, & nutrimentis animalium. ℣. e. c. proxi. ſed & eas. ſ. decimas de noua. & hor. & nutri. animalium ſoluent, ſi parochialis eccleſia lædatur. inf. de ver. ſign. quid per no. §. 2. de alijs autem ſoluent, niſi ſuper decimis ſpeciale priuilegium habeant, vel niſi præſcripſerint.

Et hæc vera ſunt in monaſterijs, quæ populum non habent, aliàs ſecùs, quia tunc etiam prædiales & perſonales habebunt, vt hîc. & 16. quæſtio. 1. ſi monachus. de poſſeſsionibus verò poſt conci. habitis indifferenter omnes religioſi decimas ſoluent, ſiue ſint Ciſterci. ſiue templarij, ſiue hoſpitalarij, ſiue quicunque alij ſuper decimis priuilegiati. infrà, e. nup. olim autem, vel hodie de conductis & proprijs manibus cultis decimas ſoluent. ſupra, e. dilect. (Sed nunc) no. vbi priuilegium ex poſt facto, ad iniquum grauamen etiam non iniquum deuenit temperandum eſt per ſuperiorem. ff. de re. iur. Neratius. in fi. ff. de vul. ſubſt. ex facto.

CAPVT X.

EX PARTE. (Prædeceſſores). 12. quæſtione prima. tua.

CAPVT XI.

LICET DE BENIGNITATE.

CAPVT XII.

AD AVDIENTIAM. (Vbi ponimus). ff. de conſtitu. princ. beneficium. ſuprà, de ſo. cùm dilect.

CAPVT XIII.

QVONIAM ANOBIS. (Alicuius). id eſt, ſi non ſunt in alicuius parochia.

CAPVT XIIII.

PAROCHIANOS. (Domino). 16. quæſtio. 1. reuertimini. (Debitum) per actionem confeſſo, arg. ff. ſi ſer. ven. ff. ſi vſusfr. pet. l. pen. de rei ven. ad fructus. 16. quæſtio. 1. reuertimini moderamine. nec eſt curandum, ſi primò eccleſia non habeat dominium. C. de ſacroſanct. eccle. vt interdi. ℣. de conſu. cap. 2. arg. contra. ff. de polli. l. 2. §. vlti. vbi dicitur, quamdiu decima non ſit ſeparata, ſemper eſt in poſſeſsione prioris dominij, ſed ibi loquitur de prophana decima, hîc ſpirituali, vel petantur condictione ex canone. 16. quæſtio. 1. decimæ. & cap. reuerti. vel offic. iudi. pro his etiam intentatur iudicium communi diuidun.

CAPVT XV.

AD HAEC. (Per ſucceſsionem). Non ergò licet concedere in feudum, nec in emphyteoſim, nec in locatione ad longum tempus, nullus enim contractus ſuper eis iniri debet per quem fiat vel feudum, vel alienatio quæ fit per prædictos contractus. ff. ſi ager vecti. l. vlt. ff. de ſuperfi. l. 1. arg. ſuprà, de reb. eccle. non alie. nulli. ad firmam autem &

ad certum tempus concedi poteſt. ſ. de loca. & condu. c. 2.

CAPVT XVI.

DE TERRIS. (Iudæi) Ad decimas quæ ratione prædiorum ſoluuntur tenentur Iudæi, ad perſonales non.

CAPVT XVII.

QVAMVIS. (Diſponere). Et malè. 89. diſ. quoniam. & cap. iudicatur. 16. quæſtio. vlti. nullus.

CAPVT XVIII.

QVM SINT HOMINES. (Diuerſæ) non tamen aduerſæ (Difficile) non tamen impoſsibile, puta ſi præſcripſit, vel dic, quòd præſcribere nō poteſt, ſi eſt poſſe. vnde decima colligitur in limite. ſup. de paroc. cap. pe. & loquitur de poſſeſsio. in limite conſtitutis.

CAPVT XIX.

PROHIBEMVS. (In alios) & ſic laicus tenens in feudū decimas, eas alij infeudare non poteſt, tamen ſecundum quoſdam illi, qui detinent in feudum, non tenent eas cum peccato: vt not. ſup. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. c. cum apoſtolica. & ſecundum hoc non loquitur hîc de decimis infeudatis, ſed de alijs malè detentis.

CAPVT XX.

1 *Conſuetudo circa decimas in eccleſijs valet.*

AD APOSTOLICAE. (Conſuetudo). No. conſuetudinem valere in decimis, ſed inter eccleſias tantùm. ſ. e. cùm ſint. ſed ſi de conſuetudine non conſtat prædiales, dandæ ſunt eccleſiæ baptiſmali, & perſonales capellæ. 16. quæſtio. 1. decimas. ſup. eod. nuncios.

CAPVT XXI.

EX PARTE CANONICORVM.

CAPVT XXII.

1 *Nunquid de venatione, & piſcatione ſunt dandæ decimæ.*
Decimæ an debeāt ſolui de piſcibus incluſis in recluſorium alicuius parochiæ. Et quid iuris ſit de mercede militiæ ſuæ, aduocationis in numero 2.
2 *Si alicui donantur immobilia, an de eis teneatur dare decimas.*

NON EST. (De venatione). †Iſtæ ſunt perſonales decimæ, quia miniſterio & perſonali opera proueniunt, vnde decimæ ſolui debent, licet in terra, vel in aêre, vel in aqua nutriantur, & beneficio & nutrimento terræ, & ideò decimæ dandæ ſunt, vbi per anni circulum percipit eccleſiaſtica ſacramenta.

Et hæc intelligo vera vbi liberè quiſq; piſcatur nullo pretio dato, nec partem piſcationis, quia ſi inde daretur pretium, vel pars, tunc benè videtur, quòd de illo pretio, vel parte dandæ ſint decimæ eccleſiæ baptiſmali, quia non ex miniſterio hominis, ſed ex aqua, & terra proueniunt.

1 † Sed ſi eſſet locus publicus, vbi licet cuique piſcari, potius reputo perſonales, quàm prædiales, & idem dicimus in piſcatore & venatore, & alijs huiuſmodi. Itē videtur, quòd ſi aliquis capiat piſces in mari, & in ſtagno portet, & ibi viuant aliquot diebus, quod decimas debet inde habere eccleſia, in cuius parochia eſt ſtagnum, & idem videtur, ſi beſtiæ recludantur in recluſorium, cùm ibi viuant beneficio aquæ, vel terræ, quæ eſt in eius parochia. arg. infrà. e. cùm non ſit in homine.

† Alijs tamen videtur, quòd non ſunt dandæ decimæ de prædictis baptiſmali eccleſiæ, ſed illi, vbi percipit ſacramenta eccleſiaſtica, quia omnia proueniunt opera, & artificio hominis, nec eſt contra. infrà. e. cùm non. quia ibi non prouenit fructus artificio hominis, ſed ex ſola gratia Dei, quod inde apparet, quia ſemen mortificatum à Deo, non homine operâte viuificatur, & fructuum plus affert, ſed piſces & animalia recluſa, non moriuntur. Item ſi arborem de ſylua exciſam nō valentem libram, quis portet ad portum, vbi valet mille, non debet ſoluere, niſi decimam eius, quod valebat in ſylua, & melius deductis expenſis, quas fecit in ducendo ſoluet decimam, dummodò bona fide fecerit.

2 † Omnibus) ſi alicui donantur immobilia, non credimus quod de illis quis debeat dare decimas, cùm in veteri teſtamento, vbi præceptæ fuerunt decimæ, Leuitæ non habebant partem in poſſeſſione, quia de fructibus tantùm decimas dari dominus præcepit, aliàs autem mobilia

bilia quocunque titulo ad aliquem peruenerint, ſiue ex dono, ſiue ex legato, ſiue ex inſtitutione hæredis ſoluat decimas, quamuis aliqui excipiant ſuos hæredes, qui finguntur domini etiam patre viuente. inſti. de hære. quali. & diffe. §. ſui. alij tamen dicunt, fortè non malè, quòd de his, quæ dono dantur, vel ex ſucceſsione qualicunque obueniunt, non debent dari decimæ, quia nec de humo producuntur, nec de opera manuum ſunt, & ſecundum hoc exponendum eſt hoc verbum, de omnibus bonis. ſ. quæ proueniunt ab humo, vel à manibus. †Item ſi aliquis pro mercede militiæ ſuæ vel aduocationis, vel pro aliquo opere ſuo recipiat, ex pacto vel ſine pacto aliquod caſtrum, vel villam, vel aliam poſſeſsionem immobilem, nunquam de ea tenetur dare decimam prædicta ratione, ſcilicet quia de immobilibus non ſunt dandæ decimæ. Alij tamen dicunt, quòd in hoc caſu, & de mobilibus ſunt dādæ decimæ.

CAPVT XXIII.

1 *Decimæ an & quando ſoluantur ex rapina & vſura, vel ex alio crimine notorio.*

EX TRANSMISSA. (Licitè). Secùs ſi illicitè. 1. qō. 1. non eſt pu. † quid dices de meretrice & hiſtrione, & alijs in quos transfertur dominium, & non competit repetitio, dicimus quod tenetur ſoluere, quia non turpiter accepit. ff. de condi. ob tur. cau. idem & fi. §. quoties. arg. ff. de interd. & rele. relegatorū. §. vlti. ſed eccleſia in deteſtationem criminis non recipiet, & ne videatur tacitè approbare, vnde ſcriptum eſt. Non accipies mercedem proſtibuli, ſicut & non recipiet oblationes notorię diſcordantium. 90. diſt. oblationes. Item opprimentium pauperes, vt ibi dicitur. Item raptorum & vſurariorum. infrà, de rap. ſuper ea. infrà. de vſur. quia. Item meretricis, & propter quodlibet aliud notorium crimen vel horrendum. 17. quæſtio. 4. miror. Secùs autem vbi dominium non eſt tranſlatum, vel eſt tranſlatum, ſed competit repetitio, nam tunc nullo modo, nec aliquo tempore dandæ ſunt decimæ vel eleemoſynæ faciendæ, & ſic loquitur hîc. & 1. quæſtio. 1. non eſt pu. 14. quæſtio. 5. cap. vlti. à meretrice autem poſt pœnitentiam crederemus poſſe exigi decimam, quia iam poſt pœnitentiam deſpici non debet in eo quod fuit. 50. diſt. ferrum. In decimis autem prædialibus ſecùs eſt dicendum, quia ſemper ſoluendæ ſunt de prædijs decimæ, & ſi infinita ſit malitia poſſidentium. ſuprà. eo. de terris.

CAPVT XXIIII.

1 *Coloni, conductores, & alij penſionarij, an & quando teneantur ſoluere decimas.*
2 *Decimæ ſunt ſoluendæ ijs eccleſijs, vbi prædia ſita ſunt.*

ANOBIS. (Firmam). † Puta quia eſt colonus partionarius. ſ. qui certam partem fructuum recipit, ſi autem eſſet penſionarius, puta quia pro 10. colit agrum de fructibus, cùm non ſint ſui, non tenetur ſoluere decimam, tamen ſi poſsideat, vel tantùm detineat fructus terræ poſſunt, ſicut & à quolibet alio detentore vendicari. argumentum. 16. quæſtio. 1. cap. ſi quis laicus. infrà, e. paſtoralis. ff. de vſur. hactenus. Item dicimus, quòd licet dominus cum penſionario conueniat, quòd penſionarius omnes decimas ſoluat, tamen poteſt dominus conueniri de eo, quod recipit, niſi penſionarius ſoluat, cùm de omnibus bonis debeant ſolui decimæ. ſuprà, eo. non eſt. † Item credimus, quòd coloni etiam ſi in alia parochia percipiant eccleſiaſtica ſacramenta, tamen de fructibus, quos percipiunt de prædijs quæ colunt ratione culturæ, non debent ſoluere decimas ſuæ eccleſiæ, ſed illi in cuius parochia ſita ſunt prædia. argumentum. hîc & ratio eſt. ſuprà eodem, non eſt.

Et dicimus hoc ſic verum, ſi quartam partem fructuum recipiant pro labore, ſiue certas menſuras tantùm, dummodò de fundo illo recipere debeant illas menſuras, & non aliunde, puta quia ſi in fundo eſſent, ſoluerentur illæ menſuræ, & ſi non eſſent ibi, non ſoluerentur illæ menſuræ, & idem videtur dicendum, etiam ſi non de fructibus illorum prædiorum, ſed etiam certa pecuniæ ſumma deberet ſolui, dummodò ſic eſſet conuentum, quòd de fructibus illorum prædiorum ſolueretur illa pecunia. argumentum. ff. de vſufruct. hactenus. ff. de iudic. fideicommiſſo.

Sed ſecùs eſſet ſi de fructibus prædij

non deberent coloni recipere portionem ſuam, ſed perſona eſſet tantùm obligata ad ſoluendum mercedem, ſiue merces eſſet in fructibus vndecunque perceptis, ſiue in pecunia, quia tunc de mercede illa ſoluit decimas eccleſiæ ſuæ vbi percipit diuina ſacramenta. 16. quæſtio. 1. quæſti. nam ibi loquitur in caſu iſto, & eſt argumentum, ad hoc. ff. de contrah. emp. l. fi. & hoc ipſum probo rationibus. In primo enim caſu, cùm omnes fructus ſint decimandi antequam diuidantur ſine deductione expenſarum. infrà, e. tua. ergò ex quo ſemel ſunt decimati, vlterius decimari non debent ab his, ad quos ex debito perueniunt, ſicut ſunt coloni. infrà, eodem, paſto. Item in ſecundo caſu eſt optima ratio, quia eſt lucrum manuum ſuarum, ergò debet habere inde decimas eccleſia, vbi percipit ſacramenta. Item in primo caſu totus fructus eſt de terra, licet in eo habendo cooperetur opera hominis. ſuprà eodem, non eſt. ideò tantùm eccleſiæ vbi ſunt ſita prædia, dandæ ſunt decimæ. nam ſecundum pacta quæ diximus, nihil debet habere de mercede, niſi terra fructificet. In ſecundo autem caſu totus fructus vel potius lucrum & merces eſt de opere manuum, quia etiam ſi fundus eſſet ex toto ſterilis, tamen mercedem ſuam haberet colonus.

CAPVT XXV.

1 *Priuilegium eccleſijs ſuper decimas conceſſum an & quando largè ſit interpretandum.*

1 IVA. & infrà. (Extendenda). infrà, e. ex parte. contra ſol. ibi priuilegium generale datum eccleſiæ ſuper decimis alterius parochiæ, legitimam recipit interpretationem, & ſecundum proprietatem verborum. ſ. quòd ex quo conceſſæ ſunt ei decimæ alicuius parochiæ, non ſolùm decimæ veteres, ſed etiam de noualibus conceſſæ videntur, ſed tamen nec in hoc caſu credimus priuilegium largiſsimè, ſed tantùm largè interpretandum eſt inquantum ius aliorum tangit. ff. de vulg. ſubſti. ex facto. ſuprà eodem, dilecti. & c. ſuggeſtum. inquantum autem ius concedentis tangit, largiſsimè interpretandum eſt. ſuprà, de do. cum dilec. Sed licet hoc ſit in priuile. conceſsis eccleſijs: tamen ſecùs eſt in feudationibus decimarum conceſsis laicis, quia ibi ſolummodò ſunt largè interpretanda verba, vt intelligantur tantùm de decimis, quæ tempore infeudationis erant. argumentum. ff. de contrahen. emp. Rutilia. cùm enim infeudare ſit contractus, ſufficit ſi fiat ibi larga interpretatio: vt in præalle. c. cùm dilecti. & ideò ad futura extendi non debet: vt in prædic. l. Rutilia. quamuis hæc conceſsio decimarum facta laicis ſpecialiter ſit odioſa: vt ſuprà, de his quæ fi. à præla. ſine con. ca. cum apoſtolica.

Et hoc eſt in contractibus, ſi non ſunt extendendi ad futura, multò fortius iura ex præſcriptione quæſita ad futura non extenduntur. VERBI GRATIA: ſi præſcripſit aliquod ius decimandi in tota parochia alicuius, non tamen videtur præſcripſiſſe in noualibus, infrà, e. cùm contingat. nam præſcriptiones non tantummodò ſunt largè interpretandæ, ſed ſunt reſtringendæ, vt non intelligatur præſcriptum, niſi illud quod præſcriptum probatur, nam licet quis probauerit, quòd per totam parochiam decimam colligit, excepto vno prædio, de quo non probauit, non adiudicabo ſibi decimam in illo prædio, & ad hoc eſt argumentum, infrà eodem, cùm contingat. vnde eſt, quòd quando aliquis petit decimas, quas præſcripſit extra ſuam parochiam, quod debet probare de ſingulis fundis per ſe: quia decima collecta ex vicinis fundis, non probat in alijs debere.

CAPVT XXVI.

IVA NOBIS. (Statutum). id eſt, reditus vel cenſus. † Aut ſemine). not. quod quando aliquis dat terram alicui colendam ad tertium, quartum, vel ad alium reditum, nunquam colonus debet inde deducere ſemen, vel alias expenſas de iure, niſi per ſpeciale pactum aliud fiat.

CAPVT XXVII.

EX PARTE TVA. (Laboribus). id eſt, de terris laboratis (per vos) id eſt, parochias, in quibus ius patronatus habetis. (De noualibus) ſuprà eodem, tua. contra ſol. ibi.

CAPVT

CAPVT XXVIII.

1 *Quæ ratio ſit, cur in ſoluendo decimas de negotiatione deducantur expenſæ, circa rem factæ.*

2 *De fructibus & reditibus decimæ non diminutæ dandæ ſunt.*

3 *De lucro rei emptæ datur decima, quid autem de mercibus. in num. 4.*

4 *Decimæ prædiales dari debent ſtatim, vbi fructus percipiuntur.*

PASTORALIS. Caſus eſt talis, epiſcopus Elienenſ. quæſiuit, an ſi quando ſoluuntur decimæ de fructibus, vel prouentibus molendinorum & piſcariarum deducendæ ſint expenſæ factæ pro eis percipiendis, ſicut deducuntur quando decimæ ſoluuntur de lucro negotiationis? Huic autem quæſtioni reſpondit Papa, nõ eſt differentia de molendinis & piſcarijs, vel agris, vel gregibus, vel quibuſcunque alijs mercibus, quia ſi ipſæ fuerunt emptæ de pecunia decimata, quantumcunque poſtea vendi contigerit eaſdem, etiam ſi poſt multos annos, & poſtquàm multos collegerit fructus ex eis, tamen omnes expenſas deducet, ſed quãdo ſoluit decimas de prouentibus, vel fructibus molendinorum, vel piſcariarum, vel agrorum, vel quarumcunque aliarum rerum, ſiue ſint empti cauſa proprij vſus, ſiue ad reuendendum, non debet inde extrahere expenſas, ſiue fiant pro fructibus colendis, ſiue fiant pro reſtaurandis rebus, vnde fructus proueniunt, ſiue eædem res pro parte corruant, ſiue in totum, Aliqui tamen dicunt, quòd quando dantur decimæ de prouentibus molendini, vel piſcariæ, quòd deduci debent expenſæ, quæ fiunt extra rem, vnde proueniunt fructus, & deinde ſoluuntur decimæ, & intelligunt literam iſtam, vbi dicitur, expenſas tamen quæ fiunt pro fructibus, etc. loqui in tali caſu, ſcilicet quando aliquis emit molendinum vel piſcariam, & ex eis percipit fructus, & pro illis fructibus vel prouentibus percipiendis fecit expenſas extra rem, puta pro mercenarijs retijs, poſtea quando reuendet molendinum & piſcariam ſoluit decimam, de lucro, non deducet expenſas iſtas, ſecùs autem eſſet, ſi circa rem feciſſet expenſas, puta in refectione molendini, vel piſcariæ, quia illas benè deducet, & hoc dicit finis dec. huius. Hoc licet æquitati conſonet, tamen literæ contradicere videntur, nobis videtur, quòd benè fuit quæſtio in hac decre. an ſicut de negotiatione deducuntur expenſæ ante decimas, quæ fiunt pro lucro habendo. ſ. quæ fiunt in mercenarijs, in mediatoribus, in pedagijs & mercibus deducendi, & in alijs huiuſmodi, ſiue etiam fiant circa res, in quibus negotiantur, vt ſunt mercedes, quæ dantur vel textoribus, vel ſarcinatoribus, vel fullonibus, vel alijs huiuſmodi, an ſi etiam deduci debeant de molendinis & piſcarijs. & reſpondit quod non, quia nec primæ expenſæ. ſ. quæ ſunt extra rem. ſ. molendini, vt quæ fiunt in mercenarijs, qui ſeruiunt molendino & iumentis, ſunt deducendæ, & hoc dicit ibi expenſas, quæ fiunt, etc. nec ſecundæ etiam expenſæ quæ fiunt circa rem. ſ. molendini ſimiliter ſunt deducendæ, & hoc dicit ibi, nec pro reſtauratione detrimento, etc. Aliqui tamen dicunt, quòd expenſæ mercenariorum non ſunt deducendæ ante decimas, neque in negotiatione, neque in molendino, ſed hæc eſt differentia. inter negotiatores & alios, quia negotiatores deducunt expenſas factas circa rem, ſed alij non deducunt expenſas, neque circa rem factas, neque alias, niſi quando res venduntur.

1 † Sed quæritur circa primos qui mouit Papam, vel quæ ratio eſt, quòd deducantur hæ expenſæ ſiue extra rem, ſiue circa rem de negotiatione, & non de alijs. Reſpon. ratio eſt ſuprà, e. non eſt. & c. tua. & infrà, e. cùm non. vbi dicitur, quòd dominus omnium rerum. ſ. orbis & terræ, & plenitudinis eius decimas ſibi reſeruauit in ſignum vniuerſalis dominij, & indignum eſſet, quòd de fructu terræ ſuæ, vel alterius rei, ſiue ſit molendinum, ſiue grex, ſiue piſcaria, ſiue poſſeſsio deduceretur aliqua expenſa extra rem, nec circa rem, quando nec talis expenſa detrahitur dominis temporalibus ſuos fundos, vel alias res locantibus, vel ad cenſum dantibus, ſecùs autem eſt in negotiatione, quia ibi nullus eſt fructus, quomodo enim poteſt dici fructus, ſi ego emo lanam, & inde facio veſtem, vel ſi emo fundum pro centum, certè nunquam poteſt dici fructus, ſed lucrum eſt, & pretium quicquid reſiduum eſt deductis expenſis & pretio. ff. de hære. vel acto. vend. venditor ex hæred. ff. ad. l.

Fal.l.3. & de hoc lucro benè danda eſt de-
cima. ſuprà, e. noneſt. ſed in molendino
grege , poſſeſsionibus & alijs rebus ele-
mentatis, fructus & reditus eſt, quòd in-
de prouenit, non etiam deductis expenſis,
licet enim expenſæ mercenariorum , &
aliæ ſiue fiant extra rem, ſiue circa rem,
& profint vt maior fructus habeatur, inde
tamen nunquam ex eis habetur fructus
molendini, ſed tantùm ex re, puta mo-
lendino vel grege, & ſic vulgari ſermone
dicitur fructus vel reditus huius molen-
dini, vel gregis tantus eſt, & lucrum hu-
ius negotiationis tãtùm eſt. ff. de vſufruc.
l. vſufru. legato.

2 † Cùm ergò de fructibus & reditibus
integræ decimæ dandæ ſunt nullo modo
integræ darentur, ſi expenſæ deducerentur. ſuprà, e. tua. infrà, e. cùm non. ſed de
toto lucro dantur benè decimæ, licet de-
trahantur expenſæ factæ in negotiatione,
quia eis deductis dicitur lucrum. Sed
contra. ff. de peti. hære. ſi à domino. §. fin.
vbi dicitur , quòd fructus intelliguntur
deductis neceſſarijs & vtilibus expenſis.
Sol. ibi appellat fructum lucrum, vel dic,
quòd illa expoſitio eſt ciuilis, non natura-
lis, conſtat enim quòd in veritate fructus
vel reditus eſt, quicquid venit de molen-
dino grege, vel poſſeſsione, licet nullæ
expenſæ deducantur , videtur ergò ſic
tenendum, quia quando ſoluitur decima
à lucro, deducendæ ſunt expenſæ, ſed vbi
ſoluuntur de fructibus, vel reditibus, non
deducuntur expenſæ.

3 † Venduntur) quandocunque ven-
dantur emptæ res, vel factæ, tamen ſem-
per ſi aliquod lucrum fuerit in eis, quan-
do venduntur, de lucro ſoluetur, de de-
cima & decimis detrahantur expenſæ,
nec diſtinguitur, an empta vel facta ſit
res cauſa mercimonij, vel negotiationis,
vel cauſa proprij vſus, licet quidam diſ-
tinguant, vt quando mercimonij cauſa
emit, tunc det decimas de lucro, ſed ſi cau-
ſa vſus proprij emit, tunc etiam ſi mul-
tum inde lucretur, tamen non dat decimas. Sed certè his contradicit , quòd
hîc dicit. ſ. quia dicitur, quòd cùm ven-
duntur decimari debet lucrum, deductis
expenſis. Item videtur nobis, quòd etiam ſi cauſa mercimonij emerit mercem,
quæ multum plus valet, quàm ſit pretium pro ea datum , ſi tamen retineat ad
proprium vſum, non ſoluet decimas de
eo, quòd res plus valet. † Item vide-
tur, ſi quis emerit mercem pro centum,
& poſtea de medietate mercis acceperit
centum, quòd ſi vult de mercibus quæ re-
manſerunt, quæ omnes ſunt lucrum da-
re decimam , quòd poteſt ſiue merces
ſint immobiles, ſiue mobiles, ſed ſi nolit
dare partem de mercibus, quæ remanſe-
runt, debet dare decimam de pretio re-
rum venditarum, & hoc ſatis probatur
hîc. & ſuprà, e. non eſt.

4 † Sed quid ſi de parte quam vendidit
non accepit totum pretium, quod dedit
pro mercede. ſ. centum accepit ferè totũ,
puta 90. & non dedit niſi tertiam, vel me-
diam partem mercis, certè & tunc idem
videtur, quia facta legitima æſtimatio-
ne eius, quòd apud eum remanet ſoluet
decimam de lucro rerum venditarum
(molendinis). id eſt, prouentibus mo-
lendinorum & piſcariarum (neceſſarias). ſ. pro ſeruitoribus & mercenarijs
molendini, vel etiam ipſius molendini re-
fectione, vel piſcariæ (ex eiſdem). ſ. ex
fructibus molendini vel piſcariæ. (Con-
ceſſum) conſuetudine approbata vel
ratione licet non præſcripta. ſ. quòd de-
trahant pretia rerum ſuarum negotia-
torum expenſas & alia (acquiſitas) in
ſua forma, vt campus, caſtrum & ſimilia
quocunque titulo, vt re alienentur, vel
etiam ſinè hac intentione (factas) ex alia
materia vt tela. (Decimata) ſi enim non
eſſet decimata, non ſoluit de lucro, ſed
etiam pretium, quod etiam in re empta
datum eſt decimari debet, vel vt alij di-
cunt ipſa res empta, argumentum. ſuprà,
de pec. cle. cap. 1. vel pretium quod de re
empta accipitur. † Venduntur) ſi
enim donaret, vel permutaret, vel alio
titulo alienaret, nam tunc licet res plus
valeat, quàm eam emerit, tamen nullas
decimas ſoluere tenetur, idem eſt, ſi ſibi
retineret.

Quòd verum eſt ſi pecunia, vnde res
empta, vel facta decimata eſſet, quia ſi
pecunia non eſſet decimata, crederemus
quod res empta pro decima parte eſſet
eccleſiæ, cùm & ipſa pecunia vnde em-
pta eſt pro decima parte eſſet eccleſiæ. ſ.
e. c. §. fructus. argumentum op. ſuprà, de
pe. cle. cap. 1. (expenſas) quæ fiunt in eun-
do & redeundo ad negotiandum, & quæ
dantur mediatoribus & conſimiles, &
non ſolùm neceſſarias & vtiles, ſed etiam
voluptuoſas & quaslibet, dummodò in
frau-

fraudem non fieret eccleſiarum, & ante
omnia deducendum eſt pretium datum
pro re. Decimæ verò prædiales ſoluuntur
nullis ſumptibus deductis. ſ. eod. cum ho-
minis. & c. tua.

5 † Perſonales) ſi ſurgunt ex rebus deci-
matis deducuntur expenſæ, aliàs non, vt
hîc. Item prædiales debent dari ſtatim, vbi
fructus percipiuntur antequam ſeparen-
tur inde cenſus, vel tributum, tamen & ſi
tunc omiſſa fuerit poſtea facienda eſt. inf.
eo. cùm non ſint. & ſup. e. tua. ſed & perſo-
nales eodem tempore ſecurius eſt dare,
quamuis quidam dicunt, quod melius eſt
dare in fine anni propter inimicitias. arg.
ſ. de pig. ex literis. Item in animalibus, &
in alijs non debet dare deteriores, ſed me-
liores, vel mediocres, quia non eſt indignũ
dandum Deo. 49. di. c. ſacer. & 16. q. 7. om-
nes decimæ (expenſas) puta in colendo
agrum, vel paſcendo gregem in lignis, &
mercenarijs clibani & molendini. † Fru-
ctibus) hîc vult dicere, quòd expenſas fa-
ctas in re, vt ſit pretioſior, illas detrahet
cùm vendet, & non ante, illas autem quas
fecit pro fructibus recipiendis de ea tan-
tùm & cum eis pereunt, & non deducet.
Item eſt etiamſi emptam rem, & poſt de-
ſtructã reficeret, crederemus tamen, quòd
poſtea, ſi eam rem vendat, & plus etiam
inde accipiat propter meliorationem il-
lam, quam accepiſſet, ſi in priori forma
res permãſiſſet, quòd expenſas ſecundum
quantitatem meliorationis accipiet. (De-
cimatę) expenſæ pro fructibus factæ, id eſt,
etiam, ſi pecunia pro fructibus colligendis
ſoluta fuerit decimata (ſalua) eccleſijs
(onere) 16. q. 1. ſi quis laicus. ff. de contrah.
emp. alienatio. (pro reſtaurando) ſcilicet,
quod aliquid datum eſt pro reſtaurando
furno, vel molendino vel huiuſmodi (de-
ducendas) ſpeciale in decimis. aliàs con-
tra. ff. de hæred. peti. ſi à domino. §. vlt. &
l. ſeq. (prouentibus) id eſt, quando deci-
mantur prouentus, & ſi venderetur grex
& clibanus decimaretur lucrum, non in-
telligeretur lucrum, niſi deductis expenſis
in reficiendo factis.

CAPVT XXIX.

CVM CONTINGAT. (Ab antiquo) ita quòd præ-
ſcripſerit, & eſt odioſum & reſtringendum, ſecùs ſi ex
priuilegio haberet decimas, quòd eſt fauorabile & extendendum: vt
no. ſ. e. tua. (ipſas). ſ. e. ex parte. contra ſõ.
ibi. Cauſa rationabilis) puta priuilegium,
vel tranſactio, vel alia ſimilis, vel ſpecialis
præſcriptio in ſingulis agris noualium: vt
no. ſ. eod. tua. quòd hîc ſignatur contra. &
ibi ſol.

CAPVT XXX.

1 *Decimæ in vno agro, non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*

CVM IN TVA. (Parochijs) aliarum eccleſiarum, & certis
locis ipſarum parochiarum (& determinatis (percipiant)
ex priuilegio, vel conſuetu-
dine, vel alio iure. Annuatim) non poſſet
currere præſcriptio, quia pro parte totum
retinet, cùm non poſsint decimæ, eiuſdem
agri diuerſo iure cenſeri, ſed ſecùs ſi diuer
ſi eſſent agri, quia tunc benè in altero præ-
ſcriberetur, & in altero non. ſ. e. c. proxi.
nec per vnum aliud teneretur. Sed obijci-
tur quod eſt. ſ. e. ex multiplici. vbi duæ de-
cimæ eiuſdem agri alio iure cenſentur,
quam aliæ decimæ eiuſdem agri. Sol. illud
eſt propter ſpeciale pactum. Sed adhoc eſt
contra, quod legitur. ſ. c. proxi. &. ſ. e. tua.
1. ſolu. ibi diuerſa ſunt, quia diuerſo iure
cenſentur, nam alio iure cenſentur noua-
lia, quàm terræ culræ quòd ad hoc, quòd in
priuilegio contineri intelligantur, licet
quòd ad ius commune eodem iure cenſean-
tur. ſ. eod. ex parte. Aliqui tamen dicunt,
quòd benè poſſet præſcribi, quod de certis
fructibus nõ darentur decimæ, ex quo pa-
cto poteſt induci, quòd de certis fructibus
non debetur. Hîc autem quia non præſcri-
pſerat non prodeſt ei, quod licet certis
temporibus non ſoluit, non tamen tanto
tempore ceſſaret, quòd ad præſcriptionẽ
ſufficeret, ſed prius dictum magis placet
(Perceptis) de eiſdem poſſeſsionibus, de
quibus hactenus perceperunt decimas, &
percipere debuerunt de alijs fructibus
(perſolutæ) hiſq; de alijs fructibus percipe
re conſueuerunt, vel priuilegio, vel con-
ſuetudine (debentur) dic vt no. de offi. ar-
chi. c. vlt. (debeat) 12. q. 2. cognouimus.
(cenſeri) ſuper eadem re (alioquin) id eſt, ſi
fructus prædicti non peruenerunt de terra
decimali monaſterij, melius videtur, quod
hæc actio fuerit confeſſoria.

CAPVT XXXI.

1 *In longa præſcriptione probatur titulus, in longiſſima verò minimè.*

2 *Confirmatio nullum nouum ius tribuit, sed tantùm vetus confirmat.*

DVDVM. (Quæstionem) interdicto vti possidetis intentando, de facto enim molestabat episcopum suis de decimis non permittendo eas solui à rusticis, & secundum interdictum videtur lata sententia in fi. decr. Vel dic, quòd intentabatur actio de dolo ad decimas subtractas, sed ad damnum quod contingit ex eo, quòd hospitalarij suadebant rusticis, ne soluerent decimas: vt ff. de do. cùm quis. vel officium iudicis implorabat, melius videtur quòd actum fuit confessoria (communi) 16.q.7. omnes. 12.q.2.quatuor. ẽ. eod. quoniam à nobis. in his nihil videtur, quod iure communi, & ecclesiæ & decimæ pertinent ad episcopum dio. (ecclesiæ) id est, mensæ episcopalis. Vel dic, quòd benè nomine ecclesiæ potest agere episcopus: vt no. ẽ. de rest. spo. olim. (titulum) id est, aliquem titulum dicere per quem locum haberet præscriptio, in qua necessarius est titulus & bona fides.

1 †Probaret. ẽ. de probat. licet. in longa enim præscriptione probatur titulus etiá secundũ leges, sed in longissima nõ secundũ leges, sed secundũ canones sic, licet sufficiat ꝓbari tempus, & non titulũ, sed allegari: vt. C. de præsc. lon. temp. diuina. C. pro hæred. vlti. sup. de præscri. si diligen. vbi not. & de hoc. & c. quoniam omne. arg. contra. C. de peti. hære. cogi. sed illud loquitur, quando non allegatur præscriptio, & quando præsumptio non est in contrarium. C. de prob. siue. præscriptio enim sub se habet titulum & bonam fidem, & ideò præscriptione allegata allegare videtur iustum titulum, & bonam fidem, etiam si non dicatur. (Qui) scilicet, rex & regina. (Concesserunt) per hanc concessionem videtur cõcessisse id ius, quod habebat. sup. de testa. Raynaldus, scilicet, ius patronatus. sup. de do. pastoralis. (Confirmationis) in forma communi, si enim ex certa sententia & cum causæ cognitione confirmasset, secùs esset: vt no. ẽ. de confir. vti. vel inuti. c. pen. ẽ. de transact. c. 1.

2 †(Confirmatione) cùm cõfirmatio nihil iuris noui tribuat, sed tantùm vetus confirmet. ẽ. de confir. vti. vel inuti. cùm dilecta. licet enim ignorantia iuris, qua se putauit iustè possidere, excuset eũ à culpa, cùm det bonam fidem, non tamen dat iustum titulum. Item ignorantia iuris non prodest in præscriptione. ff. de iur. & fac. ign. in vsu. & l. regula. ff. pro emp. l. 2. §. si à pupillo. ff. de vsu. l. nunquam. arg. quod si fluxisset tempus, quod præscriptio valeret, cùm tamen non præcesserit titulus, nam donatio regis pro non titulo est, sed dic idem est, si effluxissent, non tamen ea ratione, quia titulum non probauit, quia in corporalibus non tenetur titulum probare: vt no. ẽ. de præscri. si diligen. sed quia tamen malum allegauit, scilicet, donationem regis, hoc videtur sonare litera sequens, nos igitur etc. (Et confirmationem) suprà factam (Derogetur) quia non intendebat illud tollere Papa propter suam confirmationem, sed tantùm donationem eis canonicè factam. † (Confirmabat) sed obijcies, nónne eo ipso, quòd dicebat donationem de decimis tibi à rege factam confirmamus, videtur supplere defectum, quod erat in donatione ex personis donantium. ẽ. de transact. c. 1. Resp. hîc non fecit mentionem, quòd hæ donationes factæ essent à rege, vel alia laica persona, sed sicut simpliciter dixit, confirmo decimas, sicut iustè pos. Vel dic, quòd etiã si confirmasset decimas donatas à rege, intelligeret confirmare in eo casu, in quo donare liceret, quod donaret, scz. decimas quas in feudum ab ecclesia detinebat quàs donare licebat cum authoritate superioris. ẽ. de his quæ fiunt à præla. sine consen. cap. cum apostolica. sed hîc non tales decimas, sed decimas donare intendebat sitas in locis, vbi erant ecclesiæ, vbi habebat ius patronatus, & quod ius patronatus hospitalarijs donabat, & hoc non poterat facere.

a *Confirmare. ad hæc dicta adde Bal. in l. bonorum. C. qui. admitti. & dicit. d. Anc. hic hoc fortè non inueniri alibi refert Felin. in c. 1. sup. de constit. colu. 8. vers. & hinc est quòd cõfirmatio. quẽ vide & vltra ibi adde Alexand. de Imo. in cons. 59. colum. 4. circa princ. in 1. vol.*

CAPVT XXXII.

1 *Iudæi nunquid cogantur soluere decimas prædiales.*
2 *In solutione decimarum seruanda est consuetudo.*

IN ALIQVIBVS. (Permixtæ) puta Sarraceni & Iudæi, sicut in Vngaria. (Christiano) vt Græci & Armeni, & consimiles. †Integritate) sed nónne Iudæi coguntur soluere decimas prædiales: vt sup. eod. de terris. Resp. licet cogantur, quia tamen non possunt de facili cogi per censuram ecclesiasticam, idcircò speciale est, vt eis locari non

non possint, & est si. ẽ. proxi. c. vel si locantur, eis locentur tali conditione, quòd absque controuersia decimas reddant.

2 †Consuetudine.) not. loci consuetudinem seruari. scz. in ecclesijs, in quibus sunt soluendæ, vt si consuetudo est, quòd vni ecclesiæ soluantur, scilicet, parochiali valet consuetudo, & idem fortè, si soluit illi ecclesiæ vbi percipit ecclesiastica sacramenta. sup. eod. cùm sint. & c. ad apostolicæ. in eo autem quòd non soluantur, vel minus plenè soluantur, nulla valet consuetudo. 16.q.7. cuicunq;. ẽ. eod. cùm homines.

CAPVT XXXIII.

1 *Dominus tributi quando non teneatur soluere decimas de tributo.*
2 *Partionarij & pensionarij coloni differentia.*
3 *De mercede operarum soluuntur decimæ.*

VM NON SIT. (Prætereunt) de facto, non de iure, vel dum nimis potentes sunt, quibus soluuntur, vel nimis absentes & remoti.

1 †Quos) no. quod si de fructibus fundi tributarij solutæ sint plenè decimæ, dominus cui tributum soluitur, non tenetur soluere decimas de tributo. ẽ. eo. pasto. & hoc quòd dicit hæc glo. videtur verum, quando de certa terra debet haberi censum vel tributum, quia tunc habet quoddam ius in terra illa, vel saltem in fructibus, sed si aliàs aliquis reciperet pensionẽ pro aliquo seruitio ab aliqua persona, non video rationem, quare non eodem modo teneatur reddere decimam de pensione ista, sicut de militia vel de aduocatione. suprà eodem, non est etiam si pecunia prius esset decimata, si autem gratis daretur pensio sine vllo seruitio, tunc si illa pensio esset decimata, non videtur quòd iterum à donatario debeat decimari: vt no. ẽ. non est. † Et hac eadem ratione videtur, quòd si dominus ad quem perueniunt omnes fructus fundi eos decimauerit, quòd vlterius colonus partionarius, qui debet recipere certam partem fructuum, pro cultura suam partem decimare non debet, quia ipse colonus ius habet in fructibus, secùs autem esset, si certam mercedem acciperet colonus pro agricultura, quia tunc etiam dominus debet decimare omnes fructus, & colonus debet decimare mercedem suam, siue merces fuerit in pecunia, siue in alijs rebus iam decimatis. Aliqui tamen dicunt, quòd ex quo merces certa succedit loco partis fructuum, quam debet habere colonus, quòd eiusdem iuris deberet censeri pecuniaria merces, sicut perceptio certæ partis fructuum. arg. ẽ. de censi. olim causam, scilicet, ex quo à domino decimati sunt fructus, quòd vlterius à colono non decimetur merces. Sed certè non videtur, quod benè dicant isti, quia nunquam merces ista succedit loco partis fructuum, nunquam enim nisi consuetudine, vel lege est introducta ista successio, nam si esset introducta, fortè aliud dicendum esset.

2 †Item vnã bona ratio est, quòd melioris conditionis debet esse colonus partionarius, quàm pensionarius, quia partionarij exponũt operas suas fortunæ & misericordiæ Dei, sed pensionarij semper est in certo de mercede sua, in domino autem fundi secùs est, quia si recipiat certam pensionem à colono pro fructibus fundi, nunquam de illa pensione dare debet decimas, quia intelligitur vendidisse fructus salua decima. ẽ. e. pasto. vnde fructꝰ debẽt decimari, & non pensio, nisi fortè pensio constituta esset in fructibus eiusdem fundi, quia tunc transeunt cum onere suo, nisi prius à colono decimentur, vt hîc.

3 †Sed quæres quare non eodem modo decimat dominus pretium fructuum non venditorum, sicut colonus decimat mercedem operarum suarum? Respon. merces operarum procedit ex membris hominis, & ideò ex his dantur decimæ, vnde Ier. Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operarum vestrarum, secùs in venditione fructuum, vbi nec opera, nec aliud deduci debet ante decimas. ẽ. eo. pastoralis.

CAPVT XXXIIII.

NVPER. (Abbates) à quibus colonis persoluant, repete quæ diximus. ẽ. eod. suggestum. (alios) scilicet, templarios & hospitalarios & alios.

CAPVT XXXV.

NTERDICIMVS. (Decentas) fortè in feudum (in pignus) sicut venditio sine authoritate episcopi. ẽ. de his quæ fi. à prælat. si. con. ca. cùm apostolica. (ab eisdem laicis) ab his autem ad quos pertinet, licet accipere. ar. ẽ. de loca. & conduc.

TIT V.

TITVLVS XXXI.

DE REGVLARIBVS ET TRANSEVNTIBVS ad religionem.

CAPVT I.

NVLLVS. (Tondeatur) vt sit verus monachus & professus. 20. q. 1. illud. tonderi autem, vt sit verus clericus potest in 7. ann. 28. dist. de his. 78. dist. quicunq; in singulis, & etiam si sit oblatus à parentibus. 20. q. 2. per totum. idem tamen est, & si non offeratur, sed tonsuratus manet in monasterio, inf. eod. c. proxi.

CAPVT II.

1 *In spiritualibus ius naturale præfertur positiuo vel ciuili.*

2 *An missi in monasterio coacti, possint exire ante pubertatem, & quando tempore fiat eis præiudicium, si tacent. in num. 3. & 4.*

Profiteri quando quis dicitur vel præsumitur.

Puer vsq; ad 14. annum potest exire monasterium, & an & quando dicatur profiteri.

SI QVIS. (Tonsuratus) vt monachus (consensu) si verò consensu eorum tacito vel expresso intrauerit, vlterius reuocare non potuerunt. inf. eo. significatum. 20. q. 2. c. 1. & sic in eo. c. dicitur. & eadem causa. q. 1. audisti. & c. quicunq;. & videtur quòd si quis habet patrem & matrem, quòd sufficit alterius oblatio, & eadem ratione, si quis habet plures tutores, vnus solus offerre potest, cùm similem potestatem habent, quo ad hoc tutores, sicut parentes. 20. q. 2. sicut puella. Contrarium videtur ibi, quod potior sit conditio prohibentis. ff. communi diui. Sabinus. si tamen vnum parentem tantùm habet, ille solus offerre potest, & si habet tutores alios quàm parentes, tamẽ parentes inuitis tutoribus eos monasterijs offerre possunt. Item etiam credũt aliqui etiam si sit auus, qui habet filium & nepotem in potestate, quòd pater inuito auo, eum poterit offerre, & non econuerso.

3 †Et est ratio, quia in spiritualibus præfertur naturale ius positiuo vel ciuili, nec videtur facienda differentia, quo ad hoc, quod offerre & offerri possint inter patrem & mulierem, & eos qui sunt in potestate, vel emancipati ingrediens vel oblatus intra annos pubertatis exire non poterit. arg. eius quod dicitur in matrimonio carnali. ĩ. de desp. impu. de illis. Sed tamen videtur, quòd sua authoritate ingressus, possit ingredi intra pubertatem. ĩ. e. significatum.

2 †Si autem coacti missi essent in monasterio, dicunt quidam, quod quandocunq; volunt, possunt exire etiam ante tempus pubertatis. arg. à contrario sensu. 20. q. 1. puellæ. & q. 2. puella. contrarium tamen videtur, quòd ante pubertatem exire non possit. 20. q. 1. illud. & q. 2. c. 1. scilicet tunc, scilicet, quando parentes eos offerunt intra 15. annum, & etiam vltra in infinitum poterunt exire, nisi prius voueant vel professionem faciant, vel habitum sumant, qui profitentibus dari solitus est. inf. e. statuimus. 20. q. 1. illud. & hoc idem dicitur in matrimonio carnali, scilicet, quòd transcursu temporis non fit dispensatio matrimonij. ĩ. de despon. impu. atteſtationes. Nec obst. ĩ. eo. cùm virum. vbi innuitur, quòd si veniens ad ætatem legitimam, non contradicat, ratum habere videtur. Sol. non fuit ibi solus transcursus temporis, sed beneficio monachalis recepta fuit in maiori ætate.

Alij tamen dicunt hoc, scilicet, quòd sufficit cursus temporis pro ratihabitione, nam siue in maiori ætate sumpserit habitum, & in maiori ætate eum portauerit, cùm non sit distinctio habituum, nec alia solennitas fieri consueuit, lapso anno, siue finito tempore probationis perseuerauerit, dicunt hos tacitè videri profiteri, & non obstat quod dictum est de carnali matrimonio, quia facilius per alias leuiores præsumptiones præsumitur quis fieri monachus, quàm coniunx. Pro hac autem opinione vehementer facit, quia si ille qui per vim mittitur in monasterium lapsu anni præsumitur tacitè professus, vt hoc capitulum dicit, quantò magis ille, qui sponte ingreditur. item arg. ĩ. e. ex parte. & c. cùm virum. Hoc autem satis posset concedi, quod in monasterijs, vbi consuetudo est, quòd certo tempore fit professio vocalis, vel aliæ solennitates fiunt circa facientes professionem, quod nisi illæ solennitates seruentur, per solam habitus portationẽ non præsumitur profiteri. ar. ĩ. e. statuimus. 20. q. 1. illud. Si autẽ in illo monasterio non est distinctio habitus professorum ab habitu, quem pueri portant,

portant, vel nouitij. Dicunt quidam idem scz. quod per portationem habitus nõ intelligitur profiteri, cùm decre. dicãt quod semper aliquod signum distinctionis debet esse inter eos habitus. ĩ. eo. tit. statuimus. in fi. vnde monachis ingredientibus non est imputandum, nec contra eos præsumendum lapsu anni vouisse ordinem tacitè, nisi nouus habitus eis detur ab abbate. Nec obst. ĩ. quod met. cau. perlatum. quia ibi votum emisit, & professionem fecit, licet protestationem præmiserit, cui protestationi facilè renunciare intelligitur.

Item hoc quod dicimus locum habet, vbi certum est, quod non est facta expressa, & vocalis professio. Si autem dubium esset ex portatione habitus, præsumitur professionem præcessisse. 28. dist. quod inter. 20. q. 1. puellę. ĩ. e. vidua. etiam expressam & vocalem, nec est necesse, quòd abbas hoc probet. Præsumptio enim hoc onus. scz. probandi contrarium in monachum portare habitum refundit, & tamen illud probare non potest, cùm sit negatiua. Alij tamen dicunt, vt videtur melius, quod profiteri præsumitur, quando non sunt distincti habitꝰ, licet per annum portauit, & si ab initio solenniter accepit habitum, quo monachi illius monasterij vtebantur, sicut alij monachi facere consueuerunt, & cum solita solennitate, & hoc in minore. ĩ. eod. ex parte. & ideò videtur, quòd in puero sufficiat pro solennitate oblatio parentum, sed mihi videtur, quod interrogari debent in 15. ann. an velint remanere monachi, aut non. 20. q. 1. illud. & credimus, quòd licet multo tempore post 15. annum steterint in monasterio, nisi fiat hæc interrogatio, non intelliguntur tacite profiteri, nisi aliquid faciant ex certa scientia, quod soli monachi facere consueuerunt. ĩ. de his quæ fiunt à maio. part. c. ex ore. sup. de præb. dilec. constitutio tamen quæ ponitur. ĩ. eod. is qui in aliquo. huic opi. contradicere videtur. & tu dic sicut ibi dicitur. (Intra annum & diem) 20. q. 2. puella. (Ad principem) id est, Papam. de conse. dist. 1. corpore. vel id est, prælatum fortè præpositum ecclesiæ. (Ad missum) id est, legatum vel vicarium episcopi. (In clericatu) id est, monachatu. (Permaneat) quo ad hoc, quod parentes reuocare non possint: vt hîc. & 20. q. 2. si in qualibet. ipse autem puer, vsq; ad 14. annum poterit exire. ĩ. eo. significatum. & c. cùm scimus.

3 †Per vim) id est, tractus & tonsuratus manibus ligatis, & tunc habet locum, quod hîc dicitur, scilicet, quod fit sibi præiudicium, si per annum tacẽt, & manet in monasterio, & tonsuram portans, & reliquum habitum, si tamen intra illum annum liberè exire possit, tunc vsq; ad annum non fit ei præiudicium, & post annũ fiet ei præiudicium, vt dicit hæc decre. sed si per metum vouit, vel professus est, vel tonsuram accepit quamdiu metus durat, non fit ei præiudicium, sed eo cessante, nisi incontinenti exeat, ratum habere videtur. sup. de his quæ vi met. causa fi. perlatum. Quidam tamen hîc exponunt per vim, id est, per metum.

4 †Sed quæritur quomodo potest hoc esse, quòd si à principio sumpserit habitũ per vim, postea stando per annum ratificabitur, sed per se sumendo, id est, non intentione vouendi non ratificatur. Respõ. quòd quando datus est ei habitus, licet inuito, tamen ea intentione datus est, vt fiat monachus, vnde quod eius nomine factum est, licet contra voluntatem eius, non solùm expressè vouendo, sed etiam tacitè, in monasterio per annum manendo ratificare videtur. ĩ. eo. cùm virum. secùs autem quando nunquam nec ipse, nec ille qui eum habitum induit intendebat, quod deberet fieri monachus, quia tunc quod nihil est tacitè per lapsum temporis ratificari non intelligitur. (Clericus) id est, monachus. (Reclamauerint) tacitè enim ratum habere videtur. ĩ. de his quæ vi met. cau. fi. perlatum.

CAPVT III.

VT CLERICI. Hæc decre. & consimiles loquuntur quãdo conuersi, & non professi, nec profiteri volentes, licet malè eundem habitum religionis portant, vel loquitur quando sine solennitate aliquis portat habitum. (Monachi). ĩ. de elec. cùm causam. in fi. §. 1. vel faciant professionem & sint monachi vel dimisso habitu monachorum remaneant clerici.

CAPVT IIII.

1 *Quæ requirantur ad hoc, vt vidua dicatur professa, seu velle fieri cõuersa. in nu. 2. 3. 4 & 5.*

VIDVA SPONTE. 27. dist. quod interrogasti. secùs si coactè. suprà, de his quæ vi met. cau. fin. perlatum.

† Con-

1 †Conuerſionis)hæc vidua licet velum conuerſionis acceperit, vel etiam profeſſionis,id eſt, qui tantum vel conuerſis, vel profeſsis deputatus eſt, non tamen præſumimus eam velle fieri conuerſam,vel profeſſam, niſi aliquæ præſumptiones hoc iuuent, puta quia cum ſolennitate accepit, puta vocatis parentibus, vel de altari, vel in eccleſia, vel ſi accepit ab epiſcopo, vel abbate, vel ſimplici monacho, vel ſacerdote cum ea ſolennitate, qua conſueuit aliàs profitentibus dari, & ſic intelligimus. ℣.e.ad noſtram.& c.ſeq.27.diſt. quòd interrogaſti.27.q.1.viduas.

2 †Eſt autem neceſſe, quòd ſciat quod ex conſtitutione eiuſdem monaſterij eſt eidem habitui annexum, id eſt, quod habeatur pro conuerſa, vel profeſſa, & plus dicunt quidam, licet nos non credamus, quòd ſi habitum etiam ſine ſolennitate recepit,ſed ex poſt facto ſequantur præſumptiones,quod intendit habitum cum effectu accipere, puta quia ea facit, quæ ſolæ profeſſæ faciunt, tacitè vouere intelligitur. ℣.eod. ad noſtram. & hîc. & 20.q.1. quam progenitores.

3 †Si verò non ſit diſtinctus habitus probatorum,cõuerſorũ,& profeſſorũ, tunc ſi cum ſolennitate,quæ dicta eſt, vel cõſimili ſumat habitũ, tunc intendo eam ſumpſiſſe habitum probationis, & non profeſsionis. inf.eo.ex parte.ad apoſtolicam. Item not.quòd ſi cum ſolennitate ſumpſerit habitum, etiam ſi per vim, vel metum, niſi cùm potuerit dimiſerit habitum, ratum habuiſſe videtur. infrà, eod. cùm virum. ſup.eod.c.2.ſup.quod met. cau.perlatum. ſi autem ſine ſolennitate,ſecùs ſuprà,eod. vt clerici. ſup. de elect. cùm cauſam. Vel dic, quòd ille decret. loquuntur, quando in aliqua eccleſia plures ſunt tam profeſsi, quàm non profeſsi eundem habitum regularem portantes, & hoc ipſum certum eſt,& portant habitum, quo monachi illius monaſterij vtebantur, ſicut alij monachi facere conſueuerunt, & cum ſolennitate ſolita, & hoc in maiore.

4 †Sacrum) non facit prǫ ea, quod non ſacrum velamen accepit,cùm viduæ velamen non ſacrum accipiant. Vel dic, quòd ipſa hoc dicebat, ſed non credebatur ei, quia ſi conſtaret, quod velum non ſacrum, vel etiam ſacrum ſine ſolennitate accepiſſet, quamuis poſtea obtuliſſet, ſicut monialis non videtur,quòd profeſſa tacitè haberi debuiſſet, licet aliquæ contradicant:vt no.in glo. hæc vidua.(Impoſuerit) vidua enim per ſeipſam poteſt velum conuerſionis accipere: vt hîc. 27.q.1.viduas. & à ſacerdote.20.q. 1. viduas. & ab epiſcopo.℣.de his quæ vi met. cau. perlatum.

5 †Velatas) alludit conſuetudini, quæ eſt alicubi, quod velatæ offerunt panem ad euchariſtiam conficiendam.27. q.1.& hæc duo, ſcilicet, velum non ſacrum ſibi imponere, & cum velatis offerre, ſufficiunt ad probandum, quod ſit monacha vel conuerſa.27. diſt. quod interrogaſti. alterum autem ſolùm non ſufficeret.in Authen. conſti. interpretatur conſti. inf. de conuer.coniu.chariſsimus. Si verò ab epiſcopo vel ſacerdote accepiſſet hoc ſolùm ſufficeret. Sacramento) niſi alijs præſumptionibus adiuuetur,quia tunc ſecùs.℣. de his quæ vi. perlatum. ſed & ſi alias probationes ſuper hoc inducere velit, non videtur audienda, niſi probet ſe proteſtationem ex iuſta cauſa omiſiſſe. (Tenore) id eſt,proteſtatione vel intentione.

CAPVT V.

IOANNES. (Migrare) cauſa leuitatis,quia ad arctiorem licet. inf. eod. c. licet. (Reddatur) & abbas eum recipere tenetur de iure poli,ſi pœnituerit.18.q.2. abbates. niſi timeatur quod eius occaſione monaſterium diſſolutionem patiatur.27.q.1.ſi qua modo.& c.ſi quis rapuerit.de iure tamen canonico non cogitur,cùm renunciaſſe intelligatur. ſup. de renun. quod in dubijs. & not. ſup. de æta. & quali. & or. præ. intelleximus. quamuis poſſet aliud dici in monachis, quàm in clericis,quia qui velle non habent, nec tacitè nec expreſſè renunciare poſſunt.

CAPVT VI.

QVIA IN INSVLIS. Alibi ſecùs. 20.q. 1.& q.2.ſi quis in quam.& c.puella.

CAPVT VII.

NON EST NOBIS. (Recipi) neque in monachos aliorum monaſteriorum,neque ad hoſpitium.

CAPVT VIII.

1 *Habitus conuerſionis impedit matrimonium, non tamen dirimit.*

2 *Quartuſdecimus annus requiritur in ingreſſis monaſterium.*

3 *Votum quid ſit, & per quantum tempus firmetur.*

4 *In ſuſcipiendo ordinem præcedere debet probatio.*

AD NOSTRAM. (Religionis). id eſt, profeſsionis. id eſt, qui deputatus eſt tantùm profeſsis, vel ſume in proprio ſenſu, ſed ita non ſumitur argumentum à contrario ſenſu, vbi dicit, quòd matrimonium teneat.

1 †Quia habitus conuerſionis licet impediat,non dirimit.Conſummationem.)

2 †Nota in ingreſsis monaſteria requiri 14. annum completum,non cœptum. inf.eo. cùm ſcimus. 20. quæſtio. 1. illud. & qõ. 2. ſi in qualibet.

3 †Habitum ipſum) non tamen votum emiſit, quia tunc ſecùs. 20.q.1.firma. ℣.eo. ſicut. 27. qõ. 1. per totum. vel dic,vt quod etiam ſi votum emiſiſſet, quia tamen ex multis indicijs præſumitur ſine deliberatione factum, videlicet quia illectus,quia proximus pubertati, quia ſine probatione, qua citò exiuit exire potuit. Sed primum dictum magis placet quibuſdam,ſed ſi quis diligenter attendit intentionem Papæ, plus acceptabit ſecundo dictum, & quòd hoc intẽderit Papa cõſtituere,quòd non aſtringatur quis voto emiſſo ſine precedenti probatione,vel deliberatione,niſi per triduum perſeuerauerit ſine reuocatione expreſſa vel tacita,nam ſi votum nõ emiſiſſet,ſed habitum tantùm accepiſſet, nedum intra triduum, ſed etiam vſque ad annum potuiſſet contradixiſſe. inf. e.ſtatuimus. nam cùm votum ſit conceptio animi deliberatione firmati, non intelligitur firmatum votum deliberatione plenà, niſi per triduum ſteterit in eo voto, ſi probatio non prẽceſsit.

4 †Secùs autem videtur, ſi non faceret votum ordinis, ſed aliàs ſiue ſolenniter ſiue ſimpliciter continentiam, vel quid aliud vueret, nam tunc non expectatur triduum, ſed ſtatim obligat votum. Ratio diuerſitatis, quia cùm in ordine ſuſcipiendo debeat præcedere probatio, non præſumitur quòd præceſsit deliberatio,ſi omittitur probatio, ſed in alijs,vbi non eſt neceſſaria probatio, ſecùs, in morte autem ſemper præſumitur præcedere deliberatio.inf.eod.ſicut.

CAPVT IX.

1 *Non debet quis contra ſuam voluntatem grauari grauiori regula, hoc eſt verum in clericis nõ profeſsis, ſed in ℣feſsis, ſecùs.*

SVPER EO. (Religionis). id eſt, profeſsionis. ſecùs ſi probationis, vt ſtatim ſequitur, in monachali autem habitu probari debet.18.qõ.vlti. in monaſterijs. id eſt, volentes conuerti & vitam mutare, & hoc proteſtantur. (Profeſsionem) vocalem & expreſſam. †Auſteritatem)quid ſi aliqui intrauerunt monaſterium, in quo comedebantur carnes, ſed poſtea correptum non dat carnes, & alias maiores auſteritates ſeruant, nunquid hic monachus eas ſeruare tenetur, & quidem ſi loqueris de iure poſitiuo, vel de iudicio eccleſiæ, credimus quemlibet petitum antequam profiteatur diligenter attendere quid promittat, nec ſe ſine deliberatione, vel etiam ad ignota obligare. Si verò eſſent mulieres, vel aliæ perſonæ, quæ excuſantur ignorantia iuris. Dicunt quidam, quòd poſſunt tranſire ad aliam religionem, quæ non habeat maiorem aſperitatem,quàm promiſit & inuenit.

Melius tamen videtur dicendum,quòd ex quo profeſsionem fecit,quòd etiam in iudicio eccleſiæ,& in iudicio animæ ſemper tenebitur illam regulam obſeruare. 20. quæſtio. 3. conſtituit. ſuprà,de his quæ vi met. cau. cùm dilectus. quando autem dicit, ſe bona conſcientia intraſſe, & de ſpiritu Dei ductum, quando eſſe debet. ℣. eod. licet. 19.quæſtio. 2.duæ. & vnctio docuit eum omnia. ſuprà. de ſacr. vnct. c.vlti. aut mala intentione dicit ſe intraſſe, nec de ſpiritu Dei ductum, & ſic non eſt audiendus. Et eſt alia ratio,quia præſumitur,quando regulam beati B. vel aliam elegit, quòd plenè deliberauit de honore & vtilitate eiuſdem regulæ,imò plus,quia ſi tunc plenè non deliberant, poſtea deliberare non poſſunt.8.q.3.dilectiſsimi.Cõfitemur tamen, quòd ſi impotens eſſet ad ordinem tolerandum,ǫ potuit ſecum diſpenſari de minori religione.℣.e.ſignificatum.& non poteſt dici ſeductus,quia Deo magis ſeruire deuouit.℣.de his quæ vi met. cauſa. c.pe. †Item ſine cuiuſq; voluntate

1 grauari nõ poteſt grauiori regula,hoc fortè verum eſt in clericis non profeſsis, ſed in profeſsis,qui renunciauerunt propriæ voluntati.12.q.1. non dicatis.videtur ſecùs dicendum, ſcilicet quòd licet non poſsint ſine omni voluntate mutare ordinem. ℣. quod met. cau. cùm dilectus. tamen conſtitutiões auſteriores facere poſſent. (Aſſumi) niſi in neceſsitate vel diſpẽſatione. 16. q. 1. doctos. & c. ſi quos.(Voluerint).id

eſt, ſi non habuerunt propoſitum firmum mutandi vitam, ſed tantùm probare regulam intendebant.

CAPVT X.

SANE. (Canonico) regulari (Fugerat) non tamen cauſa leuitatis. (Nunc) q. d. licet monaſterium vbi fecit profeſsionem inſtitutum fuerit in ſtrictiori regula, & monaſterium ad q. tranſiuit in laxiori, tamen hoc non eſt attendendum, ſed quòd monaſterium non
a ſit arctius,a. (permanere) 19.qõ.3.mandamus, contra ſol. hoc quando bono zelo tranſiuit, illud dum cauſa leuitatis. ℣. eo. licet. & repete quæ diximus. ℣. de æta. & quali. intelleximus.

a *Arctius. & ſic obſeruantia & nõ inſtitutio attẽditur. Adde Car. in cõſili. ſuo 28. incip. ꝓ elucidatiõe præmiſſorũ. circa prin.*

CAPVT XI.

SIGNIFICATVM. (Denuncies) ſi enim parẽtes obtuliſſent ante 14. annum, exire non poſſet. ar. hîc à cõtrario ſenſu (Oblat⁹) & poſt maiorem ætatem ratam habuit oblationem factam à parentibus in minori ætate. (Factam) ſine oblatione parentum. (Ratam) expreſſè vel tacitè vltra tempus morãdo. (Aliam) id eſt alium locum eiuſdem religionis, vel aliorum arctiorem etiam alterius religionis. ℣. eo. licet. Vel dic, quòd vbi facit minor profeſsionem ex leui diſpenſatione etiam epi poteſt ad minorem religionẽ tranſire, & hoc innuit hæc litera, ad religionẽ.

CAPVT XII.

1 *Oblatio paterna facit monachum.*

CVM VIRVM. (A parentibus) idem ſi à tutoribus. 20.q. 2. puella. (Accepit) non quãdo fuit tradita à parentibus, ſed poſtea cùm facta fuit pubes: vt in hac ea. decr. dicitur (Concilij) 20. q. 1. monachus. (Paterna) paterna deuotio dicitur facere monachum, quia filius deuotus in hoc patri obedit, neceſsitatẽ autẽ non imponit. 20. q. 1. illud. & c. puellæ. vel quia in minorib⁹ annis à patre oblatus ante annos 14. exire non põt. ℣. c. proxi. (Allegatum). id eſt, ſiue ſecutus fuit paternã deuotionem, eam ratam habendo poſt legitimos annos, ſiue primam profeſsionẽ, ſemper ex vtroq; ligatus eſt filius. ſ. ex ratificatione oblationis patris, & ex propria profeſsione (Interducto) illi qui altero prædictorum alligatus eſt ad ſtandum in monaſterio. (Accepit) ſcilicet in minori ętate (contradixiſſe). ſup. eo. cap. 2. (Ante) ſ. in minori ætate. (Conſtitutione). 20. q. 1. puellæ. (vt puellæ) non eſt hic ſenſus. c. nec verba. ſed hic intellectus collectus eſt ex contrario ſenſu. (Nubili) certè nec impubes poſtquam peruenerit ad legitimos annos, ſed vſque ad illos exire poteſt. vt ſup. ti. proxi. c. 1. quæ ad nubilem ætatem peruenit. (Tunc enim) q. d. ſi puella quæ in minoribus offertur monaſterio à parentibus peruenerit ad pubertatem, non cogitur ſtare oblationi parentum, imò exire poteſt.

CAPVT XIII.

1 *Profeſsio quando dirimat matrimonium.*
2 *Habitus tripliciter dicitur.*
3 *Solennitates multæ enumerantur neceſsariæ ad matrimonium dirimendum. & in num. 4. & 5.*
4 *Profeſsio ſine abbate non valet, & quando ſit firma. num. 5.*
6 *Votum quando dicatur ſimplex, & quando ſolenne.*

PRORRECTVM. (Reddidit) hæc eſt vehemens præſumptio profeſsionis, licet verba profeſsionis non expreſſerit, ſicut & ſi reddat ſe alicui religioni. infrà, qui cler. vel vo. inſinuante. vel reddere ſe religioni, idem eſt quod profiteri, promittere etiam obedientiam monachalem, id eſt, pro præſenti profiteri. ℣. qui cler. vel vo. c. conſuluit.

1 † Profeſsio.) No. ſecundum quoſdam ſolam & ſemper profeſsionem alicui de regulis approbatis, & de præſenti factam, non de futuro in manibus eius, qui habet poteſtatem recipiendi profeſsionem, dirimere matrimonium, & facere monachum, ſup. de renun. ex tranſmiſſa. quandoque autẽ habitus ſumptio, præſumptio eſt vehemens voti facti, vel profeſsionis, puta ſi ſuſcipiat in eccleſia: & alijs ſolennitatibus illius monaſterij obſeruãtiæ habitum profeſsionis deputatum, & tempore probationis finito, vel ſaltem inchoato, ſed ſi ante tempus inchoatum acciperet, non reputaremus eum pro profeſſo haberi. 27. di. quod interrogaſti. 27. quæſtio. 1. vidua. ſuprà, e. vidua. & c. ſuper eo. & huic præſumptioni ſtatur, niſi contraria voluntas probetur. ſuprà, de his quæ vi met. cauſa fi. perlatum. ceſſat autem hæc præſumptio ſi ſumat habitum extra eccleſiam,

am, & ſine alia conſueta ſolennitate. ℣. qui cle. vel vo. conſuluit. niſi probetur contrarium, vt hîc. & ℣. qui cle. vel vo. inſinuante. alij diſtinguunt triplicem habitũ.

2 † Primum profeſsionis, quòd votũ continentiæ habet annexum. 27. di. quod interrogaſti. 27. q. 1. vidua. ſup. e. vidua. Secundum conuerſionis, quòd habet votum ſimplex annexum. ſup. e. ſuper eo. Tertium eſt probationis, quòd nullum votum ſimplex habet annexum. ſup. de renun. ex tranſmiſſa. ſolennizatur etiam votum per ordinis ſuſceptionem. 84. di. cùm in præterito. Item intelligitur profiteri vnam de approbatis religionibus, ſi dicit, profiteor ordinem monachatus, licet non dicat ordinem ſancti B.

3 † Nos dicimus quod etiam alio modo præter prædictos ſolennizatur votum, nã ſi qua mulier, virgo vel vidua, velum virginitatis, vel viduitatis acceperit, & veſtem religioſam ſumpſerit, etiam in ſcriptis à ſe, vel ab alio factis, & ſuo ſigno ſignatis, promiſerit ſe perpetuò continentiam ſeruaturam, credimus quod huiuſmodi votum ſit ſolenne, & dirimit matrimonium contractũ, poſt tale votum, credimus etiam idem ſi ſine literis in manibus alicuius religioſi fecit votum, & veſtem mutauit, vel alias apparentes ſolennitates exhibuit. ſup. de conuer. coniu. ex parte. vt expreſſè habes. infrà, qui cle. vel vouen. inſinuante. infrà, de fri. & malefi. frater. nec ſunt iſtæ perſonæ de foro eccleſiæ. & poſſunt habere proprium, vt expreſſè dicit prædictum. c. inſinuante. 27. quæſtio. 1. de viduis. Nec videtur, quòd quantumcunque publicè faciant & conuocatis teſtibus, quòd ſit ſolenne votum, niſi veſtem mutaret, & in manibus religioſi fecit votum ſuum, ſed ſi veſtem mutauit, & ſcripſit in manibus religioſi, vel ſigillauit, votum ſolenne erit, licet in priuato fecerit. argumentum. 27. quæſtio. 1. de viduis. 20. quæſtio. 2. vidua. Item etiam ſi in manibus ſacerdotis publicè voueat cõtinentiam, non eſt votum ſolenne ſine alijs ſolennitatibus. infrà, qui cle. vel vo. veniens. ſi contra hoc fecit valet, ſed peccat grauiter, & ſic loquuntur. cap. 27. quæſtio. 1. hæ verò qui Chriſto. & c. ſi. Item ſi ſumat velum, & veſtem mutet, niſi continentiam voueat, non eſt votum ſolenne. infrà, qui cle. vel vo. conſuluit. Hug. tamen in ſumma ſua dicit, hoc vanum eſſe dicere, quòd aliquis magis obligetur ex voto publico vel ſolenni, quàm ex priuato vel ſimplici, & facit tantùm vim inter votum de præſenti, & votum de futuro, & hoc modo ſoluit contrarietatem. c. quæ ſunt. 27. quæſtio. 1. per totum. Sed certè ſi Hu. attendiſſet, quòd vtile eſt introducere diſtinctiones & ſolennitates iſtas propter varias cauſas, non reputaſſet hoc vanum, nimis enim eſſet graue, ſi quamcitò aliquis in corde ſuo deliberet de continendo, vel etiam ſi quamcitò hoc ipſum verbum exprimit intra ſeipſum, vel etiam coram aliquibus exprimit ſtatim dirimeretur matrimonium poſt contractũ, vel etiam ſic præciſè cogeretur continere. Voluit enim & ſtatuit eccleſia, quòd ad hoc vt dirimeretur matrimonium, quòd prædictæ ſolennitates, vel aliæ maiores ſecundum conſuetudinem patriæ interuenirent, & tunc benè fecit eccleſia, quæ ſtatuit, quòd matrimonium poſt iam ſolenne votum contractum dirimeretur propter ſcandalum eccleſiæ. Nec mireris, quòd eccleſia talia ſtatuit, cùm alias ſuper matrimonio interuenerit vltra conſenſum forma neceſsaria, ſunt enim verba neceſsaria. infra, de ſpon. tuæ. & etiam quod plus eſt in baptiſmo, inuenta eſt forma noua ex cauſa. infrà, de baptiſ. cap. 1. & certam formam inuenit in collatione ordinum. ſ. quod certis diebus, & certis orationibus fiat. ſuprà, de ſa. non ite. cap. 1. & 2. & de ſac. vnc. cap. 1. & ſic etiam eſt inuenire in ſacramento euchariſtiæ, & in multis alijs. Viri autem ſolenniter poſſunt vouere prętering reſſum monaſteriorum eodem modo, ſicut mulieres, niſi quia ſumunt velum, quod viris non competit.

4 † Ab abbate) niſi eſſet aliquis, qui poſſet ei dare regulam, & ipſum corpori ordinis aggregare, quomodo poſſet profiteri, & ſic videtur quod neceſſarius ſit abbas, & ſine abbate non poſsit quis profiteri. Reſpond. quidam quòd cum in profeſsione contineatur obedientia ſuperiori exhibenda. infrà, de ſta. mo. cùm ad monaſterium. quod non ſufficit intra ſe profiteri, vel pro voto ſimplici eſt habendum, ſed ſi profiteatur in manibus alicuius monachi, vel etiam clerici ſecularis, vel etiam alicuius laici de mandato abbatis ſufficit. infrà, e. tit. ad ap. 17. quæſtio. 2. Gonſaldus. infrà, qui cle. vel vo. inſinuante. & idem eſt, ſi ſine eius mandato, ſed eius nomine fit, & poſtea ratum habuit abbas. infrà, de conuer. coniu. dudum.

5 † Idem etiam videtur quibusdam, si in nullius manu faceret, hîc tamen agitur, vt ipsi abbati fiat. argumentum. infrà, qui cle. vel vo. consuluit. illa tamen decr. dicit expressè, quòd tale votum non est solenne, sed simplex. Sed sicut diximus in matrimonio carnali, sic etiam dicitur in professione, quam alius recipit nomine alterius. s. quando professio fit in manibus alicuius, qui nomine alterius recipit professionem, sed non habet potestatem incorporandi ordini, nec recipiendi eius obedientiam, quod talis professio non dirimit matrimonium iam contractum, cùm non sit monachus, sed de futuro tantùm est huiusmodi professio, sed postquam superior consenserit, tunc solennizatur professio de futuro vel simplex. argumentum. infrà, de conuer. coniu. dudum. sicut ratificatur matrimonium accedente consensu eius, cuius nomine contractum est. † Videtur etiam dicendum, quòd etiam episcopus per se, vel missos suos, vel aliàs, sed eius nomine potest professionem talium recipere, nam & si non habeant monasterium, in quo morentur, tamen in domo sua habitum portabunt, & sub obedientia episcopi erunt. 27. quæstio. 1. de viduis. infrà, qui cle. vel vo. insinuante. infrà, de conuer. coniu. dudum. imò plus videtur etiam, quòd non sit eius nomine factum, tamen tenet professio vel votum, tamen in hoc casu videtur, quòd sit simplex votum, alius tamen præter episcopum non poterit eos recipere in sua obedientia, nec archid. vel plebanorum, vel aliorum prælatorum authoritate poterunt esse professæ in domibus suis, cùm hoc specialiter videatur esse concessum episcopis. 27. quæstio. 2. si vir. argumentũ. 23. di. nulla. & c. vxor. tamen tenent quidam, quod simplex sacerdos votum continentiæ recipere possit, & eo recipiente cum suis solennitatibus solennizabitur votum. infrà, de conuer. coniu. dudum. quia etiam sine sacerdote hoc possunt. 33. qõ. 2. admonere.

6 † Sed in professione dicunt quidam, quòd si aliquis voueat aliquam de approbatis religionibus, vel per se tantùm vel in manibus clerici, vel laici qui nomine alicuius ecclesiæ recipiat votum simplex est, vnde cogendus est solennizare votum per susceptionem habitus, & nouam oblationem faciendam in manibus eius, coram quo prius vouerat. infrà, de vo. & vo. re. per tuas.

Idem intelligendum videtur, etiam si nullius nomine expresso aliqui, qui non habẽt potestatem incorporandi aliquem ordinem, recipiant professionem alicuius, cùm videãtur recipere professionem nomine ecclesiæ. Prædicti autem qui professi sunt intra se tantùm, vel in manibus eius, qui non habet potestatem incorporandi aliquem alicui ordini, sicut dictum est, licet non sit solennis professio, tamen cogetur intrare aliquam religionem, & si non inueniat qui recipiat sit sub obedientia episcopi, & monachus eius.

☞ † Sed dices quare non eodem modo solennizatur hæc professio, sicut votum continentiæ, ex quo fit solenniter? vt no. suprà, hîc in glo. no. Sed respondeo, quia professio non potest esse de futuro, quousque superior acceptet votum, vel professionem, nisi præsens sit ille, qui acceptet, & qui potest eum incorporare ordini, & in sua obedientia recipere, sed votum continentię benè potest aliquis emittere, etiam si non sit qui votum recipiat, vel qui eum alicui ordini incorporet. infrà, de confer. coniu. ex parte tua. Aliqui tamen dicunt, etiam talem professionem dici solennem dirimere matrimonium iam contractum: primò dictum plus placet.

☞ † Item aliqui distinxerunt, an profiteatur in genere, vnam de regulis approbatis sic. s. profiteor regulam beati Benedicti, & tunc habet locum, quòd dictum est, an specialiter regulam alicuius loci professus est sic. s. profiteor regulam monasterij Clunens. quia tunc si abbas Clunẽs. nolit eum recipere, non cogitur alibi sumere ordinem, sed non videtur bona hæc distinctio, quia professio quæ est de præsenti, non recipit diem vel conditionem, neque tacitè, neque expressè. Si autem esset de futuro, vt si dicat, ego promitto quod profitebor in monasterio Clunẽs. tunc tacitè intelligitur, si abbas Clunẽs. voluerit eum recipere. (Fiat). id est, perseueret quod iam est.

CAPVT XIIII.

CVM SIMVS. (Contulisset) se reddendo quod vim professionis tenet. suprà, c. proxi. (Paterna) legitimam. s. 19. q. vl. si qua mulier, quæ ingrediens monasterium filium suum

suum priuare non potest, vt ibi dicitur.

CAPVT XV.

SICVT TENOR. (Extra se). id est, furiosus. (Monachali). id est, qui tantùm professioni deputatus est.

CAPVT XVI.

AD APOSTOLICAM SEDEM. (Fieri). 19. quæstio. 2. monasterijs.

CAPVT XVII.

SICVT NOBIS. (Habitum) tantùm professis deputatum.

CAPVT XVIII.

1 *An liceat alicui de vna religione ad aliam transire. & in nume. 2. & quid de clerico, in nume. 3.*

4 *Punitur monachus, qui sine causa transiuit de vno monasterio ad aliud.*

5 *Non debet abbas recipere monachum sine literis dimissorijs prioris abbatis.*

LICET QVIBVSDAM. (Transire) supple temerariè: sed si velit discretè transire non obstante priuilegio poterit transire. (Vocatione). id est, in ea religione vel ecclesia.

1 † In iacturam). Not. quod si quis vult trãsire ad aliam religionem, etiam si constet eam arctiorẽ, tamen non poterit transire, nisi ex suo transitu iacturam grauem, vel infamiam prior ecclesia sustineret. ar. 11. qõ. 3. si quis verò. Item quia non debet esse causa scandali. ff. de renun. nisi cum pridem. Item quia communem vtilitatem, quæ est, vt non fiat iniuria huic. c. debet præferri priuatæ, quæ est, vt sit in arctiori religione. (Postulandam) & causa assignata coram priore suo. & hoc innuit quod sequitur. s. vt non fictè, etc. (Postulauerit) & sine causę assignatione transeundi licentiam denegauerit. (Priuata). id est, spirituali inspiratione. (Publicè). id est, iuri communi. (Adimplere) sua authoritate (prælati) quia nullam rationabilem causam sue contradictionis assignat, sed tamẽ simpliciter contradicit. (Postulare) causa assignata.

2 † Probabiliter) petita licentia, abbas cui eius cura cõmissa est, debet ab eo quærere causam, quare vult transire de loco ad locum, quam si abbas acceptat liberè transire potest, etiam si neget licentiam transeundi. Idem dicendum est, si causam eius nolit audire, vel audit, sed non respondet, vel etiam respondet, sed non probabiliter, imò notoriè, sed falsè, vel iniustè, vel malitioſè. Si autem probabiliter respondeat abbas, sed monachus in suo proposito perseueret: tunc superior est requirendus, & hoc de monacho.

3 † Clericus autem potest transire ad religionem non petita licentia, etiam si cõtradicatur. 19. q. 2. duæ. crederemus tamẽ, quod posset eum repetere, si ex transitu suo prima ecclesia grauem sustineret iacturam. ar. hîc. (Transire) quia homo qui non potest stare sine carnibus, de canonica regulari vult transire ad monachos.

4 † Requirendum) iustis enim causis assignatis, si appellaret abbas, crederemus eũ restituendum ante causæ cognitionem, dũmodò verisimile esset dictũ abbatis. ar. ff. de ap. bonæ memo. O. & etiam fortè idẽ, si non appellaret, & si tantùm de transeũte monacho quærimoniam detulisset, si monachus velit probare arctiorem religionem, ad eum redibit ad quem trãsiuit, tamen ante causæ cognitionem ad eum redibit. 19. q. 3. mandamus. & intentabitur contra istum, vel rei ven. vel alia: vt no. ff. de ma. & obe. inter. vel officiũ iudicis, vel condictio ex prædicto canone, tamen hoc vltimum tunc intelligimus, quando sine licentia petita transiuit, vel etiam petita & denegata ex iusta causa, vel etiãnulla iusta causa assignata, cũ sufficit superiori licentiam denegare, & ad subditum pertineat causam requirere negationis, & tunc si superior denegaret reddere rationem, ipsi imputandũ esset. ar. 36. di. §. ecce. Hoc tamen scitote, quòd si monachus malitioſè transeat, & sine iusta causa licet ordinẽ seruauerit debitum in petitione licentiæ, quæ sibi denegata fuit, tamẽ abbas monachum suum requirere poterit, etiam si nõ appellatum. ar. ad hoc. ff. de sepul. fraternitatem. ff. de æta. & quali. intelleximus. vbi dicitur, quòd monachus transiens põt redire, prius ad monasterium, ergò multò fortius reuocari ab abbate põt, & ita punietur mõachus, qui sine causa trãsiuit, cũ grauiter deliquerit, & eodẽ modo abbas punietur si iniustè denegauit, vt hîc dicit.

5 † Sed quid dices in alijs abbatibus, ad quos trãseunt, nunqd statim tales mona-

chos recipient ad eorum ſolam petitionẽ an cognoſcent de cauſis, quæ hincinde aſſignantur. Reſpon. quòd abbas nunquam debet recipere monachum ſine literis dimiſſorijs prioris abbatis. 19.q.3.ſtatuimus. ſed abbas ad quem accedit monachus, qui vult tranſire, poterit ad priorem abbatem mittere, & ipſum requirere, quare eum nõ licentiet, & tunc ſi nullam, vel manifeſtè iniuſtam cauſam aſsignet abbas, tunc ſecurè ipſum recipiet. Si verò iuſtam cauſam aſsignet abbas, ſed monachus eam velit probare falſam & incontinenti, tamen ſecundus nullo modo cognoſcet, ſed monachum priori abbati dimittet. ar. ad hoc. ſup. de reſcri. cùm contingat. niſi malitia abbatis negantis notoriè falſa eſſet, quia tunc non eſſet ordo iudiciarius requirendus. ſup. de coha. cler. & mu. c. veſtra. & hoc idem dicimus & ſimiliter procedendũ, ſicut dicit hic gl. petita licentia ab abbatibus Ciſtercienſ. cùm ordinarij eorum ſubditis abbatibus negant benedictionem impendere. ſuprà. de ſup. neg. præla. c.1. & idem dicimus in priuilegiatis, qui habent priuilegium, quòd ſi eorum ordinarij negauerint malitioſè ſuos monachos ordinare, quòd liceat eos à quibuſcunque catholicis epiſcopis ordinari, & idem in *alijs ſimilibus*. (Tranſmigrauerit) licentia petita & ſine cauſa denegata. (Derogaret). id eſt, quòd non fuit in derogatione veſtri ordinis.

CAPVT XIX.

1 *Non eſt ſeruandum iuramentum, cùm vergit in interitum animæ.*
2 *Quando liceat mulieri venire contra propriũ iuramentum. & in num.3.*
4 *Quo caſu in matrimonio competat reſtitutio.*

VENIENS. (Præſtitit) non tamen intentione ſeruandi continentiam, quod benè liceret. 33. quæſtio. 5. quòd de eo. ſed ſi ea propter odia & vt liberius poſſet cũ alijs adulterari, quòd non licet. ſup. de iureiu. tua. (In arcto loco) non tamen vouens, quia vouere non poterat, viuente verò marito, quia eam repetere poterit, & econtrario: quia paria, etc. ĩ. de adul. c. pe.

1 † Præfatum) hoc iuramentum non poteſt ſeruare ſine interitu ſalutis æternæ, & ideò non debet ſeruare. ſuprà, de iureiu. ſi verò, nec valet ſi dicat, nullus eam repetit, quia cùm ſuo iuramento occaſionem dederit adulterio mariti, non eſt excuſabilis, niſi quicquid facere poteſt faciat, vt eum ab adulterio reuocet. 27. quæſtio. 2. ſi tu ab.

2 † Sed quæres, ſi huic non eſt licitum intrare religionem, quare viro datur licentia, vt ſequitur? Reſpon. non datur ei licentia, niſi mulier conſenſerit, vel dic & melius. ſ. quòd mulier admittitur, vt veniat contra proprium iuramentum, & non eſt in ſui fauorem, ſed mariti. ſ. vt maritus ab adulterio reuocetur, nam ſi diceret mulier, peto eum mihi reſtitui, quia continere non valeo, non admitteretur contra proprium iuramentum, niſi ex magna diſpenſatione. C. de leg. quòd fauore. argumentum. ſuprà, de iureiur. ſi verò.

3 † Et hinc eſt, quòd ſi vir adulterium committat, propter quod eſt iuſta cauſa, per quam mulier agit ad repetendum cõtra proprium iuramentum, quia ſicut dictum eſt in petitione mulieris, non attenditur fauor mulieris, ſed viri. ſ. vt dimittat adulteram, non eſt cogendus ad eam redire. ſ. quia ſuſpectus eſt, quia fraudulenter ad tempus, vt effugeret diſciplinam eccleſiæ, hoc faceret, cogitur intrare monaſterium, vt hîc. Aliud tamen diceremus, ſi hæc mulier intraſſet monaſterium de licentia viri etiam calumnioſè, & cum peccato obtenta, nam tunc viro adulterante non deberet exire de monaſterio, nec redire ad virum adulterinum, tamen per adulterium mariti ſolennizatur votum vxoris. infrà, e. c. proxi. & c. cõſtitutus. & c. veniens.

4 Recipiat) † No. in matrimonijs, quòd ibi voluntaria eſt ſeparatio: tamen competit petitio reſtitutionis vni contra alterum, vel officium iudicis, vel condictione ex hac decre. plus dicimus quod competeret viro reſtitutio, etiam ſi eam eieciſſet. (Matrimonium) prædicta G. & E. (Migrare) hæc concedit Papa viro. ſ. quòd poſsit tranſire ad religionem, quia hoc volebat mulier: quia ſi mulier nollet, præciſè cogeretur eam recipere. Nec obeſt ſi dicat eam adulteram, quia & vir ſimiliter adulterat, & paria delicta pari recompenſatione delentur. infrà, de adult. c.2. & ſeq. vel dic vt ĩn glo. quæ incipit hæc ſacramenta.

CAPVT XX.

1 *Habitus probationis ſolennizat propoſitum.*
3 *Non eſt cogendus quis ad ingrediendum monaſterium, licet votum fecerit de hoc, ſi tamen.3.*

CON-

ONSVLTI. (Nouitij). id eſt, probationis. (propoſuerit) & de hoc propoſito poteſt conſtare, vel per confeſsionem ſuam, quã modò facit, vel quia intrauit ſic proteſtans. ſ. quòd vult mutare vitam & habitum, & ſi de his conſtiterit hic habitus ſolenniter ſuſceptus, dirimit matrimonium iam contractum, hæc enim proteſtatio, ſiue intentio cum ſuſceptione habitus probationis, habetur pro tacita profeſſione.

1 † Et eſt hîc argumentum, quòd habitus probationis ſolennizat propoſitum, & multò fortius votum tale, quo abrenũciat ſeculo. Secundò ſolennizatur capiendo habitum probationis. argumen. 27. quæſtio. 1. cap. 1. votum autem continentiæ ſolius ſufficit, vt ſolennizetur votum, ſi mulier poſtea habitum alicuius religionis ſolenniter receperit. infrà, qui cle. vel vo. inſinuante. & idem forte eſſet dicendum, ſi abrenunciet proprijs. ſ. quòd poſtea accipiendo habitum probationis videtur ſolennizare votum primum de abrenunciatione propriorum, quod erat ſimplex, & matrimonium non dirimebat, cùm abrenunciatio propriorum, ſicut continentia ſit de ſubſtantia monachatus. infrà, de ſta. mon. cùm ad mona. ſecùs ſi voueret non comedere carnes, vel ſeruare vigilias monachorum, nam licet poſt tale votum acciperet habitum, non crederemus ſolennizari votum. Ratio quare prædictis modis videtur ſolennizari votum eſt, quia ex quo prædicta vouit cogendus eſt ea ſeruare etiam ſi habitum non accepiſſet.

2 † Igitur melius eſt, quòd ſi per ſe ſine habitu fecit illud, quòd facere tenetur ſuſcipiendo habitum, quòd vlterius habitum deſerere non permittatur, argumentum, contra. 17. quæſtio. 2. Gonſaldus. vbi dicitur, quòd qui vouit ſe fieri monachũ, non eſt ad hoc cogendus, ergò nec habitum accipiendo videtur ſolennizare votum. Sol. ibi, votum emiſit mente alienata, vel ibi, nullum votum emiſit, nec profeſsionem fecit expreſſè, nec etiam expreſſè præſumitur feciſſe, quia ibi nullum habitum ſuſcepit. Hic autem primò propoſitum habuit, & poſtea habitum ſuſcepit, & ideò ſuſcipiendo habitum illud ſolennizat. Gonſaldus autem qui promiſit ſe facturum monachũ ſine præſenti ſuſceptione habitus, licet peccet, ſi non fiat. 17. quæſtio. 1. qui bona. non tamen votum fecit, nec profiteri intelligitur, nec etiam cogitur poſtea fieri monachus. argumentum. ĩ. de renun. ex tranſmiſſa. ff. ſi cer. pet. qui mutuam.

3 † Alij autem dicunt & melius, eum eſſe cogendum, & in prædicta decre. ex tranſmiſſa. *nullum votum vel propoſitum certum habuit*, ſed tantùm habitum probationis petijt, vt ibi no. nullo voto præcedente. (Seculariter) portando arma vel viuendo luxurioſè. argumentum. 20. qõ. 3. eos. matrimonium autem licitè contrahunt, & veſtes & tonſuram ſeculare portabunt, cum dicta regula quod *in veſte qua intrabit exibit*. ſuprà, eo. ſuper eo. arg. ſuprà, de cle. coniu. Ioannes. & quia ſub conditione intrauit. argumentum. infrà, de ſpon. de illis. Alij dicunt ſed malè, quòd ſumendo habitum probationis, intelligitur ſimpliciter vouiſſe, vnde impedit matrimonium contrahendum. inf. qui. cle. vel vo. rurſus.

† Proteſtetur) & tamen ſi non proteſtetur, poterit ad ſeculum redire. ĩ. eod. ſtatuimus. niſi contrarium appareat. ſ. quòd voluerit mutare vitam, licet videatur eſſe in culpa, cùm proteſtari deberet, & non proteſtatus fuit, & ideò ſibi imputari debet, ſed ideò hic excuſatur à proteſtatiõe, vel ideò non cogitur ad proteſtationẽ, qa. ſi cogeretur ferè omnes proteſtarentur, p ingreſſu, & ſic multi poſtea haberent occaſionem facilius, & ſine rubore exeundi, quia cuilibet conceſſum eſt hoc de ſua cõſcientia teſtificari, & ſolus Deus cognitor eſt ſecretorum. Introductum eſt, vt quicquid dicit de hoc credatur ſibi, imò plus dicimus, quòd ſi per confeſsionem eius fieret præiudicium matrimonio, non crederetur ei. Item aliqua cauſa eſt, quare etiam non exprimat, non præſumitur cõtra eum, quia præſumitur quod ex rubore omiſerit proteſtari, quòd ſi regula ei diſpliceret, liceret ſibi ad ſeculum redire, vel fortè ideò excuſatur, quia timet ſi proteſtaretur, quod non darent ſibi habitum probationis.

CAPVT XXI.

POSTVLASTI. (Nouitiorum). id eſt, probationis. (Reuerſi) quando non intrauerunt animo mutandi, vel fugiẽdi ſeculum. ſuprà, c. proxi. Ab ipſis eccleſijs) ſi clericus de licentia

epiſcopi acceperit habitum probationis intra annum, ſeruabuntur ſibi ſua beneficia. ar. ff. de cle. cùm in cunctis. ſi autem ſine licentia proceditur ſecũdum formam decr. ſup. de cle. non reſi. ex cuæ. Hoc non placet, quia decr. illa, loquitur de clerico latitante. ſcz. qualiter contra eum procedatur, & credimus quod etiamſi ſi ſine licentia epiſcopi tranſiuerit, quod debet expectari per annum, quia ex quo habet hoc de iure, quod etiam ſine licentia prælati poſsit tranſire ad religionem. 19. q. 2. duæ. & quòd per annum ſit in probatione tali conditione, quòd poſsit ad priorem vitam redire, ergò & beneficia recuperare poſſunt, vel potius non amiſerunt, ſed poterit epiſcopus moderari eis reſciſsius tempus, & maximè duorum menſium. ĵ. tit. proxi. ex publico. Vel dic, quod ipſo iure vacant. ar. ff. de renun. ex tranſmiſſa. hoc non placet, & poteſt dici illud fieri propter expreſſa ſigna renunciationis quæ ibi fuerunt.

CAPVT XXII.

EX PARTE TVA. (Habitum) quem cum ſolennitate ſolita receperũt, aliàs ſecùs, vt not. ff. eod. vidua. hîc non erant diſtincti habitus probationis & profeſsionis, quia ſi eſſent diſtincti, quantocunque tempore portaret habitum probationis, non cogeretur illam regulam profiteri. Vel dic, quòd etiam ſi non profiteatur, & etiam ſint diſtincti habitus, quod hoc ipſo, quod vltra tempus probationis moratur, cogitur eſſe in ordine, licet non in illo, ſed hoc non placet. (Habitus). ff. eod. porrectum. Per annum) præſumitur enim cauſa probationis vſque ad annum portaſſe, poſt annum autem quaſi profeſſus portaſſe videtur. de hoc not. ff. c. 2. tamen hæc litera potius innuit contrarium, quod non habeatur pro profeſſo, ſed vt negare non poſsit vt cogitur viua voce profiteri, vel poſſes dicere, quod loquitur vbi habitus ſint diſtincti, quod non placet, quia tunc niſi ſolita ſolennitas obſeruetur pro ſuſceptione habitus, nunquàm habetur pro profeſſo. arg. ĵ. c. proxi. & no. ff. eo. c. 2.

CAPVT XXIII.

STATVIMVS. (Nouitios) nullum votum emittentes, aliàs ſecùs. infrà, qui cle. vel vo. c. vlt. (Religionis) profeſſionis. (Poſſe) & ſi quis eos medio tempore verberat non incidit in canonem: quia non eſt perſona religioſa. Appareat) fortè, quia confitentur modo, quòd quando intrauerunt habuerunt animum fugiendi ſeculum, vel quando ſumpſerunt habitum, hoc ipſum proteſtati ſunt, & ſic non tollitur per hanc decr. ſuperior. ſcz. conſulti, ſed eam interpretatur, quia cum ibi non diceretur quis probare deberet in foro eccleſiæ, an haberet animum reuertendi, vel quod ipſe cogatur probare, quod eo animo intrauit ſibi liceret ad ſeculum redire, & hæc litera decre. magis innuere videbatur, vel quod non ſi nihil probaret, poſſet redire propter præſumptionem, quæ eum iuuaret, & hoc modo in hac decre. determinatur. ſcz. quod vbi apparet, & per confeſsionem eius, vel alio modo, quod non habuit animum reuertendi, quod liberè poterit ad ſeculum redire. (Benedicantur) & hæc benedictio facit, quod ille habitus ſit cenſendus profeſſus.

CAPVT XXIIII.

NE RELIGIOSI. (Priores) etiam extra capitulum generale conſtituti. (Suis) vt locis primis. (In locis) non cum alijs monachis, ſed fortè ad ſeruiendum, vel alio modo. (Miniſtrentur) à primo monaſterio. arg. 16. q. 6. de lapſis. alij ab alio in quo moriantur.

TITVLVS XXXII.

DE CONVERSIONE CONIVGATORVM.

CAPVT I.

PRAETEREA. (Præſentibus) hæ ſolennitates vel exhibitæ vel omiſſæ modicum faciunt, ex quo conſtat de profeſsione. (De licentia.) q. d. hæc faciant ad caſum præſentem in fi. dicemus. (Tranſierit). ĵ. eod. veniens. contra ſol. illa ideò non potuit reuocare, quia adulterium commiſerit, aliàs enim ſecùs. 27. quæſtio. 2. agathoſa. Seruare) breuiter dicimus, quòd alterum de his duobus oportet eam facere, ad hoc vt valeat ingreſſus, ſcilicet, vel quod intret religionem, vel quod voueat continentiam. ĵ. eo. coniugatis. & ſi vouerit continentiam, ſufficit ad hoc, vt non poſſit eam reuocare maritus, tamen ſi eſt iuuenis, & ſuſpectus, nõ ſufficit ſi ſolummodò vouit, ſed etiam cogeretur monaſterium intrare, & ſic intelliguntur contraria hîc ſignata. 27. q. 2. c. agathoſa. reſcripſit. & 33. q. 5. c. qui vxorem. ĵ. eo. cùm ſis. & c. vxoratus. tamen non cogeretur fieri monacha, nec viuere monachaliter, hoc excepto, quod compeſcetur à vagatione & cuſtodietur, ne luxuriari poſsit, ſecùs ſi eſſet vetula, vt ibi dicitur. Alij dicunt ſed non benè, ſolam licentiam ſufficere. 33. q. 5. qui vxorem. & in alijs contrarijs. Hoc autem. c. cum ſuis concor. intelligitur de licentia extorta. arg. 33. q. 5. notificaſti. Alij dicunt & minus benè, quòd ſi erat iuris ignara, non obſtante licentia, poterit ☞ reuocare, aliàs non. † Item quærunt quid ſi maritus non intrauit religionem, ſed tamen conſentiente vxore vouit continentiam. Reſpon. ſi vxor non vouit & marito vouente conſenſerit, vterq; debet continentiam ſeruare, nec alter alteri debitum ☞ reddere teneretur, cùm ius ſuum remiſerit, tamẽ monaſterium intrare non poteſt ſine voluntate alterius: vt. 33. q. 5. quod Deo. ſed tantùm ſi vnus alteri vouendi licentiam dederit, & non vouit, debitum exigere poteſt, quia non renunciauit. arg. contra. quia dando licentiam intrandi monaſterium, videtur ei dediſſe licentiam vouendi, & tamen eum poteſt repetere, vt hîc.

CAPVT II.

MERVM ELIGERE. Vt hîc, &. inf. eod. ex publico. (Satis poteſt) & credimus primi matrimonij vinculum penitus frangi.

CAPVT III.

1 *Votum quod inuita vxore fit: quando impediat matrimonium.*
2 *In quibus caſibus ingreſſus vxoris vel mariti valeat, vel non. in nu. 3. 4. & 5.*

1 VIDAM. (Votum non tenuit) quòd ad hoc, quòd ſi in monaſterio cùm non eſſet perſona idonea, tunc ad intrandum monaſterium, cùm intrare non poteſt ſine voluntate vxoris, ſed tenet quòd ad hoc, quod non exigat debitum, vt hîc ſequitur, quia perſona idonea ad hoc erat. Tunc dicunt quidam & benè, quod votum huiuſmodi quod fit inuita vxore, vel etiam quod plus eſt voluntaria, ſed non vouente, nec religionem intrante, non eſſet ſolenne, ſed ſimplex, & ideò impedit contrahendum, ſed non dirimit iam contractũ, vt hîc, &. ĵ. eo. placet. ĵ. qui cle. vel vo. conſuluit. & c. rurſus. votum autem ſimplex continentiæ, non dirimit matrimonium contractum, vt. ĵ. qui cle. vel vo. veniens. & c. rurſus. & ſimiliter dicemus, quòd in ingreſſu monaſterij ſine voto vxoris, non dirimit contractum. arg. hîc. & inf. eo. placet. Ad contraria autem. inf. eod. ex parte. & c. conſuluit. & c. dudum. Reſpon. quod vel habuit poſt ingreſſum ratum votum coniugis marito, hoc petente, in quo caſu tenet, vel ratificatur ingreſſus, & ipſa mulier intrare cogitur, vt no. ff. c. prox. C. ad velle. iubemus. vel poſt mortem vxoris tacitè, vel expreſſè vir ingreſſus priorẽ ingreſſum, qui non tenebat ratum habuit. arg. ff. de his quæ vi me. cauſa. c. 1. & c. quod Deo. nõ contradicit, quia ibi ambo coniuges pariter, & ſolenniter hoc vouerunt. † Item dicimus ſimiliter, ſi ☞ remanens in ſeculo velit intrare religionem ille, qui ingreſſus eſt antequam reſtituatur, prohibere non poteſt. 27. q. 2. agathoſa. 33. q. 5. qui vxorem. quia non poteſt ab ea debitum exigere, vt hîc dicitur, & multominus poteſt eam reuocare de monaſterio, quod intrauit. arg. ad hoc: quia ſi propoſitum videtur quis ſolennizare per ſuſceptionem habitus. ĵ. eod. c. conſuluit. multò fortius votum factum in ingreſſu monaſterij, licet tunc eſſet inutilis ingreſſus, videtur tamen eum ratificare per receptionem habitus, quod verum intelligimus, ſi conſtat eum voluiſſe vitam mutare: vt in prædicta decre. dicitur.

2 † Alij tamen dicunt & videtur melius, quod hæc mulier quæ non vouit, quando vir ingreſſus eſt monaſterium viro inuito, non poteſt ingredi religionem, & ingreſſum poteſt educere. arg. 33. q. 5. quod Deo. quia nõ tenuit ingreſſus eius, vt hîc, ſecùs autem ſi ingreſſu viri vouiſſet, quia tunc ingreſſus tenet, & ſic loquitur. c. agathoſa. hac eadẽ ratione dicimus, quòd ſi quis poſt mortem vxoris ſtetit in monaſterio, etiam per momentum votum eius ſit ſolenne, & ſi ignorauit mortem vxoris: vt no. ĵ. e. conſuluit. ſalua tamen diſtinctione, quam ponimus. ĵ. de eo qui dux. in ma. c. 1. idem eſt & ſi ambo cõiuges, ſiue ignorantes, ſiue ſcientes alterum viuere ingreſſi ſunt monaſterium, quia amborum votum videtur ratificatum, & ſolennizatum per pro-

per profeſsionem,& ingreſſum vltimo ingredientis,ſed ſi reſtitutus eſſet, tunc eo inuito ille, qui remanſit in ſeculo religionem intrare non poteſt.

3 †Item dicimus quòd non ſolùm remanens in ſeculo poteſt repetere vxorem ingredientem monaſterium, ſed ipſa ingrediens poteſt petere coniugem in ſeculo remanentem, nam vnus coniugum ſine altero vouere non poteſt, & ſi vouit non ipſum ſoluere promiſsionẽ, vt hîc, & 33. q. 5. vna. Item alia eſt ratio, quia eius ingreſſus non tenet vnde peccat, ſi ſe ab vxore alienat, vel ſi ei occaſionem adulterandi præſtat.27.q.2.ſi tu.ſ.tit.proxi.veniens.

Et intelligimus hæc vera etiam ſi de voluntate alterius non vouentis intraſſet propter cauſas & rationes prædictas, quia pares ſunt,ſiue inuita vxore tranſierit,ſiue volente. Sed ſecùs eſt ſi remanente in ſeculo adulteraretur, quia tunc non poſſet ad eam redire.ĵ.eo.conſtitutus.& c. veniens.33.q.5.c.notificaſti.ſed tutius eſt,quod fiat officio iudicis reuerſio eius qui ingreſſus eſt monaſterium ad coniugem ſuam,quàm ad petitionem ſuam.ſuprà, eod. tit. capitul.1.ſed licet rediret ad maritum, non tamen exiget debitum, vt hîc, ſed ſecum cohabitabit,& debitum reddet.33. q. 5.quod Deo.

4 †Alij dicunt & malè, quòd ſi non inuita vxore vouet vir,ſed voluntaria, vt hîc, non tamen vouente & tranſeunte:vt. ĵ. c. ex parte. 1. non tenet votum ita, quod ſit irreuocabile, imò reuocari poteſt vxore petente, vt hîc, ſed ipſa vxore vel mortua vel vouente obtinere cogitur maritus ad monaſterium redire, & ſi cum alia contraxit ſeparatur matrimonium. ĵ. eod. ex parte.& c.ſeq.ſed.ĵ.eo. placet. vehementer contradicit,ſed dicunt illud.c.loqui in errante, & nihil eſt tam contrarium conſenſui, ſicut error. ff. de iu. om. iud. ſi per errorem. ſecùs autem vbi non erat, & dicunt iſtum verum eſſe monachum, & in omnibus debere ſeruare regulam ſaluo iure vxoris,& quod ſine ſcandalo cum ea viuat.arg.ſ.de cle.coniu.Ioannes.ſ.de vi.& ho.cle.Deus. poteſt etiam dici ſecundum eos, quod inuita vxore portabit habitum, ex quo conſenſit monachatui, ſed contra videtur, quando non ſit monachus, cùm non poſsit viuere ſine continentia, ſed dicunt in hoc caſu ſpeciale, quando autem inuita vxore vel etiam neſciente intrat monaſterium nõ fit monachus, nec tenet ingreſſus:vt hîc,& ſic poteſt intelligi. ĵ. e. placet.

5 †Vel dic, licet hæc diſtinctio non placeat, quod ingreſſus monaſterij ſine profeſsione,vel voto continentiæ, non poteſt ſolennizare votum, etiam ſi alter coniugum conſentiat altero coniugum non intrante monaſterium, vel non vouente cõtinentiam, & idcircò ſi poſt mortem præſentis vxoris contrahat cum alia, tenet, nec præciſè cogendus eſt intrare monaſterium, & ſic loquitur præſens decr. &. ĵ. eo.placet. niſi poſtea ratum habuiſſet primum ingreſſum, quod non tenebat. ſ. de tranſac.c.2.de his quæ vi me. cauſa. perlatum.& ĵ.eo.ex parte.& c.conſuluit.Si verò ille qui ingreditur monaſterium, non ſolùm ingreditur, ſed etiam votum continentiæ emittit, licet poſsit ab vxore non profitente nec volente reuocari, tamen poſt mortem eius non poteſt contrahere, & ſi contraxit, non tenet matrimonium, nam licet ingreſſus monaſterij qui non potuit ſolennizare votum ſine conſenſu vxoris ad hoc ſufficiat,non ſufficit tamen votum continentiæ cum prædicta ſolenizatione. de hoc not. ĵ. e. c. pe. (poterit) tamen ſi acceperit tenet matrimonium, cùm tantùm ſit ſimplex votum.

CAPVT IIII.

VM SIS. (Tranſire) niſi propter adulterium alterutrius feratur ſententia diuortij, quia ex tunc licitum eſt non adultero ingredi monaſterium.27. q. 2. agathoſa. & poſt mortem ingreſſi monaſterium licitum eſt remanenti in ſeculo cõtrahere, quia poſt mortem ſoluta eſt â lege viri. ĵ. de ſecun. nup. c.ſi.(Tranſeat) niſi in epiſcopo, vbi oportet quòd vxor intret religionem.ĵ. e. ſanè.

CAPVT V.

1 *Vxor ordinati,non poteſt cogi, vt intret religionem.*

2 *Vxoris taciturnitas in ordinando an ſufficiat.*

ONIVGATVS. (Sacros) dicunt quidam idem ſi ad minores, cùm non poſsit ordinari ſine titulo. 70. diſt. c. 1. & coniugati non poſſunt habere præbendas.ſ.de cle.coniu. c. 2. alij contra. cûm poſsit intitulari ad patrimonium.ſ. de præben. tuis. Item poteſt eſſe, quòd vellet dimittere & accipere vxorẽ, & ideò malum eſſet ligare eum. † Profitente) Not. vxorem ordinati, non cogi intrare religionem, ſed ſufficere ſi vouеat continen-

continentiam.38.di.ſi ſe.77. di. epiſcopus. ſecùs in monacho. ſup. c. pxi. & epiſcopo. inf.c.proxi. ſed quæritur, an ſufficit in ordinando ſola taciturnitas vxoris. ar. quod ſic.28.diſt. quia ſunt. ſed tamen ordinator peccat niſi à principio antequam eum ordinet mulierem ipſam faciat profiteri. Alij tamen dicunt, quòd ſicut in profeſsione, ſic & in clericatu tenetur, vel ad ingreſſum monaſterij,vel ad promittendam continentiam.ar.ĵ.c.proxi.

CAPVT VI.

SANE SI CONIVGATI. & infrà.

CAPVT VII.

EX PVBLICO. (Religionem) non tamen in domo propria remanere. ĵ. eod. ex parte. aliàs autem benè liceret ſibi in domo remanere. ĵ. qui cler. vel vo. inſinuante. (Cautione) hæc cautio exigitur, ne hanc dilationem licet modicam malitioſè peteret. Duorũ) quidam dicunt hoc tempus currere à tempore contracti matrimonij, alij à die monitionis, quòd conſummet matrimoniũ, nos dicimus epiſcopum audita defenſione puellæ, quòd velit intrare religionem, præfiget ei hoc tempus, & non credimus hoc tempus dari ad deliberandum ei, an redeat ad ſponſum, vt intret religionem, ſed ad probandum religionem, & non habebit amplius tempus probationis,ſed tũc profiteri cogetur, licet credamus epiſcopum poſſe illud prorogare & reſtringere, ſed nunquid tranſacto tempore, ſi nondũ intrauit,ſed ſi poſtea intrabit.Reſpo.quòd ſic, tamen iudex debet eam excommunicare tranſacto tempore & termino, & ſic excommunicata manebit vſq; ad introitum monaſterij, ſed tunc abſoluetur. ſup. de reſti.ſpo.literas.in fi.(Conſummatum) & ſic no.circa matrimonium conſummatum valere conſtitutiones eccleſiæ.

CAPVT VIII.

VXORATVS.ſ.e.c. cùm ſcis. (Veſtro) loquitur fratribus.

CAPVT IX.

EX PARTE. (Vxore) & ſimiliter vouente, & ſic nullum eſt contrarium(Retinuit) illicitè (de iure) vt not.ĵ. eod. dudum, cùm eſſet ſuſpecta. (Muliere) iuſtum eſt, quod hîc dicitur, cùm habuerit licentiam ab vxore, vnde malè fecit, quod ad eam redijt, ſed ipſa compellanda erat intrare. 33. q. 5. qui vxorem. Alij tamen contradicunt, & fortè melius,vt no. ſ. eo. c. 1. (monaſterium) arg.contra.ſ.eod.quidam notatur ibi.

CAPVT X.

ONSVLVIT. (Tranſierat) ipſe vir. (Dirimendum) hoc ideò eſt, quia poſt mortem vxoris ſtetit in monaſterio, vnde quod ab initio non tenebatur, ratificatur. ſ. de his quæ vi me. cauſa. perlatum. vel votum quod vxore ſua viuente emiſerat, & non valebat ingrediendo monaſterium, modò ſolennizatum eſt perſeuerando in monaſterio poſt mortem vxoris, nec requiritur adhoc,quod ſolennizaſſe intelligatur, quòd ſciuerit mortem vxoris, & quòd poſtea in monaſterio remanſerit, ſed ſufficit quòd mortua ſit, & eſt ratio, quia ſeparando ſe ab vxore,ſiue inuita. ſ. eo. quidã. ſiue voluntaria. ſ. eo. ex parte. ſemper præſumitur velle mutare ſeculum, vt. ſ. in præalle. decr. & ex quo tale propoſitum habet per habitus ſuſceptionem,eſſet ſolennizatum votum, niſi vxor impediret. ſup. tit. proxi. conſulti. ergò ſublato impedimento vxoris, ſtatim primo momento poſt mortem eius, & votum ſolennizatum eſſe videtur. †Item alia ratio eſt, quia ad hoc vt votum valeat,non requiruntur ſcientia, vel opinio,ſed rei veritas. ĵ.e. placet. Item ſi allegaret ſe ideò moram in monaſterio ſe feciſſe, quia vxor viuebat ad quam redire nolebat,allegaret turpitudinem ſuam, & ſic audiendus non eſſet. ſ. de do. inter. ſecùs autem eſſet,ſi proteſtatus eſſet habens vxorem, quòd non intentione mutandi vitam,ſed probandi intrauit,quia tunc etiam poſt mortem vxoris non ratificatur, quamdiu durat tempus probationis, imò exire põt, ſicut ſi non habens vxorem, ingreſſus eſt.ſ.ti.prox.ſuper eo. tunc autem tantũ dicim⁹ ratificari votũ coniugati ingreſſi,vel ſolennizari, quãdo prius expreſſè profeſſus eſt, vel tacitè, quamuis enim profeſsio eius non tenuerit propter coniugem viuentem. Quando autem tacitè vel expreſſè quis vouere intelligitur, not. ſuprà, tit. proxi. c. 2. Alijs autem tantùm videtur, & fortè melius, quòd non ra-

non ratificatur votum, vel ingressus monasterij illius coniugati, qui inuita vxore intrauit, licet post mortem eius ignoranter in monasterio manserit, sicut notauimus in matrimonio carnali, plenè super his rationes assignando. ℣. de eo. qui dux. in matrimon. c. 1.

CAPVT XI.

CHARISSIMVS. (Maximè) id est, tantùm.

CAPVT XII.

1 *Coniugatus ignorante altero religionem profitens, vxore priore mortua, licet non cogatur seruare ordinem, tamen si de nouo contrahat cum alia, matrimonium non tenet.*

PLACET. (Promisit) & intelligitur simplex hoc votum: vt not. ℣. eod. quidam. Cogendam). ℣. eod. quidam intrauit. vbi de hoc not. sup. eod. ex parte. contra. nunquid idem dices: in promoto ad sacros ordines, scz. quia si ordinatus fuerit ad sacros ordines, inuita vel nesciente vxore, quòd ea mortua, non sit cogendus seruare ordinem, & quod si contrahat cum alia de nouo, quòd tenet matrimonium. arg. hîc. Nos credimus contrarium, scilicet, quòd licet ordinatus reddendus sit vxori, tamen si de nouo cum alia contrahat, non tenet matrimoum. Et ratio est diuersitatis, quia matrimonium de iure naturali non impedit quenquam ordinari ad sacros ordines, quia naturali iure potest ordinatus, vel matrimonio contracto, sicut facit Orientalis ecclesia. 31. dist. Nicena. 32. dist. si quis eorum. & etiam contrahere posset nisi constitutiones ecclesiæ hoc prohibeant. Ex hoc ergò apparet, quòd sola constitutio impedit, quòd hîc coniugatus non contrahat, cessante ergò impedimento, id est, mortua vxore, seruet constitutionem quæ est, quòd ordinatus in sacro ordine, si contrahat, quòd non tenet matrimonium, sed in voto secùs, quia de iure naturali matrimonium, vel vsus matrimonij impedit votum, in quo continetur continentia, quæ simul esse non possunt, scilicet, continentia & vsus matrimonij. ℣. eo. quidam. vnde cùm à principio de iure naturali non tenuerit, non potest dirimere matrimonium iam contractum.

CAPVT XIII.

AD APOSTOLICAM SEDEM.

CAPVT XIIII.

1 *Votum continentiæ, quando impediat matrimonium.*

EX PARTE. (Viduitatis) id est, professionis, sed dicitur viduitatis, quia ipsa vidua erat, & erat signum, quòd in viduitate manere debebat, plus placet, quòd non assumpsit velum professionis, sed viduitatis tantùm, in quo proponebat, & se proponere, & vouere ostendebat, quòd in viduitate permaneret, & hoc satis patet per hoc, quod sequitur in fi. vbi dicitur, quòd si noluerit intrare monasterium, quòd cogitur ire ad sponsum, quod non esset, si professa esset. Solenni celebratione ac letania) fortè quælibet istarum sufficit ad solennitatem, si non habet virum, vel non intrasset monasterium, vt nota. supra, tit. proxi. vidua. aliàs si virum habet secùs, vt hîc in fi. Hoc non fatemur nisi cum solennitate solita hoc faciat, vel nisi suam voluntatem exprimat. (videri) licet non sit verum, vt sequitur. Consummandum). ℣. qui cle. vel vo. insinuante. contra so. ibi emiserat votum, hîc non, vel illa erat libera, vnde facilius præsumitur pro solennizatione voti. scz. quòd sola susceptione habitus sit solennizatum. ℣. de re. & tran. ad re consulti. hæc habebat sponsum, vnde difficilius præsumitur pro solennizatione voti, non enim votum sponsi de præsenti solennizatur per susceptionem habitus, quamuis alterius simplicis, & solutæ personæ solennizaretur. ℣. de re. & tran. ad reli. cõsulti. plus placet, quòd hîc & ibi fuit solenne votum continentiæ, & nõ professionis, & hoc solenne votum continentiæ non dirimit matrimonium contractum ante ipsum votum, vt hîc, sed benè dirimit matrimonium contractum post votum huiusmodi, scz. continentiæ solenne, & sic loquitur decr. insinuante. de hoc no. ℣. de re. & tran. ad reli. porrectum.

† Regularem) not. quòd vbi alter coniugum transiuit ad secunda vota, antequã interueniat carnalis copula, non sufficit alteri coniugum habitum sumere, vouere continentiam, & in domo sua manere, imò cogenda est professionem facere alicui de regulis approbatis, vt hîc habes, & postmodum cogenda monasterium ingredi, Idem dicendum videtur in vxore episcopi, quia non sufficit vxori eius vouere, nisi intret religionem, & continentiam profiteatur. ℣. eo. sanè. & idem est si suspecta

suspecta sit quæ in seculo permanet. ℣. eo. cùm sit. sed si de facto non sit à prædictis exacta & facta professio cùm tantùm hæc professio, sequatur ad illud in prædictis casibus cogetur & profiteri & religionem intrare. arg. ℣. e. significauit. in alijs autem credimus sufficere solum votum continentiæ, & remanebit in domo propria & proprium habebit, nec vllam regulam seruare tenebitur. ℣. e. c. 1. & c. cùm sis. & c. coniugatus. ℣. eod. significauit.

CAPVT XV.

CONSTITVTVS. (Copulata) & malè, ipsa enim potius omnia mala debuit sustinere, quàm huic malo consentire. 32. q. 7. ita ne. (Gradum) hîc licitè potuit sacerdos ordines recipere, & monasterium ingredi, cùm vxor commiserit adulterium, cui causam non præstitit, & sic non est contra. ℣. tit. proxi. veniens. sed etiam si præstitisse causam dicatur ex eo, quia vxori nubenti per iudicem nõ contradixit, cùm teneat eius monachatus, & vlterius redire non potest. ℣. e. c. proxi. (Impetrat). ℣. eo. c. 1. contra ibi. so. quia adultera.

CAPVT XVI.

VENIENS. (Tonsuratus) & malè, nec tenuit. sup. eo. c. 1. (Amatores) propter hoc adulterium solennizatum est votum, quo d non tenuit. (Sponte) idem dicimus, & si contra eius voluntatem intrasset, ex quo adulterium commisit. 27. q. 2. agathosa. † Continuit) hoc solum sufficit, ne matrimonium possit repetere. 27. q. 2. agathosa. vt infrà, de diuor. significauit. sed quid si mulieri repetenti nolit opponere exceptionem fornicationis, seu adulterij. arg. quod possit omittere. C. de pac. si quis. C. ne quis inui. ag. l. actio. Respon. quod cùm sit verus monachus & irreuocabilis, propter adulterium vxoris, etiam si non opponat exceptionem, tamen reuocari non poterit, & monasterium excipiet etiam eo nolente, cùm sit eius monachus, & ei acquisita sit exceptio, & pro eo agere & defendere debeat, & ex hoc est, quod etiam si inuita vxore intrauit monasterium, & postea fornicetur firmatur monachatus eius, nec poterit reuocari. 27. quæstio. 2. agathosa. Imò & si vir fornicetur in monasterio, post fornicationem vxoris, non tamen ius, quod amisit per fornicationem suam recuperabit, cùm iam semel factus verus & irreuocabilis monachus. arg. de consecr. dist. 4. quæris. licet secùs sit si essent ambo in seculo. suprà, de iureiur. tua. infrà, de adul. c. vlt.

† Hoc autem certum tenemus, quod licet alteruter coniugum post sententiam diuortij, quò ad torum latam, intret monasterium, tamen remanens in seculo, post mortem illius licitè contrahit, mortuo enim primo marito, soluta est vxor à lege viri: vt inf. de secun. nup. c. pen. & vlti. &. ℣. de diuor. de illa. Nec obstat. ℣. eo. cùm sis. & c. seq. quia illa loquuntur in voluntariè vouentibus, & hoc propter delictum suum, & in pœna lata est sententia diuortij, secùs autem est in ordinibus, quia non potest fieri subdiaconus, cùm vxor adulterata est ea inuita. Et est ea ratio, quia vxor cuiuslibet in sacris ordinibus constituti, tenetur continere post mortem eius. 28. dist. quia sunt. 32. di. seriatim. sed ad hoc inuita cogi non potest, cùm sit res voti, non præcepti. 32. q. 1. integritas.

CAPVT XVII.

ACCEDENS. (Verbera) ob hoc verberabat vt licentiam præberet intrandi monasterium, & idcircò non præiudicauit sibi. 33. q. 5. notificasti. (voto) quod si emisisset, cùm in hoc haberet liberum consensum mariti intrandi, vel potius, quia ipse intrando votum intelligitur solennizasse, postea exire non posset. Alij aliter dicunt, vt no. ℣. tit. prox. quidam. (Reliquisset) etiam inuitum de monasterio educere potuisset. 33. q. 5. notificasti.

CAPVT XVIII.

SIGNIFICAVIT. (Eidem) mulieri (iniuncto) à decano. (ætatis). ℣. e. cùm sis. aliàs enim compelli posset. 33. q. 5. qui vxorem. ex quo enim mulier vouet continentiam, & permittit virum intrare religionem, hoc ipso videtur etiam concedere, quòd etiam ipsa transeat, & si suspecta erit, tamen nos non cogeremus eam profiteri regulam, nec abstinere à proprio, nam cùm hoc nunquam promiserit, quare ergò ad id cogeretur, sed benè debet cogi esse in monasterio, vt cesset omnis mala suspicio.

Fatemur tamen, quòd si mulier est suspecta quod antequam admittatur professio viri, debet etiam mulierem facere profiteri, si est suspecta, & sic loquitur. ff. e. cùm sis. tamen si recepta est professio, & non professio mulieris, sed tantùm votum continentiæ præstiterit, non facere eam modo profiteri, vt dictum est. Alij tamen dicunt, scilicet, quod hoc ipso, quod dat licentiam intrandi monasterium, & emittet votum continentiæ, si est suspectus, cogi potest intrare monasterium, & sic loquitur. 33. q. 5. qui vxorem. & etiam cogitur viuere sine proprio & sub obedientia: vt no. ff. e. ex parte.

CAPVT XIX.

AVDEMVS. (Adfrugem) non tamen intrauerunt religionem, nec fecerunt votum (Collocare) non tamen erit monachus, sed pœnitens licet non solenniter. 50. dist. si ille. in Authen. vt nulli iudi. §. si verò quando ad.

CAPVT XX.

1 *Possunt tabelliones & alij officiales cuilibet pacisci in iudicio.*
2 *Votum solenne quando & quo casu dicatur. & in nume. 3.*
4 *Vouens quando peccet exigendo debitum coniugale.*
Ignorantia regulæ, est ignorantia iuris, quod nulli ignorare licet.

DVDVM. (Renunciauit omninò) propter hoc est commendatum, quod fecit in manu sacerdotis, quia propter Deum fiebat, aliàs enim si propter infirmitatem faceret, vel aliam causam iustam, vel iniustam, tamen mulieri facienda erat hæc renunciatio. insti. de inuti. stip. §. alteri. & potest dici, quod non tenet ex alia causa facta renunciatio. ff. tit. proxi. veniens. & quia aliàs semper intendendum est proli, nisi propter Deum fiat, poterat etiam benè fieri in manibus vxoris. (In personam) .ff. rem pupil. fal. fo. l. 2.

1 †Ecclesiæ). q. d. in persona sua, non potuit recipere resignationem, quia non eius intererat specialiter, vel singulariter. ff. de pac. si vnus. §. si pacta. Totius autem ecclesiæ interest multos habere contemplatiuos, & ideò in eius persona stipulari potuit, & pacisci, cùm officialis ecclesiæ sit. ff. quod cuiusq; vni. l. vlti. Imò plus dicimus, quòd tabelliones & alij officiales, possunt cuilibet pacisci in iudicio, & quando aliàs procedit iudex ex officio suo, si non est alius, qui alteri pacisci potuit, & hoc ipsum facere debent authoritate iudicis, & tunc quando iusta càusa subest. ff. rem pu. fal. fo. l. 2. & 3. sed etiam ipsi magistratus hoc facere possunt etiam sine alterius authoritate. ff. de magi. cõ. l. pe.

2 †Castitatem) dicunt quidam, sed non benè, vt nobis videtur, quòd vbicunq; quis voueat seruare continentiam, siue in publico, siue in priuato, semper si constat de voto, votum solenne dicitur, & dirimit matrimonium iam contractum, nam si non esset solenne, quare impediretur repetere vxorem, vel cogeretur intrare monasterium. vt. j. sequitur ad idem. 33. q. 5. qui vxo. & c. quod Deo. Arg. contra. ff. e. ex parte. sed ibi non vouit, sed tamẽ habitũ sumpsit, & non præsumitur in spon. alterius, quod suscipiendo habitum solennizat votum, nisi expressè voueat, vel nisi monasterium ingrediatur, vt ibidem dicitur, sed est contrarium, cui responderi nõ potest. j. qui cle. vel vo. rursus. 27. dist. si vir. Alij non dicunt solenne, nisi aliqua de solennitatibus interueniat, quas diximus. ff. tit. prox. vidua. Alij dicunt nullum habitum, vel votum dici solenne, vel dirimere matrimonium iam contractum, quantumcunq; solenniter fiat, nisi se reddiderit vni de approbatis religionibus. j. qui cle. vel vo. insinuante. & in hoc solo casu votum continentiæ, potest dici solenne, de quo hîc dicitur, scilicet cùm coniunx continentiam voueret, & intelligunt hoc solenne, nisi à principio quando vouent, sed ex post facto solennizatur, cùm ambo intrant religionem, vel alter tantùm, dummodò ingressus prædictus in monasterium fiat de voluntate vtriusq;, quia aliter non liceret. 33. quæst. 5. quod Deo. suprà, eo. c. 1. & hæc sola mulier intrauit, & non maritus, quia licet detouerit se hospitali, non tamen hospitale erat religiosum.

3 †Et ideò propter illud, quod detouerat se hospitali seruire, non solennizabitur votum, sed tantùm propter ingressum vxoris solennizatur votum, etiam remanentis in seculo, & benè vtriusque consensus requiritur in voto emittendo, quia & si à debito reddendo sint absoluti, non tamen ab alijs obsequijs. 33. quæstio. 5. quod Deo. sed si tamen intrauit, dicunt quidam & malè, solennizari votum, & ingressum tenere,

tenere, quia libera est redditione debiti viro. Item quamuis ijdem vouentes carnaliter se cognoscant post tale votum, etiam ante ingressum & renunciationem viri sui, & licentiam datam de ingressu monasterij, tamen nihilominus prædicto modo, scilicet, per ingressum monasterij poterit solennizari votum, nam nulla ratio dicit, vel patitur, quòd illicita coniugum commistio tollat votum, sed matrimoniũ sequens tantùm, idem est & si ante matrimonium ambo vouissent conitges, si postea inter ipsos contracto matrimonio alter velit ingredi monasterium, sine licentia alterius non poterit, nec tenebit ingressus, quia licet neuter possit exigere. ff. de conuer. coniu. quidam. quidam tamen dicunt, quòd vterq; tenetur reddere debitum alteri.

4 †Sed obijcies, nônne peccat vouens exigendo debitum. suprà, eod. quia ergò & reddens quia non est ipsi vouenti in crimine fauendum, imò prohibendum est. 2. q. 7. negligere. 22. q. 5. anima. Respon. sine dubio illud habet locum, sed non est verisimile præsumendum, quod vellet cum altero adulterari, sed cùm præsumitur potius debemus permittere reddere debitum, ad quod tenemur, & dare sibi consilium, vt minus peccando vitet peccatum maius, quàm permittere ipsam cum alio adulterari, quòd esset grauius peccatum. arg. 14. dist. per totum. licet hoc aliquando sic tenuerimus, tamen postea visum est nobis aliter in aliquibus, & maximè in hoc, quia credimus in coniugatis aliquod speciale, quia ex quo coniuges, siue in priuato, siue in publico, siue solenniter, siue non vouerint, continentiam illam seruare tenentur, & si commiscentur, illicita est commistio & filij inde nati sunt illegitimi, & si contraxit postea cum alio viro, post mortem primi viri, non tenet matrimonium, sed tamen viuente primo viro, qui secum pariter vouit, non potest intrare monasterium, nec vestem mutare. arg. ad hoc. 33. q. 5. quod Deo. in alijs autẽ non coniugatis ad hoc vt solennizetur votum continentiæ, necessaria est certa solennitas, vt no. suprà, de re. & transl. ad reli. porrectum. In professione autem religionis ad hoc, vt dirimat contractum matrimonium necesse est, quòd profiteatur vnum de regulis approbatis, vt no. in hac glo. ff. de reg. & transl. ad relig. porrectum. (Prius) hoc non vitiat instrumentum. (Pluribus) nec hoc vitiat instrumentum, cùm falsa non adiecerit. (Allexerunt) licet hoc fieri non debuerit, tamen non irritat votum. 20. q. 3. constituit. ff. de his quæ vi me. causa. cùm dilectus. vbi de hoc, quòd ad bona autem, benè obest dolus ecclesiæ, & ideò non lucratur, sed hæredibus defertur. 20. q. 3. constituit. (Retinere) hoc erat verum, scz. quod non erat locus, de quo agitur talis, vbi ingressi profiterentur aliquam religionem, nec teneretur proprijs renunciare, si autem secùs esset. scz. quòd teneretur aliquam religionem profiteri. Tunc si contrarium diceretur ingrediens, post ingressum non teneretur profiteri, & plus dicimus, quia etiam si ingredientibus diceret, vos debetis profiteri regulã beati Augu. sed benè poteritis comedere carnes, & in illa ecclesia essent constitutiones, q̃ non comederent carnes, benè possent comedere carnes, cũ nec regula habeat, nec vniuersalis constitutio, nec eis posset aliquid imputari. Cùm igitur prædicta non vouerint, nec ad ea teneãtur de iure naturali, nec communi consuetudine. Non ergò ad ea cogendi sunt, nisi essent in scandalum, in quo casu possent alium locum mutare. Alij dicunt quòd ex quo submittunt se obedientiæ alterius, quòd non obstantibus talibus promissionibus, tenentur seruare regulam, & eius constitutiones. 12. q. 1. non dicatis. secùs dicemus, si profiterentur regulam beati Benedicti. Nam cum secundum eam omnes generaliter abstinere debeant à carnibus, fatuitati eorum est imputandum, si crederent eis, qui permittebant sibi, quòd liceret comedere carnes. Item est & alia ratio, quia debet eis præiudicare, scilicet, vt viuere debeant secundum regulam, quia ignorantia regulæ est ignorantia iuris, quam nulli ignorare licet. ff. de iu. & fac. ig. l. regula. Hoc non placet, quia regula vel statuta eius non sunt ius. †(Appetitum) fatuus fuit, quia hoc credidit, & ideò sibi non prodest, si fatuè credidit. ff. de his quæ vi me. causa. c. pe. vel verum promittebãt, quia si Deo fidelis esset non vinceretur libidine, quia dominus dat semper cum tentatione prouentum (Purè) si enim sub conditione veniisset, idem diceremus, cùm vel fatuus esset, quòd conditioni credidisset, vel spiritualiter sit intelligenda. (Debet) ipsa mulier. imò vir. (Mutare) 33. quæstio. 5. qui vxorem. (Suspicione). ff. e. cùm sis.

CAPVT XXI.

MVLIER.(Iudicio)Secùs si nó esset separata per sententiã, quia tunc tenetur eam recipere, & idem dicendum videtur in matrimonio carnali & spirituali. de quo no. ℣. de diuor. de illis.

TITVLVS XXXIII.

DE CONVERSIONE INFIDELIVM.

CAPVT I.

LAVDABILEM.(Damnum)14.dist.q ait.34. q.5. si dicat. (Tales mulieres.

CAPVT II.

1 *Filij post factum diuortium, à quibus alendi sunt.*

EX LITERIS.(Potestate) C. de pa. pot. per totum. C. de eman. per totum. (Matris)C. de adop. mulierem. † (Tali) maiores triennio apud patrẽ nutriuntur, minores apud matrem diuortio facto propter cõsanguinitatem. C. diuor. fac. apud. l. 1. & C. de pa. po. l. nec filiũ. nec iudex ex certis causis aliud arbitretur, quia eius interesset circa talia arbitrari, & eius arbitrio. ℣. de eo qui dux. in matr. c. cũ haberet. ver. solicitudinis tuæ etc. Si verò propter adulterium vxoris, vel quia noluit conuerti ad fidem catholicam, vel ob aliã suam culpam separetur matrimoniũ, siue per ecclesiam, siue de facto, apud virum sunt alendi cum expensis matris, & idem econuerso, si per culpam mariti sint separati, apud mulierem erunt educandi expensis patris. in Authen. vt lice. ma. & auiẽ. §. illud quoq; . filij etiã naturales alendi sunt à parentibus & consanguineis. in Authen. qui. mo. na. fi. effi. de. l. 1. si quis igitur habẽs. (Suspicio) hæc est melior ratio, quia & si mater conuersa erit ipsi, & non patri assignaretur puer. (Baptizabitur) ná bona est ratio quę pro religione christiana facit.

TITVLVS XXXIIII.

DE VOTO ET VOTI REDEMPTIONE.

CAPVT I.

1 *Votum an possit commutari.*
2 *Dispensatio in votis an habeat locum.*

DE PEREGRINATIONIS. (Alex. 3. Exonens. episcopo) quia Exonens. episcopo scribitur, colligimus q cuilibet epo licet votum cõmutare, nisi sit votũ peregrinationis vltra marine, q soli Papæ reseruatur. ℣. e. ex multa. (Necessitate) infirmitatis vel viarũ. (Ab eius) epi vel superioris prælati, non inferioris. (Cõmutationis) si sit infirma, vel diues, vel econuerso vel huiusmodi. † (Dispensare) in omni voto, siue sit in faciendo, siue in non faciendo, dispensare potest, vel potius cõpensari, etiã si solenniter vouerit, vel commutari, dũmodò iusta subsit causa & superioris authoritas interuenerit, & melior fit cõpensatio, quia aliter non tenet. ℣. e. scripturæ. & c. nõ est. In voto tamen continẽtiæ speciale est, q in eo nullus dispensare põt. ℣. de desponsa. mo. cum ad mo. 32. q. 1. nuptię. & q. 5. ille. 32. q. vl. c. 1. Vel dic, aliter; vt no. ℣. de stat. mo. cùm ad monasterium. Item omne votũ potest commutari ingressu religionis. ℣. eo. scripturæ. † Aliqui tamen dicũt, quod in votis nõ potest dispensari, sed possunt commutari, sed hanc differentiam non vidimus, cùm commutatio non fiat sine dispensatione.

CAPVT II.

VENIENTIS.(Puerili) dolitamen capaci, aliàs enim non cogentur compensare, vt hîc dicitur, vel hoc ideò est, quia votũ in minori ætate factum, ratũ habuit in maiori. 20. q. 1. illud. & non est differẽtia, siue in maiori ætate, siue in minori vouerit, quia semper illud authoritate superioris cõmutari põt. ℣. e. c. pxi. (A voto) & ita Papa absoluit eũ ab obligatione qua socio tenebatur, q de plenitudine potestatis facere põt. 9. q. 3. p principalẽ. C. de quadr. præ. benè à Zenone. C. de præ. impe. offi. quoties. vel hoc est propter fauorẽ minoris ætatis, minor enim ætas & facilitas leuiorẽ dispensationẽ adducunt. Item nõ obligatur ex voto. ff. de postu. l. 2.

CAPVT III.

LITERATVRAM. (Morabor) Non animo obligandi, ideò non fuit mendax, nec transgressor voti. 17. q. 2. §. sicut ergò. in fi. arg. ff. si cert. pet. si ergò. Transgressor) licet enim quis licitum proponat, vel voueat, non tamen propositum, vel votum complere tenetur, nisi deliberatio præcesserit, vel nisi animo obligandi fecerit. 17. q. 2. Gonsaldus. arg. sup. de regula. ad nostram. in foro tamen ecclesiæ, ex quo exprimit votũ, cogitur illud perficere, q a creditur ex deliberatione procedere. Si autem deliberatione præcedente in mẽte proposuerit cõtinere, vel peregrinari, illud facere tenetur, etiã si voce non expressit. 17. q. 1. qui bona, sed ecclesia nõ cogit eũ nisi cõfiteatur.

CAPVT IIII.

1 *Votum*

1 *Votum irritatur ex conditionis, siue generalis, siue specialis defectu.*
2 *Vota in quibus offeruntur temporalia non improbantur.*
3 *Clericus secularis non potest vouere peregrinationem sine licentia prælati.*
Vouere qui possunt.

SCRIPTVRAE. (Perpetuam) hoc crédimus fieri sine dispẽsatione, sed tutius est vt dispẽsetur. † (Religionis) irritatur votum ex defectu cõditionis, siue generalis, puta si vixero, si potero, si Deo placuerit, quæ semper intelligitur, & si non dicatur. ℣. e. non est. 22. q. 2. beatus. 16. q. 1. in parochia. vel speciali, puta si filius meus liberatur, domino offerã tale palliũ, vel tũc ibo ad sanctũ Iacobum, nã tunc nõ tenet implere votũ, nisi extiterit conditio. i. filij liberatio. 32. q. 8. c. fi. ar. ℣. de rest. spo. olim causam. ℣. de condi. appo. Verũ credimus tamẽ, q etiã si extaret conditio, tamẽ rector loci, cui facta est promissio oblationis, nõ posset ad illã agere, quia licet quidã dixerint, quòd tenetur implere votum, nõ tamẽ hoc credimus, nisi de licito, sed tale votũ est illicitũ, qa intendit à Deo, vel aliquo Sãcto emere sanitatẽ, q esset simoniacum. 1. q. 1. studeat. liberaliter ergò quisq; offerre debet, & postea precibus pro sanitate vel quocunque aliquo supplicare. 1. q. 2. duces. & q. 1. quam pio. 23. q. 4. c. fin. 28. quæst. 1. caue. Nec per hoc dico conditiones in votis reprobandas nisi simoniacę essent, vt est prædictum, vel aliæ turpes. ar. præalle. c. &. ℣. de iureiur. peruenit. tamen vbi publicè vouit, & causam voti non expressit, sed in corde retinuit, tum propter scandalum, tum propter ignorantiam cõpelleretur votum vel adimplere, vel mutare. ℣. e. magnæ. ℣. de censi. ex parte.

2 † Alij tamen dicunt huiusmodi vota esse licita, nec est ibi simonia, si offert Deo cordis sui contritionem, vel aliam deuotionem, siue in dando, siue in faciendo consistat, quia quicquid dat, vel facit, non de suo facit, sed de eo, quod Dei est. Item pro spirituali dare licet. ℣. de rer. permu. ad quæstiones. & sic licet palliũ suum, vel aliam eleemosynam, vel peregrinationem pro re spirituali, scilicet, sanitate dare, & videtur expressum, quod liceat. 28. q. 1. §. ex his. & §. fi. in fi. Item irritatur votum potestate inferioris, nam monachus votum facere, vel complere non potest sine licentia superioris, siue sit abstinentiæ, siue peregrinationis, siue quodlibet tale, vnde posset præbere viam vagandi, vel scandalizandi fratres, vel minuendi obsequium debitum. 20. q. 4. monacho. imò etiã si ante ingressum monasterij vouisset, non tenetur soluere. arg. c. scripturæ. 23. q. 5. noluit. si autẽ voueret dicere vnũ psalmum, vel aliquam orationẽ, vbi nihil mali potest cõtingere, seruet votum, est enim sibi licitum plus mereri.

3 † Clericus autẽ secularis potest vouere continentiã, sed non peregrinationẽ sine licentia prælati. de conse. di. 5. nõ oportet. & no. ℣. de cle. pereg. c. 1. eps autẽ sine speciali licentia Papæ, non potest votũ peregrinationis vel religionis emittere. ℣. de reg. licet transmarino forsan excepto. ℣. e. magnæ. Itẽ seruus vouere nõ potest aliqd. vnde minuatur seruitium domini. 54. di. si seruus. ℣. de sen. exc. mulieres. & c. relatũ. Item nec pueri, nec puellæ sine licentia parentũ, vel tutorũ possunt ante pubertatem votum religionis emittere. 20. q. 2. c. 1. & 2. Item nec votum abstinentiæ, vel peregrinationis. 22. q. 2. tribus. & q. 4. pueri.

Quod intelligunt quidam si sunt impuberes. ar. op. pro eis à contrario sensu. 20. q. 2. si quælibet. Sed nobis videtur idem, & si sint puberes, dummodò sint in potestate patris. ff. depo. l. 2. nisi patres consentiant expressè vel tacitè, sufficit enim si sciãt, & nõ cõtradicant. 31. q. 3. c. 1. Nec ob. 20. q. 2. c. 1. & 2. quia illud idem in voto religionis, p q à potestate patris eximitur. † Idẽ credimus, quod etiã impubes si doli capax fit, & fecerit votũ abstinentię, vel peregrinationis vel aliud, q debet illud adimplere postquã paternã potestatẽ exiuerit, qa se obligauit Deo, q potuit, sicut per delictũ se obligat diabolo. ℣. de delic. pu. c. 1. tamẽ cum talib⁹ facile est dispensandũ & cõmutandũ, cũ licet in aliquo sint doli capaces, tamẽ nõ multa cognoscũt, cũ sint inexperti. Vir autẽ & mulier, qui nõ sunt ad imparia iudicãdi. 32. q. 2. si quis vxorẽ. & q. 5. præcepit. & c. christianã. nõ possunt vouere abstinentiã, vel peregrinationẽ vnus sine cõsensu alteri⁹, imò & si aliquando cõsensit, põt reuocare, licet peccet. 33. q. 5. manifestũ. & c. voluit. & c. hæc imago. excipimus votum peregrinationis vltramarine, q viri vel mulieres, si sunt potẽtes, possunt facere altero inuito. ℣. e. ex multa. §. in tanta. sed nõ vouens põt aliũ sequi. ℣. e. q super. §. fi. de voto autẽ cõtinentiæ no. ℣. de cõuer. coniu. c. 1. & c. pe. Ita sicut vterq; põt dare q suũ est, ita potest vouere de dando. Nec credimus peccare prædictos, si cõtra iuramentũ, vel votum suum faciant in casibus prædictis, lex enim & patria potestas, eos excusant. 33. q. 5. voluit. manifestum & etiã

canones hos excusant.22.q.5. c. paruuli. & in c. pueri. Itē nec pater peccat reuocādo, quia vtitur iure suo. ff. de iniu. l. iniuriarū.

CAPVT V.

NON EST VOTI etc.

CAPVT VI.

1 *Votum suum potest quis per alium exequi.*
2 *Differentia inter eos, qui vouent pro subsidio, & eos qui vouent pro deuotione.*

LICET VNIVERSIS. (Maledictionis) hęc pœna non includit aliam. s. priuationem successionis paternæ, vt hîc sequi-
1 tur. (Tuæ) † No. q, quis exequitur votū suū per aliū. 23. q. 2. animę. 26. q. 6. si quis fuerit. (Et hoc) hoc est licitū & debitū, vbi per se nullo modo pōt exequi, sed si per se exequi posset, licet inutiliter. s. quia esset claudus, vel aliàs mutilatus, tunc sinon ad subsidium, sed ad deuotionem tantū. s. vt videret terrā sanctā vouisset ire personaliter deberet, & eodē modo, si ꝓpter subsidium vouisset, si est talis, q, suū defectū posit supplere per alios, quia secum ducere potest, sed in vtroq; casu admittitur compensatio. ĩ. eod. magnæ. & c. seq.

2 Hanc tamē assignamus differentiā inter eos qui vouent pro subsidio, & eos qui vouent pro deuotione, quia primi morte vel alio impedimento detenti, coguntur alijs cōmittere, q, eorū votū cōpleant. arg. hîc, imò plus videtur, q, si alijs non cōmittant, tamē hæredes cōpelli possunt, vt vel ipsi cōpleant votū patris, vel expensas & subsidium, q̃d pater, vel testator facturus erat, ipsi facient, nam vouisse intelligitur subsidiū terræ sanctæ, siue per se, siue ꝑ aliū faciendū, vnde ad illud compellendi sunt hæredes, cū ex nudo voto obligatio nascatur. ff. de polli. l. 2. in prin. & nuda ꝓmissio facta ciuitati obligat. ff. de polli. pactum. multò fortius facta Deo, vel subsidio terræ sanctæ. item ar. hoc. ĩ. eo. q, super. & c. seq. In secundo autē casu. s. quando ꝓpter deuotionem videndi terrā, vel aliam vouit, non credimus, q, mittere teneatur, si iusto impedimento personaliter ire impediatur ꝓpter conditionē generalem, quæ subintelligitur. s. si potero: vt. ĩ. dictū est. (Promisisti) idē est & si non promisisset, vel etiam si crucē nō assumpsit, quantū ad hoc, q, hæreditate priuetur, sed præcisē ire vltra mare non cogit, nisi vouerit, vel nisi signū crucis acceperit. (Successionem). i. iure fideicō. vel successionis ab intestato, q̃d in paterna hęreditate hęres: sic. 11. q. 1. sanè. C. de fideicom. l. vlt. & si esset alia hæreditas præter regnū, filius haberet legitimam. C. de fideicō. Authē. hoc ampli⁹. sed in regno secùs, quia sectionē nō patitur. (Si dictus) in alia parte huius. c. (Rex) frater. s. huius ducis, qui post patrē regnū habuit, qui erat primogenitus, sed tamen pater vtriusque testamento præceperat, quòd si ille sine filijs decederet, quòd iste dux esset rex.

CAPVT VII.

MAGNAE. (Consilio) Non enim debuit contra votū suū venire sua authoritate. ĩ. e. ex multa. sicut nec cōtra iuramentū. ĩ. de ele. venerabilem. nisi esset certus, q, nō obligatus esset. ĩ. de sen. excō. inquisitioni. (Aequitatem). i. quid de æquitate & iustitia sit faciendū. (Assensu) cum enim peregrinatio eꝑ sit magnū negotiū, non potest sine consensu capituli, ĩ. de his quæ fi. à præla. sine consen. ca. quanto. & not. de hoc. ĩ. de cle. peregri. c. 1. (Tamdiu) q. d. modicam peregrinationem posset facere sine licentia Papæ.

CAPVT VIII.

1 *An liceat Christianis inuadere loca, quæ tenent infideles, vel quæ sua sunt.*
2 *Deus ipse per se à principio dicitur exercuisse iurisdictionem.*
3 *Dominia & iurisdictiones licitè possunt esse apud infideles.*
4 *Papa etiam super infideles de iure iurisdictionem & potestatem habet, & potest Iudæos iudicare. in nu. 5. & Christianos. in nu. 6.*
7 *An benè faciat Papa dando indulgentias fidelibus pro recuperatione terræ sanctæ.*
8 *Infideles non debent cogi ad fidem: possunt tamen cogi admittere prædicatores euangelij, & quid si non admittant, in nu. 9.*
10 *An infidelis posit dominium habere super fideles.*
Papa an possit admittere prædicatores, qui legem Machometicam prædicent.

QVOD SVPER. (Quæsiuisti) quid fieri debeat (Sint nobiles) diuites (Artifices) pauperes robusti. (Dilatio) ff. de vaca. mu. l. vl. ff. de iud. & si lōgius. (Compensato) cū gemitibus & vigilijs. ĩ. c. ꝓxi.

1 † Pro defensione. hoc non est dubiū, q, licet Papæ fidelibus suadere, & indulgētias dare, vt terram sanctā & fideles habitātes in ea defendant. 23. q. 8. omni timore. & c. igitur. sed nunquid est licitū inuadere terrā, quam infideles possident, vel quæ est sua? Et nos ad hoc respōdemus, q, in veritate domini est terra, & plenitudo eius orbis terrarū, & vniuersi qui habitant in eo. Ipse enim est creator omnium, idē etiam ipse Deus hæc vniuersa subiecit dominio rationalis creaturæ, ꝓpter quā hæc omnia fecerat, vt habemus in 1. c. Genes. & hæc à principio seculi fuit cōmunis, quousq; vsibus priorū parentū introductū est, q, aliqui aliqua, & alij alia sibi appropriant, nec fuit hoc malū, imò bonum, quia naturale est, res cōmunes negligi, & etiā cōmunio discordiam

cordiā parit, & fuerunt à principio cuiuscunq; qui occupauit, quia in nullius bonis erant, nisi Dei. Et ideò licebat cuilibet occupare, q, occupatū nō erat, sed ab alijs occupatū, occupare non licebat, quia fiebat cōtra legē naturæ, qua cuilibet inditū est, vt alij non faciat, q, sibi nō vult fieri. Habuerūt etiā ꝑ specialia dominia per diuisiones primi parentes, sicut apparet in Abrahā & Loth, quorū vnus accepit ad vnā partē, & ali⁹ ad aliā. Gen. 13. sup homines autē quasi super seruos nullus habuit dominium, nīsi de iure gentium, vel ciuili, natura enim omnes homines liberi sunt. insti. de lib.

2 † Iurisdictionem enim iustam, & rectā lego, vbi dicitur datus gladius ad vindictā, ĩ. de ma. & obe. solitę. sed quomodo cœperit nescio, nisi fortè q, Deus dedit aliquem, vel aliquos qui facerent iustitiā super delinquentes, vel iure naturæ pater fa. super familiā suam habebat iurisdictionē omnē à principio, sed hoc die, non habet nisi in paucis & modicis. ff. de fur. respiciendum. & C. de pa. po. per totum. Hoc autē certū est, q, ipse Deus per se à principio exercuit iurisdictionem. vt no. ĩ. de fo. comp. licet.

3 † Item per electionē poterunt habere principes, sicut habuerunt Saul, & multos alios. 8. q. 1. licet. sic ergò audacter, & in pluribus alijs. c. prędicta in quā. s. dominia, possessiones, & iurisdictiones licitè sine peccato possunt esse apud infideles, hæc enim nō tantū ꝓ fideli, sed pro omni rationabili creatura facta sunt, vt est ꝑdictū. Ipse enim solē suū oriri facit super bonos & malos, ipse & volatilia pascit. Matt. c. 5. cir. fi. & 6. & propter hoc [a] dicimus, non licet Papæ vel fidelibus auferre sua, siue dominia, siue iurisdictiones infidelibus, quia sine peccato ea possident, sed benè tamen [b] credimus, quòd Papa qui est vicarius Iesu Christi, potestatem habet nō tantū sup Christianos, sed etiā super omnes infideles, cùm enim Christ⁹ habuerit super omnes potestatem, vnde in psal. Deus iudicium regi da, non videtur diligens pater fa. nisi vicario suo, quem in terra dimittebat, plenam potestatē super omnes dimisisset.

4 † Itē ipse Petro & successoribus eius dedit claues regni cœlorū, & ei dixit: quodcunq; liga. etc. Item alibi: Pasce oues meas etc. ĩ. de elec. significasti. omnes autem tā fideles quàm infideles oues sunt Christi ꝓ creationem, licet nō sint de ouili ecclesiæ, & sic per prædicta apparet, q, Papa super omnes habet iurisdictionē & potestatē de iure, licet nō de facto, vnde per hanc potestatem, quam habet Papa, credo quòd si gentilis, qui non habet legem, nisi naturæ, si contra legem naturæ facit, potest licitè puniri per Papam. ar. Genes. 19. vbi habes, quòd Sodomitæ q, contra legē naturæ peccabant puniti sunt à Deo, cùm autem Dei iudicia sint nobis exemplaria, non video quare Papa, qui est vicarius Christi hoc nō posit, & etiam dummodò facultas adsit, & idem dico si colant Idola. Naturale enim est vnum & solum Deum creatorem colere, & non creaturas.

5 † Item Iudæos potest iudicare Papa, si contra legem euangelij faciunt in moralibus, si eorum prælati eos non puniant, & eodem modo, si hæreses circa suam legem inueniant, & hac ratione motus Papa Greg. & Inn. mandauerūt comburi libros talium, in quos multæ continebantur hæreses, & mandauerūt puniri illos, qui prædictas hæreses sequerentur, vel docerent.

6 † De Christianis autem non est dubium, q, eos iudicare potest Papa, si contra legem Euangelicam facerent, & licet Papa aliquando omittat pœnas iustas, & debitas omnibus prædictis inferendas, vel quia facultatem non habet, vel propter pericula, vel scandala, quæ inde obueniunt, vel euenire timerentur, potestas tamen faciendi est apud eum.

7 † Quòd autem Papa facit indulgentias illis, qui vadunt ad recuperandam terram sanctam, licet eam possideant Sarraceni, & etiam indicere bellum, & dare indulgentias illis, qui occupant terrā sanctam, quam infideles illicitè possident, hoc totum est ex causa, nā iustè motus est Papa, si intendit terram sanctam, quæ consecrata est natiuitate, habitatione, & morte Iesu Christi, & in qua non colitur Christus, sed Machometus reuocare, vt incolatur à Christianis. Item terra sancta iusto bello victa fuit ab Imperatore Romano post mortem Christi, vnde licitum est Papæ ratione Imperij Romani, quòd obtinet illud ad suam iurisdictionem reuocare, quia iniustè expoliatus est, & ab eo qui nō habuit ius spoliandi eum, & hæc ratio sufficit in omnibus alijs terris, in quib⁹ Imperatores romani iurisdictionē habuerunt, licet posset dici q̃d hoc iure. s. ratione imperij non posit, cùm ecclesia non habet imperium, nisi in occidentem. 96. di. constan. sed si nō pōt facere tanquam imperator, pōt facere ex alijs prædictis causis, vel ad minus imperator potest facere vt rex Hierusalem, ad quem regnum illud de iure venit, sicut

[a] *Et propter hoc. Adde q, hoc dictum refert Abb. in c. quæ in ecclesiarum. col. 4. versi. circa secundum. sup. de const.*

[b] *Tamen credimus quod Papa. hæc dicta refert & sequitur Abb. in ca. venerabilē. col. 5. sup. de elec. in vers. in gl. in ver. transtulit.*

credimus & credere debemus, ex quo contrarium nobis non constat, sed & contra alios infideles, qui nunc tenent terram, in quam iurisdictionem habuerunt Christiani principes, potest Papa iustè facere præceptum, & constitutionem, quòd nō molestent Christianos iniustè, qui subsunt eorum iurisdictioni, imò quod plus est, potest eos eximere à iurisdictione eorum & dominio in totum. inf. de Iudæ. & sa. cùm sit. & c. ex speciali. & c. 1. & c. fi. & 54. di. mancipia. & c. seq. Imò si malè tractarent Christianos, posset eos priuare per sententiam iurisdictione & dominio, quod super eos habēt, tamen magna causa debet esse, quòd ad hoc veniat, debet enim Papa eos quantum pōt sustinere, dummodò periculum non sit Christianis, nec graue scandalum generetur.

a Sed quæres. de hoc dic melius vt p Bartol. in. l. cūctos populos. C. de ſūma trini. & adde Abb. in c. venerabilem. col. 5. in fi. ſup. de elec.

8 † Item licet non debeant infideles cogi ad fidem, qa omnes libero arbitrio relinquendi sunt, & sola Dei gratia in hac vocatione valeat. 45. dist. de Iudæis. tamen mandare potest Papa infidelibus, quòd admittant prædicatores Euangelij in terris suæ iurisdictionis, nam cū omnis creatura rationabilis facta sit ad Deum laudādum. senten. 2. di. 1. si quæritur. si ipsi prohibent prædicatores prædicare peccant, & ideò puniendi sunt.

9 † In omnibus autem prædictis casibus & in alijs, vbi licet Papæ eis aliquid mandare, si non obediant compellendi sunt brachio seculari, & indicendum est bellum contra eos per Papam, & non per alios, vbi quis de iure suo contendit, nec est contra. 2. qō. 1. multi. vbi dicitur, quòd non pertinet ad nos iudicare de his, qui foris sunt, quia intelligitur, quòd non debemus eos iudicare excommunicando, vel compellendo ad fidem, ad quam sola Dei gratia vocantur. 45. dist. de Iudæis.

10 † Sed dices, quare non eodem modo licet eis repetere terram istam. ſ. Italiam, vel alias, vbi dominati fuerunt infideles. Respon. quia domini harum terrarum cum populis eorum conuersi sunt. Fatemur tamen, quòd si populi conuersi essent, sed domini remanerent infideles, quòd Papa benè posset domino infideli dominium & iurisdictionem dimittere super fideles, argumen. 1. ad Thimo. 6. in princ. dummodò Christianos non grauaret iniustè. Item propter periculum posset cogi dominus ad recipiendum pretium, vel commutationem, sæpè enim quis amittit res suas sine culpa sua. C. pro qui. cau. ser. li. per totum. arg. ff. de reli. & sum. fu. l. sunt personæ. nam fauorabilis est ratio, quæ pro religione facit.

Sed dices nunquid & eodem modo debet Papa admittere illos, qui vellent prædicare legē Machometi. Respon. non. non enim ad paria debemus eos nobiscum iudicare, cùm ipsi sint in errore, & nos in via veritatis, & hoc pro constanti tenemus.

☞ † Sed quæres *a*, quomodo potest ecclesia Romana, & omnes aliæ ecclesiæ, & etiam alij Christiani licitè tenere, quę tenent in Occidēte, & alibi, cùm Imperatores romani armis per violētiam hæc omnia occuparunt, & ita constat, quòd mala fide tenent. Respon. omnes generaliter clerici & laici possunt securè tenere, & bona fide quęcunq; tenent, quia nescimus vtrum illi, qui occuparunt prædicta vsi fuerint iure suo, in occupando debemus credere, q, vsi fuerint iure suo, quia fortè recuperauerūt, quod prius per violentiam amiserant, vel fortè per munera, vel donationes ad eos peruenerunt legitimè, licet in eis multos habuerunt rebelles, quos vicerunt, sed de ecclesijs constat, quòd ipsæ benè possunt tenere, quia si non constat quis fuerit dominus ante occupationem Papę, facienda est restitutio, tanquam vicario Christi, & ecclesijs alijs, quæ per Papam possident, & eius authoritate, nam Papa & ecclesiæ nōmine, omnium hominum omnia possident, vt inde omnibus necessitatem habētibus subueniant. 12. q. 1. videntes. bona autem schismaticorum & hæreticorum licet occupare propter constitutiones principum, quæ censent ea occupanda. 8. di. quo iure. 23. qō. 7. per totum. (Hoc modo) ſ. pro succursu terræ sanctæ. (Pœnitente) & de eo cui pro satisfactione est iniunctum, q, vadat vltra mare. (Iter) quia impotens est ad eundum.

CAPVT IX.

EX MVLTA. (Aedidimus.) ſ. c. proxi. (quales). ſ. religiosos, dicebat enim in illa cōstitutione, quòd per religiosos viros fieret huiusmodi commutatio vel dispensatio, de quo verbo orta est dubitatio (quos). ſ. episcopos tantùm vel alios prælatos, vel delegatos Papæ tātùm, q, verius est sicut. ſ. exponitur. (Vtrū) ecce respōsio (effectū) at isti qui sunt cōsilio strenui, vel secū possunt ducere bellatores, nō tēdūt ad defectum terræ, & ideò nō cōprehēdūt (astrinxerunt) illæ quę vouerūt cogendæ sunt, vel ire vel votū redimere.

mere. (Vxorū) specialis est in hoc casu, vt liceat viro vouere sine authoritate vxoris, aliàs contra. 34. q. 5. quòd Deo. 27. q. 2. si tu. nec per hoc sequitur, quod hoc votū sit maius continentia, quia non fit perpetuo & sine præiudicio alicuius. 33. q. 5. c. noluit. (Labor) in illis enim aliæ considerationes habendæ sunt. ſ. c. proxi.

CAPVT X.

1 *Votum continentiæ vel religionis non dicitur propriè ſolenne, niſi ſit de præſenti.*

PER TVAS. (Solenniter). id est, in præsentia abbatis & multorum hoc votum emiserit, quia tamen non fuit de præsenti, sed de futuro, non fuit solenne, secundum quod dicitur solēne votum cōtinentiæ vel religionis, quòd dirimit matrimonium, vnde si contraxisset matrimonium carnale non separaretur. ſ. qui cle. vel vo. c. rursus.

☞ † Sed quæres quare non ita dicitur votum solenne, si dicat, voueo quòd intrabo monasterium, sicut si dicat, ibo vltra mare, quod etiam est de futuro. Respondemus quod vtrunque votum potest dici solenne, secundum quòd solenne dicitur propter solennitates vulgi, vt hîc, sed votum continentiæ, vel religionis non dicitur propriè solenne, nisi sit de præsenti, vel alicui religioni se deuoueat, de hoc not. s. de reg. & transe. ad re. c. 2. & c. porrectū. votum autem peregrinationis à iure non dicitur solenne, & sicut vouens peregrinationem, cogitur eam perficere sic, & vouens ingredi monasterium, & ad hoc facit præsens decre. &. ſ. eo. quòd super. vbi vocat talem promissionē de futuro, nō solennem. (Transgressor) quia intra duos menses non perfecit, votum vt promiserat. (Consulimus) & etiam si petitum fuerit cogeremus, cùm cogendus sit domino reddere vota sua. ſ. e. magnæ. (Resignes) mirum videtur, quia si iam esset canonicus posset eligi, vel postulari, multò fortius si nōdū factus est canonicus, sed hoc est ea ratione, quia nō potest fieri monachus, vel canonicus regularis, ex quo est eps, nisi resignet. Ad hoc ergò vt compleat votū, resignare debet, sed canonicus vel monachus benè potest fieri episcopus, & sic pōt votum suum implere, & episcopatū habere. arg. hîc. (Eligendum). id est, postulandum. Alij dicunt, quòd simpliciter eligendus est. (Electionem) præmissa tamen postulatione facta à priore. & est arg. quòd canonicus regularis debet eligi. de hoc no. suprà, de renun. post translationem.

CAPVT XI.

POSTVLASTIS. (Ecclesiarum) non dicit præbendarum cùm regularibus non liceat habere præbendas. (Ecclesijs) isti prępositi erant, sicut ex titulo apparet. (Vicesima) & est not. dignum, quòd præpositus cruce signatus, non solùm vicesimam partis suæ, sed totius ecclesiæ acceperit.

TITVLVS XXXV.

DE STATV MONACHORVM ET CANONICORUM regularium.

CAPVT I.

1 *Dioceſanæ eccleſiæ duplici lege ad epiſcopum pertinent.*

2 *Quæ ſint ea, quæ de lege dioceſana dicuntur eſſe, & quæ de lege iuriſdictionis, in nū 3.*

4 *An monaſteria teneantur ad legem dioceſanam, & in num. 5.*

THEODOSIVS. (Disciplinæ). id est, præter visitationē quam facere potest quoties expedit. 18. qō. 2. non semel. (Accesserit) nisi in morte. ſ. de test. officij. & c. requisisti. & de sepul. relatum. & c. de his. † (Vendicare) quia

1 hoc. c. de duplici lege mentionem facit. ſ. dioce. & iurisdi. ideò no. quòd ecclesiæ dioce. ad episcopum pertinent duplici lege. ſ. dioce. & iurisdic. & aliqui certis regulis distinxerunt, quòd illud sit de lege dioce. ſ. quòd in recipiendo consistit, vt est recipere tertiam oblationum & consimilia. Lex autem iurisdictionis consistit in conferendo, vt ordines & similia, tamē nobis non videntur hęc propria verba, nec alia ratione dicuntur lex dioce. & iurisdictionis, nisi quia sic assumpta sunt à iure. sup. de offi. ordi. dilec. vbi no. & eo. ti. vt iusta. & 10. quæstio. 1. cap. 1, 16. qō. 1. cùm pro vtilitate.

2 † Nos igitur quia de his propriam & generalem doctrinam inuariabilem dare nescimus, per singularia diuidemus hoc modo. Est ergò de lege dioce. perceptio cathedratici. 10. q. 3. c. 1. debita pars oblationum decimationū & mortuariorū. ſ. de offi. or. cōquerēte. 16. q. 1. quæsti. & c. decimas. 10. q. 1. de his. & c. antiquos. 12. q. 2. cōcessos. & c. vulterāe. & c. de reditib⁹. Itē q, missas

missas publicas cantet in qualibet ecclesia, & quod cathedram ponat vbi vult, vel causa prædicandi, vel audiendi causas. 18. qõ. 2. luminoso. moderatum auxilium petere à subditis. inf. de cen. cùm apostolus. Item pro negotijs ecclesiæ, potest episcopus clericis imperare quod vult, & eos mittere. 7. qõ. 1. quia frater. sup. de cle. non resid. decætero. sup. de ma. & obe. c. 2. Item ad exequias mortuorum. 16. qõ. 1. placuit. & vocatio ad synodum. 18. di. c. vlt.

3 † De lege iurisdictionis est causas audire, & omnia quæ circa iudicium aguntur, collatio omnium sacramentorum visitatio, ordinatio, correctio, inquisitio, excommunicare, interdicere, statuta facere super iudicijs vel accessorijs eorum, & etiam de vita officijs, & alijs huiusmodi institutio, destitutio, confirmatio & inuestitura. 12. dist. de his. & c. de illa. de conse. di. 3. c. 1. suprà. de consue. cùm consuetudinis. suprà, de offic. or. conquerente. & c. dilec. licet enim ibi permistim deponat ea, quæ ad vtramque legem pertinent. Ponit ibi etiam, quæ sunt de iure episcopali, quòd in prædictis duabus legibus consistit, sed per hæc statuta nunquam monachi tenẽtur ad aliquid contra regulam. suprà, de offi. archi. dilecto. tamen secundum hanc nostram declarationem omnia dicimus de lege iurisdictionis esse, à quibus monasteria exempta non sunt per canones, ea enim à quibus sunt exempta, & tamẽ sunt de iure episcopali. Dicimus de lege diocesana esse, cùm canones dicant esse monasteria lege dioce. exẽpta. 10. q. 1. c. 1. 16. q. 1. cùm pro vti. & ab eis canones dicuntur ea exempta, quæ de lege dioce. numeratim*. 16. qõ. 1. cum pro. 18. quæstio. 2. quàm sit. & c. luminoso. 12. di. de his. 10. qõ. 3. relatum. 18. q. vlt. §. vlt. Ad ea autem, quæ de lege iurisdictionis sunt, tenentur monasteria, & multò fortius omnes aliæ ecclesiæ. 10. q. 3. relatum. & q. 1. in sex primis. c. 18. q. 2. hoc tantùm monasteria abbates. & q. vlt. non semel visitandi. Item no. q, licet monasteria sint â lege diocesi exempta, tamẽ si habẽt populum, debent facere omnia, quæ pertinent ad legem dioce. & ad quæ ratione populi aliæ ecclesiæ tenentur, vnde debent si habent populum ad synodum ire. ℣. de maio. & obed. quòd super. 18. di. c. vlt. vt ibi no. imò si essent exempti, ex quo habent populum, qui non est exemptus, vel si habent non exempta membra. l. dioce. tenentur, in quantum lex dioc. populũ tangit, vel membra non exempta, inf. de priui. ex ore. in fi. benè tamen dicunt quidam, quòd si sint aliqua, quæ populum nõ respiciunt, quò ad illam legem dioc. non tenebitur, sicut in his, quæ eis donantur intuitu pietatis, vel religionis nullam partem per. l. dioc. habebis episcopus. 16. qõ. 1. cum pro vti. & sic eodem modo, si velit monachus pro negotijs communibus nõ populi sui, id est monasterij exempti, vel etiam non exempti dirigere, cùm ei prohibitum, & periculosum sit vagari. 16. q. 1. si cupis. placuit. peruenit. sed arg. contra. ea. q. q verè in parochia. sed illa. c. loquuntur, quòd de licentia abbatis faciant non de mandato episcopi, quia nihil nisi ratione populi percipere potest. 18. q. 2. luminoso. idem etiam dicunt, quod in nullis alijs ad. l. dioc. pertinentibus tenentur episcopo, nisi in his ad quæ aliæ ecclesiæ aliàs exemptæ ratione populi tenentur.

4 † Sed quæres cum exempti ad monasteria, teneantur ad debitam partem relictorum causa mortis. suprà, de testa. requisisti. suprà, de sepul. in nostra. & in c. de his. quare non eodem modo debitam portionem habebit de his, quæ non causa mortis dantur? cùm vtrunque sit debitum. l. dioce. 10. q. 1. decretum. Respondeo lex dioce. vt dictum est remissa est monasterijs, nec ad illam tenentur, siue habeant populum, siue non, nisi sint talia, quæ ratione populi debentur, vel dantur, quale est, quòd datur causa mortis, non autem tale est, quod datur inter viuos, vel dic aliud est in iure parochiali, quale est quarta sepulturæ, aliud in. l. dioc. sed hoc probatur esse falsum. sup. de test. requisisti. §. pe. vbi ad episcopum pertinet partẽ debitam habere, de legatis monasterijs, est ergò melior responsio, quòd partem de huiusmodi legatis recipere est. de. l. iurisdictionis quod sic probatur. Diuisio hæc fit propter sacramenta ecclesiæ, & inter eas ecclesias fit diuisio, vbi sacramẽta percepit. suprà, de sepul. c. 1. & c. de his. cùm autem collatio sacramentorum fit de. l. iurisdictionis. 16. q. 1. interdicimus. Et hæc diuisio quæ consequens est vel accessoria, ad collationem sacramentorum de. l. iurisdictionis dicenda est, sic etiam dici potest in quarta decimarum, quæ pro sacramẽtis dat, vel dic in quarta decimarũ nõ posset habere locum prædictã quæstionem, quia decimas non debet recipere monasterium, sed debet alij soluere. 16. quæstio. 1. alia. sup. de deci. nuper. & sic nõ debet soluere quartã decimarũ, quæ tantum

tum debetur de decimis acceptis, sed non potest habere monasterium ex donatione alicuius, nisi cum onere suo, & nullus donator potest plus donare, quàm partem suam. 16. q. 2. si quis. ergò & si vna ecclesia monasterio aliquam decimam donet, intelligitur donare partem suam, & aliorũ partes saluæ erunt, siue episcopi, siue cuiuscunque alterius, si autem perceptionẽ decimarum non quare tãtum dicis. l. dioce. scire debes ob hoc, quò ad possessiones, non esse exempta monasteria, nisi per priuilegium exempta probentur: vt no. sup. de deci. suggestum. ad personales autem, nec monachi, nec clerici tenentur. vt no. sup. de deci. nouum. & ideò perceptio illarum, non est de. l. dioce. vel iurisdictionis cùm non debeatur.

5 † Item no. quòd licet in aliqua ecclesia morentur monachi, nisi sit ibi congregatio, nihilominus. l. dioce. tenentur. 10. quæstio. 1. cap. 1. Item grangiæ non tenentur. l. dioce. infrà, de censi. c. vlt. capellæ autem monachorum vtraque. l. episcopis sunt subiectæ. 12. quæstio. 2. sanè. infrà, de priui. cum & plan. §. in ecclesijs. Quidam autem dicunt & multum probabiliter & monasteria non sunt exempta à quarta decimarum, vel mortuariorum, vel oblationum, siue in morte, siue in vita eis aliqua donentur, & hoc satis probatur. sup. de offic. or. conquerente. & de oblationibus est expressum. 16. quæstio. 1. in. c. ad hoc. quòd expressè loquitur de monasterio. nam Chartaginens. ecclesia monachorum est. Nec ob. 16. quæstio. 1. decimas. quæsti. quia quòd monachi habent decimas de proprijs laboribus, vt in prælleg. decre. dicitur, est ex priuilegio. sup. de deci. nuper. ex parte. suggestum. aliàs enim tenentur ad decimas. 11. quæstio. 1. alia. sed contra hoc est. 16. quæstio. 1. cum pro. 10. quæstio. 1. cap. 1. 18. quæstio. 1. quam sit. vbi dicitur, quòd ea quæ offeruntur monasterijs, non tenentur. l. dioc. Sol. isti benè fatemur, quòd non tenentur omnibus. l. dio. nam de. l. dioce. est. quòd singulæ ecclesiæ debeant conferre cum episcopo, quando vadit ad Papam, vel regẽ, vel ad synodum, vel quando facit expensas pro aliquibus negotijs communibus totius dioce. 10. quæstio. 3. vnio. & 12. qõ. 2. nobis. sed ab his collationibus sunt exempta monasteria, & sic videntur sonare prædicta. & c. maximè. c. quod est. 18. qõ. 2. quam sit. in fi. vel dic, quòd hæc non sunt de. l. dioc. sed iurisdictionis, quia de. l. iurisdictionis, dicitur esse omne illud, ad quod monasteria tenentur, nunquã enim in canonibus antiquis aliqua mentio fit de. l. iurisdictionis. sed noua decre. tantùm facit mentionem de ea, magistralia enim verba fuerunt. (Aestimetis) honesta seruitia ex constitutione vel consuetudine debita. 18. qõ. vlti. seruitium. 1. q. 3. quæsitum.

CAPVT II.

MONACHI. (Peculium) nisi pro iuncta administratiõe: vt. ℣. §. fe. (Parochiales) nisi ex dispensatione cũ cõsensu abbatis. 16. q. 1. in parochia cùm pro vtilitate. & c. doctos. simoniacus. si quis monachus. (Administratione) puta, quia est vestiarius vel eleemosynarius. (Donatione) hoc intelligitur, quando prioratus habent ius speciale annexum, vel distincta bona & appropriata à bonis monasterij, sed si sint de mensa abbatiæ dicti prioratus, tunc possunt indicere & statuere, quòd monachus cui committitur dict⁹ prioratus, certum quid soluat de reditibus dicti prioratus, sed non aliunde, & hi potius dicerentur ministri, quàm priores, quòd sonat in dignitatem. (Non mutentur) ab abbate si curam animarum non habẽt, si enim curam animarum habent, non possunt amoueri sine consilio episcoporum, qui eis curam animarum concedunt. sup. de præben. in Lateranens. (Non mutentur) de his enim cõfirmari possunt beneficia. sup. de præben. nisi essent. secùs in prioratibus, qui conceduntur ab abbate. ℣. de confir. vti. vel inuti. porrecta. ℣. eo. cùm ad monasterium. §. tales.

CAPVT III.

RECOLENTES. (Institutione). Qua dicitur institutum ne Cistercien. habeant villas ecclesias, vel alia quæ sequũtur. (Similem). C. locati. l. milites.

CAPVT IIII.

1 *Scandalum non facit extumulari, quòd extumulandum est.*

SVPER QVODAM. (Prohibiti). suprà, de sepul. sacris. no. propter scandalum non extumulari, quòd extumulandum est.

CAPVT

CAPVT V.

QVOD DEI TIMOREM.)Officium)in alijs poteſt laudare intẽtionem plebani, ſed factum eius in hoc laudandum non eſt, cùm in manibus ſui epiſcopi debuerit reſignare. ẽ.de renunc.admonet. (Coram fratribus ſanc. Victo.) No. quòd licet nõ dixerit, cui regulæ ſe denoueat, intelligitur illi ſe denouere, in cuius manibus fecit promiſsionem, nam eccleſia ſancti Victoris eſt regularis. (Promiſsionem) licet per hanc promiſsionem de futuro non ſit cenſendus regularis, quia tamẽ cogendus eſt, ex quo promiſit fieri regularis, idcircò reſpondet, ac ſi regularis eſſet. ſi. ẽ. tit.proxi.per tuas. (A Florentino) & Gon. conſentiente: vel ad minus priore & conuentu eius diſpenſatio tamen epiſcopi Florẽtini eſt. (Miniſtrares) in hoc enim credimus epiſcopum diſpenſare poſſe. (Licentia) quæ neceſſaria eſt. (In latera). ẽ.e.c. in ſecũdo. (Commodè) monachus autem nullo modo poteſt eſſe ſine monacho, & in hoc eſt ſpeciale de canonico regulari.ſup.e.c.a. (Canonicum) quòd hic non fuit canonicus regularis ex principio apparet, vbi dicit, quòd nec profeſsionem fecit, nec habitum aſſumpſit, quòd fuerit canonicus, hinc apparet, vt dicitur q habeat canonicum, & etiam ſuperiori argumento, vbi innuit quòd poſsit ad regimen ſecularis eccleſiæ aſſumi. Quidam dicunt, quod fuit canonicus, & licet à principio non fecerit profeſsionem, ex poſtfacto tamẽ fecit, vel ſi prius feciſſet, tamen modò Papa mãdauit, quòd faceret vt votum compleret. arg.ſup.tit.proxi.p tuas. ĩ. de ſpon. cõmiſsum. Vel dic, licet non multum videatur conſonare veritati, quòd non fuit canonicus, & epiſcopus cum voluntate prioris diſpenſauit, quòd non fieret canonicus licet vouiſſet, & permutauerit votum magis vtile, quòd licet. arg. ẽ. tit.proxi. c.1. & c.magnę. & monetur habere canonicum, vt regulariter viuat. Nec contradicit decre. per tuas. quia ibi non diſpenſabatur cum eo, vt non obſtante voto haberet epiſcopatum, vel ibi aliud eſt in electo ad epiſcopatum, vbi benè debet cõplere votum, quia ſine diſpenſatione poteſt fieri epiſcopus. Aliud in plebanatu, ad quem tranſire nõ poteſt ſine diſpenſatione. 55. di. priſcis. melius ergò fuit eum non fieri canonicũ, & permutare vorũ, quàm canonicũ fieri, & poſtea ex diſpẽſatiõe archipresbyterũ.

CAPVT VI.

1 *Quis proprie dicatur monachus.*
2 *Peccat Papa diſpenſando ex cauſa non iuſta.*
3 *Non valet diſpenſatio in his quæ ſunt contra votum tacitum vel expreſſum.*
4 *Conditori conſtitutionis licet diſpenſare ſine cauſa cognitione contra ſuam conſtitutionem.*

QVM AD MONASTERIVM. (Exhibere) etiam de carnibus, in hoc enim poteſt diſpenſare abbas, ſicut in propria cella habenda. 20. quæſtio. vlti. monachum & circa ordinẽ. infrà, de eo qui fur. or. re. cum H. & circa canonem latæ ſententiæ, infrà, de ſen. excom. cùm illorum. alij tamẽ dicunt, quòd nunquam licet veſci carnibus, nec abbati licet diſpenſare.

1 (Prævaricator) abbas † (Annexa) hæc autem ſunt annexa ordini à iure poſitiuo, quod probo, monachus autem nihil aliud eſt, quàm ſolitarius triſtis. 16. q.1. placuit. ſi igitur plura imponantur, illud eſt impoſitum à conditore iuris, & ex hoc patet, q Papa poteſt diſpenſare cum monacho, quòd habeat proprium vel coniugem, cũ poſsit ordinem & naturam, quam dedit ordini, & ſubſtantiam tollere.

2 † (Summus) niſi ex cauſa, quanquam enim Papa diſpenſet niſi iuſta cauſa ſubſit, peccat, & diſpenſans, & cum quo diſpenſatur. Nos dicimus, quòd nunquam valet diſpenſatio in proprio, & in talibus licet ex cauſa poſſet concedere ei, quòd peregrinetur, & portet ſecùm viaticum, illud tamen non poſsidebit ſuo nomine, ſed nomine monaſterij, vnde de eo non poterit teſtari.

Et hæc vera ſunt niſi magna cauſa, & vera ſubeſſet, videtur tamen quod ſi diſpenſaretur cum monacho in caſu, in quo cum eo diſpenſari nõ debet, vtputa quod habeat vxorem, & non eſt neceſsitas, vel vtilitas diſpenſandi, ſi tamen contrahat cum aliqua, credens bonam diſpenſationem & licitam, quòd tenet matrimonium, licet ille qui fuit monachus, ſemper peccet exigendo debitum, & non reddendo, quia verum matrimonium eſt inter eos. Ratio diuerſitatis eſt, quia ex diſpenſatione habendi proprium nemini præiudicatur, nec alicui prodeſt, nec obeſt niſi cum quo diſpenſatur, vnde niſi ibi ſit vtilitas, non valet diſpenſatio, ſed ſecùs eſt in matrimonio, vbi diſpenſatio prodeſt

deſt alij, ſcilicet coniugi vel præiudicat, imò & ibi idem quodammodo eſt, ſcilicet quia monacho cum quo diſpenſatum eſt malè, ſuper matrimonio non prodeſt diſpenſatio quin ſemper peccet.

3 †Item not. quòd quidam dicunt, & fortè non malè, quòd licet in his quæ ſunt cõtra votum tacitum vel expreſſum, & in alijs quæ ſunt contra euangelium nõ poſsit diſpenſatio, niſi ex cauſa fiat, & fortè idẽ intelligẽdum eſt ſi diſpenſetur in his, quæ ſunt contra generalem eccleſiæ, non
a 4 tamen hoc eſt verũ a in his diſpenſationibus, quæ fiunt contra ius poſitiuum tantùm, ſicut apparet in ſtatutis, quæ facta ſunt de ordinibus faciendis intra certa interſtitia temporum: vt 86. di. per totum. & quod quis non poſsit habere, niſi duas curas: vt ſuprà, de præben. c. de multa. & de elect. dudum. in his enim diſpenſationibus ſufficit ſola voluntas diſpenſatoris, etiam ſine cauſa, quod probo, nam ſi ſola voluntaria cõſtitutio erat cauſa, quare aliquid prohibeatur, & ſola voluntas erat cauſa, quare prohibitio relaxetur, quia eius eſt deſtruere ius, qui illud condidit, nec tenetur princeps ſua lege ligatus. C. de leg. digna. & res facilè redit ad ſuam naturam. ff. de pact. ſi vnus. §. pacta. tamen ſicut lex eadem dicit ipſe, tamẽ benefacit ſi ſuam legem ſeruat.

4 †Item licet b conditori conſtitutionis diſpenſare ſine cauſæ cognitione ex certa ſcientia contra ſuam conſtitutionem, nõ tamen alijs quibus conceſſum eſt diſpenſare, licet diſpenſare niſi cum cauſæ cognitione, & ſi diſpenſant, non valet diſpenſatio, vel reuocatur, & ipſi peccant, & puniuntur. 51. diſt. qui in aliquo. (Licentiã) benè dicit licentiam, quia voluntariam tantùm & ſine cauſa, nam & ſi cauſa ſubeſſet, benè poſſet diſpẽſare, quod proprium haberet. Quid enim ſi tota Chriſtianitas, vel etiam aliqua pars eius eſſet in periculo, niſi monachus fieret rex, fortè quia non eſſet alius, qui ſciret aliquod regnum regere, vel poſſet niſi monachus, nónne dices quòd fiat rex, nónne quilibet debet ſe totum in holocauſtum offerre Deo, vt in eo, quod ſibi plus placet præeligat ſeruire, ſed præ omnibus placet ei, quòd creaturam ſuam rationabilem & temporalem conſeruet, pro quo etiam ☞ ipſe animam ſuam poſuit. † Item nónne peccat, qui minus bonũ maiori bono præponit. ſup. de reg. licet. in fi. 11. q.3. ſi quis di. & c. væh qui dicitis. Item cõmunis vtilitas præfertur priuatæ. 7. quæſt. 1. ſcias. & c. mutationes. Item ſi propter communem vtilitatem poteſt fieri epiſcopus. inf. eod. licet & etiam clericus. 55. di. priſcis. 16. q.1. ne pro cuius. quare non eodem modo rex, ſed fortè reſpondebit conditor, concedo quòd fiat rex, ſed non habebit proprium, quia regnum commune eſt, & quæ acquiret, regno acquiret. arg. pro his. 18. quæſt. 1. cap. 1. infrà, de priui. cùm olim. Sed contrà, quid ſi non poteſt eſſe ſalua Chriſtianitas, niſi regnum in ſuum proprium accipiat illud ſuis hæredibus relinquendũ, quia fortè habebat filios, ante- ☞ quàm fieret monachus. †Item quid ſi dixerint ei illi, qui poſſunt dare regnũ, oportet quòd ſi vis habere regnũ, accipias hãc reginam in vxorem, aliàs dabimus eam infideli vel tyranno, an hic ita diliges contemplationem huius monachi, & continentiam hominis vnius, & ita reputabis Deum crudelem, quòd nolit per prouiſionem vicarij ſui huic Chriſtiano prouideri. Item Papa fecit conſtitutionem, quòd etiam ille, qui vouit ſimpliciter, ſi contrahat, quòd tenet matrimonium. infrà, qui cler. vel vo. rurſus. 17. quæſt. 2. Gonſaldus. ſuprà, de conuer. coniug. placet. quare non eodem modo poteſt diſpenſare? Item fecit conſtitutionem, quod vxor vnius alij nubat. infrà, de diuor. gaudemus. §. pe. Item ex conſtitutione eſt, quod minor 14. ann. non poteſt ſe obligare religioni. ſuprà, de reg. & tranſ. ad noſtram. quod eſt contra ius naturale, quia ſicut puer ex quo doli capax eſt poteſt ſe diabolo obligare eodem modo & Deo. Item Papæ dicitur, quodcunque ligaueris etc. Item in quolibet voto intelligendum eſt, niſi aliter Deo placet, ſed credendum eſt, quòd Deo aliud placeat, ſi vtilitas ſubeſt, quod contra votum faciat. Item ſicut dicitur, quod non intelligitur venire contra votum, qui facit contra illud authoritate ſuperioris, qui eſt vicarius Ieſu Chriſti, ſicut in matrimonio. ſuprà, de transla. c. inter. in prin. Nec ob. prædictis, quod dicitur, vouete & reddite, vouere quidem eſt voluntatis, ſed reddere neceſsitatis, quia benè intelligitur votum Deo reddere, qui ſe eius diſpoſitioni committit, & quia magis eius beneplacitum facit, vt prædictum eſt. ſuprà, de vo. & vo. magnæ.

a *Non tamen hoc eſt verũ. Spe. inf. ti. de leg. §. nunc breuiter. ad fin. verſ. 15. in voto. & Car. in repe. c. perpendimus. inf. de ſentẽ. excõi. col. 8. ſequũtur Inn. hic. et Abbas in c. fraternitatibus. & ibi Io. de Ana. inf. de ſchiſma. et de veritate vide p vo. rurſus. 17. quæſt. 2. Feli. in c. ad audiẽtiã. el. 2. col. 4. ver. nihilominus. attẽde benè. ſup. de rele. §. pe.*

b *Itẽ licet conditori. Adde quòd idẽ tenet ipſe Inn. in c. veniẽs. ſuprà, de fil. presby. in gl. 1. in fi. & gl. in. c. ſi qui. 8. diſt. in. gl. 1. in fi. et not. Io. de Imol. in l. quidã cõſulebat. ff. de re iu. & refert Fel. in c. ad audiẽtiã. el. 2. colũ. 3. verſ. omnia aũt iſta. ſup. de re. Et adde eũdẽ Feli. in. c. quæ in eccleſiarum. co. 13. in prin. ſup. de cõſti. & ibi alleg. concord.*

CAPVT VII.

1 *Non possunt visitatores rectorem alicuius loci remouere, sed episcopo nunciare.*
2 *Parochia regenda est authoritate episcopi.*
3 *Ad quem pertineat electiones confirmare de prioribus fratrum facta. & in nu. 5. & 7.*
4 *Non potest archidiaconus de iure præsentatum sibi à patrono sine episcopi licentia instituere.*
5 *Degradatio priorum pertinet tantùm ad episcopum.*

IN SINGVLIS. (Abbatum atque priorum) non exemptorum. infrà. c. proxi. §. hæc eadem. (Aduocent) capitulum abbatum & priorum, qui conueniunt ad generale capitulum, & factis etiã his primordijs. Item capitulum totum, vel maior pars eliget quatuor abbates, qui præsint capitulo. (Qui) Cistercienſ. (De ipsis) abbatibus qui conueniunt ad capitulum prælationis, isti cùm sint prælati, ordinariam iurisdictionem non habent, sed delegatione Papæ funguntur. Item de visitatoribus abeis deputatis, nam delegatione Papæ non istorum quatuor funguntur: vt infrà eod. c. ibi. (Vice nostra) vel dic quòd est ordinario iure istorum ab hac constitutione eis concessa.

4 †(Denuncient) no. quòd remouere non possunt, sed tantùm episcopo nunciare, & cùm tam episcopus, quàm hi visitatores habeant iurisdictionem cognoscendi, vel inquirendi, de his occupantis melior erit conditiò: vt. ff. de procu. pluribus. Alij tamen dicunt, quod visitatores non procedent, nisi primò moneant episcopum, & apparet eius negligentia. argu. suprà, de offi. ordi. quanto. 9. quæst. 3. nunc verò. Vel dic & melius, quòd ambo visitabunt, & erit fortè vtraque ordinaria. argu. inf. eod. cap. §. porrò. Item simile. inf. cap. proxi. nec est contra. suprà, de offi. or. cap. 1. vbi innuitur, quòd visitatores possunt deponere, quia ibi non erant tantùm visitatores, sed inquisitores & iudices, vt ibi colligitur. Alij dicunt aliter in generali visitatore, & sic loquitur hîc aliud in speciali, & sic loquitur. c. 1. primò dictum placet. (Diocesani) episcopi enim curam gerunt suarum diocesium. suprà, de offi. or. pernicioſam. Iura) quorum ipse dioceses existere dignoscuntur. 9. q. 2. nullus primas. & in alijs ca. seq. & ideò cùm ipsi curam habeant, ad illos pertinet ipsam committere. de offi. ar. cùm satis. 16. q. vlt. nullus.

3 † Omninò) vnde episcoporum authoritate cura, siue administratio gerenda est, & parochia regenda. 10. q. 1. regenda. ac ipsis de huiusmodi cura, vel regimine respondendum. 16. q. 2. sanè. sup. de prębẽ. in Lateranenſ. & de priuil. cùm & plantare. §. in ecclesijs. & ita talibus prioratibus quibus cura populi est annexa priores instituti debent per episcopos.

Et hoc est verum quando per ipsos cura geritur, nam & secundum antiquos canones monachi possunt assumi ad regimen ecclesiarum parochialium. 16. quæst. 1. doctos. &c. in parochia. 55. di. priscis. & sup. eod. quòd Dei. secùs autem quando per presbyteros seculares, quia tunc ipsi presbyteri & non monachi instituendi sunt per episcopos de consilio monachorum. inf. de cap. mo. in ecclesijs. Item hoc est verum, quando tales prioratus vel ecclesiæ pleno iure non subsunt religiosis, secùs aũt si pleno iure subsunt. 16. quæst. 2. visis. & in præal. decr. in lateranenſ. &c. cùm & plantare. † Item pro grauiculpa destituendus est aliquis & authoritate superioris, videlicet episcopi dioc. 16. q. vlt. inuentum. & sup. de fo. compe. postulasti. circa maiora namq; periculũ vertitur. 42. di. gescamus. & ideò huiusmodi grauia & difficilia diocesanis referenda sunt in suis diocesibus. de of. archiepiscopi, singulæ. in fi. ardua sine episcopis nequeunt terminari. sup. de off. arch. ad hæc. ver. itẽ in episcopalia. Difficilia enim superioribus sunt intimanda. sup. eod. circa medium. 16. di. multis denuò. in fi. & licet correctio religiosorum ad suos prælatos regulariter pertineat. sup. de offi. or. quanto. & 90. di. si quis. si tamen aliquid graue & difficile emergat, ad cuius correctionem detentio abbatis non sufficit, prouidentia diocesani est super hoc adhibẽda. de sen. exc. monachi. & c. cùm illorum. de præscrip. cùm olim. vbi dicit, quòd præsentia in leuibus culpis pertinet ad abbatem, maximè autem prouidentia & diligentia tunc adhibenda est, cùm præficiuntur aliqui in prælatos seu rectores, seu etiam amouentur de elect. nihil. & 6. quæst. vlt. c. fi. vbi dicitur, quod de tanta re, scilicet quando inquiritur de dignitate alicuius prælati, vt remoueat, vel det ei coadiutor, nõ segnius est agendũ. Itẽ priores qui sic per electionẽ instituunt, nõ possunt mutari sine manifesta & rõnabili causa, vt dictũ est, vcz. si fuerint dilapidatores etc. vt p dicta decr. monachi. §. vlt. sed siue sint abbates, siue priores, vtpote in monasterijs q̃ abbates non

non habent proprios, & inueniantur dilapidatores, vel aliàs meritò amouendi per diocesanum remouendi sunt, dummodò non sint exempti. sup. eo. vt ita q̃. inf. eo. c. proxi. §. horum. si abbas. &. §. vl. præterea. quamuis huiusmodi priores immediatè subsint suis abbatibus, in illorum iussionibus intendere, & obedire debeant, non videtur tamen posse amoueri per eos incõsultis diocesanis, sicut video, quòd licet custos ecclesiæ in cunctis iussionibus archidiaconi obedire debeat, & ei subsit, nõ tamen eum si minus idoneus sit abijcere, vel amouere potest inconsulto episcopo. de offi. cu. c. 1. Item videtur quòd in prioratibus in quibus per electionem collegiorum suorum instituuntur priores, gerẽda est administratio authoritate diocesanorum.

Sed obijcitur contrà, quia si in monasterio subiecto alteri fiat prælati electio, præsentanda est de iure abbati, vel collegio superioris monasterij, vt ab eo si canonica fuerit confirmetur. de consue. cum dilect. circa fi. ita ordinatio inferioris monasterij plenè pertinet ad abbatem superioris. de relig. do. quia monaste. Si ergò superior abbas confirmare habet electionem abbatis, vel prioris sibi subiecti per confessionem consequitur quis liberam administrationem. de elect. transmissam. videtur quod in talibus prioratibus authoritate suorum abbatum administratio geri debeat, sed cõtra quia videt, quod nec in istis, nec in alijs prioratibus, qui non habent populum, vel in quibus non instituuntur priores per electionem, administratio geri debeat authoritate abbatum, quia institutio & destitutio de iure ad diocesanum pertinet, & de. l. iurisdictionis est. 3. de offi. or. conquerente. de insti. cùm venissent. de hære. cùm ex iniuncto. in fi. Item omnes ecclesiæ dio. sub potestate episcopi sui consistunt, & ad ipsius ordinationem pertinẽt. 16. quæst. 7. omnes basilicæ. 10. quæst. 1. decretum est. Sol. circa huiusmodi prioratus, qui parochiales non habent, & qui per electionem collegiorum suorum, sed monachi tantùm manent in eis, & abbates plenè, id est, ex sua fundatiõe in eisdẽ obtinẽt tẽporalia, ideò permissum est & obseruatum, sicut creditur, quod ponantur in eis priores, & remoueantur ad mandatum suorum abbatum, vt in religionibus magis vigeat, & ☞ obseruetur obedientia. † Et ideò huiusmodi prioratus propriè appellantur obedientiæ. sup. eod. cùm ad. §. tales. vnde tales priores ex eo, quod sic præficiuntur nõ possunt, nec debent assumere sibi authoritatem continuæ prælationis, imò cùm expedierit absque cõtradictiõe mutari possunt, sicut dicitur de præsidentib. capitulis generalibus. 3. eo. c. si enim tales instituerentur, & ponerẽtur per episcopos, aut de suo consensu vel authoritate, non possent postea sic ad abbatum consensum remoueri. de offi. archi. ad hoc. ar. 3. de trãsact. decætero. propter quod etiam talibus suæ administrationes non confirmantur. sup. de con. vti. vel inuti. porrecta. & ideò in huiusmodi prioratibus ponũtur & deputantur priores pro voluntate suorum abbatum, & etiam amouentur vt in præall. §. tales. & de priui. quoniã per cõfessionẽ vbi fit mẽtio de clerico, vel monacho deputato à monasterio ad regimen alicuius ecclesiæ diocesano subiectæ. 16. q. vlti. si quis vult. dicitur enim, quod si abbas vult ad meliorem locum transmutare monasterium faciat hoc de cõsilio episcopi, sed dimittat in priori loco presbyterum ad exercenda ipsius ministeria, & ita ad abbatem pertinet deputare ad regimen talium locorum personas, secùs autem est in prioratibus, in quibus creãtur priores per electiones capitulorũ suorum, quia tales priores pleniusius assequuntur in prioratibus ipsis, ad quos vocantur per sua capitula, quia per electionem & confirmationem acquirunt eos de accu. super his. & quasi vt abbates in loco ipsorum præsunt ibi: vnde sic leuiter amoueri non possunt ab eis, imò etiam si transferendi sunt ad maius officium, hoc fieri debet de cõsilio fratrum locorum, in quibus præsunt. sup. eo. monachi. §. priores. 58. dist. c. 2. 19. q. 3. statuimus. huiusmodi enim trãslatio quasi quædam alienatio est personæ, sunt autẽ pretiosiores personæ, quàm res. 12. q. 2. præcipimus. vnde sicut res absq; consensu capituli alienari nõ potest. 12. q. 2. sine exceptiõe. sic nec persona: monasteria verò bona sua alienare nõ possunt absque permissione & licentia episcopi. 12. q. 2. abbatibus. 17. q. 4. in venditionibus. Et ita in translatione taliũ priorũ, quæ fieri debet de consilio fratrũ, necessaria erit licentia & permissio episcopi, multò fortius quã in trãslatione vel alienatione rerum. sup. de renun. admonet. vnde apparet, quòd in creatione & mutatione talium priorũ, quæ fieri debet de consilio fratrum necessaria erit licentia, plus iurisdictionis &

authoritatis habẽt dioceſani, quàm in inſtitutione & deſtitutione aliorum.

3 †Sed quis confirmabit electiones taliũ, & ipſos inſtituet, videtur quod abbates ſuperiores, ſicut allegatum eſt. ſup. ſed certè ſatis videtur incongruũ, quòd aliquis prioratum, vel eccleſiam aliquam intret, & adminiſtret irrequiſito dioceſano, cui ſubeſt, vt in prædicta decre. admonet. ad dioceſanum pertinet cuſtodia eccleſiarũ vacantium ſuæ dioceſis. de inſti. cùm veniſſent. vnde ipſo inconſulto intrare non debet, quia derogaretur propter hoc iuri epiſcopali. de priui. paſtoralis. Poteſt ergò reſpõderi, vt fiat differẽtia inter inſtitutionem, & confirmationem. Confirmatio enim eſt propriè appropriatio proceſſus in electione habiti, & quantum ad formã electionis, & quãtum ad perſonam electi. ſup. de ele. nihil. inſtitutio autem fit in eccleſia de ipſo electo approbato iam & admiſſo, quando. ſ. inueſtitur de illa de iure pa. quòd autem conſultationibus, indifferenter enim vtitur ius his vocabulis inſtitutione, videlicet & inueſtitura. de com. præb. poſt electionem. quia & inueſtiri dicitur aliquis de eccleſia, vel præbenda. de com. præb. propoſuit. & inſtitui in eccleſia de præbẽ. dilecto. vbi dicitur, quòd vno iure indiuiduo vacante ſine præbenda, duo inſtitui non poſſunt ad illud. de ſup. neg. præla. literas. inueſtitura autẽ fit poſt confirmationem. de ap. conſtitutus. vnde poteſt dici confirmatio electionis, quod in talibus prioribus de iure pertineat ad abbates ſuos: vt prꝫalleg. decre. de conſue. cũ dilect. Inſtitutio aũt ad dioceſanos locorum, ſicut examinatio & approbatio clericorum, qui præficiendi ſunt beneficijs eccleſiaſticis, & inſtituẽdi in eis, pertinet ad ſuos archidiaconos: inſtitutio verò ad epiſcopos. de offic. archid. ad hæc in verſ. in quadam.

4 † Et quod inſtitutio tam abbatum, quàm priorum in officijs ſuis ſpectet ad dioceſanos, ſatis innuitur. 15. quæſt. 2. cap. & c. cellulas: & ita abbates confirmabunt electiones, & approbabunt priores electos dioceſani verò illos inſtituent. de offi. archi. ſuper eodem. vbi dicitur ſi alicui permittitur aliqua eccleſia ordinanda de perſona idonea ad præſentationem patroni, licet rector qui inſtituendus fuerit præſentandus ſit illi, cui commiſsio facta fuerit, & ipſe eam admittet, non tamen ipſum conſtituet, ſed epiſcopus vel archidiaconus ad quẽ inſtitutio pertinet, quia non eſt intentio committentis ſuper hoc præiudicare epiſcopo vel archidiacono.

5 †Item & ipſe archidiaconus, non poteſt de iure præſentatum ſibi à patrono ſine conſenſu & licentia epiſcopi inſtituere in eccleſia. ſup. de offi. archi. cùm ſatis. de ſen. & re iudi. cùm Bertoldus. niſi aliter obtineat de præſcripta conſuetudine. de deci. dudum. de offi. archi. dilecto. de exceſ. præla. ad hæc. ſi ergò ad dioceſanos pertinet talium priorum inſtitutio, nec debent difficultatem adhibere vel ingerere in ipſorum inſtitutione, poſtquam examinati & approbati ſunt per ſuos abbates, ſicut fit in his, qui promouentur ab epiſcopis ad ordines. 14. di. quando. & de offi. archi. vt noſtrum. & in his qui præficiendi ſunt eccleſiaſticis beneficijs, quoniam vt dictum eſt examinandi ſunt prius à ſuo archidiacono, & poſtea per ipſum præſentandi epiſcopo, vt eos præficiat. de offi. archi. ad hæc. in ver. in quadam. poſtquam verò examinatus aliàs eſt diligenter & approbatus per illum, ad quem pertinet, hîc non eſt denuò examinandus. de æta. & quali. accepimus. de offi. deleg. licet de purg. ca. dilect. in fi. & ſufficit monachis teſtimonium ſui abbatis. 16. quæſt. 1. monachi vagãtes, niſi fortè aliquis promotus ad vnam dignitatem vocetur vel poſtuletur, ſeu eligatur poſtea ad aliam, quia tunc opportuna eſt poſtea alia examinatio. Poteſt enim aliquis eſſe idoneus ad vnam, & non ad aliam, de elect. in cauſis. in fi. vnde abſque difficultate dimittẽdi ſunt, ſiue inſtituẽdi tales priores ab epiſcopis: ſicut ſine difficultate & abſque iudiciorum ſtrepitu amouendi ſunt ab eis, poſtquam denunciatum fuerit epiſcopis per illos, ad quos denũciare ſpectat, quod ſunt indigni. inf. c. proxi. §. quòd ſi abbas. &. §. vlti. de accu. qualiter. in fi. & ſi fortè in eorum inſtitutione malitiam adhiberẽt, poſſet ſuper hoc haberi recurſus ad ſuperiorem. de iure pa. nullus. & in prædicta decr. ea quę. §. quod ſi abbas. 16. q. fi. decernimus. arg. de iure pa. paſtoralis. in fi. de elect. publicato ſecundum præmiſſa poteſt dici, quod inſtitutio in talibus prioratibus pertinet ad dioceſanos, confirmatio verò electionis eorum ad abbates.

6 †Sed ponamus, quòd inſtitutio etiam talium priorum pertinet ad ipſos abbates, nõ tamẽ eos poſſent authoritate propria inſtituere corporaliter, de huiuſmodi incorporali inſtitutiõe in beneficijs & dignitatibus loquitur decre. ad hæc. de offi. archi. in verb. in quadam. nam per ipſam inſtitutionem, quæ conſiſtit in conceſsione, ſiue in collatione beneficij, vel dignitatis nõ adipiſcitur quis poſſeſsionem, ſed poſtea inducitur. de ſen. & re iu. cùm Bertholdus. circa prin. & de conceſ. præben. poſt electionem. in fi. nec per inueſtiturã intelligitur quis adeptus eſſe poſſeſsionẽ. de dona. p tuas. de cõceſ. præb. propoſuit. vnde non liceret huiuſmodi prioribus, & pro eorum inſtitutione ſpectaret ad abbates prioratuum poſſeſsionem ingredi, & eos gubernare ac adminiſtrare ibi authoritate propria, irrequiſitis dioceſanis. de priui. paſto. in fi. de fo. compe. romana. c. contrahentes. & 16. q. 5. ſi quis epiſcoporum. vbi dicitur, quòd ſi prælatus in eccleſia ſua, quam habet in alia dioceſi voluerit ordinare clericos, vel inſtituere, quòd idẽ eſt, vt de arbi. non ſine. vel ſi ordinati ſunt, & inſtituti, acquieſcat eos habere & regimen & gubernatio eccleſiæ ad eum pertinet. Et ita cum cõſcientia & permiſſu dixi in eccleſijs ſuæ dioceſis adminiſtratio eſt gerenda, ſiue pertineat ad abbates cõfirmatio, & ad epiſcopos inſtitutio taliũ priorum, ſiue vtrunque ad abbates, adminiſtratio tamẽ gerenda eſt authoritate & permiſſu epiſcoporũ, nã dec. de ele. cùm in cunctis. §. cùm verò. diſtinguit hęc tria, electionem, confirmationem, & adminiſtrationem.

Sed qualiter reſpondetur ad alias decre. noſti. & tranſmiſſam, de cle. in quibus dicitur, quod per confirmationem quis habet plenam & liberam adminiſtrationem, & dicendum eſt, quòd refert, an cõfirmet is, qui eſt ordinarius loci & plenam poteſtatem habet à iure, vt archiepiſcopus quantum ad ſuos ſuffraganeos, & epiſcopi quantum ad prælatos eccleſiarum ſuarum dioceſum ſibi ſubiectarum, & Papa quantum ad omnes, quia ſuper omnes ordinariam habet poteſtatem, an confirmet alius, quia ſi archiepiſcopus, vel epiſcopus aut Papa confirmet, ex ipſa confirmatione intelligetur ei cõceſſa eſſe adminiſtratio, vt prædicta decret. tranſmiſſam. & c. noſti. & intelligitur eſſe inſtitutus & accepiſſe per hoc inſtitutionem, de ſimo. ſicut tuis. vbi dicitur, quod petita fuit cõfirmatio, & poſtea ſequitur quòd accepit inſtitutionem, ſicut petiuerat, vnde pro eodem ponit confirmationem & inſtitutionem, & hoc accidit quia huiuſmodi confirmatores pleniorem habent authoritatem, & res vel loca plenius ſubſunt eis,

maximè in ſpiritualibus, propter quod eis competit inſtituere, de elect. quęrelam. & ideò efficacior eſt eorum confirmatio, & intelliguntur per hanc inſtituere, quia nõ exigitur alicuius alterius conuenientia, vel aſſenſus, ſecùs autem eſt, quando alij confirmant, qui non ſunt locorum ordinarij, quia non ſic plenè præſunt illis, vnde alterius, videlicet ſuperioris, vtpote dioceſani, qui plenius curæ ac regimini eſt conueniẽtia expectatur, ſicut dictum eſt. ſup. vel poteſt aliter dici confirmatio electionum in talibus prioratibus pertinet de iure ad ipſos dioceſanos, quoniam ad ipſos ſpectat regimẽ animarum committere. 16. quæſt. vlt. nullus omninò. Et ad illam decre. de conſue. ſic reſpondendum eſt, quia monaſterium Carrofenſ. dicebat quod fratres Andrenſ. monaſterij dicebãt in Carrofenſ. capitulo aliquẽ de gremio ipſius monaſterij Carrofenſ. eligere ſibi in abbatẽ ꝓpter ſtatuta dioceſani epiſcopi, qui conſtituerat, ꝙ electio prioris, vel abbatis monaſterij Andrenſ. penderet penes fratres ipſius loci, & capitulum Carrofenſ. monaſterium verò Andrenſ. dicebat, quòd de iure communi, & priuilegio ad ipſos fratres tãtùm pertinebat electio, & Papa reſpondet, quòd illud ſtatutum poteſt ita ſanè intelligi, vt nec iuri cõmuni, nec priuilegio derogetur per ipſum, videlicet vt ad fratres Andrenſ. monaſterij ſpectet electio, & ad capitulum Carrofenſ. confirmatio. Sed non eſt ita intelligendum, quòd de iure communi pertineat confirmatio ad Carrofenſ. capitulum. Nec ad hoc ſe refert decre. cùm dicit quòd ſtatutum illud non obuiat iuri communi, quia non erat quęſtio de confirmatione, ſed de electione ſolum, quam de iure communi dicebat ad ſe ſpectare Andrenſ. monaſterium.

Vnde ſtatutum illud ſic poteſt intelligi, quòd non obuiaret iuri communi, ꝙ eſt vt congregatio ſibi abbatem eligat. 16. quæſt. vlt. c. fi. & tamen ſtatutũ ipſum cõcedebat capitulo Carrofenſ. videlicet ius confirmandi, quòd ipſe dioceſanus videtur ei conceſsiſſe huiuſmodi ſtatuto, nam aliàs ſtatutum ipſum fuit inane, niſi aliquid ſpecialiter indulſiſſet. de ver. ſig. abbate. circa fi. non obuiat huic intellectui decre. illa de reli. do. quia monaſteriũ dicitur enim ibi, quod vnum monaſterium fuit vnitum alteri. Vnde ipſe erat abbas vtriuſque, & amborum adminiſtrationem & ordinationem habebat, nec

præficiebatur alius in vno, & alius in altero, sed quia vtrunque incongruum videtur, quod in alio prioratu subiecto monasterio, vel abbati confirmetur, vel instituatur prior inscio ipso abbate, cui subest prioratus, ideò potest dici, quòd electio quæ in tali prioratu celebratur, denuncianda est abbati, cui subest per eum, & per electores, vel per illos, cum eius conuenientia præsentando dioc. de ec. edi. ad audientiam. & de elect. sacrosancta.

7 †Et ita dici potest, quòd cõfirmatio talium electionum ad dioc. pertinet, & sic eorum authoritate geri debet administratio, nisi aliud abbatibus de iure competeret speciali. vt sup. notatum est. Vel nisi circa institutiones & destitutiones abbatũ, & huiusmodi prælatorum & religiosorum aliud obtineat, & obseruetur ex regula & institutione sui ordinis approbata, sicut patet in Cister. de fi. ne Dei.

8 †Degradari autem huiusmodi prælatos, vel priores ad solum episcopum pertinet. 15. quæst. quinta. c. 1. & seq. & 16. quæst. secunda. visis. in cellis autem quæ fieri deberent infrà sepia monasterij. 20. quæst. sexta. c. fin. nullum instituere vel destituere debent episcopi. 18. quæst. secunda. quam sit. Alij dicunt, quòd non solùm in prioratibus, qui habent curam, sed etiam in alijs, & etiam in his, vbi est prior datus ab abbate, semper est præsentatio facienda episcopo, & per eum confirmatio facienda. (Præcauentes) ipsi episcopi vel visitatores. (Eos) episcopos vel visitatores (Personis) no. eos qui præsunt capitulis celebrandis habere iurisdictionem super eos qui offendunt monasteria.

a *Remouere. Adde q̃ hoc intelligi debet in proprio visitatore, siue sit generalis siue specialis, & ita intelligas sup. not. c. proxi. quãdo autem esset non solũ visitator, sed inquisitor & iudex posset deponere, vt in c. dilectus. sup. de rescriptis. & ita Hen. Bohic. ibi.*

CAPVT VIII.

1 *Visitatores possunt punire monachos, deponere verò & remouere non possunt.*
2 *Ordo iudiciorum in inquisitionibus abbatum non est seruandus.*
3 *Exempti an post depositum officium teneantur reddere rationem de ijs quæ malè gessit, vel quæ male administrauit.*

EA QVAE. Hoc c. loquitur de visitatoribus deputatis à præcedentibus capitulis (Cõci.) ſ. c. proxi. (Normã) fortè nimis leuem, †Monachos) hîc apparet, quod visitatores possunt punire monachos, & ad abbatem remittere puniendos, vel dic melius, quod non possunt punire delinquentes monachos nisi essent contumaces, vt puta quia, cùm visitatores vellent interrogare de statu monasterij, ipsi nolebant respondere, vel alio modo visitationem eorum impediebant, & sic hîc loquitur. Puniatur) suspensionis pœna, vel interdicti. deponere enim non possunt, vel remo-
6 uere 4. suprà, cap. proxi. §. ordinentur. Vel dic melius, quod non suspendentur, vel interdicentur, nisi per episcopum, sed disciplinam publicè recipiant in capitulo, & hoc videtur sonare litera. (Iu-
2 diciorum.)† No. in inquisitionibus Abbatum non esse seruandum solitum ordinem iudiciorum. infrà, de accu. qualiter. 2. in fi. & de simo. per tuas. † (Ab administratione) hoc specialiter conceditur sibi in exemptis propter periculum moræ, & longam absentiam Papæ (Portet) à diocesano vel à Papa.

TITVLVS XXXVI.

DE RELIGIOSIS DOMIBVS VT EPIscopo sint subiectæ.

CAPVT I.

1 *Si dubitatur, in cuius dioecesi sit basilica consecranda, ille episcopus consecrabit qui prius in illo loco episcopalia exercuit.*
2 *Infantes à quo episcopo debeant consignari.*
3 *Chrismare, baptizare & consecrare eiusdem iuris sunt, & qui est in possessione vnius, & alterius præsumitur, nisi contrarium probetur: vt autem præsumatur necessarium est, quòd parochia sua sit in eius dioecesi, vel non constet, quòd sit in alterius dioecesi.*

1 NVNC AVTEM. †(Ad basilicam.) Si vis scire, quis episcopus debet consecrare ecclesiam, debet inquiri cuius ciuitatis episcopus, etc. (Cuius) not. suprà, de offic. archi. c. vlti. suprà,
2 de proba. causam. †(Consignationem.) not. non licere, nisi proprio episcopo consignare infantes. (concurrerint) 16. quæstion. prima. huic. Terminis) distinctis inter ciuitates per ciues. 10. distin. cap. 1. & c. imperium. 3. quæstion. sexta. hæc quippè. vel terminis nouis, quia si de his constat sufficit. 16. quæstion. tertia. inter memoratos. & c. di-
3 lecto. † cùm enim hæc iura, scilicet, chrismare & baptizare, & consecrare eiusdem iuris sint, vt qui est in possessione vnius, & alterius præsumitur, nisi contrà probetur. argum. 12. quæstion. secunda. cognouimus. suprà, de decci. cùm in tua. nisi alius probaret aliquod de iuribus prædictis exercuisse, & est necessarium ad hoc, vt sic præsumatur, quod certum sit, quod parochia hæc sit in eius dioce. vel non constet, quod sit in alicuius dioce.

DE XENODOCHIIS. Scilicet, statuimus. (per solicitudinem) per hoc cap. possunt intelligi. capit. 10. quæstio. 1. cap. 1. & sequen. 15. quæstio. 7. omnes. videlicet, quod in hoc sit tantùm dispositio episcoporum ad quæ ordinata est ecclesia, & quæ inueniuntur expressa in iure, vt not. suprà, de officio ordinarij iudicis conquerente. aliàs enim episcopus nihil ab ecclesijs saltem in temporalibus petere debet, suprà, de exceptione. cùm. & infrà eodem, eum. venerabilis. & 10. quæstio. 3. quia cogno.

CAPVT IIII.

1 *Priuatus sine authoritate episcopi locum religiosum facere non potest.*
2 *Laicus an & quando possit habere oratorium & hospitale in domo propria.*

1 AD HAEC. †(Authoritate Ponti.) quia priuatus sine authoritate episcopi locum religiosum facere non potest. ff. de rer. diui. intan-
tum. §. sacra. ff. de re. iu. l. 3. §. si. quis
2 do. &. §. si his. †Alij tamen a dicunt, quod
a cuicunque laico licitum est habere oratorium & hospi ale in domo propria, dummodò non habeat formam eccle-
siæ, etiam sine authoritate episcopi. de consec. di. 1. vnicuique. & cap. clericos. sed ibi celebrari non poterit absque authoritate episcopi, vt in prædictis capi. hoc autem certum est, quòd domum deputare potest ad pauperes recipiendos.

a *Alij tñ dicũt. Adde q̃ hoc idẽ refert & tenet Pet. de Ancha. in cõsilio. 229. col. 2. ver. sed istis inci. consiliũ. super primo. & Cardi. in consi. 13. inci. pro elucidatione dubiorum. col. 1.*

CAPVT V.

INTER QVATVOR. ET INFRA.

CAPVT VI.

1 *Censum imponere in signum deuotionis & memoriam beneficiorum, licet.*
2 *Non potest episcopus in totum ius episcopale dimittere, & ecclesiam à tota sua iurisdictione dimittere.*
3 *Potest episcopus examinationem ordinatorũ, & visitationem clericorum archidiaconis & etiam alijs committere.*
Actio vel contractus competit singulis pro æqualibus partibus, si plures sunt qui agunt vel contrahunt.

CAPVT III.

1 *Episcopo subsunt omnia loca pia, & ad eius solicitudinem debent ordinari ad vsum destinatum.*
2 *Episcopus in ecclesijs dioecesis suæ debet esse contentus iuribus episcopalibus, aliàs enim in ecclesijs saltem in temporalibus petere debet.*

4 *Sub iuris episcopalis petitione nedum ius episcopale comprehenditur, sed etiam quod pacto vel consuetudine constitutum est.*

CONSTITVTVS. (Qui fuerat episcopus) forte diuersis temporibus, vel eodē. (Pertinentes) hoc verbum latissimum est. ff. de verbo. sig. verbum pertinere, vt comprehendat illa, in
1 quibus iuspatronatus habet. †(Ita, videlicet) per hoc videtur quod distinctus fuerit contractus emphyteusis, qui fuit de temporalibus tātùm à cōtractu liberalitatis, qui fuit de spiritualibus tantùm, sicut sequitur, quod licet sup. de re. permu. ad quęstiones. Vel dic, quod appellat emphy. compensationem census, quem in signū deuotionis & memoriam beneficiorū licet imponere. ii. qō. vlti. Eleutherius. Vel dic, quod licitum fuit episcopo sibi cōstituere sine peccato certam pensionem. ar. sup. vt ecc. bene. vt nostrum. in fi. vel sicut innuit hæc decre. inferius episcopus liberaliter donauit & monasterium liberaliter pensionem constituit.

2 †(Ordinationem) licet non posit in totum ius episcopale dimittere & ecclesiam à tota sua iurisdictione dimittere, quod sic probo, quia sic esset ecclesia illa acephala, quia cùm nullus sit, qui eam in suam recipiat acephala remaneret, quod esse non debet, vel potest. 93. dist. nulla. tamen ad iura episcopalia constituere potest vicarios, qui suo nomine hoc faciant, & sic factum fuit hîc, quia Abbatē, & conuentum eiusdem monasterij cōstituit vice sua, aut alios quos vellent ad officium episcopale exhibendum vocarent, sicut archidiaconus & ad alios personatus vice sua constituit in multis iuribus episcopalibus. ī. de offi. archi. c. 1. Et secundum hoc oportet te dicere, quòd ille episcopus qui exercebat ista vice episcopi Alban. faciet, & hoc etiam satis probare potest, quia vice Papæ non facit, cùm Papa eum non acceperit, ponamus tempus illud, in quo nōdum acceperat, nec authoritate sua facere pōt, cùm ei non subsit, nec authoritate propria monasterij, quia cùm ex se hanc potestatem non habet, nec habere potest, ergò nec alij concedere. 1. q. 7. Daibertum. restat ergò quod authoritate Alban. episcopi hęc episcopalia faciet, maximè cùm eam non exemerit per aliqua verba, quæ hîc ponantur. Alij dicunt quod non valuit hæc concessio suis iuribus, sed confirmatione Papæ tantùm. Et hoc ea ratione, quia ea quæ per decretum expediuntur, alijs delegari non possunt. ff. de offi. procon. nec quicquam.

3 †Respon. illam regulam non habere locum in spiritualibus, quia benè archidiaconis & etiam alijs potest episcopus cōmittere examinationem ordinandorum, & visitationem clericorum. ī. de offic. archi. ad hoc. & c. 1. 10. qō. 1. placuit. & c. episcopus. etiam in multis alijs quæ omnia summariam cognitionem & decretum requirunt. (Confirmauit) sola confirmatio sufficit ex certa scientia Papæ concessa, etiam si aliàs de iure non tenet, vt no. ī. de confir. vti. vel inuti. c. pe. ī. de transact. c. 1. †Ratam) pro pluribus enim ecclesijs soluebatur hęc pensio. Rata est, vt æqualiter singulæ ecclesiæ soluant, & hoc obtinet in iudicijs & stipulationibus & contractibus, vt si plures sunt qui agunt, vel contrahunt, singuli pro æqualibus partibus intelliguntur agere, vel contrahere. Et eodem modo, si contra plures agitur vel contrahitur, contra singulos, pro parte sua intelligitur diuisa actio, vel contractus, nisi aliud dicatur.

Et hæc sunt vera, siue factum, siue dandum sit in obligatione. Et idem est etiam, si res indiuisibilis, vel etiam seruitus debeatur, quia interesse ad quod agitur diuiditur. ff. de verbo. oblig. l. 2. §. fin. & l. sequen. & l. stipulationes non diuidūntur. ff. depo. si duo. in fin. & est hoc ideò, quia non fiunt plures rei debendi vel credendi, nisi hoc expressè agatur in Authen. de duob. re. col. 7. licet secùs esset ante tempus Authenticorum. Item in delictis secùs est, vt not. inf. de homi. sicut. †(Subtractæ) cùm non fuerit petitum aliquid de pensione mirum est, quare super ea fit condemnatio. Item mirum videtur, quod non cadit à iure, quia tanto tempore stetit, quod non soluit pensionem. 10. quæst. 2. hoc ius? Respon. verè priuandus esset emphyteuta à iure, q, habet in re in emphyteusim data, si tanto tempore cessasset, sed hîc non erat emphyteuta, quia sic non transisset directum dominium rerum in monasterium, sed censuale fuit, vbi & directum & vtile dominium rerum concessarum transiuit in donatariū, vnde quandocunq; tempore cesset, non perdit res concessas.

4 † Ad aliam quæstionem respondeo, quod episcopus petendo ius episcopale, intelligitur censum petere, qui loco iuris episcopalis succesit, & qui in veritate ordinatus est, nam sub petitione iuris episcopalis, non solùm comprehenditur ius episcopale, quod cōtinetur in iure, sed etiam quod constitutum est pactis vel consuetudine. sup. de præscrip. auditis. & sup. de offi. archid. c. vlti. & not. sup. de offic. ord. conquerente.

CAPVT VII.

1 *Libelli forma in petitione ecclesiæ.*
2 *Ecclesia vendicari dicitur, res verò corporalis certis finibus distincta peti.*
Iudex non debet procedere ad missionem in possessionem vbi sunt plures qui conuenire possint.

VM VENERABILIS. (Ecclesiam sancti Angeli) † Hîc
1 est bonus libellus, quando quis petit aliquam ecclesiā, scilicet, quòd debet petere ecclesiam, & pòst debet adijcere dicens, eā ad se pertinere in temporalibus, vel in spiritualibus, vel in vtroque, vel dicat: quam dicit ei subiectam in scrutinio baptismo & consimilibus. inf. de ca. mo. c. 2. laici etiam & clerici secundum quosdam, similiter possunt petere ecclesias ratione iurispatronatus. ī. de iudi. examinata. ī. eod. c. proxi. sed & si has adiectiones non faciant, sed simpliciter vendicent, valebit sententia super tali libello data, quia vtilis actio in rem pro spiritualibus & consecratis rebus locum habet, quamuis nō habeat locum directa vendicatio. arg. sup. de iu. examinata. ī. de deci. dudum. C. de sacrosanct. eccl. sancimus. ff. de rei vendi. in rem. §. 1. & l. quæ relig.

2 †(Ecclesiam) ecclesia rectè vendicatur, vt quidam dicunt, sed solūmodò res corporalis certis finibus distincta petitur, licet sit res sacra. C. de sacrosan. ecc. sancimus. sed si petitur ecclesia cū iuribus suis, puta cum iure decimandi, & cum alijs iuribus incorporalibus, non rectè intentatur rei vendicatio, in qua non veniunt, nisi incorporalia. ff. de rei vendi. l. 1. & l. venditio. sed prudenter faciet, si primò intentet rei vendicationem ad ecclesiam cum pertinentijs corporalibus, & postquam in hac petitione obtinuerit, agat confessoria vel quasi nomine ecclesiæ pro iuribus incorporalibus ecclesiæ competentibus. Alij dicunt, & vt videtur melius, quòd quando petit ecclesia, quod rectè vendicatur ecclesia, & tunc non solùm mandabitur sententia executioni in corporalib⁹, sed etiā in incorporalibus, quia incorporalia non veniunt quasi principale, sed quasi accessoriū, sicut in interdicto vnde vi, vbi veniunt res nō tantùm soli ex sui natura, sed incidenter veniunt res mobiles. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. illud. Nec est simile de hæreditate & peculio, quia ibi non est aliqua res corporalis, cui alia accidat, & videtur quod rectè vendicat ecclesiam, cū suis pertinentijs prælatus temporalis ecclesiæ. ī. de offi. dele. si quando, & de pac. constitutus. & c. seq. Item perpetuus prælatus eam rectè vendicat cum pertinentijs suis, si ad eum pertinet plenariè, puta quia sit ei in proprios vsus concessa. arg. ī. de priuil. pastoralis. Item si dicit eam sibi subiectam, solummodò potest ea vendicare, vt hîc dicitur; tamē melius est, quod agat cōfessoria, & petat in ea ius subiectionis, vt hîc. & ī. c. proxi. ff. si vsufru. pe. l. 1. in prin. ī. de rescrip. ex parte S. si autē quis petat archidiaconatum, vel præpositurā, vel episcopatum, vel aliā dignitatem etiam secularem, vt canonicatum vel marchiam, nō rectè aget rei vendicatione, sed implorabit cognitionem prætoriā vel officium iudicis, quod sic probo, quia iustū est quòd si aliquis habet ius in aliqua dignitate, quòd illam posit petere, sed non cōpetit sibi alia actio, ergò habebit officiū iudicis. ff. de mino. quòd si minor. §. fin. ff. de lib. exhi. l. 3. §. hoc interdictum. 3. qō. 6. hoc quippè. 2. qō. 1. in primis. & hæc actio erit vel hoc officium vniuersale, sicut petitio hæreditatis, & sic procedetur in hoc officio, sicut in petitione hæreditatis.

Quidam tamen dicunt etiam melius, vt not. ī. de excess. præla. inter. quod in his casibus comperit confessoria in rem. †Si autem petatur ciuitas vel castrum, vel villa, si solùm est actoris, rectè vendicabit cū suis pertinentijs. arg. C. de fun. limi. l. 2. & de bonis vacan. l. 2. si autem non est solùm actoris, petat subiectionem ciuitatis vel villæ, vel castri, sicut dictum est. ī. de subiectione ecclesiæ, sed si vniuersitas aliqua hominum alicuius castri vel ciuitatis esset alicuius domini, quò ad forum seu bannа, vel aliam iurisdictionem, & ipsi denegarent de prædictis domino respondere, aget dominus sicut ageret cōtra singularem hominem liberum, quia vniuersitas corporalis est. arg. ff. de rei vendi. l. 2. & 3. ff. de lega. 3. si chorum. tamen tutius est ei, quod agat confessoria pro iuribus denegatis. de hoc not. sup. de ma. & obed. inter. de app. dilect⁹. (Adiudicauimus) episcopus iste iustè defendit ecclesiam istam in spiritualibus & temporalibus, quia habebat

bebat eam in proprios vſus, vel aliorum, vel ſibi placebat vſus, & ita erat ſua cauſa, quia commodum & incommodum ad eũ pertinebat ſuo nomine. 2. quęſtio. 6. biduum. quia ſi in ſpiritualibus obtinuiſſet, habuiſſet decimas, & alia ſpiritualia iura. ff. de do. paſto. & idem eſt de temporalibus. Nec eſt vis, quòd iſta eccleſia habeat proprium & perpetuum prælatum, vel vicarium, vel cuſtodẽm, vel commendatariũ, vel etiam quòd bona eius omninò ſint diſcreta à bonis monaſterij, quia Abbas magis propriè dicitur prælatus huius eccleſiæ, quàm ille prælatus, vel cuſtos, qui ibi moratur, & ille Abbas dicit poſsidere eccleſiam, & eius poſſeſsionem retinere per inferiorem prælatum, vel cuſtodem. ſup. de reſti. ſpo. cùm veniſſent. argu. ad hoc. ſup. de ſup. neg. præla. ſicut. Item apud Abbatem ſunt non ſolùm dominia & poſſeſſio rerum, ſed etiam actiones. ff. eo. c. 2. ar. ad hoc. ff. c. proxi. & ff. de offi. or. conquerente. vbi no. Fatemur tamen, quod vterq; poteſt conueniri, quia vna cenſetur adminiſtratio amborum, ſicut dicitur vnũ cõſiſtorium officialis & epiſcopi. ff. de app. Romana. Vel dic, quod ſecùs eſt in perpetuis prælatis, & neceſſarijs, quàm in temporalibus & voluntarijs, quia primi ſicut nec poſſunt remoueri à ꝑlatura ſine cauſa, ſic nec agendo, in temporalibus autem ſecùs, qui tantùm cuſtodibus comparantur, vt not. ff. de iudi. c. cùm deputati. † Si autem non haberet eccleſiam in proprios vſus, ſed eſſet tantùm patronus, tunc ſi qs vellet agere de iure, quod patronum tangeret, & non de alijs, debet ipſe reſpondere, & de alijs debet reſpõdere prælatus ipſi eccleſiæ. arg. ad hoc. ſup. de offi. ord. cũm vos. ſup. de app. bonæ. ſup. de inſti. cùm veniſſent. quis autem cui ſit præferendus. not. ff. de reſti. ſpo. c. olim. & de iud. cùm deputati. & videtur quòd vbi ſunt plures, qui conueniri poſſunt ſuper eadem quæſtione nomine alicuius eccleſiæ, quod nõ debet iudex procedere admiſsionem in poſſeſsionem, etiam ſi vnus ſit contumax, niſi omnes vocẽtur. ff. de mino. AEmilius ar. ff. ex qui. cau. in poſ. hoc autem, & hoc plus placet, quàm quod no. ff. de iudi. cum deputati. & de reſti. ſpol. olim. item not. q. in hac gloſſ. loquimur de defenſore legitimo, vbi ſi ſententia feratur contra eum, mandatur ſententia executioni cõtra eccleſiam, nec cogitur ſatiſdare de iudi. ſol. ff. de admi. tu. vulgo. quia aliàs certum eſt, quòd quilibet admittitur ad defendendũ, etiam ſine mandato cum ſatiſdatione. C. de ſatiſda. l. 1. & de procu. exigendi. (Ius commune) 16. qõ. 7. omnes. (eccleſiam) id eſt, temporalia quæ habebat in eccleſia (Locauiſſe) repete quæ diximus ſup. eod. proxi. & ſic ſi locauit, apparet eum dominum etiam finito tempore locationis, vel eam non tenente, apparet quod dominiũ tam vtile quàm directum eſt penes locatorem, (Annotatio) ſcilicet, anno domini. M.cc.etc.

CAPVT VIII.

1 *Licet quis ſit in poſſeſſione ſubiectionis aliquorum, non valet tamen excommunicationis ſententia in eum lata.*

2 *Iudicare vel excommunicare non dicitur fructus iuriſdictionis.*

Sententia lata à non legitimo prælato vel iudice, an valeat.

Poſſeſsio alicuius iuris per factum Abbatis ſine ſcientia conuentus, non amittitur.

1 VM DILECTVS FILIVS. (Vel monaſterij) ſi conſtiterit, ſubaudi (obedientiam.) †Hîc ſatis expreſſè colligi videtur, quòd quamuis aliquis ſit in poſſeſsione ſubiectionis aliquorum, nõ tamen valet excommunicationis ſententia in eum lata, nam videtur quòd hîc epiſcopus fuerit in poſſeſsione ſubiectionis Abbatis huius, & tamen non valet excommunicatio ab ipſo epiſcopo in eum lata, & conſimili ratione videtur etiam de alia ſententia, puta ſi condemnaſſet eum in ciuili vel criminali actione. Et certè quidã hîc fatentur, quòd propter poſſeſsionem quam habebat ſubiectionis huius monaſterij, non tenet eius ſententia excommunicationis, vel alia. Nec eſt contra. inf. de iure pat. conſul. & de cau. poſ. cũ eccleſia. vbi dicitur qui eſt in poſſeſsione eligendi vel præſentandi lite pendente ꝑſentabit & eliget, quia illa vera ſunt, ſcilicet, quod ea facere debet poſsidens, quia, ſcilicet, illa ſunt fructus poſſeſsionis, vt no. in illa decre. conſulta.

2 †Sed iudicare vel excommunicare, non ſunt fructus iuriſdi. quia nec propriẽ fructus dici poſſunt, imò labor & onus. Item non eſt contra. ff. de offi. præto. Barbarius. vbi dicitur, quod ſententiæ latæ ab eo, qui erat in poſſeſsione tenẽt, licet prætor nõ eſſet, ſed ibi reſpondent, illud ideò eſſe non poteſt, quia in poſſeſsione erat, quia verè iudicandi poteſtatem acceperat ab Imperatore, & omnia alia faciẽdi, quæ ad prætorem pertinebant, licet non eſſet legitimus prætor, ſed per obreptionẽ. † Et idem

idem dicendum eſt in quoslibet prælato confirmato, & de hoc no. ſup. de elect. nihil. Item in hoc caſu, non dicitur prælatus confirmatus eſſe in poſſeſsione excõmunicandi aliquos, quia eos excommunicauit, vel aliàs iudicauit, quia non nomine ſuo eos iudicat, ſed eccleſiæ, vnde ipſa per eum dicitur quærere vel retinere poſſeſsionem iudicandi, vel excõmunicandi, ſed in hoc caſu, ſcilicet, quando excõmunicaret vel iudicaret illos in quorũ poſſeſsione erat eccleſia, ſed in veritate ſubiecti non erant, nõ valebit excommunicatio in eos lata, quia ſicut dictum eſt, non eſt fructus poſſeſsionis vel commodi excommunicare, vel iudicare. Interim tamen quouſq; conſtet de proprietate, debent prædictæ ſententiæ inuiolabiliter obſeruari & mãdari quod obſeruentur.

Alij tamen aliter dicunt, & vt videtur melius, vt not. ff. de reſti. ſpo. olim. † (Repromiſit) quia non potuit ſuo priuilegio renunciare. ff. de arbit. cum tempore. vel exemptum monaſteriũ alij ſubijcere, cùm monaſterium ſit in poſſeſsione libertatis, & Abbas dicat eſſe in poſſeſsione, non ſuo nomine, ſed eccleſię. ff. de inſti. cùm veniſſent. ſatis apparet quod per factum Abbatis ſine ſcientia conuentus, non amittatur poſſeſsio alicuius iuris q̃ ſine animo poſsidentis, non poteſt amitti. ff. de acqui. poſ. peregrè. §. quibus. quod dicit hîc gl. ſ. cùm monaſterium nõ eſt ita ſimpliciter verũ, quia quando aliquis per aliũ aliquid poſsidet, benè ſe neſciente amittit poſſeſsionẽ. ff. de acqui. poſ. poſsideri. §. quòd ſi ſer. ſed hic non tantùm poſsidebat Abbas, licet ipſe ſolus agere poſſet, ſed etiam conuentus monaſterij nomine, & ideò vtriuſque ſcientia neceſſaria eſt. Vel dic, quòd benè per factum Abbatis habuit epiſcopus poſſeſsionem, ſed cùm cõſtet illam fuiſſe iniquam & doloſam, caſſum debet iudicari, quicquid ſit ex ea, vt no. ff. de reſti. ſpol. in literis. (Preſcriptione) No. de excep. exemptionis fieri tranſitum ad preſcriptionem, quæ eſt quaſi contraria. ſi. no. ſup. de præſcrip. auditis. (Iudicetis) ſententias excõmunicationis nullas, ſi iuſta præceſsit appellatio. Iudicetis) erant enim duo petita, & quod ſententiæ poſt appellationem latæ decernerentur nullæ, & quod monaſterium decerneretur liberum, epiſcopo econtrà petente ſubiectionem ipſius (Abſoluatis) & ſententiam excõmunicationis tenere, ſi erat in poſſeſsione eius, aliàs nõ, ſed de hoc not. ff. de in integ. reſti. c. 2.

CAPVT IX.

1 *Monachus vel Abbas non debet quis eſſe in diuerſis munaſterijs.*

NE NIMIA. (Locũ) Per hoc dicimus, quod monachi monaſterij licet profeſsionem fecerint in maiori monaſterio, & ibi habitũ ſumpſerint, & in Abbatis obedientiam ſemper remaneant, ſi tamen mittantur per prioratus, vel cellas, non debent ad electionem Abbatis, vel ad alia negotia monaſterij vocari, quia idem monachus nõ debet habere in diuerſis monaſterijs locum.

Et hoc eſt intelligendum, ſi prioratus vel cella habet electionem prioris. Alij autem dicunt idem, etiam ſi non habet electionem prioris, dummodò habeat diſcreta bona, & monachi ibi habitantes, habeant liberam adminiſtrationem. Si autem neutrum iſtorum eſſet, tunc de iure debet vocari ad electionem, ſed in his præualet conſuetudo.

TITVLVS XXXVII.

DE CAPELLIS MONACHORVM.

CAPVT I.

IN ECCLESIIS. Quæ non pleno iure pertinent ad monachos, aliàs ſecùs. 16. q. 1. c. 1. Idem dicunt quidam & fortè non malè, quod & ſi pleno iure pertineant ad monachos, dummodò populus non ſit exemptus, quia ratione populi debet examinare ſacerdotem, cui populi curam committit, & ſi pernicioſus fuerit remouebit, & ſic intelligitur. c. 16. quæſt. 2. ſanè. ad idem. inf. de priui. ex ore. Alij dicunt hanc decre. loqui vbi monaſterium non eſt patronus beneficij illius ſacerdotis, quia fortè nihil receperit ab Abbate, ſed à populo tantùm, ſed ſi Abbas erat patronus, Abbas remoueret. argum. de pręben. in Latera. Tamen melius videtur, vt ſemper quandocunque epiſcopus concedit curam animarum, ipſe remouebit, non Abbas. & expone decre. in Late. vt ibi diximus, quia nemo remouere poteſt, niſi qui conceſsit, niſi hoc faciat ex deleg 50. diſt. ſtudeat. & in multis alijs. c. vel niſi hoc habeat aliquis ex priuilegio, ſicut Præmonſtraten. & humiliati. & quidam alij. Si autem archidi. vel Abbas, vel quis alius inueniatur aliquem remouere

remouere inſtitutum ab epiſcopo, dicendum eſt hoc eos facere quaſi vicarius, vel ex certo priuilegio, vel ex conſuetudine præſcripta.

CAPVT II.

1 *Quid valeat petitionem huiuſmodi ſic generalem, vt in hac decre. habetur proponere.*

2 *Nunquid in eodem libello duæ actiones proponi poſſunt.*
Verbum iuriſdictionis comprehendit omnes partes eius & actus, ſed ſub perſona non continetur alia perſona.

3 *Poſſeſſio generalis iuriſdictionis alicuius ciuitatis qualiter acquiratur.*

4 *Licet parochiani cuiuslibet eccleſiæ à proprio ſacerdote debeant baptizari, & alia ſacramenta quæ illi conferre poſſunt recipere & iura parochialia eis reddere, nõ tamen ſacerdotes hoc debent iure parochiali, niſi ſpecialis conſuetudo aliud inducat.*

DILECTVS. (Baptiſmate) id eſt, vt presbyter dictæ eccleſiæ iret ad eccleſiam ſanctæ Ceciliæ ad baptizandum in ſolenni baptiſmo. (Ad capitulum) vbi, ſcilicet, de correctione clericorum agitur. †(Ad ſcrutinium) & ſimilibus hæc adiectio admittitur, vbi multa ſunt iura eiuſdem iuris, vel conditionis, ſicut eſt quando epiſcopus petit aliqua iura epiſcopalia, & poſtea ſubijcit generalem clauſulam, ſcilicet, ad omnia, aliàs ad ius epiſcopale pertinentia, vel etiam conſimilia, id eſt, quæ à iure vel pacto, vel conſuetudine generalis prouinciæ ſi archiepiſcopus agit, vel dioce. ſi agit epiſcopus ſtatuta ſunt, vt ſint de iure epiſcopali, eodem modo petere poterit archie. ſup. de offic. archi. dilecto. & idem credimus hanc adiectionẽ adijcere, ſicut ſi ſolùm ius epiſcopale peteret. ſup. titu. proxi. conſtitutus. nec extenditur hæc adiectio ad alia iura, niſi ad ea, quæ eodem iure cenſentur. ſup. de relig. do. c. 1. & eodem modo ſacerdos petere poteſt iura parochialia.

1 †Item not. quod hanc petitionem ſic generalem proponere non poſſunt, niſi illi, ad quos ipſa iura pertinent de iure cõmuni, vt ſunt epiſcopi archidiaconi, & parochiales prælati, & ſimiles, & hoc ea ratione eſt, quòd ſi aliter petat iure ſpeciali, oportet quod ſingula præſcripſerit, vt. ẽ. de offi. archi. c. vlt. Vel dic, quòd quicunq; omnia illa iura poſſidere poteſt, & hoc petere poteſt, ſed non fiet condemnatio, niſi in his, quæ p̃ſcripſerit, vel aliàs approbauerit, ſi autem talis eſſet, q; omnia iura ſub generali clauſula contenta poſſidere non poſſet, tunc libellus tanquam ineptus reijciendus eſſet. ẽ. de iudi. examinata. ẽ. de offi. vic. c. 1. Alij tamen dicunt, quòd ea quæ cõſuetudine vel pacto debentur ſpecificare debet, vt not. ẽ. de offi. ordi. conquerente.

2 †(Poſſeſſorium) ſcilicet, recuperandę poſſeſſionis, ſecùs ſi retinendæ, quia tunc ſimul vtrumque intentare non poteſt, de hoc no. ẽ. de cauſa poſ. c. 2. poſſeſsio generalis iuriſdictionis acquiritur, ſi vnus actus iuriſdictionis exerceatur, puta quia cùm cognoſcat de cauſa vna ſiue ciuili, ſiue criminali, vel ſi excõmunicauit aliquem, & idem eſt, quicquid aliud faciat, quod ad iuriſdictionem pertineat, dummodò intendat vti iure ſuo quo ad iuriſdictionem vtiliter, nam ſi intenderet per iſtum actũ in ciuilibus cauſis iure ſuo vti, non credimus quod propter hoc acquiſiuiſſet poſſeſsionem in criminalibus. ar. ff. quemad. ſer. amit. l. vlt. ẽ. præſcrip. auditis. & c. cum omni. ſed hæc generalis iuriſdictio non procedet vltra perſonam, in quam eam exercuit.

†Sed quæres quare potius extendis iuriſdictionem, quò ad partes iuriſdictionis, quàm quo ad perſonas, quia vt dicis qui cognouit de cauſa ciuili, cognoſcet & de criminali, ſed qui iuriſdictione vſus eſt in vna perſona, propter hoc non vtetur in alia perſona? Reſpon. quia ſub iuriſdictione comprehenduntur omnes partes eius & actus, ſed ſub perſona non continetur alia perſona.

Sed oppones quid erit, ſi quod exercebat in perſonam illius, intentabat vti in toto populo? Reſpon. in hoc non prodeſt ei ſua intẽtio, ſcilicet, quod ſit illud, quod non eſt, nam non poteſt intendere in totum populum exercere, quod in vno de populo exercet, quia non eſt verum, diuiſi ſunt enim homines eiuſdẽ populi, & poteſt induci in arg. huius noſtri dicti, quod dicitur de gleba, quia vna apprehenſa oẽs contiguæ apprehenduntur, ſed ſeparatæ non, ſic eſt hîc, quia apprehenſa vnã poſſeſsione in vno capitulo iuriſdictionis, & in omnibus alijs capitulis iuriſdictionis apprehendere intelliguntur, dummodò hoc intendat, quia omnia capitula iuriſdictionis contigua intelliguntur, ſed ſecùs eſt in perſonis, quę diuerſæ ſunt, & per hoc patet, quòd ſi epiſcopus habeat iuriſdictionem & poſſeſsionem iuriſdictionis in vna

in vna perſona, & alius aliquid iuriſdictionis in ea exerceat, intendẽdo vti iure ſuo, quod poſſeſsionem totius iuriſdictionis in eo amittit, niſi quàm citò ſciuerit doceat, ſe animo non dimiſiſſe poſſeſsionem, de quo no. ſup. de in integ. reſti. c. 2.

3 †Generalis autem poſſeſsio iuriſdictionis alicuius ciuitatis, vel prouinciæ acquiritur, ſi publicè per omnes partes ciuitatis, & vtiliter poſuit bannũ in ciuitatẽ, ſic dicens, talis dominus huius ciuitatis mandat, quod quicunq; ſic fecerit, incurret talem pœnam, iſtud enim, ſcilicet, ſic publicare edicta iuriſdictionis, etiam ſi nullus incurrit hoc bannum, tamen poſſeſsionẽ iuriſdictionis acquirit generalẽ.

Et hoc eſt verum, ſi nullus in poſſeſsione erat iuriſdictionis generalis, nam ſi alius erat in poſſeſsione iuriſdictionis generalis, tunc ille qui prędicto modo, vel quocunq; alio vult apprehendere poſſeſsionẽ iuriſdictionis generalis, non fit in poſſeſsione, niſi illorum capitulorum & hominũ, quos & quæ apprehendit. ff. de acqui. poſ. quod in eo. §. vlt. Et ſunt alij modi, quibus generalis iuriſdictio quæritur in ciuitatibus, quos quilibet prænominatis inſpectis poterit per ſe inuenire, per hoc autem quod exerceat iuriſdictionem in vniuerſitatem, non credimus eum acquirere poſſeſsionem iuriſdictionis in ſingulares perſonas, quia licet vniuerſitas ſit aſtricta, nõ tamen ſinguli. 12. qõ. 2. qui manumittitur. præterea ſi faciat homines confiteri, quod ſunt ſuę iuriſdictionis, vel etiam abiurare, & renunciare iuriſdictionem prioris domini, non tamen per hoc acquirit poſſeſsionem iuriſdictionis, quia hæc non ſunt iuriſdictio, nec aliquis actus iuriſdictionis interuenit, per quem iuriſdictio quæritur. argu. ſup. tit. proxi. cùm dilect. & idem dico, ſi iuramentum fidelitatis ab eis recipiat. Interruptio autem qualiter fiat, not. ẽ. de præſcrip. auditis. & quod not. de acquiſitione poſſeſsionis iuriſdictionis & amiſſione, idem intelligo in alijs ſimilibus. Differentia autem quam feci inter perſonas & capitula iuriſdictionis, locum habet, ſi nullus alius eſt in poſſeſsione iuriſdictionis illarum perſonarum, quia tunc ad alias, vel ſuper alias perſonas non extenditur poſſeſsio iuriſdictionis quæſita in vno homine, ſed ſi alius eſt in poſſeſsione iuriſdictionis ſuper vnum populum, & ego exerceam iuriſdictionem in vna perſona, tantùm illius populi, ſciente domino & patiente, quòd ſuper totum populum intendo quærere poſſeſsionem, ſuper totum populum acquiro, quia quaſi vna & continua eſt gleba, ſcilicet, vnus populus, & non extenditur poſſeſsio de perſona ad perſonam, quia ille in quem exerceo iuriſdictionem, non poſsidebat in ſe iuriſdictionem, ſed alius contra quem ego præſcribo, qui iuriſdictionem in hanc perſonam, & aliàs communiter habebat. †Poſſeſſorium) ex eo, quod dicitur in fi. huius. gloſſ. ſcilicet, reparandæ, patet quòd ſi epiſcopus, vel quicunq; alius, qui habet iuriſdictionem, vel aliud ius generale ſtatutum à iure, vel à cõſuetudine, vel ſtatuto in aliqua loca vel perſonas, quantocunq; tempore ſtet, quod in aliquo illorum locorũ, vel perſonarum, non vtatur vel omni iure, quod in eis habet, vel aliquo capitulo, nõ tamen cõtra eum præſcribitur, quia ſemper poſsidet, non exercendo ius illud, vel vnum capitulum illius iuris generalis in vno ſolo loco, in omnibus locis & perſonis & capitulis retinere videtur, niſi amittat poſſeſsionẽ, vel quia expellatur, vel reuertens nõ admittatur, vel ſuſpicetur ſe poſſe repelli. ff. de acqui. poſ. l. 1. §. deijcitur. & l. ſeq. §. fin. nam cùm hæc iura ſint contigua, ſufficit in vno prædictorum retinere poſſeſsionem. ff. de acqui. poſ. poſſideri. in prin. Imò nec præſcriptio eius temporis, cuius nõ extat memoria currit. de qua no. inf. de verb. ſig. q; per nouale. quia ſemper poſsidet. Item ſi contradiceret, ſequeretur abſurditas, quid enim ſi in aliqua eccleſia, vel perſona ita benè ſe habet p̃ 50. vel plures annos, q; nunquam potuit exercere viſitationem in ea, vel iuriſdictionem, nunquid propter hoc amittet epiſcopus ius ſuum in ea, abſit.

4 †De iure cõmuni) hoc ius vbi ſit, ignoro, imò in monaſterijs contrà videt. ẽ. de offi. archi. c. fi. licet enim parochiani a cuiuslibet eccleſię à proprio ſacerdote debeãt baptizari, & alia ſacramenta, quæ ipſi cõferre poſſunt recipere, & iura parochialia eis reddere. ẽ. de ſepul. in noſtra. & per totum. & de paro. nullus. & per totum. & de deci. per totũ. 16. q. 1. doctos. & c. ex authoritate, quod tamen ſacerdotes hoc debeãt, nõ inuenio inter iura parochialia, niſi ſpecialis conſuetudo aliud inducat. ẽ. de ma. & obe. his. inſtitutio tamen poſſet dici in non regularibus eccleſijs ad titulũ pertinere. ar. decre. p̃al. his. ſed poſſet dici illud obtinere in titulis Cardinaliũ, qui habent pinguius ius, quàm plebani, quia inſtitutio & deſtitutio pertinent ad epiſcopũ. ẽ.

a *Licet enim parochiani. ad hæc dicta Innocen. & pro eius declaratione. vide Car. in conſi. 65. incip. pro diſcuſſione puncti. col. 1.*

de offi.ord. conquerente.16.q.2.c.1.& no. ſup. de offic. archi. cùm ſatis.nec eſſet dignum, quod ad plebanos pertineret, vel alios parochiales prælatos, ad quos non inuenio aliquid de iure pertinere ſuper minores titulos,niſi quod habetur ſup.de offi.archipreſ.c.fi.Hîc autem dicunt quidam,quòd ſi ex conſuetudine aliqua iura habeant plebani in parochia,illa iura petere poſſunt,vt not. ſup.de conſuet.cùm olim.ſed nihil prohibeat eadem iura eſſe parochialia & epiſcopalia, ſicut vides in inſtitutione, quæ eſt de iure archi. & epiſcopali,& etiam metropo.ℨ.de offi.archi.c.1.& c.mandamus.ℨ.de præſcri.cùm non liceat. aliqua notaui.ℨ.de ecc. edi.ad audientiam. (præſcripſiſſet)ſcilicet, prædicta iura. Confeſſus)& hæc confeſsio, ſicut infrà apparet intantum præiudicat, & in alio iudicio habito corã Innoc.quod ſententia fertur contra eum.Arg.contra. ſup.de iud.at ſi clerici. Sed reſpõ.quia hęc cõfeſsio publica erat,vel ideò præiudicat, quod hîc Papa in hac cognitione illi ſucceſsit,& de hac materia no.ℨ.de elect.per inquiſitionem.ℨ.de teſt. Albericus. ſed ſi benè attendas contrariũ probatur,tamen ſi per hanc confeſsionẽ ſententiã tuliſſet, ſuper proprietate ſententiaſſet,non ſuper poſſeſsione, quamuis poſſet reſponderi,q Papa Celeſtinus errauit,quòd non ſuper proprietate ſententiauit,ſed Papa Innoc. modò ſententiat.Vel dic,quod ideò Papa Celeſt.nõ iudicauit ſuper ꝓprietate,quia nõ fuit petitũ,ſed tamen poſſeſſorio agebatur, vt ex hac litera apparet, vbi dicit, vnde prædictus prædeceſſor noſter eccleſiam veſtrã,qua ſe aſſerit ſpo.ſuper duobus aũt primis.ſ.ſcrutinio & baptiſmo nõ ſententiat,ſed Papæ reſeruat(debebat)eccleſia ſancti Laurentij (capitulo) id eſt,iure veniendi ad capitulum (illũ) ſacerdotem ſancti Laurẽtij(Reinueſtire)id eſt,poſſeſſionem reſtituere(Per hoc)non per ſentẽtiam Celeſt.ſed per confeſsionem presbyteri. †Monialium)ſi enim alia monaſteria eiuſdem prouinciæ hoc iure cenſerentur,& hoc eodem iure cenſeri debet.arg. inf.de cenſi.ſopitę.100.diſt.cõtra morẽ.de hac materia not.ℨ.de offic.archi.c.vlt.ſed videtur ex quo deſijt eſſe monaſterium,q deberet cenſeri iure aliarum eccleſiarum, quæ ſunt monaſteria.ar.ſup.de ſtatu monac.recolentes.reſpon.quod verè iure aliarum eccleſiarũ cenſeri debet,ſed ei ſubeſſe cui ſuberat,dum erat monaſterium.ℨ. tit.proxi.quia mo.(Subiectũ)ſup.de offic. archi.dilecto. & ita debet illi ſubeſſe,cui primò ſuberat.ℨ.tit.proxi.c.2. (Condemnamus)no.hanc eccleſiam in quibuſdam iuribus epiſcopalibus condemnari, & in alijs abſolui, ex quo videtur,quod aliqua poſsit quis præſcribere,& alia non.ſup.de præſcript. auditis. argumen. contra.ff.de ſerui. ruſti.prædi. vna eſt via. Condemnamus) quia præſcripſerat, vel confeſſus erat coram Celeſt. vt ſupradictum eſt,ſacerdos ſancti Laurentij.inſti. autem & deſti. quia non præſcripſerat. Imò non poſſidebat, vt hîc dicitur, non adiudicatei, nec etiam coram Celeſt.fuit confeſſus de his,ſcilicet,quod pertineret capitulum ad eccleſiam ſancti Lauren.ſed de poſſeſsione tantùm confeſſus eſt. Et capitulo)ſultè ſuper capitulo, & omnibus conſimilibus egit petitorio, nam propter hoc abſoluta fuit eccleſia ſancti Lauren.in toto,qa eius ius & poſſeſſoriũ & petitoriũ deducit in iudiciũ,licet ſententia lata à Celeſt.ſufficeret ad poſſeſſorium in his, ſuper quibus lata erat, quia tamen non probauit peti, ſententia fertur contra eum.ſup.de cau.poſ.& proprie.cum eccleſia. Sed videt quòd non tãtum ſuper inſtitutione,& deſtitutione, & capitulo debuiſſet abſoluere eccleſiã ſancti Lauren.ſed in omnib⁹ & cõſimilibus, ſcz. in omnibus generalibus,cùm generaliter fuit petitum. Adde quod reſpon. quòd ſecundum conſuetudinem vrbis Rom.tantummodò iura quæ hîc dicuntur eiuſdem iuris eſſe cenſentur,ſcilicet,de iure parochiali. Nec obſt. ſup.de ma.& obe.his.vbi plura alia dicuntur eſſe de iure titulorum ſecundum conſuetudinem Ro. So.ibi. Vel dic,quod licet hæc petitio eſſet generalis,tamen quia nõ fuit proſecutus generaliter de omnibus iuribus parochialibus,ſed de his tantùm, quæ hîc dicuntur,ideò ſuper illis tantùm debet ferri ſententia,& non ſuper alijs.C. de iudi.licet.& not.ℨ.de offi.ord.conquerente.ſed videtur,q ex quo eſſet in poſſeſsione prædictorum, quod & talia deberẽt eis adiudicari.arg.ℨ.tit. proxi. c.1.reſpon. ideò hîc non contingit hoc,quia alius.ſ. Papa hæc iure habebat,vt in litera expreſsè apparet. Item & eſt alia ratio,quia illa locum habent,quando ea iura q̃ poſsidentur de iure communi pertinent ad hominem illius ordinis, cuius eſt ille, qui poſſidet,puta iura epiſcopalia poſsidebat in ſua dioce,aliàs ſacerdos iura parochialia in ſua parochia. Item eſt & hoc notoriũ, quòd nullus alius ea iura, vel aliqua eiuſdẽ conditionis ibi poſſederat,ſed in monaſterijs hæc iura non poſsidet de iure communi tituli.

CAPVT III.

EX PARTE.(Mentio)de hoc not.ſup.de conſti.quæ in eccleſiarum.vbi non dicitur,q debeat facere mẽtionem in eiſdem concilijs, quia nõ eſt verum,quod in literis quas Papa cõcedit, non debet facere de iure communi mentionem.31.q.1.quomodo virginibus.etiam ſi ſint ſtatuta conciliorum.15.di.canones. & de hoc no.ℨ.de reſcri.c.1.ſed dicit,quod credit has literas per obreptionem obtentas,& tamen hoc ipſum non ponit pro cõſtanti, imò ſub conditione mandat,vt ſi hoc eſt non valeat.ſi. C.ſi contra ius vel vtili.& ſi legibus. Vel dic,quod aliquando debet facere mentionem, vt not.ſup.de conſtit. quæ in eccleſiarum.

CAPVT IIII.

AD AVDIENTIAM. Repete quæ dicuntur.16.q.7.piè.

TITVLVS XXXVIII.

DE IVREPATRONATVS.

1 *Iuſpatronatus quid ſit,& quomodo acquiratur in nu.2.& quæ onera,& qui honores proueniant ex iurepatronatus in num.3. Item quot modis transferatur.in num.4.*

1 †Iuſpatronatus eſt ius quoddam,quod neq; merè temporale eſt,neq; merè ſpirituale. ſpirituale videtur, quia non poteſt vendi.ℨ.eo.ad aures.temporale quia trãſmittitur ad hæredes.16.q.7.filijs. conſiderandum. prouidentia patroni in duobus conſiſtit,ſcz, vt de temporalibus ſit ſolicitus, ne dilapidentur, in ſpiritualibus,vt talem miniſtrũ præſentet, qui dignè Deo
2 valeat miniſtrare. †Acquiritur autẽ iuſpatronatus tribus ex cauſis,ſcilicet, eccle-
b ſiæ conſtitutione,eccleſiæ damnatione *b*, & territorij ad eccleſiam fundãdam collatione. De prima.16.qõ.6.monaſterium. De primo & ſecundo.e.q.de filijs. De tertio habes.17.q.2. Abbatem. Quilibet autẽ iſtorum patronus eſt,& rectè ſic vocatur, quia ſicut pater filium, ita patronus rem, id eſt,eccleſiam de non eſſe ducit ad eſſe, non enim poteſt fieri eccleſia, niſi fundus vbi fiat,aſsignetur,& ibi eccleſia ædificetur,& ante fundationem dos aſsignetur, de conſe.di.1. nemo.alius autem quantũcunq; poſtea illam eccleſiam dotet,licet benefactor ſit.Nunquam tamen patronus cenſendus eſt,quia non duxit eccleſiã de nõ eſſe ad eſſe,& ex his apparet,quod poſt fundationem nõ quæritur iuſpatronatus. Poſſet tamen dici, licet alij contradicant, quod ab initio licet malè omiſſa eſſet dos eccleſiæ, quod poſt ædificationem,& et-
c iam poſt conſecrationem *c*, ſi eam dotaret patronus eſſet,cùm ſine ſubſtantia rerum non poſſet eccleſiæ deſeruiri.1.q.3.ſi quis ob.& ſi eccleſia vbi patronatus erat prius deſtructa eſt,& alia in alio loco ædificata, cui dos primæ eccleſiæ eſſet aſsignata, cùm dicatur in loco prioris eccleſiæ ſucceſsiſſe, idem dotator erit patronus huius etiam poſterioris.arg.ſup.de re. do.c.2.ſed qui fundum dedit in prima eccleſia, non erit patronus in ſecunda,nec tamen fundum recuperabit. 12.qõ.2.quicunq;.& c.ſeq.10. quæſt. 1. nouere.ſed qui fundum dedit in ſecunda erit patronus. 18.quæſt.2. Abbatem.& eodem modo,qui ſecundam ædificauit,patronus erit.

a Iuſpatronat⁹, Adde q hic titul⁹ nec decretales loquentes de iure patronatus laicorum non vendicãt ſibi locũ in capellis fundatis p laicos in eccleſijs fratrũ mẽorũ.ita Pet. de Anc.in cõſil.113. incip. iura quæ loquuntur. Et ibi quod iuſpatronatus q̃ cõceditur laicis eſt gratia.

b Donatione. Adde Pe.de Anch.in cõſ. 197.co.fi.poſt med. inci.cõſ. ſubtiliter & ad plenum.

c Poſt cõſecrationem. quod dotans eccleſiã poſt conſecrationẽ efficiatur patronus. Adde Cardi.in cõſi. 82. incip. ad dubia præmiſſa.col.2.in principio.

3 †Exiure autem patronatus proueniunt onera, quia tenetur eccleſiam ab impugnatione defendere,& de rebus eccleſiæ ſolicitudinem gerere, ne fraudentur. 16. quæſt.1.conſtitutum.& q.7.filijs.Item commodum quia ſi perueniat ad paupertatem,alitur de bonis eccleſiæ.17.quæſt.7. quicunq;.item honor,quia honorificẽtius recipitur,& ſtudioſè ei ſeruitur,& in poſſeſsione præ alijs honoratur.17.q.7.piè.& c.Frigentius.& ſi eccleſia non eſſet collegiata,præſentat ibi patronus ſacerdotem. 16. quæſtio.7.decernimus.ſi eſt collegiata eligit cum alijs.18.queſt.2.Abbatem.quod tamen non credimus,ſed poteſt intereſſe electioni non tanquam eligens, ſed tanquàm conſulens,electio enim cui intereſt, laicus nulla eſt.ℨ.de elect.maſſana.ſacroſanct.& c.ſi quiſquis.

4 †Transfertur autem quatuor modis, primò ſucceſsione tam ad ſuos,ſi inſtituãtur hæredes, vel alio modo ſuccedant, quàm ad extraneos. 16. qõ.7. conſiderandum.& c.ſi plures.inf.eod.quoniam.ff.de reli.familiaria.Quidam tamen dicunt ad ſolos hæredes ſanguinis deferri. argu. 16. qõ.7.filijs.intantum defertur ſuis & hæredibus ſanguinis,quia etiam ſi non ſunt hę redes,tamen iuſpa.filij habent.argu.ff.de iurepat.l.filij.& de lib.leg.l. Aurelius.ſed hoc non placet donatione.ℨ.ex inſi. & c. conſultationibus. permutatione.16.qõ.7. memini.& cũ vniuerſitate.ℨ.e.ex literis.

Ex hoc ſatis apparet, quod non ad propinquos ſanguinis, ſed ad inſtitutos hæredes iuſpa. defertur, nam ſi ad emptorem villæ cum alijs iuribus villæ defertur, multò plus ad hæredem, cum alijs iuribus hæreditatis.

CAPVT I.

1 *Iuſpatronatus dicitur eſſe penes hæredem omnem inſolidum.*
2 *Cùm eſt controuerſia inter patronos, cui ſtandum ſit.*

1 PERLATVM. †Diuidi) iuſpa. eſt inſolidum penes omnem hæredem, quo ad omnem ſuum effectum, puta honorem, onus & emolumentũ, præterquam quo ad præſentationem quæ eſt ita apud omnes ſimul, quod apud nullum ſingulariter, vt hîc & inf. c. proxi. ſicut dominium rei cõmunis, & hoc q; primò dictũ eſt, ideò eſt, quia cùm ſit res ſimplex & incorporalis peruenit ad aliquem hæredem inſolidum, etiam ſi in æqualibus partibus ſint hæredes. argumen. ff. de ſer. viæ. ff. de reli. & ſum. fu. ſi ſepulchrum. ff. ad l. Fal. l. 1. §. ſi vſusfru. incorporalia enim diuidi non poſſunt. 7. quæſti. 1. nihil. & dicunt quidam, quòd patroni poſſunt inter ſe conuenire, q; vna vice præſentet vnus, & alia vice alius. arg. ff. de vſufru. quot. §. 1. Hoc tamen nobis non placet in iuribus eccleſiaſticis. inf. eod. quærimoniam. tantam igitur vocẽ habebit & ius, qui minus habet in hæreditate, quantum qui plus. arg. licet multum remotum. 15. qõ. 7. filijs. & tantum qui parum poſuit in dote, quãtum qui multum, dũmodò de illis fuerit, qui aliquid poſuerãt in dote cõſtituenda. Poſſet tamen dici, quod ſicut ratione dignitatis in electionibus, aliquando vnus habet duas voces vel plures, quod ſic etiã poſſet eſſe inter patronos, quia ſecundum partem hæreditatis haberet etiã vocem in electione, ſecùs enim ſi etiã ante fundationem aliquid magnum eccleſiæ darent, ſed non pro dote, hîc tamen non dicitur iuſpa. non poſſe diuidi, ſed eccleſia, & ſi plures vni ſuccedant tantùm pro vno vocem habebunt, & loco vnius reputabunt. arg. ff. de condi. & demon. l. cui fundus. fit enim ſucceſsio in linea deſcendẽti in ſtirpes, non in capita. inſti. de hære. quæ ab inteſt. defe. §. & quia placuit. & magis conſonat æquitati, quàm iura præponunt etiã ſubtilitatibus alijs. ff. ad l. Aquil. ita vul. §. fi. ff. de inſti. l. 1. (ſimultates) id eſt, diſcordiæ. (Sacerdos) inſtituendus. (Nõ poterit) quia ſi epiſcopus ſine ſcandalo facere poſſet de iure eſſet quod inſtitueret ſibi ſacerdotem.

2 †Miſſarum) ſi controuerſia eſt inter eos, quos conſtat eſſe patronos, ſtabitur ſaniori parti, & ſi partes ſunt pares, diſtingues merita electorum. 63. diſt. ſi fortè. & ſi pares ſunt in meritis, locus eſt gratificationi. inf. eo. cùm autem. ſi autẽ ſine ſcandalo non poteſt gratificare, cùm omnia partes ſunt pares, tunc interdicentur diuina in illa eccleſia, vt hîc, & ſi nec ſic concordabunt, auferentur inde reliquiæ, quæ ſunt in capſis. inf. c. proxi. & ſi nec ſic poterunt intra ſex menſes concordare, epiſcopus inſtituet alium authoritate cõcil. ſup. de conceſ. præben. & ecc. non va. c. 2. & inf. e. eam. Quamuis poſſet dici & non malè, quod antequam interdicantur officia vel reliquiæ extrahantur debent tranſire ſex menſes, ſi autem ſit diſcordia inter patronos de iure patro. niſi cauſa finita fuerit intra quatuor menſes, tunc epiſcopus inſtituet alium. inf. eo. quoniam. ſi autem ſit diſcordia inter epiſcopum & patronos laicos, ſtatim epiſcopus ponet ibi œconomum, qui bona eccleſiæ cõſeruet. ſup. de offi. ordi. cùm vos. Item ſi propter diſcordias patronorum non poſſit ſacerdos inſtitutus in eccleſia ſtare, ſicut hîc dicitur fiet.

CAPVT II.

QVICVNQVE. (Reliquias) quæ ſunt extra altare in capſis, aliàs enim non liceret. 16. q. 7. conſiderandum ſi plures.

CAPVT III.

QVONIAM. (Fundatores) ſecùs de refectoribus. arg. ff. ne quid in lo. pu. l. prætor. §. vicinales. & ea ratione, quia quod humani iuris eſſe deſijt ſeruitutem non recipit. ff. cõmunia. vtriuſq; in l. caueri. Ordinet) præficiendo ibi presbyterum poſt 4. menſes, vt in fi. Vel dic, quod quando non eſt diſcordia de iurepa. ſed non poſſunt concordare de perſona, haberet locum decre. ſup. de conceſ. præben. nulla, ſcilicet, quod 6. menſibus expectari debet, ideò autem præſentatus à maiori parte, poteſt refutare, q; ex præſentatione non quæritur ius. ar. inf. eo. quę autem. (ſi de iure pa.) id eſt, quaſi poſſeſsione. inf. eo. conſul. nobis. idem videtur & ſi de proprietate iuris eſt quæſtio, nec aliquis eſt in poſ. & idem per ſimile videtur, & ſi inter eccleſias de iure eligendi ſit qõ, nec aliqu s eſt in poſſeſsione, quia ſi aliqs eſſet in poſſeſsione non obſtante controuerſia iuris proprietatis, ipſe eliget. ĩ. e. cõſul. difficile tamen videtur, quòd inter duos poſsit eſſe quæſtio de aliquo iure, niſi alter poſsideat.

CAPVT IIII.

PRAETEREA. (Priuetur) id eſt, ſit priuatus ipſo iure. 16. quæſtio. 7. ſi quis deinceps. vel priuetur per ſententiam, & ſic per hoc c. expones illud. & dic vt no. ſup. de elect. quiſquis.

CAPVT V.

QVOD AVTEM. (Præſentatus) à patrono (poſſidentis) hoc eſt verum in præſentatis à laicis, ſecùs in præſentatis à clericis. inf. eod. cùm autem. epiſcopus tamen q idoneũ etiam à laico præſentatum recuſauit, ei prouidere cogitur. inf. eo. paſto. (Dedi) non iuſpa. ſed in proprios vſus quod non poterat. (Eccleſiam) expone, vt inf. eo. illud.

CAPVT VI.

1 *Aduocati ſecundum diuerſas conſuetudines habent plus vel minus honoris & oneris.*
2 *Ius temporale an poſſit vendi.*

3 QVIA CLERICI. (Aduocatias) aduocati ſecundum diuerſas cõſuetudines habent plus, vel minus honoris, & oneris. Sed oppones, quare non eſt licitum ius ſuum temporale vendere? Reſpon. quia nullum officium, nulla caſtaldia eccleſiaſtica, vendi poteſt. 1. quæſtio. 3. ſaluator. hîc autem appellat aduocatiam iuſpa. quia aliter non haberet præſentationem (Præſententur) quod fieri non poteſt, ſicut nec patroni. inf. eo. cõſuluit. (Spoliando) & ſic eccleſia erit libera aduocato. 17. q. 4. ſi quis in atrio. inf. de ſimo. de hoc autem.

CAPVT VII.

1 *Conceſſum videtur, quod non eſt nominatim expreſſum.*
2 *Quid requiratur ad hoc, vt iuſpatronatus tranſeat in emptorem alicuius loci. & in num. 1.*

EX LITERIS. (Ad firmam) talem contractum inter ſe celebrauerat, quod vtile dominium tranſierat in cõductorem, & ideò de iure in ipſum tranſierat iuſpa. cum vniuerſitate, ſecùs in creditorem. ſup. de ſen. & re iudic. cùm Bertholdus. vbi not. nam in eum nec vtile dominium tranſit, nec directũ.

1 †Non excepto) idem quod in iurepa. poteſt dici & in iure ſepulchri, quod à laicis poſsidetur. ff. de contrah. emp. in modicis. ſecùs eſt in decimis & alijs iuribus merè ſpiritualibus, quia non tranſeunt cũ vniuerſitate, & eſt ratio diuerſitatis, quia cùm iuſpa. non ſit merè ſpirituale, ſed partim temporale, non eſt mirum, ſi annectatur temporalibus, ſed merè ſpiritualia cùm in nullo communicẽt temporalibus eis, nec cum vniuerſitate, nec ſine annecti poſſunt, etiam ſi dicat vendo vel dono villã cum omnibus iuribus ſuis, quia ſpiritualia non ſunt iura temporalia, imò plus dicimus, quod etiam epiſcopus ſi diceret, dono tibi villam, & omnia iura quę ibi habeo, non tamen intelligitur donare decimas, vel alia merè ſpiritualia, nam hoc nomen omnia non habet in dicta propoſitione ſupponere, vel referri ad ea, quę ſunt penitus alterius iuris, quàm ea quæ principaliter donantur, quod eſt hic, nam merè ſpiritualia penitus ſunt alterius iuris, quàm temporalia, licet alij aliter dicunt, ſi ergò vult decimas donare, faciat expreſſam mentionem de eis. Hoc tamen fatemur, quòd ſi aliquod ius ſit, quod pariter in ſe habet & temporalia & ſpiritualia iura vt eſt præbenda, quę quandoq; habet & poſſeſsiones & decimas, & donatur alij eccleſiæ omnia, ſcilicet, temporalia & ſpiritualia ſimul transferũt, quia omnia ſunt ſpiritualia & annexa ſpiritualibus.

2 †Sed ſi quis obliget vel vendat omnia iura, quæ habet in aliqua villa, cùm non ſit ſua, ſed ibi tantùm certos fundos habeat, vel certa iura, & villa non ſit ſua, nũquid in tali contractu tranſit iuſpatro. Reſpon. non, nam ad hoc vt tranſeat, oportet quod res quæ venditur ſit talis, quæ etiam ſine expreſsione vniuerſitatem vel iuſpa. in ſe contineat, ſicut eſt villa, vel caſtrum quę in ſe continent iuriſdictionem, honorem diſtrictum, & iuſpa. ſed quando dico vendo tibi omnia iura, hæc vniuerſalis eſt reſoluenda in ſingulares, id eſt, vendo tibi hoc & illud, cùm autem iuſpa. vẽdi non poſsit ſub tali vniuerſali locutione, vel venditione, non comprehenditur, ſi tamen ſit aliquod ius vniuerſale, q; multa iura in ſe continet, vt hæreditas, cum illo
3 benè tranſit iuſpa. † Item multò fortius, ſi vendit aliquis fundum, vbi habet eccleſiã, non intelligitur eccleſia tranſire in venditione. ff. de acti. emp. ſi mercedem. §. ſi cùm fundum. quid ſi vendat quis palatiũ ſuum, vbi habet capellam, quæ fortè multa priuilegia habet, & multos reditus, videtur quòd iuſpa. trãſeat cum palatio. ar.

præd.l.ſi mercedem.quia ad capellam nõ eſt iter,niſi per palatium,ſed dic ſecùs eſſe in iurepa. quod benè poteſt teneri,etiam ſi non vadat ad eccleſiam,ſicut eſt præſentare,& alius eſt in iure ſepulchri,quod nihil valet,niſi ad illud portetur,& ibi ſepeliatur (ſuborta) maximè idem enim, & ſi ſuborta fuiſſet, antè dummodò in poſ.eſſet.inf.eod.conſul.vel magis ſi alius non eſſet in poſſeſsione, hoc enim ipſo, quod alius non eſt, & ipſe eſt in poſſ.villæ præſentabit,prius dictum placet magis.

CAPVT VIII.

1 *Poteſt iuſpa.donari & clericis & laicis abſq; authoritate epiſcopi.*

2 *Nunquid laicus conferendo eccleſiam ſit excommunicatus.*

ILLVD. (Eccleſiam) intendebat enim eis dare proprietatem eccleſię,vel eccleſiam in vſus proprios vel inſtitutionem & deſtitutionem, vel iura epiſcopalia, quod non poterat.ẽ.de do.paſto.10.quæſtio.1.nouerint.inf.e.ſuggeſtum.inf.de priui.paſto.& propter hoc benè ſequitur non vacantem, quia hoc erat vnum impedimentum,quare non tenebat collatio in proprios vſus,cùm alius, ſcilicet, clericus inſtitutus eã poſſideret.

1 †Sed dices,quare non valet donatio, quo ad iuſpa.ff.de contrahen.emp.qui tabernas.ff.de leg.1.ſi domus? Reſpon.quia non intẽdebat dare iuſpa.ius enim patronatus dare poteſt & clericis & laicis ſine authoritate epiſcopi.inf. eod. ex inſinua. & hîc,ſed licet nõ teneat conceſsio eccleſiæ,quam fecit laicus,ſi tamen fiat authoritate epiſcopi,vel etiam ſi poſtea conſenſus epiſcopi accedat, tenet conceſsio. 16. quæſtio. 2. decimas.& c. nemini.& etiam præſcribere poteſt.inf. eo. cura. & ſi quæras, quid venit in dicta conceſsione? Reſpon.cùm illa conceſsio vigorem accipiat ex conſenſu epiſcopi, illud intelligatur conceſſum, quod dicitur.ẽ.de do. paſto. præter iuſpa.quod vt dictum eſt concedere non intendebat.

2 †Sed dices nõnne hoc ipſo,quod laicus confert eccleſiam excommunicatus eſt minori excommunicatione.16.q.7. ſi quis clericus.& c.conſtitutiones?Reſpon.non, cùm ibi loquuntur,quando laicus intendit conferre prælationem, vel præbendã, hîc autem quando intendit conferre proprietatem eccleſiæ, vel aliquod ius in eccleſia,quod de iure habere non poteſt,de facto autem tenet, in his autem conceditur quòd laicus poſsit concedere eccleſiã, vel proprietatem eccleſiæ cum conſenſu epiſcopi, vt ſic eccleſiæ de laicorum manibus eripiantur.16.q.7.decimas.& c.nemini(impedire)ſup.de ſen.& re iud.cùm Bertholdus.ibi no.(vacante)idem eſt & ſi non vacante.

CAPVT IX.

CVERIMONIAM. (Mutationes) quando moriebatur patronus hæres mutabat ſacerdotem(& viciſsitudines)q.d. tu eris vno anno aduocatus, & ego alio,non enim licet laicis iura,quæ inter ſe habent diuidere, vt hîc habes,ſed authoritate ſuperioris epiſcopi poſſunt, ſicut Dauid inter filios Aaron diuiſit miniſteria eorum.Luc.c.1.& Paral.24.

CAPVT X.

CVM LAICI.(Priori)ſup.de elect.cõſideraui.ns.arg.cõtra.ſo.vt diximus. ſup.de ſen.& re.iudi.cùm Bertholdus.

CAPVT XI.

3 *Ignorantia iuris, in præſcriptione quo ad habendam bonam fidem valet, ſed quo ad titulum quærendum,non valet.*

CVRA PASTORALIS.(Eccleſias) quo ad ꝓprietatem, vel aliàs vt diximus ſup.eod. illud (legitima) 4o. anno.ẽ. de præſcrip.de quarta. †Sed dices quomodo potuerunt præſcribere, cùm non habere potuerunt iuſtum titulum, vel bonã fidem in præſcribenda eccleſia data à laico,cùm ſit cõtra ius.ẽ.eo. illud.ſed dic ignorabant ius,& ego reſpõdeo,q; ignorantia iuris in præſcriptione, etſi quo ad habendam bonam fidem valeat, tamen quo ad quærendum titulum non valet.ff.de vſuc.nunquam.& l.nõ ſolùm is. §. ſi apud. Sol.dicimus quod bona fide præſcripſerunt & iuſto titulo,ſ. pro ſuo non errando in iure,quia benè ſciebãt laicum non poſſe dare eccleſiam ſine cõſenſu epiſcopi,ſed ibi conſenſum epiſcopi acceſsiſſe credebant,& ita potuit præſcribere.ff.pro do.ſi vir vxori. & ſufficit conſenſus epiſcopi, non tantùm qui habitus eſt tempore contractus, ſed etiam ſi pòſt acceſsit.inf.eo.ſuggeſtum. Videtur tamẽ, quod à die quo veriſimile eſt eos,vel maiorem partem conuentus bo.fi.poſſediſſe, incipit currere præſcriptio, puta mortuis illis,qui interfuerunt donationi,& eſt ad hoc op.argume n. ſup.de deci.dudum vbi dicitur,quod à tempore confirmationis incœpit currere præſcriptio, ſed nõ videtur poſſe ſtare,quia vitioſæ poſſeſsioni, nõ vitioſa nõ accedit res. ff.de ac.poſ.Põpo.§.vlti.ſed ipſi intelligunt illa,quod rei vitioſæ.i.quæ vitio reali affecta eſt, vt furata & rapta, tales per quoſcũq; poſſeſſores tranſeant,nunquam vitium amittunt, & ideò præſcribi nõ poſſunt.inſti.de vſuc. §. furtiuè. nam ſi alias res quæ ſine titulo poſsidebãtur, vel detinebãtur ab aliquo.ſ. ex cauſa depoſiti, vel commodati,vel cõſimili,ſucceſſor eius ꝓ ſuo incipit poſsidere benè vſuc.pro ſuo.ff. pro hær.l.pleriq;. & ſic eſt hîc. licet enim illi, qui primò acceperũt,non habuerunt iuſtã cauſam poſſidendi.Alij tamen qui poſtea fecerunt & habuerunt, qui poſtea ſubſecuti ſunt, & qui nihil ſciuerunt.

Sed certè hoc non poteſt eſſe,quia prælati iſti no poſsident eccleſias iſtas ſic donatas pro ſuo,quia ſuo nomine non poſsident,ſed eccleſiæ,& ſic eccleſia quæ malè cœpit poſsidere, nunquam poteſt mutare ſuũ titulũ,neq; fidẽ,ſed potes reſpondere, quòd licet prælatus qui malè accepit mala fide poſsideat, eccleſia tamẽ cuius nomine accipit donatio,ſemper bona fide poſſidet,& ſi eſt bonus titulus pro illa vſucapit,ſi aũt malus vel nullus,niſi res eſſet rapta vel furtiua, ſemper vſucapit pro ſuo, nec obeſt ei malus titulus, vel mala fides prælati, ſed certè hoc ſtare non poteſt per id, quod eſt.ẽ. deci.dudũ. Idẽ dici poteſt, quod ſi aliquib. de capitulo nomine capituli facta eſſet donatio à laico, capitulum tamẽ credebat epiſcopũ conſenſiſſe, nam in omnibus his caſib. pro ſuo vſu capit. ff. de vſu.pro ſuo.l.vlti.vel pro donato. Vel poteſt dici, quòd epiſcopus permittendo donatariũ, qui eccleſiã accipit à laico pacificè poſsidere cauſam & titulũ poſsidẽdi & præſcribendi ſibi præſtitit.ar.ẽ.de his quæ fi. à præl. ſine con. ca.c.2. & 3. & hic tacitus cõſenſus habetur pro titulo.†Præſcriptione) no.quod ſi finita præſcriptione conſtet de non legitimo titulo, & mala fide habitis ante cœptam præſcriptionem,tamen ſalua conſcientia poſſunt illa retinere, quia tuti ſunt authoritate eius, qui poteſtatem condendi ius habet ſuper temporalibus, qui hanc pœnam amiſsionis iurium ſuorum induxit in odium negligentium, & fauorem ſolicitorum (niſi ius) ergò iuſpa. transferre poſſunt quod habent.ſuprà eod.illud.

CAPVT XII.

SI VERO. (Repræſentetur) hęc præſentatio fit ad probationem iuris veri patroni,nihil enim iuris præſentato accreſcit, & vt habeat frontẽ reſpondẽdi ſibi de iurepa.ſup.eo.ex literis.

CAPVT XIII.

CVM SECVLVM. (Emptorũ) ius enim patronatus trãſit cum vniuerſitate. ſup. eo. ex literis. (emptorum) hoc intelligitur, quando villa vel caſtrũ data erant in feudũ, quia tunc trãſit feudũ etiã iuſp. eccleſiæ,quę erat ſita in villa vel caſtro, quia ſi fundum daret in feudum,vbi eſſet eccleſia, nõ tranſiret cũ fundo iuſp.eccleſiæ. inf. eod. ſuggeſtum. vt no.ẽ.c.ex literis.Alij tamẽ dicunt,quòd iuſpa. etiam ſine aliqua vniuerſitate dari poteſt in feudum, ſicut donari,nam feudum beneficium eſt.

CAPVT XIIII.

EX INSINVATIONE. (Cõtuliſſet) .ſup.eo.illud. (occupauerunt) tanquam clerici earundem eccleſiarum (reſtituant) de facto, quia nihil iuris habent in eis, cùm non fuerint ab eis præſentati (reſtituant) id eſt, in pace dimittant eos ordinare.

CAPVT XV.

CONSVLVIT.(Detineant) colligendo tamen fructus in proprios vſus conuertendo (vel aliquibus alijs) deſcẽdẽt bus puta nepotibus pronepotibus, hoc non placet,credimus enim quod patronus poſsit filium præſentare, hic ergò interdicitur patronis dare eccleſias,id eſt proprietatem & alia,vt ſuprà.c. illud.

CAPVT XVI.

DE IVRE VERO PATRONatus.

CAPVT XVII.

Patronus an poſsit ſine conſenſu epiſcopi eccleſiam in qua habet iuſpatronatus, alicui concedere.

NVLLVS. (Aut eccleſiã)expone.vt.ẽ.c. illud(& ſi quis) hoc non refertur niſi ad decimas, vbi ſemper ſi laicus vult in alium decimas tranſferre,

ferre, neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. ſup. de his quæ fi. à præla. cùm Apoſtolicã. eccleſiam enim ſi de proprietate intelligis, nunquam conferre poteſt alijs. ſup. e. illud. ſed de iurepa. illud conferre poteſt neſciente epiſcopo. ſ. e. inſinuatione. Vel dic, quòd ſi patronus vult concedere eccleſiam, in qua habet iuſpa. alicui in vſus proprios, hoc non poteſt facere ſine conſenſu epiſcopi, ſed epiſcopus facilis debet eſſe in conſentiendo, alioquin agendũ eſt cũ ſuperiore. Vel dic, referri ad vtrumq;, & loquitur quando eccleſiam, vel decimas de facto detinent. arg. inf. tit. proxi. c. eccleſijs.

a Inordinatè. Adde Bal. in l. 2. col. pe. C. de ſeruit. & aqua. & Ro. in conſ. 454. ad fi. & refert etiam hoc dictum Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colũ. 10. in fi. ſup. de cõſti.

SIGNIFICASTI. (Si epiſcopi) hic vult dicere, quòd ſi patroni alicui epiſcopo nomine eccleſiæ ſuæ conceſſerint præſentationem aliquarum eccleſiarũ conſtituarũ in alijs dioce. epiſcopi dioc. ab illo epiſcopo, cui iuſpa. donatũ fuit præſentatos admittere debẽt.

CAPVT XVIII.

1 *Quis ſit fructus iuris patronatus.*
2 *Facta patroni, qui poſſidet authoritate prætoris tuetur prætor.*
3 *Malæfidei poſſeſſor non facit fructus ſuos, ſed veri domini ſunt fructus.*

CONSVLTATIONIBVS. (Patronatus) repete quæ diximus ſup. de in integ. re. c. 2. (Poſſidebat) quæ eſt in poſſ. bo. fi. ante lit. conteſtat. & poſt lit. conteſt. ſemper præſentabit, quia lit. pen. etc. ſup. vt lit. pen. c. 1. & 2. & per totum. nam ille, qui eſt ab initio bo. fi. poſſeſſor, etiam poſt litem cõteſt. dicetur bo. fi. quantum ad hoc, vt fructus ſuos faciat, & etiam vſuc. triennij compleat.

1 † Item vt non præſtet introitum, niſi intelligeret ſe debere, ſed ſi intelligeret ſe debere, non tenetur ſi iuſtam cauſam litigandi habuerit. ff. de rei vend. vtiq;. ff. de pet. hæred. illud. & quia facit fructus ſuos, ergò ſi fructum in alium alienat ille, in quem alienatus erit controuerſiam non patietur, eſt enim fructus iuriſpa. præſentare, tutus ergò erit præſentatus, ſed naturali ratione videtur, quod præſentare cenſendus ſit fructus naturalis, & ideò videtur dicendum, quod tranſeat in dominiũ bo. fi. poſ. ff. de vſu. fructus. ſed ſi verè inſpicimus, nunquam natura producitur præſentato, ſed potius induſtria, quamuis poſſet dici, quòd & hi fructus reſtituantur euincenti, quia patrono non debebit ea quæ ad iuſpa. pertinent, perſona autẽ non remoueret ab eccleſia, ſi autem eſſet ma. fi. poſſeſſor, is qui in poſſeſsione iuriſpa. eſt, vel quia eſſet violentus poſſeſſor, & ſine authoritate iud. benè expelleretur de eccleſia præſentatus per eum, quia cũ ma. fi. poſ. nõ faciat fructus ſuos. C. de rei vẽd. certum. & ff. de rei vend. ſi nauis. ergò nec fructus. ſ. ius in aliena eccleſia per præſentationem ipſius transfert, idem etiam ſi ſit miſſus in poſſeſsione authoritate iudicis
a inordinatè *a*. C. ſi p vim vel alio mõ. l. vlti.

2 † Si autem patronus ma. fi. poſsidens eſſet in poſſeſsione authoritate iudicis contrà & ordinatè, tunc quamuis ma. fi. poſ. quo ad ſe poſsiderent, tamen ille qui bo. fi. recepit ab eo eccleſiam, non dimittet eam. arg. C. vnde vi. ſi quis in tantam. nam facta talis qui poſsidet authoritate prætoris, tuetur prætor, vt not. ſ. de elect. niſi quamuis poſſet dici, quod aliud eſt in patrono, qui non dicitur authoritate ſuperioris, nec publico officio, licet pro eo feratur ſententia, quòd ſi patronus, quia ſemper habet malam fidem, & ideò non facit fructus ſuos. ar. ff. de cõdi. inde. l. Iul. ait. & aliud in prælato, qui nititur confirmatione ſuperioris in publico officio, & ſic loquitur gloſſ. quæ eſt. ſ. de elect. nihil.

3 † Item no. quod bo. fi. po. ſit ma. fi. poſt lit. conteſt. quia fructus reſtituere tenet. C. de rei vend. certum. & quia præſcriptio longi temporis interrũpitur. C. de acqui. poſ. nemo. & de præſcri. 30. an. eum no. eſt etiam caſus vbi bo. fi. poſ. ab initio poſt lit. conteſt. nec omninò bo. fi. remanet. nec omninò ma. fi. cenſetur. ff. de rei ven. Iul. ſcribit. & hac ratione. ſ. quia ma. fi. poſſeſſor non facit fructus ſuos, ſed veri domini ſunt fructus, vt no. in glo. hîc poſita q̃ incipit, quia eſt dicendum, videtur quod ſi ma. fi. poſ. præſentet vnũ, & bo. fi. præſentet aliũ, licet epiſcopus admittat præſentatum à ma. fi. propter incertitudinẽ, quia tuendus eſt in poſſeſsione. ſ. de inſti. cùm veniſſent. & de in inte. reſt. cùm veniſſet. tamen quandocunq; poſtea cõſtet de veritate, remouebitur præſentatus à ma. fi. poſ. & dabitur præſentato à bo. fi. poſ. penes quem eſt fructus iuriſpa. & idem dicendum eſt in ſententijs datis, & alijs factis à bo. fi. poſ. iuriſdictionis, & ma. fi. poſ. arg. ſup. de reli. do. cùm dilectus. Nec eſt contra. ſup. de cau. poſ. cum eccleſia. quia ibi loquitur de bo. fi. poſ. vt ibi no. (credebatur) 16. q. 7. decernimus. in fi.

CAPVT

CAPVT XIX.

SVGGESTVM. (Præbendã) id eſt, in ſuos vſus. (Eccleſiarum) expone. vt ſup. eo. illud. (poſterius) quantum ad hoc, vt fiãt eccleſia præbẽdæ, cùm per hoc patronus admitteret iuſpa. quòd
a eſſe nõ poteſt *a* abſq; eius aſſenſu, ſemper tamen donatio facta ab epiſcopo tenet, quantum ad iura epiſc. & quo ad illa præfertur ſemper prima. ſup. de do. paſtoralis.

CAPVT XX.

RELATVM. (Recognitionis) hi recognoſcunt beneficia habere à laicis ſine aliqua inueſtitura, vel inſtitutione epiſcoporũ (vendicare) tãquã clerici (alienos). ſ. eo. præterea. (coram ſeculari) repete quæ diximus. ſup. de foro compe. cùm ſit generale.

CAPVT XXI.

EAM TE. (Sex menſes) dic vt not. ſuprà. eod. c.

CAPVT XXII.

1 *Aduocati an poſſint vendere ius aduocationis vel donare.*

PRAETEREA. (Non habere) not. q. aduocati nõ ſolùm nõ poſſunt vendere ius aduocationis ſed nec donare, ſecùs in patronis, qui donare poſſunt. iuſp. ſ. c. ex inſin. Et eſt ratio diuerſitatis, quia patronatus eſt quaſi ex debito, ſed aduocatia de gratia tantũ, & idẽ dicimus in guardijs cuſtodijs, & conſimilibus, vel dic quod prohibẽtur vendere & donare aduocatias & conſimilia iura, eo modo, quo iſti vẽdebãt. ſ. hoc eſt ius, q̃ hîc extorqueas à ruſticis, quę tamẽ ab ordinarijs ſtatuta non erant, & ſic poteſt loqui dec. ſ. eo. quia clerici. ſi aũt ſtatutos reditus & legitimos donent, & etiam fortè vẽdant, hoc non eſt inhibitum, ſed dices quare dicitur quòd contractus ſit nullus, cùm & quo ad hæc iura non tenet, quæ nõ habet, debet tenere tamen quo ad ea, quæ habet, poteſt reſpõderi, q̃ ideò non tenet, quia cùm non ſint determinati in iure reditus huiuſmodi officiorum, nõ tenet vẽditio rei, quæ nõ eſt, vel quæ eſt incerta. ff. de contrah. emp. l. 1. in iure tamen pa. vbi certa ſunt iura ſecùs. ſ. eo. ex inſinua. ſæpè tamen aduocatus pro patrono ſumitur: vt c. proxi.

CAPVT XXIII.

a Eſſe non poteſt. Car. in ſuo conſ. 96. incipi. Papa vniuit. & Felin. in cap. cùm veniſſent. colũ. 7. verſi. & per hoc dictũ ſuprà, de cõſti. referunt & ſequuntur hoc dictum.

VM AVTEM. (Aduocatus) id eſt, patronus aliter ſumitur. ſ. proxi. c. (iudicio) quantum ad hoc vt ius habeat, qui ab ipſo electus fuerit, epiſcopus tamen peccat, quòd primũ idoneum admittere recuſauit, & ideò punitur. ſ. eo. paſto. ſed ſi non refutauit primum, poteſt eligere vtrum eorum velit (præſentationem) quia preſentatio clericorum vim
b electionis habet *b*.

CAPVT XXIIII.

b Habet. adde quod hoc idẽ tenet Car. in cle. 1. in prin. in. 1. op. de ſup. neg. pl. & Lap. alle. 84. incip. dominus noſter Papa. colũ. 5. verſi. ſed nũquid. & do. poſt Archi. in 2. col. 4. de priuil. inf. in 6. Et etiã refert Fel. in c. noſtra. col. 2. in prin. ſic prà, de reſc.

NOBIS. (Conſtruxit) aliter enim nõ poteſt. de cõſe. di. 1. nemo quor. modis q̃ratur iuſpat. & cui iuſp. debeat. habes no. 16. q. 7. piè. & ſ. titu. 1. (iuriſdictione) ſtatuto vel conſuetudine. de hoc no. ſ. de ele. quod ſicut (tractandæ). q. d. non ſolùm poſt electionem cõſenſiſſet, ſed etiam in tractatu electionis, ſi hoc habet ex ſua iuriſdictione, id eſt, conſuetudine, vel priuilegio vel ſtatuto, quòd aũt vox eius ſuffragium præſtet in electione, hoc non poteſt conſuetudine induci. ſup. de ele. facroſan.

CAPVT XXV.

PER NOSTRAS. Nullus ſe poteſt). ſ. de inſtit. cùm ad noſtram.

CAPVT XXVI.

CVM PROPTER. & inf. (Quatuor) ſup. eod. cauſa. contra ſo. quia ibi ſex menſes computantur à die vacationis. 4. à die motę litis. vel aliter, vt diximus ſup. eo. c. 1. (idonea) contra. ſup. eod. cap. 1. So. quando poteſt fieri quod hîc dicitur, ſine ſcandalo debet fieri quod hîc dicitur. vel aliter, vt ibi no.

CAPVT XXVII.

1 *Promiſſio facta à legato de vacatura an teneat.*
2 *Forma inhibitionis, ad hoc vt inhibitio valeat, qualiter fit facienda.*
3 *Licet is cui poteſtas conceditur alicui prouidendi poſſit reſeruare præbendã ſuæ collationi, non tamen poteſt niſi in vna eccleſia reſeruare.*
4 *Suſpenſio nimis effuſa eſt culpabilis.*

VM DILECTVS, † (Vacare) no. legatum poſſe donationi ſuæ reſeruare donationem præbendæ vacaturæ certæ perſonæ conferendam,

ferendam, ſed promiſsio facta à legato de vacatura non tenet hoc ipſum poteſt delegatus Papæ, cui Papa commiſit, quòd alicui prouideret, ſed tamẽ diſtingue, quia quando mãdauit, quòd prouideret alicui de primo beneficio, quod in aliqua eccleſia vacaret primum beneficium ſuę donationi reſeruare poteſt, & non aliud, ſi verò mandauit Papa, quòd alicui prouideret in aliqua ciuitate, vel dioc. de primo beneficio, quòd ibi vacauerit, poteſt ſuæ donationi reſeruare beneficia illius dio. vel prouincię in hac forma cuilibet eccleſiæ ſcribet, cùm dominus Papa mihi mandauerit, quod tali prouideã in primo beneficio, quod vacauerit in dio. iſta vel ꝓuincia, mandamus vobis, quòd ſi cõtigerit primam vacantem eſſe in eccleſia veſtra, illam mihi reſeruetis, & tunc ſi de illo beneficio quod primo vacabit aliquid attentaretur, contra reſeruationẽ factã, non valeret quia poteſtas hæc per ſuperiorem eſt eis ablata: ſi verò Papa ſic cõmiſerit alicui promiſsionẽ, prouideas tali in tali ꝓuincia in beneficio q̃ duxit acceptãdum, tunc erit ipſius eligere, quod beneficium acceptet, & eã dare ſuo ꝓuiſori, & ꝓuiſor tũc ſic ſibi reſeruabit beneficiũ, & ſic ſcribet illis vbi beneficia reſeruat. Papa ſic ſcripſit mihi, & ipſe talia beneficia elegit, de quibus in eccleſia veſtra eſt vnũ, vnde mandamus, quod ſi illud ante vacauerit, quam alia quæ elegit illud mihi ſeruetis, ſi aũt in arbitrio iudicis commiſerit, quod ei prouideret in beneficio cõpetenti, tũc iudicis eſt examinare, quæ beneficia ſint ſibi cõpetẽtia, & tũc ſecundũ prædictã formã poterit beneficia, quæ voluerit ſibi reſeruare, quærit an poſtquã ſemel elegerit, poſsit poſtea variare de hoc aliqua? no. ĵ. qui ma. acc. poſ. cùm in tua. q̃ aũt huiuſmodi reſeruationes fieri poſſent, ex eo ꝓbat, quod aliàs inutile eſſet mandatum de prouiſione & mandato principali, mandatur & acceſſorium. ſ. de offi. deleg. prudentiam. cum multis concord.

Alij tamẽ dicunt, quòd in quacũq; forma prædictarum ſcribatur, quod nec ipſe pro quo ſcribitur, nec ille cui ſcribitur, poteſt acceptare, niſi vnum beneficium, nec fiet reſeruatio, niſi de vno beneficio. ar. qa vnũ beneficium tantùm habere debet: & ſic vnum tantùm reſeruãdum eſt. Itẽ grauis & ambitioſus eſſet intellect⁹ huius reſcripti, quia ſupradict⁹ eſt vagus, quod eſſe non debet. ſ. de transla. c. licet. Imò plus dicunt quidam, & vt videtur benè, q̃ per tales literas non poteſt aliquod beneficiũ reſeruare, ſed cùm vacat poteſt illud conferre & ſufficit nũciare capitulo vel epiſcopo, quod primũ beneficium debet cõferre authoritate Papæ, & ſi contra fecerint, tunc imponetur eis pœnitentia, quæ eſt. ſ. de prẽben. inter cætera. & c. dilec. & ſi contra dicitur aperiet̃ via vacaturis cõtra id, quod eſt. ſ. de cõceſ. præbẽ. c. i. & c. conſtitutus.

2 †Inhibẽs.) ſi enim ille, q̃ poteſtatẽ habet ſuper hoc, ſibi reſeruet beneficiũ illud, ſiue inhibeat illud alij conferre, non valet quod poſt talem reſeruationem, vel inhibitionem de eo fuerit acceptatũ. arg. hîc. quia per hoc illa vice ſunt ſuſpenſi à collatione huius beneficij, & collatio à ſuſpẽſis facta nõ valet. ſ. de cõſue. cùm dilect. & de elect. cùm inter. ar. ſ. de præben. inter cætera. c. dilect. &. ſ. de elect. innotuit. nã ibi ſemper ponit̃, & ſi cõtra factũ fuerit ſit irritũ, & ſic nõ videtur ſufficiens inhibitio, niſi adijciat̃ hæc clauſula. †Alijs videt̃ & fortè melius, q̃ ſi ſcriptũ eſt alicui q̃ ꝓuideat alicui in certa eccleſia, quod ex quo ꝓuiſor recipit literã ꝓuiſiõis, penes eũ eſt poteſtas cõferẽdi, & eſt ablata ab eo penes quẽ prius erat, vnde ſi hoc ſciẽs prius collator eam alicui conferat, non valet, ſi aũt neſcit in alium collatam hãc poteſtatem, tunc obtinet quod no. ſ. de ele. innotuit. Illud autem dicunt quidam in omnẽ caſum, quod ſi aliquis impetrauit literas ad aliquẽ, quod ſibi prouideret in aliqua eccleſia, & alius ſimiliter poſtea obtinuit literas ad alium, quod ſibi in eadem eccleſia prouideret, nunquam ſecundus executor prouidere poterit, antequam primo videretur, neque valet prouiſio facta à ſecundo executore, etiam ſi ignorauerit de primo executore. arg. ſ. de reſcri. cæterũ. Nec hoc cõtradicit alijs, quæ no. ſ. de ele. innotuit. vbi diximus, quod collatio facta ignoranter ab eo, ad quem iure ordinario pertinet, tenet quod fauorabilius eſt ius ordinariũ, quàm extraordinariũ, & quia primæ literæ præualent. ſ. de reſcri. cæterùm. Tamen alij dicunt idem vtrobique, ſi verò aliquis impetret literas ad aliquẽ, quod ſibi prouideat in aliqua eccleſiarum ſuæ ciuitatis, vel dioc. vel de aliquo beneficiorum, ad donationem alicuius abbatis pertinentium, cùm plura beneficia in diuerſis eccleſijs ad ipſum abbatem pertineãt, tũc videt̃ q̃ iſte prouiſor quãdocunq; anteq̃ eligat eccleſias vbi debet ſibi ꝓuideri, inuenerit aliquã ꝓbendã vacãtẽ, q̃ illã poterit

poterit conferre, ſed antequam conferat nullus eorum ad quem pertinet collatio de iure ordinario in eadem dio. impeditur conferre beneficium ſuum cui vult, & collatio tenet. †Idem etiam videtur, ſi alius prouiſor alij deputatur, ſiue ſpecialiter in aliqua eccleſia contenta ſub prædicta generalitate ciuitatis, vel dio. ſiue prouinciæ, ſiue etiam ſecundus ſit generaliter deputatus, vt in ciuitate, vel prouincia prouideret, quod tenet prouiſio facta à ſecundo prouiſore. argu. ad hoc. ſuprà, de reſcri. paſto. in fi. vbi dicit, quòd dele. per generalem clauſulam non habet iuriſdictionem ſuper non expreſsis cõtẽtis ſub generali clauſula ante expreſsionem, benè enim dicimus, quòd ſi poſtquã corã ꝓuiſore ſuo expreſsit, in qua eccleſia ſibi prouideri volebat, & expreſsio peruenit ad eum, ad quem pertinet collatio, & de iure ordinario, quod ita per expreſsionem iſtam eſt ablata ab eo poteſtas præbendam conferendi, ſicut ſi in literis eſſet eccleſia in qua prouiſio fieri debet. arg. ſuprà, de reſcrip. paſt.

3 †Item licet credamus, quod ille cui conceditur poteſtas alicui prouidendi, poſsit reſeruare præbendam ſuæ collationi: vt no. ſup. de præben. pro illorum. quam reſeruationem comparamus expreſsioni, non tamen dicimus, quòd poſsit eam reſeruare, niſi in vna eccleſia, quod ſic probo. Nullus enim poſsit habere literas de pluribus eccleſijs à principio, & ſi impetret fraudulenter præſumetur. ſuprà, de reſc. in noſtra. & c. ad audientiam. ergò eadem ratione, & ſi interpretauerit literas generales, non poterit plurium reſeruationem facere, quia dele. debet procedere, vt delegans. ſup. de reſcri. ſuper literis. in fi. ſi autem alicui ſcriptũ eſſet, quòd alicui prouideret in beneficijs, quæ valerent. c. marchas. tũc benè poſſet plura beneficia reſeruare vſq; ad prędictã quãtitatem, & non plus, ſecùs ſi in literis diceretur in ſingulari beneficio, nec videtur faciẽda lis, ſi in literis dicitur in primo beneficio prouideas, quod vacauerit, vel in certa eccleſia vel dio. quia tunc & ſi nõ cõtulerit primum, quòd vacabit in eccleſia certa vel dio. tamen poterit conferre ſecundum, vel tertium, vel vlterius. argu. ſuprà, de præb. dilect. fi. G. Item videtur, quòd etiam quando ſcriptum eſt, quod in dio. prouideat in primo beneficio, quod in ea vacabit, quòd & tunc poteſt prælegere vnam eccleſiam, & extunc in alijs nõ poterit prouidere, alij tamẽ hoc nõ cõcedũt. †Itẽ no. q̃ ex quo prouiſor reſeruauerit ſibi prouiſionem in aliqua eccleſia pro aliquo, etiam ſi prouiſor moriatur non redit prouiſio ad ordinarium prouiſorẽ, ſed ad Papam, cuius authoritate facta eſt reſeruatio vel expreſsio. Item ex quo prouiſor reſeruauit ſibi præbendam in vna eccleſia, decætero nõ poteſt in alia ꝓuidere, nec mutare, dũmodò talis eccleſia ſit, quã habere poſsit. ff. de adop. l. 2. ſup. de reſcri. cum in multis. †Itẽ videtur, quòd ſiue mãdetur, quod in prouincia vel in dio. ſiue etiam incerta eccleſia alicui prouideatur, tamen non poterit prouiſor ſibi reſeruare nec omnia beneficia prouinciæ, vel dio. nec etiã ſolius ſpecialis eccleſię, nec ſuſpẽdere collatorẽ ab illorum collatione ita in genere, ſed poteſt ſuſpendere in ſpẽ. hoc modo ſuſpendo talem à collatione primi beneficij, vel ſecundi, vel vlterioris, vel ſic poteſt ſuſpendi ſuſpendo talẽ à primo beneficio, quod valet, 10. vel 20. marchas, ſi æſtimet illũ, cui ꝓuidere debet tãto beneficio dignũ, & cum eadẽ determinatione poteſt totã prouinciã, vel dio. ſuſpendere. Et eſt efficax ratio pro his, quia in aliquo mãdato alicui dato omnia mãdata videntur, ſine quib. mãdatũ expedire nõ poteſt. ff. de iuri. om. iu. l. 1. ſup. de offi. dele. ex literis. & c. ſi. at prouiſor iſte, de quo dictum eſt, poteſt mandatum ſuum expedire ſine cauſa generali ſuſpenſione, vel reſeruatione, ergò eam facere non poteſt, ſed abſq; ſpeciali nõ poteſt exequi mandatum ſuum, & ideò illa facere poteſt.

4 †Item effuſa ſuſpenſio eſt illaudabilis, ergò reſcriptũ quod hoc expreſsẽ nõ concedit̃ ad iniquũ intellectũ per interpretationẽ trahendũ non eſt. ff. de vulga. ſubſt. ex facto. ff. de re iur. Neratius. in fi. ſed dic illud eſſe de ſuperabundanti, vel quod ibi nec reſeruauit, nec inhibuerat, & ideò nõ erãt ſuſpenſi à collatione illorum beneficiorum ſed mandauerat Papa alicui conferri, nam tunc cùm multa poſsint̃ obijci cõtra perſonas ipſorum quib. ſunt dãda beneficia & cõtra literas ſemper pẽdente quæſtione, cùm non ſint ſuſpenſi, tenet collatio ab eis facta, vt in præalle. c. interſe. & c. dilec. ſecùs ſi alicui contuliſſet poteſtatẽ cõferẽdi, nã tũc videtur primis obtuliſſe hãc poteſtatẽ. de hoc no. ſ. de reſc. capitulũ. †Itẽ dicũt q̃dã, quod ille cui data eſt poteſtas prouidendi alicui in primo beneficio, quod vacabit in aliqua eccleſia vel dio. vel prouincia in primo beneficio, quod

quod vacauerit post receptionem huiusmodi literarum, & postquam hoc ipsum notificauerit ecclesijs, in quibus habet potestatem prouidendi, prouidere debet. ar. sup. de app. super eo. §. fi. 4. quæst. 5. cap. 1. & si in aliquibus scripserit, in aliquib. non. extunc potest tantùm prouidere in primo beneficio, ex quo omnibus ecclesijs hoc notificauerit vbi potestatẽ prouidẽdi habet, & si ex medio tempore quo scripsit, sed non perfecit vacauerit beneficiũ, non potest de illo prouidere, quia non possunt dici præsentatæ literæ directè toti dioc. vel prouinciæ quousque omnibus & singulis fuerint presentatę, vnde si iudex vellet omittere fortè vnam ecclesiam, in qua non notificaret potestatem sibi datam, in nullo loco posset cõferre primũ beneficium, alij dicunt, & vt videtur melius, quod ex quo recipit literas, statim beneficiũ primò vacãs potest conferre, & si non scribat ecclesijs, vbi habet potestatem prouidendi, quia litera non dicit, quod eis scribat, sed quod in eis iudex prouideat, & plus dicunt quidam, quod si cùm vacauerit primum beneficium, non possit illud conferre: quia præuentus fuit ab aliis, tunc prouidebit in secundo, vel tertio, vel vlteriori, quia beneficia latissimè sunt interpretanda. sup. de dona. cùm dilecti. ℣. de ver. sig. olim. credent tamẽ isti, quòd missio literarum huiusmodi iudicis ad oẽs ecclesias hoc operatur, quia sic postquam sciuerunt & mandatum est eis pro aliquo scripto in sua ecclesia esse, quòd tũc si alij conferunt illud beneficium, patiẽtur pœnam decre. de præb. dilectus. 2. Sed alij dicunt ei pro quo scriptum est obesse, quia ex quo primum beneficium non habebit, vlterius non poterit ei in alio prouideri, si cõtentus sit pœna prædicta, hoc nõ placet, hæc aũt fortius vera sunt, quando mãdauit sibi ꝓuideri, cùm se facultas obtulerit, qa non intelligit sibi auferri facultas, si ab aliquo præuenitur. (Ipse legatus) Ecclesiam de Berouil. quam legatus concesserat Gu. sed modò eam renunciauerat, vt haberet præbendam sancte M. (Supplicabat) & benè. Attendentes). q. d. iste Gu. nullo modo potest dicere se habere ius ex præsentatione prædicta, quia si Archi. in dicta ecclesia habet ius pat. iure laico, & sic innuat, vt dicat quod non obstãte collatione legati qui non potest concedere ecclesias, in quibus laici ius pa. habent, sua collatio valere debeat, malè dicit, quia tunc si quis præsentat duos, sic hic archi. præsentauit potior est ab ordinario institutus, & sic secundum hoc potior est H. ab ordinario secundo admissus, quàm G. q nõ fuit admissus. Sed si dicat, quod in ipsa ecclesia habet arch. ius patronatus tãquam clericus, certè nõ secundũ hoc habet quicquam iuris prædictus G. cùm legatus donationem ipsius ecclesię sibi reseruauerit, nõ ergò tenuit præsentatio facta ab archidiacono, cùm legatus benè poterit sibi reseruare ecclesias quæ sunt de donatione clericorum. (Tanquam laicus) quia ex hęreditate patris, vel alterius ad ipsum deuenerat, vel alio modo tantùm. (Ecclesiã) de Berouil. (Præsentasset) in alia vacatione antequam legatus eum daret Gu. vel in hac eadem vacatione, scilicet post resignationem Gu. iterum præsentauit eundẽ G. sed episcopus eũ noluit admittere, sed H. admisit: sed prius dictum est verum, & hoc no. (Statutum.) sup. eo. cùm autem. & c. quod autem.

CAPVT XXIX.

PASTORALIS. (Appellauerit) licet appellationi eius deferendum esset, nõ tamen in causa hic cassatur, quod fit post appellationem, quia fit authoritate iuris. ℣. eo. tit. cùm autẽ. Item multa impediunt faciendũ, & nõ cassant iam factum. (Possidentis) si tamen omnes præsentatos à laico patrono refutaret, & suũ instituere, cassaretur eius institutio. ℣. eo. consultationibus. & sup. c. proxi.

CAPVT XXX.

1 *Multa hic habes signa ad cognoscẽdam ecclesiam collegiatam vel non.*
2 *Per laicalem collationem nullum acquiritur ius spirituale.*
3 *Per intitulationẽ nullum acquiritur ius titulato.*
Electio titulandorum an spectet ad rectorem ecclesiæ, vel ad patronum.

POSTVLASTI. Quod ecclesia sit collegiata, & iura habeant ecclesiæ collegiatæ, satis probatur per priuilegium, quod constituit eã collegiatam, sed & si priuilegium, vel si certa alia ordinatio super hoc non apparet, si constat quòd in sui fundatione fuit ordinatũ, quod ibi essent tres clerici, vel plures, vel si pro tot fuerit ecclesia dotata, & tunc similiter habebitur ecclesia pro collegiata. 10. quæst. 1. c. 1. de cõse. di. 1. nemo. quæst. 2. placuit.

† Si autem constat, quòd fuit ordinatum in fundatione, quod nõ censeretur iure collegiatæ, sed præsentationem haberet patronus, vel si fuit ordinatum, quòd tantùm vnus vel duo clerici essent ibi, tunc non censebitur iure collegiatæ, & sic loquitur. c. 16. q. 6. piè. & c. seq. et in hoc tit. quasi per totum. Item si postea contingat de incollegiata fieri multos clericos, tamen nõ erunt vt collegium, nisi patronus consentiat, & omnes alij qui læduntur de mutatione status eius. ar. 16. q. 3. monasterium. c. rationis. & c.

si quis vult. Item si in collegiata non remaneat, nisi vnus clericus, tamen iura collegiatæ ecclesiæ habebit, ita quod si postea ad pinguiorem fortunam deuenerit, in omnibus iure collegiatæ ecclesiæ vtatur, & etiam interim quod vno mortuo clerico eiusdem ecclesiæ episcopus qui eliget, non nomine suo, sed nomine ecclesiæ eligit. ar. 65. dist. si fortè. si autem non apparet, qualiter ecclesia fuerit instituta. s. vt sit collegiata, vel alio modo, tũc si clerici sunt in possessione, quòd faciant sicut clerici collegiatæ ecclesiæ clerici defendentur in hac possessio. etiam si patronus est in quasi possessione, quòd in ea faciat, sicut in ecclesia non collegiata, defendetur in possessione sua, quousq; aliud probetur. supr. de instit. cùm venisset. Fatemur tamẽ quod episcopi & alij clerici possunt habere & electiones & collationes prębendarum, & dignitatũ etiam in ecclesijs collegiatis, quia sic cõstitutum fuit à principio. suprà, de consue. cum dilec. infrà, de ver. sig. abbate.

2 † Idem etiam credimus de laicis, sed tamen per collationem laicalem nullum ius spirituale habebunt inuestiti ab eis, nec per illam inuestituram habebũt aliquod ius in collegio, quousq; per episcopum vel alium clericũ iura spiritualia & canonicalia acquiruntur. arg. 63. dist. in synodo. & de hoc nó. de elect. quòd sicut.

3 † Titulos) per huiusmodi titulationem, nullum ius quæritur titulato, quòd si quæreretur, necesse esset cõsentire patronum: vt no. suprà, de fi. pres. proposuit. vel dic huic titulato quæritur ius, & est verè canonicus, & tamen non habebit reditus, nisi quando placuerit electoribus, & est hoc contrà ius propter consuetudinẽ approbatam. si. su. de cõsti. c. fi. sup. de maio. & obe. statuimus. (Electio) hîc ponit duas quæstiones. Prima est vtrum electio titulandorũ spectet ad rectorem ecclesiæ, vel ad patronum, & huic quæstioni non respondet expressè. Secunda est si ecclesiam vacare contigerit rectore, vtrum patronus huiusmodi titulatis postpositis possit alium præsentare, & huic respõdet expressè, quòd potest alium præsentare, nec fit ei præiudiciũ, & sic etiam tacitè primæ respondet, ex quo patrono nõ fit præiudicium, potest alios titulare prælatus. arg. de fi. pre. proposuit. supr. de offic. vic. ad hoc. 7. q. 1. aliud autem. dicunt quidam si episcopus esset patronus. 16. q. 5. si quis.

† Præiudicium generatur) quin eos possit remouere post mortẽ titulantis, cùm ad patronum spectet non solũ prælatum, sed alios etiam ministros præsentare. 69. di. principali. 18. q. 2. eleutherius. 16. q. 5. si quis. &. q. 7. decernimus. in Authen. de sanctiss. epis. §. si quis oratorium. suprà, de fi. pre. ex transmissa. vel dic vt not. in gl. illa hîc posita. Assensu) idem intelligo, & si eius assensus interuenisset, quia si aliud diceretur, aperiretur via vacaturis contra id, quod est suprà, de concess. præben. c. 2. Vel dic, quòd benè posset induci per cõsuetudinem, vbi est consuetudo, quòd huiusmodi intitulati fuerint sine malitia vacaturarum, quod patronus si requireretur de eis tantùm præsentare deberet, sicut de consuetudine inducitur, quòd de certa ecclesia eligitur. suprà, de consue. cum dilec. infrà, de verb. sig. abbate.

CAPVT XXXI.

TRANSMISSAE. (Concessissent) etiã & malè, cùm ad patronos non concessio, sed præsentatio pertineat (Appellationem) hæc appellatio fuit iniusta (Præsentatum) scilicet R.

TITVLVS XXXIX.

DE CENSIBVS, EXACTIONIBVS, ET PROcurationibus.

CAPVT I.

1 *Mansus propriè quid sit.*

SANCITVM. (Manſus) manſus propriè ſecundum vulgare Italiæ dicitur tãtum terræ, quod ſufficeret duobus bobus, & tu dic hîc appellari manſum dotem conſtitutam pro ſuſtentatione clericorũ, & alijs neceſſarijs eccleſiæ. de conſe. di. 1. nemo. quam tamen dicunt quidã authoritate epiſcopi poſſe fieri tributariam. ar. ſup. tit. pro xi. præterea & non aliter. Seruitio) de nouo poſito, & etiam antiquitus fundatores eccleſiarũ conſueuerunt aliquem cenſum de fundo pro dote aſſignato recipere, illum remittere debebunt: vt hîc. ar. 10. q. 1. c. 1. & ſe. ſi non remittet vel de nouo imponet pro remiſſo habetur, & pro nõ impoſito: vt. 10. q. 1. c. 1. C. de leg. non dubium. Sed ſi alij eadẽ terra eſſet tributaria, nõ erit libera tributo. 16. quæſtione. 1. c. ſi quis laicus. ff. de pac. inter. ſed eccleſia non debet eam recipere, imò potius ab eccleſiæ ædificatione ceſſare. (Eis) ſcilicet eccleſijs. 23. q. 8. ſecundam canonicam. (Seniorib⁹) id eſt dominis etiam temporalibus.

CAPVT II.

OMNIS ANIMA. (Et vos) hoc dictum eſt laicis. 11. quæſtione 1. magnum. ſupr. de ma. & obe. ſolitæ. vel etiã cõprehendit clericos, quò ad exteriora. 23. q. 8. tributum. vel præcepit, quod ſint ſubiecti eccleſiaſticis prælatis. 23. di. quãquam. (Probatio) quò ad aliquid, cenſus autem non ſemper eſt probatio plenæ ſubiectionis. inf. de pri. recepimus. ſup. de reſi. domi. cùm venerabilis.

CAPVT III.

SCIENTES. (Imponere) vel quod ſacerdos haberet in monaſterio, vel monaſterijũ in ſacerdote, vel quod alij haberẽt in monaſterio. (Permittas) eſt enim ad hoc epiſcopi conſenſus neceſſarius. ſupr. de præbẽ. auaritię. de mona.

CAPVT IIII.

LICET. (Ad collectas) perſonales, ſecùs de realibus (Cęcitas) Not. cęcos defendendos per eccleſiam. 88. di. deſolatis.

CAPVT V.

1 *Obligationes an quarantur tempore.*

PERVENIT. (Ignorante) hoc. c. loquitur, quando petens cenſum non eſt in poſſeſſione, aliàs quouſq; ſuccũberet in proprietate, defenderetur in poſſeſſione cenſus. ſup. vt lit. pen. à memoria. & c. laudabilem. ſup. de cau. poſ. cum eccleſia. & quando agit petitorio & non poſſeſſorio.

†Ignorantię) id eſt, cuius cauſa ignoratur & etiã ignoratur, vtrum debeatur, quia ſi certum eſſet deberi cenſum, licet nulla cauſa ſubeſſet, tamen ſibi ſolui deberet. inf. e. quãto. & no. † quòd licet obligationes non quærantur tempore, de ac. & obl. obligationũ. §. placet. tamen ſeruitia & ſeruitutes etiam ſi nõ habeant continuã cauſam, benè quæruntur tempore. C. de ſer. l. 1. & 2. ff. de aqua plu. arc. l. vlt. C. de agr. & cenſi. l. litibus. 18. q. vlt. ſeruitium. & dicunt quidam quod neceſſe habet allegare cauſam, & ſufficit probare tempus. arg. ff. de vſur. cùm in rem. ver. dicunt, quod nec etiam cauſam aſſignare tenetur.

CAPVT VI.

1 *Archiepiſcopus an poſſit cogere ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, ſi ipſis negant auxilium petere.*

CVM APOSTOLVS. (Contenti) & ſi excedant hunc numerũ ſubditi. Sol. alij poſſunt ſua authoritate prohibere, vel denegare. ff. de aqua quoti. l. 1. §. Trebatius. 10. q. 3. quia cognouimus. 63. di. quia. & ſi propter hoc excommunicentur, non tenet. inf. de exceſ. pręla. cùm ad quorundam. ſed ſecurius eſt, quòd penes ſuperiorem deponant querelam. (Charitatem) non ergò inuiti ſunt cogendi per epiſcopũ, qui exigit, ſed ſuperior facilis eſſe debet in cogendo, ſed nunquid archiepiſcopus poterit cogere ſubditos ſuffraganeorũ ſuorũ, ſi ipſis ſuffraganeis, non archiepiſcopo qui petere negãt auxilium? videtur quod ſic: quia ex quo ius habet epiſcopus vtendi, vt hîc, ergo denegantes per ſuperiorem ad id cogi poſſunt. Sed hoc fateor verum eſſe, per iudicẽ ordinarium clericorum, qui ſolus eſt Papa, quando conueniuntur ab epiſcopo, non autem per archiepiſcopum, qui eorũ iudex nõ eſt. ſup. de offi. or. paſtoralis. quidam tamẽ dicunt, & videtur bene, & probabiliter, q⁹ etiam ipſe epiſcopus poterit eos cogere ad ſoluendũ auxiliũ, nec hoc verbũ cum charitate contradicit, quia in veritate

veritate clericis ſuis debet oſtẽdere neceſſitates ſuas precibus & conuentionibus apud eos inſtare, quòd matrici eccleſiæ ſubueniant, & ſi noluerint precibus acquieſcere, poſſunt addere coactionem, debet enim ſimul adeſſe charitas & coactio. 45. di. licet. 10. q. 3. cauendum. ar. ad hoc, quia fructus eccleſiarum poteſt pro ſuis neceſsitatibus accipere. ſuprà, de conceſ. pręb. en. cum noſtris. & de inſti. cùm veniſſent. vt eccl. bene. vt noſtrum. tamen hoc non debet ſine cõſilio capituli ſui, & etiam ipſorũ clericorum. arg. ſup. de his quæ fi. à pręla. ſine conſen. cap. per totum.

CAPVT VII.

1 *Cenſus quando poſſit augeri.*

PROHIBEMVS. (Nec veteres) propter vbertatem fructuum, ſed ſi noua parochia, vel nouæ diuitiæ ei accedunt, dicunt cenſum augendum. ar. ff. de ſuf. item ſi fundi. ſupr. de pręben. auaritiæ. inf. eo. quanto. Item licet epiſcopi pro ſe non poſſint imponere cenſus, pro alijs poſſunt. infr. eo. cum clerici.

CAPVT VIII.

PRAETEREA. (Illuſione), id eſt, fraude. (audiendi) agendo petitorio, ſed ſi poſſeſſorio agitur condemnabitur ad ſoluendum cenſum quouſq; aliud conſtet, vt eadem hæc decere, innuit. & not. infr. eod. ſignificauit.

CAPVT IX.

ECCLESIIS. (Eripiunt), ſcilicet, quia de facto eas occupabant laici, & eorum poſſeſsiones vſufructuabãt, vel laici iuſpatro, quod in eccleſijs habebant donarunt epiſcopo. (Imponuntur) ſiue de iure ſiue de conſuetudine approbata.

CAPVT X.

INNOVAMVS. (Regum) quæ autem conſue. memoriam excedente habita ſunt conſeruabuntur, ſcilicet de verb. ſig. ſuper quibuſdam. §. 1. Item à regibus poſſunt poni de nouo, cùm in eis plenam habeant iuriſdictionem, veruntamen peccant, ſi hoc faciant ſine cauſa.

CAPVT XI.

CVM CLERICI. (Remouere) & cenſus poſt mortem ſtatuentis non ſoluetur: vt not. ſuprà, eo. ſcientes. præterea.

CAPVT XII.

EA QVAE. (Id) ſcilicet remiſsionem prædictorum vel archidiaco.

CAPVT XIII.

1 *Iuramentum in præiudicium eccleſia non eſt ſeruandum.*
2 *Non eſt vis facienda etiam malo poſſeſſori.*
3 *Non debet poſſeſsio alicui auferre poſſeſsionem ſuam.*

SIGNIFICAVIT. (Interdixit) non fuit benè præceptũ, præ quòd monachi poſſeſsionem amittebant. † Vel dic quòd licitum fuit præ-1 ceptum, non enim monachi prædictum cenſum recipiendum poſsidebant, quia tempore prædeceſſoris non receperant animo quærendi vi, vel clam poſsidebãt, ſcilicet ignorãte epiſcopo cuius authoritate cenſus conſtituẽdus erat, & nõ authoritate inferiorũ pręlatorum. ſupr. eo. ſcientes. præterea. ſupr. de pręben. auaritię. Et ſi clam vel ignorãte epiſcopo cenſum recipiebant, non erat ibi patiẽtia epiſcopi, quæ neceſſaria eſt ad poſſeſsionem quærendam, cùm ergò eſſent in poſſeſsione tantùm recipiendi à ſacerdote, non ab eccleſia mortuo ſacerdote, vel etiã viuo eccleſiam conuenire non poterit, tanq; ſit ſpoliatus, nec ſucceſſor monachis tanquã exiſtentibus in poſſeſsione cenſus ſoluet, cùm eccleſiam nõ potuerit obligare, niſi legitimis modis. ff. quod vi aut clam. prohibere. §. nõ tantùm. hoc non placet, quia ſatis credimus poſſe quæri poſſeſsiones per ſolutionem ſacerdotis: vt ſupr. de ea. mo. c. 2. vel hæc non fuit intentio epiſcopi præcipientis, quod nõ ſolueret cenſum, quia iuramentum non erat ſeruandum in præiudicium eccleſiæ, & non aufert ei ſi alio iure iuuare non poſſet, vel potes dicere, quod vbi quis ſcit aliquem in poſſeſsione iniuſtè & mala fide, poteſt denegare reditus ſolitos, etiam ſi iurauit, cùm iuramentum præſtitum in læſione eccleſiæ non ſit ſeruandum. ſupr. de iureiur. peruenit.

2 †Et quod iudex præcipit illud ſolui, quouſq; cognoſcatur, & propter ignorantiã facti, eſto tamen q⁹ epiſcopus benè ſciebat hunc cenſum nõ deberi de iu-

re, benè præcipit vt decętero non ſolueretur, ſed pręciperet quòd poſſeſsionem rei corporalis, quam alius tenet, quod violenter offerret malũ præceptum eſſet, quia etiã violẽto & malo poſſeſſori, nõ eſt vis facienda, 3. q. 2, §. vlt. & eodem modo, ſi ille qui conſueuit recipere cenſum cum violentia vellet accipere, fortè armis, ſibi reſiſtendum non eſſet, ſed de iure tantùm agendùm. ſup. de offi. dele. ſi quando. licet alij contradicunt. Si autem eſſet bo. fi. poſſeſſor ille, qui recipiebat cenſum, tunc ſacerdos qui in veritate nõ debebat cẽſum ſoluere debet, quia ſicut non eſt licitum aliquem ſpoliare aliqua re, ſic nec poſſeſsione. C. vnde vi. ſi quis. in.

☞ †Sed quæres quomodo agat poſſeſſor bo. fi. contra hunc ſacerdotem, quia non ſoluit cenſum, loquimur in eo caſu, quando nec ſolutio, nec iuramentũ apparebat ſuper cenſum. Reſp. ſi ſacerdos intendebat eũ ſpoliare ſuper poſſeſsione, aget interdicto vnde vi, vel condictione ex decre. ſup. de elec. querelam. ſi verò non intendebat ſpoliare poſſeſsionem, ſed tantùm in cenſus ſolutione ceſſabat, tũc aget interdicto vti poſſidetis, quia ſic moleſtabat eum non ſoluendo cenſum ſuo tẽpore. ar. ff. vti poſſ. ſi duo. §. fi. & ſic etiam agendum eſt contra illũ, qui eligit vel inſtituit aliquem in eccleſia, in qua ad me pertinet electio vel inſtitutio, & eodem modo cõtra clericum electum, vel inſtitutũ quia ipſi ſunt qui mihi turbant poſſeſsionẽ meam. ff. ſi ſer. ven. ſi quis diu. Iſte autem ſacerdos ſi epiſcopus præciperet ei, quod cenſum non ſolueret bon. fi. poſſeſſori debet appellare, quia iniuſtum eſt præceptum, & idem videtur dicendum, quando epiſcopus præcipit alicui de ſua dio. quòd præſtet obedientiam, vel quòd recipiat aliquem ad viſitationem, vel præſtet aliqua alia, ad quæ ius eum dicit teneri, ſi ſubditus appellet ab hoc, epiſcopo dicet, ſe ab his liberum vel priuilegio, vel præſcriptione, vel alio modo ſi epiſcopus eũ excõmunicet poſt huiuſmodi app. ſine aliqua cauſæ cognitione, tamen teneret excommunicatio dummodò verum ſit, quod non ſit liber, quia quòd petit epiſcopus, notorium iuris eſt, & ideò non requiritur ibi ordo iuris. Sed ſecùs eſt, ſi hoc peteret à clerico, qui non eſſet de ſua dio. vel aliàs ſi à clerico ſuæ dioc. peteret ea quæ non conceduntur à iure, nam tunc ſi ſine cauſæ cognitione eum excommunicaret, non teneret excommunicatio, etiam ſi in veritate teneretur, quia grauamen ſecutum facit, quod per app. negotium eſt delatum ad audientiam ſuperioris, ſupr. de app. ad audientiam. ſecùs autem eſt in alio caſu, quia in notorijs falſis, non valet appellatio. ſupr. de app. propoſuit.

3 †Aliqui tamen contradicunt dicentes, quòd ſemper etiam poſt appellationẽ teneret ſententia excommunicationis, & ſine cauſæ cognitione, dummodò non ſit vera cauſa appellationi interpoſitæ, & maximè in eo, qui poſsidet cenſum, qui ſibi denegatur. hoc enim etiam poſt appellationẽ & etiam ſine cauſę cognitione excommunicabit denegantem cẽſum, & ſic defendit poſſeſsionẽ ſuam, appellatio enim non debet alicui auferre poſſeſsionem ſuam. Sed quid ſi abbas excommunicat hunc ſacerdotem, ſi nõ dat cenſum, & epiſcopus eũ excommunicat, ſi dat. Reſp. appellet ſacerdos & nunquam obliget eccleſiam niſi probabilem & manifeſtam credulitatem habuerit, quod debet ſoluere. arg. infr. de ſentent. excom. inquiſitioni.

CAPVT XIIII.

SOPITAE. (Procurationibus). Not. in cauſa communi ſibi & alijs poſſe eſſe procur. abbatem. Exhibitas) ſine hac probatione ſufficiebat ei ius commune, vel etiam generalis conſuetudo quæ extendenda erat ad eccleſias ſimilis cõditionis, cùm non eſſet cõtra ius commune in eo, quod petit procurationem, quando viſitat in caſibus conceſsis, repete quæ diximus ſuprà, de præſcri. cùm ex offi. ord. ſupr. de offi. ordi. c. vlti. (Communi) 10. quæſtio. 1. decernimus epiſcopum. placuit (communi). 18. quæſtio. 2. luminoſo. contra ſolut. illud loquitur de exempto (communi) in hoc erat ius commune, vt ſicut alij faciebant iſti, inf. eod. ſuper. ius commune eſt, quòd negligente epiſcopo viſitet archiepiſcopus, vel ius commune eſt, quod viſitet ſimpliciter. infr. eo. capit. finali.

CAPVT XV.

GRA-

GRAVIS. (Fideiuſſoria) quæ fideiuſsio nõ tenet, cùm non tenuerit principale. C. de leg. non dubium. inf. de dona. poſt diuor. re. c. ſignificauit. &. c. & ſi neceſſe. C. de ſacroſanct. eccl. ſancimus. nemini. C. de condic. ſine cauſa. adminiculo.

CAPVT XVI.

1 *Liberalitates ad temperantiam ſunt reducendæ, ſi de eis oritur grauamen.*

QVANTO. (De fundatoris) hîc iuſtè potuit cenſum conſtituere. 18. q. 2. Eleutherius, ideò non abſoluentur ab eo (liberaliter) & nihil habebat ab alio monaſterio, vel tẽporale vel ſpirituale, quare hãc procurationem pręſtaret, debita tamen ex quo conſtituta eſt, tenet liberaliter.

☞ †Quæ pro vna) not. liberalitates ad temperantiam reducendas, ſi de eis oritur grauamen. infr. eo. exparte. ſupr. de deci. ſuggeſtũ, fortè ſecùs eſſet, ſi ex pacto aliquo dato vel recepto id promiſiſſent, vel etiam ſi ex gratia fuerit inſtituta hæc procuratio: tamen non deberet negari, etiam quin in ſuper excreſcentibus fructibus fiat, niſi ſpecialis ſit indulgentia ſuper hoc, & hoc innuit verbũ, quod ſequitur, indulgemus.

CAPVT XVII.

CVM INSTANTIA. (Se indebitè) ſcilicet vltra facultates eccleſiæ. 10. q. 3. illud & tenuis prima extraordinario auxilio iuuatur. C. no. vect. l. 1. & 2, ar. 1, q. 2. placuit. in Auth. de man. prin. §. ſit tibi quoque. ff. de offic. prçſi. illicitas. (Reſtauretur) ceſsis ſibi actionibus allegato, vel melius condictione ex hac decr.

CAPVT XVIII.

1 *Tenentur omnes id ſeruare, quod à maiori parte hominum ſeruatur.*
Conſuetudo vicinorum in dubijs eſt ſeruanda.

EX PARTE. (Vota) erant enim vota, quod ſingulis annis ſolueret certas menſuras grani, vel vini, ſi autem voto non tenerentur, non cogerentur ſoluere certam menſuram, vel etiam ſine menſura (non cõſtet) quia ſi de menſura parentũ cõſtaret non requireretur alia probatio, quia nõ præſumeretur, quòd ad aliã menſuram voluerit obligare hæredem (habitatores) omnes communiter vel maior pars.

(Ad eandem) no. quod maior pars hominum ſeruat, omnes debere ſeruare. 100. diſ. cõtra morem. ſup. de ca. mo. cùm dilec. Item ar. quòd in dubijs ſeruatur conſuetudo vicinorum. ſup. de conſue. cùm olim. ff. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. §. vlti. & nõ eſt hoc tantùm propter conſuetudinem, ſed quia ille qui promiſit primò, ex quo de nulla menſura mentionem fecit, præſumitur intelleciſſe de cõmuni menſura (Cogendi) licet nulli fiat hæc promiſsio, vel potius votum, tamen vouens obligatur: vt hîc. & ff. de pol. pactum. in prin. ſup. de vot. licet magnæ & in multis alijs. c. eiuſdem ti. hac ratione videtur, quod ſi aliquis promittat intrare in aliquod monaſterium, licet tale votum ſit ſimplex, vel de futuro, tamen monaſterium condictione ex hac decre. poteſt agere contra vouentem, vt intret monaſterium (ne tanquam). C. de bon. quæ libe. l. 3.

CAPVT XIX.

1 *Quando in aliqua ſcriptura publica continentur de finibus alicuius epiſcopatus, ei ſtandum eſt, donec probetur contrarium, licet ſcriptura principaliter facta ſit ob aliud. & in num. 5.*
2 *Inſtrumentum quando dicitur falſum: niſi probatur falſum remanet in ſuo robore.*
3 *Quamuis dixerit aliquis inſtrumentũ falſum & ſuccubuerit, tamen adhuc poteſt dicere illud non valere propter defectum ſolennitatum.*
4 *Poteſt miniſter imò ipſa eccleſia quando miniſter malè agit puniri.*
5 *Probatio inſtrumentorum plus eſt quàm confeſsio.*
6 *Contra confeſsionem ſuam quis admittitur ad probandum contrarium.*

CVM OLIM ECCLESIA. Iſtæ eccleſiæ pertinebant ad abbatẽ ſancti Io. ita q; in eis temporalia colligebat, & ad proprios vſus tenebat, & ideò pro eis reſpondet, aliter ipſæ eccleſiæ per ſe reſpondent, & no. ſup. de reſcri. edoceri (per alia) fortè per teſtes vel per ius cõmune vel alio modo. (In inſtrumentis) hæc inſtrumenta inducebat epiſcopus, & fortè erant talia inſtrumẽta, quod per vnũ annum tenebatur integrè iura epiſcopalia ſoluere per alium aliqua ſoluere tenebatur, ſed non omnia contra hæc inſtrumenta obijcit abbas defectũ talis ſolennitatis, cuius completio ex eius ratihabitione pendebat, ſcil. iſta inſtrumẽta non debere ſibi obeſſe, quia non inter-

uenit conſenſus capituli ſui, & ideò tantùm ſibi prę̃iudicat hæc exceptio, vt etiã ſi inſtrumenta pro eo faciant, ſibi nihil proſint, ſecùs autem eſſet ſi obȷ̃ceret defectum ſolennitatis, quæ cõpleri poſſet per partem epiſcopi, quia in hoc caſu, ſi verum non eſſet, vel etiam verum, ſi nõ epiſcopus illas ſolennitates cõplere vellet: per hoc abbas non videtur renunciare inſtrumentis.

2 †Itẽ dic, ꝙ quando dicit inſtrumentum falſum, niſi probet, remanet inſtrumentũ in ſuo robore, nec tamẽ per appoſitionẽ falſitatis videtur renunciare iuri, quod vbi ex illo inſtrumẽto cõpetebat, nec illud petere impeditur, dũ tamẽ non conſentiat id eſſe verũ, nam cõperta veritate, ſ. quod inſtrumentum non ſit falſum, cedit error veritati, 8. di. veritate. niſi perſeueret in dicendo, ꝙ falſum eſſet, quia tunc poſt ſententiam latam, ꝙ non eſſet falſum, nihil ex eo petere poſſet, ꝙa faceret contra conſcientiam. ſup. de prę̃ſcri. quoniã omne. & licet probetur per verbum, ꝙ ſequitur nullatenus approbauit abbas, iſte enim abbas, vt dicitur in regiſtro, ſemper dicebat quod hęc cõpoſitio obtenta erat per metum regum, nec tamen reprobamus quod ſupradictum eſt.

3 †Item no. ꝙ licet aliquis dixerit inſtrumentũ falſum & ſuccubuerit: tamen adhuc poteſt dicere illud nõ valere propter defectum ſolennitatũ. ff. de pet. hęr. l. Lucius. Item & ſi dixerit inſtrumenta deficere ſolennitatibus, tamẽ poteſt petere legatũ ex eo inſtrumento. ff. de pet. hęr. poſtꝯ. ſecùs autem ſi falſum vel inofficioſum dixiſſet. Deductiones) in inſtrumento compoſitionis continebatur quod decimæ vltimæ integrè perſoluerentur epiſcopo, ſed de eis incertis caſibus deberet monaſterio aliquid impendere, vel epiſcopus debebat accipere quartam decimarum ab illis eccleſijs, & de ea debebat aliquid dare monaſterio, nam ſi inſtrumentum cõpoſitionis diceret, quòd epiſcopus tantùm duas partes decimarũ, vel aliam partẽ ſibi reciperet, tunc non fuiſſet monaſterium condemnatum ad plenam ſolutionem decimarum, quia ſibi non debebantur, nã licet compoſitio non debeat prodeſſe abbati, quia impugnauit, nõ tamen debet dare epiſcopo, quòd ſibi non debetur.

Sed dices fortè, imò debebat de iure cõmuni, quia eccleſiæ in dioc. ſua ſunt ſitę, ſed certè hoc non prodeſt epiſcopo, cùm receſſum ſit à iure communi per compoſitionem, quæ non improbatur. Fatemur tamen, quod ſi epiſcopus reſpondiſſet abbati, quando dicebat compoſitionem nõ valere, & ego ratum habeo, ꝙ tunc ſtandum eſſet iuri cõmuni, quia cõmuni voluntati receſſum eſſet à compoſitione, nam benè videtur dicendum, quod pro abbate nihil ſit iudicandũ, ſed nec pro epiſcopo eſt ferenda iniuſta ſententia. Vnde dico, quod ſi inſtrumentũ quod quis impugnat cõtineret, quòd T. debet mihi centũ ſub conditione, nõ adiudicabit mihi illa purè, ſed ſub conditione, quia non debentur ante conditionẽ exiſtentẽ, imò plus dicimus, ꝙ ſi in diem debentur, nõ condemnaret niſi poſt diẽ præmiſſa ratione, quia nunquàm ferenda eſt iniuſta ſententia pro aliqua partium, licet aduerſarius iniuſtè improbet contractum, ſed pro improbante nihil ſententiandum eſt.

4 †Sed nunquid ſalua conſcientia poterit iſte epiſcopus tenere integras decimas, nulla facta deductione? Reſp. licet tutius ſit ꝙ ſoluat, quia tamẽ iniuſtè obtinuit in cauſa, & quia benè poteſt miniſter eccleſiæ quandoꝙ puniri, imò ipſa eccleſia, quando miniſter malè agit. 6. q. 4. placuit. dicimus ꝙ ſine peccato tenere poteſt quouſque abbas per in integr. re. vel alio modo ſibi prouideat (impugnare) 13. q. 2. quam præpoſtera. 17. q. 4. ſunt. †Impugnare) in regiſtro a continetur, ꝙ a impugnabat inſtrumenta ex ea cauſa, quia dicebat ea per metum regũ extorta, & in iſto ſuo dicto perſeuerauit abbas vſq; ad ſententiam, & ideò iudex in ſententia ſibi noluit adiudicare aliquam deductionem, licet ſibi per inſtrumenta competerent. ar. ſup. de teſt. præſentiũ. quia cùm illæ deductiones eſſent ſecundũ eũ contra ius, nec cõpeterent abbati, ſi per inſtrumenta quæ falſa, & per metum extorta dicebat contra cõſcientiam faceret, ſi illa deduceret, & iudex malè faceret, ſi ſibi mandaret, quod contra conſcientiam faceret, ſi autem non diceret inſtrumenta falſa, ſed contenderet, licet malè illa non debere ſibi prę̃iudicare de iure, tunc non obſtante tali impugnatione, iudex ferret ſententiã pro impugnatione, ſi autem ante ſententiã velit deſiſtere ab impugnatione inſtrumenti, ſibi licet, nec exigitur tũc alia probatio, quod probet contra ſuã cõfeſsionẽ, cùm aduer-

a *In regiſtro. ad hæc dicta Innocen. vide Fran. Ar. in l. poſt legatũ. col. 3. ver. ſed quæro. ff. de his quib. vt in d. Pet. de Anchar. in cõſil. 208. inci. iudex de iure. collũ. pen. ex prædictis omnibus. & in conſilio 34. incip. in hac cauſa. col. fi. et adde quòd conſi. Pet. de Anch: ſub. nu. 208. alle. habetur etiã inter conſilia Car. ſub nu. 29. & quota in colum. pe. in fin.*

aduerſarius qui induxit inſtrumenta, niſi hil poſsit dicere contra illa, nec probatione ſuper hoc aduerſarium aggrauare, ſi verò aduerſarius non induxiſſet inſtrumenta, ſed proprio motu diceret in iudicio, illa falſa, poſtea ex illis inſtrumentis nihil petere poteſt, niſi probetur illa, vt aliàs non vera, poſt ſententiam autem, puta ſi inſtrumenta, quæ quis falſa dicebat iudicentur vera, non prohibetur ille, qui dixerat ea falſa, per ea aliquid petere. ſup. de iureiur. mulieri. nam veritate etc. diſt. 8. veritate. Quidam tamen dicunt, quòd ſi epiſcopus non iuuaretur alio iure, niſi eo quòd continebatur in inſtrumento, in quo prę̃cipiebantur fieri ei deductiones, quòd ſicut epiſcopo adiudicandæ ſunt quartæ decimarum, ſicut abbati adiudicandæ eſſent deductiones, ꝙa eadem res etc. 12. q. 2. quia. ſed hîc non iuuatur tantùm illo inſtrumẽto, ſed etiam iure communi. ſ. quia eccleſia erat in ſua dioc. ſita, ſic patet per finem huius decr. ſed prius dictum melius probatur ex hac decret.

5 †Tua) no. ſcripturã fidem facere in eo negotio ſuper quo principaliter non eſt facta, puta ſuper finibus epiſcopatus cũ eſſet priuilegium. C. de contrah. ſtip. l. optimam. C. de lib. cauſa. cũ aliquis. (inſtrumenta) inſtrumẽta enim hæc continebant, quomodo epiſcopus has eccleſias conceſsit monaſterio prædicto, ꝓ quę ſatis conuincebatur abbas, quòd illæ eccleſiæ eſſent in ſua dioc. Si enim ab illo epiſcopo eccleſias & ius epiſcopale in eis receperat, nõ poterat negare illas eccleſias in ſua dioc. ſitas, quãuis fortè poſſet dicere, ſe ad hoc recepiſſe priuilegiũ, ꝗd ab eo ius epiſcopale haberet, ſed ab alio habebat, ab eo hoc ideò impetrauit quòd non petendi frontem non haberet. ar. C. de exce. ſi quidem. ff. de probat. l. cùm de indebito. ſed proteſtari hîc debet, vt in l. ſi quidem. alioquin ſicut pro ſe ita cõtra ſe admittere tenetur. Sed quare non fuerunt abbati adiudicata epiſcopalia? Reſpon. licet verum eſſet priuilegium, tamẽ quia non affuit aſſenſus eorum qui adeſſe debuerũt, non poteſt præiudicare eccleſiæ hoc non placet, vel ideò non fuerũt ſibi adiudicata iura epiſcopalia, quia nõ fuerant ſibi data per priuilegium, de quo hîc fit mentio, per illa enim verba, quæ ibi cõtinebantur. ſ. ꝙa cõcedebat ſibi eccleſiã, vt hîc dicitur, nõ ius epiſcopale cõcedere intelligebatur, ſed tantùm temporale, quòd in ea habebat, vel in ꝓprios vſus eam concedebat. ſupr. de do. paſto. Hoc aũt inſtrumentũ de quo hîc mentionẽ facit, nullatenus reprobatur, ſed inſtrumẽta cõpoſitionis tantùm, nã ſi aliàs per partem epiſcopi fuiſſet ꝓbatum falſum eſſe inſtrumentũ, nõ probaretur per illud, quod eccleſia de qua in priuilegio dicebatur eſſe in dio. huius epiſcopi, cũ reprobato inſtrumento, nihil ex eo probetur & totum carere debeat vigore. 9. diſt. ſi ad 3. q. 9. puta. licet enim producens non poſsit dicere falſum inſtrumentum, vel cõtra aliquod quod in inſtrumento continetur vt hîc. & no. ſupr. de exce. cùm venerabilis. tamẽ ſi aduerſarius probet falſum etiam aduerſario non nocebit, aliquando enim per aduerſarium habeo quod per me habere non poſſum, ſi. C. de tẽp. in inte. reſt. petẽdę.

Sed dices, nónne eo ipſo, quod ꝓduxit inſtrumentum vel priuilegiũ, videt confeſſus eſſe omnia iura, quæ in eo cõtinentur, & ſic non poteſt contra ea dicere, ſicut nec contra confeſsionem ſuã tacitam vel expreſſam, etiam ſi priuilegium pronunciaretur falſum? Reſpon. vt not. in decret. præalle. cùm venerabilis.

6 †Item no. quòd licet cõtra cõfeſsionem ſuã quis admittatur ad probandum contrarium. C. de iur. & fac. ign. l. error. & in ſumma. C. de confeſ. tamen contra inſtrumenta quæ produxit nõ admittitur, nec mirum, quia plus eſt ꝓbatio inſtrumentorũ quàm cõfeſsio. Item cùm quis induxit inſtrumentum ad probandũ aliquem articulũ, quomodo poſtea admittetur ad probandum contra, cũ contraria allegans non ſit audiendus, ſed duæ probationes contrariæ ſibi inuicem fidẽ derogant. C. de proba. diuerſæ. & etiam quia plus eſt confeſsionem tacitam habere, & ꝓbationem inſtrumenti, quàm confeſsionem tantùm.

CAPVT XX.

OLIM CAVSAM. (Ad Papien.) & benè, quia erat in obligatione, quamuis ſi non inueniantur, poſsit de alia pecunia ſatisfieri, ſic etiam quando agitur ex empto ad rem venditam, nam quando agitur, quia res in obligatione eſt. ff. de act. empt. l. ex empto. 1. reſpon. & in condemnatione, ſed liberatur ſatisfaciendo de intereſſe. ff. de act. empt. l. 1. ſi autem non

esset in obligatione, sicut si agatur. l. Aquil. ad reficiẽdum domos destructas, quia ineptè petit, cùm solùm interesse in petitione & oblig. sit, lacerandus est libellus (protestatus) idem esset si protestatus non esset, quia protestatio interrumpit præscriptionem, nisi in casibus. sup. de off. or. past. in fi. C. dean. exc. hoc amplius (eisdem) videtur quod si hoc probatũ esset. l. an. antè soluti essent Luceñ. tamen possent exigi Papi. arg. ff. de vsufr. quia qui. ff. de pe. si quis seruum. ar. cõtra. ff. quemad. ser. amit. si communem. §. 1. & l. si quis alia. (Declinationẽ) .i. quia moneta Papi, non inueniebatur. (Papi.) non solùm petitionem esse faciendam ad rem, quæ est in petitione & obligatione, sed etiam condemnationis, quamuis soluendo interesse liberetur. ar. ff. de ac. emp. ex empto. resp. 1. (Papi,) ar. ad veterem mensuram solutionem faciendam. supr. de iureiur. quanto. ff. si cer. pe. l. 3. ar. cõtra. 32. q. 4. qui ignorat. ff. de contrahen. emp. l. imperatores. (Pap.) hoc constabat in dubium vertebatur, ꝙ episcopus vel ex constitutione, vel præscriptione præcedente solutionem Lucẽ. dicebat pro cathedratico recipere. 6. denarios Pa. Vel dic, quòd si sufficit episcopo si computatis omnibus annis quibus receperit Luceñ, pro Pap. compleuit tempus præscriptionis. l. 40. an. ar. ff. de vsufr. quia qui. sed ex hac decre. videtur colligi licet Luceñ. soluerit pro Pap. si tamen non soluit ipsos Luceñ. 40. an. non cogetur soluere Pap. & est mirabile, quòd solutio eiusdem rei pro vtraq; parte præscriptionem inducit. f. pro episcopo quòd præscribit Pap. sed finita præscriptione episcopi de Pap. etiam lapsu vnius solius anni, plebs præscriberet: vt non cogatur soluere Pap. sed Luceñ.

CAPVT XXI.

☞ CVM VENERABILIS. †Imponeret) quantumcunque enim generaliter ecclesiam eximat episcopus cathedraticum retinet & iurisdictionẽ, & procurationem & visitationem. 16. q. 2. c. 1. sup. de do. past. nisi exemptio confirmaretur authoritate Papæ. ar. supr. de re. do. vt episcopo sint subie. cõstitutus. & sup. de his quæ fiunt à præla. pasto. nõ enim potest à se suam iurisdictionem in totum reijcere. ar. sup. de fo. cõpe. si dili. arg. sup. de renũ. admonet. C. de bo. quæ libe. l. 3. (Episcopalis) quia ius episcopale nõ intelligitur remitti, licet omne seruitium remittatur. (De communi) & ita apparet, quòd per prædictum pactum non tollitur ei aliquid de iure episcopali. arg. sup. de do. pasto. vbi no. (De communi) & est quia remissio illa seruitiorum, non trahitur ad iura & seruitia, quæ communi iure debent omnes eccleſiæ, sed ad seruitia quę quotidiè & de nouo imponuntur. (Procurationes) & alia iura episcopalia.

CAPVT XXII.

SVPER EO. (Prouincijs) repete quę diximus sup. de consue. cũ olim. & de off. arc. c. fi.

CAPVT XXIII.

PROCVRATIONES. (Procurationum) etiam de his, quæ consistunt in victu alibus, nam si velit accipere vestes, vel si equi morĩatur, & velit alios emere, vel etiam expensas velit recuperare, quas fecit in eundo ad locum, quem visitaturus est, vel in alia consimili causa. Hæc omnia petet vltra computationem istarum procurationũ ad dies.

CAPVT XXIIII.

1 *Appellatio extra iudicium quando sit censenda iusta. & in num. 2.*
3 *Non debet quis per negationem vel prohibitionem, vel appellationem vnquã dimittere vti iure suo.*
Iudex suam personam priuatam in iudicando non gerit, sed publicæ personæ, cuius non est iudicare, nisi de probatis.
4 *Quando liceat episcopo materialibus armis possessionem suam defendere.*
5 *Non valet quod fit à delegatis, nisi probata delegatione.*
Sententia lata an valeat, quando dubitatur de iurisdictione partis.
Partes non curant de iurisdictione contendere.
6 *Consuetudo & pactum archiepiscopi & suffraganei impedire non potest non solùm procurationem, sed nec eius visitatio. & Et quæ sit ratio.*
Consuetudo contra ius publicum vtilitate, an & quando valeat.

VENERABILI. (Procurationibus) quia sępè occurrit quęstiones exemptionis earum occasione denegatarũ visitationum & procurationum, vel alia cõsimili, & ideò de hac materia ſ. ꝓposito themate plenius tractemus. Episcopus Edueñ. accessit ad monasterium

nasterium sancti M. in sua dioc. situm, mandans abbati & conuentui, quòd pararẽt se, quia monasterio illi volebat impendere officiũ visitationis, & pararent etiam procurationem ratione visitatiõis debitam. Cui abbas respondit, quòd nullo modo se pararet, nec ad visitationem, nec ad procurationem, quia exẽptierant quòd ad hoc à iurisdictione episcopi Edueñ. & appellauit ad se. app. si in aliquo modo hac occasione grauaret, & adiecit abbas, quia corã eo volebat probare exemptionem prædictam, vel coram Papa si episcopo placeret, sed episcopus non obstantibus prædictis, excommunicauit abbatem, & interdixit conuentum, modò venit abbas, & aggreditur contra ipsum de iniusta excommunicatiõe, vel potiùs nulla, & petit absolui ad cautelã. Pro se autẽ induxit abbas, quia videtur quòd excommunicatio sit nulla, quia lata post app. ex legitima causa interpositam, ꝙ sufficit etiam si non est verũ. Item quia lata est sine causæ cognitione. supr. de app. ad audiẽtiam. & c. dilectis. & maximè cùm causam episcopo obtulit ex abundanti se probaturum exemptionem. sup. de app. interposita. Item dicit abbas episcopum omninò esse puniendũ, quia sine manifesta & rationabili causa excõmunicauit eum, antequã iusta excõmunicationis causa probaretur. infr. de sen. excom. sacr. 2. q. 1. nemo. cùm enim diceret abbas se exemptum esse, quòd ad prædicta, & ita sua negatione esset res dubia. C. qui ad lib. proc. non licet. l. 3. super re dubia & non super manifesta tulit sentẽtiam, & ideò malè. Item dicit abbas, ponamus quòd coram episcopo Edueñ. aliquis parochialis sacerdos peteret ius parochiale ab aliquo suo parochiano, & ille parochianus offerat se probaturum, ꝙ alius habet in eo ius parochiale, nónne audiet eum, vel potiùs non admissa exceptione parochiani excommunicabit eũ, hoc est absurdum dicere, sed nũquid erit apud eum acceptio personarum, vt cõtra sacerdotem parochialem admittat exceptionem, & probationem super ea, & contra se non admittat hoc, non est æqui iudicij. 4. q. 4. c. 3. Episcopus autem cõtrà pro se allegat, quia ex quo constat, ꝙ monasterium situm est in sua dioc præsumptio iuris est, quòd in eo habet visitationem. sup. de præsc. cũ ex offi. de sen. si. sopitę. c. vene. cũ nuper. & sic præsumptio iuris est, & veritas est. ſ. qa ei subest in prædictis, ergò iusta est sententia episcopi, ideò autem dixit episcopũ, & veritas subest, quia benè fatetur episcopus, ꝙ si in veritate probaret abbas coram superiore, quòd ad prædicta esse exemptũ, ꝙ malè sententiasset, hîc tamen vult defendere episcopus, ꝙ si abbas defecerit in probatione exemptionis, quòd ad prędicta, licet probet se proposuisse exemptionem, & se obtulisse probationem super ea, quòd hoc non sufficit ad pronunciandum excommunicationem nullam, vel iniustam, vel ad puniendum episcopum, & quòd suus ꝓcessus decernendus est legitimus, nec valet quòd abbas dicit, quia appellatio ex causa legitima præcessit excõmunicationem, & quòd sine causæ cognitione lata est, ergò excommunicatio censenda est iniusta, vel meliùs nulla.

1 †Sed respondent quòd nunquam appellatio extra iudicium quantumcunque fiat ex legitimis causis, & quantumcunque appellans offerat se eam probaturum est, censenda iusta, nisi probauerit eam esse veram. vt not. supr. de elect. cùm inter ea. supr. de his quæ fi. ā ma. par. cap. c. 1. & hæc appellatio, vt qdã dicunt extra iudicium erat, ꝙ ex eo appareret, quia ipse abbas hoc dicebat, quando proponebat se exẽptum, & per cõsequẽs episcopũ nõ esse iudicem, sicut & cẽsenda esset appellatio extra iudiciũ, vt si quis appellaret ab episcopo, ne ordinaret aliquã ecclesiam de canonicis, vel ne cõfirmaret electum vel institueret, quia & ad se pertinẽt prædicta. licet enim hæc omnia sint de l. iurisdictionis, nõ tamẽ semper requiritur iudiciarius ordo, nec semper sic pro eis faciẽdis iudicium ordinatur, imò plus extra iudicium, quã in iudicio hæc aguntur. Vel dic, vt no. supr. de ap. dilectis. in gl. quæ incipit, hîc fuit etc. ver. not. quod licet.

2 †Item si in iudicio essent partes, tamen hîc non fuit in se petitum, quòd coram episcopo offerret probationes, cùm eas recipere non deberet in causa sua, quòd autem coram Papa offerebat se probaturum, etiam non sufficit ad hoc, quia reuocari debet, quicquid fit post talem appellationem, nisi probetur veritas causæ, sicut apparet ex litera decre. interposita, nec valet si dicat abbas, quòd vult quòd ipse idem episcopus cognoscat, qa nec iudex potest esse in causa sua, nec arbiter. ff. de arbit. si de re. C. ne

quia

quis in cauſ. l. 1, nec valet ſi dicat abbas, quòd nõ debet quis excommunicari ſine manifeſta cauſa, & niſi eam probet, quia hæc fuit manifeſta cauſa excommunicationis, ſ. contumacia recipiẽdi eum ad viſitationem, & hęc contumacia benè probatur hoc ipſo, quòd eſt præſumptio iuris, & quòd probatum eſt in poſſeſsione, & quòd eſt verum, quòd eſt de dioc. epiſcopi. Nec probatur cõtrarium. Nec obeſt ſi dicas, quòd ea præſumptio iuris, quæ eſt ex eo, quòd eſt de ſua dio. ꝙ epiſcopus habet in ea viſitationem, tollitur per negatiõem abbatis, per quam fiebat, tunc res dubia, quia id locũ habet in iudicijs, ſicut ex tex. l. apparet, ſed ſecùs extra iudicia, ſicut hîc, vt quidam dicunt quantum ad exemptionem, de qua hîc non agebatur. Vel dic & meliùs, res etiã dubia facta per litem, impedit, ne noua poſſeſsio detur: vt in præalle. l. ſed non impedit quin veteri vtatur. ſupr. vt lit. pen. c. 1.

3 †Item quia nũquam per negationem vel prohibitionem, vel appellationem alicuius, debet aliquis dimittere vti iure ſuo, C. de rei vend. ſi fundum, C. ere. cui. pi. l. 1. & not. ſupr. de ma. & obe. dilecti. Nec obeſt, quod opponitur, quia ſi epiſcopus inter ſubditos ſuos cognoſceret. ſ. inter ſacerdotẽ & parochianum de iure parochiali, quia admittere debet huiuſmodi exemptionem parochiali, ſcilicet quòd eſſet exemptus, ergò eadem ratione contra ſe admittere debet. Reſp. quãdo epiſcopus inter ſubditos cognoſcit, tunc debet ordinem iudiciariũ ſeruare, & ſecundũ allegata potiùs, quàm ſecundum veritatem iudicare. 3. q. 7. iudicet. 2. q. 1. Deus. 11. q. 3. illa. ff. de offic. præſid. illicitas. †Non enim perſonam ☞ ſuam gerit priuatam in iudicãdo, ſed iudicis & publicæ perſonæ, cuius non eſt iudicare, niſi de probatis. 6. q. 1. ſi omnia. ſed ad viſitationem hanc faciendam, epiſcopus non procedit ordine iudiciario ſeruato, nec vt iudex ſecundum quoſdã, maximè quo ad intẽtionem abbatis, qui ſe dicit exemptum, licet in ea ordinẽ aliquem ſeruare debeat. inf. eod. Romana. inf. de acc. qualiter. vltra me. ſed tanquã vtens iure ſuo, vnde non debet inquirere, ſi habet ius viſitandi, cùm ipſe ſciat ſe habere, ſicut verum eſt, nec debet admittere exceptionem, cùm nõ poſsit de hac exceptione cognoſcere. Item iudex qui eſt medius, debet omnia audire, ſed pars tantùm vtilitatem cauſæ ſuæ ſecundum Deum, & eum bona conſcientia proſequi debet, quod benè hic epiſcopus facit, ſi viſitatio ad epiſcopum pertinet, ad hoc etiam facit ꝙ ius dicit, quia non præiudicat alicui vt priuato, quod facit vt iudex. ſup. de fide inſtr. inter dilectos. circa fi. Vel dic meliùs, ꝙ ſi in iudicio coram archiepiſcopo, vel Papa abbas prouocaret in libertatem, vel etiam ſi epiſcopus interdicto vti poſsidetis, ageret contra abbatem, nihilominùs epiſcopus pendente lite vteretur poſſeſsione ſua, & cõtradictores excõmunicaret iuſtè, dũmodò in veritate poſſideret. ſup. vt lit. pen. c. 1. Itẽ dicunt quidã quod cũ liceret epiſcopo cũ armis materialibus defendere poſſeſsionem ſuã, quare nõ multò magis cũ ſpiritualibus. ſ. per excõmunicationem, quæ eſt medicinalis. 2. q. 1. multi. quia arma epiſcopi & mucro eſt excommunicatio. 16. q. 2. viſis. 24. q. 3. corripiantur. Sol. ſi epiſcopus exequitur officium ſuum, ſicut dictum eſt in themate, vadat ad aliquod monaſterium viſitãdum, in cuius poſſeſsione ſit viſitandi, quantumcunq; abbas monaſterij allegat ſe exemptum, & ad hoc ipſum offerat ſe probaturum, dummodò epiſcopus ſciat, ſe quaſi poſſeſſ. habere, quæ non potuit amitti ſine animo eius & eo ſciente, ſi per ſe poſſidebat. ff. de acqu. poſſ. peregrè. §. quibus.

4 †Et quantumcunq; contradicat, vel appellet abbas, ſemper viſitabit epiſcopus, & ſi pertinaciter renunciat, & materialibus armis defendet epiſcopus poſſeſsionem ſuam. de hîc no. de immu. eccl. c. 1. & ſpiritualibus armis. ſup. de præſcr. cùm ex officij. & inf. e. cùm nuper. & ſic benè probauit epiſcopus in ſuis allegationibus, & idem videtur ſi incontinenti recuperet admiſſam poſſeſſ. ſup. de reſt. ſpo. olim. nam & ſecundum iura ciuilia licet cuiq; ſibi ius dicere in his caſibus, & in quibuſdam alijs, qui no. in gl. in generali. C. quando licet cuiq; ſibi ius dicere. Si autem eſſet in quaſi poſſeſsione talis iuris, quę potuiſſet amitti etiam ignorãte epiſcopo, vt ſi aliquod ius per procur. poſſideat, quia id benè amitteret epiſcopus etiam ignorans, tunc poteſt differre vti iure ſuo, ſi vult, & ſinon vult, vtetur illo iure & contradictores excommunicabit. †Etſi poſtea apparebit coram iudice, coram quo agitur de iniuſta excõ☞ municatione, quòd adhuc tempore excõmunicationis erat in poſſ. viſitãdi, vel alterius

alterius iuris, rata manebit ſentẽtia, ſi verò apparebit, ꝙ non poſsidebat tempore excõmunicatiõis, reuocabitur ſentẽtia, & tamen nõ punietur epiſcopus de iniuſta excommunicatione, vel nulla. arg. ad hoc, ſupr. de offic. dele. ex literis. nili appareret de eius malitia, vel craſſa ignorãtia, quæ ſatis apparet, ſi abbas ſeriatim modum amiſſę poſ. dicebat, & hoc ei ſe oſtenſurum offerebat. Nec obſtant huic oppoſitioni iura præalle. niſi de eo quòd ſententia excõmunicationis non debuit ferri ſine cognitione, & ſine admonitione, qa illa habent locũ, quando ꝓcedit vt iudex, hîc aũt procedit vt pars, quæ iura ſua defendit mucrone ſuo ſpirituali, nam & aliàs ſine cognitione & monitione ꝓcedit excõmunicatio. ſup. de offic. ord. ſi ſacerdos. inf. de ſen. excom. Romana. §. caueant. q. 1. qdam. monitio tamẽ ſemper videtur neceſſaria. inf. de ſen. exc. ſacro. Sed ſi non exequens officium ſuũ viſitabat, ſed in iudicio vult agere epiſcopus cõtra abbatẽ ius ſibi eſſe in monaſteriũ viſitãdi, eligeret arbitros cũ abbate, qui hanc cauſam dirimãt. 11. q. 1. ſi clericus. & abbatẽ coget ad arbitros eligendos. 11. q. peruenit. ſup. de offic. del. ſuſpicionis. Si aũt contra aliũ velit agere, qui dicit ſe viſitationẽ epiſcopalem in eodẽ monaſterio habere, cõueniet eum corã iud. rei. ff. ad muni. de iure. de decu. l. 1. idem quod diximus quando cõſtat ꝙ monaſterium eſt ſitũ in dio. epiſcopi agentis. Idem dicendũ videtur, & ſi cõſtet eſſe ſitũ in alia dioc. quantũ ad hoc, quia ſi in veritate eſt in poſſeſs. viſitationis, rata manebit ſententia, ſed ſi non probabitur corã ſuperiore, ꝙ epiſcopus eſt in poſſeſsione viſitatiõis, facilis erit ſuperior ad credendũ, ꝙ mala fide tulerit ſententiam excõmunicationis, & ad epiſcopũ puniendũ pro non eſſe, ſi eſſet in ſua dio. qa tũc eſt iuris ꝓſumptio, ſi ꝓ epiſcopo, nõ præſumatur ☞ de mala fide, nec facilis erit ſuperior ad eũ puniendum, de hoc pleniùs no. inf. de ver. ſig. ex parte. vnde prudẽter facit ꝓcurator cui denegãtur iura ſua, q poſsidet, vt pars ſi procedit non vt iudex, qa tunc nõ aſtringitur ad iuris ordinem ſeruãdum.

5 †Item erit reus ſi agaẽ de iniuſta excõmunicatione, q eſt fauorabilior, ꝙ actor, ſi verò non tanquã ius ſuũ proſequens, ſed quaſi delegatio à Papa, vel aliò, vadit ad viſitandũ aliquod monaſteriũ quantũcunq; ſit delegatio in veritate, niſi delegationem oſtendat, nõ poteſt excommunicare viſitandos, & ſi fecerit, nõ tenet ſententia, quia nõ valet, ꝙ faciũt delegati, niſi ꝓbata delegatione. C. de man. prin. l. 1. 98. diſt. nobiliſsimus. ſupr. de offic. deleg. cùm in iure. Sed & ſi delegatus diceret, abbas ego ſum exemptus, vel in poſſ. libertatis, hoc non obſtante deleg. ſi ſe eſſe in poſſeſſ. ſciat, viſitabit & contradictores excommunicabit. ſup. vt lit. pend. c. 1. ſi huic autem delegato, vel ordinario obijceret, quòd eſſet excommunicatus, & offerret ſe probaturum, & propter hoc appellet, iniuſta eſſet ſequens excommunicatio, vel nulla. ſupr. de ap. interpoſita. Ratio autem diuerſitatis, quia ordinarius debet admittere exceptionẽ excõmunicatiõis, & nõ debet admittere exceptionẽ, ꝙ ſit exẽptus, quò ad prædicta, quia quã_o excipit de excõmunicatiõe cõfitetur eũ iudicẽ, vnde benè poteſt cognoſcere de exceptione fori, ſed vbi dicit ſe exemptum in prędictis conſtat epiſcopũ, non iudicem in prædictis, & ideò nõ poteſt cognoſcere de exceptionibus fori. Sed contra. ff. de iudi. ſi quis ex. ff. ſi quis in ius voc. l. 1. & 2. So. quando conſtat quòd aliquis eſt de iuriſdictione alicuius, tunc comparere debet, ſi autem certum eſt, quòd non ſit de eius iuriſdictione, tunc nõ tenetur comparere. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi verò. Si verò dubitatur, tunc comparere debet, & ratione dubitationis tenet ſententia, ſiue ſententiet ſuper eo, quod ſua eſt iuriſdictio, ſiue ſententiet ſuper principali, cùm partes non curant de iuriſdictione contendere. arg. ff. de iudi. l. 2. §. ſed ſi duo. & l. ſi quis ex aliena. ff. ad mu. l. de iure. C. de vſu. ſi ea. ſed ſi hoc habet locum. ſ. quod iudicis eſt cognoſcere, an ſit ſua iuriſdictio, ſicut dicunt leges præalle. de iudi. ſi quis ex. & ſi qs in ius voc. non ier. l. 1. vbi de hoc ſi de iuriſdictione tantùm quæritur. † Sed ſi quis dicat, ☞ quòd non tenetur reſpondere, quia habet ius reuocandi domum, vel quia non tenetur reſpondere authoritate literarum, quia ſunt impetratæ per dolum, ſup. de præſcr. ſuper literis. l. præal. ſi qs ex ali. ſed vbi non tantũ quæritur de iuriſdictiõe iudicis, ſed etiam de principali, vt hîc. Si enim abbas dicit, domine epiſcope, non poteſtis viſitare monaſteriũ, quia non eſtis iudex, cùm monaſterium ſit exemptum, hîc nõ quæritur tantũ, an ſit iuriſdictio epiſcopi, ſed etiã principale, an ſit monaſteriũ exemptũ, de quo nõ poteſt

potest cognoscere episcopus, nec vt iudex, nec vt arbiter, vt suprà dictum est, nec etiam posset iudex sententiare super iurisdictione, nisi simul pronunciaret super principali. Vel dic, & melius, quod episcopus non vocabit hunc abbatem vt iudex, sed vt pars, vel vt prosequeretur officiū suum, vnde non tenetur ire & allegare priuilegium suum, quia si vellet abbas omittere allegationem priuilegij, & procedere in principali, non posset, quia sequeretur quod idem esset actor & iudex, & quod qs esset iudex in causa sua, quod esse non debet. Leges enim contrariæ locum habent, quando quis procedit vt iudex inter partes, & quòd quis esset iudex, sed & si episcopus admitteret exceptionem exemptionis propter hoc non minùs episcopus pendente lite super exceptione vtetur possessione visitandi, si in possessione esset, & contradictores excommunicaret, quod tamen non video quomodo posset esse, quia q̄ coram arbitratore fit, non dicitur fieri in iudicio, vt no. supr. de iureiur. quintauall is. † Item tales quæstiones in principali negotio sunt differendæ. supr. de for. compe. ex parte. & supr. de lite contest. exceptio. hoc nobis magis placet, quàm ea quæ nota. sunt. infr. de verb. signif. ex parte. in gl. Sed dices vltra me, vbi dicitur quod nisi abbas incontinenti ostendat coram episcopo, vel priuilegium, vel aliquā aliam probationem, quòd debet eum excommunicare, si verò ostendat, non debet eum excommunicare, quia non facimus vim in exhibendo, vel non exhibendo probationes, cùm nec abbas teneatur exhibere, nec episcopus recipere eum, cùm non possit de hoc cognoscere, vt prædictum est, licet tanquā quilibet non vt iudex possit eam videre, vt inde instruatur, non vt de his iudicet, si. supr. de rescr. cùm contingat. Hic tamen concedimus, an in veritate sit exemptū, vel non, superior autem non statim absoluet hunc abbatem ad cautelam, quia præsumptio iuris est pro episcopo, cùm sit in sua dioce. vt dictum est, sed si sit in alia dioc. vel etiam in eadem si statim abbas exhibet aliquam probationem, per quam hoc semiplenè apparet de exemptione monasterij, tunc superior statim absoluet ad cautelam. vt not. inf. de sen. exc. solet. §. 1. in gl. per hoc dixerunt. supr. de excep. apostolicæ. Item ibi nō est vis, quòd in alijs est ei subiectus, q̄a propter hoc non minùs est nulla excommunicatio. infr. de excess. præla. cùm ad quorundam. vbi not. Item dixerunt quidam hæc tantùm habere locum, vbi quis exequitur ius suum, vel sibi debitū iure scripto, vel consuetudinario.

Sed alij dicunt & fortè melius, quòd quomodocunque constitutum aliquis habet aliquod ius, & est in possessione, & quod id potest defendere per excommunicationem quantumcunq̄, alius dicat & se probaturum offerat, quòd de iure suo est, vel quod in possessione est, licet aliter veritas se habeat, scilicet quòd excōmunicatus est in possess. verbi gratia: episcopus iste existens in possessione alicuius fundi, vult colligere fructus ex eo, alius se opponit dicens, domine nō colligatis, quia ego sum in possessione huius fundi, propter huiusmodi contradictionē, vel appellationem, nō minùs est iusta excommunicatio episcopi dummodò possideat, secùs autem esset, si episcopus non esset in possessione, & in veritate esset de iure suo. Ratio diuersitatis, quia cuicunque licet defendere possessionem suam, & vim vi repellere. infr. de sen. exc. si verò alicuius, sed suam per vim recuperare nō licet. C. vnde vi. si quis in tantam. ff. quòd me. cau. extat. supr. de re. spo. in literis. Sed dices, abbas allegando pro se, quod sit exemptus, non spoliat ipsum possessione sua, ergò propter hoc non debet excommunicare, & ego fateor, sed episcopus non excommunicat abbatem, quia excipit de exemptiōe, sed quia nō permittit visitari monasterium, quod est eum spoliare possessione visitandi, vnde benè videtur, quòd si abbas proposita exceptione, non prohibet episcopum à visitatione, sicut nec debet. supr. vt lit. pen. c. 1. nunquam possit eum excommunicare, quia iure suo vtitur. supr. de ele. cum ecclesia. finis huius glo. melius facit ad solutionem huius quæstionis propositæ quàm ea, quæ superiùs sunt no. quamuis & ea plurimùm sint vtilia (visitationem) ab archiepiscopo suam prouinciam secundum tenorē constitutionis super hoc à nobis æditæ decreuimus visitādum nō obest. consu. quæ super ipsius iteratione visitationis à suffraganeis allegatur.

6 † (Iteratione) no. quòd consuetudo & pactum archiepiscopi, & suffraganei, nō potest impedire non solùm procurationem, sed nec eius visitationem, & hoc ideò

ideò, quia ius quod est de visitatione iteranda est publicum vtilitate & authoritate. supr. de fo. compe. si diligenti, sed si esset publicum vtilitate, puta quod modicam procurationem daret, hoc & pacto & consuetudine induci posset. 10. q. vlt. relatum. sed quod procuratio mandaretur, non posset præscribi. supr. de præscript. cum eccl. quia hoc ius quod aliqua procuratio detur, est publicum vtilitate: quia si nulla daretur, negligeretur visitatio & consuetudo, quæ occasionem in tali tribuit non est tollenda. 12. dist. non consuet. imò plus videtur, quod etiam consuetudo illa, quę est contra ius publicum vtilitate, ex causa aliquando valet, licet tunc tantùm, quando vel expresso consensu populi, vel tacita ex certa causa inducitur. 12. dist. nos.

CAPVT XXV.

CVM NVPER.

CAPVT XXVI.

CVM CANONICIS. (Prioris) sup. eodem. cùm olim.

CAPVT XXVII.

1 *Ecclesia dicitur vbi certa dos statuta est pro sacerdote & clericis, qui ibi seruiant, & pro alijs ecclesiæ necessitatibus: Et oratorium quid & vbi sit, & an in oratorio sit celebranda missa.*

AVTHORITATE. (Præsentium aliqui) benè dicit aliqui vestrum. q. d. nullus ordinatus est ibi ad celebrandum. Item non est ordinatū, quod ibi celebretur ordinatè, sed tantùm ordinatū erat, vt esset ibi locus, q̄ quilibet posset ibi orare qui vellet, nā tunc cùm nullus esset ordinarius, vel vicarius clericus huius oratorij, nec esset, qui visitari posset ratione oratorij. Fatemur tamen, quod si hi, quorum sunt oratoria, nec non teneant ea honestè, faciant ibi celebrari, quod episcopus ea destruet. de consc. di. 1. omnes. nā si esset oratoriū istud sic ordinatum, quod certa persona, vel aliqua de certis debet, in hoc ordinario deseruire non video, quare episcopus ibi procurationem non haberet ratione visitationis, cùm locus sacer sit, & in potestate episcopi, & certam personam habet, quę visitanda est. ar. su. de reli. do. de xenodchijs. ad hoc. supr. de
2 consc. di. clerici. Ecclesia 4 enim dicitur, vbi certa dos statuta est pro sacerdote & clericis, qui ibi seruiant, & pro alijs ecclesiæ necessitatibus, de consc. di. 1. nemo. Oratorium autē dicitur locus, vbi oratur, sed missa ibi non dicitur. de cōsc. di. 1. vniculq̄. de licentia tamen episcopi aliquando licet ibi missas celebrare, sed non in magnis solennitatibus. de consc.
b dist. 1. clericos. &. c. si quis. & videtur b quod si in oratorijs sit ordinatus certus minister, quando semper est præsentandus episcopo, etiam si tale oratorium sit grangia. ar. 16. q. 1. in parochia. alij cōtra.

a *Ecclesia. adde quòd hāc differentiam inter ecclesiā & oratoriū, ponit etiam Car. referendo Inno. hic consi. 8. inci. In thema- te præmisso. & quid sit propriè oratorium. vide per Abb. in c. parētibus. infr. de priuil.*

b *Et videtur. vide Car. in consil. 11. col. 2. in prin. qui sequitur hoc dictū Innoc. & in col. fin. versic. cauendum autem. et incipit cōsilium pro enucleatione omnium tangendorū.*

CAPVT XXVIII.

1 *Quis debeat præferri in visitatione episcopus, an archiepiscopus.*
2 *Visitatio quando dicatur plenè facta.*
3 *Suffraganeæ personæ visitari debent.*
4 *Quæ facienda sint in visitatione.*
Visitator non debet quenquam cogere ad dicendum veritatem super his, quæ sunt corrigenda, nec super hoc iuramentum exigere, sed simpliciter quærat, & volentes respondere, audiat.
5 *Tenentur visitati respondere de his, quæ ad visitationem pertinent.*

ROMANA ECCLESIA. & inf. (Etiam visitare) personaliter. supr. eo. procurationes. videtur quod nō, si ipse archiepiscopus detineretur legitimo impedimēto, quod posset alijs
1 cōmittere. 10. q. 1. episcopo. † Alij tamen contradicunt in archiepiscopis & illud c. restringunt tantùm ad episcopos, si simul concurrant in visitatione archi. & episcopus, archiepiscop. debet præferri. argumentum. 11. q. 3. qui resi. & c. seq. Alij dicunt episcopū præferendum cui specialis cura cōmissa est. Hoc tamē certum est, quod qui primò incipit, primò eam perficiet, vel quod melius est, simul visitabunt, nā cùm vtriq̄ liceat visitare, & nō prohibeatur à iure, simul visitare, nec aliquid mali sequatur simul visitent, non videtur q̄ non prohiberi debeant simul visitare, & si concordabunt in vnā sententiā benè, si nō tenebit sentētia p reo, nisi in casibus. sup. de off. dele. caus.
2 († Plenè) tūc plenè visitauit, quia nulla parochia inuisitata remansit saltē quò ad visitantē, quia omnes ad visitationem vocauit. Sed nunquid intelligitur dio. plenè visitatam, si conuocatis omnibus sacerdotibus ad consiliū episcopale, ibi diligenter inquirat, de quibus visitatores inquirere debent, argu. q̄ sic. 18. dist.

quoniam.inf.de accu.ſicut olim.ſed nos non credimus conſiliũ ſufficere pro viſitatiõe, imò perſonaliter per parochias ire debet, & oculis ſubijcere loca eccleſiarum, & videre quomodo populi conueniunt ad prædicationẽ, & ſic de alijs. Item non debet totam dioc.ad vnum locum vocare, vt ſic tota dioc. pro viſitata habeatur, ſed ad plura loca cõuocare debet eos, tamẽ vocare debet ad locum, ad quem vadit, ad quem tam clerici, quàm laici cõmodè conuenire poſſunt, & hoc arbitrio cõmittitur boni viſitatoris. Item dio. plenæ viſitatam intelligimus, licet aliquæ parochiæ remaneant inuiſitatæ perſonaliter, quia fortè in illis nõ eſt neceſſaria viſitatio, vel ſufficit, ſi ſciat per aliã diſcretam perſonã, quod licet.10.q.1.decernimus. & hoc ipſum arbitrio boni viri relinquendum eſt. (Accederet) hoc ſatis apparet, q̃ loquitur de perſonali viſitatione. (Pluribus) ſic etiam credimus, quod ſi iuſta cauſa ſubeſſet, quòd poſſit vnum collegium in diuerſis locis viſitare, licet ſit conuenientius, q̃ in eodem viſitet. (Prouinciam) quia ad archiepiſcopum pertinet cura & ſolicitudo totius prouincię, 21.diſt.cleros.9.q.3.per ſingulas. (Ciuitates). ſup. ca. venerabili.

5 †Suffraga.) hîc habes expreſſẽ, quòd ſuffraganeæ perſonæ & aliæ viſitandæ ſunt, ſed ſi vis ordinatè viſitare perſonas in communi, videlicet in capitulo viſitare debes ſimul cum alijs, non enim ita debet procedere ſigillatim viſitatio cõtra ſingulos, licet non negemus eã poſſe fieri, ſi viderit expedire, & ſæpè poteſt expedire in prælatis quorum viſitatio alijs prodeſt, debet enim quæri qualiter ſuos ſubditos corrigant, & aliàs ſuum officium exerceant, vnde etiã eſt, quod facta inquiſitione in capite ſit etiam in membris. ſup. de ſen. & re iudi. cùm I. & A. propriè autem inquiſitio dicitur fieri contra ſingulos.

4 †(Viſitatis) viſitare intellige, & ſi vadat cauſa conſignandi pueros in fronte, vel conſecrandi eccleſias, vel pro quocunq; alio negotio communi, vel quod multos tangit. arg.10.q.3.relatũ. & c. neque. inf. de ſimo. cum ſi.1.q.1. placuit. ſecùs autem ſi pro cauſis expediendis eat, & quod fiat pro ſalute animarũ, vel pro cultu Dei ampliãdo, loca viſitata appellat, ſiue ſint illa ad quæ accedit perſonaliter, ſiue illa quæ vocat ad ſuã viſitationem, & hanc vocationem poteſt facere archiepiſcopus, non tantùm in ſua dio. ſed etiam in dioceſi ſubditorum, quãdo eas viſitat. No. quod quando Archiepiſcopus viſitat vnam dioceſim, ſi tranſitũ faciat per aliam, illi per quos tranſit, non tenentur ei facere procurationem, quod hîc ſatis colligitur, vbi dicit, q̃ tantùm eccleſiæ viſitatæ debent facere procurationem, & idem dicimus etiam de eccleſijs eiuſdem dioc. ſi eas non viſitat, non autẽ credimus, quod quando vadit cauſa viſitandi aliquam dioc. vel eccleſiam, quod poſſit petere expenſas, quas facit in via illuc eũdo, quia hoc nullo iure cauetur, imò contrarium innuitur, vbi dicit, quòd non grauet eccleſias; & quòd non faciat immoderata conuiuia. 10, q.3. cauendum. & c. vlt. hoc enim cõuiuium, vel procuratio in ſignum ſubiectionis datur, & propter hoſpitalitatem potius, quàm de iuris naturalis neceſsitate, quia propter hoc habet iura epiſcopatus, vt ex eis hoc & alia ad ſuum officium pertinentia faciat, vnde propter hoc ſtatutum eſt, q̃ ſi aliquæ ſunt pauperes eccleſiæ, q̃ ad hoc non cogantur. ſup. e. cum apoſtolus. in fi. Nec credimus prædicta ratione, quod viſitatæ eccleſiæ debeant ſoluere vecturas equorum, vel alia huiuſmodi, quæ ſunt præter curationem hoſpitij. Credimus tamen, quod ſi pluribus diebus oportet eum intendere circa viſitationem eiuſdem eccleſię, q̃ ſemper debent facere procurationem. ar. 10.q.1. placuit. & ſi poteſt ſtatim redire & procurationem habere quare non poterit ſtare & procurationem habere. Itẽ quia circa iura non eſt malignandum, Nec eſt contra, 10. q. 3. inter cætera. quia ibi loquitur, quando neceſsitas non requirit, q̃ vltra diem moretur. (Et aſſenſum) & ſecundum hoc intelligitur. c. 9. q. 4. nullus primas. & c. ſaluo (Diffinitionẽ) hæc erat diffinitio, diffinimus per nos procedendum ad viſitationem prouincię, nec eſt neceſſe, q̃ hanc diffinitionem præcedat ſolennis cauſæ cognitio, vel ordo iudiciarius, vt benè hæc litera innuit. Item nec poteſt appellari ab hac diffinitione, cùm ſit tantum ſuper executione ſui officij. ſup. de offic. ord. irrefragabili. (Opportunum) & de hoc credimus eius arbitrio ſtandum (Propoſito) per ſe vel per alium. ar. 10. q. 1. epiſcopus. ſup. de temp. or. cùm ſit. ſup. de offi. ord. inter cætera. (Quærat) hîc vult dicere, q̃ viſitator nõ debet quenquã cogere dicere veritatem ſuper

ſuper his, quę ſunt corrigenda, nec ſuper hoc iuramentum exigere, ſed ſimpliciter quærat, & volentes reſpondere, audiat, & hoc idem credimus in epiſcopo viſitante, & in omnibus alijs. (De vita) 10. q. 1. epiſcopus placuit. 18. q. 2. viſitandi. &. c. non ſemel.

5 †(Abſq; coactione) id eſt, non exigat à viſitatis clericis iuramentum ſuper veritate dicenda, nec etiam cogat eos iurare ſuper hoc, ſed benè credimus, quia benè poteſt eos cogere dicere veritatem ſuper his, de quibus inquirit ſine iuramẽto, quia aliàs deluſoria eſſet viſitatio, & iuriſdictio eius, ſi coactionem nõ haberet. ſup. de offic. deleg. ex literis. q̃ ad viſitationem conueniat, quod reſpondeant de his, quę ad viſitationẽ ſpectant, & q̃ aliàs obediant viſitatori in his, quæ ad eius officium pertinent, benè poſſent cogi per excommunicationem, & alijs modis, quia cui cõmittitur principale & acceſſoriũ. ſup. de offi. del. de cauſis prudentiam. §. fi. (Eos). ſ. clericos viſitatos.

☞ †(Denunciet) & epiſcopus ad eius ſolam denunciationem inquirere tenetur. ar. 2. q. 5. Mennam. & c. omnibus. & ſi epiſcopus nollet inquirere, archiepiſcopus inquirat, quia eius curam habet, & ad eius pertinet officium, & propter negligentiam epiſcopi. ar. 9. q. 3. cùm ſcimus. & c. ſeq. Alij dicunt, q̃ per eius negligentiam non deuoluitur ad ſuperiorem hæc cognitio, quæ non eſt in canonibus expreſſa (notoria) & ſi ſit iudici dubium, an crimina ſint notoria hoc primò inquirendum eſt, & nõ videtur q̃ per hoc debeat aliud pronunciare, nili meũ eſt punire hęc maleficia, quia notoria ſunt, hoc enim modo tantùm cognoſcere videtur, an ſua ſit iuriſdictio ea puniendi. (In canonibus) ſup. e. cùm apoſtolus. c. ſopitæ. &. c. ſuper eo. &. c. cùm nuper. & c. procurationes. 10. q. 3. relatum. (Inſtitutis) ſup. de ſta. mo. in ſingulis. &. c. ea quæ.

TITVLVS XL.

DE CONSECRATIONE ECCLESIAE VEL altaris.

1 *In quibus caſibus ſit eccleſia conſecranda, & quando altare & non eccleſia conſecretur. in num. 2.*

DE CONSECRATIONE. De hac materia quære de conſe. diſt. 1. eccleſijs. cum. 5. c. ſeq. † De conſecratione.) In tribus caſibus eſt eccleſia reconſecranda. Primus ſi dubitatur, an ſit conſecrata, quia non apparet aliqua ſcriptura, vel in libro eccleſiæ, vel colũna, vel tabula marmorea, vel etiam vnus teſtis de viſu, & quidam idem dicunt de auditu. ar. de conſe. di. 1. ſolennitates. & diſt. 4. paruulos. 24. q. 2. ſanè. 22. q. 5. hîc videtur, & intelligas has ſemiplenas probationes ſufficere, quia alijs non fit præiudicium. Secundus, ſi ſit exuſta eccleſia, ita q̃ ſit decruſtata. & de conſe. diſt. 1. eccleſijs. quod fortè intelligendum eſt, etiam ſi non tota, ſed pro maiori parte ſit decruſtata. ar. ff. de contrahen. emp. domum. Tertius eſt, ſi funditus ſit diruta & ex toto reparata, ſiue de eiſdem lapidibus, ſiue de alijs. de conſe. di. 1. de fabrica. Et eſt ratio, quia conſecratio eccleſiæ maximè conſiſtit in vnctione exteriori, & coniunctione & diſpoſitione lapidũ. de conſe. di. 1. eccleſias. ſi autem nõ ſimul ſed ſucceſsiuè omnes parietes ruerent & reædificarentur, non eſſet reconſecranda eccleſia, ſed reconcilianda tantùm. de conſe. di. 1. ſi motũ. Alij tamen dicunt eccleſiam reconſecrandam in prædicto caſu, propter homicidiũ autẽ, vel adulterium, non reconſecranda, ſed reconciliandam eſſet eccleſia. inf. e. propoſuiſti. inf. de adul. ſignificaſti. Et ſic etiam dicimus, reconciliandam eccleſiam etiam ſi priùs non fuerat cõſecrata, ne in diuinis laudibus taceatur. ar. inf. e. c. vlt.

2 † Propter altaris autem deſtructionem, vel menſę amotionem, ſolùm altare non eccleſia reconſecrabitur. inf. e. c. 1. & c. quod in dubijs. quod autẽ dictum eſt de menſa, intelligendũ eſt, ſi menſa fuerat penitus deſtructa, vel enormiter fracta, vel iunctura mota, quæ ſtipiti adhæret, nam in illa coniunctione præcipuè intelligitur eſſe conſecratio altaris. vnde ſi aliquid de lapidibus ſtipitis tangens ipſam menſam eſſet motum reconſecrabitur altare. inf. e. ad hæc. &. c. quod in dubijs. Idẽ etiam dicunt Doc. vbi fieret altari tantum augmentum quod amitteret formam, quia forma eſt quæ dat eſſe rei. arg. 10. q. 1. §. huiuſmodi.

CAPVT I.

AD HAEC SI ALTARE. (Sigillum) No. quòd in altari eſt, quoddam foramen, in quo ponuntur reliquiæ: & dicitur illud foramen

men ſepulchrum,& hoc foramen quandoq; ponitur in ſuperiori parte, & claditur quandoque paruo lapide, quandoque tabula magni altaris, & tunc ſi moueatur tabula illa non eſt dubium quod reconſecrandum eſt altare. Item fit quandoq; prædictum ſepulchrum in latere altaris,& clauditur tantùm paruo lapide,& non magna tabula,& in iſto caſu credimus, quod ſi ille paruus lapis moueretur, quòd reconſecrandum eſſet altare,quia ille eſt lapis qui continet ſigillũ ſepulchri,& ſic loquitur hic. Item credimus, quòd etiam ſi in iſto caſu,ſit tabula ſuperior moueatur, vel rũpatur, quòd eodem modo reconſecrandum eſt altare,& ſic loquitur,infr. c. quòd in dubijs. in altari etiam viatico ſi moueatur lapis, vbi eſt ſigillum reconſecrandum eſt,ſed benè licet ipſum portare, & mouere de licentia epiſcopi, & ideò dicitur viaticum. ar. de conſe. diſt. 1. miſſarum. ſed innuit quòd non licet celebrare,niſi in locis ſacratis, vel dic locum conſecratũ appellari altare viaticum, ex quo per epiſcopum conſecratum eſt.

CAPVT II.

3 IVA FRATERNITAS.

CAPVT III.

QVOD IN DVBIIS.

CAPVT IIII.

PROPOSVISTI. ET INFRA.

CAPVT V.

CVM SIS. ET INFRA.

CAPVT VI.

LIGNEIS AEDIFICIIS.

CAPVT VII.

CONSVLVISTI. (In dedicationibus)id eſt,quòd ſic aſpergatur cimiterium aqua benedicta, ſicut aſpergitur idem cimiterium, quando eccleſia conſecratur. Item aqua iſta debet benedici cum ea ſolennitate, cum qua benedicitur aqua conſecrationis eccleſiarum.

CAPVT VIII.

CVM SICVT (Ex rela. debito.) No. contra conſecrationem cõpetere condictio. ex hac decre. vt docet eccleſiam.

CAPVT IX.

AQVA PER EPISCOPVM. Audiuimus antè, q̃d Papa pluribus epiſcopis indulſit,quod per ſimplices ſacerdotes poſſent reconciliare eccleſias, aqua tamen primùm per epiſcopum benedicta.

CAPVT X.

SI ECCLESIA NON CONSECRATA.

TITVLVS XLI.

DE CELEBRATIONE MISSA, ET SACRAMENto Euchariſtiæ.

CAPVT I.

1 *Quilibet clericus etiam non conſecratus, tenetur dicere diuina officia, vel ea audire. Excuſantur autem infirmi. in num. 2.*
3 *Non debent laici attractare miniſteria domini.*
4 *Poſſunt laici dicere pſalmos, qui dicuntur in horis, non tamen in modum officij.*

1 PRESBYTER. †(Manè ſoluat) quilibet clericus etiã in non ſacris ordinibus conſtitutus, omni die debet dicere officia diuina, vel audire, vt hîc. ar. 91. di. clericus. videre. &. c. fi. & 92. diſt. c. fi. In eccleſia autẽ oẽs clerici eiuſdẽ eccleſiæ debent cõuenire, vt eam officient, vt hîc. & in præall. c. 91. di. c. fi. & qui altario, &c. ſuprà, de præben. cùm ſecundum apoſtolum. Sed & alij qui non ſunt clerici eiuſdem eccleſiæ, quando poſſunt potius debent officia dicere in eccleſijs, quàm in alijs locis, Illæ enim ad hoc deputatæ ſunt. de conſe. di. 1. per totum. Imò & laicis illuc adorandũ accedere bonum eſt, videretur tamen quod clerici cuiuſcunq; ordinis, & etiam prælati ex cauſa poſſunt ab officijs, quæ dicũtur in eccleſia abeſſe, vt ſi oportet eos intendere circa miniſtrationẽ temporaliũ, ſed tamẽ dicere debẽt aliàs vel æquitando, vel ſtãdo, vel in domo, vel in via.

Et

Et ſicut miniſterium abſentis prodeſt illis, qui ſunt in eccleſia iſta,& officium illorum, qui ſunt in eccleſia prodeſt illis qui ſunt extra per temporaliũ miniſtrationem, quia omnes ſunt vnum corpus in domino. de conſtit. cum omnes.

2 †Infirmi autem benè excuſantur à dicendo & in eccleſia fortè ab audiendo, talis tamen debet eſſe infirmitas, in qua directo, vel occaſionaliter ſibi obeſſet, vel obeſſe timeretur, ſi celebrationi diuinorum intereſſet. Infirmis enim non eſt lex interpoſita. Sed nunquid tenentur redicere poſt conualeſcentiam, quæ omiſerant, videtur quibuſdam quod ſiue ex neceſsitate, ſiue ex voluptate,vel etiam negligentia accurata omiſerit,nũquàm tamen vlterius peccat, ſi officia omiſſa nõ redicit, ſed pœnitentia eſt indicenda de peccato omiſsionis, ſatis eſt conueniens, quod ſacerdos in eo ei pœnitentiam imponat,in quo deliquit. ſ. in dicendo eadem officia, ſed ſi in hoc non crederet ei proficere,mutabit ei in aliam pœnitentiam. In magnis autem feſtiuitatibus ſemper ineſſe debent in eccleſia, niſi magna cauſa excuſarentur. 7. q. 1. ſi quis in clero. de conſe. di. 1. ſi quis extra. (Competentibus) horas cõpetentes credimus illas, quibus melius creditur populum acceſſurum ad officium audiendum, ſi venit populus, aliàs nõ tenetur. Alij dicunt, quod ſemper debet dicere etiam ſi non veniat, vt ipſe ſit excuſatus.

3 †(A ſcholaribus clericis) hîc licet in quocunq; gradu poſitis, etiam pſalmiſtarij. ar. ad hoc. 23. diſt. pſalmiſta. ſup. de vi. & ho. cl. c. vt quiſq; 7. q. 1. illud vbi expreſſè dicit de clericis, laici enim qui non ſunt in ſortem Dei vocati, non debet contingere miniſteria domini. ſup. de vi. & ho. cle. c. 1. 2. q. 7. §. de his etiam. 92. di. nõ liceat. 89. di. c. 1.

4 †Laici autem bene poſſunt dicere pſalmos, qui dicuntur in horis, ſed non in modum officij. ar. 11. q. 3. ſi epiſcopus. non debent tamen dicere dominus vobiſcum. Laicos autẽ intelligimus etiam tẽplarios & hoſpitalarios, & Ciſtercien. & fratres minores, qui non ſunt clerici, moniales autem literatæ dicunt officia, quia & ipſæ poſſunt dici accipere aliquẽ ordinem in benedictione. vnde etiam aliquæ inter eas ſunt diaconiſſæ. 27. q. 1. diaconiſſam. qui ordo licet ſufficiat ad officia dicenda, non tamen ſeptem ordinibus eccleſiæ. Et hæc quæ dicta ſunt de conſtitutionibus fiunt vel licent. De monachis autem non eſt dubium, quia ſunt clerici, hoc autẽ quod dicit perſoluant hoc conſilium eſt, vbi ſunt pauci & pauperes propter occupatiões ſuperuenientes. Publicè) coram populo (vt iterum) hîc vult dicere, quod ideircò debet ſtare ieiunus vſq; ad horam tertiam, vel nonam, quando celebrãda eſt miſſa, vt 44. di. non liceat. de conſe. di. 1. ſolent. vt ſi aduenerit neceſsitas celebrandi miſſam, vel alia ſacramenta cõferendi quod illa poſsint perficere.

CAPVT II.

QVIDAM LAICORVM. (Peculiares) id eſt, quas ſibi appropriant, (Non fiat) non licet has miſſas dicere & omittere miſſas de die, ſicut non licet eleemoſynas dare propter vanam gloriam. ar. 1. q. 1. non eſt putanda. &. c. inquantũ. (Audire) præmiſſas miſſas, quia etiam miſſa de ſancto Michaële in honorem Trinitatis dicenda eſt. Pro alia). q. debeat meliores ſegetes habere, vel hîc vult dicere, quòd ſoli Deo ſacrificium altaris offerendum eſt, qui ſe hoſtiã obtulit pro nobis, & hic dicit quòd ſolus Deus adorandus eſt latria, id eſt ipſe ſolus qui orationes per ſe poteſt exaudire, Sancti autẽ pro nobis apud Deum interpellant.

CAPVT III.

CONSVLVISTI. (Neceſsitatis) quia moriatur aliquis idem dicimus & honeſtatis. ſup. eo. c. 1.

CAPVT IIII.

CONSILIVM NOSTRVM, ET INFRA.

CAPVT V.

EX PARTE VESTRA. &. inf. (Perfuſionis) non reprobamus tamen conſuetudinem Ciſtercienſi. & etiam quorundam aliorũ, qui poſt ſumptionẽ corporis & ſanguinis Chriſti aliquid de ſanguine ibi dimittunt, vt ſupponatur vinum purũ, & poſtea communicantes inde poſsint aliquid ſumere non eſt illicitum, quia etiam nõ ieiunis,

non infirmis, & in causa necessitatis datur, & ita ex iusta causa fit, quia non esset decens tantùm sanguinem conficere, nec calix inueniretur qui posset tenere.

CAPVT VI.

1 *Panis quo vtimur in confectione corporis Christi debet esse triticeus, & vinũ de vuis expressum.*
2 *Quid significet coniunctio vini & aquæ.*
3 *Christus sub specie panis & vini integer est.*

CVM MARTHE. &infr. (Quis doctorum) vel maiorum (ministerium) hoc est verbũ de quo quæsiuit quis adiecerit. †Panis) panis autem debet esse de granis frumenti, & vinum de vuis, de conse. dist. 2. in sacramento. vnde videtur aliquibus, quod alia grana non transubstantiantur. Idem videtur aliquibus quod de agresta, vel vino spissato per decoctionem & facto nectare, & de aceto & de vino extorto, de vuis non fiat sanguis, sed in his nõ est bonum iudicare, sed benè dicimus, quod melius est omittere celebrationẽ, quàm de talibus conficere, quia aliqua ex prædictis generant abominationes, vel non sunt pulchra, & pulcherrima eligenda sunt in tanto sacramento conficiendo.

2 † Aqua cum vino) veritas videtur, quod panis transubstantiatur in corpus, & vinum & aqua simul in sanguinem, quia Nicolaus dicit: Calix domini non est tantùm vinum, nec est tantùm aqua, sed vinum & aqua. de conse. dist. 2. c. 1. & 2. quia si est ibi tantùm vinum: est ibi tantùm Christus sine nobis, si est ibi tantùm aqua incipit esse ibi ecclesia sine Christo. Coniunctio enim aquæ & vini significat coniunctionem Christi & ecclesiæ, tamen si ex negligentia prætermittatur aqua, nihilominus videtur, ꝙd ibi sit verum sacramentum, sed non perfectum, & debet tam parum ibi poni de aqua, quod vinum eam absorbeat, quia Christus non mutatur in ecclesiam sed ecclesia in Christum. Vnde dictum est ad Aug. Et manducabis me, & non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me.

3 † Et no. quòd licet tantùm panis transubstantietur in corpus & vinum, & aqua in sanguinem, tamen sub vtraq; specie Christus integer est, non enim est corpus sine sanguine & anima, nec sanguis in corpore & anima. Item videtur, quòd si tantum aqua sit in calice sine vino, quod non est ibi sacramentum calicis, & ideò quandocunque perpenderit antequam sumat, debet reincipere verba, per quæ fit consecratio calicis cũ omnibus sequentibus orationibus, nec nocet si aliquando interserantur verba, quæ referantur ad sacramentũ corporis, sicut sunt illa, panem sanctum vitæ æternæ, & illa, sacrosanctum filij tui corpus, quia non sunt illa verba per quæ conficiatur corpus, sed illa, hoc est corpus meum.

4 † Si autem postq; sumpsisset corpus ex gustu vel aspectu deprehẽderet ibi tantùm esse aquam, non videtur quòd à capite debeat incipere, sed dimittat & de negligentia pœniteat. Melius videtur ꝙ anteqũ gustet de aqua, etiam post susceptionem corporis, si perpẽdat quod ibi sit tantùm aqua, apponet in calice vinũ, & repetet totam cõsecrationem sanguinis. Item videtur quod si timeret scandalum in prorogatione missæ, quod sufficeret dicere tantùm verba per quæ cõsecratur sanguis. s. simili modo &c. nec est necesse, quod repetat sequentes orationes. Item videtur, quod si haberet aquam in ore, quod nõ debet eam emittere, quia propter particulam corporis Christi quæ posita fuit in aqua est custodienda, ne viliter tractetur. Item timendum est ne generet scandalum his, qui vident si eam deglutiat tanquam non ieiunus vlterius conficere non debet. 8. q. 1. nihil. (Alij verò tenent) hoc videtur approbari. inf. (Vinum) de vino expresso de botro constat quod potest confici. de conse. dist. 2. cùm omnes. vltra medium.

CAPVT VII.

DE HOMINE. ET INFRA.

CAPVT VIII.

IN QVADAM VESTRA EPISTOLA. (Legisse) & erat verũ & legerat, quod credere nefariũ erat (Cœlo) id est probare eum, esse verũ Deũ & cœlestem (Pater) qui dicit, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacui (Verbũ) quãdo transfiguratus est in monte potentia diuinitatis (Spiritus) qui in specie columbæ super eum apparuit (Tristis est) per hoc apparet ꝙ anima eius rationalis erat, ꝙ tristitiã et lętitiã habebat (Et iterũ) per hoc

hoc ostẽdit quòd anima eius æterna erat non temporalis vt brutorum (vitalem) rationalem (corpore) id est quod nõ fuerit fantasma, probãt sanguis & aqua, quę de eius latere effluxêre, sed aquæ effusio nullo modo probat eum esse hominem (componentibus). i. elementis quæ ad compositionẽ hominis veniũt: vel. i. de membris Christi quæ ad eius compositionem venerant (ex illis) elementis (ex istis) humoribus.

CAPVT IX.

1 *Officium non debet dici negligenter, sed accuratè.*
Deo plus corde, quàm voce psallendum, & non est peccatum, si id quod dicatur, non intelligatur, & si aliquis versiculus ex negligentia omittatur, non peccabitur. & nu. 3.
2 *Non est de præcepto quod magis isti vel illi psalmi dicantur, dummodò septies in die oretur.*
3 *An peccet ille, qui dum est in officijs aliò mẽtem habet.*

DOLENTES. (Syncopa) †ad ecclesiastica officia eundum est in honesto habitu. sup. de vit. & hone. cler. clerici officium. & cum deuotione ibi stãdum, & Deo plus est corde, quàm voce psallendum. 92. dist. c. 1. & 3. & videtur quod clericus qui est in diuinis officijs, non peccat, etiam si quod dicit, ibi non intelligat, sed cor suum debet ad Deum habere, & ei psallere, imò si aliquem versum omittat ex negligentia, non peccat, nec etiam à capite psalmi ꝓpter hoc reuertendum est, quia si fieret, posset aliquibus scandalum generari sine magna causa, imò & si omittatur psalmus, non debet homo ad illum redire ꝓpter prædictam causam, tamen confiteri debet suam negligentiam, sed cõtra maledictus qui officium suum agit negligẽter. Sol. illud intelligitur de accurata velata & malitiosa negligentia.

2 † Et nos hîc loquimur de alia, quæ fortè contingat ex nimia meditatione, vel contemplatione, sed hîc in hoc casu satis posset dici, quòd si adhuc sunt in eodem nocturno, vel si adhuc sunt in dicendo psalmos vespertinos, quòd psalmum omissum dicent, & etiam idem fortè facere non est periculosum, etiam si aliũ nocturnum dicerent, nisi esset timor scandali. Nõ enim est tãti omissio vnius psalmi, ꝙ propter hoc esset aliquis scandalizandus, ꝙ enim septies oretur, est præceptum. sup. e. c. 1. sed ꝙ isti, vel illi psalmi dicantur, nõ est in præcepto, vnde videmus, quòd alios psalmos dicit vna ecclesia, & alios alia.

3 † Sed nunquid peccat ille clericus, ꝙ dum est in officijs, cogitat super aliquo bono opere spirituali. Sol. videtur quòd dum est in officijs, non debet alijs intendere, nisi circa ea, quæ ibi dicuntur, vel leguntur nisi necessitas esset, quæ dilationem non comparet, quòd tunc cogitaret, vel etiam expediret. Sed quid si non intelligit, quæ leguntur, debet esse in silentio & rogare Deũ, vt lectiones & orationes, & psalmi, & cantus, qui fiũt in ecclesia, sibi & alijs prosint ad salutem, nec tamen videtur peccare, si quando nimis fatigatus esset spiritus, si posset fieri sine scandalo, quòd aliquantulum exiret ecclesiam, vel aliqua præter ea, quæ leguntur diceret, vel cogitaret. Caueat tamen sibi, ne in his excedat. Item si aliquis non interfuit in principio officij sine malitia, non oportet ꝙ à capite incipiat, & idem dicimus de fine, si ei interesse non posit, si tamen magnam partem vel nocturnorum, vel laudis omitteret, benè faceret, si illud diceret.

CAPVT X.

SANE CVM OLIM.

CAPVT XI.

CVM CREATVRA.

CAPVT XII.

TE REFERENTE.

CAPVT XIII.

PERNICIOSVS. (In puincia) hoc specialiter spectat ad officium archiepiscopi, 12. dist. de his.

TITVLVS XLII.
DE BAPTISMO ET EIVS EFFECTV.

CAPVT I.

1 *Baptismi sacramentum in quo consistat.*
2 *In sacramento altaris tria sunt, sic etiam in baptismo.*
3 *Quid sit character.*
4 *Si in flumine aliquis baptizatur, ea sola aqua quæ corpus tangit est sacramentum.*

LITERAS TVAS. (Baptismus) baptismus à sacerdote debet conferri, & si necessitas est supplere, potest vicem eius diaconus, sed non alius, quamuis constat quòd

à quocunq; collatus non ſit iterandus, de conſe. diſt. 4. conſtat. 81. diſt. ſi diaconus.

1 †Cõſueuit autem queri, in quo conſiſtat ſacramentũ baptiſmi. Super quo no. triplicem opinionem. Quidam dicunt, quòd ipſa aqua abluẽs eſt baptiſmus, vel ſacramentum baptiſmi. Alij dicũt, quòd ablutio ſiue tinctio, paſsio eſt baptiſmus vel ſacramentum, & non tinctio actus, quæ aliquãdo eſt peccatum, & huic opinioni aſſentit Magiſter Sententiarũ. Alij dicunt quòd character eſt ſacramentum vel baptiſmus, q̃ in baptizato confertur. de conſ. diſt. 4. tunc valere, & non aqua,

2 vel tinctio quæ velociter tranſeunt. †Et exponũt id, quod hîc dicitur, baptiſmus eſt intinctio. i. character intinctione collatus. Nos dicimus, quòd ſicut in ſacramento altaris, ſunt tria, vt ſup. tit. proxi. cum marthę. §. diſtinguendum. ita & in baptiſmo, vnum quod eſt ſacramentum, ſ. aqua abluens, vel ablutio paſsio, ſecundum quod eſt tantùm res ſacramenti. ſ. gratię infuſio, & peccati remiſsio, & tertium, quod eſt ſacramẽtum & res. ſ. character. Dicimus ergò, quòd aqua verbo domini ſanctificata propriè eſt ſacramẽtũ, ſicut & ſpecies panis & character ſecundario ſicut & verum corpus Chriſti.

3 †Eſt autem character quædam paſsibilis qualitas illuminans animam ad videndum facilius quid ſit credendum, & quid faciendum, & quid non: vel poteſt dici & fortè melius, quod eſt quędã qualitas diſponens & habilitans animam ad ſuſcipiendum gratiam, & hæc qualitas à quibuſdã dicitur ſanctitas, quia præparat animam ad ſanctificationem. Io. autẽ Damaſce. dicit, quòd character eſt mentis cuſtodia, eò quòd inſeparabiliter cuſtodit mentem, & quia eam præparat & habilitat ad gratiam per quem ipſa anima cuſtoditur.

4 †Item no. quòd ſi qs baptizatur in flumine illa ſola aqua eſt ſacramentum quæ corpus tangit, etiamſi quis eam biberet, aquam ſacramẽtalem biberet, & hoc idẽ eſſet, ſi quis biberet aquam conſecratam de fontibus baptiſmi. Tamẽ quidam dicunt totam aquam, quæ eſt in fontibus baptiſmi ſacramentum, ex quo ſecũdum ordinem eccleſiæ conſecrata eſt, etiam ſi nullus ibi baptizaretur, quia verbũ conſecrationis acceſsit ad totam aquam, quę eſt in fontibus, & eã totã conſecrare intẽdit, ſed ſecùs eſt ſi baptizaretur in flumine, quia ſtultum eſſet, nec fieri poſſet, q̃ totum flumen conſecraretur. Sed melius videtur q̃ etiam in fontibus, illa ſola aqua ſit ſacramentũ, quę tãgit corpus, nec aqua fontium baptiſmalium fit ſacramentũ per verba conſecratoria, quæ ibi dicuntur, niſi ibi puer baptizet cũ verbis ad hoc ordinatis, nam priora verba ſunt tantùm de ſolennitate, & ideò nõ faciunt ſacramentum. inf. e. prox. c. Item cuius rei eſſet ſacramentum, cùm nulla anima ſit in aqua quæ ſignificet infuſionem gratiæ vel characterem infuſum.

CAPVT II.

1 *Forma baptiſmi data ab eccleſia intantum eſt ſeruanda, quòd eam etiam per æquipollẽtia verba mutare non licet. e⁹ in nu. 2. e⁹ 3. e⁹ in nu. 11.*

4 *Quæ ſint verba ſubſtantialia formæ. et in nu. 5. e⁹ 6.*

7 *Eccleſia non dicitur infigere characterem, ſed ſolus Deus.*

8 *Quæ requirantur de neceſsitate ad hoc vt aliquis ſit baptizatus. et in nu. 9.*

10 *Nunquid ſi baptizatus petijt baptiſmum, ſed tamen non intendebat baptizari, dicatur eſſe baptizatus.*

1 SI QVIS PVERVM. (Ter) idem eſt ſi ſemel. de conſ. diſ. 4. c. de trina. †(In nomine) & intantum ſeruãda eſt forma data ab eccleſia, q̃ eam etiã per æquipollentia verba mutare nõ licet, vt dicat, ego te baptizo in nomine generantis, generati, & procedentis. Item nõ licet aliquod verbũ, vel vulgariter, vel literaliter præponere, vel inſerere, vel poſtponere in forma intendens illud eſſe de forma, & ſine ipſo nõ eſſe formam, vt verbi gratia: ego ſacerdos baptizo etc. vel, ego baptizo te Ioãnem etc. vel, ego baptizo te in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti & beati Ioannis: aliàs autem, ſi non crederet illam formam eſſe, vel additam eſſe de forma, ſed ex ſimplicitate, vel ex deuotiõe prædicta adderet, baptizatus eſt.

2 †Idem dicendũ eſt ſi ex malitia, vel hęreſi diceret, vt ſi adijciat, & diaboli & hęretieorum, dummodò hoc non credat de forma, & baptizare intendebat, & hæc omnia contingunt propter formam baptiſmi, quæ inuiolabiliter eſt obſeruanda, vt alibi no. Itẽ ſi formã veram dicat, & non credat illam verã formam, ſed aliã nõ erit baptizatus, & hoc ideò, q̃a nõ intẽdit baptizare, q̃ ex eo apparet, q̃a formam

mam verã dicere non intendit, cũ tamen ſciat vel credat ad hoc certam formã ſtatutam, quia ſi nõ crederet certam formã ſtatutam & baptizare intenderet, nõ obſtãtibus prædictis adiectionibus, baptizatus eſſet, q̃a recidit hęc quæſtio in primũ caſum, quando ex malitia vel ex ſimplicitate ea addit.

3 †Sed ſi quis certus eſt certam formã præſcriptam in baptiſmo, & præter illam formam non conferri baptiſmum, & poſtea baptizaret, cùm ea forma de qua dubitat, an ſit vera, nunquid erit baptizatus? reſpond. ſic, quia licet dubitaret de forma, intendit eum baptizare ſecundum illam formam, ſi eſt vera, vnde cùm ſit vera forma, verè baptizatus eſt.

4 †Verba autẽ quæ ſunt de ſubſtantia formæ ſunt hæc, ſ. (Baptizo) nec eſſet baptizatus ſi diceret, baptizat te Chriſtus, vel Petrus, vel ſacerdos ſe demonſtrato, vel baptizatur Petrus à tali, verũtamẽ ſi aliqua prouincia eſſet, quæ nunquã noſtrã formã accepiſſet, & verba dicta vel alia æquipollentia noſtris diceret, debẽt haberi pro baptizatis.

Sed oppones quare non idẽ dicis, de vna ciuitate, quæ nunq̃ accepit noſtram formam, vel de ſingulis ſacerdotibus? Reſp. quia ibi eſt iuſtus & probabilis error, & ideò ad illos conſtitutio eccleſiæ non extenditur, niſi ex quo ſciũt formã, & ſic fuit diffinitũ de Græcis Calabriæ, qui hanc formam ſeruarunt, imò fuit eis conceſſum. ſ. q̃ etiam in futurum baptizantur ſecundum primam formam, ſed in alijs non eſt probabilis error, & ideò extenditur ad eos conſtitutio. ar. 82. diſt. q̃d propoſuiſti. Et hæc forma ex conſtitutione eccleſiæ prædictas vires habet, quod ex eo apparet, q̃a aliquando mutata eſt hæc forma. de conſ. diſt. 4. firmiſsimè à quodam. & c. ſeq. Item loco huius verbi baptizo, non poteſt poni, lauo vel balneo, & hoc ea ratiõe, quia hoc verbũ baptizo plus importat ex inſtitutiõe, q̃ ſit eius propria ſignificatio, nã baptizare, eſt in aquã conſtringere ſub certa forma verborum. ſup. e. c. 1.

5 Sequitur. †In nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, nam & hæc verba multipliciter ſunt de ſubſtãtia formæ, nec poſſent, mutari vt diceret in virtute, vel in nominibus, nec liceret inde tollere copulatiuam coniunctionẽ. ſ. & tamen ſatis credendũ eſt, q̃ valeret baptiſmus ſi diceret, in nomine patris filijq̃ ſpiritusq̃ ſancti, quia nulla eſt differẽtia inter prædictas copulatiuas, ſed diligens lector, multas notabit differẽtias inter hoc nomen virtute, & hoc nomen nomine, & inter ſingulare, quod indicat vnitatẽ eſſentiæ, & plurale, quod hoc non facit: & idem eſt ferè in omnibus alijs verbis hîc poſitis. De hoc autẽ pronomine ego, cũ ſubintelligatur poteſt dici, quando non eſt de ſubſtantia, ſed hoc pronomen te, benè eſt de ſubſtantia, nam expreſsio eſt demonſtratio per pronomen & actum, quàm ſi loqueretur in tertia perſona, vt non diceret, ego baptizo in nomine patris & filij & ſpiritus ſancti, & huiuſmodi verba ſunt de forma verborũ, ſed in forma facti ſecùs eſt, verbi gratia: nam ſi q̃s bis vel ter immergat, vel etiã quater, vel pluries, ſemper baptizatus eſſet, dummodò baptizare intendat, etiam ſi credat vnam vel trinam immerſionem non ſufficere, ſed quatuor neceſſarias eſſe. Et hęc ratio diuerſitatis, quia in forma verbali certa verba ſunt, quæ ſunt de ſubſtãtia, & etiam ipſa forma eſt de ſubſtantia, ſed in his quæ facti ſunt, nihil eſt de ſubſtantia, niſi ipſa tinctio aquæ, vnde etiã ſine immerſione. i. licet nõ immergatur in aqua, ſed tantùm ſuper eũ proijciatur baptizatus eſt, & ideò cùm tantũ ad ſolẽnitatem pertineat eorum omiſsio, nõ vitiat baptiſmum in ſententia. de conſe. di. 4. c. 1. & 2. & c. de immerſione. & eodem modo non eſt curãdum, quoties immergat, ſed quicquid dicatur de poſsibilitate

6 † ſemper tamen in verbis, & in factis exactè ſeruanda eſt forma. De his autem qui corrumpunt verba formæ, dicemus inf. e. c. vl.

7 †Et caue tibi, q̃a nõ dicimus, q̃ eccleſia infigat characterem animæ, ſed ſolus Deus, ſed eccleſia poteſt facere conſtitutiones ſuper baptiſmo, non quòd non ſit, vel q̃ non credatur omnibus, tamen circa baptiſmi collationem poteſt ſacerdos cõſtitutiones, & præfigere formas, quas quia Deus ratas habet, & quia bonæ ſunt, eis infigit characterẽ, qui ſecundum tales conſtitutiones baptizati ſunt. Idem facit eccleſia in matrimonio, & in alijs ſacramentis, & diſpenſat in voto & iuramento: & in omnibus alijs ferè niſi contra fidem de quibus aliàs no.

8 †No. quod ad hoc quòd aliquis baptizatus ſit: neceſſarium eſt quòd baptizans intendat baptizare non tantũ balneare vel carnes lauare, nec tamen videtur

detur neceſſe, quòd ad effectum baptiſmi, quod ſciat quid ſit baptiſmus. ſ. quòd ibi infundatur gratia, vel quòd ſit ſacramẽtum, nec etiam oportet quòd credat hoc ipſum, imò & ſi contrarium credit; & totum reputat truffam & deceptionem: tamen baptiſmum ſuum habet effectum.

9 † Item non eſt neceſſe quod baptizans ſciat quid ſit eccleſia, quid baptizatus vel vnde ſcit, nec quod gerat in mente facere quod facit eccleſia, imò ſi contrarium gereret in mente. ſ. non facere quod facit eccleſia ſed tamẽ facit: quia formam ſeruat, nihilominùs baptizatus eſt, dummodò baptizare intendat, vnde ſi aliquis in caſu neceſsitatis conſtitutus, vel etiam ſine neceſsitate vadat ad Sarracenum, & dicat baptiza me, & doceat eum formam, & ille Sarracenus baptizet non credens, per immerſionem aliquid aliud fieri, niſi madefactionem, & non intendat eum baptizare, vel etiam madefacere ſecundum intentionem petentis baptiſmũ. i. vt baptiſmus operetur, qcquid operari poteſt, & ipſe baptizans tanquã miniſter conferat, quòdalij baptizantes conferunt, licet non credat ipſum poſſe aliquid operari, verè baptizatus eſt, ſed ſi hoc non intenderet non baptizaret, nec eſt neceſſe quod aliquis ſciat, quid in his eccleſia intelligat, vel etiam quod ſciat vel credat eccleſiam eſſe.

10 † Sed quid ſi baptizatus petijt baptiſmum, ſed baptizari non intendebat, nec aliquid per baptiſmum conferri, & videtur quòd non ſit baptizatus, quia nunquã conſenſit baptizari, ſicut nõ eſt matrimonium, vbi non conſentit, licet verba conſenſus exprimat. infr. de ſpon. tua.

Sed contra videtur, quia nedum fraudulentus, ſed etiam coactus accipit baptiſmum in decre. 45. di. de Iudæis. & furioſus dormiens, ſi prius erat in voluntate baptizandi. inf. e. tit. c. maiores. Sol. hic qui ſic fictè accedit ad baptiſmum nõ eſt baptizatus, licet propter ignorantiã eccleſia eum cogat ſeruare legem baptizatorum.

Nec obeſt de coacto, quia habuit voluntatem licet coactam, ſed ſi nunquam conſenſiſſet baptiſmo, licet illum verbo petijſſet, idem dicimus quod in caſu ſuperiori. Furioſus autem & dormiẽs voluntatem creduntur habere in habitu, licet non in actu.

11 † Baptizatus) ideò ſic exacta forma ſeruatur de iure poſitiuo, quæ tamen ſumpta eſt de euangelio, quia ſi formam mutare liceret de facto, in hæreſes quas labi poſſet, tamen credimus quod eccleſia poſſet ex cauſa aliam formam ſtatuere: ſicut aliquando ſtatutum fuit quòd in nomine Chriſti baptizarentur: de conſe. diſt. 4. à quodam. ſicut etiam poſſet ſtatui, vt quidam dicunt, quòd baptizaretur in nomine patris, vel in nomine ſpiritusſancti, quia in expoſitione vnius perſonæ, & aliæ intelliguntur in ſententia. de conſe. diſt. 5. c. pe. & fin. de conſe. diſt. 3. c. fin.

CAPVT III.

DE QVIBVS. (Dubium) de facto, nam de iure nõ poteſt eſſe dubium. (Dubium) vehemẽter: puta quia natus in captiuitate Sarracenorum, ſi enim de parentibus & inter fideles natus ſit, præſumitur baptizatus. infr. tit. prox. veniens.

CAPVT IIII.

1 *Tria eſſe dicuntur in anima pueri nõdum baptizati, quæ hic habes.*
2 *De peccato originali hic nonnulla pulchra referuntur.*
Puer an ſit dignus pœna æterna.
3 *Non eſt vllus compellẽdus fieri Chriſtianus.*
4 *Duplex eſt via quæ ducit nos ad vitam.*
5 *An liceat bellum indicere infidelibus et Sarracenis.*

MAIORES. (Eum) Petrum (Quærenti) id eſt interroganti Petrum. (Ipſum) Chriſtum. † Paruulis) in anima pueri nondum baptizati ſunt tria. Pronitas ad peccandum, quæ eſt ex corruptione carnis, & macula quę eſt quędam ſordes animæ, quam contraxit in ſua infuſione ex commixtione carnis, & propter hanc ſordem indignum eſt Dei cõſpectui præſentari. Tertiũ eſt reatus, ſiue debitum pœnæ æternæ, & magiſter Pe. Lombardus in ſententijs videtur fuiſſe in ea opinione, quòd prædicta pronitas ad peccandum ſit peccatum originale, quæ etiam dicitur concupiſcentia & fomes. Sed contra eum eſt, quia illa pronitas remanet poſt baptiſmum, & ita videretur, quòd etiam peccatum originale remaneret poſt baptiſmum. ſed reſpõdebat illi pronitati acceſſorium eſſe, quod

quod eſſet peccatum, propter hoc ferè omnes dicunt, quod peccatum originale non eſt fomes, nec pronitas peccati, ſed quædã macula animæ annexa fomiti, & illa macula in baptiſmo deletur, ſed quia illa macula annexa eſt fomiti, ideò aliquando fomes ſiue illa pronitas dicitur originale peccatum. Et ſecundum hoc intelligitur quòd dicit Aug. qa peccatum originale tranſit reatu, ſed remanet actu, quia macula quæ facit hominẽ reum pœnæ æternæ tranſit, vt decętero ratione illius peccati originalis, non ſit pœnæ æternæ aſtrictus, ſed idem peccatum originale, licet minus propriè dicitur remanere actu, quia ibi remanet pronitas, ex qua ſurgunt actuales concupiſcentiæ.

Sed dices quomodo ſine vlla culpa volũtaria adijcitur pœnæ æternę? Reſp. hæc pœna eſt tantũ pœna carentiæ. ſ. qa caret viſione Dei, & non eſt pœna actualis, & ideò non puniuntur ſine voluntate pœna actuali, niſi voluntate peccẽt, 5 & malũt ſic eſſe, quàm non eſſe. (Quem per ſe ſortiuntur). i. qui ſine alterius fide vel operatione dant remiſsionem peccatorum. (Sed ficti) id eſt adulti non verè credentes.

3 † (Compellantur A.) & ſic nullus eſt, vt fiat Chriſtianus cõpellendus. Nec obſtat qd ſeruo dicitur, vt ad nuptias inuitatos cõpellat intrare, Lucę. 14. 24. q. 4. diſplicet. ver. repete. qa ibi intelligitur de compulſione facta per inſtantiam rationis, non per ſeueritatem gladij materialis, ſeu per violentiã temporalẽ. 45 diſt. de Iudæis. quia executio talis gladij eſt iſti ſeruo. i. ordini prędicatorũ, vel Apoſtolis in perſona Petri à domino interdicta. 23. q. 1. §. item cum Petro. Vel dic, qd primò præcepit ſeruo. i. ordini prædicatorũ, qui magnus eſt in eccleſia Dei. inf. de hæred. cũ ex inũcto. vt exiret in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, & debiles, cæcos & claudos introduceret, & non compelleret ipſos intrare. Poſtmodùm ei dixit vt exiret in vias, & ſepes, & illos intrare compelleret, quos ibi inueniret, vt in præal. c. diſplicet. ver. repete. habetur, innuens per hoc quòd Iudæi & ſimiles, qui fidem non habent non ſunt gladio materiali ad fidem cogendi, ſed introducendi per efficaciam rationis & legis, vt ex ſuis codicibus conuincantur, vt in præal. c. de Iudæis. ſed illi qui à gremio eccleſiæ diuerterunt, vt hæretici & ſchiſmatici, ad eam ſunt rédire eogendi, cùm ſint de foro eccleſiæ etiam per potentiam ſecularem, vt hîc. Nam per hoc quod dicit ipſum exire in plateas & vicos ciuitatis, tangit Iudæos, qui tanquã ciues legem Prophetas, & eloquia certa habebant ſtatuta ſupernæ ciuitatis, ſciẽtes quos quidem de ciuitate ad nuptias vult vocare ſine compulſione, tamen qa nihil ad nos de his qui foris ſunt. inf. de diuor. gaudemus. ſed per hoc quod dicit, quod exeat in vias & ſepes, notat hęreticos & ſchiſmaticos.

4 † Eſt enim duplex via, quę ducit ad vitam. infr. de hære. cùm ex inuncto. & quæ ducit ad mortem. inf. de ſpon. inter. & in hac ſunt hæretici. Per ſepes tamen deſignat ſchiſmaticos, q ſchiſmatici ſpinis inconſutilem domini tunicam, id eſt, eccleſiæ vnitatem lacerant, & iſti tanquã de foro eccleſiæ ſunt cogendi intrare, & fidem tenere, quam in baptiſmo receperunt. vt hîc.

† Ex his ergò apparet Sarracenis, vt ſi ant Chriſtiani bellum indicendum non eſſe, ſi tamen terras Chriſtianorum inuaſiſſent, vel occupatas tenerent, vel Chriſtianos hoſtiliter impugnarent: tunc tã per eccleſiam, quàm per principem cuiuſcą terræ, cui vel ſubditis damna, vel iniuriæ infertũr, poteſt eis iuſtum bellum indici. 23. q. 8. diſpar. ſed ſi Sarracenî tributum conſuetum denegant reddere principi Chriſtiano, & ſi tunc ille princeps eis iuſtum bellum indicit, non tamẽ per eccleſiam id fieri debet, ſi nec terram Chriſtianorum ſuis ſordibus fœdãt, nec ipſorum perſonas impugnant, illis tamẽ Sarracenis, qui terram ſanctam detinent vel impugnant, non ſolùm per eccleſiã, ſed per quemlibet principem Chriſtianum poteſt bellum indici, quia in omnium fertur iniuriam, quod in noſtri ſaluatoris committitur. C. de hęre. Manichęos. Qui verò verè pœnitẽtes ſunt, ſi occubuerunt in talibus bellis, præterquã in illo quod pro tributo negato ad patriam euolant. 23. q. 8. omni B.

CAPVT V.

DEBITVM. et inf. (Seipſum immerſit) Oportet enim ad hoc vt ſit baptizatus quod alius baptizans immergat, nec ſufficit ſi ipſe immergat, & alius

& alius verba apta dicat, quia qui nõ immergit, non potest dicere ergò, te baptizo. sup. e.c. 1. sed si non immergat, nec etiam eum tangat, sed aquam super eum spargat, dummodò totum balneet, vel maiorem partem, vel solum caput corporis sufficit. ar. ff. de reli. & sump. fu. l. cùm in diuersis. Alij dicunt, & fortè melius, quòd etiam si modica stilla aquæ, prætactæ à baptizante eum tangat, baptizatus est, & satis hoc videtur consonare iuri & æquitati, licet primum sit tutiùs.

CAPVT VI.

NON VT APPONERES.

CAPVT VII.

1 *Verbalis forma in baptismo est necessaria. & in num. 2. & 3.*

4 *Quamuis intentio baptizantis & baptizati impediat sacramentum, non tamen patrinorum intentio vnquam impedit.*

TICET GRAECOS. Id est diuersas rationes considerãdo baptizare dubitasti & distulisti, si enim introducere intenderet errorem: puta quia nomine patris intenderet inuocare virtutem diaboli & patris carnalis, vel aliquid huiusmodi non esset baptizatus.

1 † Et idem dicerem si expressè diceret verba Romanæ ecclesiæ. Sed dices idem si dixisset in nomine parietis tecti & fundi: cùm per hæc tria intẽdat inuocare virtutem patris & filij & spiritus sancti. Respon. non est baptizatus, quia ad minus oportet eũ aliquas principales syllabas retinere vt saltem si non benè: tamen aliqualiter exprimere videat nomina personarum. Sed idem dicendum videtur si diceret in nomine patris & filio & spiritus sancto.

2 † Quid si esset Latinus q baptizaret: sed illiteratus. Respond. idem quod de Græco: imò plus videtur quòd etiam si esset bonus clericus, & sic baptizaret, tamen verè baptizatus esset, tamen superior vehementer præsumet contra eum, quod voluit introducere errorem, nisi certis indicijs contrarium constet.

3 † Sed dices: hæc nõ est forma ergò nõ est baptizatus. Respon. forma verbalis ex toto non est: sed est quasi forma, vel iuxta formam verborum, & insuper est forma intellectualis integra: quia in nomine earũdem personarum intelligitur baptizare sicut ille, qui verbaliter plenè formã exprimit, & si aliter diceres oporteret te dicere, quod mater quæ baptizat filium in necessitate non baptizat, si per verba vulgaria dicat. Et etiã quòd Græcus baptizare non possit in sua lingua: neq; vulgari neq; Latina. s. vt sacramentum baptismi accipiant: sed vt sani sint.

4 † Et no. quod licet intentio baptizantis & baptizati impediat sacramentum: vt aliàs no. sup. e.c. 1. tamen intentio patrinorum nunquam impedit. Sed etiam hîc potest dici, quod & si baptizãs & baptizatus non crederent in baptismo aliquid conferri, nisi sanitatem dummodò baptizare intenderẽt benè esset baptizatus. Sed quid si non intenderet aliud per lauationem conferri nisi sanitatem, & tunc idem dicerem, quia baptizare intẽdit licet malam credulitatem & intentionem habeat de viribus baptismi, sed si non intenderet conferre baptismum, sed quandam medicinam facere contra infirmitatem, sed verba formæ, exprimeret, tamen non crederem eum baptizatum.

TITVLVS XLIII.

DE PRESBYTERO NON BAPTIZATO.

CAPVT I.

SI QVIS. (Presbyter baptizatum.) Si autẽ aliquis nullum inferiorum ordinũ habens, ordinetur in sacerdotem, dicunt aliqui eum non accipere ordinem. arg. 40. di. sicut. Sed cõtrarium videtur veriùs. ar. quia à principio tempore Apostolorum non erant minores ordines, ecclesia enim eos primò constituit. 21. dist. §. 1. & tamen ipsi Apostoli sacerdotes fuerunt. 31. dist. nouo. Sed posset responderi ecclesiam constituisse minores ordines, antequam aliquis Apostolus ordinaretur, & hoc etiã sonare videtur illa litera. (Ordinetur) cũ enim baptismus sit ianua omnium sacramentorum. 32. dist. §. verum. sine baptismo non recipit characterem.

CAPVT II.

APOSTOLICAM SEDEM. (Deo offerri) fuit enim baptizatus baptismo flaminis. sup. tit. prox.

CAPVT

CAPVT III.

VENIENS AD APOSTOLICAM. (Quod ambigitur) etiam de iure.

TITVLVS XLIIII.

DE CVSTODIA EVCHARISTIAE, ET ALIORUM sacramentorum.

CAPVT I.

STATVIMVS. Quid debeat fieri, si de sacrificio vel sacramento aliquid ceciderit in terram, vel in linteum, vel si quis illud euomuerit, vel si mus illud comederit, habes de consec. dist. 2. si per negligentiam. & c. seq. & c. qui benè.

CAPVT II.

RELINQVI NOLVMVS.

TITVLVS XLV.

DE RELIQVIIS ET VENERATIONE SANctorum.

CAPVT I.

1 *Canonizare quid sit, & quando fiat, & de quo fiat, & à quo fieri debeat. in nu. 2. & quid cõsequatur ecclesia per huiusmodi canonizationem. in nu. 3.*

4 *Etiam si ecclesia erraret, tamẽ preces bona fide porrectas Deus acceptaret.*

AVDIVIMVS. (Quod quidam) venerandi sunt omnes sancti canonizati. Canonizare † est sanctos canonicè et regulariter statuere, q̃ aliquis sanctus honoretur p̃ sancto, puta solenne officium pro eo facere, sicut fit pro alijs sanctis, qui sunt eiusdem conditionis, vt si canonizetur confessor, fiat p̃ eo officium cõfessorum, & si martyr, fiat pro eo officium martyrum, & sic de alijs. Et fit regulariter hæc canonizatio quando per probationes constat de fide, & excellentia vitæ, & miraculis eius qui petitur canonizari. ar. sup. de testi. venerabili. Et oportet tantam esse excellentiam vitæ, & talia esse miracula, quæ sint vltra vires & potentiam naturæ. Item nõ debet esse vnica tantùm excellentia vitę, imo oportet esse multas & continuas, vt habes in Ecclesiast. c. 44. vbi dicitur: Laudemus viros gloriosos, & parentes nostros in generatiõe sua, multã gloriã fecit dominus sua magnificẽtia in seculo. Per hoc q̃d dicit, Laudemus viros gloriosos, ostendit quòd canonizati erant, quia aliter non mandaretur ecclesiæ, q̃ eos laudaret: Per hoc quod dicit parẽtes nostros, ostendit quòd nullus canonizandus est, nisi fidem habeat, soli enim parentes eius erant Iudæi, & penes quos solos erat fides canonizandi erant. Per hoc autem quod sequitur, multam gloriam fecit dominus, supple cum eis, apparet quòd nõ sufficit, q̃ in vno fuerit glorioſus, vel semel tãtùm, sed quòd in multis & multoties: imò quòd continuè eius vita fuerit glorioſa. Per hoc quod dicit, sua magnificentia, i. sua magna potentia, ostendit quòd excellentia vitæ & miracula talia esse debẽt, quæ excedant vires & potentias naturales, nõ sufficiunt miracula sine vitæ excellentia, cùm magi Pharaonis multa fecerint, quæ supra naturam esse videntur. & in Euangelio legitur, Quia multi dicturi sunt, nónne in nomine tuo dæmonia eiecimus etc. & tamen dominus respondebit eis: Non noui vos, vitam tamẽ sine miraculis credere sufficeret, quò ad virtutem, tamen ecclesia non debet tales canonizare, propter hoc, quia in secreto potuerunt laxiorem vitam ducere.

2 Solus † autem Papa potest sanctos canonizare, q̃ ex eo apparet, quia cùm cõstituatur omnibus fidelibus adorãdum, & nullus omnibus præsit, nisi Papa apparet, quòd solus Papa hoc potest, nec valet si dicas quòd saltem cuicq̃ debet esse licitum, quòd in sua dioc. faciat, quia oratio eis facta debet esse communis, & ecclesia vbi debet venerari debet esse cõmunis. Item per hoc incideremus in illam reprehensionem, qua quidã reprehensi sunt ab Apostolo, qui dicebant:

3 Ego sum Petri, ego Pauli. † Per hanc autem canonizationem consequitur, quòd ecclesia solenniter dicit officium pro eo sicut pro sancto: & in lẽtanijs in numero sanctorum licitè enumeretur: vnde in supradicto cap. Ecclesiastici legitur: Sapientiam sanctorum narrẽt populi, & laudem eorum annunciet ecclesia. Ex prædictis apparet, q̃ pueri baptizati & incontinenti mortui non sunt canonizandi: quia nec multam gloriam fecit cum eis dominus sua magnificentia; speciale

tamẽ eſt in innocẽtibus qui vice Chriſti mortui ſunt. † Item dicimus quòd etiã ſi
4 eccleſia erraret quod non eſt credẽdum: tamen preces per talem bona fide porrectas Deus acceptaret. arg. 32. diſt. §. verum. 15. quæſt. fin. c. fin. Item non negamus quin cuilibet liceat alicui defuncto quem credebat bonum virum porrigere preces vt pro eo intercedat ad Deum: quia Deus fidem eorum attendit: non tamen pro eis licet facere officium ſolenne, vel preces ſolennes.

CAPVT II.

CVM EX EO QVOD QVIDAM.

TITVLVS XLVI.

DE OBSERVATIONE IEIVNIORVM.

CAPVT I.

1 *Ieiunium quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Quotuplex ſit ieiunium.*
3 *Ieiuniorum quædam dicuntur generaliter, quædam ſpecialiter indicta.*
4 *Qualiter dicatur quis ſoluere ieiunium. & in nu. 5. 6. & 7.*

1 EX PARTE VESTRA. † Ieiuniũ eſt parſimonia victus, & abſtinẽtia ciborum, & dicitur ieiunium à quodã inteſtino, quod vocatur ieiunum, quod ſemper eſt vacuum & ſubtile, & ieiunum ſiue media viſcera vacua, & exinanita dimittit.

2 † Et eſt triplex ieiunium. Primum eſt cuiuslibet diei, & cuiuslibet rei ædibilis abſtinentia, ſecundum propriam voluntatẽ, & non ſecundum aliquod ſtatutum, vel ſcriptum, vel conſuetudinariũ, & ſecũdum hoc etiam, ſi quater in die comedat & abundanter, tamen ſi ab aliquo cibo placito abſtineat, dicitur facere ieiunium. i. cibi abſtinentiam. Secundum ieiunium eſt, quando quis abſtinet à cibis humectantibus, vt ſi tantũ comedat ſicca, vt panem, & nuces, & poma, non carnes, non piſces, non olera, & hoc ieiuniũ dicitur xerophagia, à xeron quod eſt ſiccum, & phagin quod eſt comedere. Tertium ieiunium eſt abſtinentia victus ſecundum ordinationẽ eccleſiæ, ſiue ſcripto, ſiue cõſuetudine approbata. Hoc ieiunium eſt neceſſariũ omnibus ſanę mẽtis & doli capacibus potentibus ieiunare, cũ ipſi peccare poſsint, & peccata deferre. inf. de deli. pue. c. 1. diſpenſatiuè tamen cũ impuberibus, & etiam in maiori ętate poterit diſpenſari, vt ab indictis ieiunijs abſoluantur, & idẽ dicimus in ſenibus, ſicut & infirmis & debilibus. Mulieres enim propter prohibitionẽ virorum indicta ieiunia non debent dimittere, licet votiua & voluntaria dimittere debeant. 33. q. vl. manifeſtum. licet cum his fortè propter ſcandalum vitandum poſſet ſacerdos diſpenſare etiam in indictis, nam propter ſcandalum vitandum legitima eſt diſpenſatio. 50. di. vt cõſtituerentur. inf. de cler. excom. mi. latores. non credimus quòd iſta ieiunia poſsint redimi pecunia, vel alio modo, niſi cauſa vel neceſsitas in ieiunante ſubſit, voluntaria autem ieiunia etiam ſine cauſa quæ in ieiunante ſubſit, dummodò ſit alias vtile, redimi poſſunt authoritate ſuperioris. 82. di. c. fin. Sunt autem ieiunia indicta & neceſſaria quatuor temporum, quę à veteribus initium habuere. 76. di. c. ieiunium. Item in vigilijs natiuitatum, natiuitatis Domini & beati Ioannis. Item in vigilia omnium Sanctorum. Item in vigilia Aſſumptionis. Item in vigilia beati Laurẽtij. Item in quadrageſima. Itẽ in ſexta feria prẽter exceptuatas, quę ſunt poſt Paſcha, etiã ſi natiuitas Domini in ea venire contingat. inf. eod. cap. fi. 76. di. non autem. Dicunt tamen quidam & non malè, quòd hoc non eſt ieiunium neceſsitatis, quia ſi eſſet, non liceret Ciſtercienſ. illud mutare niſi quo ad carnes. Volũtaria aũt ieiunia ſunt, ad quæ aliquis voto vel propoſito ſe aſtringunt, vel etiam quę ſacerdos præter indicta propter magnitudinem peccati imponit. 82. di. c. fi. & hoc licet commutare & redimere, etiam ſi nulla cauſa ſubſit in ieiunante, dummodò vtilior ſit compenſatio. ar. de
3 vo. & vo. redem. c. 1.

† Item no. quòd inter indicta ieiunia, quędam ſunt indicta generaliter, vt prędicta, alia ſpecialiter, vt ieiunium aduentus, quod nec in omnibus prouincijs celebratur, nec ab omnibus illius prouinciæ fit. inf. eodem cap. 2. tale etiam erat, quòd matronæ Romæ conſueuerant ieiunare in Sabbato. 11. di illa. Itẽ no. quòd licet ieiunia indicta non debeant commutari, vel redimi ſine cauſa, tamen ea poſſunt mutari, ſicut ieiuniũ feſti quod eſt die lunæ fit in ſabbato. Et dicitur, q̃ in quibuſdã locis Franciæ. ſ. vbi ſunt eccleſię ſancti Quintini nõ ieiunat in vigilia omnium Sãctorum, ſed tertia præcedenti die. Item circa hæc indicta ieiunia credimus poſſe ſtatui, quòd bis, ſed parũ comedatur in die, ſicut etiam faciunt Ciſtercienſ., quia ad remouendum ſcandalum & charitatem conſeruandam ſtatuerunt, quòd illi qui faciunt aliquid prægustẽt, nec ſoluũt ieiunium ab eccleſia indictũ. Item ex cauſa liceret ſtatuere, quòd etiã cibis quadrageſimalibus non vterentur. inf. e. c. 2. §. cùm autem.

4 † Item credimus, quòd ſi carnibus vtatur, qs in ieiunio indicto ſoluit ieiuniũ, & eodem modo, ſi plus quàm ſemel comedat, niſi vbi aliter eſt ex cauſa ſtatutũ, ſicut eſt in Ciſtercienſ. tamẽ & hoc ea ratione dicimus, quia ſic vſu ieiunantium approbatum eſt, ſed ſi aliàs vel horã anticipat, vel latiùs capiat, vel ſi belluas marinas comedat, vel ſi nimis ardenter comedat, non credimus quod propter hoc ſoluatur ieiunium, ſed in his & alijs exceſsibus eum peccare credimus, & ſic intelligitur de conſ. diſt. 1. ſolent. & diſt. 5. quicunq. Item licet ieiunium ſit abſtinentia victus, tamẽ credimus eum ieiunare qui in prædictis conſuetudinẽ obſeruat, licet ad ingurgitationẽ comedat, & quicquid ſibi placet, quia in ieiunio non tantùm abſtinentia attenditur, ſed conſuetudo eccleſiæ. Alij tamen dicunt, nunquam eſſe ieiunium, niſi & ibi ſit victus abſtinentia.

5 † Item non credimus ſolui ieiunium indictum, ſi quis comedat in ieiunijs indictis, niſi in quadrageſima oua & caſeũ, ſed tamen peccat, & ſic intelligitur diſt. 4. denique, alij tamen contradicunt. Credimus tamẽ, quòd ex cauſa in aliquibus prouincijs poſsit prouideri, quod & his vtantur ſine peccato, cùm hæc tãtùm ex cõſtitutionibus & obſeruationibus hominum proceſſerint. Electuarijs autem dedicatis non credimus, q̃ aliter liceat vti, niſi ſicut alio cibo delicato.

6 † Medicinam aũt pro remouẽda infirmitate, vel fugienda accipere licet ſine peccato in die ieiunij, ſed pro conſeruanda ſanitate tantùm, vbi non eſt ſignũ infirmitatis, non credo. Alij tamen dicunt quòd p̃ nulla medicina, nec pro electua-
7 rijs ſoluetur ieiunium. † Pro potu aũt vel ante cibum vel poſt cibum non credimus ſolui ieiunium, ſicut videmus cõſtitutum eſſe in conſuetudine eccleſiæ ieiunantis. Seneſcalos vel portantes encœnia, vel quoſcunque alios ſeruientes præguſtantes cibos ante dominos timentes de toxico, non credimus ſoluere ieiunium, & idem credimus de medicis præguſtantibus medicinas: & in his caſibus credimus, quòd monachis licet præguſtare carnes, & hoc dicimus propter generalem conſuetudinem, quæ ſic obtinet.

CAPVT II.

CONSILIVM NOSTRVM.

CAPVT III.

EXPLICARI PER SEDEM.

TITVLVS XLVII.

DE PVRIFICATIONE POST PARTVM.

CAPVT I.

VOLENS ET INFRA.

TITVLVS XLVIII.

DE ECCL. AEDIFICANDIS VEL REPARANDIS.

CAPVT I.

QVICVNQVE ECCLESIASTICVM.

CAPVT II.

VM DICAT APOST. & inf. (Tot) & tã diuites & ideò benè ſequitur ſd eccleſia &c. (conſtituere) & de ſuis facultatibus (Gaudere). i. neceſſaria proprio presbytero miniſtrare (Permittantur). i. epiſcopus concedat licentiam eis, ipſi autẽ authoritate canonis facere nõ poterant, ſed cũ ſuperiore agent vt cogantur, † Tribuere) No. decimas laicis concedit tanq̃ pauperibus, & quia eſt religioſum collegiũ & licitũ, & ob hoc videtur approbatum.

CAPVT III.

D AVDIENTIAM noſtrã. (Sine magna) 63. di. cũ longè. ff. de iudi. ſi locus. ff. de excep. ſi cũ dies. §. ſi arbiter. de cõſ. di. 1. ſi qs extra. 18. di. quoniã quidem (Prouentus) ſpirituales, non enim credimus q̃ eis dare deberet campos, vel alia bona quæ haberet in ipſa villa. (Fundatoris) & ambo ſunt patroni,

patroni, matrix ecclesia propter dotem, quia de reditibus eius debitis dotatur ecclesia, fundatoris propter fundationem, & quia p̃ parte dotat, vnde est, quòd ex dotatione possunt plures esse patroni, & similiter ex fundatiõe. (Honor). s. annuus census qui debetur, vel faciat seruitium baptismi. supr. de cap. mo. dilec. de maio. & obed. his. & quòd alia iura parochialia soluat in decimis, & alijs quæ de iure, vel de consuetudine debentur capellæ matrici ecclesiæ, & hoc ratione parochiæ non iurep. debentur. (Honor) matricis ecclesiæ, in alijs ecclesijs in suã parochiam constitutis, aliquando habẽt certum ius statutũ, vt hîc. & sup. de const. cum dilec. aliquando consuetudinarium terræ, vel prouinciæ, vt in vrbe baptismum seru. & capitulũ. sup. de capel. mona. dilectus. plebibus autem parochialibus ecclesijs, & maximè cõceditur, quod cùm habeant curam clericorum & laicorum in eadem parochia constitutorum. sup. de offi. archipres. vt singulæ. quamuis in omnibus his præualere debeat cõsuetudo, vt no. sup. de offi. ord. c. 1.

CAPVT IIII.

DE HIS. (Et institutionem) ad fundandum ecclesias de nouo, si fortè populus crescat: vt inf. c. prox. inf. c. vl. (Cogi) si percipiunt quartã fabricæ. 10. q. 1. decernimus. & q. 3. vnio. & si illa nõ sufficit de bonis propijs cõferre debent. 12. q. 3. pontifices.

CAPVT V.

1 *Priuilegium non subitò sed cum deliberatione concedi debet.*

AD AVDIENTIAM nostram. (Priuile.) ff. de iure codi. quidam referunt. §. 1. ff. de ser. vrb. præd. si seruit. §. vlt. arg. contra. ff. si ser. ven. l. vlt. ff. de ser. vrb. præd. Labeo. Sol. futuræ rei non potest constitui seruitus, sed potest qs̃ se obligare, vt facto ædificio constituat. ff. fami. ercis. hæredes. §. an ea. vel ideò Papa non concedit priuilegium futuræ ecclesiæ, quia non subitò, sed cum deliberatione concedi debet. 23. distin. communis.

CAPVT VI.

TVA NOS DVXIT.

TITVLVS XLIX.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM, COEMITERij, & rerum ad eas pertinentiarum.

ECCLESIAE DICVNTVR IMmunes. i. extra munia. i. officia vel munera.

CAPVT I.

1 *Consuetudo onerosa ecclesijs non prodest.*
2 *Licet vnicuiq; ius suum & possessionem defendere, & vim vi repellere.*
Domum vel hospitium violẽter ingredi, an & quando quis possit.

VT IN DOMIBVS. (Consuetudine) † Consuetudo enim in his casibus non prodest, cùm esset onerosa ecclesijs. sup. de consu. c. 1. Sed si aliquis vel ecclesiastica, vel secularis persona pro recognitione beneficiorum suorum reseruasset sibi aliquod hospitiũ in aliqua ecclesia, illud benè debetur. 18. q. vlt. Eleutherius.

2 † Sed quid si negaretur hospitiũ, potest ne sua authoritate intra domum, & necessaria in hospitio recipere, etiã violenter cùm ius habeat hoc recipiendi, & etiam sit in quasi possessione, videtur q̃d sic: quia licet cuique ius suum & possessionem defendere, & vim vi repellere. C. vnde vi. l. 1. supr. de restit. spo. olim. & videtur quod sibi licet domum ecclesiæ frangere ad hospitandum. arg. ff. q̃d vi aut clam. l. fin. §. si ad. C. quod cum eo. si seruus. ff. si ser. ven. si eo loco. ff. ad l. Aquil. quemadmod. §. 1. & 2. & hoc quidam dixerunt. Sed nobis videtur, quòd nulli laico, vel etiam clerico licet violenter rumpere domos ecclesiæ ratione alicuius iuris sibi debiti, cùm omnia bona ecclesiarum sint sancta sanctorũ, et Domino consecrata, & in eis sacrilegium committatur. 12. quæst. 2. nulli li. quicunque. & c. seq. eadem etiam loca immunitate gaudent; vt hîc. 17. quæsti. quarta. id constituimus. 11. quæst. 1. necessaria. Item alia ratione dicendum est, quod non potest violenter tollere necessaria in hospitio, & violenter ingredi domum, quia

quia in prædicto casu, nulla domus, nec aliquæ res deberent hanc seruitutem, vel etiam sunt ad hoc obligatæ: sed tantùm ecclesia est ad hoc obligata, & personalis actio, non realis contra ecclesiam competit. Fatemur tamen, quod episcopus vel alius, qui haberet iurisdictionẽ in aliqua ecclesia, si alius ipsam ecclesiam iniquè intraret, habẽs iurisdictionem, posset violenter rumpere domum & violẽtum expellere, & sic loquitur decre. de rest. spo. olim. & idem etiã videtur si iurisdictionem non habet, sed habet ius in ecclesia quasi prælatus, vel possessionẽ tãtùm ea ratione, quia cuiq; licet possessionem suam defendere: vt in præall. decre. olim.

Sed contrarium dicerem in canonico, qui non possidet ecclesiam, sed canonicatum in ecclesia, nam huic non credo licere, per violentiam rumpendo ostia intrare domos ecclesiæ, quia eas non possidet, non licet sibi ius dicere. ar. ff. quod me. causa extat. C. vnde vi. si quis in. & idem & eadem ratione credimus de illo, cui subiecta est ecclesia, puta de abbate, quod non potest per violentiam rumpere domos capellę sibi subiectæ, quia eam non possidet, licet in ea habeat ius subiectionis. arg. ff. ad l. Aquil. quẽadmodũ. §. 1. & 2. Credimus tamen, quod si canonico deputata esset aliqua domus pro sua habitatione, & alius inuaderet, quòd incontinenti possit irruere in cameram, & eum expellere ea ratione, quia sibi licet suam possessionem defendere, & vim vi repellere: vt in furibus præal. Item quia in cameram sibi deputatam irrumpit, & ☞ quia non facit iniuriam ecclesiæ. † Item credimus quòd sialiq̃s opponeret se canonico, vel abbati, vel alij ad vtendum iure suo, quod habet in aliqua ecclesia, q̃ potest per violentiam illum expellere, licet non possit domum, vel ostia, vel sepem simpliciter rumpere.

Ratio diuersitatis, quia quando eijcio personam mihi contradicentem, videor vti possessione mea, quod licet, & vim vi repello, sed vbi intro violenter possessionem rumpendo ostia, vel sepem, tunc dico mihi ius, quod non licet, nisi in specialibus casibus, qui notantur. C. quãdo li. sine iud. se vin. per totum. cum suis cõcor.

☞ † Et idem quod dicit de ecclesia & domibus ecclesiarum, dicimus in rebus prophanis, nam si quis dicit se habere seruitutem in fundo alterius, & est etiam in possessione, fiat murus, vel sepes quominus vtatur seruitute, non potest illum rumpere, sed se impedientes potest expellere. ar. contra. omnibus supradictis. ff. de vsuf. l. 3. in princ. vbi videtur, quòd pro vsufructu inducitur in possessionẽ fundi vsufructuarij, vnde videretur, q̃ sicut dominus proprietatis posset rumpere murum, qui super suo fieret, sic & vsufructuarius & alij qui sunt in possessione aliquorum iurium. Sed respondeo ideò licere proprietario rumpere domũ, quia cessit solo, & per consequens dominio, sed secùs in vsufructuario. C. de rei ven. l. 2. de hoc tamen constat, quod qui habet ius in re, agere potest vt remoueatur murus. ff. si ser. ven. si eo loco. & l. 1. Alij tamen cõtradicunt prædictis. (Hospitium) ex debito. C. de epis. l. 1. gratuitũ autem debet. 42. dist. §. 1. & c. 1.

CAPVT II.

PERVENIT. & infr. (Nomen) quasi non excusatur aliquis per hoc, q̃d sit meus homo, vel alterius ecclesiæ, nec per hoc probatur quod homines ecclesiarum subeant angaria vel perangaria, cùm illa ciuitas sit archiepiscopi: vt inf. e. non minus. Item hoc habet locum, & est speciale, vbi timor est communis, & subditus & improuisus.

CAPVT III.

INDICATVM EST. & inf. (Rustici) hoc intelligo de astrictis glebæ. C. de agri. & cẽs. cùm satis. ver. omnis omninò.

CAPVT IIII.

1 *Clerici dicuntur immunes esse ab omni exactione secularium personarum. & in nu. 5. & 6.*
2 *Ecclesia non subit sordida munera. Et quæ sint ista. Remissiuè.*
3 *Quintuplicia sunt onera.*
4 *In aduentu principis speciale est, vt angaria vel perangaria præstet ecclesia. & vide in nu. 7. & 8.*

NON MINVS. & inf. (Talea) taleas & collectas imponi. † (Prohibemus.) Not. sacerdotes & clericos immunes esse ab omni exactione secularium personarum. 23. q. vlt. conuenior. ver. quamuis. C. de sacrosan. eccles. placet. et l. administrationem. 11. q. 1. si tributum. 16. q. 1. §. nouarum. 11. q. 1. sacerdotibus. arg. contra. 23. q. 8. tributum. 11. q. 1. magnũ. sup. de censi. c. 1. C. de epi. de his. ff. de publi. imperator. Sol. quæ vsibus ecclesiasticis dedicantur, quòd ad fundationem, vel ortum, vel mansum, vel dotẽ ecclesiæ, immunia sunt: cætera cum suo onere transeunt. sup. de censi. c. 1.

2 † Vltimo not, sordida munera, sicut calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, nunquam subit ecclesia. C. de sacrosan. eccle. placet. sed nec hospitia superindicta, siue alia munera extraordinaria: vt C. de epi. & cle. l. 2. 16. q. 1. §. nouarũ. & l. iuxta sanctionem. multa autem sordida munera habes. ff. de mune. l. munerum. vsq; ad l. patrimonium.

3 † Onera) alia sunt ordinaria, alia extraordinaria, & quidem ordinaria, siue sint angaria, hæc alio nomine dicuntur munera personalia, scilicet, quæ operibus cũ labore & omni solicitudine personali principaliter exsistunt, sumptibus tamen alienis. ff. de mune. l. 1. & l. munerum. vsq; ad §. patrimoniorum. Angaria quæ consistunt in exhibitione operę, siue perangaria hæc dicuntur. mista. ff. de mun. munerum. §. mista. Perangaria quæ consistunt in exhibitione operę cũ sumptu, vel periculo ministrantis, hæc non subit ecclesia. C. de epi. l. 1. & 2. & l. presbyteros. C. de sac. san. eccl. neminem. Sed solue, quia ibi non dicit ecclesiam subire angaria vel perangaria sed neminem dicit excusari, etiam si possessiones pertineant ad ecclesiam.

Quod intelligo, quòd rustici & coloni possessionum ecclesiæ non excusantur in aduentu principis, clerici tamen excusantur, cùm tamen aliàs serui & coloni ecclesiarum angarijs, vel perangarijs non fatigentur. 12. quæstio. secunda. ecclesiarum. C. de epis. omnes.

4 † Vel dic speciale esse in aduẽtu principis, vt angaria vel perangaria præstet ecclesia, dummodò ad sordida munera non cogantur, & etiam fortè aliàs si ecclesia possessiones habeat ratione quarum debeat personale munus vel patrimoniale, puta exercitum vel legationem, vel aliquid simile, illa præstabit. 18. dist. si quis me. 23. quæstio. octaua. si nobis sæpe. sed certè nec tunc prædicta subibit tanquam munera, sed quia ex pacto, vel aliàs ad ea præstanda obligatus est, si autem sint honesta & ordinaria.

5 † Item ab his etiam intelliguntur exemptæ ecclesiæ quò ad dotem, & quædam alia, vt diximus in glos. quæ incipit, nota satis, & hæc propriè dicuntur patrimonialia, & rerum quæ alio nomine dicũtur patrimonialia, quæ scilicet principaliter, & in sumpto consistunt & periculo ministrantis. ff. de mune. l. 4. §. patrimoniale. & l. munerum. §. patrimoniorum. ea benè subit ecclesia, nisi sint superindicta. C. de epis. omnes. 11. quæstio. prima. si tributum. ff. de mune. munerum. C. de indic. l. 1. C. de exact. trib. l. si diuina. & de mune. professio. etc. & l. vltim. & ab his superindictis intelligo immunes clericos, & vxores & liberos. 16. quæstion. prima. §. nouarum. C. de episc. omnes, nisi sit necessitas. sup. eo. peruenit. sed nec tunc, si sunt decimæ, vel oblationes, vel alia spiritualia, vel mansus ecclesiæ, scilicet, in quo fundata est ecclesia.

6 † Vel vt quidam dicunt de quo dotata ex viginti. 23. quæstion. vltima. super ea. supr. de censi. sanctum. & si fundus prius erat tributarius redimetur, sed tributum non soluet. 14. quęstion. sexta. comperimus. extraordinaria autem quæ respiciunt ad pietatem, subit ecclesia. C. de episc. & cler. administrationem. & sic potest intelligi. supr. e. peruenit. quamuis ad ea non sint per secularem iudicem cogendi, sed per ecclesiasticum, de cuius foro sunt personæ, licet res sint de foro laici. sup. de fo. compe. si diligenti.

7 † Extraordinaria autem, quæ tantùm respiciunt publicam vtilitatem, nõ subit ecclesia, nisi in aduentu principis, & fœlicis sobolis, & probantur hęc cum superioribus. C. de sacrosanct. eccle. placet. iubemus nulli neminem. Item à lucratiuorum inscriptionibus sunt liberæ ecclesiæ. 24. quæstion. octaua. sancimus.

8 † Et quòd ecclesia vt dictum est non cogitur subire munera à principe seculari, & ꝓ suis negotijs, sed ecclesia pro suis negotijs & ꝓ miserabilibus personis, & etiam

etiam pro principibus vel necessitatibus natiuitatum cogit. sup. de censi. cùm apostolus. inf. eo. aduersus. supr. de offi. dele. pastoralis. 77. di. c. 2. 88. dist. c. 1. (Et clerus) est etiam necessaria authoritas papæ. inf. eo. aduersus. (Excommunicationi) no. prædictos ipso iure excommunicatos.

CAPVT V.

1 *Ecclesia non debet esse refugium malorum ad offensiones alicuius, sed vt boni à malis defendantur.*

CVM ECCLESIA. (Dei causas.) Idẽ est enim in causis ciuilibus, sed secùs in ecclesiasticis. 2. q. 2. præceptũ. (Refugij) non debent incastellari ad offensiones alicuius. 42. di. c. vlt. 10. q. 1. c. pe. sed ad hoc vt ibi fugiant, & defendantur Christiani, vel aliàs boni à malis, satis licite credo posse incastellari [a], cum & aliàs ingruente necessitate possunt ibidem hospitari. 42. di. nulli.

[a] *Incastellari. Adde Ioan. Andr. hic et Pet. de Anc. qui refert in consil. 96. inci. super dicto dubio. colum. 1. in fin.*

CAPVT VI.

1 *Latro publicus an gaudeat priuilegio immunitatis ecclesiæ.*

2 *Occidens aliquem ex impetu, vel casu fortuito, gaudet immunitate ecclesiæ.*

INTER ALIA. & inf. (Sacrorum). 17. q. 4. diffiniuit. constituit reum ad ecclesiam venientes. (Legum). C. de his qui ad eccle. confu. præses. † (Ad ecclesiam) non consecratam, dummodò authoritate episcopi sit ædificata, cùm in non consecrata fiant diuina officia. inf. c. pe. arg. sup. c. proxi. sup. de conse. eccl. c. fi. & maximè cum hoc habeat consuetudo, quæ quia pia est, obseruanda est. infr. de simo. ad ap. infr. de cogna. spi. super eod. Item idem dicunt quidam in palatio episcopi. 17. q. 4. id. Sed alij qui dicunt contra illud, intelligunt cùm palatium episcopi est intra fines designatos ecclesię. 41. di. episcopus. Idem in ludæo. C. de his qui ad eccl. cõfu. l. 1. (Ad pœnam corporalem) id est sanguinis effusionẽ, posset tamen in monasterium detrudi ad pœnitentiã agendam. ar. 50. di. si episcopus. supr. de adul. Auth. sed nouo. (Ad pœnam) 17. quæst. 4. id constituimus. Membra, id est, promissione de vita, & membris saluandis, & si necesse fuerit iuramentum, & etiam maiores cautiones. supr. de resti. spo. literas. Puniendus pecuniariter, vel aliàs præter pœnam sanguinis. 17. quæstio 4. reum. id constituimus, sed nunquam in carcerem mittendus (Nisi) lex plures excipit personas. in Auth. de man. prin. §. quòd si fidelis. sed illud non admitto (nisi) 23. quæst. 5. cum homo. quando lic. vni. si iul. l. 1. (Nocturnus). id est, sic dictus, quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, vel latet, vel propter homicidia vel rapinas, quas facit in strata comburit, & destruit agros eorum qui eis non seruiunt. (Qui) hic vult dicere, quòd duo prædicta genera hominũ, si in stratis publicis per insidias aggressi fuerint aliquem, quòd non gaudent immunitate, quasi si non in stratis publicis hoc facerent immunitate gauderent, quamuis posset dici, quod quicunq; insidiosè offendit, hoc priuilegio nõ gaudet, quia non debet gaudere priuilegio, qui cõmittit in legem. infr. de vsur. quia si autem non insidiosè facit, puta ex impetu, vel casu fortuito semper immunitate gaudet.

Sed dices quare ergò decr. fecit mentionem de his duobus generibus hominum? Respon. quia de his semper præsumitur, quod insidiosè fecerint. Item etiam potest dici de eo, qui in ecclesia aliquem occiderit, quia non debet ab ecclesia defendi, qui ecclesiam violat. arg. 12. quæst. 2. de viro. supr. de ap. an sit. inf. de vsur. quia alij tamen contrarium dicunt, sed dic secundum consuetudinem in his, quæ pia sunt seruandam. dic vt. c. fi. inf. e. ti. (Canonicis). 17. q. 4. sicut metuentes, id constituimus. (Compellit) 18. quæst. 4. diffiniuit. metuentes reum. C. de his qui ad eccle. confu. si seruus.

CAPVT VII.

ADVERSVS CONSVLES. (Excommunicationi) credimus quod canon hic sit latæ sententiæ. (Et necessitates) iustas & honestas. (Quorundam prælatorũ) qui sine causa iusta & sine vlla necessitate soluebant, & dabant subsidiũ, sic repete quæ diximus suprà, de exce. exceptionẽ. (A talibus) scilicet de imponentibus

collectas. (Sustineat) tenetur etiam deposito officio, quia ex suo maleficio conuenitur. ſi. 1. quæſ. vlt. iubemus. ff. de act. empt. Iul. §. idē. ſi autē ex contractu ageretur, finito officio, non cōueniretur. ff. de ap. recip. ad procuratores. §. in vnum. ff. de admi. tu. eſt quidam. ff. de euict. illud. §. 1. procurator finito officio tenetur. ff. de proc. procurator. (Infra) & etiā ante ſi ſucceſſerit ei, propter quod prædeceſſor excommunicatus fuit, & excōmunicatus eſt. inf. de ſen. exc. nuper.

Sed dices quare non ſtatim onus excommunicationis ad eum peruenit? ar. ſuprà, de offi. dele. quoniam abbas. Añ. quia hoc prouenit ex delicto, vnde non deſcendit ad alios. 24. q. 3. ſi hæres. & quia poteſt dare operā bono pacis. †(Satisfecit) omne damnū emēdando eccleſię, q̄ ex ipſius regimine ipſi contingit, ſed & ſi conſilium dedit de collecta imponenda, ipſam eum emendare oportebit, ſed ſi conſilium non dediſſet, forte non cogeretur ad emendationem collectæ, ſed aliàs intereſſe, quod eccleſiæ de eius regimine obuenit, emendabit & forte etiā pœnam ſpiritualem, & etiam pecuniariam eum ſubire oportebit, ſecundum quod bonus iudex arbitrabitur.

Item hæc habent locū tantùm, quando ſuccedit in regimine illius, qui eſt excommunicatus ex prædictis cauſis, vel propter libertatem eccleſiæ, ſed ſecùs eſt ſi ex alia cauſa, vel ipſe poteſtas, vel etiā conſilium vel commune eſſet excommunicatum, vel interdictum, quia tunc ſucceſſor poteſtas non eſſet excommunicatus.

CAPVT VIII.

1 *Ad reſtitutionem tenetur quis vbicunq; fit furtum, rapina, oppreſsio, dolus, vel calumnia.*
2 *Si mathematicus, vel meretrix vel conſimiles dolo, fraude, vel ſuaſionibus quempiam induxerint vt eis crederet, & pecuniam daret, non competit repetitio.*
3 *Non debet quis vnquam aliquid facere, quod fratri ſuo ſit cauſa peccati.*
Præſcriptio 30. annorum an requirat titulum & bonam fidem.
Reſtituere rem an & quando quis cogatur, & quæ requirantur ad hoc, vt reſtitutio locum non habeat.
Bona malè quæſita an reſtitui debeant.
4 *Quo caſu teneatur quis reſtituere id quod in ludis lucratus eſt.*
5 *Hypocrita qui ſub nomine boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea reſtituere tenetur.*
Conſtitutio à principe contra ius naturale, & diuinum facta, ſed tamen ex iuſta cauſa facta, an & quando valeat: Et num. 6.
6 *Conſtitutiones quæ ſunt contra animæ ſalutem, ſeruari non debent.*

QVIA PLERIQVE. †(Reſtituat) Nota quod ad reſtitutionem tenetur quis, vbicunq; fit furtum, rapina, oppreſsio, dolus, vel calumnia. 12. q. 5. c. ſi. Et per hoc comprehendo omnes caſus, in quibus competit repetitio, ſiue per actiones, vt puta metus cauſa, vel dolo, vel conſimiles, ſiue iudicis officio. Item idem dicimus, ſcilicet quòd reſtituere tenetur ſiue iure naturali & ciuili ſit debitum, ſiue iure naturali tantùm, quale eſt quod debetur ſeruo, & ideò non inde faciat eleemoſynam, ſed illud reſtituat.

2 Si †autem mathematicus, vel meretrix vel conſimiles, dolo, fraude, vel ſuaſionibus induxerint aliquem, vt crederet & pecuniam daret, non competit repetitio, cùm vtrobiq; verſetur turpitudo, vnde potior eſt cauſa poſſidentis. ſuprà, de cond. ob turp. cau. ſi autem. & cū ſit hæc iuſta pœnitentia etiā in foro pœnitentiali eſt ſeruanda, ſi autem ſit indebitum iure ciuili tantùm, vt ſi legatum de quo potuit trahere falcidiam integrā, ſolui credens hæreditatem ſufficere ad omnia, non tenetur legatarius mihi reſtituere. †Idem videtur in eo, qui ſcripſit ſe debere ſpe futuræ numerationis, cùm nihil acceperit, licet tranſactum ſit tempus biennij, vltra quod non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ, tamen licet totū ſuum dabit in eleemoſynam, nec tenetur reddere aliquid, vel potiùs dare illi creditori ciuili tantùm.

3 †Item eſt etiam in eo, qui condemnatus eſt iniuſtè, quamuis enim ſi cōueniatur, vel aliàs executioni mandetur ſententia, parere debet, non tamen iniuſtè condemnatus tenetur dare ſponte: Quod ſic probo, quia nunquam debet aliquid facere quod fratri ſuo ſit cauſa peccati, frater autem ſemper peccat recipiendo iniuſtè iudicatum, maximè ſi victor iniuſtam ſententiam facit. 2. quæſtio. 7. negli. quidam tamen in legatario dicunt contrarium. Eſt autem ea ratio diuerſitatis, quia licet vtrobique ſit tantùm delictum de iure ciuili, tamen ius ciuile quod dictum eſt de falcidia detrahenda habet æquitatem, & propter æquitatē facta eſt lex falcidia, ſed quod dicit in re iudicata, & in verborū obligationē. ſ. quia leges

leges quæ dant actionem ad ſententiam exequendam, vel ad petendū, quod promiſſum eſſet ſpe futuræ numerationis factæ ſunt, tamen propter ignorantiam, nam etiam ſi ſciretur, quòd indebitum eſſet poſt ſententiā, puta quia confiteatur victor ſententiam iniquam, vel non numer. pecu. non habebit petitionem. inf. de pur. vulg. c. 2. †Item qui tutus eſt præſcript. odioſa bona fide vel etiam exceptione tantùm. vbi tamen, non fuerit crimen, credo quòd debet iſtud reſtituere, vt eſt in præſcrip. 30. annor. vbi nullus requiritur titulus, nec bona fides.

Quidam tamen dicunt, quod licet nullus ſit titulus, dummodò bona fides ſit, non tenetur reſtituere, ſecùs autem in aliis præſcriptionibus, quæ non ſunt inductæ contra naturalem æquitatem, ſed propter bonum & æquum, nam illa præſcripta, non tenetur reſtituere, cùm de iure ciuili habeat dominium ad minus vtile. inſti. de vſu. in prin. & principium eſt aliquando contra naturalem æquitatem ſtatuere, ſicut no. extra de biga. c. 2. & 8. di. quo iure. Nec obeſt quod diximus, de præſcr. 30. ann. quia ibi ius non dat aliquod ius, vel dominium poſſidenti, ſed tantùm in odium aduerſarij, datur ei exceptio. C. de præſcri. 30. an. ſi emptor. ſed in eo cuius eſt exceptio odioſa, vt Macedo. dicimus quòd tenetur reddere, quia illa exceptio & illud ius non eſt tantùm factum in odium creditoris, ſed etiam propter bonum publicū, vt vitentur mortes parentum. ff. ad Maced. l. 1. in prin. vel melius, quia nihil eſt apud hunc filiumfa. cuius dominiū non habebat, nam etiā rei ſibi mutuatæ dominium in eū tranſiuit. Cōtra actionem autē quæ cōtra eū intentari poteſt, qui legitimam exceptionem habet cùm ſit ei data cōtra actionem ab eo, qui actionem dedit ſibi ſufficit, & tutus eſt etiam quo ad Deum.

†Sed quid dices in eo, à quo aliquid aduocari poteſt petita reſtitut. nunquid ſi non petatur reſtituere tenetur? nō credimus, niſi malitia contrahentis læſus eſſet, ſi autem ex donatione minoris, vel ex contractu inito, qui tenet ipſo iure aliquid habet, vt ſi in alienatione minoris, abſit authoritas tutoris vel decretū præſidis, reſtituere tenetur. Ad hoc enim vt reſtituere non cogatur, oportet quòd adſint bona fides, iuſtus titulus, qui hic non fuit, cùm talis titulus pro non titulo habeatur. Si autem qui poteſtatem vel iuriſdictionem nō habet opprimendi aliquem. Item non dolo malo, ſed publicè immoderate tamen extorſit. ſ. accepit aliquid ab aliquo, verbi gratia: aduocatus vel medicus, vel minores officiales, puta curſores non videtur, quod teneantur reſtituere. 14. q. 5. c. vlt. niſi forte in medico aliud diceres, vel niſi tātùm eſſet vltra exactum, quod iudex officio ſuo deberet eum cogere ad reſtituendū, & tunc etiam in foro pœnitentiali reſtituere præcipietur. Si autem eſſent maiores officiales, qui poſſunt alios ratione iuriſdictionis punire, tunc ſi quid indebitum recipiant, reſtituere tenentur. ar. præalle. c. 14. q. 5. c. vlt. ſed vbicunq; aliquid malè quæreretur, vel ex negotiatione vel extorſione, ex qua tamē reſtituere non tenetur, prudenter facit, ſi omnia in eleemoſynas dat. 14. q. 5. qui habetis, & c. vlt. non tamen damnamus eos ſi hæredibus relinquant. †Si autem illicitas negotiatiões faciat, vel aliàs iniuſtè aliquid querat ſine calūnia alicui facta, ſacerdos debet ei iniungere vt in bonos vſus expendat, puta erogando pauperibus, vel eccleſijs, vel alijs. ar. 24. q. 3. ſi quis ro. ſup. de vo. & vo. re. magnæ, q̄d ſuper his.

4 †De eo autem quòd quis lucratur in ludis, ſi tractus fuit, non tenetur reſtituere, quia tunc nihil dolo feciſſe videtur, ſecùs eſſet, ſi alīū traxiſſet, quia tunc reddere tenetur, quaſi qui dolo fecit, ſed hic forte melior erit conditio poſſidentis, ſed ſi aliquid amiſit poteſt repetere. Item qui cauſa recreationis modicum ludit, non tenetur reſtituere. arg. ff. de alea. per totum. 14. quæſt. 5. non ſanè. ff. ſi quadr. pau. l. 1. §. cum ariete.

5 †De quæſitis in bello & damnis ibi datis alibi no. inf. de ho. ſicut hypocrita autem qui ſub nomine boni Chriſtiani multa quæſiuit, ea reſtituere tenetur, q̄a per fraudem quæſiuit. 14. q. 5. c. fi. ſed forte non illi, qui dedit qui conſecutus eſt mercedem ſuam. Sed de hoc forte probabiliter dubitari poſſet, ſi ſine cauſa impeditur, vel alius princeps faceret aliquam conſtitutionem contra ius naturale; puta q̄ dominia de vno in aliū tranſferrentur ſine cauſa, ſi cōſtitutio in foro animæ eſſet ſeruāda. Et videtur nobis q̄ non, imò nec in foro iudiciali, quod plus eſt: vt no. ſup. de conſti. quæ in. Imò plus videtur, q̄ etiam ſi cōſtitutio iuſta fuerit ex cauſa. ſ. iuſta, ſed illa cauſa iuſta ceſſat in caſu, de quo modò agitur, vel in foro ani-

animæ vel communi, tamen conſtitutio tantùm reſtringenda eſt ad eum caſum, vbi fuit iuſta conſtitutio, vt verbi gratia: Iuſta conſtitutio quæ dat exceptionē Macedoniani propter iuſtam cauſam, ſed ſi certū eſſet, quòd illa cauſa non ſubeſſet, vt ſi in neceſsitate mutuaſſet, peccaret qui exceptione ſe defenderet.

6 †Conſtitutiones autē quæ ſunt contra ſalutem animæ, vt de vſuris, & de iuramentis non ſeruandis, ſeruari non debent. ſup. de iureiu. cùm cōtingat, ſacræ enim leges in his non dedignantur ſacros canones imitari. Quidam tamē aliī dicunt, quòd ex quo facta eſt cōſtitutio, licet contra ius naturale, dummodò iuſta cauſa fuerit conſtitutionem illam faciendi, licet poſtea eueniat caſus, vbi ceſſat cauſa iuſta, tamen conſtitutio eſt ſeruanda, quæ generaliter fuit facta. Non potuit enim nec fuit etiam expediens omnes articulos ſigillatim comprehendere. ff. de leg. non poſſunt, niſi talis caſus, qui à iure excipiatur. Pauperibus) vbi neſcitur, cui reſtitui debet, aliàs ipſi reſtituendum eſſet. infrà, de vſur. cùm tut. vel dic melius, quòd id quod ſoluitur pro pœna, tantùm eſt pauperibus erogandum.

CAPVT IX.

ECCLESIAE IN QVA DIVINA.

CAPVT X.

IMMVNITATEM ECCLESIASTICAM.

TITVLVS L.

NE CLERICI VEL MONACHI SECVLARIbus negotijs ſe immiſceant.

CAPVT I.

1 *Negotium ſeculare quot modis dicatur.*
2 *Sumens victualia vt carius vendat grauiter peccat.*
3 *Negotiationes honeſtæ quibus de cauſis fiant inhoneſtè.*

MVLTA SVNT NEgotia. †Tribus modis dicitur negotium ſeculare: Primò, quilibet actus ſecularium rerū, ſicut hîc enumeratur, à quibus turpibus actibus ſit abſtinendum. Secundò dicitur negotium ſeculare iudicium, de rebus ſecularibus, quòd licet clericis inter clericos tantùm. 11. q. 1. §. ex his. Tertiò dicitur ſeculare negotium inter ſeculares homines, quod non licet clericis, niſi de his, quæ pertinent ad iudiciū eccleſiæ, puta de decimis & conſimilibus. ſup. de iudic. quanto. 88. di. per totum. (Ad quæ). f. negotia ſecularia. (Cōductores) de hoc no. ſup. de obli. ad rat. c. vnico. (Præpoſito). id eſt, ordini vel religioni.

2 (Negotiū) Si †quis enim tempore ſterilitatis emat multa victualia, vt tēpore famis abundet, vt Ioſeph propheta fecit licitum eſt, imò etiam ſi non tantùm pro ſe, ſed vt etiam alijs vendere poſsit tempore famis eo pretio, quo tunc ab alijs vendebatur, dummodò in hoc vltimo caſu hoc faciat, quia homines propter abundantiam ad gentes alias diſportabant, vel quia debitam curam circa victualia nō adhibebant diſpenſantur, ſed ſi emant vt carius vendant, nulla vtilitate penſata, peccant omnes, & grauius clerici. 14. q. 4. quicunq;.

3 †(Negotium) negotiationes aliàs honeſtæ fiunt inhoneſtè ex cauſa, puta cupiditatis. Item ex tempore, puta in feſtiuitatibus. Item ex loco, vt in eccleſia vel perſona, vt clerici. Item quidā ſunt, in quibus nullo modo licet negotiari, vt in his, quæ nec per ſe, nec cum admixto poſſunt eſſe vtilia, de quibus dicit. ff. de contrahen. emp. quòd ſæpè. §. veneni mali. Sed ſi ſit venenum, quod poſsit eſſe vtile cum admixto, vel pro feris beſtijs occidendis: vel ſint gladij, vel colores, quia poſſunt eſſe vtilia ad aliqua. f. ad ſui defenſionem, vel ad colorandum hominem, vel mulierem pro bono, licita eſt in ijs negotiatio.

CAPVT II.

1 *Clerici non debeant capi vel conueniri, à ſecularibus iudicibus.*

SACERDOTIBVS. (Miniſtri) generales (Miniſtri) repete quod dixi ſuprà, de obl. ad ra. cap. 1. (Subueni) vt det ei pecuniam ad ſatisfaciendum de fraude, vel etiam vt det ei aliud auxilium, vel fauorem, non tamen dicimus quòd ſub ſeculari iudice debeāt capi, vel conueniri, quamuis quidam contraxerunt.

CAPVT III.

NON MAGNOPERE. (Legendas) ex hoc videtur, quòd ſi aliquis de prædictis exit eccleſiam ſuā, vel clauſtrum, & legit leges, quaſi ſtudens in eis, licet non vadat ad ſcholas tamen incidit in canonem. (Duorum) hodie ſtatim eſt excommunicatus. infrà, eodem ſuper. (In nulla) vt no. ſupr. de poſtu. cap. 1.

CAPVT IIII.

SED NEC. (Procuratores) generaliter.

CAPVT V.

CLERICIS. (In ſacris) idem etiam ſi non in ſacris. (Agitare) cognoſcendo de ea vice eius iudicis, qui ſanguinem fundere conſueuit in ſimilibus caſibus, ſed ſi de cauſa criminali cognoſceret vice alicuius epiſcopi, qui non pœnas ſanguinis, ſed retruſionem in monaſterium facere conſueuit, non peccat, nec fit irregularis. ar. ſup. de procu. tuæ.

CAPVT VI.

SECVNDVM INSTITVTA. (Lucri) niſi lucrū proueniat ex opere vel ex re ſua. ſup. c. proxi. & ſupr. e. cap. 1. (Suo) nomine enim monaſterij ſi pauper eſt, poſſunt aliorū poſſeſsiones conducere. (Firmas) terrarum vel eccleſiarum quas laici non poſſunt poſsidere.

CAPVT VII.

RELATVM EST QVOD MONACHI.

CAPVT VIII.

SICVT TE. (Accepimus in ſacris) ſecùs in non ſacris. ſi tamen inſtrumenta fecerint antequam eis interdicatur, tenerētur, ſed poſtea nō,

CAPVT IX.

1 *Clericus nec iudex, nec aduocatus eſſe debet in cauſa ſanguinis.*
2 *An clericus poſsit eſſe præpoſitus in bello.*
3 *Clerici cur prohibeantur eſſe chirurgici.*

1 SENTENTIAM SANGVINIS. †(Dicet) etiam ſi non faciat vt iudex, quia ad minus eſt conſilium, vel auxiliū. Idem credo, quòd nec teſtes in cauſa ſanguinis recipere debet, nec ſcribere authēticè. arg. hîc. quia ſi non debet eſſe iudex in tali cauſa, ſup. e. clericis. 23. q. fi. his ergò eadem ratione, nec teſtes ſcribere, recipere, vel authenticare, ſcribere tamen non in forma authentica fortè non faceret irregularē. Item nec aduocatus ſit in cauſa ſanguinis. 51. di. c. 1. 50. d. ſi quis vi. (Interſit) hoc non facit irregularem, niſi interſit authoritatem præſtans vel auxilium.

2 †(Præponatur) & ſic nec bello præponi debet, poſſet tamen dici, quòd bello præponi poſſunt, quod non eſt rectè ad occidendum, ſed ad ſua recuperanda vel defendenda, vt no. de reſti. ſpo. olim. ſed tamen non in his perſonis, quæ quaſi rectè viri ſanguinum ſunt, vt baliſtarijs & ruptarijs.

3 †(Chirurgię) iſti chirurgici non prohibentur, niſi propter periculū, in quos qs ſemper errare poteſt, ſed ſi in laicatu aliqui hoc officiū exercuerint, licet multi in eorum cura, ſed non propter eorum negligentiam mortui ſunt, non ſunt irregulares. ar. inf. de homi. tua. ſed in clericatu omnibus prohibitum eſt, quia nō eſt officium clericale, vnde deponendi ſunt. Non tamen oēs credimus irregulares hoc ipſo, q; hoc officiū exerceant, ſed ſi mors ſecuta inde fuerit, etiam ſine culpa eorum, ſatis poſſet dici quòd ſunt irregulares. arg. inf. de homi. tua. vbi no. Item nec ſequentes ſunt irregulares, niſi ☞ mors inde prouenerit. †(Baliſtarijs) dicunt quidam, quòd ſi quis in iuſto bello baliſtario & ad ſui defenſionem, nō impugnationem miniſtraret baliſtam, vel ſagittas, et ipſe baliſtarius poſtea occidat quenq;, nō eſt irregularis, dūmodò non intendat principaliter, q; baliſtarius aduerſarium occidat, nec baliſtariū credebat intendere ad occidendū, ſed quòd ſe vel ſua defendat, vel recuperet, licet in veritate eum occiderit, quia alienum dimit-

dimittere noluit, nec ab alterius impugnatione desistere, & sic probatur, hic enim qui balistam parauit, facto homicidium non fecit, nec consilio, nec mandato, quia nec eum occidi voluit, imò voluit eum alieno iuri cedere, & hoc intendebat, ergò non est homicida. 50. di. si quis. vide & inf. de cle. percuſ. c. fi. &. c. 1. inf. de homi. significasti. sed si alterum prædictorum interuenisset. s. quòd ipse qui parauit balistam intendebat principaliter occidi quenquam per eum, vel credebat balistarium ad hoc intendere, eum crederem irregularem, quia ad minus auxiliatur ad homicidium faciendum. ar. infr. de hom. significasti. principaliter autem ideò dico, quia si nõ principaliter ad hoc intendat, sed secundario, videlicet, vt si aduersarius noluerit aliena dimittere, quòd impugnetur balistis & sagittis, non crederem irregularẽ, quia si contrarium diceretur, iam nulli bello interesse liceret, cùm ibi quasi semper homicidia præparentur. 24. q. 1. noli æstimare. &. c. se. tamen melius credimus, q̃ benè esset irregularis, quia nunquàm etiam in iusto bello, licet ministerium vel consilium ita immediatum præbere bellis. inf. de pe. quòd in dubijs. Si verò in iniusto bello etiam ad sui defensionem ministraret prædicta, dicunt esse eum homicidam & irregularem, quia causam & auxilium dedit homicidio, cũ nulli licito operi instaret, imò illicito scilicet iniusto bello, vnde sibi debet imputari, & q̃ nõ adhibuit diligentiã, quam debuit in homicidium, vt nõ fieret, imò diligens fuit, vt fieret. ar. de homi. Ioannes. & c. vlt. & in multis. c. eiusdem ti.

☞ †Sed dices quare ergò reputatur homicida & irregularis ille, qui scribit sententiam contra damnatum ad mortem? Respõdeo, ille directo & principaliter morti, licet iustè consilium vel auxilium præbet. Dicunt tamen alij, quòd istis qui quasi rectè sunt viri sanguinum parare balistas, vel huiusmodi est prohibitum, etiam in iusto bello, sicut & eis præesse est prohibitum, vt hîc, sed ensem vel lanceam eis ministrare nõ est prohibitum, nec inducit irregularitatem.

CAPVT IX.

1 *Religiosi an possint audire leges & physicam.*

SVPER SPECVLA. & inf. (Exeuntes) de clausuris suis, si enim ibi audirent, vel legerent secùs. (Statuit). suprà, e. non magnopere, (Excommunicati) absolui tamen hos posse credimus à quolibet episcopo (diuersas) quia quidam dicebant quòd canon latæ sententiæ, alij ferendæ, (Ipso facto) si per duos menses exiuerint ad legendum leges, vel physicam, non enim videtur q̃ hoc ipso quod audiuerint, nisi per duos menses perseuerauerint, quòd sint excõmunicati, & hoc satis innuit. inf. vbi dicit, quòd decani & alij consimiles, non incidũt in canonem, nisi per duos menses perseuerauerint. Alij tamen dicunt, quòd statim sine expectatione temporis sunt excommunicati (Loco). id est, studio. (Funiculos). i. discipulos. (Bellatorum). i. prædicatorum. † (Personatus) si autem curam habeat aliquis animarum, si non sit sacerdos, nec in dignitate vel personatu cõstitutus, dixerunt quidam, quòd potest audire leges & physicam, sed certè nos nõ videmus, quòd hoc esse possit, nisi sit sacerdos vel personatũ habeat, nisi ex dispensatiõe fortè, quia dispensaretur secum in dilatione ordinum, & tũc ita credimus eum teneri, ac si esset ordinatus, nisi fortè ex delegatione, vel vt vicarius faceret, de quibus nõ est dubium, quòd non tenentur hac constitutione. (Præscriptum) scilicet duorum mensium computãdorum ab exitu monasterij, vel ex quo leges vel physicam audire cœperunt. sup. eo. nõ magnopere. (Extendi) scilicet q̃ si de ecclesijs suis exiuerint personę prędictæ, & per duos menses fuerint in scholis huiusmodi, q̃ sint excommunicati.

FINIS LIBRI TERTII.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

DE SPONSALIBVS ET MATRIMONIIS.

CAPVT I.

DE FRANCIA QVIdam nobi. & inf. (Lege). id est, cõsuetudine (ijsdẽ vtuntur) aliàs enim solennitates habent Saxones, aliàs Franci, qui tamen nõ sunt de substantia matrimonij, licet peccatum sit omittere. 30. q. 5. nostrates fœminæ. (Subijciatur) quo ad substantiam enim monasterij, consuetudo nihil potuit statuere, quo ad accidentia fortè posset, puta circa dotem. arg. sup. de testa. Rainutius.

CAPVT II.

PRAETEREA HI QVI.

CAPVT III.

1 *Matrimonij diffinitio, & vnde dicatur.*
2 *Quo in loco fuerit institutum matrimonium, & quibus de causis fuerit institutum, in nu. 3.*
4 *Quis possit contrahere matrimonium.*
5 *An per procuratorem possit quis cõtrahere.*
6 *Tria sunt bona matrimonij, & qualia sint.*
7 *Quot sint impedimenta matrimonij.*

☞ IVVENIS. (Nondum septenem). †Sed septennio proximam. inf. eod. sponsam. puta, quia erat sex annorum & dimidij, vel amplius. arg. inf. ti. proxi. attestationes. insti. de obli. quæ ex deli. nas. §. in summa. ff. de mu. & ho. ad rẽ. & doli capacem, quo ad spõsalia. sic enim oritur publicæ honestatis iustitia. inf. ti. proxi. literas. Vel dic, quòd ducta fuit ante septennium, sed de domo intenta post septennium. inf. ti. proxi. duo. si aũt non esset septennis, nec proxima, nec in domo post septennium detenta, benè posse ducere consobrinam. vt inf. ti. proxi. literas. & c. duo. (Dubitationem) licet non sit verisimile, quia tamen tutius est, præcauendum est, vel dic non esse verisimile, quòd eam corruperit, sed quòd malitia supplet ætatẽ, & quòd aliquid intendunt de sponsalibus, & ideò oritur impedimentum publicæ honestatis iustitia.

1 †Matrimonium est viri & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinẽs. 27. q. 2. c. 2. Dicitur matrimonium quasi matris munium, id est, officiũ, quia plus est officium matris in matrimonio, quàm patris. Contrahitur autem matrimonium solo consensu. 27. q. 2. sufficiat.

2 †Fuit autem institutũ matrimonium in paradiso per illa verba: hoc nunc os ex ossibus meis. infrà, de diuor. c. gaudemus.

3 †Causæ principales, quare matrimonium fuit institutum, sunt duę, scilicet susceptio prolis, & vitatio fornicationis. 22. q. 2. §. his ita. aliæ causæ sunt multæ, reformatio pacis, pulchritudo vxoris, & multæ aliæ. Et licet ille qui contrahit, nullam de principalibus causis attendat, tamen tenet matrimonium, nisi contra illas causas intenderetur, puta quod non nascereturſoboles. 32. q. 2. solet.

4 †Potest autem contrahere quisquis qui potest consentire in carnalem affectum, nisi expressè prohibeatur, vt minor 14. an. inf. eo. tuæ fra. & qui vtroq; testiculo caret. inf. de fri. & malè. quod sedem. Item nec furiosus. 33. q. 3. neq; furiosus. Est enim edictum de matrimonio prohibitorium.

5 inf. eo. cùm apud se. †Item potest quis cõtrahere per procuratorẽ, dummodò duret voluntas eius, vsq; quo consentiat alius. s. absens, sed si eum pœniteat antequã absens consentiat, non tenebit factũ procuratoris, etiam si ad procuratorem vel absentem cum quo contrahitur, non perueniat reuocatio, quia ibi deficit consensus in idẽ tẽpus cõcurrens, sine quo nõ tenet matrimoniũ. 28. q. 2. sufficiat. ar. cõtra. sup. de ꝓcu. in nostra. sed hoc speciale credimus in matrimonio secũdum quod etiã si non perueniat reuocatio ad ꝓcuratorẽ, dũmodò cõstet, q̃ non tenet matrimoniũ.

6 †Bona matrimonij sunt tria, fides, proles, & sacramẽtũ. Fides est, vt neuter cõiugũ adulteretur. Proles attenditur, vt eam amet, si Deus dederit suscipiat & educet. Sacramentum attendit, vt matrimonium non separetur, licet enim tori diuisio fiat propter adulterium, nõ tamẽ separat matrimoniũ. 32. q. 7. nisi quãdo alter cõiugũ de præsenti ad religionem transit. sup. de conuer. coniug. ex publico.

7 †Impedimẽta matrimonij sunt 12. s. quę dirimunt matrimonium. Primùm, furor. 32. q. 7. neq; furiosus. Secundum omninò sectus, & impotens coire. 32. q. 7. illi qui. Tertiũ, affinitas. ꝯ. de eo. qui cog. con. discretionem. Quartum, si errat in persona. Quintũ, si est in conditione seruili. Sextũ, votum solenne. Septimũ, si machinatus est in mortem prioris coniugis, vel si eam

in coniugem ducere promisit. Octauũ,si est alterius cultus.s.sarracenus vel Iudęus. Nonum, si per vim coactus est contrahere. Decimum, ordo, vt in sacris ordinibus sit constitutus. Vndecimum, si est alteri nupta. Duodecimum, publicę honestatis iustitia. Sunt & alia duo quæ impediunt, sed non dirimunt, scilicet tempus feriarum, & interdictum ecclesiæ.

CAPVT IIII.

1 *Honestus publica est, quando contrahentes intelligunt quid agatur, licet illud non teneat.*

AD AVDIENTIAM. (Quod si ille) hæc adiectio nihil facit. (Implere propositum) impediẽte publicę honestatis iustitia: vt not.ꝛ. c. proxi. Et no. quod vbi contrahentes intelligunt qd agaꝫ, licet illud non teneat, surgit tamẽ inde publicæ honestatis iustitia, vt hîc dicitur, vbi autem non intelligunt, secùs.ꝛ. c. proxi. literas. & c. accessit. idem intelligo si frigidus contraxit, quia nullus consanguineus eius eam habere poterit. 27.q. 2. quidam desponsauit. & idem fortè dicẽdum est in monacho & sacerdote, & alijs huiusmodi.

CAPVT V.

1 *Mulier virum vagabundum sequi non tenetur.*

DE ILLIS AVTEM. (Promittunt) hîc fiunt sponsalia de futuro. (Transferẽtes) mulier virum vagabundum sequi non tenetur. ff. de ope. lib. suo. 32.q.2.si quis.

CAPVT VI.

DE MVLIERE. (Vim) alia enim cadit in constantem virum, & dirimit matrimoniũ, alia quæ in meticulosum & hęc dirimit de hoc not. quod met. cau. dilectus.

CAPVT VII.

EX LITERIS. (Intelligit) hæc decr. loquitur, quando aliqui intendebant sponsalia contrahere, sed non intelligebãt vires & effectus spõsalium, vel quia pro eodem reputabãt sponsalia & matrimonium, vel quia non credebat per sponsalia se ligatos, quin cum alijs contraherent, vel alia huiusmodi, quidam etiam intelligunt, quando secundum diuersa vulgaria loquebantur, nec se inuicem intelligebant. Sed hoc non videtur verum, quia qui non intelligit, non consentit. inf. de bap. maiores. circa prin. Nec est mirũ, si est aliud quãdo nõ intelligit vim datam verbis & effectum datum à iure, quia nemini licet ignorare ius, & maximè ius sponsalium non licet ignorare contrahentibus, sed factum vel vulgare alterius benè licet ignorare, tamen & illa expositio potest sustineri, quando diuersa vulgaria habebant cõtrahentes: nec vnus vulgare alterius intelligebat, nec valet quod dicit, quod non potest esse consensus, si se non intelligunt, quia hæc decret. loquitur quando tractatus præcessit de matrimonio contrahendo, & in hoc ipsum consentiebat, & hoc agebatur, & tunc ex quo vterq; dicit verba in suo vulgari, quæ sonant præsentem consensum sufficit (Intelligit) vt dicit, cùm tamẽ presumatur intelligere, cùm sint eiusdẽ vulgaris. (Sciat) quòd non furiosi (ętate) quia non minores. (Quo cognito). s. quòd sunt idonei, scientia & ætate (non intellexerit) id est, si dicat se non intellexisse, cùm tamẽ cõtrariũ præsumatur. (Intelligentiã) non solùm quam poterat ex verbi proprietate, sed etiam à iure appropriata sibi. (solent). ff. de leg. 3. non aliter. inf. de ver. sig. intelligentia.

CAPVT VIII.

SPONSAM ALTERIVS.

CAPVT IX.

EX PARTE. (Eam ab eo) per hæc verba intelligo contrahi matrimonium de præsenti, quòd est no. † (Habituram) licet verba ista sonent futurũ tempus, tamen sponsalia nõ sunt de futuro, imò statim matrimonium contrahit, sed quòd promisit de fide seruanda respexit ad futurum, & idem dico in omnibus verbis, quæ sonant in futuro. V.G. promitto. quòd tenebo te in vxorem, idem ac si dicat, habebo tecum matrimoniũ, vel accipio te mecum, & promitto quod de facto tenebo te pro vxore, quæ tamen modò es vxor de iure, & etiam sine promissione tenetur ad hoc ipsum, secùs esset si diceret: promitto quòd cõtrahã tecum vel accipiam te in meam, quia verba hæc nõ referuntur ad factũ tantùm, sed etiã ad ius,

ius, vt sit sensus, promitto quod tunc fiam tua legitima vxor.

Alij dicunt, quòd idcircò per verba de futuro fit matrimonium, quia in prin. decre. ponuntur verba quę trahunt futurum ad prẽsens. s. ab eodem tempore, & eadem repetita intelliguntur in verbis vxoris, & non habent locum, nisi vbi præcesserit tractatus de matrimonio cõtrahẽdo. (Tũc) id est, cùm fornicatur. Inducta) & si nullã superduxisset, tamen eam recipere tenetur, quia mulier non fuerat fornicata, sed & si mulier fuisset fornicata, eam accipere tenetur, quia aliam superduxerat.

CAPVT X.

1 *Iurant accipere vnam de filiabus alicuius, postea cognoscat vnam, an præcisè cogatur accipere illam.*

EX LITERIS. † (Impubescẽtes.) Quæritur si quis iurauit accipere vnam de filiabus alicuius, & postea cognoscat vnam, an præcisè cogatur accipere illam. ar. quod sic. ff. de contrahen. emp. si emptor. ff. de sol. Stichum aut Pãphilum, quia se coarctauit. ff. si quis cau. l. 3. 15. q. 1. si quis in sa. Sol. quidam eum cõpellẽdũ eã accipere. Alij dicũt plus, quòd cognoscendo eam, ratificantur sponsalia, vel prius fit matrimonium. Nos dicimus, q, cùm non interuenerint inter eos neq; sponsalia, neq; matrimonium, nec etiam possunt interuenire, nisi inter certas personas, quod licitè contrahit cum alia. (Patres) hoc iuramentum intelligit, quòd bona fide dabit operam, quòd inuicem contrahãt. (Alteri⁹). i. supradicti. (Cõpellas). inf. eo. requisiuit. contra. Sol. hoc de rigore illud de misericordia. Sed contra mortaliter peccat veniendo contra iuramentum, ergò potest cogi ad eius obseruatione. 24. q. 3. tam sacerdos. propter hoc Hugutio dixit, illam non esse decre. Alij dicunt, quòd illa est decre. & ius commune cõtinet, & est speciale, vt nõ cogatur quis seruare iuramentum propter futurum periculosum. Alij dicũt, quod cogendi sunt, vt de nolentibus fiant volentes, vt ibi, sed non finaliter, vt in cõtrario. Alij exponũt ibi potius, id est, prius.

CAPVT XI.

NON EST. (Petãt) vxor petitur per interdictũ de li. exhi. ff. de lib. exhi. imo. C. de nup. si inuita, & hoc cùm inuita tenetur, secùs autẽ si voluntariè, quia tũc competit officium iudicis. (Ibi) eis autem exeuntibus sine aliqua absolutione, possunt dicere officiũ. 81. di. si quod. quia non est terra interdicta, sed organa suspensa ad tempus, tamen irregulares fiunt qui ibi celebrant. † (Officia) ergò nec Chrisma, nec extrema vnctio, nec etiã matrimonium, nec sepultura. inf. de pri. vt priuilegium. nec ad ordines poterit alius quis laicus loci interdicti promoueri, qui autem ante erant clerici cùm non sint interdicti ad alios ordines poterunt promoueri, sed de corpore Christi, melius dicitur, quòd cõferri potest interdictis pœnitẽtib. inf. de sen. excõ. permittimus. Item matrimonium credimus posse fieri apud interdictos, quia & apud infideles est. suprà, de presby. non bap. veniens. 26. di. deniq;. Item chrismare debent. inf. de sen. excom. c. responso.

CAPVT XII.

PRAETEREA DE MVliere. (A viro) cum quo contraxit per verba de futuro. (Imperitur) vt cogatur matrimonium cõsummare (cõfiteri) etiam si publicè confiteretur nõ videtur ei credendum, quia vnus testis. 4. q. 3. ş. item. & quia turpitudinem alleg. 14. q. 5. nõ sanè. sed hoc est speciale propter periculum animæ. (Iuramẽtum) secùs si iurasset. inf de consang. & affini. super eo.

CAPVT XIII.

1 *Coactio sola sufficit, vt matrimonium secundum impediat.*

VENIENS. (Alij) qui eam desponsauit per verba de præsenti, alioquin non esset obiectio, nec dubitatio, quòd sequens matrimonium teneret. (Eos) inter mulierem & primum virũ. (Causa) inter mulierem & secundum virũ melius credimus, quòd causa ageretur inter mulierem & primum virum, per id quod sequitur à priori viro iudicio ecclesiæ etc. (Consentire) quod eius esset vxor. (Ipse) scilicet vir. (De illo) scilicet T. cui tertio nupserit, vel de primo. (Alio). s. secundo viro C. (Defuncto) antequam cõtraxisset cum secundo, cui fuit inuita tradita. (Ille) idẽ vir. (Decesit) maximè, nã sola coactio sufficit, vt matrimonium secundum impediat. (Maritali) prima enim sponsalia nõ poterunt impedire hoc ma-

trimoniũ, quia fuerũt iudicio eccleſiæ ſeparata, nec ſecũda quia fuerũt coacta, & quia mortuus erat maritus (Alioquin.) id eſt, ſi nolueritipſam M. maritaliter tractare. (Reſtiterint) niſi proponendo de iure. ſ. quod ipſe T. non ſit maritus M. ſed ſuus, nam hîc illa, quæ dicitur ſuperinducta, poteſt proponere coram ipſo iudice delegato, vel etiam ordinario, licet aliàs non ſit eius ordinarius vel delegatus. arg. ff. de qui re. ad eum iu. ea. per totum. imò & poſt ſententiã poteſt appellare & executionem ſententiæ de iure impedire. ff. de re iudi. à diuo. §. ſi ſuper. ℣. de ſent. & re iudi. cùm ſuper contro. vbi not. hoc verum eſt, ſi agat petitorio, ſed ſi agit poſſeſſorio, nõ eſſet admittenda, ſed nos contrarium dicimus. ſ. quòd eſt admittenda, & aſsiſtet hæc mulier viro, vt no. plenè ſup. de ſent. & re iudi. cùm ſuper contro. & nõ poterit proponere hæc mulier ad impediendum reſtitutionem de proprietate. ſ. q̃ prius fuerit deſponſata, vel quòd non teneat matrimonium cum alia contractum propter aliquod impedimentum, niſi fortè incontinẽti probare vellet. ℣. de reſtit. ſpo. literas. in fi. ſed poterit dicere, q̃ alia mulier nũquã fuit in poſſeſsiõe viri tãquã mariti, vel q̃ vir nõ ſpoliauit mulierẽ poſſeſsione ſui, ſed ipſa mulier virũ ſpoliauit poſſeſsiõe ſua: vel alias legitimas exceptiones. † (Reſtiterint) no. q̃ licet tertia perſona quę dicit ſe potiorẽ in matrimonio ſit admittẽda, vt aſsiſtat illi qui principaliter conuenit ſuper matrimonio, nõ tamẽ ſibi eſt præferẽda in proſecutione cauſæ, quia nõ ad eã primo loco pertinet defenſio huius cauſæ, & tũc tãtum præferri debet tertia perſona. ff. de re iudi. ſæpè. Itẽ dicimus, quòd illa quæ cõuenit ſuper matrimonio, inducat teſtes ſuper vno articulo, videlicet quòd quãdo contraxit cum illo, qui eã petit in vxorẽ erat minoris ætatis, & defecit in probatione, & poſtea alius vir, qui tenet eã ſup eodẽ artic. velit inducere teſtes, admittendus eſt, ſi ignorauit quãdo primò mulier induxit teſtes, ſuper eod. de hoc no. ſup. de ſent. & re iudic. cùm ſuper.

Nec obſtat ſi dicit, quòd debet probare de prę uaricatione prioris mulieris. ff. de prę ua. præuaricationis. quia illa loquitur, quando ſententia lata eſt, hîc autẽ loquimur, quando ſententia non eſt lata, imò plus videtur, quòd in cauſa matrimoniali ſecundũ omnes etiam ſi ſciuit, quando prima mulier teſtes inducebat, tamen tertia perſona admittẽda eſt ſuper eo artic. ad ꝓducendũ teſtes, q̃a etiã in eadẽ ꝑſona admitteret etiã poſt ſentẽtiã diffinitiuã. ℣. de ſen. & re iudi. lator cõſanguinei.

CAPVT XIIII.

1 *Metus alterius quã eius qui contrahit, quando impediat matrimonium. & in nu. 2.*

3 *Officiũ iudicis eſt aſsignare partib. locũ tutũ.*

CVM LOCVM. (Metus) qui caderet in conſtãtem virũ. ff. quod met. cauſa. metũ. 32. q. 6. indignanter. de hoc no. ſup. 2 quod me. cau. cũ dilect⁹. ℣. c. veniẽs. † (Coactio). i. vis, q̃a capit vel tenet, vel ligat vel huiuſmodi: metus aũt alterius q̃ eius qui cõtrahit impedit matrimoniũ, vt ſi pater timet mortẽ vel captiuitatẽ ſibi imminere, & ꝓpter hoc filia cõſentit nuptijs, quas pater ꝑ ea cõtraxit, vel etiã ipſa hoc timore vel alio ſimili ducta contrahit, nõ valet matrimoniũ. ar. eiꝰ quod ecõuerſo dicitur de patre. q̃a iuſtus metus eſt in eo, ſi timet ſtuprum, vel ſeruitutẽ filiorũ. ff. quod me. cau. iſti qdẽ. arg. 31. q. 2. ſi verũ. & c. de nep. ſed illa. c. loquunt, quãdo etiã ſponſæ erãt inuitæ, ſed certè non videtur, quod ibi alia de cauſa inuitæ fuerint, niſi ꝓpter pericula eorum, qui habebant eas in poteſtate, & hoc nõ videt ſolùm locũ habere in patribus, ſed in alijs, qui filios habẽt in poteſtate. Hoc aũt conſtat, quia ſi cõſenſus cõtrahentiũ eſſet liber, quãuis patres haberent iuſtũ metũ, tamẽ matrimoniũ tenet. Alij tamẽ dicunt quod non impeditur matrimoniũ, licet filia timeat mortem patris.

2 † Vel coactio). i. ſi metus vel coactio interuenit ſup eo, vbi cõſenſus requirit, verbi gratia: ſi cogit cõtrahere matrimoniũ, ſed ſi ſup diuerſis interueniat vis & cõſenſus, verbi gratia: Incarcerauit q̃s aliũ, vt ab eo pecuniã extorqueret, ſi idẽ vim & vincula patiẽs cõſentiat in matrimoniũ, vel etiã aliũ cõtractũ tenet, nã & agere põtꝑ ꝓcuratorẽ, & ꝑ cõſequẽs ꝓcuratorẽ cõſtituere & vſucapere. ff. de mino. Papi. ff. ex qui cau. ma. in integ. ait ꝓtor. niſi fortè in vinculis cõſtitutus captus eſſet ab hoſtib. & ꝓpter hoc eſſet ſeruus, nã tũc cõſenſum nõ haberet, vt in ꝑalle. l. ait prætor inire. (Ventilat) qdã enim petebat eã, quia dicebat ſe cõtraxiſſe cum ea per verba de præſenti vel de futuro. † Eã) no. ad officiũ iudi. 3 ptinere partib. locũ ſecuturũ aſsignare. 3. q. 9. hortamur. ff. de arbit. Põpo. §. ſi arbiter. ſup. de teſti. cùm olim (Timere) ſicut mãdat eam in obſcuro loco poni, quia timebat, ne vir eam raperet, etiamſi de iure eam non poſſet habere. † (Donec) idcirco differretur reſtitutio, quia agebatur petitorio, vel quia timebatur fæuitia viri, ☞

viri. ℣. de ordi. cog. intelleximus. ſup. de reſtitut. ſpol. literas. & c. ex tranſmiſſa. & c. ex parte. vbi no. de hoc, quia nunquam eã tranſduxerat, & ideò non habebat locum petitio reſtitutionis.

CAPVT XV.

VENIENS AD NOS. (Cui) ſponſalia fuerunt de futuro. † (Cognouerit) matrimonialli affectu, aliàs enim ſi proteſtaretẽ ſe eã cognoſcere adulterino affectu, ſecùs ar. ℣. eo. tua. Alij contradicũt quantũcunq; enim proteſtetẽ, ſibi nõ prodeſt ſua proteſtatio, cùm nõ fuerit iuſta cauſa proteſtationis. de hoc no. ℣. de conſti. cũ M. nec ob. decr. tua. quia ibi nõ fuit ſubſtantia contractus coniugalis, nec forma contrahendi matrimonium.

Et hoc eſt verum, niſi fortè ipſi mulieri proteſtaretur, quia tunc in hoc ambo cõſentire videntur, ſed & tũc nõ prodeſt ſibi proteſtatio, quia non admittitur probatio in contrarium. inf. eo. is qui. Item ea ratione non credimus ſibi prodeſſe proteſtationem, quia turpis eſt, ſicut nec prodeſt ei turpis conditio, imò ea reiecta, teneret matrimonium. inf. de condi. appoſi. c. 1.

CAPVT XVI.

OMMISSVM. (Dedit) iſte qui promittit cũ aliqua contrahere matrimonium, ſtatim ſponſalia cõtrahit, contra. ſup. de cõuer. coniug. ex publico. ℣. de iureiur. peruenit. ℣. de vot. & vot. redemp. ſcripturæ. 17. q. 1. qui bona. 28. q. 1. ex his. Sol. iſte non fecit votum vnde contrahendo non fit tranſgreſſor. voti. ℣. dẽ vo. literaturam. & ſi contrahit propoſitum gerens in mente continendi & vouẽdi non facit contra conſcientiam. 27. q. 2. beata. quia firmiter non proponit ad religionem tranſire, ſed nec à ſe hoc propoſitum repellit, ſed ſuper hoc firmam deliberationem reſeruat poſt contractum matrimonium, vnde bonum fuit conſilium, vt adimpleat, quòd iurauit, quamuis iuramento non obſtante poſsit vitam monachalem eligere, quia melius eſt vtrunque ſeruare, quàm alterum tantùm. ſic. ſup. de iureiur. debitores. 22. q. 4. innocens.

Dicũt alij quod hic vir, circa finẽ biennij erat, & tunc cœpit ſuſpirare, id eſt, cogitare, quòd in futurum. ſ. poſt duos annos intraret monaſterium. Sed fortè interim intrare nolebat, quia adhuc in domo propria volebat melius probare onera ordinis, vel fortè tenebatur aliquibus debitis, quæ primò ſoluere volebat, vel ex ſimilibus cauſis ingreſſum monaſterij protrahebat, vnde benè conſuluit ei Papa, quod ex quo non alligat ſe monaſterio, & alligatus eſt iam, quod in fine biennij aliud ligamen ſuperadderet, quod illud ligamen ſuperaddat, cùm dubium ſit quid futura pariat dies, vel per mortem, vel per mutationem voluntatis, ſed ſi vir dixiſſet, præterea ego ſtatim volo intrare monaſterium reſpondiſſet ei, intra, & non contrahas, cùm ille contractus eſſet ad decipiendum tantum.

CAPVT XVII.

REQVISIVIT A NOBIS. (Cogenda) ſup. eod. ex literis. contra ſolu. vt ibi.

CAPVT XVIII.

1 *Primum matrimonium quando impediat ſecundum.*

VM IN APOSTOLICA. (Propoſuit.) Cuilibet credẽdum nõ eſſet. arg. C. de man. prin. l. 1. tamen propter fauorem matrimonij & bonam fidem quam habuerunt, licet non ſecundũ licentiam, tenet matrimonium. (Protulerunt). inf. de eo qui du. in ma. quam pol. ex literarum. & c. cùm haberet cõtra. Sol. dicunt quidam, quod ſi ſcienter contrahunt, non tenet, ſed ignoranter ſecùs. Nos dicimus, quod ſi primũ tenuit de iure, ſecundum nullum eſt, cùm eodem tempore quis poſsit habere plures vxores, veruntamen ſi ignorantes contraxerunt, ſoluto matrimonio morte, cogendi ſunt de nouo contrahere. argumentum. infrà, de eo qui du. in ma. quam pol. cap. 1. & c. veniens. quamuis ibi non dicatur, quod ſint cogendi vel tolerandi, ſi verò ſcienter, nullo modo tolerandum eſt ſecundum matrimoniũ. infrà, de eo qui du. in ma. ex literarum. & cap. cùm haberet. ſi verò primum matrimonium non tenet de iure, ſemper tenet ſecundum matrimonium. vt hîc.

CAPVT XIX.

IN PRAESENTIA. (Annorum). C. de repu. in Auth. hodie. ff. de diuor. vxores. contra. sed illa correcta est per canones.

CAPVT XX.

INTER OPERA CHARItatis. (Remissionem). 32. q. 1. non est. 32. q. 1. c. contra. Sol. illud loquitur de incorrigibilibus: hîc de corrigibilibus.

CAPVT XXI.

AD ID QVOD PER tuas. (Copulauit) ad suasionem vitrici mulier alij nupsit, vel mulier prima sponsalia eius nomine contracta rata habuit, licet contra proprium velle. (Cohabitans) & ab eo carnaliter cognita, aliàs per solâ cohabitationẽ non iudicarẽ matrimonium: vt not. ff. titu. proxi. attestationes. (Excludat) nisi vis, vel metus interueniens. argu. quod met. cau. l. 1.

CAPVT XXII.

1 *Si quis cum duabus contrahat sponsalia, debet primæ tantùm adhærere. Fallit vt hic.*

SICVT EX LITERIS. (Iuramentum.) idem credo si in primis sponsalibus non interuenit iuramentum, & in secundis interuenit. arg. sup. de iureiu. quanto. † (Compellas. No. q. si quis cum duabus contrahat sponsalia, primæ tantùm adhærere debet, & cogendus est ad eam redire, vt hîc. Fallit in casibus. Primus est, si alter spõsorum ad religionẽ transeat. sup. de conuer. coniug. ex publico. Secundus est, si sponsus vagus non inuenitur. sup. eo. de illis autem. Tertius est, si alter coniugum leprosus vel paralyticus fiat, vel nasum amittat, vel aliquid ei deterius contingat. inf. de cõiug. lepro. c. literas. ff. de iureiu. quemadmodũ. Quartus est, si superueniat affinitas. 27. q. 1. si quis sponsa filij. & sufficit in hoc casu solum famam probare. sup. eod. præterea. Quintus est, si mutuo se absoluant, sup. eod. præterea. 1. Sextus, si alter fuerit fornicatus. sup. de iureiur. quêadmodũ. Septimus, si cum alio contraxit per verba de præsenti. inf. de spon. duo. cap. 1. Octauus est, si in minori ætate fuerunt contracta sponsalia ab ambobus, nam cùm ambo ad legitimã ætatem venerint vterque altero inuito licentiam nubendi obtinebit. inf. de despon. impub. de illis.

CAPVT XXIII.

CVM APVD SEDEM. (Signis) speciale est in matrimonio vt nutibus contrahi possit propter periculum, q̃ esset si contrahi non posset, & contrahere non potest, nisi suus adsit consensus, secùs autem in alijs contractibus, qui possunt per procuratores talium celebrari (signis) ff. de leg. 3. nutu.

CAPVT XXIIII.

DILECTVS FILIVS R.

CAPVT XXV.

1 *Consensus licet sufficiat ad matrimoniũ contrahendum mutis, in loquentibus tamen non sufficit.*

VAE FRATERNITAti. (Consensum) sponsalia sine verbis fiunt, scilicet per annuli subarrationem. (Cõsensum) licet enim solus consensus sufficiat ad matrimonium contrahendum mutis: vt sup. eod. cùm apud. in loquẽtibus tamen non sufficit, quo ad ecclesiam sine verbis. argu. 22. quæst. 2. is qui. ff. de lega. 3. nutu. imò plus videtur, quòd etiam si constet modò, quod adinuicem consenserunt, quia hoc confitentur, tamen non est matrimonium sine verbis, vt hîc. Et est hæc ratio, quia sic statuit ecclesia, licet sit contra ius naturale quod est, quod solo consensu contrahitur matrimonium, sed fuit iusta causa statuti huius, scilicet ne tantùm sacramentum esset in incerto, & si contrarium diceretur, sequeretur absurditas, scilicet quòd si vir & mulier eundo per viam sibi inuicem placerent, & in corde suo de fide starent, quòd essent coniuges, sequeretur quòd inter eos esset matrimonium, quo nihil esset periculosius, si autem parentes pro filijs contrahant, sufficit filiorum taciturnitas. 30. quæst. 2. onerantur. ff. de sponsi. sed qui patris. infrà, de despon. impu. accesit. de illis. Item vbi præcesserunt aliqua verba apta ad sponsalia contrahenda, vel matrimonium propter aliquod

aliquod tamen impedimentum non valeant sponsalia vel matrimonium, postea tamen per solam carnalem copulam præsumitur matrimonium. inf. de eo qui dux. in ma. veniens. inf. de coniug. ser. c. vlt. (Nam) & quod possint sine verbis contrahere probatur. (Nam) etc. (Et pueri.) Item probatur quòd non semper verbis contrahitur matrimoniũ. (Quia & pueri) etc.

CAPVT XXVI.

1 *Protestationi sine iusta causa facta potest per contrarium factum renunciari.*

IVA NOS DVXIT. (Fortè) hoc fortè non ponitur dubitatiuè, sed assertiuè. † (Videmus) nam licet hîc protestatus fuerit, quod non consentiebat in eam, vel non contrahere, sed decipere intendebat, nõ proficit sibi, quia non subest iusta causa protestationis, vnde per contrarium factum renunciare intelligitur protestationi, vel potius sibi p̃desse non debet, quia facto contraria dicit. argumẽ. sup. de app. solicitudinem. & no. de hoc. sup. de consti. cùm M. Ferra. ff. eod. veniens. præterea in his ad communem intelligentiam recurrendum est. sup. eod. ex literis. Alij contrarium dicunt, scilicet, quòd protestatio sufficit, vt non probetur matrimonium, sed ideò dicit Papa, quòd nõ videt quandocunq; sibi hoc constet, quia cùm nullus interfuerit sponsalibus de protestatione sibi constare non potuit, vt in foro ecclesiæ iudicare posset non fore matrimonium, sed in foro animæ iudicare potest, vbi iudicatur secundum confessionem, sed in foro ecclesiæ secùs est. (Nos autem) quia licet quo ad ecclesiam non possit de hoc constare, tamen si ita foret sic est respondendum. (Facto) scilicet, desponsationis. (Substantia) puta consensus. 27. quæstio. 2. & sufficit. & hoc intellige secundum interrogationem episcopi, quamuis in veritate cõtrarium præsumatur, vt sup. dictum est. † (Forma) quia non fuerunt verba apta matrimonio contrahendo, sine quibus non perficitur matrimonium. sup. eod. tuæ. Vel dic, quòd verba satis erant apta, si vocaretur Ioannes, sed quia sic non vocabatur non seruabatur forma.

Sed obijcies, quare ergò dictum est suprà, quod præsumendum est matrimonium? Respon. quia despõsatio apparebat quæ sufficit pro sponsalibus etiam sine verbis, licet non sufficeret ad matrimonium, & quia non licebat ei allegare, quòd suum nomen fraudulenter mutasset. sup. de dona. inter dilectos.

CAPVT XXVII.

1 *Denunciatio non impedit matrimonium, nisi fama adsit.*

VM IN TVA. (Contrahẽtium) id est, contrahere volentium (maiorum) id est, antiquorum suorũ propinquorum. (Quęsiuisti) dubitat iste episcopus, an in hoc casu liceret recipere iuramenta propinquorum, qui iurare volebãt, nullum impedimentum cõsanguinitatis esse inter eos, & erat causa dubitationis, quia non videbantur recipienda, cùm nullus actor contra matrimoniũ appareret, & sic videbatur sine causa iurare, vel causa dubitationis fuit, quia videbat, quod per talem denunciationem, & famã non deberet postponere recipere sacramenta, nec prohibere matrimoniũ. (Grauis) idem videtur & si turpis. sup. eo. præterea. Sed illud ideò est, quia cum persona denunciante dicebatur perpetratum peccatum. † (Fama) no. famam probari. sup. de testi. tam literis. & c. causam. & idem
1 de scandalo. † No. solam denunciationem non impedire matrimonium, nisi adsit fama. (De plano) inf. de accu. sicut olim. not. plenariam inquisitionem fieri de fama, nam multiplex clamor facit fidem de ea. inf. de accusa. qualiter. Item & sine ordine iudiciario, & sine testibus potest quis certiorari de fama. (Famam) hi habebant necesse iurare, quòd fama falsa est. (Contrahentes) id est, contrahere volentes.

CAPVT XXVIII.

CONSVLTATIONI TVAE. (Audientia deneganda) & si possessorio agatur. sup. de resti. spo. ex transmissa. & c. ex parte. Alij tamen contradicunt.

CAPVT XXIX.

1 *Arra & pignus an possit esse in matrimonio.*

GEMMA MVLIER. (Stipulatio) p̃ P. † (Pœnæ. ff. de ver. oblig. Titia. in princip. secùs enim dicimus in arris, nam si per dantem arras remaneat matrimonium amittit eas, si verò per recipientẽ reddit duplicatas, nisi expres-

ſe dictum ſit, quod quadruplicatas reddat. C. de ſponſ. mulier. reſpon. 1. §. quadruplici. & idem dicimus in pignoribus, cum pignora arræ dicantur. C. de re. pig. l. 1. ceſſat autem hæc pœna arrarum, ſi intra biennium non exequitur nuptias. C. de ſponſ. ſi is. ff. de ſponſ. ſæpè. Item propter mortẽ ſponſi vel ſponſæ. ff. de ſponſa. arræ. Item propter perſonam ſponſi, cum quo matrimoniũ interdicitur. C. de ſpon. mulier. §. qui verò. & §. his quoque. Item propter minorem ætatem, vnde ſecurius eſt parentibus dare. C. de ſpon. l. vlt.

CAPVT XXX.

IS QVI FIDEM DEDIT.

CAPVT XXXI.

SI INTER VIRVM ET mulierẽ. (Alia) qualia ſunt ſup. eo. ex parte. ſcilicet, promitto te pro coniuge tenere (ſimilia) puta contraham tecum. ſup. eod. requiſiuit. & ſup. c. proxi.

CAPVT XXXII.

6 ADOLESCENS. id eſt, maior 14. ann. †(Deſponſatam) cùm iam eſſent ambo pubes, quia tunc non fit matrimonium, niſi verè carnalis copula interueniat, ſi enim ante pubertatem contraxiſſet ſponſalia, tunc per aduentum pubertatis cum talibus factis ratificationis dicerem verum matrimoniũ factum, ſicut not. inf. tit. proxi. atteſtationes. Alij tamen contradicunt (cognoſcẽs) & de hoc conſtet per confeſsionem, ſecùs ſi dubitaretur. ſup. eod. iuuenis. quia tunc præſumeretur carnalem copulam interueniſſe. inf. tit. proxi. continebatur.

TITVLVS II.

DE DESPONSATIONE IMPVBERVM.

CAPVT I.

1 *Honeſtas publica impedit matrimonium cũ conſanguineis.*
2 *Conſenſus tacitus in ſponſalibus non habet locum, niſi in parte.*

IVA NOS. (Adulto) id eſt, puberet. (Cõtrahere) matrimonium vel ſponſalia, ſi autem eſſet maior ſeptennio, ſed impubes etiam ſi contracta ſponſalia ſint ea inſcia, tamen publicæ honeſtatis iuſtitia impedit matrimonium cum conſanguineis. inf. eo. acceſsit. Alij contra eum, non enim non fuerunt ſponſalia, niſi tacitè vel expreſsè conſenſerit, ideò nec pu. ho. iuſti. impedit contrahere cum conſanguineis, & hoc magis placet. (Conſentit) tacitè ſaltem. non contradicendo cùm præſens eſſet. ff. de ſpo. hoc ſi. dic neceſſarium eſſe quod in matrimonio expreſsè conſentiat. ſup. titu. proxi. tuæ.

2 †Item in ſponſalibus tacitus conſenſus non videtur habere locum, niſi in parte. arg. ſup. de ſpon. §. vlt. & §. ſed quæ. in alijs autem, & ſi pro alijs contrahere poſſunt, eſt tamen neceſſarius conſenſus expreſſus vel ratihabitio. ſup. tit. proxi. ad id præalleg. l. hoc ſi. & not. inf. de ma. con. contra interdi. ec. c. 1. imò nec ratihabitio tacita ſufficit. ſup. de reſti. ſpo. ex parte. (poſſe) & fortè in hoc caſu non impediente pu. ho. iuſtitia, poterit cum conſanguineis contrahere. (Filius) adultus. (Voluntas) puta qa ſi minor 14. an. quod in matrimonium conſentire non poteſt. (Tradere) id eſt, tradendum promittere, & ſic contrahuntur ſponſalia.

CAPVT II.

VBI NON EST CONſenſus. (Legibus) puta in ſpõſalibus vſq; ad 7. ann. & vſq; ad 14. in matrimonio (coniungantẽ) contrahendo ſponſalia vel matrimonium, ideò fit hæc prohibitio, quia cùm poſsint poſtea variare, & cùm faciles ſint pueri ad diſſentiendũ tenentur ne tranſeant ad alia matrimonia, tamen facta tenent. (Coniungantur) carnaliter, & fit iſta prohibitio propter dubitationem, ne per talem commixtionem ratificentur ſponſalia. ſup. tit. proxi. iuuenis. vel matrimonium. inf. eod. continebatur.

CAPVT III.

PVBERES A PVBE. (Exiſtimant) & benè (certum) q. d. habente 14. an. & non poteſte coire, fuit dubitatum, an poſsit contrahere matrimonium, ſed de potente coire licet ſit minor 13. ann. certum eſt quod contrahere poteſt. Ex habitu) ſecùs quando agitur de tutela, quia ibi ſufficit habere ann. 14. & ſi generare non poſsit. C. quando tut. vel cur. de indecora.

Sed hoc

Sed hoc verum eſt, quod in hac decre. dicitur, etiã ſi ante 14. ann. poſsit generare, nam in 14. an. & ſi generare non poſsit, tamen matrimonium contrahere poteſt. arg. inf. eod. titu. c. vlti. Alij tamen dicunt, quod etiam ſi habeat 20. ann. & non poſsit cognoſcere mulierem, nec contrahere poterit. argum. hîc. & idcircò ponit ætatem 12. vel 14. ann. quia tunc præſumitur potens generare, niſi probetur contrariũ. argum. ad hoc. & de frigi. & malè. c. 2. ſed aliud eſt in frigidis, vt ibi not. prius dictum placet.

CAPVT IIII.

ITERAS TVAE. (Poſtquã) licet enim à principio non tenuerint ſponſalia, niſi tamẽ pòſt contradixerũt ſi ſciuerũt in 7. confirmantur. inf. c. proxi. & c. duo. Filiam) filiam enim habere non poteſt, impediente affinitate. 3o. quæſtio. 3. nec eam. nec matrem propter publicæ honeſtatis iuſtitiam. ſ. c. iuuenis.

CAPVT V.

ACCESSIT. (Non conſenſerit) expreſsè vel tacitè lapſo enim ſeptennio ſi ſciuit, niſi contradicat conſenſiſſe videtur in ſponſalia. inf. c. duo. (Abſolutus) antequam ad 7. an. peruenisſet, ſed & ſine abſolutione crederetur ſufficere, ſi in ſeptennio alter proteſtetur ſe nolle conſentire.

CAPVT VI.

1 *Statur ſemper dicto viri dicentis ſe cognouiſſe vxorem maiorem 11. ann.*
2 *Quæ ſit ætas legitima ad contrahendum.*
3 *Sola cognitio non ſufficit ad hoc, vt ſit matrimonium.*
4 *Nunquid ex hoc quòd mulier ſit cognita, dicatur eſſe in ætate pubertatis. & vide in num. 5. & 6.*

CONTINEBATVR. (Conſenſiſſe) ſupple etiam ſi vir contradicat eam ſe carnaliter cognouiſſe. †(Standum) 24. queſt. 1. c. 2. contra. 27. q. 2. qui inter. cõtra. Sol. vir dicit ſe cognouiſſe vxorem maiorem 11. an. ſiue illa confiteatur, ſiue neget, ſemper ſtabitur iuramento viri, vt hîc, niſi per aſpectum corporis mulier aliud probaret, id eſt, virginitate. Quidam tamen dicunt, cùm ſæpè oculus fallatur, niſi contrarium expreſsè indubitanter per teſtes appareret, ſemper eſt ſtandũ pro eo, qui dicit ſe cognouiſſe (ſi autem) q. d. dictum eſt in præcedenti parte huius c. quid iuris ſit, ſi mulier peruenit ad nubiles annos, nunc autem dicendũ eſt, quid iuris ſit, quando nondum peruenit ad annos nubiles, ſed tamen vicina eſt eis.

2 †Vndecim) ita quòd diſtet à 12. ann. id eſt, an. 12. cœptum vltra ſex menſes. arg. ff. de excuſ. tut. notãdum nos dicimus eam eſſe circa 11. an. ſi habet 11. completos & dimidium, & hoc eſt ea ratione, quia legitima ætas ad contrahendum eſt 11. an. completi, non cœpti. ſup. eo. puberes. & hîc tamen tene, quicquid dicant gl. aliæ. ſed etiam ſi ante 12. vel 11. ann. eſſent coniuncti, & aliqua præſumptio apparet pubertatis iudicarem pro matrimonio. arg. inf. eod. â nobis.

Nos dicimꝰ. Hanc opi. tenet etiam Card. in conſ. 4. incip. in dubio præmiſſo. & refert do. Innocen. hîc.

3 †Cognita) hoc ſolùm, ſcilicet, cognitio non ſufficit, vt matrimonium ſit, & ſine hoc ſola deſponſatio cum verbis aptis matrimonio ſufficit, ſi eſt proxima pubertati, & ex aſpectu corporis poteſt aliquo modo deprehendi eam eſſe potentem ad generandum. Vel dic, quod nunquam ſufficit, quod ſit proxima pubertati, quando in ſolis verbis matrimonij, vel ſpõſalia ſteterunt ad hoc, vt matrimonium præſumatur, niſi 12. an. habeat completos. ſ. eo. puberes. vel niſi ex aſpectu corporis appareat eam pubeſcere. ſup. eod. puberes. quare enim poſuiſſet decre. 12. an. ſi ſufficeret 11. vel 10. & dimidium non video, ſed ſi ſit vel dicatur cognita à viro, tunc habet locum hæc decre. ſed quia ſufficit quod ſit in 11. vel etiam amplius circa 12.

4 †Sed dices nónne ſi cognouit eam apparet eſſe puberem eam? Reſpon. non poteſt eſſe, quod lanuginem in femore non producit, quæ ſola eſt ſignum pubertatis, & tamen clauſtra pudoris aperta ſunt, & ſic cognita apparet, vel præſumitur, licet ſigna pubertatis non appareant.

5 †Sed oppones, nónne & ſi in 10. vel 11. ann. aperta eſſent clauſtra pudoris idem præſumeres. ſup. de ſpon. iuuenis? Reſpõ. non, quia ibi non loquitur, quod præſumatur carnalis copula interueniſſe, ſed conſenſus vel cognitio aliqua ſponſalium ante 11. ann. licet aperta ſint clauſtra pudoris, non præſumitur matrimonium vel carnalis copula interueniſſe de facili, niſi apertioni clauſtrorum alia indicia adminicularentur, fortè magnitudo perſonæ, vel alia quæ mulieres melius norunt, nec

runt,nec expedit dicere vel literis adnotare. Vel dic,hanc decre. locum habere, vbi in minoribus annis contraxerunt,sed postea puenientes ad maiorem ætatem, si vnus petat separari, & alter dicat cognoui eam dum erat in 11. ann.vel magis vicina 12.nõ separabitur matrimonium,quia potest dubitari, quod tunc fuerit potens, cùm permisit super se virum ascendere,& ideò in tutiorem partem interpretandum est.sup.de spons.iuuenis.

6 †Sed de hoc oportet constare, quòd visus sit eam cognoscere, non enim sola ætas 11. ann. sufficeret, sed hæc opinio in hoc contradixit proxi. quia dicunt quod licet hi in 11. ann. visi sint commisceri, si tamen de hoc potest constare mulierem non esse puberem, scilicet,quia lanuginẽ non habet,non iudicabitur matrimoniũ, nisi peruenerit ad ann.12.

CAPVT VII.

DE ILLIS. Hîc primò loquitur, quando ambo sunt intra annos pubertatis, nam tunc vterq; eorũ ad pubertatem perueniens iudicio ecclesiæ de iure petit separationem, antè autem petere non potest.Secundò ponit quando tempore quo contrahunt alter est maior, alter minor,nam tunc minor cùm ad pubertatem venerit, separationẽ petit, maior autem nullo tempore iudicio ecclesiæ petet separationem, quamuis si cõtrahat matrimonium tenet.ꝛ.tit. proxi.c.pen.& secundum hoc intelligo. c. seq. (Si verò) extunc loquitur quando tempore quo cõtrahunt vnus est pubes, & alter impubes.

☞ †Iudicio ecclesiæ) hoc iudiciũ est necessarium,vbi sponsalia tenent, sed postea ex aliqua causa separantur,sed si nõ teneret, puta quia inter consanguineos vel quia prius cum alia cõtraxisset, vel etiam quia sub conditione erant celebrata, vel quocunq; alio modo sint nulla, non est necessariũ hoc iudiciũ ecclesiæ, licet quodammodò sit honestum. Item dicimus etiam si matrimoniũ sit nullum,quod tunc non est necessariũ huiusmodi iudiciũ, si fortè coniuncti essent matrimonialiter, quia tunc si recederet ab eo sine iudicio ecclesiæ daretur sibi restitutio vxoris.inf.de diuor.porrò.

☞ †Dissentire)ita quod ecclesia approbet, sed si contraxit cum alio matrimoniũ tenet,& hoc est verum, vbi tenent sponsalia, secùs aũt si non tenerent, quia tunc maior posset separationẽ petere per iudicium ecclesiæ.ꝛ.eo.c.accesit.

CAPVT VIII.

ANOBIS TVA.(His)scilicet, ambobus contrahentibus. (Matrimonij) scilicet,futuri.(Eorum) scilicet, contrahentium. †Assensum)vnde dicũt quidam,quòd si impuberes per verba matrimonio apta contrahant matrimonium,& hoc etiam intendant,non est matrimonium,quia illud contrahere non possunt,nec sponsalia,quia ad alia non intendunt.ar.ff.de spon.quæsitum.ff.de rit. nup.minorem. veruntamẽ nisi vsq; ad legitimam ætatem in eadem voluntate persistant,ratificatur matrimonium.arg.ꝯ.c. proxi.& l.minorem. Potest tamen probabiliter dici, q; sponsalia contrahunt iuris potestate,licet illud contrahere nõ intendant,vel verba non dicant.arg.ꝯ.de cõdi. appo.super eo.ꝯ.e.c.vlt. Tenentur)neuter enim ante pubertatem petet separationem,sed postquam ambo, vel alter tantùm ad pubertatem peruenerit petere potest.sup.c.proxi.(Anticipare)malitia supplente ætatem.inf.c.proxi.

CAPVT IX.

DE ILLIS. Quod apparet ex lanugine,vel facti,vel experientia.(Carnali) hoc videtur satis innui in matrimonijs illam solã dici proximam pubertati,quæ cognosci potest.arg.sup.c. puberes. In tutelis autem secùs dicerem, vt not.in decre. puberes. & idem quod in matrimonio dicam in ingressu monasterij,alij contra. (Consensisse) vel dicendo verba apta matrimonio,vel cognoscendo eam, & hoc innuit litera sequens coniug.etc.

CAPVT X.

1 *In causa matrimonij non solùm publicatis attestationibus, sed etiam post sententiam auditur.*
2 *Impuberes licet contrahant non tamen dicitur matrimonium contractum, nisi per carnalem copulam ratificetur.*
3 *Licet sponsalia inter infantes minores septennio contracta non teneant, ratificantur tamen nisi in septimo anno contradixerint verbo vel facto.*
4 *Verba sunt de necessitate in matrimonio cõtrahendo.*

ATTESTATIONES. (Credit) hîc creditur confessioni mulieris, quia est contra se, & vir non dicebat contrarium,aliter enim eius dicto staretur.sup.

retur.sup.eo.continebatur. Vel dic,quod etiam si mulier fuisset corrupta,& nõ vir, non tamen esset matrimonium consummatum.de hoc not.inf.de eo qui cog.con-
1 san.vxo.suæ fraternitatis. †(Testes) speciale est in causa matrimonij, quod non solùm post publicatas attestationes, sed etiam post sententiam auditur. sup. de sent.& re iudi.lator.& c.consan. Vel dic, quòd hîc erat nouus articulus, super quo licet post publicatas attestationes de nouo producere testes. sup. de testa. ex tenore.

2 †Probare)no.quod si impuberes contrahant quantocunque tempore steterint post pubertatem,non tamen de sponsalibus fit matrimonium, nisi de nouo consenserint per carnalem copulã, quæ secuta inducit præsumptum matrimonium.
3 sup.titu.proxi.is qui. †In sponsalibus tamen dicimus,quòd si infantes minores septennio contrahant sponsalia,licet ea nõ teneant, tamen ratificant,nisi in septimo anno contradixerint verbo vel facto,puta cum alio contrahendo.sup.c. literas.& c. accesit.inf.eo.duo. Et est mirabile,quod de nihilo lapsu temporis fit aliquid, puta de non spõsalibus, sponsalia, sed id quod aliquid est,non mutat naturam,quia non fit de sponsalibus matrimonium.

Alij tamen contrarium dicunt hîc incumbere probationẽ mulieri, quia signa apparebant dissensus, puta quia vir discesserat ab ea, secùs si nec signa dissensus vel consensus apparebant, quia tunc deberet præsumi de sponsalibus factum esse matrimoniũ, primum dictum magis placet. (Consensisset) cognoscendo vel de nouo contrahendo, aliàs enim & si osculatus est eam,vel si habitaret cum ea,non præsumerem matrimonium. inf. de ma. con. contra interdi. ecc. c.1. (Iuramento) speciale est in hoc casu, vt actore nihil probante,reus iurare cogatur.

4 †(Consensit)si enim vir confiteretur, quod post ann.14.cõsensit,& voluit,quod ipsa esset vxor eius,licet non interuenerit carnalis copula vel signũ consensus exterioris, tamen matrimonium debet inter eos iudicari, cùm sponsalia præcesserint quæ propter consensum sequentem trãsierunt in matrimonium, secùs autem esset, si non præcessissent sponsalia, quia tunc licet adinuicem eodem tempore consensus occultus sine verbis,vel aliquo tractatu præcedente interuenisset inter aliquos, non faceret matrimonium,cùm in eo contrahendo in potentibus loqui necessaria sint verba, vel tractatus præcedens,vt no.sup.tit.proxi.tuæ.

CAPVT XI.

EX LITERIS. (Liberam tribuas)sup.eod.de illis.à nobis contra.Sol.hæc mulier nunquam consensit sponsalibus parentum, vnde cùm esset pubes,non tenuerunt sponsalia.ꝛ.eod.c.1. vnde cõtradicere potest, & ibi ipsa libera voluntate contraxerat,vnde contradicere non potest,hoc tamen not. quod licet nõ teneant sponsalia, si tamen postea cognoscat rata habere videtur sponsalia suo nomine contracta,vel hîc de equitate,vel ibi interuenerat iuramentum, hîc non.

CAPVT XII.

1 *Sponsalia infantium lapsu temporis ratificantur.*

DVO PVERI. (Per tres annos)No. sponsalia infantum lapsu temporis ratificari(copulauit) hoc matrimonium tenuit siue statim peruenerit ad pubertatẽ,siue post, cùm eam cognouit.(Reliquit) & malè (Accepit) & malè impediente publicę ho.iustitia.(Compulit)& malè, cùm alium virum haberet,& si copula interuenisset propter affinitatẽ. (Dabitur) hæc inhibitio fit propter delictum vtriusq;.sic. 27. qõ.1.§.Christus,vel propter scandalum.

CAPVT XIII.

1 *Accusationis & denunciationis differentia.*
2 *Comparatio matrimonij spiritualis ad carnale,quo ad denunciationem,& de virtute denunciationis.in nu.3.4.& 5.*

AD DISSOLVENDVM. (Remouere) & sup hoc sententiatur. †(Denunciari.)
1 Not. accusationem non habere locum,nisi super crimine iam perpetrato, denunciatio autem super perpetratis, vt pœnitentia agatur, & super perpetrandis, vt cesset ur locum habet.inf.de accu.qualiter.22.qõ.5.hîc videtur.93. di.diaconi.ff.de dam. infec.l.2.
2 †Denũciari)hoc eodẽ modo dicimus posse agi in matrimonio spirituali, nã electo nõ petente confirmationẽ,vel cõsecrationẽ,possum denũciare superiori. Domine talis est in tali peccato, vnde non potest, nec debet cõfirmari & consecrari.22.q.5.

hoc vi-

hoc videtur. ſed caueat ſibi ille, qui denũciat, quia non poteſt denunciare peccatum, quod ſit in forma electionis, ſi eius executionem nõ impedit, nec de crimine de quo egit pœnitentiã, niſi ſit tale, quod poſt pœnitentiam impediat executionẽ ordinis. ĩ. de renun. niſi cùm pridem. §. 1. & no. 2. q. 1. ſi peccauerit. Ar. contra, 51. di. ex pœ. ſed illud loquitur in irregularitate, & criminibus vbi diſpenſatio eſt neceſſaria. Item cõtra. ĩ. de cle. ex. mi. ſi celebrat, ſed expone vt ibi. Item denũciatione agitur contra electum poſt cõfirmationem. ſup. de app. conſtitutis.

3 † Item no. quod licet denunciatio impediat confirmandum & conſecrandum, non tamen debet tantùm operari, vt electores reuocet ab electione, niſi credant verum eſſe, quod dicitur, nec propter hoc eſt impedienda vel prohibenda à ſuperiore celebratio electionis, niſi fortè incontinenti haberet paratas probationes. ſup. de his quæ fi. à ma. par. c. cùm in cunctis.

4 † Alij dicunt & fortè melius, quòd non eſt differentia inter ordinationem & conſecrationem & electionem, quia vtrobiq; & ordinator & conſecrator, & elector diligentes debent eſſe, vt inquirãt de perſona ordinandi, & conſecrandi, & eligendi. ſi. 24. diſt. c. quãdo. 61. diſt. miramur. 8. q. 2. dilectiſsimi. Et denũciationes audire debent contra prædictos, ſi credunt denunciantes bona intẽtione moueri, & verum eſſe quod obijciunt, ſi autem non credãt, nihilominus poſſunt procedere ad ordinationem & conſecrationem, & electionem, & tenebit quod factum eſt, etiam ſi denunciator appellet, & etiam ſi dicat ſe habere paratas probationes, quia hæc prædicta, ſcilicet, ordinatio, cõſecratio, & electio non fiunt in forma iudicij, ſed officia vel miniſteria ſunt.

Hoc tamen fatemur, quòd ſi coram ſuperiore probauerit veras cauſas, ex quibus appellauit quòd totũ caſſabitur quod factum eſt ad minus, quo ad executionẽ. ſup. de elect. cùm inter, & ſup. de app. cõſtitutus. poſſet etiam ſuperior ordinatori & conſecratori imponere pœnam, ſi inueniret prædictos perperam proceſsiſſe, videtur tamen quòd ſi ſit omiſſa denunciatio, & procedatur ordine ſuo, q, poſtea præcedente denũciatione, nec ipſe qui in denunciatione procedit, nec alius ad ordinationem vel conſecrationem procedat. arg. hic, licet in electione fortè eſt aliud, de hoc autem no. ĩ. de ſimo. accuſatũ.

5 † In confirmatione autem cùm proceditur in forma iudicij, & cum cauſæ cognitione benè admitteretur talis appellatio, & caſſaretur quicquid fieret poſt talẽ appellationem, etiam ſi non probaret veras cauſas appellationis. ſup. de ap. interpoſita. & quod dictum eſt in ordinatore, conſecratore, & electore. ſ. quod non obſtante contradictione & appellatione cuiuſq; tenet quod ab eo fit. Idem videtur etiam in eo, cui mandatum eſt, quod prouideat in aliquo beneficio alicui, & eo qui deputatus eſt executor ad dãdum, & hoc dicimus prædicta ratione, quia iudex non eſt, nec in forma iudicij procedere debet, imò etiam idem dicimus, ſi aliàs haberet iuriſdictionem, vt epiſcopus, & ad eũ pertinet collatio beneficiorũ, quia non teneretur admittere huiuſmodi exceptiones, vel denũciationes, nec appellatio ob hoc interpoſita impediret proceſſum eius, niſi probaretur veritas cauſarum. ſup. de app. conſtitutus. & c. ſeq. Imò ſi prouiſor vel executor vult audire exceptiones vel denunciationes huiuſmodi, ille qui debet prouidere, poſſet dicere nõ pertinet ad te, quia tãtùm executor es. ĩ. de ſen. & re iud. decætero. licet ſecùs eſſet in ordinario. Si autem prouiſor haberet cauſæ cognitionem, vt ſi mandatur, quod prouideat, ſi eſt idoneus, vel quod aliàs compellat, tunc oppoſitam exceptionem vel denũciationem audiet & appellari poteſt, & quicqd fieret poſt talem appellationẽ ſi offerret probationem cauſarum caſſaret. ĩ. de ap. interpoſita. Prudenter tamen faciet merus executor, ſi audierit quod eum monet & ſi cõſuluerit ſuperiorem. (Contrahendum) maximè vbi de eorum ſponſalibus agitur, quia tunc ſunt vicini præcipitio. 22. q. 5. hoc videtur. (Exceptionibus) quia nõ præceſsit monitio. ĩ. de accu. qualiter. vel quia eſt criminoſus denunciator. 2. q. 7. accuſator. 3. qõ. 7. in grauibus. (Attentetur) id eſt, ne ſponſalia de nouo contrahãtur. (Cenſetur) quia apparebit lapſo termino denunciationi præfixo. (Attentatum) per extorſionem vel violentiam. (Irritum) id eſt, puellæ non præiudicat. Vel dic, quod ideò dicitur irritum, quia pendente cauſa ſeparabitur, vel dic quod hoc obtinet in ſponſalibus nõ in matrimonio.

CAPVT XIIII.

TVAE NOBIS. (Mutuo) per verba de præſenti (ætatis) id eſt, 12. ann. compleuerit. (AEtatis) quia 12. ann. non habebat habebat. (Aetatẽ) hîc ſatis colligitur ꝙd ſiue mulier habeat 12. an. ſiue cognoſcibilis ſit poteſt contrahere matrimoniũ.

TITVLVS III.

DE CLANDESTINA DESPONSATIONE.

Clandeſtinum matrimonium dicitur, ꝙd nõ poteſt probari per teſtes. infr. c. 1. & 2. Item quod non fit cum ſolennitate. inf. e. c. 3. 30. q. 5. aliter quæ licet non debeant fieri, tamẽ facta tenent. 30. q. 5. no. ſtrates.

CAPVT I.

SI QVIS CLAM. Id eſt non publicè: ſed tamen ſi tot fuerint præſentes quot ſufficiebant ad probationem, aliàs malè ſequeretur, viro incumbit probatio. (Viro) petenti vxorem, & ſi mulier petat virum: quia negantis factum etc. 6. q. 5. actor. ff. de probat. ei incumbit.

CAPVT II.

QVOD NOBIS. (Compellendi) vt ſe habeant pro cõiugibus. (Rationabilis) vt cõſanguinitas vel aliud impedimentum, puta quia fiat præiudicium alij matrimonio, vel aliæ conſimiles.

CAPVT III.

1 *Cur fuerit ſtatutum, quòd fiat publicatio ſolennis in eccleſia, cùm quis vult cõtrahere matrimoniũ cum aliqua, & in quibus eccleſijs fieri debeat. in nu. 2. 3. 4. 5. & 6.*

4 *Bigamia an & quando excuſat, & liberi inde nati an ſint legitimi. Et nu. 5.*

1 VM INHIBITIO. (In eccleſijs) non in vna tantùm, ſed in omnibus eccleſijs illius loci, vbi habitat, vel ſaltem in pluribus. † Proponantur) cùm periculoſum ſit illicita matrimonia contrahere, & propter peccatum, & propter illegitimitatem filiorum, dignum eſt quod hæc ſolennis publicatio in eccleſia fiat. Ad idem. inf. qui mat. ac. poſ. cùm in tua. nam circa maiora, maius periculum vertitur. 42. di. quiescamus. & hoc eadem ratione poteſt dici, quòd hæc publicatio debet fieri in eccleſijs, vbi antiqua habitatio eſt parentũ vtriuſq;, illi enim ſunt, qui melius norũt conſanguineos ſuos. ſup. de teſt. c. licet ex quadã. inf. qui mat. accu. poſ. videtur, Item quærendum eſt de conſanguinitate, vbi melius veritas ſciri poteſt. ſup. de elec. ſcriptum. inf. de pur. c. cum P.

2 † Item deriſio eſſet dicere, quòd publicatio hæc alibi fieret, ſi enim Scotus vel Ibernicus vult contrahere Bononiæ cũ aliqua, ſiue Scota ſiue Lombarda, quis erit, qui de eorum conſanguinitate ſciat teſtificari, cùm nec terram nouerit, & ſi alibi eſſet eorum antiqua habitatio alibi moderna vtrobiq; fieri deberet, nam in primo loco, quia melius ſciunt gradus conſanguinitatis. In ſecundo, quia melius ſciunt, ſi cum alio contraxiſſet. Tamẽ dicũt quidam & non malè, quia licet bonum ſit vtrobiq; nunciare, tamen ſi ſolummodò fiat, vbi eſt eorum antiqua habitatio, ſufficit ad hoc, vt filij eorum non iudicentur illegitimi, quia hæc conſtitutio non iudicat illegitimos propter ceſſationem denunciationis, niſi illos, qui in caſu prohibito ſunt coniuncti, tamen quidam credunt idem, & ſi aliud impedimentum adſit. infr. qui fil. ſint legi. ex tenore. nam ibi dicitur, quòd ad hoc vt filij ſint legitimi, oportet quod matrimonium contractum poſt aliud matrimonium ſit contractum in facie eccleſiæ & ignorante altero cõiugum, ſed vbi nõ fit publicatio ſecundum tenorem huius decr. non fit in facie eccleſię, ergò nec filij ſunt legitimi. Alij dicunt quòd in facie eccleſię fit, ſi fit publicè etiam ſine ſolẽnitate huius decr. & ideò ſufficit, quòd tantùm publicè contrahatur, & erunt filij legitimi, dummodò ſit alterius ignorantia.

3 † Sed quid ſi vbi eſt eorũ antiqua habitatio, non habeat conſanguineos, ſed alibi & in pluribus locis, nunquid vbiq; erit neceſſe fieri publicationem? Reſpõ. non, non enim oportet circa hoc nimis ſubtilizare propter periculũ illegitimitatis filiorum, licet ab initio multũ ſit diligentia adhibenda, ſed ex poſt facto, propter cauſam prædictã quantũ poteſt debet negligentia tolerari, vel potiùs excuſari.

4 † Sed quid ſi publicè contraxit, & tenuit aliam. ſ. primam pro vxore, nũquid hæc publicatio facta in eccleſijs ſufficit, vt ſine peccato coniũgatur ſibi alia. ſcil. ſecunda, an debet querere ſentẽtiam diuortij, & etiam iuſtitiam ſententiæ. i. q, iuſtè ſeparatus ſit à prima. Reſpon. quòd hæc mulier quæ ſciuit prius matrimonium, non excuſatur à peccato, nec eius filij erunt

lȝ erunt legitimi, si postea appareat legitimum primum matrimonium, & nunc̄ȝ per ecclesiam separatū, debuit enim quęrere sentētiam diuortij, negligens enim fuit, & ideò non debet excusari, quin sciuerit impedimentum. Debuit enim diligentius inquirere, quā per solam publicationem. arg. sup. vt lit. non cont. quoniam. sup. despon. in præsentia. 35. q. 1. cū per bellicam. quò ad alia impedimenta præter consanguinitatē modicum operatur, nisi quia facit aliquando præsumi, quia si crederet aliquod impedimentum esse suo matrimonio, non fecisset suum matrimoniū per ecclesias publicari, sed hanc præsumptionem tollit, si publicè credebatur, vel sciebatur, ꝙ cum alio cōtraxisset. ff. de iur. & fa. igno. regularia. Discat igitur cautiùs negotiari. C. de fur. in ciuilem.

Et hæc vera sunt, si erant personæ notæ sibi adinuicem, nā si esset vnus de vna prouincia, & alius de alia, ibi facilius præ-
5 sumeretur probabilis ignorantia. † Si autem nihil sciret de priori matrimonio, licet publicè contraxisset, nec ipsa esset in peccato, nec filij illegitimi, quia ab impedimento excusat eos contractum matrimonium publicè, & ignorantia quæ ambo interuenire oportet, vt excusetur, vt expressè colligitur. inf. in præall. decr. qui fi. sint leg. ex tenore. Item & si sentē-tia lata sit, dummodò non sit appellatum sufficit ad excusationem matrimonij & legitimationis filiorum, quamuis possit postea ipsa sententia retractari, & etiā retractetur. sup. de senten. & re iud. tenor. quia probabilem causam habent erroris, imò videtur etiam, quòd si sciuerūt matrimonium primum, & ignorante altero contrahant secundum quòd credebant primū matrimoniū separatū probabiliter, quod sine peccato sunt, & filij sunt legitimi, etiā si nulla fiat publicatio in ecclesijs. sup. de spon. cū in apostolica. Sed hoc non credo, nam ex quo mulier sciuit virū habere aliam vxorē, non debet cum eo cōtrahere, vel ei credere super separatione primi matrimonij, nisi per veritatē hoc sciat. ar. sup. de spō. in præsentia. Nec cōtradicit decr. cū in apostolica, quia licet ignorātia illa excuset, vt postea possit cū ea cōtrahere, non obstante ꝙ de ea ducēda fidē dedit prima viuente, nō tamen filios defendit ab illegitimitate.

6 †(Probabilis) no. ꝓpter probabilē cōiecturā interdici matrimoniū. sup. de spō. cū in tua. (Interdicat) per ipsos presbyteros, alij dicunt per solos ordinarios. (Si ambo) secùs si alter. inf. qui fil. sint legi. ex tenore.

TITVLVS IIII.

DE SPONSA DVORVM.

Vnde not. ꝙ si aliquis petat aliquā in vxorē, & probet, ꝙ ipse cōtraxit cum ea de præsenti, & mulier similiter ꝓbet, ꝙ contraxit cū alio de præsenti, nec probet aliq̄d de antecedēti tēpore reus absoluetur, quia vbi obscura sunt iura partium, ꝓ reo interpretandū est. sup. de fi. instr. inter dilectos. ff. de reg. iur. fauorabiliores. & idem videtur, si duo egissent cōtra eandem mulierē, & de vtroq̄ simul constaret, ꝙ cū ea cōtraxisset, sed non cōstaret de anteriori tempore, ꝙ absoluenda est ab vtroq̄, vel potiùs differēda est sententia, quousq̄ de anteriori tēpore, ꝓbetur. Si aūt primò constaret de vno, quàm de alio, qui fortè non habuit ita paratas probationes, tunc etiā idem dicendū videtur. s. ꝙ differenda est sentētia, ne prę-iudicium fiat alij matrimonio. ar. infr. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. super. eod. inf. de fri. c. 1. vbi not. & c. laudabilē. quò ad hunc tamē articulū posteriorē, secùs est si agitur de præbēda vel possessionibus, qa tunc statim etiam primo probāte fertur sententia, sed cauebis condēnato quod seruabis eum indemnē, si fortè aliquas faciat expensas ꝓ eo, quod rē pendēte lite restituit. ff. de rei vend. is à quo. & l. seq.

CAPVT I.

1 *Sponsalia quot modis contrahantur.*
2 *Cùm in sponsalibus apponitur conditio, tamē intelliguntur contracta sponsalia.*
3 *Matrimonium ratificari dicitur per subsequentem copulam.*
4 *Signum expressum matrimonij contracti est manum stringere annulo.*

DVOBVS MODIS. (Fides) quò ad sponsalia cōtrahenda vel matrimonium. (Pactionis) scilicet, per verba de futuro. (Et consensus) scilicet, per verba de præsenti.

1 †(Ducet) quatuor modis contrahuntur sponsalia, scilicet, nuda promissione, scilicet, cùm dicit vnus alteri, accipiam te in meam vxorē, & econtrà. vel ęqpo. inf. c. 1. & hic. Idem etiam credimus, si inhabiles ad contrahendum matrimonium verbis vtantur matrimonio aptis. s. accipio te in meam, & econuersò. ar. sup. de despon. impub. attestatiões. & c. duo. & c. à nobis. Ibi enim dicit matrimonialiter coniungebantur. Item datis arris sponsalitijs. C. de spon. arris. Item annuli subarratione. 27. q. 2. si quis desponsauerit. Sed aliter melius probari videtur, ꝙ per annulum tantùm sponsalia contrahuntur, quia matrimonium non contrahitur nisi verbis aptis matrimonio interuenientibus, dummodò contrahentes loquí possint. sup. de sponsa. tu. Item iuramento contrahuntur sponsalia. sup. de spon. de illis.

2 † Si permiserit) hìc satis expressè habes, quod sponsalia intelliguntur cōtracta, quando conditio in sponsalibus apponitur, hìc enim constat, quòd ante aduentum conditionis. s. antequā eam cognosceret fuerunt sponsalia de futuro, postea enim fuit matrimonium. supr. de spon. is qui fidem. Item talia sponsalia inducunt publicæ honestatis iustitiā. sup. de spon. ad audientiam.

3 †(Rem secum) siue intelligat de fornicario coitu, siue de matrimoniali semper secuta copula ratificatur matrimonium. sup. de spon. is qui. (Consensu) obtinendo non obtēto. i. si in me cōsenseris ego consentiam in te, vel si dederis centum
4 ego accipiam te in meam. †(Stringit) annulo. & sic videtur, quod manum stringere annulo sit expressiùs signum matrimonij contracti, quàm aliquid aliud, sed certè hoc vult dicere, quia & si cōsuetudo sit, quod quando matrimoniū contrahitur, quod mulier subarratur annulo, tamen & sine subarratione annuli fit matrimonium solo consensu, & verbis de præsenti.

CAPVT II.

ACCEPISTI. (Desponsatam) per verba de præsenti.

CAPVT III.

LICET PRAETER SOLITVM.

CAPVT IIII.

TVA FRATERNITAS. (Desponsatione). i. quòd aliquas petunt, quia se eas despōsasse dicūt. (Irritare) perpetuò si est causa perpetua diuortij, vel ad tempus ad agendum pœnitentiā, vel melius quousq̄ cognoscatur, an teneat primum matrimonium. 33. q. 4. non oportet, & sic intelligo. sup. de despon. impu. duo. & c. ad dissoluendum. & sic non est contra. 35. q. 3. contradicimus.

CAPVT V.

TVAS DVDVM. ET INFRA.

TITVLVS V.

DE CONDITIONIBVS APPOSITIS IN DESPONsatione.

CAPVT I.

1 *Nunquid inhonesta conditio inducat matrimonium. & vide in nu. 4.*
2 *Sponsalia in quibus honesta conditio interuenit suspenduntur, quousq̄ fuerit adimpleta. & vide in nu. 3.*
Conditiones contra naturam contractus appositæ, an vitiant contractum.

QVICVNQVE. † (Sub cōditionis) etiā inhonestæ, sed non contra naturam matrimonij, puta si furtum fecerit. Idem in impossibili, secùs si esset inhonesta & contra naturam matrimonij. inf. e. c. vlt. 32. q. 2. aliquādo. & c. solet, quia tunc matrimonium non
2 tenet. †Item secùs in honesta & voluntaria conditione, quia hęc suspendit spōsalia, quousq̄ fuerit adimpleta, vel carnalis copula subsecuta, vel consensus de
3 præsenti. inf. eo. de illis. †Item est conditio honesta & necessaria, vt si Christianus contrahens cum Iudęa, dicat, si facta fuerit Christiana, aliàs enim non tenet matrimonium. 29. q. 2. c. non oportet. & 28. q. 2. Idololatria. vbi innuitur, ꝙ quælibet turpis conditio dissoluit matrimonium, sed dic illud loquí de dissolutione, quæ fit quò ad torum, & non quò ad dissolutionem vinculi coniugalis, non autē habet locum in collatiōibus factis ecclesijs, quia ibi si apponatur conditio cōtra naturam contractus, tamen tenet cōtractus. 10. q. 1. c. 1. & idem est in collatione ordinum. 28. di. diaconi & monachatus. inf. tit. prox. insinuante. vbi not. Sed in alijs contractibus conditiones cōtra naturam, sicut cōditiones impossibiles, vitiant contractū. inst. de inuti. stip. §. impossibilis. ff. de act. & obl. nō solùm. sed in vltimis voluntatibus pro nō adiectis

habentur.C.de inſt.& ſubſt.l.reprehendẽda.(Voluerit)fortè quod nõ adimpleuit conditionem furti faciendi.

4 †(Deſponſatio)nam ſi interuenerunt verba præſentis tẽporis,puta conſentio in te,ſicut in vxorẽ,ſi feceris furtum,ſtatim eſt firmum matrimoniũ,nec ſuſpenditur per conditionẽ,ſi verò interuenerunt verba de futuro , ſtatim vera ſunt ſponſalia,nec ſuſpenduntur per conditionem.Si verò dixerit, accipio te in vxorem,ſi dederis centum,ſuſpẽdetur quouſq; det centũ.inf.eo.ſuper eo,& ſi interim contrahat cũ alia de præſenti tenet, inf.eo.de illis.ſi verò dixerit contrahã,ſi dederis centũ,datis centum,non eſt matrimoniũ,ſed ſponſalia, vnde ſi datis cẽtum cũ alia contrahat,tenebit matrimoniũ,ſimiliter ſi dicat impono tibi annulum,ita q; ſi dederis centũ, ſit matrimoniũ,datis centũ,matrimoniũ firmũ erit, & eodẽ modo ſi dixerit,ſint ſponſalia nõ datis centum erunt ſponſalia,Alij cõtra.

CAPVT II.

1 *Conditio an in ſpiritualibus locum habeat.*

CVM SIT PROPRIVM. (Presbyter) huius presbyteri intererat, q̃a erat ſacerdos illius monaſterij, vbi hi manumiſſi morari debebãt. (Hac conditione) minus benè ſumunt hoc quidã ar.quod in ſpiritualibus interuenit conditio,imò libertas ſub cõditione datur, nec enim propter hoc præciſè cogitur monachus fieri (fuerat) clericus vel patronus,nam ſi eſſet monachus , cũ non poſſet habere ſeruos, non poſſet eis dare libertatem.12.q.1.non dicatis.vel libertati onus ſpirituale adijcitur.ſupr. de ſer.non or.eo. Iterum repete quæ diximus.ſup.de ſer.non ordi.de famulis.Exhibe.q.d.ſic de tranſgreſſo mãdato pœniteat,& etiam ſic firmas cautiones ab eo habeas,quòd vlterius non præteribit,q; vlterius ſimile facere non attentet.

Alij dicunt. Adde quod refert,& ſequitur Cardi.in conſil. 57. inci. ad primũ quòd de iure.col.1.

CAPVT III.

DE ILLIS AVTEM. Accipiam, quid ſi dixerit accipio.Reſpõ.idẽ inf.eo.ſuper eo. Accipiam quid ſi talis ſit conditio,ſi inuenero te virginem,ſi mihi in primo coitu placueris, dicimus tales conditiones inhoneſtas, & ideò reijciendas,ſup.eo,c.

CAPVT IIII.

VERVM CVM ALICVI. (Interpoſita conditione) ergò ſi dixiſſet modò,ita quòd donatio ſtatim teneat, ſed imponitur onus donatario, verbi gratia:dono tibi hanc poſſeſsionẽ, vt omni die celebres , vel conſimilibus, aliàs autẽ benè licet eccleſiæ donare ſub conditione,ſicut alij, & niſi extiterit cõditio,non tenebit donatio,quia tunc donatio capit vires ex conditione. (Reuocari)ſed & ſi ſub tali conditione.ſ.vt non alienentur ſit collatũ & alienetur ob redemptionem captiuorũ, & alijs caſibus à iure conceſsis,tenet alienatio , ſi non ſint aliæ res quæ alienari poſsint.12.q.1. aurum.10.q.2.hoc ius.aliàs autẽ non tenet,vt in Auth.de ſanct.epiſ.§.ſanctiſſimos.de hoc notatũ eſt.10.q.2.c.2. & not. ſup.de teſt. Raynaldus. Item nec in hoc caſu reuocatur ipſo iure , ſed neceſſaria eſt retraditio.

CAPVT V.

SVPER EO.(Conſenſit)q̃ verba de præſenti.(Si pater) idẽ credunt quidã de Papa, nã poſſunt ſic contrahi ſpõſalia, ſi Papa diſpenſauerit. 4 Alij dicunt4 et melius,quòd cũ ſponſalia vbi requiritur diſpenſatio non teneant, quia ius ea perpetuò prohibet , nec ſub conditione cõtrahi potuerunt.ff.de ver. oblig.inter ſtipulantem.§.ſacrã. &l. cõtinuus.§.pe.

† Si conſenſus) hæc oratio videbatur adducere cauſam contrarietatis, nam ſi poſt ſponſalia de futuro ſuperueniens conſenſus de præſenti facit de ſponſalibus matrimonium,multò magis videtur quod ſi à principio interuenit conſenſus de præſenti,ſed ſuſpenſus fuit per conditionem,quòd per talem conſenſum contrahi deberet matrimonium,& non ſpõſalia.

Sed tamen reſpondetur contrarium, quia non eſt verum , quod ſit conſenſus de præſenti,qui ſuſpenſus eſt per conditionem de præſenti, & quia hic conſenſus de præſenti non eſt,ſed de futuro,dicendum videtur, quòd etiam poſtea interueniẽte cõſenſu patris , tamen nõ erit matrimoniũ,ſed ſpõſalia tantũ,et ſatis dici poſſet, q̃ cogi debet cõſummare ſpõſalia,ſed dicũt quidãadueniente cõſenſu patris,fieri matrimoniũ. Cõſenſus enim tunc

tunc interueniẽs ſignum eſt conſenſus de præſenti , dummodò contrahentes ipſum conſenſum requirant, & idem videtur etiam ſi ipſum conſenſum non requirant,dummodò non contradicãt, q̃a ſi contradicerent, tunc ſine conſenſu de præſenti nõ poſſet cõtrahi matrimoniũ, ſed ſi non appareat de cõditione præſumitur conſenſus, quia pro matrimonio eſt præſumendum,inf.c,prox.

CAPVT VI.

PER TVAS LITERAS. (Conſentirent) hæc conditio honeſta eſt, & ideò ſeruanda eſt, licet hæc cõditio ſit appoſita,tamen ſi carnalis copula interueniat,præſumitur à cõditione receſſum & eſt matrimonium. ſup.eo.de illis.(Sibi)mulieri(Pro matrimonio)in hoc eſt fauor matrimonij,quia cùm teſtes dixerint de cõditione & copula carnali,præſumitur copulam præteriſſe cõditionem. †(Quod autem)niſi hoc probaretur,quòd ante copulam cõtraxiſſent,ex tunc carnalis copula nõ ratificaret ſponſalia,cùm iam ceſſaſſent p̃pter aduentum conditionis. Alij tamen dicunt,quòd etiam ſi poſt conditionem parentum,vel aliàs impletam conditionem,ignorantes tamen impletam ſimul commiſcerentur, quòd ſit matrimoniũ, & renunciare intelliguntur conditioni.

CAPVT VII.

SI CONDITIONES.Melius diceret pacta. repete quæ diximus.ſup.e.c.1.(Dicat)altero conſentiente, nã niſi ambo conſentiant non impeditur matrimonium.32.q.2.aliquãdo. ſi vnus dicat contraho tecum, ſi generationẽ prolis vites, vel quouſq; pulchriorem aliam inueniam,ſed alius contradicat matrimonium eſt, vt in præall. c.aliquando.ſed ſi taceat idem quia præſumitur contradicere in fauorem matrimonij,ſup.c.prox.

TITVLVS VI.

QVI CLERICI VEL VOVENTES.&c.

Votum quid ſit,& quis poſsit vouere vel nõ. in nu.2.

Vouentes) votũ eſt conceptio boni propoſiti cũ deliberatione firmata , quã quis ad aliquid faciendum, vel non faciendum ſe obligat. Et licet multa ſint vota ſecundum diuerſitatẽ rerum , q̃e vouentur,tamen votum continẽtiæ & matrimonium impedit,& dirimit iam con-
1 tractum. †Poteſt autem vouere quiſq; ſanæ mentis votum continentię,niſi ex-
2 preſſè prohibeatur: †quia vouens.i.ſpiritu,ſcil.ducitur , prohibẽtur autem vouerè coniuges,niſi per conſenſum. Item nec furioſus,nec ſeruus.Item nec impubes.i.puella minor 12.an. & puer minor 14.an,ſicut in matrimonio,& no. ſup. de deſpon.impu. puberes. & c. continebatur.imò fortè plus dicerem , quòd votũ non teneat,niſi ſit potens coire, quia qui non eſt expertus aculeos carnis , vouere continentiã non poteſt, etiam ſi ſit maior 14.an.quod tamen non placet. Alia autem vota facilius crederem poſſe quẽquam facere, poſtquã diſcretus eſt, quia ſicut poteſt ſe diabolo obligare per peccatum,ſic Deo per votum , tamẽ votum factum in minori ætate de monachatu tenet,ſi non contradixerit maior factus. 20.q.1.illud,&q.2.c.1.& 2. & ſup. de reg. & tranſ.c.ad noſtram. De voto ſolenni ſimplici dictũ eſt,ſup. de reg, & tranſ. ad relig.vidua,& c.porrectum.

CAPVT I.

DE DIACONO. (Diſpenſatiuè) no,laxã diſpenſationẽ epiſcoporũ.

CAPVT II.

EX LITERARVM.(Ordinem).i. religionem.(Ad aliores) de conſilio loquitur,nam etiam in ſuperioribus diſpenſare poteſt,ſup.c,prox.

CAPVT III.

1 *Profeſſus ſemel legitimè, amplius contrahere non poteſt.*

MEMINIMVS.(Cogendus) not. quòd ſemel profeſſus, dummodò faciat in manibus eius,qui poteſtatem habet recipiendi profeſsionẽ, vlterius contrahere non poteſt , ſed cogendus eſt ad regulam , quam profeſſus eſt tranſire, vt hic. Item dicimus in vouente & proponente ſeruare religionẽ, dummodò votum vel propoſitum ſolennizet per ſuſceptionem habitus , ſiue profeſsionis ſiue nouitij, vt hic. ſupr. de

regu. consulti. inf. eod. insinuante. si verò aliàs votum emittat, siue de intrando religionem, siue de continentia, impedit matrimonium contrahendum, sed non dirimit contractum, vt hîc. inf. eod. rursus. Idem dicimus si suscipiat habitũ sine emissione voti. inf. c. prox. supr. de conuer. coniug. ex parte.

CAPVT IIII.

1 *Professio super altare facta quando prodest & præiudicat.*

CONSVLVIT. (Velamen) probationis non professionis, nec fecit votum, quia tũc secùs. sup. c. prox. & sup. de regu. & transl. statuimus. (Intrauit) idem esset & si intrasset sine voto, vel proposito perpetuo mutandi vitam. sup. de reg. & trãs. statuimus. (Altare) hæc professio facta super altare, tunc prodest & præiudicat, quando hîc agitur de voluntate monachorũ, & ipsius profitẽtis, quòd obligatio professionalis hinc inde contrahatur, aliàs autem non præiudicaret. Vel dic, quod semper præiudicat, quando postea suscepit habitum sine protestatione. sup. de reg. & transl. consulti. & c. statuimus.

☞ †Obedientiam) hoc non sufficit, cùm etiam canonici seculares hanc promittant. sup. de maio. & obed. his. nisi obedientiam monachalem promitterent, puta quia omni suæ voluntati renunciarẽt, & omnia committerent voluntati abbatis, quia tunc talis obedientia pro professione sufficeret. 12. q. 1. non dicatis.

CAPVT V.

1 *Votum solenne sicut non tenet post matrimonium contractum: ita post sponsalia de futuro non tenet votum simplex.*

VENIENS AD PRAEsentiam. (Promisit) sponsalia fuerunt de futuro. (Seueritate) non fuit hîc metus qui caderet in constantem virum (Suis) eremitę. Votum, secùs si professiõem fecisset, vel habitum suscepisset, vt not. sup. eo. meminimus. vel se ei tradidisset. sup. de reg. & transl. porrectum. (Licentiam) de misericordia, nam de rigore iuris etiam post votũ simplex non datur ei licentia nubendi, licet contractum teneat. sup. c. proxi. vel ideò datur ei licentia, quia in perturbationem animi hoc facit. 17. q. 2. Gonsaldus, vel fuit potiùs permissio comparatiua, quàm licentia. Alij dicunt quòd sicut non tenet votum solenne post matrimonium contractum. sup. de conuer. coniug. quidam. sic post sponsalia de futuro non tenet votum simplex. arg. infr. c. proxi. vt hîc, cùm ergò non tenuerit, non debet ei nubendi licentia denegari, si postea impediret matrimonium contrahendum, tamen licet non teneat votum propter constitutiones ecclesiæ, tamen peccat contra faciendo, & seruare debet sic. sup. de conuer. coniug. quidam. & expone tribuere non postponas, id est non prohibeas.

CAPVT VI.

RVRSVS QVIDAM. (Emittens) sine aliqua solẽnizatione. (Innuit) hæc fuerunt spõsalia de futuro. (Nõ minus) id est non minori tẽpore, quia vtrunq; ad pœnam æternam. 22. q. 5. iuramenti. vel apud Deum, secùs tamen apud ecclesiam. Votũ sicut enim in sponsalibus priora sponsalia sunt consummanda. sup. de spons. sicut. sic etiam in voto & sponsalibus, si autem sponsalia præcedant votum, credimus quòd est cogendus vel solennizare votũ, vel perficere sponsalia. sup. de conuer. coniug. ex parte in fi.

CAPVT VII.

1 *Potest mulier in propria domo fieri monacha.*
2 *Non est contra substãtiam monachatus, quod quis in certo loco moretur et de certis reditibus viuat.*
Votum solennizatur per habitus susceptionẽ. Et an sine habitu votũ possit solẽnizari.

INSINVANTE I. Supplicatum quod faciendum non est. 36. q. 2. nullus. C. si nup. exresert. pe. l. 1.

1 †Vt in domo) cùm hæc conditio sit contra substantiam monachatus, videtur quòd non teneat. sup. de stat. mo. cùm ad monasterium. supr. tit. proxi. c. vltim. 32. quæst. secunda. solet illud. Respon. in matrimonijs, hîc secùs in monachatu. fi. 28. dist. diaconi. Vel dic, quòd potuit fieri monacha in propria domo. 27. quæst. 1. de viduis. & hoc ipso quòd etiã fit monacha omnia bona eius quò ad proprietatem fiunt episcopi, vel monasterij, cui specialiter se reddit. C. de epis. nulli. 19. q. vlt. §. vlt. & episcopus vel abbas potest sibi cõcedere vsumfructum

fructum ad voluntatem suã. Alij dicunt quòd deuenient ad succedentes ab intestato. arg. C. de epis. si quis presbyter. Alij dicunt, quòd sunt in pendenti. ff. de iudi. non quemadmodũ. & in canonem latæ excõmunicationis incidunt si verberatur ab his, qui vouet ũt, vel ab omnibus qui habitum portant. infr. de sen. excom. non dubium.

† Item dic quod non est hæc conditio contra substantiã monachatus, quod in certo loco moretur, & de certis reditibus viuat, sed aliquãdo abbas, vel quilibet superior potest hoc concedere ex causa. sup. de elect. cùm inter R. sed tamen nullus præterea potest se obligare, vt perpetuò dimittat aliquam ecclesiam, vel locum alicui monacho. supr. de stat. mo. cùm ad monasterium. sed & si obliget, non est contra substantiam monachatus, quia non ponit, oportet quòd habeat proprium, cùm in certo loco morando possit esse sine proprio, & in obedientia, sed tamen quia est turpis conditio, est reijcienda, & monachatus tenet, & si occurreret casus in quo abbas, vel superior vellent ex malitia remouere illum à loco, quem ei deputarunt, posset supplicare superiori, & superior eum audire deberet ad similitudinẽ ferui. C. de preci. impe. offe. l. 1. instit. de his qui sunt ☞ sui vel alie. iu. Vel dic, quod plus placet, quòd hæc mulier non erat monacha, & benè poterat habere proprium, & tamẽ non poterat nubere propter votũ solenne, q; emiserat, quod qualiter fieri possit no. sup. de reg. & transl. porrectũ. (Propriam) quidam autem sunt episc, vel monasterij. ☞ †(Habitum) per hanc habitus susceptionem solennizatum est votum, & ideò dirimit sequens matrimonium, vt not. sup. eo. meminimus. & hoc ideò est, quia apparuit voluntas eius de vita mutanda, imò plus dicimus, quòd sine habitu solennizatur votum, vt not. sup. de reg. & transl. porrectum. (Coërcere) de conuer. coniug. ex parte. in fi. Sol. ibi.

TITVLVS VII.

DE EO QVI DVXIT IN MATRIMO. QVAM POLluit per adul.

PROPOSITVM. (Mulier) quæ cũ non deliquerit, nec matrimoniũ teneat de iure, potest ab eo recedere, si postq; sciuit impedimentũ nullo modo cõsensit, qa ante mortẽ secundæ vxoris cùm nõ fuerit matrimoniũ, qa nõ potuit, pter impedimentũ alterius vxoris, nec post mortem fuit matrimoniũ, si ab eo discesisit, vel alia signa dissensus ostẽdit, & sufficit pro signo dissensus, quod etiam quando mulier credebat se legitimam vxorẽ ab eo discesisit, & etiam contra conscientiã. Et hoc sic probo, primus consensus nõ fecit matrimoniũ propter impedimentũ, nec potuit facere toto tẽpore vitæ alterius vxoris, nec post mortem potest fieri sine consensu, quem cõstat non adesse, ex quo ab eo separata est, licet iniustè: quia sine iudicio ecclesiæ recedere ab eo non debebat. infr. de diuor. porrò, sed si de nouo consentiret in eam, siue expressè contrahendo secum de nouo per verba formata, siue tacitè cohabitando sibi carnaliter, siue non carnaliter more solito cohabitando sibi in domo, vel alio modo. Dicimus q; quasi nouo consensu fit matrimonium, & non tantùm propter nouum consensum, sed etiam propter veterem, quia licet nullũ esset de iure, quia tamen effigiem matrimonij gestabat, & quia præsumuntur in eadem voluntate permanere. C. de nup. & si contra. ff. eo. nuptiæ. eos si quis.

† Sed dices quomodo ratificabitur per hunc consensum tacitum vel expressum id, quod nullum & illicitũ erat contra id quod est. ff. cõmo. l. 2. &. ff. de ver. obli. inter stip. § sacram. Rñ. hoc speciale esse in matrimonio. su. de despon. impu. duo. &. c. accessit. &. c. attestationes. ☞ †Vel dic quod generaliter verum est q; diximus, quia quotiescunq; ex alicuius consensu pendet, quod aliquid valeat si eius consensus accedat tacitus vel expressus, dummodò talis sit qui à iure nõ reprobatur, quod prius factum est, etiã si prius non valebat, tamen modò ex quasi nouo consensu valere incipit, vt ex nunc non vt ex tunc. ff. de offi. procõ. obseruare. §. fi. ff. ad Treb. sed & fi. C. commu. vtri. l. 1. & 2. ff. de do. inter vi. & vxo. cum hic status. §. si maritus. & præcedentes consensus tamen ad istum vltimum trahuntur. ff. de serui. rustic. præ. per fundum. Nec facimus vim, vtrum sciuerit aliam vxorem mortuam, necné, cum tempore quo potest eam habere vt vxorem, consentiat in eam vt in vxorem, & solus consensus faciet matrimonium. 27. quæstio. 2. sufficiat.

sed in hoc facio vim, quòd bona fide cõtraxit matrimonium cum isto viro, scilicet ignorans eum habere aliam vxorem: quia si sciens eum habere aliam vxorem contraxisset cum eo, nõ crederem quòd per huiusmodi tacitos consensus ratificaretur primum matrimoniũ, sed quod tantùm sicut priùs, scilicet per adulterium commiscetur ei, & hoc est verum, scilicet quòd sicut prædictum est ratificatur matrimonium ex parte mulieris ignorantis & bo. fi. vbi etiam ex parte viri interuenit cõsensus coniugalis. Sed si vir, qui sciebat impedimentum, nunc cùm potest, nollet matrimonialiter consentire in eam, cogi debet de nouo contrahere: vt no. supr. de spon. cùm in apostolica. si tamen post mortẽ prioris vxoris cõsuncti sunt, siue seiuerunt de morte prioris vxoris, siue non, amodo separari nõ possunt, cùm semel consenserint matrimonialiter coniungi, & eo tempore quo erant soluti. Alij contra, vt not. supr. de condi. app. super eo. Et idem credunt, si liber contrahit cum ancilla, ignorãs eam ancillam, quia si postea fiat libera, etiam siue sciat eam fuisse ancillam, siue non, si pòst cognoscat eam ratificatum est matrimoniũ. arg. inf. de coniug. ser. c. 2. Alij tamen benè vt nobis videtur contradicunt, nam ex cõsequentia prioris consensus videtur cognoscere. arg. ff. de adul. quamuis. & l. si mulier. ff. de mino. l. 3. §. Seio. nisi aliquo probabili arg. appareret, quod ei vellet matrimonialiter commisceri: vt no. inf. eo. veniens. & quod diximus de muliere, quãdo est inscia, idem intelligimus de viro insscio, & multò fortius, quando ambo sunt inscij. Quidam tamen in multis cõtradicunt his, quæ hîc notauimus.

CAPVT II.

1 *Sponsalia de præsenti etiam sine carnali copula facit, vt non teneat matrimonium cum secunda, cui fidem dedit.*

SIGNIFICAVIT. (Cõsenserit) per verba de præsenti, quia si sponsalia tantùm interuenirent non dissolueretur secundum matrimoniũ. supr. de spon. duo. licet (cognouit) no. sufficere sponsalia de præsenti, etiam sine carnali copula, vt non teneat matrimonium, cum secunda, cui fidẽ dedit & cognouit, tali sponsa viuente, scilicet de præsenti. (Alioquin) id est si non interuenerit coactio. (Ad secundam) scilicet quam desponsauit prima viuente.

CAPVT III.

SVPER HOC. (De facto) quia de iure nihil agitur matrimonio contrahendo per verba de præsenti (fidem) de ea ducenda post mortẽ suæ vxoris. inf. eo. cùm haberet. (Fidem) idẽ est & si cum ea contrahat statim per verba de præsenti, & cognoscat. infr. c. proxi. & seq. secùs autem si eam cognoscat, vel in domum adducat tanquam concubinam. inf. qui fil. sint leg. tanta. inf. eod. significasti. Item si cõtrahat tantùm siue per verba de præsenti, siue de futuro, & non cognoscat legitima viuente nõ impeditur post mortem cum ea contrahere. inf. eo. c. vlti. si autem cognouerit eã, antequam cum ea contrahat, siue pòst, non potest cum ea contrahere. inf. eo. c. vlti. machinatio autem sufficit etiam si copula carnalis nõ interuenerit, & etiam si fidem non dederit de ea ducenda, sed hanc intentionem habebat in occidendo marito. sup. de conuer. infi. c. 1. in fin. si autem occidisset eum, sed non hac intẽtione, licite posset eam habere in vxorem. arg. sup. de conuer. infi. c. 1. in fi.

CAPVT IIII.

EX LITERARVM. (Sumpsit) & ideò non valuit vir autem posset. (aliã) facti conscia̅. Superduxit tanquam vxorem: vt no. supr. cap. proxi.

CAPVT V.

VM HABERET. (Adulterium) hoc adulterium si non dedisset ei fidem de ea ducenda, vel nisi facto contraxisset cum ea de præsenti, non impediret matrimonium inter eos. sup. e. c. 2. & hîc. (Eam) facit conscia̅. (Contrahere) de facto, & hoc fuit legitimum impedimentum. (Quasi) ideò dicit quasi, quia in veritate matrimonium non est. (Necessaria) in alimentis, nam in debitis exoluendis, & alijs necessitatibus non tenetur subuenire. ff. de lib. agnos. si quis ab. §. si vel parens. Item quòd hîc dicitur intelligo secundum canones, nam secundum leges patres & ascendentes per lineam paternã, non tenentur alere filios, nisi iustos: matres autem & ascendentes per maternã lineam etiam vulgò quæsitos alere tenentur. ff. de lib. agnos. si quis. respons. 1. §. 1. De alimentis autem legitur & notatur. sup. de conuer. in fi. c. vlti.

CAPVT VI.

SIGNIFICASTI. (Alter) not. sufficere alterũ machinatum in mortem prioris, vnde etiã si vir in mortem suæ vxoris machinatur. adulteram propter quem ducendã machinatus est, ducere non poterit. ar. 31. q. 1. si quis viuente. & si machinatus est in mortem mariti cõcubinæ, multo fortius sup. eo. super hoc (Formam) not. etiam iniustè excommunicatum absoluẽdum, secundum formam ecclesiæ.

CAPVT VII.

VENIENS. (Cohabitauit) ex quo copula interuenit, siue ignoret mortuam priorem vxorem, siue non, ratificantur priora sponsalia, quia benè præsumitur q̃ ex quo timore peccati recessit ab ea, si postea redit ad eam, cùm sine peccato potest ei cohabitare, quòd matrimonialiter ei cohabitare intendit. (Adulterę) ducendo eã post mortem vxoris primę, quod non potest esse, nisi sciat eum habere aliam vxorem. (Adulterę) scienti quod aliam haberet vxorem, nam vir ei fidem dederat viuente vxore prima, sicut ex litera apparet. (Concedatis) & non compellatis.

CAPVT VIII.

SI QVIS VXORE. Ante fidem datam, vel matrimonium de facto contractum cognouit, quòd si primam nunquam cognouit, fortè præuentã morte vel religione, dicunt quidã, q̃ licet, non tenuerit matrimoniũ, q̃ viuente prima contraxit. su. c. proxi. tamen postea cum ea contrahere poterit cùm primã non cognouerit. Alij dicunt contra. & pro eis sufficere videtur. sup. eo. c. proxi. & c. 2. & hoc placet.

TITVLVS VIII.

DE CONIVGIO LEPROSORVM.

CAPVT I.

PERVENIT. (De consuetudine.) 33. q. 2. hoc ipsum. (Et viri) not. virum teneri ad sequendum vxorem cùm ex necessaria causa abest, aliter enim vxor tenetur sequi virũ ex quacunq̃ causa recedat. 13. q. 2. vnaquæq̃. ar. 33. q. 5. cùm apud. nisi vellet eam trahere ad maleficium. inf. de diuor. quanto. nisi esset vagabundus. 34. q. 2. si quis necessitate. Sequitur ad reddendum debitum, non ad facẽdum in eodem loco, vel morandum in eadem domo. (Potuerunt) quidam credunt hoc ius commune, Alij dicunt eos precisè cogendos, sed hoc de benignitate aliud tolerari. 32. q. 5. horrendus. inf. c. proxi.

CAPVT II.

QVONIAM. (Nemini separanda) quin sit matrimonium. Soluendum. sup. c. proxi. no.

CAPVT III.

LITERAS. (Cogi) supr. de iureiurando, quemadmodum. vbi not.

TITVLVS IX.

DE CONIVGIO SERVORVM.

CAPVT I.

1 *Seruus an et quando domino prius obedire debet, quàm vxori exigenti debitũ carnalem.*
2 *Dominus nõ potest vendere seruũ coniugatũ.*

DIGNVM. (Seruitia) & si simul cõcurrat vxor ad petendum debitum, & dominus ad petendum seruitiũ, quia de debito reddendo se citò expedit, videtur dominus malitiosè facere, si nec modicum momentum det seruo ad satisfaciẽdum vxori, vnde eius malitiæ non est indulgendũ. ff. de rei vẽ. in fundo, quia tamen non potuit se obligare in præiudiciũ prioris obligationis, & ga res transit cũ onere suo, primo obediet domino. ar. su. de iureiur. tua. nisi timeatur de adulterio, & tenetur eũ sequi, quo-

quocunq; dñs miserit eum, si tamen vellet eum vendere Græcis, fortè nõ posset, quia separari non debent. arg. C. cõmu. vtri. iud. possessionũ. 54. dist. fraternitatem. sed alicui propinquo cogi poterit ad vendendum bonis conditi. Interest enim, ne quis re sua malè vtatur. insti. de his qui sunt sui vel alie. iur. §. pe. ff. eo. si dñs. Item credimus si diuersorum serui & ancillæ copulentur, quia non debent ita diuidi, quòd sibi aliquando debitum reddere non possint.

CAPVT II.

PROPOSVIT. (Carnaliter) pendente autem lite non reddet sibi debitũ, sed prius excõmunicationem sustinebit. inf. de sen. excõ. inquisitiõi. secùs est in adultera quàm in vxore. de qua not. inf. de sent. excom. inquisitioni. (Audiuit) et credidit, nõ enim cuilibet referenti credendum est. 23. q. 4. quam magnũ. ff. quod cum fal. tut. l. 2. & titubans pro ignorante habendus est. C. de cond. inde. l. vlti. ff. de lib. ho. exhi. l. 3. §. his. (diuortij) & quidem error detestioris conditionis impedit matrimoniũ contrahendũ, & dirimit iam cõtractum, vt si liber contrahat cum ancilla, vt hîc per totum. sed secùs est si sit sibi error maioris, vel paris conditionis, vt si seruus cum libera contrahat, vel etiam cum ancilla, etiam si credat eam liberã, quia non habet quid sibi obijciatur. 32. q. 7. per totum. argu. inf. de diuor. significasti. Item alia ratione, quia edictum de matrimonio est prohibitorium, & tenet matrimonium seruorum etiam dominis contradicẽtibus (Mulieri) id est domino mulieris, vel de æquitate canonica loquitur.

CAPVT III.

LICET. (Conditionem) aliter enim est de iure. 32. q. 4. liberi. C. de rei ven. partus. (Patris) quãtum ad patrem sufficiebat quinquennium. C. ne de sta. de fun. l. 1. & l. si pater. (Iudicandum) non est diuortium faciendum.

CAPVT IIII.

AD NOSTRAM. (Intellexit) & credidit, vt no. sup. eo. c. 1. (Consenserit) repete q̃d diximus de eo qui duxit in ma. c. 1.

TITVLVS X.

DE NATIS EX LIBERO VENTRE.

CAPVT I.

TINDECENS ESSE. (Ad seruitium) id est, in seruitutem. C. de nat. ex lib. ventre. l. 1.

TITVLVS XI.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

Cognatio spiritualis diuiditur in paternitatem, & filiationem, & fraternitatem sororitatemq;, non enim procedit ad nepotes & vlteriores, filia enim spiritualis mea potest contrahere cum filio filij mei, licet non cum filio meo. arg. 30. q. 3. c. 1. & sufficit ea sola ratio, quia prohibitum non inuenitur matrimonium inter tales, & credimus quòd non solùm filio legitimo non potest copulari filia spiritualis, sed nec illegitimo, filio autem adoptiuo filia spiritualis legitimè copulatur.

CAPVT I.

1 *Consuetudo in matrimonio contrahendo valet, sed in contracto minimè.*

VTRVM AVTEM. (Matrimoniũ) fortè illi qui sunt. 30. q. 4. super quibus. (Post susceptũ) sed cõtra videtur, quia primus canon intitulatus est nomine Paschali 2. qui fuit post Vrbanum, qui est secundus intitulatus, sed potest dicere, quòd Gra. errauit in titulo, debuit enim dicere Paschali 1. vel loquitur de alijs canonibus, qui nõ sunt in nostris compilationibus. † Consuetudo) quæ in contrahendo matrimonio valet, sed in contracto minimè. ar. supr. de spon. duo. licet. &. c. tuas. inf. eo. super contra. ibi sol. quamuis dici posset, quòd cùm ista impedimenta sint per constitutionem ecclesiæ inducta per contrariam constitutionem, vel consuetudinem legitimè introductam poterit contrarium introduci.

CAPVT II.

SI VIR VEL MVLIER SCIENTER.

CA-

CAPVT III.

SVPER EO. (Ita quod) hîc redit ad primum casum, scilicet quòd quando filius per quem contracta est compaternitas contrahit. Alij intelligunt de alijs filijs, & exponunt verbum separare ad pœnitentiam agẽdam; non ad torum, vel in perpetuum.

CAPVT IIII.

1 *An possit quis ducere in vxorem cõmatrem.*
2 *Ite quæ cõmaternitas impediat matrimoniũ.*
3 *An fornicarius possit accipere in vxorẽ commatrem fornicariæ suæ.*

MARTINVS. (Bertam suscepit) postquam contraxit cum T. & eam cognouit, quia tunc ei compaternitatem quæsiuit. 30. q. 4. si quis vnus. secùs autem si copula secuta esset compaternitatem. 30. q. 4. c. 1.

1 † (Qui spiritualem post susceptum) tunc enim non sunt effecti vna caro ante compaternitatẽ, licet esset spõsa de præsenti, tamen non quæreret cognationem spiritualem, vnde nõ prohibetur aliquis commatrem, quam vxor quæsiuit, dum sponsa erat ducere in vxorem, alij tamen
2 dicunt contra. † Quibus autem casibus quis possit habere duas commatres vxores, & quæ commaternitas hîc impediat matrimonium, & quæ non, his versibus notatur.

Quæ mihi, vel cuius mea natũ fonte leuauit.

Hæc mater commater fieri mea non valet vxor.

Si quæ meæ natum, non ex me fonte leuauit.

Hanc post fata meæ, non inde vetabor habere.

3 † De fornicaria dicunt quidam, quòd si leuauit filiũ alterius de sacro fonte, nihilominus fornicarius potest accipere in vxorẽ commatrẽ fornicariæ suæ, quia spirituale proximitatẽ non potest quærere fornicaria. Alij dicunt q̃ sicut quæritur carnalis affinitas per fornicarium coitũ. inf. de eo qui cog. cõsan. vxo. sue. discretionẽ. & eadẽ ratione & spiritualis proximitas, maximè cùm canones idem constituant in vnione carnali, quantum ad inquirendũ spiritualẽ proximitatẽ, si autẽ duo leuauerunt eundẽ de sacro fonte, ipsi duo non prohibentur cõtrahere. Item si Martinus prohibetur accipere Thebergã, cuius filium Berta suscepit de sacro fonte, multò fortius prohibetur accipere filiam spiritualem vxoris suæ.

CAPVT V.

1 *Compaternitas per tria sacramenta contrahitur, Et quæ impediat matrimonium.*

CONTRACTO. (Salis.) de cons. dist. 4. sal. cœlestis. (Pabulo) ar. ex his quę præcedunt baptisma, non contrahi cõpaternitatẽ. 32. dist. in §. verũ contra. in fi. 30. q. 3. nõ oportet. super quibus. & q. 1. peruenit. de cons. di. 4. de hinc. &. c. in catechismo. Sol. hîc dixit per 7. sacramenta quæ sunt à primo pabulo sacrati salis vsq; ad confirmationem contrahi cõpaternitatẽ, quæ & impedit & dirimit matrimoniũ. & hæc decre. respondet, quòd puer erat tantùm filius concubinæ, non Petri, vel quòd hæc non sit decre.

Bar. dixit quia per tria tantùm sacramenta contrahitur cõpaternitas, per catechismũ, baptismũ, & confirmationem. de cons. dist. 4. in catechismis. & hęc decre. respondet, vt H. vel nõ tenuit ad totũ catechismũ, sed ad missionẽ salis tantùm. Ideò G. dicit, q; per dicta tria sacramenta tantùm cõtrahitur cõpaternitas, quorũ duo, scilicet baptismus, & confirmatio, dirimunt matrimoniũ, sed catechismus tantùm impedit, & non dirimit, & est ratio quia præcedit baptismũ, qui est ianua omniũ sacramentorũ. 22. dist. c. verũ, su. de pres. non bap. c. 1. & 3. Item est alia ratio, quia ante baptismũ nõ est filius ecclesiæ, quia sine baptismo nullus saluatur. 15. q. 1. firmissimè. & si non est filius ecclesiæ nõ est filius spiritualis, & sic nõ est spiritualis cognatio cõtracta, nõ ergò ppter hoc debet matrimonium separari.

CAPVT VI.

VENIENS AD APOSTOLICAM SEDEM.

CAPVT VII.

TVA NOS. (Filiam) Per quã contracta est compaternitas.

CAPVT VIII.

EX LITERIS VESTRIS.

TITVLVS XII.

DE COGNATIONE LEGALI.

CAPVT I.

SI QVA. (Per adoptionem) Legalis cognatio superioris ad inferiorem hoc semper prohibet, quia etiam collateralis impedit, dummodò durat, vt hîc, &, ff. de ritu nuptiarum per adoptionem.

ptionem. Item si filius adoptiuus cum vxore adoptantis, & adoptãs cũ vxore filij adoptati, etiã finita adoptione cõtrahere nõ potest. ff. de rit. nup. adoptiuus.

Et hæc vera sunt in filio arrogato, qui in potestatem adoptantis transit, nõ autẽ in adoptato, qui nõ transit in potestatem adoptantis, hîc enim licitè contrahit cũ filijs adoptantis. Item arrogatus licitè contrahit cum filijs illegitimis arrogantis, cùm nõ sint in eius potestate. Alij dicunt idem in arrogato & adoptato, arg. C. de adop. l. penul. §. pe.

TITVLVS XIII.

DE EO QVI COGNOVIT CONSANGVINEAM vxoris suæ.

CAPVT I.

SI QVIS. (Cum filiastra nec à matre) ipsa autem licitè exiget.

CAPVT II.

VENIENS. (Sponsę) de futuro (dispẽsatione). Dispensatio necessaria est, vbicunque aliquid fit contra ius, siue sint clerici, siue laici, (Eã) scilicet matrem.

CAPVT III.

DE ILLO. (Publicum) ita q̃ probari possit, nã melius est tacere, quàm deficiat in probationibus. 2. q. 7. plerique. secùs si esset sponsa de futuro. supr. de spon. præterea.

CAPVT IIII.

TRANSMISSAE NOBIS.

CAPVT V.

SVPER EO. (Quod separari) sup. de testi. præterea. contra solu. ibi. Separari. sup. de præs. tertio contra. sol. ibi.

CAPVT VI.

1 *Affinitas contrahitur per fornicariũ coitum.*

DISCRETIONEM. †Repetat) not. per fornicarium coitũ contrahi affinitatem. (Adulterij) not. dicit adulterium quod fit cum sponsa alterius de præsenti.

CAPVT VII.

2 *Affinitas vt contrahatur, necesse est vt fiat vtriusq; commixtio.*

FRATERNITATI TVAE. (Extraordinaria) & idem esset si extraordinaria pollutio non interuenisset. † (Ex extraordinaria) extraordinaria enim pollutio alterius tantùm etiam si intra claustra pudoris fiat, non facit affinitatẽ, nec matrimoniũ consummat, nisi ex affectu fiat matrimoniali. 35. q. 3. extraordinaria. † ad hoc enim vt cõtrahatur affinitas, necesse est sanguinis vtriusq; fieri cõmixtionem. arg. 35. q. 10. fraternitatis. vnde licet mulier iemẽ emittat, si vir nõ emittit, nõ cõtrahitur affinitas, & est ad hoc. ar. de frigido, qui palpitando potest mulierẽ prouocare ad seminis emissionẽ, & econuerso, & tamen nõ est ibi matrimoniũ, vel commixtio seminis, & ideò nec affinitas, sed si vir emittat in mẽbro mulieris, & non mulier, dubitari potest, tamen siue emittat, siue non, & etiã neutro emittente, tamen sponsalia primò facta ratificari crederẽ propter cõsensum matrimonialem, qui ibi est, vel præsumitur. ar. præalle. c. extraordinaria. dummodò sint matrimonio apti, vel proximi. su. de despon. impu. continebatur. hæc autem secunda sponsalia separantur, non propter affinitatem, sed propter publicę honestatis iustitiam.

CAPVT VIII.

EX LITERIS. (Puellę) cũ hac puella erant tantùm sponsalia.

CAPVT IX.

VENIENS. (Consulas) nam si nõ sponsam cognouit antequam sponsam de futuro, neutram habere potest. su. c. proxi. secùs si prius cognouisset sponsam, cum affinitas superueniens non dirimat matrimonium. su. eo. diseretionem. inf. c. proxi.

CAPVT X.

TVAE FRATERNITATIS.

CAPVT XI.

IORDANAE MVLIERIS.

TITVLVS XIIII.

DE CONSANGVINITATE ET AFFINITATE.

CAPVT I.

1 *In causa matrimoniali publicatis attestationibus, iterum super eodem articulo recipiuntur testes.*

EX LITERIS TVIS. (Subarrasset) per annulum (Reuixit) sæpè procedi ad inquisitionẽ, vel accusationem,

nem, & est hoc speciale in matrimonio, de hoc no. inf. de purga. ca. cùm dilectus. (Archipresbytero) qui vel ex consuetudine, vel ex delegatione cognoscebat, vel malè processit, & ideò quasi non teneat, quòd corã eo factum est mandatur de nouo procedi per abbatẽ (quarto) benè sufficiebat quintus gradus ad separationem, sed quia pars voluit se hoc onere probationis grauare, ideò de quarto gradu ꝓponit, vel hoc ideò dicit, quia habebat suspectos testes, & ideò non vult eos audire vltra quartum gradum, sed si vltra quartum gradum sunt, vult pro dispensato haberi, citra autem difficilior est dispensatio.

1 † (Si per testes) hinc colligit satis expresse, q̃ in causa matrimoniali post publicatas attestationes iterum super eodẽ articulo reperiuntur testes, non tantùm in causa appel. sed in causa principali. ad idẽ sup. de testi. cùm in tua. Facit etiã ad hoc, quia si res inde non obest, quin iterum cognoscatur de eodem, imò satis videtur, q̃ etiam in eadem causa iterato recipiet nouas probationes, non tantùm instrumentorum, sed etiam testium. ar. ff. de sen. & re iudi. lator consanguinei. ff. de testi. cùm in tua. (potestatẽ) sunt enim iudici necessaria scientia & potestas. 21. distin. §. 1. & §. aliter, ipsi enim præsumuntur maioris scientiæ & magis exercitati.

CAPVT II.

SVPER EO. (Nondum) &c. ff. & ita fuerunt tantùm sponsalia de futuro (fide) fides interposita est causa, quare solum dictum sponsi non sufficit sine adminiculo famæ. aliàs enim solus sufficeret. sup. de spon. præterea.

CAPVT III.

QVOD DILECTIO. (Sexto) hodie omnibus licet in quarto (legati) qui super hoc habebat speciale mãdatum, aliter non liceret. ff. de transc. vlt. (quoto) hæc regula non habet hîc locum, quia erat indulgentia, & consuetudo cõtraria (deferendum). ff. c. vlti. cõtra. Sol. hoc speciale est, quia hîc fuit dispensatio, quę cùm sit contra ius commune est restringenda, ibi loquitur de iure communi. sed argu. contra. ff. de consti. princ. l. vlti. sup. de do. cùm dilectus. Sed illa loquuntur de indulgentijs, quæ non sunt contra ius, vel in alterius præiudicium, quia in illis secùs. sup. de transla. præla. c. vlti. ff. quod quisque iur. l. 3. Item hîc secùs propter consuetudinem contrariam.

CAPVT IIII.

DE INFIDELIBVS. (Denotatos) & prohibentes matrimonium (Eos) si matrimonium est apud Iudęos, ergò indiuidua coniunctio. 27. q. 2. §. 1. quomodo ergò secundum vetus Testamentum conceditur libellus repudij, vt 34. q. 2. non satis? Respon. illud semper fuisse peccatum, sed permissione compatiua cõcessum. inf. de diuor. gaudemus. &c. quanto. sed ad hoc obijcitur, quòd vno infidelium conuerso ad fidem, alio nõ conuerso nolente sibi cohabitare sine cõtumelia nominis Christiani, soluitur matrimoniũ. inf. de diuor. gaudemus. &c. quanto. sed dic superiorem descriptionẽ locũ habere in matrimonio rato tantùm. Item obijcitur, non videtur esse matrimonium apud Iudæos, cùm secundum eos tamdiu duret, quãdiu libellus repudij detur. sup. de condi. appo. cap. vlti. 32. q. 2. solet? Respon. aliud est cùm à constitutione vel consuetudine habet, quod separari possit, aliud est cùm à pacto contrahentium, quod non licet.

CAPVT V.

QVOD SVPER HIS.

CAPVT VI.

QVIA CIRCA. (Obtinenda) non intelligas quod hîc obtẽta fuerit dispensatio super matrimonio, sed data fuit alicui potestas dispensandi, & ille cui commissa erat dispensatio, timuit, & benè ad dispensationẽ procedere, quia causa dispensationis cessabat, & hoc innuit hoc verbum obtinenda (dissimulare) propter maius malum vitãdum. dispensationem autem valere non credimus. argu. ff. de na. lib. l. 1. sup. de offic. ord. ex parte. inf. de sen. excom. cùm pro causa. sed ista dissimulatio habet vim dispensationis, ita quod decætero non potest separari ipsum matrimonium, nam stultum esset dicere, quòd maneret in adulterio.

a *Quia causa dispensationis. hũc dicit verũ intellectum Pe. de Anch. in cõsi. 208. inci. Iudex de iure. col. 3. post medium. & istud consiliũ habetur inter cõsilia Cardi. num. 29. & quotã. col. 4. in princip.*

CAPVT VII.

IVA NOS DVXIT. Hoc eſt no. (Filio) dicẽdo ſic, ego vidi vel audiui, quòd tales vocabãt ſe adinuicem patruus, & nepos, vel quia dicebatur, quòd ille fuerat frater patris, & alter filius patris.

CAPVT VIII.

1 *Præſcriptio in matrimonio non habet locum.*

NON DEBET. (De coniugio) cùm tantum in his caſibus, puta in ſecũdo & in tertio genere affinitatis, & in ſobole ſuſcepta ex ſecundis nuptijs ſit ſublata publicæ honeſtatis iuſtitia, videtur quod ſi olim, ſic hodie quis non poſsit habere vxorem duorũ fratrũ. 35.q.3. porrò. quidã tamẽ dicunt in omnibus ſublatam, niſi in ſponſa de futuro, de qua habuiſti. ĩ. de ſpõ. iuuenis. &. ĩ. de deſpon. impub. acceſsit (perpetuam) hodie ergò circa matrimoniũ nõ erit p̃ſcriptio.

CAPVT IX.

VIR QVI A STIPITE. (Licitè). ĩ. eod. quod dilectio. contrà ſolue ibi.

TITVLVS XV.

DE FRIGIDIS ET MALEFICIATIS ET IMPOtentia coeundi.

CAPVT I.

1 *Impotentia coeundi quibus modis probetur.*
2 *Frigiditas uiri quotupliciter probetur.*
3 *An admittatur probatio mulieris uolẽtis per aſpectum corporis probare ſe uirginem.*
4 *Cuiuſmodi iuramentum requiratur contra matrimonium.*
5 *Quãdo probationes uiri & mulieris ſunt pares circa impotentiam coeundi, quæ præferantur:*

ACCEPISTI MVLIEREM. (Per menſem) idem eſt ſi per annum vel diem, idem eſt ſi per centum annos. † (Per verum) per iuramentum vtriuſq; cum ſeptima manu propinquorum, 33. quæſt. 1. cap. 2. vel quia membrum habet aridum, & eſt tutius, quòd tunc etiam per triennium expectent, cùm finale iudi- ☞ cium de futuro pendeat. inf. eod. lauda. & cap. fraternitatis. in fi. tamen non creditur neceſsarium, quòd tantùm expectent, ſi aliter cõſter indubitabiliter de eius impotẽtia, puta quia iam plenè adultus eſſet, & indubitabiliter ariditas appareret. inf. eod. lauda in princi. & c. fraterni. ibi ſed per errorem. Vel poteſt dicere, quòd principium huius decre. loquitur, quando cõfiteturambo impotentiam viri, & tunc ſi per vnum menſem ſimul dederint operã copulæ coniugali, etiam ſi non appareat impotens propter paruitatem & ariditatem membri, & etiam quia mulier incorrupta oſtenditur, & etiam ſi hoc non appareat, ſed virum impotentem dicunt, tamen neceſſe eſt, q̃ ſeptima manu propinquorum hoc probetur, vt hîc, quia poteſt eſſe, quod licet membrum ſit paruum & aridum, tamen ſemen poteſt emittere, ſicut & vrinam emittit, & propter hoc dubium, non ſufficit probatio aſpectus corporis vel cõceſsio, niſi adſint iuramenta propinquorum. Item non ſufficit, quòd vna die mãſerit mulier cum viro, imò neceſſe eſt, quòd ad minus per menſem fuerit in experientia copulæ cõiugalis. Item ſi ſteterit cum viro pluſquã per annum quòd non reclamet, etiam ſi poſtea omnia indicia frigiditatis viri oſtẽdere velit, & etiam iuramenta præſtare vlterius nõ audiuntur, quia omnibus modis præſumitur carnalis copula interueniſſe, quamuis in hoc caſu poſſet dici probabiliter, quòd etiã poſt annũ & ſemper, ſi confitẽtur impotentem virũ ſeparari debent iuramẽtis præſtitis, & maximè ſi prędicta iudicia frigiditatis apparent. Sed videtur quòd deberent eſſe triennio in probatione copulæ coniugalis. inf. eo lauda. So. illa loquitur, quando nulla vel pauca ſigna frigiditatis apparent, & tũc erit neceſſarium trienniũ, vel intelligitur, quando fuerint ſimul pluſquam per annum, quia & tunc poteſt mulier petere ſeparationem, ſed triennio erunt in probatione, vel illud habet locum, quando prius non poteſt probari frigiditas viri, quia tũc dãdum eſt trienniũ, & hoc ipſum ſonat litera illius. c. Sed quia hîc ante probatur frigiditas, non eſt neceſſarium trienniũ, vel hîc loquitur, quando vterq; cõfitetur, ibi quando alter tantùm, ſed & quãdo ambo cõfitẽtur videtur neceſſe hoc triennium. inf. eo. c. fi. ſed dic ibi loqui vltra annum quando cum eo manſerat.

† Secunda aũt pars huius decr. loquitur, quando mulier dicit maritũ frigidum, ſed ipſe negat. In hoc caſu enim ſi per ſex mẽſes ſteterit cũ marito ſine reclamatione, nunquam decætero prætextu frigiditatis poterunt ſeparari, & hoc ideò quia præſumitur ab eo cognita, nec proderunt

runt ei prædicta indicia frigiditatis viri & ſuæ virginitatis, quia poteſt eſſe, q̃ propter modicum membrum viri, mulier adhuc apparet integra, vel aliter timeẽ oculi deceptio. Tertia pars dicit, quod ſi tãtùm per duos menſes, vel per minus ſpatium ſex menſium fuerit cũ viro, & tunc reclamauerit de frigiditate viri, etiam ſi vir neget, tamẽ ſi probauerit per iuramẽta frigiditatem viri, & nihilominus per alia indicia viri, vel per aſpectum ſui corporis, ſeparabitur matrimonium, ſed in hoc caſu, non eſt neceſſe triennium experiẽtiæ copulæ coniugalis, vt in illa decre. laudabilem. & hoc ideò, quia citò reclamauit, ſed in ſecũdo caſu hîc. ſup. proxi. not. poſſet dici ſuccurri mulieri, quæ nimis tacuit per experientiã triennij, ad hoc facit decre. laudabilem, & hoc magis literæ conſonare videtur quicquid dicat glo. not. in hoc caſu, & in c. laudabilem.

2 † Et no. q̃ tria argumenta inuenta ſunt ad probationem frigiditatis, ſcilicet aſpectus corporis, iuramenta ſeptimæ manus propinquorum, & triennium, ſed diſcretus iudex prouidebit, & vtrũ vnũ ſolum, vel duo, vel omnia tria argumenta faciat præſtari, & cùm in ſententia ſeparationis matrimonij periculum animæ vertatur, meliuseſt quòd ſuperabundent probationes, quàm deficiant. (reparare) not. contra ſententiam veniri veritate manifeſta (reparare). 33. quæſt. 1. ſi perſor. contra ſolu. illud tenet quando propter maleficiũ ſeparatur, ſed hoc quando propter frigiditatem. Alij dicunt illud derogatum & melius (dimidium) idem ſi poſt duos mẽſes, vt inf. ſequitur. hoc non placet.

3 † (Credendum) niſi mulier per aſpectũ corporis velit probare ſe virginem, quæ probatio præfertur, ſup. de proba. propoſuiſti. Aliqui tamen dicunt, quod in hoc caſu etiam ſi mulier per aſpectum corporis velit probare ſe virginem, nec admittitur, cùm poſsit & conſenſiſſe videatur eum habere vt fratrem, & ſi non poſsit eum habere vt maritum. inf. eod. conſulta. & quia ſi propter frigiditatem viri ſepararetur, daretur mulieri licentia nubendi alij, ſed poteſt eſſe, quòd mulier eſt virgo, non quia vir ſit impotens, ſed quia ſibi coniungi non vult, & tunc non eſt licentia ſibi danda nubendi alteri, ſed vir cogendus eſt ad eam accedere, ſi autem ambo confiterẽtur virum impotentẽ, licitè ſeparari poſſent, cum ſolennitate ſupradicta. ſup. eod. in princi. (caput). 33. quæſt. 1. ſi quis vxo. & ſunt hæ rationes, quia tractu temporis præſumitur contra eam. ſup. de ſpon. ad id. & quia quilibet præſumitur potens. 50. di. quia. Et quia ſtat pro matrimonio quod eſt fauorabile. 32. quæſt. 1. dixit.

4 † (Per rectum) id eſt, iuramentum cum ſeptima manu propinquorum mulieris, nam quando aliqui confitentur contra matrimonium, ne colludant hoc iuramẽtum eſt neceſſariũ. ſup. de eo. qui cog. cõſan. vxo. ſuæ. ſuper. 33. quæſt. 1. ſi quis. niſi fama eorum aſſertionem adiuuet, quia tunc exoneratur probationibus horum iuramentorum. 35. quæſt. 6. ſi duo. hoc nõ placet, quando petitur ſeparatio propter frigiditatem, vbi parũ aut nihil fama valere poteſt. Sed ſecùs eſt in conſanguinitate, vbi multum valet fama, ſed de hoc plenius no. ſup. de præſum. tertio. ſed licet non credatur contra matrimonium, vt hîc dicitur, pro matrimonio benè creditur, niſi eſſet impedimentum alterius matrimonij. 31. quæſt. 2. Lotharius. vel niſi de falſo ſuſpecti eſſent, & quod dicitur nõ credi eis contra matrimonium intelligẽdum eſt ſeparandum, ſecùs ſi vellent ſeparare torum propter continentiam. 33. q. 5. quod Deo.

5 † Contra id quod hîc dicitur. ſ. quòd creditur mulieris iuramento cum 7. manu. Sic opponitur. Quid erit ſi maritus cùm totidem ſit paratus iurare, q̃ ccire poteſt, vel quòd cognouit eam, dico quòd tunc præfertur probatio viri propter rationes, quas hîc notaui. Habet ergò locum, quod hîc dicitur, quod vir tantùm & ſimpliciter dicit, quòd cognouit eam, mulier autem & dicit, & iurat cum ſeptima manu propinquorum aliqua etiam præſumptione ariditatis vel alia prędicte. Poteſt etiã intelligi, qa ſi mulier dicit ſe incognitam & virginẽ, & vir dicit ſe cognouiſſe, ſi poſt duos menſes hoc dicat mulier, non admittetur probatio mulieris volentis ſe probare virginem per aſpectum corporis, ſed tantùm viro creditur, cùm ſæpè fallatur oculus. 27. q. 1. nec aliqua. Idem etiã ſi vellent eum probare maleficiatum non admittetur mulieris probatio, & hoc propter rationes in alia gloſſa aſsignatas, ſecùs autem ſi vellent probare per aſpectũ corporis maritum frigidum, vel maritus mulierẽ arctã, quia in hoc benè admitteretẽ eius probatio, cùm hæc ſatis de facili cognoſcãtur, ſecùs autẽ ſi ante duos menſes proteſtetur de impotentia mariti.

CAPVT II.

1 *Senes an & quando contrahere possint.*

QVOD SEDEM.(Impotentes)propter frigiditatem,vel alio perpetuo impedimẽto, nam senes licet sint impotẽtes propter defectũ caloris, quia tamen beneficio medicinę coire possunt,& contrahere possunt.ar.C. de nup. sancimus. 31. q. 1. apparuit. & c. quod si dormierit. De paruulis aũt dic vt no.ꝛ.de despon.impu.puberes.& c.continebatur.

CAPVT III.

1 *Vitium de nouo contingens non debet separare matrimonium.*

EX LITERIS TVIS.(Contraxit)id est, contraxisse apparuit, si enim certum esset, quòd infirmitatem propter impotentiam mariti contraxisset,non benè sequeretur,quòd sit vitiũ, etc. nec propter vitium de nouo contingens debet separari matrimonium.

CAPVT IIII.

RONSVLTATIONI Tuæ. Incredibile) satis apparet hîc hanc decr.loqui in eo casu, quando quis cõtraxit scienter cum impotente, operatur enim scientia eius,quòd eam teneat in sororem, si autem ignoranter cõtraxisset cum arcta, non cogeretur eam habere vt sororem,licet posset si vellet.inf.c.proxi.potens autẽ si cum alia contrahat semper tenet matrimonium quamuis in primo casu arctam vt sororem tenere cogatur & alere.

CAPVT V.

IAVDABILEM.(Requisisti). Prima pars decre. loquitur, quando vnus coniugum dicit se cognouisse, alter diffitetur , quia tunc debet dari triennium & iuramentum 7. manus propinquorum alterius coniugis, scilicet negantis copulam. Secunda autem pars loquitur,quando vterque confitetur, & tũc non est necesse dari triennium,sed sufficit septima manus parentum vtriusque coniugis. Intellectus huius decre.satis declaratur.sup.eod.c.1.in glos.quæ incipit, per iuramentum(naturaliter).i.in his qui naturaliter frigidi dicuntur (celebrati coniugij)& cohabitationis, ex quo dederunt opera copulæ carnali.33.q.1.si quis. †(Prius) nam si primò probari posit,puta quia habet membrum siccum & aridum , statim petenti dabitur licentia contrahendi. inf. c. proxi. quãdo autem est dubium expectat per triennium. Authent. de nup.§. per occasionem. vel melius si confitentur & multa indicia frigiditatis appareret, & insuper præstaret iuramenta parentũ, vel aliter vt not. sup. eod.c. 1.in glo. per iuramẽ.(Triennium)tanto tempore expectabit maleficiatus,nam si hoc tempus sufficit naturaliter frigidis , multò fortius illis qui non contraxerunt à primis componẽtibus vitium.inf.c.vlti.Nos dicimus,quod propter maleficium, nunquam separatur matrimonium,vt no.inf.eo.c. proxi.(voluerint).i.non potuerint(decretum)33.q. 1.quod autem(per iudicium). i. aspectum corporis vel testes.sup.de proba.proposuisti.erat enim virgo,nec habet necesse habere septimam manum propinquorum, vel dic cùm sæpè oculus fallatur.27.quæst. 1. nec aliqua. semper necessaria est septima manus. inf. eod.c. vlti. in arcta tamen secùs dicerem inf.c.proxi.quæ est infallibilis probatio,nec placet.

Alij dicunt, id est,per aspectũ corporis viri, quòd siccum & aridum membrũ habet , & non est hîc necessarium habere 7. manum propinquorum , sicut & vbi probatur arcta .inf.c.proxi. (separentur) tam vir quàm mulier,secùs si propter maleficium , quia potest esse maleficiatus cũ vna, & non cum altera.33.quæst.1.super sortiarias. hoc non placet (vxorem) vxor enim esse non potest,cùm non ibi esse duo bona matrimonij, proles & sacramentũ. 27.q.2. omne(cognouerint)nec per aspectũ corporis probare possint, cùm sit mulier corrupta , & vir habeat membrum aptum (vterque) Quid si alter iurare nolit? Respon.vt dixi sup.eod.c.in gl.per iuramentum (effecti) hîc iurabunt principales, purgatores autem quòd credunt eos verum iurare..argu.inf. de purg.ca.quoties. Quales autem debeant esse purgatores, dicitur de pur.c.inter.(tunc)scilicet principales & sacramentales,si scienter malè iurant.

CAPVT VI.

1 *Mulier non apta pati uirum, si postea, uel per opus medici , uel per concubitum alterius uiri reddatur apta, semper est restituenda primo, & de hoc uide in num. 3. 4. & 6.*

Id quod

2 *Id quod non nisi illicitè fieri potest, dicitur nõ posse fieri.*

5 *Quando sententia ualeat contra rem prius iudicatam.*

Votum an & quando impediat matrimonium.

6 *Ecclesia sæpè in his , quæ sunt de iure naturali, & specialiter super matrimonio, & cõtra matrimonium constituit.*

7 *Comparatur arcta frigido.*

FRATERNITATIS. (Prouidas) id est, peritas.inf. eod.c. si hęc autem duo in eis requiruntur, quòd sint honestæ & peritæ.ff. de vent. inspi. l. 1.ꝛ. c.vlt.& sup.de proba. proposuisti (sub periculo) imò iurare debent. sup. de proba. proposuisti. & hoc modus est iurandi(derat)id est, inutilis erat ad matrimonium contrahendum (qui) non dicitur autem, quod hic fuit medicus,vel concubitor,& ideò hinc orta est causa dubitationis(solẽni) deuouendo se alicui religioni in manu eius qui potestatem habeat ordini aggregãdi.Nos tamẽ dicimus idẽ,& si nulli religioni se deuoueat, sed aliter solennizet votum, quòd qualiter esse possit, not.de reg.& trãse. (porrectum.(Religionẽ)quia transeundo ad religionem,& solum modò habitum nouitij suscipiendo, simplex votum solennizatur.sup.de reg.& transf.cõsulti.& c.statuimus.

1 †Miraculum) melius placet, quòd siue per opus medici etiam cum corporali periculo,siue per concubitum alterius viri,etiam dissimilis in genitalibus reddatur apta primo , semper restituenda est primo,& hoc satis apparet, vbi dicit propter diuinum miraculum , etc. hoc ipsum etiã probatur rationabiliter, quia si mulier est arcta vni omnibus arcta est,& si vni est cognoscibilis, & omnibus est cognoscibilis. Item si vni est cognoscibilis , non est arcta.Item si aliquando est cognoscibilis,nõ habet neque naturale, neque perpetuum impedimentum , & si ita non est à primo viro separanda,& si separata fuit per errorem,comperta veritate debet primo viro restitui,vt hîc. Item quòd dixi de corporali periculo , sic probo, quia si ante incisionẽ in corporali impedimento contraxerat cum vno solo, nulla ratio est, quare non debeat complere promissionem factam de matrimonio contrahendo cum eo,& etiam imputandum esset mulieri, si postea cũ alio cõtraheret, si verò ante incisionem cum pluribus contraxisset, sicut cum primo non tenet matrimonium , sicut falsò asserũt, multò fortius nec cum secundo, vnde secundo nullo modo restituenda est, restat ergò, quòd semper est primo restituenda in hoc tamen articulo.s. quando per incisionem periculosam redditur apta primo, videtur contraria litera præsens.s. absque corporali periculo , sed expone.i. absque morte. q. d. si mors non fuerit subsecuta ex medicamine , semper restituenda est primo viro , & hoc innuit quod sequitur. inf. §. per hoc tã grauis. vt ea mortis peri.etc. hęc glos. placet.(Humanũ)siue medici siue mariti tam cognoscentis etiam cum aliqua violentia , sed absque periculo corporis , nam licet per assuefactionem alterius posset reddi , habilis marito, vel etiam mariti, sed non nisi cum corporali periculo,nõ crederem matrimoniũ tenere,vnde si nubat alij,non simili tenebit matrimoniũ,hoc non placet.

2 †(Humanum) licitum, nam quòd non nisi licitè fieri potest , dicitur non posse fieri. 22.q.2.faciat.non enim crederem licere per assuefactionem alicuius iuuenis, qui & paruum & durum membrum haberet aliquam inhabilem ad cognoscendum ab aliquo,qui haberet maius & debilius membrum habilitari eidem. Imò etiã si postea fieret habilis per vsum talis adulterij, non tamen est inter eos matrimonium , sed sponsalia tantùm, sicut in impuberibus.sup.de despon.impu.puberes.hoc quòd dicitur de impuberibus non placet, vt no.sup.eo. c. 1. & sup. de despon.impu. puberes.

3 †(Humanum) hinc colligitur so. pe. quæstionis huius.c.nam licet aliqua arcta est , cum graui periculo artificio medici posit fieri apta , non tamen est idonea ad matrimonium contrahendum , & si contraxisset postea reddita apta opera medici,& nubat alij, tenebit matrimonium cũ secũdo, secùs autem si leni incisione apta reddi,hoc placet,sed dic vt glo.melius(probabilem) quia contra veritatem fuit lata sententia,licet probabiliter contra veritatem fecerit(simili)per omnia,quo ad coëundum , nam posset alij similis in statura, esset tamen ei disimilis in genitalib. mẽbris,vnde in hoc casu teneret matrimonium cum secundo , nec restitueretur primo, licet per vsum secundi ei apta redderetur, & per hoc intelligitur solutio vlti.quæstionis,hoc non placet.

4 †(Commiscetur)fortè quia primus nõ dedit operam tantam copulæ quantam secundus, vel etiam modicam angustiam in coëũdo noluit sustinere, vel calida ele-

ctuaria ſumere, vel etiam noluit expectare aliquantum temporis, vt creſcente perſona, creſceret & membrum, quæ omnia fecit ſecundus, & ideò ſeparatur à ſecundo, & reſtituitur primo.

§ †(Dicimus) not. ſententiam valere contra rem prius iudicatam, dicunt quidã hoc ideò tenere, quia ſpeciale in matrimonio. Vel dic, veritate manifeſta in iudicio, cùm non fuerit ante ſententiam exceptum valere ſententiam circa rem prius iudicatam. argu. ſup. de ſent. & re iudi. cùm Bertholdus. vbi de hoc & idẽ eſt etiã ſi notoriè appareret ſententiam iniuſtam, vt hîc. & inf. de purg. vulg. c. 2. nam veritas valet & inualeſcit. 8. diſtin. conſuetudo. †(Religionem) ſine voto ſolenni, nam de eo ſequitur, ſed tamen ſimplex votum emiſerat, quod fuit ſolennizatum per habitus ſuſceptionem, vel per ingreſſum in religionem. Nobis videtur idem, ſi ſolenniter vouit, & hîc loquitur de ſolenni vouente, & poſtea ingrediente monaſteriũ (authoritate) ſup. de conuer. coniug. c. ex publico. (alioquin) id eſt, ſi non tranſiuit, tamen ex hac decre. ſatis manifeſtè colligitur, quod etiam ſi mulier vouerit ſolenniter, & etiam conſentiente viro, & etiam quod plus eſt, etiã ſi vir nupſerit poſt votũ vxoris, niſi mulier monaſterium ingrediatur, tamen matrimonium primò contractum reintegratur, ſicut hîc plenè probat, vbi dicit, quòd vir iſte cogendus eſt redire ad hanc mulierem, à qua per arctationem ſeparatus eſt, niſi ipſa poſt votum ſolenne nupſiſſet viro, qui tunc nõ cogitur ad eam redire, quia eſt adultera.

☞ †Et ſic apparet, quod cauſa diuortij quo ad votũ eſt inter iſtos, non votum ſolenne, ſed adulteriũ. Sed huic multum videtur cõtradicere decre. ꝛ. de conuer. cõiu. ex parte. in fi. ſed certè ſi benè intelligit, non contradicit, imò potius concordat, nã hîc & ibi innuit, q; aliud eſt ingredi monaſterium, vel voto obligare ſe ad obſeruantiam regularẽ de preſenti, & iſtud votũ nõ tantùm impedit contrahendũ matrimoniũ, & dirimit iam contractũ. ſ. poſt votũ, ſed etiam dirimit contractũ ante votum, dũmodò non interuenerit, carnalis copula, vt hîc plenè habes. &. ꝛ. de conuer. cõiu. c. ex publico. & c. ex parte. & aliud eſt vouere ſoleniter continentiã, quod qualiter ſit, no. ꝛ. de reg. & tranſ. porrectũ. & iſtud votum non dirimit matrimoniũ contractum ante votum. ꝛ. de conuer. coniu. ex parte. ſed impedit contrahendum, & dirimit etiam contractũ poſt votũ, & hoc expreſſè habes hîc. &. ꝛ. qui cle. vel vo. c. inſinuante. vbi loquit de vouente continentiam, & non de profeſſa aliquã religionẽ, alioquin malè ibi diceret, quòd ſibi domus propria remanſiſſet, q; eſſet contra ſubſtãtiam profeſsionis. ꝛ. de ſtat. mon. cùm ad. & aliud eſt vouere ſimpliciter, & iſtud votum tantùm impedit contrahendũ. ꝛ. qui cle. vel vo. rurſus (voto) ſolenni etiam ſine tranſitu ad religionem, ſi enim ſolenniter vouit, cogenda eſt monaſteriũ intrare. ꝛ. de conuer. coniu. ex parte. in fi. (alij) præterquã V. de quo ſibi non imputatur; cùm intenderet ſibi matrimonialiter copulari.

6 †(Dubitabilis) ſcilicet, de facto, ſcilicet, an poſſet cognoſci à primo, ſomniat qui ſic exponunt, & dicunt, quòd non ſolùm ſemel, ſed etiam manens cum ſecundo centies concedenda eſt primo viro, vt expiatur, an poſsit eam cognoſcere, quod quam ſit abſurdum exponere eos extraordinarię pollutioni, & quòd aliena vxor ita ab alio contractetur quilibet etiam inſipiens videret. Alij autem ſic exponũt & benè, id eſt, quamdiu dubitat, an ſententia ſit reuocanda, vel an ſecundus ſit ſimilis primo, nec cognoſcet, an ſit apta per cognitionem viri primi, ſed per aſpectũ corporis viri vtriuſq;, ſi enim ſimilia membra haberent, præſumit q; ei cognoſcibilis ſit, & ſic redderetur ei. Alij dicunt, q; quamdiu de iure dubitabile erat, an ſit ſeparata propter arctationẽ, & ꝓpter ſententiã eccleſię, poſſet alij nubere, & an etiã poſſet probare, ſi inueniret quempiã ſibi aptum, ante tẽpus enim huius decre. de hoc dubitabat à Iuriſperitis, nec erat adhuc iſte articulus per eccleſiã terminatus, nec eſt iudicanda hæc mulier fornicari, nec peccare cùm p eccleſiã mulier ſoluta à primo viro, licitè poterat cum alio contrahere. Eſt enim ꝓhibitorium ædictum de matrimonio. ꝛ. de ſponſ. cùm apud. Nec valet ſi dicas matrimoniũ eſſe de iure naturali, ergò ibi ignorantia iuris non excuſat, ſi quis illud violat? Reſpõ. quia in his quæ ſunt de iure naturali, & ſpecialiter ſuper matrimonio, & contra matrimoniũ ſæpè conſtituit eccleſia, ſicut apparet, quia quandoq; prohibet vſq; ad ſeptimũ gradum contrahi, aliquãdo vſq; ad quartũ. ꝛ. de conſan. & affi. non debet. ꝛ. de conuer. coniu. ex publico. & c. ex parte. & no. ꝛ. de biga. c. 1. Alij tamen dicunt, q; licet non debeat iudicari fornicaria, tamen in veritate peccabat, quia hæc dubitatio iuris, nõ tollit peccatũ, cùm in iure naturali maximè errare nõ liceat, ſed à pœna cõſtitutionis humanæ benè excuſat, q; nõ extenditur vltra intentionẽ conſtitutionis, quæ videtur fuiſſe talis, & debuiſſe eſſe, quòd ſi aliquis faceret contra conſtitutionẽ eccleſiæ, quæ eſt quòd coniuges caueãt ab adulterijs, & ſi aliquis cõmiſerit adulterium, licitè dimittitur, q; ſic intelligi debet, ſi commiſerit adulterium declaratum per conſtitutiones eccleſiæ, ſed cùm in hoc caſu non eſſet diffinitum, quinimò apud ſapientes plurimum dubitabatur, etc. plures in eam opinionem declinabãt, q; eſſet matrimonium cum ſecũdo, & ita non debet iudicari adultera, vel peccare. Vel melius dicamus, nõ debet iudicari teneri pœna decre. quæ dicit, quòd fornicaria punitur in ſeparationem tori, ſi alij tanquam marito commiſcetur, cùm hoc ante conſtitutionem iſtam non eſſet diffinitum à iure, & probabilem cauſam dubitationis haberet, nam & quidam dicebant, quod maleficiatus ſi contraxit cũ alia, non fornicatur, nec peccat, vt inſequent. c. dicere videtur licet nõ dicat. Sic per ſimile eis videbatur de arcta, quod nubendo alteri, nec fornicatur, nec peccat, eccleſia tamen contrarium ſtatuit, quod nõ poſſet cum alio contrahere decæterò, ſcilicet, poſt hanc decre. ſed ſi ante hanc conſtitutionem ſic ſeparata per probabilem errorem nupſiſſet, alij non tenet matrimoniũ cum ſecundo, & reſtituenda eſt primo. Nec obſtat exceptio adulterij, cùm ante hanc conſtitutionem nõ erat prohibitum, nec præceptum quod reſtitueretur primo viro, ſi poſt ſententiam primo viro apta fieret.

7 †Comparatur enim arcta frigido, cùm frigiditas & arctatio ſint naturalia vitia, & non maleficiatio, quæ eſt vnum vitium accidentale. Et debes ſcire, quod poſt cõſtitutionem iſtam, ſi poſtea etiam matrimonialiter alij adhæreret fornicaretur, & peccaret, & pœna fornicaria teneret, cùm iam huiuſmodi dubitatio hîc ſit ſoluta. Et hanc opin. probat prima ſententia, quam tulit diuortij inter hanc mulierem, & ſecundum maritum, ita quod nec quæri fecit, an eſſet apta primo, nécne, vel vtrum vir ſecũdus in genitalibus ſimilis eſſet primo, nécne ſecũdo probatur vera, quia impedimẽtum eius remotum fuit abſq; corporali periculo, & ſine diuino miraculo hoc etiam ipſum probat finis decr. vbi dicit, de talibus autem non facile eſt iudicãdum, cùm finale iudicium pendeat ex futuro, & hoc magis placet (per hoc autem) ſcilicet, quod ꝛ. dictum eſt, quòd illud impedimentum nõ erat propè, etc. (per hoc) id eſt, per ſentẽtiam quam tulimus in hoc negotio, in qua non diſcuſsimus de corporali periculo, neq; de ſimili viro, ſed tantùm quia nobis conſtitit, mulierẽ non arctam eſſe primo, eam ſibi reſtituendã decreuimus. ſic ergò decæterò faciendũ eſt, quia non eſt curandum de periculo, neq; de ſimilitudine virorum. hoc placet (idonea) & eſt reſpondendum, quod non eſt idonea, quia per opus humanum abſque corporali periculo non redditur apta primo, plus placet quod idonea ſit, quia perpetuum impedimentum non habet, vnde dicimus quod ſeparata à viro propter arctationem ſi incidatur etiam cum periculo tamen priori viro reſtituẽda eſt, & hoc ſatis apparet ex ſententia Papæ, licet olim aliter diſtingueretur (de talibus) ſcilicet, de his duabus quæſtionibus. ſ. de diuidendis vxoribus propter arctationem mulieris, vel frigiditatem viri (ex futuro) quia ſi fuerit apta ſecundo reddetur primo, & conſtat primum matrimonium fuiſſe.

CAPVT VII.

1 *Maleficium ſi eſt temporale, non dirimit matrimoniũ, ſi verò eſt perpetuum dirimit.*
2 *Poteſt quis cum una, non autem cum altera eſſe maleficiatus.*

1 ITERAE VESTRAE. Al. hîc conuincitur, quòd hæc decre. loquitur † in maleficiato, vbi diſtinguendum eſt, quòd ſi maleficium eſt temporale, non dirimit matrimonium, ſi verò eſt perpetuum dirimit. 33. q. 1. ſi per ſor. & dicimus perpetuum, quod intra trienniũ per exorciſmos, & orationes non ceſſat, vt hîc. 33. q. 1. ſi p ſor. aliàs enim non videt eſſe perpetuũ, cùm maleficiator illud deſtruere poſſet. Item ad hoc quod maleficiũ dirimat matrimoniũ, neceſſe eſt quod præceſſerit, ſi autem ſequitur nunquam dirimit, ſicut nec alia impedimenta ſequentia. 32. qõ. 7. is qui. ꝛ. de eo qui cogno. conſan. vxor. ſuæ. diſcretionem. & c. tuæ.

2 †Item not. quòd quis poteſt eſſe maleficiatus cum vna, & non cum altera, vnde non ſeparatur ſecundum matrimonium, vt primum reſtituatur, melius videtur quòd propter maleficium nullum matrimonium ſeparandum ſit, etc. 33. quæſtio. prima. ſi per ſor. non tenet. Sed hæc decre. loquitur in frigido naturaliter, hæc verba hîc contradicunt, quia licet

ipſe diceret, ſe habere potentiam cognoſcendi aliam, non credit ſibi, nec verum erat.† (Triennium) Not. quod non eſt neceſſe hîc triennium ſpecialiter aſsignari propter experientiam copulæ coniugalis, ſed ſufficit quomodocunque ſimul triennio cohabitauerint.

TITVLVS XVI.

DE MATRIMONIO CONTRACTO CONTRA interdictum eccleſiæ.

CAPVT I.

1 *Pater nomine filiorum an poſsit ſponſalia contrahere.*

ITERAE QVAS. (Conſentiente) expreſſè. iam tunc ſicut per quemlibet procuratorem ſponſalia contrahi poſſunt. ff. de ſpon. l. vlti. ibi per fratrem, aliter autem, niſi conſentiret ſoror non crederem contracta ſponſalia. Arg. contra. ſup. de ſponſ. ad id. ſed expo-
1 ne vtibi. † Pater autē nomine filiorū tam conſtitutorum in poteſtate, quàm emancipatorum ſponſalia contrahere poteſt, dummodò præſens ſit filius, & non cōtradicat. ff. de ſpō. ſed quæ. & l. ſeq. C. de nup. viduæ. ſup. de ſpon. ſicut. & c. dilectus. inf. c. proxi. in tutore autem ſecùs. C. de ſpon. ſi pater. (firmaſſet) iſta ſunt ſponſalia de futuro (amplexata) No. per ſigna conſenſus non præſumi ſponſalia fieri matrimonium, niſi cognoſceret eam. ſup. de ſpon. is qui. & not. de deſpon. impub. atteſtationes. (contemptibile) argument. multa facienda pro vilitate vitanda. 34. diſtin. c. 1. 8. quæſtio. 1. ſciendum. 11. quæſtio. 3. ſi autem. & c. quid ergò.

CAPVT II.

EX LITERIS. (Deſponſaſſet) hæc fuerunt ſponſalia de futuro. (Interdixit) Not. iudicem à quo appellatum eſt, poſt appellationem ſuam interdicta ponere, & ſuper eo de quo appellatum eſt, & eſt hoc propter periculū animarum, & in fauorem matrimonij, aliter enim ſecùs, niſi in caſibus, quos not. ſup. de appel. cùm teneamur. Alij contradicunt quod hoc tantùm poteſt ordinarius, & non delegatus.

TITVLVS XVII.

QVI FILII SINT LEGITIMI.

CAPVT I.

CONQVESTVS. Nomine vxoris ſuę (mulierem) natam ſcilicet, ante ſpon. (exhæredare) iſte patruus non exhæredabat iſtam mulierem ſua hæreditate, quia ibi non haberet locum exhæredatio, ſed volebat eam priuare hæreditate ſui patris, qui erat ſuus frater (hæreditate) inf. eod. lator. & c. cauſam. contra ſol. hîc non iubet Papa hæreditatem reſtitui. ſed prohibet eum turbari ea occaſione, quod ſit illegitimus. inf. eod. perlatum. vel erat de iuriſdictione eccleſiæ temporalis.

CAPVT II.

VM INTER. (Eorū). ſ. filiorum (bona) non intromittit ſe de hæreditate vel de bonis ſecularibus, ſed iudicat quid iuris ſit.

CAPVT III.

1 *Filius an per ſolam nominationem probetur.*

TRANSMISSAE. (Paternam) & ſic videtur, quòd pater eſſet defunctus. C. de hæredit. ven. l. 1. Sed contrà videtur, vbi dicit ſtandum verbo patris, vnde dicunt quidam, cùm viuere naturaliter, licet mortuus eſſet ciuiliter, puta factus monachus. Vel dic, ſtandum verbo viri quod publicè proferebat dum viuebat (negabant) dum viuebant, vel mo-
1 dò facti monachi. † (Negabant) hæc confeſsio filio nō præiudicat, niſi quo ad præſumptionem. ff. de inoffi. teſt. ſi inſtituta. §. 2. ſicut nec econuerſo prodeſſet, ſi confiterentur eum filium. C. de proba. non nudis. Confitentur tamen, quod ex ſola nominatione præſumitur, niſi probetur contrarium, dummodò nominatio fiat cū aliqua ſolennitate. argu. ff. de proba. l. vlt. (quæſtio) ſcilicet, de legitimitate ipſius pueri (viri) his creditur propter affectionem, quam creduntur habere ad filiam. ff. de appel. l. vlt. C. de cura. fur. l. vlti. ꝛ. de præſumpt. afferte. (filium) qualiter hoc probare poſsit. no. ꝛ. de fil. presby. Michaël.

CAPVT

CAPVT IIII.

CAVSAM QVAE. (De Anelina) nomen eſt mulieris, nō loci, vel generis, & conſtruitur intranſitiuè cum ablatiuo, quod ſequitur, ſcilicet, mulier ſui, id eſt, ipſius Anel. (ipſa) Anel. (eo) Alano (virum) ſcilicet, prædictum Alanum. (vxor) hic enim R. Anel. vxorem Alani deſponſauit, & ex ea ſuſcepit Agatham.

CAPVT V.

1 *Illegitimationem allegans, debet eam probare.*

LATOR PRAESENTIVM. H. patruū ipſius R. (Tractatum) tutius eſt, quod in hac præiudiciali detur libellus, & fiat litis conteſtatio, tamē crederem proceſſum tenere, etiam ſi litis cōteſt. non fiat, nec alius ordo iudiciarius ſeruetur. Et eſt ea ratio, quia in modū exceptionis fuit propoſitum coram primo iudice, ſed quia ipſe non potuit cognoſcere, & translata eſt hæc cognitio ad iudicium eccleſiaſticum, ſicut ergò iudex ſecularis de ea exceptione cognouiſſet, lite nō conteſta. & ſine ordine iudiciorum, & ita iudex eccleſiaſticus qui in locum eius ſuccedit, quantum ad cognitionem exceptionis. Alij tamen aliter dicunt (duos menſes) Not. certum terminum præfigi agentibus. C. de inge. & ma. diffamari. inf. de purga. ca. ad audientiam. (Duos menſes) C. vt nemo inui. agere vel ac. l. 1. ſol. illud regulare eſt. & eſt argum. ad hoc. C. de pigno. creditor. ſed licet ita debeat facere cauſa cognita poteſt ſtatuere, vt intra certum tempus agat actor. alioquin vlterius non audietur, & hoc maximè tunc, ſcilicet, quando videt iudex actorem expectare tempus agendi, quo reus probationibus careat, vel alicuius famam, vel ſtatū grauari. C. de inge. ma. diffamari. ſup. vt lit. non conteſtat. quoniam. §. 1. C. de re pig. ſi eo. & vbicunque in modum exceptionis vel præiudicialis actio proponitur, vt hîc. & inf. eod. lator. ſup. de ordi. cogni. tuam. aliter autem reus non cogitur ſe defendere, ſed ſufficit quod mutatur actor in poſſeſsionē, & fiat venditio & indicatur multa. ff. de bo. Authen. iudi. poſ. l. penul. ff. ſi quis ius dic. non obten. l. 1. generale tamen eſt, quod periculum imminet quibuſdam perſonis, ſi non agant, vel defendant, vt tutoribus & cur. C. arbit. tut. nomina. C. de admi. rut. tutoribus & geſtoribus negotiorum ſi poſsint agere ſine mandato. ff. de neg. geſt. ſin autem. videamus & procuratoribus. C. mand. procuratorem. & adminiſtratoribus ciuitatis. ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. vlti. §. 4. & l. petitio. hæredi. vindicanti necem defuncti. C. ad ſilla. l. 1. & actori citato reo vel lit. conteſt.

1 †H. Not. quod obijciens illegitimitatem, eam probare debet, & per cōſequens non eſt matrimonium inter parentes. Argum. contra. 30. qō. 5. aliter. ſed & hoc eſt, & illud eſt in fauorem matrimonij, hoc vt filij ſint legitimi, illud vt clandeſtina matrimonia fiant manifeſta, vel ideò incumbit ei probatio, quia præſumptiones erant pro matrimonio. argumen. ſup. de præſump. illud. (intimetis) ſup. eod. c. 1. contra ſol. ibi (natiuitatis) de qua licet ſit incidens ſecularis iudex cognoſcere non poteſt, quia cauſa ſpiritualis eſt. ſup. de ord. cogni. tuam. aliàs autem ſecùs. C. de iudi. quoties. C. de ordi. iudi. adire.

CAPVT VI.

TANTA EST. (Præſentium) idem eſt, & ſi non fuit machinatus.

CAPVT VII.

1 *Iudex ſecularis non iudicat de illegitimitate.*
2 *An pronunciatus illegitimus, ſi poſtea agat contra eum, qui obtinuit in cauſa illegitimitatis ſuper hæreditate, nel alijs quæ illegitimus petere non poteſt, obſtet excep. rei iud. uel doli. & uide multas quæſtiones circa huiuſmodi legitimitatem illegitimitatem uſque ad num. 11.*
3 *Legitimus iudicatus per ſecundam ſententiam, an ſtatim poſsit hæreditatem quoque euincere.*
4 *Legitimus ut pronuncietur, non ſemper, nec indifferenter eſt quis admittendus, nec aduerſarius ſtatim debet admitti, ut petat aliquem pronunciari illegitimum. Et quando hæc rectè petuntur. nu. 5.*
7 *Sententiæ contrariæ inter eaſdem perſonas nō tenent.*
8 *Sententia inter alios lata non præiudicat alicui. Fallit ut hîc.*
11 *Defenſor non admittitur in cauſa matrimoniali.*

CAVSAM QVAE INTER. (Agitari) vt propter hoc mater R. & ipſe R. ab hæreditate aui expellantur, vt in ſequētibus patet (inſeri) minus benè (extitit) ipſe R. (principalis) ſcilicet, an ma-

an mater dicti R. sit de legitimo matrimonio nata.

1 †Iudicare) licet iudex ecclesiasticus de hæreditate non debeat iudicare, tamẽ pendente legitimitatis quæstione nõ permittitur procedere iudex secularis. sup. 2 eod.c.1. de ord. cogni.tuam. †Et ex hoc colligitur, quòd si pronunciatus illegitimus postea agat contra eum, qui obtinuit in causa illegitimitatis super hæreditate, vel alijs quæ illegitimus petere non potest, quod obstabit exceptio rei iudicatæ vel doli.inf.eo.c.proxi.Imò videtur quòd hæc sententia, qua pronunciatur illegitimus, ius faciat inter omnes.argumen.inf. eod.peruenit.& c. per tuas. & ff. de libe. agnosc. l. 1.§.fin.& l.2.secùs si reus absolueretur ab impetitione actoris, de hac enim dici posset, quòd non facit ius inter omnes. Vnde si procurator, vel defensor illius, qui impetebat de illegitimitate, satisfecit rem ratam dominum habiturum, & fuerit condemnatus quasi procurator vel defensor, & postea dominus petat se pronunciari legitimum, quia non obstat ei sententia lata contra eum, qui sine eius mandato agebat, vel defendebat statim ille, pro quo lata fuit sententia, potest agere ex stipulatione contra defensorem ad impendia litis, & etiam quantum interfuit eius, non iterum agi causam de illegitimitate eius.ff.rem rat.hab.procurator.§.si quis.

3 †Sed nunquid dices huiusmodi interesse, quia hîc per secundam sententiam legitimus iudicatus, potest ab eo, qui vicit in causa illegitimitatis euincere hæreditatem. Dicunt quidam quòd non, quia adhuc non interest eius, nisi prius euincatur hæreditas, quia etiam fortè hæreditatem defendet, & si sit illegitimus. Item licet obtinuerit se pronunciari legitimum, tamen per hoc non sequitur, quod petiturus sit hæreditatem fortè, quia abominabitur lites. Item potest timere, quòd si iterum ageret obstare exceptio illegitimitatis, hoc tamen nõ credo, quod ex quo iudicatus est legitimus, postea non potest cõtra eum excipi de illegitimitate.ff. rem rat.hab.quoties.§. fin.sup.eod.lator. sup. de ordi.cog.tuam.sed hoc benè videtur, quòd si in veritate prædictus homo iudicatus legitimus obtineat hæreditatem ab eo, qui obtinuit sup illegitimitate contra defensorem, quod potest agere ex stipulatione contra defensorem, & quod potest agere ad æstimationem hæreditatis, & interim si secundo & tertio etiam plures hæreditates, vel alia bona euincat ab eo, qui non posset euincere, sed seruaret sententiã contra defensorem latam, iterum & iterum ex stipulatu aget contra eundem defensorem. argumen. ff. ad l. Aquil. inde Neratius.§. visum. argumen. prædictæ. l. ff. rem rat. habe. procurator. & eod. tit. l. 2.

4 †Sed obijcies quod hoc nõ potest procedere, quia si succubuit in hæreditate, non interest eius, si restituat alienum. 54. distin. generalis. & si obtinuit, ad nihil tenetur. Sed respondeo, quia tunc agit ad pœnam siue succumbat, siue vincat, quia statim non ratum habet committitur stipulatio, non solùm in id, quod amittit, sed etiam in id, quod lucrari potuit, si sententiam habuisset ratam. ff. rem ra. ha. procurator.§. fi. & l. quo. §. fi. & l. si commissa. Nos autem licet hoc fateamur verum interesse, tamen sciri non potest, nisi prius condemnetur. Item not. quòd non semper, nec indifferenter quis admittendus est, vt petat se pronunciari legitimũ, nec aduersarius, vt petat aliquem pronũciari illegitimum, sed tunc ista rectè petuntur, cùm agitur de bonis, vel de dignitatibus ecclesiasticis, & quęstio illegitimitatis incidit, vt hîc. sup. eod. lator. sup. de ord. cog. tuam.

5 †Item hæc rectè petuntur, etiam si alia qua iusta causa subsit, puta cùm habeatur legitimus, aliqui eũ de illegitimitate diffamant. Et sic potest quis plures iustas causas inuenire. argument. C. de inge. ma. diffamari. C. de re. pig. si eod. ff. de cur. bo. dan. l. 1. ff. ex quibus caus. ma. in integ. sed & si. ff. de adop. l. mancipiorum. & l. si optio.§. fin. ff. de adult. constante. Argum. contra. ff. de re iudi. qui in alterius. & tamen facilius admittitur quis dicens, se pronunciari legitimum, quam aduersarius petens eum pronunciari illegitimum, quia primum fauorabile est, hoc odiosum. Nec debet quis admitti ad petendum se pronunciari legitimum, nisi habeat contradictorem, & iustum, & si admissus fuerit, nulla est sententia. argument. ff. de col. de non. sed si habet iustum contradictorem, tunc admitteretur ad probandum de sua legitimitate. argument. ff. de proba. circa. tamen sententia inter aliquos lata, ignorantibus non præiudicat. ff. de mino. l. & etiam. Dicunt quidam & fortè non malè, quod licet sententia filiationis faciat ius inter eos. ff. de libe. agn. l. 1. & §. vlti. & l. seq. non tamen idem est in causa legitimitatis, quia hoc nusquam inuenitur expressum.

6 †Qui autem vult se assecurare super sua legitimitate, nec habet aduersarium, procedat secundum tenorem decre. sup. de testi. significaret, & dicunt quidã quòd nusquam potest quis petere se pronunciari legitimum, nisi primò eius aduersarius, cuius interest propter successionem, vel aliam causam agat, vel excipiat, vel aliàs petat eum pronunciari illegitimum, & sic loquitur sup. de ord. cog. tuam. argu. sup. eod. causam. inf. eo. peruenit. Alij tamen adijciunt & alium casum, scilicet, si agat contra diffamatores. C. de inge. ma. diffamari. Alij tamen dicunt, quòd per illam. l. non potest petere contra diffamatores, nisi vt cessent ab eius diffamatione, nec admittetur quod pronuncietur legitimus.

7 †Sed quæres, si vno petente aliquem pronunciari illegitimum, & ipso probante, quod sit legitimus, pronuncietur legitimus, & ab alio postea eodem modo agẽte, pronuncietur illegitimus, nunquid valebit sententia contra res prius iudicatas, vel quæ sententia valebit? Respon. vtraq; valet inter eos, inter quos lata est, nec est contra res prius iudicatas, cùm aliæ sint personæ in secunda causa, aliæ in prima. ff. de excep. rei iudi. & an eadem. si enim inter easdem esset, non teneret secunda sententia, & dicimus generaliter, quod siue quis petat eum pronunciari illegitimum, quæcunq; sententia feratur legitimitatis siue illegitimitatis, & etiam si illegitimitatis sententia feratur præsente eo, qui pronunciatur illegitimus, nec appellante tamẽ huiusmodi sententia nõ obest ei, nisi contra illos, qui fuerunt in iudicio. Vnde si postea contra alios petat hæreditatem, non obstabit sibi exceptio rei 8 iudicatæ. †Et idem videtur, quòd si aliquis petit in inte. rest. vt abstineret ab hæreditate, & denegata est sibi in integ. restitutio per sententiam, si postea agitur contra eundem ab alio, & iterum petat in integ. restitui, vt abstineat ab eadem hæreditate, non obstabit sibi exceptio rei iudi. Et idem videtur, quòd si instrumentum pronunciatum est falsum Petro agente, si postea alius producat idem instrumentũ, non præiudicat ei sententia inter aliõs, & in alia causa lata, & si quis vellet dicere contrà, non potest respondere. l. 1. ff. de excep. rei iudi. si à te, & l. cùm quæritur. & l. seq. & idem videtur, si agente A. contra R. decernatur vnum prædium alteri debere seruitutem, licet arg. sit contra. ff. de negest. quia negotium.§. fi.

Hoc fallit cùm agitur in modum denunciationis, impugnationis, electionis, vel exceptionis contra electionem, vt no. sup. de elect. cùm dilect. & c. statuimus. Item fallit in causa inquisitionis. inf. de collu. dete. c. fin. argu. contra. inf. de purg. ca. ex tuarum. tamen quando inquiritur de iuribus, debent vocari omnes, quos res tangit, & nisi vocentur, vel etiam si ignorent subuenietur eis de facili. sup. de test. cùm olim. C. de bo. vac. l. fi.

Item fallit in causa filiationis. ff. de lib. agno. l. 1.§. fin. & l. seq. & in querela inoffic. test. ff. de inoffi. test. Papinianus.§. si ex causa. & in causa ingenuitatis ex seruitute. ff. de stat. ho. ingenuũ. ff. de lib. causa. diui. secùs autem esset si ex libertinitate diceret se ingenuum. ff. de ingenu. l. 1. & l. patronum.

Item fallit in criminali causa, quo ad aliquid. ff. de præuari. præuaricationis. & in populari. ff. de iureiur. eum.§. in po. & in crimine adulterij. ff. de adul. denunciasse.§. quæritur. & in appellationibus. sup. de appel. c. fin. & in seruitutibus. ff. si serven. loci.§. si fundum.

Item inoffi. test. ff. de inoffi. test. posth.§. si quis.

Item fallit in singularibus & in vniuersalibus successoribus. ff. de ex. rei iudi. si à te. & l. & an eadem exceptio rei iudi.

9 †Sed quæres quomodo fertur sententia in hac causa, cùm agitur per defensorem, nam cõtra dominum ferri non potest. C. de sen. & interlo. l. 1. Item contra defensorem nõ videtur posse concipi verba de illegitimitate, quidam dixerunt hanc causam non posse agi per defensorem sine mandato, sed contrarium expressè apparet. C. de satisda. l. 1. & ff. rẽ rat. hab. si procurator.§. si quis. vbi expressè dicitur, q; causa status agitur per procuratorem sine mandato. Nos autem dicimus sententiam ferendam cõtra defensorem. ff. de his qui not. infa. furti.§. 1. & l. seruus. ff. de negest. liberta.§. fi. Et formabitur sic sententia. Cùm A. ageret contra B. procuratorẽ vel defensorem C. procuratorio vel defensorio nomine ipsius C. super illegitimitate ipsius C. nos visis & auditis rationibus partium B. procuratorem vel defensorem C. prædicto A. condemnamus, non enim est necesse exprimi causa in senten-

in ſententia.ſ.de ſent.& re iudi. ſicut nobis.nec tamen reputemus iniuſtam ſentẽtiam, ſi cauſam adijceret hanc, ſcz, cùm illegitimitas B.benè ſit probata,& per huiuſmodi ſententiã non præiudicaretur B. de iure,licet de facto eſſet ei infamia.ſ.de ord. cog.cùm dile.in fi.& ſic dicimus formandas ſententias ſi de futuro,vel de alijs cõſimilibus agitur per defenſorem. Qualiter autem ſit formanda contra procuratorem cum mandato vel contra dominũ. not.ſup.de elect.quærelam.

10. †Item not.quòd in his & in ſimilibus melius eſt certam pœnam ſtipulari,ad quã ſtatim cùm ratum non habet, agi poteſt. ff.rem ra.hab.quot.§.fi. &l.ſi procurator. §.ſi quis. & ff. de præto. ſtipu. l. fin. quam ſtipulari ſine pœna, vbi oportet expectari antequam agi poſsit, quod interſit,& vbi ſemper minimè æſtimabitur, vt ff.de præto.ſtip.l.fi.

11 †In cauſa autem matrimonij non eſt admittendus defenſor,niſi in eo caſu, vbi procederetur in cauſa, ſi defenſor non exiſteret.C.de procur.exigendi. nec tunc debet ſatiſdare rem rat.habe.do.quæ metu pœnæ non ſit tenenda.ſuprà, de ſpon. gemma.Nec formabitur ſententia in perſonam procuratoris, vel defenſoris, ſed principalis perſonę,licet ſemper fuerit abſens.argum.inf.eo.c.proxi.inf.qui matri. accu.poſ.c.1. In inquiſitione enim benè admittimus procuratorem(incongruum) prima facie. Ius tamen agi permittit poſt mortem ratione bonorum.ſup.eod.lator. C.ne de ſtatu defun.l.1.& l.quamuis.

CAPVT VIII.

PERLATVM. (Tranſiſſet) cauſa vagandi querelam accuſans matrimonium de parentela, vel dicens maritum mortuum (parentibus) hoc debuit facere cùm malitioſè ſe abſentaſſet, vel ſine cauſa vagaretur (mandauit) hoc licuit,quia vagabatur(promulgauit) ſup.vt lit.non conteſta.quoniam contra. ſol.ibi.

CAPVT IX.

QVOD NOBIS.

CAPVT X.

REFERENTE.(Eos)quicontrahere prohibentur impediente publicæ honeſtatis iuſtitia(permiſsionẽ)id eſt diſpenſationẽ, vel.i.tolerantiã.

CAPVT XI.

PERVENIT. (Viduam)hi benè confitebantur matrimonium in facie eccleſiæ fuiſſe contractum, ſed dicebant inter eos fuiſſe impedimentum conſanguinitatis, vel aliud huiuſmodi, &ideò non ſunt audiendi, quia hoc probato, non iudicarentur filij illegitimi, ſed ſi diceretur non fuiſſe matrimonium contractum inter eos in facie eccleſiæ,ſed more adulterorum vixiſſe, benè eſſent audiẽdi,vt hîc. ſũp.eod.cauſam. Item audiendi eſſent,ſi dicerent coniuges ſcientibus ambobus conſanguinitatem matrimonium contraxiſſe. inf. eod. ex tenore.illud etiã credimus, quòd ſi matrimonium cõtractum fuit clandeſtinæ,& poſt mortem coniugũ dicantur filij illegitimi, quia conſanguinei fuerunt parentes, quod poſt mortem audiendi ſunt. argument.hîc vbi dicit legitur 200.argument.ſup.de clandeſt. deſponſa.cùm inhibitio.

CAPVT XII.

PER TVAS LITERAS. (Firmauit) hæc affirmatio non ſufficit,cum facto contrarium fuerit proteſtatus,ſcilicet,accipiendo vxorem.argu.ſup. de elect.cùm inter R. ſi autem non fieret præiudicium alij matrimonio,valeret confeſsio, vt pro vxore eam haberet.ff.ad l.Aquil.proinde. §.vlti.& eodem modo hæc confeſsio prodeſſet filijs, ſi alijs filijs præiudicium non fieret.

Nec ob.decre.ſup.e.tranſmiſſę.quod ibi nõ dicitur,quod crederetur ſi diceret, eum filium,ſed creditur quia dicebant nõ filium,& per hanc confeſsionem non fiebat alijs præiudicium,imò proficiebat eis. Poſſet tamen dici,quod vbi nõ fieret præiudicium filijs alterius matrimonij, ſtaretur confeſsioni eorum, & ſic loquitur. ſup.eod. tranſmiſſæ.ſecùs ſi fieret præiudicium filijs alterius matrimonij,& ſic loquitur hæc decre. Item illa decre. nihil contrarium fecit, vel dixit ille,de quo loquitur illa decre. (filium) hoc ipſo quod naturalem filium appellat in teſtamento, intellige legitimare eum. C. de nat. lib. Authen. ſi quidem. niſi alios habeat legitimos filios.in Authen.quib. mod. nat.effi.leg.§. ſi verò non. (patrimonium) hoc non obſtante quod eſſet illegitimus, nam aliàs non pertinet de hæreditate ad eccleſiam.ſup.eod.cauſam.& c.lator(decretali) ſup.eod.tranſmiſſæ (denegaſſe) & ideò ſola con-

ſola confeſsio patris,non ſufficeret pro legitimatione filij. (diſsimili) quia ibi contra filium teſtabantur parentes,tamen illa decre. pro iuſtitia ſententiæ facit vel aliter,vt not.in glo.hæc affirmatio.

CAPVT XIII.

1 *Debet legitimatus per epiſcopum effugere obiectionem illegitimæ natiuitatis.*
2 *Legitimatus reſtitutus famæ, quæ poſsit facere.*
3 *Legitimatus à iudice ſeculari non intelligitur ad ordines legitimatus.*

PER VENE. F. N. (Habeat) allegando loquitur. Alij dicunt, quod ſic ſit in veritate (veriſimilius)non tamen verum eſt, nam temporalia & ſpiritualia diuerſa ſunt, & diuerſos iudices habent,nec vnus iudex habet ſe intromittere de pertinentibus ad alium, licet ſe ad inuicem iuuare debeãt.96.diſt. cùm ad.ſup.eod.lator.ſup.de ſen.& re iudi.nos uit(per ſimile)ſecundum argum. (eximitur) & ſic hoc ipſo quod diſpenſatur, vt poſsit fieri epiſcopus, videtur quod ſit factus legitimus etiam quo ad actus legitimos(præterea)tertium arg.

1 †Euaderet)ſic & legitimatus per epiſcopum effugere debet obiectionem illegitimę natiuitatis,quo ad actus legitimos, ſcilicet,quòd poſsit eſſe iudex,& teſtis, in paterna autem hęreditate vel alijs non intelligitur diſpenſatum, quia non poteſt diſpenſare,ſicut nec iudicare.ſup.eod.lator.& c.cauſam.

2 †Et not. quod legitimatus reſtitutus famæ, etc. cum quo diſpenſatum eſt in quocunque foro ſiue eccleſiaſtico,ſiue ciuili,& omnia ea facere poterit, ſuper quibus habuit poteſtatem qui legitimauit, vel famæ reſtituit,vel diſpenſauit,poterit enim in omni iudicio teſtimonium reddere, ad ciuiles honores vocari, niſi ſint talia,q̃ ſint in alterius præiudicium.VERBI GRATIA: nam legitimatus ab vno Principe, vel ciuitate, vel primate, non obtinebit ab inteſtato bona hæreditaria in terra, quæ non ſit ſubdita legitimanti, quia ſic auferuntur bona conſanguineis defuncti,vel fiſco qui debet ſuccedere ab inteſtato.

3 † Item legitimatus à iudice ſeculari non intelligitur ad ordines legitimatus, quia promoueri ad ordines, non eſt de iuriſdictione laici iudicis,ſed ſi vnus epiſcopus legitimet aliquem etiam in alia dioceſi, poterit promoueri, quiã diſpenſare in ordinibus cum illegitimo de iuriſdictione eſt cuiuſque epiſcopi, & quod illegitimus promoueatur in nullius præiudicium eſt. In alijs autem in quibus non eſt neceſsaria legitimatio, famæ reſtitutio, vel diſpenſatio,vt ſi ſeruus daretur libertati, vel obligatus nexibus curiæ abſoluatur,etiam ſi laicus hoc faciat, tamen ad ordines aptus redditur.54.diſtin.capi.1.2. 3.& 4.& ſeq. Ratio diuerſitatis eſt, quia in his non eſt delictum vel defectus, nec eſt in prædictis neceſsaria aliqua diſpenſatio.Alij tamen dicunt, quòd etiam diſpenſare poteſt, & intelligitur diſpenſatũ in hæreditate hoc ipſo, quod diſpenſat in ordine.

Sed contra vtramq; opi.videtur,quia non habet iuriſdictionem contentioſam in temporalibus. ſup.de appel.ſi duobus. ſed dic licet non habeat iuriſdictionem contentioſam,tamen voluntariam exercere poteſt.ff.de offi.procon.l.2. Item aliqua conceduntur per conſequentiam, & indirectè quæ nõ conceduntur directè.4. q.3.§.ſerui.ff.de pac. tutorũ.& de his not. 10.diſtin.c.1.(videbatur)quartum argum. (recognoſcat)de facto.nam de iure ſubeſt Imperatori Romano, vt quidam dicunt, nos contra,imò Papæ(tãquam)agit enim aliquando quis,vt alius.23. quæſt.4.ſi eccleſia. ff. quod cu. vniuer.item §.1.ſic etiam habes in adoptione.ff.de adop.ſi conſul. Melius tamen facit ſi abſtinet à talibus.ff.de offic.procon.nec quicquam.argum.ſup.de inſti.c.vlti.ſup.de iurepa.per veſtras(rationibus) ſoluit (ſanguinem)inter ſang. & ſang.iudicium variatur,cùm accuſator dicit probatum eſt, quòd reus ſanguinem fudit, id eſt, aliquod crimen ciuile commiſit, puta homicidium,adulterium, furtum, vel aliquod aliud ſimile (inter lepram & lepram) cùm accuſator dicit infectus es lepra hęreſis,id eſt,aliquo crimine eccleſiaſtico, puta ſimonia, ſacrilegio, vel conſimili,& accuſatus negat.† Inter cauſam & cauſam) cùm actor dicit teneris mihi in centum ex mutuo, vel commodato, vel conſimili ciuili actione, vel etiam teneris mihi ad decimas præſtandas, vel habeo iuſpatronatus in hac eccleſia, vel alia conſimili actione ciuili,& eccleſiaſtica, reus autem negat, nam in his omnibus,ſi quid difficile,vel ambiguum fuerit, ad ſedem Apoſtolicam recurrendum eſt. 18. diſtin.multis.ſup.de appel. vt debitus (criminali) idem vult

intelligere criminale & ciuile non diuerſa. & ſic de alijs.

CAPVT XIIII.

EX TENORE. (Vidua) tanquam tutrix. quando muli. tut. offic. ſun. pot. l. 2. & Authen. matri. procuratrix autem eſſe non poteſt, & pro filio. arg. ff. de procur. fœminas. (In facie) ad hoc vt fiat in facie eccleſiæ, neceſſe eſt ſeruari ſolennitatem, quæ eſt. ẽ. de clandeſt. deſpon. c. fin. Alij dicunt in facie eccleſiæ fieri, ſi vocatis amicis publicè nullius procurata celatione contraxit (Ignorantia) ſufficit enim alterius coniugum ignorantia, ad hoc vt ſit legitimus, & vt etiam ſcienti ſuccedat, ſup. de clandeſt. deſpon. c. 3.

CAPVT XV.

GAVDEMVS.

TITVLVS XVIII.

QVI MATRIMONIVM ACCVSARE poſſunt.

1 *Quis poſſit matrimonium accuſare.*
2 *Poteſt in cauſa matrimoniali idem eſſe accuſator & teſtis.*

1 †Accuſare) Quilibet poteſt accuſare matrimonium ad plenum diuortium celebrandum, non tamen quo ad torum, vbi non admittitur, niſi maritus, ſed in primo caſu extraneis præferũtur illi, qui ſunt de conſanguinitate coniugum, ſed & inter extraneos pręferuntur antiquiores & maturiores vicini. 35. quæſt. 7. c. 1. & 2. inf. eod. videtur nobis. Item tam maritus, quàm vxor accuſare poſſunt. inf. e. inſuper. Oẽs autem qui repelluntur ab accuſatione, vel qui ad eam admittuntur, & à teſtimonio repelluntur ad illud admittuntur, dummodò aliter ſint idonei ad teſtimonium reddendum. Item not. quòd ſi fiat accuſatio ſuper fœdere matrimonij, puta qa dicam inter coniuges conſanguinitatẽ, vel aliud impedimentum eſſe, proceditur lite non conteſta. ſecùs ſi propter adulterium ad tori ſeparationem ageretur. ſup. vt lit. non conteſtat. ad hoc. & c. quoniam ſre. §. porrò.

2 †Item in cauſa matrimoniali idem poteſt eſſe accuſator & teſtis. 35. quæſtio. 6. ſi duo. & c. epiſcopus. in fi. & c. de parentela. ſup. de teſti. cog. præterea.

Et hoc intelligitur verum, vbi quæritur de conſanguinitate coniugum, vt in præalleg. c. melius. ſup. de conſan. & affi. c. 1. ſup. de ſpon. cùm in tua. nam tunc etiam conſanguinei, & etiam mater poteſt eſſe accuſator & teſtis. inf. eod. videtur. ſup. de teſti. ſuper eo. in fi. Sed ſi non quæreretur de conſanguinitate, ſed de alio impedimento, ſcilicet, an contraxiſſet cũ ea, tunc licet communiter ſit admittenda mater & pater ad accuſationem & teſtimonium, tamen in hoc caſu ſi propter impotentiam alterius coniugum haberetur ſuſpectum teſtimonium alicuius, repelleretur à teſtimonio, ſed non ab accuſatione. ẽ. de teſt. ſuper eo. in prin. & idem videtur, ſi dicitur primò cum alio contraxiſſe, vel votum emiſiſſe, vel de ſpirituali cognatione, nam in his ſi ſuſpectum ſit alicuius teſtimonium, repellam eum. argu. prædictæ decre. ſuper eo. In conſanguinitate autem eſt ſpeciale, quod nunquam debet ſuſpectum haberi teſtimonium alicuius conſanguineorum.

CAPVT I.

RELATVM. (Nequiuerit) ſup. vt lit. non conteſt. quoniam. §. quòd ſi forſan. contra ſolu. ibi.

CAPVT II.

NOBIS EST. (Accuſatione) prius dicitur denunciatio quàm accuſatio, quia ad hoc intentio dirigi debet accuſantis, vt à peccato ceſſent, nec aliter intereſt, & melius eſt, quod fiat in ſcriptis quàm ſine ſcriptis. ẽ. de reſti. in integ. ex literis. præſtatur etiam iuramentum de veritate dicenda, in matrimonio autem contrahendo non habet locum accuſatio, ſed denunciatio tantùm. ſup. de deſpon. impub. ad diſſoluendum (conſcriptio) non enim poteſt per chartam accuſare. 2. q. 8. præſcripta. nec teſtificari. ſup. de coha. cle. tua.

CAPVT III.

VIDETVR NOBIS (Dirimẽdum) propter conſanguinitatem vel quod aliud matrimonium prius contraxerant (admittantur) repete quæ diximus. ẽ. de teſt. ſuper eo. (intereſſe) ſponſalibus contrahendis (leges) ſecùs ſecundum canones.

CAPVT IIII.

INSVPER ADIECISTI. (Cognita) ſine coactione. alias ſecùs.

CAPVT

CAPVT V.

1 *Matrimonium propriè non dicitur accuſari, niſi ab vxore.*

SIGNIFICANTE. (Ab accuſatione) fortè generale eſt, vt nullus admittatur ad accuſationem, ſi conſtat quod mala intentione ducitur, vel fortè habet tantùm locum in denunciatione, vbi neceſſe eſt quòd denunciator ſit ſine crimine. 3. quæſt. 7. in grauibus. matrimonium enim non propriè dicitur accuſari, niſi ab vxore, nam cùm non ſit publicum crimen, non admittitur, niſi quorum intereſt, ſed denunciari dicitur crimen, in quo manet. ar. inf. c. proxi. ſup. de deſpon. impu. ad diſſoluendum. Sed quæres nunquid neceſſe eſt præcedere monitionem, alibi not.

CAPVT VI.

VM IN TVA. (Prodierit) nec ipſe, nec alius, quia etiam ſi alius matrimonium accuſaſſet, tunc ſecundus nullo modo eſſet admittendus, niſi in caſibus, qui not. ẽ. de elect. cùm dilecti. (Damni) qui ſunt, vt quicunq; ſit aliquod impedimentum intra certũ tempus, veniat & dicat. ſup. de clande. deſpõ. c. 3. ſi autem non ſit præfixus terminus, debet venire intra modicum tempus, quod tamen eſt cum quodam temperamento intelligendum. ff. de ſolu. quod dominis. ff. ex quib. cau. maio. ab hoſtibus. §. vlti. & hæc quod vlterius accuſare non poſſit vera, quando poſt contractum matrimonium, & poſt terminum tranſactum volunt accuſare.

☞ †Sed quid ſi ante contractum matrimonium, ſed poſt terminum tranſactum velint accuſare? Item quid ſi dictum ſit in banno, quod vltra terminum non audietur? Reſpon. ſi ſic dictum ſit audiendus eſt ☞ ante contractum matrimonium. arg. opt. ff. de opt. leg. l. mancipiorum. & l. ſi opt. §. vlt. poſt contractum autem non debet audiri, vt hîc. argum. ſup. qui fil. ſint legit. lator. C. de re. pig. ſi eo. C. ſi vt ſe ab hæred. Authen. ibi poſita. Quidam tamen dicunt ſententiam hanc, ſcilicet, quod nullus decæterò contra illud matrimonium nõ audiatur neceſſariam ad hoc, vt non audiatur. argum. ſup. de inge. ma. diffamari. Sed reſpon. ibi ſententiam neceſſariam eſſe, & ad hoc prodeſſe, vt etiam ſi matrimonium non ſequatur, tamen poſt ſententiam non audietur, ſecùs autem, ſi non eſſet lata ſententia, vt ẽ. dictum eſt. Itẽ hæc habet locum, ſcilicet, quod poſt interdictum agere nõ poſsit, vbi per decretũ prohibetur ab agendo, vel accuſando, vel cõſimilibus, ſecùs ſi per decretum imponeretur rei, vt duplum, vel quadruplum ſolueret, ſi aliquid non faceret, nam tunc etiam ſi contrà fecerit, nõ incurrit pœnam. C. commi. epiſt. progr. l. interlocutio. C. de ſent. & interlo. ex ſtipu. niſi in caſu ſpeciali. ff. de admi. tu. tutor. §. ſi deponi. niſi fortè cum cauſæ cognitione decreta eſſent interpoſita, quia tunc omnimodò ſeruanda eſſent C. commi. epi. progra. l. ea quæ vltra terminum aũt poſitum à lege, nullatenus licet aliquid proponere. C. de adul. ob commiſſa. & eodem modo cõtra id quod. l. municipali decernitur venire, quod licet. ff. de decre. ab ord. fa. l. vlti. & ſecundum hoc non videtur differentia, ſi-ue adijciatur clauſula, ſiue non, ſcilicet, ſi contra factum fuerit, non audiatur. Aliud autem eſt interdicere aliquid alicui, nam tunc ſi contra factum ſit tenet. ſup. de ma. contrac. contra interdi. eccle. c. 2. niſi adiectum ſit, & ſi contra factum fuerit, non teneat. ẽ. de præben. dilecto. Habet autem locum hoc generale edictum, vbicunque plures admittuntur ad agendum vel contradicendum, vel aliquid ſimile agendũ, vt in reſtitutione & matrimonio in adoptione, & in naturalibus. ſup. qui fil. ſint legit. ator. ff. de adop. nã. C. vt ab hæ. ſe abſti. Authen. ibi poſita. Et eſt ratio, quare in talibus proponitur ſic generale, quia neſcit quæ certa perſona a debet citari, ſicut de electione actionum. ff. quorum leg. l. 2. §. hæc autem decre.

Et quod dicit hæc glo. locum habet, vbi nullus præceſſerat accuſator, quia ſi præceſſiſſet etiam ſi legitimè abſens & ignorans ſuperueniret, non tamen audiretur, vt no. ẽ. de elect. cùm dilec. †(Teneris) minor 14. ann. & fortè ſufficit, quod ſit doli capax, cùm cuilibet qui poteſt peccare, dictum ſit ſi peccauerit, etc. 2. q. 1. ſi peccauerit, & 24. q. 3. tam ſacerdos. 22. qõ. 2. anima. aliàs autem minor non admittitur ad agendũ, niſi habeat curatorem. inſti. de cura. §. itẽ inuiti. (legitima) fortè quia tũc probationes non habebat. 2. q. 7. pleriq; (præſumat) 16. diſt. quod dictis. 12. q. 2. qui &c. (repellens) non ſolùm ab accuſatione, ſed etiam à teſtimonio & denunciatione. ſup. deſpõ. cùm in tua. nam quòd vna via prohibetur, & alia. ff. pro ſo. idemque. ſup. de procur.

a *Quæ certa perſona. Ad de Bal. l. fi. C. de edi. diui Adri. tol. I mo. poſt Inno. in c. fi. de ma. & obe. in Authen. Alb. de teſt. refert & ſequitur Fel. in c. cognoſcẽ tes. colũ. 7. in princ. ſup. de conſti. & eũdem Innoc. in c. in noſtra. ſup. de procu. Bar. in extrauag. ad repri. in verſic. per edictum circa fi. Cardi. in ſuo conſi. 74. col. 1. circa fi. Alex. de Imo. in conſil. 106. col. pen. in fi. & fin. in 5. vo lu. & ibi concord. & vltra alleg. per Alexan. adde in propoſito Pe. de Anchar. in conſi. 270. incip. in prima dubio. in 2. colũ. & in conſ. 292. incip. videtur prima facie. & domeũ do. Bart. Soci. in ſuo cõſil. incip. quoniam video nodũ. in 3. colũ. & ibi alia allegat & cõſiliũ non habetur in impreſſis. et Card. in cõſ. 74. inci. in diſcuſſione præmiſſi articuli. co. 1. verſ. in cõtrarium eſt.*

procur.tuæ.ff.de condi.inde. quæ ſub cō. argu.contra. ſup. de iureiur. quemadmodum (ab alijs) ſecùs in teſte. ſup. de teſti. licet alij tamen idem dicunt in teſte.

TITVLVS XIX.

DE DIVORTIIS.

CAPVT I.

SI QVA MVLIER IN MORTEM.

CAPVT II.

QVAESIVIT. Hoc niſi non excipit de dictis, ſed dicēdis, (Religione) trahendo eam ad idololatriam (ab infidelitatis) idē eſt & ſi ad aliquod peccatum, hoc c. expone per c. inferius poſitum quanto. & c. gaudemus. (traxerit) id eſt, nitatur trahere.

CAPVT III.

PORRO. (De comite & notoria) id eſt, publica fama, aliter autem vix eſſe poſſet notorium (ſeparari) debitū autem denegare debebat, licet maritus vxorem dimittere non debeat ꝓ quacunq; notoria conſanguinitate, tamē iudex vbi notorium eſt, quo ad torum reſtituere non debet. arg. inf. eod. proxi. ſup. de reſti. ſpol. literas (reſtitutionem) agebatur poſſeſſorio.

CAPVT IIII.

1 *Adultera an & quando poſſit reſtitui.*

SIGNIFICASTI. (Poſtulat) ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio agatur, iuſtè denegatur ei reſtitutio, cùm eſſet adulterium ſic notorium, quod inficiari non poteſt, ſcilicet, teſtimonijs teſtantibus ſuper terram. 28. diſtin. priuſquàm. nec hoc dicimus ſpeciale in matrimonio, ſed vbicunque eſt notorium facti actu permanentis, quale eſt hîc, cùm filij maneant qui reddunt notoriam incontinentiam, vel notorium iuris, nunquam facienda eſt reſtitutio, & ſic poteſt intelligi. ff. de dol. excep. dolo. Item intelligo hoc ſi notorium eſt iudici & alijs, vel alijs & non iudici, ſed tamen ſecum paratas habet probationes. argumen. ſup. de reſti. ſpo. literas. ſi neutrum horum eſſet, ſed diffuſum terminum ad probandum peteret, non dicerem denegandam reſtitutionem (materiam) mulier autem ad hoc nullo modo induci debet. ff. de adul. l. 1. §. ſi pu. †(Conſtaret) not. ſi mulier petit reſtitutionem mariti, & maritus excipiat de adulterio notorio, mulier replicet de adulterio viri, non debet fieri reſtitutio, niſi & viri adulterium eſſet notoriū, ſicut & mulieris, ſed ſi vir non reiecciſſet mulierem propter notorium adulterium, ſed peteret per eccleſiam ſeparari, & excipere mulier de adulterio viri audiendæ eſſent probationes mulieris ſuper exceptione adulterij non notorij. Et eſt ratio diuerſitatis, quia primò mulier egit poſſeſſorio, vnde ſicut facilius conceditur, ne admittatur exceptio adulterij non notorij, ſic & denegatur facilius, vt nō audiatur in hoc, vt fiat ſtatim reſtitutio, ſed tamen benè dicimus admittendas probationes mulieris, & ſi probauerit viri adulterium, fiet reſtitutio, ſed in alio caſu, ſcilicet, quando vir petit ſeparationem agitur petitorio, vnde de vtroque plenè recipiuntur probationes.

CAPVT V.

EX LITERIS. (Suggeſtione) & falſo (priuatum) q.d. non ſententiando, ſed conſulendo (redire) arg. contra. ſup. c. proxi. ibi ſolutio propter adulterium quod commiſit, quia iam paria crimina mutua compen.

CAPVT VI.

DE ILLA. Hæc decre. loquit de illis, quorum alter ad hæreſim labitur, & idem credo in infidelibus, quorum alter conuertitur. (Nullatenus) arg. contra. ſup. c. proxi. ſol. ibi ideò vir cogitur eam recipere, quia poſt ſententiam commiſit adulterium, vnde ſententia ſibi prodeſſe non debet, cùm fecerit quaſi cōtra eam, at hîc conuerſus poſt ſententiam pro ſe latam, nihil contra ſententiam fecit, vel idem eſſet in ſuperiori decre. ſi ſententia lata fuiſſet, ſed ibi non fuit lata ſententia, licet non ſententialiter eis iniunxerit continentiam.

†De alijs criminibus quàm hæreſi quid dices, puta, quia virum ad latrocinium trahere volebat per eccleſiam ſeparatum eſt matrimonium, vt hîc, & ſup. c. proxi 28. quæſtio. 1. idololatria. Sol. videtur quibuſdam quod hæc decre. dicit idem, aliàs quia nullam, vel vilem cauſam inuenies, quare non ſit idem in omnibus. Tamen alij dicunt, quod pro alijs criminibus nunquam eſt fereda ſententia perpetuæ ſeparationis, ſed tantùm quouſq; pœnituerit. Et ratio diuerſitatis eſt periculum hæreſis, ſed prius dictum, ſcilicet, in principio gloſſ. magis placet. Dicimus enim quod licet de rigore iuris poſt abſolutionem iudicis, non debeat cogi redire, licet etiam quod benè diffinitum eſt, non debeat retractari. 6. q. 4. quod benè. tamen iudex ex officio ſuo adulterantem poſt ſentētiam redire coget ad adulteram. argum. ſup. de iureiur. tua nos. & ſup. eod. c. proxi. Sed dic, q; nō facit contra ſententiam, ſententia enim talis fuit, quia abſolutus fuit reus ab impetitione mulieris, tunc autem fieret contra ſententiam, ſi mulieri iterum petenti virum fieret eius reſtitutio, ſed ſi vir pro quo lata ſententia repetat mulierem, non ſit contra ſententiā, imò iniquū eſſet, ſi ei ſententia prodeſſet cōtra quem lata eſt. ff. de excep. rei iudi. euidēter. ſi autem viro iſto accuſante mulierem adulteram lata ſit ſententia diuortij, quia tunc non poteſt vir iuſtè abſolui, quia agit, tunc locum habet hæc decre. quamuis iudicem illum crederem prudenter ſententiare, qui ſic diceret: Diuortij ſententiam inter vos proferimus propter adulterium, quādiu viro accuſatori iuſtè placuerit.

CAPVT VII.

QVANTO TE NOVIMVS. (Infideliū) quid dices de his, qui fiunt hæretici, ſed tamen baptizati, licet ab hæreticis? Reſpon. hæc quęſtio non poteſt habere locum, quod ſic oſtendo, quia ſiue infans, ſiue maior, aut fuit baptizatus in forma eccleſiæ & ſic habuit verum fidei ſacramentum, etiam ſi ab hæreticis vel infidelibus fuit collatum, & ſic etiam ratum eſt matrimoniū inter eos, & ideò vlterius nullo modo ſeparari pōt. Aut non fuit collatum in forma eccleſiæ, & tunc non habet fidei ſacramentum, infideles ſunt & iure infidelium vtuntur, & ſic eodem modo non eſt ratum matrimoniū inter eos. (ait) 23. q. 1. iam nunc. & c. ſi infideles (ſoluit) ipſo iure, etiam ſine iudicio eccleſiæ, veruntamen ſi antequam ab aliquo cōiugum contrahatur peruerſus conuertatur alter eum recipere compellitur. inf. eo. c. proxi. (eum) idem dicunt quidam, & circa eum qui in infidelitate remanet, licet ille non ſine peccato cōtrahat, conuerſus autem ſine peccato (ratum) id eſt, indiſſolubilem. 28. q. 1. item illud. †(Per hanc) ſcilicet, vbi diximus, quod qui conuertitur ad fidem, licitè contrahit, & ex quo licitè cōtraxit, non eſt cogendus redire ad priorē coniugem de nouo conuerſam, niſi mortua eſſet ſecunda vxor, quia tunc cogeret eam recipere. ſ. c. proxi. §. vlti. licet aliter videatur diſtingui. ſup. de illa. Tamen conſueuit hoc quæri. Quid ſi velit tranſire ad religionem? Ad quod reſpon. quod cùm matrimonium ſit conſummatum, non poteſt hæretico volente ſe corrigere, & ad vxorem redire. ar. ſ. de conuer. coniug. ex publico. ſi autem tranſiſſet, antequam alius ei vellet cohabitare, non reuocaretur, ſicut non reuocaretur, ſi contraxiſſet. ſ. eod. c. arg. 27. q. 2. agathoſa. Vel dic, quod ſoluitur quęſtio præſens ſic, quia cogitur redire, niſi ſententia diuortij data eſſet. ſup. eod. de illa.

CAPVT VIII.

1 *Libellus repudij concedebat propter maius malum vitandum.*
2 *Exceptio adulterij, & aliæ exceptiones competunt contra petentem reſtitutionem.*
3 *Per baptiſmum peccatum deletur, ſed pœna temporalis non.*

1 AVDEMVS IN DOMINO. †(Quæ reuelatio) quam reuelationem repudiauit dato libello repudij, de quo libello licet conceſſum eſſet in lege, quòd daretur propter maius malū vitandum, nunquam tamen eum dare fuit licitum, & quòd ſacerdos interueniebat ad cognoſcendum, de hoc probat hoc eſſe licitum, quia nunquam diuortij ſententiam inter eos ferre debebat, imò quod minus eſt, non debebat fortè dicere permittimus, quòd vxorem tuam dimittas, ſed poterat dicere, lex permittit quòd eam dimittas, ſed non ſine peccato tuo, & ſic etiam hodie ferenda eſſet ſentētia in omnibus permiſſionibus vbi eſt peccatum. Sacerdos autem interueniebat, ne quandocunq; quis vellet hunc libellum daret, ſed in certis caſibus tantùm hoc licebat (repudiauit) ſine cauſa (reſtitutionem) inde conuerſi ad fidem qui vxorem eiecerat (petenti) vxori infideli.

2 †(Reſtitutio) no. exceptionem competere contra petentem reſtitutionem hanc, ſcilicet, quia non conuertitur ad fidem, ſimiliter & exceptio adulterij notorij competit contra petentem reſtitutionem. ſup. eod. ſignificaſti. Item & exceptio ſpoli. ſup. de ordi. cog. cùm dilectus.

Item exceptio ſequitiæ viri. 32. quæſtio. 2. ſiue de. ſup. de reſtit. ſpol. ex tranſ. Item ſi non interuenerit carnalis copula, & incontinenti paratæ ſunt probationes. de reſtit. ſpol. literas. ſup. eod. ex tranſmiſſa (ille idē ſi duxerit) licet ſit mortua. argumen. inf. eod. titu. c. vlti. (Fornicata) quia tunc, ſcilicet, quando infidelis, qui noluit conuerti cum alio contraxit, intelligitur legitimè ſecundum eorum legem contraxiſſe, quæ iuris huius authoritate contraxit. ſup. de frig. & malefic. fraternitatis, 23. quæſtio. 4. qui peccat. ff. de acquir. poſ. iuſtè.

3 †Et videtur mirum, cùm in baptiſmo deletum ſit peccatum, & ſequela peccati. 26. diſt. deinde. 32. quæſtio. 1. quod autem. quomodo etiā aliud adulterium ſibi obijcere poteſt, quod hîc innuit. Reſpondent quidam ideò obſtare fornicationis exceptionem, quia crimen fornicationis non tantùm coinquinat cōmittentem, ſed etiam coniugem. 32. q. 1. coniugium. †Alij dicunt tolli per baptiſmū crimen, ſed non actionem quæſitam prius vel exceptionē. 33. q. 2. admonere. ar. ff. de his qui no. infa. l. pen. & l. athletas. §. Pomponius. nam per vnius baptiſmum non debet alijs ius ſuum tolli. Item in baptiſmo non tollitur iuſtitia, qua ligata eſt adultera, ſcilicet, quod virum repetere non poſſit, cùm peccata tantùm dimittantur, & non lex. 26. diſtin. acutius. & c. deinde. & c. vna. Etidem dicendum, ſi ante baptiſmum homicidium, vel furtum commiſiſſet, quia poſt baptiſmum & accuſabitur, & condemnabitur, nam licet dimittatur peccatū quo ad Deum, & quo ad legem promotionis, quia promoueri poteſt, quamuis peccatū ante baptiſmum commiſſum ſit notorium. 25. diſt. primum. §. 1. tamen quo ad accuſationem & pœnas, aliàs non ſpirituales, benè ligabitur poſt baptiſmum, ſicut poſt pœnitentiam per quam ſicut per baptiſmum datur remiſsio peccatorum, & ſic intelligitur de conſe. diſt. 4. ſine pœnitentia. ſ. ſpirituali. temporalem autem benè ſubibunt, & per hoc etiam dici poteſt, q. etiam ſi ante baptiſmum erat infamis, puta condemnatus de adulterio, vel ipſo iure, puta quia fecit vſuras vſurarum, quo ad legem promotionis, ei non imputabit.

†Sed arg. contra, nam ſicut imputatur ei irregularitas ante baptiſmum, puta quòd homicidiū fecit, ita & infamia? Reſpon. quia infamia non deſcendit, niſi ex peccato, vnde deletur in baptiſmo, ſicut peccatum. 26. diſtin. deniq;. Irregularitas autem non fundatur ſuper peccato, vnde ita eſt irregularis, qui occidit ſine peccato, vt iudex, ſicut qui cum peccato. ſ. necle. vel mona. ſententiam. 51. diſt. aliquā-to. & c. ſequen. & bigamus & corpore vitiatus.

4 *Etiam principaliter. & quòd iudex eccleſiaſticus cognoſcat etiā principaliter tenet Pet. de Ancha. in conſil. 20. col. fin. incip. pro ſolutione. & allegat Inno. hîc qui intelligit hoc uerū in dote iam cō ſtituta. & hoc dictū Innocē. allegat etiam Feli. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. colū. 15. uerſi. tertia declaratio. ſup. de cō ſtitut.*

CAPVT IX.

DEVS QVI ECCLESIAM SVAM.

TITVLVS XX.

DE DONATIONIBVS INTER VIRVM ET VXOrem, & de dote poſt diuortium reſtituenda.

CAPVT I.

MVLIERES CVM PRO ALIQVA.

CAPVT II.

SIGNIFICAVIT, (Diuiſionem) hoc non habet locum, niſi ratione conſuetudinis, vel niſi vtriuſque intuitu aliqua quæſita ſunt. Nam aliàs omnia præſumūtur mariti. ff. de do. inter vi. & vxo. quintus Mutius. & quiſquis tantùm ſibi non alteri quærit.

CAPVT III.

1 *Iudex eccleſiaſticus acceſſoriè poteſt de dote cognoſcere, ſed non de hæreditate.*
2 *Maior eſt coniunctio inter dotem & matrimonium, quàm inter filios & hæreditatē.*

1 DE PRVDENTIA. (Acceſſoriè.) †Not. q̄d iudex eccleſiaſticus tā ordinarius, quàm delegatus cognoſcit de dote acceſſoriè, ſcilicet, cùm cognoſcit etiā de matrimonio, & in libello petitur matrimoniū ſeparari, & dotē reſtitui, vt hîc. & ſup. eod. c. 1. & 2. de coniu. ſer. propoſuit. ſecùs dicerem in ſucceſsione, nā licet cognoſcat in matrimonio, nō tamen de hæreditate, ſup. qui fil. ſint legi. cauſam. & c. lator. licet poſsit cogere partem, ne occaſione illegitimi matrimonij eum ſuper hæreditate moleſtet. ſup. qui fil. ſint legit. c. 1. imò etiam principaliter poteſt cognoſcere de dote. inf. eod. per tuas. & hîc.

2 †Nec obſt. ſup. qui fil. ſint legit. lator. & c. cauſam. quæ loquuntur, quòd iudex eccleſiæ non debet cognoſcere de hæreditate, maior enim coniunctio eſt inter dotem & matrimonium, quàm inter filios & hæreditatem, cùm dos non poſsit eſſe ſine matrimonio. inf. c. proxi. filij aūt poſſunt eſſe ſine hæreditate, & exhæreditati non retractarent etiam ſententiam iudicis ſecularis ſuper dote. Item ſpecialiter ad eccleſiam pertinet cognoſcere de dotibus, quia ad eccleſiam pertinet defenſio dotium. inf. eo. nuper.

CAPVT IIII.

1 *Dos propter adulteriū perdita, an poſsit recuperari, ſi adultera uult probare, matrimoniū non fuiſſe legitimum allegans impedimentum conſanguinitatis.*

PLERVNQVE. (Fornicationis ſuæ). reconciliata, nā tūc redit ad antiquū ſtatum. ff. de iur. dot. diuus. & l. poſt mulieris (vel) proid eſt, nam idem dicitur dos & dotalitium. ar. 36. q. 2. ſi autem. vel dotalitium vocat donationē propter nuptias. †(Dotalitium). Sed quid ſi lata ſententia ſuper diuiſione tori propter fornicationem, is qui adulteriū perpetrauit, velit agere condictione ſine cauſa ad repetitionē dotis, dicēs nō fuiſſe matrimonia, & propter hoc velit probare cōſanguinitatē, & ita non fuiſſe matrimonium, nec adulterium, nec dotem, an propter hoc non recuperabit dotem, ar. quòd ſic. inf. c. proxi. ff. de condi. ſine cauſa. adminiculo.

Sed contra res iudicata pro veritate accipitur. ſ. de ſen. & re iud. cùm inter vos. ff. fa. ercif. cùm putarem. Item cōtra, quia adulterium committere intendebat. 34. q. 2. in lectum. Laur. dicit, quòd dotem repetere non poteſt. ar. ff. de adul. ſi vxor. reſpon. 1. C. de ſpon. mulier. §. is quoque. T. dixit, quòd ſi ſit ſententia lata ſuper ſeparatione tori, & dote, nec ſit appellatū vlterius, petere nō poteſt, ſecùs autem ſi ſuper adulterium tantùm. Primum dictum magis placet, quia condictione ſine cauſa non poteſt repetere dotem cum cauſa retinendæ eius ſubſit, ſcilicet ſententia ſi lata ſit, vel adulterium quòd ſaltem intentione commiſit.

CAPVT V.

SET SI NECESSE. (Ob turpem) quia ſi ob turpē cauſam data eſſet, potior eſſet cōditio poſsidētis. ff. de cōdi. ob tur. cau. l. ſi ob turpem. in fi. (ob nullā) id eſt, ob matrimoniū, q. tamē inter eos non tenebat propter conſanguinitatem, vt ſtatim ſequitur. †(Reſtitui) quando inter conſanguineos fit dotis datio, ſi ignorabant ſe conſanguineos, competit repetitio dotis. ff. de condi. ſine cauſa adminiculo. C. ſol. mar. ſi igno. C. de inceſt. nup. qui contra. ff. de rit. nup. præfectus. ſi autem ſcienter cōtraxerint cōſanguinei, ad fiſcū dos deuoluitur. ff. de do. inter vi. & vxo. cùm hic ſtatus. §. vlt. inſtit. de nup. §. aduerſus.

Sed hæc decre. contradicit. hi enim cōſanguineos ſe ſciebant. Ad hoc ſic reſpon. nam Rex Legion. non petebat hîc dotem, quia erat vir, & ex parte mulieris tantùm competit petitio dotis. ſ. c. proxi. ſed quædam caſtra, quæ dederat pro conſeruatione matrimonij, quod non licet, ſicut nec pœnā promittere licet. de ver. obli. Titia. reſpon. 1. ſed dicas cùm eſſet data nomine arrarū, ea retinere licet. C. de ſponſa. mulier. reſpon. 1.

Sed illud verum eſt in licitis ſponſalibus, ſecùs in illicitis, vt in eadem. l. dicitur, vel dic quòd benè applicabūtur fiſco, quia Rex Legion. fiſcum habebat.

CAPVT VI.

VPER A NOBIS. (Inducit) ipſe vſufructuarius (in dotem) id eſt, vxorem ſuam dotauit de illa poſſeſsione, quod licet & meritò, & cuilibet alij (in dotem) expone, vt inf. eod. c. §. vlt. (poſsidere) nam in dotem licet feudum alienare, aliàs non. ſup. de feu. c. 2.

2 *Licet feudū. de hoc uide per Felin. latæ in c. quæ in eccleſiarum. col. 23. uerſi. in ea glo. ibi. ſup. de cōſtitu. et per Alexā. in conſi. 28. col. fin. uerſ. poſſet etiā in 5. uolu.*

CAPVT VII.

1 *Satiſdatio uxoris pro dote, quo caſu teneat, uel non.*
2 *Vxor poteſt repetere dotem, ſi uidet maritum uergere ad inopiam.*
3 *Mulier ſi aliquod delictum committat, uel contrahat mutuum non cogitur illud ſoluere de dote.*
Mulier, ſoluto matrimonio, an ſit alenda ab hæredibus mariti ſui, uel extranei.

PER VESTRAS LITERAS. (Conuenire) id eſt, in iudicium euocare (quam) pecuniam (repulerat) hæc erat ſufficiēs exceptio, quia ſi eam non ſuſtentabat dotem habere non debet, imò debet eum ſuſtētare de dote. ff. de do. inter virū & vxorem. ex annuo. ſed

licet eam proponeret nō eratvera. (Veritate) hæc etiam erat sufficiens exceptio, scilicet rei iudi. C. sent. rescin. nō pos. l. vl. sed quia appellatum fuit, idcircò auditur, sed litera contradicit, vbi dicit, quòd non fecit mētionem de literis, ergò nec de appellatione, vnde potest dicere, q̄ non fuit appellatum, nec fuit necesse fieri mentionem de priori sententia per quam non absoluebatur reus perpetuò, sed quādiu super ipsa dote mulieri cauetur, & ideò non obstabat sententia huic petitioni, cùm offerret satisdationē, vel petebat quòd daretur mercatori (cautionem) hæc sententia non erat sufficiens. Debuerunt enim addere vel pecuniam mercatoris dare, vt sequitur, & hic idem defectus fuit in sententia delegati (credi). C. de pac. cōuen. hac tamen non cogitur, vt in eadem. l. dicitur.

1 †(Faciatis) quicquid dicant aliæ gl. hîc positæ, tu dic, q̄ siue vxor satisdet, quod dotē dabit, siue maritus, q̄ donationem satisdederit, tenet satisda. ff. de iur. do. promittendo. & l. cùm dotis. si autem satisdedit de restituenda, siue ante matrimoniū, siue constante matrimonio, non tenet satisdatio, vt continetur in rubri. C. ne fideius. do. dē. l. 1. & 2. Quidam tamen dicunt, q̄ licet satisdare non cogatur, tamen tenet si satisdederit, cùm possit renunciare iuri suo. argu. insti. de satisda. tut. C. de pac. si quis. soluto autem matrimonio satisdare potest. ff. sol. mat. si constante. §. quoties.

2 †Quomodo ergò excusabis hîc sententiam Papæ? Respon. marito vergente ad inopiam vxor dotem & res obligatas pro dote repetere potest. C. de iur. dot. nisi. & in Authent. de aqua. do. §. vlt. Item ab eo sequestranda est possessio. ff. solu. matr. sicut dotē. §. si dotē verò. sed si in isto casu, de ea soluēda etiā constante matrimonio posit cautionē sufficientē præstare, dotis administrationem habebit, vt hîc. Sed adhuc est contra, quòd hîc dicitur, quod si non præstiterit cautionem, quòd res detur mercatori, cùm vxor habere debeat ad alendum se & maritū & liberos. C. de iur. dot. vbi. sed dic hoc ideò, quia mulier erat suspecta de minus idonea administratione, & dilapidatione. arg. ff. de app. imperatores. C. quo ap. non re ab exec. Vel dic, quod satis habebat vxor, quia mercator habebat pro ea cautionem, quæ tamen sit sufficiens, aliàs incongruè sequeretur cōiunctio disiunctiua, cùm semper cautionem iuratoriam dare posset.

3 †(Onera) vnde si mulier committat aliquod delictum, vel contrahat mutuum, non cogitur illud soluere de dote. ff. sol. mat. quamuis. vir autē vxorem debet substentare secundū vires dotis. ff. solut. mat. sicut dotem. §. si maritus. &. §. si autē. †Sed an mulier soluto matrimonio, sit alenda ab hæredibus mariti sui, vel extranei, dic quod sic donec dotem rehabeat. C. de rei vxo. act. l. 1. §. exactio. & ibi nota. sed & si nullam dotem recipit maritus tamen alere debet pro velle suo, quia personam suā pro dote dat mulier. in Authent. quib. mo. na. effi. leg. §. fi. ff. vt in possessione. l. pe. vbi dicitur quòd vxorem debet alere vt filiam. Ad causas autem mulieris vir non dabit ei expensas, nisi fortè speciale dicas, quando vir accusat matrimonium, nam tunc fortè cogetur ei dare expensas, etiam si indotata sit mulier. arg. inf. de accu. ex parte.

CAPVT VIII.

1 *Aequalitas non solùm in quantitate ut non sit maior quantitas dotis, quàm donationis, sed etiam in lucris ex pacto proueniendis, seruanda est.*

2 *Pactum per quod fit deterior conditio mulieris uolentis, iterum nubere, an ualeat.*

DONATIO. (Si pauperior) aliàs enim si non sit pauperior, puta quia rem alienā donauit, tenet donatio & præscribit. ff. de iur. dot. & si constiterit. idem & si repudiauerit hereditatē, vel legatum, quod & ipsius repudiatione ad vxorem pernenit. ff. de iur. dot. si sponsus. §. si maritus. & §. si quis. (obitu). C. de do. inter vir. & vxo. donationes. (tacitè) puta quia eādē rē alij donauit. (Expressè) dicendo reuoco do. quam tibi feci. (Quale) si fiat post nuptias. C. de do. ante nup. l. vlt. & debet esse æqualitas non solùm in quantitate, vt nō maior sit quantitas dotis, quàm donatio, sed etiam in lucris ex pacto proueniēdis. Authent. de æqua. do. §. hoc igitur. & si maius pactū sit de lucrāda dote quàm donatione, maius pactum trahitur ad minus. ff. de pac. do. l. lege. si autem pactum factum sit de lucrando dote, & nullum pactum sit de lucranda donatione, pactum dotis trahitur ad donationem. C. de do. ante nup. l. vlti. §. si autem do.

Quòd

Quòd intelligo hoc modo, quia si mulier fecerat maritō pactū, quòd ipse maritus lucraretur dotē, si superuenisset vxor maritus dotē lucrabitur, si superuixerit vxori secūdū pactū: & eodem modo, vt sit paritas in pactis, & mulier lucrabitur donationē propter nuptias, si superuixerit viro, & si de donatione lucranda nullum pactū interuenerit, & idem est econuerso & in alijs pactis dos & donatio ante nuptias & post. insti. de dona. §. est & aliud. Similiter fit augmentum dotis & donationis ante nup. & post. C. de dona. ante nup. si constante. Ante nuptias aūt potest esse disparitas, & in quantitate dotis & donationis, & in pactis super lucris. C. de pac. conuen. tam super do. quàm super dona. ex morte, post nuptias autem hoc non licet, ne excogitaretur fraus contra prohibitionem factam de donatione inter virum & vxorem. Hic autem scias, quòd non potest apponi pactum per quod deterior fiat conditio mulieris volentis iterum nubere, siue fiat ante nuptias, siue pòst. ff. de pact. dot. l. 2. C. de pac. conuen. super do. quamuis. ff. de dona. inter vir. & vxo. per totum. consuetudo autem varia potest esse in quantitate & in lucris.

TITVLVS XXI.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

CAPVT I.

CAPELLANVM QVEM.

CAPVT II.

DOMINVS AC REDEMptor. (Certitudine) & infallibili, sed habita præsumptione propter longinquitatem temporis, testimonium magistri exercitus, & militum in his requirendum est. ff. de diuor. vxores. C. de repu. Authen. hodie. ī. de spōsa. in præsentia. ī. vt lit. non conte. quoniam. §. quod sic. Vel dic quòd nunquam licet nubere, nisi prius receperit certum nuncium de morte viri, vt in præcedenti decre. (Seruauit) in præterito, in futurum enim non habet, nisi habito certo nuncio de morte viri. sup. de sponsa. in præsentia. sed & si in futurum fieret idem seruandum esset (dubitādum) probabiliter. inf. de sen. excom. inquisitioni. ī.

CAPVT III.

VIR AVTEM VEL MVLIER.

CAPVT IIII.

SVPER ILLA QVAESTIONE.

CAPVT V.

VM SECVNDVM APOstolum. (Infamia) non solùm credimus nō teneri infamia, sed nec alijs pœnis, quæ irrogantur, quia nupsit intra tempus luctus, quæ continentur. C. de secun. nup. l. 1. & 2. sed pœnas quas sustinet, quia secundo nupsit, non euitat quæ cōtinentur. C. de secun. nup. hac q̄dictali. & l. vlti. & l. fœminæ. & expressè habes. ī. de pig. cùm constet. Authent. de nup. §. quia verò hactenus. &. §. si verò ex. Ratio diuersitatis est, quia pœnæ impositæ nubentibus intra tempus luctus sunt meræ pœnæ, & ideò omnes pœnas à legibus propter hoc inflictas, tolli credimus, sicut infamiam, sed pœna quæ imponitur secundo nubentibus nō est mera pœna, imò est prouisio illorum, & ideò non tollitur hęc pœna per canone, sic etiam nō credimus a tolli pœnas impositas illi qui cōtra proprium iuramentum nubit, recepta tutela filij nō reddita ratiōe. C. ad Tertul. omnē. in Authent. de nup. §. sin autem tutelis.

a *Sic etiā non credimus. Ad de quod idem tenet Ange. in Authent. de nup. §. sin aūt tutelā. ad legat Hosti. hic uide tamē Bal. in l. cùm oportet. §. fi. in fin. C. de bo. quæ lib. qui uidetur hoc limitare, & adde quod etiā hoc dictum refert Feli. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. colū. 15. in prine. sup. de constitu.*

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

DE ACCVSATIONIBVS, INQVISITIONIBVS, & denunciationibus.

CAPVT I.

SI LEGITIMVS. (Non fatigetur) vt probet ſuam innocentiam, niſi publica infamia accuſatus laboraret, nam tũc indicetur ei purgatio. 2. q. 5. presbyter.

CAPVT II.

1 *Monitio debet præcedere accuſationem.*

SI QVIS EPISCOPVS. (Accuſatoribus) id eſt, denunciatoribus, ſcilicet non criminoſis (accuſatus) id eſt, denunciatus. Ex hoc.c. colligunt quidam, monitionem debere præcedere accuſationem. Alij intelligunt hoc.c. in non notorijs criminibus, & in his de quibus pœnitentia agi poteſt ſeruato ordine, & in criminibus exceptis, ſed nos intelligimus hoc. c. ſcilicet quando agit denunciando. Et ſecundum hoc expoſuimus literam. inf. eod. ſuper his. inf. de ſimo. licet. (conuentus) id eſt, monitus (cauſam). i. pœnitentiã agat (nõ olim). i. ante monitionem (ſed nunc) id eſt, poſt monitionem. (ad primates). i. iudices legitimos.

CAPVT III.

ILLA PRAEPOSITOrum. Et. ĩ. (Cum eis). id eſt. ſubditis accuſatoribus, vel id eſt, prælatis ſuis ordinarijs, ſubditi enim accuſatores neceſſarij ſunt ad diſcuſſionem, vt probẽt, ordinarij autem neceſſarij ſunt, vt conſulant.

CAPVT IIII.

1 *Accuſatione pendente promoueri ad dignitatem quis non debet.*

OMNIPOTENS. (Nunciantur) pendente enim accuſatione non debet aliquis ad dignitatem promoueri. 81. diſt. tantis. C. de procura. remu. ff. de mu. & hon. res quæ. §. eũ. imò ſola infamia impedit. C. de dig. l. 3. ſed licet promoueri non debet, poteſt eligi, & electio tenebit, ſed per præcedentia iura probatur, q̃ non confirmabitur, niſi purget innocentiã ſuã. Alij tamẽ dicũt quod nec eligi debet. de hoc not. ĩ. de ſimo. accuſatũ.

CAPVT V.

1 *Criminoſus an poſſit accuſare criminoſum.*

NVLLI EPISCOPORVM. (Repellere.) ff. de adul. l. ſi vxor. 67. q. 4. c. attendendũ. iudex tamẽ ex officio ſuo repellere poteſt. 2. q. 7. ſi qui ſunt alieni. quærẽdũ. ff. de poſtul. l. q̃ prohibet, niſi obiectu maioris excõmunicationis. ſ. de excep. à nobis. quãuis illa decr. in alio caſu loquitur, quàm iſta. Hîc enim dicit, q̃ in cõmunẽ familiaritatẽ habebat, illa aũt quãdo in aliquo facto ei cõmunicauerit. 2. q. 7. alieni. Cõtra. C. qui accu. nõ poſ. iniquũ. Ar. cõtra. C. de inoffi. teſt. in areã. C. de hære. quoniam. 2. q. 7. §. in hoc. Reſpõ. q̃ dixit nullũ criminoſum etiã cõtra criminoſum admittẽdũ. C. de lib. cau. ſi filiũ. C. de adul. quoniã. 32. q. 7. nihil verũ eſt, niſi in exceptis criminibus, in quib. nõ ad teſtificãdũ, ſed accuſandum tãtùm admittunt̃? Reſpon. huic decre. qa accuſabãtur de crimine excepto, vel ſpeciale eſt in epiſcopis, vt eis nõ liceat ab accuſatione ſua repellere familiares, cũ præcipiantur habere honeſtos. 2. q. 7. cùm paſtoris. lex aũt iniquũ loquit̃ de expoſitis & alijs dominis, qui nõ tenent̃ habere cubicularios, at epiſcopi quaſi in quodã officio cubicularios habere tenent̃, vt in prędictis. c. vnde ſi in eo officio aliquos approbauerint, vbi tantùm bonæ famæ requirunt̃, nõ poſſunt eos repellere ab accuſatione, vel alio, vbi tales perſonæ ſimiliter requiruntur. ff. de adult. ſi vxor. ſed ſi aliàs clericos malos habet benè repellet eos ab accuſatione ſua. Sæpè enim presbyter bonus malos clericos patitur propter ſcandalum vitandum. Aliquandò quia probationibus deſtituitur. 50. diſt. vt cõſtitueretur. 2. quæſt. 7. plerique. & propter multas alias cauſas, quas licet tolleret, ad ſuperiores tamen ordines non promouebit, & à ſua accuſatione repellet. argu. contra. 40. diſtin. §. neceſſe. ſed ibi loquitur, quando culpæ prælati ſubditus malus eſt. Item & ſi culpabilis erat prælatus in corrigendo ſubditos, tamen eos repellere poſſet à ſua accuſatione, nam aliud eſt officium dare, quale eſt cubicularium facere, in quo videtur eum approbare, & ſpontè cùm ad hoc non cogatur. Aliud eſt negligere correctionem ſubditorum, in quo licet culpabilis videatur, tamen approbare non videtur.

CAPVT

CAPVT VI.

DE HIS CRIMINIBVS. (Replicari) 23. q. 4. ſi illic. 2. q. 3. notandũ. ff. nau. cau. licet. §. vlti. niſi probetur priorem accuſatorem præuaricatum. ff. de præuar. l. 2. Item vel ſi corrũpit iudicem, vel teſtes. inf. de collu. c. vlt. vel ſi ſuum dolorẽ proſequatur ignorans ab alio inſtitutam accuſationem. ff. de actio. cui. §. ijſdem.

Et intelligitur hoc, quando in forma iudicij proceditur, nam licet per pœnitentiam quo ad Deum fiat remiſsio, nihilominus tamen poterit inde accuſari.

CAPVT VII.

REPELLANTVR AB ACCVſatione.

CAPVT VIII.

ACCVSASTI. Scilicet calũnioſè, aliàs immunis eſt accuſator. 23. quæſt. 4. illud etiam. & iudex. 23. q. 5. cùm miles. vel non calumnioſè, ſed ex alia ſcintilla odij. (pro pace) ſupple accuſaſti, id eſt, vt alij quiete viuant. 33. quæſt. 5. non fruſtra (delaturam) id eſt, accuſationem ipſius.

CAPVT IX.

EVIDENTIA. Repete quę dixi. ſup. de coha. cle. tua. ſi crimen eſt notorium iudici & alijs.

CAPVT X.

1 *Laici in accuſatione vel teſtimonium clericorum, non ſunt admittendi, quod tamen limitatur vt hîc, & vide in nu. 4. 5. 8. & 9.*
2 *Qui admittuntur ad accuſandum admittuntur etiam ad teſtificandum.*
3 *Viles & infames quando admittantur ad accuſationem.*
6 *Monachi an poſſint quempiam accuſare.*
7 *Non admittitur aliquis ad accuſationem clericorum qui ſit ignotus vel ſuſpectus de fide & inimicitia.*
10 *Teſtis qui ſemel contra aliquem in cauſis criminalibus teſtificatus eſt, amplius contra eum teſtificari non poteſt, ſecùs eſt in ciuilibus.*

CVM P. MANCONELla. † (Quia laicus) hîc collige, quòd laici etiam in crimine ſimoniaco non admittuntur. de teſti. veniens. 2. quæſt. prima. in primis.

Sed contra. inf. de ſimo. ſi dominus tãta. 79. diſt. ſi Papa. Sol. contra laicos ſimo. indiſtinctè quilibet admittitur ad accuſandum & teſtificandum, ſed contra clericos diſtinguitur, nam cõtra clericos bonæ famæ in criminibus exceptis. 2. q. 1. in primis. & contra clericos malæ famæ admittuntur laici & clerici malæ famæ, & fures, & meretrices. inf. de ſimo. tanta. & maximè ſi agaẽ ciuiliter. ar. ad omnia prædicta. ĩ. de ſimo. per tuas.

Excipiuntur conſpiratores & capitales inimici. ĩ. de ſimo. licet hely. per tuas. qui etiam cum tormentis admittendi non ſunt, & participes criminis & muneris. ſ. de teſt. veniens.

2 † (Item not. quòd vbicunq; & qualeſcunq; admittantur ad accuſationem ijdẽ admittuntur & ad teſtimonium, niſi proſecutores ſuarum iniuriarum, qui admittuntur ad accuſationem, & non ad teſtimonium. ſup. de teſt. decætero.

3 † In hoc tamen eſt differentia, quia ad accuſationem ſine tormeto admittuntur etiam infames & viles, ſed nõ ad teſtimonium. 4. q. 3. §. ſi ea. Item neceſſaria eſt aliqua præſumptio, cùm non ſint ſine tormentis admittendi, & à tormentis incipiendum non eſt. ff. de quæſti. l. 1. inf. de re. iur. cùm in contemplatione. in nõ exceptis autem, non admittuntur criminoſi clerici vel monachi. 2. q. 7. clericus, maiorum præſumunt, criminationes.

4 † Idẽ dicimus ſi ratiõe irregularitatis nõ poſſunt aſcẽdere ad ordinationẽ, quã habet accuſatus. 2. q. 7. ipſi teſtes. alij aũt clerici ſecurẽ ſuos prælatos & clericos accuſant. 2. q. 7. lator præſumũt. ſicut inqt Paulus, laici aũt nullo modo admittunt̃ ad accuſationẽ. 2. q. 7. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & c. oues. & c. accuſatio. 6. q. 1. cũ beatus. 11. q. 1. clerici. niſi proſequat̃ ſuã iniuriã. 4. q. 6. omnibus. 2. q. 11. prohibent̃. ĩ. de teſti. decætero. clericus aũt in nullo crimine ciuili, vt homicidio & ſi milibus, poteſt accuſare laicum, etiã ſi ſuã iniuriã proſequat̃. 11. q. 1. clericus nullus. 23. q. 8. his à quibus. quia nec teſtari poteſt in crimine cõtra laicũ. 11. q. 1. teſtimoniũ. agat aũt clericus, ſi vult ciuiliter de crimine, quidã tamẽ dicũt, q̃ poſſit accuſare laicum ſi ex crimine, vnde accuſat

5 non irrogatur pœna ſanguinis. † Item quidam dicunt bonos laicos admittendos ad accuſationẽ clericorũ, & in hac opinione fuit Gra. ſimiliter & ab accuſatione laicorum in criminibus eccleſiaſticis criminoſi repelluntur. 3. q. 4. cõſanguineorum beatus. nulli. 6. q. 1. qui crimen.

† Monachi

6 †Monachi autem abbatem ſuum accuſabunt ſine licentia abbatis, quem volunt accuſare. ℣. eo. c. ex parte. alium nō accuſabunt abſq; licentia abbatis. 2. q. 7. placuit. & c. nullus. niſi illum cuius eſt cubicularius. Illum enim ſine licentia abbatis accuſare poſſunt, nam cùm ad hoc ſint cubicularij, vt ſint teſtes dominorum, ſi viderint eos malus, licitè accuſabunt. 2. q. 7. cū paſtoris. peruenit, quia niſi accuſarent, nō exequerentur laudabiliter officiū ſuū, & etiam denunciare tenentur ſaltem crimē committendum. 2. q. 7. negligere. & hoc magis conſulerem monachis.

7 †Item ad accuſationem clericorū nullus admittitur ignotus, vel ſuſpectus de fide vel inimicitia. 3. q. 5. accuſatoribus. canonica. accuſationes, vbi habes de alienigena, niſi prius inquiratur de vita & fide & intētione eius. 2. q. 7. ſi qui. & c. quærendum. vel niſi habeant aliquas literas Authenticarum perſonarum quæ pro eis teſtimonium ferāt, vel teſtimonium proprium. 2. q. 7. criminationes. Item repellūtur omnes criminoſi corpore vitiati, & irregulares tam ab accuſatione, quàm à teſtimonio, quia ordinari non poſſunt. 2. q. 7. ipſi teſtes.

8 † Quia laicus) hîc habes, q̄ etiam in exceptis criminibus, laici repelluntur ab accuſatiōe clericorū, ſed hoc intelligo quādo laicus erat malæ famæ. 2. q. 1. in primis. vel repellitur propter ſuſpicionem, quam contraxit de mutuis accuſationibus, vt in eo. c. ſequitur. vel non accuſabat de ſimonia, ſed de alio crimine (illius cauſę). i. criminis, vnde M. accuſabat Petrū, & laicus vel alius iam eū accuſauerat de ſimonia, & hic fuerat teſtis.

9 † Sed obijcies, ſi alia vice fuit accuſatus, ergò modò nō poterat accuſari, ſup. eo. de his? Reſpon. licet hic fuerit accuſatus, & dati teſtes, non tamen fuit abſolutus à crimine, ſed ab obſeruatione iudicij, vel dicederat teſtimonium extra iudicium falſa crimina eis imponēdo, vel etiam vera, ſed facilè & ſine cauſa inſultando & exprobrando. 5. q. 5. illi. &. §. ſed aliud. Sunt ergò tales detractores, qui repelluntur ab accuſatiōe & teſtimonio. 3. q. 4. detractores. ſi autem non ſine cauſa diffamaret, ſed qa probare vellet, etiā ſi famoſo libello cū propoſito accuſandi confecto, nō repelleret. 5. q. 1. c. 2. & C. de famo. libel. 2. imò
10 remuneraretur. † Ille etiā, qui dixit ſemel teſtimoniū contra aliquem, vlterius contra eum teſtificari non poteſt. 4. q. 3. in criminali. in prin. & hoc in criminalib. cauſis vbi repellunt ſuſpecti. 3. q. 5. accuſatoribus. & in multis alijs. c. eiuſdē. q. &. q. 8. c. 1. & hi ſuſpecti ſunt de odio, qui toties parāt ſe ad ferendum teſtimonium, nam in ciuilibus non prohibetur quis in multis cauſis teſtificari contra eundem. ℣. de teſt. fraternitatis (accuſauerat). i. accuſare voluerat, niſi enim fuit amiſſus, vt hîc dictum eſt, (cum tribus) hic numerus arbitrarius eſt. 2. q. 5. omnibus.

CAPVT XI.

1 *Regula euangelica neminem excludit.*
2 *Monachus an ſine cauſæ cognitione abbatem poſſit accuſare.*

EX PARTE. (Licet alios) Sine licentia abbatis, nam tūc poteſt. ar. 2. q. 7. cùm paſtoris. & dicunt quidam nō, niſi interſit. monaſterij. 16. q. 1. placuit. denunciare aūt poterit, & debebit, cùm nemo à regula euangelica excludat. 2. q. 1. ſi peccauerit. 24. q. 3. tam ſacerdos. ☞ †(Miniſtrari) non ſtatim quicunq; vult accuſare abbatem, admitteretur, & habebit expenſas, ſed præmiſſa aliqua ſummaria cognitione, & videtur quod hæc ſummaria cognitio ſine præſentia partiū fieri poteſt, per ſolum iudicem. ar. cōtra. de renū. ſuper hoc. nam ſi alij nō accuſant ſine inquiſitione præmiſſa. 2. q. 7. ſi qui. & cap. quærendū criminationes, & multò fortius monachi contra abbatem nō debent ſine tali inquiſitione admitti.

Alij tamē dicūt, q̄ in accuſatione & inquiſitione ſemper neceſſaria eſt cauſę cognitio, antequā monachus admittatur ad proſequēdā inquiſitionē vel accuſationē, ſed in habēdo expēſas eſt differentia, quia in accuſatiōe cùm inſcribat ſe ad talionē, ſemper habebit expenſas, ſed in inquiſitione nō, niſi cauſa cognita ſibi decernātur.

Nos dicimus q̄ ſemper ex quo admittitur ad accuſandum vel inquirendum, vel denunciandum, q̄ expenſas habebit à Papa, vel quiſq; ordinarius hoc p̄ ſe diligenter inquirit, q̄ delegatus ex quo ſibi committit cauſa inter partes, debent eum reputare pro admiſſo, nec amplius de aliqua cauſa inquirere debet. Nec eſt cōtra. ℣. de reſt. ſuper literis. in fi. vbi dicitur, q̄ ea debēt mouere delegatū, quę mouerent delegantē, quia hîc conſtat iam delegantem motum ad admittēdum eum, ex quo cōmiſit cauſam inter eos, ſed ſi proſequat cauſam ſuam, ſiue poſſeſſorio, ſiue petitorio agat, non habebit expenſas.

CAPVT

CAPVT XII.

1 *Commendatio fieri debet cum diſpenſatione, & ex cauſa.*
2 *In commendatione uocandus eſt ille ad quem pertinet præſentatio uel collatio eccleſiæ commendandæ, & an ualeat electio ſi non fuerit uocatus. in num. 3.*
4 *Commendatarius liberiorem habet adminiſtrationem in eccleſia quàm procurator.*

SI CONSTITERIT. (Quod D.) iſte D. agebat petitorio, petebat enim quandam eccleſiā, quia in ea erat canonicè inſtitutus vt dicebat.

1 †(Commendata) Cōmendatio debet fieri cum diſpenſatione, quod probo, quiá per eam fit iuris relaxatio. Ius enim vult quòd eccleſia proprium habeat prælatū, non commendatum, vt dicimus quod cōmendatio debet fieri ex cauſa. 1. q. 2. diſpēſationes. & præmiſſa aliqua cauſæ cognitione, & ſi aliqui lædātur ex prædicta cōmendatione, credimus quod vocādi ſunt ar. ff. de adopti. nam ita diuus. ff. de mino. deniq;. & l. in cauſæ. 1. §. cauſa aūt. & ſi nō vocētur faciēt eam caſſari per ſuperiorē, ſi aūt vocati cōtumaciter abfuiſſent, tunc non audirentur vlterius. ar. ſup. qui ſi. ſint legi. lator. & qui mat. accu. poſ. c. ff.

2 †(Item vocari debet in commendatione ille, ad quem pertinet præſentatio, vel collatio eccleſię commendandæ, & debet audiri, ſi iuſtā cauſam habet cōtradicēdi, & ſi non fuerit vocatus, vel auditus, faciet per ſuperiorem caſſari cōmendationem.

3 †Sed quæro an ſi contemptus iſte eligat poſt commendationem facta, an electio valeret? Ad hoc reſpon. quidam q̄ ſi epiſcopus malitioſè, & ſine cauſa fecit hanc commendam, quòd tunc tenet electio facta ab eo, ad quem pertinet prædicta commenda, nō obſtante. ar. ſup. de cōceſ. præben. poſtulaſti. Alij dicunt, quòd plus placet, quod quāuis in fraudem, & ſine cauſa fecerit, dummodò teneat, licet ſit iniuſta: tamē facit quod ad ejus officium & iuriſdictionem pertinet. ſ. commodare, vnde ex tunc nō licet illi, ad quē pertinet eligere alium, niſi prima commendatio fuerit primo caſſata. arg. ſup. de conceſ. præben. cum noſtris. & c. quia diuer.

4 †Et eſt ſciendum, quod commendatarius licet nō habeat ius in eccleſia, tamen eſt legitimus adminiſtrator, & liberiorem adminiſtrationem habet quām procurator. argu. 17. quæſt. 1. paſto. 71. diſt. obitum. & c. ſeq. & videtur quod has commendas poſſit recipere propria authoritate ſine requiſitione proprij prælati, cùm non obligetur ad commendam tenendam, niſi quātum voluerit. Nec obeſt ſi dicis, quòd non debet eſſe generalis procurator alicuius, vt no. ſup. de obli. ad rat. c. 1. quia nō eſt alia pœna ſi accipit, niſi quòd cogitur dimittere adminiſtrationem, vel deponitur, & nos benè dicimus, quòd ſemper ad mandatum ſui prælati eam dimittere debet (pernoctauerit) vigilando (rationabiliter conuictus). i. ordinariè accuſatus (vel ad rationem). i. ſine ſolennitate iudicij requiſitus fortè inquirendo procedebatur contra eum, & ſic confeſſus eſt prædicta, vel aliquod prædictorum: quia quodlibet per ſe ſufficit. (Confeſſus) repete quæ diximus ſup. de elect. per inquiſitio. (ipſa) eccleſia (poſt appel.) recipiendam.

CAPVT XIII.

1 *Exceptio competit contra petentem munus benedictionis.*
2 *Inimicus non ſolùm ab accuſatione, ſed etiam exceptione repellitur.*

MINIMVS. (Pro altera). id eſt, in contrarium, ſcilicet, ne benediceretur. (Appellauit). †no. quod contra cōfirmantē petentē munus benedictionis, admittitur exceptio, dummodò excipiens aliàs ſit legitima perſona ad excipiendum (accuſaret) id eſt, paratus eſſet accuſare, vel id eſt, exciperet contra eam.

2 †(Manifeſtus) No. inimicum non ſolùm ab accuſatione, ſed etiam exceptione repelli, idem crederem in conſpiratione, ſecùs de alijs (tulerit) alio accuſante. ex hoc præſumitur inimicus, vel aliàs malitioſè procedere.

CAPVT XIIII.

1 *Accuſare per ſcripta an quis poſſit.*
2 *In criminalibus ſpeciale eſt, quòd ſocius poteſt eſſe procurator ſociorum.*
3 *Accuſator citari debet antequam abſoluatur accuſatus.*
4 *Perpetuum accuſatori ſilentium imponitur, ſi non fuerit in termino.*
5 *Ante inſcriptionem licet deſiſtere ab accuſatione, quia nemo compellitur accuſare.*

LICET IN BEATO PETRO. †(Ex literis) no. colligitur hîc, quòd quis poſſit accuſare per ſcripta contra id,

quod legit.2. q. 8. perſcripta. ſed in literis ſignificabantur crimina Papæ, & petebatur citari vt accuſationibus reſponderet, quod benè licet, quia hęc prima citatio ſine cauſę cognitione fit, & iam licitè fit per nuncium. (delatus) id eſt, denunciatus (ab I. & O.) hi fortè erant de his qui cõtra epiſcopum ſcripſerunt.

2 †(Vel alijs). 5. quæſt. 3. in criminalibus, contra. inf. c. proxi. contra ſolu. ſpeciale eſt, quòd etiam in criminibus ſocius poteſt eſſe procurator ſociorum. 3. quæſt. 6. c. hoc quippe. ſup. de dol. & contu. cùm dile. Vel dicimus, quod hi admittebantur ad excuſandum abſentes, quòd licet. 5. q. 3. reos. per quod capitulum, licet minus benè, quidam dixerunt, quod ſemper pro reo procurator admittitur in crimine etiam iniuriarum admittitur procurator. 3. quæſt. 9. §. niſi. Item ad accuſandũ & excipiendum. inf. cap. proxi. & c. ſuper his. 23. qõ. 5. reos. Item in leuibus criminibus, puta quæ non excedunt pœnam relegationis. ff. an per ali. cauſa ap. l. 1. Sed quidam dicunt, illam legem tantùm habere locũ in cauſa appellationis, ſed ſecùs in principali. Item in crimine ſuſpecti tutoris. ff. de procu. non ſolùm. §. vlti. & idem dicimus ſi prælatus dicatur ſuſpectus. Item in accuſatione ingratitudinis. ff. de procu. ſed hæ. §. 1. Item in accuſatione populari ad agendum. ff. de procu. licet. ſed non ad defendendum. ff. de popul. act. quis populos. Item dominus defendit ſeruum. ff. de accu. ſicut. §. pe. Item cum cauſa non eſt purè criminalis, ſuprà, de procu. tuæ. Potes etiam dicere, quod hîc agebatur ciuiliter, ſcilicet, inquirendo vel denunciando (quòd non propoſito accuſandi).

3 †Sed dicunt quidam, quod citari debet accuſator, antequam abſoluatur accuſatus. argu. C. qui accuſ. poſ. quod crimen. & 5. quæſt. vlti. Epiphanium. Hoc autem non obſtat, quia præſentes erant à quorum accuſatione abſoluitur. In ciuilibus autem ſecùs, quia tantùm à præſenti obſeruatione iudicij abſolueretur. C. de iudi. properandum. §. 1. vel accuſatore abſente hæremodicium contraheretur. C. quomodo & quando. Authent. qui ſemel. (intimanda) vt per ſedem apoſtolicam monitionibus tantùm corriperetur. (exceſſit) faciendo citari epiſcopum, vt reſponderet accuſatori.

4 †(Silentium) Not. accuſatori imponi ſilentium perpetuum ſi non fuerit in termino, niſi iuſtam cauſam abſentiæ probauerit. 4. quæſt. 5. quiſquis. in fi. †(Imputandum) quia ante inſcriptionem licet ab accuſatione recedere. 2. quæſt. 3. ſi quenquam. ff. ad turpi. quæſitum. Infamator tamen tenetur iniuriarum. ff. de iureiuran. Item apud. §. ſi quis li. In ciuilibus autem dato libello, cogitur litem ad finem perducere. C. quomodo & quando. qui ſemel. Non eſt contra id, quod dictum eſt de crimine. C. qui accuſa. non poſ. 3. quia ibi præceſſerat inſcriptio, vel ad minus ſatisdatio de accuſatione proſequenda. In ciuili autem ſi reus nolit proſequi cauſam principalem, tamen ad expenſas agere poteſt. ſup. de dolo. actor. ſi autem ſua non intereſt ſine Papa reuocabit. 2. quæſt. 6. ſi quis libellos. (Famæ) nam criminum prædictorum fama bona vel mala probari poteſt per teſtes, & etiam de plano, ſcilicet, per communem auditum. ſuprà, de ſpon. cùm in tua. hanc inquiſitionem etiam aliqua infamia præcedere debet, vel etiam denunciatio probæ perſonæ, ſed inquiſitione criminum maior infamia eſt neceſſaria, hæc enim inquiſitio illius eſt præparatoria. argumentum. inf. eodem. cùm oporteat.

CAPVT XV.

1 *Excuſatoris officium quale ſit.*
2 *Quando admittatur procurator uel accuſator in cauſa criminali, & in nu. 3.*

VENIENS. (Excuſationem) Nulla harum excuſationum fuit ſufficiens, ſi benè inſpicias. †(Excuſationem) excuſatoris officium eſt allegare & etiam probare cauſas abſentiæ de facto, vt erant iſtæ. & ſuprà, de procu. querelam. & ſup. de dol. & contu. cùm dilecti. ff. de iudi. ſi prætor. Excuſator autem ad cauſas cauſæ allegandas nõ admittit, quia ibi neceſſarius eſt procurator cum mandato, vel cum ſatisdatione. Fatemur tamen, quòd tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis poſt lit. conte. vel etiam in alijs cauſis vbi proceditur lit. conte. quandocunque, quod iudex antequam condemnet indefenſum, ſiue ex contumacia ſit abſens, ſiue propria voluntate, quemlibet admittet iura cauſæ ſuæ allegantem etiam minorem, & fortè infamem. ff. de procu. ſeruum. §. publicè. C. de procu. exigendi. in. fi.

†Et in-

1 †Et intelligo quod admittitur ad allegandum cauſas hic homo, qui non habet mandatum, nec ſatisdet, nec de perſonis coniunctis cauſas dico, quæ colliguntur ex actis in eadem cauſa habitis, nam nullo modo credimus, quod poſsit producere teſtes, vel inſtrumẽta, vel cõfeſsiones facere, quia procurator non eſt, & ſi hoc eſſet ei cõceſſum à iure iniuſtũ ius eſſet, quia fieret præiudicium abſenti per alium, quam per procuratorem.

Et ſi credo verum, niſi in cauſis abſentiæ, nã ad illas probãdas benè admittit excuſator ſine mandato & ſatisdatione, & ſic loquitur. ff. de procu. ſeruum. §. publicè. Et benè facit ad hoc, quod quilibet admittitur ad docendum de iure partis abſentis, quia ſi partis contumacis abſentiã Dei præſentia ſupplere debet. C. de iudi. properandum. §. cùm autem. debeo non ſolùm per me, ſed etiam per quemcunq; alium quærere, quomodo inſtruar in cauſa eius. Item excuſator non poteſt allegare cauſas abſentiæ de iure, puta talis non tenetur venire coram vobis; quia eſtis excommunicati, vel quia reſcriptum nõ valet, hoc enim non per excuſatorem, ſed per ſeipſum, vel per procuratorem proponere debet. ſup. de reſcri. ſuper literis (viarum) puta quia viæ erant lutoſæ (criminali) niſi in caſibus no. ſup. c. proxi.

3 †(Præcepit) & malè, niſi intellexit prohibere tantùm, quod non calũnioſè proponere, vel dic, quod mandatum fuit & licitum, & iuſtum, nam ex quo conſitebatur ſe ſemel calumnioſè accuſaſſe, vlterius accuſare non debet. argu. ſup. cap. proxi. nam ſic remittere querelam videtur, vnde vlterius accuſare non poteſt. 23. quæſt. 4. ſi illic. C. ad turpil. quamuis. imò ſi dicat, ſe nolle vlterius accuſare, vlterius non accuſabit. ff. de adul. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. hic etiam quia calumniatus eſt in accuſando, ſi velit denunciare, repellitur, & quia etiam nunc præſumitur calumniari. Si autem non eſſet confeſſus de calumnia, ſed tantùm iuraſſet non accuſare denunciare poſſet, cùm iuramentum non valeat à præcepto euangelico liberare. ſup. de iureiu. quemadmodum. in fi. 24. quæſt. 3. tam ſacerdos. & ſi per denunciationem eccleſię non poſſet immunitas ſeruari, poſſet non immeritò accuſare. ſup. de iureiu. peruenit. †(Contumaciam hîc videtur non reputandus contumax, quia ſi præſens eſſet tali accuſatori non cogeretur reſpondere. ff. de iudi. non videtur, ſed illud habet locum, vbi certum eſt, quòd non tenetur reſpondere, ſed vbi eſt dubiũ, ſicut hîc, ſecùs. ff. de iudi. ſi quis hoc. Item illud intelligitur, qui neque ſuper principali, neque ſuper accuſatorio, vel exceptionibus, & agere, & reſpondere cogitur, ſed hîc benè reſpondere, & agere cogitur ſuper exceptionibus.

CAPVT XVI.

1 *Quis ſit admittendus ad excipiendum.*
2 *Exceptio de non intereſſe eſt declinatoria, & ante lit. conte. regulariter proponenda, & uide in num. 3.*
3 *An ille cuius non intereſt, admittatur ad excipiendum de crimine.*
4 *Monitio debet præcedere accuſationem.*
5 *Plures contra eundem petentem confirmationem quando ſint audiendi.*
6 *Cùm unus excipit, cæteri quoque qui uolunt excipere eodem tempore excipere debent.*
7 *Nedum clericus, ſed etiam laicus admittitur ad excipiendum de crimine contra electum ſiue confirmatum.*
Criminoſi an admittantur ad excipiendum & teſtificandum.
8 *Inquirendum eſt à contradicentibus qua intentione procedant ad impediendũ conſecrationem.*
Principes an & quando admittantur ad excipiendum contra electum de ſimonia, de adulterio, uel certis crimibus.
9 *Qui poſſint excipere de forma, item quid requiratur in excipiente, quod peccatum ſit in perſona electa, in num. 10.*
10 *Excipiendi onus probandi incumbit, ſiue affirmatiuè, ſiue negatiuè excepit.*
11 *Quamuis nullus extet excipiens uel accuſator, tamen confirmator uel ordinator inquiret quandocunque eum contigerit dubitare.*
12 *An procurator poſſit de crimine contra electum excipere.*

1 SVPER HIS. †Videtur quòd quilibet admittendus ſit ad excipiendum, quia excipiens defendit eccleſiam, & nullus prohibetur à defendendo. ff. de procu. ſeruum. §. publicè. Sed tu dic, illos admittendos in prædicto caſu, quorum intereſt, ſed reſponde. l. quæ loquitur quando defenſor agit nomine alterius, & ſatisdat, hic autem qui excipit, nomine ſuo agit.

4 *Etiã poſt lit. cõte. & ſic regulariter opponitur ante lit. cõteſt. Ad de Ioan. Anhic & Card. in conſi. 7. incipi. in cauſa fratrum.*

2 †Et dicimus quòd hæc exceptio, ſcilicet quòd non intereſt excipientis proponitur etiam poſt lit. conte. 4 ad quid enim officium nihil lucri portaturus eſt. Item quia nullam habet actionem, ergò nec eam proſequi poteſt, quamuis poſſet dici,

quòd ſi non excipereturcontra eum, & fertur ſententia quod ſententia teneret, & faceret ius inter partes, ita quòd infirmaretur electio eius, vlterius non poteſt petere illam electionẽ confirmari, & contra nullum ex illa electione agere poſſet, & omnibus contra eũ pararetur exceptio. argu. ff. de inoff. teſt. poſthumis. §. ſi quis. ff. fami. ercíſ. cùm puta, ſed ſi eius electio cõfirmaretur, non fieret præiudicium aliis, quæ non fuerunt quominus adhuc cõtra electionem dicere poſſent, quia ipſis cùm non fuerint partes, non fit præiudicium. arg. ff. de mino. etiam in fi.

3 † Item ſcias quod ſi hæc exceptio proponitur poſt litis. conte. ille qui petit confirmari per confeſsionem aduerſarij, vel alio modo debet probare, quòd non interſit, alioquin perſeuerabit vſque ad ſententiam. ff. de procu. Pompo. §. rati. ſed poſt ſententiã non poterit dici ſententia nulla ea occaſione, quod excipientis nõ interſit propter vires rei iudicatę, quę tenet etiam inter eos quorum non intereſt. ff. fami. ercíſ. cum pu. nec eſt ſimile ei, quod dicitur de falſo procuratore. ſup. de procur. in noſtra. in fi. & C. de procur. licet. quia ibi ſententia non fecit ius inter partes, quia ibi procurator non erat pars, quia non agebat ſuo nomine, nec dominus qui in iudicio non erat, & ſic non erant ibi partes, ſed hîc benè erant, quia licet excipiens non haberet ius excipiendi, tamen ex quo nomine ſuo litem conteſtatus, eſt pars & dominus litis. ar. præal. l. cum pu.

☞ †Sed oppones quare non eodem modo excipitur contra militem, poſt litis conteſtationem. contra. C de procu. ita ſo. quia miles benè habet actionem nomine alterius, licet contra eum poſsit excipi, ſed iſte non habet ius excipiendi, credimus tamẽ, quod ſi iudex perpendat, quod non intereſt agentis, quod ipſemet ſine exceptione ſuperſedebit ſententiæ, quia ſi fieret per appellationem poſſet reuocari, quicquid dicant gl. etiam alia quæ incipit ad excipiendum, plus placet nobis quod etiam ille cuius non intereſt, benè admittitur ad excipiendum de crimine, licet non ad accuſandum etiam contra ſimplicem clericum propter rationes in prædictis gl. aſsignatas, ſed in forma ſuæ electionis forte poſſet ſuſtineri, quòd non admittitur, niſi ille cuius intereſt, ſicut nec ad proſequendum contemptus. ſup. de elect. quod ſicut. §. 2. & videt tantùm intereſſe eligẽtium, & etiam cõfirmatoris. ſup. de elect. nihil. Item nõ placet, quod dicit hæc glo. ſcilicet quòd poſt litis conte. poteſt repelli ille, cuius non intereſt, quia dato, quòd talis poſſet repelli ante litis conteſtationem, tamen poſt litis conte. repelli non poteſt, quia nec exceptio perſonalis eſt & declinatoria, & ideò non poteſt proponi niſi ante litis conte. C. de excep. l. fi. inſti. de excep. §. fi. (& accuſando) hîc tacet de modo inquiſitionis.

4 †Inſcribi) etiam moneri, nam ſi monitio præcedere debet accuſationem ciuilem, multò fortius criminalem. 2. quæſt. 7. accuſatio ſi quis ergò ſed benè fatemur, quòd licet non præcedat monitio, tenebit & procedit accuſatio & actio, ſed tamen punietur qui non monuit. vt inf. eod. c. dicitur. vel dic, quod non punitur, ſed ho-
5 neſtum eſt, quod monitio præcedat. † (A promotione) dicimus quod plures a contra eundem petentem confirmationem audiendi ſunt, ſi de diuerſis defectibus, vel criminibus obijciant. argu. ſup. de teſti. veniens. inf. qui ma. ac. poſ. c. fi. C. ſi vt ab hæ. ſe ab Authent. ſi omnes. ſi autem de eodem defectu vel crimine excipient, tunc iudex eliget idoneiorem. ff. de popula. actio. l. 3.

6 †Item quando vnus excipit, omnes alij, qui volunt excipere, eodem tempore debent excipere, & ſi tunc non exceperint, poſtea non ſunt audiendi. argu. ff. de libe. cauſa. ſi pariter, niſi iuſta cauſa ſubeſſet, quare audiri debent. vt ſup. qui mat. accu. poſ. c. fin. Et idem dicunt quidam, quia ſi quando petitur confirmatio, non excipitur, poſtea in ordinatione, vel conſecratione excipi non poteſt, niſi ex cauſis quæ ſunt in præalleg. cap. qui ma. accu. poſ. c. fi. argu. ff. de libe. cauſa. ſi pariter. Alij dicunt contrà, & fortè verius. (Excipiendo) hæc exceptio eſt facti vel intentionis. ff. de excep. l. 2. & non actionis, quia qui ordinari vel conſecrari petit, nullam actionẽ intentat, ſed tamen tali exceptione propoſita, ordinator ſuperſedere debet, ſi veriſimile eſt, quòd opponitur in Authent. quomodo opor. epiſc. §. ſi quis in Authent. de ſanct. epiſc. §. ſi quis ante. 23. diſtinct. illud. ſed ſi non eſt veriſimile procedet ad ordinationem & conſecrationem, nec dimittet propter aliquam appellationem, quia nunquam reuocabitur, quod fiet ab eo, niſi probetur veritas cauſæ.

vt. ff.

a Quod plures. Adde cundẽ Inno. in c. cum ſam. qui filii ſint legi. & Pet. de Ancha. in conſil. 336. inci. præmitto quod. colum. fin.

vt. ff. de his quę fiunt à ma. par. ca. c. 1. ſecùs in confirmatione vbi requiritur forma iuris. vt no. ſup. de ap. conſtitutus. Hæc ratio non placet, quia eſt ſpeciale in ordinatione & conſecratione, quia niſi ordinator, vel conſecrator audiat accuſationem, irritatur quicquid factum erit, & ipſi puniũtur. in Authent. quomodo opor. §. ſi quis autem. in Authent. de ſanctiſsi. epiſc. §. ſi quis ante.

Tamen intelligendæ ſunt prædictæ Authent. niſi excipiẽs de crimine calumnietur, vel ſuſpectus ſit de calumnia, ſicut benè probat prędicta Authent. quomodo opor. epiſ. §. ſi quis. ff. de accu. alij. benè autẽ eſt ſuſpectus de calũnia, qui præſens fuit multo tẽpore, ante cõſecrationẽ & ordinationẽ, & noluit ſine cauſa accuſare, niſi quãdo ita imminebat ordinatio, quod probationes recipi non poterant ante ordinationem vel cõſecrationem, ſed nunquid idem eſt in confirmatione.

7 †(Excludatur) Ad excipiendum de crimine contra electum ſiue confirmatum admittatur non ſolùm clericus, ſed etiam laicus, quia ciuiliter agit, & cuiuſq; intereſt, quòd eccleſiæ non ſolùm prælatos, ſed etiam alios clericos bonos habeant, & eſt expreſſum de epiſcopis in Authẽt. quomodo opor. epiſ. §. ſi quis. in Authent. de ſanc. epi. §. ſi autem. arg. 8. q. 1. licet. ſup. de teſt. ex parte. & 63. diſt. plebs. & c. Reatina. 63. diſt. c. 1. 80. diſt. c. Maximianus. arg. 23. diſt. qui epiſcopus. in fine. & c. illud. ius enim publicum eſt, quod in ſacris conſiſtit. diſt. 1. ius publicum. Quidam tamen dicunt, nõ admittendos, niſi eos quorum intereſt. arg. ſup. de teſti. veniens. Et nos ipſum credimus, quando excipitur cõtra clericos non habentes curam animarum, ſed in habentibus curam, ſecùs, & idem in his, qui ordinandi ſunt. in Authẽt. de ſanc. epiſ. §. ſi autẽ. contra non habentem curã animarum criminoſi non ſunt ad excipiendum admittendi. 23. diſt. illud. cùm nec ſunt admittendi ad accuſationem, & hæc exceptio. ſ. criminis quæ proponitur contra electum vim actionis habet. in Authẽt. de ſanc. epiſ. §. 1. & no. ff. de poſtu. c. 1. Arg. contra. ſ. quod non poſsint prætextu criminis ab excipiendo repelli, quia contra doli excep. non admittitur do. re. ff. de excep. do. ap. §. Marcellus. ſed illa loquit quando cõtra agentẽ excipitur, at ille qui petit cõfirmationẽ, vel cõſecrationem, nõ agit, & ſi agitur cõtra aliquẽ expreſſẽ nõ agit, ſed tantùm officiũ iudicis implorat.

Et quod dictum eſt criminoſis non admittendis, intelligendum eſt, niſi ſua interſit, puta quod ſit futurus ſuus prælatus, vel ſit patronus, nemini enim ius ſuum proſequenti obſtat exceptio criminis. 4. q. 6. omnibus. & argu. 16. q. 1. conſtitutum. & q. 7. filijs. Alij dicunt & melius, quòd ille qui petit confirmationem vel conſecrationem agit, vnde ſi habet aduerſarium, libellum dare debet, in quo etiam cauſam exprimat, puta quia à maiori parte capituli, vel à toto electus fuit, vel ab alio, ad quem deuoluta erat poteſtas eligẽdi. ſup. de conceſ. prẽben. ex parte. & lit. cõte. fiet, niſi ſpeciale dicatur, quia cauſa merè ſpiritualis eſt, vbi ſine ſcripto proceditur. ar. 11. quæſt. 1. ſi clericus. ſup. de dolo. c. 1. tamen & ſi ille, qui ſe opponit antequam det libellum, admittẽdus eſt. ſup. de elect. dudum. ſi autem non habet aduerſarium, benè proceditur ſine litis conteſtatione. Item dicimus, quòd omnes criminoſi indifferenter admittantur ad excipiendum, non ad teſtificandum. Sed. c. videtur contradicere. 23. diſt. illud. vbi dicitur, quod primò diſcutiendæ ſunt perſonæ contradicentium, ſed quidam ſic exponũt, quòd hoc ſolùm diſcutitur, an contradicentes habeant paratas probationes, quia ſi paratas non habẽt probationes, cùm periculum ſit in mora, non differtur confirmari, vel conſecrari. ar. 2. quæſt. 7. plerique. ſup. de app. oblatæ. Item ſi non interſit criminoſi, non admittuntur, aliàs autem admittuntur. 4. q. 6. omnibus. alij aliter dicunt, & fortè melius, quod nunquam ratione criminis repelluntur.

8 †Sed tamen quærendum eſt circa contradicentes, qua intentione procedant ad impediendum conſecrationem, ſcilicet, an zelo eccleſiæ, an pro vana gloria, vel pro odio. 2. quę. 7. quęrẽdum. ſi qui ſunt, & per illa. c. dicẽdum videtur, quòd ſi aliquis ſpecialem cauſam habeat contra eccleſiam, vel electum, puta quia dicat ſibi ab ea, vel eo deberi pecuniã, vel iniuriam factã non audietur, quia nec in cauſa criminali, vel eccleſiaſtica aliàs audiẽdus eſt. 3. quæſt. 10. cap. fi. quia licet interſit, aliàs nõ tamẽ intereſt, quòd non promouẽtur, cùm ei ſalua ſit omnis accuſatio. Nãlicet prædicta. c. quærendum. ſi qui. & 3. quæſt. 10. c. fi. loquantur in accuſatione, tamen eadem ratio eſt in exceptionibus, maximè, cùm hæc exceptio vim accuſationis obtineat. Et hac ratiõe dicimus, reges vel principes non admittendos ad excipien-

dum contra electum de simonia, de adulterio, vel certis criminibus, cùm præsumantur facere, vt medio tempore regalia teneant, vel aliquid ab eo extorqueant, vel propter aliquam similem causam, sed si suspectus non esset ex causa prædicta, vel alia potius admitteretur, quàm alius. argu. 16. quæst. 1. constitutum. & q. 7. filijs. sed quamuis sit suspectus, vel ex hac causa, vel alia si velit dicere contra eum, q̃ suspectũ eum habet, vel de proditione terræ, vel consiliorum suorum, est admittendus, quia sua interest.

9 †Excipitur autem aliquãdo, quod peccatum est in forma, vel processu electionis, & ad hanc exceptionem præmissa ratione, quia reipublicæ interest, quod quilibet admittatur. Alij tamen dicunt, quod soli illi possunt excipere de forma, qui debent electioni interesse. †Item not. quod

10 quando excipitur etiam quod peccatum sit in persona electa, ad hoc quilibet admittitur, tamẽ oportet eũ probare crimẽ, cùm aliàs quisquis præsumatur bonus. ℣. de præsum. dudum.

☞ †Sed quid dices *a*, obijcies electo periurium probans, eum iurasse certo die se soluturum, non sufficit, nisi & probes per confessionem eius, vel alio modo eum in termino non soluisse, probasti enim quod peccatum non est. s. eum iurasse, nõ quod te probaturum obtulisti. s. quod esset periurus, quis enim probare debet, quòd asseuerat. ff. de probatio. ei qui. & excipiens exceptionem suam. ff. de proba. in exce. Et idem dicendum videtur, etiam si sententia excommunicationis lata sit, sub conditione, puta excommunico te, nisi vsque ad talem diem solueris, nam si probatur sic exceptio, dico hunc electum excommunicatum esse sub conditione, & ideò non confirmandum, non debet admitti, quia excommunicatio sub conditione, non contrahit aliquod peccatum, dummodò conditioni pareatur, probare autem quod cõditioni non sit paritum, pertinet ad excipientem ratione præmissa, quia onus probationis incumbit excipienti.

☞ †Sed arg. contra quia qui proponit negatiuam exceptionem, hoc ipso probat, quod contrariũ nõ probatur. C. de nõ nume. pe. si ex cautione. sup. de fide instru. si cautio. & sup. de præsum. quia. Sed illa locum habent tantùm in casibus in iure expressis, aliàs autem sicut dictum est, excipiens siue affirmatiuè, siue negatiuè, probare tenet, vel dic illud habere locũ, quãdo non agit de crimine, si autẽ de crimine agat, siue ciuiliter, siue criminaliter, semp excipiẽti negatiuè, incũbit ꝓbatio, quia odiosus est. 2. q. 7. si qs episcop⁹. & quia prę-sumitur nõ immemor suæ salutis. 1. q. 7. c. sancimus. & quia ꝑsumit̃ bonus. ℣. de præsum. dudũ. tamẽ si creditor ageret ad petendum debitum, sufficeret ei probare, vel promissionem, vel iuramentum, vel excommunicationem, quia sic probat obligationem, quòd solum sibi probari sufficit, & debitori incumbit onus probãdi satisfactionem. Ratio diuersitatis, quia creditor qui agit ad debitum non obligaret se, nisi ad probandum promissionem, nec ad aliud cogitur, sed quando agitur contra electum, non auditur, si dicat tantùm eum promisisse vel iurasse, nisi & se obliget ad probandum, quòd contra promissum vel iuramẽtum venerit, vnde hoc totum probare debet. Quando autem vitium dicitur in forma interuenisse si electores, vel electus petent cõfirmationem, qui negat formã seruatã, eã omissam probare debet, prædicta ratione, quia excipienti incumbit probatio, & quia ex quo de facto constat præsumitur interuenisse solennitas. C. de contrahen. stipul. l. 1. ff. de proba. ab eo. dũ tamẽ scrutiniũ, vel vota fratrum ostendantur in scriptis redacta. sup. de elect. quia propter. & decretum in quo appareat consensus capituli. 61. dist. c. episcopus dum. vel dic vt no. sup. de dolo. cùm olim.

☞ †Sed quid dices, si excipiatur non est subdiaconus, qui potest eligi, vel non habet literas commendatitias cùm sit alienigena? Respon. in his casibus eum debere probare se esse ordinatũ, & se dimissum ab episcopo, cùm iura in his casibus dicãt literas necessarias. 2. quæst. 1. legum. sup. de cleri. percu. per totum. 72. dist. per totum: tamen tanta posset esse præsumptio pro ordinato, quod transfertur in alium onus probãdi, vt si multo tẽpore in subdiaconatus ordine seruisset, vel q̃ certũ esset, quod benè à suo episcopo dimissus es-

11 set. †Sed tamẽ no. quod licet nullus appareat excipiẽs, vel accusator, tamẽ confirmator vel ordinator semper inquiret, & quandocunq; eũ cõtigerit dubitare. ℣. de elect. cùm nobis. & nota. ℣. de purga. cano. c. 1. in Authẽt. de san. epis. §. si. qs ante. circa pri. tit. (ordinariã) sine inscriptione aũt pœna certa infligit̃ talib. ℣. de elec. statuimus. †(Citra). ℣. de elec. cùm dilecti. ad hanc autem extraordinariam pœnam, nõ solùm se obligat qui crimen obijcit contra confirmatum, sed etiam qui præter formam contra ordinationem, vel consecrationem obijcit. sup. de elect. cùm dilecti. qui autem inquisitionem impetrat, vel denunciat ad hanc pœnam nõ se obligat, quia alterum ex officio iudicis procedit, alterum autem ad pœnam.

12 †Procuratorem) procurator non potest contra electum excipere de crimine, vel alio defectu contingente personam electi, quantumcunque sit generalis procurator, nisi specialiter dicat, quod de crimine excipiat, quia per talem exceptionem minuitur status excipientis, quia beneficijs priuatur per triennium. sup. de elect. statuimus. ff. de mi. illud. ff. de procu. non solùm. §. fin. ff. de va. & extraor. cog. l. pen. Nec est contra. ff. pro so. actionem. §. renunciaret. ff. de iniu. sed si vnus. §. procuratorem. quia agens iniuriarum, si succumbit, non incurrit diminutionem sui status, & benè est diminutio status, licet ad tempus tantùm suspendatur beneficijs, quia relatio & damnatio in opus publicum temporales sunt, vt probatur. ff. de pœnis. quidam.

a Sed quid dices. Hoc dictum allegat Cyn. in l. 2. q. 5. C. de iure emp. Ioan. And. in addizione Spec. in tit. de loca. uersi. 21. & dicunt nouiss. Pap. singulariter. in. d. l. 2. col. 68. uersic. in ea glo.

CAPVT XVIII.

1 *Iudex corrigit errorem suum, si in processu uel interlocutorijs errauit.*
2 *Non debet fieri generalis inquisitio clerici.*
3 *Non ualet dictum testium super occultis, & de quibus infamia non præcessit.*

QVALITER. (Ordinem) In processu, sententia enim nõdum lata erat, vt inf. sequitur. (Occasione) fortè zelo iustitiæ, vel propter nimiam infamiam ipsius episcopi, non autem propter odium, quia tunc non eisdem mãdaretur, quòd iterum procederent contra eum, cùm essent suspecti. 3. q. 5. quia suspecti (corrigere.)

1 †Not. iudicem corrigere errorem suum, si errauit in processu, vel interlocutorijs. sup. de ap. cùm cessante. inf. de sent. excom. sacro. ff. de re iud. quod iussit. quãuis sit in diffinitiuis contra. ff. de re iudi. iudex (ad præsens) scilicet, ne ex processu inordinatè habito procedatis ad diffinitiuam sententiam.

2 †(In sua ecclesia) & ita apparet hîc loqui, quando fit inquisitio de statu ecclesiæ, vel etiam vbi generalis fuit inquisitio de aliquo clerico, licet de iure fieri non debeat, nisi de speciali crimine, nisi cùm persona est multũ aliàs grauiter diffamata cum capitula, de quibus inquiritur exprimenda sunt. arg. inf. eo. qualiter. quando enim de speciali crimine inquiritur, quare diceret exceptis occultis, cùm antequam iurent testes, vel aliàs procedatur debet inquiri, an sit occultum nécne, potest tamen dici, hoc etiam habere locum, vbi de certo crimine fit inquisitio, nam & tunc si testis aliud nouit, occultè de crimine illo non debet dicere. inf. eo. inquisitionis. §. 2. vel dic, vt ibi no.

3 †(Occultis) si enim de occultis, & de quibus infamiam non præcesit aliquid dixerunt testes, non valebit dictum eorũ. inf. eo. inquisitionis, nec enim iurati sunt. sup. de testi. de testibus.

Et hæc vera sunt, quando fit generalis inquisitio. Quando autem fit super certis capitulis, tunc non opponetur in iuramẽto hæc clausula, cùm enim infamia præcesserit testes super omnibus, quæ sciunt de eo, quod inquiritur veritatẽ, dicent etiã si illud quod sciunt, vel credũt sit occultũ, vt si de fornicatione agitur, & reuocatur aliquis testis, qui secum iuit ad peccatum perpetrandum, de eo testificari debet, qui debet dicere secretas circumstantias, & ea quæ secreto nouit, dummodò sit infamatus de crimine, super quo fit inquisitio, puta quia cum tali muliere commisit fornicationem, sed si tantùm de fornicatione esset infamatus, non expressa aliqua muliere, tunc non credimus, quòd debet testis reuelare fornicationem occultam, imò plus dicimus in primo casu, quia si iurasset testis, quod teneret secretum, tamen illud reuelare debet, quia vel à principio malè iurauit, scilicet, si intellexit quod iuratus, vt testis illud non diceret, sed si ita prauè non intellexit iuramẽtum intelligendũ est, quòd sine iusta causa non reuelaret eum. arg. sup. de iureiur. ad nostram. quemadmodum tamen si in cõfessione pœnitentiali esset reuelatum, tunc in testimonio non debet reuelare, quia scit vt Deus, non vt homo, sed idẽ dicitur, etiam si generalis inquisitio fuerit, sed hæc est differentia, quia cùm iam ex cõmissione super certis criminibus facta appareat, non esse de occulto crimine, semper valebit testimonium, sed in alijs casibus non valebit, nisi appareat infamia, alij contrà, scilicet, quod tam circumstantias, quàm occulta dicere non debet.

CAPVT XIX.

1 *Caput malum, facit præsumptionem de malis membris.*
2 *Testis quando possit testimonium suum excusare, uel mutare.*

VM DILECTI FILII. †(Legati) Apostolicæ sedis inquisierunt de criminibus episcopi Agaten. qui præstito iuramento confessus est, suo tempore res ecclesię dilapidatas, & plures ecclesias per simoniā à se datas, & de naufragio res aliquas recepisse, quibus confessionibus factis, negotium fuit ad sedem Apostolicam remissum, cùm autem Papa ex confessionibus vellet procedere contra ipsum, episcopus confessiones excusauit, excusabat enim dilapidationem propter debita contracta temporibus prędecessorum suorum, vel propter insolentiam hæreticorum simoniam excusabat per suam ignorantiam, & pœnam impositam simoniacis naufragium excusabat, quia res illas tantùm accepit, quorum domini non inueniebātur, mandat ergò dominus Papa, quòd si iurauit ad interrogata respondere veritatem, & excusationes suas probauerit, absoluatur, si verò iurauit plenam dicere veritatem, cùm prędumendum sit, quòd secundum quod iurauit nihil omisit de veritate, & quòd excusationes de nouo cōfixerit, remoueatur ab administratione. (Episcopo) not. quod infamia præcedente de prælato, inquisitio sit de tota ecclesia. si. sup. c. proxi. de sent. & reiud. cùm I. & A. Et hoc fortè ea ratione,
1 † quia caput malum, præsumptionē fecit de malis membris. 61. dist. c. miramur. & 2. q. 7. c. sicut inquit. tamen testes non dicēt, nisi de his quibus præcesserit infamia. sup. ca. proxi. Vel dic etiam tota ecclesia diffamata erat, licet non quilibet. Vel dic, quòd etiam quilibet (respōsionem) hodie autem non crederetur eis, nisi probarent. sup. de probati. quoniam. vel potest dicere, quod hodie crederetur eis, quia legati erant, sicut creditur Cardinalibus, & de omnibus actis coram eis, vel ibi loquitur, quādo vnus est iudex tātùm, hîc autē erāt plures. Vel dic, quod hîc iudici creditur, quia iurabunt & erunt quasi testes, sed verius videtur, q, non sint requirendi tanquā testes. 2. q. 6. statuendum. sed tanquam qui sunt iud. consulendi. 18. q. 1. c. 1. arg. ĩ. de arbit. non sine. ff. de app. recī. sciendum. sic etiam requiruntur omnes de facto suo, etiam qui aliàs non admitterentur ad testimonium, vt latrones. C. de ferijs. prouinciarum & serui. C. de qō. interroga. ff. de custo. diuus. de ætate etiam alicuius admittuntur mater & auia. ff. de proba. etiam. Sic etiā requiruntur. ff. de ædil. edict. quæro. §. fi. 20. q. 3. præsens. sup. de testi. sicut. sup. de arbi. non sine. nec valet horum dictum tanquam testium, sed ad præsumptionem tātùm facit, vnde etiā post apertionem testium, tales quęrendi sunt, & ante productionem testium. argu. op. 20. q. 3.
2 præsens. †(ad inquisita) cùm iurās de calūnia tantùm, iuret de veritate ad interrogata respondere, poterit suas cōfessiones excusare, testis autē qui iurat dicere quicquid nouit, non poterit excusare testimonium suum, vel mutare, nisi hoc faciat antequam loquatur cum partibus, quia non præsumitur subornatio, sed recordatio veritatis, aliàs secùs. arg. in Authen. de test. §. quia verò. iudex autē ex officio suo reuocare potest testem vt melius instruatur. ff. de quæstio. repetit. (quæ tales sunt) confessiones (& malum) tales fuerunt positiones, vel exceptiones habitæ. 85. distin. Florentinum. †(Nō obstantibus) sed nón ne etiam contra confessionem suam potest probare, vt C. de iur. & fac. igno. error. ff. de confes. non fatetur. Respon. non, vbi sic iurauit, vt hîc habes. Vel dic, quod errorem potest probare, sed suum dictum non potest excusare, errorem autem probare potest, si probaret se non dilapidasse, sed excusare quod dixit, vel illud interpretari, non est probare errorem, vel reuocare, si enim velit probare se errasse, oportet eum probare quòd nihil de naufragio habuisset, & quòd ecclesiæ non essent datæ per simoniam, & quòd bona ecclesiæ non essent dilapidata, sed si admittitur, quod excuset, vel interpretetur confessiones suas, sufficit quod probet, quòd ea habuerit, quorum domini non inueniebantur, & sic de alijs.

CAPVT XX.

1 *Non admittitur criminosus ad denunciandū, uel testificandum, nisi in exceptis criminibus.*
2 *Quæ persona requiratur ad probandam infamiam.*
3 *Leuis infamia qualis sit.*
4 *Qualiter probetur infamia usq; ad finem poteris uidere.*

VM OPORTEAT. (Sub dissimulatione) Si de eis esset infamatus, & ideò de infamia primò inquiri mandat, vt. ĩ. sequitur. ipse tamē mandat

mandat inquisitionem fieri propter clamosam insinuationem ei factam, non ꝓpter hoc, q, penes ipsum diffamatus esset.

1 †(Criminibus) nullus enim criminosus admittitur ad denunciandum, vel testificandum, nisi in exceptis criminibus, de hoc no. sup. eod. cùm P. sed si ordinario non constet de infamia alicuius per eum modum, quem dicit finis glo. quæ incipit hîc dic, & si non sit ei suspectus, nec etiam alij, cui ordinarius velit facere gratiam, quod ei fiet purgatio criminis obiecti, quorū vtrunq; sufficit, imò videtur quod non ex gratia, sed de necessitate iuris debet ei indici purgatio, qui apud Principē suum, vel patronum est infamatus. C. ex quib. caus. irro. infa. verbum. 2. quæstio. 5. mennam. & c. omnibus. Item si aliquis petat inquisitionem contra aliquem, non facient eam ordinarius, nisi prouidi & discreti, & non leues qui credunt omni verbo excessum eius ordinario denuncient. Item hoc non sufficit, nisi hoc nuncietur sæpè ordinario, siue per eosdem, qui primò denunciarunt, siue per alios. Posset enim esse, quòd semel ex impetu nunciasset, quot autem vices hoc faciant, sæpè ipsius ordinarij arbitrio relinquendum videtur. in Authen. de testi. §. 2. ff. de verb. ob. continuus. §. 1. Item oportet, quod de crimine obiecto clamosa non leuis, nec tacita sit infamia. Item oportet quòd tanta sit infamia, q̃ faciat crimen quasi manifestum, & hoc sonant verba illa, quæ sunt in decret. inf. eod. qualiter. ibi quòd clamor innuit, & infamia manifestat, sed si hæc infamia non est apud ordinarium, qui est fortè multum absens, & maximè apud Papam, cui vniuersi subsunt, sed tamen aliqui nunciant aliquem ita infamatum, tunc ipse ordinarius vel delegatus eius, vel Papa recipiet probationes infamiæ, secundum eum modum, qui est. inf. de pur. ca. c. 2. vel recipiet testes, & tunc testes debent deponere, quòd sciunt eum, de quo agitur diffamatum apud prouidos & discretos, & debent eos nominare, etiam si non interrogetur, quia non est commissum discernere testium arbitrio, qui sunt prouidi, vel discreti, sed arbitrio iudi. ff. de verbo. oblig. conti. §. 1. Item debent adijcere in testimonio, quod non tātùm semel, sed sæpè sciunt eos esse diffamatos apud prouidos & discretos, id est, quòd multoties boni viri reputauerunt eos, apud se diffamatos, & infames personas. Si autem dicerent, quod apud seipsos testes essent diffamati, hoc quibusdam non videtur sufficere, cùm non sint tantæ authoritatis, quod sufficiat eos diffamatos apud eos. Item debent adijcere, quòd clamosa & non tacita est infamia, & est tanta, quod quasi facit manifestum crimen eius, quia si hoc est necesse in ordinario, vt prędictum est, quando apud eum est infamia sine adminiculo testium, multò fortius debet hoc necesse esse, quando sibi nihil est notum de infamia, sed per testes tantùm debet esse notum. Istæ autem inquisitiones & probationes habent locum, antequā fiat inquisitio super crimine, nam postquam super crimine sit inquisitio, extunc nō haberent probationes super infamia, nisi adminiculentur. 4. q. 3. §. item sæpè. sed super crimine debent recipi probationes, quòd si non probent, tamen debet indici purgatio, si ex probationibus remansit aliqua suspicio criminis. sup. de test. tam literis. Item prædictus modus probandi habet locum, vbi in modum exceptionis, obijcitur infamia, vt repellatur à dignitatibus, vel hæreditate. C. de inoffic. test. fratres. C. de dignita. l. secunda.

Nec mireris, quòd ita exactas probationes exigo super infamia, quia non est sine causa, est enim extraordinarius modus agendi per inquisitionem. † Item graue esset propter leuem infamiam aliquem repellere, vel à dignitate, vel ab hæreditate, & hæc etiam lex satis expressè dicit. C. de digni. l. 2. vbi dicit, quod famosi qui, scilicet, multa & frequenti infamia laborant & annotati infamia, id est, quorum infamia, id est, infamiæ crimen scriptum est per iudicem, vel qui aliàs sunt inquinati. q. manifesto scelere, vel sordida vita sunt à dignitate repellendi, vnde aliàs dicit lex, quod ad hoc, vt ex verbis infamatorijs oriatur infamia facti, oportet quòd in scriptura redigatur, & etiā quod fiat, cum aliqua causæ cognitione.

2 † Item non sufficit quælibet persona, sed est necesse, quod sit electa & specialis persona, vt patris vel patroni, vel iudicis, vel consimilium. C. ex quib. caus. irro. infa. verbum. & l. ea. & l. interlocutio. ff. eo. ob hoc verbum. & ad hoc facit, quia etiam quantumcunque intentetur accusatio famosa contra patronum agentem per procuratorem, nisi sententia feratur, non contrahit infamia facti. ff. de obli. honori. Licet sit. ar. cōtra. C. de inoffi. test. fratres. vbi dicit, q̃d sufficit leuis infamia ad hoc, vt repel-

vt repellatur à prædictis. Sol. licet dicat ſufficere leuem infamiam, nõ tamen tollit, quin prædicta diligentia debeat haberi in probando.

3 †Item appellat leuem infamiam trãſactionem ſuper famoſis actionibus, vel defenſionem, etiam ſi per procuratorem agatur. ff. ex quib. cau. infa. irro. Athletas. §. fin. & l. ſequen. Et tene quòd in his multum habet locum arbitrium iudicis. Item de his not. inf. eod. qualiter. In teſtibus autem ſufficit, quòd non ſit cauſa repulſionis. ſup. de teſti. tam literis. quamuis benè requirantur perſonæ probatæ. 2. quæſtio. 7. criminationes. ſi quis epiſcopus. 3. quæſt. 5. per totum. ſed non eſt vis, an ſint clerici, vel laici, vel mulieres, & habent hæc locum in criminibus non periculoſis, nam in periculoſis quid fieri debet. no. inf. eod. qualiter. vltra medium. Item quandocũq; probetur infamia in modum exceptionis, ſufficit ſi ſe purget. ſup. de teſti. tam literis. niſi illa infamia ortum habuiſſet ex ſentẽtia, vel interlocutione iudicis, vel ex dicto parentis, vel patroni, vel conſimilium, & Authenticæ perſonæ, & ſic loquuntur. ll. C. ex quib. cauſ. irro. infa. inter. & l. verbum. & l. ea quæ. & aliæ de hac materia loquentes. ſup. de elect. ſuper eod. ſup. de teſti. teſtimonium. ſed & tunc videtur, quod ſufficiat indicere purgationem. Nobis videtur, quòd quando infamia debet probari per teſtes, ſiue ad hoc, vt fiat inquiſitio, ſiue vt repellatur à dignitate, ſiue ob aliam cauſam, quòd teſtes debent dicere eum infamatũ apud epiſcopum ſuum, & eſſe ſuſpicioſum de tali crimine, vel incredibiliter propter tale crimen, de quo habet eum ſuſpectum, & idem ſi eſſet ſuſpicioſus, vel incredibilis apud ſuos conſacerdotes, vel apud bonos & iuſtos homines de plebe ſua, quã, ſcilicet, regit, vel in qua conuerſatur. 2. quæſtio. 5. omnibus. vel apud plebem non habita diſtinctione bonorum & malorũ. 2. quæſtio. 5. presbyter. Et debet ſubijcere cauſam ſuæ ſcientiæ ſufficientem talem, vel cõſimilem, ſcio quòd epiſcopus habet eum ſuſpectum de tali fornicatione, quia in ſcriptis aliqua ſummaria cognitione præmiſſa mandauit ei, quòd non iret ſecũ per loca ſuſpecta, vel ego fui præſens, vbi ſuus epiſcopus ſcripſit, quòd ſup hoc mãdaret fieri inquiſitionem, vel ego fui præſens, etiam ſine ſcriptura, vbi ipſe ſoleniter coram bonis viris mandauit, quòd ab eis familiaritate ceſſaret. arg. pro prædictis. C. ex quib. cau. irro. infa. interlocu. verbum. ff. eod. tit. alienum. 32. diſt. dic in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. 1. Illa autem cauſa non videtur ſufficere, quia audiui ab eo, quòd eum ſuſpectum habebat, niſi ex p̃cedenti cauſa, & cum ſolennitate hoc diceret. C. de nõ nu. pe. generaliter. ſi autem teſtes velint dicere de infamia alicuius, qui eſt apud conſacerdotes, vel apud plebem, deberent dicere cauſam ſui teſtimonij, quia ſuper hoc ſcripſerunt Papæ, vel alij ſuperiori. arg. in Authen. vt iu. ſine quo. ſuffra. §. ſi quis autem præter. & §. neceſsitatem. in Authen. vt nulli. iudi. §. & hoc quod.

4 †Item ſufficiens cauſa eſt, ſi dicunt ſe ſcire de hoc eſſe infamiam, quia tantum eſt ſcandalum & rumor, quod vix tolerari poteſt, & quod ex eo factum redderetur quaſi manifeſtum. ff. eo. qualiter. ſed cauſam ſui dicti reddit melius, ſi dicit quòd populus interrogatus per iura mẽtum reſpõdit, q̃ apud eos eſt ſuſpectus de obiecto crimine. inf. de purga. cau. c. 2. ſed & primum videtur ſufficere. Illud autem non videtur ſufficere, ſi dicũt, quod de hoc eſt infamia communis, vel vox, niſi dicant de ſcandalo, vel rumore, vel de alijs præmiſſis, & videtur quòd ſi epiſcopus vel conſacerdotes, vel plebs dicit nunquam ſuſpectum eum habuimus, vel ſi habuimus erauimus, & ceſſat ſuſpicio illa, quod vltimo dicto eorum ſtandum eſt, pluſquam teſtibus. argu. inf. eo. inquiſitionis. in fin. propter ſuſpicionem autem Regis, vel aliorum dominorum, potius eſt indicenda purgatio, propter honorem eorum, & ſcãdalum euitandum, quàm inquiſitio faciẽda, quamuis & illa facienda ſit, ſi viſum fuerit epiſcopo. 2, q. 5. mẽnam. hoc habet.

5 †(Famam) dic quod vbi in literis inquiſitionis dicitur tali ſignante accepimus, quòd talis ſit grauiter diffamatus de talibus criminibus, ſemper iudex de veritate precum. ſ. an ſit diffamatus inquirere debet. C. ſi contra ius. & ſi non. ſup. de reſcrip. ſuper literis. ſi verò in literis nõ dicitur aliquid de infamia, ſed tantùm ibi dicitur, tales contra talem propoſuerunt, quòd talis eſt criminibus irretitus, & ideò Papa inquiſitionem commiſit, tunc ſicut hîc dictum fuit, non ſubitò procedat ad inquiſitionẽ, ſed primò inquiret de infamia, quam ſi inuenerit, procedet, alioquin conſulet Papam, vt hîc, ſed nõ caſſabit inquiſitionem. In ſuperiori autẽ caſu infamia non inuenta caſſabit, ſi autem nõ fiat mentio in literis de aliquo denunciãte, ſed tantùm dictum ſit ad audientiã noſtram peruenit, tũc poterit procedere ſine aliqua inquiſitione famæ, nam cùm hoc poſſit ipſe prælatus. inf. eo. qualiter. 2. q. 5. omnibus. 85. diſt. ſi quid. eadem ratione & delegatus. arg. ſup. de reſcrip. ſuper literis. in fi. Veruntamẽ melius facit iudex, ſi cognouerit falſum relatum Papæ, ſi eum cõſulat, quamuis ad hoc non teneatur.

Sed dices, quomodo in caſibus præcedentibus cognoſcet de fama, cùm non ſit ei commiſſum? Reſpon. imò eſt commiſſum tanquam acceſſorium. ſ. de offi. delegat. præterea. ff. de iur. om. iud. l. 2. & facienda eſt inquiſitio, vel danda epiſcopis, vel primatibus clericorum, ſine ipſa vniuerſitate clericorum aliqua de quocunq; denunciantibus Papæ, ſed non procedent in modum denunciationis, ſed inquiret Papa denunciantibus proſequentibus eis inquiſitionem vel non, & quod eſt no. dignum, ſimul probato crimine in modum inquiſitionis, imponetur pœnitentia corporalis & honoris, & damna læſionis reſarcientur, vt hîc habes. Authen. vt nulli iudi. §. & hoc quod. in Authen. vt iud. ſine quo. ſuffra. §. ſi quis autem præter. & §. neceſsitatem.

6 †(Noueritis) vel per teſtes qui probẽt infamiam, vt ipſe iudex de plano per rumorẽ viciniæ, apud bonos, & graues certificari poteſt. ſup. de ſpon. cùm in tua (inimicos) capitales. inf. de ſimo. per tuas. inſti. de excu. tut. §. inimicitiæ. ſup. de ſenten. & reiud. cùm l. ff. de arbi. licet. arg. ff. de adi. le. l. 2. & non ſolùm qui nunc inimicus eſt, ſed etiam qui nudiuſtertius. 3. quæſtio. 5. c. 2. ſi autem non ſunt capitales inimici, ſed tamen aliquo modo inimici ſunt, admittet ad teſtimonium, ſed minorem vel nullam fidem eis adhibebit, quod iudicis arbitrio relinquitur. in Authen. de teſti. §. ſi verò dicatur. ff. de quæſtio. l. 1. §. quæſtione.

7 †(Inquiratis) authoritate præſentiũ literarum, non præteritarum, nam ex quo denunciantes ſunt inimici, ſi hoc ſignificatum eſſet Papæ, eas non conceſsiſſet, ergò per eas literas procedi non debet. ſup. de reſcrip. ſuper literis. ſed reſcriptio ſic impetrato tantùm vtitur miniſterio, ſiue ſit inimicus, ſiue ſeruus, ſiue etiam excõmunicatus, literæ valent, & iudex ex officio ſuo procedet, & hoc poteſt perpendi ex literis, puta ſi dicatur ad audientiã noſtram peruenit, ſi verò non miniſterio tãtùm, ſed authoritate vſus ſit in literis impetrandis. ſ. quia propter eos motus eſt ad concedendam inquiſitionem, tunc nõ valebunt literæ, ſi mendacium dixit, vel veritatem ſuppreſsit, niſi Papa mandaſſet in literis de fama inquiri, nam tunc cùm ad petitionem cuiuſq; poſſet, & deberet mãdare inquiri de fama, & ſi eſſet infamia procedi ad inquirendum de crimine, vnde infamia eſt, & tũc etiam ſi impetratores inquiſitionis repellantur, tamen iudices ad inquiſitionem procedent? Reſpon. noſtri dicti eſt, quia officio ſuo Papa committit, & committeret, nihilominus ſi denunciantes eſſent excommunicati, vnde in hac commiſsione tantùm miniſterium præſtant, & idem dicimus etiam ſi impetrantes ſint excommunicati, cùm miniſterium eorum vires literarum non exhauriret. arg. ff. de inoffi. teſt. ſi pars. §. vlt. & l. propter. §. memimiſſe. & C. de præc. impe. offe. vniuerſis. & l. 1.

CAPVT XXI.

VM DILECTVS FILIVS. Hæc decr. loquitur de denũciatione (donec cauſa) ſcilicet, denunciationis quam volebat primò expediri, quàm de appellatione cognoſceretur.

CAPVT XXII.

1 *Inquiſitio de occultis criminibus non eſt facienda.*

2 *An iudex debeat inquirere à teſte, an ſit criminoſus, vel quod teneatur teſtis reſpondere.*

3 *Suſpectus de inimicitia non debet procedere ad accuſationem.*

4 *Non debet ordinandus patefacere omnia crimina ſua.*

Teſtis non tenetur reſpondere de acceſſorijs ſui teſtimonij, ſi tamen hoc fecit, nullet teſtimonium.

5 *Paucorum dicta non infamant, ſiue non inducunt famam.*

INQVISITIONIS. (Puta) hîc dicunt quidam, quod in nullo occulto crimine impenditur executio poſt peractam pœnitentiã, niſi in homicidio & ſimonia, nos tamen ſecùs dicimus, vt not. ſ. de temp. ord. ex tenore. †(In accuſationis) ergò inſcribendi ad talionẽ hoc quidam dicunt, ſed nos contrà dicimus. ſ. q̃ nec ad extraordinariam pœnã inſcribi debet, ſicut no. ſ. e. ſuper his. ſ. de ſimo. dilectus. 2. contra ſol. in hoc eſt ſimilitudo, q̃ vterq; perpetuò priuatur officio, & beneficio, ſed in hoc eſt diſſimilitudo, quod accuſatus deponitur, hîc autẽ non inf. eod.

inf.eod.qualiter. & plenè. 19.dist.c. si Romanorum (alioquin) id est, si sit tale, de quo possit agi pœnitentia seruato ordine.

1 †(Infamia)idcircò non est puniendus, quia de occultis criminibus non inquirit. vt sup. eod.qualiter.& ideò super hoc dictum testium non valet.sup.de testi.de testibus.non videtur hoc posse habere locũ, nisi vbi fit inquisitio generalis de omnibus criminibus,vel super statu alicuius ecclesiæ, nam tunc si dicat de occultis,non crederetur ei, si autem de speciali crimine fieret inquisitio vlterius, scilicet,post commissam, vel cœptam inquisitionem, non quęretur,an sit infamia,nécne,vel an testes illud sciant crimen occultè, an manifestè.A principio enim quærendum est, si sit infamis an non,& non ex postfacto. argumen.sup.eod.cùm oporteat. Vel dic, vt no.supt.eod.qualiter.vel dic,quòd hæc decre. loquitur, quando ex improuiso & sine mandato iudicis aliqui sic iurauerunt aliquem criminosum, nam tunc eorum depositiones nihil valent(tacitè) quia dicunt se non multum illos diligere.

2 † Se asserunt)ex hoc loco non colligitur,quòd iudex à teste debeat quærere, an sit criminosus,vel quòd testis teneatur respondere, sed inducuntin argum.pro se, qui hoc dicunt.2.quæstio.7.quęrendum si qui. Sed illud c.in accusatore loquitur nõ in teste. Item sicut in accusatore,sic & in teste multa requiro & examino.4.quæst. 3.§. item in testibus.& §. item testiũ.quia si quid objciatur contra eum,scz,testem ab aduersario audiam. sup. de test.super eo.sed etiam si nihil objciatur, iudex ex officio suo potest inquirere,si accusator, vel testis est ignotus, vel notus & suspectus ab alijs summatim & sine solennitate.2.quæstio.7. criminationes. si qui quærendum. Tamen de quolibet noto bonum præsumet,nisi contrarium probetur.sup. de præsump.dudum. vel nisi apud populũ eius vita communi opinione sit accusabilis.3.q.5.suspectos,si autem sint ignota,vel de alia gente non admittetur,nisi primò probetur.3.quęstio.5.canonica.accusatores.debet enim esse not[a] & iudici,& alijs. ff.de iure deli.l.fi.§.fin autem.in Authen. de fid.instr.§.si verò ignoti.

3 † Item si ex quacunq; probabili & verisimili causa suspectus sit,vel de inimicitia, vel aliquo malo zelo, ad accusationem non procedat. 3. quæstio.5.accusationibus suspectos. & c.seq. & quæst.8. c. 1. & generaliter vbicunq; verisimilẽ suspicionem habuerit,facilè accusationem repelleret.3.quæstio.9.absente.nam illaudabile officium est. 2. quæstio. 7. si quis episcopus autem.

Et hoc intelligo in criminalibus,nam in ciuilibus non quæruntur ista,sed ab eis hoc non quæro, nisi vt not.sup.de concess.

4 c.2. † Sed iterum objcitur,ordo & testimonium pari passu ambulant.2.quæstio. 7.ipsi Apostoli.sed in ordinibus debet cõfiteri,ergò in testimonio. 50. distin.pœnitentibus. respondemus licet in pluribus sit similitudo,non tamen in omnibus,nec in hoc,cum ordinatione hoc speciale statutum sit propter periculum animæ.Item illa c. quærendum si qui. loquuntur tantùm in actione criminali sacerdotum. Itẽ non dicunt, quòd ab eis sit aliquid quærendum. Item non dicimus ordinandum debere dicere omnia crimina sua,vt not. 50.dist.ex pe.sed illa tantùm,quæ ordinis executionem impediunt,non enim testis suum crimen vel conditionem in genere, vel in specie prodere tenetur. 2. quæstio.1.si peccat. †Sed quid si dicat,nunquid ei credendum est, cùm super hoc non iurauerit? Arg.quod no.sup.de test.de testibus. Respon.ei credendum est,nam cùm iudex debeat ab alijs inquirere,an sit liber, an sit bonæ famæ, & multa alia circa personam testis. 4. quæstio.3.§.item certè.& §.seq.licet ipse testis non teneatur respondere, tamen si respondit tanquam de accessorijs sui testimonij, valet testimonium.argum.hîc,vel si non valet in hoc dictum eius tanquã iurati valet,tamen quia ei in hoc magis credendum est,qui se nouit melius veritatem(asserũt)sponte,quia non coguntur respondere, nisi velint,vt not.sup.de confes. c. 2.(id facere) vt post iuramentum non adhibeatur fides dictis eorum, ista autem præsumptio remouetur,si postiuramentum dixerit,cùm sicut creditur verum dicere in testimonio, ita & in hoc(infamatum)hæc quæstio habet locum, vbi præcedit inquisitio ista, scilicet,an qs sit bonæ famæ vel malæ,& postea ad inquisitionem procedatur. Item vbi quæritur,an propter talium dicta fit purgatio indicenda.

5 † Sed infamato) No.quod licet testes aliqui dicant aliquem infamatum,& cõmunis vox nõ habet infamatum esse,vox communis præfertur dictis plurium testium,vt hîc.Nec est contra.sup.de spõ.cùm in tua.quia benè dicimus probari infamiã per testes,& maximè vbi probationes non inducuntur in loco, vbi dicitur infamia contracta,sed tutius est & melius semper proprijs auribus habere certitudinem de fama,& in loco,vbi dicit infamatus,quàm per testes,& in alijs locis.arg.inf.de purg. ca.cùm dilectus.sup.de elect.scriptũ.sup. de præsum.quia.& tunc quando sic constat,aliquem esse bonæ famæ,licet duo vel etiam plures,dum tamen non sint multi, dicant esse malam famam,nõ tamen fiet inquisitio, vt hîc.Sed si hoc modo non cõstat de bona fama alicuius,& per duos testes probetur eum diffamatum,non credo iudicẽ teneri recipere probationes super bona fama, cùm etiã si probaret per multos plures,nõ sit ei profuturum,cùm possit esse bonæ famæ apud aliquos, & malè apud alios, & propter illos sit indicenda purgatio.2.qõ.5.omnibus.benè tamen facit,si eos recipiat,& ei gerat morem,& etiam aliquo modo poterit ex eis instrui.C. de prob. circa, argu.2.q.7.cum pastoris.& q.5.omnibus. 12.q.2. manifestè.18.quæstio. 2.in decima.in Authen. de mona.§.cogitandum. tamen credimus(Cuius apud)si hoc constat,quod communiter apud oẽs sit bonæ famæ,sed si de hoc non constaret, sufficerent duo testes, qui eum dicerent infamatum.

CAPVT XXIII.

1 *Quando quis in non suum iudicem consentire dicatur.*

2 *Quando inquisitio committitur super statu monasterij, potest quilibet exceptiones suas proponere.*
Contumax qui non appellat,non defendit suã contumaciam de iure.

3 *Quando requirantur tres citationes, nec sufficiat una.& quædam nonnulla de citationibus poteris hic legere.*

4 *Arbitrariæ sunt inducię ad concludendum in causa.*

1 AD PETITIONEM. (Correctione) ipsius monasterij Corbien. †(Nec reclamare) ex hoc videtur in iudicem consensisse.arg.sup.de offic. delegat.cùm olim Abbas. ff.de iud.l.2.in prin.sed dic,quòd in non suum iudicem, non videtur consentire tacitè,nisi aliquid facti interuenerit , puta quia adierit iudicem,& coram eo litigauerit.ff.de iudi. om.iud.si per errorem:est etiam necesse, quod nõ erret in facto,nec in iure.ff.de iu. l.2.in princ.quæ hîc non contingunt,quia nec corã legato iuit,& in iure errauit credens,quòd nõ posset eius iudicium declinare. Hæc ratio non est bona,quia iste legatus benè erat iudex Abbatis,potes etiam dicere quòd in alijs iudicijs obtinet,quod quis possit in alium iudicem cõsentire,sed in inquisitione cùm non pendeat de voluntate partium,sed de officio Papæ,nulli est licitum officium Papæ tollere, vel impẽdere,maximè cùm iam eo vti cœperit,scilicet,cùm commisit.

2 †Item hîc est no.quòd vbi committit inquisitio super statu monasterij,quilibet potest exceptiones suas proponere. Et est hoc ea ratione,quia quemlibet specialiter ratione personę tãgit,secùs autem in his, quæ conuentum tantùm cõiter tangerẽt, quia tunc nõ posset proponi exceptio,nisi à toto cõuentu,vel à maiori parte proponeretur. Item opponitur,rata videtur habuisse quæ acta sunt per iudicẽ eo pśente. sup.de sen.& re iu.c.pen.ff.de re iu.fæpè. Respon. illa habere locũ, quando aliquis prosequitur, item licet ad eũ primo loco non pertineat actio, vel quãdo suo nomine non agit,vt no.ff.de rescri.ex parte decani.sed vbi aliquid horũ non interuenit, sed iudex procedit ex officio,nõ habet locum q; videatur ratum habere processum iudicis,& ita hic loquitur(prius)iusta erat hæc exceptio.ff.de offi.deleg.studuisti.sed erat proponẽda inter ipsa litis auspicia.ff. de sen. & re iud.inter.(suspectum)hæc exceptio est iusta,dummodò proponatur,vt debet.ff.de app.cum speciali. †Remouerit.& regimen)quidam dicunt,quòd licet iste Abbas appellauerit,& appellãs recesserit,nihilominus tamen ad sententiã vocandus fuit,& nisi vocetur ad sententiam, non tenet,cùm non sit contumax in sententia audienda, ad quam nunquã vocatus fuit,licet fuerit cõtumax in aliquo articulo, quando.s.recesserit appellans.ar.C. quomodo & quando iu. Quam opinionẽ sic probant, quia aut causa appellationis fuit iusta & vera, & tunc non valet quod fit ab eo,non solùm ea ratione, quia pars appellans non est contumax, contra quã fertur sententia, sed etiã quia fertur post appellationẽ legitimam, si verò causa appellationis non est vera vel legitima,aut defert appellationi,& tunc vlterius procedere non potest.ff.de app. cordi.aut nõ detulit,& tunc non est reuocata causa ad audientiam superioris,imò penes iudicẽ à quo malè appellatũ est,remanet potestas procedendi. Debet ergò iustè procedere, sed nõ procedit iustè,quando procedit ad sententiam,vel ad aliquem articulum aliũ sine nouacitatione,licet in aliquo articulo primò

lo primò fuerit contumax, vt no. ẽ. de offi. deleg. conſuluit. appellatio enim ſua mala non plus fecit, niſi quia fecit eum contumacem, ſicut iam ſuprà dictum eſt, & hæc obtinent non ſolùm in appellationibus emiſsis in iudicio, ſed etiam extra iudicium. Alij tamen aliter dicunt, ſcilicet, quòd ille, qui appellat, in nullo vlterius vocandus eſt, niſi ſponte ipſe offerat pœnitentiam, vel renunciationem appellationis. ar. C. de app. ſi quis lib. videtur enim proteſtari, quòd decæterò non vult ſub eo litigare, ſed ſecùs eſt in contumace, quia licet ſit in vno articulo contumax, non tamen proteſtatur quòd in alijs velit eſſe cõtumax, maximè, quia non dicit ſe velle effugere ſuam iuriſdictionem, licet pec-
☞ cet exiſtendo contumax. †Item appel-☞ lans defendit ſuam contumaciam, quia dicit eam non contumaciam, ſed ſe iuſtè facere. Contumax autem qui non appellat, non defendit ſuam contumaciam de iure, quia non contendit ſe benè facere, & ideò minus puniendus eſt, vt not. inf. de cle. excom. mi. latores.

3 †Item not. quòd iudex nunquam debet procedere ad ſententiam diffinitiuã, nec ad veram poſſeſsionem dandam, neq; ad abſoluendum ab inſtantia iudicij, neq; ad annotationem bonorum in cauſa criminali, vel ciuili, vel cauſa inquiſitionis, niſi tribus citationibus præmiſsis, non minus 30. dierum, vel vna pro omnibus peremptoriè, non negamus tamen quin has dilationes poſsit moderari ex cauſa, & niſi cauſa moderationis ſit iuſta, appellari poteſt iuſtè, ſemper autem in citationibus ponere debet peremptoriè, nec ſufficit dicere ad ſententiam audiendam, licet aliqui contradicunt. C. quomodo & quando. l. ea. & Authen. qui ſemel. ff. de iud. ad peremptorium. & l. ſeq. C. vbi in rem act. l. 2. ff. de requir. reis. l. 1. & C. eo. tit. l. 1. 24. quæſtio. 3. de illis. Tres autem citationes ſufficiunt, etiam ſi in citationibus non poneretur peremptoriè. C. quomodo & quãdo. l. tres. & dicimus quòd hæc peremptoria quilibet iudex tam ordinarius, quàm delegatus, & ſubdelegatus proponere poteſt. ſup. de ſentẽ. & re iudi. cùm Bertholdus. ſup. de offic. deleg. ex literis. licet ſecundum legem quidam dicunt contra. in Authen. de liti. §. cauſæ.

☞ †Item not. quòd citationes iſtæ non ſunt cum tanta ſolennitate faciendæ, niſi vbi abſens eſt pars, & non inuenitur & citatus eſt domi, in quibus caſibus ſufficit citari ad domum. de hoc no. ſup. de eo qui mitti. ſi aduerſarius. nam ſi prædictæ ſolennitates præceſſerint, licet abſens citatus ex probabili cauſa poſt lit. conteſta. vel etiam antè, in caſu quo contrahitur hæremodicium. C. quomodo & quando. Authen. qui ſemel abſit. & ſi non ſit verè contumax, ſed iuris interpretatione tantùm, tamen iuſtè contra eum procedit ad productionem teſtiũ, & examinationẽ cauſę, & etiam ad ſentẽtiam diffinitiuam, & veram poſſeſsionem dandam, & ad abſolutionem ab inſtantia iudicij. C. de iud. properandum. §. 1. C. quomodo & quando. in ea quæ. ff. de re iud. à diuo Pio. licet p̃dictis probabiliter abſentibus ſubueniatur per in integ. reſti. vt no. ẽ. de procur. querelã. †Si autem inueniatur citatus, & citanti reſpondeat, nõ veniam ad cauſam, vel nihil reſpondeat, ſed tamen perſonaliter citatus non vadat, vel malitioſè procurat, ne ad eum perueniat citatio. ẽ. vt lit. non conteſtat. quoniam. §. 1. in his caſibus non credo neceſſe fieri citationes huiuſmodi, ſed ſine vlla alia citatione procedi poteſt ad examinationem cauſæ & ſentẽtiam, & ad alia præmiſſa, quia cùm p̃dictæ citationes non fiant, niſi ad probationem contumacię, & in prædictis caſibus appareat contumacia citatorum ſine ſolennibus citationibus, non eſt ergò neceſſe vel vtile eas fieri, quia in certis non eſt opus coniecturis. C. quomodo & quando. l. 3. ff. de re iudi. contumacia. §. contumax. ff. de verb. ob. continuus. Quartam autem citationem peremptoriam credimus de vrbanitate, non de neceſsitate faciendam. ſup. de offi. deleg. conſuluit. & ſic intelligitur de iud. & poſt. Prudenter autem faciet iudex, ſi in moderatione prædictarum dilationum, quãdo faciet, inſerat iuſtam cauſam moderationis, vel etiam quòd plus eſt ſuper hoc interloquatur, ſcilicet, quod iuſta cauſa eſt moderationis, vt ſic vlterius ex illa cauſa non poſsit quicquam contra ſententiam dici, etiam ſi ſit contra ius litigatoris. ẽ. de ſent. & re iud. quod ad con. Nec mireris quod diximus interloquendum parte abſente, quia etiam alius proceſſus fit eo abſente. ſi autem non inſeratur cauſa moderationis in ſententia, vel nulla erit ſententia ſecundum quoſdam, vel ad minus iuſtè appellabitur, ſi in veritate nulla moderationis ſubeſt cauſa. Item in caſibus iſtis oportebit partem præſentem probare iuſtam cauſam moderationis fuiſſe, cùm aliàs vbi dilationes ſunt arbitrariæ

bitrariæ præſumatur iuſta eorum moderatio, niſi probetur contra.

☞ †Item hæc prædicta ſolennitas citationum non habet locum in citationibus, quæ fiunt à principio, antequam compareat, neque in iudicijs deliberatorijs, neq; in inducijs teſtium, neq; in alijs inducijs, quæ dantur præſentibus. argument. ff. de
4 iure deli. l. 1. †Induciæ autem ad concludendum in cauſa ſunt arbitrariæ, de quibus habes. C. de iudi. Authen. iubemus. & ſic ſunt omnes aliæ, in quibus non dicitur expreſſè, quòd ſunt arbitrariæ. Sed contra id, quod ſuprà dictum eſt, ſcilicet, quòd ſolennitas dilationum, non habet locum vbi citatus inuenitur. Videtur malè dicere, quia poſſet detineri morbo vel alio iuſto impedimento. Fo. tunc debet dimittere procuratorem vel ſufficientem excuſatorem. ſup. de procu. querelam. ſup. de do. cùm dilect. vel aliàs prouidebitur ei. 4. quæſt. 5. c. 1. (fides) non propter actà corã legato habita, quæ non valebant, ſed propter alia fortè, quia probatum fuit cõram Papa vel cõfeſſum (prouidemus) verè fuit prouidentia non ius (amouentes) & ideò fertur ſententia contra eum, quia citatus fuit vel aliter. vt not. ſup. de filijs presbyt. veniens.

CAPVT XXIIII.

ACCEDENS AD PRAEſentiam. Exceptionis) Excipiebat enim infamiam inſtituendi illius, pro quo ſcribitur contra inſtitutionem faciendam & poſſeſsionem dandã, quod licet. 2. quæſtio. 5. presbyter. ſimile not. ſup. de app. conſtitutis.

Hæc habent locum, vbi excipitur, vel dicitur in perſonam diffamatã, ſecùs autem ſi dicitur electionem, vel confirmationem non tenere, vel aliàs illegitimum factum, vt no. ſup. de cauſa poſ. cùm olim. ẽ. de dolo. cùm dilecti. ſup. de app. conſtitutus. Si verò) licet hoc non dicitur, tamen innuitur quòd ſi accuſator ſit paratus, & eſt infamatus, quod eſt audiendus antequàm conceſsio, vel mãdatum Papæ executioni mandetur. Accuſator) id eſt exceptor, in tali enim caſu exceptio & accuſatio pro eodem ſumitur in Authen. de ſan. epiſ. §. ſi quis autem. & §. ſi autẽ tempore. Alij autem dicunt & melius, quod non audietur in modum exceptionis, ſed accuſationis tantùm. ſup. de app. cõſtitutus. in fi. Sed dices quare non ſtatim datur ei poſſeſsio, & poſtea audiatur in modum acculationis? Reſpon. quia infamatus erat, & propter infamiam etiam ſi haberet, deberet ſuſpendi. 2. quæſtio. 5. presbyter. ſi ſuper cauſa. inf. de purg. ca. inter. ſol. (præſtiterit) purgationem.

CAPVT XXV.

1 *Infamia qualiter probari ualeat, & qualiter iuriſdictio. in nu. 3.*
2 *Locus & tempus ſunt de ſubſtantia contractus. & uide etiam in num. 4.*
3 *Dies an & quãdo ſit de ſubſtantia contractus. Teſtes an debent concordare de loco, tempore, perſonis, & alijs omnibus.*
4 *Locus & perſona facilius recordari poſſunt, quàm tempus.*
5 *An poſsit procedere ad inquiſitionem, ſi infamia ab uno oriatur.*
6 *Quot ſint pœnarum genera ſecundum leges & canones, & contra quos procedatur ad prædictas pœnas. in nu. 7. 8. 9. & 11.*
10 *Sententia lata ſtatim forcitur quidam effectus.*
12 *Excommunicatio maior omnibus pœnis eſt, & nõ ſolùm eſt pœna, ſed etiam medicina.*

VALITER ET QVANDO. (Per clamorem) clamorem potes dicere aliquorum potentium, licet paucorum, ſi inde ſcãdalum venit. Clamor eſt quando neſcitur actor, fama autem tamen multorum, vel fortè idem eſt clamor & fama (quod clamor) id eſt, quẽ exceſſum.

1 †Et famam) hîc potes colligere qualiter probetur infamia, debet enim dicere teſtis eum de quo agitur de tali crimine diffamatum, & ſi quæritur ab eo, apud quos eſt infamatus, debet reſpondere apud tales, & niſi eos aſsignet, non videtur reddere bonam cauſam dicti ſui, vt hîc, præterea non poteſt aliter ſciri, an ſint graues vel maleuoli. Item ſi quæratur ab eis, qualiter ſciunt, quod apud eos eſſet diffamatus, vel potius ſuſpectus, hoc enim dicere ſufficit. argumen. 2. quæſt. 5. omnibus. in fin. oportet enim reſpondere, quia propter hoc vitabant familiaritatem eius, vel ab eo audiui, & cùm hoc dicat à prouidis & honeſtis, non maleuolis, nec maiorem numerum adijciat, duo, à quibus audiat ſufficiunt. C. de teſti. vbi. ſed non ſufficit hùic volenti probare infamiam hoc dicere, quod apud eos duos ſit ſuſpectus, ſed oportet eum addere in ſuo teſtimonio, quod hoc ipſum, ſcilicet, quòd ille contra quem agit crimẽ commiſit, aliqua

pars viciniæ clamat, & hoc dicit hæc litera, quãdo dicit quod illi prouidi & honesti debent dicere, quod clamor innuit. ad id facit. sup. de eo qui cogno. consan. vxo. sueç. super eod. inf. de pur. ca. c. 2. Nec sufficit tantùm semel audiuisse ab illis prouidis, sed etiam sæpè audire, nec est necesse, quòd omnes testes ab eisdem prouidis audierunt, sed sufficit quod ambo vel ab eisdem audierunt, vel à diuersis, vel eodem tempore, vel diuersis, vel eodem loco, vel diuersis, quia cùm hoc de quo hîc dicitur, tantùm infamiam probare teneatur, sufficit quod in hoc concordant testes, quòd infamatus sit. arg. de pe. hæ. si quis. l. 1. §. quoties. ff. de probat. si arbiter. ff. de ædil. edi. l. 1. causa. C. de iur. & fac. igno. cùm falsa. non autem in causis scientiæ concordare tenetur, cùm nec eas probare tenetur. Verbi gratia, quomodo scis eũ diffamatum, & ipse respõdet, quia audiui eos sic loqui. etc. quare enim probare debet, quod ab eo audiuit, vel quare super hoc cum alijs concordaret, cùm de hoc nulla inter eos quæstio sit. Tunc autem habet necesse probare, & concordare de tempore, quando tẽpus est de substãtia quæstionis, & sic intelligitur. 3. quæst. 9. nihilominus 35. quæst. 6. de parẽ. Verbi gratia, sicut quando vult probare eum de quo dicitur in contractu, vel instrumẽto, vel testamẽto alibi eo tempore fuisse. C. de cõtrahen. sti. optimam. sup. de testi. ex tenore. series, & sicut est in eo, qui debet probare, se tempore deiectionis possedisse. ff. de
2 vi & vi ar. l. 1. §. interdictũ. † Et idem quod hîc dicitur, intelligitur etiam si quis vult probare iurisdictionem, & per alios probat se exercuisse iurisdictionem in loco, de quo agitur, licet in causis discrepent, & in loco, & in tempore, & personis non
a nocet. a Verbi gratia, quæritur à teste, quomodo scis, quòd iurisdictionem exercuit, & vnus testis respondit, quia vidi eum suspendere Ioannem die lunæ, alius dicit, quia vidi quod excommunicauit Petrum die martis, alius, quia vidi quòd cognouit de tali causa die mercurij, & sic de alijs, & idem dicunt quando petuntur decimæ, & vnus dicit se vidisse quando collegit granum, alius dicit hordeum.

3 †Et idem dicunt in præscriptione, & in omnibus similibus, & idem attende in cõtractibus, quia si testes discordant de loco & tempore initi contractus non valent, quia de substantia sunt cõtractus, & ei cõcomitantia. sup. de sen. & re iudi. abbate in fi. sed si discordarent in causis vel circumstantijs, puta quia vnus testis dicit, scio quod talis est in possessione iurisdictionis, quia vidi quando fecit talem iustitiam, & alius dicit de alio die, & etiam de alia persona iustificata, benè probant quia vterque bonam causam sui testimonij reddit.

Sed alij contrarium dicunt asserentes, quod vbicunque aliquis tenetur aliquid probare, nisi testes de loco, tempore, personis, & alijs omnibus concordent, non habentur pro pluribus testibus. 3. quæst. 9. nihilominus. & omnes sunt in suis testimonijs singulares. sup. de elect. cùm dilecti. vnde dicunt, quod testes hi debent concordare, vt dicant tali die audiuimus talẽ rumorẽ, vel infamiã, & tali loco à talibus, sed licet dixerimus eos debere concordare, si aliquid dicant, non tamen semper teneretur de prædictis certum quid respondere, si enim in præsenti casu quæritur, quando audisti, si habeat in memoria, respondeat, & si non habeat, dicat non recordor, & tamen nihilominus valet testimonium, nunquã enim inuenitur, quod diem vel horam dicere debet, imò argu. contra. 2. quæst. 8. §. libellorum. nisi dies esset de substantia probationis, vt quando quis agit interdicto vnde vi, oportet q̃ probet illo die se possedisse, quo fuit spoliatus. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. interdictum autẽ. & idem dicimus de loco. sup. de testi. ex tenore. & de personis, vt in matrimonio, vbi necesse est personas graues esse, debet eas exprimere. suprà, de testi. licet. & sic dicimus etiã de alijs circumstantijs.

4 †Notandum *b* est quod expressius & melius teneatur recordari de loco & persona, quàm de tempore, quia melius memoriæ tenetur, tempus enim facilè recedit. 2. quæst. 8. cap. fi. Item in præsenti casu, & etiam in alijs, si pluries audiuit & in pluribus locis, & à pluribus personis, & de quibusdam recordatur, de quibusdam non, debet testis dicere, ego audiui hoc in tali loco, & à quibusdam alijs, & tali tempore & alijs temporibus, & sic per adiectionem generalem præsumet iudex eum cum alijs testibus concordare. argu. suprà, de testi. cùm tu. In præsenti autem casu quidam non improbabiliter dicunt, quod etiam nullis personis expressis, si tamen testes tantùm dicant, rumor & infamia est per viciniam, quod sufficiat, reseruatur tamen parti alteri, vt & ipsa probet

a Nõ nocet. Et quod in prouãda iurisdictione parẽtela & similib. singularitas testiũ nõ obsit. Adde Pet. de Anch. in consil. 276. incip. uisa diligẽ. col. fi. & repetẽtes in l. admonẽdi. ff. de iureiu. & ita etiã aliàs uidi consultũ per d. Bart. Sozi. uide eũdem Pet. de Anc. in cõsi. 257. incip. ex prædicta facti. col. 4. circa fi. ubi quod rebellio probatur etiã per testes singulares et istud cõsilium dupli. in consil. 439.

b Notãdũ. Car. in consil. 56. inci. in elucidatione præmissi dubii. col. 3. uers. sed præsuppositro dicit hoc dictũ notabile.

bet *a*, quòd apud viles est hæc infamia, vel quod à vilibus orta est, quo facto non procedet inquisitio. argumen. 11. quæstio. 3. c. in cunctis. & hîc non dicit, quòd debeat hoc dicere, sed dicit, quod superior non debet procedere ad inquisitionem, nisi per bonos & graues ad eum peruenerit, non per testes, vel forma iudicij productos, sed tanquam volentes consulere statui ecclesiæ, si autem ea, in quibus discrepant talia sint, quæ non sint de substantia probationis, non minus tanquam pluriũ valet testimonium eorum, cùm id quod probant, & in quo concordant, sufficiat ad victoriam causę (quod) id est, quem excessum (& maledicis) hîc instruitur superior, quando debet ad inquisitionem procedere.

5 †Item not. quòd si aliquando etiam si à maledicis infamia oriretur, vel potius scandalum, & si non à pluribus, sed ab vno tantùm venerit infamia, potest procedere ad inquisitionem. argumen. 2. quæst. 5. mandastis. & argumen. ad hoc. quia si soli episcopo esset suspectus, potest indici purgatio. 2. quæstio. 5. omnibus. in fi. ergò ab vno potest procedere infamatio, etiam si semel tantùm suspectus est (licet autem) scilicet, quod non fiat inquisitio, nec præcesserit infamia ortum habens à prouidis, & sæpius iterata (ad diminutionem) quãdo agitur ciuiliter, non agitur, nisi ratione specialis interesse, quod ex ipsa diffinitione actionis patet. Est enim actio ius pro. etc. insti. de acc. in princi. siue de crimine agatur, puta furti vel consimili, siue de pecuniaria causa agat, puta actione ex empto, vel depositi, vel consimilibus, nisi in popularibus actionibus, vbi agitur ciuiliter, & tamen speciale interesse non prosequitur, vt in titu. de popul. actio. per totum. tamen potest dici, quod in popu. actione speciale interesse prosequitur vniuersitatis, cuius nomine agitur, quando autem criminaliter agitur, nullum proprium interesse prosequitur, sed tantùm pœnam imponi accusato, siue vindictam vel vltionem. C. qui accus. pos. non ignorat. & l. si quis ex. Nec interest, an pœna quæ imponitur sit in corpore vel dignitate, vel fama, vt in præalleg. l. si quis. vel etiam in ablatione bonorum. ff. de iu. pri. l. 1. argumen. contra, scilicet, quod etiam in criminali actione seu interesse consequi possint. in Authen. vt nulli iudi. §. super hoc. Authen. vt iud. sine quo. suffra. §. necessitatem. vbi iudicibus malè se habentibus imponitur pœna exilij, quæ non imponeretur nisi criminaliter ageretur, & etiam pecuniaria, dicitur enim ibi, quòd damnum læsis resarciat, sed potest respondere, quòd ibi agebatur inquirendo, & in inquisitione benè ad vtrumque condemnari licet. argumen. sup. de elect. per inquisitionem. Vel dic, quod ad ambo prædicta non fit condemnatio per accusationem criminalem, vel ac. ciuilem, sed poterit separatim contra tales agi vtroq; modo & criminaliter, & postea ciuiliter, vel econuerso. C. quando ciuilis act. præscri. l. 2. & sic potest responderi ad multas leges, quæ in causa criminali pecuniam dandam læso dicunt. C. ad l. Iul. repete. l. vlti. & ff. de sepul. vio. l. 2. §. quod de se. & §. sequen. nam ibi ciuiliter agebant. Benè fatemur tamen, quod etiam criminaliter agendo pœna pecuniaria infligitur, fisco applicanda. ff. de præua. l. 3. §. vlti. nam ita est vindicta in pecunia & fortuna sicut in corpore & fama.

6 †Et sunt secundum leges ciuiles septem genera pœnarum, quarum tres sunt capitales. Prima est mors corporis, quæ multis modis infertur. ff. de pœnis. aut dãnum. §. vita. & l. si diuiti. & l. capitalis. §. fi. in princi. & §. famosos. Secunda pœna est morti proxima, scilicet, pœna metalli.

Et not. quòd quidam damnantur in metallum, & hi grauioribus vinculis præmuntur, alij in opus metalli, & hi, leuioribus, sed ambo hi & ciuitatem, & libertatẽ amittunt. Alij autem damnantur in ministerium metallorum. i. vt seruiant damnatis in metallum, & hi non libertatẽ, sed ciuitatẽ tantùm amittunt, si ad tempus damnant, si autem in perpetuum, vtrunq; amittunt. ff. de pœnis. aut dam. §. est pœna. & §. sequentibus.

Tertia pœna capitalis est deportatio & in opus publicum damnatio, non tamen metallum, & hi non libertatem, sed ciuitatem tantùm amittunt. ff. de pœnis. quidam non. Capitales autem sunt quatuor. Prima est religatio ad tempus, vel in perpetuum, hic bona non amittit. Secunda est infamia. Tertia est dignitatis amissio, vel ad dignitatem, vel officium seu
b forum interdicta aspiratio. Quarta verberum experimentum. ff. de pœnis. si quis fortè. §. vlti. & l. vlti. & l. aut dam. & ff. de interro. relatorum. §. ad tempus. Secundum canones autem nunquam imponitur pœna corporalis mortis. ẽ. ne cleb ri. sententiã. 51. dist. c. 1. & 2. sed est quædã

a Et ipsa probet. Adde p etiã elidit infamia, si probatur bona fama, ut puta ipsum nõ esse usurariũ, nõ furẽ, non adulterum, & similia, quia quãdo fama negatiua refertur ad certũ locũ, & ad certam personã, sem per est probabilis, ita Pet. de Anc. in cõs. 189. incip. tria hæc de causis. col. fi. uersũ. 2. modo respondetur.

b Sed est quædã. Hãc æquiparationẽ dicit bonã Pet. de An. in cõs. 158. incip. ex narratis in facto. col. 3. post medium.

quæ quasi similis ei habetur, scilicet, quia relinquitur seculari iudici puniendus. inf. de cri. fal. ad falsa. sup. de iud. cùm non ab homine. 17. distin. non licuit. 11. qõ. 1. illud. Secũda autem pœna damnationis in metallum, non inuenitur sæpè in canonibus imposita, sed si imponeretur, nõ retractaretur. inf. de calum. c. 1. sed ei æquipararı potest pœna carceris, quam pro grauissimis criminibus ecclesia infligit. inf. de hæred. c. pen. §. vlt. Et quod quis redigatur in seruiturem. 32. dist. eas. vel traditur curiæ seruiturus. 11. quæst. prima. statuimus. vel quod venditur. 81. distin. quidam clerici. idem quod dicimus de secunda & de tertia, & hæc de capitalibus secundum canones.

De non capitalibus autem prima secundum canones, scilicet, relegatio, non est in vsu, sed ei accedit detrusio in monasterium, de qua habes. 50. dist. si episcopus autem. 81. distin. Romanus. alia autem habent locum secundum canones. s. depositio, vel degradatio, vt hic. 11. q. 3. episcopus autem. & interdicitur quod ad nullam dignitatem assumatur, licet inhabita remaneat. ẽ. de fin. pres. c. fi. ẽ. de elect. super eo. vel quod in certa ecclesia non ordinetur. 2. qõ. 1. in primis. & quod ad superiores ordines non ascendat. ẽ. de temp. ord. ex tenore. Item suspensio ad tempus, & in perpetuum. Item ab officio & beneficio, & ab ingressu ecclesiæ, & multæ aliæ pœnæ cõsimiles sunt secundum ecclesiam, alia autem. s. infamia locum habet secundũ canones, adeò vt quicunq; secundum leges infamis est, & secundum canones. 2. q. 3. §. hinc etiam. 6. q. 1. infames. secundum canones etiam aliqui sunt infames infamia canonica, vt no. ẽ. de testi. testium. Itẽ alia pœna. s. verberum secundum canones locum habet. 31. dist. c. vlti. 45. dist. cùm beatus. & not. quòd tres primæ pœnæ capitales. Itẽ non capitales, vt degradatio, nunq̃ imponuntur, nisi quis directò accusatus conuictus fuerit. ĩ. de simo. dilectus. 2.

7 †Item ad prædictas pœnas præterquã ad depositionem ꝓceditur contra absentem etiã contumacẽ, sed ad depositionem & alias pœnas, quæ sunt vsq; ad rele. non ☞ ꝓceditur cõtra absentem. ff. de pœ. absentem. 3. q. 9. decernimus. Non negamus tamen, quòd si aliquis crimen confiteat[a] in iudicio, q̃ etiã sine prædicto, & directo ꝓcessu, statim quantũcunq; grauior pœna imponi posset. ff. ad l. Aqui. proinde. ẽ. de
8 confes. c. 2, 2. q. 1. & 2. †Item dicimus & si non confiteatur, sed notorium sit iure, vt si accusauerit dominũ suũ corã iudice. C. q accu. pos. si quis ex. aliæ aũt pœnæ imponunt, etiã si in modum inquisitionis agat. inf. de simo. dilectus. Authẽ. vt nul. iud. §. super hoc. infamia aũt quandoq; etiam in ciuilibus actionibus irrogat. ff. de his qui not. infa. l. furti. §. pe. & fi. aliquæ etiam ex ꝑdictis pœnis imponunt in foro pœnitentiali. 50. dist. si ille. & aliquæ ante li. cõtest. ad puniendam contumaciam. sup. de offi. dele. sanè. ĩ. vt lit. non cõtest. tuæ. quoniã.

9 †Itẽ no. quòd iudex aliquando in sententia imponit pœnam. s. dicendo depono, vel in monasterium detrudo, vel in exilium mittaris. Aliquando aũt pœna non exprimit, sed tantùm condẽnat de crimine, puta condemno te de adulterio, & tũc non est iudicis, qui sententiam tulit, pœnã moderari, sed pœna in l. expressa infliget. 2. q. 3. notandum. Licet antè moderari potuisset. 45. dist. omnis. & c. qui. & si non est in crimine, pro quo condemnat certa pœna inflicta de similibus ad similia procedetur, vel minima pœna imponetur.

10 †Item no. quòd sententia lata, statim sortitur quosdam effectus. Verbi gratia, si talis sit pœna imposita, quæ libertatem aufert, vlterius eius testimonium non valet, nec aliquid ex testamento capiet. ff. de leg. 3. l. 1. §. de post. ff. de pœ. qui nihil. quod ad. Sed non idem dicimus in his, quę ratione officij facit, puta si sit prælatus & sententiam ferat, tenebit quamdiu toleratur. 8. quæst. quarta. nõnne. nam si contrarium diceretur, absurditas sequeretur, nam condemnatus mandati vel depositi est infamis. ff. de his qui not. infa. furti. §. penul. & vlti. nunquid dicimus eius sententias vlterius non valere per hoc. 3. quæstio. septima. ca. 1. absit. omnia enim tolerantur propter officium, quod administrat, scilicet. 19. distin. secundum. ff. de offic. præto. Barbarius. nisi esset in eum lata sententia depositionis, vel spoliatus esset insignibus dignitatis, tunc enim sententia à tali prælato lata, non tenet. ff. de his qui no. infam. l. secunda. §. igitur. ff. de iudi. cùm prætor. nec potest dici, quod toleretur, sed intrusus dicitur. †Credi-
[b] mus tamen[b], quod ex quo sentẽtia de aliquo crimine lata est contra aliquem siue criminaliter, siue ciuiliter agit, quòd episcopus vel prælatus suus potest eum spoliare beneficijs, q̃ sub eo habet. 2. q. 1. multi. tamen debet eum vocare, & contra eũ sententiã ferre, si inueniet, & si nõ inueniatur, eo-

[a] *Confiteatur. Bar. in l. si confessus. ff. de cust. reo. intelligit hoc dictũ Inno. hîc procedere, quãdo confessio fit principaliter, etiam propter se. & adde Lã fran. in c. quoniã contra. in uerbo, cõfessiones. co. 5. sup. de proba. & Bar. sequitur Abb. in c. at si clerici. col. 1. sup. de iu. pro quo allegat. Bar. gl. no. in c. ex pertinentibus. 51. dist. in fin.*

[b] *Credimus tamẽ. uide Abb. in c. at si clerici. col. 8. uers. 3. glo. sup. de iu. qui pro hoc dictũ Inn. hîc limitat singulariter ibi distum gloss. & Host. & dicit in no. hîc mirabiliter uelle, quòd acta facta in iudicio ciuili, præiudicãt in criminali, de quo uide per gl. in l. si quis ad sepulchrũ. C. ad l. Iul. de ui. per Bar. in l. 2. ff. de ui bo. rapt. & in l. 2. §. si quis dolo. ff. de tabu. exhi. & uide Abb. in dic. c. at si clerici.*

atur, eodẽ modo dãnabit eũ, quia notoriũ est crimẽ per sententiã: vt not. ẽ. de coha. cle. tua. Nec ob. sup. de accu. super his. vbi dicitur, quod non potest priuari alijs beneficijs cui crimen in modum exceptionis probatur, sed verum est quod ibi dicitur, quod iudex qui cognoscit in modum exceptionis, non potest super alio iudicare. inf. de simo. licet. sed hîc iudex de quo dixi cognoscet in modum accusationis, vel inquisitionis, vbi benè sequitur pœna ablationis. Et sententia non inducitur ad probandum, quòd per eam dicatur priuatus, sed inducitur ad probationem criminis, scilicet quod sit notorium, sicut & per eandem sententiam de crimine latã probaretur infamis, & repelleret à testimonio vel ab ordinibus. sup. de test. testimonium. clerici autem quorum est electio, nullum sua authoritate eligent, nisi primò per superiorem eis licentia detur, vel per sentẽtiam amoueatur hoc modo, scilicet, depono talem prælatum vel clericũ, vel perpetuò eum à sua ecclesia amoueo, vel suspendo. sup. de cle. non resi. ex parte qualiter.

11 †Item licet ex sententia contra quenquã lata super crimine, scilicet cõdemno te de homicidio vel huiusmodi criminibus, non possint canonici procedere ad electionem, vel episcopus, vel quicunque alius: tamen ex quo imponitur ei pœnitẽtia ex tali causa, quæ infamiam irrogat, puta suspenditur perpetuò propter furtum, vel aliquod publicum crimen, de quo damnatus est, satis videtur quod alius in locum eius eligi possit. ff. de decu. l. 2. & l. ad tempus. sed si ex alia causa suspẽderetur, puta quia tumultum fecit in concilio, non credo quòd alius possit in locũ eius eligi. 5. quæst. 4. in loco. Item dicunt quidam, & si pœna sola sine sententia infligitur, ex qua irrogatur infamia. ff. ex quibus cau. in integ. fustibus. maior enim & euidentior est infamia, quæ ex pœna procedit, quàm quæ ex sententia.

12 †Est & alia pœna, scilicet excommunicatio, quæ est his omnibus maior, & non solùm pœna est, sed etiam medicina. 2. q. 1. multi. & statim habet hunc effectum, vt sibi vbiq; licitè beneficia ecclesiastica denegentur. sup. de app. pastoralis. in fin. & hunc effectum dicunt quidam habere, quamlibet sententiam de crimine latam (scãdalo) aliorum qui scandalizantur in ☞ illo, vnde est infamia. †Periculo) aliorum, puta si dicatur hæreticus, cùm periculum sit ne alios inficiat, vel quia periculum est, quod aliquis non occidat alium, vel occidatur, & sic est multa exempla inuenire, & potest dici, quod vbi tímetur periculũ & sine multa infamia proceditur, & habes op. ar. 7. q. vlti. c. vlti. 42. disti. quiescamus. 22. q. 1. si quis per ca. inf. de simo. sicut simoniam. (debet) hoc intellige quando inquisitio fit de persona certa, & de certo crimine, si autem de statu ecclesiæ, vel in genere fiat inquisitio, secùs est.

CAPVT XXV.

SICVT OLIM. (Personas.) istæ pſonæ nullũ citabũt, sed q̃ viderint & audierint corrigẽda, cõcilio referẽt. 25. q. 6. episcop'. in fi. Sed dices, nõnne primò pertinet correctio ad episcopũ, & eo negligente ad archiepiscopum. sup. de offi. ord. c. 1. & c. ad reprimendam. 9. q. 3. §. vlti. Respõ. verũ est, primò ad episcopum pertinere correctionem, sed hoc ipso eum apparere negligentem, dico quod nõ citius ad concilium peruenit emendatio delinquentium, quàm culpa. 18. dist. peruenit. 27. q. 1. si custos. si homo cùm episcopus similes inquisitores habere debeat. 35. q. 6 episcopus. in fi. Vel dic, quod licet archiepiscopus non possit, nisi post negligentiam episcopi cognoscere de delictis subditorum suffraganorum suorum, concilium tamen prouinciale potest hoc modo, quòd hîc dicitur de omnibus cognoscere. 18. dist. propter etc. (& alios) argu. quòd non solùm prælati, scilicet episcopi, sed etiam alij debent interesse concilio prouinciali. suprà, de his quæ fiunt ab epi. ca. vlti. & not. suprà, de præben. graue.

CAPVT XXVI.

1 *Quo casu ualeant monachi restitutionem petere.*
Verba sine strepitu iudicii & de plano quomodo sine intelligenda.
2 *Strepitus iudicii quis sit.*
3 *Qualiter procedatur cùm fine figura iudicij procedi mandatur.*
4 *Ad prosequendum inquisitionem plures simul admittuntur.*
5 *Procurator à multis constitutus, nomine omnium dicitur prosequi.*

OLIM I. V. ET P. (Relaxatis.) non est gratia sed ius commune, contra. suprà, de offic. dele. prudentiam. §. sexta. seruetur tamen for-

ma ibi data. †Restitutis). no. monachos posse petere restitutionem, si pendente inquisitione, vel accusatione contra abbatem sint spoliati contra iustitiam, quod aliàs nõ licet. sup. de rescrip. cùm dilecta. vel dic, quod hanc restitutionem potius fecit Papa ex officio, quàm ex vi petitionis, & potius de ꝓpria quisitione, quã de iure, vel dic, quòd benè possunt petere, quod restituantur ad monasteria saltem salua ordinis disciplina, sed quod restituãtur ad prioratus, vel obedientias, hoc petere non possunt, nec hoc dicit hęc decr. (de plano) & hæc verba sine strepitu iudicij, & de plano, quidam intelligunt sic sonare, vt in nullo ordinem iudiciorũ teneant seruare, sed solummodò ad hoc tenetur, vt veritatem super principali inquirat. argu. ff. eo. ad petitionem. Nobis non placet hoc, imò dicimus, quòd omnem ordinem iudiciarium seruare debet, & plenam & semiplenam cognitionem adhibere in citationibus & inexceptionibus fori & dilationi. admittendis, & expoliationis, & excommunicationis, sic hîc talem processum præcesserunt absolutio & restitutio in lit. contest. iureiu. de calumnia in confessionibus, testium receptione eorumq; reprobatione, & in sententiæ prolatione, & appellatione, & in omnibus alijs huiusmodi.

☞ †Sed quæres, ad quid ergò valent hæc verba? respon. quia altera parte absente contumaciter, vel etiam sine cõtumacia, vt quidam dicũt, dummodò citetur legitimè potest procedi ad testium receptionem, & etiam ad diffinitionem causæ, & etiã præsente, si iussus nollet litem contestari. arg. ff. de testi. cùm olim. & si sit causa, vbi non sit necessaria litis conte. sicut in causa inquisitionis, sicut hîc, tunc hæc verba adhuc multum valent, quia tunc, etiam si pars impetrans inquisitionem repelleretur propter excommunicationẽ, vel aliã causam à prosecutione inquisitionis, nihilominus inquisitor procederet ad recipiendum testes, & sententiandum. inf. de simo. licet.

2 †Itẽ vtroq; casu poterit, & debebit magis refrenare multitudine testiũ & reprobationẽ, & in omnib. alijs, dũmodò nõ faciat cõtra ius strepitum refrenare tam partiũ, quàm aduocatorum, videtur etiam aliquibus, quòd ferias quæ fiunt ob necessitates hominum, possint postponere partibus contradicentibus, dummodò partiũ non interfit, & etiam sententiam ferre sine scriptis, & sine libello. Appellãt enim isti strepitũ iudicij totũ illum processum, qui nõ pertinet ad rẽ petitã, nec principaliter, vt testes, per quos ꝓbabit principale negotiũ, nec accessoriè, vt iuramentum de calumnia, & exceptiones fori, quia per eas venitur ad cognitionem veritatis in principali, sed lit. non conte. procedere non pertinet ad rem petitam, nec principaliter, nec accessoriè, dummodò sit certum quid petit, & aduersarij non interfit. Alij contrà, dicunt enim quòd per hæc verba non potest omitti, neque lit. contesta. neque alius ordo, sed in hoc valent hęc verba, vt magis compescat partes & aduocatos à superfluis & inutilibus probationibus & allegationibus (de plano) seruetur tamen forma in inquisitionibus statuta. sup. eod qualiter, §. debet.

3 †Quid quando sine figura iudicij procedi mandatur. C. de lat. lib. tol. l. 1. §. simili quoque modo. dic in nullo tũc iudiciarium ordinem seruandum, sed per indaginem cognita veritate, non pronunciabit, sed quod iniunctum est, sibi executioni mandabit. Verbi gratia: Ecce Papa mandat alicui, quod si de plano, & sine strepitu & figura iudicij ei constiterit ecclesiam tanto tempore vacauisse, quòd ad apo. sedem sit eius collatio deuoluta legitimè ipsam tali clerico conferat amoto abeo quolibet illicito detentore. In isto enim casu non citabuntur aliqui, nec fiet litis cõtest. nec iurabitur de veritate dicenda, testes tamen recipientur, nec citabuntur alicui ad videndum iurare, nec admittentur aliqui ad dicendum in testes seu dicta eorum, quæ dixerint fiet aliqua publicatio, sed si ex dictis eorum iudici constiterit de præmissis nulla pronunciatione sententiæ interiecta, ecclesiam illi clerico conferet, detentorem remouendo abipsa, dum tamen de falcitate literarum, seu aliàs non excipiatur, & si est in exceptione, quòd iudicem moueat, non de hoc cognoscet, sed sicut merus executor facit supersedebit ipsas exceptiones ad sedem apo. deferendo. suprà, de sent. & re iud. decæterô. si tamen quando confert ecclesiam, & detentorem noluerit amouere appellari contingat, quod quidem potest fieri, si ille qui de appellatione cognoscet, procedet sine figura iudicij, quia cùm causa appellatiõis sit vna cũ principali, & quasi vn' articulus ab ea dependens. C. ne in vna ead. causa ter. prouo. ex quo prohibitum est in toto negotio procedi in forma iudicij, & in causa seu articulo appellationis est similiter interdictum, sed hoc non videtur, quia quod fauore alicuius fit, ad eius non debet læsionẽ retorqueri. C. de legi. quod fauore. quod vtique fieret, si in causa appellationis sic procedi contingeret in præiudicium impetrantis, cui de gratia fuerat clausula prædicta concessa, sed dic, quòd vtendum est cõtra ipsum iure, quod pro se impetrauit. ff. quod quisque iur. l. si quis hoc. de consti. cùm omnes. Sed cùm iudex appellationis prioris causæ acta debeat recenseri, vt sic cognoscat, an sit benè appellatum, quomodo procedet cùm nulla acta inuenisse noscatur? dic quòd quæret à iudice, qui sic processit, & quid eũ mouit ad sic procedẽdũ, & testes ab eo receptos repetet, & si tam ex respõso iudicis, quàm ex dictis testium, vel alias intellexerit ipsum iudicem perperam processisse, reuocabit non pro tribunali sedẽdo, nec inscriptis, quod per ipsum iudicem factum fuit.

Sed cùm Papa mandauerit sine iudicij figura ꝓcedi, & testes recipere, & eos ad perhibendũ testimonium coërcere & reuocare, quòd non prouide factum est iurisdictionis sit, & sine authoritate iudicatis nõ fiat, qui sic procedit, nõ sine iudicij forma procedit, cùm igitur fines mandati diligenter ita debeãt obseruari, vt nõ valeat, ꝙ aliter factum est. ff. man. diligẽter. ff. de rescrip. cùm dilecta. videtur per hoc non valere, quando secundũ prędictũ modum procedit, tanquã formã iniunctã sibi nõ seruauerit, ad hoc potest dici, quòd quantumcunque mandet Papa aliquid præcise fieri, semper tamen intelligitur legitimas exceptiones debere admitti. ff. de offic. dele. ex parte. similiter licet Papa ad celerem expeditionem negotij mãdet sine iudicij forma procedi, non tamẽ intelligitur illud de iudicij forma debere omitti, sine quo non potest negotiũ expediri, cum litibus terminandis sit celeritas imponenda. C. de agri. & censi. litibus. sed illud tantùm vult prætermitti, per quod posset expeditio negotij prorogari, & licet dictum sit in causa appellationis, sicut in causa principali debere procedi.

Hoc intelligas verum, nisi ex forma literarum appellationis appareat Papam nolle procedere nuncij forma omissa, sicut est in conclusione ipsarum, & vocatis qui fuerint euocandi etc. 8. quæst. vlt.

4 nónne. †Idoneas) not. quod plures simul admittuntur ad prosequendum inquisitionem, vt hîc. & inf. c. proxi. & ad prosequendum accusationem. sup. eod. licet. & ad prosequendum exceptionem. sup. de excep. dilecti. Sed contra, quia idoneior eligi debet. ff. de popu. act. l. 3. Sol. dicimus quod plures possunt esse accusatores & exceptores, & inquisitores de vno crimine, sed de illis vnus eligetur qui prosequetur, & alij eũ iuuabunt, vt no. in procuratore. sup. de testi. insuper.

5 †Item videtur nobis quòd procurator à multis constitutus, nomine omnium prosequitur, nec cogitur eligere, cuius nomine prosequatur, nam ibi cessat ratio legis, quia non distinguitur in plures aduersarios.

Et hoc est verum, vbi ex eadem causa, vel de eodem crimine plures prosequuntur inquisitionem, vel exceptionem, quia si sint diuersa crimina, benè tunc plures admittuntur ad prosequutionem eorum, siue ex vno facto descendant, siue ex pluribus. C. de accu. qui de crimine. †Admittendos) hîc collige, quod si ille contra quẽ processum est in inquisitione in causa appellationis, vel alio modo dicat, sententiam vel processum contra se habitam reuocari, quòd non est necesse vocari illum, qui prosequutus fuit inquisitionem. sup. de procu. in nostra. quia nihil iuris habet in hac prosequutione, quia si haberet, mutari non posset. Fateor tamen, quòd bonus iudex prudenter faciet, si eum vocet, vel mittat, vt per eum instruatur. sup. eod. cùm dilectus. credo tamen quòd potest appellare, & tenet appellatio, vbi vel ipse, vel alius causam prosequitur. argu. quia procurator qui non debet exercere causam appellationis, potest appellare. ff. mãda. si procuratorem, §. ignorantes. sup. de procur. c. pe. (ministrari). sup. eod. ex parte.

CAPVT XXVII.

1 *Terminus appellationis à quo iudice præfigiatur, & quid sit dicendum de delegato.*
2 *Causa appellationis debet præcedere causam principalem.*
3 *Citatio à iudice appellationis facta in causa principali an ualeat, si in citatione non est facta mentio de appellatione.*

PRAELATORVM EXCESsus. (Min° canonicè) hoc qualiter post cõsecrationẽ obijci possit. no. ff. de elec. ꝙ sicut,

sicut. ecclesia vestra. Assignantes)iustum terminum potest assignare iudex, qui instruxit causam, vel recepit testes, vel quicquid aliud fecit de mandato superioris iudicis, etiam si in literis non diceret, q̃ præfigeret partibus terminum, quia hoc ipso quod committitur aliquis articulus videtur ei commississe, quòd partes ad priorem iudicem remittat, ne remaneat causa sine termino, imò quod plus est, iudex à quo appellatur, præfigit partibus terminum, quo corã superiore compareant ad prosequendam appellationem. sup. de app. personas. multò fortius potest præfigere si non est appellatum.

1 †Item dicimus quòd si alicui commissa est receptio testium vel aliquis alius articulus, antequã delegatus incipiat procedere in articulo sibi commisso, appellatur ab eo iusta causa assignata, quanquam tamen non obtulit se incontinenti probaturum, de qua tamen dubitatur, an sit vera, si postea delegatus procedat in articulo sibi commisso, & contingat remittere negotium ad superiorem, non potest aliquem terminũ appellanti assignare, quòd sic probo, nam in causa appellationis. s. vt eã prosequat non potest, cùm ei detulerit, sed post appellationem processit in articulo commisso. Item in causa principali super cuius articulo processit non potest, frustra enim ibi assignaretur, quia in illa causa procederetur, nisi prius inquiratur de veritate causę appellationis. sup. de appel. vt debitus. & c. interposita. & in tantũ est hoc verum, quia si delegans forte ignorans procedat in principali, quia delegatus nihil sibi significauit de appellatione facta à se, non valebit processus eius, quia dolosè aduersarius tacuit de appellatione aduersarij, quam si dixisset, nunquam iudex processisset, vel procedere debuisset contra non legitimè citatum, & ordine peruerso, cùm causa appellationis præcedere debuisset causam principalem. 2. q. 6. prolatam. sup. de app. vt debitus. & c. interposita. ff. de iud. si prætor. Si verò nullã causam assignasset suæ appellationi, quã ante sententiam emisit, cùm constet talẽ appellationem nullam esse, tũc bene potest assignare terminum, vt in causa principali procedat, nec sufficiet tunc, si tantùm parti præsenti terminũ assignet, licet ea parte tantùm præsente tenuerit receptio testiũ, quia si assignatio termini plus fit ratione iudicis, ad quẽ appellatum est, quàm iudicis à quo appellatur.

† Item dicunt aliqui, quòd si superior ad quem remissa est causa, citet appellantem in causa principali, non facta mentione de appellatione quod sufficit appellanti mittere excusatorem, qui dicat, domine non tenet citatio vestra super causa principali, vel non potestis in ea procedere, quia appellatum est, & intendit causam appellationis prosequi tempore suo, si autem transisset tempus appellationis prosequendæ, tunc benè teneret citatio super principali tam à delegante, quàm à delegato facta, huic autẽ excusatori hoc solùm sufficit dicere, nos credimus quòd etiam debet ostendere talem, qualem appellationem emiserat. arg. sup. de test. veniens. quia si aliud diceretur, sequeretur absurditas, quia cuilibet facilè esset deducere cuilibet iudici, si non teneretur probare veritatem causæ appellationis, quia tunc non prosequitur causam appellationis, quia nec super ea citatus est, si autẽ in citatione faceret mentionem de appellatione, & citaret super principali causa, nõ teneret citatio, nec etiã teneretur mittere excusatorem, quia expresit errorem in citatiõe. s. quòd vellet agere causam principalẽ, omissa causa appellationis. †Item dicim⁹, quòd si in casu isto, vbi debet mittere excusatorem, non mittat quod processus contra eum habitus super principali. s. iudex appellatum ignorauit. & aduersarius nihil dolosè egit, secùs autem si sciuisset appellatum. sup. de app. si duobus. Item secùs si aduersarius dolosè subticuisset appellationem. ff. de iud. si prætor. In citatione autem facta à delegato post appellationem, credo quòd nõ tenetur mittere excusatorem, licet securius sit mittere.

Alij autem dicunt & benè, quòd citatio delegantis tenet, etiam non facta mẽtione de appellatione, & assignant talem rationem sui dicti, quia sicut citatus debet apparere vt proponat suas exceptiones, ita vt proponat hanc excep. appellatum esse, vt alleget suum priuilegium. ff. de iud. si quis ex aliena. & nisi compareat, valet processus habitus contra eum. †Potestate) No. eũ, de quo fit inquisitio, præcedente inquisitione, non posse alienare bona ecclesiæ, nisi res quæ seruando seruari non possunt, quæ potest alienare, cùm administrationem habeat. s. c. proxi. s. de off. dele. venerabili. si aũt post talẽ inhibitionẽ factã à iudice alienauerit, nõ valet alienatio, secùs si pacto obligatus esset

Non ualet. ad hoc adde etiã Inn. in c. Ray. sup. de testa. vbi q̃ alienatio facta per prælatum cui Papa prohibuerat ne alienaret est nulla, & not. hoc allegat Abb. in c. dilectus. el. 2. inf. de præbẽ. & refert etiã Feli. in. c. ex exparte. de constit.

esset ad non alienandum, quia tunc benè valeret alienatio. sup. de testa. Raynaldus. vbi no. pro eodem enim debet haberi quãdo lex viua prohibet sicut si prohiberet lex mortua.

TITVLVS II.

DE CALVMNIATORIBVS.

CAPVT I.

QVM FORTIVS. (Quam). i. quantum (facratis). i. sacris ordinibus constitutis (culpabiles). 2. q. 8. quisquis (criminatorem). i. calumniosum accusatorem (iubemus) contra ius est, ex quo in sententia non fuit ei pœnitentia imposita. ff. de calum. l. 1. sed hoc fecit ex plenitudine potestatis, vnde non est trahendũ ad consequentiam. insti. de iu. na. §. planè. vel dic, quòd condemnatus fuit calumniator, sed pœnitentia non erat ei imposita, 2. q. 3. §. notandum.

CAPVT II.

1 *Calumniator puniri potest nõ solùm in accusatione, sed etiam in denunciatione, & est grauior pœnitentia calumniantis, quàm eius qui denunciatur.*

VM DILECTVS filius. (Purgauerit) per iuramentum suum & compurgatorem, sed videtur etiam quod post purgationem debet puniri de tergiuersatione. 2. quæst. 3. §. notandum. circa fi. respon. hîc non negatur, quin puniatur, vel dic quòd tantùm in accusatione dicitur quis tergiuersari, non in denunciatione, quamuis non impetrata absolutione desistat, vel hîc dicitur tergiuersari, quia vsque ad finem perstitit, licet succubuerit, & quicquid potuit fecit.

☞ †Ab officio). No. grauiorem pœnitentiam calumniantis, quàm eius qui denunciatur, qui non punitur, sed tantùm cogitur ad pœnitentiam. sup. de accu. qualiter super his. Et est no. quod non solùm in accusatione, sed etiam in denunciatione punitur calumniator extraordinaria pœna.

TITVLVS III.

DE SIMONIA, ET NE ALIQVID PRO SPIRITVALIBUS exigatur vel promittatur.

CAPVT I.

1 *Notarius an possit uendere suas operas.*

IN ORDINANDO. (Minister.) Diaconus qui legit Euãgeliũ. †(Notarius) quidã hoc intelligunt, vt iacet, vt & etiã non liceat in beneficijs etiam operas suas vendere propter odium simonię. Alij hoc intelligũt de illis, qui recipiunt salarium de publico, vel dic, q̃ vult remouere malam consuetudinẽ quæ in quibusdam locis obtinebat, quòd ille qui cãtabat euangelium in ordinatione episcopi, vel aliter certum aliquid recipiebat. Et similiter notarius, qui de ordinatione eius literas conficiebat, & similiter obtinebat in pallij donatione, quod omninò vult remouere. ar. 1. q. 1. emendari. Si autem alius notarius peteret pro operis suis iustum salarium, vel etiam aliquantulum plus iusto propter magnitudinem negotij, non dicerent prohibitum. Si quis autem offerat aliquid sponte, non committit simoniam, & maximè si consuetudo est de aliquibus offerendis, quæ pietatem vel deuotionem ostẽderet: vt est. j. eo. de ap. Vel dic, quod loquitur de talibus notarijs & ministris, qui potestatem habent in electione vel ordinatione, quia alius notarius non habet potestatem inde faciẽdi chartam, nec alius diaconus potest ibi legere euangelium, & si legerit, non dicitur canonicè ordinatus, vel aliàs aliquam calumniam recipit, vel instrumentum non valet.

CAPVT II.

QVIA ALIVM IN ECCLESIA.

CAPVT III.

SI DOMINVS. Vni sceleratissimo dixit: Si malè locutus sum, testimoniũ perhibe de malo. 2. q. 7. §. ecce. (respuendus) repete quæ diximus suprà, de accu. cum P. manconella.

CAPVT IIII.

1 *Suspenditur accusatus ab officio, & prohibetur ab ordinationibus. in nume. 2.*
Electio an habeat locum contra diffamatum.

ACCV-

ACCVSATVM. (Prohibere) si aliqua signa contra eum apparebant. inf. eod. sicut. †(Nota accusatum suspendi ab officio,& hoc est propter infamiam,& non obtinet solũ in simonia, sed etiam in alijs criminibus. C. de resti. spo.l.1. lib.10.3. q.5. presbyter. & propter suspicionem quis remouetur ab adminis-
2 stratione.3.q.2.quia ea. †Item prohibetur ab ordinibus quilibet accusatus,& de quo sit inquisitio.81.di.tantis. argu. C.de procur.reum. sed non credunt quidam,quòd ab electione prohibeatur,quare enim puniretur, si non est verum crimen, de quo accusatur, & sic facilè esset, si hoc esset verum quemlibet ab electione excludere, sed confirmari vel consecrari non debet accusatus,nisi primò fuerit absolutus. Et est etiam argu. quia procurator constitui non prohibetur,sed procurationem exercere, vt in præall.l.rerum. Alij contra, scilicet quòd accusatus remouetur ab electione, & debet præfigi tempus accusatori trium mẽsium, intra quod probet quod obiecit.Authent.de sanct. episc. §. si quis ☞ ante or. quod obtinet in episcopis, quod intra tres menses debeant consecrari à die electionis.75.dist.c.2.In alijs autem electis dabitur annus. argu.ff.de mune.& ho.reus. vel istæ dilationes sunt ad arbitrium iudicis.Item si plus differretur propter accusatum, non esset imputandum accusatori:vt in præall.l.rerum. arg.C.de temp. in.interpretandum.

Capitula autem quæ videntur dicere contra illos, qui tenent aliam opinionem secundum hoc intelligunt, scilicet quòd non possint ordinari, sed non prohibent eũ eligi, sed magis cõtradicit.93. di.miramur. sed ibi loquitur de excommunicatio. hæc autem non extendimus ad exceptionem, vel denunciationem, quia quãtumcunque excipiatur cõtra aliquem de crimine,vel denuncietur,nihilominus tamen eligetur,confirmabitur,& consecrabitur in alia ecclesia, vel electione, quàm illa de qua excipitur.de hoc no.sup.de despon. impu. ad dissoluendum. & eodem modo dicendum videtur quibusdam in accusatione,& fortè non malè. Hæc autẽ decre.tantùm loquitur in inquisitione,& exponũt hîc accusatum, scilicet infamatum, & propter infamiam contra eũ procedit inquisitio.

Speciale enim dicunt in inquisitione, vt nullus contra quem proceditur inquirẽdo possit eligi, & est ratio,quia cùm inquisitio non debeat fieri,nisi contra diffamatos.inf.eod.licet. & electus bonum testimonium debeat habere etiam ab his, qui foris sunt, ergò iste,qui diffamatus est eligi non potest, sed accusatio & denunciatio, & exceptio est in optione cuiusq; etiam nulla infamia præce. & ita per consequens esset in cuiusque optione quemlibet ab electione reuocare vel remouere, hoc plus consonat rationi.

CAPVT V.

QVOTIES. (Per simoniã hæresis)non intelligas, quòd omnis simoniacus sit hæreticus, sed ille tãtùm,qui credit quod Spiritus sanctus & gratia eius venalis sit, & quod pretio quæratur,& sit in aliquo.

CAPVT VI.

1 *Signa an sufficiunt ad præsumendum aliquẽ hæreticum.*

SICVT SIMONIACA. †Signa) aliquam probabilitatem habẽtia, hæc aũt est hoc speciale,quòd cùm in alijs negotijs requirendæ sint luce clariores probationes.2.q.7.si quis episcopus.& q.8.c.1.in crimine simonię minores probationes sufficiũt,quinimò sola signa, sicut in hæresi.C.de hære.l.2.Nos dicimus quòd leuia signa sufficiunt ad præsumendum aliquem hæreticum, sed illa signa oportet plenè probari.sup. de præsum. literas.propter suspicionem autem indicetur purgatio.inf.de hære.excommunicamus.plus placet quod etiam si nulla signa probentur, sed tantùm grauis sit infamia contra eum, cui debet remoueri.arg.sup. de præsump.literas.

CAPVT VII.

1 *Simoniacus in ordine recipiendo siue crimen sit occultum,siue manifestum ipso iure suspensus est.*

2 *Si quis ordinem seu beneficiũ obtinuerit alio præbente pecuniam non ordinatori non est simonia, si etiam sine pecunia obtenturus erat.*

3 *Possibilitas iuris,& possibilitas facti quomodo inter se differant.*

TANTA EST LABES. (Omnis)supple non p̃cisus ab ecclesia per sententiã canonis, vel hominis,& post peractã pœnitentiã, & sic non est contra

contra de excommunicatis toleratis,nec de fornicarijs suspensis. 32.dist. nullus. nec est contra de peccatore, qui non egit pœnitentiam, qui suspensus est,quo ad se.1.q. 1.sacerdotes.sacrosan.necesse.

1 † Cantare) simoniacus in ordine recipiendo siue crimen sit occultum, siue manifestum, ipso iure suspensus est,vt hic ab executione omnium ordinum, non tantûm simoniacè receptorum. 1. quæstio.1. quibusdam. idem intelligo de notorio simoniaco in beneficio.1. quæstio.1. reperiuntur. 32. di. §. verùm. nisi eo ignorante, alius pecuniam dedisset, quia tunc credo nõ eum suspensum, nisi eo quod simoniacè obtinuit.1.quæstio.5. præsentium. si verò aliàs sit simoniacus pro beneficio,siue pro ecclesiæ emenda, si crimen est manifestum, similiter ipso iure suspensus est. 32. dist.§. verùm. si non est occultum suspensus est,quo ad se,non quo ad alios,qui eius officium licitè audiunt,sicut quilibet criminosus. 1. qõ.1. sacerdotes. Item isti simoniaci in beneficio occulti & criminosi licitè celebrant post pœnitentiam, quia nec sunt suspensi à iure,nec impediũntur exequi officium suum post pœnitentiam, sed beneficium simoniacè habitum retinere non potest. ℣.e.de regularibus.

Hæc vera sunt de recipientibus aliqua. s. ordinem non beneficium simoniacè, in dantibus autem aliqua simoniacè seruatur, quòd dicitur. inf.c. pe. vbi de hoc no. & infrà, eo. dilectus fi.A.etc.

2 † Item no. quod si quis obtinuerit ordinem vel beneficium, alio dante pecunia non ordinatori, non est simonia, si etiam sine pecunia obtenturus erat. argumentum. 1. quæstio.6.vl. §. si autem ipse ordinatus pecuniam dedisset, etiam si sine pecunia habiturus erat ordinem, simoniacus est. arg.1.qõ.2.& q.3.si quis ob.& c.vlt. & qõ.6.cap.1.

3 †Potest)si intelligas de possibilitate iuris, nullus criminosus de iure potest cantare missam. 1. quæstio. 1. sacerdotes. si de possibilitate facti, sic conficit simoniacus,sicut quilibet alius.1.qõ.1.intra catholicam. cum multis sequentibus. 32. di.§. si verò. respondeo.

Intelligo de possibilitate iuris,nam alij criminosi post pœnitentiam de iure celebrant præter homicidam, sed simoniaci nunquam. Item alij licitè audiunt officium aliorum criminosorũ, nisi sint suspensi per sententiam, sed simoniacorum officium audire non debent, etiam si nulla sententia feratur contra eos. Est enim in eis speciale, sicut in notorijs fornicatoribus, quòd eorum officia audiri non debẽt. 32. dist. §. verum est. ergò speciale in notorio fornicatore & simoniaco, quòd etiam si tolerantur ab ecclesia, cuique licet eorum officium euitare: vt hîc. 32. di. §. verum.sed homicidarum & etiam excõmunicatorum occultorum,licet sint suspensi à iure, si tamen aliàs occultum sit, & tu scis, non debes eorum officia euitare.arg. 6.qõ. 2. si tantùm. 23. q. 4. non prohibeat. nisi abstineret quis propter correctionem peccatoris qui ex erubescentia pœnitentiam ageret.sup.de coha.cle.& mu.c.1.

CAPVT VIII.

NON SATIS. † Capellaniæ) si autem aliqua capella cum suis reditibus conuersa sit in vsus alicuius ecclesiæ, benè potest à capitulo ibi instituto ex pacto recipere aliquid annuatim pro fructibus, sed contractus debẽt esse distincti. sup.de rer. permu. ad quæstiones. nam licet non possint vendi capellaniæ, id est, ius faciendi ea, quæ pertinent ad capellam, & multò fortius in perpetuum, vel in tempore vitæ, opera tamen sacerdotis vendi potest,vel emi pro seruiendo alicui capellæ. Item fructus capellæ in proprios vsus concessi licitè locantur.infrà, ne præla.6. c.fi.

CAPVT IX.

VM IN ECCLESIAE. (Et benedictionibus). ideò, pro benedictionibus nubentium prohibetur accipere, quia ibi gratia confertur,pro matrimonio autem cùm ibi non conferatur gratia, licet aliquid recipere. 1. qõ. 2. quicquid. 32. quæstio. 2. honorantur. 27. quæstio. 1. nuptiarum. 32. qõ. 1. connubia (requiratur) ob hoc iustificatur decre. nam oblatum recipere licet.

CAPVT X.

VM SIT ROMANA. (Procurationem) quam etiam exercere non potest si ecclesia grauetur.10.quæstio.3. cauendum.1. quæstio. 2.placuit.in Authen.de man.prin.§.si tibi.

CAPVT XI.

DE HOC AVTEM. (Si manifeſtum) . id eſt, notorium, quia in conſpectu populi inita ſunt pacta (manifeſtũ) per famam, ſed non notoriũ (ſi qua) & de iure publico. in Authẽ. de ſanc. epi. §. 3. (eccleſiæ). 17. qõ. 1. ſi quis in atrio. in Authẽ. de ſanc. epiſ. §. ſed neque. ſi tamen dans pecuniam intraret relig. de miſericordia bonum eſſet ei reddere. inf. eod. veniens. 16. q. 6. de lapſis. 27. q. 1. ſi quis ita.

CAPVT XII.

CVM ESSENT IN NOSTRA. (V). qui propter ſimoniam dictum R. clericum petebat à quadã eccleſia amoueri, vel potius clericus petebat eccleſiam, ex eo quòd millies ei cauſa promiſerat (in cauſa illa) ciuiliter agebatur.

CAPVT XIII.

INSINVATVM EST.

CAPVT XIIII.

NEMO PRESBYTERORum. (Celet) hoc ideò eſt, quia quilibet tenetur peccatum alterius ad pœnitentiam indicare. 23. qõ. 3. tam ſacerdos. ſecùs autem in indicatione furis, vel ſerui, vel fugitiui, pro quo licitè accipitur merces. ff. de of. præfe. vrb. ſolent. ff. de condi. ob tur. cau. l. 4. §. 5. (ſimoniacum) . id eſt, in modum ſimoniæ puniendus, nõ enim propriè dicitur ſimoniacus, qui celat per gratiam crimen alterius.

CAPVT XV.

QVERELAM. (Monachorum) etc. no. monachos agere ad reuocandum, quòd prior malè alienauit (ſub annuo) conſtituto in ſignum deuotionis, quòd licet vt no. ſuprà de relig. do. conſtitutus. (redimi). ſuprà, de pac. cùm pridem. (nec permittatis) iſtè fungitur vice & officio conſeruatoris, de quo not. ſuprà, de officio dele. c. fi.

CAPVT XVI.

EA QVAE DE AVARITIAE.

CAPVT XVII.

EX DILIGENTI. (Eccleſiaſticum) quod non eſt licitum. infrà, de regu. iur. indignum. vbi no. id eſt, 10. ſolidos, vel aliquid ſimile in eccleſia (taliter) pro collatione beneficii eccleſiaſtici, & fortè etiam ſine collatione beneficij non eſt licitum clerico, niſi pro eccleſia ſua alicui facere fidelitatem. inf. de reg. iur. c. vlti. vbi plenè not.

CAPVT XVIII.

ET SI QVAESTIONES. (Humanæ). C. de fid. inſtru. l. vlti.

CAPVT XIX.

VENIENS AD NOS. (Conuenit) propter hanc conuentionem iudicatur ſimoniacus, ſecùs enim eſſet ſi ſponte obtuliſſet (præfato). ſuprà eodem, de hoc contrarium ſol. ibi.

CAPVT XX.

EX TVAE FRATERNITATIS. (Officio) licet enim ipſo iure ſuſpenſus ſit, non tamen poteſt prohiberi niſi probatio præcedat. 2. quæſtio. 1. nos in quenquam. (pœnitentiam) non obdureſcat in peccato, ſed non ſufficit ad vitam, & contra ius officium exercere. ĵ. de pœni. & remiſ. quidam. 90. diſt. ſi quis contriſtatus.

CAPVT XXI.

AD NOSTRA M. (Miniſterio) puta acolitus vel ſubdiaconus vel huiuſmodi.

CAPVT XXII.

1 *Tenetur is, qui ſimoniacè adeptus eſt beneficium ei renunciare.*
2 *Quando poſſit epiſcopus cum ſimoniaco diſpenſare. & in num. 3. & 4.*

1 DE SIMONIACE. † Remanere) ex diſpenſatione epiſcoporum. 1. q. 5. præſentium. in alijs ordinibus vel beneficijs non ſimoniacè habitis, etiam ſine diſpenſatione manebit, & noua beneficia acquiret, nouos autem ordines non poteſt habere, niſi primò diſpenſetur, cum eo in ordine ſimoniacè quæſito, cùm promotus eſſet per

per ſaltum. 52. diſt. c. 1. ſi autem eo ſciente aliquid datum eſt ordinatori, non poteſt diſpenſari cum tali. 1. q. 1. erga. ſi quis à ſi. ſtatuimus. & quæſtio. 7. c. requiritis.

2 † In beneficijs autem diſtinguitur, quia ſi ignorante aliquo data pecunia obtinuerit prælationem, non poteſt epiſcopus diſpenſare, vt illã prælationem habeat, ſed in ſimplici beneficio benè poteſt epiſcopus diſpẽſare. ſup. de elec. c. pe. 1. q. 5. c. 1. ſed & ſi ſe ſciente vel pecuniam dante beneficium obtinebat, poteſt epiſcopus cum eo diſpenſare, vt in alia eccleſia obtineat beneficium, & etiam in eadem, ſed non poteſt epiſcopus diſpenſare, vt ad maiores ordines promoueatur. 1. q. 5. c. 1. nunquam autem licet diſpenſare illi cum quo ſimo-
3 nia commiſſa eſt. † Item ſi quis commiſit ſimoniam in dignitate cum eo non poteſt epiſcopus diſpẽſare. ĵ. eod. nobis. vbi not.

4 † Item cùm nullo ſimonia eo ſcienter poteſt diſpenſari in dignitate etiam ſi pro ea non fecit ſimoniam. 1. qõ. 1. erga.

CAPVT XXIII.

MATTHAEVS CARDINALIS. (Contradictio) iuſta & etiam iniuſta ante confirmationem. de hoc no. ſup. de ele. ſignificaſti.

CAPVT XXIIII.

AD AVRES NOSTRAS. (Pro ſolutione) nam non eſt dubium ex parte recipientis ſimoniam hîc committi. 1. quæſtio. 3. non ſolùm, ex parte autem dantis, dicunt quidam non committi. argumentum. infrà, dilectus. quòd intelligunt cum per ſuperiorem ius ſuum conſequi non poteſt, alias enim ſecùs. ſuprà, de feu. inſinuanti. Nam ſicut beneficium non licet redimere, ita per pœnitentiam ſpiritualem. ſuprà eodem, nemo. 83. diſt. c. 1. verius videtur, quòd nunquam licet aliquid dare pro pœnitentiam ſpirituali redimenda. 1. quæſtio. 1. nullus epiſcopus. quia nunquam debet peccare, vt à maiori malo ceſſetur. 32. qõ. 5. ita. laico autem quem conſtat nihil iuriſdictionis habere, ſi ſpoliat eum eccleſia, vel faceret eundem de facto vitari tanquàm excommunicatum, vel etiam clerico, qui de iure non contendit ſe feciſſe, ſed de potentia licet dare, quia nihil dat pro ſpirituali, ſed tantùm pro vexatione quam redimere licet, ſecundum hoc quidam dicunt licere aliquid dare laico, vt benè ſoluat decimas, in quibus neq; feudi ius contendit. Alij dicunt quod ſi ſum in poſſeſſione alicuius eccleſiæ, poſſum dare clerico & laico, ne me expellat per violentiam, & ſine cognitione cauſæ, ſed ſi ſum extra poſſeſſionem eccleſiæ, nullo modo eſt mihi licitum aliquid dare pro poſſeſſione recuperanda, quia tunc non tantùm redimo vexationem, ſed etiam poſſeſſionem amiſſam recupero.

CAPVT XXV.

DE REGVLARIBVS. (Ad renunciandum) licet furtiuum habeat beneficium. 1. quæſtio. 1. ordinationes. & ſemper ſit in mora. 14. quæſtio. 6, ſi res. non tamen debet dimittere eccleſiam ſine licentia ſuperioris. argumentum. ſuprà, de re. & tran. ad re. licet. ſed conſuluimus, quòd à bonis eccleſiæ & officio, cùm ſit ſuſpenſus ipſo iure, omninò abſtineat: vt not. ſuprà eodem, tanta.

CAPVT XXVI.

EX INSINVATIONE. (Propoſuiſti). † Not. reſignationem fieri in manibus aliorum quàm epiſcopi, ſed melius dicitur in renunciatione neceſſarium eſſe conſenſum epiſcopi, ſi confirmauit & canonicorum qui elegerunt. argumentum. 18. q. 3. ſtatuim'. C. de actio. & oblig. ſicut. & poteſt eſſe, quòd hi canonici non recipiunt confirmationem ab aliquo ſuperiore, & ideò fine eo reſignant, vel dic, quòd ſpeciale eſt in ſimonia.

CAPVT XXVII.

NOBIS FVIT. (Obtinere) hoc intellige, quando eo ſciente commiſſa eſt ſimonia, & ſic non eſt contra. ſuprà eodem, de ſimoniace. vel quando condemnatus eſt per ſententiam, nam tunc cùm propter criminis enormitatem, tum quia eſt notorium per ſententiam nõ poterit diſpenſare. 50. diſt. vt cõſtitueretur de his. Vel dic, quòd diſpenſari non poteſt, vt habeat illam dignitatem.

CAPVT XXVIII.

DILECTVS FILIVS R. (Poſt receptionem) illicitè recepit. 1. quæſtio. 1. nullus epiſcopus. Vel dic quod licitè accepit, nam cùm contenderent

derent ſuper quibuſdam iuribus, & præpoſitus diceret, ſe grauari archidiacono dicente, ſe vti iure ſuo compoſitio interuenit, & fuit contractus, do vt des, vel facias, & agitur ex hoc contractu præſcriptis verbis ad intereſſe. ff. depoſi. l. 1. §. inter loca. ff. de præſcriptis. verb. l. 1. Nec litera hîc contradicit vbi dicitur, quòd ſi reſtituit rem liberatur, quia intelligitur ſi plus non eſt intereſſe (veniſſe) maximè.

CAPVT XXIX.

SVAM NOBIS.

CAPVT XXX.

1 *Vniuerſitas an poſſit accuſari & puniri.*

DILECTVS FILIVS. (A. nuncius coram te) ſpeciale eſt in hoc Cantuarien. qui non ſolùm eſt metropolitanus, ſed etiam legatus. ſuprà, de offi. leg. cap. 1. Seueritatis) amiſsionis honore ſi ſint clerici, vel monachi, ſi laici excommunicationis ſententiam. 1. qõ. 1. reperiuntur. Sed dices quid nocet monachis depoſitio. Reſpon. quia non recipient præbendam de monaſterio, nec habebunt ibi vocem in capitulo, monachi tamen ſemper remanent (arctiora) ſi inueniantur alioquin mutabuntur ad æqualia. argumentum. 81. diſt. valet. vel renunciabunt ſuis locis, & eligentur de nouo. ſ. eod. de regularibus. ſup. de renun. ex inſinuatione.

☞ † Abbatibus) ideò hi præcipuè puniuntur, quia eorum conſilio & authoritate omnia fiunt. 10. quæſtio. 2. epiſcopus. C. de app. quoniam. 2. q. 7. quapropter. & quia in culpa ſunt, ſi hoc negligant. inf. e. in tantũ. ſed videtur quòd collegium poſſit accuſari, & de eo inquiri. 12. q. 2. qui manumittitur. ſuprà eodem, veniens. & ff. quod met. cauſa metum. §. 2. argumentũ. 7. qõ. 1. ſicut. 34. quæſtio. 3. ſi habes. Argumentum contra. ff. de do. qui ſi ex. ff. de acquir. poſ. l. 1. §. vlt. Item vniuerſitas per procuratorem debet ſe defendere, & in cauſa criminali non cõſtituitur procurator. ff. quod cu. vni. l. 1. 5. quæſtio. 3. in criminibus. Nos dicimus, quòd vniuerſitas non poteſt accuſari, nec puniri, ſed delinquentes tantũ, ciuiliter autem conueniri & pecuniariter puniri poſſunt ex delicto rectorum, vt in contrarijs. & ſuprà eodem, veniens. præterea poteſt inquiri ſuper ſtatu vniuerſitatis, ſed nec tũc puniuntur, niſi delinquentes. infrà, c. proxi. ſuprà, de ac. c. pe. (officialibus) quod iſta faciunt vel ſciunt & tolerant.

CAPVT XXXI.

1 *Quando liceat proſcandalo fieri inquiſitio.*

2 *Propter inſufficientiam remouetur abbas cõfirmatus.*

3 *In teſtimonium admittuntur impetrantes inquiſitionem vel denunciationem.*

4 *Ordinarius etiam ſine infamia præcedente viſitare poteſt.*

5 *Ad inquiſitionem proceditur propter ſolam infamiam de dilapidatione, etiam ſi non ſit ſuſpenſus.*

1 TICET HELI. † Clamoſa) debet vel ſcandalum cûm enim quiſquis facere debet quicquid poteſt, vt ſcandalum à fratre remouetat, ergò & inquiſitionem faciet per quam ſcandalum remouetur. argumentum. inf. de no. ope. nunc. Sed hæc ratio non videtur nobis bona, quòd pro cuiuslibet ſcandalo ſit facienda inquiſitio, cûm pro inquiſitione fortè maius ſcandalum naſceretur. Sed ſatis dici poſſet, quòd ibi ſcandalum timeretur, quòd poſſet conturbare eccleſiam, ſiue vnus ſit, qui ſcandalizatur de infamia, vel peccato alterius, ita potens qui ſcandalum ſuſcitare poſsit, ſiue plures quod licitè fieri inquiſitio. argumẽtum. 23. qõ. 4. quiſquis. 50. diſt. vt conſti. Item argumentum, ad hoc, quia vt remoueatur ſcandalum, indicitur purgatio. 2. quæſtio. 5. presbyter. ſed inquiſitionem ſequitur purgatio, ergò pro ſcandalo poteſt fieri inquiſitio. Item poteſt fieri inquiſitio contra eum, qui ſuſpectus eſt prælato ſuo ordinario, & etiam fortè alij vel alijs bonis viris, vel etiam principi terræ, etiam ſi non ſit aliàs infamatus. 2. quæſtio. 5. omnibus. & c. mennam. vbi dicitur, quòd indicitur eis purgatio, ergò & per conſequens poteſt fieri inquiſitio. Alij tamen dicunt, quòd licet prædictis caſibus poſsit indici purgatio, non poteſt fieri inqſitio, quia per inquiſitionem, non ſemper tamẽ ſequitur purgatio, imò quãdoq; ſequitur abſolutio, quandoque amotio ab eccleſia. ſuprà, de accuſatione. in qui

quiſitionis, etc. Item propter periculum fit inquiſitio etiam ſine infamia. ſuprà, de accu. qualiter. ſicut eſt in hæreſi, & in alijs peccatis, quæ in occulto ſerpunt, & ibi eſt periculum, quod in alios deriuetur. ſuprà eodem, ſicut. (per publicam) no. duas cauſas quare deſcenditur ad inquirendum (ſanctiones) 86. di. ſi qui. (officij) quia ex officio procedit, non habet locum inquiſitio. hîc colligere potes qualiter ſit probanda infamia, quia ſi interrogetur debet reſpondere (formam) quia ſi procedat in modum accuſationis fertur ſententia depoſitionis, ſi verò in modum inquiſitionis, remouebitur ab adminiſtratione, ſi in modum denunciationis ſibi pœnitentia iniũgetur. ſup. de accu. ſuper his.

2 † Inſufficientia) nota abbatem confirmatum remoueri propter inſufficientiam. 18. quæſtio. 2. ſi quis abbas. infrà, de hære. cùm ex iniuncto. in fi. (Contendere) no. quòd licet cœptus ſit proceſſus in modum denunciationis, tamen ſi ſibi ingeratur aliqua difficultas, tranſitur in modum inquiſitionis, nec punietur denunciator, cùm non ſua voluntate deſiſtat, alioquin puniretur de calumnia, vel ſe purgaret. ſuprà, de calum. c. vlt.

☞ † (Contra ipſum) hoc verum eſt in denunciatione & inquiſitione. ſ. vt qui venit ad impetrandum denũciationem, vel inquiſitionem admittatur ad teſtimonium in inquiſitione & denunciatione, ſi non fuerit eius miniſter in proſequendo inquiſitionem, vel denunciationem, & idem dicimus. ſ. quòd admittetur prædictus ad teſtificandum etiam in accuſatione. ſecùs eſt quo ad aliquid in accuſatione, vbi accuſator ad teſtimonium in accuſatione, vel inquiſitione non admitteretur, ſicut nec teſtem in accuſatione admitteret ad inquirendum, vel accuſandũ. ſuprà, de accu. cùm P.

3 † Item not. quòd qui impetrant inquiſitionem, vel denunciationem, admittuntur in teſtimonium, ſecùs autem in his qui accuſationem impetrant (de oppoſitis) hoc obtinet, quando ſit inquiſitio contra aliquem, quia debent exprimi crimina, & ſuper illis tantùm teſtes iurabunt dicere plenam veritatem: vt ſuprà, de accu. qualiter. 2. & c. inquiſitionis. vbi autem fit inquiſitio ſuper ſtatu eccleſiæ, non eſt neceſſe exprimi crimina de quibus inquiri debet, imò & teſtes iurabunt ſuper omnibus, de quibus interrogabuntur dicere meram veritatem, occultis exceptis. infrà, de accu. qualiter. 1. oportet tamen infamiam præcedere. ſ. eccleſiam eſſe in malo ſtatu. ſuprà, de accu. qualiter. Quidam tamen dicunt & fortè non malè, quòd ſi ſolus prælatus ſit diffamatus, tamen inquiſitio fiet de omnibus, vel potius ſuper ſtatu eccleſiæ, quia cui caput infirmum cætera membra dolent. ſ. de ſen. & re iud. cùm I. & A. 6. quæſtio. 1. §. verùm hac. & c. ſeq.

4 † Viſitare autem poteſt ordinarius ſine infamia præcedente, quia id ex officio facit à canonibus iniuncto, & non fit viſitatio tantùm propter crimina, ſed etiam vt inſtruat clerum, & populum vt alia faciat. 10. quæſtio. 1. placuit. decernimus, inquiſitionem autem extraordinariam tantùm iuducit præcedens infamia aut ſequens inſinuatio ſubditorum. ſuprà, eod. cap. & dicunt quidam non eſſe vim in aliqua cauſa, vtrum altero prędictorum modorum iuretur, vel dic diuerſum. ſup. de accu. cùm dile. Cauſa autem diuerſitatis eſt, quia vbi de certis criminibus inquiritur, ſatis poteſt dicere veritatem plenam, ſed vbi non inquiritur de certis criminibus, ſed tantùm ſuper ſtatu eccleſiæ, quia non eſt ei leue, imò valdè difficile plenam veritatem dicere, non cogitur tale anceps periurium ſubire. ff. de iureiu. l. videamus. in prin. ſed decr. ſuprà, de accu. qualiter. 1. contradicit expreſſè, dicimus ergò quod ſiue ſuper ſtatu eccleſiæ, ſiue ſuper ſpeciali crimine inquiratur, ſufficit iurare altero prædictorum modorum. Differentia autem illorum iuramentorum, no. ſuprà, de accu. cùm dile. (quaſi de dilapidatione) hîc no. quòd etiam ſi quantumcunque leuiter appareret de dilapidatione, ſuſpenditur ab adminiſtratione. ff. de ſol. quòd ſi fortè. C. de ſuſpe. tu. tutor. 3. quæſtio. 2. quia.

☞ † Sed no. quòd non per ſolam accuſationem remouetur, niſi alia probatio adſit, vt hîc. ſed contra inſtitu. de ſuſpec. tu. §. ſi quis. ſed certè aliud eſt in tutore, qui non habet, niſi ſolam adminiſtrationem, ſicut & procurator, vnde facilius remouetur. argumentum. ff. de procurator. quę omnia. aliud eſt in prælato, qui ius habet in rebus ad dignitatem pertinentibus, & idcircò difficilius ſibi tollitur adminiſtratio.

5 † Item nota. quòd ad inquiſitionem proceditur, propter ſolam infamiam de dilapidatione, etiam ſi non ſit ſuſpectus,

sed ad remotionem ab administratione non, nisi sit suspectus vt hîc, vel dic, quòd maior suspicio necessaria est, vt remoueatur ab administratione, quàm ad procedendum ad inquisitionem.

☞ † Pro vno) pœna læsæ maiestatis. 6. qõ. 1. §. verùm. ff. de suis & leg. hære. l. 1. §. interdum. ff. de relega. minimè. pœna simoniæ in clericis depositio, & in laicis excõmunicatio cum infamia. 1. q. 1. reperiuntur. & quæstio. 3. qui per ecclesiam. C. de episcopis. si quenquã. (oppositis) ad testes repellendos (malignitatis) vt sunt conspiratio & inimicitiæ capitales. ℣. c. proxi.

CAPVT XXXII.

1 *Infames & criminosi, in quibus casibus admittantur ad testificandum, & quot requirãtur considerandæ in teste in inquisitione producto. in nume. 2.*

3 *In actione criminali exactissimæ requiruntur probationes.*

PER TVAS LITERAS. (Licet Heli). suprà eodem, proxi. c. ad (cuius) id est, materiæ in ea contentæ, tractat enim qui testes & quales sint admittendi in accusatione vel inquisitione. † Distinguendum). nam si in denunciatione procedatur, sicut ad denunciandum ita ad testificandum infames, & sumè criminosi, dummodò emẽdati de crimine admittantur. sup. eod. de testi. quoniam. si verò agatur in modum inquisitionis, & sit exceptum crimen, admittuntur omnes criminosi, & vt credimus etiã mulieres, & hoc scilicet tẽperantiã æquitatis non secundum rigorem iuris, quæ tẽperantia secundum arbitrium discreti iudicis locum habebit, nam multas considerationes habebit, facilius enim admittet contra religiosum, quàm contra secularẽ clericum. Item facilius contra clericos & religiosos minoris gradus, quàm maioris dignitatis. Item facilius contra clericum, vel prælatũ malæ opinionis, quàm bonæ, & fortè contra eum, qui bonæ nullo modo. Item facilius admitteretur si ex admissione eius non sit oriturum scandalum, quàm si sit oriturũ, hoc quandoq; cõsiderabit iudex discretus in modo procedendi, & in persona eius contra quem proceditur in modum inquisitionis.

2 † In teste etiam in tali inquisitione producto quiq; alia cõsiderabit secundũ eandem temperantiam æquitatis facilius admittet testes honestos, q̃ inhonestos, & criminosos. Item in criminosis facilius admittet emẽdatos de crimine, quàm in crimine persistentes. Item facilius admittet qui maiora, & qui paria, quàm qui minora, quia ad eadẽ de facili non sunt admittendi, cùm sint socij. ℣. de testi. veniens. Itẽ facilius admittet criminosos procedentes ex zelo iustitiæ q̃ ex odij fomite. Item facilius si cõtra inquisitionẽ sunt alia adminicula, quã si nõ sunt, & secũdũ hæc omnia eisdẽ maiorem vel minorẽ fidẽ habebit. Itẽ etiã credim⁹ cõsiderãdũ secundum æquitatis tẽperãtiã, & si crimen nõ sit exceptũ, sed in eo, nisi ex magna causa non admitterentur nisi legitimi testes, & hoc sãtis videtur ꝓbare ex eo, q̃ dicit rursus si crimina sint eadẽ, etc. vsque minora, excepta enim crimina alia maiora se non habẽt. Si verò agatur criminaliter, eadem dicimus posse considerari secundũ temperantiã æquitatis, quamuis de facili nõ debeat quãdo criminaliter agitur tẽperare rigorem iuris. 2. q. 7. si quis eps. & q. 8. c. 1. nisi in crimine excepto. ℣. e. tanta. si verò agatur excipiẽdo, eadẽ dicimus cõsiderãda secundũ temperantiam æquitatis, de iure autem nõ debẽt admitti, nisi idonei testes. ℣. de testi. tam literis. Alij tamen dicũt omnia hęc locũ habere tãtùm in exceptis criminibus, & quãdo ciuiliter agitur, vel dic q̃ hæc tẽperãtia iuris non est in arbitrio iudicis, quia in iure scripta est, sed sicut hîc dicitur, semp est in similibus obseruãdum. (denuncietur) id est, ciuiliter agatur siue inquirendo siue excipiendo, siue denunciando.

3 † Rigorẽ) q̃a quãdo agitur criminaliter exactissimæ ꝓbatiões requirũtur, & iuris rigor seruatur. 2. q. 7. si quis eps. si autẽ ciuiliter rigor temperatur. ℣. e. c. fi. (regularis) regulares enim facili⁹, quàm seculares remouẽtur ab administrationib⁹. ℣. de accu. qualiter. 2. in fi. (excellẽtiores) colũnæ enim cõcutiẽdæ nõ sunt, nec honorabiliora mẽbra. ℣. ti. prox. qualiter. 2. 45. dist. cũ beat⁹. (clarè) de hoc no. ℣. de accu. cùm P. (scãdalo). 23. q. 4. cùm quisq;. & c. quando (honesti) hi admittuntur, criminosi repelluntur. sup. de test. super eo. testimonium. (emendatur) qualiter hi admittantur no. de test. testimonium. (eadem). id est, attendi debet, an maiora sint crimina obiecta testib⁹, quàm crimina opposita accusatis (malignitatis) q̃a sunt cõspiratores vel inimici. ℣. e. c. (adminicula) nã fortè criminosi vel viles nunquã admitterentur, nisi prius subiecti quæstionibus. 4. q. 3. si ea. sed quæstionibus subijci non debent, nisi aliæ præsumptiones præcesserint (adminicula) quæ hîc non habemus.

CAPVT

CAPVT XXXIII.

SICVT TVIS LITERIS. (Ad Colonienſ.) ſed quare non ad capitulum Leodienſ. ℣. de ma. & obed. cùm olim. ſed poteſt dici hoc eſſe propter conſuetudinem. Eſt tamen arg. quod apud archiepiſcopum ſit hæc poteſtas. hoc. 21. di. fraternitate. 24. diſ. c. 2. Arg. contra. ℣. de hære. ad abolendam. ℣. de ele. quòd ſicut. de hoc not. ℣. de ma. & obe. his quæ. vel fortè eccleſia Colonienſ. vacante monaſterio contulit ei authoritatem adminiſtrandi, quia iuſpatronatus habebat in ea. ℣. de offi. or. cùm vos (canonum) 1. q. 5. c. 1. (non præbere) quia ſæpè, qui tacet affirmat. 54. di. ſi ſeruus. C. de nup. §. ſi vt pro. ſicut e contra. de conſe. di. 4. cum paruulis. ff. de procu. ſi filius. §. inuitus. ff. de ſer. ru. præ. viarum. ff. de re. iu. is qui tacet. ℣. de ba. c. 1. Nihil hoc intelligo, quando quis iam electus eſt, & eo inuito qui ius habet, datur pecunia, vt confirmetur, nam ſi daretur vt eligeretur, etiam ſi eo prohibente non poſſum illum retinere, nili inimicus dediſſet. ℣. e. nobis.

CAPVT XXXIIII.

TVA NOS DVXIT. (Rogans.) Not. preces pro ſe porrigi. ℣. de æta. tuam. (Conſentiant) dicunt quidam, quòd eo tempore quo quis recipitur, nihil dare licet. arg. 1. q. 1. emendari, & q. 2. quam pio. Alij dixerunt, quòd etiam tempore ingreſſus licet dare & recipere, dummodò non præceſſerit pactum. arg. 1. q. 1. eos. ℣. de ſuc. ab inteſt. c. 3. hîc apparet, quòd non licet ſub illa forma recipere aliquem. Recipimus te in fratrem, ſi detuleris, vnde viuas, quia bona eccleſiæ non ſufficiunt, niſi nobis. arg. ℣. eo. quoniam. quia vt ibi dicit in hoc crimine non excuſat paupertas. Item quia non licet apponi pactum, per quod non poſſit petere, quòd ſibi tunc competit de iure. ℣. eo. per tuas. 2. & c. pe. hoc autem ei competit de iure, quòd ex quo eſt canonicus habeat, ſicut vnus de alijs. ℣. de conſti. cùm veniſſent. ℣. de præben. diſt. 16. q. 7. decimas. Alij autem dicunt, quòd talis exceptio non eſt ſimoniaca. ar. 1. q. 2. ſi quis propter. (intentione) principaliter vix enim eſſet, quin ſecundario haberet. 86. diſt. qui cauſa. 8. q. 1.

☞ ſunt in eccleſia. † Culpabiles) hinc videtur ſolam intentionem facere hominem ſimoniacum. arg. 1. q. 1. qui ſtudet (reperiuntur) 1. q. 3. non ſolùm. ſi cui ſola ſpes facit vſurarium. 14. q. 3. c. 1. Ioan. dicit, quòd ſola pactio. ℣. vt eccl. beneſi. vt noſtrum. propter hanc intentionem non deberet reſignare, ſed tantùm pœnitentiam agere. ℣. c. vlt. Vel dic, quòd in his quæ ſunt prohibita, quia ſimoniaca, vt vendere ſacramẽta, & generaliter omnia quæ veteris, vel noui Teſtamenti ſimoniaca iudicantur, ſufficit ſola voluntas. In his autem quæ ſola conſtitutione ſint ſimoniaca, vt renunciare præbendam, vt alij detur, licet ſit peccatum [a], non tamen ſufficit ſola voluntas, vt faciat ſimoniacum. ar. de off. delle. ex parte.

[a] *Sit peccatũ ad hoc. Adde Hoſt. But. in c. ſi. inf. e. & refert Felin. in c. ad audientiam. col. 4. verſ. circa quod vltimum. ſup. de reſcrip.*

CAPVT XXXV.

1 *An ſacramenta ſint recipienda ab excommunicato vel ſuſpenſo.*

2 *Criminoſorum ſacramenta non vitiãtur, licet quo ad ſe ſint ſuſpenſi.*

3 *Qui ordinem aliquem ſimoniacè recepit, ſtatim dicitur ſuſpenſus.*

Dictum de ſimoniacis ſuſpenſis, an idem dicatur de omnibus notorijs excommunicatis, depoſitis & ſuſpenſis.

Ordines ſumere eſt voluntatis, ſed celebrare in ſuſcepto eſt neceſſitatis.

4 *Non debet aliquis etiam ex neceſſitate peccare.*

Ordinem ſcienter recipiens ab hæretico, an habeat executionem in iſto ordine. Et quid iuris in notorijs ſimoniacis.

Peccatum an ſit mortale, malè intelligere canones qui ſunt de iure poſitiuo.

Hæreticus an ſit, qui Papæ non credit de intelligentia canonum.

PER TVAS LITERAS. (Ex relatione) quod credere non debuit. 34. diſt. habuiſſe. 86. diſt. ſi quis. Vitium ſimoniæ) quicunq; enim ſcit aliquem depoſitum, excommunicatum vel ſuſpenſum, dicunt quidam quod quantũcunq; ſit occultum, nunquam ſacramenta † ab eo recipienda ſunt. arg. hîc niſi baptiſmus & corpus Chriſti, vt no. ℣. de hæreti. c. 2. ſed licet non debeamus recipere ab eis, dum ſunt occulti, ipſis tamen petentibus in publico dare tenemur. 1. q. 1. Chriſtus. de conſe. diſt. 2. non prohibeant. nec eos vitare in publico debemus. 6. q. 2. c. 2. & 3. ℣. de offi. or. ſi ſacerdos. Imò plus dicimus, quia excommunicatis & interdictis, non petentibus, dare debemus officia, ſicut & alijs, ne ſi ſegregarentur ab alijs hoc ipſo appareret eum excommunicatum, vel interdictum, & ſic eſſet proditor, quod eſt contra id, quod eſt. 2. q. 1. ſi peccauerit. & hoc Chriſtus fecit, qui ſimul ad prædicandum Iudam cum alijs miſit. 1. q. 1. Chriſtus.

2 †Item omnia quæ faciunt administrãdo temporaliter tenent, quousq; ab ecclesia tolerantur: vt no. hîc de ele. nihil. Criminosorum autem sacramenta non vitabo, licet quo ad se sint suspensi. 1. q. 1. sacerdotes. quia hoc prohibitum non est, & sola phibitio hominis vel canonis facit, quòd non sit licitum. 32. dist. verum. aliter not. ℣. de hære. c. 2. & ibi plenius omnia reperies. Alij aliter dicunt, vt not. ℣. de schisma. c. 1.

3 †Securè ministret) sine dispensatione cùm non constet hoc ordinato pro certo illum esse simoniacum, aliàs stultus esset monachus, qui à simoniaco in beneficio manifestè vel occultè in ordine qui executionem non haberet ordinis vt. ℣. e. tanta. 22. di. §. verum ordinem reciperet. vel hîc dispensatur à Papa cum ignorante. 1. q. 1. si quis à simo. Et scias quòd solus simoniacus in ordine recepto simoniacè perdit executionem. 1. q. 1. quibusdam. ℣. c. pe. ℣. eo. tanta. non solum ordinis simoniacè suscepti, sed etiam omnium aliorum, & etiam in temporalibus per consequens perdit administrationem. 81. dist. eos. non ea ratione, quòd nõ habuerit executionem ordinum non simoniacè susceptorum, & q, ex confirmatione non habuerit administrationem. ℣. de elec. transmissam. sed quia suspensus est hoc ipso, quod aliquem ordinem simoniacè recepit. vt. ℣. probatum est. & idem ea ratione dicimus in simoniaco in beneficio notorio, occultus autem simoniacus in beneficio quamuis non sit suspensus ipso iure, sed suspendendus. 1. q. 3. c. 1. 2. & 3. Tamen ratione illius beneficij simoniacè quæsiti, non ministrabit sine peccato, nec temporaliter, nec spiritualiter, puta conferendo ordines, si emit episcopatum, id est, dignitatem episcopalem, non ordinem, quia tunc esset simoniacus in ordine, & suspensus ipso iure ordines ab eo collati nullum effectum habebunt. 1. q. 3. ea quæ. & est hoc ea ratione, quia fur censetur. 1. q. 1. ordinationes. & sic licitũ non est contractare rẽ alienã, sed ab alijs beneficijs, quæ non simoniacè quæsiuit, non erit suspensus, simoniacus autem in ordine conferendo, id est, quia simoniacè ordinem contulit tantùm per triennium suspensus est. ℣. c. penult.

Et quod dicimus de simoniacis suspensis, idem dicimus de omnibus notorijs excommunicatis depositis & suspensis, hîc autem monachus erat in opinione, quòd etiam si mo. in beneficio, & qui recipit pecuniam pro ordine conferendo, perdit executionem. arg. 1. q. 1. reperiuntur. Quibusdam quod tamen falsum est. ℣. e. c. pen. & ex. c. reperiuntur. benè colligitur, vbi dicitur, quod ex quo confidit, & tunc errorem sequendo non vult ordinari, sed quare non tollit ab eo errorem, dicendo sibi quod securè ab eo ordines recipiat, videtur enim sibi inijcere laqueum, quòd non debet. 27. q. 1. c. vlt. respon. satis offert ab eo errorem per verba hîc posita, sed conscientiam mutare non potest, cùm nõ posit vis inferri animo. 22. q. 5. §. 1. & c. 1. consulitur tamen ei, quòd nisi deponat errorem, non promoueatur, quia etiam errore conscientiæ est consulendum. arg. ℣. de spon. commissum. ff. de rei ven. ex diuerso. Nobis plus placet, quòd iste monachus non errabat in iure credens, quod ille qui ordinem conferret simoniacè sit suspensus ipso iure, quod & hoc ipsum verũ est, scilicet, quod suspensus est vsq; ad triennium. ℣. e. c. pe. & vl. Item grauiter arguendus est, & puniendus esset, si postquam de iure doceretur contumaciter credere, & obedire contemneret. 19. dist. nulli. nec mandaret dominus Papa, quod hac occasione dimitteret sumere ordines, imò purgatione erroris sui eum ordinem recipere cogeret. Dicimus ergò, quòd hic monachus credebat, & probabilem credendi præsumptionem habebat, quòd suus episcopus simoniacè ordines contulerit, & ideò consulitur ei, quòd nisi prius deponat hanc credulitatem, quod non promoueatur ad ordines.

☞ †Sed oppones, quare non eodem modo prohibuit ei in susceptis ministrare? Respon. sumere ordines voluntatis est, quia ad eos nemo præcisè cogitur. ℣. de temp. ordi. quæris. 75. dist. c. 1. & 2. sed celebrare in suscepto necessitatis est. arg. ad hoc. ℣. de sent. excom. inquisitionis. & fortè posset dici, quod vbi tantùm probabilem causam credendi habet, & non scientiam, quod si prælatus suus eum cogeret ordinari à tali, quòd prudenter faceret, si obediret, sed si pro certo sciret, & notorium esset eum simoniacè ordinem contulisse intra triennium, nullo modo ab eo ordinem recipere deberet, imò potius deberet se permittere excommunicari. ar. præal. decre. inquisitioni.

4 †Sed oppones in hoc casu necessitatis, scilicet, quando ad hoc cogitur videtur ratione supradicta, quòd etiam si sciret eum simoniacum, quòd debet ab eo recipere ordinem, sicut celebrare in suscepto

sed dic quòd in nullo casu, nec necessitate debet quisquam mortaliter peccare, quòd esset, si scienter ordinem inaniter susciperet, sed quando ignoranter suscepit, tunc non peccat, si vtitur executione ordinis sic inaniter suscepti ex dispensatione. Recipiendo autem ordinem scienter à notorio simoniaco, in ordine non recipit executionem, quam non habet ordinator. ℣. eo. tanta. 1. q. 1. ventum reperiuntur. & q. 7. Daibertum. Imò & si ordinetur ignoranter, non recipit executionem, nisi dispensetur. 1. q. 1. si quis à simo. Quidam tamen dixerunt, & videtur melius, quòd etiam si scienter recipit ab hæretico, habet executionem quamdiu toleratur. arg. 15. q. vlt. c. vlt. arg. contra. 23. q. 4. tres personas.

Quod verum credimus in omnibus alijs criminosis, sed in simoniacis & fornicatoribus notorijs speciale est, quod etiam sine sententia licet ab eorum obedientia recedere. 32. dist. §. verum. & secundum hoc potest intelligi decre. ista, quia iste ordinatus credebat, quòd ordinator suus ex relatione multorum esset notorius simoniacus. Et quod ideò non haberet ordinis executionem, & quod non deberet vlterius ordinari ab eo, quia sua authoritate debebat ab obedientia eius recedere, sed Papa videns eum errare in iure positiuo, consuluit ei, quod in suscepto ordine ministraret, quia sicut dictum est peccaret, nisi in ordine suscepto ministraret, sed contra conscientiam non ascendat ad superiores, ipse enim habebat conscientiam, quòd ex quo aliquis à simoniaco aliquem ordinem susciperet, vlterius ad nullum ordinem promoueri poterat, nec erat peccatum mortale malè intelligere canones,

☞ qui sunt de iure positiuo. †Si tu dicas, quod debeat Papæ credere de intelligentia canonum [a], alioquin est hæreticus. 19. dist. nulli. Respon. quòd si Papa faceret expressum canonem, quòd recipiens ordinem à tali simoniaco, qui non est notorius, nisi ex aliquorum relatione, potest promoueri licitè, & iste ordinatus diceret, quòd Papa non posset hunc canonem condere esset hæreticus, vel grauiter peccaret, sed hic Papa non faciebat de hoc canonem, licet si arbitraretur, & talis esset opinio sua, quæ non præiudicaret aliorum opinionibus. suprà, de resti. spoliteras. Pro his autem sufficiens ratio esse videtur, quia cùm hæc pœna non inueniatur in canonibus, quod recipiens ordinem ab hæretico, vel quocunque alio criminoso tolerato, nos pœnas extendere non debemus. de pœ. dist. 1. pœnæ. speciale tamen est in notorijs simoniacis & fornicatore, si autem coactus recipit ordinem à simoniaco, recipit executionem. 1. q. 1. constat. Nos autem hoc non credimus, imò generaliter dicimus nullum qui non habet, posse dare executionem, & quod factum est, de dispensatione factum fuit, & repete, quæ dicuntur. 32. di. §. verum. (deponat) quia credere debet eum non simoniacum.

[a] *Intelligentia canonũ. Adde Archi. & clarius domi. in sũma. 20. dist. & meminit. Abb. in cap. capellanus. col. 3. de ferijs. & refert Fel. in c. ne innitaris. colum. 1. circa fin. suprà, de consti.*

CAPVT XXXVI.
IN TANTVM PECCATIS.

CAPVT XXXVII.
PER TVAS NOBIS LITERAS.
(Dispensatum) per Papam.

CAPVT XXXVIII.

CONSVLERE. (Vicedominatum) cui aliquid spirituale est annexum. 1. quæst. 1. si quis episcopus. & q. 3. saluator.

CAPVT XXXIX.

SICVT PRO CERTO. (Benedictionibus) suprà, eod. cùm ecclesiæ (exigere) hîc iustificat decre.

CAPVT XL.

QVONIAM SIMONIACA LABES. (Expellatur) habita distinctione quæ est, ℣. eo. dilectus.

CAPVT XLI.

AVDIVIMVS. (Ingerunt) episcopi (eorum) id est, episcoporum.

CAPVT XLII.

1 *Non est quis cogendus aliquid soluere pro ecclesiasticis sacramentis. & in num. 2. & quando ad hoc agi possit, habes in nu. 3. 4.*
2 *Consuetudo circa sacramenta conferenda an & quando sit seruanda. Et num. 3.*
4 *Expensæ circa sacramenta factæ, quis debeat præstare.*

1 AD APOSTOLICAM. †(Qui malitioſè) Not. quòd non dicitur hîc, quod aliquis cogatur aliquid soluere pro ecclesiasticis sacramentis, illud enim est illicitum. suprà, c. proxi. & c. suam.

c. ſuam. & c. cùm in eccleſiæ. ſed hoc tantùm pertinet ad officium epiſcopi, vt ſi quis pias & laudabiles conſuetudines velit mutare, ſcilicet, ſolicitando, vel ſtatuendo, quòd nemo aliquid det p̃ ſepultura, vel pro ſimilibus compeſcantur, nullus tamen cogetur eas ſeruare, vt in præall. decret.

2 †Item no. quòd nunquam poteſt dici quenquã cogendũ, vt p̃ ſpirituali aliquid det, niſi eſſet in locis, vbi pro eccleſiaſticis ſacramentis dabatur, vt puta ſi conſuetudo ibi erat, quod dabatur pro ſententia tempore pœnitentiæ nummus, vel aliud, quia aut dices, quòd voluntariè dabat, & ſic nunquã cogendus eſt, aut coactè, & ſic eodem modo non eſt cogendus, quia ſimo. erat, vt in c. præall. & contra ius naturale, vnde talis conſuetudo ſeruanda non eſt. 8. diſt. quæ contra. Dicimus tamen, quòd licet tantùm voluntariè aliqui certum ſoluere conſueuerint, non tempore collationis ſacrorum, vt ſicut Venetijs ſoluitur in morte decima mobilium. In Britannia tertia in opus eccleſiæ & pauperum diſpenſanda, benè cogendi ſunt ſeruare talem conſuetudinem, 11. diſt. in his. 12. di. illud ridiculum. cõſuetudo etiam ſic intelligitur, quod hîc dicitur, & ſi dicas quod voluntariè dederunt, non ſe obligauerint. Reſpon. falſum eſt, imò quia tanto tempore exoluerunt, creditur quòd voluntariè ſe obligauerint. Ad illa autem quæ dabantur tempore collationis ſacrorum, nunquam cogantur, quia ſpecies mali eſt, à qua abſtinendum eſt. ſ. de vi. & ho. cle. cùm ab omni. & c. decorẽ. & quia præſumitur ſimoniacè introducta, & facit ad hoc, quia nec antè, nec pòſt dare præcipitur. 1. q. 2. c. 2. ſ. e. c. 1. Hoc autẽ conſtat, quia nunquam propter aliquod temporale retardanda eſt collatio ſacramentorum. ſ. e. c. proxi. & c. in tantum. Item ſi aliquid ſponte detur, non eſt ſpernendum. 1. q. 2. quam pio.

3 †Item ſi conſuetudo habet, quod in dedicationibus eccleſiarum aliquam partem oblationum habeat conſecrator, & clerici qui ei obſequuntur in conſecratione, benè ad illam conſuetudinem obſeruandam agi poteſt & peti: vt 10. q. 3. nec numerus. 18. q. 2. Eleutherius. ſeruitium & ibidem in ſepulturis, & in omnibus alijs, quæ de iure ratione conſuetudinis debentur, vel diuiduntur. contra. de ſepul. certificari. de teſt. requiſiſti. ſi qua autem aliàs ſint, quæ non ratione conſuetudinis generalis, ſed ſpecialis debentur, vt ſi conſuetudo eſſet, quod in conſecratione haberet centum marchas, non crederem talem conſuetudinem ſeruandam, cum malè de ea præſumatur, vt dictum eſt, non negamus tamen, quin poſsit accipere expenſas pro ſe, & comitibus ſuis, & certum quid poteſt ſtatui, quòd accipiat pro expenſis, quia non cogitur militare ſuis expenſis. 10. q. vlt. relatum. 12. q. 2. charitatẽ.

4 † Expenſas enim epiſcopus, & villa vbi ſunt baptizandi, vel chriſmandi, vel alia ſacra conferenda, vel eccleſia conſecranda, petere poteſt, ſi habent vnde præſtent, alioquin ipſe de ſuo faciunt. 10. q. 3. cauendum. Nec obſtat. c. nec numerus, quia illud loquitur, quando aliquid exigebat vltra expenſas, nam cùm baptizandi ad domum baptizatorum venirent, nihil pro expenſis accipiant, cùm & ipſi expenſas non faciant, vel melius poteſt dici, quòd aliud eſt petere aliquid ab his, quorum eccleſia conſecratur, vel de bonis eorum, & hoc nullo modo licet, & ſi de hoc ſit generalis conſuetudo. ſ. eo. intantum. & aliud eſt nihil ab eis petere, ſed de oblationibus, quæ nondum peruenerunt in ſpeciale dominium alicuius, vel vſum, vel poſſeſsionem diuiſionem aliquam faceret, & hoc licet etiam tempore conſecrationis eccleſiarum, vel collationis ſacrorum, tamen credimus ſi epiſcopus, vel clerici dicerent, non intererimus, niſi ſecuri ſimus, quòd dabitis nobis oblationes, vel quòd vos domine epiſcope nobiſcum ſecundum conſuetudinem antiquam diuiſeritis, quòd peccarent. ſ. eo. cùm in eccleſiæ. arg. contra. 83. diſt. quia ſancta. Imò plus dicunt aliqui, quòd clerici qui conſueuerunt habere aliquam partem ab epiſcopo, poſſunt ei dicere ſi ceſſauerit aliquando debitam partem dare, domine nõ intererimus decætero. arg. 95. diſt. eſto. 45. diſt. cùm beatus. quia ſi epiſcopus ratione conſuetudinis petat eos cogi ad ſecum intereſſendum, & ipſi reſpondebunt, tuipſe circa hoc ipſam cõſuetudinem ſerua. Nos tamen credimus quòd non eſt licitum clericis negare epiſcopis obſequium conſuetum, licet epiſcopus deneget cõſuetã partem oblationum, imò ſi fecerint, agere poteſt epiſcopus nomine eccleſiæ petitorio & poſſeſſorio cõtra clericos, cũ hæc exceptio nunquam inueniatur in iure, ſed clerici ſimiliter pro epiſcopo, nõ pro eccleſia poſſunt agere petitorio & poſſeſſorio ad prædictam conſuetudinem obſeruandam, & etiam

& etiam quia infringit epiſcopus conſuetudinem, ſi expedit canonicis, & ſi conſuetudo tantùm in fauorem epiſcopi eſſet introducta, poſſet agere vt abſoluatur à prædicta conſuetudine, quia priuileg. & c. 11. q. 3. priui. Sed nos hoc nõ credimus, nam licet illud aliquando obtineat in priuilegio, non tamen obtinet in iure communi vel conſuetudinario, quòd difficilius ab homine ſeparatur, quàm gratia, ſed poteſt agere & petere, vt quandiu non ſoluerit epiſcopus, quod conſueuit, nec ipſi obſequium debitum præſtare teneantur, & ſic loquitur. 195. diſt. eſto. 45. diſt. cùm beatus.

CAPVT XLIII.

1 *Papæ an ſit obediendum, ſi aliquid contrà ſubſtantiam ordinis mandet.*

NE DEI ECCLESIAM. (Patribus) qui ordinauerunt Ciſtercien. quia ex quo regula eſt approbata per Papam, nulli licet eis aliquid contra regulas mandare (ordine) quia etiam ſi Papa mandaret eis aliquid, quod eſſet contra ſubſtantiam ordinis, vel peccatum, non deberent obedire. ſ. de ſtatu. mona. cum ad. in fine (ordine) id eſt, ſubſtantialibus ordinis.

CAPVT XLIIII.

IACOBVS CANONICVS.

CAPVT XLV.

1 *Ordinem ſimoniacè conferens, perpetuò ſuſpenſus eſt.*

SI QVIS ORDINAVERIT. Hîc not. pœnam dantium ordines ſimoniacè (inquietet) ſ. eo. per tuas. credunt quidam quod hic, qui ſic iurauit & p̃miſit, poſsit petere, vt ſibi remittatur promiſsio, ĩ. de magiſt. c. 2. hoc non credimus: 15 quia ſibi obſtat ſua turpitudo. † Per triennium) lapſo triennio ſine aliqua diſpenſatione, recuperat executionem, cùm pœnæ ſint moliendæ. de pœn. di. 1. pœnæ.

Et hoc intelligo ſi crimen eſt occultum, ſi verò manifeſtum, ſemper eſſet ſuſpenſus. ar. 32. di. §. verum. Item licet hanc pœnam habeat à iure, ſi tamen accuſatur, perpetuò deponetur, & infamis erit. 1. q. 1. reperiuntur. Quidam dicunt, quòd hæc decr. obtinet tantùm in caſu hîc poſito, nã aliàs qui ſimoniacè ordinem conferret perpetuò ſuſpenſus eſt. Alij autem in omni caſu intelligunt eam opinionem. Vel dic, quòd verius videtur, quod hic non directè committit ſimoniam in ordine, ſed in beneficio, vel in iure conſecutiuo ordinem, quia ordinans nihil recipit, nec ſibi aliquod debitum remittitur, vt ordinet, quia nihil epiſcopus ante ordinationẽ debeat ordinato, præterea ordinator vult ordinare, & ordinat⁹ ordinari nullo dato, & ideò non directo videtur eſſe ſimonia in ordine, & ideò ſpecialis pœna datur in hoc caſu, cùm aliàs dans ordinem ſimoniacè directo, perpetuò debeat eſſe ſuſpenſus, & recipiens non ſolùm ab ordine ſimoniacè ſuſcepto, ſed etiam ab alijs ſit ſuſpenſus, hic autem non eſt ſuſpenſus, niſi ab ordine ſic ſuſcepto, vt hîc. &. ſ. eod. per tuas.

CAPVT XLVI.

MANDATO VESTRO RECEPTO. (Generalis) ſ. eo. quoniam ſimonia. (extendi) cum ex tali extenſione non multum honoris iudicia creſcant, ſed tantùm ſaluti animæ prouideatur (vtrinq;) id eſt, ex parte dantis & accipientis beneficium, & ideò ſeruiuit, vt beneficium acciperet, & ille qui dedit beneficium, ideò dedit, quia ſibi ſeruiuit.

TITVLVS IIII.

NE PRAELATI VICES SVAS VEL ECCLESIAS SVB annuo cenſu concedant.

CAPVT I.

1 *Iuriſdictio licet vendi non poſsit, tamen obuentiones temporales vendi poſſunt.*

PRAETEREA. (Quoniam quidam epiſcopalem.) Iſti epiſcopi iuriſdictionem quæ ad epiſcopum ſpectabat, in aliquibus parochijs vendebant decanis, archipresbyteris, quòd hæc inhibetur, ſed econuerſo epiſcopi exercentibus iuriſdictionem epiſcopalem ſalarium dare poſſunt. 12. q. 2. charitatẽ quicunq;. Item non exercentibus iuriſdictionem, obuentiones temporales vendere poſſunt. ĩ. e. querelam. Ratio diuerſitatis, quia iuriſdictio non debet vendi. in Authen. vt iudi. ſine quo. ſuffra. in obuentionibus eſt conceſſum. Item prælationem vel aliquod ius ſpirituale non poteſt locare, vt hîc. Officia autem temporalia, vt caſtaldiam, ſi pro pecunia concedat, licet aliàs ſit turpis quæſtus, non tamen eſt ſimonia, niſi habeat ſpirituale annexum, & ſic intelligitur. 1. q. 3. ſaluator.

CAPVT II.

QVONIAM IN QVIBVSDAM. (Sub annuo) ſcz. ſic tu exercebis talem iuriſdictionem ſuper tales ſacerdotes, & totum

& totum lucrum vel pars eius sit tuum, sed mihi episcopo, vel archiepiscopo tantum reddes, & hoc est illicitum, sed si diceret, ego tibi pro salario tuo centum li. dabo, & tu exerceas iurisdictionem in hos sacerdotes, & tu dabis mihi totum lucrum hoc est licitum. 12. q. 2. charitatem. (Annuo) 23. q. 1. militare. hoc videtur simonia. arg. 1. q. 3. ex multis. vendentes non solùm. ff. c. proxi. no. de hoc.

CAPVT III.

1 *Regimen ecclesiæ committi non potest sub pretio.*
2 *Donatori licet conditiones apponere, sed non spirituales.*
3 *An liceat pauperi sacerdoti locare spirituales operas. & in nu. 4.*

QVONIAM ENORMIS. †Regimen) regimen enim committi nō potest sub pretio, sed si contingeret prælatum infirmum esse, vel absentem, benè possum pretio dato sacerdotem vicarium ibi constituere. ff. de ap. peruenit. 2. ff. de cle. ægr. de rectoribus. 12. q. 2. charitatem. & ille qui locat operas suas spirituales, non peccat si aliunde sumptus non habet. 1. q. 1. duces. si autem aliunde habet sumptus, licet non sit simonia, est tamen species mali, & ideò non locet operas, nec impendat, quia non tenetur, & idem dicimus non licere illis, qui habent aliunde sumptus conuenire, dabis nobis tantum, & nos omni anno faciemus anniuersarium, sed benè licet & meritorium est constituere aliquos reditus in aliqua ecclesia, vt ibi faciant anniuersarium alicuius, & hæc constitutio potest fieri per illos, qui deberent facere anniuersarium. ff. de præben. significatum. sed donatori reditum non licet constituere, nec sub conditione reditus dare, secundum præalle. decre. significatum. videtur contradicere, vbi dicitur, quòd capitulum concesit beneficium sub conditione, respon. quia non fuit sub conditione, sed purè fuit in decre. præalle. concessum beneficium, sed beneficium fuit aliquibus oneribus astrictum per illos, qui hoc facere possunt, sed alius donator reditum siue clericus, siue laicus hoc non potest.

2 †Sed dices, imò & laico donatori licet suæ rei conditionem adijcere. sup. de condi. app. c. verum. sed respon. quòd licet donatori conditiones apponere, sed non spirituales. Redemptio autem captiuorum benè potest poni in conditionibus rerum donatarum ecclesiæ. 10. q. 2. hoc ius. 12. q. 2. aurum.

3 †Id autem quod in prin. huius gl. dictum est, non placet, scilicet, quod pauperi sacerdoti, liceat locare operas spirituales, dicimus enim quòd nunquam pauperi sacerdoti, nec ad diem, nec ad annum, licet aliquid recipere pro officijs diuinis dicendis. ff. tit. proxi. in multis. c. sed credimus, quod & pauperi sacerdoti, & diuiti licet pacisci cum aliquo, quòd moretur in aliqua ecclesia, vt celebret ibi diuina, & certum quid pro hoc accipere, ita tamen quòd nunquā pro diuinis aliquid accipiat, imò & in pactis & intentione debent esse segregati contractus, vt mercedem quam accipit, non pro diuinis accipiat, sed pro mansione, quam facit apud aliquam ecclesiam, vel pro alijs beneficijs, quæ ibi facit, vel pro recompensatione damnorum, quæ sustinet occasione morę, quam ibi contrahit. ar. ff. de rer. permu. ad quæstiones.

4 †Sed dices si habet de proprio, non debet accipere de bonis ecclesiæ. 1. q. 2. clericos. pastor. ergo si est diues clericus, non debet accipere temporalem mercedem pro diuinis celebrandis in aliqua ecclesia. Sed respon. de iure est, quod siue sit diues, siue pauper, quod qui altari[a] seruit, de altari viuat. ff. de præben. cùm secundum apostolum. Nec contradicunt. c. præalle. clericos. pastor. quæ non loquuntur de clericis seruientibus ecclesijs, sed de alijs abundantibus clericis, qui volebant viuere de bonis ecclesiarum, qui non seruiebant, nec earum clerici erant.

[a] *Altari. Adde quod hāc eandem opi. tenet Archi. c. illi qui. 12. q. 2. Abb. in c. episcopus. de præb. & in sua dispu. inci. Titius, & tenet etiā bea. Thomæ. 2. 2. q. 185. arti. 2. & referunt Mod. in cap. postulasti. col. 8. in fi. suprà, de rescrip.*

[b] *Successor. Adde quòd Car. in consi. 95. inc. respōdeo sing. refert dicta in not. hæc & dicit hoc cōmuniter teneri per Scribentes.*

CAPVT IIII.

QVERELAM. (Ecclesiam) id est, obuentiones ecclesiasticas (præsumpsit) si nomine ecclesiæ locauit, & vtiliter successor *b* tenetur. suprà, de so. c. 1. 12. q. 2. huius quicunq; suf. 25. dist. ecclesiæ. prin. si inutiliter, secùs. ff. de his quæ fi. à præl. cum vos. ff. de preca. c. 2.

Et hoc intelligo si non interuenerunt solennitates debitæ, aliàs enim teneret contractus, licet posset restitui in integ. si verò suo nomine locauit non intendens obligare ecclesiam non tenetur successor: sed nec hæres eius, sicut nec hæres vsufructuarij, nisi inquantum ad eum peruenerit. ff. de loc. si quis domum. §. hæc subiungit. & hoc verum est in ministro vel prælato ecclesiæ, scilicet, quòd successor tenetur habere ratum quod factum est à prædecessore, sed in canonico præbendario secùs dicimus: quia ille nunquam potest locare præbendam suam vltra tempus vitæ suæ: licet de illa possit agere & conueniri sicut legitimus administrator: vt no. ff. de proba. c. 3.

TITVLVS V.

DE MAGISTRIS ET NE ALIQVID EXIGATVR pro licentia docendi.

CAPVT I.

1 *Sabinus legum doctor à suis scholaribus fuit sustentatus.*

QVONIAM ECCLESIA. (Cathedralem.) Idem in alijs quæ sunt sufficientes. ff. eod. quia (eiusdem) ecclesiæ. secùs de alijs, nisi sint pauperes. ff. e. quia (beneficium) secùs si non habeat beneficium. 10. q. 2. precariè. 12. q. 2. charitatem. & Sabinus legum doctor à suis scholaribus sustentabatur. ff. de orig. iur. l. 2. §. fi. sed & si habeat beneficium gratis, potest recipere, sed non exigere (interdicat) nisi fortè esset ibi nimia multitudo magistrorum, vel alia iusta causa subsit.

CAPVT II.

PROHIBEAS. (Promittatur) ex hoc videtur, quod ex quo non licet promittere, quòd promissio sit turpis, & sic quòd melior sit conditio possidentis. ff. de condi. ob tur. cau. l. 3. Respon. hîc subuenitur danti, non in fauorem suum, sed in odium recipientis. simile. ff. de eo qui dux. in ma. quam pol. c. 1. ff. de simo. veniens. Vel dic, quod pignus promittendo non peccat, cùm sit spirituale. Quid si prælatus non dat licentiam eundi ad scholas, nisi primo pretio dato? respon. non est simonia, sed est turpe lucrum.

CAPVT III.

QVANTO GALLICANA. (Regere). ff. eo. c. 1. vbi not.

CAPVT IIII.

QVIA NONNVLLIS. (Cathedralem.) A diuitibus enim licet accipere, cùm propter eos non habeat præbendam. ar. 12. q. 2. charitatem. 14. q. 5. non sanè. 4. q. 3. §. item venturis. ff. de simo. cùm sit. ff. de vit. & honest. cle. cùm ab omni. ar. contra. 12. q. 2. gloria. 1. q. 3. non solùm. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. §. est quidam.

CAPVT V.

SVPER SPECVLA.

TITVLVS VI.

DE IVDAEIS ET SARACENIS, ET EORVM seruis.

CAPVT I.

PRAESENTI CONCILIO. (12. soli.) quos si non habet, aliunde ostiatim quærat. ff. de manu. etiam vel pro eis quinquennio operas præstet. ff. de capti. & postli. l. vlt. 36. q. 1. de rap. hoc tamen. c. non loquitur, quòd ipsi seruo liceat aliquid dare pro sua redemptione, sed alij Christiano, sed videtur ducendus ad libertatem sine aliqua donatione pecuniæ. C. de epi. Deo. §. vlti. 54. dist. mancipia. Ob hoc dixerunt aliqui hoc. c. abrogatum. Vel dic, quod hoc. c. loquitur, cùm Iudæus paganum emit causa mercimonij, & intra tres menses venalis exponitur, & propter infirmitatem Christianus factus est, tunc enim non debet Iudæi vtilitas impediri. 54. dist. fraternitatem. (Christianus) non tamen erit seruus redimentis, sed restituto pretio erit liber. insti. de noxa. act. §. dominus.

CAPVT II.

MVLTORVM AD NOS. (Seruetur) id est, in libertatem excipiantur. (Liberi) no. originarios esse liberos, ergò à legitimis actibus non repelluntur. arg. ff. de test. l. C. de postu. l. vlti. ad ordines tamen non promouentur. 54. di. si quis obligatum. (debentes) id est, allegati & astricti de his originarijs vel colonis (damnauit) id est, abstulit propter suam improbitatem.

CAPVT III.

IVDAEI. (Legalis) C. de iudæ. l. vlti.

CAPVT IIII.

QVIA SVPER HIS. infrà, eod. in nonnullis.

CAPVT V.

IVDAEI SIVE SARRACENI.

CAPVT VI.

IVDAEI. (Hæreditatis) De hæreditate & bonis, ideò intromittit se ecclesia, quia de nouo conuersi sunt, & finguntur miserabiles personæ. ff. de verbo. sig. super quibusdam. aliàs enim se non intromitteret, ſ. qui fil. sint legi. causam.

CAPVT VII.

ITA QVORVNDAM. (Deferant) C. quæ res ex. non debent. l. 2. C. de commer. & mer. eam te. ff. de pub. & vect. coram. §. si enim (præcisos) canon est latæ sententiæ (mulctari) hoc potest statuere Papa propter commissum à laicis crimen.

CAPVT VIII.

CONSVLVIT.

CAPVT IX.

AD HAEC OMNIBVS.

CAPVT X.

SICVT IVDAEI. (Corpora) non enim reputantur hostes. 23. q. 8. dispar. aliàs enim liceret. C. de sepul. viola. sepulchro.

CAPVT XI.

1 *Paganorum cibarijs vti, an sine aliqua indulgentia quis possit.*

QVAM SIT LAVDABILE. (Paganis) contra. 11. quæstio. 3. ad mensam. vbi dicitur, quòd sine aliqua indulgentia licet vti cibarijs paganorum. Respon. illud olim quando pagani non discernebant cibos, hodie autem cùm discernant cibos, non licet sine speciali indulgentia, sicut nec cum Iudæis licet communicare. 28. q. 1. omnes. ſ. eo. ad hoc. nisi de licentia, vt arg. hîc. (Temporum) quia tamen in quadragesima non licet vti carnibus.

CAPVT XII.

1 *Arma vetita an liceat portare causa redemptionis, & an possint vendi.*

SIGNIFICAVIT. (Redemptionis) q. d. pro causa redemptionis licet aliqua portare, etiam ea quæ vetita essent, non tamen possunt piraticam contra Christianos exercere, quia sine peccato fieri non posset, sed ligna & arma eis portare pro redemptione licet, quia licet p ea possint offendi Christiani, tamen non est directo contra eos, nã & si directo contra Christianos venderet, & in articulo, quando scilicet exerceretur contra Christianos, incideret in canonem. Alij tamen dicunt, quòd arma & ligna, & alia specialiter eis prohibita etiã pro redemptione non licet eis vendere. ar. ſ. eo. ad liberandam. Treugam) videbatur enim quòd facta treuga liceret eis portare res vetitas Sarracenis (Excommunicationis) latè contra tales. ſ. eod. ita. ſ. c. proxi. (Pax) causa dubitationis erat, quia ex quo iurauerat, quod non portaret illuc merces, nisi pax fieret, per consequens videbatur licitum portare si fieret pax.

CAPVT XIII.

QVOD OLIM. (Durauerit.) cessante illa guerra, non durat canon latæ sententiæ, nisi in ligaminibus & alijs, quæ subsidium faciunt eis ad pugnam. ſ. eod. ita. & sic loquitur. ſ. ca. proxi. in fi. & in dispendium terræ sanctæ. ſ. e. ad liberandam.

CAPVT XIIII.

ET SI IVDAEOS.

CAPVT XV.

POSTVLASTI. (Iurisdictionis) temporalis.

CAPVT XVI.

IN NONNVLLIS.

CAPVT XVII.

CVM SIT NIMIS.

CAPVT XVIII.

AD LIBERANDAM. (Galeas) quia cum his possunt multũ offendere Christianos. (In piraticis) & piraticam contra Christianos exercentibus, secùs si contra alios exerceant, vel fortè nec contra alios, cùm non debeant in piratica per Christianos instrui. Hoc autem non placet propter verbum sequens, in dispendium terræ sanctæ. (Ipsos) hæc pœnitentia imponitur persecularibus potestates. ſ. eo. ita. (Aperiantur) hæc pœnitentia imponitur per ecclesiam.

CAPVT XIX.

EX SPECIALI.

CAPVT XX.

NVLLI IVDAEO.

TITVLVS

TITVLVS VII.

DE HAERETICIS.

CAPVT I.

DVBIVS. (In fide) 24. q. 1. apertè. de summa trini. c. 1.

CAPVT II.

QVI ALIOS.

CAPVT III.

FIRMISSIME. (Vel schismaticum) hæreticus dicitur, qui peruertit sacramenta ecclesiæ vt simoniacus. 1. q. 1. eos qui. Item diuisus ab vnitate ecclesiæ. 7. q. 1. denique. Item excommunicatus. 4. q. 1. qui autem. Item errans in expositione sacræ scripturæ. 34. q. 3. hæresis. Item qui confingit nouam sectam vel confictam sequitur. 24. q. 1. hæreticus. Item qui malè sentit de articulis fidei. 23. q. 1. hæc est fides. quoniam vetus.

CAPVT IIII.

1 *Falsitas admista in instrumento, vel in dicto testis, quando valeat vel non.*
2 *Sacramenta ab hæreticis recepta, an sint vera, & essentialia sacramenta, & in nu. 3.*
4 *Ordinis executionem non potest dare suspensus. Et quæ sit ratio.*

FRATERNITATIS. Capitula.) † Not. quòd si tabellio in instrumento, vel testis in suo dicto admisceat aliquam falsitatem, etiam scienter, & nihilominus tamen valet instrumentum, & depositio testis, dummodò falsitas illa non tangat substantiam, vel circumstantias negotij, de quo fit instrumentum, vel redditur testimonium. VERBI GRATIA: si dicat contrahentem esse de alia terra, quàm sit, vel si dicat affines aliorũ esse, quàm sint, & hoc est iustũ, quia in his non consistit officium tabellionis, nec testis, nihil enim facit ad contractum vel testimonium, vnde sint contrahentes, vel quorum sint affines, & idem est in similibus.

Sed contra. 9. dist. si ad. vbi dicitur, quòd non valet scriptura, vbi etiam officiosum mendacium admiscetur, quòd nulli obest, & alicui prodest. Sol. illud intelligitur, quando admiscetur circa substantialia vel circumstantias negotij, de quo agitur. VERBI GRATIA: Si inter cõtrahentes actum est, quòd soluatur pecunia argentea, & notarius, vel testis dicit de aurea, quæ melior est, & vtilior est ambobus contrahentibus, nam hoc mendacium licet sit pium & vtile, tamen reddit instrumentum, vel testimonium inutile. Si autem super his quæ tangunt substantiam contractus, de quo fit instrumentum, vel de quo redditur testimonium, vel super circumstantijs eius, de quibus not. ſ. de accu. c. inquisitionis. tunc siue ignoranter, siue scienter falsum admiscat, non valebit instrumentum, vel testimonium, quod sic probatur, quia nunquam debet ponere in instrumento vel testimonio, nisi quod in veritate norit & vidit, & in hoc non posset esse ignorantia. 3. q. 9. testes hortamur pura. Damnãtur) hoc habet locum in exceptionibus scripturarum, & in omnibus alijs qui publica authoritate non habent officium sibi iniunctum. ſi. 9. dist. ſi ad ſa. 16. di. c. 1. 37. di. ſi quid.

In scripturis autem tabellionum & aliorum publicum officium gerentium secùs est, quia licet fecerint vnam chartam falsam, aliæ nihilominus valent, quamdiu in officio tolerantur. arg. 8. q. vlt. nónne. & est hoc propter publicam vtilitatem. ar. ff. de off. præſi. Barbarius. Dicimus tamen, quòd si instrumentum in aliquo probetur falsum, totum quod in illo instrumento continetur, caret robore firmitatis, sicut in teste dicitur, qui similiter publicum officium habet. 3. q. 9. pura. ff. de ædi. edic. cum eiusdem. de conſe. di. 4. cùm non liceat. licet autem dicta cuiusquam ratione personæ nisi aliàs falsa probentur redargui non possunt de falso, si tamen publica persona accusata & condemnata fuerit de falso, & extunc instrumenta & dicta eius ratione personæ robore carebunt. suprà, de testi. testimonium. Alij tamen dicunt, quòd si in vno instrumento plura capitula sunt connexa sibi, & vnum esset accessorium alteri, vno cassato, connexa & accessoria cassantur, secùs si sint diuersa & separata. arg. ff. de mino. etiam. ff. de neg. gest. cùm ac. 2. q. 7. §. est autem. circa fi. Vel distingue vt. ſ. de fi. instru. ex literis. primum dictum magis placet.

2 †In sacramentis secùs est, quia sacramenta ab hæreticis recepta, quòd ad essentiam vera sunt. 32. di. §. verum. Item effectum virtutis habent, vel proprias virtutes dignitatis habent, quia veneranda sunt in se, & gratiam etiam conferunt, si quis illa scienter sumant ab eo, quem non putant hæreticum. De Iuda enim constat, quòd fuit hæreticus. arg. 1. q. 1. eos qui. & tamen baptizati ab eo gratiam receperunt, nam aliàs peccasset, qui eum emisit, cùm alijs

adbaptizandum, cùm ſic baptizati ab eo deciperentur. 1. q. 1. Chriſtus. & c. dedit. ad idem eſt, quod dicitur de infantibus. 1. q. 4. c. 2. & 3. idem dicendum eſt, ſi coactè recipiat ſacramenta. 1. q. 1. dominus de cla. circa fi. & hoc intelligo coactione abſoluta vel abſtractiua, ſi enim conditionalis eſſet coactio, peccaret nec gratiam reciperet. 50. diſt. presbyteros.

3 †Item eſt neceſſe, quòd voluntatem habeat illud ſacramentum recipiendi, licet non ab hæretico, quia aliàs ſacramentum reciperet. ſ. de bap. maiores. Idem dicendum eſt ſpecialiter in ſacramento baptiſmi. ſcz. vt in articulo neceſsitatis, debeat recipi ab hæretico. 32. di. §. verum. circa fi. Si autem aliter accedãt ad ſacramenta hæreticorum, peccat qui accedit, nec recipit gratiam. 1. q. 1. etiam. & c. ſeq. Et hoc ex ſola conſtitutione ex qua prohibitum eſt à talibus recipi ſacramenta, quod ex eo apparet, quòd conſtitutio excipit baptiſmum in caſu neceſsitatis, vt dictum eſt, & ad idem. 32. diſt. §. verum. nam cùm ſolus Deus gratiam conferat, non miniſter, non attenditur qualis ſit miniſter, niſi in eo qui ſcienter contra conſtitutiones eccleſiæ recipit. Idem dicimus in omnibus præciſis, puta depoſitis, excommunicatis, & ſuſpenſis à collatione ſacramentorum, ſiue à iure, ſiue ab homine ſint ſuſpẽſi, quia ſi à talibus ſuſcipiantur ſacramenta, cùm à collatione eorum priuati ſint, inobedientes ſunt, qui recipiunt ab eis, niſi ſit notorius fornicator & ſimoniacus, qui licet ſuſpenſi ſint à collatione ſacramentorum, tamen in articulo mortis corpus Chriſti, & baptiſmum conferunt. 32. di. §. verum. & etiam cùm à talibus licitum ſit hæc ſacramenta recipere, eis licitum erit tangere, non tamen conficere, nec credimus licitum ab huiuſmodi extremam vnctionẽ recipere, vel alia ſacramenta, nam cùm ſint generaliter prohibiti, & de his ſpecialiter concedatur conſequens intellectus, patet & quod de cæteris negatur. 25. diſt. qualis. diuina autem ab eo audire debent, quamdiu toleratur. 8. q. vlt. nónne. ſed q, conceditur his duobus ſuſpenſis, idem intelligo in omnibus ſuſpenſis, ſiue ſint ſuſpenſi à iure, ſiue ab homine, & fortè idem in depoſitis, cùm ſimilis ratio ſit in omnibus. C. de diuer. reſcri. ſi libellum. ſed ſecùs in hæretico, vel excommunicato, à quibus corpus Chriſti in articulo mortis recipiendum non eſt. 1. q. 1. ſuperueniente. baptiſmum autem poſſunt ab eis recipere. Et hic eſt caſus, in quo licitè communico cũ excommunicatis, & hi dando baptiſmum nõ peccant, poſſet tamen dici, & nõ malè, quòd à ſuſpenſis à iure toleratis omnia ſacramenta vbi non confertur executio, ſed gratia, vt in pœnitẽtia, extrema vnctione, & cæteris conſimilibus licitè recipiantur, quia ſolus Deus ibi aliàs hoc operatur. ar. 19. di. ſecundum. 1. q. 1. Iudas. vbi autem cõferretur executio, vt in ordinibus, & vbi aliquid confertur ab ordinatore, non ſuſpenditur: vt. ſ. de ſimo. per tuas. vbi no.

4 †Executionem autem ordinis nullus ſuſpenſus dat, quia quod non habet, dare non poteſt. 1. q. 7. Daibertum. & ordinator eſt ille, qui dat executionem, quod ex eo apparet, quia dat ſibi ea, quæ ſunt ſigna executionis. ſ. planetam, ſtolam, & conſimilia. 23. di. per totum. & melius. 11. q. 3. epiſcopus. ſed per hoc videtur, quòd ſi archidiaconus qui dat ſubdiacono vrceolum. 23. di. ſubdiaconus ſit ſuſpenſus, quòd ſubdiaconus non habet executionem. Quod non credo, quia tantùm ab epiſcopo recepit executionem, non ab archidiacono. contra. de conſe. di. 4. Romanus. vbi dicitur, quòd paganus baptizat, & tamen baptiſmum non habet. Sed reſpon. quòd baptizans in baptiſmo nihil confert, ſed ſolus Deus. 19. di. ſecundum. Sed plus placet nobis, quod no. ꝯ. de ſchiſma. c. 1. contra id quod dictum eſt, ignorantes & coactos recipere gratiam in ſacramentis hæreticorum, contra eſt. 32. di. §. verum. 1. q. 1. etiam & tribus ca. ſeq. vbi dicitur, quòd ibi gratia non confertur. Sed reſpon. non conferri gratiam ſcienter recipientibus, vel ideò dicitur non conferri gratiam, quia poſtquam ſciunt, vel in baptizatis poſtquam facultatem habent per manus impoſitionem debent eccleſiæ reconciliari. 1. q. 4. c. 2. & 3. & niſi fecerint peccant, vel aliter, quia ſi ſacerdos bonus eſt, per eius meritũ ſacramenta proſunt ſuſcipientibus, ſi autem eſt fictus eius meritum non prodeſt. 1. q. 1. per Eſaiam. Aliqui autem dicunt, quòd omnes ſuſpenſi occulti, vel à iure executionẽ conferũt. de hoc no. ꝯ. de ſchiſma. c. 1.

CAPVT V.

SI QVIS EPISCOPVS. (Extraneos) quia ex hoc præſumitur, quòd eccleſiam non diligebat, quando extraneos hæredes eccleſiæ præponebat, vel ſupple hæreticos. q. d. ſiue conſanguineos, ſiue extraneos hæreticos hæredes inſtituat anathema ſit.

CAPVT

CAPVT VI.

IN EOS QVI.

CAPVT VII.

CVM CHRISTVS.

CAPVT VIII.

SICVT AIT BEATVS LEO. (Defenſores) hodie quo ad omnes iſte canon latæ eſt ſententiæ & non in partibus Tholoſæ tantùm.

CAPVT IX.

1 *Cùm moritur quis: ad quem transferatur poteſtas faciendi ea, quæ ipſe faciebat.*
2 *Ad quem ſpectet determinare de articulis fidei.*
3 *Poteſt Papa de laicis ſtatuere.*

AD ABOLENDAM. (Clerici.) repete quæ dicimus. ſ. de ma. & obe. his. †Vacante) mortuo aliquo, ſi vis ſcire ad quem transfertur poteſtas faciendi ea, quæ faciebat antequam ſucceſſorem habeat. not. quia ſi ea per ſe ſolum faciebat, ſicut iuriſdictionem & conſilia, & hoc faciet ille, à quo ea habebat, vt ſi erat archidiaconus, qui recipit iuriſdictionem ab epiſcopo vicem eius gerit. ſ. de offi. arch. c. 1. epiſcopus. eo mortuo eius iuriſdictionem exercebit. ar. ſ. de ma. & obe. his. & hic. ſ. de inſti. cùm veniſſent.

Et hæc ſunt vera, ſi neceſſe, vel vtile eſt hoc expediri, antequam ſucceſſor detur, alioquin ſucceſſori ſeruabit. ff. de iud. mortuo. C. de iud. properandum. §. ſi autem. maximè ſi in proximo ſucceſſor ſit futurus. ff. de ma. vin. l. pe. §. fi. & ſi capitulo conceſsit epiſcopus eligere archidiaconum, quia per hoc videtur capitulo conceſsiſſe, quòd eidem archidiacono iura archidiaconalia conferat, eo mortuo, ad capitulum deuoluetur prædicta poteſtas. Si autem aliqua faciat pro ſe, quę non ab aliquo ſunt collata, ſed ſuo iure faciat, vt ſi archidi. fundaſſet eccleſiam de bonis archidiaconi, non capituli, tunc hæc poteſtas non deuoluitur ad capitulum. ſ. de cõceſ. præben. c. nulla. ſed ad ſucceſſorem tantum. Si autem aliqua habeat ab vno, & alia ab alio, cuiq; in eis quæ ab eo tenet, deuoluetur prædicta poteſtas, ſicut eſt videre in clerico habente bona hæreditaria, vbi debent ſuccedere hæredes legitimi, & bona eccleſiaſtica, vbi debet ſuccedere eccleſia. ſ. de teſta. relatum. 12. q. 3. & 4. per totum. Item epiſcopus & capitulum ſunt vnum corpus, cuius caput eſt epiſcopus. ar. ꝯ. de verb. ſig. cùm clerici. & cùm inter eos dicatur ſpirituale coniugium cõtrahi. ſ. de. teſta. requiſiſti. §. pe. dicimus quod ea, quæ ad epiſcopum pertinent ſuo iure, ſicut eſt iuriſdictio & confirmatio prælatorum, quam habet hoc ipſo, quòd eſt epiſcopus ad capitulum deuoluentur ipſo iure. ſ. de ma. & obe. cùm olim. Si autem cũ aliis exercebat aliquid non ad ſubditos vel ſuperiores, ſed ad ſocios eiuſdem collegij deuoluitur poteſtas. 65. diſt. c. vlt. arg. C. quando non pe. par. l. 1. Idem fortè dicendum in abſente, ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta abſit. In negligente autem dic, vt no. hîc. de ma. & obe. cùm olim.

2 †Hæreticos) id eſt, in hæreſim iam damnatam & indubitatam incidentes, aliàs enim ſi de articulis fidei dubitatio oriretur, & dubium eſſet quis benè, vel malè diceret, hoc ſola Romana eccleſia determinat. 24. q. 1. quoties. 17. di. multis audientia. q. d. non proderit eis, ſi dicant ſe velle hæreſim abiurare.

3 †Committens) not. Papam poſſe ſtatuere de laicis, ſed hoc eſt propter crimen. ſi. ſ. de iude. ita. Alij dicunt ideò hæc ſtatuta valere, quia princeps præſens fuit (Exempti) vt templarij.

CAPVT X.

VERGENTIS. (Per cenſu. eccle.) Not. iudices ſeculares cogi facere iuſticiam. 23. q. 5. adminiſtratores.

CAPVT XI.

SI ADVERSVS. Nos (examine) & malè faciunt qui ligant.

CAPVT XII.

CVM EX INIVNCTO. (Teſtimoniũ) ſcilicet, quòd miſſus ſit eo modo, quo ſcriptura præcipit. ſcz. ab eo qui habet poteſtatem conſtituendi, & mittendi prædicatores, vel, id eſt, niſi doceat de ſe prophetatum, per aliquem Prophetam, vt Io. hîc oſtendit.

CAPVT XIII.

1 *Clericus pro hæreſi depoſitus, ſtatim eſt relinquendus ſeculari poteſtati.*
2 *Abbas ſeu collegium poteſtatem habet concedendi alicui licentiam prædicandi.*

EXCOMMVNICAMVS. (Excommunicantur) hæretici (relinquantur) pœna damnatorum de hæreſi. †Not. pro hæreſi clericum depoſitum, ſtatim ſeculari poteſtati relinquendum, qui ſi pœnitere vult, eſt perpetuò carcerandus. ꝯ. eod. c. pe. Secundus caſus eſt, ſi propter calumniam, vel contumeliam illatam epiſcopo ſit depoſitus. 11. q. 1. ſi quis ſa. Tertius eſt in crimine falſi. ꝯ. de fal. ad

fal. aliàs autem clericus depositus tuendus est per ecclesiam. 81. di. dictum nisi sit incorrigibilis. ℨ. de iudi. cùm non ab homine (Confiscentur) corrigitur lex, quæ defert bona cognatis. C. de hær. idē de Nestore. (Qui autem) qualiter procedatur contra suspectos de hæresi. (Moueatur) Iuramentum prætentum, & dominorum contra hæreticos (Si verò) pœnitentia dominorum non purgantium terram suam de hæreticis. (Catholici) Indulgentiam cruce signatorum contra hæreticos. (Credentes) pœna credentium receptorum fautorum & eorum qui propter suspicionem de hæresi excommunicati per annum in excōmunicatione perseuerant. (Regulare) sup. non præsumant talibus tradere ecclesiastica sacramenta (quia verò) prohibitio prædicationis sine authoritate superioris.

2 † Ab apo. se.) non ergò abbas, vel collegium habet potestatem concedendi alicui licentiam prædicandi, secùs dicerem in licentiam celebrandi missam, vel alia officia, quam quilibet sacerdos concedere potest, dummodò certum sit eum esse sacerdotem: vt not. ℨ. de cle. pere. quia ibi non est tantùm periculum eodem titulo, sicut posset dici, quòd postquam aliquis habet officium vel potestatem prædicandi à proprio episcopo, vt sunt prælati ecclesiarum, & doctores Theologiæ approbati per eum, ad quem pertinet. Vel etiam quilibet alij, quibus hoc conceditur specialiter vel generaliter, quòd quilibet sacerdos habens curam animarum, potest ei dare licentiam prædicandi suis ouibus. Item no. quòd licet hoc sit generale, quòd soli episcopi possint dare licentiam prædicandi, de speciali tamen priuilegio quandoq; & alijs conceditur, sicut fratribus prædicatoribus, & minoribus, & etiam quibusdam alijs. ℨ. de iud. quam sit. (Adijcimus) scilicet, visitatio & persecutio contra hæreticos (Si qui) pœnam nolentium iurare (Volumus) pœnitentia episcoporum non prosequentium hæreticos.

CAPVT XIIII.

SICVT IN VNO CORPORE.

CAPVT XV.

EXCOMMVNICAMVS. (Redire) ℨ. e. ad abolendam. §. 1. (Arcere) arg. contra. C. de pe. incredibile. sed dic hoc speciale in hæreticis.

CAPVT XVI.

1 *Bona hæreticorum ante damnationem non confiscantur.*

ABSOLVTOS. Quia indistinctè loquitur, intelligo & post satisfactionem, in alijs secùs. 15. q. 6. nos de ele. cùm dile. nisi sententia feratur super absolutione talium, quia tunc etiam in alijs post absolutionem non reuerteretur ad eius fidelitatem. arg. ℨ. de diuor. de illa. (Manifestè) secùs si occultè. arg. ℨ. de simo. c. vlt. 11. q. 3. c. 3. & c. Iulianus. ibi loquitur de apostata tolerato (Tenebantur) in prædictis, secùs si iurasset ei persoluere debitum. arg. ℨ. de sen. exc. si verè. & no. est de hac materia. 15. q. 6. nos iuratos. Est etiam ibi arg. quòd bona hæreticorum ante damnationem non confiscantur. ℨ. eo. excommunicamus. §. 1. posset tamen dici quod nullum debitum ei solui posset.

TITVLVS VIII.

DE SCHISMATICIS.

CAPVT I.

1 *Schismatici qui dicantur, & an conferant, uel accipiant ordines, & in num. 2.*
3 *Irregularitas ordinatoris uel ordinati, an impediat executionem.*
4 *Excommunicati minori excommunicatione conferunt sacramenta & eorum executionem.*
Suspensus an & quando habeat executionem sui officii.

QVOD A PRAEDECESSORE. † Largè dicuntur schismatici, quilibet criminosi. 1. q. 1. sacerdotes. 24. q. 3. sectandum. itaq; & hi non tenentur his pœnitentijs. Aliquantulum minus largè schismatici dicuntur excommunicati. 24. q. 3. apostolice. tam sacerdos. de excommunicationis, ex quibus alij qui sunt qui non peccant in excommunicatione manentes. ℨ. de senten. excom. inquisitioni. de his no. ℨ. de excep. exceptionem. Strictè dicuntur schismatici, qui diuisi ab vnitate Romanæ ecclesiæ, conantur suos episcopos, & presbyteros facere, & suas constitutiones. 7. q. 1. Nouatianus. & contemnunt constitutiones ecclesiæ. 19. dist. nulli. Idem dico, etiam si velit contra episcopum aliquem assurgere, & episcopatum tenere, & suos sacerdotes facere. 7. q. 1. scire. 24. q. 3. inter schisma. & in his habet locum hæc decre. nam excommunicati sunt, vt hæretici; vt hîc.

Alij

Alij tamen dicunt contra in episcopis schismaticis contra alios epos tantùm, dicuntur etiam schismatici, qui coniurationes vel cōspirationes faciunt contra episcopos vel prælatos, & hi non sunt suspensi ipso iure, sed suspendendi, & horum ordinationes non sunt irritæ, sed ipsi deponendi sunt. 11. q. 1. coniurationum. & 4. c. sequentibus. Si autem aliqui de aliqua re licita coniurarent, puta de non obediēdo alicui hæretico, vel etiam vt essent magis securi, quod inuicem se non proderent de facienda accusatione alicuius hęretici vel pernicioſi prælati, fortè malum non esset. 16. qō. 7. sanè. semper tamen præsumitur contra coniuratores. 11. q. 1. si qui clerici. & maximè si coniurent in perpetuum, vel generaliter, nā si contra potentem & diffamatum coniurarent, aliqui non mali, sed boni viri crederem licere (Hæresiarchis) id est, schismaticis. (Ordinatis) & idē de ordinatis ab hæresiarchis, vel schismaticis in infinitum, nam cùm non habeant executionem, alijs dare non possunt. 1. q. 7. Daibertum.

2 † Irritas) quo ad executionem, ordines enim benè accipiunt, vt no. suprà, de hæreticis. cap. 2. executionem autem schismatici isti non conferunt, quia excommunicati sunt ipso iure, cùm hæretici nominentur, vt hîc, & 24. quæstio. 1. alienus. & quæstio. 3. inter. & hæretici ipso iure excommunicati sunt. suprà, de hæreti. excommunicamus. 24. quæstio. 1. cap. 2. Quidam tamen dicunt, quòd tales non sunt excommunicati, sed excommunicandi tantùm. 23. di. in nomine. in fi. vbi dicitur damnetur, & hi à Papa Alex. excommunicati fuerunt. † Illi autem schismatici, qui ab vnione ecclesiæ recedunt, vt Græci, benè sunt excōmunicati ipso iure, vt in p̄cedentib⁹. c. & 19. di. nulli. Nos dicimus, q̄ propter nullum peccatū, quod sit in ordinatore, vel ordinato impeditur, quomin⁹ recipiat ordinatus executionem in habitu, licet exequi non debeat ordinator, vel ordinatus ordinem suum, quia ligatā habet executionem nexibus iuris, quod cēsset tali crimine irretitum forè irregularē, sicut apparet in homicida, q̄ benè in ordinatione sua recepit ordinis executionem, & etiā dat, sed tamen ligata est p̄ cōstitutionem, quæ dicit homicidam irregularē. ℨ. de tēpore ordi. c. vlti. & ita ꝓpter prædictā cōstitutionē ligata est executio eius, ita q̄ per nullam pœnitētiā p̄t sine peccato celebrare, nisi secum per Papā fuerit dispensatum, sed tamen confert ordinis executionem & dignitatis, & etiā recipit vt exequatur quādo erit dignus. Alij autem criminosi, vel adulteri, fures, piuri, & huiusmodi, licet propter peccatum non debeāt celebrare, q̄diu sunt in peccato, tamen nexibus constitutionum non habent ligatā executionem sui ordinis, q̄n quādocūque egerint pœnitentiam, sine alia reconciliatione liceat exequi suum ordinem, salua tamē distinctione, quā not. ℨ. de temp. or. ex tenore.

3 † Idem dicendum videtur de irregularitate ordinatoris, vel ordinati, quod non impedit executionem, quin conferatur habitu & exercitio. arg. 56. di. apostolica. canon. & c. vl. ℨ. de renunc. nisi cum. §. personæ. Idem dicendū videtur & de infamia, nam simoniaci etiam in beneficio sunt infames. C. de epis. si quenq̄. §. vl. & tamen executionem cōferunt. ℨ. de simo. per tuas. & hoc dicendum videtur de excommunicatis occultis, & de omnib⁹ alijs prædictis, quod quādiu tolerantur ab ecclesia executionem ordinum conferunt. arg. 6. q. 2. c. 2. & 3. q. 1. epis. & etiam tales recipiunt executionem, licet ligatam, vt dictum est de homicida, si sunt indigni. de conse. di. 2. non ꝓhibeat. Nec est contra. 9. q. 1. c. 1. & 3. ℨ. de epis. qui renunc. epis. c. 2. quia ibi loquitur, quādo p̄ sententiā vel renunciationē non habebant executionem, nec tolerabātur ab ecclesia, & ideò alijs eā dare non poterant. Hîc autem plus est in excommunicatis, quod etiam si tolerentur, dummodò probari posit, si vocēt aliquem ad ordines, vel alia sacramenta, potest ei dici, non recipiam hoc à te, quia es excommunicatus, vnde tibi participādū non est, & ex hac causa legitima est appellatio, secùs autem esset in alijs, puta irregularibus infamibus, & alijs prædictis, & quia non esset contra eos admittenda talis exceptio, non recipiam hoc à te, quia es irregularis, sufficit enim quod tolleretur. 8. quæstio. fi. nónne. Ratio autem diuersitatis est, quia huiusmodi excommunicatis communicari non potest sine periculo, sed in alijs secùs. Idem quod de excommunicatis diximus, dicendum est de notorio fornicatore, & simoniaco, & hoc est ea ratione, quia ab eorum obedientia sua authoritate recedere licet. 32. di. §. verum. suspensi ab officio, & à collatione sacramentorum per sententiam hominis. Item depositi propter crimen, quia ab officio remouentur, sine q̄ ordines nō cōferuntur. 81. di. maximi. & ar. ea.

di. si quis clerici. & c. si quis presbyt. Item qui renunciauerũt loco & ordini ẽpali. ℣. de or. ab epis. c. 1. oẽs isti non cõferunt executionem. Item remoti ab ecclesia, vel administratione, vt quidã dicunt, sed melius videtur, quòd licet remoueatur ab ecclesia, nisi suspendatur ab ordine, vel officio, nõ est suspẽsus, & benè cõferret executionem, licet peccet, sicut videmus in renunciante loco, quia nisi renũciet ordini, executionem retinet, qa de alterius mandato ordinare põt. ℣. de or. ab epis. c. 1. Item oẽs qui à suspensis per sententiam hominis vel cæteris, qui executionem nõ habent, ordinati sunt, vel ab ordinatis ab eis in infinitũ executionem non recipiunt, vt hîc, nisi p man⁹ impositionẽ vel dispẽsationẽ fuerint recõciliati. Et q̃cqd alij dicant, nõ videm⁹ aliã rationẽ, quare non debent vel recipiãt executionẽ, nisi qa sic constitutũ est. 32. di. §. verum. super charactere autẽ, vel gratia Dei cõferẽda, quæ nõ sunt in potestate Papæ, nihil statuere potuit sup non peccãtes.

4 †Excõmunicati autem minori excommunicatione ꝓpter participationem sacramẽtorũ, licet sint suspẽsi participatione, id est, perceptione sacramẽtorũ, nõ tamẽ collatione, & ideò omnia sacramenta, & eorũ executionẽ cõferunt. ℣. de cle. excõ. mi. si ce. §. fi. intrusi autẽ, licet sint ineligibiles, & suspendẽdi nõ sunt suspẽsi ipso iure. Arg. cõtra. 62. di. c. 2. sed dic q̃ ibi loqtur, aliàs quod quãdo prælatus intrusus nõ põt subditis q̃b⁹ per intrusionẽ datus est p̃latus cõferre sacramẽta, & conferẽdo non confert executionẽ, non quia sit suspẽsus, sed quia nõ suis subditis, nõ põt executionẽ cõferre. † Irritas) hæc pl⁹ placẽt, q̃ quæ not. ℣. de simo. p tuas. &. ℣. de hære. fraternitatis. Sed cõtra nos est. 1. q. 1. si qs à simonia. vbi dicit, q̃ si quis est ordinat⁹ à simoniaco, nõ simoniacè tamẽ de misericor dia sustinetur. So. ibi loquit de notorio simoniaco, & hoc apparet ꝑ id, q̃ sequitur in e. c. nisi ꝓbauerit se ignorasse eos simoniacos, qa nullo modo cogeretur ꝓbare ignorantiã, nisi p̃sumptio esset cõtra eos, quia nõ licebat eis ignorare, q̃ alij sciebant. Sed contra nos est q̃ in e. c. s. q̃ tũc ꝑ catholicis habebãtur, ex quo apparet, q̃ eorũ simonia nõ erat notoria. Sol. nõ dicit q̃ nõ haberẽtur ꝑ simoniacis, sed pro hæreticis, & vult hoc dicere illud. c. q̃ siue essent notorij simoniaci, siue damnati hæretici, quòd non est cum eis dispensandum, nisi probarent se ignorasse eos simoniacos. Hoc autem scitote, quod si contrariũ diceretur. s. q̃ omnis suspẽsus ab hõine, vel à iure, etiã ignorãs non habet executionẽ sui ordinis, nec eam põt alijs dare, nec ordinati etiam ab eis possunt in infinitũ licẽtiã ordinandi alijs dare, intolerabiles absurditates & infinitæ sequerẽtur, vix enim esset aliqs, qui haberet ordinis executionẽ. Itẽ si plat⁹ meus est homicida, vel excõmunicatus, ita q̃ null⁹ scit, nisi ordinãd⁹, & necessitas requirit, q̃ ordinetur, nũq̃d recusabit ordinatio nẽ hui⁹ suspẽsi, absit. 6. q. 2. c. 2. & 3. Itẽ quomodo Christ⁹ misisset Iudã, si vellet, quòd occulti suspẽsi, nõ haberẽt executionẽ sui offi. & in hac opi. fuit Hug. & Mar. Hispan⁹. vt no. 1. q. 1. si qs à fi. & c. reperiũtur. Imò plus dicũt aliqui, q̃ etiam si sit nominatim excõmunicatus, vel dãnat⁹ hæreticus, vel depositus, tamẽ ordinatus ab eis ignorãter recipit nõ tantũ ordinem, sed etiã ordinis executionem, & hoc exꝑsse videtur dicere. c. 9. q. 1. ordinationes. hoc etiã ipsum ꝓbatur ratione, qa ordinator nihil cõfert in ordinatione, sed solus De⁹. 32. di. §. verum. nõ enim dubiũ est, q̃ recepit ordinẽ, ergò recepit potestatẽ ea faciendi, quæ ꝑtinent ad illum ordinẽ, qa ordo est sacrũ signaculum, q̃ cõfertur potestas spiritualis, & officium faciendi ea, quæ ꝑtinẽt ad illũ ordinẽ, ergò iste ordinat⁹ habet potestatẽ exequendi suũ officiũ, nisi ꝓpter aliã causam impediatur. Probatur autẽ, q̃ semp etiã à præciso hæretico & excõmunicato, & etiã hoc sciens recipit executionẽ, qa secundũ omnes si conficiat corp⁹ Christi confectũ erit, & si ordinet ordinat⁹ erit, sed benè fatemur, quòd peccat exequẽdo ordinẽ, nec inuenietis capitula antiqua, quæ priuent ordinatos huiusmodi, nisi sciuerint, sic enim loquuntur. c. 1. q. 1. qui perfectionẽ. ventum. 32. di. §. porrò. Item cùm hæc pœna non sit imposita à iure naturali, imò ius naturale vult, quòd eum solùs De⁹ in collatione operetur, quare vicarius Christi immeritam iniungeret pœnitentiã ignorantibus, licet enim ex causa decreuerit pœnitentiam scientibus contra cõtẽptũ, tamen iniustum est imponere pœnãignorantibus sine causa, sed decre. noua. ℣. de epi. qui renũc. c. fi. dicit cõtra. s. quòd ordinatus ighoranter ab excommunicato, indiget dispensatione, sed certè cum illa decre. si intelligatur, vt iacet, sit contra antiqua iura, & contra naturalem æquitatem debet recipere sanum intellectum, quia non est præsumendum, quòd & iura alia, & naturalẽ æquitatem voluerit vno verbo tollere. suprâ, de elect. ecclesia vestra.

Intellige ergò decre. quando ignorãtia erat supina, sed & huic expositioni videtur

tur cõtradicere, sup. de epi. qui renũc. epi. c. 1. vbi dicitur, quòd si non sit supina ignorantia, quòd potest episcopus dispensare, sed dic illud ideò esse, quia non potest esse sine suspicione scientiæ, postquam manifestè renunciaret, & nec probabat contra, quia si probasset, nunquam esset necessaria dispensatio. 9. q. 1. ordinationes. potest tamen dici, quòd iusta causa fuit statuẽdi nouum ius contra naturalem æquitatem, nec in tam notorijs factis, sicut est contra renunciantes, & contra nominatim excõmunicatos & præcisos, nullus admitteretur ad executionem sine dispensatione, nec illud videtur, quòd potestas exequẽdi tollatur omnibus ordinatis ab eis in infinitum, quia non extẽditur, nisi ad ordinatos à præcisis nominatim, nec etiam extẽditur ad alios ignorantes. de hoc no. ℣. de epi. qui renunc. epis. c. 1. (carent) no. ℣. de elect. nihil. Quid si aliqua quæsiuit nomine eccle. arg. quod valeat. C. de legi. quod fauore.

CAPVT II.

FRATERNITATI. (Persona). Nã schismaticus etiam receptus in honore suo cum ordinato, à se dispensare non potest. argumentum. 1. qõ. 5. præsentium.

TITVLVS IX.
DE APOSTATIS ET REITERANTIBVS baptisma.

CAPVT I.

1 *Quotuplex sit apostasia, & qualiter puniatur apostata. in nume. 2.*

2 *Psalmista & lector, an gaudeant priuilegio clericali. Et quando tale priuilegium amittatur.*

ITERAETEREA CLERICI. † Triplex est apostasia, Prima perfidiæ. s. quãdo quis recedit à fide. 2. q. 7. non potest. Secunda inobedientiæ. s. quãdo transgreditur præceptum prælati, vel sacris canonibus non obedit. 3. q. 4. alieni. ℣. de ma. & obe. si quis. & tamen obediendum credit, alioqn est hæreticus & schismaticus. 19. di. nulli. Tertia irregularitatis. s. cùm quis à statu sumptę religionis recedit, de qua hîc. ℣. c. vl. & no. ℣. de tempor. ex parte. Hoc autem fit multis modis, dimittendo tonsuram, vel coronam, accipiendo vxorem, abijciendo religionis vestẽ vel clericalem, redeundo ad seculum. 20. q. 3. c. 1. 2. & 3. 27. q. 1. omnes. & hîc. c. 1.

2 † Apostatá perfidiæ punitur & destituitur, vt hæreticus, quia in veritate hęreticus & excommunicatus est. Apostata inobedientiæ, id est, qui no obedit prælato, vel canonibus; repellitur ab accusatione & testimonio, & excommunicatur, & etiam deponitur, & iudici seculari aliquãdo traditur. 3. q. 4. si quis à suo. 11. q. 3. si autem vobis apostata irregularitatis easdem pœnas patitur. 16. q. 1. le. 50. di. c. vl. 21. q. 5. c. si quis à proprio. & etiamsi non se emendauerit post monitionem caret priuilegio clericali. vt no. inf. † Item no. H. dixit quòd 3
nedũ alij, sed etiã psalmista & lector semp gaudebunt priuilegio clericali, & vlterius non possunt viuere seculariter, nec fieri milites. 21. q. 3. eos. Sed alij cõtradicũt, cum quib⁹ & nos sentimus distinguẽtes, si sumpsit aliquid penitus cõtrariũ ordini, vt si accepit secundam vxorẽ, vel corruptã, vel fecit se militem, & seua exercuerit, tunc priuatur omni priuilegio clericali. 84. dist. quisquis. Si verò nõ fecit penitus aliquid cõtrariũ ordini. s. ducẽdo virginẽ, vel fiẽdo miles, dũmodò non exerceat seua, põt viuere clericaliter, & priuilegio clericali gaudere. 31. dist. feriatim. si qui verò. Sed si velit viuere seculariter negotiãdo, tabernã tenendo, vel tõsurã dimittendo, tũc nullo gaudebit priuilegio. ℣. de cle. cõiu. Ioãnes. &c. seq. Alij tamen dicunt, quòd gaudebit priuilegio canonis, si quis suadente, q̃ in fauorem ordinis clericorũ est introductũ, & ideò illi renũciare nõ põt. ℣. de fo. cõpe. si diligenti. & hoc satis verum credo, antequã moneatur, sed postea non gaudebit, sed in omnib⁹ laicaliter se habet. c. autem. 20. q. 3. eos. Nõ ob. quia loquitur de cõstitutis in sacris ordinibus, quod ex eo apparet, quod in eodẽ. c. dicit, eos qui semel taxati, ante sacrũ autem ordinem taxari nõ possunt. Itẽ ex fine eiusdẽ. c. hoc apparet, vbi dicitur, q̃ cogũtur redire ad ordinẽ, q̃ non fieret, si in sacris non essent, & secũdũ præmissam distinctionẽ erit de foro seculari, vel clericali, nisi contradicat consuetudo quæ iurisdictionẽ tribuit. C. de emã. lib. licet. (Clerici) de religiosis loquitur, vel de cõstitutis in sacris ordinibus. (Liberari). ℣. de sen. excõ. si verò. 2. cõtra. Sol. hîc loquit, quãdo ꝑ omnia habebant se vt laici, illud quãdo dimissa coroa in alijs agebãt vt clerici, vel etiã causa leuitatis. Vel hoc nõ negatur, qn capiẽtes tales sint excõmunicati, sed q̃ talib⁹ clericis p ecclesiã nõ succurrebat, vel illud habet locũ, quando non est monitus, quòd habitum portet, hîc autem quãdo est monit⁹. ℣. de sen. exc. in audientia. prima solutio ꝓbatur. inf. de priuil. ex parte tua.

CAPVT

CAPVT II.

EX LITERARVM TVARVM. (Publicum) repete quæ diximus ſuprà, de temp. ordi. ex tenore.

CAPVT III.

1 *Apoſtatare non dicitur is, qui non eſt in ſacris ordinibus cõſtitutus, & clericatũ dimittat.*

IVAE FRATERNITATIS. (De apoſtaſiæ crimine). hæc decre. loquitur, quando conſtabat aliquẽ clericalem habitũ depoſuiſſe, & cùm eſſet monitus, quòd reſumeret. Reſpon. quòd hoc ei licebat cùm eſſet in minoribus ordinibus conſtitutus, econtrà dicebatur, conſtat quòd habitum dimiſit, & fama eſt quòd erat in ſacris ordinibus conſtitutus, vel quòd erat canonicus regularis, vnde ſtatim vel habitum reſumere, vel ſe purgare debebat, & dominus Papa pro hoc vltimo propter infamiam ſententiat. Fatemur tamen quòd non in ſacris ordinib' conſtituti, non dicuntur apoſtatare, ſi clericatum dimittunt. ſup. de vita & ho. cle. c. ex literis. ſuprà, de cleri. coniu. Ioannes. 84. diſt. quiſquis.

CAPVT IIII.

QVIDAM. (Ritus) fortè in obſeruationibus feſtiuitatum, vel in diſcernendis cibarijs.

CAPVT V.

ANOBIS EXPETIIT. (Apoſtatis) quòd relicto habitu religionis viuunt ſeculariter, ſi autem apoſtatarent deuiando â fide, punirentur vt hæretici. ſup. de hæreti. excommunicatus. §. 1. ſi autem per inobedientiam apoſtatarent, punirentur: vt 19. diſt. nulli.

CAPVT VI.

CONSVLTATIONI. (In apoſtaſia) ſi antequam ſumeret dimitteret apoſtaſiam, & reconciliatus poſtea reciperet ordinem, ſine diſpenſatione in eo remaneret.

TITVLVS X.

DE HIS QVI FILIOS OCCIDERVNT.

CAPVT I.

VENIENS AD NOS M.

CAPVT II.

INTELLEXIMVS QVOD M.

CAPVT III.

DE INFANTIBVS AVTEM.

TITVLVS XI.

DE INFANTIBVS ET LANGVIDIS EXpoſitis.

CAPVT I.

1 *Infans expoſitus an & quãdo ſit reſtituendus.*

SI A PATRE. (Sciente) Nam ſi aliquo ignorante, vel inuito expoſitus eſſet, nihil ei præiudicaret, imò eum reſtitutis expenſis repetere poſſet. C. e. l. 1. (Infans) ſecùs in non infante, niſi ſit languidus. C. de la. lib. tol. l. 1. §. ſi ſcimus. (Seruus) idem de colono, ſi autem non exponitur ſeruus, ſed denegantur ei alimenta, ſiue ſit infans, ſiue maior, non eripitur in libertatem, ſed pro derelicto haberi videtur. ff. pro derelicto. l. vlti. & ideò occupanti conceditur. (Vendicare). C. eo. l. vlti. niſi illum qui eſt. ff. de nup. patrem.

TITVLVS XII.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO VEL CASVALI.

CAPVT I.

SI QVIS PER INDVSTRIAM. (Et per inſidias) & pro. id eſt, qualis eſt publicus latro, qui inſidiatur ſtratis, qui non gaudet immunitate eccleſiæ. ſup. de immu. eccle. inter alia. vel loquitur de altari vet. Teſtamen. quod non erat eius authoritatis, cuius ſunt noſtra altaria.

CAPVT II.

INTERFECISTI. (A toro) vxoris, cui tamen debet reddere debitum. 33. qõ. 4. §. vlti. (Gladio) hoc prohibet cuique pœnitenti. 34. quæſtio. 2. admonere. de pœni. di. 2. dolendum. (Meditatione) ſi caſu. 23. quæſtio. 5. de occidendis. (Fecerit) caſu fortuito, vel hîc loquitur diſpenſatiuè.

CAPVT III.

SI PERFODIENS. (Nocte). id eſt, furtim domum intrans, hîc licet immunis ſit à peccato irregularis tamẽ eſt. (Intelligitur) incipiunt verba Auguſt. (diſcernere). ff. ad. l. Aquil. itaque. §. lex. ff. ad. l. Cor. de ſicar. fur. (Defenderit) & præuenire eum poſſum in occidendo. C. ad leg. Cor. de ſica. l. 2. & 3.

CAPVT IIII.

CVM IVRAMENTO. (Repudiaturus). ff. ſo. ma. ſi conſtante. §. 3.

CAPVT V.

SI QVIS HOMICIDA. De hoc no. infrà eodem, ſicut ex literarum.

CAPVT VI.

1 *Tenetur is, qui bona alterius occupauit ad illorum reſtitutionem.*
Conſiliarius an & quãdo teneatur de rapina.
2 *Ad quid teneatur is, cuius conſilio aliqua facta eſt rapina, vel deuaſtatio. & vide de hac materia multa vſq; ad num. 5.*
Conſilium & auxilium quomodo differant.

SICVT DIGNVM. (Illi autem) pœnitentia illorum quia animum habuerunt occidendi, feriendi & capiendi (Manuſi). id eſt, licet manus in eo non iniecerint (Illi etiam) pœnitentia prohibentium vim fieri occiſoribus. (Qui verò) pœnitentia incitantium regem ad odium. (Hi quoque) pœnitentia cuſtodientium ſarcinas occiſorum. (Eos inſuper) pœnitentia occupantium ſpolia ſancti viri, vel ſuorum.

1 † Occupauerunt) ſolummodò occupata à ſe, reſtituere tenentur, quia nõ fuerunt culpabiles in occupationibus, quas alij fecerunt, licet ſimul concurrerent in rapinis faciendis, ſi autem in eis culpabiles fuiſſent, tunc diſtinguendum eſt, an conſilio fuerint culpabiles. ſ. quia conſuluit alijs quod raperent, & tunc tenentur in ſolidum conſiliatores, quod ex eo apparet, quia dolo & conſilio ſuo hoc damnum ſenſit. argumentum. ff. de do. quod ſicut. & l. cùm quis. & licet. vi bo. rap. vel interdicto vnde vi, non poſsit quis conueniri de conſilio, tamen ſi nõ ſit cõtra quẽ, intentantur iſtæ actiones, vel propter defectum probationũ, vel propter timorem, vel propter aliam cauſam in defectũ contra hunc cõſiliarium, cõpetat actio de dolo. ar. ff. de do. l. 1. Imò plus videtur, ſecundum conſilium animæ, quòd etiam ſi benè haberet actiones contra alios, ſed eas nollet exercere, ſiue ex iuſta cauſa, ſiue ex iniuſta, quod conſiliarius in hoc caſu ſatisfacere debet, niſi liberaliter raptus dimitteret raptori, nam tunc credo conſiliatorẽ liberatũ, quia liberatus eſt ille, qui primò & principaliter tenebatur, & qui res habuerat, ſed ſi cõſiliarius abſolutus eſſet perſpoliatum, non crederẽ liberatos alios ad quos res peruenerunt, niſi expreſſè intellexerit eos liberare, nec etiã illum, qui rapinam fecit, etiam ſi de rapina nihil habuerit, quia naturaliter & de iure diuino cõueniẽs eſt, quòd ſublato principali, tollatur acceſſorium, ſed non econuerſo. ff. de cõſti. translato. Imò plus dicimus, quod etiam ſi liberaliter liberetur principaliter raptor, non propter hoc liberatur cõſiliarius, quin debeat reſtituere, ſi quid ad eum peruenerit de rapina, niſi alius pro eo ſatisfeciſſet, nam in hoc caſu in cõſilio animæ dicendum eſt conſiliario, quòd ſatisfaciat illi principali, qui pro eo ſatisfecit nõ offenſo, cui iam ſatisfactum eſt, ſecùs autẽ fieret in iudicio. Si verò non dedit conſilium de rapina facienda, ſed iuit cũ raptore non vt iuuaret ad rapinã quã diſſuaſerat, ſed vt iuuaret eũ, ne lædi poſsit ab aliquo, tunc ſe raptor eſt inuentus in rapina, ille q iuit vt perſonã ſolã liberaret ſine rebus, nõ tenetur alicuius rei, quia nulla res ablata eſt. Si verò aliquas res aſportaſſet, tunc tenetur quia opẽ dedit ad rapinam, & ſi non cõſiliũ, dummodò ſine eo nõ potuiſſet res aſportaſſe, quia ſi ſine eo aſportare potuiſſet, tũc non teneret, ſi autẽ nullas aſportauit, ſed tamen aliàs dãnũ dedit, tunc nullo modo teneturiſte, qui diſſuaſit rapinã, ſed tantùm iuit vt perſonã liberaret, niſi fortè raptor nullatenus iuiſſet, niſi alterius comitatũ haberet, nam in iſto caſu ſemper tenetur, quia & ſi diſſuaſerat, tamen opẽ præſtat, vel facto conſuluit.

† Sed quid ſi multi comitati ſunt aliquẽ ad faciendã rapinam, vel deuaſtationẽ aliquarũ rerũ, & volentes ei præſtare opẽ in deuaſtatione, vel ad defenſionẽ ſuam, ne lædi poſſet, vel ibant vt impedirent aduerſarios, & vt compeſcerẽt ſi vellẽt prohibere
2 rapinã vel deuaſtationẽ. † Ad hoc ſic reſpõdemus, q, ſi iuerũt vt iuuarent ad rapinã, non tenentur in conſilio animæ, niſi de rapina, q̃ ipſe fecit, vel quæ eius auxilio eſt facta, & ideò ſi multa rapuit, vel deuaſtauit iſtę principalis raptor ſine auxilio alterius, quæ etiã rapuiſſet, vel deuaſtaſſet, etiã ſi eũ comitat' nõ fuiſſet, in nullo tenetur, q̃a nec facto, nec conſilio rapinã, vel vaſtũ iſtud fecit, licet ad hoc iuit vt faceret hoc ſaluo, quia & de alijs vaſtis, quæ non eſſent

facta

facta si ipse cum alijs non fuisset tenetur in virilem portionem, si eius & aliorum timore fecerunt, alij vastum. Et est ratio diuersitatis inter consilium & auxilium, quia auxilium restringitur tantùm ad illa, in quibus auxilium præstitit, sed consilium euagatur ad omnia damna.

3 † Sed si nullius timore dimissa est rapina, vel vastum sed timore omnium simul, tunc singuli pro singulis dandis tenentur insolidum, quia quilibet in quolibet dãno opem dedit. Alij tamẽ in hoc casu dicunt melius, vt videtur, quòd tantum pro portione sua tenetur quilibet pro virili parte, ita tamen quod habeatur æstimatio eorũ, vt qui strenuior est, & qui maiorem timorem incussit aduersarijs, in plus teneatur. Si autem iuit tantùm, vt defenderet eos, tũc sicut dictum est in nihilo tenetur, dũmodò hoc certum sit aduersarijs, quia si aduersarij crederent, quòd in auxiliũ raptorum venissent, & propter hoc non auderent defendere rapinam, probabilis dicitur præsumptio eorũ, & ideò in hoc casu benè tenentur, sicut si iuissent, vt rapinæ auxilium præberent.

4 † Et idem dicimus de illis qui vadunt causa pacificandi, quia hoc ipsum aduersarijs significare debent, aliàs videntur esse culpabiles, si aduersarijs ꝓbabiliter dimittant timore eorum, quòd suas res non defendant. Si autem iuerunt cum raptore, vel prohiberent aduersarios impedire vastantes & raptores, tamen sine dubio tenentur insolidum, sicut ipsi raptores. sup. eod. c. §. 1. Si autem culpa vel negligentia sua dedit quis damnum, vt si non benè cohibuit ignem, ne ad domos aliorum vagaretur, tũc tenentur actione. l. Aquil. ff. ad l. Aquil. qui occidit. §. in hac.

5 † Sed tamen in foro pœnitentiali non *a* videtur *a*, quòd teneatur ad emendam damni, & pœna est ei imponẽda de negligentia, non pœna de damno. argumentũ. 15. quæstio. 2. inebriauerunt. Lex autem ciuilis, quæ intendit circa conseruationem patrimoniorum, constituit, quòd etiam ad restitutionem damni tenerentur. Item benè faremur, quod si aliquo modo intenderet per ignem dare damnum, quòd etiam tunc in foro pœnitentiali condemnaretur, & idem dico, si non intenderet, sed *b* lata culpa *b*, esset, vt si ignem proijceret in domum plenam stipula. Hoc autem generaliter teneas, quod quicunque satisfecerit ad plenum læso. Alij vlterius in foro pœnitentiali satisfacere non coguntur, sed ei compensare debet, qui pro omnibus satisfecit, & hoc idem sic obtinẽt in consilio animę, sed in foro iudiciali si potest discerni damnum, vel factum vnius à dãno, vel facto alterius, nullus tenebitur, nisi de suo damno vel facto, & sic videtur dicere. l. ff. ad le. Aquil. Item Mela. §. sed si plures. & trib⁹. §. seq. & l. ita vul. §. fi. ff. de fur. vul. & §. fi. si autem non possunt discerni, quilibet tenetur insolidum. ff. arbo. fur. cesa. si plures. ff. de postu. l. 1. §. si apud. & l. in de po. 24. quæstio. vlti. §. fi.

Nec est contra. ff. depos. si duo. vbi innuitur, quòd etiam si discerni non possunt damna, quod tantùm pro parte condemnari debent. Et illud est verum, quando agitur condictione furtiua, vel depositi, sed si agitur. l. Aqui. pro vasis cõfractis, tũc benè fiet condemnatio cuiusque insolidũ, & hoc sonat litera eiusdem legis, vbi dicit, quòd nemo liberatur, nisi rei integræ solutione, supple si agatur. l. Aqui. quidam etiam dicuntur hoc obtinere in consilio animæ, & hoc obtinet in his delictis, vbi quis non tenetur, neque de opere, neque de consilio, quia si de eis teneretur, tunc quilibet teneretur etiam si damna discerni possent. (Illis præterea) pœnitentia participantium occisoribus excommunicatis. (Clericos) pœnitentia clericorum præstantium consilium, & auxilium morti eius (Separatim) quando enim omnes cãtant, & ipsi cantare possunt.

a Pœnitentiali non videtur. Feli. in c. 1. co. 11. ver. tertius casus supra, de const. dicit hoc sing. & Ro. suo singu. 105. sequitur Ant. & Abb. in d. c. 1. & Abb. in c. dilecti. col. 5. de arbi. & c. quoniam cõtra. col. 13. de proba. & in c. cùm causam. col. 6. supra, de testi.

b Sed lata culpa. Adde Fel. in c. 1. col. 12. circa med. de constitu.

CAPVT VII.

1 *Homicida quis dicatur.*

PRESBYTERVM. †Percussit) Leuis enim castigatio eis concessa est. ff. ad l. Aqui. præceptores. & l. sed & si quẽcunque. §. vlt. 23. qõ. 5. cap. 1. infrà, de sen. excom. super eo verò. 11. q. 1. si quis nõ iratus. ar. contra. † (Percussione) qualitercunq; quis cõmittat homicidium, siue facto, siue mandato, siue cõsilio, siue ad sui defensionẽ, homicida est, & irregularis. 50. dist. si qs viduã. & nõ solùm si ex percussione mortuus est, sed etiam si infirmitatem incurrit, vnde moreretur. vt hîc. ℣. eo. ad audiẽtiã. 50. di. studeat. si autẽ casu fortuito homicidium committat, non dicitur homicidium committere, nec fit irregularis. ℣. eo. lator. & quinq; c. sequentibus. 23. qõ. 5. de occidẽdis. nisi culpa ꝓcessisset casum. ℣. e. continebatur. ad audientiam exhibita. Ioannes. c. vlti. homicida autem ante baptismum siue ex officio, siue ex volũtate fecerit homicidium, nõ est irregularis, quia

quia omnis sequela peccati deleta est. 26. dist. deinde. 50. di. si quis post remissi. 51. di. aliquantos. alij tamen dicunt contra. vt no. sup. de diuor. gaudemus. in fi.

CAPVT VIII.

CONTINEBATVR. (Solet) ob hoc fuit aliquantisper culpabilis iste diacon⁹. (Accinctus) ita quod visui publico non patebat, imò insiliens iustè excusari potuit, si eã nõ vidit (Ascendere) hic diaconus fuit in culpa, quia ita leuem ludum cum laicis facere non debebat, & quia falx occulta erat. Item cùm consuetudo esset, quòd perdens æquitaretur, debebat se talem reddere, vt sine periculo posset æquitare. Sed dices cùm ipse non æquitaret, non debet ei imputari? Respon. imò debuit ei imputari, quia licet potuit iuri suo renunciare, ius tamen alterius non potuit auferre.

CAPVT IX.

LATOR PRAESENTIVM. (Luderet) fortè ad scachos, vel alio ludo leui, qui non est ludus noxius, de isto autem ludo surrexit occisus, & alium in terrã proiecit, cuius cultello mortuus est hic, ergò in nulla culpa fuit, cùm nec ludum noxium faceret, nec se potuit prępa rare, vt socium non læderet subitò ab eo inuasus, & sic non est contra. ℣. c. proxi. vel loquitur de dispẽsatione ibi de rigore.

CAPVT X.

SVSCEPIMVS. (Voluerunt) & licitè (dimisisset) in hoc peccauit, quia duos licet ligatos in vnius potestate dimisit. (Occidit) & malè, debebat enim fugere & sic non occidisset neque occisus fuisset, (Studeat) ex quo enim res habebat debebat abstinere à vinculis.

DECAETERO NOVERIS.

CAPVT XI.

CAPVT XII.

1 *Quando quis dicatur ex homicidio incurrisse irregularitatem, vide multa pulchra vsq; ad nume. 8. & an semper homicida sit irregularis in nume. 9.*

AD AVDIENTIAM. (Quæ cingulo) in hoc maxima fuit. (Minoribus) ex dispensatione (Infirmitate) quam non occurrit occasione vulneris.

1 † Not. quod ad hoc quod aliquis incurrat irregularitatem, & peccatum ex homicidio, sufficit & est necesse, quòd interuenerit vel consilium, vel præceptum, vel factum, vel defensio incidentis. 50. di. si qs viduam. & intelligitur consilium, vel mãdatum dedisse in morte alicuius, suasit illud, vel rogauit, vel mandauit, vel aliàs cõsuluit vtilitatem, quæ sequitur ex homicidio ostẽdendo, sed & q nõ cõsuluit homicidiũ, sed cõsuluit id, vnde seqẽ homicidiũ irregularis est, vt si suasit iactũ machinæ, vel baliste, vel q, vadat ad capiẽdũ castrũ, quod non potest de facili capi sine morte hominum, nam si illi occidant homines in captione castri, irregularis erit. Captioni enim castri & iactui machinæ, nimis affine est occidere hominem, secùs tamen videtur, si mandaret, quòd si proditionaliter caperetur, vel furtim, quia tunc licet illi qui vadunt, vt habeant castrum aliquẽ occidant, propter hæc consiliarius non est irregularis, nisi esset verisimile, quòd hoc fieri non posset sine morte hominis. Alij tamen dicunt & fortè melius, quòd cùm illicitum opus consulat irregularis erit, etiam si casu sequatur inde mors. arg. ℣. eod. continebatur. & not. suprà eodem, presbyterum. idem si mandauit aliquem verberari, qa satis est credibile, quod verberatus se defendet, sed si insisteret, consilio liciti operis, vt quod caperetur malefi cus, vel aliter consimilis, tunc non fit irregularis consiliarius, etiam si capiens maleficum eum occidat, quia hoc non consuluit, ar. ℣. eo. c. fi. tamen semper fit irregularis, si directo in mortem alicuius cõsilium dedit. ℣. ne. cle. vel mo. sententiam.

2 † Item non interest, si ille cui consulitur homicidium, statim faciat homicidium post consilium, vel post etiam longo tempore interpositio, nisi contrarium dissuaderet, & primum consilium reuocaret, imò & plus videtur necesse, quòd etiam illi, de cuius morte tractatum est denunciet, quòd sibi caueat, nisi firmiter, & ꝓbabiliter credat, quod post reuocationem consilij reuocetur ille, cui consultum est homicidium à proposito occidendi.

3 † In eo *a* autem qui mandasset fieri homicidium pro se, videretur sufficere, si tãtum contrarium mandaret, vel si pacem iniret cum occidendo, vel parentelam, vel aliam amicitiam cum eo contraheret sciente eo, cui mandatum erat de occidẽdo. arg. ff. de admit. tut. l. 1. Et est ratio diuersitatis, quia quando mandato alterius

a In eo autem. de hoc plenè per Sali. in l. non ideò minus. col. 7. C. de accu. per Au. Are. in trac. maleficior. in ver. Sempronius mandatorem. col. 9. & sibi quomodo intelligendus sit Inno. hic. & aliquid per Feli. in c. ex parte decani. col. 6. versi. & procedit ista regula. suprà, de rescrip.

& pro alio tantùm fiebat homicidium, videtur quod contrario mandato, vel contraria voluntate oſtenſa, debet ab homicidio ceſſare, ſed vbi non fit homicidium pro alio, ſed pro ſe ille, qui conſuluit, ſemper debet contra ſuadere & etiam plus facere, ſi hoc dicat conſcientia, cautè tamẽ ne prodat. Si autem antequam reuocet cõſiliũ procedat, ſed poſtquam conſulens iam pœnituerat, tunc videtur quod irregularis ſit, quamuis tempore homicidij fuerit in charitate.

4 † Si autem aliquis conſuleret alicui, quod conijceret ſe in mare, vel quod aliàs ſe occideret, credo quòd eſſet irregularis. arg. prædicti. c. ſi quis viduam. ſed ſi cõſuleret alicui, quòd occideret aliquẽ, & ipſe cui conſultum eſt, occidatur ab illo, quem occidere debebat, dicunt quidam, quòd irregularis eſt, quia conſilio illiciti operis dat operam. Vnde quicquid mali cõſilio, culpa, vel caſu Iudæ contingit, ſibi imputandum eſt. arg. ſup. eo. continebatur. & c. ſuſcepimus. Item neglectum & non benè examinatum videtur hoc conſiliũ, debuit enim examinare, quòd non ſolùm poterat occidere aduerſarium, ſed etiam ipſe poterat occidi, & ſic videtur irregularis. 50. di. hi ſæpè. Alij tamen dicunt cõtra. ſ. quod nullo modo conſiliarius prædictus eſt irregularis ex prædicto cõſilio, qa nullum conſilium dedit in mortem eius, imò eum mori nolebat, benè enim videtur, ꝙd ſi fraudulẽter dediſſet. ſ. vt occideretur, ꝙ tunc eſſet irregularis. arg. prædictorum. c. hi ſæpè. infrà eod. ſignificaſti.

5 † Et ſi obijcias, quia fuit malũ conſiliũ, & magnæ negligentiæ, fateor ꝙ fuit malũ conſilium & negligentiæ, ſed non fuit ad mortem eius, nec fuit negligentia in morte eius, quia conſilium ſic debet intelligi, vt benè ſibi caueat, & in loco vbi ipſe, & ſui occidi non poſſunt eum occidendo, nã benè dicunt hi, quòd ſi incitaret aliquẽ ad occidẽdum, alij vbi piculũ eſſet, quod benè eſſet irregularis, etiam ſi ille, cui conſuleret eſſet occiſus. Sed cõtra ſemper apparet, quòd non fuit diligens, nec bonũ conſilium, ex quo qui cõſiliũ recepit ibi mortuus eſt, ſed ipſi reſpondent fines mandati diligenter attendi. ff. mãda. diligẽter. vnde ſi non benè ſibi cauit, non videtur cõſilio eius feciſſe, vnde nec eſt irregularis.

6 † Si autẽ aliqs ſuaderet alij, quod exponeret ſe periculo ꝓ patria ſua, vel ꝓxi. ſuo, vel ꝓ iure ſuo, nõ eſt irregularis, etiã ſi ibi moriat ille, cui cõſulitur. 23. q. 3. ꝓ mẽbris. & c. ſeq. & q. 8. igitur. & c. ſeq. ſed ſi ſciret eum moriturũ, tunc videtur quod ſit irregularis, quia eſt ordinata charitas ꝙ vſque plus diligat corpus ſuũ, ꝙ alterius, ſed ſi ei cõſulat, quod ſe exponat indubitate morti ꝓ honore Chriſti, vel pro fide, vel ꝓ ſtatu eccleſiæ, non fit irregularis, etiam ſi ſequtur mors, cùm Chriſtus mortẽ ſubierit ꝓ nobis, & ſancti Martyres pro eccleſia ſanguinem ſuum fuderunt.

7 † Facto fecit quis homicidium, & ſit irregularis, ſi ſpõte manu propria quenquam occidat, ſed & ſi non ſponte, ſed caſu, cùm daret operã rei illicitæ, vel non adhibuit diligentiam, quã debuit. ſ. e. ſi aliquis. ſicut dignum presbyterum. continebatur. c. fi. ad audientiam. Ioannes. Item ſi cauſam proximã mortis dedit. 50. di. ſtudeat. Item ſi venenum dedit. ſ. eo. ſi quis. Item ſi accuſauerit quenq; criminaliter, vel iudicauit, vel aduocatus fuit vel teſtis. ſ. e. poſtulaſti. 51. di. c. 1. ſ. ne

8 cle. ſententiam. † Si autem aliquis vel ceruum, vel leonem habet, qui aliquẽ occidat, non videtur, quòd ſit irregularis, dũmodò malitiam vel latam culpam nõ habeat in morte alicuius. Non enim videtur, quod leuis culpa vel negligentia deberet huic imputari, cùm multũ remota ſit cauſa ab homicidio. Alij dicunt, quod ſi aliquid eſt, ꝙ poſsit imputari ei, ꝙ tenet ceruum vel leonem, quòd ſemper eſt irregu-

9 laris. arg. 50. di. hi ſæpè. † Item not. ꝙd non omnis homicida eſt irregularis, ſicut apparet in homicida caſu ali. ſ. eo. lator. ex literis. & c. ſeq. & c. ſignificaſti. Item aliqs eſt irregularis, ne promoueatur, ſed nõ eſt irregularis, vt miniſtret in ſuſceptis. Item cum aliquibus de talibus irregularib⁹ diſpenſat ipſe Papa ſolus cum aliquibus etiã epiſcopi, eo. ti. cõtinebatur. ad audientiam. De defenſore autẽ conſtat, quod etiã ſi ineuitabili caſu ſe defendat, tamen irregularis eſt, vt in præalle. c. ſi quis vi. quia voluntate homicidium committit, ſed facilis eſt cum huiuſmodi diſpenſatio. Pro his autem qui in caſib⁹ dubijs dicunt aliqs non eſſe irregulares, facit, cum irregularitas ſit de iure poſitiuo: vt not. ſ. de renũc. niſi. & pœnæ ſunt moliendæ. de pœ. diſt. 1. pœnę. quilibet eſt irregularis, vbi ius ſtatuit eum irregularem.

CAPVT XIII.

DILECTVS FILIVS. (Intulit) ſicut debuit (Stimulauit) ſicut debuit (Freno) quod frangibile non apparebat.

CAPVT XIIII.

EX

EX LITERIS. (Circumſpexit) ac aliàs adhibuit diligentiam omnem, quam debuit. 50. di. qui arborem. hi qui. ff. ad leg. Aquil. ſi procurator.

CAPVT XV.

EX LITERIS TVAE. (Præſertim). id eſt, maximè. Nam omnẽ adhibuit diligentiam, & alibi potuerit de iure communi.

CAPVT XVI.

SIGNIFICASTI. (Stimulauit) ſicut debuit (ſciuiſſet) ſi ſuus erat equ⁹, ſatis erat excuſabilis, ſi prius vitium in equo nõ percepit, ſi non eſſet ſuus, ſimiliter ſatis eſt excuſabilis cùm vitioſus non debeat credi, niſi dicatur. Præterea nõ potuit omnes caſus fortuitos cogitare, nec præuidere. inf. eo. Ioannes.

CAPVT XVII.

PETRVS DIACONVS. (Prohibitionem) imò ſufficeret ſine prohibitione, quod nec conſilio, nec facto, nec mandato eius factum fuiſſet. 50. di. ſi quis viduam. (Occaſionem). No. non eſt in culpa, ſi aliquem præſcire non facit tractatum de morte eius habitum, hoc eſt verum, quia nõ credebat, quod eo prohibente ipſius intuitu homicidium faceret, & in diminutione honoris ſui, ſecùs autem ſi crederet. Alij autem dicunt, quòd nunquam eſſet irregularis etiam ſi ſciret tractatum habitum, & non reuelaret, quia nunquam poteſt dici committere homicidium facto, mandato, conſilio vel defenſione. 50. diſt. ſi quis viduam.

CAPVT XVIII.

1 *An ſola voluntas faciat aliquem irregularẽ. & in num. 4.*
2 *An dicatur irregularis ille, ex cuius negligẽtia ſecutum eſt homicidium.*
3 *Cùm duo uulnerauerunt aliquem quis eorum teneatur de homicidio.*

SIGNIFICASTI. (Et ipſe) percuſſor. † (Voluntatẽ) videtur quòd ſi occidendi voluntatem habuit, & percuſſit, licet non letaliter, ſed ex aliorum ictibus ſit mortuus, quòd irregularis eſt. Idem dicimus & ſi non percuſſiſſet, ſed aliquid operis impendiſſet in mortem eius, puta quia latronem detinuiſſet, vel ſi conuocauit clamaſſet, vel alias huiuſmodi feciſſet, aliàs autem ſi clamaſſet contra eum, nõ in mortem eius, ſed quod caperetur, vel etiam ſi detinuiſſet eũ, vel etiam ſi leuem ictum ei dediſſet, etiam ſi ab alijs occideretur, non eſſet irregularis, & hoc ſatis hîc colligitur. In hoc enim videtur tantùm ius eſſe, quod nec auxilium, nec conſilium det in mortem cuiuſquam apertè, nec etiam in neglectu ſit, quia ſiue ex malitia, ſiue culpa eius homicidiũ per-

2 petretur irregularis eſt. † Et idem dico, ſi negligentia eius committatur homicidium. 50. di. hi qui. & ideò ſi clamet latrones, ſiue capite latrones, ſiue quocunque alio modo potuit intelligere ex clamore ſuo, vel alio ſuo actu poſſe ſequi homicidiũ, irregularis eſt, niſi faceret propter timorem periculi corporis ſui, vt ſi timeret, ꝙ aliquis vellet eum occidere, benè poſſet inuocare, & clamare pro auxilio, quia nõ intendit in aliorum mortem, ſed in ſuã liberationem. Vel dic aliam rationem, qa ſic clamando liberauit animam volẽtis ſe occidere à peccato, quòd vtilius eſt, quàm ſi liberaret à morte corporali, ſed hac ratione videtur, etiam quod ſi fur fugiat cũ rebus furtiuis, quod licet clamare poſt eũ quòd capiatur, quia ſic. ſ. ſi capiatur, liberabit animã eius à morte, quia reddet furtum, quòd eſt ei melius, quàm ſi mortem corporaliter euadat, ſed hac ratione videtur, quod liceret ſibi accuſare furẽ ad reſtitutionẽ furti, nec fieret irregularis etiã ſi homicidiũ ſequeretur. Plus placet pri-

3 ma ratio. † Si certa) eandem diffinitionem ponit lex. ff. ad leg. Aquil. Item mela. §. ſed ſi plures. in hoc autem diuerſitas eſt, quia ſi vnus percuſſit, & ſit incertum, an ex illius vulnere ſit mortuus. Alius autem poſt exanimauit, primus tantùm de vulnerato tenetur, & ſecundus de occiſo. ff. ad. l. Aquil. Item mela. §. Celſus. & l. huic ſcripturę. §. 1. ſecundum canones autem vterque tenetur, quo ad pœnam promotionis. (Modica) ſi autem ſecũda percuſsio non eſſet talis, ex qua mortuus eſſet, ſed ambæ ſimul ſufficiunt ad mortem, tunc ambo. ſ. primus & ſecundus ſunt irregulares. 23. q. 2. c. fi. Intelligendum eſt ergò, quòd dicit hoc. c. quãdo conſtat, quod prima percuſſio nõ eſt mortalis, & ſecunda eſt mortalis. Item quando non fecit animo occidẽdi, nec præſtandi auxilium morti, quia tũc quantumcunque leuiter percuteret, tenetur, quia auxilium morti præbet, vt hîc.

4 † Cùm de cæteris). ſ. quod haberet voluntatem occidendi, quæ & ſi affuiſſet, eũ non redderet ineligibilem, ſi nihil feciſſet in mortem, vel conſulendo, vel auxilian-

do, & quod ipsius studio, consilio, vel mãdato non sit factum. (Accusatur) idem esset si accusaretur, quia negantis factum, etc. 5. q. 6. actor. nisi in hoc, quod sibi indiceretur purgatio, si respergeret infamia (Excusari) etiam si defendendo occidisset, tamen esset irregularis, nisi dispensaretur cum eo.

CAPVT XIX.

1 *Quo casu medicus incurrat irregularitatem. & in num. 2. & 3.*
4 *An infirmus peccet, si non obediat medico.*
5 *Peccant seruientes infirmo, si quid nociuum præbeant infirmo.*
6 *Non licet clerico ferre testimonium in causa criminali.*

IVA NOS. (Aperuit). Hoc interdictum est clericis. ꝛ. ne cle. vel mo. sententiã. (Deliquerit alienũ) hoc est causa irregularitatis, quia operi illicito instabat. ꝛ. ne cle. vel mo. sententiam. & ideò est necessaria dispensatio: vel dic quod nullo modo est irregularis. Dispensatio tamen ideò est necessaria, quia publicè deliquit exercendo tale officium: vt no. sup. de temp. or. ad aures. (Pietatis) hæc faciunt ad dispensationem.

1 † Peritus) ex hac decre. satis apparet, quòd si medicus, chirurgicus, & etiam alius imperitus est, arte sua, vel etiam negligens, & ex sua imperitia, vel negligentia mors obuenerit infirmo, vel membri mutilatio, quod est irregularis. argumentum. sup. de æta. & quali. ad aures. Si ergò procedat medicus in chirurgijs faciendis, & in alijs medicinis conferendis, vt illas faciat, quas sciat secundum artem proficere debere, ita quod omnia diligenter inspiciat, quia si sciat medicinam nocituram, & eam conferat peccat, & eodem modo peccat, si dubitat eam nocituram, vel profuturam, & eodem modo peccat, si vehementer credat eam profuturam, sed & aliquid dubitationis habet, vel habere debet, ne noceat, quia semper in tutiorem partem intelligendum est. suprà, de spon. iuuenis. infrà eodem, petitio. Item securius est hominem relinquere in manus creatoris sui, quàm medicinæ de qua dubitat, quocunque modo. Item videtur, quòd medicus ita peccat omittendo medicinas debitas, sicut faciendo indebitas. Item si medicus dicat se peritum ad medicandum aliquam infirmitatem, cùm non sit, & faciat, vel omittat quicquam, & ob hoc aliquod periculum incurrat infirmo, peccat, & fit irregularis in casibus suis. argumentum. ff. quod quisque iur. hoc edicto. ff. de acti. emp. Iulianus. §. quicquid tamen.

2 † Sed quid si medicus benè nouit medicinam, quam dedit bonam esse, & in veritate bona erat, sed contingit quod species positæ in medicina fuerunt malæ, vel propter nimiam vetustatem, vel quia falsam similitudinem gerebant verarum specierum, vel propter aliam quamcunque causam malè fuerint. Respon. quòd si medicus diligentiam quam debuit adhibuit in speciebus eligendis, quod quicquid inde contigerit inculpabilis est medicus, quia probabilis ignorantia, imò solicita diligentia eum excusat.

3 † Et idem dicendum videtur, si certum est, quòd secundum artem vtile est aliquem incidi, & facilè est aliquem incidi, & securè faciat eum incidi, dummodò peritum & discretum inueniat incisorẽ, imò plus videtur, quòd & si incisor erraret in incidendo, non experientia vel dissuetudine, sed fortè quia infirmus non habet consuetam dispositionem membrorum, vel venarum, vel quia subitus, vel insolitus timor, vel tremor irruit super eum, quia in hoc casu non peccaret, nec fieret irregularis. Hoc tamen attendat medicus, & incisor, quod potius dimittant infirmum sine incisione, quàm faciant eum incidi, nisi talis sit incisor, de quo non dubitetur communiter, quòd benè scit incidere, & ipse incisor potius dimittat, quàm incidat, si in aliquo dubitat.

4 † De infirmo autem videtur, quòd nõ peccat, si non obediat medico, quia nec prælatus est eius, nec aliter tenetur sibi obedire, tamen bonum est, quòd ei tanquam perito in arte credat, & videtur q̃d infirmus si sumat potum infirmum ex certa scientia, vel ex affectata & probabili ignorantia, vel quicquid aliud, quòd peccat, quia facit contra charitatem, quia debet corpus suum diligere, vt in eo seruiat Deo. Item non debet ire post concupiscentias suas, nec debet in carnis desiderijs ambulare. Item non debet manus sibi inijcere. Item si medicus peccaret ista dando contra artem, multò fortius ipse accipiendo. Item si peccaret sciẽter accipiendo venenum, quare nõ eodẽ modo peccat accipiendo medicinã, si eum occidat

dat sicut venenum. Posset tamen dici, q̃ si non crederet mortiferum potum, vel qcquid aliud, sed benè crederet infirmitatem magis roborari ex illo potu, quòd hic non peccaret mortaliter, vel ad minus nõ ita grauiter sicut superior, potest enim hîc fieri cõparatio grauioris afflictiõis, qualis est afflictio sitis ad minus graue, qualis est afflictio febris.

5 † De seruientibus autem & ministris dicendum videtur, quòd peccant, si dent aliquid nociuum infirmo, ex certa scientia, vel ex improbabili ignorantia. In sanitate autem dicimus, quòd non tenetur aliquis viuere medicinaliter, quia omnia sunt sana sanis, sed & tunc si scienter acciperet sine causa aliquid nociuum, vnde mors ei eueniret, vel infirmitas, quæ subtraheret eum à seruitio Dei, dicimus q̃ peccaret (Misericorditer). id est, dispensatiuè, alioquin si non adhibuit omnem diligentiã, vel si non erat peritus, & si causa cupiditatis fecisset hoc, vel nisi agatur misericorditer.

6 † Qui cultrum) not. licere clerico tradere interfignia latronis, sed testimonium ferre non licet. 11. quæstio. 1. testimonium. & etiam si ageretur ciuiliter, posset agere, & testificari ad pœnam pecuniariam, & ad perpetuum carcerẽ. 23. q. 5. c. 1. sup. de iud. ita. Et licet iudex ad ciuilem denunciationem vel accusationẽ puniret grauius accusatum, non fieret irregularis accusator. ꝛ. eo. postulasti. ar. 23. q. 5. vnum solùm. in fi. & c. non vos. & q. 3. maximi. & ff. de bon. lib. qui cùm maior. §. 1. ff. de euic. si per imprudentiam. hîc autẽ non reddidit testimonium, tamen si esset coram iudice, præsentandus esset. in Authen. de testa. §. quoniam. nam non testimonijs, sed testibus est credendum. sup. de cohab. cle. & mul. tua. arg. contra: quia non debuit respondere. 22. q. 2. ne quis.

CAPVT XX.

SICVT EX LITERARVM. (Vitificatus) sic intelligitur. 2. q. 5. consuluisti. ſ. q̃d formatum erat puerperium 32. q̃. 2. Moyses. q̃ verò similiter etiam distinguit lex. ff. de pœnis. si qs. §. qui abortionis. licet autem talis non teneatur Canonica lege vel Mosaica, tamẽ tenetur. l. Cor. de sic. ff. ad. l. Cor. de sicar. si mulierem. & l. Aquil. ff. ad. l. Aquil. si seruus. §. si mulieri. Eisdem legibus tenentur qui venena sterilitatis procurant. ꝛ. eo. si aliquis. (Ministrare) post sententiam sine dispensatione: vt no. ꝛ. de tempo. or. ex tenore.

CAPVT XXI.

POSTVLASTI. (Deponere) Satis dici potest quod clericus nec criminaliter, nec ciuiliter agere potest, si vel de iure, vel de consuetudine in tali modo agendi iudex consueuit pœnam sanguinis irrogare. Et decre. ista loquitur, quando iudex consueuit. legitimè procedere, sed ex post facto requisita potestate, vt decimas solui faciat propter contumaciam suam, iudex ex officio suo procedit ad pœnas corporales, quòd clerico petenti nullatenus est imputandum, repete quæ diximus. sup. eo. tua.

CAPVT XXII.

EXHIBITA. (Corruens). Huic autem ruinæ vel offensioni lapis iactus causam non præstitit, quod si fecisset, puta quia dum eius percussionẽ fugeret in alium lapidem corruisset, irregularis esset (non repellas) dispensatiuè agens cum eo, cùm noxius ludus fuerit lapides proijcere post alium, vel sine dispẽsatione, cùm ex proiecto lapide non fuit ictus.

CAPVT XXIII.

IOANNES SACERDOS. Suprà eodem. ex literis.

CAPVT XXIIII.

1 *Quando percutiens in bello iusto dicatur irregularis.*

a No. quod nõ dicit. hoc dicta. Innoc. & omnia sequitur Arch. in. c. fin. 36. di. & Spe. in tit. de leg. intra. dispẽsationũ. §. iuxta. uer. de restitutio. spo. olim. sup. ne cle. vel mo. si. sed nunqd clerici. & uers. quid si clericus. & refert etiam & sequitur Car. in consi. 19. incip. ad casum præmissum. in princip.

PETITIO TVA. (Interfectione). Per re facta † No. a, quòd non dicit percussione, licet de percussione quæ-1 rierit, quia licet aliquos percusserit in iusto bello, si nõ fuit inde mortuus, non fit irregularis, de hoc no. suprà, de restitutio. spo. olim. sup. ne cle. vel mo. sententiam. sed in iusto bello quandocunque auxilium, vel consilium dedit in mortem alterius, vel si culpabilis, vel negligens fuit, & ex hoc secuta est mors, irregularis est. 50. distin. quantum sæpè. & c. si duo. ex hoc videtur, quòd siue eunt es ad bellum iniustum fauorem præstẽt suis, puta quia securius lædunt inimicos,

siue terrorem incutiant aduersarijs, quòd s. fugiant vel non audeant se defendere, vel quod amici sui terrefacti eos deserant, si ex his mors secuta est, irregulares sunt. Si autē adiniustum bellum quis iret causa pacificandi, vel aliàs ex iusta causa, non creditur huic imputandum, si ex eius præsentia aliquod robur accrescat suis, vel timor aduersarijs, dummodò dolus omninò absit, & etiam lata negligentia, & hoc benè probatur, arg. à contrario sensu. 50 di. quantum. suprà, eo. presbyterum.

CAPVT XXV.

QVIDAM VT ASSERIS.

TITVLVS XIII.

DE TORNEAMENTIS.

CAPVT I.

FOELICIS MEMORIAE. (Ostētationem) secundum legem ad virium ostentationem aliquid facere licet. ff. ad leg. Aquil. hac autem. §. si quis.

CAPVT II.

AD AVDIENTIAM NOSTRAM.

TITVLVS XIIII.

DE CLERICIS PVGNANTIBVS IN duello.

CAPVT I.

Irregularitas contrahitur non solùm per homicidium, sed etiam propter diminutionē membrorum.

PORRO SI CLERICVS. (Sponte) idem si coactè, cùm potius debet omnia mala tolerare, quàm malo consentire. 32. qō. 5. ita ne. 22. qō. 2. ita faciat. 2. q. 5. mona. Alij contra. ff. de iusti. & iure. nonverò. (Membrorum) † No. irregularitatem contrahi non solùm propter homicidiū, sed etiā ꝓpter diminutionem membrorū. ar. x. ne cle. vel mo. sententiā. 55. dist. si euangelica. x. de rapto. in archidi.

CAPVT II.

HENRICVS. (In sacris) maximè, quia idem est in non sacris (Canonum). 50. dist. si quis viduam. (Defensione) euitabili, nos dicimus quod idem est, & si aliter se defendere non possit, nisi occidat, arg. contra, x. de homi. significasti.

TITVLVS XV.

DE SAGITTARIIS.

CAPVT I.

ARTEM ILLAM MORTIFERAM.

TITVLVS XVI.

DE ADVLTERIIS ET STVPRO.

CAPVT I.

1 *Ad accusationem adulterii quis admittatur, & quādo possit dimitti coniunx, uel non. in nu. 2.*

SI SEDVXERIT. † Ad accusationem adulterij quæ fit ad separationem tori, nullus admittitur, nisi maritus & vxor, quia nulli' interest, nisi eorum, & quia adulteram maritus tenere potest si vult, et meretur tenere adulteram, si pœniter: vt 32. q. 1. si quis vxorem, non erit. & pluribus. c. eiusdem. q. si verò nō ad separationem tori, sed ad aliam pœnam legalem eum accusauerit, tam secūdum leges, quàm secundum canones quilibet bonæ famæ admittitur, sicut in alijs publicis accusationibus. de quo no. suprà, de ac. cùm P. manco. Nec credimus, quod propter vitium Sodomiticum dimitti possit à toro, nec propter aliud crimen, nisi vellet vxorem ad illud trahere. 28. q. 1. idolatria. & sic intelligitur. 32. qō. 7, omnes accusationes.

2 † Sed & no. quod licet propter crimen possit dimitti coniunx, non tamen dimittetur, si vult se corrigere. x. de diuor. de illa. nisi sit crimen adulterij, in illa etiam quantumcunq; agat pœnitētiā, non tamē tollitur ius accusationis ei', vel exceptionis. ar. di. primum. 33. q. 2. admonere. 6. q. 1. q crimen (Dotabit). id est, donabit mulieri aliqua quæ postea in dotē recipiet, quod licet ante matrimonium. ff. de do. inter vi. & vxo. si quis vxori. C. de dote cau. nō nu. l. 2. (Habebit) hic est specialis casus, vbi qs cogitur ad matrimonium contrahēdum. Contra. 30. q. 2. §. 1. & c. 1. & 2. & est ꝓpter delictum viri. si. x. de eo qui dux. in ma. c. 1. ỹ. c. proxi. (Modum) inspecta. s. dignitate & facultate puellæ. C. de epis. audi. l. pen. C. de rei vxo. actio. Authen. sed quamuis. C. de dona. ante nup. cùm multæ.

CAPVT II.

PERVENIT. (De lege) insti. de pub. iud. §. 2. (Castigatus) verberibus (Excōmunicat') q̄ ad sacramētorū cōmunionem (Detrudatur) vel dotē det, x. c. proxi.

CAPVT

CAPVT III.

SI VIR. (Reus erit) quia præsumitur consentire, vel erit reus, nisi denunciet crimen eius ad pœnitentiam. 2. q. 1. si peccauerit. suprà, de iureiu. quemadmodum. (Debet) 32. q. 1. c. 1. 2. & 3. contra, sed illa loquuntur de incorrigibili (Sæpè). x. de hæret. ad abolendam. §. illos. & c. excommunicamus.

CAPVT IIII.

MARITIS. (Suspicione.) violenta. 32. q. 1. c. 1. (Accusare) 32. q. 1. publico.

CAPVT V.

SIGNIFICASTI. (Purgationem.) Not. ad solum dictum mulieris malè indici purgationem, sed hoc est propter infamiam, quæ orta erat.

CAPVT VI.

1 *In quibus casibus non possit uir obijcere adulterium uxori.*
2 *In turpi causa potior est causa possidentis.*
3 *An peccet qui sine titulo ordinatur.*
4 *Non est admittenda petitio, quæ errorem aliquem continet, uel est contra ius.*
Auxilium legis frustra expectatur, quando in eandem legem commisit.
5 *Matrimonij accusatio quando per excep. tollatur. uel non.*

INTELLEXIMVS. (Audiens) sed nec notorium erat, nec sententia lata. (Adstrinxit) quia contumaces erant, non propter adulterium de quo non constabat (Abiurans) quia suspecta erat (Et quòd ab ipso) hæc exceptio non erat sufficiens. (Per euidentiam) No. solam fornicationem notoriam obstare petenti restitutionem. suprà, de diuor. significasti.

1 † Paria) no. virum non posse obijcere adulterium vxori, si & ipse fornicatus est. 32. q. 6. per totum. Item si eam adulteram tradiderit. x. de eo qui cog. consan. vxo. suæ. discretionem. Item si violenter fuit oppressa. ff. de adul. vim passa. Item si ignoranter est cognita. 34. quæst. 2. in lectum. Item si credens maritum mortuum de licentia episcopi, nupsit alteri. 33. q. 2. cùm per bellicam. Item si post adulterium eam reconciliauit. suprà, de iureiur. quemadmodum. (Paria) ff. de doli. exce. apud. §. Marcellus. contra Sol. quidam illud intelligunt, vbi super eodem est actum & excep. hîc autem de diuersis adulterijs agitur. Alij dicun. illud ius commune, scilicet, quòd communis malitia magis noceat actori, quàm reo, hoc autem speciale in fauorem matrimonij. Vel dic. §. illum Marcellus. concordare ei, q̄ hîc dicitur, nā ibi dicitur, quòd si qs agit contra aliquē actione de dolo, vel quę propter dolum detur, vt si agat interdicto de eo per quem fa. erit, si excipiatur contra eum de dolo circa id, de quo loquitur commissio, siue circa rem, siue circa contractum, siue iudicium, audiendus est excipiens. & agens non est audiendus replicans, & hoc sonat litera illius. §. vbi dicitur, quòd communis malitia non debet prodesse petitori, & nocere ei, cum quo agitur, & est ad hæc. ff. de eo per quem. fa. etit. l. vlti.

2 † Item huic nostro dicto concordat, quod in turpi causa potior est causa possidentis. ff. de condi. ob tur. cau. l. pen. & l. vbi. huic etiam concordat, quod dicitur dolus dolo compensatur. ff. de cōtrahen. empt. domum. ff. de do. si duo. ỹ. de pen. constitutus. ff. de compensa. si ambo. Huic concordat, quod dicitur paria crimina mutua compensatione tolluntur, quamuis non sit cōmissa causa alterum decipiendi: ff. solu. ma. viro. ff. de reg. iu. cū par.

a *Item huic. Add. Bart. in l. cùm mulier. ff. solu. mat. & Pet. de Anch. in consili. 157. in ci. summæ prudentiæ. col. 3. in prin. & in consil. 24. incip. in quæstione quæ uertitur. colu. 1. circa finem.*

Fallit hoc in ordinato sine titulo, qui petit beneficium ab ordinatore, & si ordinator excipiat, tu deliquisti ordinem recipiendo, & ordinatus replicabit, & tu similiter deliquisti, & per hanc replicationem exceptionem repellet, & tamen prima petitio incipit à dolo, vel delicto. Petet enim sic cùm me ordinauerit sine titulo, peto quòd mihi prouideat, & est hoc vt vitetur communis iniuria, quæ esset, si clericus mendicaret. 93. di. diaconi. Vel dic, quòd agens de peccato, non faciet mentionem, ad prouidendum enim ordinatis tenetur ordinator, si etiam ordinasset cum titulo, si postea depauperaretur sine culpa causa. 7. q. 1. pasto. remoto. nam licet facilius contra ordinatores sine titulo detur hæc petitio, tamen non est hæc causa, quare detur, quia sine titulo ordinauit, & sic deliquit, sed hæc est ratio, quia ordinator ordinato prouidere tenetur. x. de præben. c. cùm secundum.

3 † Vel dic, quòd ordinatus sine titulo modo peccat, sed potius meretur, & pœna quæ ei imponitur in iniuriam ordinantis tantùm est. 70. dist. c. 1. & idem quod diximus, quòd agens de dolo potest replicare de dolo cōtra excipientem, de dolo intelligimus, quādo excipiēs incipit de dolo ꝓponere.

ponere. VERBI GRATIA: Minor petit restitui in integrum, hîc enim nihil de dolo proponitur, & reus excipit, tu dolosè probasti te maiorem, & ideò quamuis sis minor, cùm dolosè hoc feceris, obstabit tibi exceptio contra hunc excipientem datur minori replicatio hæc, circumuentus à te, hoc probaui. C. si min. se. ma. l. pe. ff. de mino. minor. 25. in Authen. de non alie. §. quia verò Leonis. 12. q. 2. vultera. & hoc præsens cap. vbi agitur, vel excipitur de criminibus, non circa eandem rem cõmisis, secùs est in illis enim nõ obest agenti de crimine, puta furti vel iniuriæ, vel de homicidio exceptio, quòd nõ sit audiend' actor, vel etiam quòd reus sit absoluendus, si excipiat, & tu similiter es fur, vel iniuriatus es alij, vel alium occidisti, nisi in casibus, in quibus periura datur exceptio, secùs secundum canones in ciuilibus accusato de crimine, datur exceptio contra accusantem de quolibet crimine. 3. q. 4. consanguineorum nulli. & etiam secundum leges admittitur exceptio quorundam criminum. 2. q. 1. prohibentur. nec dabitur contra eum mihi replicatio. ẽ. de exce. dilecti. nam cùm hæ exceptiones non sint specialiter inductæ in odium alicuius, sed generaliter contra omnes competant, & de iuris rigore ex certis causis sint introductæ non euitabit ea actor prætextu consimilis criminis. & ad hoc. 2. q. 1. prohibentur vbi habemus, quòd contra accusatorem competit exceptio, quod pecuniam ab accusato accepit, vel quod est infamis, non enim contra excipientem posset replicari, tu simili crimine, vel infamia laboras, etiam in hac decr. adulteria vtrorumque circa idem matrimonium commissa sunt in eius præiudicium. † Not. tamen, quòd sunt quædam, quæ non sunt crimina, si fiant, vel si petantur, tamen propter hoc, quòd aliàs consimile crimen petitionis suæ commisit, vel contra legem fecit ex qua petit, à petitione remouetur, vt in eo, quòd repetit vsuras, legitima exceptio est contra eum, quòd repellatur à petitione vsurarum, cùm ipse sit vsurarius. ẽ. de vsu. quia frustra.

4 † Sed obijcies ergò si quis petit vsuras, & excipiatur, quia tu non potes petere, quia es vsurarius, & ipse vsurarius potest replicare, frustra legis auxil. etc. Respon. non est verum, quia sua petitio à principio lacerari debet, cùm sit contra ius, & errorem continet: vt no. ẽ. de offi. vi. ad idem. ff. si quis omis. causa te. quidam ti. C. de inoff. test. in arena. Sed certè alij dicunt, & fortè non malè, quòd sic intelligitur hæc regula, sicut supradictæ, scilicet, quòd tunc frustra inuocat auxilium legis, quando circa idem in legem commisit, & sic loquitur. ff. si quis omis. nam te. quidam ti. si verò non circa idem, secùs, stultè enim diceretur non habere exceptionem Macedoniani, quia in eadem. l. commisit fil. fami. mutuando, & sic est inuenire exemplum in infinitum. Quòd autem decre. loquantur in vsuris, speciale est in odium vsurarum, esset enim de iure, quòd & ipse posset repetere vsuras à Io. non obstante exceptione, quòd à P. accepisset vsuras, q autem dicitur de arenario, quod non potest exhæredare filium arenarium. in. l. in arena. non ob. aliud enim est de priuata persona, quæ officium quod approbauit damnare non potest, primò enim debet trabem etc. 3. q. 7. §. tria. in fi. &. c. se. & maximè cùm causam illam oporteat eum exprimere. in Authen. vt cũ de app. cog. aliud in iudice qui non, nisi secundum iustitiam iudicare debet, & excep. admittere, quæ à iure admittuntur, secùs autem, quando duo secundum. l. faciunt, puta quia ambo sunt absentes causa reipub. quia vterq; iuuatur restitutione in integrum contra alterum. ff. ex qui. cau. ma. l. vl. † Item eodem modo diximus, quòd remouetur ab exceptione si commisit in legem per quam datur ei exceptio. ẽ. de excep. cùm ecclesiasticæ. & sic loquitur. C. de inoff. testa. in arena. quamuis illa decr. posit aliter legi: vt ibi no. † Idem autem quod diximus de dolo, quòd compensatur cum dolo, idem dicimus in culpa. ff. de compen. si ambo. Si autem ex vtraq; parte sit culpa lata, & ex alia leuis, lata culpa quæ dolo comparatur, præponderat leui. ff. si men. fal. mo. di. l. 1. §. lata. & multò fortius dolus culpæ præponderat. ff. ad le. Aquil. licet si obstet. §. vl. & l. si procurator. imò si vn' fuit in leui culpa, alius in leuissima, potior est, qui minus deliquit. ff. de ver. obl. si seruum. §. seqtur. (Paria) ff. solu. mat. viro. ẽ. de iureiu. tuo. ff. de compẽ. si ambo. ẽ. de excep. cùm ecclesia. ff. de do. si duo. ẽ. de appell. an sit.

5 † Delicta) licet in modum exceptionis tollatur accusatio matrimonij, quæ fit ad separationem tori, vt hîc, si tamen in modo accusationis directè proponatur, non tollitur. 4. q. 9. c. 1. & 2. & diximus quòd hæc exceptio adulterij, quæ proponitur contra accusantem de adulterio ad separationẽ tori, est peremptoria, quæ proponitur

itur ante lit. contest. & pòst, quòd benè ex hac decr. colligitur. arg. etiam in seq. c. Dicunt etiam quidam, quòd declinatoria iudicij, vt licitum sit accusato de adulterio excipere contra accusatorem, quòd non sit audiendus, cùm & ipse sit adulter. arg. 32. q. 6. c. 1. & vlt. Si autem non ad separationem tori, sed ad pœnitentiam infligendã agatur, tunc agenti de adulterio, non obstat exceptio adulterij, sicut nec lenocinij, quia peccatum vnius, alterum à pœnitentia releuare non debet. ff. de adul. l. 1. §. expul. & tunc etiam nullæ exceptiones proponuntur contra accusantem post lit. cõtest. ff. de adult. l. si maritus. §. præscriptiones. † Item dicimus, quòd si quis committit adulterium, licet postea egerit pœnitẽtiam, tamen repelletur ab accusatione adulterij. ẽ. de diuor. gaudemus. in fi. sed denunciare poterat adulterium vxoris nõ ad separationem tori, sed ad pœnitentiam agendam. Item dicimus, quòd quantumcunq; reddat debitum vxori, huic exceptioni renunciare non videtur, cùm reddere debeat antequam sententialiter absoluatur, nisi post sententiam absolutionis latam reddat debitum, quia tunc verè renunciare videtur, idem & si non reddat, sed exigat debitum. Alij contrà dicunt.

CAPVT VII.

TVA FRATERNITAS. &c.

TITVLVS XVII.

DE RAPTORIBVS, INCENDIARIIS, ET VIOLATORIB. ECCLESIARVM.

CAPVT I.

DE ILLIS AVTEM. (Illuc) quia hic profugus erat, ideò cogitur ire ad locum, vbi deliquit, ac si latitaret: vt no. sup. de foro compe. dilec. fil.

CAPVT II.

SVPER EO VERO. (Manifestè) Secùs si non manifeste. ẽ. e. in literis. (Obstinata) puta quia opportunitatem habuit restituendi (Prodesse) quantum ad pœnam purgatorij. A pœna autem æterna liberat, aut parum prodesse præsumitur. (Prodesse) imponetur enim ei pœnitentia, id est, remissio peccatorum sed non dabitur solennis reconciliatio in opprobrium hæredum.

CAPVT III.

EXCOMMVNICATIONI. (Nouerint) credimus canonem sententiæ ferendæ.

CAPVT IIII.

1 *Princeps committere potest prælatis criminales causas, vbi pœna sanguinis non sequitur.*

2 *Corporalem uindictam potest infligere ecclesia.*

1 IN ARCHIEPISCOPATV. (Commiserit.) † Not. principem committere causas criminales prælatis ecclesiarum, vbi pœna sanguinis non sequitur. 23. q. 8. sæpè. Quidam tamen intelligunt, quòd hanc iurisdictionem donauit prælatis, vt suo nomine agerent, si enim eos vellet constituere officiales suos non debet. ẽ. ne cler. sed nec pro. & c. clerici. & benè concesimus quòd omnia possunt demandari præter vltimum supplicium, in Authen. de colla. §. prohibemus.

2 (In vindictam) † Not. quòd vindictam corporalem potest infligere ecclesia. ẽ. de adul. c. 2.

CAPVT V.

1 *Haret an & quando possit conueniri ex delicto defuncti.*

1 IN LITERIS TVIS. (Sepeliri.) sup. eod. super eo. contra, sed ibi loquitur de manifesto, hîc de occulto, vel hîc hæredes volebant satisfacere, ibi non, vel ibi loquitur, quando post rapinam, aliquando potuit satisfacere, & in morte non potest, hîc autem in morte satisfacere poterat. † Et hæredes) hoc intelligo quando lis erat contestata, vel de eo, quod ad eos peruenit, aliàs enim hæredes non conueniuntur ex delicto defuncto-rum, vel loquitur, quando testator mandauit satisfieri de rapina à se facta, & hoc videtur sonare finis decre. vt sic à pec. va. l. quantumcunq; enim hæres soluerit, non liberaretur raptor, nisi mandasset de restituendo. Vel dic, quòd hîc hæredes conueniuntur actio. l. Aquil. vel aliter quæ datur in hæredem, quod falsum est. ff. ad legem Aquil. inde hæc. Vel dic, quòd secundum canones benè datur actio in hæredem, ex maleficio defuncti. 16. q. 6. si episcopum. nec attenditur si sit lis contestata cum defuncto, an non, vel peruenerit, an non, dummodò defunctus tenetur, & vires patrimonij defuncti sufficiant.

CAPVT

CAPVT VI.

1 *Raptus etiam in propriam sponsam fit, & raptor cum rapta potest contrahere.*
2 *Confessio ad dissolutionem matrimonii non nocet, secùs si ad dissolutionem mutuæ seruituris.*

1 IVM CAVSA QVAE INTER E. † Raptor) secundum legem etiam in sponsa propria admittitur raptus. C. de rap. vir. l. 1. sed canon legi præiudicat, vt hîc. 36. q. 2. §. 1. & c. lex illa. Illud autem non est dubium, quin raptor cum rapta possit contrahere. 36. q. 2. tria. Vel pro id est) Vel dic, aliud est in matrimonio contracto cum homine vbi sola confessio non sufficit etiam vtriusq3, aliud est in matrimonio contracto cum Deo, nulli enim fit præiudicium, nisi sibijpsi, de quo non est credendum, quòd sit immemor suæ salutis. q. 4. sancimus. in rebus tamen secùs dicerem. † Item not. quòd confessio non nocet ad dissolutionem matri-
2 monij. 35. q. 6. si duo. 33. q. 1. requisisti. Si autem agitur ad dissolutionem mutuæ seruituris, sufficit confessio: vt no. ꝛ. de frigi. & malefi. c. 1.

CAPVT VII.

ACCEDENS AD APOSTO. sed.

TITVLVS XVIII.

DE FVRTIS.

CAPVT I.

QVI FVRATVR (Hominem) liberum, secùs si seruum. ff. ad leg. flaui. de plagia. l. vlt.

CAPVT II.

FVRES. (Diacono) No. in necessitate quem posse confiteri diacono. de consecra. distin. 4. sancimus. de pœniten. distin. 1. quẽ pœnitet. & dist. 6. c. 1. (Orandum) pro omnibus viuis est orandum, sed pro mortuis quos constat in mortali peccato mortuos non est orandum, vt hîc.

CAPVT III.

SI QVIS PROPTER. (Necessitatem) modicam. Si enim esset magna, ex qua timeretur periculum, nullatenus peccaret. de conse. dist. 5. discipulos.

CAPVT IIII.

1 *Res furtiuæ cui restitui debeant.*

QVI FVRATVR (Hominem) liberum, secùs si seruum. ff. ad leg. flaui. de plagia. l. vlt.

CAPVT II.

FVRES. (Diacono) No. in necessitate quem posse confiteri diacono. de consecra. distin. 4. sancimus. de pœniten. distin. 1. quẽ pœnitet. & dist. 6. c. 1. (Orandum) pro omnibus viuis est orandum, sed pro mortuis quos constat in mortali peccato mortuos non est orandum, vt hîc.

CAPVT III.

SI QVIS PROPTER. (Necessitatem) modicam. Si enim esset magna, ex qua timeretur periculum, nullatenus peccaret. de conse. dist. 5. discipulos.

CAPVT IIII.

1 *Res furtiuæ cui restitui debeant.*

QVI CVM FVRE. (Partitur) quia ei in maleficio participat, siue accipiendo, siue occultando, vnde actione furti tenetur. insti. de obla. quæ ex delic. nas. §. ope. † Ille qui furtum fecit, & rem furtiuam alienauit, si habet vnde satisfaciat læso, de eo satisfaciat, si non habet, vnde satisfaciat, & potest habere rem furtiuam, furtiuè recuperando eam ab eo, in quem alienauit, vel dolo bono, puta si sic mandato, vel violentia, tunc restituat eam illi, à quo furatus est.

Et hoc dicunt quidam esse verum, si ille in quem res alienata est sciebat eam esse furtiuam, quia sic vtiliter gessit negotium suum, cùm eam sine periculo animæ tenere non posset. arg. ff. de nego. gest. si pu. §. si ti. Ad idem est arg. ff. depos. bona fides. ff. de rei vendi. officium. & hoc debet facere, etiam si prohiberet, quòd non restitueret, quia multa bona etc. 45. dist. de iudæ. 23. q. 3. ipsa. Et hoc dicunt quidam ita esse verum, nisi probabiliter timeret graue periculum inde prouenturum. VERBI GRATIA: Quia timet quòd ille, à quo sic res accidit eum occideret, vel aliud consimile timeret in sua persona vel aliorum, nam in hoc casu dicunt, quòd debet eam restituere ei, in quem eam alienauit, & non ei, cui eam furatus est. arg. C. depo. Authen. sed ideò. & dicunt quòd nõ peccat restituendo ei possessionem, quam habebat, quia nihil iuris modò tribuit ei, sed possessionem quam primò habebat, & quam furto, vel fraude sibi abstulit, sibi restituit, vnde licet peccauerit, quando primò dedit, modò tamen non peccat, quia nihil dat. Alij tamen dicunt, quòd ex quo eam habet, omninò eam reddat vero domino, quia propter nullum scandalum debet facere peccatum, quòd esset si eam non domino restitueret, sed si non haberet eam, benè dicunt, quòd melius est, vbi timet hæc pericula prouentura, quòd nec furaretur eam ab eo, in quem alienauerit, nec fraude accipiat, imò si inueniret eam in via, dimittat eam, quia in veritate sua non est. arg. C. vnde vi. conquerebatur. Alij dicunt quod melius est in hoc casu, scilicet, quando eam habet, quòd nec vni, nec alij restituat, sed occupanti dimittat, quia nihil ad eum de ea, & suum peccatum defleat, hîc tamen videtur quod tunc debet habere locum, quando nõ tenebatur ad restitutionem, puta quia ad manus eius deuenisset sine datione alicuius,

alicuius, & sine oblatione, nam si ei data esset, vel alij abstulisset, tunc teneretur ad restituendum ei, qui eam dedit, vel ei à quo abstulit, vbi autem non timeretur inde graue periculum prouenturum, tunc satis dicerem, quòd vero domino eam restituat. Si autem ille in quem alienata est res, non sciebat ea esse furtiuam, tunc nullo modo debet ei auferre possessionem, nisi ex voluntate sua, & si ad eum quocunq; modo perueniat possessio nomine eius, in quem alienauit eam ipsi restituet. arg. C. depo. Authen. sed iam. & quia nisi cum scandalo. ꝛ. de no. oper. nun. c. 2. & idem in similibus iudicandum est, & hoc dicimus in consilio animæ, nam in iudicio in pluribus secùs fieret propter ignorantiam facti. † Indicat.) Nota aliquem teneri indicare furem. ff. de his qui la. oc. l. 1. & 2. ff. de fur. ciuile. ff. de iur. fis. ex quibusdam. §. Diuus. C. ad. l. Cor. de fal. minore. C. de his qui ad ec. confu. præsenti. ff. de præscri. ver. non solent. ar. contra. ff. de con. ob tur. cau. l. 4. §. vlt.

CAPVT V.

EX LITERIS. (Infamia) infamia facti grauat opinionem. ff. de obse. li. l. 1. & à promotione repellit. 34. distin. laici.

TITVLVS XIX.

DE VSVRIS.

Vsura est prohibita omni iure. Et quæ sit ratio?

† Vsura prohibita est in veteri & nouo Testamento, vt ibi. Mutuum dantes, nihil inde sperantes. 14. q. 4. c. 1. & seq. & ideò prohibetur ita generaliter vsura, quia si liceret eam accipere, omnia mala inde sequerentur, & maximè, quia non intenderent homines culturæ possessionum, nisi quando aliud non posset, & ita tanta esset caristia, quod omnes pauperes famæ perirent, quia & si possent habere terras ad colendum, non tamen possent habere animalia, & instrumenta ad colendum necessaria, cùm ipsi pauperes per se non haberent, & diuites tùm propter lucrum, tùm propter securitatem pecuniæ potius in vsuras, quàm in minora & minus tuta lucra ponerent pecuniam, & si aliqui ibi sua expenderent ita cara essent victualia, quòd pauperes non haberent, vnde emere possent, & hoc esset maximũ & summum periculum fidelibus, vnde Dauid magis elegit pestem, quæ communis esset omnibus communiter pauperibus & diuitibus, quàm elegerit famem, qua tãtùm pauperes perirent. Item alia causa est, quia vix potest esse, quin aliquis vsuras debens diu duret sine paupertate, quæ nimis est periculosa, nisi paupertatis desiderium alicui ex speciali Dei dono concedatur, vnde Salo. dixit: diuitias & paupertatem, ne dederis mihi. Item multa alia mala sequuntur, quia in diuidendo pecuniam, & diligendo, vix euitatur Idololatria, ibi enim est semper cor auari, nam vbi est thesaurus tuus, ibi est cor tuum, si gratius intuentur aurum, quàm solem. 47. di. omnis. & c. sicut hi. & sic est inuenire ferè omnia mala, quæ prouenirent ex vsuris, & ideò ita generaliter prohibita est à domino vtroq; testamento nam licet inueniri fortè posset casus, vbi iure naturali quod natura homini indidit, non esset peccatum vsura, tamẽ propter mala & pericula, quæ sequerentur, in omni casu prohibita est. Quidam tamen dicunt & fortè non malè, quod etiam non est inuenire casum instinctu naturæ, qui non prohibeatur, dicunt etiam quidam vsuram prohibitam magis, quia esset contra charitatem & pietatem, qua teneor subuenire proximo, quàm propter mala quæ sequuntur. Item licet aliquando ex alijs contractibus possint sequi mala, quia tamen non ita communiter non sunt prohibita.

CAPVT I.

a Vsura quid sit, an liceat fideiussori recipere ultra sortem, in num. 2.

1 PLVRES CLERICORVM. † Vsura est lucrum, mutuo pactum debitum, vel exactũ, nam si gratis aliquid detur, non est vsura. 14. q. 4. vsura. 18. dist. de eulogijs, nisi spes adsit. arg. ꝛ. de simo. tua. 14. dist. c. 1. & consistit mutuum tantùm in his, quæ consistunt pondere, numero, & mensura. 14. q. 3. vsura. & q. 4.
2 nulli. † Vltra sortem autem licet accipere fideiussori, qui vsuram soluit, quia non est ibi lucrum, sed interesse, & eodem modo
a a si tenebaris mihi soluere ad diem certum, & quia non soluisti, ab alio sub vsuris accepi, restituere teneris. suprà, de fideiuss. peruenit constitutus. Item ratione dubij, si plus recipiat, non est vsura. infrà eodem, in ciuitate. & cap. nauiganti. (vel hic) scilicet, quod recipiat possessiones, pignori

a Et eodẽ modo, quod hic idem referẽdo Innoc. hic tenet Petr. de Anch. in cons. 376. in cip. secundò dubitatur. col. 1. in fine.

pignori & percipiat fructus vltra sortem (beneficium) Repete quæ diximus. ff. de feud.c.1. † (Redimendum) quia is qui detinebat res ecclesiæ, nunquam fortè habebit pecuniam, nec habere poterit, nisi cum tanta difficultate, quòd potius eligeret non redimere, quàm cum tanta difficultate redimere, & licet possit contrarium contingere, scilicet, quod facilè debitor recuperabit pignus, quia tamen potest contingere, quod non recuperabit, idcircò dedit hanc licentiam. Vel dic melius, si in feudo licitè haberet aliquis res ecclesiæ, nunquam sic liceret fructus retinere, sed loquitur in eo casu, quando certum erat quod licitè rem ecclesiæ detinebat, quia licitum est fructus non computare in sortem. Item alius casus est, quia gener fructus rei sibi obligatæ pro dote, licitè retineret nõ computatos in sortem. ff. de do. except. pater. caueant tamen, ne quid in fraudem faciant.

CAPVT II.

QVIA IN OMNIBVS. (Manifesti) id est, de quibus conuentione, vel sententia constat, quòd sint vsurarij. de hoc no. ℣. e. cùm in dioce. (Ad communionem) id est, ad recipiendum corpus Christi (Christianam) istis tribus excommunicationibus excommunicati sunt publici vsurarij ipso iure (Reddere) episcopo dioce. 20.q.3. constituit.

CAPVT III.

1 *Nunquid liceat alicui recipere ad vsuras. & in num. 2.*
Peccatum an sit faciendum propter aliquod bonum.
2 *Inter duo peccata suadendum est, quòd maius euitetur.*

1 SVPER EO. (Inuoluatur.) † Quæro an liceat alicui ad vsuras recipere? Adhoc dicũt quidam, quòd cuicunq; licet accipere pro quolibet opere virtutis, vt si velit inde facere eleemosynas, vel ædificare ecclesiam, vel alia huiusmodi. Sed si acciperet ad vsuras, vt luxuriosè viueret, vel vt lasciuiret in eo, hoc non licet. Alij dicunt quod hoc non est sic indistinctè dicendum, nam non creduntlicitum accipere ad vsuras pecuniam pro pascendis pauperibus, qui modicum egẽt, vel nullo modo, & tamen opus virtutis est, scilicet, misericordiæ vel liberalitatis, sed dicunt quod ille, qui accipit naturam, debet considerare tempus & locum, & multas alias circumstantias in mutuo vsurario contrahendo, debet etiam conferre inter bonum, quod sequitur ex opere virtutis, quòd faciet ex mutuo vsurario, & bonum quod sequitur, si omittit accipe pecuniam mutuam, quia si ex opere virtutis sequitur magnum bonum, vt quia pascit pauperes famæ morientes, vel ædificat ecclesiam, vel emit calicem, quæ perpetuò deputabuntur ministerijs Dei, & ex dimissione accipiendi mutuum modicum bonum sequitur, quia creditor iam voluntate est vsurarius. Item si non dederit mihi paratus est, qui accipiet eandem pecuniam ad vsuras, nam in prædicto casu, non tantùm accipere potest oblatam pecuniam sub vsuris, sed rogare eum, vt mutuet sub vsuris, dicendo vsurario, quòd licet in omni casu peccatum sit dare ad vsuras, minus tamẽ peccat, si dat in bonum opus, quàm in malum. Sed econuerso, si quis videret hominem paratum ad pœnitentiam, vel saltem volentem decætero abstinere ab vsuris, vel non inuenientem alium paratum accipere sub vsuris, tunc est maius bonum abstinere à mutuo vsurario, quàm facere quantumcunq; bonum opus virtutis. arg. quia peccat quòd maius bonum non præfert minori bono.

Sed dices nunquam faciendum est peccatum propter aliquod bonum, sed peccatum est dare operam, quòd ille det pecuniam ad vsuram, ergò nunquam debeo accipere pecuniam ad vsuram, cùm hoc non possim facere, nisi de vsura. Sol. vsurario est peccatum dare ad vsuram. Et hoc ego nunquam suadeo, imò dissuadeo, sed me præeligere in vsura danda potius est ei bonum, licet non meritorium quàm malum, imò plus videtur, quòd quando alius paratus est accipere pecuniam ad vsuram, & ipse paratus est, quòd ego non solùm pro opere virtutis possum accipere pecuniam ab illo ad vsuram, sed etiam pro opere indifferenti. Pro opere autem peccati semper peccat, qui accipit pecuniam ad vsuram, non solùm in eo, quòd pro illicita causa accipit, sed etiam in eo, quòd vsurario consuluit, quòd de illicita causa mutuet sub vsuris, & videtur quòd semper sit peccatum capere sub vsuris, non quando rogat, quòd eum sub illicita causa præeligat.

2 † Plus videtur quòd si aliquis vellet pascere pauperes famæ morientes, vel aliquod opus facere virtutis, quo omisso, pericula

ricula timentur vel corporum, vel animarum, quòd tunc si inueniatur aliquis, qui habet pecuniam, vel granum, vel aliam speciem illi operi necessariam, quòd debet rogari, vt illam donet, vel mutuet, quod si noluerit facere, potest ei suaderi, quod speciem illam mutuet sub vsuris, quia minus peccabit, si sub vsuris mutuet, quàm si teneat eam absconsam in tanta necessitate, vel vtilitate, arg. quia inter duo peccata suadendum est, quod maius euitetur.

CAPVT IIII.

VM TV MANIFESTOS. (Promulgatum) suprà, eod. quia (Ante) propter hoc non probatur constitutionẽ trahi ad præterita, nam constitutio dicebat vsurarium cogendum restituere vsuras, cùm ergò hic vsurarius nondum restituit vsuras, sed debeat in futurũ restituere, pœna imposita etiam hîc cogetur. (Pœna) hæc pœna satis sufficere debet à principio, sed si vsurarius non restituat, excommunicabitur. ff. de iureiu. ad nostram. ℣. eod. præterea. (Pauperibus). ff. de homi. sicut dignum. (Possessiones) ff. de leg. 2. imperator. C. de rei vend. si vt proponis. §. tertium. C. arg. tu. l. 1. speciale est hic, aliàs enim licet ex pecunia mea, dummodò non meo nomine emantur possessiones, nihil iuris in eis habeo. C. de rei vend. si ex eo. & intelligunt quidam hoc, scilicet, quod ei auferri debet possessio, quando ex causa lucratiua ad aliquem peruenit, secùs autem si ex non lucratiua. Alij autem dicunt idem vtrobiq;.

CAPVT V.

1 *An liceat contrahentibus se inuicem decipere. & uide in nu. 2.*

1 IN CIVITATE. (Non valent) Communi æstimatione † (Promittunt) non decepti, aliàs enim si decepti essent, cùm liceat contrahentibus se inuicem decipere, non esset peccatum. C. de rei ven. si voluntate. nec ob. quòd dicit apostol[s]: Nemo in negotio circumueniat fratrem suum, vt exponatur in negotio, id est, in negotiatione, sed dic, nemo circumueniat ita, quòd circumuentio det causam contractui, quia ipso iure non tenet, sicut quando incidit potest agi vt rescindatur. ff. de do. eleganter. Vel nemo circumueniat in negotio supple, venditionis, vltra dimidiam iusti pretij: intra non dimidiam possent se decipere iure fori. ff. de emp. & ven. cùm dile. sed forsan non iure poli accipiunt. inf. eod. consuluit. (Forma) suprà, de pig. illa vos. sed ex intentione. si intentio est, vt ex prorogatione termini maius sit pretium. Et est hoc quòd dicit in fi. cùm cogitationes etc. C. de sol. l. penul.

† Ex forma) huiusmodi contractus, non potest censeri vsurarius ex forma, quia venditio est, & non mutuum, & in mutuo tantùm interuenit vsura. arg. 14.q.3.c.1. & 3. vel non potest iudicari vsurarius ex forma: quia qui hunc contractum fecit semper dicere potest: potuit plus minúsue valere: si tamen credat quod minus esset valiturum, sed ex intentione est vsurarius. sup. de simo. tua nos. 1. qõ. 1. qui student. 14.q.3.c.1. & 2. Item si plus vel minus posset valere: si tamen statim volebat vendere communi pretio, & propter prorogationem temporis vendidit carius intentione est vsurarius. ℣. eo. c. vl. & c. proxi.

2 † Ex forma) Ex hac decre. satis innuitur quod si aliquis pro certa pecuniæ quãtitate emeret aliquem reditum grani, vel vini, vel alium consimilem perpetuo sibi, & suis hæredibus dandum à venditore & suis hæredibus, vel ad certum tempus, vel ad tempus vitæ alicuius, quòd licitus est huiusmodi contractus, dummodò reditus annuus communi æstimatione non excedat reditum, quem haberet, vel habere posset, si terram de tanta pecunia emisset & si excedat, communiter non est licitus contractus. arg. ℣. eo. consuluit. Quidam tamen dicunt quod quando in perpetuũ emit, quòd nunquam potest, esset illicitus contractus, quantumcunq; sit magnus reditus, respectu pretij: quia licet contrahentibus se decipere. ff. de mino. in causæ. 2. §. fi. Aliàs videtur, & fortè melius[a], quòd si quis emit reditum constitutum ante contractum, vel actionem venditam: siue constitutus fuerit in re, puta in domo, vel possessione, vel aliàs huiusmodi, siue in persona, puta vel liberi, vel ruftici, vel actio, vel nomen. Item siue certus sit reditus: puta quia reddit decem, siue incertus: puta quia reddit quartam fructuum, qui percipiuntur de aliqua domo: vel de operis alicuius personæ. Item siue sit perpetuus contractus: puta quia extenditur ad hæredes vtriusque contrahentium: siue sit ad vitam hominis, siue sit ad certum tempus, vsq; ad 5. annos. Item non refert si reditus sit in pecunia, siue in alijs

[a] *Et fortè melius. hãc opi. refert & sequitur Pet. de Anch. in cons. 29. inc. dubitari solet. col. 1.*

rebus, siue in facto: nam semper in omnibus præmissis reputant contractus legitimos, aliàs licitos: quia ibi est purus & licitus contractus venditionis, nam ibi est prætium, scilicet, certa pecuniæ quantitas. Item ibi est merx, scilicet, certus reditus vel canon, vel annona. C. de sac. san. ecc. iubemus. in prin. in Authen. de reb. eccle. non alie. vel actio. C. de hære. vel ac. ven. per totum.

Sed his videtur esse contrarium, quod dicit hæc decr. quia non est dubium, quod vsq; ad aliud tempus saltem longum, plus percipiet de reditu, quàm sit prætium, & in actione constat, quia plus est in nomine, quàm sit prætium, quod dedit. Sol. licet certum sit quod vsq; ad 20. annos quinquaginta vel vltriores plus accipiet de reditu quàm sit prætium quod dedit, tamen hæc certitudo non facit illicitum contractum venditionis, cùm hoc etiam sit in venditione alicuius possessionis, vbi certũ est secundum inferiores causas, quod plus accipitur de fructibus eius, quàm sit prætium, quod p ea datur & sine expensis, vel labore dando ea, ad affectum certum, vel emphyteosim: Hîc enim tantùm reprehenditur, quando carius vendit mercem propter terminum, quem dat prolixum emptori ad soluendam pecuniam, vel quia pro minori emit mercem, quia statim dat pecuniam, & per prolixius tempus expectat mercem, quæ penitus sunt illicita, quia hoc solummodò vendit tempus pro illa pecunia, quę venit, & iustũ prætium excedit, & quod ex eo apparet, quia si vtraque parata essent prætium & merces pro minori fieret, in casu nostro omnia sunt præsentia, nec venditur tempus, quia res ipsæ de quibus diximus, scilicet, reditus vel actio tantùm valebit, vel ad minus creditur valere subsequentibus temporibus, quantum modò valet, vel ad minus est dubium, & hoc sufficit ad hoc, vt contractus sit licitus, vt hîc, idem intelligunt quidam, & si reditus, vel nomen de nouo propter hoc constituitur in rebus, vel personis alijs contrahentibus, puta quia dicit emptor, tu constitues tales reditus in tali possess. vel seruo vel facies, quod talis confitebitur se debere tibi mille vsq; ad annum, & ego de illis mille, vel magis de actione pro illis M. cõpetente dabo tibi quinquaginta, nã dicunt omnes contractus istos licitos, quia non est mutuum, sed emptio. Item multi casus possunt inueniri, quod iste emptor admitteret in hoc contractu, puta si inops sit, sed certè ante consulendum est omnibus fidelibus, quod ab huiusmodi contractu abstineant, scilicet, quod de nouo propte hoc constitutum reditum, vel actionem emant. Istud autem penitus videtur illicitum, quod ipse idem quod dicitur emptor in se constituat reditum vel actionem qua se obligat ad plus dandum, vel in pecunia, vel in spem, quam accepi (dubium). ff. de iud. si quis ex. C. de vsu. vt ea. (dubium) probabiliter, nam licet casu fortuito propter medium vnius vel alterius possit plus valere, nihilominus in intentione vsurarius erit.

CAPVT VI.

PRAETEREA. (Dignam). ſ. eodem. cum tu.

CAPVT VII.

CONQVESTVS EST. (De feudo) de hoc not. ſ. e. c. t. ſ. de feu. c. 1.

CAPVT VIII.

IVA NOS. (Vsuras) & omne damnum quod occasione donationis vsurarum contingit creditori, cogendi sunt. de hoc nota. infrà, eod. Michael.

CAPVT IX.

1 *Vsura an contrahatur ex sola intentione.*

ONSVLVIT NOS. †(Pro intentione) si creditor principaliter intentionẽ habet ad lucrum, vsura est, vel malum lucrum, aliàs si secũdario aliquid sperat, secùs 61. di. quid proderit. 59. di. si officia. Item recipere ex tali spe secundario, nõ est malum. 1. q. 2. quam pio. quia tenetur ei ad antidora. ff. de pet. hære. si lega. ſ. de testa. cùm in officijs. sed & qui principalem habent intentionem ad vsuram, licet vsurarius sit, non tenetur restituere. arg. ſ. de simo. c. vlt. nisi fortè aliquid faceret, quare debitor, & si non voluntariè, tamen necessariò ei daret, puta quia negat sibi terminum, nisi det aliquid, & ibi plus vendidit propter dilationem, quia tunc restituere tenetur. 14. q. 5. non sanè. in fi. Alij tamen dicunt, quod semper tenetur restituere, & est tutus (inducendi) si autem agere posset conditionè, ex hoc canone, quæritur?

CAPVT

CAPVT X.

QVAM PERNICIOSVM. (Renunciasse.) Nam ex hoc apparet eos fuisse vsurarios (appellationis) friuolæ, quia si appellaret à sententia audiendus est. alij contrà.

CAPVT XI.

POST MISERABILEM. (Remittendas) secundum tenorem decr. ſ. eo. quanto.

CAPVT XII.

TVAS DVDVM. (Restituere) repete quæ diximus. ſ. de iureiur. debitores.

CAPVT XIII.

1 *Nunquid sufficiat cautio de restituendo usuras.*

2 *An excusetur usurarius, si nullus repetat ab eo, uel si denunciet. & in nume. 3. & etiam in num. 4.*

3 VIA FRVSTRA. †Restituerit) nec sufficit sola cautio, quòd vsuram restituet. et. ſ. de sen. & re iudi. cum aliquibus. ff. de pig. ac. quòd si non solùm, nisi magna causa interueniat. ff. de re iu. l. 4. §. quod ait prætor. vel si debitor consentit. ff. de pig. act. si rem. §. omnis.

2 †Sed nunquid alius à conuento potest hanc exceptionem proponere, & dicunt quidam, cùm hoc. c. generaliter loquatur, & fauorabile sit saluti animæ, & restitutioni vsurarum prouidere, quòd iudex ex officio conuentus, etiam si ab eo non exegerit vsuras possit hoc apponere. ſ. c. proxi. arg. ff. de postu. quos prohibet & etiam quicunq; alius procederet hîc, sicut proceditur. ſ. qui ma. ac. pos. c. fi. Sed nos de iudice hoc non credimus, quia non cauetur iure. Alij dicunt quod sufficit, quòd faciat publicè nunciari: vt si aliquis est, qui conqueratur de eo de vsuris compareat. ar. ff. de fur. falsus. §. aliena.

3 †Quid si alius, quàm ille contra quem agitur proponat hanc exceptionem, & per appellationem proroget negotium, nunquid interim silebit causa super qua impetratæ sunt literæ? & dicunt quidam, quod sic. Hoc non placet, cùm etiam si nullus compareat, tamen conuentus potest excipere, vnde sibi imputet, si ipse non excipit [a] imò plus dicimus, quòd alius non admittitur ad excipiendum, sed solus conuentus, alij dicunt, si sit liquidum cu n soluisse vsuras, quod præstabit cautionem de satisfaciendo, si apparuerit eum debere vsuras, quæ petuntur ab eo. ar. C. de compen. l. vlt. ſ. de iudi. in omnibus. Alij distinguunt ex cuius parte emittatur appellatio. C. de tempo. in inte. perendum. Nos præcedentes distinctiones, scilicet, de præconizando, & cauendo dicimus habere locum, quando conuentus excipit, in alio autem non cùm excipere possit.

4 †Restituerit.) Sed nunquid ipsi, qui accipiunt vsuras, & si non cogantur restituere alijs vsurarijs, nunquid non reddent alicui? Respon. authoritate superioris dabunt illas à lijs debitoribus vsurarijs illorum creditorum, & non illis vsurarijs, à quibus ipsi vsurarij, qui modò petunt vsuras extorserunt vsuras, & sic exonerantur à peccato, & etiam vtiliter gerunt negotium illius, cui restituere tenetur, & quo ad corpus, & quo ad animam, vnde cùm possint in hoc casu repetere, quòd sic soluissent vtiliter, multò fortius compensare, si postea contra eos agatur. argu. ff. de nego. gest. si pupillus. iudex autem quando restituit vsuras alijs, quàm his, à quibus accepit, faciat sibi caueri ad sensum suum, quod nullum damnum in posterum possit consequi ab his, à quibus acceperat vsuras (audiat) hîc apparet hanc exceptionem declinatoriam fori.

[a] *Si nõ excipit. Ioan. An. hic dicit, quòd ista exceptio est dilatoria, & sic debet proponi ante li. conte. & per hoc dicit Pe. de Anch. in conſ. 264. incip. quia quæstio est dubitabilis consuluit, quòd ista exceptio vsurarum potest opponi contra tutores, agentes nomine pupillorũ usurarij ex contractibus celebratis per ipsum vsurariũ, & ad Inn. hoc ad de etiam Fel. in c. cùm M. Ferrarienſis. col. 15. uerſi. fallit secundò. ſuprà, de consti.*

CAPVT XIIII.

VM IN DIOCESI. (Tua) dubitatur communi fama (argumentis) id est, legitimis probationibus. Vel dic, quòd appellat argumenta famam publicam cum aliquibus alijs adminicul. arg. 35. q. 6. si duo. Vel dic, argumenta appellari, si venditur ad terminum. ſ. eo. tua. in ciuitate consuluit. vel si facit emptiones sub ea conditione, quod teneatur restituere auctoretio, vel sibi retentis fructibus. ſ. de emp. ad nostram. contra. de pig. illo. vel quia appareat instrumenta vsurarum, vel quia cellas tenet ad pecuniam mutuandam, aliquando enim ex præsumptionibus iudicatur. sup. de elect. cùm ex officio. 2. simile habes in hære. suprà, de hæred. excommunicamus. simile & in adulterijs. suprà, de adul. maritis.

CAPVT XV.

1 *Maritus quando teneatur fructus dotis in sortem computare.*

SALVBRITER. (Computandos) dummodò onera matrimonij ſuſtineat. recipit enim fructus pro intereſſe, & non pro vſura, ſic etiam non eſt vſurarius fideiuſſor repetens vſuras, quas ſoluit pro debitore, vel ſi accipit pecunia ſub vſuris, vt ſatisfaciat creditori, apud quẽ fideiuſſit. ſ. de fideiuſ. peruenit. & c. conſtitutus. & dicimus [a] quòd quamdiu maritus tenetur alere vxorem, tamdiu poteſt vti fructibus non computatis in ſortem, ſed poſtquam non debet eam alere, non debet fructus accipere, vnde credimus quòd ſi mulier habet pignore dotis, ſiue poſt mortem mariti, q̃d debet fructus illos in ſortem computare (fructus) C. de iure do. pro oneribus.

[a] *Et dicimus. hæc dicta refert & ſequitur Bar. in l. inſulam. §. uſuras. ff. ſo. ma. & ibi uide Doct. & Pe. de Anch. in conſi. 150. colum. 2. poſt me. incip. in quæſtione quæ uertitur.*

CAPVT XVI.

1 *Repetitio uſurarum an & quando datur hæredi, & contra hæredem, & quid iuris ſit ſi hæres non poteſt ſatisfacere illis, à quibus uſuras accepit.*

MICHAEL LAICVS. (Suo) cùm enim ex perſona patris agat, eius perſonam defendere debet. ff. de reg. iur. ex qua perſona. ff. de procur. ſeruum. §. pe. imò quod plus eſt, ſi non egerit ex perſona patris, tamen obſtat ei exceptio, ſi pater, vel ille cuius hæres extitit vſuras accepit, etiam ſi nihil ad hæredem peruenerit. ſ. eo. tua. ſup. de rap. in literis. 16. quæſt. 6. ſi quando. 12. quæſt. 2. Epiſcopus qui man. non enim conuenitur hæres ex quaſi maleficio, ſed ex quaſi contractu ratione indebiti ſoluti, vel ex iniuſta cauſa ſoluti. inſtit. de obli. quæ ex quaſi contract. & non ſolùm repellitur ratione vſurarum, quas ſuo nomine contraxit, ſed etiam earum quas nomine alieno. 46. diſt. ſicut non ſuo. Sed quid ſi iſte agens non poteſt ſatisfacere illis, à quibus vſuras accepit? Reſpon. quod præſtita cautione, quòd reſtituet, ſi poterit admittetur ad petendum vſuras, nam ſpoliator reſtituitur, vt poſſit alijs reſtituere. ſuprà, de reſti. ſpo. olim. nam & vbi non poteſt ſtatim ſoluere, admittitur fideiuſſor. ff. de re iudi. l. 4. §. ait autem prætor.

[b] *Ex quo officium. Et ſic tacens uerũ, non peccat, niſi quando productus eſt ut teſtis. Ade Fel. in c. ex parte decani. col. 10. uerſ. ſi diceres. ſupr. de reſcrip. uide tamen Bal. in l. preſbyteri. C. de epiſco. & cle. ubi quod falſitas committitur ita in tacẽdo uerum, ſicut in dicendo falſum.*

CAPVT XVII.

QVANTO AMPLIVS.

CAPVT XVIII.

1 *Vſura non tollitur per periculi ſuſceptionem.*
2 *Vſura an & quando contrahatur in emptione.*

NAVIGANTI. † (Periculum) fatemur tamen, quod ſi nauigans pretium accipiat, vel aliud, vt pecuniam ſecum vltra mare deferret, ibi ſibi redditur, ſiue periculum in ſe reciperet, ſiue non, non eſſet vſura, ſed locatio operarum, ſed vbi non accipit pretium tantùm, vt portet, ſed negotiatori dat, vt in ea negotietur, hæc eſt vſura, quia pecuniæ nullus eſt vſus, vel vtilitas vtendi, nec deterioratur vtendo. 88. diſt. eijciens. † Periculum) & ex hoc dicimus, quòd ſi aliquis paratus erat emere merces ad portandum alibi, vel ad ſeruandum certo tempore, quòd poſſet inde lucrari, & alius indigens pecunia ad eum veniat, & offerat eandem pecuniam cum lucro ſperato in loco, quo ire volebat, & in termino ſe rediturum promittit, vſura eſt contractus huiuſmodi, nec ſcio eum excuſare, licet alij contra dixerint (ea tempore) de hoc no. ſ. eod. in ciuitate. in gl. huius. † Venditurus) quia ſi vendere volebat, ſtatim pro alio pretio minori, ſi ſtatim pretium ſolueret, vſura eſſet ad minus animo. ſuprà, eo. in ciuitate. & ſup. eo. conſuluit, & eodem modo, ſi longo pretio maiori vendat. arg. eiuſdem decre. conſuluit. Item ſi volebat vendere merces, & inuenit alium, qui ſtatim dat ei hîc tantum, quantum alibi eſſet venditurus cum labore ſuo, & periculo multo, non videtur vſura, dummodò computatis periculo & labore, non plus accipiat, quàm ibi quo portare volebat, probabiliter præſumitur accepturus, nam qua ratione, ratione temporis poterit carius vendere eandem, & ratione loci, ſed ſi pecuniam accipiat vſura eſt, & etiam mutuum.

TITVLVS XX.

DE CRIMINE FALSI.

CAPVT I.

FALSIDICVS. (Teſtis iudici) hunc iudex extra ordinem punire poteſt durante cauſa. C. de reſt. nullum. poſt litem autem finitam excuſat de falſo. ff. e. l. 1. §. 1. (Lædit) hic punitur iuxta modum læſionis. 3. q. 9. nihilominus. C. de teſti. nullum. (Occultat) ex quo officium [b] teſtificandi aſſumpſit, vel ſi aliter non poteſt liquere veritas.

CAPVT

CAPVT II.

SVPER EO. (Retineri.) Si enim eſt perſona ſuſpecta, niſi ſint clerici. Alij contrà, & maximè, ſi ſint ſuæ iuriſdictionis ordinariæ. Item credo, & ſi ſint eiuſdem iuriſdictionis delegati, quo ad hoc, quia ordinarius ad mandatum eorum capiat.

CAPVT III.

Facies hominis an ſit characteribus infligenda. Remiſſiuè.

AD AVDIENTIAM NOSTRAM. (Characterem) qui non ita profunde infiget, vt ſanguis effundatur, ſed tantùm cutis offenditur, ne ſit contra. ſ. de rapt. in archi. ſ. nec le. ſententiam. Sed contra. C. de pe. in metallum. vbi dicitur, quòd facies ad imaginem cęleſtis pulchritudinis figurata ſtigmate non cædetur, ſed hoc ſtigma non eſt figendum in facie, ſed in manu, vel alio membro, vel eſt hoc ſpeciale in odium tanti criminis. de hac materia not. 5. q. 5. illi qui.

CAPVT IIII.

DVRA SAEPE MANDATA. (Sedem) illi enim qui non ſunt apud ſedem apo. non ligantur hac conſtitutione (deputati) hi ſunt bullatores (ſubiaceat) per ſententiam, non ipſo iure, pœnæ enim excommunicationis ipſo iure ſunt inflictæ.

CAPVT V.

LICET AD REGIMEN.

CAPVT VI.

1 *Verba fratres, uel filios in literis Papæ poſita, quid importent.*

QVAM GRAVI. (Fratres) quandoq; dominus Papa vocat cardinales fratres. ſ. de offi. leg. officij. tamen ſimplices ſacerdotes, vel diaconos, non vocat in literis ſuis, cùm eis ſcribit fratres. ſed filios (In plurali) olim erat contrarium 23. diſt. communis.

CAPVT VII.

AD FALSARIORVM. Nequibit) ſupplent quidam, niſi probet ignorantiam exhibendo actionem. C. de fal. maiorem, non enim committitur falſum ſine dolo. ff. eo. diuus. Vel dic, quod tunc non excuſat ignorantiam, cùm non præceſſit examinatio, cùm ex hoc fuerit in culpa non examinauit, nec à peritioribus quæſiuit. 32. diſt. §. vl. ff. de iur. & fac. ign. regula. ſi autẽ præceſſiſſet examinatio & appareat eum probabiliter deceptum, & oſtendat actorem, vt dictum eſt, excuſatur. j. de ex. præ. inter dilec. j. c. proxi. Item hæc decre. loquitur tantum in literis domini Papæ, in alijs autem ſecùs. Item examinatio eſt habenda diuerſimodè, nam in literis, quæ ſunt de gratia, vel contra, ius vel contra vtilitatem publicam, maior indagatio eſt neceſſaria, quàm in literis de ſimplici iuſtitia. inf. eod. c. proxi. C. ſi contra ius vel pub. vti. reſcripta. (Inferius) ibi incipiunt pœnæ iſtæ, qui verò ſub nomine. (Innodatos) hic autem eſt canon latæ ſententiæ (per quam) poteſtatem. (Vtuntur) nec tamen fuerunt fabricatores falſitatis (Spolientur) per ſententia obiecti fortè canon ferendæ ſententiæ eſt, ſed litera contradicit (Impetrant) ſed non per ſe exercent falſitatem, ſed litera contra.

CAPVT VIII.

ACCEDENS. (Præſumi). ff. de do. ſi oleum. §. vl. ar. quod ſi quis ſuggeſſit falſum in literis de ſimplici iuſticia, non præſumitur doloſè feciſſe, ſecùs ſi eſſet de magna gratia. Quia dolus ex perſpicuis indicijs probatur. C. de dolo. l. dolum.

CAPVT IX.

EX CONSCIENTIA. (Eccleſia) de qua erat cauſa ad cuius amiſsio. ſe obligauit.

TITVLVS XXI.

DE SORTILEGIIS.

CAPVT I.

IN TABVLIS.

CAPVT II.

EX TVARVM TENORE. (Aſtrolabij.) Aliqui dicunt, quòd ſi tantùm aſtrolabium inſpiceret, vt per aſtronomiam tantùm quærerent veritatem, non peccant. arg. hîc à contrario ſenſu tamen, quia non ſunt ſententiæ quæ ad pietatem ducant, imò facilè induce-

cerent idololatriam diſſuadendum eſt vtendum eis & ſtudendum. arg. 37. diſt. ſi quis grammaticam.

CAPVT III.

Sorte an prælatus vel alius ſuperior, & inde ſit eligendus.

ECCLESIA VESTRA. (Per ſortem.) No. non ſolùm prælatum non eligendum ſorte, ſed nec electores. (In electionibus) aliàs autem pro litibus dirimendis, licet vti ſortibus. 36. q. 2. ſors. (Perpetua) 26. q. 1. non ſtatim. & c. ſeq. contra c. q. c. 1. Sol. eſt in §. 2. cauſa prohibitionis eſt vt non per aſſiduitatem labantur in idololatriã, ſicut prohibitum eſt iuramentum, vt non labantur in periurium. ſ. de iureiu. & ſi Chriſtus. §. 1.

TITVLVS XXII.

DE COLLVSIONE DETEGENDA.

CAPVT I.

SCRIPTA F.V. (Diſſimulare) cùm eſſet infamatus, aliàs enim non debet inquiri re. ſ. de accu. qualiter. Vel dic, quòd non licet accuſatori ab accuſatione deſiſtere lite conteſtata, & ideò mandatur inquiri de colluſione eos puniat. 2. q. 3. ſi quem.

CAPVT II.

1 *Cauſarum genera tria ſunt, ciuilis, criminalis & ſpiritualis.*
Accuſator an & quando poſſit ab accuſatione vel actione deſiſtere.
Tranſactio an & quando criminibus habeat locum.

CRIMINA. (Præteribat.) Cauſarum tria ſunt genera, ciuilis, criminalis, & ſpiritualis. A ciuili pecuniaria, ſiue per gratiam, ſiue per tranſactionem ante lit. conteſt. & poſt iudicis authoritate, & ſine recedere licet, niſi in famoſa actione, in qua ſine iudicis authoritate tranſigere non licet. ff. de his qui no. infa. furti. §. pac. in criminali verò ante inchoatam accuſationem per gratiam deſiſtere licet. ff. ad Turpil. muliere. & l. quæſitum. poſt non licet ſine authoritate iudicis, & ſine conſenſu rei, niſi intra 30. dies. ſed nec inter illos, ſi non fuit mancipatus tormentis. C. de abol. l. 2. vel per accuſationem infamatus. 5. q. 1. quidam. & ſi aliàs deſtiterit incidit in Turpi. ſi intendit publicum crimen. C. ad Turpil. l. 1. Si verò priuatum, extra ordinem punitur. ff. ad Tur. ſi quis accepe. Tranſigere autem aliquo dato in crimine publico non licet, & ſi fiat tranſactio, nulla eſt, & accuſatus habetur pro confeſſo. C. de tranſact. tranſigere. ff. de priua. in omnibus. niſi tale ſit crimen, quod irrogat pœnam ſanguinis, quia licet tunc tranſigere, niſi in adulterio. C. de tranſac. tranſigere. ſed hic qui accipit incidit in Tur. ff. ad Turpil. ab occaſione, ſed in alijs crimmibus, quæ non irrogant pœnam ſanguinis, tranſigere non licet. 2. quæſt. 3. §. præuaricator. in loco illo in omnibus licet, niſi in crimine falſi. in præal. l. tranſigere. Et eſt ratio, quia ſæpè ad pecuniariã æſtimationẽ refertur, ſcilicet, vbi quæſtio pecuniaria agitur. Et idem dicunt aliqui in priuatis criminibus, vt furti, vi bonorum raptorum prædicta ratione, nec vnquam inuenitur prohibitum, ſecundum can. autem ferè omne crimen eſſe publicum, puto, nec ab aliquo per tranſactionem diſcedere licet, vt hîc per totum titulum. Poſſet tamen dici, quod iuſtis cauſis inſpectis, vbicumq; epiſcopus poteſt diſpenſare in priuatis criminibus tranſactioni, & ſimplici renunciationi authoritatem præſtare. 5. q. 2. ſi primates. 90. diſt. diſſidentes. à ſpirituali autem cauſa, ſiue ſit inquiſitionis, ſiue denunciationis, ſiue de rebus ſpiritualibus ex cauſa, licet per gratiam diſcedere, qui autem ſine cauſa diſcedit, punitur. 2. q. 7. quapropter. ſuprà, de calum. c. fi. per tranſactionẽ autem non licet. ſuprà, de tranſac. c. 3. vbi autem in criminali, vel ſpirituali aliter, quàm debet accuſator, deſiſtit, iudex nihilominus ex officio inquiret, vt hîc per totum. §. de abol. indulgere. & l. 2. vbi autem vult iudex iuſta cauſa diſcere, abol. indulgebit. C. de abol. l. 1. 2. & 3. 2. q. 3. ſi quem. & §. præuaricator. in cauſa miſta poteſt recedere, quando vult, in cauſa autem populari ſimiliter per tranſactionem recedere non licet, niſi vt legitur. ff. de pac. l. iure. §. vlti. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in populariibus.

CAPVT III.

AVDIVIMVS. (Tranſactionis) hæc penſio ſi bona fide peracta ſit, nõ excedit vitam pacisſcentis, niſi interueniat, authoritas epi. ſ. de tranſact. decæ. decæterò veniens. (Spoliare) & quod factũ eſt per colluſionem, nõ tenet. ff. eo. l. 3.

CAPVT IIII.

1 *Quando alicui competunt duæ actiones de iure communi, una intentata poteſt aliam attẽtare, & idem ſit in penalibus actionibus, habes in num. 2.*
3 *De alicuius crimine non eſt pluries inquirendum.*

IN TANTVM. (Clamor) præmiſſis de hoc no. ſ. c. 1. † Alioquin) Not. quod vbi alicui competunt duæ actiones de iure communi, vna intentata, poteſt aliam attentare, vt apparet in ſocio, qui contra ſocium furem poteſt agere, & pro ſocio, & furti, verum vult primò, & verum pòſt vult. ff. pro ſoc. rei. ſed ſecùs eſt, ſi vna competit de iure cõmuni, & altera de officio prætoris, qualis eſt nau. cau. ſta. quæ datur de beneficio prætorum, nam in illis, ſi vnam eligit, intelligitur alijs renunciare. ff. nau. cau. ſta. & ita. §. fi. & l. licet. §. fi. ff. de ſepa. l. 1. §. illud.

Sed his videtur contra. ſ. de in integ. reſti. conſtitutus. vbi dicitur, quòd ſimul plus eſt, quàm ſi diuerſis temporibus admittatur quis ad accuſationem, quæ competit beneficio prætoris. ſ. in integreſti. ad officium iudicis, quo dicit venditionem nullam. Sed certè ſol. eſt leuis, quia nos hîc loquimur, quando alicui competunt duæ actiones, quod proſequendo vnam, videtur alij renunciare, ſed decr. loquitur, quãdo tantùm altera competebat, ſed tamen vtramq; proſequitur propter dubium, & ſic poteſt reſponde. decre. ſ. de præſcri. auditis.

2 † In penalibus autem actionibus, quæ ſurgunt ex diuerſis delictis, raro impedit vna alteram. ff. de pri. delic. nunquam. ſed ſi oriantur ex vno delicto, quatenus concurrunt, ſe impediunt & vltra. ff. vi bo. rap. l. 1. ff. de act. & obl. qui ſeruum. Si autẽ actiones non ſunt penales, ſed rei perſecutoriæ facta per alterutram exactionem, res liqua tollitur. ff. loc. ſi. merces. §. culpæ. Si autem vna ſit perſecutoria rei, vt rei ven. & altera penalis naturaliter, & ab initio, vt actio furti, neutra per alteram tollitur. ff. de fur. l. ſi. pign. §. cum furti. niſi in caſu, qui eſt. ff. nau. ſta. l. ita. §. fi. quod eſt præal. ratione, quia eligendo alterum de duob⁹, ſ. ius commune vel beneficium prætoris, alteri renunciare videtur, eſt etiam alius caſus. ff. de fur. is cui. vbi dicit, quod ſi alicui pro re cõmodata competit actio furti & commodati, quòd vna per alteram tollitur, ſed hoc eſt ea ratione, quia. ſ. vtraq; actio. ſ. furti & cõmodati cõpetit p eodẽ. ſ. intereſſe litis, licet per actionẽ furti dupletur, vel quadrupletur, & in actione furti, vel commodati tantùm ſit ſimplum intereſſe. ff. de re iudi. nemo ex cauſa. §. q̃ties. Si verò ab initio nõ ſit penalis, ſicut eſt actio, quod met. cau. quæ ab initio nullam imponit pœnam, ſi velit reſtituere, tunc vna per alteram tollitur. ff. quod metus cau. metum. §. licet.

3 † Not. quòd non eſt pluries inquirendũ de alicuius crimine, ſicut nec eſt pluries accuſandus, niſi in caſibus, quos habemus no. ſuprà, de accu. de his. arg. contrà. 2. q. 5. mennam. C. de pœna iudi. qui mat. iu. Authen. ſed nouo. ff. de iureiur. ſi duo pat. §. vlti.

TITVLVS XXIII.

DE DELICTIS PVERORVM.

CAPVT I.

PVERIS GRANDIVSCVLIS. (Genitalibus) immundicia enim carnis ante hos annos, non præſumitur (Furta). ff. ad Silla. l. 1. (Aetas) ætas enim excuſat. ff. de mino. auxilium. §. 1. de conſe. diſt. 4. eos.

CAPVT II.

REFERENTE. (Inultum). id eſt, non perfectè vltum. ſ. c. proxi. ff. de mino. auxiliũ. §. 1. punitur tamen aliquantulum. C. ſi aduer. delli. l. 1. & 2. C. de pœ. impunitas. ff. de mino. ſi ex cauſa. §. 2. ff. de dam. infect. damnum. §. ſi pupillus. 21. q. 5. ſi quis cuiuslibet. (Gentũ ſoli). aliquando tamen minorem pœnam exigere poteſt.

TITVLVS XXIIII.

DE CLERICO VENATORE.

CAPVT I.

EPISCOPVM. (Presbyterum voluptate) ſecùs ſi cauſa recreationis, vel acquirendi victum. 34. diſt. quorundam. de hoc no. 86. diſt. qui venatoribus.

CAPVT II.

OMNIBVS SERVIS DEI.

TITVLVS XXV.
DE CLERICO PERCVSSORE.

CAPVT I.

SI QVIS IN ALIQVO. (Percussor) consuetudine, aliàs enim se semel. 55. dist. c. si euangelica.

CAPVT II.

PRAETEREA QVONIAM.

CAPVT III.

PRAESENTIVM LATOR. (Non percussit) & hoc constabat, aliàs enim si dubium esset, repellererur. 24. qo. vlt. c. vlt. imò suæ conscientiæ relinquendum est. s. de homi. petitio. & c. tua.

CAPVT IIII.

CONTINENTIAM. (Consilio) tamen non potest dici, quin præstiterit auxilium, quia eo ipso, quod armatus erat cum occisoribus, aliqd [a] auxilium [a] præstari dicendum est, & quia pugnauit cum alijs, si autem non pugnasset, sed à longe stetisset, cùm iusta esset pugna, nullaten[9] teneretur. Vel dic, quod hîc nullo casu dicitur irregularitatem contraxisse.

[a] *cilii. De dic ut p Bar. in l. si in rixa. ff. ad le. Cornel. de sicar. per Pe. de Anchar. in consi. 216. incip. nos Bar. de Sal. & Alexã. de Imo. in cõsi. 15. col. 3. circa princ. in. 1. volu.*

TITVLVS XXVI.
DE MALEDICIS

CAPVT I.

INNOTVIT NOBIS. (Depressionem) ex pertinacia. 10. quæstio. 1. si quis sa. si autem ex temeritate veniam meretur. 2. quæstio. 3. si quis iratus. & §. notandum. C. de iureiur. l. 2. quod autem fit ex insania, miseratione dignum est. C. si quis imp. male. l. 1. sed qui dicit, quòd ex leuitate dixit, hoc probare debet. C. de iureiu. si fine. (Beneficij) dicebat enim, quòd Papa multa faciebat, de quibus nullam potestatem habebat. Item dicebat, quòd priuilegia & beneficia, quibus dominus muniuerat & decorauerat ecclesiam Romanam, non erat digna Roman. eccle. habere, vel quòd non dispensabat eccl. Rom. sua beneficia per subiecta ecclesias.

CAPVT II.

STATVIMVS VT SI QVIS.

TITVLVS XXVII.
DE CLERICO EXCOMMVNICATO DEPOSITO ministrante.

CAPVT I.

SI QVIS EPISCOPVS. (Iustè) idem si iniustè (Abscindatur). id est, excommunicetur.

CAPVT II.

SI QVIS PRESBYTER. (Interdicto) sacerdos enim depositus conficit in modum enim priuati suffragij potest. 28. dist. presbyterum. 10. q. 3. si quis episcopus. (Excommunicatum) minori excommunicatione. 11. qõ. 3. cùm excommunicato (Obseruandum) vt si quis eis contemnentibus seruare excommunicationem communicauerit, sit excommunicatus minori excommunicatione.

CAPVT III.

CLERICI AVTEM.

CAPVT IIII.

1 *Penuria est iusta causa dispensandi.*
Rigor iuris sæpè omittitur propter timorem scandali.
Multitudini peccanti an sit parcendum.

IATORES PRAESENTIVM. (Si. 40.) idcircò præfigitur hîc iste numerus, quia si plures essent, & omnes perpetuò suspenderentur, fortè nimiam penuriam clericorum pateretur illa ecclesia, † penuria etiam iusta causa dispensandi est. 55. dist. priscis. & sicquilibet prælatus non semper quadragenarium, sed aliàs idoneum numerum taxabit arbitrio boni viri, habito respectu, vbi plures, vel pauciores sunt clerici, vel dic hîc dispensari. s. hunc numerum propter scandali timorem, propter quem sæpè omittitur rigor iuris. 50. dist. vt consti. 1. quæstio. 7. quoties.

Quod intelligo verum, vbi delinquentes non defendunt se authoritate. Si autẽ defendunt se authoritate hæretici, puta quia licitum diceret esse soluere interdictum & celebrare, tunc nõ dormiet seueritas propter multitudinem. 50. di. domino. 82. dist. plurimos. de pœ. di. 6. c. 1. infrà, de excess. prælato. inter dilectos. in fi. & hoc

hoc appello multitudinem, vbi scãdalum timetur, si enim non timeretur scandalũ propter multitudinem, non esset à communi iure recedendum. 32. q. 5. c. ita ne. de pœni. di. 6. c. qui vult. (Ad tempus) in alijs autem etiam post tempus poterit dispensare de speciali authoritate Papæ, & non aliter. 11. q. 3. si quis episcopus.

CAPVT V.

1 *Excommunicatus debet uitare communionem hominum.*

ILLVD DOMINVS. (Excessum) tam de translatione, quàm de celebratione post excommunicationem (Ordinarius) verè nec ordinarius, nec deleg debet procedere ad excommunicationem, nisi monitione præmissa. 34. q. 3. de illici. ℣. de sen. exc. sacro. sed tamen lata tenet, ille tamen qui nescit eũ delega. iustam habuit excusationem, licet tutius fuerit seruare sententiam excõmunicationis (In hoc) si ꝓbabiliter ignorabat, aliàs secùs. suprà, de postul. ad hæc. (Vitare) communionem fidelium. argu. quod excommunicatus debet vitare cõmunionem hominum.

CAPVT VI.

FRATERNITATI TVAE.

CAPVT VII.

POSTVLASTIS. (Dispensatum) cùm Papa non retineat dispensationem sibi, episcopus dispensare potest. infrà, de sen. excom. nuper. (Propter hoc) quia celebrant in locis interdictis (Innodati) sententiam in eos specialiter latam, non ipso iure (Talia) scilicet celebrare in ecclesijs interdictis, ex q̃ propter hoc sunt excommunicati. Nos dicimus idem, siue propter hoc sint excommunicati, siue non. nam ex quo celebrant in lõco interdicto, hanc pœnam subeunt.

CAPVT VIII.

1 *Probatio, quòd aliquis fuit excommunicatus, non sufficit, nisi probet, quod tempore electionis haberetur pro excommunicato.*

PROPOSVIT. (Per testes). Nota simul ab vtraque parte testes produci, suprà, de test. cùm tua. suprà, de præscri. illud. (Eos). s. Burgens. clericos & fautores. (Communicauit) insufficiens fuit hæc except. sed est præsumptio. 93. distinct. si inimicus. 11. quæstio. 3. quibus episcopi. Item ea ratione, quia forma in absolutione seruanda est, & ideò non videtur sufficere communicatio etiam prælati. infrà, de sen. excom. cùm desideres. Alij dicunt, quòd ex quo aliquis habetur pro absoluto, & maximè ab excommunicatore sine aliqua probatione, sufficit ei, licet constet eum aliquando fuisse excommunicatum, nisi probetur, aliàs eum adhuc excommunicatum esse (de absolutione) Burgensium clericorum, & fautorum.

† Per diffinitiuam) not. non sufficere probare aliquem excommunicatum fuisse, nisi probet, quod tempore electionis haberetur pro excommunicato. Sed certè hoc est ea ratione, quia sic dederat articulum, quẽ probare volebat super eo, tamen non deposuerunt testes, sed super eo tantùm, quod fuerat excommunicatus, super quo non valent depositiones tanquam non iuratorum. suprà, de testi. Vel dic melius, quòd nunquam probauit eum aliquando fuisse excommunicatum, nec confessio sua præiudicabat sibi, cùm non fuerit confessus, quod eis fauorem præstiterit, vel quod nominatim in eum excommunicationis sententia lata sit, & benè dicimus, quòd si aliquis contra aduersarium suum exciperet, tu non debes audiri, quia tu es excommunicatus, vel quia sententia excommunicationis in te lata fuit, à qua non es absolutus, si eum probauerit fuisse excommunicatum aliquando, semper tanquam excommunicatus repellitur, nisi probauerit se esse absolutum.

Nec est hoc contrarium, quòd no. suprà, de accu. super his. vbi dixi, quòd si quis obiecerit alij, tu non potes agere, quia in te fuit sententia lata, quòd nisi solueres intra 10. dies, quod esses excommunicatus, nam tunc non sufficit probare, quod talis sententia lata sit, nisi probet quod ad diem non soluit, Et est ratio diuersitatis, quia in primo casu constat eum fuisse ligatum, cùm sententia purè lata fuerit: in secundo autem casu, quia sententia non purè, sed sub conditione lata fuit, non constat eum esse excommunicatum, nisi probetur excommunicatio & conditio.

CAPVT IX.

APO

APOSTOLICAE SE. (Suſpenſionis)ab offic. (Ignari)ignorantes in vos latam ſuſpenſionis ſententiam de facti ignorantia.

CAPVT X.

1 *Communicans excommunicato, an ſemper incurrat irregularitatem. & in num. 6. & 7.*
2 *Excommunicatus minori excommunicatione ſiue ab homine, ſiue à canone, ſemper eſt irregularis, ſi celebrat. Secùs eſt in ſuſpenſis.*
3 *Suſpenſus à canone dicitur ſuſpenſus à Deo. Excommunicati minori excommunicatione, non ſunt interdicti, nec de iure ſuſpenſi. Electio an poſt pœnitentiam ſit irritanda.*
4 *Bonus uel malus quãdiu toleratur ab eccleſia, contrahit matrimonium ſpirituale.*
5 *Electio dicitur nulla, ubi quis ſcienter eligit indignum.*

SI CELEBRAT. (Peccet) quia eſt in mortali peccato. ẽ. quod me. cauſa. ſacris. vbi ſuſpenſus eſt quo ad ſe. 1. qõ. 1. ſacerdo.

1 † Irregularitatis) quo ad hoc vt ſi medio tempore celebrauerit. ſ. poſtquã communicauit excommunicato nõ poſsit vlterius celebrare ſine diſpenſatione Papæ. 11. q. 3. ſi quis presbyter. & c. ſe. & idem q̃d hic dicitur de iſtis communicantibus excommunicato, idem dicendum eſt in notorio fornicatore, & in ſimoniaco, & alijs omnibus ſuſpenſis à iure, cùm & hi ſuſpẽſi fuerint de iure, à quib⁹ hæc decre. loquitur. 11. q. 3. cùm ex. & c. ſeq. & vbi eſt eadẽ ratio, debet eſſe idem ius, in ſuſpenſis ab homine ſecùs dicendum eſt, quia ſi celebrarent, prædictæ irregularitatis notã incurrẽt. 11. q. 3. ſi quis presbyter. & c. ſe. Alij tamen dicunt hos. ſ. communicãtes cum excommunicatis, & illos qui per ſaltum promouentur. 52. di. c. 1. eſſe ſuſpendẽdos, & non eſſe ſuſpenſos à iure, ſed tantùm ꝓpter peccatum prohiberi à ſacramentis. Et hoc verius dicitur, quia ſi iure ſuſpenſi eſſent, celebrando fierent irregulares, & facit ad hoc benẽ. ẽ. de ſen. & re iud. cùm æterni. ĩ. de ſen. exc. cùm me. tamen alij aliter dixerunt. ẽ. de coha. cle. ſicut ad idẽ. de ſen. exc. ſolet.

2 † Irregularitatis) quidam ſuper hac materia dicunt, & vt videtur melius, q̃, quantumcunq; ſit excommunicat⁹ minori excommunicatione, ſiue ab homine, ſiue à can. ſemper eſt irregularis ſi celebrat. 11. q. 3. ſi quis presbyter. & c. ſeq. in ſuſpenſis autem diſtinguunt quidam, quia quantũcunq; qs ſuſpenditur à iudice, ſiue ad certum diem, ſiue quouſq; pœniteat, ſemper ſi celebrat, eſt irregularis, huiuſmodi enim ſuſpenſi nunquam debent celebrare, niſi prius ſententialiter abſoluantur per iudicem, ſicut ſententialiter ſunt ſuſpẽſi. Aliqui tamẽ dicunt cõtrà in vlt. caſu. ſ. quãdo ſuſpenſus eſt quouſq; pœniteat, ſed certè pro nimis facit multum. 2. q. ẽ. presbyt. vbi dicitur de tali, quod ad arbitrium ſuſpendentis ſatisfacere debet, & huiuſmodi ſi celebrant ante abſolutionem, ſunt irregulares. 11. q. 3. ſi quis preſ. &c. ſeq ẽ. de excel. apoſtolicæ. in ſuſpenſis autem à Deo, quales ſunt omnes peccatores, qui indigne corpus Dei ſumunt & iudicium ſibi mãducant, & bibunt. Dic quòd nunquam ſunt irregulares ſi celebrant, niſi in criminalibus criminibus, vt homic. & ſimoniac. de quibus not. ẽ. de renunc. niſi. §. 1. & de temp. or. quæſitum. hi enim & ſi peccent, nunquam tamen in canone reperitur, q̃ celebrando fiant irregulares, quia irregularitas de canone tantùm iure introducta eſt, vt no. ẽ. de renunc. niſi. §. 3. & de hac ſuſpenſione vel minori excõmunicatiõe, benè diſtinguitur. 11. q. 3. audi. in ſuſpenſis à canone propter crimen videtur, q̃ fiunt irregulares ſi celebrant. ẽ. de ſen. & re iu. cùm æterni. ĩ. de ſen. exc. cũ med. Sed cõtra nónne excõmunicati minori exc. ſunt ſuſpenſi à canone. 11. q. 3. excõmunicatos. tamen non ſunt irregulares, ſi celebrant, vt hîc. So. excõmunicatus minori exc. eſt principaliter ſuſpenſus à Deo, & non à canon, eniſi per approbationem, quod ex eo apparet, quod quã citò vult pœnitere, abſoluitur à quocunq; confeſſore, & ſtatim poteſt celebrare. ĩ. de ſen. ex nuper. in fi. ſed ſecùs eſt in ſuſpenſis à canone, quia ipſi quantumcunq; pœniteant ante tempus ſuſpenſionis finitum celebrare non poſſunt: vt præalle. decr. cùm æterni. & cum medi.

3 † Sed oppono quod in excommunicatione minori aliquid adiectum eſt à canone, quia in abſolutione eſt neceſſaria aliqua ſolennitas. ĩ. de ſent. excom. nuper. & c. duobus. Reſpõ. quòd talis adiectio facta à canone, quę eſt tãtùm in ſolennitate, nõ immutat ſtatum ſuſpenſionis, vel minoris excom. & ideò non eſt dicenda ſententia canonica propriè, ſed Dei tãtùm. Itẽ non dicimus ſententiam vel ſuſpenſionẽ canon. propriè ſed Dei, quando dicit, ſit ſuſpenſus quouſq; ſatisfaciat, vel pœniteat, & ideò ſtatim poſt pœnitentiam legitimam celebrare poteſt, & etiã ſi antè celebrat, non eſt irregularis. ẽ. de coha. cle. ſicut.

ſicut. vbi not. de notorio autem fornicatore dicunt quidam, quòd non eſt ſuſpenſus principaliter à canon. ſed à Deo, ſed ex eo apparet, quod quam citò pœnitet, licitè celebrat. ſup. de coha. cle. c. quæſitum. licet per canon. in odium criminis aliquid adiectum ſit, quo ad euitationem eorum. ſuprà eod. tua. 32. diſt. nullus. & §. verum. ſed certè quam citò pœnituerit, & huius ſacerdotis officia ſunt audienda. Si autem non ſunt ſuſpenſi à cano. propter crimen, ſed propter aliquem defectum, vt illegitimi & corpore vitiati, non incurrunt nouam irregularitatem, ſi ante diſpenſationem celebrant, & hoc ſeruat eccleſia Romana, quia quando diſpenſat cum talib⁹, ſimpliciter diſpenſat ſuper defectu, & non ſuper irregularitate, quam contraxit ex celebratione ante diſpenſationem. 56. di. apoſtolica. & not. ſuprà, de ſi. presby. ve. hiens. & c. peruenit. & idem eſt, ſi ſuſpenſi ſunt à cano. non propter crimen, ſed ꝓpter infamiam, ſicut ſunt illi, quorum crimina ſunt notoria, qui etiam poſt pœnitentiam prohibentur celebrare propter ſcandalum & infamiam. inf. de coha. cle. quæſitum. & tamen ſi ante diſpenſationẽ celebrant, nõ credo quod contrahant nouam irregularitatem, quia hoc in iure nõ inuenitur. Suſpenſi autem à confeſſoribus, nunquam fiunt irregulares, ſi celebrant ante reconciliationẽ, quia hoc nec iure cauetur. argum. 11. quæſtio. 3. §. euidẽter. & habes de hac ſuſpenſione. 26. qõ. 5. per totum.

☞ † Eligere) Not. excommunicatos minori excommu. non eſſe interdictos, nec ſuſpenſos à iure, quia ſic eligere non poſſent. ſuprà, de conſue. cùm dilect. Alij dicunt eos ſuſpenſos, à iure (Iuriſdic.) ea autem quæ pertinent ratione officij, non poteſt facere ſine peccato, ſed ſi facit conferret executionem, vt hîc (Scienter). ſ. quod ſciat ſe excommunicatum minori, puta quia ſcienter participauit excommunicatis. (Irritanda) repete quæ dixi ſuprà, de elect. illa.

☞ † Irritanda) niſi egerit pœnitentiam ſaltem tempore, quo petitur caſſari electio. nam tunc ſecùs, vt no. ſuprà, de electio. eccleſia veſtra. vel etiam ſi tunc poſt electio. pœniteat, non minus eius caſſabitur electio, quia pœnitentia præſumitur ficta, vt no. ſuprà, de electio. dudum. Vel dic, quod pœnitentia præſumitur licet egerit pœnitentiam, tamen eligi non poteſt propter ſententiam iuris, quòd priuatus eſt à cõmunione ſacramentorum, niſi primò abſoluatur. infrà, de ſen. excommunicatio. nuper. in fi. vbi no. in alijs autem criminoſis, quia à iure poſitiuo nõ ſunt priuati eccleſiaſticis ſacramentis, licet à Deo ſint priuati, aliud dicendum eſt. ſ. quod eligibiles ſunt acta pœnitentia ſine abſolutione, & dicunt quidam acta pœnitentia, vnde poſtea acta pœnitentia licitè tenent dignitatem, plus placet, quod non ſunt ſuſpenſi ipſo iure.

4 † Alij dicunt, & vt videtur melius, q̃d ſiue bonus, ſiue malus etiam hæreticus, vel excommunicatus, dum toleratur ab eccleſia per electionẽ, & cõfirmationem, etiamſi fiat à peccatoribus, etiam ab hæreticis vel excommunicatis, dummodò tolerantẽ, benè contrahit in huiuſmodi matrimonio ſpirituali, quouſque ſeparentur paleæ à granis. Ad hoc. de conſe. diſt. 4. cùm baptizatur. quia iſte ſponſus non eſt ſponſus, niſi in miniſterio, verbum enim ſponſus, & vniuerſalis eccleſiæ, & ſpiritualium eccleſiarum, & etiam cuius animæ eſt ſolus Chriſtus, vnde apoſtolus: Deſpõdi enim vos vni viro, virginem caſtam, exhibere Chriſto. 26. diſt. acutius. & Pſal. Tanquam ſponſus procedens de thal. ſuo. & in Euange. Qui habet ſponſam, amicus ſponſi eſt, amicus autem ſponſi ſtat, & audit, & gaudio gaudet propter vocem ſponſi. Item iſte miniſter aliàs ſponſus, non grauat filios, niſi in miniſterio. Vnde apoſtolus: Ego plantaui, Apollo rigauit, Dominus autem incrementum dedit. de conſe. diſ. 4. aliud. in fi. & 1. q. 1. ſi fuerit. Item baptizat ſeruus hic, etc.

5 † Item non horreat columba miniſterium malorum. 30. diſt. ad hoc eſt ſub. §. verum. nec eſt contra, quòd no. ſuprà, de electi. conſideraui mus. ſ. quòd electio eſt nulla, vbi quis ſcienter indignum eligit. Illud enim ſicut ſtatutum eſt de iure poſitiuo, vt tali electione non obſtante, nullus obiectus teneat electio. ab alijs facta. Fatemur tamen, quod iure naturali tenet a electio, imò plus quia talis electio quæ nulla cenſetur de iure poſitiuo, ſi quo ad alia confirmetur per ſuperiorem erit verus prælatus in miniſterio, & tenebunt quæ fecerit tam in tẽporalibus, quàm in ſpiritualibus, & tamen dicimus, quòd etiam poſt talem confirmationem tenet electio facta ab alijs, qui non peccat.

Quod iure naturali teneat. Addeciõdem Innoc. in c. quia ꝓpter. ſup. de elec. ad hoc dictum Inn. facit feſtum Abb. in c. 1. ſup. de reſti. in integ. refert etiam uidetur Fel. in c. 1. col. 10. in fi. & colum. ſeq. ſup. de conſti.

peccauerant, & ad quos erat eligendi deuoluta poteſtas: vt no. ℣. de exceſ. prælat. inter. & tamen ſuperior confirmat elect. huiuſmodi non vocato illo cuius elect. nō tenebat. & non tenet huiuſmodi confirmatio, licet enim teneat confirmatio ſine cauſæ cognitione facta, vbi nullus eſt contradictor, vel etiā vbi nullus eſt in poſſeſſione, vel nullus eſt confirmatus, tamē vbi aliquod horum interuenerit, nō valet confirmatio. ℣. de elec. dudum. &. C. ſi per vim vel alio mo. l. fi. ℣. de elec. trāſmiſſam. & idem fortè eſt, ſi alius ſolūmodo eſt electus, tamen contra nos. ℣. de elect. dudum ro. ſufficit, quod electores compareant, hoc tamen ſatis dici poteſt, quod non tenet confirmatio electionis in contradictione, niſi citatis partibus vel à iure, vel ab homine ratione diuerſitatis, quia electores vtuntur iure priuato, & ideò nullum ordinem ſeruare debent, ſecùs autem eſt in conſtitutione, quæ vice iudicis fungitur. Ad ſuſceptionem) corporis & ſanguinis Domini & aliorum ſacramentorum, cùm ergò quilibet clericus tam in dignitate, quàm extra conſtitutus, tam in minoribus, quàm in maioribus ordinibus conſtitutus ad hoc teneatur, & excōmunicatus minori exc. hoc non poſsit, nec ad dignitatem, niſi ad clericatum eligi poterit (Virtutis). id eſt, executionis gratiæ collationem. Habebat enim executionem, qui tales ordines recepit.

6 † Collatione) mirum videtur, quòd hîc dicitur, quod communicātes excommunicatis, qui ſuſpenſi ſunt à participatione ſacramentorum ſaltem propter peccatū. 11. q. 3. cùm exc. non ſunt priuati collatione ſacramentorum, cùm eis non liceat ſacra contingere, ex quo peccatores ſunt. 81. di. miniſterium. & maximè cum ſacramētis, quibus confertur executio, vt ordines ſine miſſa conferri non debent. 75. diſtinc. cap. 1. & c. quòd a. & c. ſequent. Reſpon. quòd peccat conferendo ſacramenta, vt hîc. 1. qō. 1. omnia. 81. diſti. ſi qui ſunt miniſtri, & melius. 15. diſ. illud. non illa de quibus expreſſum habes. 32. diſt. §. verum. & expone literam, non videtur remotus à collatione ſacramentorum, id eſt, quod collata ab eo ſacramenta non recipiantur à ſubditis, ſed à participatione & perceptione, quæ eum tangit, & commaculat. Alij dixerunt, quòd licet ſacerdos peccet celebrando miſſam, non tamen peccat conferendo ſacramenta.

7 † In contemptum) ille enim qui i perti-

naciter communicat excommunicatis, ſi contra prohibitionem & interdictum ſuperioris non confert executionem, hoc non eſt verum, ſicut hîc apparet, nec trāſit excommunicatio ad tertiam perſonā. 11. quæſtio. 3. quoniam multos. intellige igitur hoc, quando ſuperior expreſsim interdixit communicantes excommunicatis, quia tunc non poſſet facere executionem, cùm ſint ſuſpenſi: vt no. ſup. cap. 1. (feriendus) per ſententiam.

TITVLVS XXVIII.

DE CLERICO NON ORDINATO MINIſtrante.

CAPVT I.

SI QVIS BAPTIZAVERIT. Niſi in neceſsitate. 30. qō. 1. ad limina.

CAPVT II.

1 *Epiſcopus ſemper poteſt diſpēſare in beneficio.*

EX LITERIS. (Ei) tanquā ſacerdoti (Miſſarum) hic non conficit. 68. diſt. presby. 1. q. 7. Daibertum. (de beneficio autem) no. quod quaſi ſemper in beneficio licet diſpenſare epiſcopo, nam diſpenſat cum non ordinato celebrante: vt hîc. & cum homicida. ℣. de cler. pug. in duel. c. fi. 50. diſtin. ſtudeat.

TITVLVS XXIX.

DE CLERICO PER SALTVM PROmoto.

CAPVT I.

TVAE LITERAE CONTINEBANT. (Prætermiſſo). 54. di. c. 1.

TITVLVS XXX.

DE EO QVI FVRTIVE ORDINES REcepit.

CAPVT I.

VENIENS. (Anathematis). licet per intimationem anathematis non poſsit cum tali, niſi per Papam diſpenſari, vt hîc, tamen eſt excommunicatus.

CAPVT II.

CVM

VM H. LATOR. † Abbas). Not. abbatem diſpenſare, ſimile. ℣. de ſen. excom. cū illorum. aliàs enim niſi vbi inuenio expreſſum, non credo quod abbas, archid. vel alius prælatus ſub eō poſsit diſpenſare, minores enim prælati, ardua ad epiſcopum deferre debent. ℣. de offi. archi. ad hæc. Quidam tamen dicunt, quod capitulum diſpenſat. arg. ℣. de præben. non igno. de ſimo. ex niſi. 17. qō. 1. eccleſia. Sed nos non videmus, qualiter illa capitula pro eis faciunt.

CAPVT III.

1 *Ordinatio alicuius quomodo probetur, & qd ſit dicendum de iuriſdictione, quis eam probare debeat. in num. 2.*

3 *Opponenti contra electionem incumbit probatio.*

4 *Probationes deſcendentes ex præſumptionibus, facilè admittunt probationem in contrarium.*

5 *Factum in iudiciis & extra iudicium ſemper oportet probari, ſi dicitur factum eſſe contra ius, uel ſolennitatem iuris, omnia enim licent, niſi prohibita probentur.*

1 ANNOTVIT NOBIS. (Licentia) & ſuo iure. ℣. c. 1. alij contrà, † ordinatus autē à nō ſuo epiſcopo ſuſpenſus eſt, vt habes hîc, de quolibet tamen viro noto, & bonæ famæ, qui vbi conuerſatur habetur pro noto ordinato, etiam ſi lōgo tempore hactenus ordinatus habitus eſt, credam tamen benè ordinatum, nec cogitur aliter probare. hæc enim ſunt ſufficientia argumenta ſuæ ordinationis. ar. ℣. de cle. pere. inter. & c. ſe. 9. q. 2. Lugd. ſed ſi aliquid prædictorum deficeret, non ſtarem præſumptionibus prædictis, niſi aliàs de ſua ordinatione probaret, vnde etiam videtur quod prædictis præſumptionibus ſit ſtandū, & ſi conſtet eum ab alio epiſcopo ordinatum, cùm enim hoc peccatum in ſuum tantùm, & non alienum periculum vergat, minus exactè probationes ſufficiunt: vt no. ℣. de cle. pere. c. 1. Vnde dicūt aliqui & fortè non malè, quòd ſi epiſcop⁹ ad quem pertinebat eius ordinatio, & cuius iuri detrahitur per ipſius ordinationē nollet eum recipere pro ordinato, vel nollet habere pro ordinato, ſed proſuſpenſo tanquam ordinato, à non ſuo epiſcopo, q̄d benè poteſt etiam ſi ſit bonæ famæ, & ſi omnia præmiſſa interueniunt niſi probet ordinatus, quod de ſua authoritate fuit ab alio ordinatus. Alij tamen contradixerunt & maximè, vbi eum in ſua præſentia admiſit ad ſeruiendum in ordine ſuo. In electione autem, ſi conſtet eam factam p eos, ad quos non ſpectat de iure communi, ſemper ante confirmationem, & poſt confirmationem factam ſine cauſę cognitione oportet electum probare poteſtatē datam electoribus. ſuprà, de ap. conſtitu-
2 tus. † Et idem eſt in iudice, quia ſi conſtet eum non habere iuriſdictionem ſuper litigantes, ſemper oportet eam probare iuriſdictionem, quouſque ſententia tranſeat in rem iudicatam, idem eſſet poſtquam ſententia tranſit in rem iudicatā ſi pars, quæ dicit, eos non iudices, nunquam comparuit iuri coram eis.

4 Si enim [a] paruiſſet coram eis poſt litteſt. ſi vellet poſtea ei dicere aliquid contra eius iuriſdictionem, incumberet ei probatio. C. de proba. leg. fi. ff. de procu. pomp. §. rati. ſed quid ſi partes ſint preſentes, & prætereunt has & ſimiles exceptiones, nec iudex eas mouebit, cùm liceat partibus eas præterire, ſed ſi partes ſint abſentes, iudex qui debet ſupplere defectū partis; eas debet proponere, & ſi eas omittat poſt ſententiam confirmatam per ſecundos iudices poterit pars abſens & contumax dicere, quòd primi iudice non habuerunt iuriſdictionem. Alij tamen contradicunt & fortè benè. Et hæc quidem obtinent in probationibus fundamenti. ſ. iuriſdictionis & poteſtatis iudices electorum, vel aliorum conſimilium. In probationibus autem, quæ fiunt in cauſis, quæ procedunt ordine iudiciario quis probare debet, longus tractatus eſt de probationibus, & de teſtibus, & pluribus alijs locis iuris, & parum præſumitur pro his, quæ fiunt in iudicio, niſi probentur. ℣. de proba. quoniam. niſi in his quæ relinquuntur eius arbitrio, vt in dilationibus & purgationibus dandis. ff. de iu. deli. l. 1. §. fi. 2, qō. 7. per totum. ſed & ibi ſi aliqua partium probaret malam dilationem latā, reuocaretur. ℣. de dila. c. 1. Item pro eo [b] præſumitur, licet parum etiam in iudicio ſup his, quæ pertinent ad eius officium, vt in fructuum & impenſarum reſtitutione. inſti. de offic. iu. §. 1. & per totum. ff. de rei vend. planè. & ſic eſt in multis alijs. ff. de mi. q. ſi minor. inſtit. de le. §. ſicut. C. de tranſact. age, extra iudicium autem, ſi aliqua facit, quæ pertineant ad officium ſuum, [c] ſemper præſumantur, benè facta [c], niſi probetur contrà, & ſemper eſt obediendum. 11. qō. 3. quid ergò. 23. quæſtio. 1. qui

[a] *Si enim. Adde quod hoc dictum dicit notabile Alexād. Imol. in. l. licet. col. 2. C. de procur. uerſ. in gl. in uerſ. inueniatur. & ibi illud ſegtur. & ſequitur Bal. in. l. geſta. in. penul. col. C. de re iudi.*

[b] *Item pro eo quod in peritiētibus ad officium iudicis pro eo præſumatur niſi cōtrarium probetur. Adde Pe. de Ancha. qui hoc refert & ſegtur in cōſil. 69. col. 2. uerſi. præterea. incip. cōductuum & impenſarum reſtitutione. inſti. ſi. contradonationem. & in conſ. 136. inci. ex conſiliis. in 2. co.*

[c] *Benè facta. Adde Pe. de Anch. in cōſil. 279. qō. proponitur.*

culpatur. ẽ. de temp. or. ad aures. ĩ. de pur. ca. c. 2. ſup. de offi. or. irrefragabili. in prin. ſuprà, de ap. ad noſtram. ff. de iu. iudic.

De ſolennitatibus autem extra iudicium inter partes, & inter alios, ſemper præſumitur interueniſſe conſenſum, niſi contra probetur. C. de contrahen. ſtip. leg. 1. & pe. ſed cum ſolennizatur, probatio procedat tantùm ex probatione vel præſumptione, citò per alias probationes tollitur probatio. ẽ. de præſump. quia veriſimile. & in pluribus alijs. c. eiuſdem ti. ſuprà, de renunc. c. ſup. C. de fideiuſ. l. pe. ff. de polli. quæcunque. ff. de fal. l. pe. C. de fi. inſtr. l. fi. Et ex hoc videtur, quòd ſi aliquis dicit defectum fortè interueniſſe in electionibus, puta quod non ſit factum ſcrutinium, vel collatio habita, vel communis electio, ipſi opponenti incumbit probatio huius negatiuæ.

Et hæc vera ſunt niſi vbi ius formam dicit probandam. infrà, de ſen. excom. ſac. in princ. ſuprà, de teſt. in omni. & niſi ius præcipiat interuenire ſcripturam, videtur enim ius præcepiſſe, quòd ſcriptura interueniat, vt per eam probetur ſolennitas. inf. de ſen. excom. cùm med. ſup. de ap. cordi. 10. qõ. 2. hoc ius. §. inter prædium. & §. ſe. contra has autem probationes, quæ procedunt ex præſumptionibus tantùm, facilè admittitur in contrarium probatio, & etiam iudex de facili inquirit. Item no. quòd ſemper in iudicijs, & extra, oportet probari factum, ſi dicitur factum contra ius, vel ſi dicit ſolẽni deficere, illud probare debet. ff. de prob. ad ea. quia omnia licent, niſi probentur prohibita. 31. q. 1. c. fi. ff. de teſti. l. 1. §. 1. & ff. ex quibus cau. ma. nec non. §. qui. ff. de procu. mutus. §. cùm quæritur.

TITVLVS XXXI.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM.

CAPVT I.

1 *Nunquid epiſcopus poſsit ſuſpendere clericos, & uide in nume. 2.*

3 *An ſit neceſſaria monitio in interdicto & ſuſpenſione.*

PERVENIT. (Et exactiones). Omnes autem exactiones intelliguntur illicitè, niſi à iure concedantur. 10. qõ. 3. quia vel conſuetudine. 9. quæſtio. 3. conqueſtus. vel ſtatuto (Charitate) moderatum autem auxilium cum charitate poſtulare poteſt. ſuprà, de cenſi. cùm apoſtolos. & no. ſup. de his quæ fi. à præla. ſine conſen. ca. quanto.

1 †Suſpendere) loquitur epiſcopo, & hoc eſt verum, quòd epiſcopus non poteſt ſuſpendere clericos, vel eccleſias interdicere in perpetuum, vel ad longum tempus multum ſine conſenſu capituli. ſuprà, de his quæ fi. à ma. par. cap. quæſiuit. & hoc maximè obtinet, vbi procedit ex officio, fortè contra præſentem vel abſentem, nã tunc eſt cum maiori maturitate procedendum, ſed ſi in iudicio quis ſit contumax, ſolus epiſcopus vel quilibet alius iudex prædicta facere poteſt. ẽ. de offi. dele. ſanè. & etiam excommunicare. ĩ. de offi. deleg. ex literis. ſed ſi deberet perpetuò epiſcopus ſuſpendere aliquem ab officio & beneficio etiam in iudicio, credimus quod non deberet facere ſine conſenſu capituli, quia magna quæſtio eſt, hæc ſine conſenſu capituli facere non debet. ſuprà, de his quæ fi. à præla. quanto. Item argumen. 15. quæſtio. 7. epiſcopus. 34. diſt. quorundam. 50. diſt. ſtudeat nullus. Item quia ſolus homo, etc. 65. diſt. epiſcopus. ad tempus autem ſaltem modicum, credimus aliquem prælatum poſſe ſuſpendere ſubditum ſine monitione, imò ſine cauſæ cognitione ſi culpa, vel delictum corã iudice fiat. arg. contra. 45. diſt. c. 1. ff. de pen. moris. 35. diſt. c. vlt.

2 †Sed oppones mirum eſt, quod epiſcopus non poteſt ferre ſententiam perpetuæ ſuſpenſionis, & tamen delegatus eius poſsit. ſuprà, de excommunicatione. apoſtolicæ. Reſpon. quod delegatus perpetuò non ſuſpendit, niſi requiſito conſilio delegantis. ſuprà, de officio deleg. ſi pro debili. ad hoc etiam faciunt c. alleg. quorundam ſtudeat, & delegans epiſcopus conſilium capituli requiret.

3 †Item quidam dicunt neceſſariam eſſe monitionem in interdicto & ſuſpenſione. ſuprà, de ap. reprehenſibilis. & pro nulla cauſa poſſet quem ſuſpendi, niſi per contumaciam, ſicut in excommunicatione. in hoc enim interdictum & excommunicationem comparat, argumentum. ĩ. de appel. ad hæc quoniã. Et ar. contra. 12. q. 2. hi qui. ſed certè hoc non credimus, cùm inueniam ſententiam ſuſpenſionis fieri contra delinquentem, etiam non contumacem. 5. q. 4. in lo. 2. qõ. 1. nemo. ibi enim ponitur excommunicatio pro ſuſpenſione. ĩ. de ſen. excom. ſacro. in prin. datur enim

enim ibi pœna. vnde ſic erat in hac pœna, vt in alijs vt probata culpa vel notoria exiſtente imponi poſsit ſine monitione, & pœnitenti & correcto, ſed in ſententia excommunicationis eſt ſecùs, quia non eſt pœna purè, ſed medicina. 2. qõ. 1. multi. Hoc autem benè fatemur, quod quando pro contumacia infertur non debet inferri, niſi contra incorrigibilem & contumacem, ſicut nec miſsio in poſſeſsionem. ff. de dam. infe. niſi. §. ſi fortè. in eo autem ſuſpenſio vel interdictum ſimilitudinem habet cùm excommunicatione, quod legitur. ſuprà, de ap. ad hæc.

CAPVT II.

1 *Epiſcopus non poteſt concedere priuilegium in præiudicium alterius.*

AD HAEC. (Liberas). Not. epiſcopum non poſſe concedere priuilegium in præiudicium alterius. 9. q. 3. conqueſtus. per principalem. de hoc no. ſup. vt eccle. benefi. vt noſtrum. in fi.

CAPVT III.

1 *Ordinatio malè facta, & ideò caſſata, ſuperior poſtea illam eccleſiam ordinabit, & nõ ille, cuius ordinatio eſt caſſata.*

AD AVRES NOSTRAS. (Intrudere) & malè. † Ordinans) ſatis poteſt hoc eſſe de iure, quòd ex quo ille ad quẽ pertinet ordinare eccleſiam, eam malè ordinat, quod caſſata mala ordinatione, ſuperior illam eccleſiam ordinabit, & non ille cuius ordinatio caſſata eſt. arg. ĩ. eod. inter dilect. in fi. Nos tamen hæc non fatemur, niſi in caſibus, vbi expreſſum eſt in iure, vel niſi iudex in pœnam delinquentis ſententialiter hoc ſibi retineret, ſed fortè tunc de iure eſt, quando in eo caſu ad alium ipſa electio deuoluitur, nam non debet ſibi ius, ad alium deuolutum retinere.

CAPVT IIII.

CLERICI.

CAPVT V.

SANE. (Libertatem) nulla differentia habita, vtrum libertas in pri. contineatur, aut in generalibus canonibus, vt hîc. 10. quæſtio. 3. quia eo. idem etiam ſi fortè præſcripſerint.

CAPVT VI.

ILLVD ETIAM. (Aſſumentes). Not. pœnam illorum, qui in beneficijs ſibi mutant cauſa poſſeſsionis.

CAPVT VII.

QVM AD QVORVNDAM. (Concilio). ſuprà, decem. cùm apoſtolus. (Pro illis) pro excedentibus enim numerum Lateranenſ. concilij non poteſt aliqua ſententia ferri in eum, ſi denegauerit debitum. argumentum. ff. de aqua quoti. leg. 1. §. Iulianus. & §. item quæritur. 10. quæſtio. 3. quia cognouimus. imò quod epiſcopus iniuſtè abſtulit, reſtituet in quadruplum. 18. diſt. quoniam quidem. C. ad. l. Iul. rep. l. 1. in Authen. vt lic. ma. §. & hoc quoque.

☞ † (Non tenere) not. ſpeciale vt ſententia excommunicationis à ſuo epiſcopo lata, non teneat, vel dic, quòd non eſt ſpeciale in hoc caſu, ſed hoc intelligitur quando exprimit errorem in ſententia, puta excommunico te, niſi me recipias, & vltra numerum prætaxatum. (Non tenere) nos dicimus generale ius, quòd hîc dicitur. ſ. quod ſubditus alicuius ſic priuilegiatus in aliquo capitulo à Papa, quod ſi prælatus illius eccleſiæ caſ. fert in eum ſententiam excommunicationis, quòd non tenet: vt hîc. infrà, de priuil. cùm capella. & c. quanto.

a Ad abbates. Adde & in aliis inferioribus epiſcopo. ita Card. in conſ. 47. inci. reuerẽ. de domine. in prin. Et ibi intelligitur hoc uerum, niſi talis inferior ultra ius haberet, etiam iuriſdictionẽ epiſcopalem, & quod abbates non poſſunt unire. tenet etiam Car. in conſi. 96. incip. uidetur unio prædicta. in. 2. col. uerſ. quinta uerò cauſa. & ibi dicit hoc dictum Innoc. notabile.

CAPVT VIII.

SICVT VNIRE. (Vnio) de vnione not. ſuprà, ne ſe. vac. c. 1. (epiſcopi) not. quod quantumcunque plenè eccleſiæ ſpectent ad abbates [a], non licet eas eis vnire, vel vnam alijs ſubijcere, hoc enim eſt ſpeciale tantùm, vt hîc.

CAPVT IX.

QVAM SIT. (Confiteri) de confeſsione. not. ſup. de elec. per inquiſitionem. † Conſtiterit) habito legitimo proceſſu contra eum, vel per inquiſitionem, vel per accuſationẽ, vel alio modo, nec probatur per hoc, quod confeſsio facta extra iudicium præiudicat, quia hoc non deponitur propter fornicationẽ, de qua non conſtat, ſi enim de ea non cõſtaret, non cogeretur maritus recipere eã, quòd hîc præcipitur, ſed ideò punitur [b] quia ex tali confeſsione apparet eum maledicum detractorem. (Leuem) quorum quodlibet ad eius pœnitentiam aliàs pœnam ſufficit.

b Sed ideò punitur. Hîc dicit no. Abb. in c. olim ex literis. col. 3. ſuprà, de reſcrip. & ſequitur etiã do. Franc. Cur. in repet. l. ad monẽdi. cha. 27. ff. de iur.

CAPVT X.

1 *Aedictum peremptorium non est necesse in absentem, qui de contumacia, uel de culpa notatus est.*

EX LITERIS. (Candentis) hæc purgatio omnino interdicta est. ĩ. de pur. ca. ex tuarum. 2. q. 5. c. mennam. suprà, ne cle. sententiam (euaserit) hæc verba non solùm episcopo, qui pò estatem habet, sed etiam in alio consiliatore irregularitatem adducerent. 50. dist. si quis viduam. s̃. ne cle. sententiam. (Multitudine) & sic auxilium dedit suspensioni eius, vel mandatum tacitum, propter q̃d est irregularis. 50. dist. si quis viduam. (Inueniri) vnde pro eodem est, ac si nõ venisset. 11. q. 3. certum. non enim licet post calumnias latitare. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Fulcinius. §. sciendum.

☞ † Item no. non est necesse in eo, qui de contumacia, vel de culpa notat⁹ est, quod perueniat ad eum peremptorium. suprà, qui fil. sint legi. causam. perlatum. s̃. de cle. coniu. tuæ. 7. qõ. 1. præsentium. C. de iudi. properandum. §. & si quid. ff. de euic. si verò. & l. si dictum. §. si præsente. ff. loc. Item quæritur. §. exercitus. contrà. suprà, vt lit. non constet. quoniam. de iureiur. l. penul. ff. quæ sen. sine ap. re. l. 2. & C. quomodo & quando iu. ea. 3. qõ. 9. caueant. Sed contraria loquuntur vbi absens non notatur de calumnia, vel culpa (Amouentes) non fertur sententia contra istum depositionis ab episcopatu, sed dicit iudex, amoueo talem perpetuò ab ecclesia Abigan. simile de cler. non resi. ex tuæ. Melius videtur, quàm expresse in eum sententia depositionis feratur. suprà, de do. & cõtu. veritatis. (Amouentes). ĩ. c. 2. G. melius.

CAPVT XI.

1 *Nedum electio, sed etiam instituto antequam adipiscatur possessionem, opponitur crimen. Fallit.*

2 *Quo casu, & per quem procedi possit ad secundam electionẽ, etiam prima non cassata, & quando non teneat electio, nisi prius cassetur prima. in num. 3.*

Res omnis per easdem causas dissoluitur, per quas contrahitur.

4 *Electio seu prouisio quæ nulla est, non debet impedire.*

Iurisdictio à delegato ad delegatum debet redire, sicut appellatio.

5 *Cassatur electio facta contra formam mandati, & inde usque ad fi.*

Electio siue prouisio quæ nulla est, ad quem tunc potestas prouidendi deuoluatur.

INTER DILECTOS FILIOS. † (Aleatorem) not. quòd crimen opponitur, non tantùm electio confirmationem petenti. ĩ. de electio. dudum. imò etiam opponitur ei, qui institutus est antequam adipiscatur possessionem, vt hîc, dummodò laboret infamia, suprà, de accu. accedens. sed si aliquis agat possessorio super beneficio, vel dignitate, quod obtinuit recuperando, tunc nullo modo obstat exceptio criminis. suprà, de or. cog. super. & suprà, de restitu. spo. in literis. sed si agat petitorio ad repetendum beneficium, vel dignitatem amissam, tunc distingue, quia si objicitur crimen, vel aliquid aliud, quod ipso facto inducit priuationem illius beneficij, vel dignitatis. VERBI GRATIA, quòd si hæreticus, vel sententialiter depositus, vel de crimine condemnatus, admittenda est huiusmodi exceptio. argumentum. 8. dis. quo iureiur. 23. quæstio. 7. cap. 1. & 2. sed si aliud crimen sibi objiciatur. s. quòd est adulter, periurus, vel simoniacus de alio beneficio, quia per huiusmodi crimina ipso iure non amittit suum ius, non credimus huiusmodi exceptiones, admittendas, quod sic probo, quia etiam probato crimine, cùm remanet prælatus, vel canonicus, adiud candum est ei ius petitum, & sic nihil prodesset sibi probatio suæ exceptionis, ergò non est admittenda. C. de proba. ad probationem. Nec potest dicere, quod crimine obiecto in modum excep. priuandus sit iure suo, quia expresse contradicitur. sup. de ordin. cog. cùm dilec. in fi. Si autem objicitur ei, quòd contraxit matrimonium, dicunt quidam hanc exceptionem admittendam, quia ipso facto renunciare videtur, alijs contra videtur, sed videtur, quòd hi qui agunt petitorio ad recuperandum sua beneficia propriè intentant actionem in rem, quasi confessoriam, quia ius petunt, vel beneficij, vel dignitatis in ecclesia, quæ est res aliena, quia Dei, vel nullius est, sicut quando petitur vsusfructus. ff. si vsusfruc. pet. leg. 1. in prin. & l. vlt. §. 1. & leg. fi.

☞ † Sed op. cõtra eũ, q̃ agit petitorio, cõpetit actio

actio per quam remouebitur à beneficio, ergò multò fortius contra eum agentem petitorio, dabitur exceptio? ff. de re iudi. l. inuitus. §. credamus. Respon. actio competit ante vindictam, non ad prosecutionem rei familiaris, in casu autem nostro, proponitur exceptio, pro defensiõe iuris, vel rei familiaris. Vnde non haberet locũ prædicta regula. ſ. cui damus actionem, & exceptionẽ, quæ loquitur quando ad idem ägitur & excipitur. Atque ludos). 35. dist. c. 1. s̃. de vi. & ho. cler. c. clericis. causa autem conuiuij ludere licet. ff. de alea. qui in conuiuio. (Indignantem) hæc verba infamiam facti irrogant. C. de his qui not. infa. improbum. (Iudicum) & sic patet, quod sufficiens est probatio iudicis super facto suo, & maximè vbi sunt plures. arg. s̃. de proba. tertio. & no. s̃. de accu. cùm dilec. (Conscientia). s̃. de fal. ad falsariorum. cõtrà. Sol. ibi de falsatoribus literarum Papæ, hîc de alijs, vel aliter vt ibi not. (Absoluendum) de plenitudine potestatis est absolutio facta super exceptione, cùm aliàs alij iudici non liceret super excep. iudicare, cùm etiam super ea non debeat fieri lit. conte. vt aliàs not.

2 † Postmodum) ex interuallo, vel incontinenti ab eadem parte. suprà, de postul. bonæ memo. ibi, temerè receperunt, & intelligo hoc, postquam publicata est electio, vel prouisio. de hoc no. suprà, de elec. publicato. & c. cùm terra. Alius autem ab illo, qui fecit primam prouisionẽ vel electionem, si prima nulla est ipso iure, securè procedit ad secundam electionem faciendam, etiam prima non cassata. argumentum. suprà, de elec. cùm in cunctis. in fi. sup. de sen. & re iu. cùm Bertholdus. & not. sup. de elec. considerauimus. Secùs autem dicerem, si prima quæ nulla est confirmata, esset siue bona fide, siue fraudulenter, quia tunc electio facta ab illo ad quem deuoluta est potestas, nõ tenet, dummodò cõfirmatio teneat, quia iam ecclesia non vacat, & ei obediendum est, & authore prætore possidet, argum. 8. q. fi. nõnne. ff. de acqui. pos. iustè.

Item quamuis electio non teneat, tamen ex quo confirmatio accessit, iam cõtra eam nihil dici potest. sup. de elec. cùm dilect. ff. quæ sen. sine ap. l. 1.

☞ † Item cùm omnis res per easdem causas dissoluatur, per quas contrahitur. inf. de reg. iur omnis. ergò sicut administratio huiusmodi dignitatis & concessa est per confirmationem, sic est sibi auferenda per infirmationẽ. Hîc autẽ cessat ratio in primo casu. s. quãdo electio nõ est confirmata, itẽ autem q̃ in confirmatione dicimus, etiam si aliud interueniat, q̃ vicẽ obtineat cõfirmationis, vt si assignatũ sit ei beneficiũ, & in possessionem induct⁹ per eum, ad quem pertinet cum debita & consueta solennitate. ar. s̃. de concess. præben. quia di, & c. cum nostris. Quidam tamen dicunt, quod in hoc casu etiam post confirmationem, ille ad quem deuoluta est potestas securè eliget, sed non poterit petere confirmationem suę electionis, nisi prima electio fuerit prius cassata. ar. s̃. de in integr. resti. c. 2. in fi. primũ dictum magis placet.

Prima opinio, quæ not. in gl. ista ex interuallo, vbi dicitur, quòd si electio fiat post primam confirmationem, non valet, siue bona fide, siue fraudulenter obtenta fuerit primæ electionis confirmatio, tunc est vera, quando tempore confirmationis factæ nullus erat qui posset eligere, vel deberet, & obtinet illa opinio, etiam si confirmatus non sit adeptus possessionem, sic vt apparet expressè. sup. de concess. præben. & ec. non va. post electionem. nam si alius tempore confirmationis potest de iure eligere propter confirmationem alterius electionis factæ, ab aliquo alio, ad quem non pertinet, non perdet ipse ius suum. s̃. de sen. & re iu. cùm Bertholdus. nisi confirmatio esset facta vocato eo, ad quem pertinet elec. vel solenniter proposito edicto, de quo not. s̃. de procu. in nostra. suprà, de sen. & re iu. quamuis. quia tunc benè noceret. ff. de mino. in causæ.

3 † Item non habet locum prædicta opinio, nisi ex prouisione, quæ habet vim electionis & confirmationis, vel ex confirmatione, quæ malè factæ sunt deuoluit potestas eligendi ad alios, quia tunc propter tales confirmationes non dimitterẽt illi, ad quos pertinet, quia procedant ad electionem. s̃. de elec. cùm in cunctis. in fi. Sed his videtur contra. s̃. de concess. præben. post electionem, vbi videtur dici, q̃ ex prouisione deuoluebatur potestas eligendi ad primos, & tamen non tenet electio, nisi prius cassetur prima electio. So. ibi, non dicebatur deuoluta potestas eligendi ab archiepiscopo ad capitulum ex prouisione vel confirmatione, sed ex his quæ postea contingunt. s. quia debito modo non erat electus præsentatus à capitulo, & propter renunciationẽ & abiurationem post prouisionem secutas, & ideò cũ ibi haberẽt ius ex prouisione archiepiscopi,

quæ legitimè facta erat, non valet electio facta à capitulo, niſi primò caſſaretur prouiſio, & idem ſi ſola electio facta eſſet, quæ teneret, quia ea non caſſata, non valeret alia electio, niſi incontinenti fieret: vt no. ☞. de elec. conſideraui mus.

4 † Sed quid dices, aliquis authoritate Papæ, prouidit alicui notorio indigno, & ſcienter de aliqua prælatura, vel manifeſtè contra tenorem mandati, nunquid illi ad quos pertinet electio, primò poterunt eligere, non obſtante tali prouiſione vel cõfirmatione? arg. quòd ſic. præalle. dec. cũ in cunctis. in fi. Item electio vel prouiſio quæ nulla eſt, non debet aliam impedire. ☞. de elec. auditis. & eodem modo, ſi non ſeruauit formam mandati, nõ valet quod fecit. ☞. de reſcri. cùm dilecta. Item electio facilè debet redire ad ſuam naturam, id eſt, ad alios, ad quos pertinet de iure. ff. de pac. ſi vnus. §. pactus. in fi.

☞ † Sed nobis videtur contra, nec contradicit decre. cùm in cunctis, quia licet ſit ſtatutum, quod electio propter defectum ſuum deuoluatur ab epiſcopo ad capitulum, vt ibi, & ideò teneat electio, non obſtante confirmatione, non tamen eſt ſtatutum, quòd à delegatis Papæ deuoluatur ad primos electores, & ex quo ſtatutum nõ eſt, deuolui non debet. ☞. de conceſ. præb. quia diuerſitatem. ☞. de ſup. ne præla. c. romana. Item indignum eſſet, ex quo Papa ad ſe reuocauit prouiſionem. licet eam faceret delegatus, quod vlterius rediret ad primos, niſi de mandato Papæ. ☞. de poſt. bonæ. 2. circa fi. ☞. de offi. leg. quod ad trãſ. ☞. vt lit. pe. eccleſia. & 3. qõ. 6. multum. Iterum fateor, quòd non teneat, quod fecit iſte delegatus, nec impedit, quin alia electio fiat ab eo, ad quem pertinet tunc eligere. ſ. à ſuperiore qui delegauit non ab eis, à quibus reuocata eſt electio. de hoc. no. ſuprà, de præb. inter cætera. nam à delegato ad delegantem debet redire iuriſdictio, ſicut appellatio. ſup. de offi. del. ſuper quæſtionum. & flumina ad locum vnde exeunt reuertuntur.

5 † Item electio benè redit ad naturam ſuam, ſi redit ad delegantem, & ſi factum eſt contra formam mandati, non valet, & benè caſſãbitur, ſed facta caſſatione, electio non redibit, niſi ad delegantem. Alij dicunt & fortè melius, quod ſi alicui mandatum fuit, quod prouideret alicui ſub conditione. VERBI GRATIA, ſi eſſet de tali loco oriundus, cum hic non habeat iuriſdictionem, vel poteſtatem prouidendi, niſi conditio ſit vera. ff. de ver. ſig. cedere. & talis prouiſio, quæ nihil valet, nec fundamentum habet, non impediet primos eligere. de hoc no. ſuprà, de præſump. dudum. Idem videtur, & ſi poteſtas non ſit conditionalis, ſed certum eſt, quòd Papa nunquam ſcripſiſſet pro eo, ſi ſciret veritatem, vt ſi ſcripſerit pro quoquam in crimine permanente, ſed ſecùs eſt ſi ſcripſiſſet pro aliquo, qui egeret diſpenſatione, puta irregularem, vel alium defectum patientem, nam tunc licet ille, cui mandatur, non poſſet prouidere huic irregulari, qui tacuit ſe irregularem, tamen prouiſio intacta reuerteretur ad delegantem. Ratio diuerſitatis eſt, quia hic ex quo de gratia voluit principale. ſ. huic prouideri credendum eſt, quod vult acceſſorium. ſ. diſpenſare cum ineo defectum, quem patitur, ſed ſecùs eſt in præcedenti caſu, vbi diſpenſare non poteſt. argumentum, opt. ff. de officio præ. Barbarius. in fi. vbi dicit, quod ſi ſciuiſſet eum ſeruum liberum effeciſſet. & ſuprà, de renunc. niſi. §. perſonæ. ſuprà, de ſen. & re iudi. cùm olim.

† Et no. quod quando prouiſio non debet reuerti ad delegantem, potius deuoluitur poteſtas prouidendi ad alium delegatum, qui ſimilem poteſtatem habet prouidendi in eadem eccleſia, dummodò præſentauerit literas, quàm ad alios, ad quos pertinet de iure ſuo. ſuprà, de reſcri. capitulum.

Alij tamen dicunt, quod quæcunque prouiſio facta à delegato ſit nulla, ſemper poteſtas prouidendi deuoluitur, vel ad alium delegatum, ſi eſt, vel ad primos, ad quos de iure pertinet. Imò plus dicunt quidam, quòd etiam ſi Papa ignoranter prouidiſſet alicui irregulari, vel alij, ita q; nulla eſſet ſua prouiſio, quòd ſi etiam ea non caſſata, tunc prouideret delegatus eius, vel alij ad quos pertinet electio, quod teneret ſecunda electio, ſed literæ obtentæ poſtquam poſſeſſori prouiderat, & maximè poſtquam prouiſus per primos haberet poſſeſſionem, non valeret. ſuprà, de conceſ. præb. cum noſtris.

Alij tamen diſtinxerunt, vtrum mandatum Papæ proceſſit in fauorem eius, cui ſcribebatur, vt tunc redeat electio ad primos electores, & idem dicunt, ſi in

fauorem ſcriptum erat illius, cui prouiſum eſt, ſi crimen eius impediat prouiſionem. Si autem delegatus proſequebatur factum ſuum, quia in fauorem ſuum fiebat huiuſmodi prouiſio, tunc reuertitur ad delegantem. Si autẽ per compromiſſum facta fuerit electio de indigno ſcienter, non redit tunc electio ad capitulum, ſed ad ſuperiorem deuoluitur, quod enim compromiſſarij faciunt, omnes facere videntur, cùm vice omnium fungantur. ☞. de elect. quia propter. Item conſtitutio. ☞. de elec. ne pro defectu. indiſtinctè loquitur, quod ſi electio non fuerit facta intra legitimum tempus, non diſtinguo, an à capitulo, an à compromiſſarijs, quod electio deuoluatur ad ſuperiorem.

CAPVT XII.

ACCEDENTIBVS AD NOS. (Legitima præſcriptione) ſuprà, de conſan. & affi. ex literis. infrà, de ſen. & re iud. tenor.

CAPVT XIII.

DILECTVS FILIVS I.

CAPVT XIIII.

1 *Quæ genera hominum poſſint ſibi rectorem & ſyndicum conſtituere.*
2 *Societatis diſtinctionem hîc habes. Collegia bona & lata, quando fiant illicita?*
3 *An collegia fieri valeant abſq; ſenatuſconſul. uel principis authoritate, & quæ collegia dicantur uoluntaria, in num. 4. & quæ ſint perſonalia uel realia, in num. 5.*
5 *Res collegiorum an & quando poſſint diuidi inter ſingulos de collegio.*
6 *Collegium an conſtituitur per aliquam ſocietatem. & uide in nu. 7. & 8.*
7 *Socius an poſſit conueniri de contractu ſocij, & an & quando debeat communicare damnum & lucrum, & nu. 8.*
9 *Clerici ciuitatis uel caſtri, an faciant collegium. & in num. 10.*

1 DILECTA IN CHRISTO. † (Vnum corpus) de his corporibus no. ſuprà, de offi. or. cùm abbas. ſed quod ibi minus dictum eſt, hîc ſuppletur, videtur enim quod quilibet homines cuiuſcunq; profeſſionis, vt grammatici, vel negotiatores, vt confrumentales, vel officij, vel piſtores propria authoritate, ſi volunt, licet alij aliter dicant, poſſum conuenire ſimul, & facere ſibi rectorem, & ſyndicum, & arcam communem, dummodò ſocietatem coëant, vel collegium faciant pro aliqua cauſa, quidam tamen dicunt, quòd rectores in perſonalibus collegijs, ſemper confirmabuntur à ſuperiore, ſicut & in realibus, vt in Authen. de defen. ciui. §. & iterum illud. & §. & ſi eadem. imò videtur, quòd etiam ſine rectore & ſine ſyndico, & ſine arca, & ſtipulatione poſſunt authoritate propria, vel ſola voluntate expreſſa tamen conſtituere collegium, dummodò pro aliqua cauſa iuſta hoc faciant, puta ad defenſionem iuſtitiæ ſuæ, & aliorum, vel ne in ſuis officijs fraudem faciant & conſimilibus. Nec oportet quod iſti habeant aliud nomen, niſi collegium grammaticorum talis loci, & ſic de alijs, Imò videtur, quod licitum ſit collegium omnium bonorum ſodalium, qui multum facere habituri ſunt ſimul. arg. ff. de colle. il. l. 1. quæ eſt Græca, illud autem conſtat, quod ſi faciant collegium cauſa religionis, vel pietatis, & inde nomen ſumant. VERBI GRATIA: collegium iuuantium oppreſſos, vel collegium facientium eleemoſynas, & ſic de cæteris licitum eſt. Et hoc probatur ex diffinitione ſocietatis quæ talis eſt.

2 † Societas eſt plurium corporum inter ſe diſtantium, vno nomine ei deputato collectio. Item probatur ex eo, quod dicitur in l. 1. ff. de colle. illi. vbi dicitur, quod licita collegia ſunt omnia, quæ ſunt cauſa religionis, vt præmiſſa, dummodò nihil faciant contra ſenatuſc. id eſt, dummodò nihil mali faciant occaſione collegij, quod prohibet illicita collegia, & hæc collegia licet bonum nomen habeant, tamen quia malè operantur, fit illicitum collegium, & ideò deſtruendum, & ad hoc facit. l. vlt. eiuſdem tit. & l. Græca. ibi poſita.

3 † Sed contra. ff. de colle. illi. collegia. in prin. vbi dicitur, quòd collegia non debent fieri abſq; authoritate ſenatuſc. vel principis. Sol. omnia prædicta collegia, quæ fiunt pro bono, & ad malum, non procedunt, dicimus eſſe conceſſa authoritate ſenatuſcon. qui ſola illicita prohibet, & ideò licita concedere videtur. ff. de colle. illi. l. prima. ſicut per idem ſenatuſconſultum conceſſa ſunt collegia profeſſionum, & negotiationum, &

burgorum & villarum. C. de iurisd. om. iud. l. fi. ff. de procu. quia. ff. quod cuiusq; vniuer. l. 1. ff. ad Treb. omnibus fi. de leg. 1. si hæres. §. vitijs. C. de natu. lib. l. si quis sen. & in l. quoniam. authoritate autem principis possent, & deberent fieri collegia, si homines parum habent facere simul, vt si barones, vel ciuitates, vel tres, vel plures coeant collegium, nam huiusmodi collegium non valeret sine authoritate principis, quia nec multum simul facere habent, nec hoc faciunt causa religionis.

4 † Item videtur quòd hæc collegia personalia, scilicet, professionum, negotiationum officiorum, & religionum sunt voluntaria, & non necessaria, & ex hoc est, quod etiam illi, qui sunt de eadem professione, vel negotiatione, siue sint plures, vel pauciores, quàm alij, qui iam coierunt collegium, non coguntur illud intrare, imò qui iã intrauerunt, possint inde exire. Item quòd exeuntes accipiunt partem de rebus communibus. Item quia non potest quis esse in duobus collegijs voluntarijs, & hæc sunt. ff. de colle. illi. l. 1. §. fi. Videtur tamen alijs, quòd si pauciores homines vnius officij, vt grammaticorum, pistorum, vel aliorum conueniant in vno loco ad collegium faciendum, quòd non debent vocare se collegium grammaticorum illius loci, quia non proprium dicitur esse collegium ibi alicuius officij, nisi ibi sit maior pars, sed debent denominare ab illo officio, cùm aliqua adiectione discernantur. VERBI GRATIA: Collegium scholarium vltra aduersam, vel citra, vel collegium scholarium sancti Stephani, quia hæc conueniunt, & sic est dicendum de alijs. Alij tamen dicunt, quod pauciores de aliquo officio non possunt facere collegium, nisi assumant sibi nomen aliquam pietatem respiciens.

5 † Quòd autem prædicta collegia appellantur personalia vel realia, non habetur in iure, sed persimile dicitur numerum seruitutum realium & personalium, secùs autem est in collegijs realibus, vt ciuitatis & burgi, & ecclesiæ, quæ sunt necessaria & naturalia, qualia sunt, quæ ratione originis, vel ratione domicilij, vel alijs consimilibus rationibus contrahuntur. Nam huiusmodi domicilia, non licet indifferenter dimittere, & etiam potest plura talia collegia habere. ff. ad municip. l. Labeo. & l. seq. Item res talium collegiorum non diuiduntur inter absentes. 12. q. 2. §. qui manumittitur. Azo tamen dicit, quod singuli de vniuersitate de his, quæ in ea conferunt cùm inde recedunt, debent habere partem, & sic loquitur. ff. de col. illi. l. 1. §. fi. Sed de alijs quæ donantur, vel legantur vniuersitati, non debent habere partem. ar. pro hac distinctione. ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. viarum. ĩ. de cle. coniu. quod à te. vbi nota. 16. q. 6. de lapsis.

6 † Societas autem socij vniuersorum bonorum, vel alicuius negotiationis, vel rei, non constituit collegium, vel corpus, quod apparet ex eo, quia lex dicit, quòd socij alicuius professionis possunt constituere collegium. ff. quòd cuiusq; vniuer. l. 1. §. 1. ex quo apparet, quod societas non est collegium per se, nisi aliter constituatur per princ. pem, vel senatusconsul. vel alio modo, vt prædictum est. Item hoc ipsum probatur, quòd collegium recidit in vnũ. ff. quod cuiusq; vniuer. sicut. in fi. 65. dist. c. fin. sed societas morte ciuilis socij soluitur. ff. pro soc. actione. in princip. † Item si

7 esset collegium, non deberet conueniri quilibet socius de contractibus initis, nomine societatis, sed societas ipse tantùm. 12. q. 2. qui manumittitur, quòd falsum est, hoc enim datur hæredi, & in hæredem, & ideò malè faciunt qui conficiunt libellos, vel stipulationes, vel alios contractus nomine societatis, cùm non sit corpus, nisi exponas, id est, nomine sociorum, vt res magis valeat, quàm pereat.

Sed his videtur contra. ff. quod cuiusq; vni. l. 1. in prin. vbi videtur, quod hæc tria comparantur. scz. societas, collegium, & corpus. Sol. ibi loquitur de societate intellectuali & iuris, quæ est idem, quod corp⁹, & non de societate bonorum.

Hoc fallit in reis credendi, vel debendi socijs, quorum quilibet agit ex sententia pro alio lata. ff. de arbi. si duo. vbi dicitur, quòd ex facto rei credendi socij, qui non compromisit, datur actio ex stipulatu contra eum socium, qui compromisit, ex quo omnes pariter damnum consequuntur. Ex quo videtur, quòd eadem ratione ex stipulatione rei socij, qui compromisit detur actio alijs. ar. ad idem. ff. si quis cautsi duo. §. 1. ff. de libe. exhib. l. 3. §. nunc. ff. de duob. reis. pro eadem. 1. respon. ff. de fideiuss. minimus. Et hoc ideò est, quia ex eo quod est reus, potest totum deducere in iudicium, imò partem deducere non debet, quòd si faceret & illius partis pars sociorum contingeret, & ex eo quòd est consocius, communicat lucrum & damnum, & ideò inuicem vnus alterius nomine agere & paciscì videtur, secùs autem in correis tantùm, qui non communicant damna, & lucrum, & secùs in socijs tantùm, qui non possunt deducere in iudicium, vel pactum, nisi suam partem. Fatemur tamen, quòd magister societatis, potest pro alijs agere ex eius beneficio. ff. de pac. item si ratum habet factum socij tacitè vel expressè, potest agere ex facto eius. ff. pro soc. in re. semper enim præsumitur nomine socij contrahere.

8 † Alij tamen contradicunt asserentes, quod licet ex facto socij, vel pacto, vel re iudicata damnum vel lucrum consequetur alius socius, vt sonat prælleg. l. & etiam aliquando detur ex eis exceptio, nunquam tamen datur actio. l. Aquil. pro socio, iure intelligitur vt per socium, id est, per factum socij, non obligetur socius, id est, nec lucrum nec damnum sentiat antequam res in quibus contraxit versæ sunt in communem vtilitatem.

9 † Clerici autem ciuitatis, vel castri non possunt facere collegium ea ratione, quia sunt in eadem ciuitate vel castro, quia clerici non constituunt vniuersitatem castri, vel ciuitatis, vel castrum vel ciuitatem, quod idem est, sed constituunt vniuersitatem suarum ecclesiarum, & ciues constituunt ciuitatem, vel vniuersitatem ciuitatis, & castellani castrum: sed bene [a] possunt constituere vniuersitatem causa religionis, scilicet, vt missas celebrẽt pro viuis, & defunctis, vel consimilibus. Item videtur quòd cum ista collegia, vt rectores eorum subsint maioribus, & ordinarijs potestatibus, quòd ad eorum dictũ destrui possunt, & prohiberi ne incipiant,

10 † Capitulum) No. non semper vbi plures clerici sunt in vna ecclesia, facere collegium. arg. ĩ. de iure. patr. postu. (contendunt) quia si non est vniuersitas, non potest scribi sigillum vniuersitatis. ff. quòd cuiusq; vniuer. l. 1.

CAPVT XV.

GRAVEM. (Homagij) Propter homagium istud punitur, vt sequitur. 22. quæstio. 5. de forma. nisi enim præstitisset homagium, non crederem eum peccare, cùm non vocaret eum dominum, sed prælatum. argum. 10. q. 3. cauendum (spiritualibus) de his etiam incidenter iudex secularis cognoscere non potest. ĩ. qui filij sint legi. lator.

CAPVT XVI.

1 *Religiosi quibus confiteri teneantur.*
2 *Quis possit eligere sepulturam.*

NIMIS INIQVA. (Cum religiosi) cuiuscunq; religionis sint, in nullis sequentibus grauari debent. Nos credimus hoc speciale priuilegium fratrum prædicatorum, & minorũ, vel aliorum, qui in his specialiter sunt priuilegiati, vnde benè sequitur contra regulam. † Confessiones) quas audire debet proprius prior, vel alius commonachus. 16. q. 1. c. 2. si autem non haberet aliquem sui ordinis, satis crederem, quòd de iure communi deberet confiteri parochiali sacerdoti. ĩ. de pœni. & remiss. omnis. sed hic repeto priuilegium horum quod cuilibet etiam de ordine suo, & de alio poterit cõfiteri (oratorijs) si vellent habere ad communicandos generaliter infirmos non licet, sed causa donationis licet. 11. q. 1. alia. & etiam pro se communicandis (sepeliri) hoc licet cuilibet religioso.

2 † Eligat) Ex hoc videtur, quod non loquatur de professis, sed de confratribus templariorum, & consimilibus, qui remanent in seculo, tamen si esset professus, cùm non habeat proprium velle, non posset eligere sepulturam. ar. 12. q. 1. non dicatis. Respondeo imò loquitur de minoribus & prædicatoribus, qui quando extra conuentus moriuntur, possunt eligere sepulturam. Nec est hoc in eis speciale, cùm cuilibet liceat eligere sepulturam, quam vult: vt not. ĩ. de sepul. c. 1. (campanam) hoc est speciale priuilegium, aliàs contra. ĩ. de priuil. patentibus (cimiterium) hoc non credo speciale, nam cùm apud tales liceat eligi sepulturam, ergò & cimiterium habere. ĩ. de sepul. c. 1. (numerum) hoc speciale priuilegium est, nam aliàs hoc licet episcopis. suprà, de insti. c. 1. (cereorum) hoc non est speciale priuilegium, quo enim iure hoc alibi possint non videmus, non enim debent quòd in canonibus non inuenitur expressum. 18. quæst. 2. hoc tantum (desistatis) si tamen pro his latæ sint sententiæ in eos excommunicationis vel interdicti, credimus tenere licet puniantur. ĩ. de priuil. quanto.

[a] *Sed benè. hoc dictum, & in verſ. seq. itẽ uidetur, sequitur & refert Card. in conſ. 11. incipien. pro enucleatione omniũ quæſitorum. col. 2. uerſ. oppoſitum ſentit.*

CAPVT

CAPVT XVII.

NIMIS PRAVA. (Ad ſynodos) hoc eſt ſpeciale in his duobus ordinibus, nam alij religioſi tenentur. 18. diſt. c. vlt. ſupr. de ma. & obe. quòd ſuper his. (Conſtitutionibus) ſpeciale eſt in his, in alijs ſecùs. 18. diſt. c. vlt. ℣. de priuil. exore. (corrigendis) ſpeciale in his, in alijs licet. ℣. de ſtat. mona. in ſingulis. §. porrò. (iuramento) ſpeciale in his. (proceſsionaliter) ſpeciale in his, in alijs ſecùs. arg. infrà, de pri. cùm olim. propter. in fi. (benefactores) hoc non eſt ſpeciale in his. ℣. de priui. quanto. ſi prælati eos excommunicaſſent pro eo, quod hos religioſos reciperent excommunicare non poſſunt (fratribus) fratres benè poſſunt excommunicare prælati, cùm non ſint exempti, ſi iuſta cauſa ſubeſſet, ſed propter hoc appareret, quòd in hoc ſunt exempti, quod excommunicari non poſſunt, ſed tamen poteſt intelligi, quòd non poſſunt excommunicari, ſi contra ſuas indulgentias eis nó obediant, ita quòd clauſula quæ ſequitur, niſi religio etc. hoc determinet (fatagunt) hoc non eſt in eis ſpeciale (ciuitates) hæc ſine cauſa nullis inhibere debent (de hortorum) omnes religioſi ferè in his ſunt priuilegiati. ſuprà, de deci. ex parte. & in his fratres intelligimus priuilegiatos (domibus) hoc credimus ſpeciale in his fratribus, cùm in Iudæis tantùm obtineat. ℣. de vſur. quanto. in fi. (totaliter) & malè, quia quamuis non ſint exempti, in multis tamẽ ſunt priuilegiati, vt hîc. &. ℣. c. proxi. (deſiſtatis) credimus tamen quod ſi prædictas ſententias excommunicationis, vel interdicti tulerint, quòd tenent, licet qui eas tulerint puniri debeant. inf. de priuil. quanto.

CAPVT XVIII.

1 *In terra interdicta legere Pſalterium uel Euangelium docere & etiam prædicare non eſt prohibitum.*
2 *Puniri debent laici iuiolantes interdictum.*
3 *Non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis abſoluere excommunicatum.*
4 *Quæ dicatur generalis ſententia.*
5 *Non poteſt ſuſpenſus donare præbendas, nec quenquam deſtituere.*
Communicans & celebrans excommunicato, an ipſo iure ſit ſuſpenſus & irregularis.
Irregularis an ſit qui celebrat in locis interdictis, & quid iuris ſit, ſi in eccleſia interdicta celebret.
6 *Interdicti etiam ſi pœnitentiam acceperint in loco interdicto non ſepelientur, poſt autem interdictum, benè ſepeliri poſſunt, in numero. 7.*

SANTA EST CLAVIS. (Violare) in ſuo officio offerendo in miſſa, ſcilicet, calicem vel vrceolos, vel huiuſmodi, vel celebrando aliud officium, ſcilicet, veſperas, vel matutinas & huiuſmodi. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. in fi. Nec credimus prædictam irregularitatem, vel ſuſpenſionem incurrere, qui officio intereſt, & cantat, non tamen celebrat, cùm nec aliquid fecit tanquam in ſuo officio agens, cùm hoc nuſquam inueniam, & ſatis innuit. c. præal. licet pec-
1 cet. † legere enim Pſalterium, vel docere etiam Euangelium, & ſic etiam nouum & vetus Teſtamentum in interdicta, non eſt prohibitum, cùm etiam ibi prædicari poſsit: vt. ℣. de ſen. excom. reſpondeo. In officio autem ſuo, id eſt, in ordinatione agere intelligimus, ſiue in maiori, ſiue in minori ordine ſit.

2 † Sed quid dices de officijs, vel miniſterijs, puta ſi magiſter ſcholarium exerceat officium ſuum, & ſic de alijs fortè idem dicendum eſt, quod de ordinibus, & ex hoc apparet, quòd laici propter hoc irregularitatem vel ſuſpenſionem non incurrunt, cum nec ordinem vel officium habeant, benè tamen puniuntur laici, ſi violant interdictum. ℣. de cl. ex. mi. c. 2. in fi. benedicendo autem menſam, dicunt aliqui quòd non ſit irregularis, cùm hoc nulli ordini ſit deputatum. 44. diſt. c. fi. ſecùs in benedictione aquæ.

3 † Abſoluere autem excommunicatum per ſententiam non eſt ordinis, ſed iuriſdictionis, ſicut excommunicatio. 2. q. nemo. ſed abſolutionis ſolennia exhibere, ſicut eſt dicere orationes cum ſtola & pſalmum pœnitentialem, & in eccleſiam introducere ordinis & officij eſt. arg. inf. de ſent. excom. nuper. in fi. 11. q. 3. dicunt. & c. ſeq. Item videtur, quòd ſi diaconus diceret epiſtolam, vel accolitus in loco, vbi eſt cõſuetudo, quòd generaliter per ſubdiaconum dicitur epiſtola, quòd ſit irregularis, quia generaliter loquitur. c. ſi quid contigerit de ſacro miniſterio. 11. quæſtio. 3. ſi quis epiſcopus dam. ſed hoc intelligendum videtur de his, qui certo & ſuo ordini ſunt deputati, ſicut ſubdia. legere epiſtolas vel accolitos portare cereos, & ſic de alijs, de quibus habes. 23. di. ſed ſi faciet ea, quæ non ſunt alicui ordini, vel officio deputata,

deputata, vel à iure, vel à conſuetudine eccleſiæ vel conſuetudine, vt ſi cantat reſponſoria, vel legat lectiones, non ſit irregularis, vnde videtur quòd ſi conſuetudo eſt, quòd in aliqua eccleſia ſine diſtinctione ordinis quilibet legat epiſtolam, vel portet cereos, vel quicquid aliud pertinens ad aliquod officium faciat, non erit irregularis, qui illud officium faciat. argu. contra. ℣. de homi. ſicut dignum. in fi. vbi dicitur, quòd etiam reſponſoria homicidæ non debent cantare ſeparatim. Sol. illud ius ſpecialiter iniunctum fuit propter horrorem criminis.

4 † Omnem) Not. generalem ſententiam. ℣. de do. & contu. veritatis. in fi. Item generalis eſt ſententia, vbi iudicantur omnes proceſſus irriti, vel totus proceſſus irritus. ℣. de reſc. cùm dilecta. ℣. de ele. dudum. Item generalis ſententia eſt, vbi iudicatur reduci in ſtatum, quo erat tempore appel. emiſſæ. ℣. de appe. bo. me. Item ſententia generalis eſt, qua ius epiſcopale adiudicatur. ℣. de except. cum ve. ſed generalior ſententia eſt, quando caſſatur proceſſus, & quicquid ſecutum eſt ex eo, vel ob id. ℣. de procu. auditis. & potes colligere, quòd ſi generalis eſt ſentẽtia æqua, vel magis generalis, potuit eſſe petitio, cum ſententia reſpondere debeat petitioni. ℣. de ſimo. licet. Imò etiam ſi incerta ſit petitio, tamen curare debet iudex, vt certam ferat ſententiam. inſti. de act. §. curare. & poteſt dici prædictas ſententias generales ſic poſſe ferri, & tenent ſententiæ vbi in libello non fuit ſpecificatum, vel non potuit ſpecificari. inſti. de offi. iudi. & de act. §. præterea. arg. C. de ſen. quæ ſine certa. l. 2. ſicut quandoq; petitur proceſſus alicuius irritari, poterat enim cogi, vt diceret, quem proceſſum ſi ſciret, ſi verò neſciret admittendus eſſet libellus, & poſtea exprimeret in proceſſu. arg. ff. de rei ven. qui de tota. & ff. quorum lega. l. 3. §. quia inſti. de act. §. curare. Item dicimus, ſcilicet, quòd non cogitur exprimere in libello, vel in ſententia, ſi vniuerſalis ſit petitio, vt petitio hæreditatis: vt no. ℣. de offi. ordi. conquerente. Item nec acceſſoria iuris exprimere tenetur, imò ſine expreſsiõe veniunt, vt ſi iudicatur iuſta appellatio, caſſatur quicquid factum eſt poſt appellationẽ. ℣. de ap. ſignificauit. cum cauſa. & multis alijs iuribus, & ſi iudicatum eſt ſententiam non tenere, nec id, quod ex ſententia ſequitur. ℣. de procur. ex inſi. & ad idem. ſuprà, de conſti. c. 3. in fi. idem eſt. & ſi ſint acceſſoria rei, ſicut pertinentiæ accedunt caſtro, vel hoſpitali. ℣. de re. ſpo. cùm ad ſedem. idem & ſi ſint acceſſoria actioni, vt fructus omnis cauſa, interdicto vnde vi. & in bonæ fidei. arg. ff. vnde vi. l. 1. §. ex die. ff. depo. l. 1. §. hanc. ac. ff. de rei ven. quæ de tota. & idẽ videtur in omnibus, vbi locum habet officium iudicis deſeruiens actioni. de quibus not. tamen eſt in. §. ſum. inſti. de offic. iud. arg. ff. de ædili. edict. ædiles. §. ratione. & §. item ſciendum. vbi dicitur, quòd hæc enumeranda ſunt in libello, ſed ſi lex benè intelligitur, non dicit talia enumeranda ſunt in libello, ſed in illo edicto. Iudex tamen in omnibus præmiſsis quanto plus poterit, dabit operam, vt omnia exprimantur, vt certam poſsit facere ſententiam. inſti. de act. §. curare.

5 † Inſtitutionem) no. poſtquam ſuſpenſus eſt, nõ poteſt donare præbẽdas, nec inſtituere aliquem, & idem fortè dicendum in alijs ſpiritualibus, ſicut nec ipſis confiteri poſſunt, nec facta collatio valet, vt. ℣. de cle. exc. mi. poſt. ℣. de ætate. cum bonæ.

Et dicunt hoc eſſe verum, etiam ſi ſit occulta ſuſpenſio, in alijs autem non ſpiritualibus ſecùs: vt no. ℣. de ele. nihil (interdicti viol.) hîc videtur quòd violatores interdicti ipſo iure ſunt ſuſpenſi, & irregulares, & hoc idem videtur per id, quod ſequitur, quòd violatores interdicti ſunt ſuſpenſi. argumentum. ſupde cler. exc. mi. poſt. §. vlt.

† Sed contra ſi communicans & celebrans excommunicato, non eſt ſuſpenſus ipſo iure, nec irregularis. ℣. de cle. exc. mi. ſi celebrat. multominus qui non ſeruat interdictum, credunt ergò aliqui, quòd hæc decr. loquitur, quòd excommunicati vel ſuſpenſi erant expreſſè, qui non ſeruarent interdictum, ſed melius videtur, quòd ſit ſuſpenſus & irregularis, qui interdictum non ſeruat in loco interdicto, etiam ſi ſuper hoc non feratur ſententia, ſcilicet, quòd ſit excommunicatus quicunq; ibi celebrauerit. ℣. de elec. cùm inter R. ℣. de cle. exc. mi. apoſtolicę. ℣. de poſtu. c. 1. &. ℣. de cle. exc. mi. poſt. §. quæſiuiſtis. † Ad materiam iſtam opi. facit. ℣. de offi. ord. irrefragabili. glo. ſi ergò. qui autem cum excommunicato celebrat, verè irregularis non eſt, nam hic cenſeri debet, ſicut ille, qui communicat excommunicato in oratione tantùm, qui minori excom. excommunicatus eſt. 11. q. 3. excommunicatos. de his conſtat, quòd non ſunt irregulares. ℣. de cle. exc. mi. ſi celebrat.

† Sed

☞ †Sed quæres quare non multò magis est suspensus celebrans communicans excommunicatis, quàm celebrans in loco interdicto? Cui respon. quia cùm interdicitur locus, nihil aliud est dicere, nisi interdicere homines habitantes à sacramẽtis sibi accipiendis, & clericos ibi celebrantes, vel quòd melius videtur per tale interdictum clerici prohibentur ibi celebrare, & sacramenta conferre, cùm locus tanquam res inanimata, nec officiorum, nec sacramentorum sit susceptibilis, nec dici potest obediens, vel inobediens, & dicendum est eum qui celebrat in loco interdicto, non à canone, sed à prolatore sententiæ suspensum esse, hinc est etiam quod irregularis dicitur, nec potest cum eo dispẽsari. 11. q. 3. si quis episcopus. & c. seq. vbi autem quis communicat, vel celebrat excommunicato, non est suspensus, neq; à iure, neq; ab homine, velut no. ☞. de cle. ex mi. si cele. licet sit suspensus à iure, quia parem excommunicationis sententiam cõtrahit cum excommunicato. 11. q. 3. cum ex. & ca. seq. non tamen est suspensus ab homine, & ideò euenit, quòd potest à quolibet absolui. ☞. de sen. exc. nuper. in fi. & quòd non est irregularis, & idem videtur dicere de suspenso à iure, quia publicè focariam tenet. & de hoc no. ☞. de coha. cle. sicut. &. ☞. de sen. exc. nuper. reputo autem suspensos ab homine, siue nominatim suspendantur, vt suspendo talem, siue in genere feratur sententia, suspendo omnes, qui offenderint in talifacto, vel interdicto talem ecclesiam, vel terram vt hîc. de hoc etiam aliàs no. ☞. de schi. c. 1. vel si vis aliter respondere, dic quòd iure antiquo, non inuenitur quod excõmunicatus, vel interdictus celebrans sit irregularis, nisi in c. 11. q. 3. si episcopus. c. seq. vbi dicitur, quòd non debet habere spem reconciliationis in alio concilio, sed ex illis. cap. consueta & communi interpretatione assumptum est, vt quicunq; excommunicati & interdicti celebrant, pro irregularibus habeantur, nec sunt mutanda quæ interpretationem certam habuerunt. ff. de leg. minimè. sed & propter communem interpretationem factæ sunt quædam nouæ constitutiones, quæ hoc ipsum dicere videntur. ☞. de sent. & re iudi. cum æterni. inf. de sen. ex. cum medi. & de cle. exc. mi. si celebrat.

Intellectum etiam prædictorum. c. quæ sunt 11. q. 12. si episcopus. & c. seq. extendũt quidam in tantum, vt dicantur etiam irregulares, qui celebrant in locis interdictis. ar. hîc. &. ☞. de postu. c. 2. de elec. cùm inter R. & de cler. exc. mi. c. postu. & c. apostolicæ. aliqui tamen in hoc vltimo non consentiunt, hæc autem interpretatio & extensio, non est facta vsq; ad communicantes & celebrantes excommunicatis, imò contrarium statutum est, scilicet, quod ibi sint irregulares, & ita cùm irregularitas non sit, nisi per constitutionem ecclesiæ, & de celebrantibus excommunicatis non sit statutum, quod sint irregulares, non deberent pro irregularibus haberi, & de alijs, quia statutum est, quod sint irregulares pro irregularibus habentur. Ex eo autem quòd superius dictum est, quia interdicendo locum intendit interdicere omnes celebrantes in loco apparet, quod non solùm clerici loci, sed etiam alienigenæ in loco interdicto celebrare non debent, nisi sint priuilegiati. ☞. de pri. quod non. & c. vt priui. sed licet in loco interdicto non debeant celebrari diuina, nec ecclesiastica sacramenta conferri, tamen ibi clerici & non alij, etiam non interdicti poterunt sepeliri apud ecclesiam in cimiterio. ☞. de pœni. & remis. quòd in te. nisi sint priuilegiati. ☞. de priui. vt priui. Quidam tamen dicunt, quod nulli etiam clerici, vel priuilegiati possunt in ecclesia interdicta sepeliri. ☞. de priui. cùm & plantare. §. quòd si templarij, sed secùs est si terra est interdicta: vt in c. quòd in te.

6 †Item homines interdicti etiam si pœnitentiam acceperint in loco interdicto, non sepelientur, imò nec in loco non interdicto, nec extremam vnctionem accipient. ☞. de pœ. & remis. quòd in te. quia licet peccatores non sint, tamen interdici possunt pro peccatis aliorum. 24. q. 3. si habes. 17. q. 4. miror fœlix. sic & hi, licet ab excommunicatione absoluantur, tamen remanent interdicti quousq; soluatur generale interdictum, nominatim autem interdictus, si celebrat irregularis est. 11. q. 3. si episcopus.

7 †Sed no. quod cùm locus interdictus est, si in morientibus apparuerint signa pœnitentiæ, post solutum interdictum, erunt in cimiterio sepeliendi. ar. ☞. de sent. exc. cum illorum. & si sepulti essent apud ecclesiam, dum erant interdicti post solutum interdictum, non erunt extumulandi, cùm ad eum casum non peruenerint, à quo incipere potuit, ab his interdictis, post pœnitentiam, licet mortuaria recipere, quia & pro eis est orandum. 11. q. 3. quicunque intra.

que intra. sed si pœnitentiam non acceperint, pro eis non est orandum, nec mortuaria recipienda. 88. di. c. fi. eadem quæ diximus de loco interdicto, intelligimus etiam si parochia fuerit interdicta, sed si ecclesia fuerit interdicta, puta quia violata sit sanguinis effusione. de cons. ecc. c. fi. tunc dicerem irregularitatem incurrere, qui ibi celebrant, & tunc propriè dicuntur in illa ecclesia organa suspẽsa, nõ ecclesia interdicta, interdictum enim nomen iuris est, plus important, quàm verbi proprietas sonet, vt ex primo apparet, & idẽ intelligo in casib⁹, qui sunt. ☞. de iure pat. c. 1. & 2. & si sic dicatur, interdicimus talẽ ecclesiam, benè credimus irregularitatem & suspensionem incurrere, qui ibi celebrat, sed clerici & laici ipsius ecclesiæ, vbicunque poterunt celebrare, nisi aliud fuerit additum (non solùm) 2. q. 1. in primis. 3. q. 6. hoc quippe.

TITVLVS XXXII.

DE NOVI OPERIS NVNCIATIONE.

CAPVT I.

1 *Denunciatio ad futura ædificia quando fieri possit.*
2 *Denunciatio qualiter per procuratores fieri possit. Remissiuè.*

INTELLEXIMVS. (Iniuria) licet hoc sit verum, sic tamen si denuncians, non iurat de calumnia, nec habet in veritate ius denunciandi, item si nomine alieno denunciet, & postea appareat non esse verum procuratorem, vel alijs insufficientem, non fiet demolitio. ff. de remis. l. 1. §. 1. † Item no. quod fit denunciatio ad futura ædificia, etiam dummodò aliquem faciat apparatum. ff. de polli. l. 1. ☞. cœpisse. ff. de no. ope. nunc. l. 1. in prin. & §. potest. Arg. contra. ff. e. stipulatio. §. opus. vbi dicitur, quòd non sufficit fecisse apparatum, nisi aliqua species appareat futuri operis. Sol. ibi loquitur quando parabat materiam pro præterito ædificio fulciendo. ff. e. l. 1. §. si quis ædi. vel ibi loquitur, quando omninò ignorabat, quid vellet facere de cemento, quod videbat, & in quo loco vellet ædificare. Sed vbi quis se iactat, quòd in certo loco vult ædificare domum, tunc benè potest denunciare. ff. ☞. e. l. 1. §. potest. † Qualiter per procuratores posit fieri denunciatio, no. in summa. de noui oper. nunc. vltra med. & in summa. C. de procu. Videtur autem, quòd non cassabitur inhibitio iudicis, licet nõ vocet partes, quãuis contra procuratorẽ posset allegare, qa & si præsens esset nõ differret inhibitionem facere de non ædificando, nisi incontinenti, & quasi in momento ostenderet, non valere procurationem, quia si contra dicitur non satisfit ædicto, quia vult festinanter ab opere cassari, etiam si iniuria fit opus, tamen non fiet demolitio operis facti contra inhibitionem, si postea apparuit eum non fuisse procuratorem, vt hîc not. alij contra, quia graue est pictorem offendere (terminare) id est, facias demoliri quicquid factum est post denunciationem noui operis.

CAPVT II.

1 *Remissio fieri debet uerbaliter, & expressè.*
2 *Cùm ecclesia destruitur ob delictum aliquorum, nullus decæterò uocari debet clericus illius ecclesiæ. Et ille locus priuilegium perdit.*
Locus an & quando perdat priuilegium suũ.
Clerici an & quando possint contractus suos exercere extra ecclesiam.
Filijfamiliâs si alibi quàm in domo patris habeant domicilium, uocari debent, sed ubi cum patre habent domicilium, non sunt uocandi.

QVM EX INIVNCTO. (Renunciationem) & post reuersionem de loco vbi aberant (expensis) si absenti non esset notum, quòd ædificatum esset ante eius reuersionem demoliri deberent expensis nunciantis, sed post factis expen. nunciati. ff. eo. de pupillo. §. si quis fortè (sancione) ff. eo. l. 1. §. in operis. 1 †Remissionem) verbis expressis factam. ff. de re. l. 1. in princ. ff. e. l. si opus nouum. & 4 tacitè 4 puta per subsequentem transactionem. ff. e. l. 1. §. post operis. & §. item quæritur. item morte nunciatoris. ff. & l. 1. §. morte. & §. quòd si is. non autem morte nunciati, vt ibidem. Item si satisfederit nunciatus intra annum, vel per nunciantem stet, quo minus satisfetur. ff. e. precio. §. deinde ait. & §. hoc interdictum. & §. hoc autem. post annum autem non satisfetur, cùm finiatur anno. ff. e. prætor. §. vl. (instituendis) ordinauerat enim ibi archiepiscopus ponere certum numerum canonicorum, & super hoc etiam ibi instituit iam aliquos iurare fecerat de residentia ipsius loci, & quasdam ecclesias deputauit

4 *Tacitè. & sic quod fit tacitè dicitur expressum. Adde Felin. in c. transla. col. 3. sup. de cõsti. cum concord. ibi per eum addu ctis. & per Alexa. in l. 1. ff. de lib. & posth.*

tauit pro beneficijs clericorum ipſius eccleſiæ (reuocatis) re deſtructa deſtruuntur priui. inf. de ver. ſig. abbate. in fi. 16. q. 7. & hoc dicimus. ff. de col. illi. l. 3. 18. q. 2. in nullo (quicquid). C. de elec. non dubium. 10. diſt. vides.

2 †Not. quòd quando eccleſia vel ciuitates, ſiue alia loca, ſiue ſacra, ſiue prophana, authoritate ſuperioris deſtruuntur propter delictum eorum, decæterò nullus debet vocari clericus illius eccleſiæ, vel municeps illius loci, & ille locus [a] priuilegium perdit, vt hîc. & de conſe. di. 1. placuit. 16. q. 7. & hoc dicimus. ff. quando dies vſufr. leg. ced. ſi autem ab hoſtibus deſtruatur, tunc retinet omnia priuilegia ſua, & antiqui clerici remanent ibi. 7. q. 1. paſtoralis. 19. q. 3. quæ ſemel. & idem videtur ſi authoritatem ſuperioris transferat in alium locum, vel alij vniatur: vt not. ꝛ. ne ſe. vac. c. 1. ſuprà, de re. do. quia mo. & idem intelligitur in ciuitate, & alijs locis prophanis. ar. ff. de contrahen. emp. æden. Hoc autem certum eſt, quòd ſi aliquæ eccleſiæ occupentur ad tempus à tyrannis, ita quòd non poſſunt inhabitare ibi clerici, quòd eccleſia retinet ſua priui. & ſuos clericos, licet ſint eiecti, vnde videtur, quòd ſi expediat eccleſiæ vel clericis illius eccleſiæ facere aliquem contractum, vel prælatum, vel quicquid aliud, quamuis hæc ordinariè facienda eſſent in eccleſia. ꝛ. de ele. quòd ſicut. tamen propter neceſſitatem fient alibi. 23. di. in nomine. & etiam quod plus eſt, ſi tyranni darent facultatem clericis eundi ad eccleſiam ſic inuaſam, & etiam ibi ſemper aliqui clerici remanſerunt, & etiam ſi non timeatur de impreſſione, dummodò illi qui exierunt iuſto timore, vel alia iuſta cauſa exierint, ſi ſint maior pars illa quæ eſt in eccleſia, [b] debet ad forinſecos exire, niſi poſſet redire cum bona & perpetua pace vel honeſta.

[a] *Et ille locus. De hoc quãdo caſtrum diruptũ vel ciuitas euerſa perdat priuilegiũ, uide per Alex. in conſ. 44. in 1. co. 1. uol.*

[b] *Debet ad forinſecos. & ſic ſentit Innoc. quòd abſentes in urbuis debẽt uocari, ita Fel. in c. cùm omnes. colu. 13. uerſ. ſecũda fuit opinio. ſupr. de conſti. & ibi latiſſimè per ipſum de ueritate & pro declaratione dictorũ Inn. hîc.*

[c] *Si autẽ nullatiũ. Pro intelligentia Inn. hîc uide Abb. & Fel. in c. 1. ſup. de ma. & obe. Fel. in c. cùm omnes. colu. pe. uerſ. ſed dubium eſt. ſupr. de conſtit. & adde hic quæ not. ad Inno. in d. cap. 1.*

☞ †Et idem videtur ſi ſint pauciores, dummodò præſumat quòd electio, vel alius contractus vtilius poſſet celebrari extra eccleſiam, quàm intra. ar. ꝛ. de ele. bo. me. ma. vbi no. ſecùs ſi propter ſuas inimiciticias, non poſſunt ire ad eccleſiam, quia tunc poſſunt conſtituere procura. ꝛ. de elect. quòd ſicut. §. 1. & c. quia propter. Idem eſt, etiamſi non ſit magnum negotium, vel ſi ſit magnum, ſed vtiliter poteſt fieri per inferiores, quando autem clerici diſperſi ſunt, ille qui eſt caput capituli, ſiue ſit præpoſitus, ſiue alius ad quem pertinet vocatio capituli, eos vocabit. ꝛ. de ma. & obe. c. 1. dummodò ſit in loco idoneo, vbi plures conuenire poſſunt, vel etiam ſi ibi non ſit, ſed ad eum accedere velit, aliàs autem ſi vellet Lombardos in Lombardiæ pro maiori parte morantes, vel in remotas partes Franciæ vocare, non tenentur ire, quia manifeſtè iniquum eſt mandatum. arg. ꝛ. de elect. cùm inter vniuerſas. ſecùs autem ſi dubitaretur, quia tunc ſemper obedire debent. 11. q. 3. quid ergò. & ſi abſentes non inueniunt, procedant præſentes. ꝛ. de elec. [c] quia propter. Si autem nullus [c] eſt, ad quem pertinet ex officio alios vocare, tunc ad hoc, vt teneat, quòd ſit ab eis, oportet quæcunq; eis placet, quod ad minus conueniant duæ partes illorum, ad quos pertinet facere illum contractum, & illi debent vocare alios qui commodè poſſunt vocari, quod relinquendum eſt arbitrio boni viri, vel conſuetudini antiquæ illius eccleſiæ, & ſiue venerint, ſiue non, procedant ad perficiendum illum contractum, vel electionem, ſi autem contingat plures electiones fieri, Papa confirmabit, quam viderit canonicè factam, puta ſecundum tenorem huius glo. & illius glo. quæ eſt de hac materia. ꝛ. de elect. bo. me. ma. & ſi ſit vniuerſitas ſecularis, debent vocari omnes maiores 14. ann. ſiue ſint mares, ſiue mulieres, ſiue virgines, ſiue coniugatæ, ſiue viduæ, & minorũ tutores. ff. quod cuiuſq; vni. ſi manci. placet nulli. ff. ad muni. filia. §. vidua. & l. ea quæ. & l. ☞ fina. †Item filij fa. vocandi ſunt, ſi alibi, quàm in domo patris habent domicilium, ſed vbi cum patre habent domicilium, non, quia tantùm pater vocandus eſt. ff. ad muni. placet. non vtiq; poſſeſsionem etiam ciuilem retinent, qui timore inimicorum & hoſtium dimittunt res ſuas. C. de acqui. poſ. licet ille autem, qui ab hoſtibus capitur, benè amittit poſſeſsio. rerum ſuarum, & etiam non captiuus amittit poſſeſsionem rerum captarum ab hoſtibus. ff. ex qui. cau. in inte. reſt. deniq;. & l. ait prætor. §. is autem.

CAPVT II.

Forma appellationis ab interlocutoria quæ ſit, & quando ſit iuſta.

SIGNIFICANTIBVS. (Decreuit) & benè. (Prouocauit). ꝛ. 2. gl. Sed alij dicunt, hîc autem in vtraq; appellatione credimus cauſam aſſignatam, licet in decret. non exprimatur, qualis cauſa in prima appellatione potuerit aſsignare, & non iuſta, quia cùm iuſta eſſet ſententia, non poterat aſsignari iuſta cauſa appel. ſed de proprio motu placuit iudici à quo appellatum eſt deferre, vel iudicem ad quem appellatum eſt admittere. In ſecunda autem appellatione potuit eſſe iuſta cauſa app. hoc modo.

Domine cùm ego incontinenti paratus ſim probare præiudicium fieri eccleſiæ in præſenti ædificatione, & plateam ad eccleſiam pertinere, & vos in contrarium decreuiſtis, me non admittendum ad hæc probanda, & cautionem aduerſarij recipiendam, appello, ſed ſi admiſiſſet probationes, & tamen reputans eum non probaſſe cùm probaſſet, contra eum talem interlocutoriam protuliſſet, ſicut apparet, licet ſufficienter probauerim, eccleſiæ præiudicium generari ex ædificatione aduerſarij, tamen iudex contra me interlocutoriam protulit, ſcilicet, cautionem aduerſarij recipiendam, vnde appello, quamuis videtur ſufficere ſi dicat appello: quia ex teſtibus vel alijs inſtrumentis aliter pronunciandum eſt. Idem etiam videtur ſi dicat, quia iniuſta eſt interlocutoria, tamen nimis videtur generale verbum, quia iniuſta eſt interlocutoria, niſi exprimatur, in quo eſt iniuſta, ſicut nec audiendus eſſet, ſi diceret, appello quia me grauaſtis, niſi ex- ☞ primat in quo grauet. †Prouocauit) non erat appellationi deferendum, cùm non eſſet expreſſa iuſta cauſa appel. ꝛ. de ap. vt debitus. Alij dicunt, quòd tam à diffinitiua, quàm ab interlocutoria etiam nulla cauſa aſsignata, licet appellare ſecundum canones. Huic ſolutioni expreſſè contradicit. ꝛ. de app. cordi. in prin. quod nos non credimus, niſi in caſibus, qui legibus exprimuntur, puta ſi interlocutus ſit quæſtionem in ciuili ſiue in criminali negotio per tormenta habenda. ff. de app. reante ſententiam. Item ſi fideiuſſores appellentur à delegato, tanquam idonei ſiſtendi iudicio, quamuis quidam dicunt tunc etiam ſine appellatione delegantem poſſe corrigere ſententiam delegati. ff. qui. fat. co. arbitro. ff. à quib. app. licet. l. vl. idem etiam ab iniuria. vide C. de ap. ſi quis prouo. Plac. autem intellexit iniuriam facit, puta ſi verberauit litigantem poſt latam ſententiam. ff. de ap. illum. C. de app. in maioribus. quia appellat iniuriam iniurioſam executionem, puta quia vult exequi ſententiam antequam quadrimeſtre tempus elapſum ſit, nam ſicut licet appellare ab executore, ſi excedat modum in exequendo. ff. quorum ap. non re. l. ab executore. ita & ſi præuenit tempus, à ſententia autem poſ. non licet appellare, non quia ſit interlocutoria, ſed quia ſuper proprietate principalius & perfectius iudicium expectatur. C. ſi de mo. poſ. fu. app. l. 1. ſed ſecundum canones benè appellatur à ſententia poſ. ꝛ. de reſt. ſpo. ex conqueſtione. ſed tamen ſi quis illam decr. benè videt, non dicit in poſſeſſorio appellatum, ſed quia eius petitio ſuper poſſeſſorio denegabatur.

Sed alij dicunt & vt videtur melius, quòd quando appellatur ab interlocutoria, q; ſufficit dicere, appello, & maximè ſi adijciat, quia eſt iniuſta cauſa. ſup. de teſti. ſignifica. neq; oportet, quòd dicat in quo ſit iniuſta, ſicut quando appellatur, quia locus non eſt tutus, ſufficit dicere appello, quia locus quem mihi aſsignaſtis, non eſt mihi tutus, nec oportet eũ exprimere, quare nõ eſt tutus. ꝛ. de ap. ex parte. ſed iudex qui de appellatione cognoſcit, ſi inuenerit interlocutoriam iuſtis ex actis productis coram primo iudice confirmabit eam, ſed ſi ex nouis probationibus velit probare eam iniuſtam, non poterit, quia eas coram primo iudice debuit procedere, etiam poſt interlocutoriam, & contra ſe prolatam, & tunc ſi denegaſſet eam recipere, ſine cauſa poterat iuſtè appellare: vt. ff. de re iudi. quòd iuſsit. 4. q. 5. c. 1. ſi autem ex prioribus actis inueniret interlocutoriam iniuſtam caſſaret eam, & quicquid factum eſt poſt ap. & huiuſmodi cauſam interpoſitam (procedendum) ante tres menſes, in quo peccauit, nam ille qui nunciat opus nouum, habet tres menſes intra quos ſi poterit probare, non licere ædificare, alij probabunt à tribus menſibus, aut in antea licet ædificata præſtita cautione ædificare. ꝛ. eo. cap. vlt. C. de ædifi. priua. l. vltima.

CAPVT IIII.

IS CVI.

TITVLVS XXXIII.

DE PRIVILEG. ET EXCESSIBVS PRIVILEGIATORVM.

CAPVT I.

EPISCOPALIA. (Vileſcat) de facto, de iure autem magnitudo ciuitatis nihil operatur, 93. diſt. legimus.

(Sicut) etc. eis laicis præiudicantibus, id est, nobis præiudicium facientibus.

CAPVT II.

1 *De quibus teneantur exempti rationem exhibere episcopis, & habes in nu. 2. & 3.*

CVM ET PLANTARE. (De manu laicorum) & malè. ℣. de his quæ fi. à præ. cùm in apostolica (aliquo) nisi præscripserit. ℣. de iurepa. cura (nominatim) proprio nomine vel indubitata circumlocutione. insti. de exhær. lib. §. masculos. de hoc no. ℣. de præb. in Lateranens. (pertinent) cùm ex sua ædificatione habent, secùs si laicus fundator donasset ei, qui non potest plus iuris in alium transferre, quàm in se habet, cùm ergò hoc nõ habeat, vt sibi de tẽporalibus ratio reddatur, ergò nec hospitalarij, quibus cõfert, vt no. ℣. de præb. de monachis. & in c. Lateranens. (de plebis cura) sic. ℣. de ver. sig. veniens. §. quas.

1 †Pro rebus temporalibus) non solùm quas ipsi exempti dederant ecclesijs suis, sed etiam alijs, quas alij dederunt, & etiam quod plus est de decimis & alijs rebus spiritualibus reddent eis rationẽ, nam ex quo ecclesia sua est, & omnia ei annexa, qualia sunt possessiones ecclesiæ decimæ, & omnes obuentiones. arg. ℣. de consti. transla. & c. quæ loquuntur. de hac materia generaliter loquuntur: vt hîc. 16. q. 2. sanè. & si constat hæc ratio, quia si aliàs habeant eos suspectos, facient eos reddere rationem villicationis suæ. Item videtur, quòd si super possessionibus conueniantur, quòd tantùm sub patronis exemptis conueniantur: vt no. ℣. e. recepimus. Item non poterunt aliquid alienare, nec maximas causas agere sine consensu patronorum & exemptorum, nam sicut in his requirendi essent episcopi ab ecclesijs sibi subditis, ita hîc patroni exempti qui ius episcopale habent in eis, ad hoc requiri debent. arg. 12. q. 2. si qua placuit. & not. ℣. de rescri. edoceri. Nos non dicimus, quòd in his sicut dictum est, consistat ratio reddenda patrono, sed in hoc, quia patroni clerici siue sint exempti, siue non, in ecclesijs suis ex fundatione sua exigent rationem, quomodo regentur possessiones habitæ, & quomodo prouentus expendantur, non tamen exigent ab eis rationem principaliter, quod dent singulis diebus pro piscibus, vel carnibus, & hanc rationem petet, etiam si non sint de dilapidatione suspecti, quia à iure conceditur eis hæc ratio, sed tamen ipsi patroni non cogent subditos ad hoc, sed obtinere debet eos cogi per ordinarios suos, nam ipsi ratione patronatus nullam super eos habent iurisdictionem, & etiam si prælatus videret, quòd nimis sæpè & malitiosè patronus exigeret rationem, & non impediret ei officium suum, quia in malitijs non deberet exuberare, sed obuiare. ff. de rei ven. in fundo.

2 †Item no. quòd ecclesiæ non tantùm debent patronis rationem, sed etiam subiectionem debitam. 16. q. 2. visis. in quo intelligo contineri, quòd eis subueniat, si necesse fuerit, & etiam quòd ad tempus pro necessitatibus suis cum consensu episcoporum, tamen accipiant reditus eorum. art. ℣. de concess. præben. cum nostris. ℣. vt eccle. bene. vt nostrum. & insti. cùm 3 venissent. †Item quòd eis vacantibus eas custodiant. ℣. de offi. ordi. cùm vos. suprà, a de app. bonæ. Hac ratione a videtur quod si imponitur collecta episcopo per se, & clericis patronis per se, quòd tales ecclesiæ cum patronis conferentur seu contribuent, & non cum episcopo, quo ad iurisdictionem autem, vel quo ad interponendum authoritatem, vel procurationibus, vel alienationibus eorum, non credimus quòd aliquid iuris habeant patroni clerici, sed episcopi tantùm, hæc enim iurisdictionis eius sunt, & non de iure patronatus, & ideò ad ordinarios pertinent tantùm. Credimus tamen, quòd patroni benè possunt se opponere, ne nociuæ electiones ac exactiones fiant. 16. q. 7. filijs. item licet rationem & auxilium dederimus patronis, nihilominus prælati ratione iurisdictionis & ordinariæ potestatis hoc habebunt. sup. de offi. or. conquerente. Alij tamen dixerunt, quòd hæc decre. non habet locum, nisi in ecclesijs quæ sunt de mensa patronorum, sed primum dictum magis placet ad hoc. ℣. de reli. do. cum venerabilis. in glo. quæ incipit, iste episcopus (proprietatibus) id est, retinẽda proprium (eximantur). ℣. eo. tuarum. in fi. & c. quidam (fratribus) templi & hospitalis (percipiunt) recipiendo decimas ecclesiæ de manibus laicorum. ℣. eod. c. in prin. (præsumunt) recipiendo excommunicatos & interdictos ad officia celebranda, plusquam semel in interdictis ecclesijs. ℣. eo. ti. in c. 1. §. excommunicatos. & §. quod si. (interdicto) non credimus canonem latæ sententiæ.

a *Hac ratione. Adde Pet. de Ancha. qui hoc refert & sequitur in consil. 248. volu. 3. uers. super quæsito, & maximè in co. seq. in uers. non obstat. ubi dicit, quòd hoc intelligitur cùm caput et membrum sunt in ea dio. & in ci. consi. ad prædicta dubia.*

CAPVT

CAPVT III.

DILECTI FILII. (Fratres priuilegia) super quibuscunq; rebus vel iuribus.

CAPVT IIII.

Episcopus etiam in locis priuilegiatis potest de sepultura ossa excommunicatorum sepultorum extrahere.

AD HAEC. (Mandamus etc. & exequaris) not. quòd in locis quantumcunq; priuilegiatis potest episcopus de sepultura extrahere ossa excõmunicatorum sepultorum, nos dicimus ecclesias hospitalis, non esse exemptas.

CAPVT V.

SI DE TERRA. (Tanto tempore). ℣. co. accedentibus contrà sol. ibi, sed ad hoc. ℣. de præscrip. ad audientiam. in tex. & in glo.

CAPVT VI.

PORRO. (Quamuis). ℣. eo. ex parte (fuerant) supple quam habuerant primi habitatores, vel quam habebant in locis, in quibus prius habitatores non fuerunt (ex inspectione) contra. arg. ℣. eo. quanto.

CAPVT VII.

1 *Ecclesia quando cognoscatur exempta.*
2 *Episcopus non solùm perdit ius in ecclesia exempta, sed etiam in clausuris ecclesiæ, & uide usq; ad finem. Et habes hîc multa de exceptis & priuilegiatis.*

1 RECEPIMVS. (Specialiter) †si in priui. tantùm contineatur, q, specialiter iuris beati Petri exiſtat, non est exemptio, si narrando tantùm dicit, non præiudicando. 3. q. 6. hoc quippe. nisi ostendatur priuilegium, in quo ei cõcedatur, quòd specialiter illa ecclesia consistat iuris beati Petri, vel aliàs ibi expressim verba exemptionis ponantur. Si autem non narrando, sed asseuerando hoc dicat, benè probatur exemptio per dicta verba. Item dicendum est, si in priuilegio dicitur, quòd nullo mediante ad Papam pertinet. ℣. eo. cùm olim essemus. idem si dicit, sint liberè, vel quòd potiantur libertate Romanæ ecclesiæ. infrà, eo. cùm olim propter. quia tunc plenè exempta est. Idem intelligo & si non sit ibi specialiter. arg. eius, quia si dicat priuilegium eius, quod ad ius & proprietatem ecclesiæ respectat exemptum est, ergò eadem, si dicat, quòd iuris vel proprietatis beati Petri exiſtit. arg. ℣. de in inte. resti. c. 2. ℣. de arb. cum tempore. Item quia voluit aliam specialitatem notare. Aliqui dicunt, & vt videtur benè, quòd si dicat ad iudicium perceptæ lib. quia non valet, nisi ostendat priuilegium libertatis concessæ. C. de æden. Authen. si quis. Aliqui dicunt, quòd si ponatur verbum indiffinitæ, puta dicit ad iudicium perceptæ libertatis plenam exemptionem habebit ecclesia, nisi in casibus in iure expressis, nec oneratur probatione, si sit in possessione, vt hîc. C. de pet. hær. cog. C. de rei ven. l. vlt. Si autem dicatur, ad iudicium specialis libertatis, & de illa libertate specialiter in illo priuilegio, vel in alio contineatur, in nullo alio erit exempta, nisi in eo, quod in priuilegio continetur. ℣. eo. c. proxi.

2 †Item no. a quod si ecclesia est exempta, non solùm perdit ius in ecclesia episcopus, sed in clericis ecclesiæ, nisi in sacerdote cura populi cui committitur: vt Inno. hîc uino. ℣. de cap. mo. c. 1. & ar. ℣. eo. ex ore. inde est, quòd clerici ecclesiæ exemptæ non possunt excommunicari per episcopum. 3 ℣. de in inte. resti. c. 2. ℣. eo. ex parte. †Idem dicimus in conuersis & perpetuo oblatis ecclesiæ, quia sunt in parte domini assumpti. 12. q. 1. qui sunt. in laicis autem, scilicet, in parochianis illius ecclesiæ, nulla iura amittet, dabit enim pœnitentias publicas, chrismabit & cætera episcopalia iura tam ad legem dioce. quàm ad iurisdictionem spectantia exercebit. ℣. eod. cùm olim propter. ℣. de sepul. in nostra. Si quæris quis habebit decimas? Respon. plebanus loci, vel ille, qui prius habebat, siue fuerint episcopi, siue plebani, siue cuiuscunque alterius, quia nulli aliquid iuris accrescit, vel detrahitur in laicis. arg. 16. q. 1. si quis laicus. nisi populus sit exemptus. ℣. eo. ex parte abbatissæ.

4 †Sed quæres cum petito iure episcopali omne ius episcopale tam in ecclesijs, quàm in clericis, quàm in laicis adiudicetur, vel auferatur. ℣. de offi. ord. conquerente. quare & non si priui. concedatur exemptionis in totum videatur exempta, valet in clericis & laicis? Respon. quia in iudicio videtur deducere omne ius, nisi expressè contrarium agatur. ℣. de causa poss. cum ecclesia. ff. de iudi. solemus. sed in priuilegio secùs. ℣. c. prox. quæ propter alterius præiudicium restringenda sunt, vt

a *Item no. Pro intelligentia Inno. hîc uide Cald. in tit. de do. cõ. fi. 6. col. 3. ibi & ita uidetur sentire, & ibi & iura, quæ in consil. circa fi. col.*

no.ſ.de dona.cùm dilec.licet autem templarij, vel hoſpitalarij, vel quicunq; alij ſint exempti, tamen ſi accuſentur de aliquo maleficio, reſpondebunt ſub iudice ordinario,& in prouincia, in qua deliquerunt.ſ.eo.patentibus.tuarum.§.eos.C.vbi de cri.l.1.& Authen. qua in prouin. 6. q. 5. placuit. ſ. de hære. ad abolendam. §. vlti. niſi delinquerent circa res exemptas,puta quia non portaret habitum, vel quia diſiparet bona eccleſiæ exemptæ.ſ.e.patentibus.cum capel.Item & ſi non eſſet crimen circa rem exemptam, & ſit leue crimen, benè facit ordinarius ſi eum remittat ad magiſtrum ſuum.arg.ff.de re mili. l.3. reſpon.1.ff.de accu.l.vlt.ff.de cur. re. militibus non eſt. C. de exhi. reis. l.1. alij diſtinguunt inter crimen publicum & occultum.

5 † Item ſi teneant aliqua pertinentia ad iuriſdictionem dioce. de illis conuenientur ſub eo. ſ. eo. cum capella. ſed dices eadem ratione de omnibus poſſeſsionibus, quæ ſunt in dioce. cùm omnes ſint de ſuo foro,fortè poſſet reſponderi, quòd ordinarij licitè cognoſcunt, ſed melius eſt, quòd tantùm magiſter cognoſcat, ſi iuriſdictionem habet,vel iudex ordinarius magiſtri.C.de offi.ma. mili.l. 1. C. de iuriſdi. om.iud.l.vlt.Item poteſt dici,& ſi ratione contractus conuenientur. arg. eorundem legum.arg.contra.C.in qui.cau.mili.fo.l. 1. C. vbi ſe. vel cla. l. 2. Sed dic ibi concedi militibus, & quibuſdam priuilegiatis perſonis,ſcilicet,quod conueniantur ſub præſidibus,quod licitum eſt, quia præſides legati ſunt: vt no.ſ.de offi.leg.quòd transla. Item de quibuſdam conceditur propter negligẽtiam eorum, quia per prouincias ordinantur. Quidam autem ſunt, qui & ſi habeant aliqua priuilegia, non tamen ſunt exempti in totum, vt ex officio leg. colligitur, exemptio, ſcilicet, priuilegiatorum ex priuiligijs collegitur. ſ. c. proxi. in hoc autem valet priuilegium, quia nũquàm ordinarius poterit excommunicare,& ſi fecerit,non valet, niſi in caſibus, in quibus poteſt eos iudicare, vt dixi. ſ. c. cùm olim eſſemus. Alij dicunt & non male,exemptos de nullo crimine vel cauſa ciuili reſpondere debere ſub ordinario loci. 16. q.1. frater. niſi in caſibus, qui inueniuntur in iure expreſsi, ſed ſub miniſtro ſuo tantùm, qui eorum ordinarius eſt priui. vel coram eximente (ſpeciali) vt plenè ſint exempta omnia iſta hodie determinata ſunt per decr. ſ. de priui, volentes per totũ in tex,& in gl.

CAPVT VIII.

SANE. & infrà.

CAPVT IX.

PATENTIBVS. (Liceat) hoc ideò, quia licet perſonæ ſint exemptæ non tamen eccleſiæ.ar.contra. ſ. de exceſ. præla. nimis iniqua. Sol. illud eſt propter priuilegium illorum religioſorum (coercendi) not. priuilegiatos per cen. ec. coercendos ſi vltra priui. ſuorum tenorem excedant.

CAPVT X.

TVARVM NOS. (Falſo) quia portant crucem & non ſunt oblati(eos)ſcilicet,templarios vel hoſpita.(reducas) de facto,quia de iure non valuit abſolutio, & ideò non eſt neceſſaria reſtitutio de iure ad reſpondendum. ſ. eo. cùm & plantare. §. de confratribus (præmiſſa cauſa)id eſt,quia dant eis aliquid de ſuo.

CAPVT XI.

* *Afferens priuilegium aliquod perditum,quid teneatur probare,& in num.2.& 5.*
3 *Cùm Papa communicat alicui, cenſetur abſolutus.*
4 *Et ſi Papa aliquem uitet,non incidunt tamen in minorem excommunicationem communicantes ei.*

QVM OLIM ESSEMVS. † Amiſsione) prædictũ enim fuerat priuilegium,quod poſtulauit innouari hæc duo, ſcilicet, caſum fortuitum, & amiſsionem, & tenorem inſtrumenti debet probare iſte abbas, vt hîc. C. de fi. inſtru. l. fi. & benè dixi quòd debet probare caſualem amiſsionem, quia ſi voluntariè illud amiſiſſet, vel etiam lata culpa, non prodeſſet ei probare ſolum tenorem [4], & quod eſſet inſtrumentum ſine vitio, & cùm hoc ſit quaſi impoſsibile probare, licet enim inſtrumentum prima facie appareat bonum, nec abolitum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, quod ſufficit probare,quando caſualis probatur amiſsio. ar. C. de edic. diui. l. fi. poſſet tamen ibi eſſe latens falſitas, quam non cognouit teſtis, & quia ſi diceret, quòd nulla falſitas erat in inſtrumento, aſtrueret negatiuam, quod non licet. ſ. de cauſa poſſ. cum eccleſia.

2 † Item dicunt quòd quidam caſum debet probare, quando vult probare tantùm tenorem

4 *Solùm tenorem. Adhæ dicta adde Inno.in conſ. 25. incip. in cauſa,et quæſtione.col.2. uerſi. item non probant.*

tenorem inſtrumenti,quia ſi vellet probare ipſum contractum,vel aliud factum cõtentum in inſtrumento, tunc non oportet, quod probet aliquid de amiſsione inſtrumenti, imò ſi contractus erat talis, vel factum vbi requirebatur ſcriptura, vt in donatione excedente quingentos aureos, & in ſententijs, & in alijs ſimilibus,ſufficit probare ipſum contractum & ſcripturam interueniſſe, & in ſcriptura contineri ea, quæ ius ibi præcipit contineri,& non tenetur probare amiſsionem inſtrumenti. argumentum. ſuprà, de ſen. & re iudi.ſicut. & argum. quia in exercendis litibus æqua eſt probatio teſtium & inſtrumentorum. C. de fi. inſtrum. in exercendis. Alij dicunt, quod etiam in his caſibus debet probare caſualem amiſsionem, nam cùm contractus vel factum capiat ſubſtantiam exſcriptura,non ſufficit probare interueniſſe ſcripturam, niſi probet caſualem amiſsionem. argum.C.de teſti. teſtium. C. de bo. poſſ. ſecundum tab.l.fi. C. de fideicom.l. fi. Lex autem, in exercendis, locum habet in negatiuis, vbi ſcriptura non requiritur, caſum autem probabit proprio iuramento, cum aliqua ſummaria cognitione præmiſſa. C. de fi. inſtrum.l. fi. (aſſertiones) nota ſoli aſſertioni cardinalis credi ſine iuramento.

3 † Ad oſculum) no. aliquem reputari abſolutum hoc ipſo, quòd Papa ipſi communicat, & hoc intelligo ſi cum cauſæ cognitione. ſ. alio contradicente & cognita ab ipſo veritate ei communicat, vt hîc, ſi autem ſine cauſæ cognitione, ſecus eſt, quia præſumitur per ignorantiam,vel occupationem facere.

Et hæc vera ſunt, vbi dicitur nulla ſententia excommunicationis, ſi autem non contenderetur nulla, ſed iniuſta quantumcunque communicaret, non crederem abſolutum, niſi forma ſeruetur. argumentum. infrà, de ſen. ex. cùm deſideres. §. 1. & §. vlt. nec eſt præſumendum, quia vna ſua participatione velit tollere obſeruantiam iuris. C. de inof. teſ. ſi quando. niſi appareret, quòd communicando eum intenderet abſolutum.

Hoc non habet locum in alijs prælatis, 4 niſi in Papa. † Item not. quod licet Papa vitet aliquem, communicantes ei non incidunt in minorem excommunicationem, eſt enim neceſſe, vt nominetur excommunicatus à ſuperiore. argum. 2. qõ. 1. multi. Argumentum. contra. 93. diſt. ſi inimicus, ſed intelligitur illud, quando Papa non ſolùm vitabat, ſed etiam tanquàm excommunicatum vitandum mãdabat. Fatemur tamen, quòd peccat ille, qui in familiarem habet, quem à prælatis pro ſuis delictis vitari videt(decernimus). id eſt, propter hoc decretum declaramus. (Reprehenſione) amiſſo inſtrumento, duo oportet probare & tenorem inſtrumenti, & quod fuerit ſine vitio. C. de fi. inſtrum. l. vlt. legatus. amiſſa charta legationis probat eam per teſtes. C. de mand. princ. l. 1. niſi aliàs notus & honeſtus eſſet, ita quod eſſet verbo eius credendum. 97. diſt. nobiliſsimus. delegatus autem probat mandatum ſine literis. in Authen. de liti. §. omnem. Alij autem in del. dicunt contra, niſi literis oſtendat. argumen. 25. qõ. 2. ſancimus. ſuprà, de offic. dele. cùm in iure. ſuprà, de fi. inſtrum. c. 1. Et hoc ſatis crederem ante præſentationem literarum, poſtea autem ſecùs. argum. ſuprà, de appel. vt debitus.

5 † Item per teſtes quis probat ſe priuilegiatum. C. de fi. inſt. ſi ſolennibus. quandoque ſufficit probare ſolam amiſsionem inſtrumenti, etiam ſi non probetur tenor, vel quod non fuerit vitioſum propter odium eius, qui illud ſurripuit. C. de proba. ſi de poſſeſsione. aliàs enim non ſufficit. ff. de teſt. teſtium. in fi. imò & ſi amittatur poſtquam facta eſt fides de inſtrumento, poſt licet dicere contra illum de falſitate. C. de fid. inſtrum. l. vlt. probatur autem amiſsio inſtrumenti per iuramentũ perdentis & adiunctis ſibi aliquibus præſumptionibus. C. de fide inſtrum. l. vlti. argumentum. C. vnde vi. ſi quando.

CAPVT XII.

1 *Quo caſu liceat inferioribus conqueri de ſuis prælatis.*
2 *An liceat in cauſa appellationis abſente altera parte procedi.*
3 *Quando liceat innouari priuilegium.*

EX PARTE ABBATISSAE. † Occaſione) no. abbatiſſa & ſorores hîc cõquerun 1 tur de epiſcopo Meldenſ. qui occaſione quarũdam literarum impetratarum ab eo, ad iudicem dele. grauabat eas, alibi habens quod priuilegiati conqueruntur de prælatis, qui, quia in ipſos nõ poſſunt ferre ſententiam excommunicationis, ferunt in eos, qui molunt in molendinis ſuis: vt infrà eodem, quanto. alibi habes, quòd abbas conqueritur de quodam epiſcopo, qui occaſione quarundam literarum inter-

dixerat quasdam suas ecclesias. suprà, de offic. ordi. graue. alibi habes quod aliqui dicunt, quòd occasione indulgentiæ suæ, ferunt sententiam excommunicationis in alios. suprà, de reseri. ex parte. 2. de omnibus istis quæritur, an debeant probare indulgentias & literas, & alia, de quibus faciant mentionem in literis, quas impetrant, & eodem modo idem quæritur, si in libello hoc apponatur, & ad hoc sic respondemus, quòd causam vel demonstrationem in literis, vel libellis oppositam, non debet quis probare, dummodò constet de re, cuius causa vel monasterio dicitur, nisi talis sit causa vel demonstratio quæ sit causa, sine qua literas non habuisset, nec libellus esset receptus.

Et hoc sic probo, quia etiam si talis sit causa vel demonstratio, tamen valent literæ & libellus. ff. de condi. & de. cùm ita esset legatum. §. legato. & §. fallam. & institu. de leg. huc. & §. proxi. secùs autem in condi. vt eisdem legibus probatur. Hoc tamen teneas, quod quandocunque ponitur in libello tale, quid pro causa petitionis suæ illam probare debet, nam cum causa quæ ponitur in libello pro magna parte semper sit causa, quare sibi competit ius petendi illud, quod petit per illum libellum, illam probare debet, aut succumbet. 6. quæstio. 5. actor. Hoc etiam probatur ratione suprà dicta, quia nũquàm suus libellus receptus esset, nisi sufficientem causam expressisset. suprà, de libelli oblat. dilecti. vbi no. (priuilegijs) nec tenetur facere mentionem, nec propter hoc minus proceditur per literas, not. suprà, de officio deleg. ex liberis. (ad appel. beneficium) ex illa causa, quia literæ non valebant cùm essent impetratæ super his, quæ continentur in priuilegijs suis, nec de ipso faciunt mentionem. suprà, de reseri. cùm ordinem. melius dicitur, non propter grauamen aliud (deferentes) & malè.

2 † Retulissent) & petissent quod in causa appellationis ab abbatissa & sororibus emissę procederent, in ipsa tamen propter absentiam partis aduersæ procedi non poterat, quia hoc non petierat. suprà, de appellatio. cordi. vel melius, quia iudices non detulerant appellationi. suprà, de appellatio. interposita. §. 1. & cùm pars monasterij vidisset. quod non poterat prosequi appellationem conuertit se, vt obtineret innouationem priuilegiorum suorum.

3 † Innouandum) hoc non licuisset, nisi contumax fuisset pars aduersa. argumẽtum. suprà, de confir. cum dilect. hoc non placet, non enim super innouatione priuilegiorum contumax erat episcopus, nec citatus, sed vera causa est, quia episcopus non contendebat de priuil. quia si contenderet, non deberet innouari, nisi fortè terminetur de eorum cõsumptione, vel nisi alia iusta causa subesset. suprà, de confir. vti. cùm dilecta. quòd licet cùm nihil iuris tribuit. infrà eodem, quia. si enim nouum ius tribueret, non liceret. suprà, vt lit. pen. dilec. vbi no.

CAPVT XIII.

1 *Quando delegari possit causa monacho.*
2 *Non potest executor alicui uim inferre, nec de possessione aliquam partium extrahere.*
3 *Quicquid acquirit monachus, acquirit monasterio.*
4 *An monasterium obligetur ex contractibus monachi.*
5 *Aedificium dicitur cædere solo.*
6 *Quando dignosci possit quod quis renuncier priuilegio suo. & in num. 7.*

CVM OLIM PROPTER. (Eisdem) prioribus & canonicis.

† Præfigendum) procedi tamen poterat super causa appellationis, si ante sententiam erat appellatum, vel super principali, si à diffinitiua fuerat appellatum, suprà, de appel. sæpè. vbi no. de hoc: sed hîc noluit appellatus procedi, cùm modicum sibi prodesset, si tantùm causa appellationis terminata esset, & non principalis, dic melius vt no. suprà, de appellati. sæpè. & c. per tuas. (Præfigendum) per literas, quas dedit episcopo, in quibus continetur, quòd sequitur.

Sed dices quomodo postea processerunt iudices primi, vt sequitur infrà, ibi iudices autem, etc. cùm per has literas est ad sedem ap. negotium reuocatum, contra id quod est suprà, de offi. le. licet. 3. q. 6. multum. C. de le. l. 2. Respon. per illas literas non esse reuocatam iurisdictionem antequam præsentur literæ, & hîc processus habitus fuit ante præsentationẽ literarum. sup. de ap. vt debitus. Item non videtur malitiosè fecisse episcopus, cùm in eis fauorem sint concessæ, si eis vti voluit. C. de le. quod fauore. appellatio enim nõ impedit eorum processum, cùm illis renũciare

ciare videatur, si intra terminum præfixum non prosequuntur. suprà, de ap. sæpè. cùm sit reprehensibilis (parti) authoritate huius delegationis non processerunt sed primæ. † Monacho). not. monacho delegari causam.

Et hoc verum intelligo, si expressè contineatur, vt ibi monachus, aliàs præsumo per veri taciturnitatem obtentas, cùm nõ sit eis præstanda materia vagandi (iudices) non illis quibus erat remissum negotium, quia illi non habebant potestatem diffiniendi aliquid, sicut hîc apparet, & sic est in registro. Vel dic, quod ijdem iudices erant, sed partes prorogauerunt eorum iurisdictionem, vel plus continebatur in literis, in quibus erat remissum negotium, quàm hîc contineatur (libertatem) iustè petitum fuit, quia cassaretur libertas malè data, & ritè fuit super eam sententiatũ. arg. C. de condi. ex leg. dissolutæ. & l. fi. ff. de fe. l. 1.

2 † Per portarium) iste portarius siue executor deputatus à rege, nullam potestatem habuit cogẽdi canonicos ad aliquid. suprà, de conse. eccle. Imò plus videtur, quod si esset executor Papæ merus, sine vlla cognitione, quod non posset alicui etiam partibus vim inferre, nec de possessione aliquam partium extrahere, nisi hoc esset sibi expressè commissum, quòd tamen rarò & non sine causa committendum est. ff. de iud. l. fi. suprà, de concess. præ. vel eccle. non vac. quia di. & c. cùm nostris. & c. literas. Nec est contra. ff. de re iud. à diuo. §. si super. & §. seq. vbi dicitur, quod executor habet causæ cognitionem, quia ibi non loquitur de viatore executore, cuius modicum est officium, id est, in adimplendo mandatum, & in renunciando quid inueniat. ff. de reb. eorum qui sub tu. vel cu. sunt. magis. §. ne tamen. imò plus videtur, quod si viator hîc inueniat rem, vel ecclesiam cuius possessionem dare debet sine vllo præsente possessore, ita quod sine vlla violentia dare potest possessionem, tamen eam dare non debet, nisi ille qui eam tenet de facto primo eam resignet, vel verbo, vel authoritate iudicis inde expellatur, & sic intelliguntur decre. præalle. quia d. c. cùm nostris. & c. literas. nisi partibus præsentibus lata esset sententia contra possessorem, tunc enim satis videtur, quod maior potest dare rei possessionem, quam alius possidet, maximè si potest fieri sine violentia. C. si per vim vel alio modo. l. fi. decre. autem præalle. cùm nostris. qui dicit quod primò debet resignare, de facto loquitur, quando præcesserat tantùm tacita renunciatio, quæ tamen poterat habere excusationes, sed secùs est, quando sententia lata est, postquam nulla excusatio admittitur. C. senten. rescin. non poss. l. 1. Imò plus videtur, quod si pars per violentiam eiecisset eum, contra quem lata est sententia, & postea possessio vacantis rectoriæ, eidem spoliatori assignatur, quod benè teneretur spoliator interdicto vnde vi ad interesse. ff. vnde vi. l. 1. §. ex vie. tamen si confiteatur se nihil noui iuris acquisiuisse, non cogit rem iudi. restituere, suprà, de cau. poss. cùm super. & quia sine peccato tenere non potest.

Alij tamen dicunt contrà, quia benè possunt tenere sine peccato, si per errorem iudicatum est. ff. de condi. indeb. l. Neratius. Nec decr. cùm super. contradicit, quæ loquitur, quando simul super possessorio & petitorio sententia lata est, sed hîc diuisim latæ sunt, sed difficilè est in decre. quæ est differentia, siue simul, siue diuisim ferantur, dummodò executores earum in idem tempus concurrant, hoc de iudice, qui mandat fieri executionem, si autem mandatur alicui, quòd det alicui possessionem alicuius rei amoto quolibet illicito possessore, non habet hîc iurisdictionem, nisi super notorios illicitos. argumentum. suprà, de officio deleg. statuimus. Alij dicunt & fortè melius, quod proceditur super non notorijs ordine iudiciario seruato: vt not. suprà, de reb. eccle. non alie. episcopi.

3 † Dederat) & malè, cùm quicquid acquiritur, episcopatui acquirat. 18. quæstio. 1. statutum. monachus enim quicquid acquirit, suo monasterio acquirit, dum manet monachus monasterij, etiam si est monachus fugitiuus. suprà, de officio ord. quanto. imò si stipuletur aliquid sibi vel monasterio suo, vel etiam impersonaliter, vel quocunque alio modo contrahat, semper acquirit monasterio suo. argumentum. ff. de stipul. ser. seruum. secùs si stipuletur alij, quia tunc alij non quærit, quia non potest nec domino, quia non vult. ff. de stipul. ser. seruus meus. Imò si monasterio vetãte aliqd acquireret, monasterio acquireretur. ff. de acq. rer. do. etiã

sed

sed si sit expulsus de monasterio, tunc nulli acquirit, nec valet contractus, cùm sit à monasterio absolutus, posset tamen dici, quod acquirit episcopo à cuius iurisdictione non est absolutus.

4 †Item no. quod ex omnibus contractibus obligatur, vt quidam dicunt, sed non plus, quàm sit à monasterio sibi commissum, & si non habet administrationem, tamen obligatur abbas, sed ad nihil tenetur, cùm nõ habuit vnde soluatur. De maleficijs autem monachi non obligantur, nisi ad eos perueniret & eodem modo alij obligantur abbati ex omnibus contractibus cum monacho initis, si autem monacho auferatur res monasterij, vel etiam alterius, dummodò monasterium teneatur de illis agit abbas, sed si monasterium non tenetur de illis, tunc non agit, sed aget ille, cuius sunt, vel rei vendicatione, vel fur, vel alijs competentibus actionibus, & propter hoc dicimus, quòd si monachus moritur, penes quem erant depositæ res, quæ detinentur per aliquem, nullam actionem habet abbas ad ea, sed si abbas videret res depositas apud monachum rapi, vel furto surripi, vel aliàs perire, & facilè posset eas liberare, sanè crederem quòd tenetur depositi in solidum propter dolum suum, sed si monachus eas rapuisset, tunc esset secùs, quia abbas non erat obligatus ex eius maleficio.

☞ †Sed dices quod si monachus vel iure, vel ab abbate prohibetur contrahere. 12. quæstio. 1. nondicatur. 16. quæstio. 1. sunt nonnulli. & c. de pœnitentium. quomodo potest valere contractus cum eo initus, contra id quod est. C. de le. non dubium. 10. dist. vides. So. lex & canon intellexerant prohibere, quòd non teneant contractus facti à prædictis personis, ita quod eis aliquid quæreretur, sed benè tenet in hoc, quòd eis quæratur cum quibus poterat legitimè celebrari contractus, & talis est abbas, cui quæritur omne lucrum proueniens ex contractu monachi, & ideò benè ab eius profectu tenet contractus possessio etiam iusta, quæritur per monachum etiam fugitiuum domino ignoranti. ff. de acqui. pos. l. 1. §. per seruum. Si autem esset iniusta possessio, quæ est restringenda, nõ quæritur domino. ff. de acquir. pos. quòd meo. §. fi. & leg. quòd seruus. sed & ipsam si ratam habet acquirit. ff. de vi & vi armata. l. prima. § . cùm procurator. Possessionem autem serui, si fuerit turbata, & seruus & dominus peteret eam reformari. C. si per vim. leg. 1. omnia autem quæ detinet, præsumitur possidere, nisi contrarium probetur. argumentum. 18. quæstio. 1. cap. 1.

5 †Fructibus) mirum videtur, quòd episcopo adiudicamus fructus medij temporis, cùm potius ipsi monasterio essent seruandi, cùm de eis sit ratio ei reddenda. suprà eodem, cùm & plantare. de capel. mo. cap. 1. 6. quæstio. 7. cap. 2. So. quia ędificauerunt ecclesias in dioce. alterius episcopi sine eius consensu, cùm ædificium cedat solo. C. de rei. vend. l. 2. per consequens & hoc ædificium, siue ecclesiæ ad episcopum dioce. pertinebant, fructus autem non dabuntur ei nomine ecclesiarum ædificatarum. suprà, de suc. ab inte. c. 3. Et sic non est contrà. suprà, de relig. do. cùm venerabilis. quia ibi non nomine ecclesiæ, de qua agebatur, sed suo vendicabat temporalia. (Non tenere) hîc non ponit causas quare tenuerit, sed posset esse, quia contra absentem non contumacem lata est. (De gratia) indulto sibi beneficio in integrum. suprà, de in integ. rest. c. 2. de iure enim communi admitterentur post sententiam ad exhibendum. sup. de sen. & re iud. inter mo. C. de transa. sub prætextu. (Constitit) per testes vel confessionem & non per visum: quia Papa non vidit originale (Manibus) hoc non est malum. C. qui testa. fa. pos. hac consultissima. (à manibus) & idcircò non præsumebatur originale, sed sumptum (Libertatem). id est, exceptionem ab episcopo dioce. datam, libertatem enim sibi non præscribit, nec habet, quia licet dioce. non præstet iura episcopalia, præstabit abbati, vel alij, vel ad minus Papæ. suprà, de præscrip. cùm non liceat. & c. cùm ex offi.

☞ †Imponentes) mirum videtur quod hîc dicitur, quia aut monasterium prouocauit in libertatem, non assignata aliqua causa, & tunc licet non sit actum de priuilegio Papæ, tamen decæterò agere non poterit, quia prætextu no. infrà, etc. sup. de sen. & re iud. inter mo. argumentum. C. de an. excep. l. vlt. ff. de iud. solemus. aut assignauit aliquam causam, puta quia munitum erat, monasterium priuilegio episcoporum Colubrien. & tunc non obstante sententia, Papa propter hanc causam lata, poterat agere ex alia causa, puta quia munitum erat priuileg. Ro. pon. vt no. sup. de offic. ordi. conquerente. Respon. de iure communi verum esse, quod dicit, & quia monasterium totum ius suum de-

um deduxerat in iudicium. Ideò fuit hoc necessarium beneficium restitutionis. Sed dices quare non dixit iniustam sententiam, cùm inspecta veritate sit iniusta. C. de ap. eos. Respon. illud obtinet in causa appellationis, vt inspecta veritate iudicet primam sententiam iustam, vel iniustam, sed in causa restitutionis ex processu iudicat sententiam iustam, vel iniustam, potes etiam dicere, quod in causa restitutionis inspecta veritate, iudicatur prima sententia iusta, vel contrà, & hæc sententia iudicis, vel veritate inspecta erat iusta, cùm pronunciauerit dum infirmam libertatem per episcopum datam, quæ in veritate non tenebat, & nihil de libertate concessa per Papam dixerint: (nõ cognouerint) nec pronunciauerint: sed tãtùm de libertate data per episcopum (in cæteris) scilicet in expensis necessarijs restituendis & alijs c.

6 †Accedentibus, etc. per 40. an.) suprà eodem. si de terra. contra so. nec iste, nec ille renunciauit priuilegio expressè, sed tacitè vel præsumptiuè, quandoque autẽ præsumitur vno actu renunciare, quando voluntariè, scienter, & directo contra priuilegium suum facit. suprà, de consti. cùm accessissent. & suprà, de præben. pro illorum. sed quandoque venit non scienter, vel expressè contra priuilegium, sed tamen aliàs præsumitur renunciare priuilegio. si per 30. ann. contra fecit. suprà eodẽ, si de terra. quandoque 40. vt hîc. Et si quæras causam diuersitatis hæc est, quia licet vnus monachus qui est præpositus agris colendis, soluat decimas, conuentus tamen nescit, vnde vno actu non præsumitur renunciare. Item si soluit aliquando etiam sciente toto conuentu, non præsumitur voluntariè renunciare priuileg. sed lites exerceri, quod cùm sit làudabile, non ei imputatur. ff. de alien. iu. mu. cau. fac. Item si res. §. 1. sed si 30. ann. soluit, non habet excusationem ignorantiæ, nec voluntatis. suprà eodem, si de terra. sed hîc contradicit, quæ requirit 40. ann. sed dic idcircò hic requirit prolixius tempus, quia conuẽt' est vltra mare, & possessiões citra.

7 †Item habent quasi infinitas, vnde non præsumitur scire, sicut illi, qui sunt citra mare, & per consequens non intelliguntur tacitè renunciare, nisi spatio 40. ann. In possessionibus autem, vltramontanis spatio 30. ann. crederem præsumptiuè renunciare, etiam à templarijs, vel dic quod hic conuentus non iuuabat se, quia templarij tacitè renunciassent priuileg. sed præscriptione, quæ non currit nisi 40. an. vel dic, quòd hæc tollit illam, vel dic, quòd ibi ex priuilegio statim quæritur alicui ius dominij, sicut hîc quæsitum est dominium iure decimarum, ius & dominium quæsitum non admittitur, nisi legitimo tempore præscribatur: vt hîc. arg. C. de iur. do. impe. leg. 2. sed potest responderi, quia ibi non habuit dominium, sed potestatem rem pignoratam accipiendi in dominium, vbi autem ex priuilegio non datur aliquod dominium, sed potius aliqua potestas. s. vt non cogantur esse vltra certum numerum, vel vt dignitas non sit in ecclesia, tunc non sunt necessarij 40. an. ad hoc, vt videatur renunciare priuileg. sed sufficit vnus actus. sup. de consti. cùm accessissent. cùm M. Et est ratio diuersitatis, qa dominia rerum certis modis & cum magna difficultate amittuntur & quæruntur: vt insti. de rerum di. per totũ. & de illis modis non est, si semel vel aliquanto tempore permisit alium esse in possessione suæ rei, sed in priuilegio secùs est, quæ sola petitione quæruntur, & in fauorem petentium dantur, sed ex eis nullum datur dominium, nam illa facilè admittuntur, vnde fortè secùs dicendum est, in consuetudine, nam ibi si aliqua potestas quæsita esset consuetudine vel iure, etiam si nullum dominium ibi esset, vt si de consuetudine introductum esset, quod in hac ecclesia nulli assumerentur in canonicos, nisi essent in sacris ordinibus cõstituti, non videtur, quod licet aliquem in inferioribus ordinibus constitutum eligant, quòd propter hoc videantur renunciasse consuetudini, quamdiu perseuerant, quia non licet consuetudines infringere. 11. distin. in his. Imò plus dicimus, quòd siue sint consuetudines, siue constitutiones, siue priuilegia honorabilia, vel vtilia ecclesijs, illa nunquam intelliguntur renunciari per vnum, nec etiam per plures actus, quia etiam si expressè vellent, renunciare non possent. C. de transac. præses. argumen. ff. de pac. contra. §. fi. nam in hoc casu, si omnes de capitulo velint aliquid facere contra priuileg. vel consuetas constitutiones suas, vnus solus posset contradicere, & etiam omnibus facientibus contra prædicta, si vergit in damnum ecclesiæ, superior potest illud & debet reuocare. suprà, de his quæ fi. à maio. par. cap. c. 1. & suprà, de reb. eccle. non alie. si quis ad nostram. Si qua autem

autem ſunt, quæ ſint eccleſiæ vtilia renũciare vel etiam indifferentia, tunc per vnũ cum actum contrarium renunciatur. ſup. de conſti. cùm acceſsiſſent. & c. cum M. ſed in caſibus vbi loquitur prædicta decre. crederem, licet canonici non poſsint vlterius ex quo ſemel fecerunt contra ſuum priuilegium in ſuum fauorem. ſ. quia allegarent diminutionem ſuarum præbendarum. Crederem tamen, quod poſsint eodẽ priuilegio vti nomine eccleſiæ, ſi ex receptione priuilegij eccleſiæ læderentur, puta ſi propter modicitatem præbendarum non inuenirent canonicos reſidentes, vel non inuenirent bonos, & idem videtur in omnibus alijs ſimilibus priuilegijs, cum hoc decreto canonicorũ numero & ſublatione dignitatum vtriuſque fauorem. ſ. & eccleſiæ & canonicorum intelligitur concedi, & ideò licet vnus renunciet, & alius non intelligitur renunciare. Item ſi communibus & grauibus priuilegijs, quæ habet aliqua gẽs aliquis non vtitur, nõ intelligitur quis renunciare, quo ad alia, ſi in aliquo omitteret illo vti, ſed quo ad illud benè renunciat. C. de excuſ. tuto. voluntatem. C. de his qui ſpon. mu. ſub. l. 2. & l. ſeq. lib. 10. ff. de vaca. mu. l. prætor. in. §. fi.

CAPVT XIIII.

1 *An ſi Papa dicat recepimus clericos talis eccleſiæ in proprios filios, uel ſpirituales, propter hoc ſint exempti.*

2 *Exemptus ratione rei, non exemptæ ſubiacet iuriſdictioni ordinarii.*

CVM CAPELLA. (Priuilegio) hoc priuilegiũ intuitu eccleſiæ conceſſum eſt perſonis, vel potius conceſſum eſt eccleſiæ in perſonis, nec propter hoc exempta eſt eccleſia, vel clerici niſi quo ad excommunicationem, & alia quæ hîc ſequuntur, ſi autem dixiſſet, eximimus canonicos talis eccleſiæ ab epo, clerici quidem exẽpti erunt à iuriſdictione epiſcopali intuitu perſonarum, ſed eccleſia in nullo exẽpta erit, & in omnibus epiſcopo reſpondebit, niſi in iuriſdictione
1 clericorum. † Sed quæritur, ſi quis dicat, recipio clericos talis eccleſiæ in proprios filios, vel ſpirituales, an propter hoc ſint exempti. arg. quòd ſic. C. vnde vi. conquerebatur. Item arg. ad hoc, quia ſi res quæ dicitur pertinere ad proprietatẽ Papę eſt exempta, ergò eadem ratione & filius, vel quicquid aliud dicitur pertinere ad Papam erit exemptum. Reſpon. quòd talis non eſt exemptus, plus enim propter nomen filij in affectione, quàm in exemptiõe eos recipere videtur. q. d. Papa: recepimus vos in amorem filialem, ſicut cùm dicitur ſubdiaconus Papa, ſonat in honorem, non exceptionem. ſ. de ma. & obe. p tuas. quamuis in arg. contrarium videtur, quia ſicut quos princeps elegit in patres, nõ vult ab alio ſub alterius poteſtate eſſe. in Authen. conſtitutio, quæ de digni. Eadẽ ratione, nec quos eligit in filios, quamuis reſponderi poſsit patrem ſonare in authoritate, quæ non decet alterius poteſtati ſubijci filium in affectionem, quæ non eſt indecens ſub alio eſſe, ſecùs autem videretur, ſi diceret, recipim⁹ vos in proprios, vel ſpeciales ſubiectos, quia tunc erunt exempti. Quidam tamen dicunt, quòd ſi quando Papa recipit aliquos in proprios filios, & ille cuius filij prius erant conſenſerint, penitus ſunt ab eius iuriſdictione exempti, aliàs non. arg. ff. de adop. in adoptionem. Item not. quod licet iſtinõ poſsint excommunicari, vel interdici, tamen poſſunt aliter puniri & condemnari per ſententiam, quia hoc non continetur in priuilegio, quod diligenter obſeruandum eſt. ſup. eo. porrò. & habetis expreſ-
2 ſum. inf. eo. ti. volentes. † In his eccleſijs per parochianum proſequaris) not. exemptum ratione rei, non exemptæ ſubiacere iuriſdictioni ordinarij. de hoc no. ſ. eo. porrò. & habes expreſſè infrà eodem, quoniam. ad hæc. infrà eodem tit. c. volentes. §. vlti. glo. quo ad hoc.

CAPVT XV.

1 *Cùm hæc dictio quod, uel quæ, uel ſicut, ponũtur in literis, uidetur aliquid poni.*

2 *Quamuis probetur exemptio capitis non probatur exemptio membrorum.*
Exempti delinquentes quo in loco, & coram quo reſpondere teneantur.

EX ORE SEDENTIS. (A longis) non tamen longiſsimis, cùm neutra pars ꝓſcripſit, vt infrà eodem ſequitur. §. nos igitur.

1 † Quæſtores) no. quod quando hæc dictio quod, vel quæ, vel ſicut, ponuntur in literis, videtur aliquid poni. inf. de verb. ſig. abbate. ff. de condi. & demon. quibus diebus. §. dominus. ff. de leg. 1. ſi ſeruus. C. ſi ita. & l. ſi. ſic. §. 1. Arg. contra. ſ. quod eſt intelligendum conditionaliter. ff. de contrahen. empt. ſi fundum. & l. ſi rem. in fi.

† In

2 † In membris) not. quòd licet probetur exemptio capitis, non probatur exemptio membrorum (exempta) quando mẽbra non ſunt exempta, ſed abbas exempt⁹ cui membra ſunt ſubiecta, in membris delinquat dio. exemptum abbatem iudicabit, & puniet, & etiam deponet. ſuprà eodem, cùm capella. ſuprà, de fo. compe. poſtulaſti. ſeruata tamen forma conſtitutionis. infrà eodem, volentes. ſuprà, de fo. compe. Romana. ſed ſi non delinquat in locis non exemptis conſtitutionum, ſed delinquat in perſonis non exemptis, puta quia negligens eſt in regimine eorum, vel etiam quia iniuriam facit eis, quia tunc non habet poteſtatem dioceſanus procedendi contra eum. Non enim ſunt iſti modi quare dioceſani ſortiantur forum in perſonis exemptis. Imò plus dicimus, ꝙd dioceſ. propter prædicta delicta commiſſa in perſonas non exemptas, non poteſt eum priuare eccleſia non exempta, vel eum ſuſpendere, quòd ſic probo, quia hoc non poteſt facere dioceſ. niſi cum cauſæ cognitione, ſed ipſe non poteſt cognoſcere de prædictis delictis perſonæ exemptæ, ergò nec contra eum procedere. Item in hoc caſu. ſ. quando membra non ſunt exempta habebit abbas iuriſdictionem ſuper eccleſias: vt not. ſuprà, de offic. ord. quanto. & c. cùm ab eccleſiarum. & in hoc caſu præſentabunt clericos prælatis, & fiet vt dicitur. ſuprà eodem. cùm & plantare. §. in eccleſijs. ſuprà, de capel. mo. c. 1. ſuprà, de præb. in Lateranẽſ. concil. vbi no. niſi eſſent pleno iure conceſſæ. ſ. quo ad. l. iuriſdictiones & dioc. quia tunc ipſi inſtituent. 16. quæſtio. 2. c. 1. Item in hoc caſu nunquam appellabitur ab abbate exempto, etiam à ſubditis non exemptis ad epiſcopum, quia non eſt ei ſuperior, melius videtur quòd appellandus eſt epiſcopus, & in hoc eſt ſuperior. ar. hîc. & ſuprà, de ma. & obe. c. ſolitæ. circa princ.

☞ † Item in caſibus vbi quis ſortitur forũ ratione poſſeſsionis conuenietur abbas coram epiſcopo cùm res ſint in eius territorio, domiciliũ autem non poteſt habere, niſi in ſuo monaſterio. Alij autem ſeculares " ſicut & laici, plura poſſunt habere domicilia, & in eccleſijs ſuis, & extra, dummodò non teneãtur ad reſidentiam, de fo. compe. poſtulaſti. ſed loca in quibus ipſi tenentur ad reſidentiam, ſemper debent pro domicilio reputari, licet aliqui cõtradicunt, ſi autem clericus duorum epiſcoporum delinquat, & iniuriam faciat clerico alterius epiſcopi, ſub quo domicilium nõ habet extra illum epiſcopatum, tamen ſub eo reſpondere tenetur, quia ratione clericatus ſortitur forum ei⁹. C. de epi. & cle. Authen. clericus. ſecùs autem in abbate exempto, qui licet delinqueret in clericos dioc. cui reuerentiam debet, tamen coram eo conueniri non debet, quia non eſt eius clericus, imò exemptus, licet in aliquo ſibi reuerentiam debeat, ſi autem membra ſunt exempta, & non populus, tunc etiam ſi delinquat in membris exemptis abbas, tamen dio. nullã iuriſdictionem in eo habebit. infrà eod. volentes. de populo autem idem dicimus, ſicut diximus, quando membra non ſunt exempta. infrà, de ver. ſig. veniens. de hoc no. ſuprà eodem, recepimus. & in hoc caſu reſtitueret clericos in eccleſijs ſine epiſcopis, ſed ſi deponendi fuerint referant ad Papam. argumentum. ſuprà, de offic. archid. ad hoc. ſi autem populus exempt⁹, tunc in nullo tenetur dioce. (membris) & ita quis tenetur duobus dominis, Papæ. ſ. ratione ſui: epiſcopo, ratione membrorum, & pro vaſallis. argu. ff. de ope. li. duorum ad hoc. ſuprà, de ma. & obe. quòd ſuper his. glo. contra. 16. quæſtio. 1.

CAPVT XVIII.

EX PARTE TVA. 23. diſt. quanquam (ſubtrahuntur) ſecùs autem ſi in ſuos ſpeciales filios reciperet. infrà eodem, veniens.

CAPVT XIX.

1 *Quid intelligatur conceſſum per hæc uerba, concedimus talem eccleſiam tibi in proprios uſus.*

2 *In alienationibus rerum eccleſiæ requiritur conſenſus epiſcopi.*

3 *Quanquam alicui conceditur eccleſia pleno iure, intelligitur ſibi concedi, quod ſit ſibi ſubiecta in temporalibus & ſpiritualibus, non autem quod conuertat eam in proprios uſus.*

" *Alij autẽ ſeculares. Hoc dictum dicit Anto. de Bu. hic notabile & de hoc uide per Abb. in. d. c. poſtulaſti. & in c. dilectus. ſup. de reſcriptis & ibi latiſsimè Feli. in uerſ. prima concluſio.*

PASTORALIS OFFICII. (Intrare). de hoc no. ſuprà, de offi. dele. ſupereo. (Introire). C. pro quibus cau. ſer. ac. præ. li. l. 1. Idem dicimus, ſi alicui detur priuilegium ſuper habendis decimis, dominium tamen videtur habere do-
minationem fauore eccleſiæ. C. de epiſcopis vt inter. ſi quis autem ſua authoritate poſſeſsionem introiret, poterit cogi ad reſti-

tutionem poſſeſsionis per interdictum vnde vi, directum vel vtile, vel per hypothecariam, vel triticariam.

1 †(Epiſcopali) nam per hæc verba concedimus talem eccleſiam tibi in proprios vſus, intendit concedere, quod adminiſtrationem habeat eccleſiæ, & quod ſibi de temporalibus reſpondeatur, & quod retento bono ſtatu eccleſiæ ſuperfluos reditus in proprios vſus conuertat, debet enim ſibi conceſſam eccleſiam in primo ſtatu retinere, benè tamen credimus, q̃d de voluntate & conſenſu dio. poſſet mutare primum ſtatum ex iuſta cauſa, vt ſi aliqua eccleſia eſt vbi conſueuit eſſe multitudo canonicorum, quia ibi erat multitudo populi, mutato autem populo, vel eiecto remanſit eccleſia cum diuitijs ſuis. Melius videtur modò, quòd diuitiæ iſtæ transferantur ad aliam eccleſiam, vbi maius ſeruitium fiat Deo, quàm ibi, & cùm dioceſanus nollet conſentire cum ſuperiore, aget: dioceſanus autem epiſcopus habebit inſtitutionem in hac eccleſia, & viſitationem, & procurationem, & breuiter omnia ſpiritualia, & omnem iuriſdictionem vt hîc. ſuprà, ca. cùm & plantare. §. in eccleſijs. nec poteſt ille, cui data
a eſt eccleſia, vendere a, vel pignorare poſſeſsiones huius eccleſiæ pro ſoluendis debitis eius eccleſiæ, cui donata eſt, & ſi qua relinquantur huic eccleſiæ, in vtilitatem huius eccleſiæ conuerti debent. Et breuiter dicimus, quod benè caueat ſibi prælatus eccleſiæ, cui donatio facta eſt, & quod ſi accipiat mutuum, nomine huius eccleſiæ, conuertat pecuniam in vtilitatem illius eccleſiæ, quia aliter de bonis eius non ſoluetur debitum, hoc autem ita diſtinctè faciet prælatus eccleſiæ, cui donatio facta eſt, alioquin ſacrilegus erit. argumentum. 17. quæſtio. 4. per totum. & tamen punietur per epiſcopum, & etiam ad officium epiſcopi pertinet, quod hoc fieri faciat. infrà, de exceptio. cùm venerabilis. & no. ſuprà. de reſtitu. ſpol. olim. videtur etiam quod creditores huius eccleſiæ per interdictum de ſeparationibus poſsint petere, vt ſeparentur bona vtriuſque. ſ. de ſep. per totum.

2 † Item dicimus, quod ſi in alia dioc. ſit eccleſia donata, in alia donataria in alienationibus rerum eccleſiæ donatæ neceſsarius erit conſenſus epiſcopi ſui, & in alienationibus rerum eccleſiæ, cui facta eſt donatio requiretur conſenſus ſui epiſcopi, cùm aliàs ſi eccleſia vna habet in
b diuerſis b dioce. poſſeſsiones ſolus conſenſus dioce. epiſcopi requirendus eſt, & non epiſcoporum, vbi poſſeſsiones ſitæ ſunt. 17. quæſtio. 4. in vendi. 12. quæſtio. 2. abbatibus. ſi qua ſine ex. 10. quæſtio. 2. caſellas.

3 †Item dicimus, quòd licet eccleſia cõcedatur alicui pleno iure, intelligitur ſibi concedi, quod ſit ſibi ſubiecta in temporalibus & ſpiritualibus, non autem quod conuertat eam in proprios vſus, ſubiectionem enim omnem, quam prius habebat ſibi concedere videtur. 16. quæſtio. 2. viſis. ſuprà eodem, cùm & plantare. & nõ fructus, quos non habebat, nec accipere debebat, niſi ex iuſta cauſa, & cum multis ſolennitatibus, quas no. ſuprà, vt eccle. benefi. c. 1. & facit ad prædicta. 10. quæſtio. 3. quia cognouimus. ſuprà, de reb. eccle. nõ alie. ca. 1. ſed ſi prius eccleſiam alij pleno iure donatã in proprios vſus tenebat donator, tunc pleno iure ſibi ſubijcere videtur propter verbum poſitum in donatione, ſcilicet concedo plenè, & in vſus proprios concedere videtur, quia in donationibus eſt larga interpretatio habenda. ſ. de dona. cùm dilec. & c. paſtoralis. eadem autem iura, quæ diximus dioc. retinere in eccleſia conceſſa in proprios vſus eidem retinet, & ſi vniat duas eccleſias quocunque genere vnionis, de quibus vnionibus. ſuprà, ne ſe. vac. c. 1.

a *Vendere. adde Fel. q hoc refert in c. trãslato. col. 4. ſup. de cõſti. & adde idem in duob⁹ caſtris ut per Bart. in l. 1. C. de metropo. li. 11.*

b *Habet in diuerſis. hoc dictũ ſequitur Arch. in c. in uẽditiõibus. circa mediũ. 17. qõ. 4. & Bald. in Authen. hoc ius porrectum. col. 3. uerſ. quæro igitur gs. C. de ſac. ſan. eccl. Feli. latè. & ibi concor. in. c. dilectus filius. col. 3. uer. 7. facit. ſup. de reſcrip.*

CAPVT XX.

PETISTIS PER SE. (De noſtra) authoritate huius indulgentiæ, nam aliàs licet tẽplarij violarent interdictum pro ſe poſitum, alij tamẽ violare non deberent.

CAPVT XXI.

QVONIAM PER CONFESSIONES. (Vtrunq;) quales ſunt quæ pleno iure ſunt ſubiectæ abbati, puta qa in eis ius percipit epiſcopale, vel quia abbati lege iuriſdictionis & dioce. ſunt ſubiectæ, vel in temporalibus & in ſpiritualibus (clericum) hoc intelligitur de clericis morantibus in eccleſijs vtroque iure ſpectantibus ad monaſterium (monachum) not. quòd priuilegiatus iſte non gaudet priuilegio, ſi vadat ad aliam eccleſiam, ſuprà eodem, cùm capella.

CAPVT

CAPVT XXII.

QVIA CIRCA. (Retinendis). Nam in priuilegio continebatur, quòd epiſcopus monaſterio remittebat omnes decimas, quæ ſibi epiſcopo debebantur de poſſeſsionibus monaſterij (canonicas) ſcilicet de conſenſu capituli. ſ. de dona. paſto. Itẽ quod fiat cauſa vtilitatis vel neceſsitatis, vel pietatis, & quod non ſit immenſa (pleniſsima) ſuprà, de dona. cùm dilec. vbi no.

CAPVT XXIII.

ANTIQVA. (Antiſtite) patriarchæ (prouocetur) etiam alijs omiſſis.

CAPVT XXIIII.

1 *Et ſi locus ſit interdictus, poteſt tamen ibi celebrari de licentia iuris.*
2 *An & quando poſsint ſubditi & parochiani eccleſiæ interdictæ eligere ſepulturam in non interdictis eccleſijs.*
3 *An liceat priuilegiato celebrare in loco interdicto alta uoce & ianuis apertis.*
4 *An interdicti admittantur ad officia.*

1 QVT PRIVILEGIA. (Interdictæ). †No. quòd licet locus ſit interdictus, tamen põt ibi celebrari de licentia iuris, vt habes per totum hoc. c. & ſeq. & etiã de licentia hominis. ſ. de appel. dilectis. ſed ſi perſona eſſet interdicta, vel ſuſpenſa pro ſuo delicto, non poſſet de licẽtia alicuius celebrare, nec ſuſpendi poſſet interdictum in perſona ſuſpenſi. Et eſt ratio, quia dum ſuſpenditur interdictum in perſona, vel licentiatur de celebrando, aut eſt pœnitens & ſatisfaciens de eo, pro quo interdictus eſt, & ſic poſtea non redibit in ſuſpenſionem ſine ſua culpa, & ſine monitione. ſuprà, de appell. repræhenſibilis. ſuprà, de conſti. cognoſcentes: aut ſi non ſatisfecit ante ſatisfactionem, non debet ſacramenta miniſtrare. 81. diſt. ſi qui ſunt miniſtri, oportet ſi diaconus, quando autem locus vel eccleſia eſt interdicta ſecùs eſt, quia & ibi celebrari authoritate epiſcopi, & ſuſpendi poteſt interdictum, vel potius non eſt poſitum, & etiam impropriè in tali locutione ſumuntur verba, & eſt ſenſus: interdico eccleſiam, id eſt, celebrantes in eccleſia, & ab hac ſententia poteſt excipere, quos vult, & ſubijcere quos vult, & proferre etiam, quòd certa officia celebrantes ſint excommunicati, & non alij, & quòd certo tempore. ſ. cùm fortè fuerit dominus terræ ibi præſens. argumentum. ſuprà, de offic. deleg. ſanè. ſ. de ſponſa. non eſt. Vel etiam poteſt dici, ſi etiam diceretur propriè locus ſuſpenſus, quia tamen propter peccatum loci nõ eſt ſuſpenſus, poteſt ibi celebrari, vt hîc. Et ceſſat obiectio, quam fecimus in perſona ſuſpenſa, & hac ratione poſſet dici, quòd ſi quis eſſet ſuſpenſus pro delicto alterius. 17. quæſtio. 4. miror fœlix. quod in illo poſſet ſuſpendi interdictum (non negetur) non in illa eccleſia interdicta, ſed in alia non interdicta (ſuos) hoc eſt aliud. ſ. eiuſdem priuilegij (ſuas). id eſt, epiſcopo ſubiectas (hoc autem) hæc ſunt verba Papæ, interpretantis ambo. c. ſupradicta priui. (habitu) hi ſi contraxerint tenet matrimonium, non tamen eſt neceſſe, quod aſſumant habitum templariorum, vel poſſunt habitum eorũ aſſumere ſine profeſsione. argumen. ſuprà, de reg. conſulti. (bona ſua). id eſt, omnia, alij debent ſufficere ſi dent maiorem partem (ſepeliantur) tempore interdictæ terræ.

2 † Regularium) ſed nónne eſt idem in omnibus alijs, quia & ſi eccleſiæ ſint interdictæ. Tantùm parochiani poſſunt eligere ſepulturam in non interdictis eccleſijs. Reſpon. hanc decre. loqui quando interdicta eſt eccleſia propter populum, id eſt, in pœnam populi temporalem, quæ eis infligitur, etiam ſi non deliquerint ipſi, ſed domini eorum vel aliqui ex ipſis, & ſi non omnes. Si autem interdicta eſſet eccleſia pro delicto clericorum, vel propter violationem, tunc quiſque poſſet vbi vellet eligere ſepulturam, & audire diuina, ſed in primo caſu non poſſunt eligere ſepulturam niſi ratione priuil.

3 †Vt excluſis) tamen cantabunt & pulſabunt campanas, & ianuas tenebunt aptas, cùm populus in eorum officijs debeat iocundari, quod non poſſet eſſe, niſi pulſarent campanas, vbi altè clamarẽt, quod aliàs non licet. infrà, c. proxi.

Sed contrà. ſup. de conſue. cùm inter. ſed potes ſoluere, quod ibi non dicit, quòd priuilegiati non poſsint celebrare alta voce, & aperire ianuas, & per conſequens pulſare campanas, ſed quod ex ſola conſuetudine non poſſunt venire contra interdictum, & ſubmiſſa voce celebrando, vel ſi eſſet epiſcopus vel collegium, cui ex priuilegio hoc competit, eodem modo non licet alta voce cantare, quia ad hoc ipſum eorum priuilegium reſtringitur. Vel dic & melius, quòd non ſolùm ex priuile-

uilegio, ſed ex conſuetudine poteſt aliquis habere, quod celebret tempore interdicti, ſed quod alta voce, pulſata campana, & aperta ianua celebret, hoc non poteſt habere ex conſuetudine, cùm ex ea rumpatur neruus eccleſiæ, ſuprà, de conſue. cùm inter. & quia redigeret in grauamen eccleſiarum. ſuprà, de conceſ. præben. c. 1. ſed ex priuil. Papæ ſic, qui habet plenitudinem poteſtatis, & de cuius poteſtate diſputare ſacrilegium eſt (excommunicatis) ſuprà, de præben. in latere. in prin. contra ſo. illud de iure communi, hoc de priuileg. † Excommunicatis) cùm priuil. ſolos excommunicatos excludat dicendũ videtur, quod interdicti admittuntur ad officia, quod tamen reſtringendum eſt ad eos interdictos, qui non ſunt nominatim interdicti, ſiue deliquerint, ſiue non, argumentum. 24. quæſtio. 3. ſi habes. 17. qõ. 4. miror. Item eſt reſtringendum etiam ad eos, qui non dederunt cauſam interdicto etiam ſi non nominatim, ſed in genere ſunt interdicti. infrà, eo. & c. proxi.

CAPVT XXV.

1 *Non poſſunt interdicti etiam in loco interdicto celebrare.*
2 *An familiares epiſcoporum ſint admittendi ad celebrandũ officium in loco interdicto.*
3 *Priuilegiati quando non gaudeant priuilegio.*
4 *Interdicti peregrinantes, an poſſint audire diuina.*
Indulgentia non debet gaudere qui modicam cauſam præſtiterit interdicto.

1 QVOD NONNVLLIS. (Et interdictis). † Sed quid ſi inter non excommunicatos, vel non interdictos admiſſos ad officium horum priuilegiatorum ſint literati non priuilegiati, nec interdicti, ſiue clerici, ſiue laici, nunquid cum eis poterunt in ſuo officio dicere vel celebrare? Reſpondemus quod non, quia cùm virtus interdicti hoc habeat, quia etiam interdicti in loco interdicto celebrare non poſſint, vt not. ſuprà, de excеſ. præla. tanta. non videmus, qua ratione cum eis poſſunt officium dicere, ſed poſſunt cum alijs cantare, vel legere non in ſuo officio & audire, quia etiam ſine eis poſſunt in eccleſia orare. Alij tamen dicunt contrà: & hoc locum habet in his priuilegiatis, qui habent priuilegia, quod in terris interdictis celebrent, ſecùs autem dicendum videtur in templarijs & hoſpitalarijs, qui priuilegiati ſunt non tantùm vt ipſi celebrent, ſed indiſtinctè & imperſonaliter eſt eis conceſſum, vt ſemel in anno in aduentu eorum celebrentur diuina, nõ per eos tantùm, ſed per quoſcunque, & tunc etiam omnes recipi poſſunt ad diuina, niſi ſint excommunicati. ſuprà, c. proxi.

2 † Quid de clericis familiaribus huius epiſcopi, vel aliorum priuilegiatorum. Reſpon. eos admittendos ad celebrandũ officium, quia videtur eis concedere, vt cum ſuis familiaribus dicant, quia aliàs nihil eis conferret. argumentum. infrà eodem, c. in his. & ſuprà, c. proxi. 1. reſpon. Si autem conuentui concedatur priuilegium, familiares admitti non debeant ad celebrandum officia, niſi ſuper hoc fuerint priuilegiati, & hoc ſatis innui videt. 3. c. proxi. ſed tamen ibi loquitur de comprehenſis in generali interdicto (quandoque) q. d. non ſemper quia ſi ex celebratione oriretur ſcandalum, vel ſi eſſet infamæ factum, propter quod poſitum eſt interdictum non debent celebrare.

3 † Qui cauſam aliquam) not. priuilegiatos huiuſmodi nõ gaudere priuilegijs, ſi cauſam vel fraudem commiſerint in eo propter quod poſitum eſt interdictum, idem dicimus de ſingulis laicis, quantum ad hoc, vt ſi dolum, vel fraudem commiſerint, non gaudeant indulgentia, ſi quam habent, quòd tempore interdicti poſſint audire officia. Item ſi propter aliquos puniendos, vel alium in eis veluti dominum, & in familia poſitum ſit interdictum, etiam extra terram interdictam non poſſunt audire officium, ſi autem nihil deliquerunt, nec cauſam præſtiterunt quare terra interdiceretur, ſi terra vel villa, vel prouincia pro alterius delicto interdicta eſt, tunc ſecùs eſt, quia in hoc caſu non ſunt perſonæ interdictæ, vel ſi ſunt interdictæ, ſunt tantùm interdictæ ne ibi accipiant ſacramenta, vel audiant officia, & ideò benè audient extra terram interdictam, & etiam in terra illa ab his, qui habent priuil. quod quoſlibet interdictos poſſint admittere ad officia, vel ſacramenta tempore generalis interdicti: vt ſuprà, c. proxi. argumentum, pro his. infrà, de pe. remiſſi. quòd in te. in fi. vbi dicitur, quod poſſunt peregrinari, & in peregrinationibus plus conſueuerunt homines intereſſe diuinis officijs, quàm in alijs pijs operibus.

4 † Item ſufficit quod non eſt à iure prohibitum, quòd non poſſunt audire diuina, quia pœnæ non ſunt extendendæ. de pœ. diſt. 1. pœnæ. & licet dixerimus, quòd poſſint audire in terra interdicta diuina apud illos, qui habent generale priuilegium, quod omnes admittant ad ſua officia, non tamen poſſunt audire apud illos, qui non habent ita generale priuilegium, ſed tamen habent priuil. quod tempore interdicti poſſunt celebrare excluſis excommunicatis, & interdictis. Item videtur quibuſdam, quod hoc habet locum vbi interdicta eſt terra vel villa, vel prouincia vel eccleſiæ, ſecùs autem ſi interdicatur aliquis ſpecialiter, vel ſi interdicatur aliquis cum fautoribus ſuis, vel interdicatur familia, vel domꝰ alicuius, vel populus alicuius villæ, quia hæ perſonæ intelliguntur interdictæ, & ideò nunquam debent diuina officia audire, nec ſacramenta recipere. argumentum. 17. quæſtio. 4. miror. 24. quæſtio. 3. ſi habes. infrà, de ſen. excom. quod in dubijs.

15 † Aliquam) no. quia dicit aliquam, id eſt, qualemcunque. q. d. etiam ſi modicam cauſam præſtitit interdicto, non debet gaudere indulgentia, puta ſi conſilium vel auxilium dederit, vel ſi ille ipſe fuit ille, pro quo interdictum propoſitum eſt, etiam ſi doluit.

CAPVT XXVI.

1 *Actio de dolo competit, quando aliquid dolo factum eſt, & ubi alia actio non competere poteſt.*

1 QVANTO. Querimoniam). Non videtur quod Cluniacenſ. poſſint habere aliquam actionem contra hos epiſcopos, quia non iniuriantur, cũ non ſint ſerui, vel filij, vel vxores, vel aliæ tales perſonæ, quæ excommunicantur, quarum occaſione detur actio iniuriarum. Item quid ad monachos, ſi epiſcopi malè ſe habeant in ſuos ſubditos. Reſpon. quia dolus facit competere actionẽ de dolo ad ſuum damnum coſequendum, quæ competit, vbicunque alia actio non competit, & aliquid dolo factum eſt. ff. de dolo. l. 1. vel ſi velint ad pœnam infligenda epiſcopis accuſarunt eos de crimine ſtellionatus. ff. de cri. ſtel. l. pe. Item epiſcopus & alij prælati benè agunt contra archiepiſcopos, & alios qui habent modificatam iuriſdictionem, vel in caſibus tantùm in ſuos ſubditos, ſi excedunt & in iure, & de dolo, & per hoc ſequitur quod præcipietur eis, quod decæterò non excedant, & quod reuocent quod poſt lit. conteſt. in Authen. de dolo exceſſerint. veniant autem in hac eadem actione de dolo reuocatio & ſatisfactio exceſſuum præcedentium lit. conteſt. dummodò petentur expreſſè, vt no. ſuprà, de reſt. ſpo. grauis. (verba) contra arg. ſ. eod. c. porrò.

CAPVT XXVII.

EX PARTE TVA. (Tolerandũ). infrà, de ſen. excom. ſi verò contra ſo. vt ſuprà, de apoſta. cap. 1.

CAPVT XXVIII.

QVIA INTENTIONIS. (Vetꝰ). ſuprà eodem, ex parte abbatiſſæ.

CAPVT XXIX.

IN HIS QVAE. (Benigna). ff. de religi. ſunt perſonæ (prælatorum) illorum locorum ſiue fuerint epiſcopi, ſiue minores prælati (parochiali) puta obligationibus decimis perſonalibus. 32. diſti. præter hoc (gratiam). infrà, de verb. ſignii. abbate.

CAPVT XXX.

1 *Non valet reſcriptum impetratum, per quod auferitur poſſeſſio, quam alius tenet.*
2 *Priuilegia alijs præiudicialia ſtrictè ſunt interpretanda.*
Priuilegium exemptionis quomodo ſit intelligendum.
3 *Nõ fit exemptio alicuius loci, niſi cum magna deliberatione.*
4 *In acceſſorijs non fit tanta examinatio ſicut in principali.*
Ius alicuius rei, facilius per priuilegium tollitur, quàm poſſeſſio.

1 DVVM. (Decimis). † Moniales denegabant ſoluere quaſdam decimas, de quibuſdam noualibus monachis de Bucellæ, quas ijdem monachi pacificè poſsidebant eccleſiæ priuil. quòd impetrarunt moniales de decimis noualium non ſoluendis, ſed malè, quia priuilegium non extenditur, niſi ad futura noualia, hoc non eſt verum, quod hîc expreſſè apparet, quia Papa hæc noualia appellat, & tamen prius redacta erant ad culturam. Ioan. autem dicit hoc non

præiudicare priuilegio de nouo impetrato, quia non fecit mentionem, quòd monachi erant in possessione decimarum noualium, & ideò ad illas non extenditur, quia Papa nō intendit per aliquod rescriptum auferre possessionē, quam alius tenet, imò si tale rescriptum impetretur non valet. C. vnde vi. meminerint. & C. si per vim. l. 1. (erant) prior & conuentus.

† In possessionem) idem credunt quidam, & si non essent in poss. dummodò aliàs essent ei debitæ, quia priuilegium extenditur tantùm ad futura noualia. Hoc non est verum, vt dixi in glo. quod impetrarunt, etc. per hoc generale priuilegium non intelliguntur dari decimæ quarum possessionem alij habent, sed nec illæ per quarum subtractionem graue parochiali ecclesiæ præiudicium fieret. infrà, de verb. sig. quid per nouale. priuilegia enim alijs præiudicialia strictè interpretanda sunt, & quantum potest ad iuris consonantiam reducenda. ff. de vulg. sub. ex facto. argumentum. suprà, de deci. suggestum. cùm contingat. ex parte.

† Item videtur in priuilegio exemptionis, quia si ibi dicitur, eximimus monasterium tale cum suis capellis, est intelligendum de his, quas alius possidet, etiam per quam donationem prioribus dominis nō fit graue damnum. argumentum. prædictorum iurium. Est ergò sic intelligendū dictum priuilegium, vt si aliquæ possessiones in aliqua dioc. dentur monasterio sic exempto, scilicet cum suis capellis, & ibi ædificet monasterium aliquam ecclesiam, illa erit exempta, dummodò de illis possessionibus ante illius ædificationem ecclesiæ modicum emolumentum consequeretur episcopus.

3 † Item hoc habet locum, vbi de alieno fit gratia, quia si de suo daret, larga fieret interpretatio. suprà, de dona. cùm dilectus. & benè posset petere decimas à capellis, quæ ab illis detinentur. C. de bo. vac. l. 2. tamen in primo casu potest dici, quòd si decimæ aliquæ detinentur iniustè ab aliquo, quod priuilegiatus petere eas potest, & non ille, ad quem de iure pertinent. Præsumendum enim est quod facilius concessisset ea, quæ ab alijs dominis malè detinentur, quàm ea quæ nec à dominis, nec ab alijs detinentur. argumentum. suprà, de feu. c. 2. Quidam tamen in aliquibus prædictorum dicunt contrarium. s. si priuilegium dicit eximimus tale monasterium, nam in hoc casu etiam si alius erat in possessione eiusdem monasterij, quando exemit, tamen tenebit exemptio, nisi expressè probatur à parte altera, quòd obreptitiæ fuit obtentum priuilegium. s. quia suggestum fuit Papæ, quod nullus erat in possessione, vel malitiosè hoc ipsum tacitum fuit. Aliud enim potest dici in nominatim expressis, aliud in non expressis. argumentum. ff. si quis cau. sed &. §. 1. ff. con. præ. in tradendis. cùm enim non fiat exemptio, nisi cum magna deliberatione, præsumitur quod Papa omnia sciuerit, etiam de alterius possessione, & de alijs, nisi probetur à parte aduersa obreptio, secùs autem cum in priuileg. decimarum, & maximè noualium, & laborum propriorum, quæ cum minori difficultate conceduntur, nam in his posset dici, quòd si priuilegiatus tempore, quo agitur, est in possessiõe decimarum bona fide, tunc primo domino incūbit probatio, quod tempore impetrationis ipse erat in possessione. Si autem priuilegiatus non est in possessione tempore, quo agitur, sed dominus primus, tunc incumbit priui. onus probandi, quia tempore priuilegij concessi dominus non erat in possessione. arg. ff. si vsusfr. pet. vti. in prin. ff. si ser. vendi. sicut. §. sed si quæritur. Si autē neuter est in possessione, videtur quod standum est priuil. & hac ratione videtur quod etiam si exprimat ecclesias. s. quasi accessorias. VERBI GRATIA: eximimus tale monasterium cum talibus ecclesijs suis, intelligendum est si sunt suæ, quia per hæc verba non intelliguntur dare idem, intelligendum est si alius non est in possessione subiectionis eorum bona fide.

4 † Item & si alij non fit inde graue præiudicium, nam in accessorijs non fit tanta examinatio, quanta fit in principali, aliqui tamen contradicunt, & licet hæc decre. exigat tantùm, quod alius sit in possessione ad hoc, vt priuilegium valeat, tamē necesse est, quod habeat proprietatem iuris decimarum, vel subiectionis eorum bona fide, si enim solam possessionem haberet, benè valet priuilegium, sed de proprietate ideò non fit mentio, quia de eo certum erat, quòd penes aliquem erat, siue per priuilegium, siue per præscriptionem, vel ad minus alijs deficientibus per iussionem. Aliqui tamen dicunt quod si aliquis habet possessionem decimarū vel alterius iuris bona fide, etiā sine proprietate, tamen impedit vires priuilegij. arg. ſ. de

de concess. præb. & ec. non va. cum nostris. de possessione autē male fidei certum est, quòd non impedit vires priuilegij. † (Moniales) & est bona ratio, quia ad hoc non extenditur, quia impetratum est per veri suppressionem. ff. de va. & excu. l. 2. Sed nos dicimus hoc priuilegium habere locum, etiam si alij declarant de iure, dummodò eis non fuerint solutæ, nec monachi earum habuerant possessionem, & tamen credimus, quòd moniales malè determinauerint illas decimas, cùm etiā essent alijs debitæ, & quòd monachi ad fructus decimarum pro tempore præcedente priui. habent actionem, & tamen per illam absolutionem, quam facient moniales, non acquirent monachi possessiones, & quia nunquam per id, quod sequitur & soluitur ex condemnatione, quæritur possessio alicuius rei, vel iuris, nisi vel aliàs in eam ducantur. Nec mireris si per priuilegium faciliter tollitur ius, cuius possessio non habetur, quàm possessio (altera) monialium (de hoc) scilicet, de possessione mona. (decimis) simile. suprà, vt lit. pen. dilec. de hoc plenè. ſ. de verbo. signi. quid per nouale. glo. no. quòd hæc probatio.

CAPVT XXXI.

VIDAM. (Domibus) sup. eod. cùm & plantare. §. de confratribus (in domibus) supple in habitu [a] secular, vel nisi dederit priuilegia. ſ. eo. vt in priui. vel illud loquitur tantùm in sepultura, quæ eis denegari non potest, & non in exceptione & iurisdictione. ſ. eod. cùm & plantare. §. de confratribus. ſ. eod. tuarum. in fi.

[a] *Suppl. habitu.*

CAPVT XXXII.

CONSVLTATIONI. (Memoria) si enim extat memoria, quod aliquando occulta fuerit, licet multo tempore steterit sine fructu, tamen non censetur iure noualium (culturam) id est, ad fructificandum quantumcunq; ei fructum primò feret, non dicitur nouale, cùm & de primo fructu decima solui debet. ſ. de deci. non est. nisi esset ita modicus fructus, quòd ex perceptis parum commodi & ex dimissione parum incommodi ecclesiæ obueniret. inf. de ver. sig. quid per no. (censeri) similiter & quæ proximo tempore antè fructificaret (nomine) not. non intelligitur extenditur enim ad futura. ſ. eo. dudum. vel aliter vt no. ſ. eo. dudum. (aliàs) id est, futurum (aliàs perpetuò) non censeretur iure noualium.

CAPVT XXXIII.

VOLENTES RATIONE. delicti. C. vbi de crimi. agi opor. Authen. quia in prouincia. ſ. de fo. compe. c. fi. (In his) scilicet, quo ad conuentionem & iurisdictionem (nec coā) conueniri possunt (ordinarijs) locorum vbi commissa sunt delicta contractus initi, vel res est litigiosa (exemptio) monasterio enim exempto non solùm ecclesiæ, sed etiam domus monasterij exēptæ sunt. 12. q. 1. necessaria nulla. 17. q. 4. id constit. ſ. de immu. eccle. c. 1. Imò quidam dicunt, quod etiam arræ orti, & totus mansus, quæ sunt iuxta ecclesiam exempti sunt. sup. de censi. c. 1. (nec nisi) supple coram ordinarijs locorum (delinquunt) exempti. Conueniantur) id est, & cōueniantur & mitti petātur & idipsum, scilicet, quod possunt conueniri, vbi delinquunt & contrahunt, & vbi res est litigiosa. Item quòd non sunt mittendi illi, qui habent indulgentias ab ordinarijs suis ad loca, vbi deliquerunt, vel contraxerunt, vel res est litigiosa (ad ista) scilicet, suspensionem & iurisdictionem, & excommunicationem. (Penitus) quia sic se habent verba priuilegij. supr. de priuileg. porrò. (non possunt) si ibi delinquūt vel contrahant (vel gerat) hoc ideò dicit, quia si irent causa visitandi vt transeuntes, vel ex alijs similibus causis, nō possunt ab huiusmodi ordinarijs conueniri, & si ibi delinquant vel contrahant. Locum habere) quo ad hoc, quòd vterq; potest eum excommunicare abbas ratione abbatę, vbi locum habet, & episcopus loco prioratus qui est sicut in sua iurisdictione. ar. ſ. eo. ti. c. cum capella.

[a] *habitu. de quo in consuet. inci. in mate. præmisso. colu. in fin. dici hunc intellectum communem.*

Sed contra. ſ. de re. do. ne nimia. vbi dicunt, quòd monachus non debet habere locum in diuersis monasterijs. Sol. illud intelligitur, quòd non debet habere locum impositus diuersis monasterijs. ff. de elec. constitutis. sed abbatia cum suis prioratibus non dicuntur penitus diuersa. Item potest intelligi, quòd non potest habere locum in diuersis monasterijs quò ad hoc, quòd in vtroq; intersint in electionibus, & quod ad alia communia negotia vtriusq; monasterij vocentur.

TITVLVS XXXIIII.

DE PVRGATIONE CANONICA.

CAPVT I.

NOBILIS HOMO. (Negauerit) remanet tamen infamia (fidelem) id est, veracem vel iustum, vel bonæ famæ. ꝛ. e. nos. (admittatur). ff. de acc. si cui. ff. ad l. Iul. ma. furiosi. 2. q. 1. in primis. 22. q. 5. paruuli (purgatio) scilicet, vulgaris. & hodie hoc. c. & omnia similia abrogata. 2. q. 5. consuluisti. monomachiam. 22. q. 2. quæritur, melius. 2. q. 5. mennam.

CAPVT II.

1 *Processus est seruandus contra infamatos.*

SI QVIS PRESBYTER. (permiserit) id est, ea fecerit quasi aliqui possunt de eo malè suspicari (banno). ꝛ. in fi. (si non emendauerit) id est, non iurauerit, vnde infamia oriebatur (suspendatur) no. † processum habendum cõtra infamatos.

CAPVT III.

MONIALES. (Regulam) id est, secundum tenorem regulæ, id est, pro qualitate infamiæ. 7. q. 5. in omnibus.

CAPVT IIII.

1 *Purgatio inducitur per uerisimilem suspicionem, etiam si quis non sit infamatus.*

SI QVIS DE. (Prodiderit) scilicet, non in pœnitentia, sed in iudicio, vel in publico ad infamiam. ꝛ. de excess. præla. quam sit graue. (propulsatus) alius, scilicet, qui non confitetur not.
2 † verisimilem suspicionem sufficere ad indicendam purgationem, etiam si non sit infamatus.

CAPVT V.

1 *Purgatio est alicui indicenda super scandalo, licet quis defecerit in accusatione.*

QVOTIES. (Accusatores) à principio plures possunt apparere accusatores, sed iudex in prosequendo vnum eliget idoneum. ff. de ac. si plures. † Formam canonicam) quia forte à testimonio repellebantur, vel propter crimen, vel ætatem, vel infamiam, vel aliam iustam causam, vel quia non probabant sufficienter id, ad quod inducebantur etc. † Notandum quòd licet quis defecerit in accusatione, tamen purgatio sibi indicenda est super scandalo, no. hîc non sufficere habere coram se Euangelium. ꝛ. de iura. calum. c. cùm in causa.

CAPVT VI.

1 *Purgatio nunquam indicitur, nisi deficiente probatione.*

NOS INTER ALIOS. (Purga.) not. purgationem indici laico. ꝛ. eo. c. 1. adhoc vt possit laico indicere purgationem de crimine, oportet quòd tale sit crimen, cuius cognitio ad ecclesiam spectet, quod probatur ex eo,
1 † quia purgatio nunquã indicitur, nisi deficiente probatione. ꝛ. de testib. tam literis. si ergò coram eo prius non inducuntur probationes, quia non pertinet ad eum cognitio, quomodo indiceretur purgatio.

CAPVT VII.

VM P. (Priuare) id est, suspendere vsque ad dignam satisfactionem, id est, quousque se purgauerit. suprà, eo. c. 2. & q. 5. presbyter. aliàs autem nisi probetur ei crimen in modum inquisitionis, non priuabitur ecclesia perpetuò, vel nisi postquam assignatus esset ei terminus purgandi, & in purgatione deficeret, tunc enim ab illo termino in antea poterit suas ecclesias alij dare. suprà, de sent. & re iudi. quod ad. infrà, eod. inter. argum. suprà, qui fil. sint legi. lator. & qui ma. acc. pos. cùm in tua. vbi not. probato autem crimine in modũ inquisitionis, potest imponi pœnitentia, licet non ordinaria, sicut si directè accusaretur, & etiam secundum legem pœnitentia corporalis: vt nota. suprà, de acc. cùm oportet. vel illa. c. presbyter. & suprà, eo. c. 2. loquuntur, quando proprium iuramentum offerebat, sed cùm purgatores habere non poterat, sed se habiturum sperabat, & sic à iudice obtinuit, quòd expectaretur ad hoc eius purgatio, & forte quia aliqui absentes erant, qui sperabant purgare eum, hoc autem quando ipse volebat curare, & etiam desperabat de purgatoribus.

CAPVT

CAPVT VIII.

1 *Infamia facit aliquem remoueri, uel suspendi.*

EX TVARVM. (Absoluisse) non tenuit huiusmodi absolutio, quia errorem expressum continet, quia se purgauit vulgariter. (relaxes.) Not. per solam infamiam aliquem remouendum vel suspendendum, vt 2. q. 5. super causas. & est propter enormitatẽ delicti.

CAPVT IX.

CONSTITVTVS IN PRAESENTIA.

CAPVT X.

1 *An & quando suspendi ab officio quis debeat.*
2 *Causæ tres purgationis.*
3 *Purgatio ordinaria in quibus consistat.*

INTER. (Tales) infamatos de crimine qui compurgatores expectent: vt no. ꝛ. e. cum
1 P. (à beneficio) † No. propter immanitatem criminis, aliquem à beneficio suspendendum. de si. 2. q. 5. super causa. ab officio autem suspenditur propter minora crimina. 2. q. 5. presbyter. Si suspicionem) solius iudicis. † Not.
2 tres causas indicendi purgationem, alibi autem tantùm duas. ꝛ. de si. licet. Testium) contra eum directè inductorum, secùs si contra aliquem esset probatum crimen, vt remoueretur à testimonio, nã tũc testi, contra quem inducuntur testes non fit copia capitulorum contra eum inductorum, nec contra eum inducuntur directè, quod fit quando proceditur in inquisitione. ꝛ. de accu. inquisitionis. ꝛ. de ordi. cog. cùm dilect. si autem accusatori probetur crimen in modum excep. credimus indicendam purgationem, cùm capitula super quibus testes inducuntur, sibi exhibeantur & directè contra eum producuntur
3 testes. † Alij tamen dicunt, quòd in testi est indicenda purgatio, si ex dictis testium cõtra eum non productorum oritur infamia. 14.) hîc exceditur numerus purgatorum propter immanitatem sceleris, qui habetur. 2. q. 5. presbyter. nam hic numerus est arbitrarius. ꝛ. eo. ex tuarum. ꝛ. eo. cum inregularis autem numerus his versib⁹ comprehenditur.

Pontificem per vim manus excusse duodena.
Quinta sacerdotem, leuitam tertia pœna.
Maior maiori: minor est adhibenda minori.
Quem plebs accusat purgabitur in manifesto.
Quem chorus ante chorum sua fit purgatio præsto.

☞ † Probati) id est, non improbati. ꝛ. eod. &c.

proxi. Vel dic, specialiter vitam probatam requiri in purgatoribus hæresis manere, speciale est in crimine hæresis, vt etiam post purgationem præstitam remaneat pœna. Idem fortè poterit dici in alijs grauibus criminibus. arg. ff. de leg. non possunt.

CAPVT XI.

CVM DILECTVS.

CAPVT XII.

1 *Procurator non potest iuramentum sine mandato deferre.*

VM IN IVVENTVTE. (Commoueri) quia certa erat infamia sine causa, vel ex iniusta causa orta, scilicet, ex literis monitorijs Papæ, vbi autem certum non est, indiceretur purgatio. ꝛ. e. inter. ꝛ. de simo. c. licet. 11. q. 3. in cunctis. arg. ꝛ. eod. accedens. † Procurator) videtur q, non debuit concedi purgatio, cùm procurator non possit deferre iusiurandum sine mandato. ff. de iureiu. l. iusiurandũ. §. vl. Vel dic, q, habebat speciale mandatum, vel quòd episcopus ratã habuit. Vel dic, q, est vicinum mandato. ꝛ. de elect. in causis. ff. iudi. sol. iam tamen. §. vl. Vel dic, quòd erat procurator generalis cui hoc licet. ꝛ. de ac. veniens. Iudici) ex ista tamen purgatione quam aufert sine inquisitione non præcedente non fit præiudicium alijs, quin possint procedere ad inquisitionem, secùs si inquisitio præcessisset. ꝛ. de collu. intantum.

CAPVT XIII.

DE TESTIBVS. (Firmare) ꝛ. eod. quoties.

CAPVT XIIII.

ACCEDENS. (Purgatione) scilicet, quod non credat se filium sacerdotis, de scientia enim iurare non debet, cùm anceps periurium subire non cogatur. ff. de in lit. iũran. videamus. in prin. vel iurabit, quòd sit filius talis mulieris, quam talis pro vxore tenebat. ff. de in ius vocan. quia mater.

CAPVT XV.

1 *Non est de eodem crimine sæpè inquirendum.*
2 *Quo casu possit prælatus procedere ad inquisitionem contra aliquem.*

3 *Inqui-*

3 *Inquisitionis & accusationis differentia.*
4 *Si quis contra aliquem primò obtinuit inquisitionem, & reus est absolutus, non est postea idem actor audiendus in modum accusationis contra eundem.*
Reus si ciuiliter satisfecerit, postea super eodem crimine non poterit accusari concessio alicuius ecclesiæ, an cassetur, propter nullitatem processus.
5 *Nunquid postquam propositum, & iudicatum fuit in quæstione, in qua excipiebatur, possit vlterius de eodem crimine accusari, uel inquiri.*

VM DILECTIS FILIIS. (Concesimus) super eo quòd idem clericus petebat corporalem possessionem ecclesiæ sibi datæ per abbatem sancti Galli assignari (episcopus) non erat episcopus quando hæc litera missa fuit, sed tempore quo purgationem recepit, erat tantùm electus, vt in fi. decr. dicitur (purgare) falsum narrat, imò nec electus nec alius voluit tunc purgationem suam recipere, sicut dicitur in integra, licet postea electus receperit, vt infrà sequitur (plebani) not. ad petitionem vniuersitatis dari inquisitionem.

1 † Incestus) de alio crimine agit modò quàm actum fuerat coram episcopo, quia de eodem sæpè inquirendum non esset. ẽ. de col. c. vlt. & de accu. de his. ff. nau. cau. po. stab. licet. Vel dic, quod loquitur de eodem, & benè inquiritur sæpè, quando fuit condemnatus, sed quando fuerat absolutus secùs. ẽ. de accu. de his. Vel dic, quòd hic non processerat in inquirendo, sed audita infamia indixit ei purgationem, quã quia non præstitit sententialiter eum suis ecclesijs priuauit, & malè, quia tantùm suspendere debebat ab officio, & etiam beneficio, si maiora crimina essent. ẽ. e. inter. 2. q. 5. presbyter. si autem præcessisset inquisitio, tunc si deficeret in purgatione sententia ammonitionis in eum ferri posset. ẽ. de sent. & re iudi. quòd ad. ẽ. eo. c. inter. in fi. & c. cùm P. hoc benè sonat hæc litera, quia reprehenduntur iudices, qui processerunt ordine non seruato ad ammonitionem.

2 † Item si non præcesit inquisitio, sed tantùm indicta fuit purgatio, siue fuerit præstita, siue non, alius admittetur ad inquirendum. ar. eius quod dicitur in populari act. in qua extra iudicium non licet paciſci. ff. de pac. iure. §. vlt. neque ad arbitrium ire. ff. de arbi. non distin. §. de liberali. à simili, nec iusiuran. deferre, & idẽ argumentandum videtur in inquisitione. Nobis autem videtur, quòd siue scandalum, siue periculum, siue infamia, siue suspicio grauis sit contra aliquem prælatus suus potest procedere ad inquisitionem, vel si non inueniat probationes, indicet purgationem, quam si præstiterit, annunciabitur per sententiam boni testimonij, & absoluetur ab infamia. ẽ. eo. ex tuarum. & c. inter. 2. q. 5. omnibus. in fi. Si verò defecerit non condemnatur de crimine, sed priuatur beneficijs. ẽ. c. cùm P. §. vlti. & saluo eo, quod ibi no. & etiam deponitur propter maiora crimina. sup. eod. inter. & si sit ei indicta purgatio sine inquisitione, siue cum inquisitione, decæterò non fiet inquisitio contra eundem de eisdem criminibus: vt no. ẽ. de collu. c. vlt. ẽ. de acc. de his.

3 † Et dicunt quidam, quod si post absolutionem, vel condemnationem in modum inquisitionis factam alius, vel idem velit accusare de eodem crimine, potest etiam si sciuit priorem egisse, non enim obstat exceptio rei iud. cùm ad aliud agatur in inquisitione, scilicet, ad absoluendum ab infamia, vel ad priuandum à beneficijs, vt dictum est. ad aliud in accusatione, scilicet, ad condemnandum de crimine, & pœnam corporalem infligendam. ff. de excep. rei iudi. cùm quæritur. & l. an eadem. §. vl. ẽ. de causa pos. pastoralis. ff. ad l. Iul. de vi publi. qui cœtu. §. si de vi. C. de fal. damus. ad idem in Authen. vt liti. iurent. §. si quis autem li. nam in ciuilibus actionibus hoc est, quia diuersis act. quis agere non potest ad idem, sed ad plura potest. ff. pro soc. si quis à socio. pœnam. & l. seq. ff. de pac. rescriptum. §. si pacto. Et sic non est contrarium. ẽ. de elect. cùm dilect. in fi. quia ibi ad idem prohibet agere directo vel excipiendo, scilicet, ad quod actum erat inquirendo, scilicet, ad cassandam electionem siue ad repellendum eum ab episcopatu. Item si opposuit aliquas exceptiones dilatorias ad elidendum rescriptum, & in eis feratur sententia contra eũ quem acceptet tacitè vel expressè, & postea easdem velit opponere contra alium in eadem causa non admittitur, quia qui semel calumniatus est etc. ff. de acc. si cui. & arg. ff. de excep. rei iudi. cùm quæritur. & l. seq. ex hac autem decre. non tollitur, quia sæpè fuerit inquisitum de crimine huius sacerdotis de conscientia Papæ, quia in commissione quam fecit Papa ad petitionem plebis de Anaso, non fecit aliquam mentionem de inquisitione facta per Constantiens. episcopum, & fortè non erat verum, quod O. dicebat. Item modò coram O. non agebatur de inquirendo, sed iure suo agebat O. clericus.

4 † Quidam tamen dixerunt, & benè, quòd si aliquis primò obtinuit inquisitionem contra aliquem, & reus est absolutus, ꝙ idem actor postea non est audiendus in modum accusationis contra eundem. ar. ff. naut. cau. stab. l. & ita. §. fi. & l. licet. §. fi. ff. de sepa. l. 1. §. illud. Et hoc sic probo, quia vbi alicui competunt duæ actiones ad vindictam tantùm, licet vna maiorem vindictam requirat quàm alia, tamen postquam actum fuerit vna, nunquam agetur alia, vt est videre in actione iniuriarum, & l. Corneliæ. quæ ambæ competunt pro homine vulnerato, & ambæ sunt ad pœnam, & tamen si primò actum est iniuriarum, non agetur postea. l. Cor. ff. de iniur. prætor. §. 1. & l. quod senatus. & sic est in inquisitione & accusatione, quia vtraq; est ad vindictam tantùm.

Sed contra. C. quando ciui. ac. præ. l. 1. vbi dicitur, quòd si competunt ciuilis & criminalis actio, neutra earum aliam impedit siue de publico crimine, siue de priuato agatur. Sol. & illud intelligitur, quãdo actio ciuilis competit propter rem familiarem, id est, quia sibi aliquid abest, vel absuit de patrimonio suo, & in illa. l. inuenies. exempla huius dicti, sed & tunc quamdiu prosequitur accusationem ciuilem, supersedebit criminalis. ff. vi bo. rap. l. 2. §. 1. ff. de pub. iu. l. 4. Imò plus dicimus, quod si aliquis conuentus ciuiliter satisfecit, postea super eodem non poterit accusari criminaliter de priuato crimine. C. de cri. stel. l. 1. ff. de cri. expi. hære. diui. & idem habetur in publico. C. de tut. vel cura. l. 1. ff. de adul. si adulterium. §. 1.

5 † De excep. consueuit esse dubium, an postquam fuerit propositum & iudicatum in quæstione, in qua excipiebatur, an vlterius de eodem crimine possit accusari vel inquiri, & videtur quòd non. arg. ẽ. de elec. cùm dilecti. est etiam in ar. quòd vindicta sequitur exceptionem. ẽ. de elec. super eo. & maximè exceptio, quæ fit contra electos est, quasi quædam accusatio: vt. ẽ. de accu. super his. Sed nos dicimus contrarium, quia qui excipit non agit, vnde cùm hoc crimine primò actum nõ sit, nulla causa est, quare modò agi non possit, vt & maximè, quia de crimine excepto non iudicatur, licet crimen exceptũ repellitur à dignitate. Item per exceptionem non sequitur vindicta ex sui natura, cùm ad vindictam actum non sit, sed ex accidenti est, quòd remouetur à dignitatibus obtinendis propter infamiam, & infamibus portæ etc. C. de digni. l. 1. §. 1. lib. 12. in denunciatione autem idem dicimus, quod non impedit accusationem, quia non est ad vindictam, sed ad pœnitentiam. ẽ. de acc. quãliter. Credimus tamen quòd si per denunciationem satisfecerit de crimine, quòd postea non poterit inde accusari criminaliter. ar. C. de cri. sal. l. 1. ff. de cri. expi. hær. diui. C. ne tu. vel cura. l. 1. ff. de adul. si adulterium. §. 1. Alij tamen contra dicunt, denunciatio autem post inquisitionem admittitur. ẽ. de iniur. quemadmodum.

☞ † Posset autem) de gratia fuit hoc, quia licet defecisset in purgatione & ecclesijs spoliatus, tamen iterum datur ei potestas se purgandi, & super hoc ipso erat citandus facerdos, & danda facultas dicendi contra sententiam episcopi, & quia hoc factum non fuit: sed tantùm terminus ad purgandum assignatus cassatur, quod fit ab eis, vel non probat clericus, quòd dicebat ipsum condemnatum de crimine (qui) iudices (contumacem) super eo quòd episcopi sententiæ non parebat: & malè cùm non esset eis commissum (respondebit) & benè cùm non procederetur in modum inquisitionis sed accusationis (vindictam) & malè, vt sequitur in fi. quia lite pen. coram se. Authen. ap. eam recepit vt ordinarius quod non licuit, vt dicitur in integ.

☞ † Concesionem) not. quòd licet cassaretur processus, non tamen cassaretur concessio ecclesiarum, nisi vocato clerico, cui facta est concessio, sed hæc idem clericus erat qui accusabat & cui facta est collatio ecclesiarum, & ideò simul de vtroq; debet ferri sententia. Indicatis) not. quòd si purgatio primò præstita est, sed non vt debetur, iterum alia præstabitur.

CAPVT XVI.

1 *Nunquid potest fieri inquisitio, si quis diffamatus est de aliquo crimine in genere, & qua de causa fiat inquisitio, in num. 2.*

AGCEPIMVS. (Immunis) nam licet quò ad Deum non tenetur, adhuc tamen accusari potest. † Incontinentiam) videtur quòd nunquam debuerit præstare hoc iuramentum ità generale, quòd à die promotionis seruauerit continentiã, vel quòd aliud crimen nõ commiserit,

commiſerit, quia tantùm de crimine de quo infamatus eſt in genere purgare ſe debet, puta iuro, quòd non commiſi fornicationem cum tali muliere, nam ſi dicas quod erat infamatus in genere, & non de certa perſona, certè talis infamia vilipendi debet, nec debet propter talem infamiam indici purgatio, cùm non debeat quis vagari in crimine alterius. ff. de iniur. dictis. ff. de ac. lib. Ad hoc reſpondent quidam, quòd ex quo aliquis diffamatus eſt de aliquo crimine in genere, poteſt fieri inquiſitio, etiam ſi non dicatur cum quo aliud crimen commiſerit, & eodem modo in genere ſuper eodem poteſt ſibi indici purgatio. ar. ad hoc. ſ. de ſimo. c. licet Heli. vbi dicitur, quòd Papa inquiſiuit de dilapidatione & inſufficientia, & tamen nõ expreſsit cum quibus eſſet ſimonia cõmiſſa, vel quæ fuerint dilapidata, & hoc idem, ſcilicet, quòd quando Papa committit inquiſitionem inquirit â principio, ſtabit tantùm in genere criminum, & nunquam ad ſpecialia deſcendit, niſi in proſecutione, ſcilicet, quærendo à teſtibus cum quo commiſit hoc crimen, de quo inquirit, & hoc inuenies ferè in eiſdem decre. quæ de inquiſitione loquuntur. Sed contrarium. ſ. de acc. qualiter. 2. vbi dicitur, quòd ei contra quem inquiritur exponenda ſunt ca. de quibus fit inquiſitio, ſed reſpondent illud intelligendum, quòd exponẽda ſunt capitula in genere, non in ſpecie, vt dictũ eſt. Item non mireris ſi aliud eſt in accuſatione, vbi tenetur [a] plus exprimere. ſ. de procu. tua. & l. præal. liberorum. quia accuſationes ſunt odioſæ, & pro magna parte ad proſecutionem fiunt ſuarum iniuriarum, & pro eis grauiſsima pœna irrogatur, ſed ſecùs eſt in inquiſitionibus.

[a] *Vbi tenetur circa hæc dicta Inn. uide latè Bar. in l. 2. §. publico. colu. 3. ff. de adul. & ibi Alexa. in poſt.*

2 †Item cùm inquiſitio fiat ad hoc, vt niteat fama bonorum, ſi expriment perſonæ, cum quibus dicuntur crimina commiſſa, ideò inquiſitio conſequeretur contrarium effectum, ſcilicet, quod fieret ad aliorum diffamationem: Alij contradicunt, quòd ad ſpecialia deſcendere debet in accuſatione. ſ. de teſt. præſentium. ſed illa loquitur in exceptis teſtium, vbi benè neceſſe fuit hoc exprimi, ſicut & quando agitur de crimine ciuiliter. ſup. de procu. tuæ. ſ. de excep. pia. j. de ſen. exc. cum me. ſed in inquiſitione videtur ſecùs. ſ. de accu. qualiter. vbi not. ſed & ibi quantumcunq; poteſt iudex debet facere exprimi crimen, & circumſtantias per illum, qui denunciat. ſupr. de acc. qualiter. Imò propter rationes ſuperius dictas, videtur aliquibus etiam ſi in modum excep. vt repellatur à dignitatibus obijciatur contra aliquem, quòd ſit infamatus de certo crimine, puta de adulterio, vel conſimili, non tamen ſemper dicere cogitur perſonam, cum qua illud crimen commiſit, & maximè ſi iuret ſe ignorare. ar. ff. de fur. in actione. Item arg. ſ. eo. c. 2. ſ. de ſimo. c. 3. 4. & 5. item arg. ad hoc. quia ſæpè infamia procedit ex incerto actore, & ex incerto facto, de conſe. diſt. 4. factum.

TITVLVS XXXV.

DE PVRGATIONE VVLGARI.

CAPVT I.

CVRA. (Suſcepti.) 2. q. 5. monomachiã.

CAPVT II.

1 *Sententia à qua non eſt appellatum, an & quando poſsit retractari.*

SIGNIFICANTIBVS. (Peccatis) quinimò defectus iurium, vel alia cauſa. In mãdatis) not. ſententiam retractari, à qua non eſt appellatum, contra quia ſententia ius facit inter partes. ſ. de ſen. & re iudi. cùm inter. Item prætextu eorum, quæ poſtea emergunt, non eſt ſententia retractanda. ſ. de ſen. & re iudi. inter. Item error defectus non retractat ſententiam. ff. famil. erciſ. cum pu. C. de quæſt. l. 1. ar. contra. ſ. de frigidis. fraternitatis. 33. q. 1. c. 3. ff. quando ac. de pe. eſt ann. l. 3. ff. de con. ſine cauſa. l. ſi fullo. ff. de iureiur. admo. ſed dic, quod ſpeciale eſt propter veritatem ſuperuenientis caſus, vt recedatur à ſententia. ſimile. ff. de condit. ſine cauſ. l. 2. ff. commoda. in commodato. §. vlt. & ſi ſententia non eſt mandata executioni excipitur contra eam. C. de re iudi. l. 1.

CAPVT III.

DILECTI FILII.

TITVLVS XXXVI.

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

CAPVT I.

SI RIXATI. Actio iniuriarum ſolùm iniuriam proſequitur, & non intereſſe, niſi in hoc, quòd propter maius damnum æſtimatur magis iniuria: vt. ff. ad. l. Aquil. item apud. §. ſi quis vel. ff. de ac, & obl. ſi quis ſecundum. C. de

C. de iniu. dominum. tamen pro damnis & expenſis quandocunq; datur actio legis Aquil. vt in prædictis legibus. vel ad minus act. de do. Si rixati) intellige quo ad pœnam homicidij, tenebitur tamen de iniu. de pœ. di. 1. aut facta. item hoc ſecundum vetus teſtamentum, nam ſecundum. l. ro. ſi ſeruum occideret, iniuriarum tenetur. ff. ad. l. Aquil. ſi ſeruum. §. rupiſſe. & multofortius ſi liber liberum percuſsit. ff. de iniu. non ſolùm hoc (reſtituat) deformitatis autem non habetur ratio. ff. de ele. & l. 1. §. plagijs. hic in factum. ff. ſi quis cau. ex hac. ff. ad. l. Aquil. ſi exempla. §. quidã etc.

CAPVT II.

SI QVIS APERVERIT.

CAPVT III.

SI BOS ALIENVS.

CAPVT IIII.

SI LAESERIT. (Aeſtimationem) vltra enim non tenetur de paſtu pecorum. ff. de priui. de l. qui ſerua. §. ſingulos. ff. ad leg. Aquil. Quintus Mutius. §. Papæ.

CAPVT V.

SI EGRESSVS. (reddet) ſi in culpa fuit. ff. ad legem Aquil. qui occidit. §. in hac.

CAPVT VI.

SI QVIS DOMVM. (Reſtituat) in quadruplum. ff. de incen. l. 1. & ſi dolo fecerit ſecundum. l. cremabitur. ff. de incen. qui ædes. l. 1.

CAPVT VII.

OLIM. (Præmiſſa) C. de iudi. Authen. ſed hodie (condemnandum) ordine iudiciario ſeruato.

CAPVT VIII.

IN NOSTRA. (Brixienſ.) fortè ita erat cùm olim eſſet diſcordia inter milites, & populum Brixi. multa ſibi damna adinuicem intulerunt, multi etiam ex ipſis multas expenſas ex partibus ſuis fecerunt, tandem facta pace cùm damnificati ab vtraq; parte ſibi ab altera peterent damna reſtitui, commune videns ex hoc poſſe imminere periculum, ſtatuit quòd nullus ſuper damnis agere poſſet, & hoc ſinguli iurauerunt, veruntamen poſtea petierunt expenſas, obijciebant eis hoc iuramentum, ſed hic dicitur, quòd non poteſt à communi, hoc non determinat gerundium recipiendo, ſed participium æditum. Vel dic, quod determinat gerundium, commune enim in pace ſe obligauerunt ad damna & expenſas, ſed propter periculum, quod inde eueniebat commune contrarium ſtatuit ſuper damnis. Si quæras quomodo hîc potuit in præiudicium ſingulorum, reſpondeo quia ſingulares ſingulariter conſentiunt. Vel dic, quod potuerunt in eorum præiudicium [a] ſtatuere [a], vt no. ſ. de conſti. c. in eccleſiarum. nam cùm commune Brixi. tam militum, quàm populi non eſſent naturaliter obligati ad damna reſarcienda, quæ nec dederat, nec dari mandauerat, licet commune militum de aliquibus & commune populi de alijs poſſet conueniri, & eſſent ex ſuis culpis, vel negligentijs naturaliter [b] obligati [b], ſicut ſtatuto ſuo ſe obligauerat ad damna reſarcienda, ita ſtatuto generaliter facto per illos tantùm, per quos regitur ciuitas, potuerunt obligationem tollere. j. de reg. iur. omnis. (contribuat) quia ſe obligauerat, aliter enim nõ tenetur, ſed dices ſi ſe obligauerat, ad ſoluendum, quo modo poſtea admittitur moderatio, reſpondeo propter periculum.

[a] *Statuere. Per. de. Anc. in conſ. 366. inci. videtur primò. dicit quòd Innoc. hîc loquitur in communitate ſtatuente in ſe ad eius utilitatem.*

[b] *Naturaliter obligati. Felin. refert hoc in c. cognoſcentes. col. 4. uerſ. 3. pro hoc ſup. de conſtit.*

CAPVT IX.

ICVLPA TVA. C. ad. l. Aqui. l. 2. ff. ad l. Aquil. l. 5. §. iniuria. (iniuria) id eſt, contumelia, vnde oritur actio iniuriarum, aliter dicitur iniuria, id eſt, culpa vt in hac. l. Aquil. (opem) idem ſi incitaſti canem. ff. ad leg. Aquil. item mela. §. ſi alij. & §. item (negligentia) ff. ad. l. Aquil. ſeruus. §. ſi ex plauſtro. (veriſimiliter) ff. ad l. Aqui. ſi putatorum. & l. ſi foue. §. vlti. (nocuiſſe) ſine culpa & impulſu alicuius hominis, & contra ſui naturam. ff. eod. l. 1. §. 1. (ſi fera) ff. eod, l. 1. §. hoc autem (cõmune). ſ. de homi. Petrus. in fi.

TITVLVS XXXVII.

DE POENIS.

CAPVT I.

EA QVAE FREQVENTI.

CAPVT II.

1 *Prælatus ſemper poteſt agere de iniuria facta ſuo clerico.*

2 *Pœna pecuniaria non eſt vindicta.*

PRESBYTERI. (Interfecti) hoc cap. loquitur ſecundum Lombardam (epiſcopo) hîc autem conſtat, quòd ſemper

prælatus poteſt agere de iniuria facta ſuo clerico.2.q.1.in primis.in prin.ſ. de reſcri. ex parte.ſ.(ſoluatur) vbi de crimine agitur ciuiliter ad pœnam pecuniariam, quia pœna pecuniaria non eſt vindicta (ſociauit)baptizando, ordinando.

CAPVT III.

1 *Pœnam à iure inflictam, quis poſſit commutare.*
2 *Pecuniaria pœna non eſt exigenda.*

LICET IVXTA. (Corrigendis)hîc vult dicere, quòd cùm crimina eſſent punienda & exceſſus corrigẽdi perpetua ſuſpenſione, vel temporali, ipſi accipiebant pecuniam, vt non corrigerent, & quandoq; vt in peccato remanerent, & ſic commutabant pœnas ſpirituales in pecuniarias.

1 †Pœnam)ſi certa pœna pecuniaria infligitur in iure pro aliquo crimine, iudex infliget illam.ff.de iud.l.3.§. vlt. ſ. de rap. in archid.12.q.2.cùm deuotiſsimam.18. di. quoniam.ſi autem certa pœna corporalis infligitur in iure, & illam ſimiliter quilibet cognoſcens poterit infligere, commutare autem ille ſolus poteſt, qui poteſt ſuper illo crimine diſpenſare.ſ.de offi. dele. de cauſis. & hæc decre. loquitur in criminibus,in quibus archi.diſpenſare non poſſunt, ergò dixit illam infligendam, quæ magis timetur.ar.23. q. 4. ea vindicta.ſ. vt lit. non conte. quoniam frequenter. Alij dicunt pœnas infligendas ſecundum conſuetudinem.

2 Pœnam)arg.†.non eſſe pœnam pecuniariam exigendam.16.q.6. cognouimus. illud de lapſis.1.q.1.nullo epiſcopo.ſ. de ſimo.nemo.præ.83. di. ſi quis epiſcopus. ſed contra.17.q.4. quiſquis. 23. q.5. c.ſi vox.18. di.quoniam.36.q.1.de rap.(Pro annua) indebita vel de nouo imponenda (cantare) id eſt,officiare,& hoc eſt ſimoniacum.1.q. 3.ſi quis obſaluator.

CAPVT IIII.

1 *Contumacia partis facit ut in expenſis condemnetur, ad quam tamen condemnationem non oportet iudicem feſtinare,in nu.2.*
3 *Si iudex abfuerit vel mortuus ſit, & aliqua partium non comparet in loco pro tribunali,vbi ſedere debet, die ſtatuta non dicitur contumax.*
Abſens quando cenſeatur contumax.
Locus vicinus & tempus proquinquum quid ſit.

1 ALVMNIAM. † (In expenſis) ſi pars vna præſens ſit altera abſens per contumaciam in termino aſsignato, pars abſens condemnatur ad expenſas. C. de iu. ſancimus. nec fiet alia citatio ex condemnatione expenſarum.4.q.5. c. 1. ſi tamen poſtea docuerit ſe legitimè impeditum reſtituetur.

2 †Aduerſus ſententiam expenſarum,& ſi antequam feratur ſententia ab aliquo extraneo, dicatur iuſtè impeditus, iudex non feſtinabit ad condemnationẽ expenſarum.ar. eius quod dicitur de miſsione in poſſeſsionem.ff.de dam.infec.ſi fuita.§.ſi fortè.ad idem.4.q.5.c.1.ſi autem ſententia lata non ſit,ſed petitur condemnari, competit excep.ff.ſi quis cau.l.2.

Et hæc vera ſunt, ſi pars præſens cum iudicis licentia receſsit, ſi autem ſine licentia eius receſsiſſet,cùm ipſe contumax dicatur.3.q.3.§.quòd ſi.11. q. 3. certum. 14. di. ſi quis autem expenſas non petit, quia dolus (a) dolo & culpa culpæ compenſatur. ff.de eo.per quem fa. erit.l. vlti. Imò plus dicunt quidam,quòd ſi ille, qui non fuit in termino, & culpa ſua, poſtea veniat, pars quæ primò venit, & illicentiatus receſsit, condemnabitur alteri ad expenſas, nec obijciet compenſationem contumaciæ alterius,quia licet hic, qui vltimò comparuit,aliquando fuerit contumax,purgauit tamen contumaciam primam poſtea cõparendo,ſed primus ſemper fingitur contumax, cùm non dicatur comparuiſſe qui illicentiatus receſsit, vt in c. præall.

3 †Item ad hoc facit, quia licet affuerit in termino, poſtea tamen quando debuit adeſſe,non affuit,altera parte præſente,& ita vltimò fuit in mora, quæ, ſcilicet, vltima tantùm punitur.ff.de peri. & commo. rei ven.illud.ſi autem iudex (b) abfuerit, vel mortuus ſit, & aliqua partium non comparet in loco pro tribunali vbi ſedere debet die ſtatuta, non debet dici contumax. ff. de arbi. arbiter. nec tenetur eum alibi quærere. 2. q. 6. biduum. nam vel intereſt aduerſarij, qui eſt præſens, abſentem fuiſſe præſentem,quia etiam ſi præſens eſſet non fuiſſet proceſſum iudice abſente. C. de iudi. ſancimus. Tamen aliqui dicunt, quòd etiam ſi ſequenti die iudex veniat, vel etiam remoto dummodò ſit in loco,vnde de facili venire poterat, & venire creditur, vel conſueuit,quãdo partes paratæ ſunt litigare, ſed ſi ob hoc non venit, nec veniſſe præſumitur, quia partes nõ aderant partẽ abſentem condemnabit ad expenſas, nam imputatur ei, q̃ non comparuit,quia etiã ſi iudex

a Quia dolus. Ad hæc dicta Innoc. vide Bart. & ibi Moder. in l. ſi finita. §. Iul.col.2. ff. de dam. infe, & Petr. de Anc.in conſ. 97.co.2.uer. in contrariũ. & inci. conſ. in quæſtione quæ vertitur.& in col. 3.in fin. vbi dicit quod à doctrina Innoc. hîc non videtur tutum recedere.

b Si autem iudex. Adde Specu.in tit. de expen. §. ſi.uer.tu autem iudex.et ca. in conſ. 72.inc.ſigillatim ſingula.col.6.uer. ad ſeptimũ.

iudex abſit, tamen melius erat expectare modicum, quàm longas vias peragere. ar. ff.de va.mu.l.pe.in fi. Et ſic non poteſt dicere abſens, quòd non interſit præſentis, imò intereſt, quia ſi præſens eſſet, de iure expectaſſet, vel ad modicum tempus, vel de loco vicino,niſi expectaſſet, ſatis liquido eius dolus reprehenderetur,qui ex perſpicuis indicijs probatur. C. de dolo. dol⁹. Quis autem locus dicitur vicin⁹, vel quod tempus propinquum, iudex arbitrabitur ex pluribus cauſis, nam plus debet expectari litigator remotus, q̃ vicinus, & plus quàm in modicis expenſis eſt, quàm qui in magnis, & ſic de multis alijs quæretur. Si autem infirmus ſit in die termini,ita quòd nullo modo audire poſsit, vel etiam terminum prorogare, ſecundum quod diximus in abſente, & hoc diſtinguẽdum erit. Illud autem certum eſt,quòd pars quando non interiuit alterius, aduerſarium non fuiſſe præſentem,non aget ad expenſas. ff. ſi quis in ius vo.non ie. l.2.ſi autẽ lit.conte. aliqua partium fuerit contumax, multari poteſt.ff.ſi quis ius di.non ob. l. 1. & etiam condemnari in expenſis à delegato. C. de iudi.ſancimus.ſ.de offi. dele. præterea. & etiam ſit miſsio in poſ. ff. ex quib. cau. in poſ.ea.l.1.ſ.de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. per totum, & excommunicatur. ſ. vt lit.non conteſt.tuæ. Sed & ſi iſti expenſæ, non ſoluantur lite principali durante, poſtea agitur actione in factum,q.ex re iudi.quia ex quo iudex non reuocauit eam lite pendente pro eodem habetur, ac ſi in rem iudicatam tranſiſſet, ſic eſt & in ſententia arbitri. C. de arbi. l. cùm antea. ar. ff. de condi. inde. ſi deditum. C. de iureiur. actioni. Aliqui tamen contradicunt, qui autem ſtipulat⁹ eſt pœnam, niſi tertio die ſiſtat ad hanc pœnam, agitur etiam lite principali finita. ar. ff. ſi quis cau. & ſi poſſet niſi finita eſſet per tranſac. quia tunc de toto tranſact. eſſe videtur. ff. ſi quis cau. non exiguus. in princ. (Principali) C. de fruc.& lit.non Inno. ff. de iudi. eum qui te. repete quæ diximus. ſ. de dolo. finem. & ſ. de ap. ſæpè. gl. & etiam.

CAPVT V.

1 *Incitare ad pugnam quando ſit licitum.*
2 *Epiſcopus licet ratione iuriſdictionis temporalis poſſit bellum indicere,tamen ſi eſt in percuſſione,& aliquem incitauerit ad percutiendum alium,irregularis eſt.*

VOD IN DVBIIS. (Exercent)id eſt,qui ſunt vbi aliqui confligunt & ipſum cum alijs faciunt,alij tamen intelligunt tantùm de prælatis. †Incitant) in iuſto bello,ſecùs in iniuſto.ſ. de homi.ſicut dignum.ff.ad.l.Aquil.item mela. §. itẽ. 23.q.8.hortatur.igitur. & c. vt pridem. poteſt autem clericus intereſſe bellis.23. q. 3.

2 Maximianus.† Nos credim⁹, quòd licet epiſcopus ratione iuriſdictionis temporalis poſsit bellum indicere, & antequam ſit in percuſsionibus hortari vt vtiliter pugnẽt, & bellis intereſſe, & poſsit ſemper hortari ad capiendum.Si quis autem, dum eſſet in percuſsione,incitauerit ad percutiendum alium, forte irregularis eſt, idem etiam ſi fortè ſuper bellatores vocẽ emitteret, dicens audacter pugnate.ar.contra.ſ.de ho. c.pe.& de cle. percuſ. c. pe. & vlt. Vel dic, quòd in defenſione poſſunt gubernare naues & alios ad pugnam defenſionis incitare, & intantum confligere hoſtes, quòd eos dimittant.ar.de cle. percuſ. c. pe. & c. fi.& no.ſ.ne cler.ſententiam. aliàs autem in iniuſto bello hoc non liceret, vt hîc.

CAPVT VI.

TVAE DISCRETIONIS.

CAPVT VII.

CONSTITVTVS. †Vtraque) not.dolum compenſari hîc dolo in pœnis.ff.de re.iu. cum par. iur. 32. q. 6.nihil.ff. ſolu.mat.viro.ſed nónne poterat epiſcopus exigere procurationes, ex quo ille ceſſauit in ſolutione penſionis? Reſpon. non, ſed agere poteſt ad pœnam vel intereſſe,ſiue hac ſtipulatione, ſiue de dolo, ſi fuerit contractus remitto procurationes,vt deſcenſum.ff.de preſ. ver. naturalis. §. quòd ſi faciam. † Procurationẽ) quam ſub pœna non exacturum promiſerat, erat ergò in optione abbatis, vel epiſcopo denegare procurationes remiſſas, vel pœnam exigere, altero tamen oportet eum eſſe contentum. ff.de pac. reſcriptũ. §. ſi pacto. Sed quæritur, an incurrat pœnam,ſi exigat procurationes, & abbas ſine contradictione ſoluit, vel an ſit neceſſe ad hoc, vt committatur pœna,quòd in iudicium ſuper hoc trahatur, vel violenter procurationem eripiat, & videtur alterum de his duobus vltimis neceſſarium ad hoc, vt committatur pœna, illud certum eſt, quòd ſi gratis exigit epiſcopus procurationem, & abbas gratis ſoluit, quòd non committatur pœna, ſed ſi exegiſſet, & recepiſſet vt debitum, & ille ſoluit vt debitum,quid erit.

CAPVT VIII.

1 *Captio vel detentio non est pœna.*

SVPER HIS. † Infamiam) contra id, quod hîc dicitur, quòd ex genere pœnæ irrogatur infamia, si præcesſit delictum, de qua damnatus, vel confeſſus, vel pactus fieret infamis, nam & si non damnetur vel confiteatur in iudicio, vel paciſcatur, si tamen captus est in facinore ab officio, vel confiteatur extra iudicium, tale crimen quod infamat per ſententiam, vel confeſsionem, puta furtũ, & ſequatur ictus fuſtium, ſit infamis. ff. de his qui not. infa. l. ictus. ſed hîc talis cauſa præceſsit, de qua damnatus fieret infamis, ſcilicet, crimen falſi. ff. de falſ. eos. quis ergò ſecuta pœna carceris erit infamis? Reſpondeo, † captio vel detentio non est pœna, ſed est cuſtodia. ff. de pœn. aut damna. §. ſolent. non ſic in pœna, vt in cuſtodia, ſcilicet, vt cum præcedenti cauſa infamet, vel non poteſt indubitanter capi in vacillatione, ſicut in furto. Item ibi poſſunt plures excuſationes adhiberi, vnde licet ibi ſequeretur pœnitentia, non eſſet per omnia ſimile dicendum (infamiam) iuris facti ſic.

Vel confeſſus. Et ſic ſe habet not. hîc, quod confeſſus crimen de quo damnatus efficeretur, infamis incurrit infamiam. de quo vide per Bart. in d. l. ictus. & per Panor. in c. niſi clerici. col. 8. uerſ. 2. ſentit. infrà, de iud. puebli. ita ponderat Innoc. hîc.

CAPVT IX.

1 *Pœna an in totum committatur, ſi fore ſoluatur pro parte.*

VAM AD NOS. (Tacita) ſcilicet, quòd 33. libræ eſſent tibi ſolutæ. † (Pœna) ſi id quod conſiſtit in dando promittitur ſub pœna parte rei promiſſæ non ſoluta inſolidum mittitur pœna, ſed agenti ad totam pœnam, obſtat exceptio, vt ſit contentus parte pœnæ. ff. de verb. obli. l. 1. §. vl. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus. ſi autem conſiſtit in faciendo, & ſit indiuiduum factum, & non fiat inſolidum perfectè, committitur pœna. ff. fami. erc. hæredes. §. an eo. ff. de verb. oblig. ſtipulationum. §. vlt. ſi autem ſit diuiduum pro parte tantùm, committitur pœna. ff. rem rat. hab. ſi procurator. Lau. dicit, ſemper inſolidum committi pœnam, ſed de æquitate ſit condemnatio in parte. ff. de verb. obli. l. 1. in executione. in prin. & §. pe. ff. depoſi. ſi duo hæredes.

Nos dicimus quòd ſi aliquis debet aliquid dare, vel facere ad hoc, vt legatur, vel aliud aliquid recipiat, nihil poteſt petere, niſi totum dederit, ſoluerit, vel fecerit, idéque ſi aliquid ſub pœna promiſerit, ſi tamen iſte conueniretur ad pœnam integram, obſtat exceptio, ſi pro rata non dati, vel non facti ſoluit. ff. ſi quis cau. ſi ſeruus. §. 1. ff. de condi. & demon. qui duobus, ſi à pluribus diſtingue, an ſit pecunia promiſſa, an ſpecies, vel factum, ſi pecunia, quilibet tantùm tenetur pro parte ſua, & ſua parte ſoluta agit. ff. de cõdic. inde. l. ſi cui. ſi ſpecies, quilibet tantùm tenetur ad partem, ſed non liberatur, nec agere poteſt parte ſua tantùm ſoluta. ff. de verb. obli. l. 2. §. quidam pari in executo. §. quòd ex parte. Si autem factum, neceſſe eſt ab omnibus compleri. ff. de manu. teſt. ſi ita fuerit ſeruus. † Pœna) no. quam pœnam expoſitam ex conuentione partium exigere, dummodò intentio ſit recta, ſcilicet, vt pareatur placidis, & non ad vſuras, vel lucrum. ſ. de arbi. dilecti. ſed ſecùs eſſet, ſi pœna eſſet appoſita in fraudem vſurarum, quòd præſumitur, ſi creditor ante conſueuit dare ad vſuras. ff. de vſur. qui ſemiſſes. ff. de act. emp. Item Iul. §. Iul. ſi ſingulis annis, vel menſibus pœna committi dicatur. C. de vſu. Authen. ad hoc. Item licitè petitur pœna à iudice impoſita. 23. diſt. quanquam. ff. de re iudi. quod à iud. Item credimus quod etiam ſi pœna intereſſe excedat quod licitè tota pœna petitur.

CAPVT X.

AD AVRES NOSTRI.

CAPVT XI.

1 *Quis puniet litigatorem iniuriantem iudici.*

2 *Cui committitur iuriſdictio, & omnia ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt commiſſa videntur.*

DILECTVS FILIVS. † Superioris) nota quòd ſi litigator iniuriam dixerit iudici, non puniet ipſe, ſed ſuperior, quia nemo idoneus iudex eſt in cauſa ſua. C. ne quis in cau. ſu. l. 1. niſi eccleſiam iniuria tangeret. 2. q. 6. ſi quis ab epiſcopo. 23. q. 4. ſi illic. de hoc not. ſ. de ver. ſig. ex parte. & hoc in ordinario, delegatus enim neq; partem, neq; extraneum puniet propter iniuriam ſibi dictam, vel factam, ſupradicta ratione, quia non debet eſſe iudex in cauſa ſua, niſi turbaret iuriſdictionem, quia tũc eſſe poteſt: vt no. ſ. de of. dele. c. 1. vel niſi peccaret in officio coram ſe exhibito, puta aduocatus in aduocatione, & teſtis in teſtimonio, ſcriptores in actis conficiendis. ff. de pœ. mortis. C. de teſtib. nullum. ff. de teſti. quæſitum. Sed certè prædictæ leges loquuntur

quuntur in ordinarijs, & in adminiſtratoribus, in Authen. de teſti. §. ſi verò ignoti. col. 7. delegati enim per ordinarios hoc facere debent, vt. ſ. e. §. dicitur.

2 † Sed quid ſi aliquis extraneus poſſeſſionem, de quo aliquis deponit querimoniam à conuento eripiat? Reſpondeo, quòd ſi nullam habet iuriſdictionem in eum, non põt eum punire. ar. contra. ſ. de iudi. quia V. ſi tamen commiſsio eſſet realis, vt ſi dicatur facias tali epiſcopo à ſuis ſubditis reuerentiam exhiberi, vel poſſeſſionem ſibi reſtitui, tunc ſi mutaretur poſſeſsio, vel alius eſſet in poſſeſsione clericorum, iudex contra eos procedere poſſet. argum. ſ. de fi. presby. veniens. ſ. de ma. & obe. inter. & quia cui cõmittitur iuriſdictio, & omnia ſine quibus iuriſdictio expediri non poteſt. ſ. de offi. dele. paſtoralis. præterea. ff. de iur. om. iud. l. 2.

CAPVT XII.

IN QVIBVSDAM.

CAPVT XIII.

GRAVEM. (Hæreticè) præſumptione, non tamen violenter, ſed probabiliter, de violentia tantùm habes. ſ. de hæred. excommunicamus. §. qui verò.

CAPVT XIIII.

ROMANA. (Licet) verbum eſt & protenditur conſtructio eius ad aliud verbum punire. (Notoria) videtur etiam idem de non manifeſtis. † quia ſi archiepiſcopo data eſt iuriſdictio, & omnia ſine quibus exercere non poteſt. ff. de iuriſd. om. iud. l. 2. ſ. de of. dele. præterea. & c. paſtoralis. in prin. ff. de off. eius cui man. eſt iur. l. fin. C. de teſt. nullum. ff. de pœ. mortis. Sol. ſine hac coërtione quæ eſt, ſi extraneas perſonas benè poteſt perficere iuriſdictionem ſuam, vnde ceſſant prædicta contraria. Contra archiepiſcopum autem facit, quod non debet eſſe iudex in cauſa ſua, nec ſuorum. C. ne quis in cau. ſua. ff. de offi. præ. ſenatus. (impediatur) ad hoc. ſ. de cenſi. venerabili. glo. quia ſæpè, & vltra medium. in 3. col. ferè per totum, & maximè circa fi. & ſi non impediatur, vt ſtatim ſequitur, dummodò ſint manifeſtæ offenſæ & notoriæ (pro iniuria) cùm huius iniuria redundet in iniuriam eccleſiæ. 23. q. 4. ſi is qui prælatus. & ita non contradicit. c. inter querelas. ea. q. ad hoc. ſ. de offic. deleg. c. 1. gloſſ. ſpeciale, (amplius) etiam ſi non ſit notoria (in illis) vt dictum eſt in præcedenti. §. (contingat) adiecto ſuperioris vel correctio eſt.

Delegati nim. Adde Bar. qui hoc allegat in l. pe. in fi. ff. de fal. & intelligo prædicta in pœna ordinaria infligenda, ſecùs ſi ageretur de repellenda perſona ratione inhabilitatis quia tunc delegatus cognoſcet de tali crimine, ita intelligit Pet. de Anc. in conſi. 173. incip. circa primum col. fi. in fi.

TITVLVS XXXVIII.

DE POENITENTIIS ET REMISSIONIBVS.

CAPVT I.

MANIFESTA PECCATA. De pœ. diſt. 1. §. non ita. (occulta) clerico tamen nedum ſolennis: ſed nec publica eſt pœnitentia iniungenda. 50. diſt. alienum. 26. q. 7. c. vl.

CAPVT II.

1 *Militia etiam quolibet negotium ſeculare uocatur.*

VI PRESBYTERVM. (Cingulo) nam pœnitentiarius ſuus præcipiet ſibi, quòd decæterò non gerat ſe pro milite, ſed pœnitentiæ agendæ inſiſtat. Vel dic, quòd hanc pœnitentiam incurrit ipſo facto, & benè iudex eccleſiaſticus ſeculari perſonæ hanc pœnam potuit imponere propter peccatum in perſonam eccleſiaſticam cõmiſſum. Hîc appellat militiam, quodlibet ſeculare negotium, & intelligunt quidam hoc capitulum tantùm loqui de illis qui dimiſerunt ſecularia negotia, & poſtea redeunt ad illa, & ſic loquitur. c. de pœn. diſt. 5. ſi qui verò. nam licet aliqua negotia poſsint fieri ſine peccato: tamen vix eſt de pœnitentia. diſt. 6. qualitas.

CAPVT III.

SIGNIFICAVIT. (Pœnitentiam) ideò imponitur hæc pœnitentia, quia in pluribus exceſsit. † Reconciliari) id eſt, abſolui in foro pœnitentiali, ſed quæres, quid eſt dictum, abſoluo te, ſic enim dicitur omnibus pœnitentibus, vnde hoc ſonat, abſoluo te à peccato, id eſt, denuncio te abſolutum, quod non eſſet, niſi abſolutionem peteres: vt not. ſ. eo. omnis. vel abſoluo te à pœna æterna, mutatur & æterna pœna in temporalem (attendentes) vel litera eſt falſa cum vni ſoli ſcribatur, vel contradicit. ſ. de cri. fal. quam graui.

CAPVT IIII.

1 *Indulgentiæ quandoq; requirunt pecuniæ dationem, quandoq; laborem personæ, nonnunquam periculum vitæ.*
Sunt etiam aliæ requirentes honorem & deuotionem: in num. 2.
3 *Quid significet id, quod plerunq; dici solet ab episcopis, remitto vnum annum de pœnitentia tibi iniuncta.*
4 *Nunquid tantum habeat indulgentiæ qui plus dat vel laborat quantum qui minus.*
5 *Vnde habeatur quòd Papa vel prælati possint concedere indulgentias.*
6 *Quot sint necessaria ad hoc, vt valeant indulgentiæ.*
7 *An valeant indulgentiæ existentibus in purgatorio.*
8 *An prælati inferiores episcopis, possint concedere indulgentias.*

QVOD AVTEM. (Remissiones) not. † quòd indulgentiæ requirunt dationem pecuniæ. ꝛ. eo. cum ex eo. aliquando requirunt laborem personæ, aliquando periculum vitæ, & tales sunt indulgentiæ vltramarinæ quæ fiunt, vel propter laborem itineris, vel propter pugnam. ꝛ. de vo. & vot. red. magnæ. & c. seq. & in his tribus indulgentijs licet magna sit largitas concedentis, indulgentiam tamen & iusticia multa est, quia magna solutio pœnæ impositæ est soluere pecuniam, vel laborem personæ vel periculum vitæ, vnde dicunt quidam, quod ad hoc vt habeat plenam indulgentiam, oportet quod tantùm det in pecunia pro quolibet die, quando indulgentia consistit in datione pecuniæ quantum de mandato sui confessoris consueuit quemlibet diem redimere, sed & magna est largitas, vt pœna purgatorij pro aliqua pœna redimi possit in præsenti vita.

2 † Sunt & aliæ indulgentiæ quæ requirunt honorem & deuotionem, vt sunt indulgentiæ quæ fiunt euntibus ad prædicationẽ, & missas, & alia huiusmodi, & in his plus valet liberalitas, quàm iusticia, nam quasi ex sola liberalitate procedit qui indulgẽtiam dat, & licet generaliter fiat indulgentia in omnibus prædictis casibus, tamen vnus plus alio habet secundum metam à prælato impositam, secundum quòd plus deuotus est, vel quòd plus dat, vel quòd plus laborat, vel quòd plus maioribus periculis se exponat, metam autem nunquam transcendit liberalitas, posset tamen tanta deuotio & contritio esse pœnitentis, quod ex sola iustitia Dei sine aliqua liberalitate prælati mereretur remissionem omnium peccatorum, sicut fuit in latrone. de pœ. di. 1. importuna.

3 † Sed quæres quid sonat remitto vnum annum de pœnitentia tibi iniuncta? Respondeo quibusdam videtur, quod annus vtilis indulgentiæ indulgeatur, id est, trecentum. 65. dies pœnitentiales. alijs videtur, quod annus sit continuus tam ex diebus pœnitentialibus, quàm ex alijs. Alijs videtur esse sensus eorum verborum, remitto tibi vnum annum de pœnitentia iniuncta, id est, tantum minus punieris in purgatorio quanto esset, si vno anno continuo egisses pœnitentiam in hac vita, nec credunt, quòd propter has indulgentias generales nunquam minus teneatur agere pœnitentiam in hac vita, & horum dictum satis videtur concordare æquitati.

4 † Sed dices nunquid tantum habebit, qui plus dederit, vel laborauerit quantum qui minus? Respondeo vt. ꝛ. quòd Deus, qui omnia moderatur in numero pondere & mensura, vltra metam in ecclesia à prælato impositam, de gratia dabit alij plus, alij minus, nec in his multum curandum vel cogitandum, nisi quia credendum, quòd dominus cuius natura pia est, & liberalis, de suo semper adijcit vltra gratiam & iusticiam. de pœ. di. 1. quia diuinitatis. & di. 6. c. qui vult ante finem. 22. dist. cui aliquid donastis & ego non, & ego si quid donaui: donaui propter vos.

5 † Sed quæres vnde habes, quod Papæ vel prælati hoc possint? Respon. ex priuilegio speciali beati Petri illo, scz. quodcunq; ligaueris etc. quòd potest intelligi, id est, quodcunq; denunciaueris solutum, & habet locum hæc exceptio in foro pœnitentiali, sed potest intelligi, id est, quodcunq; ligauerit per constitutiones suas. Per constitutiones enim Papæ ligantur multi, qui non sunt ligati de iure naturali, sicut apparet in illis, qui sunt in sacris ordinibus constituti, qui ligantur peccato, si contrahunt, nec aliter ligarentur, nisi esset constitutio, & sicut est in illis, qui portant ligna Sarracenis. ꝛ. de iudæ. significauit. & c. seq. & sic Papa potest facere constitutionem, quæ liget eadem ratione, & quæ soluat, qualis est ista, quicunq; iuerit vltra mare habeat talem indulgentiam. ar. 21. dist. inferior. Nec mireris, si in veteri Testamento non faciebant has indulgentias, quia nõ poterant, quia apud sacerdotes veteris Testamẽti nõ erant claues, nec potestates ligandi, vel soluendi, præterea sufficit nobis, quòd ecclesia sic consueuit facere, & licet non habeamus ita manifesta testimonia ante tempus Gre. tamen credendum est, quod & ante faciebant has indulgentias, licet non ita frequenter, quia ante tempora sua rarò poterant fieri ita solennes conuentiones catholicorum. Item ante tempus Gregorij omnes Christiani, qui erant catholici, erant ita perfecti, quòd rarò his indigebant, & maiora his conferebant apostoli temporibus suis, quia sanabant infirmos.

6 † Indulgentia autem de certa parte pœnitentiarum, puta 7. vel huiusmodi licet valeant indulgentiæ pœnitentibus, tamen prælati multi cauere debent, quod sint discreti, Magister Guil. Altisiodorensis dixit, quòd ad hoc valeant huiusmodi indulgentiæ, septem sunt necessaria. Primum est potestas ligãdi & soluẽdi, quæ est apud prælatum nõ alium. Secundum est necessitas loci, & pœnitentis, puta quia non potest ieiunare, & aliam pœnitentiam facere. Tertium est deuotio fidei, quia credit tantam esse potestatem apud ecclesiam. Quartum status pœnitentis. s. quod sit cõtritus. Quintum discretio eiusdem. Sextum tantùm det pro quãto nollet sustinere pœnitentiam iniunctam. Septimum iusta æstimatio eiusdem vel secundum q̃ ei dimittitur recompenset.

7 † Suo) iudice, per hoc videtur, quod indulgentiæ, non valeant illis, qui sunt in purgatorio, quia iam non habent iudicem in terra, sed Dei iudicio relicti sunt. 34. q. 2. c. 1. Nec est contrà. 13. q. 2. tempus. & c. animæ. & de pœ. di. 6. §. 1. vbi dicitur, quod orationes & eleemosynæ sacrificia & ieiunia eis valeant, quia illa non fiunt ratione fori vel iurisdictionis, sed secùs est in indulgentia, vt hîc videtur, tamen quod si aliquis facit ecclesiã, vel peregrinatur p̃ defuncto in loco electo à prælato, quod plus valet defuncto, quàm si aliàs faceret, si tamen Papa facit, non negemus, quin valeant in defunctis.

8 † Iudices). id est, episcopi. nam cum alij inferiores prælati huiusmodi remissiones facere non possunt. ꝛ. de excess. præl. accedentibus. ergò nec concedere valent. Alij dicunt hoc posse quemlibet facere sacerdotem, nam aliud est libertas generalis indulgentiarum, quod est iurisdictionis, aliud in absolutione pœnitentis prouidere diuersos modos liberandi à pœnitentijs, quod est tantùm officij sacerdotalis.

CAPVT V.

QVOD QVIDAM. (Absolure) à peccato (non sit vera). id est, sufficiens ad vitam ęternã obtinendam (confessio) quæ valet ad minorem pœnitentiam. de pœ. dis. 3. cauendum. 22. qõ. 2. sed quilibet. & ad hoc vt Deus cor eius citius illustret. de pœ. di. 5. falsas.

CAPVT VI.

LICET TAM. (Reficiantur) authoritate superioris si habere possunt, aliter ipsi per se possunt. ꝛ. de elec. venerabilem.

CAPVT VII.

QVAESITVM EST. (Publica) & solennis pœnitentia secũdum consuetudinem, & vbi est consuetudo, est imponẽda. de pœ. di. 3. in fi. (in publicis) sed nec tunc. 50. di. c. alienum. nisi perpetuò fine spe restitutionis manere vellet, & de tali hîc intelligitur (inueniantur) sine facto tamen eorum & sine tactu, nam si hîc interuenissent sufficerent ad faciendũ eum irregularem. 50. di. sæpè. & c. seq.

CAPVT VIII.

DEVS QVI ECCLESIAM.

CAPVT IX.

EFFICII. (Alienos). id est, non tales, ad quos hæreditas perueniat ab intestato, licet & tunc sit peccatum, sed nõ tantùm.

† Satisfactio) debet enim tantum dare de suo, quantum illud de sua occasione esset amissum, vel ad quos ab intestato venisset, si haberet. 14. quæstio. 6. si res. & verisimiliter creditur, quod eis dimisisset sua, vel si hoc nescitur, prudenter faciet, si det pauperibus, & si non haberet, quod daret, & haberet probationes, p̃ quas succedentes ab intestato posset releuare à damno, quòd habent sua occasione, debet eas reducere, nisi inde esset graue malum prouenturum, nam isto casu ex vna parte sit damnum rerum tantùm, puta si tacet & ex alia sit periculum animarum & corporum, puta si probationes inducet, inter hæc duo mala eliget, quòd minus est. s. tacere cum damno rerum. argumentum. distinctione decimatertia, nerui. melius & expressius dicitur in. c. duo. eadem dis.

Sed obijcies vtilius ſcandalum. etc. ℨ. de renunc. niſi cùm pridem. 5.q.2.c.2. ſed reſpondit, quòd in hac taciturnitate non perit veritas iuſtitiæ, quia nõ pertinet ad hãc mulierem iudicare, quia iudex nõ eſt, ſed tantùm accuſatrix, vel denunciatrix. Authoritas autem prædicta loquitur, quòd ille ad quem pertinet ex officio dicere veritatem, & facere iuſtitiam, vt ſunt teſtes & iudices illum propter nullum ſcandalum dimittant, quin iuſtitiam iudicent, & veritatem dicant, & idem eſt de alijs conſimilibus perſonis, ſi verò non habeat probationes ſileat. 2.quæſtio.7. plerique.

CAPVT X.

NOVA QVIDAM. (Benedicunt) q̃ non poſſunt. 33.q. mulierem. nec valent. 20.q.2. ſtatuimus. nec abſoluunt. ℨ. de ſen. exc. de monialibus. nec docent. 23.di. mulier. nec iudicant. 33. qõ.5. mulierem. (publicè) in matutino autem poſſunt legere. 38.q.1. diaconiſ.

CAPVT XI.

1 *Non debet quis communicare de pane, quam uis non poſsit habere hoſtiam conſecratam.*
2 *In eccleſijs conuentualibus licet binos uel trinos dicere officia.*
3 *An ſtatim quod interdicti uelint ſatisfacere, ſint abſoluendi ab interdicto.*

QVOD IN TE. (Pœnitentiam) hoc enim nulli negatur. ℨ. de ſpon. ex literis. † Viaticum) & ſi non poteſt habere hoſtiam conſecratam, nũquam communicet de pane, ſed credat & eſt ſibi pro manducatione, vnde crede & manducaſti. de conſe. di.2. vt quid paras. Nec credimus peccare ſacerdotem peccatorem, ſi in neceſsitate corpus Chriſti tribuat alicui, vel ſi aliter cauſã reuerentiæ tangat, vt ſi inueniret in terra iacens, debet aliud leuare (ex gratia) quia ante cõ-
2 ceſſum non inuenitur. † Tres horas) no. in conuentualibus eccleſijs de iure cõi licet binos vel trinos dicere officia, ſed in regularibus totus conuentus dicere põt ſimul, non ſolùm in ſepulturis mortuorũ clericorum, ſed etiam ſemper, cùm hîc dicatur canonicas horas, patet quòd loquitur de alijs officijs, non mortuorum tã-
3 tùm. † Signum) quid ſi interdicti velint ſatisfacere, nunquid ſunt abſoluendi ab interdicto. Reſpon. ſi eſt principalis recipiendus eſt, & ſoluetur interdictum, ſi autem alius, qui nullam cauſam dedit interdicto, non eſt recipiendus ad ſatisfaciendum, quia non peccauit, nec erit ad eccleſiam ſepeliendus, quia hanc pœnam non pro ſe, ſed pro alio ſuſtinet, & ideò neceſſaria eſt eius ſatisfactio ad eccleſiam (crucis) hoc eſt in eis ſpeciale, vt hoc præter neceſsitatis articulum eis licet confiteri, ſemper ex quo cruce ſignati ſunt. Alij autem reſtringunt ad tempus, ex quo accipiunt iter peregrinationis (peregrinis) etiã alia peregrinatione quàm vltra marina.

CAPVT XII.

1 *Contritio eſt neceſſaria cuilibet peccatori etiam in baptizato.*
Peccatores an debeant potius dolere, quàm omnem pœnam ſubire.
Confeſsio an de nouo fieri debeat, ſi quis poſt pœnitentiam relabitur in peccatum.
2 *Sacerdos reſtituit ad ſacramẽta per cõfeſsionẽ.*
3 *Qualiter fiat ſatisfactio, & quid operetur.*
4 *Debet unuſquiſq; ſemel in anno confiteri.*
5 *Non ſufficit licentiam petere niſi obtineat.*
6 *In caſu neceſsitatis quilibet ſacerdos abſoluere poteſt non ſuum ſubditum.*
7 *Non dicũtur confiteri ut miniſtris Dei hi, qui non ut pœniteant, ſed ut conſilium uel auxilium ab aliquo recipiant dicunt ſibi peccatum ſuum.*

OMNIS. (Solus) niſi eſſet ſurdus, vel mutus, vel ita æger, quòd ſine periculo loqui nõ poſſet, vel niſi eſſet alterius linguæ, quàm confeſſor, quia tunc per ſcripturam vel alium confiteri poteſt.

1 † Confiteri) contritio neceſſaria eſt cuilibet peccatori, etiam in baptizato. de pœ. di. 1. tres. de conſe. di.4. omnis qui. & c. ne quod, id eſt, ſine pœna abſit. Nec eſt contra de conſe. diſ. 4. quia ibi exponitur ſine pœna, id eſt, ſatisfactione. de pœnit. diſt. 1. ſacrificium. etc. & c. non poteſt. & diſ. 3. in prin. debet autem peccator niti, & orare pro magna contritione, ſed ſi maiorem non poteſt habere ſaltem doleat ſe peccaſſe, & hoc ſufficit, ſed propter hoc doleat, quia Deum offendit, ſi autem ex alijs cauſis, & non ex iſta doleret propter infamiam, quam incurriſſet, vel amiſsionem honoris, non eſt digna pœnitentia. 50.di. vt conſtitueretur nece. Placet nobis, quod quidam malè dixerunt, quod oportet peccatores tantùm dolere, quòd potius vellent omnem pœnam ſubire, quàm peccaſſe, licet enim quiſque teneatur potius omnia mala ſuſtinere quàm malo conſentire. 32.quæſtio.5. ita ne. non tamen ad hanc comparationem deducantur, vt eli-

eligant inter duo prædicta, cùm ſimul eſſe non poſſunt, quia cùm factum eſt peccatum iam præterijt, & idem dicimus de futuro, non enim tenetur pœnitens eſſe illi⁹ conſtantiæ, vt credere teneatur, quod potius ſuſtineret mortem, quàm peccaret, ſi neceſsitas alterius faciendi ſibi incumbet, non enim neque de præterito, neq; de futuro eligere teneẽ, ſed ſi eſſet præſens neceſsitas alterius eligendi, tunc debet eligere, nõ peccare, debet tamen pœnitens credere, quòd vel hæc neceſsitas non veniet, vel dominus dabit cum tentatione prouẽtum, Imò humilitas eſt in talibus timere, ſed nunquam de Dei potentia deſperare, & etiam tales tentationes fugere, ſicut nos domin⁹ docuit, cùm fugeritin Aegyptũ. 7.q.1.c. aduerſitas. propter hoc in oratione dominica petim⁹, & ne nos inducas in tentationem. Nec eſt etiam contra de pœ. di. 1. nunquid. vbi dicitur, quòd Cayn punitus fuit antequam opus peccati patraret, ſed certè iam ibi peccauerat & conſenſerat peccato. Item debet eſſe in propoſito non peccandi vlterius. de pœ.1. non poteſt. nam pœnitentia eſt peccata præterita flere, & flenda non committere. Cõfeſsio debet eſſe pura & ſimplex, cum omnibus circumſtantijs, quæ peccatũ aggrauant. de pœ.di.1. quẽ pœnitet. ſcriptum eſt, dic tu iniquitates tuas. de pœ.di.1. §. alij ecõtrà. Et etiã Iob dicit, ſi erubui cõfiteri in cõſpectu populi, vel vide de pœ.d.1. §. fi. c. quẽ pœnitet. cõfitẽini alterutrũ peccata veſtra. Et poſt pœnitẽtiã relabit in peccatum, debet de nouo omnia cõfiteri, qa quãto maior fuit ſibi facta gratia in dimiſſione peccati, tãto magis ingrat⁹ eſt, cùm relabitur in peccatũ. de pœ.di.4. in prin. & p totũ. & hoc facit confeſsio, quia niſi cõfiteatur, ſi tẽp⁹ haberet cõfitendi, nihil ſibi valeret præcedens cõtritio. ar. ad hoc de Leproſo & de Lazaro. de pœ.di.1. in quacũ-
2 que. † Itẽ ſacerdos reſtituit ad ſacramẽta, de pœ.di.1. & multiplex. & c. nõnulli. valet etiã confeſsio pp erubeſcentiã, q̃ habet peccator in confeſsione peccati, & ꝓpter fidẽ, quam in cõfeſsione exercet, dum credit Deũ tantæ potẽtiæ eſſe, q; vili plaſmati ſuã poteſtatẽ dedit, & qa in cõfeſsione humilitatẽ & obediẽtiam exhibet mãdatis Dei. Item ſacerdos niſi confiteret, nõ poſſet ſcire quãtã ſatisfactionẽ ſibi iniungeret, nec quãtũ ſibi condonare debet de peccatis ſi-
3 bi impoſitis. † Satisfactio fit p ſolutionem pœnæ impoſitæ ꝓ peccato, puta qa pœnitẽtiã iniunctam, plenè facit, facit enim dignos fr. pœ. & corp⁹ ſuũ exhibet ſeruire iuſtitiæ, ſicut ſeruiuit corruptioni. de pœ.di. 1. quẽ pœnitet. etiã fit ſatisfactio p redemptionẽ, vt no. ℨ. e. ex eo. & fit etiam tertio modo p indulgẽtias, vt no. ℨ. e. q; autẽ. Sed de hac ſatisfactione nũc videamus, & qdã canones nõ præfigũt de quolibet crimine certã pœnitẽtiam, ſed hoc relinquunt ſacerdoti, pl⁹ enim valet apud Deũ menſura doloris, q̃ tẽpis, & pl⁹ mortificatio vitiorũ, quàm abſtinẽtia ciborum. de pœ. diſt. 1. mẽſuram. ſacerdos autẽ debet eſſe miſericors & benign⁹ cõſulẽdo, & leniẽdo, & ſpẽ ꝓmittendo pœnitenti. de pœ.di.6. ſi ſacerdos. ſed ſemp aliq̃ pœnitẽtiã debet iniũgere pœnitẽti, ſed longè minorẽ, quã culpa meretur, ita enim impenditur & impartit̃ peccatori largitas miſericordiæ, vt non relinquatur iuſtitia diſciplinæ, de pœ. di. 1. null⁹ debitæ. & c. non ſufficit. ſi pœnitẽtia perfecta cogit omnia libenter ſufferre. de pœ. diſ. 3. ꝓductor. ergò imp fecta, & ſi non omnia, ſaltem aliquã ſuffert, nam de nullo peccato ſiue magno, ſiue paruo, põt qs trãſire ad correctionem ſine pœnitẽtia: vt. ℨ. e. c. dicitur. debet enim ſacerdos more Samaritani iuſtitiã cũ manſuetudine miſcere. 45. di. diſciplina. nam, c. dicit multũ ſatisfactionis obtulit, q erubeſcentiæ dãnaris, nihil, eorum, quæ commiſit nũcio Dei denegauit, ſed opus eſt nunc miſericordiæ peccãti dimittere, ſed oportet q; iuſtus miſereatur iuſtè. de pœ. di.1. c. quem pœnitet. debet enim ſacerdos eſſe largus in donando aliquas pœnas gratis, q; & põt, nam dicit. c. q; ſacerdos poteſt proficere pl⁹ peccantibus parcendo, qbus enim parcit, dimittit Deus, & quodcunq; liga. etc. de pœ. di.1. quem pœnitet. nam & dominus cuius miniſtri ſunt ſacerdotes larg⁹ & pi⁹, & benign⁹. de pœ. di.1. qa diuinitatis natura pia eſt à ſacerdote miſericordiæ, petere veniã, & alibi dicitur, vt ſit ſacerdos beneuol⁹, parat⁹ exigere, & ſecũ on⁹ portare. Idẽ habet in ſe dulcedinẽ, & in alteri⁹ crimine pietatẽ. de pœ. di. 6. c. q; vult. ante finẽ. debet tamẽ ſacerdos eſſe ſciens, vt attendat qualitatẽ peccatoris, & q̃titatẽ criminis, & dolorẽ pœnitẽtis, & ſecũdũ hoc pl⁹ vel min⁹ donabit de pœnitẽtia. de pœ. di.1. quẽ pœnitet. diſcret⁹ ergò ſacerdos in ſatisfactione iniũgẽda exponet peccatori, q̃tũ deliquerit, & etiã q̃ magnã pœnitẽtiã meretur ſuſtinere, & credit q; velit, & faciat vt ꝓmittit, imponit ei pœnitentiam condignam, ſi autẽ nõ benè cõfidit de ſe pœnitens, nec ſacerdos etiam credit, imponat ſibi quãtũcũq; leuiſsimã, & iniungat, q; omnia bona quæ facit ſint ei ꝓ pœnitẽtia, & ꝓ redẽptiõe pœni-

pœnitẽtiarũ,quas ſuſtinere deberet, & benè debet dicere ſacerdos,de mea mera gratia dabo tibi duos annos, vel tres, vel aliàs ſicut voluerit. Si enim dominus eſt largus in dimittendo culpã, & ſacerdos nõ debet eſſe tenax in dimittendo aliquid de pœna. 26.q.vlt.alligant.ſacerdos enim debet habere, ſicut dicitur in.c.de pœ. di.1.ignoſco promptè indulgeo, malo miſericordiam, quàm ſacrificium, nec eſt multum quærẽdum, quantũ poſsit dimittere. Sed hæc firmiter credimus, quòd Deus qui facit omnia in põdere,numero,& menſura,in multo ſequitur, donum ſacerdotis.Nec eſt cõtrà. de pœ.di. 1. quem pœnitet.vbi dicitur, quòd Deus non ligat, nec ſoluit illos, de quibus putamus, ſed illos in quibus exercemus opus miſericordiæ, & iuſtitiæ, ibi enim loquitur de illis, qui errant in fide, quia non credunt aliquos peccatores,qui ſunt,vel in iure diuino. ſ. errant, quia credunt aliquid peccatum modicum, quod eſt magnum, ibi enim ſufficit pœnitentia iniuncta. Illud autem quod moderatè donat ſacerdos,illud ſemper dominus ratum habet, Nec eſt contra de pœ. di.5.fallàs.qa ibi loquitur de illis, qui nõ reſtituunt aliena. Nec eſt contra de pœ.di.5.fratres.quia ibi loquitur de illis, qui de vno agunt pœnitentiam, & non de alio. (peccata) mortalia,ſed etiam venialia ſi recolit confiteri debet ſaltem laico.25.diſt.§.criminis.

4 †(Semel) hoc intelligitur de illis, qui poſtquam cœperint agere pœnitentiam, non peccauerunt mortaliter, quibus hoc conſulitur,quòd licet non ſint in peccato, tamẽ ſemel in anno confiteantur,quia nõ debent ſe nimis aſſecurare: vt.5.di. ad eip. Vel dic, q, loquitur etiam de illis, qui peccant,ad minus ſemel in anno confiteri debent, ſed propter hoc non prohibetur,qn ſtatim poſt peccatum non debet confiteri, dummodò poſsit habere copiam ſacerdotis,quia nunquam abſoluetur à Deo iſte peccator,poſtquam ſe ligauit peccato, niſi prius abſoluatur à presbytero, cui dictũ eſt, quodcunque, etc. aliqui tamen dicũt, quod differre poteſt,ſed primo dictum eſt
5 ſecurius. † (Obtineat) no.non ſufficere licentiam petere,niſi obtineat. ar.ẽ. de re. & tranſ. licet. ſi autem non poteſt habere licentiam, & iuſta cauſa ſubeſſet, agat cũ ſuperiore, vt det licentiam cõfitendi alij. Et plus dicim⁹, etiã quod ſi immineret ei mortis neceſsitas, quòd poſſet alij cõfiteri, licet nõ poſsit ab eo abſolui,quia ei non ſubeſſet,quamuis dici poſsit, quia ex q̃ in caſu neceſsitatis confiteturilli, qui claues habet, quod ab eo abſolui poteſt, ſed quid ſi non inueniat alium, cui confiteatur,niſi illũ quẽ ex iuſta cauſa recuſat. Reſpon. ſi iuſtam cauſam habet, quare timet, quia ex confeſsione ſua poſſet periculũ & graue peccatum, vel ſcandalum prouenire, tunc eliget ſine confeſsione mori, & ſoli Deo confiteatur, vel dic melius,quòd cõfiteatur in genere crimen, ſed non circũſtãtiam, de qua poſſet malum prouenire, ita enim ordinabiliter ordinauit Deꝰ omnia opera ſua,quod nunquam voluit aliqd mali ex eis prouenire, nec ex cauſa mali, propter ſolam autem indiſcretionẽ ſacerdotis, non dimittet, quin ſibi confiteatur. (à ſacerdote) hanc licentiam etiam dabit epiſcopus. ar.ẽ. de offi.ord.inter ce.in fi.

6 †(Soluere) niſi in neceſsitate, tũc enim etiam nõ ſuus ſacerdos poterit ipſum abſoluere. Si aũt ſit in peregrinatione,& cõtingat eum nouũ peccatum incurrere,vel de veteri recordari, credimꝰ q, ſi inſignia peregrinationis accipit à ꝓprio ſacerdote, q, hoc ipſo videtur dediſſe licẽtiam,& pœnitentiã reliqua ſacramẽta recipiendi, à q̃ maluerit. Si verò ſine licentia ſacerdotis ꝓprij peregrinetur, tunc in caſibus prædictis poterit confiteri cuiq; ſacerdoti, licet abſolui nõ poterit ab eo, quia non eſt ſuus iudex, niſi in neceſsitate, tũc ex contritione ſola,licet nõ ſit ei dimiſſa pœnitentia,ſi dimiſſum ſit ei peccatum,poterit cõicare corpori & ſanguini Chriſti.Negotiatores aũt & alij viatores, non poterunt abſolui ab extraneo ſacerdote, niſi in neceſsitate. Scholares autẽ & incolæ annales,& mercenarij debẽt cõfiteri ſacerdoti parochiali, quem incolunt ꝑ annum, & ab eo poterunt abſolui. 16.q.1.quæſti.vbi dicitur, q, ibi debent ſoluere decimas perſonales, qa ibi recipiunt ſacramẽta eccleſiaſtica per anni circulum. Alij tamẽ dicunt, quòd idẽ eſt, & ſi ad minus tps cõducãt, vel domos, vel dominos. ar. ẽ. de deci. apoſtolicæ. & maximè ſi prorogetur ſine fraude conductio, vel habitatio vltra natiuitatem, vel paſcha, quia tunc ex præcepto huiꝰ decre. ſemper debet confiteri & cõicare,in omnibus tamen præmiſsis tutius eſt, quod & viatores & alij ſemper à ꝓprio ſacerdote ſpecialẽ licentiã habeant.(Prodat)niſi hoc modo faciat ꝓp peccatorẽ.ſ. dicẽdo illis, q ꝓdeſſe poſſunt non obeſſe. ar. 22.q.5. anima. & hoc videtur.2.q.1.ſi peccauerit. Alij tamen dicũt & fortè melius, q, ex quo tanquã officialis & miniſter Dei recipit confeſsionem, non debet de ea aliqd reuelare, ſed totum dimittat illi cuiꝰ miniſter eſt.ſ. Deo: ſecùs autem eſt in alijs, quocunque modo aliter ſciat, & ſic loqtur.c.præalle. Fatemur tamen, quod ſi confeſſus fuiſſet, q, vellet facere aliquod maleficiũ, ſed dolebat, ſed nõ poterat reſiſtere tentationibus diaboli, & volebat quod ſacerdos oraret ꝓ eo, quod de præterita volũtate iniũgeret ei pœnitentiã, benè poterat vocare illos, de quibus certum ſit, q, ꝓſint & quãtũ plus põt generalius ei dicere, quod ſuadeant ſibi,quod ab hoc peccato deſiſtat,& ſi non poteſt inuenire viam impediẽdi,niſi expreſſè reueler, reuelabit expreſſè,quia in hoc nõ fuit miniſter Dei,cùm dixit,ego non poſſum ceſſare, quin faciam tale peccatum, tunc enim tãtùm dicitur, vt miniſtro confiteri,quãdo confitetur vt pœniteat. Hæc ratio nõ placet, qa benè credimꝰ, quod vt miniſter recipiat, etiam ſi in peccato remanere proponat. ẽ. e. q, quidam.

7 †Illos autem nõ credimus,vt miniſtris confiteri qui non vt pœniteant, ſed vt cõ«ſilium, vel auxiliũ « ab aliquo recipiãt, dicũt ſibi peccatum ſuum, licet dicant hoc, dico tibi in confeſsione, vel in pœnitẽtia, quia non eſt verum, quod dicit in pœnitẽtia, nec vt Dei miniſtro,cùm animæ cõſilium nõ requirat, & tales benè ſunt cogẽdi ſuper præmiſsis ferre teſtimoniũ.Credo tamen, quod ſi etiam à laico de venialibꝰ, vel etiam de criminalibus in caſibus, vbi licet qs confiteatur laico,quod in hoc miniſter Dei eſt,ideò iſta & alia facere debet vt ſacerdos,ſecùs autem dicerẽ,ſi aliàs aliqua ei dicat pro conſilio animæ ſuæ, idem videtur,quod ſi ſacerdos cui cõfiteretur illud crimen,illud ſciat ſine confeſsione eiꝰ, puta quia vidit, quod de illo eſt periculũ tacere, q, illud cõfiteri poterit, quia nõ reuelat cõfeſsionẽ, q, eſſet, ſi diceret ſic confeſſus eſt mihi, vel ego hoc benè ſcio,& hoc diceret,qa ſcit ꝑ cõfeſsionẽ eius,ſed quãdo dicit, q, ſcit, quia vidit, vel quod credit, qa ab alijs, vel etiam ab eo extra cõfeſsionem audiuit,nõ eſt ꝓhibitũ,licet ad hoc nũq̃ venire debeat,niſi magna neceſsitas,vel vtilitas, vel periculũ, vel ſcãdalũ ad hoc cogat.

CAPVT XIII.

CVM INFIRMITAS. (Arceatur) per ſententiam.

CAPVT XIIII.

VM EX EO. (Eleemoſynas) ſic fit ſatisfactio per redẽptionem pecuniæ, dominus enim venalis eſt,et pecunia à morte liberat.de pœ.di.1.miror.& c. medicinalis. ſit etiã redẽptio ꝑ alias vias, q̃ per pecuniam, puta per cõmutationem. ẽ. de voto & voti redẽp. c.1.& c. ſcripti. & c. magnæ.& in multis alijs locis (falſę) religionis habitũ geſtant, q, non ſunt profeſsi. In talibus).ſ. indulgẽtijs, quas concedit Papa potẽtibus,vel alijs locis pijs,nã quãdo celebrat,vel prędicat,ſemp annũ cõcedit.Hãc reſtrictionẽ facere potuit Papa, qa minores prælati omnes habẽt hanc poteſtatem ab eo, & ipſe à ſolo Deo. 21.di. q̃q̃. & 22.di. c.1. Itẽ potuit ratiõe principatꝰ & iuriſdictionis, quã habet ſup omnes. 21. di.in nouo. Et hoc facit ex iuſta cauſa, qa hac poteſtate abutebãtur.Et licet reſtricta ſit hęc poteſtas in indulgentijs, quæ fiunt publicè, non tamẽ intelligo reſtrictam in foro pœnitẽtiali,quin poſsit annos & dies, ꝓut vult indulgere, dummodò diſcretè faciat (indulgentia). ẽ. eod.Romana.§.vlti.

CAPVT XV.

NOSTRO POSTVLASTI. (Concedere) No. caſum vbi habet archiepiſcopus iuriſdictionẽ etiam in ſubditis ſuffraganeorum. ẽ. eo. Romana.§.vlti.

« Sed ut auxilium. Adde quod hæc dicta refert & ſequitur Card. in conſi. 35. inci. ad dubia ſingulariter. colum. 2. circa medium.

CAPVT XVI.

NE PRO DILATIONE.

CAPVT XVII.

ROMANA. &. ẽ. (Monere) non cõpellere (indulgentijs). & ita archiepꝰ poteſt concedere indulgentias per ſuam prouinciam. ẽ. e.c. cùm ex eo.& c.noſtro. (concilij). ẽ. eod. cùm ex eo. in fi.

TITVLVS XXXIX.

DE SENTENTIA EXCOMMVNICATIONIS.

CAPVT I.

1 *Maior excommunicatio quid operetur, & à quo, quibusq; de cauſis infligatur. nu.2.*
3 *Minor excõicatio in quibus caſibus infligatur.*
4 *Qui ſunt hi, quos non oportet pro abſolutione ad ſedẽ apo. laborare, etiã ſi ſunt excõicati.*

1 SVPER EO. † Maior excommunicatio eſt quæ ſeparat ab ingreſſu eccleſiæ & ſacramentis fidelium communione. †Hæc autem quan-
2 doque à iure infligitur, quandoque ab homine, à iure infligitur, in 17. caſibus. Primus eſt, ſi incidit in hæreſim iam damnatam. 24. qõ. 1. c. 1. & 2. & 3. Secundus eſt, credentes,receptores & fautores hæreticorum. ẽ. de hæ. ſi aduerſus. Tertius, ſchiſmatici. ſ. q diuiſi ſunt ab vnitate eccleſiæ ipſi-

ipſiuſque conſtitutiones non ſeruant. 19. diſt. nulli. & not. ſuprà, de ſchiſma. cap. 1. Quartus, cùm quis perſonam religioſam verberat. 17. quæſtio. 4. ſi quis ſuadente. & hæc pœna videtur extendenda ad conſentientes, & defendere negligentes. infrà, quanto. Quintus, cùm conſules & rectores euacuant iuriſdictionem prælatorum, faciendo collectas in clericis, & admoniti non deſiſtunt. ſup. de immu. eccle. non minus. & c. aduerſus. Sextus, incendiarij eccleſiarum. infrà eodem, tua. Septimus, cùm infringit eccleſiam, inf. eodem, conqueſti. Octauus, cùm minus canonicè in Papam electus, ſe gerit pro apoſtolico. ſ. de elec. licet. quidam tamen hunc caſum non approbant. Nonus eſt, cùm quis falſat literas Papæ, vel falſatis vtitur ſcienter. ſuprà, de fal. ad falſariorum. Decimus, cũ quis fert arma, ferrum, lignamina, galeas vel naues Sarracenis, & hoc omni tempore indiſtinctè. Item cùm exerceret in eorum nauibus regimen, vel Galeis, vel aliqua rerum conſilia, vel ſubſidia impendit, maximè tempore guerræ. ſuprà, de Iudæ. & Sarra. ſignificauit. & c. quod olim. & euntes ſi capti fuerint, ſerui ſunt capientium, vt in præal. decr. & c. cùm ad liberanda. Vndecimus, cùm ſcholares tractãt de conducendo hoſpitio inquilino ſcholari irrequiſito. ſup. de loc. & condu. c. 1. Quidam tamen non approbant hunc caſum. Duodecimus, cùm monachi & regulares & in perſonatibus conſtituti, & preſbyteri audiunt leges, vel phyſicã. ſ. ne cle. vel mo, non magnę. c. ſuper ſpecula. Decimustertius, cùm quis cõicat excõicato in crimine. ſ. e. nuper. Decimusquartus, exercens artem baliſtariorum, & ſagittariorũ contra Chriſtianum. ſ. de ſagit. c. 1. nos autem hunc caſum non concedimus. Decimusquintus illi, qui faciunt ſeruari cõſuetudines, vel cõſtitutiões cõtra eccleſiæ libertatem. ſ. e. nouerint. Decimusſext⁹, ſtatutarij, ſcriptores ipſorum ſtatutorũ. Item conſiliarij & rectores, vbi huiuſmodi conſtitutiones æditæ fuerint vel ſeruatæ. Item illi, qui ſecũdum illas iudicabũt, & qui iudicata in publicam ſentẽtiam redigẽt. ſ. e.
† (Prælatorum) ſcilicet, epiſcoporum, qui quaſi merum imperium habent, & aliorum qui ordinariam poteſtatem ſuper hos habent, vel aliam correctionem, ſicut abbas in monachos: nam alij prælati non habent poteſtatem per ſe capiendi, nec alij demandandi, quamuis dici poſſet, quod ſi timeretur de fuga, poſſent dare licentiam capiendi, quia, quamuis non poſſint iudicare de criminibus, tamen poſſet in carcere detineri, quouſq; præſentetur ſuperiori iudici: ſicut dicitur in defenſore. Authen. de defen. ciui. §. nos igitur. & §. interim. ar. ff. de his quæ in frau. cre. ait prætor. §. ſi vẽditorem. ſatis videtur, q; quilibet iudex

iudex eccleſiaſticus, ſiue ordinarius, ſiue delegatus, clericum coram ſe exequentem mandata ſua, ex iuſta cauſa poteſt capere & detinere. arg. C. de ſpor. iudicibus. Authen. vt liti. iur. §. & hoc quoq; iubemus. minores autem prælati qui iuriſdictionem non habent: fortè & ei ſubditi, & ſocij poſſunt capere ſocium vel ſubditum ſuum, quem habent ſuſpectum, & præſentare iudici in Authen. vt iu. ſine quo ſuf. §. neceſsitatem. ar. C. de decu. generali.

4 †Item & quilibet clericus poſſet capere clericum ſeruientem ſibi modico tempore, ſi haberet eum probabiliter ſuſpectũ. ar. ff. de pe. reſpiciendum. §. furta. laicis autem ſiue ſint iudices, ſiue aliam poteſtatem habeant ſuper clericos, non licet clericos capere: quia nec tacitè, nec expreſſè poſſunt clericali priuilegio renunciare. ff. e. contingit. ſ. de fo. compe. ſi diligenti. & hoc idem dicimus, etiam ſi laici delegati ſint à prælatis eccleſiaſticis. ſ. e. vniuerſitatis. Item dicunt quidam, quòd ſi inueniantur in peccato, quod capi poſſunt. ar. ff. quæ in frau. cre. ait prætor. §. ſi debi. in malis factis enim non priuilegiatur dignitas. C. vbi ſena. l. 1. Alij dicunt contrarium (extendat) nam ſi vltra ſe extenderet, tenerentur. ſup. de reſtit. ſpo. olim. ff. ad leg. Aquil. ſi ex plagis. §. tabernarius.

CAPVT XXXVI.

1 *Actio iniur. competit eccleſiæ, unde eſt clericus, qui uerberatus fuit, & uide in nu. 2.*
2 *Dominus an & quando poſſit agere de iniuria facta mercenario, uel alij, qui ſibi ſeruiuiſſet.*

CONTINGIT. (Iniurioſa) contra, quia iniuria non fit volenti. 33. q. 5. noluit. C. de tranſac. cùm dona. ſed dic iniurioſam, quò ad eccleſiam, cuius iniuriam remittere non poteſt. 23. q. 4. ſi is qui ſicut. nec filius poteſt remittere iniuriam, quantum ad patrem. ff. de iniur. l. 1. §. vſq; adeò. fi. ff. de pac. iur. §. vlt. 63. di. Salonita. imò, nec epiſcopus ſolus poteſt remittere, cùm ſit procurator. 12. q. 1. c. vlt.

1 †Iniurioſa) licet non reſpondeat quæſtioni huic, tamen colligitur ſol. quia ſi manum iniurioſam ei infert, incidit in canonem. 17. q. 4. ſi quis ſua. ex eo, quòd hîc dicitur, dicunt quidam, quòd ſi iniuria fit alicui clerico, & maximè verberando, quod eccleſiæ, vnde eſt clericus, competit actio iniuriarum. arg. ſ. de pœ. c. 2. 17. q. 4. ſi quis de inceps. & c. ſeq. 2. q. 1. in primis. in princ.

2 †Item dicunt, quòd eccleſiæ competit actio iniuriarum, ſi clericus trahitur ad ſeculare forum. ſ. de foro compet. ſi diligenti. Alij dicunt, & magis videtur iuri concordare, quòd cùm clerici ſint liberæ perſonæ, non competit pro prædictis actio iniuriarum, ſed aliàs, vel publicis actionibus, vel authoritate prædictorum canonum poſſunt accuſari. Hoc autem eſt certum, quòd epiſcopus benè poteſt accuſare illum, qui ſuum clericum lædit, vel detinet, vel aliàs iniuriam facit loco ſacro. C. de epi. & cle. ſi quis in hoc. & ſ. de app. dile. videtur tamen, quòd ſi aliquis verberat clericum in iniuriam eccleſiæ, cuius clericus eſt, quòd benè competit ipſi eccleſiæ actio iniuriarum. Imò plus eſt, etiam agit dominus pro iniuria facta mercenario, vel alij, qui ſibi ſeruiuiſſet in exercitu aliorum ſeruitio in iniuriam domini, arg. ad hoc. quia actio iniuriarum non competit pro iniuria facta libero homini, qui mihi bona fide ſeruiuit, niſi fiat in meam iniuriam, quia tunc benè competit. inſti. de iniur. ff. de iniur. item. 2. pe. & antepe. Item plus videtur, quod ſi clericus abduceretur ab officijs, etiam ſi non fieret iniuria eccleſiæ, tunc benè competit actio iniuriarum, & eodem modo ſi partes litigantes abſtrahantur de conſiſtorio alicuius. arg. ff. de iniu. apud. §. ſi quis. &. §. committere. & §. ſed. ſup. de pe. dile. ar. etiam ad hoc, quia per hoc diminuitur dignitas ipſius eccleſiæ & iudicis, & diminutio dignitatis adducit actionem iniuriarum. ff. de iniur. le. 2. §. 1. tamẽ nõ dicimus, quod ſi aliquis verberaret aliquam perſonam extraneam in meam iniuriam, quod propter hoc haberem actionem iniuriarum, quia hæc iniuria non lædit corpus meum, nec dignitatem meam, nec famam. ff. de iniur. le. 1. §. 1. Et not. in actione iniuriarũ, quod licet ſolummodò proſequatur vindictã. ff. de iniur. iniuriarum actio. inſti. de perpe. act. §. nõ omnes. 2. §. pœnalis. tamen iudex ex officio ſuo præcipiet amoueri iniuriam, ſi adhuc durat. VERBI GRATIA: agitur iniuriarum pro iniuſta excommunicatione, certè iudex non ſolùm iudicabit in excõmunicatione, ſed ex officio ſuo præcipiet de facto, vel de iure abſolui excommunicatum. argumẽtum. ff. de iniur. item alias. ſed ſi vnus. §. ait prætor. imò plus dicunt aliqui, quod iudex in actione iniuriarum, debet habere rationem damni arg. C. de iniur. dominum. Alij contra intelligunt prædictam l. quod ratio damni habetur, non per actionem iniuriarum, ſed per actionem l. Aquil. ff. ad l. Aquil. ſed & ſi quæcunque. §. iniuriam.

CAPVT XXXVII.

RELATVM EST. (Niſi fecerint) ſcilicet, hoc ſequitur, ſic intelligitur. ſup. eo. mulieres. in princ. (niſi fecerint) ponit duos caſus, in quibus excommunicati ſerui nõ ſunt ad ſe. Apo. mittendi (remoueri) hinc videtur quòd ſit ſpecialis indulgentia, & aliud ſit de iure communi.

CAPVT XXXVIII.

1 *Excommunicatus an poſſit pugnare in iuſto bello, antequam abſoluatur, & an in periculo mortis abſolui poſſit.*

SACRIS EST. †(Bello) no. excommunicatũ poſſe pugnare in iuſto bello, antequam abſoluatur, ſed certè tũc erat abſoluendus, ſi periiſſet, nam quoslibet in periculo mortis licet abſoluere. ſup. eod. quod de his. vbi no. (conſtitutionis) ſup. eod. à nobis.

CAPVT XXXIX.

SICVT NOBIS. (Aut alio) per teſtes.

CAPVT XL.

1 *De iure nõ poteſt excommunicatus appellare.*
2 *Excommunicatus quouſque uitari debeat. Excommunicatus an ante abſolutionem ſit audiendus.*
3 *Non auditur is pro quo eſt excommunicatus, ſi dicat prius cognoſcendum de appel. quàm abſoluatur.*
4 *Non debet ſuperior excommunicatum abſoluere, niſi legitima & uera cauſa appellationis probata.*

PER TVAS. (Videtur) Horũ opin. mala eſt, niſi de illis intelligant, qui per archiepiſcopum abſolui nõ poſſunt de quibus manifeſtum eſt, q, ſunt iuſtè excommunicati. †(Defertur) id eſt, deferri nõ debeat de iure, puta quia excommunicatus appellare non poteſt de iure, & hoc eſt quod ſequitur. excommunicatus aũt, etc. loquitur ſecundũ opinionem eorũ, quorum opinionem narrat, non enim eſt verum, imò etiam excõicatus appellat. ſ. de excep. cùm inter. ſed decepti fuerunt iſti per decre. ſ. de ap. paſto. quæ non dicit, quòd non poſsit appellari, quo ad hoc, vt illa appellatio negotium transferat ad ſuperiorem, ſed quod ſecum feret executionem. †(vocem) hîc patet hanc decre. Alex. loqui, quando per app. poſt ſententiam excommunicationis interpoſitam, negotium fertur ad ſuperiorem, quàm ante cognitionem habeat ſuperiori ſuper principali cauſa, quãdo per appellationem vel ſimplicem quærimoniam, ad eum cauſa defertur. not. ſup. de reſcri. ab excommunicato. (audiendi) ſuper principali cauſa (remittendi) ſuper principali cauſa (in Sardicen.) 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus. fortè (abiectus) id eſt, excommunicatus, & intelligitur poſt appellationem, vel tolerabili errore expreſſo (vtrum) ex nunc interpretatur capitulum. Sardi. (intolerabilem) intolerabilis error eſt, ſi mandauit aliquod peccatum. Item ſi mandaret contra ius (eorum) id eſt, appellationis permiſſæ vel in-
2 tolerabilis erroris expreſsi. †(de ipſis) id eſt, de intolerabili errore, vel quod poſt appel. lata ſit ſententia. de hoc not. ſup. de appel. lata ſit ſententia. de hoc not. ſup. de appel. dilect. ſi autem conſtaret appellatum, ſed diceretur iniuſtè appellatum, nõ negaret in alijs audientiam, ſed tamen cognoſcetur, ſi iuſta præceſsit appel. vel iniuſta, quia ſi iuſta præceſsit appellatio, pronunciabitur excõmunicatio nulla, ſi verò iniuſta præceſsit appellatio, remittetur ad excommunicatorem abſoluendus, & mãdata recepturus. ſ. de offi. deleg. cùm contingat. alij verò dicunt, quòd quouſq; cõſtat de iuſta appellatione, & iniuſta excõmunicatione, ſemper debet in alijs euitari. & no. ſup. de appel. dilect. nos dicimus, quod ſemper eſt vitandus, quouſque conſtet, vel nullam ſententiam, vel abſoluatur ad cautelam, vt hîc. Hodie hæc correcta ſunt. inf. eo. ſolet.

†(Conſtiterit) proſequendo appellationem, poſtquam appellator dicitur excommunicatus. Imò plus dicimus, quòd etiam ſi non proſequatur appellationem, ſed in modum replicationis proponat appellationem legitimam, audiendus eſt. VERBI GRATIA: Peto à te centum, tu excipis excommunicatum aliqua excõmunicatione, ego replico, illam excommunicationem præceſsiſſe legitimam appellationem, ſum audiendus, nam ſi ita eſt, quod conſtet excommunicationem nõ tenere, & me poſſe agere, & ſic admittendus ſum ad agendum. arg. ff. de inoffi. teſt. l. contra vete. §. ſi quis filius. ff. ex quibus cauſ. ma. nécnon. §. vlti. & poteſt

hanc replicationem legitimæ appellationis, non solùm intra annum, sed quamdiu voluerit opponere. Alij tamen dicunt contrarium, & fortè melius. de hoc not. ff. de app. sæpè. nisi fortè prosecutus fuisset appellationem, quia tunc semper & perpetuò de appellatione præcedente excipere & replicare posset (in alijs) iudicijs, secùs in negotijs extra iudicia. sup. de ap-
3 pel. dilect. inf. eod. solet. in fin. †(Consueuerit) non enim auditur is, pro quo est excommunicatus, si dicat prius cognoscendum de appel. quam absoluatur. de hoc not. inf. eod. solet. sed quid dices dicitur appellationem non tenere, quia manifestum erat crimen. sup. de appel. cùm sit Ro. proposuit. & dicitur non præstandam absolutionem, nisi præcedente emenda. inf. de ver. sig. ex parte. & c. seq.

Ex aduerso dicitur ex quo excommunicatus est post appel. quòd absoluendus est ad cautelam, quantum nobis videtur, vbi dicitur non tenere appellationem, nec excommunicationem, propter manifestam offensam promulgatam non absoluetur ad cautelam, sed de facili intra octo dies. inf. eod. solet. ille, qui excipit, de manifesta offensa, eam probet. alioquin, si longius interuallum, quod arbitrio iudicis dicimus relinquendum, petat ad probandum, si voluerit, sufficientem cautionem præstare de satisfaciendo, prout ius requirit ipsum absoluere, eius quod dicitur. inf. eod. sacro. vbi dicitur, quod excommunicatus debet remitti ad excommunicatorem, si sine periculo moræ fieri potest, quamuis ibi loquatur de eo, qui dicit se iniustè excommunicatum. hîc autem proposita est quæstio de eo, qui post appellationem legitimam, dicitur excommunicatus, quia ipse absolutionem petere debet, quamuis non credat se excommunicari, quia in dubijs in tutiorem partem declinare debemus. sup. de spon. iuuenis. Alij aliter dicunt, sed nónne hæc consuetudo est extendenda ad archiepiscopos, & alios iudices, ad quos appellatur. argumen. quòd sic. 12. distin. per totum. de consec. distin. 1. basilicis.

Alij dicunt contrarium in præcedenti casu, tamen si vellet meo consilio credere, peteret absolui ab excommunicatione lata in se præmissa protestatione, quod per absolutionem non fiat sibi præiudicium in aliquo, puta si interim celebrauit, quod ex celebratione non fit irregularis, & quod per absolutionis petitionem non confitetur sententiam tenere, & facta hac protestatione, siue superior eum absoluat, siue eum ad excommunicatorem remittat, non sit sibi præiudicium, quia hæc protestatio ex probabili causa fit, vnde prodest vt no. extra de consti. cùm M. & de elect. cumana. & secundum hoc optimè intelligitur, quod hîc dicitur, quia fit absolutio ad cautelam, sic enim benè cauetur vtrique. Nam illi, pro quo vel in cuius fauorem excommunicatus est, nullum fit præiudicium in iure suo, si proximus suus communioni ecclesiæ restituitur, est enim excommunicatio medicina excommunicati non ius alicuius. 2. quæstio. 1. multi. Et hinc est, quòd non auditur appellans, qui appellat, ne absoluatur ille, qui pro eo excommunicatus est. inf. eod. sacro. cauetur etiam excommunicato, ne in dubio periculosè sine absolutione maneat, & potest dici, hanc ipsam absolutionem debere fieri ad cautelam, non solùm quando dicitur lata sententia excommunicationis post appellationem, vel intolerabili errore expresso, sed etiam quando contra aliquem qui agit opponitur excommunicatio, vt repellatur ab agendo, nam etiam in hoc casu, si petat absolui ad cautelam cum præmissa protestatione, non video, quare sibi non debeat dari, dummodò ab ipso, à quo petitur, absolutio vel eius authoritas, vel eius subdito dicatur excommunicatio lata. argumen. sup. de cle. excom. mi. Apostolicæ. inf. eod. c. venerabilis. tamen per hoc non prodest sibi, quin sit irregularis, si scienter post excommunicationem celebrauit, & hoc est de prouisione vel permissione plus, quàm de iuris rigore. Nunquam enim sine protestatione absolutio fit præiudicium, si apparuerit sententiam tenere, neque prodesset, si apparuerit sententiam tenere, etiam si sit iniusta, si autem iudex, vel aduersarius petant, quod confiteatur sententiam tenere, antequam absoluatur, malè faciunt, ex confessione enim sua modo. Nec debet aduersario aliquid accrescere, nec sibi deperire. argument. ff. si ser. vend. l. sicut. §. quæritur. sed & hoc idem dicendum videtur, etiam si non protestetur, sed hoc securius est, id est, in his qui dicunt se iniustè excommunicatos (verum) ex nunc incipit interpretari decre. Alexan. quæ loquitur, quando aliquis non contendit se post appel. excommunicatum, vel intolerabilem

errorem expressum, sed dicit se iniustè excommunicatum, & ante appel. quod patet ex verbis Alex. vbi dicitur, quòd si ante app. etc. per quod patet, quòd post sententiam appellatum fuit. Si enim non esset appellatum post sententiam, nō de gratia, sed necessitate ad excōmunicatorem remittitur. suprà, de offi. ord. ad reprime. nisi periculum esset in remittendo.
☞ inf. c. sacro. §. 1. †(Absoluere) præmissa tamen cognitione, quod ex iusta causa sit appellatum post excommunicationem, & quod vera sit causa appellationis, quia si appellatio non fuit legitima, & etiam vera, causa non transfertur ad archiepiscopum, & sic non valet eum absoluere, neque valet absolutio. Alij tamen dixerunt, quòd ex quo coram archiepiscopo est probatum, quòd ex causa legitima est appellatum, etiam si non constet de veritate causæ: tamen quia hoc cognitionem habet, statim absoluet eum. Alij dicunt, quod à sententia excommunicationis tenet appellatio, etiã sine expresione causæ, sicut à sententia diffinitiua: sed hoc nō placet, quod sic probo, appellatio quò ad excommunicatorem nihil valet, quia semper excommunicatio secum trahit executionem. suprà, de appel. pasto. sed quò ad principale negotium facit, quia si iusta causa est appel. illud trahit ad cognitionem superioris: sed si est iniusta, tantùm apud primum iudicem remanet iurisdictio, qui solus absoluet.

4 †Item sicut superior non debet absoluere excommunicatum à subdito, qui per simplicem querimoniam accedit ad superiorem: sed eum debet remittere ad excommunicatorem. infrà eod. sacro. sic, & si appellauit non debet absolui à superiore, nisi prius constet de iustitia: aliàs de iusta appellatione. suprà, de offic. ordi. ad reprimen. primum dictū magis placet, scilicet, quod superior nō debet absoluere excommunicatum, nisi probata legitima, & vera causa appellationis, cùm interim iurisdictio remaneat apud iudicem à quo est appellatum, & tenebit, quòd faciet nisi obtulisset, se coram eo probaturum causam appellationis. suprà, de appel. interposità. in prin. sed decr. Alex. cuius tenor hîc inferitur, videtur contradicere, vbi dicitur, quod in optione superioris est, ad quem appellatum est, vtrum absoluat ipse, vel ad excommunicatorem absoluendum remittat, quod non potest intelligi, quòd habeat hanc optionem, postquam cognouit de appellatione, quia tunc si cognouisset, quòd post appellationem legitimam excommunicasset, iniustè faceret si ad eum, qui iniustè eum excommunicauit, & qui puniendus est, eum remitteret. Item si constaret, quod appellatio esset iniusta, & excommunicatio iusta, malè faceret superior, si eum absolueret, vt hîc in fin. dicitur.

Sed resp. tenorem illius decre. habuisse olim locum, quando licebat appellare etiam sine causa. suprà, de appel. cùm sit ro. quia tunc semper per omnem appellationem deuoluebatur iurisdictio ad superiorem, nec erat necesse, quòd cognosceret de causa appellationis, an esset iusta, nécne, sed de principali statim cognoscebat, & ideò bonum erat tunc, quòd si appellatum erat, quod posset absoluere, & etiam remittere: sed hodie cùm ad superiorem non deuoluatur iurisdictio, nisi probata vera & legitima causa appellationis, non habet locum, quod possit absoluere vel remittere, sed expectare debet quousque cognoscatur de appellatione, an sit iniusta, vel iusta (audiat) secùs si per querimoniam detulisset causam ad superiorem, vt no. sup. de rescri. ab excommunicato (manifestum) & de hoc constat episcopo; vel per testes, vel per publicam famam. suprà, de spon. cùm in tua. vel etiam si hoc non constet episcopo, tamen vel alius hoc sit probare paratus (non debet) etiam si sit appellatum, & secundum hoc potest saluari opinio (absoluere) sicut econuerso si cognosceret notum esse, excommunicationem non tenere, posset denunciare superiorem non soluendam. suprà, de appel. solicitudinem.

CAPVT XLI.

SI ALIQVANDO. (Credatur). Repete quæ diximus sup. de princi. cùm olim. in fin.

CAPVT XLII.

EFFICII. (Veritatem) hanc, scilicet se esse excōmunicatū abillo vel ex alia causa. ff. eod. cùm pro causa. (non prodest) vt reputetur absolutus, & reconciliatus ecclesiæ (absolutionem) in ecclesia cum solennitate, quam habes sup. eod. à nobis. §. pe. vel commu-

nioni hominum reſtituatur. Credimus tamen, quod à ſententia ſua excommunicationis, abſoluet eum verbo proferendo ſententiam abſolutionis, ſi quęres ad quid valet hæc ſententia excommunicationis? Reſpon. habet duos effectus, vnum eijciendi extra eccleſiam, & alterum confirmandi, ſiue retinendi extrà, ſic & abſolutio habet vnum effectum remittendi in eccleſia, & quantum ad hunc effectum, non abſoluitur niſi ab omnibus abſoluatur, habet & alium, ſcilicet, remouendi impedimentum, valet ergò quoad ſecundũ effectũ, qa quantò erit breuiter funiculus, tantò facilius poterit liberari. ſup. de treu. c. 1. & quantum ad hunc ſecundum effectum, poteſt quis pluribus excommunicationibus ligari. 3. quæſtio. 4. Engeltrudam. Alij dicunt non, ſic faciendam abſolutionem, ſed vna abſolutione tolli omnes excommunicationes, ſicut vna acceptilatione tolli omnes obligationes. C. de tranſact. tranſactio. ff. de accep. pluribus. Alij dicunt, quòd omnes excommunicatores delegabunt vices ſuas vni, vel quilibet abſoluet ſolenniter, & vltrà confirmabit præcedentia. ff. de ſer. ruſti. præ. per fundum. de hoc no. ſup. eod. cùm pro cauſa.

CAPVT XLIII.

RESPONSO. (Ciues) ſcilicet, conſiliarij, vel alij, qui delinquerent. arg. ſup. de ſimo. veniens. & ſup. de cle. excõ. mi. lator. ciuitates eum non poterant excommunicari vel vniuerſitas. ſ. eod. Romana. §. vniuerſi. 24. quæſtio. 3. ſi habes. vel quòd ſpeciales ciues erant excommunicati, ſed tota ciuitas interdicta (eccleſiam) not. excommunicatos poſſe ingredi eccleſiam, dummodò non audiant officium.

CAPVT XLIIII.

1 *Debet unuſquiſque potius omnia malapati, quàm cõtra conſcientiam peccatũ operari mortale, & uide in num. 2. & uide etiam nonnulla ad hoc propoſitum, in nume. 3. & 4.*

INQVISITIONI. (Diſtinguendum) ſecundum hanc diſtinctionem intelleximus. ſup. de reſtit. ſpo. literas. ſ. de diuor. quanto. †(In primo) ſcilicet, quando ſine mortali peccato ei commiſceri non poteſt, puta, quia eſt eius conſanguinea, ſed ſi ſine peccato poteſt ei commiſceri, ipſa tamen priuata eſt iure petendi, vt, quia cõmiſit adulterium, poteſt ei reddere debitum, nec credimus ei propter hoc fieri præiudicium, quia propter hoc videatur accuſationem adulterij renunciaſſe, cùm, ſi aliter diceretur, eſſet lex, vel præceptum iudicis iniquum, quòd eum illaquearet. 27. quæſtio. prima. de viduis. & ſuprà, de reſtit. ſpo. literas. Imò nec illam irregularitatem, de qua habetur. 34. diſtin. ſi cuius. incurrit. Exigere autem non debet, & hoc dicimus, ſi factũ non ſit adeò notorium, quod non ſit inficiationi locus, tunc enim ſua authoritate dimittere poteſt. ſup. de diuor. ſigni. contradicit. ſup. de diuor. porrò. Et eſt hoc ea ratione, quia ipſa adulterium committendo, ipſo iure priuata eſt poteſtate petendi debitum, vnde iſte reddere non tenetur, imò ſi reddat cùm non teneatur, crederem ſibi fieri præiudicium, & irregularitatem incurrit, ſi tamen mandato iudicis iniquè præcipientis, vel etiam iniuſtè, quia fortè ſibi non conſtat de adulterio, non credo quòd fiat ſibi præiudicium, vel irregularitatem incurrat, quidam tamen dicunt, quòd irregularitatem incurrit.

2 †In primo) idem videtur dicendum in ſimili. VERBI GRATIA, aliquis vidit, & cognouit indubitanter, quòd aliquis iniuſtè & iniurioſè verbera uit clericum, nam iſte omnibus modis debet abſtinere ab eius communicatione, ſaltem in priuato, ſi percuſsio fuit priuata, & in publico, ſi fuit publica, & prius debet ſuſtinere excommunicationem, quam ei communicet. Si autem pro certo neſcit percuſsionem iniuſtam, ſed probabiliter, & diſcretè hoc credit, tunc per ſe non cõmunicet ei, ſed ad petitionem percuſſoris non vitet eum etiam in priuato, licet poſſet ratio diuerſitatis aſsignari, quia communio eſt voluntaria, ſed redditio debiti, eſt neceſſaria. Si autem iniuſtam percuſsionem credit, ex leui & temeraria credulitate, tunc & per ſe, & per alterius participationem ſecurè communicet ei. Quidam tamen dicunt, quantumcunque publicè quis clericum percutiat, nunquam tamen, nec à videntibus, quando percutitur, nec ab alijs vitari debet, quia licet in veritate ſit excommunicatus, nondum eſt tamen excommunicatus nominatim, niſi per iudicis ſententiam excommunicetur. 2. quæſtio. 1. multi. Sed nobis videtur, quòd aliter etiã, quàm per ſententiam poteſt eſſe notoria excommunicatio alicuius, ſicut & fornicatio. ſup. de coha. cle. & mu. veſtra. vbi not. & c. multi. loquitur, quando excommunicatio non erat notoria, licet eſſet talis, quod probari poterat, puta, quia multis videntibus facta erat iniuſta percuſsio, tunc enim ſatis credo, quòd non debet vitari, niſi primò condemnetur, & ſic loquitur. c. multi. ſi autem aliquis fuit publicè per ſententiam excommunicatus, & denunciatus, & poſtea iſte excommunicatus inueniatur in remotis partibus ab aliquo, qui fuit præſens, quando fuit ſententialiter excommunicatus, debet eum vitare & in publico, & in priuato. Ridiculum enim eſſet dicere, quòd non deberet vitare excommunicatum, niſi quando paratas habet probationes, imò idem videtur, ſcilicet, quòd debent vitari ab eo, etiam ſi oẽs illi mortui ſunt, qui ſententiæ interfuerunt. Nec eſt contra. 6. quæſtio. 2. c. 2. & 3. quia loquuntur, quando excommunicatio nunquam fuit notoria, hìc autem locuti ſumus, quando excommunicatio aliquando fuit notoria, vel per ſententiam, vel per euidentiam facti indubitatã. ſufficit enim factum fuiſſe notorium aliquando, & alicubi, etiam ſi probationes defecerint, illi autẽ fortè dici poſſet, quòd Abbas vel alius prælatus præciperet monacho, vel ſubdito ſuo, quod celebraret præſente illo, quem ipſe ſcit aliquo prædictorum modorum indubitanter excommunicatum, ſed Abbas & alij neſciunt, quod celebrabit, ſed proteſtetur ſaltem nouit excommunicatum, quod non intendat orare, nec celebrare cum excommunicato, ſed cum alijs, ſed ſi præciperet ei quod cum eo ſolo celebraret, non debet obedire, quia peccatum eſt. ſup. quòd met. ſacris. Sed quid ſi iſte excommunicatus dicit: ego fui abſolutus à prædicta excõmunicatione, ſed non habeo ad præſens inſtrumentum vel teſtes, videtur quòd ſit ei credendum ſine alia. ar. ſuæ abſolutionis. arg. ſup. de cle. percuſ. c. 1. & 2. ſed videtur quòd ſi eius excõmunicatio nulli eſt præiudicialis, quod poſsit ei communicari, ſi aliàs eſt perſona bonæ vitæ, & maximè, ſi hoc iurat. arg. ſup. de cle. percuſ. tuæ.

3 †(Mortale) ſed quid ſi mortale peccatum non præcipiat, ſed aliàs iniuſtum, videlicet, quod det alicui ſine cauſa libros ſuos. vel domum, & ſi non dedit, ſit excõmunicatus, nunquid dare tenetur? Reſpõ. non, ſed aget cum ſuperiore, vt abſoluatur. inf. eod. ſacro. & ille, qui conſuluit ei, quòd non ſatisfaciat, non incidit in canonem maioris excommunicationis, quia non communicat crimini, quia non eſt crimen, ſi non obedit in minorem, tamen excommunicationem benè incidit, quia eam ſeruare debet, etiam ſi ſit iniuſta. 11. quæſtio. 3. c. 1. ſed quid ſi Papa iniuſtum præcipiat, qui ſuperiorem non habet, cũ quo agi poſsit, poteſt dici, quòd ſi de ſpiritualibus vel eccleſiaſticis perſonis aliquid præcipit, etiam iniuſtum illud ſeruandũ eſt, quia nemini licet de eius factis iudicare. 40. diſtin. ſi Papa. 9. quęſtio. 3. cuncta. & multis alijs. c. niſi mandatum hęreſim cõtineret, quia tunc eſſet peccatum, vel niſi ex præcepto iniuſto vehementer præſumeretur ſtatum eccleſiæ *a* turbari, vel etiam fortè alia mala ventura eſſe, quia tũc peccat obediendo, cùm debeat futura 4 mala præcauere, non iuuare. †Item ſi *b* præcipiat laico *b*, qui non eſt de iuriſdictione ſua, nec ratione perſonæ, nec cauſæ, nec alia, nec video quare debeat obedire, ſed tamen excommunicationem ſemper obſeruet, quia cùm in poteſtate ſua ſit eccleſia militans, & ad eius mandatum debeant ſacramenta miniſtrari, nullus contra eius mandatũ debet ſe eis immiſcere.

a *Statum eccleſiæ. Adde Pet. de Anchar. in conſil. 281. & uide Felin. in c. ſi quando. ſup. de reſcri. & in c. quæ in eccleſiarũ. co. 12. ſup. de conſtit.*

b *Præcipiat laico. Hoc refert Felin. in ca. 1. ſup. de conſti. col. 9. uerſic. tertia declaratio. & adde Abb. in c. uenerabilẽ. col. 2. uerſi. 3. not. ſup. de elect. & in c. quæ in eccleſiarũ. co. pe. ſup. de conſtit. & Alex. de Imol. in cõſil. 4. col. 1. in 5. uolum.*

CAPVT XLV.

CONTINGIT. (Si tertio) ſup. eod. in audientia. ſup. de priui. ex parte. contra. ſup. eod. perpendimus.

CAPVT XLVI.

IN PRAESENTIA. (Obijcere) repete quæ diximus. ſ. de excepti. à nobis. (obijcere) ſi denunciabant. hoc ſolùm ſufficit ad repellendum eos à denunciatione, quòd non præceſsit monitio. ſup. de accu. ſuper his. ſi accuſando ſufficit ad repellendum accuſatorem, quod erat criminoſus, ex eo quod participauerat excommunicato. ſup. de accu. c. penul. 2, quæſtio. 7. quærendum accuſatio.

CAPVT XLVII.

1 *Denfenſio clericorũ ad ius publicum ſpectat, unde omnes tenentur eos defendere. Et quid ſit dicendum, ſi clericus tãtùm uerberetur.*

QVANTAE.(Obuiare)83.di-ſtin.§.1.86.diſt.non ſatis.ibi paſce.23.q.3.nõ inferẽda.& c.vlti.ff.ad ſil.l.2.§.cùm aũt. Sed contra ſi illicitum eſt accipere pecuniam pro defenſione.ff.quòd met. cau. metum.§.ſed licet.nec repetitur.ff.de don.pater.§.his.ergò non tenetur defendere,quia ſi teneretur,poſſet repeti pecunia.ff. de condi.ob tur.cau.l. vlti.

Quidam dicunt,quemlibet teneri ad defenſionem clerici. argum.90.diſt.præcipimus.3.quæſt.1.nulli.& c.ſeq. Nec obſtant ſupradicta, cùm officialis gratis teneatur ſuum officium impendere, & tamen ſi recepit, non repetitur.14.quæſtio. 5.non ſanè.Item pro eis eſt,quia defenſio clericorum ad ius publicum ſpectat,vnde omnes tenentur.1.diſt.ius publicum. Alij dicunt tantùm iudices, & eos qui ſuper percutientes clericos poteſtatem habent aliquam,teneri ad defendendum.24.queſtio.4.fortè. † Idem dicerem de eis,quorum nomine fit verberatio,non crederem tamen talem incidere in canonem,ſi ex negligentia non prohibeat,cùm neceſſarius ſit dolus ad hoc, vt quis incidat,ſed per hanc decre.ſiue ſuo nomine verberetur clericus,ſiue non,ſiue ſit in ſua poteſtate, ſiue non,ſemper cadit in canonem, dummodò dolo fecerit.

CAPVT XLVIII.

1 *Monitio quando ſit neceſſaria uel non.*
2 *Priuatur ingreſſu eccleſiæ excommunicans aliquem iniuſtè.*
3 *Nota hîc, & in nu.4.5.quoſdam caſus,in quibus hæc decretalis habet locum,uel etiam non habet.*
6 *An imminente periculo, debeat ſemper abſolui excommunicatus.*
7 *Non poteſt excommunicatus aliquam cauſam proſequi,niſi petat ſe abſolui.*
8 *In petitione abſolutionis non eſt neceſſarius libellus,nec lit.conteſt.*
9 *Intereſſe dicitur conſtare per iuſiurandum in litem.*
10 *Intereſſe, ſeu æſtimatio,ſeu pretium, aliud eſt conuentum,aliud commune,aliud ſingulare.*
11 *Valet petitio,etiam ſi corpus rei,quæ non extat,petitur.*
12 *Cùm petatur abſolutio, tantum non eſt neceſſe uocari excommunicatorem.*
13 *Excommunicator non ſtatim,cùm abſolutus fuerit ab excommunicatore, debet ei præcipere.*
14 *Quemadmodum ſententia excommunicationis trahit ſecum excommunicationem, nec impeditur per appellationem,ſic ſententia abſolutionis.*

1 SACRO.(Competenti)†Monitio eſt neceſſaria etiam in notorijs & in omnibus, niſi in futuris, vbi non eſt neceſſaria monitio, quia tempus monet.5.q.1.quidam(cõpetenti)monitio ſufficit,vbi factum eſt notorium,vel ſententia lata,alioquin oportet etiã cognoſci, an cauſa ſubſit.2.q.1.nemo(admonitione) trina.24.qõ.3.de illicita. Dicimus tamen, quòd non incurrit pœnam huius decre. etiam ſi ſemel tantùm moneat, licet ſit quandoq; honeſtum,quod ita faciat.ar.ĩ. vt lit.non conteſt.tuæ.4.quæſt.5.c.1.in fi. (præſentibus) ſcilicet, vna cùm monitor. ſup.de teſt.in omni.

2 †(Ingreſſum)per hoc intelligo eum priuatum ingreſſu eccleſiæ,non ſolùm,vt non licet ſibi miniſtrare in eccleſia in ordine ſuo,ſed etiam non licet ei in eccleſia intereſſe diuinis, ſiue cum alijs pſallendo,ſiue non pſallendo,ſed tantùm audiendo. Imò plus videtur, quòd etiam ſi ibi ſit, non liceat orare, & ſi moreretur, non deberet in eccleſia,ſiue in cœmeterio ſepeliri,non negamus tamen, quin per eccleſiam tranſire poſſit,extra eccleſiam autem poteſt diuina officia celebrare,etiam in officio ſuo, non obſt.tali interdicto , & hæc ſatis probantur ex propria verborum ſignificatione (eccleſiæ) & eſt hoc verum , ſi procedit tanquam iudex, ſecùs ſi procederet tanquam pars, ſuum exequens officium.ſup.de cenſi.c.venerabilis.in gloſſ.quia ſæpè vltra medium. (iuſta)ex cauſa (interdictum)ipſo iure (plectendum) aliàs multandum , & excommunicatus abſoluetur à ſuperiori, ſi eſt certum , quòd non proceſſerit monitio. argumen.5.quæſtio.prima.nemo. (caueat)excommunicator.(manifeſta)& coram ſe probata.2.quæſtio.prima.nemo.(requiſitus) ad hoc facit requiſitio, quòd imponitur ei pœnitentia, ad intereſſe autem tenetur,etiam ſi non ſit requiſitus,ſed per imprudentiam iudicauit.inſtit.de oblig.quæ ex quaſi delict.in princ. (reuocare) ad hoc. ſup. de procur. querelam.gloſſ.reuocando primam. †(Reuocare) videtur quòd non poſſit reuocare, cùm ipſe excommunicator ſit priuatus ingreſſu eccleſiæ.ſup.eod.§.1.Reſpon. ibi loquitur de ſententia iniuſta, ex ordine,hîc de ſententia iniuſta,ex cauſa,ſed & ſi eſſet priuatus ingreſſu eccleſiæ excommunicator, ſicut in ſuperiori caſu, & tamen ſententiam abſolutionis feret, & alius

alius non ipſe in eccleſiã introducet. arg. ſup. de cle. exc. mi. ſi celebrat. & etiam ſi ipſe idem introduceret in eccleſia, licet peccaret,tamẽ abſolutio teneret. Vel dic, benè introduceret in eccleſia, licet ibi officium dicere non poſſit.ſup.eod. reſpon. inf.eod.duobus. hoc non placet.

3 †(Reuocare)hæc decr.non habet locũ, quando aliquis iudex,cum cauſæ cognitione tulit ſententiam,contra aliquẽ,ſuper aliqua re alij danda , & quia eam non dabat, & quia rei iudi. non parebat eum excommunicauit, nam hîc conſtat, quòd iſte excommunicatus non eſt abſoluendus,niſi ſententiæ pareat, cùm manifeſta ſit offenſa, de qua conſtat per ſentẽtiam, à qua non eſt appellatum. inf. de verb. ſigni.cùm olim.& c.ex parte.poſſet tamen dici, quod in prædicto caſu habet locum hæc decre. non quòad illum articulum, quod poſſit abſolui, niſi pareat rei iudicatæ, ſed quò ad alium articulum, ſcilicet, quod iudex eum condemnet ad intereſſe, & aliàs prout viderit expedire. Item iudex audiet nunc excommunicatum, poſt abſolutionem , ſi velit agere contra iudicẽ:quia malitioſè,vel per imprudentiã cõdemnauit eum.inſti.de obli.quæ ex delic. in prin.nec ob.exceptio rei iudi.à qua non eſt appellatum:quia aliæ ſunt perſonę,inter quas modò agitur,ſcilicet iudex & excommunicatus, & aliæ fuerunt perſonæ, inter quas primò actum fuit.

4 † Itẽ ad aliud modò agitur:quia ad intereſſe,& alias pœnas,ad aliud primò,ſcilicet ad rem quæ petebatur. Item hæc decre.poteſt habere locum, vbi aliquis eum excommunicauit non procedendo ordine iudiciario, nec cõſeruato:& in hoc caſu ſiue appellauerit excommunicatus, ſiue non, tamẽ de excommunicatore apud ſuperiorem poteſt deponere querimoniam , & tunc videtur procedendum , & ad abſolutionem excommunicati,& ad condemnationem excommunicatoris ſecundum tenorem huius decr.vocabitur tamẽ aduerſarius , & ſi tunc vellet dicere, eum pro notoria cauſa excommunicatum,au-
5 dietur.inf.eo.ſolet. †(Remittat)hoc intelligo , quando non fuit appellatum. de hoc no.ſup.eod. per tuas.ſup.de offic.or. ad reprimen.Item hîc loquitur, cùm dicitur iniuſta excommunicatio,ſed non probatur, ſi enim de ea conſtaret, non remitteretur ad eum.2.quæſt.1.nemo.Item non decet, quòd ex eodem facto pœnam, & præmium conſequatur. ff. de neg. geſt. ſiue.

6 †(Alioquin)hoc eſt nouum ius, vt ſi periculum imminet,abſoluatur:nobis videtur, quòd etiam ſi non immineat periculum, dummodò mora magna interceſſura ſit in abſolutione, ſi remittitur ad excommunicatorem, quòd eum abſoluere poteſt ſuperior,quæ autem dicatur mora, arbitrio iudicis cõmittitur.argu.ff.de ver. ſign.inter.& ſi ſuperior dicit aliàs eſſe moram, vbi mora fortè cenſeri non deberet, nihilominus abſolutio tenet: quia ex quo ſuperioris cognitioni committitur, quòd ſuper hoc arbitretur,& diffiniat, ſiue benè ſiue malè diffiniat , ſiue arbitretur : eius diffinitio firma erit, & abſolutio tenebit, cùm hæc excommunicatio , & abſolutio ab eccleſia ſint introductæ , & ipſe ſuper hoc habet iuriſdictionem.(Impendat) in cauſa autem non procedet, cùm non ſit ad eum appellatum.ſup. de reſcri. ab excom. (Ad intereſſe) damnum ſumptus, ſcilicet litis & cætera conſimilia. †Item dicunt quidam eum tenere,ſi propter hoc amiſit dignitatem,ſiue beneficiũ,eſt enim intereſſe circa rem. 12. quæſt. 2. ſi quis de laicis.2.q.6.ſuper ea.ff.de act,emp.& ven. Iulianus.emptorem.in princ. (ad intereſſe) hic etiam punitur maiori excommunicatione,vel magis communione hominum.24.quæſt.3. de illicita. Item tenetur iniuriarum.11.quæſt.3.illud temerarium. Item pœna ſacrilegij.24.quæſt.3.nõ in perpetuum.

7 †Ad intereſſe, ſi fuit petitum,aliàs enim non tenetur.ff.de ædili.edic.ędiles etiam. §. item ſciendum. Sed videtur contra, quia excommunicatus non poteſt proſequi aliquam cauſam,niſi peteret ſe abſolui. ſup. de offic.dele. cùm contingat. ſup. eod. per tuas. ſol. iſta intelligitur de alijs, quæ non contingunt expen. ſed expenſis intereſſe (iniuriam) benè petere poſſunt, quæ deſcendunt ex excommunicatione, vel eius occaſione veniunt, vt hîc.argu. ſup.de appel.ſolicitudinem. vel dic, & melius, quia hic de quo agitur, prius abſolui debet, quàm agat. ſup. eodem.per tuas. & videtur dicendum, quòd quando agitur ad pœnam imponendam, excommunicato vel intereſſe, quod libellus porrigendus ſit ei , qui ſe opponit, & à quo prædicta petuntur, & cauſa exprimenda eſt in libello, cùm perſona ad ea obligata dicatur:vt no. ſup. de offi.or.cõquerente . & poterit conuentus excipe-

re de ſpoliatiõe, ſicut in alijs petitionibus poteſt opponi. ſuprà, de ord. cog. cùm dilect.

8 † Si verò tantùm abſolutio petatur, hîc fortè non erit neceſſarius libellus, nec lit. conteſt. nec admittitur exceptio ſpoliationis. Primò propter generalem rationẽ, quia cauſa merè ſpiritualis eſt, vnde non eſt in his rigor iuris ſeruandus, qui in ſecularibus obſeruatur. ſup. de do. c. 1. arg. 11. quæſt. 1. ſi quis. cùm etiã potiſsimè ad hoc facit, quia ſi prædicta requiruntur, periculum eſſet in mora, quod ſolùm ſufficit ad dãdam abſolutionẽ, vt hîc. ſup. in proxi. §. ſi enim aliter diceremus, cõtingeret quòd mora quam vitandam præcipimus, in ſolennijs iudiciorum induceremus, exceptio autem, quod alia excommunicatione ligatus ſit, ſemper competit cõtra petentem abſolutionem: quia ea probata abſolutio denegatur. ſup. eod. cùm pro cauſa officij. ſed hãc exceptionem nullus habebit, niſi ille, pro quo excommunicatus eſt, & cuius intereſt non abſolui. Ille autem cuius non intereſt, eum teneri illa excommunicatione, nec ex abſolutione aliquid conſecutus eſt, quare opponeret, vel quare audiretur non videmus, quia pro alio excipere non poteſt, ſicut nec agere, cùm non ſit procurator eius, nec exceptionem manifeſtæ offenſæ poneret, niſi qui offenſus eſt. Alij tamen dicunt, ſemper libellum porrigendum, & lit. conteſt. faciendam quando petitur abſolutio.

9 † Ad intereſſe) conſtabit autem intereſſe per iuſiurandum in litem, quia de dolo excommunicatoris agitur, & ideò rectè hoc iuſiurãdum in litem defertur pro intereſſe. ff. de in lit. iur. l. 2. & l. videamus. §. fi. & l. hac. §. ſed iudex. 2. queſt. 1. in primis. quidam tum dicunt, iuſiurãdum in litem non deferri, niſi vbi ſuccedit in loco alterius rei, in cuius exhibitione, vel reſtitutione ſit malitia, vel contumacia, vt ſi non exhibeatur vel reſtituatur res, quæ mandata eſt reſtitui. ff. de in lit. iur. l. 2. tamen leges videntur expreſſè dicere, quod etiã ſi nullum præceptum vel ſententia præceſsit, tamen differtur iuſiurandum in litẽ. ff. de dolo. arbitri. §. non tamen. ff. de in lit. iur. in hac. §. fi. ne quis eum qui in ius voc. l. fi. ff. rer. amo. non enim. ſed & ſi nõ defertur iuſiurandum in litem, tamen aliud iuramentum defertur. 2. quæſt. 1. in primis. quia ſæpè in cauſis eccleſiaſticis petitur intereſſe, ideò de intereſſe dicamus. Intereſſe dicitur æſtimatio in pecunia numerata, quæ ſuccedit in locum cuiuſque rei, ſi non detur vt debet, vel facti ſi nõ fiat, vt debet. ff. de re iud. ſi quis ab alio. & licet hoc intereſſe quando appelletur pretium rei, vel æſtimatio. ff. ad. l. Falc. l. pretia. tamẽ in eo aliquid plus eſt, quàm ſit ipſum verum pretium rei, quia computatur in intereſſe id, quod intereſt noſtra habere rem, quæ promiſſa eſt dari, vel habere factum, quod promiſſum eſt. ff. de act. empt. & ven. l. 11. in prin. & plerũque plus eſt hoc intereſſe, quàm ſit verum pretium rei vel facti. Item dicitur intereſſe etiam æſtimatio damni, quòd alicui contingit, & præter æſtimationem rei ſæpè contingit, peti rem, & intereſſe, quod oportet intelligi de alio intereſſe quàm de æſtimatione rei, cùm illa per ſe venerit in petitione, quando dixit quod petebat rem.

10 †Not. quòd intereſſe, ſiue æſtimatio, ſiue pretium, aliud eſt conuentum, aliud commune, aliud ſingulare. ff. de act. emp. l. 1. in prin. & quod couentum eſt intereſſe, quale eſt, quando dicit, ſi non fecero, q promiſi, dabo tibi pro intereſſe tantum, vel ſimpliciter, dabo tibi tantum, ſemper debet præſtari, niſi dolus interueniat in ipſius conuentione: vt no. in ſum. Azo. C. de dol. & de reſc. vend. Ad hoc autem intereſſe nunquam condemnabitur quis, niſi ſpecialiter petatur commune intereſſe, id eſt, communis æſtimatio damni, quod alicui contingit, ex eo, quòd id, quod dari, vel fieri debebat, datũ vel factũ nõ eſt, vel ſuo loco & tẽpore, vel aliàs vt debet, datũ, vel factũ nõ eſt. In hoc communi intereſſe, cõputãtur fructus rei debitæ, in qua fit mora, & mercedes, & pẽſiones, & augmẽta tũ pretij, propter locũ vel tempus, & conſimilia. ff. ad. l. Fal. l. pretia. ff. ad. l. Aquil. ſi ſeruum. ff. ſi cer. pe. vinum. ff. de acc. emp. ratio. §. fi. & l. fi. ſterilis. §. cùm per. vſuræ etiam computantur in hoc communi intereſſe, ſecundum legem. ff. de peri. & commo. rei ven. l. fi. C. de vſur. l. 1. ſecundum canones, cùm vſuræ omninò ſint prohibitæ nullo modo computantur in intereſſe, cùm nullus ex pecunia ſit fructus. 83. diſt. eijciens. Et ſic videtur quòd vbicunque pecuniam dari, eſt in obligatione, nullum intereſſe commune vel ſingulare petetur, niſi ſit de illis caſibus, vbi debetur extra rem, vel circa rem, ſed habetur æſtimatio lucri, & dicitur hoc commune intereſſe, quia æqualiter omnium cõmuni rationi, intereſſet in eodem contractu,

tractu, vel facto, ſingulari tamen ratione plus poſſet intereſſe. ff. ad. l. Aquil. ſi ſeruum meum. Hoc autem commune intereſſe, ſemper inſolidum præſtandum eſt, ſiue agatur ex contractu, ſiue ex delicto. ff. ad. l. Fal. pretia. ff. de acqui. ſi ſeruum. niſi in venditione, vbi venit ſingulare intereſſe. ff. de act. emp. l. 1. in prin. & intellige, quòd in prædictis æſtimatur commune intereſſe non in lucro ſed in damno, & obtinenti in cauſa reficitur communis æſtimatio damni, quod contingit ex eo, quòd id, quod dari vel fieri debeat, nullo modo datum vel factum eſt. ff. de dam. infe. proculus. & ff. de act. emp. ſi ſterilis. §. cùm per ven. ff. de peri, & com. rei. ven. §. fi. & ad hoc intereſſe, ratione damni præcedentis lit. conte. nullus condemnabitur, niſi ſpecialiter petitum fuerit, quod ſic probo, quia ſi tantùm petitur res, quæ dari vel fieri debebat, videtur velle contentus eſſe eo, quo ad præſentem petitionem, cùm de præcedentibus lit. conteſt. quæ pariter cum re petita debebantur, & peti poterant eadem ratione, cùm nullam mentionem faciat æſtimatio cõmunis, aut eius damni, quod venit poſt lit. conteſt. benè venit in condemnationem, etiam ſi non petatur. ff. de ædili. edic. ædiles. §. item ſciendum. Nec eſt contra. ff. ſi cer. pet. vinum. vbi inuenitur, quod ſi vinum petitum fuerit, tamen fit cõdemnatio ad æſtimationem eius damni, quod præceſsit lit. conteſt. quia ibi fit æſtimatio damni, ſecundum quod communiter valebat, & id ſemper debet præcedere lit. conteſta. quia ante diem non rectè agitur. ff. quando dies vſusfru. ce. l. 1. in fi. & not. ſuprà, de plus pet. ſol. ibi tantùm non fuit petitum vinum, ſed vinum cum intereſſe ſuo, & ſic ſemper faciendum eſt, quia quando petitur aliquid dari vel fieri, ſemper debemus petere id dari vel fieri cum ſuo intereſſe. Alioquin ſi non ſic petitum eſſet, ſi vinum tempore, quo ſolui debebat, valeret centum, ſi poſtea cùm petitur valet tantùm quinquaginta, communi æſtimatione tantùm in quinquaginta, & non in centum fiet condemnatio, ſed ſi vinum eſt petitum cũ ſuo intereſſe, condẽnabitur in centũ, tamen etiam ſunt certi caſus, vbi habetur ratio etiam lucri alicuius, licet non omnis, ſcilicet, quòd communiter habere potuiſſet, & puta ſi agitur arbitraria, de eo quòd certo loco promiſſum eſt, vel ſi agitur locati, vel ex ſtipulatione rem rat, habe. vel tutelæ, vel legis Aquil. vel ne quid in loco publico. ff. de eo quod cer. loco. l. 2. §. fi. ff. loca. l. ſi in lege. §. colonus. & l. in quo. & l. ſi fundus qui. in fi. ff. rem rat. habe. ſi commiſſa. ff. ad. l. Aquil. ſi ſeruum. C. arbi. tute. quicquid.

Alij tamen dicunt ſemper æſtimatione intereſſe, haberi ratione lucri & damni, quòd reuera & communi ratione iudex arbitrabitur cõtigiſſe, & ſic expreſſè videtur dicere. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. 1. & etiam æquitati conſonat. hoc autem commune intereſſe, quod eſt tantùm circa rem, præſtatur ſi res vendita non traditur, ſi velit emptor, ſed ſi traditur vitioſa tunc tenetur etiam ad intereſſe, quòd eſt etiã extra rem. ff. de act. emp. ſi ſterilis. §. cùm per venditorem. †Item idem intereſſe, quod extra rem præſtaretur, quando ex maleficio agitur. ff. ad. l. Aquil. proinde. ff. de fur. infirmus. §. 1. ff. de condic. fur. l. 3. & idem in actione exhibenda. ff. ad exhiben. ſi optione. & l. ſed & ſi. idem in actione exempto. ſi malit ſingulare, quàm commune. ff. de act. emp. in prin.

Singulare intereſſe eſt æſtimatio, quæ venit ex ſpeciali affectu, ſicut eſt in patre libero circa filium ſuum: vel quæ euenit ex ſpeciali vtilitate, vt eſt in libro viſitato. ff. ad. l. Fal. pretia. ff. ad. l. Aquil. ſi ſeruum. hoc autem ſingulare intereſſe ſi ex contractu certo debeatur, qui ſcilicet contineat certam quantitatem, vel certam rem, vel incertam in indiuiduo, ſcilicet certam in ſpecie, vt ſi debet hominem. & l. dicit ſingulare intereſſe præſtandum, cùm aliter præſtari non debeat niſi. L dicat, præſtabitur vſque ad duplum communis intereſſe, & non vltra. C. de ſen. quæ pro eo quod intereſt. l. prima. §. ſancimus. ff. de lega. tertia. quiſquis. nec obſt. l. fi. ff. de act. emp. & ven. l. ratio. §. fi. per ven. & l. Iul. inter eum. §. ſi verò. &. §. item qui rem. quia illæ leges non loquuntur de ſingulari intereſſe, ſed de communi circa rem, vt totum debeat præſtari. Si verò ex incerto contractu debeatur intereſſe ſingulare: puta, ex eo quod eſt in faciendo, vel non faciendo, omninò inſolidum præſtandum eſt, quantumcunque ſit. C. de ſen. quæ pro eo quod in. l. 1. §. in alijs. & videtur eod. l. innuere, quod in his caſibus ſemper debeatur ſingulare intereſſe de pœna, dic q cõuẽtionalis, quãtumcunque

tumcunque fit debetur. insti. de inuti. stipu. §. alteri. legalis autem non debet excedere quadruplũ. insti. de act. §. omnes. speciale tamen est in sponsalibus. ff. de spon. mulier. sic & aliud speciale est ibi. ff. de ver. obli. Titia. 1. resp. Qui autem tractat causam, vbi petitur interesse, diligenter attendat, quid sit in obligatione, quia si rem certam, vel specialem dari, est in obligatione, & extat siue debeatur ex cõtractu, siue ex maleficio, semp ipsa res repetẽda est. ff. de act. empt. excepto. in prin. ff. de ver. obli. vbi autẽ nõ apparet. §. fi. C. de hære. vel act. ven. qui tibi. ff. de condic. furt. in rem. si autem non extat, tunc tantùm æstimatio, vel interesse petẽdum est: vt in ipsa. ff. de cõdi. furt. in rẽ. nec est cõtra. ff. de ver. obli. si seruum. §. fi. ff. de condi. fur. l. 3. vbi innuitur, quòd etiam si non extarent, tamen petendæ sunt. sol. ibi loquitur, quando actor ignorabat, illas res extare.

11 † Vel dic, quòd etiam si corpus rei, quæ non extat, petitur benè valet petitio: licet melius sit æstimationem petere, & hoc si vis indubitatè loqui: petas rem vel interesse, & non adijcias in libello, cum alijs damnis, sed & si corpus extet tempore libelli confecti, ipsum petitur: sed si non extet tempore sententiæ, vel in tali statu sit, quòd dari non potest, fiet condemnatio ad interesse, quod post lit. contest. contingit. ff. de exhi. de eod. §. si post. ff. de euic. si seruus. §. fi. ff. de do. arbitrio. non tamen. C. de act. emp. si traditio. nec est contra. C. de fideic. lib. l. fin. vbi redarguitur iudex, qui, quando agitur ad legatum, condemnat ad interesse: sed illud ideò est, quia id legatum suum erat, vnde non erat cogendus accipere examinationem, secùs autem in re non sua, sed debita.

Hoc fallit in contractibus innominatis, vbi non solùm petitur res debita, sed etiam interesse, etiam si res extat. ff. de præscrip. l. naturalis. per totum. Item si tempore sententiæ extat res petita: sed 12
postea, antequam eam tradat, pereat, vel aliàs impossibilis sit eius traditio, tamen interesse præstare cogetur. ff. si cer. pe. l. vinum. & sic videtur loqui lex. C. de act. emp. si traditio. vbi dicitur, quòd si precaria possidentis res non tradatur, quòd debet condemnari ad interesse: precaria autem restitutio non potest esse, nisi post latã sententiam. Imò post sententiam habet aliquem terminum ad restituẽdũ. ff. de iud. si de. ff. quòd met. causa. pedius. quod si homo. & not. sup. de offic. deleg. quærenti. sed contra. ff. de act. emp. l. 1. in prin. vbi dicitur, quòd si res vendita non traditur, ad interesse agit: sed expone, id est, condemnatur, ac si actum esset. Si autem factum est in obligatione ante moram agi non potest. ff. de verb. obl. si ita stipulatus essem, sed postquam fuit in mora promissio facti, siue in totum, siue in partem, scilicet, quòd transit tẽpus quo ædificari totũ potuit, siue in partem, scilicet, quia transit tempus, quo pars potuit esse ædificata: tunc habet duplicem viam stipulator. primam, vt agat ad faciendum, vel complendum opus. ff. de no. ope. nun. stipulatio. §. siue. ff. de præscrip. ver. ob eam. C. de do. l. 2. vt agat ad interesse. ff. de re. iudic. l. si quis ab. ff. rem ra. hab. l. 2. & l. si indebitum. tamen si promissor velit facere opus, liberatur ab interesse. ff. de verb. oblig. stipulationes. §. fi. & l. continuus. §. item qui insulam. nisi iã sit lis contest. vel nisi multũ interesset stipulatoris, vel pœna esset adiecta. ff. de verb. ob. l. si insulam. ff. si quis cau. & si post.

† Item not. quòd si quis primò petierit rem dari, vel opus fieri, & plus sit interesse, quòd consecutus est per primam actionem vel econuerso: adhuc eadem, vel alia actione aget, ad id quod residuum est in altera. ff. pro so. si quis pœnam. ff. de vi & viar. l. 1. §. si fundum. nisi de his, quæ post lit. contesta. obuenire possunt: de illis enim vlterius agi non potest. C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item cum M. dicimus, quod tantùm in re promissa mandabitur sententia executioni quamuis promissori paratus sit soluere interesse. ff. de rei ven. qui restituere. ff. de verb. obli. vbi non apparet. §. fi. nam dolus & fraus nõ debent ei prodesse. sup. de rescri. ex tenore. Azo tamen dixit contra. vt no. in sum. de act. emp.

12 †(Puniendus) & agetur contra excommunicatorem condi. ex hac decr. vel offic. iudic. & procedetur ordine iudiciario, si verò peteret tantùm absolutionem non est necesse vocari excommunicatorem cùm sua non interfit. 2. q. 6. hoc etiã placuit. nisi vt instruatur iudex à quo petitur absolutio. ſ. de accu. cùm dilect. (probabili) puta, quia credidit citationem peruenisse ad citatum, vel eum nõ teneri legitimo impedimento. 4. q. 5. c. 1. ff. si quis cau. l. 2.

cau. l. 2. (idem) excommunicatus (laudabilis) aliàs enim præsumeretur ex malitia fecisse: vt not. sup. eod. cùm illorum. in fi. (existat) excommunicator (excommunicationis) id est, quia iniustè molestauit excommunicatorem, dicendo, quòd iniustè eum excõmunicauerat (& ipsum) excommunicatum (probabilis) puta quia non credebat probatam causam, quando fuit excommunicatus: nam in ordine de facili non possunt probabiliter errare. Et est hoc ar. bo. quòd si quis probabilẽ causam litigandi habet, q. non condemnatur in expensis. ff. de leg. 2. qui so. §. etiam.

13 †(Satisfacere) no. q. excommunicato nõ statim, cùm fuerit absolutus ab excõmunicatore, statim debet ei præcipere, sed primò cognoscet superior, nõ ipse excõmunicator, an iusta fuerit excõmunicatio. ſ. de restit. spo. literas. in fi. imò, si ei præcipiat, antequã cognoscat, appellare potest. ſ. de app. qua fronte. nihil enim ei præcipi debet, si iniustè excõmunicatus est: sed si iustè debet mandata recipere ab excõmunicatore, & si alius cognouerit de iusta excommunicatione. ſ. de offic. ordin. ad reprimẽ. Sed dices nónne videtur renunciare appellationi hoc ipso, quòd petit absolutionem ab eo. ſ. de appel. solici. de offic. dele. gratum? Respon. nõ, quia quãtum ad excommunicatorem nihil operatur app. siue enim sit appellatio, siue nõ, semper superior cognoscet de iniusta excõmunicatione, vt hîc. sed valet ad causam principalem transferendi ad superiorem: vt no. suprà, de rescrip. ab excommunicato. (recognoscens) excommunicato (reuocare) sine cautione, quia cum cautione reuocare debet, etiam vbi dubiũ est, vt statim sequit† (Reuocare) mirantur aliqui, quòd iudex admittitur ad reuocãdum sententiam, contra id quod legitur, C. sen. rescin. non pos. l. 2. q. 6. hoc etiã placuit. Respon. hoc esse ea ratione, quia iudex qui excommunicat tantùm, potest absoluere ab excommunicatione, & non pars, cuius non interest, quòd sit excommunicatus, secùs in alijs sentẽtijs & interlocutorijs, quibus partes renunciare possunt, & ex quibus ius acquiritur parti & actio, nam tunc ius & actionem parti quęsitum per interlocutoriam, iudex auferre non potest. ſ. de elec. cùm dilecti. hinc est etiã, quòd pars non admittitur ad contradicendum, sed est alia ratio, quia per sententiam excommunicationis nullum ius acquiritur alicui, fit enim in fauorem excommunicati, vt eius spiritus sal. etc. 2. q. 1. multi. non est ergò in eius læsione retorquẽda. ff. de leg. quòd sa. ff. de exc. rei. iudi. l. euidẽter. in alijs sententijs secùs. ff. de re iudi. nullus. §. vlti. C. de re cre. actori. vel dicidem in alijs sententijs & interlocutorijs de expẽsis, & huiusmodi. s. quod reuocari possunt ab eo, qui eas tulit ante diffinitiuã sententiã, etiã postquã per lapsum 10. dierũ transierit in rẽ iudicatã, & sic loquitur lex. ff. de re iu. quòd iussit.

† Item ad hoc facit. ĩ. de reg. iur. omnis nã sicut iudex ex officio suo sine solẽnitate iudiciorũ cõdemnat, & ex ipsa cõdẽnatione oriẽ actio, & ius partibus, sic & sine magna solẽnitate eã poterit reuocare. ar. 4. q. 5. quisquis. & hoc ipsum benè sonare uidet. tamẽ benè fatemur, quod appellare, si sine iusta causa reuocet primũ mandatũ, sed tũc iudex appellationis, vel alius præter eũ qui tulit interlocutoriã non potest reuocare, nisi legitimo modo prosequendo app. vel petendo in integrũ restitutionẽ, vel alijs modis, quos no. ſ. de procu. querelã. de hoc not. ſ. de app. cùm cessante. de hoc no. ſ. de sen. & re iud. quod ad. (Reuocet) no. iudicẽ reuocare errorẽ suum. ſ. de app. significauerunt. & c. cùm cessante.

14 †(Appellationi) sicut sentẽtia excommunicationis trahit secum excommunicationem, nec impeditur per appellationem sequentem. sup. de appel. pasto. sic sententia absolutionis. Item ante sententiam absolutionis emissam in iudicio appellatio talis fit, scilicet appello ne absoluas talẽ similiter, nec impedit absolutionẽ, qa nõ valet appellatio à futuro grauamine. ſ. de app. vt debitus. tamen si ex iusta causa emittitur app. ab absoluente transfertur negotium ad superiorem, & condemnabitur ad expensas, & alia sicut si non est absolutus. (dubitari). Not. non solùm ex probabili causa, sed etiam dubia appellari, argu. contra. sup. de appell. vt debitus. (cautione) & sic iudex à quo est appellatum, post appel. de hoc se intromittit. de hoc not. sup. de app. qua fronte. (subiacebit) excommunicatus.

CAPVT XLIX.

1 *In quibus consistit ecclesiastica libertas.*
2 *Ecclesia dicitur habere priuilegium à Deo quod ipsa sola res ecclesiasticas ministrare debet.*
3 *Quando dicatur quis facere contra ecclesiasticam libertatem.*

NOVERIT.

NOVERIT. (Fecerint) qui autem ſeruant non ſunt excommunicati, niſi ſint de perſonis hîc contentis, nec mireris quòd plus puniuntur actores, quàm fauentes, ſi. ff. de ap. ar. 11. quæſt. 4. qui reſiſtit. & 24. quæſt. 3. c. qui aliorum.

1 †(Libertatem) ad intelligentiam huius decr. no. quòd eccleſiaſtica libertas conſiſtit in priuilegijs, ſuper ſpiritualibus, & priuil. ſuper tẽporalibus. Itẽ cõſiſtit in priuilegijs generaliter eccleſiæ conceſsis, & etiam in priuilegijs ſingularibus cuiuſque eccleſiæ, primò ergò dicimus de ſpiritualibus, quæ non poteſt concedere, niſi ſolus Deus, vel eius vicarius, quale eſt quęcunque liga ſuper terram etc. hoc enim priuilegium Chriſtus Petro in perſona eccleſiæ conceſsit, tale eſt etiam priuilegium, quòd in omnibus dubijs iuris, quæ per inferiores ratione iuriſdictionis humanæ terminari non poſſunt, ad eccleſiã recurratur. ff. qui ſi. ſint legi. per venerabilem, prope fi. tale eſt priuilegium de decimis & primitijs, & oblationibus, ſcilicet quòd ſint clericorum. 17. quæſt. 1. reuertimini decimæ. ſup. de deci. tua.

2 †Item credimus quòd a Deo habet priuilegium eccleſia, quod ipſa ſola res eccleſiaſticas miniſtrare debet. 96. diſt. ſi imperator. & quod de ſpiritualibus ius ſtatuere, & iudicare poteſt. 96. diſt. cùm ad. & c. deniq;. alia etiã multa priuilegia clericis data inuenies in nouo, & in veteri Teſtamento ſuper ſpiritualibus etiam primà priuil. contulit eccleſiæ vicarius Chriſti, vt de verberatione clerici, quòd incidat in canonem. 17. quæſt. 4. ſi quis ſua. & quod in legatis eccleſiarum ſufficiant duo teſtes. ſuprà, de teſta. relatum. & ſic multa alia priuilegia inuenies in iure canonico conceſſa eccleſiæ per Papam. In temporali autem generaliter & generalis eccleſiæ ſolus Imperator, qui vniuerſis & clericis, & laicis, & intemporalibus præeſſe debet, priuilegium concedere poteſt. 96. di. cùm ad verũ. niſi in his quę in eccleſijs ab ipſis ſunt donata, & in quibus per eorum priuilegia muniuntur, quòd in multis contingit, nam quandoque locus vel eccleſia per priuilegium imperatorum habet immunitatem. C. de epi. nemo. C. de his qui ad ec. confu. l. 1. & 2. & pe. & vlt. C de his qin ec. ma. l. 2. C. de iud. in ſynago. in Authent. de alie. & emphyt. ☞ §. hîc ſunt. etiam multa alia. †Item Imperatores conceſſerunt priuilegia eccleſiæ, ſecundum quod dicitur congregatio fidelium. C. de epiſc. aud. nemo. in Authent. iuſiurandum quod præſta. à morien. C. de hær. l. 1. & 2. l. cognouimus. & l. quoniam multi. ſimiliter & multa priuilegia concedunt Imperatores eccleſiæ, ſecundum quod ponitur pro miniſterio eccleſiæ: & clericis & collegijs. C. de ſacroſanc. ecc. l. 1. & pen. & fi. ff. de cõſt. pec. eum. §. Iul. &. §. ſi actionũ. C. de hære. inſtit. collegium. in Authent. de ſanc. epiſc. §. presbyteros. &. §. ſi qua mulier. in Authent. de non alien. in fi. §. ſi minus. ff. de mune. munerum. in Authent. hæc conſti. Innoc. præ. com. in Authent. de eccle. tit. §. pro tempore. & de alie. & emph. §. hoc etiã. &. §. ſi verò leonis. &. §. qa verò. & §. ſi verò alij. C. de ſac. ſanc. ec. Authẽt. hoc ius. Auth. ſed & per mu. & Authẽt. itẽ ſi prædium. Priuilegia etiam ſpecialia cõcedunt ſummi Pontifices, Imperatores, reges & principes tam eccleſiaſtici, quàm ſeculares ſingulis eccleſijs, prout eis placet. His igitur ſic ſparſis, nobis videtur, quod in hac excommunicatione incidãt, qui veniũt contra libertatẽ vel priuilegiũ Dei, vel imperij, vel Imperatoris ſuper tẽporalibus, vel Papæ ſuper ſpiritualibus, libertas enim data eſt eccleſiæ vniuerſali, non ſingulari, ſiue ſint data locis, ſiue collegijs & perſonis ſiue etiam congregationi fidelium, in hoc aliqui tamen contradicũt. †Sed ſi quis *a* venerit contra priuilegia data ſingularibus eccleſijs non credimus in hunc canonem incidere non enim dicitur quis facere contra eccleſiaſticã libertatem: licet faciat contra libertatem huius eccleſiæ, vel illius ſingulariter.

3 (Conſiliarios) ſi dederit conſilium quod ſeruetur. Item dicunt quidam, & ſi contrarium conſilium dederit, quòd debet dimittere dignitatem ſuam, vel officium, niſi deſtruatur ſtatutum, ſi habet poteſtatem deſtruendi. ſup. de immu. ecc. aduerſus. prius dictum plus placet, quantum ad conſiliarios, & alios qui non habent poteſtatem deſtruendi (æditæ). inf. eodem grauem. contra ſol. hæc ſupplenda eſt per illam, non qui faciunt ſtatim ſunt excommunicati, vt hîc. officiales autem conſiliarij non ſunt excommunicati, niſi ſeruauerint, vel negligentes fuerint, ea de ſuis capitulis delere: vt in decre. contraria dicitur.

† Si quæris, quando voco eum negligentem, dico, quod quamcitò ſciuit eſſe contra

a *Sed ſi quis. Pet. de Anc. in conſil. 12. col. 2. uerſi. 3. dico refert hoc dictũ Inno. hîc, & inno. ti. conſil. ego Gaſpar. et ad de quod per not. hîc per Inn. dicit. d. Bart. Socin. in ſuo conſil. 55. inci. uiſo. decr. col. 1. in fi. quòd quãdo ſtatutũ laicorũ auferret eccleſiæ id quod ſibi cõpeteret de iure cõmuni tale ſtatutũ dicitur eſſe cõtra libertatẽ eccleſiæ. et ad Inno. hîc ad de etiã Alex. in cõſil. 209. colũ. 2. uer. iſtud firmauit. & col. 3. in princi.*

cõtra libertatẽ, & non deleuit vel officiũ non dimiſit: adhibito tamen aliquo modico interuallo, quia fortè in nocte primo ſciuit, & in magno feſto, quando non potuit congregare concilium, vel quando erat in graui infirmitate. Sunt ergò relinquenda hæc arbitrio boni viri aliàs iudicis. ff. de ver. obli. continuus. Si autem ignoraret ſtatutum eſſe contra libertatem eccleſiæ, non incideret in excommunicationem non cadit niſi in contumacem. 11. q. 3. certum. & quę non, niſi pro magnis criminibus eſt infligenda, ignorans autẽ non peccat. C. ne ſan. bapt. itẽ. l. 2. ff. de pe. vltimi. C. de ſica. l. 1. licet puniatur aliàs, qui ignorans peccat. C. ne ſan. bap. item. ſi quis reba. ſup. eod. monachi. & c. cùm illorum.

CAPVT L.

CANONICA CONSTITVTIONE.

CAPVT LI.

1 *Interdictus an cũ iuramento ſit abſoluendus.*

VENERABILI. FR. (Suſpẽſionis) ab officio (ad cautelam) quia erat lata poſt appellationem. ſup. eo. per tuas. de hoc no. inf. eo. c. ſolet (ad cautelam) hæc relaxatio fit, vt poſsit communicare ſacramentis, & etiam intereſſe negotijs eccleſiaſticis, nõ propter hoc quod poſsit agere, non enim in hoc eſt ſimilis excommunicato de quo ſpecialiter prohibitum eſt propter periculum
1 participationis. ſup. de excep. †(Iuramentum) no. interdictum abſolui cum iuramento, & hoc eſt verum, vbi abſoluendus eſt ab interdicto lato ab homine, ſed ſi eſſet interdictum latum à iure, vt in ſimoniaco, vel in notorio fornicatore, licet aliàs neceſſaria ſit diſpenſatio: vt no. ſup. de coha. cler. & mulie. ſicut & in ſimoniaco. 1. quæſt. 1. ſtatuimus. non credimus quòd nedum iuramentum, ſed nec abſolutio aliqua eſt neceſſaria, & hoc ius fallit in excommunicato minori excommunicatione. ſup. eodem, nuper. in fi. & tamen à iure ſuſpenſus eſt, vt ibi dicitur. Et eſt hoc ea ratione, quia peccauit ſcienter: ſi autem non ſolùm à iure, ſed etiam ab homine eſſet interdictus, & non ſua culpa, & hoc certum eſſet, nec iuramentum nec abſolutio eſt neceſſaria, cùm non fuerit ligatus apud Deum, ſed ſi dubitatur, an ſua culpa ceciderit in interdictum, tũc eſt neceſſarium iuramentum, vt hîc, ad hoc inf. de ver. ſig. ex parte. in gl. 1. ſed iudex. in fi.

CAPVT LII.

1 *Vniuerſitas an ualeat excommunicari.*
2 *Qua pœna puniatur uniuerſitas ſi contra eam agatur criminaliter.*
3 *In quibus pœnis quis pro alio puniri poſsit.*
Pœna æterna unus pro alio nunquã punitur.

GRAVEM. (In conſiliarios). Hîc non erant excommunicati, quia nec fecerant, nec fieri mandauerãt, nec in mora erant delendi vel officium dimittendi: vt no. ſuprà eodem, nouerint.

1 † Conſiliarios) iſtæ ſpeciales perſonæ excommunicantur pro proprio delicto, vniuerſitas *a* autem non poteſt excommunicari, quia impoſsibile eſt, quòd vniuerſitas delinquat, quia vniuerſitas, ſicut eſt capitulum, populus, gens, & huiuſmodi nomina ſunt iuris, & non perſonarum, ideò non cadit in eam excommunicatio. Item in vniuerſitate ſunt & pueri vnius diei. Item eadem eſt vniuerſitas quæ eſt tempore delicti, & quæ futuro tempore, quo nullo modo delinquunt: eſſet autem nullo modo delinquunt excommunicarentur. 24. quæſt. 3. ſi habes. inf. eod. romana. §. fi. Item vniuerſitas nihil poteſt facere dolo. ff. de dol. ſi ex dolo. §. 1. fatemur tamẽ, 9. ſi rectores alicuius vniuerſitatis, vel alij aliquod maleficiũ faciũt, de mandato vniuerſitatis totius, vel tantæ partis quòd inuitis alijs maleficium fecerint, vel etiam ſine mandato fecerint, ſed poſtea vniuerſitas, quod ſuo nomine erat factum, ratum habet, quòd vniuerſitas punietur ſpeciali pœna ſuſpenſionis & interdicti. 17. quæſt. 4. vxor. & c. miror. ſup. de deſpon. non eſt. c. etiam temporali, puta, pecuniaria. ff. quod met. cau. metum. §. animaduertendũ. ff. de vi & vi arma. ſi vi. 23. quæſt. 2. dominus.

2 †Item pœna capitali, vel mortis, vel relegationis, punietur vniuerſitas, ſi contra eam agatur criminaliter. l. Cornelia. de ſicca. vel. l. Iul. de vi pub. vel quacunque alia, ſed pœna capitis mutabitur in pecuniariam: vt. ff. de his qui no. infa. quid ergò. §. pœna. Quidam tamen dicunt, & fortè non malè, quod, & ſi poſsit contra vniuerſitatem agi ciuiliter vi bo. rap. & l.

a *Vniuerſitas. Ad hæc dicta Innoc. hîc uide Felin. in c. reſponſo. ſuprà eo. & hîc Feli. in cap. cùm omnes. colũ. 17. uerſ. ſexta declaratio. ſup. de cõſtitut. et Pet. de Anc. in cõſil. 158. incip. ex narratis in facto. colũ. 3. uerſi. prætermẽ. 4. ſi rectores alicuius vniuerſitatis, vel ea. ut dicatur collegiũ.*

Aquil. & iniuriarum: & alij huiuſmodi, quibus irrogatur pœna pecuniaria, non tamen poteſt contra eam agi criminaliter, ſententia autem contra vniuerſitatem mandabitur executioni in bonis vniuerſitatis, ſi habet alia communia, & ſi nihil habet commune, priuabitur priuilegio vniuerſitatis, vt alterius non ſit vniuerſitas, & ſic patietur capitis diminutionem. ff. quib. mo. vſusfruc. amit. l. vſusfru. Item dicunt quidam, quòd fiet collecta pro ſoluendis huiuſmodi pœnis per libram & ſolid. & abiſta collecta erunt immunes illi, qui contradixerunt maleficio, pueri, & alij qui omninò ſunt ſine culpa. Alij tamen dicunt nullum ab hoc eximi.

3 †Item pro peccato vnius punitur alius infamia. 6. quæſt. 1. §. verum. Item ſeruitute. 15. quæſt. 8. cùm multæ. Item videtur quod etiam in corpore puniatur quis pro alio. 1. quæſt. 4. item pro peccato, ſed quod ibi dicitur verum eſt, quòd adeò corporaliter punitur vnus pro alio, qui nouit abſcondita præſentia & futura, & ideò ex iuſta cauſa punitur vnus pro alio, ne eum in vitio imitetur. 1. quæſt. 4. §. ſi objicitur. in fi. homo autem hoc non poteſt. Item pœna æterna nunquam punitur vnus pro alio. 1. quęſt. 4. cap. 1. & cap. iam.

☞ † (Decæterò) no. in odium conſtituentium tractus futuri temporis pertinere ad iudicem, de hoc not. ſuprà, de procu. auditis. (ſtatutarij) iſti non ſunt excommunicati ipſo iure. ſup. eodem, nouerit. (priuatos) ad hoc. ſup. de pe. cap. vlti.

CAPVT LIII.

1 *Recipiuntur eleemoſynæ ab excommunicatis.*
Nõ recipiũtur oblationes, mortuaria, & quædam alia ab excommunicatis.
Excommunicatus non amittit teſtamenti factionem actiuè.
2 *Licitum eſt ſe in eũ caſum mittere, quo oportet eum eleemoſynas de rapina accipere.*

QVM VOLVNTATE. (Non incurrit). ſup. eod. cùm deſideres. not. caſus, vbi licet communicare excommunicato (incidenter) quæ non faciunt, neque ad abſolutionem, neque ad ſalutem.

1 †(Eleemoſynas) not. eleemoſynas recipi ab excommunicatis, & idem dico de decimis. ar. ſup. eod. vt famæ. 11. quæſt. 3. quonia. nec in illis attenditur malitia perſonæ, cùm decimæ ſint debitæ, & de eleemoſynis commune pręceptum eſt ad omnes. 86. diſt. non ſatis, in fi. & excommunicatis in omnibus ſuadendæ ſunt eleemoſynæ, vt per eas venire ad pœnitentiam mereantur. 26. diſt. deinde. in fi. Oblationes autem à tam malis & famoſis perſonis non ſunt recipiendæ: vt no. ſup. de deci. ex tranſmiſſa. Item nec eleemoſynæ nec decimæ nominatim ſunt recipiendæ de illicitè quæſitis, ſcilicet vt ipſæ res illicitè decimentur: ſed de fructibus eorum cùm ſint reales, id eſt, decimæ licitè accipiuntur: vt no. ſup. deci. ex tranſ. ratio autem quare recipiuntur eleemoſynæ, & non oblationes à perfidis eſt, quia oblationes fiunt in eccleſia, & in publico, & ſic conſolatio eſſet eis ſi reciperentur eius oblationes, ſed eleemoſynæ fiunt in occulto. decimæ autem licitè recipiuntur, quia de iure debentur, vt ſupradictum eſt. mortuaria aũt quæ dantur pro anima, nõ ſunt recipiẽda, cùm nõ ſit pro eo orandũ. 78. di. c. fi. ſed aliàs, nõ pro anima, in teſtamento excõmunicatus aliquid relinquat eccleſiæ, recipiet, nõ enim prohibetur excommunicatus teſtari.

2 †(Præſertim). i. tantùm, & eſt hoc ſpeciale: quia licitum eſt ſe mittere in eũ caſum, quo oportet eum eleemoſynas de rapina accipere, contra id quod eſt. 1. q. 1. non eſt pu. & eſt hæc ea ratione, quia cùm ſint negotiorum ſuorum geſtores, viuere poſſunt de ſuo, in hoc autem cõtra ius ciuile agunt, quia nõ debent ſibi ſua authoritate recipere. ff. quod me. cauſa. extat. Item quia hoc poſſunt cõtradicẽte expoliato. C. de neg. geſt. l. vlt. (officij) hi enim ſiue ſubditos percutiant, non incidunt in canonẽ: repete, quæ diximus ſup. eo. veniens. officij) fortè, quia cuſtodit chorum: & nõ habet dignitatem (prælationis) hoc intelligitur de habentibus dignitatem.

CAPVT LIIII.

SI CONCVBINAE. (Crimine). ſ. eo. nuper.

CAPVT LV.

DOBVS. (Collata) à iure, ſicut ſacerdotibus, ſup. eo. nuper. Sed dices, quomodo inducet ad eccleſiam, cùm ipſe ſit priuatus? Reſpon. non inducet, ſed ſententiam abſolutionis proferet, & erit ſolutus, non enim eſt neceſſe excommunicatum minori excommunicatione introduci in eccleſiam, ſicut nec iurat. ſup. eod. nuper. Idem eſt, etiam ſi ab homine poteſtas huiuſmodi concedatur, vel dic hunc non priuatum ingreſſu eccleſiæ, ſed communione ſacramentorum tantùm. 3. q. 4. Engeltrudam. de hoc no. ſup. eo. ſacro. (huiuſmodi non expirat) poteſtas.

CAPVT LVI.

PERMITTIMVS. (Miniſtris) cùm tantùm miniſtris hoc priuilegium concedatur, non extenditur ad alios. Nec videtur quod poſsit aliis committere. ſup. dè offic. dele. ca. vlt. §. vlti. Vel dic quòd poſſunt mandare aliis, quod celebretur: quia qui per alios facit, ipſe facere videtur. ff. de adminiſt. tuto. ita. §. geſsiſſe. ſuprà eodem, mulieres.

CAPVT LVII.

QVAMVIS INCIDENS. (Infirmitate) etiam ex qua non imminet periculum mortis, vt podagra, vel quarta febris (inimicitia) quæ timetur in via (inopia) vt ſi ita pauper eſt, quòd non poſsit habere expenſas itineris, nam non eſt ſibi præcipiendum vt mendicet. C. de mendi. va. l. 1. (ſenili) nam ſi ſenex ſit, licet fortè videatur ad ſubeũdum laborem, tamen quia periculum eſt, abſoluitur (ſeu alia) mẽbrorum deſtitutionibus impeditur. ſup. eod. cap. (Impedimento) quia tenetur in vinculis. (retrahatur) in his caſibus abſoluitur excommunicatus, pro violenta manuum iniectione, ſed ſi aliàs ſit excõmunicatus à iudice, vel à iure poteſt abſolui in mortis articulo. ſup. eod. à nobis. in fi. ſed in alijs caſibus qui hîc ponuntur minimè: ſed ab excommunicatore tantùm abſoluendi ſunt (beneficio) ſicut oſtiarius. ſuprà eodem, ſi verò. 1. (temporali) ſecùs in laborantibus perpetuò, illis enim nunquam præcipitur, quo ad ſedem apoſto. accedant.

CAPVT LVIII.

SI QVEM SVB HAC FORMA.

CAPVT LIX.

QVAERIS QVI IN CANOnem.

CAPVT LX.

1 *Sententia excommunicationis, ſicut aliæ in ſcriptis ferenda.*
2 *Sententiæ excommunicatis inferenda eſt cauſa excommunicationis.*
3 *Scripturarum exemplum intra mẽſem ab ipſa petitione, dari debet.*
4 *Irregularitatem incurrit celebrans poſt ſuſpenſionem ſibi factam, & uide ad hoc facientia in num. ſeq.*

QVM MEDICINALIS. (Excommunicatio.) quidã intelligunt hanc conſtitutionem non habere locum, niſi vbi in certam perſonam fertur ſententia, & hoc licet cuilibet videre, ex pluribus verbis in hac decr. poſitis. Alij intelligunt hanc decr. etiam ſi generalis feratur ſententia: quia generaliter loquitur hîc ſine expreſsione perſonæ, &
1 de futuro vel de præterito, † quia ſemper eſt imprimenda cauſa excommunica-
2 tionis, & in ſcriptis ferenda, † licet non exprimatur nomen excommunicati. arg. inf. eod. romana. §. caueant. (in ſcriptis) ſicut & aliæ ſententiæ. 2. quæſt. 1. in primis. in fi. ſiue authenticis, ſiue priuatis: vt no. ſuprà, de appel. cordi. & c. proferat ſententiam excommunicationis. (& cau-
3 ſam) excommunicationis. † Exemplum) hîc vult dicere, quòd intra menſem, quãdocunque fuerit requiſitus, ſemper debet dare exemplum ſcripturæ, dummodò cõpetenti loco, & tempore petatur, ſi enim dum equitat, vel quando dicit officium diuinum, vel in nocte peteretur, ridiculũ eſſet, dicere quòd tunc dare teneretur. Item poſt requiſitionem expectare debet aliquo tempore, non enim debet ire cum ſacco paratus. ff. de ſol. nam his. poſt menſem autem, licet dare teneatur prędictum exemplum, ſicut alia acta cauſæ, nec tamẽ incidit in pœnam conſtitutionis huius, ſi non det: & eſt hoc vt puniatur negligentia excommunicati (cauſam) ſpeciale eſt in iſto caſu, ſecùs in ſententijs diffinitiuis. ſup. de ſen. & re iudi. c. ſicut. conſcribat. inf. eod. romana. §. caueant (Authentico) quod ſit ſignum Authenticum. no. ſup. de fid. inſtru. c. (ſuſpenſum) ſecundum tenorem conſtitutionis. inf. eo. quia.

4 †A diuinis) hæc eſt cauſa, quare incurrit irregularitatem iſte, ſi poſt hanc ſuſpẽſionẽ celebret, ſiue enim ſuſpendatà diuinis, ſiue ab officio, ſiue ab executione officij, ſiue à celebratione miſſæ, ſiue à quolibet alio huiuſmodi, irregularis eſt, ſi cõtra interdictum faciat, vt hîc. ſup. de ſen. & re iudi. cùm æterni. 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. ſecùs autem dicunt quidam, & fortè non malè, ſi ſuſpenditur à Pontificalibus, quia tunc

tunc licet celebret etiam in pontificalibus, non tamen erit irregularis: nam hoc iure nõ cauetur,& pœnæ non ſunt extendẽdę.de pœ.diſt.1.pœnæ.Itẽ põtificalia nõ ſunt de ſubſtantia ordinis,nec officij,quia & ſine eis quodlibet officium fieri poteſt.

3 †Item dicunt & ſi ſuſpenditur ab ingreſſu eccleſiæ:nã hoc nõ eſt ſuſpẽdere ab officio,cùm extra eccleſiam poſsit celebrari. Idem etiam dicunt,ſi ſuſpenditur à ſacramentorum participatione, & hoc expreſſè habes.ſup.de cle.excom.mi.ſi cele. & hoc eſt de iure,quia non eſt ordinis,vel officij,cùm participatur ſacramẽtis: quia etiam laici eis participant,& idem dicunt etiam ſi ſit priuatus à collatione ſacramẽtorum, quia & collatio ſacramenti alicuius, vt baptiſmi, ſit etiam per laicum. de conſe.diſt.4.c.cõſtat.Item etiam ſine aliqua ſolennitate officij, conferuntur ſæpè ſacramẽta eccleſiæ. Itẽ hoc licet aliquando ſequatur à ſuſpẽſione, ſcilicet quia celebrare non poteſt, non tamen ex natura ſuſpenſionis, ſed ex quadam accidentali conſequentia, & his rationibus excommunicatus minori excommunicatione non fit irregularis, ſi celebret. ſup. de cle. excom.mi.ſi cele. notorius enim fornicator,& ſimoniacus benè fiant irregulares ſi celebrãt, quia ipſi ſunt ſuſpẽſi à canone,licet nõ ab homine in ordine ſuo, & officio celebrandi: vt no.ſup. de exceſ.prælа,tanta. tamen diuina audire poſſunt, & hoc ſatis expreſſè innuitur.inf.eod.c. vbi dicit exequi ſicut prius. (Sententijs)quæ fiunt ab officio & beneficio, vel à ſacramentis, nam in alijs interdictis ſecùs. de hoc no. ſup.de app.ad hæc.

4 †Irregularitatẽ) quia ergò per canones cautũ erat,in excõmunicatis celebrãtibus diuina officia ſcienter & in contemptum clauium, vt irregularitatem incurrant: vt.11. qõ. 3. ſi quis epiſcopus damnatus, ſi quis epiſcopus in cõcilio, extendit hoc ad ſuſpenſos,optima ratione:quia quo ad exequtionem diuinorum, non eſt differentia inter excommunicatos & ſuſpenſos: quia iſti & illi excludũtur à diuinis,ſed ſicut inexcommunicatis requiro contemptũ,vt irregularitas incurratur, quod notant illi canones:nam vnus dicit auſi fuerint:alius dicit,præſumpſerint ſic,& in ſuſpenſis,niſi eos reddit probabilis ignorantia excuſatos craſſa, & ſupina vel erronea habita ad diſpenſandum: vt ſuprà, de cle. ex.vel depo.mini.apoſtolicę.& c.latores. (ſuſpenſis) iſtud temperatur in epiſcopis, & ſuperioribus.infrà eodem,& ibi de hoc in gl.quæ fortè. (Pontificem).ſup.de ſen. & re iudi.cùm æterni.(Pœna)38. diſt.qui ęa.vbi de hoc.

CAPVT LXI.

1 *Solus is qui eſt proximus, & immediatè ſuperior excommunicatore poteſt ad cautelam abſoluere, & quando habeat locum hæc abſolutio ad cautelam.in nu. 2.& quo caſu non ſit neceſſaria.in nu. 3. & uide etiam in num.4. & 6.*

3 *Datur octo dierum terminus ad probandam manifeſtam offenſam.*

7 *Quamdiu quæritur,an appellatum ſit uel aliàs dicit, appellationem non interpoſitam iuſtis de cauſis non eſt excommunicatus etiam extra iudicium communicandum.*

8 *Non eſt ex præſumptionibus iudicandum.*

9 *Vbi nullum ſit præiudicium ei, qui dicitur excommunicatus ex uiſitatione, tutius eſt uitare eum.*

10 *Probatio manifeſtæ offenſæ contra petentem abſolutionem ad cautelam: non habet locum niſi cùm petit ad ſe abſolutionem ab excommunicatione lata poſt appellationem.*

11 *Appellans quando petit abſolutionem ad cautelam, & ſibi obiicitur manifeſta offenſa, oportet quòd probet manifeſtam offenſam per euidentiam facti tantùm. & uide in nu. 12. qualiter, ſcilicet probetur manifeſta offenſa.*

13 *Non ualet proceſſus, ſi iudex determinat non obſtante exceptione excommunicationis procedendum.*

Res iudicata interdum accipitur pro notorio iuris.

1 SOLET A NONNVLlis.(Per ſuperiorem)eius qui tulit ſententiã excõmunicationis: ille enim ſolus, qui eſt proximus, & immediatè ſuperior excommunicatore, poteſt ad cautelam abſoluere, ſiue ſit epiſcopus, ſiue archiepiſcopus, vel patriarcha. delegatus verò à ſuperiore, ſiue ſit delegatus à Papa, ſiue alius cui commiſſum eſt negotium principale, vel cauſa appellationis, etiam ſub illa forma, ſi inuenis ſententiam excommunicationis latam poſt appellationem legitimam, denuncies eam nullam, non poterit abſoluere ad cautelam,quia non eſt ei commiſſum. Archiepiſcopi autem non poſſunt abſoluere ad cautelam ſubditos ſuffraganeorum ſuorum, niſi quando ad eos appellatur cùm aliàs non habeant iuriſdictionem in eos.

2 †Vllam) quia lata eſt poſt appellationem, vel ex quacunque alia cauſa, quæ ſi eſſet vera, faceret non tenere excommunicationem, & tunc habet locum hæc abſolu-

abſolutio ad cautelam, quando confitetur excommunicatus, excommunicatorẽ fuiſſe iudicem, ſed ſententiam dicit nullã,ex aliqua iuſta cauſa,ſed ſi diceret ſententiam excommunicationis non tenere, quia non erat ſibi collata iuriſdictio per literas, quia falſè erant,vel aliàs nullæ,vel quia aliàs iudex non erat,non habet locũ abſolutio ad cautelam in iudicio,ſed ſi extra iudicium conſilium animæ requirat dicens: domine licet excõicator meus nõ probet ſe iudicem meum, & ideò pronunciatum ſit,eius ſentẽtiam nullam,tamen ego dubito,imò credo probabiliter, quod iuriſdictionem ſuper me habuerit? Reſpon. ei quòd hìc tutorem partem eligat,& non obſtante ſententia lata pro ſe faciat ſe abſolui & emendã præſtet,ſi poteſt fieri ſine iniuria alterius,tunc abſolutionem recipiat occultè, ſed non ſatisfaciat, & ſi excommunicator nollet abſoluere ſine ſatisfactione alterius iniurioſa, tunc ſuperior abſoluat, ſi autem haberet violentiam,præſumptionem vel cõſcientiam, quòd eſſet ſuus iudex, tunc in oẽm euentum petat abſolutionem, & etiã ſatisfaciat.arg.ad prædicta.ſ.do.inquiſitioni.Alij dicunt quando etiam ſi dicitur excommunicatorem non fuiſſe iudicem,tamẽ impendenda eſt abſolutio ad cautelã.

3 †(Contradictionis)not.ſi conſtat legitimam appellationem præceſsiſſe ſententiam excommunicationis, ſiue ex cõfeſsione partium, ſiue alio modo,non eſt neceſſaria abſolutio ad cautelam,ſed pronunciatur ſententia nulla.ſup.de offi.deleg.cùm contingat.Item ſi conſtat appellatione nullam præceſsiſſe ſententiam excommunicationis, vel nullam iuſtam cauſam ſubiectam app.nec tunc ſimiliter abſoluendus eſt ad cautelam,imò non eſt audiendus,niſi primò abſoluatur.ſup.eo. c.per tuas.ſed ſi dicat,domine ego appellaui,& ex iuſta cauſa,ſed non poſſum hoc de facili docere, tunc habet abſolutio ad cautelam,vt hìc, præmiſſa tamen cautione,quòd ſi apparuerit iuſtè excommunicatum,quod ſatisfaciat.ſup.eo.venerabili. & dicimus, quòd non ſufficit dicere, ego appellaui ex iuſta cauſa, niſi cauſam exprimat, vt per expreſsionem eius melius inſtruatur iudex, ad quod maximè laborare debet. 30.q.vlti.iudicantem.ſi autem appellans diceret, domine ego appellaui ex iuſta cauſa, ſed non poſſum probare, tunc etiam non eſt danda abſolutio ad cautelam,quia in iudicio non valet veritas,niſi probata,ſecùs autẽ in conſilio animę.(Abſolutionem)quod euenit, ſcilicet,quòd non ſtatim datur abſolutio contra petentem abſolutionem ad cautelam obijcitur quod pro manifeſta offenſa eſt excõicatus,vt hìc in eadem decre.dicitur. (Non negatur) vocatis tamen prius, qui vocandi ſunt. (Abſolutio)ad hoc.ſup. de excep. Apoſtolicæ.in tex.& in gloſſ.& maximè in gloſſ.ex hoc loco,quæ videtur corrigere glo.ſ.eo.c.quæ incipit,quia tamen abſolutio ad cautelam,habet locum non ſolùm in iudicio.ſ.eo.per tuas.ſed extra iudicium.ſ.eo.venerabilis.dummodò excõicatus confiteatur excommunicatorem ſuum iudicem, ſed ſi negaret excõicatorem ſuum iudicem, quia diceret ſe exemptum,& propter hoc appellaret,vel etiam ſine appellatione fertur ſententia excõicationis in eum, dicunt quidam in hoc caſu, quòd nunquam competit abſolutio ad cautelam,cùm ipſe excõicatus dicat excommunicatorem nõ fuiſſe iudicẽ.

4 †Et ſi quæras quomodo prouidebitur huic excommunicato, ne vitetur? Reſpon. quia excõicatus, vel proſequendo appellationem, vel per querimoniam petet à ſuperiore,quod faciat excõicatorem de facto reuocare ſententiam,ſicut de facto reuocare ſententiam, ſicut de facto proceſsit,vel quia exemptus eſt,& tũc oportebit eum probare exemptionẽ, antequam excommunicator cogatur reuocare de facto ſuam ſententiam, vel hoc ipſum petat,qui eam protulit non ſeruato ordine iuris,puta quia noluit dare terminum ad producendum priuilegium vel teſtes, & tunc hoc ſolo probato,cogetur reuocare de facto,quantum de facto proceſsit,& ſi contrarium dicas,ſatis ſequitur magna abſurditas, quod quicunq; excõmunicatus dixerit ſe exemptum,quòd nõ remittatur ad excõmunicatorem,ſed ſtatim abſoluatur. Alij tamẽ dicunt hìc dandam abſolutionem ad cautelam ei, qui de ea non curat, tanquam à non ſuo iudice prolata,tamen debet dari ad cautelã aliorum,vt ei ſecurè communicent,& etiam vt ipſe excommunicatus non patiatur læſionem ab alijs,primum dictũ magis placet,licet aliquando rarò, tamen poſſet ex officio ſuo,& Papa maximè de iure habeat abſolutionem facere. †(Manifeſta) vt ſi iuſſus voluit maleficium emendare, vt.ſ. de verbo.ſig.ex parte.& idem puto in alijs iuſsibus iudicis,qui in faciendo cõſiſtunt, vt cùm quis iuſſus rem reſtituere,non paret,vt ff.de rei vend.l.qui reſtituere.Item cùm iuſ-

cùm iussus exhibere, non exhibet, vt ff. de app. l. creditor. §. iussus. in his iusſibus, & ſimilibus, vt dixi in faciendo conſiſtunt, cõtemptus dicit offenſa, quæ ſi fuerit manifeſta neceſſarium eſt, vt ante abſolutionem ſufficiens præſtetur emenda, ſecùs eſt in iuſsibus, qui in veniendo conſiſtunt, in quibus contemptus dicitur contumacia, & tunc ad abſolutionem faciendam, vel obtinẽdam, ſufficit cautio, & idem eſt cùm dubia ſit offenſa, vt hîc. & in prædicta decre. ex parte.

5 †(Octo dierum) iſte terminus octo dierum datur ad probandum manifeſtam offenſam, id eſt, aliquod factum manifeſtum, q̃, in ſui natura ſit iniurioſum, dummodò tale ſit, q̃ ſufficeret ad faciendã excõicationem, ſi aduerſarius nihil probaret. & hoc ſufficit excommunicatori, vel aduerſario excõicati, probare intra octo dies: nam ſi probatione hac facta, vel etiam ea pendente, excommunicatus petat prolixiorem terminum, vt non probet, quòd non iniurioſè faciebat illud, pro quo excommunicatus eſt, ſed vtens iure ſuo, tunc non abſoluetur excõicatus. Eadem cauſa qui intra octo dies nõ probauit manifeſtam iniuriam, quia non fuit in culpa, imò aduerſarius præſtitit cauſam huic dilationi, & maiori, quæ etiam mihi prodeſſe debet, intantum q̃ etiamſi excõicator petere põt maiores dilationes, vt probet iuſtitiã ſuam ſuper excõicatione, & id mihi prodeſſe debet. C. de in integ. reſtit. petendæ. Nec ſufficit probare excõicatori iniuriam factã, niſi probet eam manifeſtã, quia ſicut dicit hæc decre. hoc capitulũ, probare debet hoc, vcz, in exceptione ſpoliationis, & in alijs locis vbi certus terminus præfigitur ad aliquod probandũ. † Itẽ videtur, quòd licet iniuria ſit manifeſta, ſed de ſatisfactione eſt diſcordia, quia excõicatus dicit minorem ſatisfactionẽ ſufficere, quam excõicator petat, vel aduerſarius, tamen propter hoc non diu eſt tenendus excõicatus in excõicatione, ſed ad arbitrium iudicis debet præſtare cautionẽ pignoraticam, vel aliam, & abſolui. arg. ĩ. de eo qui mit. in poſ. cum venera.

6 †(Pro manifeſta) per hoc dixerunt quidam, quòd ſi aliquis excõicatus, quia ordinarium nõ admiſit ad viſitationẽ, petat abſolutionem ad cautelam, dicens: Domine ego ſum liber à viſitatione per priuilegium, vel per præſcrip. quòd ſtatim danda ſit ſibi abſolutio ad cautelã, ſed nobis videt contrà, quod ſic probo. Conſtat quòd manifeſta eſt offenſa de iure, pro qua iſte excõicatus eſt. ſ. cõtumacia recipiendi ordinarium ad viſitationem, ĩ. de præſcrip. cùm ex officij. ergò non debet abſolui, niſi p̃cedat emendatio. ĩ. de verb. ſig. ex parte. Nec obeſt, ſi dicitur non manifeſta offenſa, quia dicit ſe priuilegiatum, vel præſcripſiſſe contra ius cõe, quia ſtabo iuri cõi, nec eum abſoluam, quouſq; probet ſe contra illud munitum. & hoc ſatis benè ſonat litera iſta, & idem videt dicendum, quando petit abſolutionem ad cautelam ab excõicatione, quam dicit latam poſt appel. Non enim ſtatim abſoluetur, niſi primò probauerit, ſe appellaſſe ex legitimis cauſis. ſup. de app. Romana. §. 1. & 2.

7 †(Articulo) ſuper eo. ſ. an cauſa appellationis ſit vera: nam quamdiu quæritur, an ſit appellatum, vel aliàs dicit appellationẽ non interpoſitam ex iuſtis cauſis, non eſt eis cõicandum, etiam extra iudiciũ. arg. ĩ. de app. Romana. §. 1. & 2. ĩ. eo. per tuas. niſi fortè modico tempore, dum quærit aduocatos, vel alias ſarcinulas componit, ꝓpter cauſam. arg. ff. ex quib. cau. ma. ab hoſtib⁹. §. fi. Item quando conſtat appellatũ ex legitima cauſa, licet dicat falſa ſemper intra tempus, intra q̃ põt proſequi appellationem, eſt ei cõicandum, & non poſtea, ſed ſecùs eſt, quando ſententia ex alijs cauſis dicit nulla, puta, quia dicit excõicatorem non iudicem vel ſe exemptum, & tunc diſtinguo, quia aut, qui dicit ſententiã nullã, habet ius cõe proſe, vt puta, quia de aliena diœceſi. & tunc pendente articulo probationis, & antè ſemper, quouſq; pronuncietur ſententia iuſta, debet ei cõicari, nõ obſtante tali excõicatione, etiamſi ſit iuſta ſententia excõicationis, niſi eſſet manifeſtum, q̃ ſententia excõicationis eſſet iuſta, ſi aũt ius cõe habet contra ſe, non eſt ei cõicandum, niſi cõſtaret q̃ excõicatio eſſet iniuſta. arg. ĩ. de app. ſoli. & c. dilect. in fi. & ſup. de elect. venera. & facit ad hoc, ſup. de reſt. cùm contingat.

† Quid aũt iuris ſit de his, quæ facit in medio tempore iſte, in quem lata eſt ſententia, etiamſi pòſt pronuncietur excõicatio iuſta. no. ĩ. de excep. pia. Alij dicunt, & vt videt melius, quòd etiãſi ius cõe habet cõtra ſe iſte excõicatus, tamẽ ei cõicandũ eſt, dum eſt in ꝓbatione illi⁹ articuli, an ſit liber, vel exemptus, nam graue eſſet, quòd ego deberem eum vitare, vt excõicatum de præcepto iuris, & tamen ſi peteret à me conſilium, vtrum debeat petere abſolutionem tanquam excõicatus, & ſic per conſequens

ſequens confiteatur, ſe non librum vel exemptũ, in præiudiciũ perpetuũ eccleſiæ, deberem ei conſulere, quod non peteret abſolutionem, ne perpetuò eccleſiæ ſuæ ꝓiudicaret, & ſi per tale cõſilium, q̃ eſt bonum, dans incideret in maiorem excõicationem, quia cõicat excõicato, præſtando ei conſilium, & auxilium in eo, pro quo excõicatus eſt. ĩ. e. nup. Sed oppones, quomodo eſt hoc, quod differs huic dare abſolutionem, quia dicis manifeſtã offenſam, & tamen non dimittis ei cõicare propter manifeſtam offenſam. So. aliud eſt dimittere gratiã facere, aliud eſt facere iniuriã. nam primũ. ſ. ceſſare à gratia, licet vbi aliquis alijs denegat illud, ad q̃ de iure cõi tenetur, quia ꝓbabilis, & quaſi vehemens p̃ſumptio eſt contra eum, & ideò ei ꝓpter hoc excõicato pro manifeſta, & petenti abſolutionem ad cautelam, danda non eſt abſolutio ad cautelã, q̃ eſt tantùm de gratia vel magis de iure gratioſo. ſ. q̃ inductũ eſt contra cõem rationem, & ideò non eſt extendendum. ff. de conſtit. qui verò. nam de iure eſſet, q̃ antequam p̃beretur ei huiuſmodi abſolutio ad cautelam, q̃ vera abſolutio eſt, quod conſtaret de principali, an eſſet liber, an non, ſed ar. cõtrà videtur in hac eadem decre. vbi dicitur q̃ ſine cõtradictione abſolui debet, ſed ſupple, ſine contradictione partis aduerſæ, ſed iudex ex cauſa benè debet aliquando ab abſolutione ceſſare. Secundum aũt. ſ. facere iniuriam nunquã licet, ſed facere iniuriã eſſet, ſi ego vni parti crederem in præiudicium alterius, ſed cõſtat q̃ in hoc caſu excõicator eſt pars, ei vt pars excõicauit, & excõicatus eſt alia pars, ergò excõicatori credere non decet, ſi aũt excõicaſſet, vt iudex, & excõicatus diceret nullam excõicationẽ, puta qa poſt appellationem ſit lata, vel quia expreſsit errorẽ in ſententia, tũc dicunt quidam, q̃ interim quouſq; cõſtat, an ſententia teneat vel non, non eſt ei cõicandum. ĩ. eo. per tuas. ĩ. de renun. in præſentia, ſed nobis hoc nõ videtur, nam ſemper quouſq; excõicatus eſt in probando q̃ excõicatio non tenet, ſemper licet ei cõicare: nam q̃ ſi ſententia iudicis ſit iuſta, eſt præſumendum, vt in decre. in præſentia, ſed q̃ ſit aliqua iniuria, non eſt præſumendum in iniuriam alterius, licet ſit præſumendum, quo ad denegandam gratiam.

8 †Item ex præſumptionibus non eſt iudicãdum, nec aliquid in alterius præiudicium faciendum, ſed ex præſumptionibus benè eſt à gratia abſtinendum. Alij dicunt q̃ etiam antequam incipiant probationes recipi ſuper cauſis appellationis, an ſint veræ vel falſæ, imò etiam antequã incipiat proſequi cauſam appellationis, ſemper quãdocunq; dicit ille, cui obijcitur excõicatio, ego præmiſi appellationem, admittendus eſt cum proteſtatione illa, quia alij non intelligunt ſecum coëligere, vel concelebrare, ſi eſt excõicatus, ſed non repellunt eum propter reuerentiam eius, ad quem dicit ſe appellaſſe, vox tamen eius præſtabit auxilium, ſi iuſta appellatio præceſsit, & non aliàs, niſi notorium eſſet appellationem non tenuiſſe, quia tunc non ſolùm vox excõicati non præſtabit ſuffragium, ſed etiam vox collectorum, qui ſpõte admiſerunt eum etiam cum proteſtatione, non valebit. ĩ. de procu. c. fin. de his qui no. ĩ. de elect. illa. ĩ. de appel. dilect. in fi. & c. ſoliciti. In his autem dubijs multum valet proteſtatio, vt ſup. de conſti. cùm M. & de electioni. cumana.

9 †In priuata autem familiaritate, & maximè in occulto, vbi nullum ſit præiudicium ei, qui dicitur excõicatus ex viſitatione, tutius eſt vitare eum. 11. q. 3. curæ. ſed in electionibus, & alijs vbi ſibi fieret præiudicium ex viſitatione, tutius eſt eum admittere cum proteſtatione, quàm vitare. ar. 6. q. 2. c. 1. ſi autem præſens eſt quãdo excommunicatur, vel denunciatur excõmunicatus, & nihil dicit de appellatione præmiſa, vel de alio quòd reddat ſententiam excommunicationis nullã, tunc valet electio facta eo abſenti, nec caſſabitur propter prædictum contemptum, quia in culpa fuit quod de iure ſuo nihil proteſtatus eſt, & capitulum non fuit in aliqua culpa. Aliàs autem ſi contempta proteſtatione excommunicati, vel denunciatione excommunicatoris eligãt, valebit electio, ſi in veritate erat excõmunicatus, & caſſabitur ſi excõmunicatio non tenebit, vel propter præcedentem appellationem, vel propter aliam cauſam. ĩ. de app. dilecti. in fi. imò plus videtur, quòd ſi epiſcopus excommunicet aliquem abſentem in præſentia capituli, & prætendit iuſtã cauſam excõmunicationis, & contumaciã excõicati, tamẽ capitulum citabit illum ſic excõicarum, vt veniat ad eligendũ, quia fortè cauſas habet, quare nõ teneret excõicatio, tamen ſatis credo, q̃ ex quo ordinarius ſic eum excõicauit, q̃ capitulum in literis ſalutionis eum non ſalutabit, quia p̃ſumo ꝓ ſententia ordinarij in his leuib⁹,

& parum præiudicialibus. argum. 11. qõ. 3. curiæ. ſup. de renun. in præſentia. ſed capitulum ſubiunget in literis citationis, quomodo ordinarius excõmunicauit eũ. Vnde ſi credit excommunicationẽ tenere, non veniat, & ſi credit eam non tenere, veniat: quia ipſi non intendunt ſecum colligere, ſi eſt excommunicatus.

10 †Item not. quòd probatio manifeſtæ offenſæ contra petentem abſolutionem ad cautelam, non habet locum, niſi quando petit abſolutionem ab excommunicatione lata poſt appellationem, ſed tunc habet locum iuſtè, quia probata manifeſta offenſa, per conſequens conſtat, quòd appellatio non valeret. ſup. de appel. cùm ſit. & c. propoſuit. & ideò talis appellatio non debet prodeſſe ad obtinendam abſolutionem ad cautelam, quia ſi aliàs petatur abſolutio ad cautelam, ſiue excommunicatio ſit lata à ſuo iudice, ſed dicitur non tenere propter expreſſum intolerabilem errorem, non poteſt haberelocum hæc probatio, quia impoſsibile eſt, quòd intolerabilis error ſit manifeſta cauſa, quare quis iuſtè excommunicatur, imò eſt cauſa malæ excommunicationis. Item ſi excommunicator dicit, non iudex etiam ſi pro manifeſta offenſa excommunicaret non teneret excommunicatio, & ideò antequam conſtet, quòd ſit iudex, non eſt recipienda probatio manifeſtæ offenſæ, nec poſtea, quia ſi eſt iudex, iniuſta poteſt eſſe, ſed non poteſt eſſe nulla, niſi ab eo eſſet appellatum, vel niſi expreſ ſiſſet intolerabilem errorem, & ſic non poteſt peti abſolutio ad cautelam.

11 †Item no. quod quando appellans petit abſolutionem ad cautelam, & ſibi obijcitur manifeſta offenſa, oportet quod ꝓbet manifeſtam offenſam, per euidentiam facti tantùm, vel per confeſsionem, in qua perſeuerauit, quia ſi dicat aduerſarius excommunicati, imò ſufficit probare offenſam manifeſtam per probationes inductas in cauſa principali, non valet, quia illa manifeſtatio tolli poteſt per probationes, quæ inducentur in cauſa appellationis, ſed contra petentem abſolutionem ab iniuſta ſententia, ſufficit probare offenſam fuiſſe excommunicatori manifeſtam, vel per euidentiam facti, vel per confeſsionem, vel probationem. inf. de ver. ſig. cùm olim. Verbi gratia: Aliquis condemnatus eſt de furto, ordine iudiciario ſeruato, & quia non parebat ſententiæ fuit excommunicatus. Igitur iſte excommunicatus petit ab hac ſententia excommunicationis, quaſi iniuſta, abſolui, nam in hoc caſu audiendus eſt excipiens, quia condemnatus & excommunicatus eſt ꝓ furto manifeſto, non ſolùm per rei euidẽtiam, vel confeſsionem, ſed etiam ſufficit ſi furtum fuerit manifeſtum per teſtes, vel per probationes receptas coram excommunicatore. ꝯ. de verbo. ſig. cùm olim. Sed certè hoc non placet, quia ſi ſententia cõdemnationis, vt dictum eſt, lata fuit cõtra furem, & non fuit ab ea appellatum, non oportet eum probare manifeſtam offenſam, per probationes receptas coram excommunicatore, quia ſufficit pro notorio iuris ad impediendam omninò abſolutionem, res iudicata. inf. de verb. ſig. ex parte. & idem eſt, ſi ſit appellatum, & nõ eſt appellationem proſecutus. Si verò fuerit appellatum, tunc ſi excommunicetur appellans poſt appellationem, non tenet excommunicatio, & tunc abſoluetur ad cautelam. ſup. eod. per tuas. vt hîc. Si verò excommunicetur appellans poſt ſententiam ante appellationem emiſſam, tunc officio iudicis obtinebit reuocationem illius ſententiæ, ſicut & aliorum grauaminum, quæ in illo intermedio fierent, vt not. ſup. de excep. dilect. & idem eſt dicendum ſi appelletur à mandato, vel interlocutoria, data cum cauſa cognitione. ſup. de elect. cùm dilecti. & c. quod ad cõſultationem. ſup. de re iu.

12 †Dicimus ergò, quod offenſa probatur manifeſta, nõ ſolùm per euidentiam, vel confeſsionem, ſed etiam per probationem in tali caſu, ſcilicet, receptis teſtibus, & alijs probationibus cõtra furem, ſi tulit ſuper furto ſententiam diffinitiuam, ſed ſi dixerit excõmunico talem furem, niſi tãtùm emendauerit pro furto. ſup. de appel. præterea. nam ſi hic fur petat abſolutionem, quod ab iniuſta excommunicatione abſoluatur, excipietur contra eum, nõ ſolùm de notorio, per euidentiam facti, vel per confeſsionem, ſed etiam quod per ꝓbationes receptas coram excommunicatore, factum eſt manifeſtum furtum eius, vnde non eſt abſoluendus. inf. de verbo. ſig. cùm olim. & videtur, quòd hoc ſit intelligendum, ſi à ſententia excõicationis non fuit appellatum, quia ſi eſſet appellatum, & peteret abſolutionẽ ab huiuſmodi excommunicatione, quaſi iniuſta, nõ obſtaret ei exceptio manifeſtæ offenſæ per ſolas probationes. Alij tamen aliter dicũt, ſcilicet, quia obſtabit petenti abſolutionẽ exceptio

exceptio manifeſtæ offenſæ per probationes, vel per confeſsionem.

Sunt etiam caſus, vbi probatur offenſa manifeſta per euidentiam facti, vel per confeſsionem, & non per probationes coram excõicatore receptas. Verbi gratia, iudex nouit aliquem, nullo ordine iudiciario ſeruato, quòd ſatisfaceret de rapina, vel mandauit alicui, quòd redderet teſtimonium in aliqua cauſa, vel quid aliud conſimile, quod quia non fecit, excõmunicauit eum, excommunicatus petit abſolutionem ab huiuſmodi excommunicatione, quia iniuſta, quia nullus ordo præceſſit excõicationem, benè admittetur exceptio manifeſtæ offenſæ. Verbi gratia: Domine, nõ debuit ſeruari ordo, quia rapina erat manifeſta per eius confeſsionem, vel euidentiam facti, & eodem modo dicet contra teſtem, nullus ordo eſt ſeruandus in producendo teſtem, imò notorium iuris eſt, quòd debet reddere teſtimonium, niſi legitimam proponat excuſationem. Ideò autem dixi, quòd hæc locum habẽt, vbi non ſeruatur ordo iuris, quia ſi ſeruaretur mandatum tranſiret in rem iudicatam. ſup. de ſen. & re iud. quod ad conſultationem. & ſic non eſt neceſſe probare manifeſtam offenſam, quia ſufficeret exceptio mandati, à quo nõ eſt appellatum. & ex his apparet ratio quare obijcienti exceptionem manifeſtæ offenſæ contra petentem abſolutionem ad cautelam, præfigitur terminus octo dierum, vt hîc. Et nõ præfigitur talis terminus obijcienti exceptionem contra petentem abſolutionem ab iniuſta ſententia, quia ibi modicum fieret præiudicium, ſi non probaret manifeſtam offenſam, quia eadem excep. manifeſtè competet eidem, quando excommunicatus appellans, volet proſequi appellationem. ſup. de app. cùm ſit propoſuit. ſed hic, ſcilicet, quãdo obijcitur cõtra petentem abſolutionem, ex iniuſta ſentẽtia, ſi nõ admitteretur exceptio manifeſtæ offenſæ, perpetuum fieret præiudicium, quia ſublata excommunicatione, quod fiet, non probata manifeſta offenſa, decæterò non poſsit agere ex monitione, quæ præceſsit, neque ex mandato facto ſine ordine iudici. C. communia præd. per totum. licet aliquando & poſt abſolutionem poſsit inchoare cauſam principalem de nouo, ſecùs eſt in mandatis ordine iuris factis, vt aliàs no. Alij tamen dicunt, quòd idem terminus præfigitur vtriſq;.

☞ †Item dixerunt quidam, quòd ſemper non obſtante aliqua exceptione manifeſtæ offenſæ, quis abſoluendus eſt, ſi velit pignora pro ſatisfactione apud ædem ſacramenta deponere, quia malitijs hominum non eſt indulgendum, ſed certè, hoc nobis non placet, quia hîc non eſt malitia, imò etiam prouidentia, quia ſi non debet, non nocebit ei excommunicatio. ſup. eo. c. inquiſitioni. vt hîc. ſed ſi non admittitur exceptio, poſſet malum euenire illi, cui ſatisfaciendum eſt, quia ſi excommunicatus ſcit ſe debere, non prorogabit cauſam, timens confeſsionem excommunicationi, quia multum prorogare poſſet, & prorogaret, ſi dictam confeſsionem non timeret. Iudex autem cui nihil probatum eſt, nihil mãdare poteſt (in iudicijs) neceſſitas iuris coëgit iudicijs iudicem vitare excommunicatum poſt appellationem, quod ſic probo. contra excõicatum agentẽ, excipit quod ſit excõmunicatus, & ipſe actor confitet ſe eſſe excõicatum, ſi dicit excõicationem non valere propter app. q̃ præceſsit, neceſſe eſt ergò, q̃ ſuperſedeat principali quæſtioni excõicati, qui confitetur de exceptione excõicationis quouſq; probet replicationem, ſcilicet, appellationem legitimam præceſsiſſe, & ſic apparet quòd benè dicit hic, quod in iudicijs euitetur, & habet locum hoc, ſi excipiatur de excommunicatione, quia ſi non excipiatur, teneret eum eo quod fit.

13 †Item ſi iudex determinat, non obſtãte exceptione excommunicationis procedendum, & tunc valet proceſſus. argu. not. ſup. eo. per tuas. ſup. de exce. pia. Item neceſsitas iuris cogit nos dicere, quod extra iudicium, eos vitare non debemus, quia ſi iudex, à quo appellatum eſt, mandat quod euitetur, tamen ius dicit quod appellatione pendente, nihil innouandũ eſt. ff. nil no. app. pen. Item quicquid fit poſt appellationem, eſt irritum. ꝯ. de app. ex parte M. Item lit. pend. nihil inno. eſt, ergò quouſque pendet lis, an ſit excommunicatus, non debet priuari communione hominum, nec alijs iuribus ſuis. ſup. vt lit. pen. à memoria. Item in iudicio paratus eſt iudex, qui cognoſcit de excommunicatione, licet incidenter, & ideò cùm ſtatim cognoſci poſsit, non eſt periculum, ſi ad modicum tempus differtur principalis quæſtio, ſed quia extra iudicium non eſt iudex, nec aliquis, qui de excommunicatione diffamat, valdè magnum eſſet periculum, ſi in omnibus euitaretur, & etiam contra ius eſſet, vt dictum eſt.

†(Extra

☞ †(Extra iudicium) quæreret aliquis, quare aliud in iudicio,& aliud extra iudicium. Ad quod tres rationes diuersitatis assigno, primò, sic periculosus excludimur ab his,quæ extra iudicium fiũt,quàm ab his,quæ in iudicijs aguntur, nam si per moratoriam exceptionem excommunicationis ab agendo excludor, differtur actio,& non tollitur, & ideò nõ magnum præiudicium pati videor, vt C. de preci. impe. offe. l. quoties. sed si à postulando, eligendo ab officijs, & beneficijs expellor, & in alijs grauiter lædor,quia sæpè cũ magna captione à rebus nostris reuocamur,vt ff. quemad.test.app.l. & si quis exsignatoribus.Secundò,sicut facilius interdicuntur iudicialia quàm non iudicialia, vt C.de hære.quoniam.& ea quæ sunt iuris,quàm ea quæ sunt facti,vt ff.de pœ.quidam serui. Tertiò,sic cùm in iudicio alium impetraui, leuius impedior,quàm extra iudicium vbi nullum prosequor, sed iuri modo innitor (intolerabile) sup.eod. per tuas. & ibi de hoc(pro manifesta)inf. de verbo.sig.cùm olim.glo.huic (pro manifesta) sup.eod.c.in glo.per hæc.& gloss. super eo.

CAPVT LXII.

1 *Excommunicatio non tenet,nisi præcedat monitio.*

STATVIMVS. (Nullus) excommunicat te, nec in genere, puta, dicendo omnes participantes sibi,nec in spẽ, puta,excommunico Pe.quia communicat I. excommunicato (constitutionibus)sup.eod. nuper. (consimili)ad hoc. sup. de cle.excõ.mi.si celebrat. in fi. gl.istæ.(teneant)imò videtur quòd nõ teneant, licet sint iniustè.ꝟ.eo. Romana.§. porrò (exlocutione)11. q.3. cũ excõicato.
1 & c.excõicatos.† (Non teneat) non tenet excõicatio,nisi præcedat monitio,nõ cõmunicans excommunicato, non est maiori excommunicatione ligatus, nisi in duobus casibus, vnus est,si in crimine sibi communicet. Secundus est, si præmissa monitione eum excommunicat, quia si non præmissa monitione excommunicaret, non teneret excommunicatio, quod speciale videtur,quod sine monitione excommunicatio teneat,sed sic ipsam proferens est puniendus.sup.e.sacro.Vel dic, quòd non tenet,propter facilem eius reuocationem, & pœnam excõmunicatori inferendam, cùm constiterit eam sic esse latam.sup.de rescrip.ab excom.& sic non tenet,quia facile reuocatur.

CAPVT LXIII.

VIA PERICVLOSVM(Superioribus) scilicet, patriarchis, primatibus, & archiepiscopis (excommunicationem)scilicet, ordinationes, consecrationes,& huiusmodi.(suspensionis)secùs est in excommunicatione(constitutionis)quæ fortè dicat,quicunq; contra constitutionem fecerit, sit suspensus. ☞ sup.eod.cùm medicinalis. †(Olim)caue hic dicit,non enim vult dicere,quod euitetur extra iudicium,sed obseruetur,quod hactenus obseruabatur, nunquam enim fuit obseruatum, quod vitaretur, & qui vidit testimonium,perhibuit. Huic gloss. videtur contra.sup.eod.per tuas.vbi dicitur,quod in alijs debet euitari,sed expone in alijs,id est,in iudicijs.sup.eod.solet. Vel dic,etiam extra iudicia debet euitari,antequam moueat litem super eo.quòd dixit excõmunicationem non tenere.sup. eo.solet.in glo.sup.eo.etc.

CAPVT LXIIII.

1 *Iusta est excommunicatio, qua quis excõmunicat omnes qui sunt cruce signati,si non portant publicè crucem,ad hoc enim fit, ut cæteri animentur ad sumendam crucẽ.*
2 *Excommunicatio etiam in iustos culpabiles non fertur sine monitione.*
3 *An capituli appellatio quod habet causam prosit canonicis, ut decæterò contra eos non ualeat ferri sententia.*

Quemadmodum in genere, & quemadmodum in specie fiat excommunicatio.

ROMANA ECCLE.(Excõmunicatoribus) ad ipsos enim remittendi sunt absoluendi.sup.de senten.excommu.sacr.per tuas,sup. de offic.ordi.ad repri.& si absoluant,non valet absolutio,quia in hoc casu non habent iurisdictionem super eos, vt hîc (sententiæ) benè dicit, nam si canonem fecisset,illo ligarentur omnes, vt no.sup.eod.à nobis. (generaliter) taliter, excommunico oẽs, qui fecerint furtum (in specie) puta excommunico Pet.qui ædificat,vel ædificauit in cœmeterio ecclesiæ. In genere,puta excommunico omnes qui ædificant, vel ædificauerunt in cœmeterio ecclesiæ. (mora)quia si præfixo termino neglexerit satisfacere,iustè poterit in eum ferri sententia huiusmodi, excommunico P. nisi vsq;

vsq; ad talem diem satisfecerit(vel culpa) puta, quia negligentes erant aliqui episcopi, vel clerici officia sua facere in suis ecclesijs,benè fertur huiusmodi sentẽtia, excommunico omnes, qui non interfuerunt suis officijs(offensa) puta, si quis tenuisset concubinam, à qua diuisus est,iustè fertur in eum hæc sententia,excõmunico te, si vlterius tenueris eam.ꝟ.de test. constitutis.in prin.

1 †(Causa) iusta est excommunicatio, excommunico omnes illos,qui sunt cruce signati,si non portant publicè crucẽ.Hoc enim ex causa fit,vt alij eorũ exẽplo animentur ad sumendum crucem,est etiam iusta huiusmodi,seu cõtra tolerantes hęreticos,& consimiles.sup.de hær.excommunicamus.§.credentes.& 23. quæst. 3.si habes.

(In vniuersitatem) ex hac enim sequitur absurditas,quòd puer vnius diei incidit in hanc excommunicationem,& ille qui absens est,sed iustè sic fertur sentẽtia, excommunico omnes illos de hac vniuersitate,qui fuerunt rebelles mandato.Sententia autem interdicti iustè fertur in vniuersitatem, quæ fertur pro delicto alterius.16.q.7. sicut Deum. inf.de spon.nõ est.
2 (Culpabilis) †dicunt quidam, quòd etiam in iustos culpabiles,non fertur sententia excõmunicationis,nisi primò moneantur & contra eos causa cognita procedatur, quia alia est causa capituli, vel vniuersitatis,quàm sit causa canonicorũ. 2.quæstio.1.nemo.sup.eo.sacro. 12.quæst. 2.qui manu mittitur.Causa enim vniuersitatis potest esse, quia non comparet in iudicio, vel quòd non recipiunt aliquem in canonicum,& huiusmodi. Causa autẽ personarum culpabilium de collegio nõ est hæc,quia ipsi non specialiter vocantẽ, imò si comparerent, non admitterentẽ ad respondendum pro capitulo sine mandato.Item ipsi non possent,nec deberent alium recipere in canonicum sine capitulo.Alij dicũt,& fortè melius,quod authoritate huius decre.sine alia monitione,& causæ cognitione,nominatim possunt excommunicare illos, quos culpabiles norunt,sed si non esset eis notum,non deberet sententia excõmunicationis in quenquam ferri,nisi præmissa monitione.2.q.1. nos in quenquam.& c.nemo.
3 †Sed quæritur, an appellatio capituli quòd habet causam, prosit canonicis, vt decæterò contra eos non valeat ferri sententia.Respon.si delegatus erat iudex,nõ videtur quod decæterò posit in aliquẽ de capitulo sententiam ferre, etiam si ante app.culpabilis extitisset,quia in eum poterat iustè excommunicationis sententia ferri,quia sublato principali, tollitur accessorium.sup.de consti.translato. Item quia per istam appellationem definit esse iudex,& in principali,& in accessorijs. Si autem esset ordinarius, vt ab eo esset in aliquo negotio appellatum à capitulo, cùm illud negotium per appel. sit ad superius auditorium delatum, vlterius occasione istius negotij non poterit in aliquem de canonicis sententiam excommunicationis proferre. 3. quæstio. sexta. dudum melius.in c.multum.sup.de offic. lega.licet.Sed quid si ordinarius,vel delegatus in aliquem de capitulo post appellationem legitimam, tulerit sententiam excõmunicationis de facto, nunquid capitulum potest petere,sententiam contra hunc canonicum latam,pronunciari nullam? Respon.si eius interest, vel quia de mandato capituli fecit canonicum,quare in eum est sententia excommunicationis lata,vel quia diffamatur capitulum, quia suus canonicus sic denunciatur excommunicatus, vel ex alia iusta causa, quòd benè potest implorare officium iudicis,vt sententia nuncietur nulla.argumen.ff.de fer.l.. sed si vellet capitulum sententiam excommunicationis in suum canonicum latam, occasione capituli dicere iniustã, hoc dicunt quidam non posse fieri, quia absolutio non debet dari,nisi petenti. Et hoc quidem dictum est de canonicis excommunicatis pro capitulis. Hoc idẽ dicendum est de rectoribus ciuitatum excommunicatis,pro ciuitatibus. Ex isto loco satis apparet, quòd si literæ impetrẽtur, contra aliquod capitulum, quòd cogantur ad alicuius receptionem, tamen delegatus compellet singulos canonicos ad receptionẽ ipsius, licet literæ tantùm cõtra capitulum, & non contra singulos canonicos sint impetratę.Et hoc est ea ratione,quia quando mandat,quòd capitulum aliquid faciat,intelligẽdum est,quòd canonici,& alia membra capituli illud faciant.sup.de præben.pro illorum,quia capitulum,quod est nomen intellectuale,& res incorporalis, nihil facere potest, nisi per membra sua.Idẽ videtur,quòd si mandetur de legato,quòd cogat vniuersitatẽ facere solutionem debiti, vel venditionem, vel permutationem, vel quicquid aliud simile, cogenda sunt membra eius,

illi facto

illi facto præstare consensum expressum, & sic de omnibus alijs, quæ consistunt in facto, quæ per vniuersitatem fieri non possunt. De extraneo autem, an posset impedire vniuersitatem adimplere, quod debet, not. sup. de offic. delegat. sanè. quia contra prædicta videtur. 12. q. 2. qui manumittitur. Sol. leuis est, quia vniuersitas benè potest habere libellum, & agere, & cõueniri per procuratorem suum, sed cõsensum alicuius facto præstare, pro aliquo suo membro, non potest, cùm consensus corporis, nec corpus habeat, sed in prædictis casibus videtur, quòd si alicui commissa est causa vniuersitatis alicuius, quòd per dele. vbi expediret, cogenda essent membra vniuersitatis præstare consensum in faciendo procu. vel alia consimilia.

CAPVT LXV.

1 *Nedum clerico, sed etiam laico, licet se tueri, etiam si iudex suus ordinarius, non seruato iudiciario ordine, iniuriatur sibi in rebus, uel persona.*

2 *Spiritualis gladius non debet exerceri, nec pro sua, nec pro aliena iniuria, nisi contra homines suæ iurisdictionis.*

DILECTO FIL. (Repellere) sup. eo. c. 3. §. si verò. 1. dist.
1 ius naturale. † (Decano) non solùm clerico, sed etiam laico, licet se tueri, etiam si iudex suus ordinarius, ordine iudiciario non seruato, iniuriatur sibi in rebus vel persona. C. de iure fis. l. fin. & credimus ordinarium processum, etiam qui fit per modum inquisitionis. sup. de acc. super his. sup. de offi. ord. c. 1. & hic est processus legitimus, & per seculares. l. in Authen. de colla. §. iubemus. ff. de offic. præsi. congruit. (iniuriosè) repete quæ diximus sup. de foro cõpet. verum (ecclesiastico) scilicet, sententia excommunicationis. 24. quæstio. 3. corripiantur. 16. quæstio. 1. c. 1. (præsertim) idem est, si nulla alia causa vel excommunicatio præcessisset. (& quidem) no. optimam rationem. (cùm liceat) 22. quæst. 3. fortitudo. & c. seq. (profectò) imò multò fortius (temporalem) iurisdictionem, vel rem, vel iniuriam (defensionem) scilicet, sententia excommunicationis, vel interdicti. (& temporalem) scilicet, defensionẽ armorum, vel iurisdictionem temporalẽ.
2 96. dist. c. fi. sup. de offi. or. c. 1. † (Ecclesiasticis) dum tamen spiritualis gladius non exerceatur, nec pro sua, nec pro aliena iniuria, nisi contra homines suæ iurisdictionis, materialis tamen defensio pro se, & pro alijs, benè potest exerceri, etiam in homines cuiuscunq; iurisdictionis. Item dicunt quidam, quòd etiam incontinenti, raptor nõ posset excommunicari pro rapina facta, nisi monitione præmissa, tamẽ melius videtur, quòd si rapina est manifesta, cùm iusta causa subsit, statim potest excommunicari, nisi incõtinenti eam restituat, si est prẽsens, vel si non est, ibi intra certum tempus quod duxerit præfigendum. ℣. de sen. excom. Romana. §. caueãt. ff. de rei ven. si res mobilis. & l. seq. (Adinuicem) nec tamẽ propter hoc licet laicis, vel clericis defendere aliquos suos, quos crederent iustè excommunicatos, vel pro certo scirent iuuare contra excommunicatorem, scilicet, vt cogerent excommunicatorem relaxare sententiam, vel etiam cessare à denunciatione excommunicationis, quia nec etiam liceret eisdem cogere iudicem secularem, suam sententiam relaxare, quod enim dicit hæc decr. habet locum maximè, vbi corporalis violentia infertur, & non vbi verbalis. Si autem prælatus excommunicaret aliquem, si oppressum iuuaret in iusta causa, vel armis materialibus, vel alio modo cùm sententia sit sub conditione appellet, & postea iuuet eum. sup. de app. præterea.

CAPVT LXVI.

1 *Excommunicatio per appellationem non suspenditur, exceptis certis casibus.*

VENERABILIBVS. (Archiepiscopus ex suo procedens
1 officio) sup. de app. cùm speciali. §. fin. † (& appellatum) post excommunicationem, quia per app. non suspenditur excommunicatio. ℣. de offi. or. ad reprimendam, exceptis casibus. ℣. de app. Romana. §. quòd si oportet (pro manifesta) inf. de verb. sig. ex parte. (Proposita querimonia) vel supplicationis, siue in integ. resti. quæ supplicat, vel petat se restitui ad causam agendã siue pœnarum expensarum, vt plenè not. sup. de procu. querelam. vel appellationis, per quam dicat reuocandam sententiam. C. quomodo & quando iudex ab eo. Communi enim iure, cùm sentẽtia transierit in rem iudicatam, sibi subueniri non potest. Idem videtur, si tantùm excõmunicationis sententia lata esset simpliciter, excommunico Petrum, quia fuit contumax in tali termino. Hæc enim sententia licet non sit diffinitiua, tamen si non est appellatum, transit in rem iudicatam. ℣. de sen. & re iud. quò ad consulta. quò ad hoc quod super expensis & contumacia excusanda vlterius non audiatur, semper absoluetur pro absolutione petenda, quia nunquam, quominus absolutio detur satisfacienti, transit in rem iudicatam (nec pandi) C. de iudi. sancimus (in itinere captus) ff. si quis cau. l. 2. (minimè cõpareret). ff. de re iud. contumacia (& hoc ipsum) quia, vbicunq; iudex superior non potest absoluere, nec condemnare, in causa propria, si excommunicatio lata est, absoluere debet excommunicatum. ℣. de offic. deleg. cum contingat. nisi obijceretur de manifesta offensa: vt prædictum est (illico pronunciare) sed probatio appellantis recipi potest super veritate causæ, scilicet, de app. interposita ad cautelam quia dubitatur, an sententia excommunicationis teneat. ℣. eo. solet.

CAPVT LXVII.

ROMANA. (Subiectis immediatè). ℣. e. à nobis. prima glo. in hac gl. secùs (iniustas) imò videtur quòd ipso iure sint nullæ. ℣. eo. statuimus (cauеant) contra. arg. ℣. de appel. constitutis. (proferre). ℣. de offi. ordi. si sacerdos. in tex. & in gl. & ℣. de app. præterea. 2. gl. hodie (exprimant). ℣. eo. cùm medicinalis. (vniuersitatis) contra. arg. suprà respon. ibi soluitur (prohibemus) ad hoc. ℣. eo. grauem. glo. istæ speciales personæ.

TITVLVS XLI.

DE VERBORVM SIGNIFICATIONE.

CAPVT I.

NAM ET REX NABVCHODONO. (Proauus). ff. eo. si appellatum. §. libellorum.

CAPVT II.

NAM ET EGO. Dicit Salomon (Quare) verba. Aug. (fratrem) prius enim alium filium habuit de Bersabeæ, qui mortuus fuit (quia illæ) hîc vult dicere: quia ita citò mortuus est, quòd nec etiam ei nomen impositum est, nec natus videtur.

CAPVT III.

QVOD DICITVR ANTEQVAM.

CAPVT IIII.

IOSEPH NON COGNOVIT.

CAPVT V.

INTELLIGENTIA. (Res) id est, intellectus. ff. de supell. lega. labeo. 31. q. 1. quomodo. ff. de rebus dubijs. in ambi. 22. quæstio. 5. Hu.

CAPVT VI.

NIHIL OBSTAT.

CAPVT VII.

PROPTEREA. (Si prolixam) ff. de fun. instr. & instr. lega. cùm delanionis. §. cùm fundum.

CAPVT VIII.

QVAMVIS OMNES. (Quendam) specialiter. q. d. quamuis omnes, qui prẽsunt, ritè vocentur præpositi præpositura tamen, est nomen specialis dignitatis.

CAPVT IX.

1 *Fœmina in testamentis & criminalibus testis esse nequid.*

FORVS) Forum) his partibus consistit iudicium, tanquam ab ordinantibus, nam negotia partium leges aduocatorum, & iudicia iudicum ad ordinatum forum (quo venit) hîc vult dicere, causa dicitur à casu, vnde venit causa, sicut de venditione, oritur causa inter emptorem & venditorem (enim) supple causa (vocatur) quid sit iudicium. (negotium) quid sit negotium (lis autem) quid sit lis (iurgium) quid sit iurgium (causa) quid sit causa. (argu.) quid sit argu. (probatio) quid sit probatio (in omni) quæ personæ quæruntur in iudicio (iudex) quid sit iudex (accusator) quid sit accusator (reus) quid sit reus (testis) quid sit testis (testes autem) quæ considerentur in testibus (non fœmina) in testamentis enim & criminalibus causis testis esse non potest. instit. de testamentis. §. testes. 2. q. 6. episcopi. 33. quæstione. 2. mulierem.

CAPVT X.

PACTVM. (Scriptura) quia sæpè fit cum scriptura: sed & sine ea tenet.

CAPVT XI.

IVS DICTVM EST.

CAPVT XII.

CAVSA CARPENSIS. (Licitis) de hoc notatur. ſ. de decimis. ex tranſmiſſa. ſ. de ſententia excommunica. cum volun. glo. not. eleemoſynas.

CAPVT XIII.

QVAESIVIT. F. T.

CAPVT XIIII.

1 *Super interpretatione fertur ſententia.*

IN HIS QVAE AMBIGVITATEM. (Partis) non tamen credimus lit. conte. neceſſariam. (diffinimus) no. ſententiam ferri ſuper interpretatione.

CAPVT XV.

1 *Priuilegia recipiunt in dubijs intellectum ſecundum intentionem concedentis. & quandoq; fit interpretatio ſecundum propriam verbo. ſigni. in num. 2. Quæ nomine præbendæ veniant.*

2 *In dubijs priuilegiorum recurrendum eſt ad intentionem concedentis. & c ſeq.*

LIM TIBI. (Et manualia) ſcilicet, quæ quotidie dantur, vt pro exequijs mortuorum, & huiuſmodi. (Moliuntur) volebant enim nomine præbendæ, quæ tantùm præſentibus datur, ea tantum intelligere, quæ in victu conſiſtunt, & malè. Comprehendit enim, & ea quæ veſtitus ſunt, dummodò tantùm reſidentibus dentur (interpretanda) de hoc not. ſ. eo. cauſam. de dona. per tuas. & c. cùm dilectus.

1 † (Intellectum) priuilegia enim in dubijs recipiunt intellectum ſecundum intentionem concedentis. ſ. e. dilecto. ſ. de reſcrip. mandatũ. & c. ſeq. ff. de re. iur. Neratius. & ita quod non trahantur ad iniquitatem, vel grauamen alterius. ff. de vulg. ſub. facto. & debes ſcire quòd vbi dans priuilegium, reſpondet de intentione ſua, non eſt neceſſe partibus præſentib[us] a fieri, vt hîc: & facit præiudicium partibus talis interpretatio, & ad eam obſeruandam coguntur, vt. ſ. e. ex parte veſtra. & hæc propriè declaratio dicitur. ff. de teſt. hæredes. §. 1. & hoc in priui. ſed ſi ſententiam ferat, vel aliquid aliud de iure faciat, non eſt ſua interpretatio: quia functus eſt ſuo officio. ſ. de offic. deleg. c. ex literis.

2 †Item quandoq; fit interpretatio, ſecundum propriam verborum ſignificationem, ſecundum quòd habes ferè per totum hunc titu. & in. ff. & C. & hæc interpretatio fit, & non præſentibus partibus, & extra iudicium, nec per talem interpretationem coguntur partes ad ſeruandam interpretationem, nec eis præiudicat. & eſt ea ratio: quia leges, & verba legis, & vltimarum voluntatum, & contractuum, & priuileg. recipiunt quandoque interpretationem à conſuetudine [b], contra verbi propriam ſignificationem. vt ff. de le. ſi de interpre. & l. ſeq. & l. minimè. & l. ergò. & hæc interpretatio tantùm ad principem pertinere videtur, & ideò ſemper remanet eis ſaluum ius ſuum, nec fit ei prę iudicium per talem interpretationem. Poteſt autem & hæc interpretatio fieri partibus præſentibus, & tunc præiudicatur partibus: vt no. ſ. eo. c. proxi. arg. ad. q. ff. quis ord. in bo. poſ. ſer. l. 2. §. 1. & 2. melius credimus, quòd quælibet interpretatio obſit partibus, quò ad hoc, quòd ſeruet interpretationes Papæ, niſi in alio iure iuuentur. ſ. eo. venerabilis. ſ. de deci. & multi. & de offi. or. duo. Eſt autem alia interpretatio cuiuslibet iudicis. ſ. quando iudex interpretatur verbum legis, vel contractus, in cauſa, quæ coram eo vertitur. ſ. de poſt. c. 1. ff. de leg. non poſſunt. & hoc debet fieri, partibus præſentibus, & præhabita copia defendendi vtriq; parti. ſ. eo. venerabilis. 30. q. 5. iudicantem. & ideò, ad ea quæ interpretata ſunt, coguntur partes. & hæc vera ſunt, in interpretationibus. Modificatio autẽ priuilegij, nõ debet fieri, niſi partibus præſentibus, & etiam conſentientibus. ſ. de dec. nuper. quamuis ſi nollet conſentire eis inuitis dans priuileg. poſſet illud modificare ex iuſta cauſa. ar. ſ. de exceſſi. præla. c. 2. & not. ſ. vt ec. bene. vt noſtrum. in fi. nec contradicit decre. ſ. de deci. ex parte, quia ibi non fuerunt modificata priuilegia, illis qui habeant: ſed ille Papa magis moderata priuile. dabat de nouo monachis, quàm ſui anteceſſores fecerant. Iſtæ autem modificationes non fiunt lit. pen. nec fiunt, niſi petente eo, cuius intereſt. ſuprà, vt lit. pen. delictis. ſuprà, de teſt. cauſam. interpretationes autem fiunt, ſine lite, & lite pendente, & petente eo, cuius nihil intereſt: vt habes hîc, & in multis iuribus hîc allegat. ſupra, de ſenten. excommuni. inter alia. ſuprà, de ſi. per tuas. vbi ſatis apparet, non eſſe reſponſum illis, quorum intererat.

Poteſt

a Præſentibus. Et ſic nõ requiritur citatio. Adde Pau. de Ca. qui ad hoc allegat in conſi. 337. colu. 2. incip. quia exceptiones. in 1. parte antiquorum. ſecundum noui. impreſ. & Fel. in c. cum olim. col. 6. ſuprà, de re iud.

b A conſuetudine. Adde Abba. in c. certificari. ſup. de ſepul. & Fel. in c. cum M. Ferrariẽſis. col. 3. ante medium. ſup. de conſti.

Poteſt autem ea ratio eſſe, quare non ſeruatur ordo iuris in interpretationibus, quia eſt notorium de iure. Dicitur enim ſic interpretanda verba iuris, vel priuilegia, vel contractus, vel teſtamenti, & ex aduerſo contra. cùm ergò ius hoc diffiniat, & nõ ſit neceſſe probatio facti, nec fiat præiudicium partibus: vt. ſ. dictum eſt, nõ ſeruabitur ordo iuris, vt not. ſ. de conſue. cùm inter vos (interpretanda) ad expoſitionem iſtius decr. optimè. facit. ſ. de præben. dilectus filius. in glo. illa ſed nónne.

CAPVT XVI.

VM IN PARTIBVS. (Exhis verbis) arg. ſumpto à contrario ſenſu, dicebant iſti priuilegiati, quòd ſi non eſſet generale interdictum, puta, regnum, vel prouinciam, quod licebat eis more ſolito, ſcilicet, apertis ianuis, & alta voce, celebrare diuina.

CAPVT XVII.

VM TIBI. (Indultum) hæc decreta. non habet locum vbi quis habet aſcendentes, vel deſcendentes, vel etiam collaterales conſanguineos, tunc enim conſanguinei tantùm ſuccedent. 12. quæſtio. vlti. cap. vlti. & quæſtio. 3. c. 1. item ſi nullos conſanguineos habet, non habet locum hæc decret. quia ſuccedit eccleſia. 12. quæſtio. 3. quicunque. ſuprà, de ſucceſ. ab inter. c. 1. item non habet locum, vbi deputauit certam perſonam, per quam bona eius diſpenſarentur: quia tunc ille diſpenſabit, non alius. ſuprà, de teſt. tua. in Authen. de eccle. titu. §. ſi quis. C. de epiſcopi. & cle. nulli. Poteſt ergò habere locum, vbi bona ſua in pias cauſas erogari præcepit, nec deſignauit perſonam, per quam hæc fierent, vel deſignatur, ſed negligentem. in his enim caſibus licet per epiſcopum dioc. fieri debeant, vt in l. præalle. tamen de ſpeciali gratia Papa hic alijs indulgere poteſt, quamuis hoc alijs non indulgeat, ſed tantum epiſcopo, cui ſcribitur, & non eſt hæc ſpecialis gratia, ſed ius commune, vel fortè eſt ſpecialis gratia: quia archi. & alij habebant de conſuetudine.

CAPVT XVIII.

1 *Eccleſia varias habet interpretationes, & multipliciter intelligitur.*

VM CLERICI. In prælatione conſtitui & alij ſi eſt conſuetudo. (Fidelis) hoc iuramentum obtinet tantùm ius obedientiæ, vel fidelitatis, vel homagij, quòd pro ſpiritualibus non eſt præſtandum. ſuprà, de ſi. ex delic. infr. c. proxi. cap. fin. hoc autem iuramentum pro ſpiritualibus præſtabatur, & ideò communiter tenentur hoc iuramento non tantùm epiſcopo, ſed etiam capitulo, ſpiritualia enim iura, non ſunt diuiſa inter epiſcopum & capitulum. vnde de conſenſu capituli facere debet, & ſi aliqui laici, vel clerici iurarent epiſcopo fidelitatem, pro aliquibus temporalibus quæ epiſcopus habet ſegregata à capitulo, nullatenus teneretur capitulo, vel econuerſo. ſuprà, de reſcrip. edoceri.

☞ † (Capitulum) nota. per eccle. hîc intelligi capitulum maioris eccleſiæ. 63. diſt. §. 1. 10. quæſtio. vlti. antiquos. quandoque autem intelligitur tantùm epiſcopus. 7. quæſtio. 2. ſcire quandoque viri eccleſiaſtici. 63. diſt. c. 1. quandoque quælibet eccleſia. ſ. de teſt. relatum. ſupr. de vſu. cum ſuper. quandoq; congregatio fidelium, de conſecra. diſt. 1. eccleſia.

CAPVT XIX.

VAERENTI. (Circumſtantijs) ſuprà, de offi. deleg. ſanè paſto. 50. diſtinct. contumaces.

CAPVT XX.

1 *Sylua quæ ſit.*
2 *Priuilegium de noualibus extenditur tantùm ad futura.*
3 *Cùm vtraq; pars probauit intentionem ſuam, qui teſtes præferentur.*
4 *Nouale dicitur etiam ager infructuoſus: reditus fructuoſus.*

QVID PER NOVALE. Quis locus dicatur nouale quære extra, eo. veniens. §. illum. † (Anno). ff. de ver. ſig. ſylua. §. nouale. quandoque dicitur ſylua, quę rumpitur. ff. de ter. amo. l. vlt. ff. de peti. hære. vtiles (extirpatis). ſ. e. c. 1. (de nouo) id eſt, poſt priui. impetratum. arg. ſ. de priui. dudum. vel etiam antè, vt ibi not. vel alias. vt no. in glo. hîc poſita. no. quòd. ſcilicet.

2 † (Memoria) not. quòd hæc probatio non incumbit priuilegiato, si non sit in possessione, & qui agit petitorio, etiam debet probare, quod ab eo tempore, quo habuit, priuilegia, facta sunt noualia, extenditur enim tantùm priuilegium ad futura noualia: cùm ille sit sanus intellectus priuilegij, vbi nil vel parum partibus præiudicet, vt not. suprà, eod. olim. alij aliter dicunt, vt not. suprà, de priui. dudum. sed si expressè vellet dicere, quòd etiam da anterioribus noualibus haberet, mihi videtur, quòd illa appellaret noualia, quæ à 10. ann. citra, culta fuerunt: tànto enim tempore adducitur consuetudo, & seruitus continua. ff. si serui. ven. si quis. C. de seruitu. l. 2. & fi. Item oportet eum probare, quod ante tempus illud. 10. an. nouum. in quo cœpit modo coli, tanto tempore fuit incultum, quod non extat memoria, quòd culpa fuerat, & debent sic dicere testes, vt quidam dicunt, licet nobis non placet.

Nos vidimus, quòd hæc possessio fuit inculta. 40. an. ad minus, & postea adijcient de vlteriori tempore, hoc modo, nos etiam non audiuimus, nec vidimus quando culta fuerit, hæc possessio. Nec vidimus, vel audiuimus eos qui viderint, vel audiuerint quando prædicta possessio culta fuerit, vel melius debent dicere omnium esse opinionem *a*, vel communem, se non vidisse, vel audiuisse eos, qui viderint, vel audiuerint, cùm culta fuit hæc possessio. ff. de probationibus. si arbiter.

a *Opinionem. Ioa. de Imo. in c. veniens. suprà, de testibus. intelligit hæc dicta Innoc. in casibus, in quibus sufficit memoriam extare. & refert. Ale. de Imo. in consi. 208. col. 3. vers. nec etiã obstat prædictis in secundo vol.*

Sed dices, ergò hoc eodem modo probatio legem datam à Moyse & schisma Choræ, Datham, & Abiron, argumẽtum. 7. quæstione. 1. denique. sed si hoc dicitur. multæ absurditates & impietates, nedum de alijs, sed & de Christo probari possunt, & idcircò non est ita latè accipiendum, sed sic restringendum est, non vidimus eos qui viderint, & hoc leue est, nec eos vidimus, qui audiuerint suo tempore factum, id est, communi opinione habebatur, quòd possessio, de qua agitur, non colebatur, sed lupis, & transeuntibus bestijs, vel paludibus patebat, si autem velles adijcere non vidimus, nec audiuimus illos, qui viderint vel audiuerint suo tempore. vel etiam ante tempus eorum factum, malè intelligeres, & prædictæ absurditates & multæ aliæ sequerentur. Sed ex aduerso, scilicet, ex parte negantis decimas, & negantis nouale, potest probari contrarium, scilicet, per testes, qui sic dicunt, non audiuimus dicentes, quod audiuerant eos, qui audiuerant alios, dicentes possessionem, de qua agitur, cultam fuisse suo tempore. in communi opinione habebatur, & non dubitabatur, eam esse cultam. ff. de aqua plu. arcen. in sum, in princ. & §. fin.

3 † Sed quæres, si suam opinionem vtraque pars probabit, qui testes alijs præferentur? Respondeo, cùm testes secundum ea, quæ dicimus, debeant dicere communem opinionem esse, possessionem cultam, vel non cultam, illi testes præferentur, qui meliores sunt, & verisimiliora dicunt. 4. quæstione. 3. in princ. sed si testes dicerent non esse communem opinionem, quòd culta esset. hîc præualent pauci testes, assèrentes communem opinionem, quod culta fuisset, multis, qui negarent communem opinionem: quia negantis etc. 6. quæstio. 5. actor. ad hoc facit. suprà, de proba. tertio. Non autem sufficit, ab vno audiuisse, sed à pluribus. suprà, de testi. licet. & valet hæc præscriptio in seruitutibus & iuribus quæ nec continuam vel quasi continuam causam habent, de quibus not. suprà, de præscrip. de quarta. & non habet locum hæc probatio, nisi vbi habetur expressum in iure, quod debet habere præscriptionem cuius, non extat memoria (tali) scilicet, agro
4 inculto. † (De quo) quia potest esse, quòd fuit incultus: sed non infructuosus, & de eius fructibus, ecclesia percipiebat decimas, & sic apparet, quod dicitur nouale, quia de infructuoso fit fructuosus: & non quia de inculto factus est cultus. Vel dic, & melius, quòd etiam si erant aliqua nemora, vel pascua, quæ primò aliquem fructum ferebant, sed modicum: puta, modicam herbam, & pauca ligna, & si pòst, de eisdem nemoribus fiat terra culta, benè habebit inde decimas, ille qui priuilegiatus est super decimis noualium, etiam si parochialis ecclesia primò habebat illas paucas decimas, quæ colligebantur de pascuis & nemoribus: sed si prius parochialis ecclesia magnas decimas inde haberet: tunc ad eas non extenderetur priuilegium, & sic expressè videtur velle litera huius decret. (de quo) istam decre. expone vt diximus supra, de priuil. c. vltimo.

CAPVT

CAPVT XXII.

VENERABILI. (Protectione) id est, gubernatione, & quòd sibi de temporalibus? Respondet, & hoc ipsum factum fuit, de speciali authoritate Papæ. (suis) episcopi (de canonicis) sanctæ crucis (suo) episcopi. (priuilegij) fortè priuilegium impetrauerat monasterium sanctæ crucis, quod in monasterio de Arga. ad eum spectante, posset priorem instituere de fratribus suis, quòd non impetrasset, si dixisset quòd episcopus episcopalia iura ibi haberet, cùm inter episcopalia iura sit institutio prioris. ꝛ. de offi. or. conquerẽte. ꝛ. de capel. mo. c. 1. Item eodem priuilegio continebatur, salua debita reuerentia matricis ecclesiæ, quod verbum malitioſè interpretatur appellantes maiorem ecclesiam non episcopalem, sed Romanam.

CAPVT XXIII.

1 Potest Papa iniuriam manifestam vindicare.
2 Qualiter sit procedendum cùm de rebus vel iuribus agitur.
3 Cùm agitur de potestate Papæ, vel de sententijs eius, quis cognoscat.
4 Quando quis absq; aliqua monitione excommunicari valeat.
5 Superiori iudici relinquitur hæc cognitio, an ex iusta causa quis fuerit excõmunicatus.

EX PARTE. (Latro) id est, satisfactio, vel emenda, de latrone damnato, vel rectè homo culpa rei mortuus petitur. ff. de ver. obl. si seruum. §. vlt. condemnatio autem non fiet, nisi in æstimatione. arg. contra. ꝛ. de ac. qualiter. 2. sed illud obtinet, vbi benè potest ferri sententia secundum petitionem, alioquin potest aliquando à petitione diuertere, vt in iudicio finium reg. ff. fi. reg. l. 2. & 3. (de parendo) coram ordi. iudice. sicut ex debito tenebatur, vel coram canonicis Carnot. quòd ex superabundanti erat. Vel dic, quòd erat de mero iure, cùm delictum commissum esset in terra iurisdictionis canonicorum (offerret) coram or. iu. vt. ꝛ.

(Fecerunt) sed dices, nónne hoc ipso, q sententiã tulerat in causa sua, iniusta erat. C. ne quis in causa su. l. 1. 4. q. 4. c. 1. Respon. prosequamur hîc materiam à remotioribus, si iniuria manifesta sit † Papa potest eam vindicare. 23. q. 4. Guilisarius. & c. se. & potest etiam, si est occulta, facere inquiri de ea. sup. si quis imper. ma. l. 1. sed si inferiori *a* prælato fiat iniuria, vel verberibus, vel contumelijs: si est manifesta iniuria, videtur quod similiter posset eam in subditos vindicare, scilicet, excommunicando & deponendo. argu. 2. q. 2. si quis. & ꝛ. de offi. or. irrefra. & in præalle. c. Guili. si autem est occulta offensa, non vindicabit eam: sed poterit eum apud superiorem accusare, vel denunciare, & non punire. C. ne quis in causa sua ius sibi di. l. 1. ꝛ. de ofs fi. dele. statuimus. nam in præcedenti casu cùm offensa sit notoria, probatione non eget. 2. q. 1. manifesta. ꝛ. de appella. cùm sit Romana. nec ibi necessaria sit sententia, super crimine, vel iniuria, quæ notoria est, non est hic iudex in causa sua, sed executor pœnæ qui benè potest quis esse in sua causa: quia recusari non potest. sup. de ap. nouit. hoc modo videtur dicendum, si agitur de iniurijs.

a *Si inferiori. Ad hæc dicta. Adde Pet. de Anc. in consi. 277. inci. ex prædicta facti narratione. col. 5. vers. venio ad quintum, & repitur istud consi. sub. nu. 439. & quãdo quis possit esse iudex pro iniuria illata eius officio, vide per Alex. de Imo. in consi. 25. colu. fin. vers. 3. præsup. pono. in 2. vol.*

2 † Sed si agitur de rebus, vel iuribus, tunc sic est procedendum: quia, si Papa contra alium, vel alius contra eum mouet quæstionem, super rebus, vel iuribus aliquibus eligantur arbitri vtrinq;, vt iudicium procedat sine suspicione. arg. 11. q. 1. si clericus. 3. q. 5. qui suspecti. & licet sit honestum, non negamus tamen, quin alicui possit causas huiusmodi delegare. arg. ad hoc: qa imperator causas suas, & imperij, facit tractari p procuratores suos, qui sunt ab eo dati iudices, licet ipsi sint ordinarij, C. vbi cau. fi. per totum. C. si aduer. fi. l. 1. & 2. sed nõ video rationẽ, quare vitetur suspicio, si sunt ordinarij, & nõ vitet, si sint dele. cùm vtriq; sint ab eo dati, Imò procu. tanquam magis familiares magis debẽt haberi suspecti, & sic obtinet de consuetudine, quòd Papa huiusmodi causas delegat alijs. Si autem aliquis vellet Papæ crimen obijcere, de hoc nullus potest cognoscere. 9. q. 3. facta aliorum, nisi de hæresi. 40. dist. si
3 Papa. † Item quando de potestate eius agitur, vel de sententijs eius, nullus, nisi ipse solus cognoscit. 9. quæstione. 3. isti sunt nemo. & c. se. si autem episcopus, vel alius inferior prælatus agat de iuribus, vel rebus suis, vel contra eum agitur, coram competenti iudice hoc agi debet. C. si à non compe. iu. per totum. 11. quæstione. 1. si clericus. & si ipse prælatus super suis iuribus iudicat, vel arbitretur, non valet. C. ne quis in sua causa. l. 1. C. de arbi. l. penul. nisi notorium esset, quod aliquis iniurioſè iura alicuius prælati occuparet, vel retineret: nam tunc, licet non possit cognoscere, nec debeat: quia notorium

est. 2. quæstio. 1. manifesta. Tamen hunc notorium sacrilegum, monitione præmissa, excommunicare potest, & aliàs punire. 2. quæstione. 7. si quis ega. & c. si quis, licet, si dum monetur, vel aliàs dicit conuentus, ego non sum de iurisdictione tua, ego enim sum à te exemptus, vel non debeo tibi iura hæc, puta decimas, vel mortuaria, vel huiusmodi: tunc prælatus debet ei dicere, quòd si super hoc habet priuilegium, vel instrumentum, quòd illud ostendat, si illud ostenderit: non debet vlterius prælat[a] iudicare [a], vtrum sit verum, vel falsum priuilegium, vel an ei derogatũ sit, sed debet supersedere, & corã superiore agere de iure suo, quia non est res notoria, sed iam probabili negatione facta est res dubia. C. qui ad lib. procla. non licet. l. 3. & ideò excommunicari non potest, nisi causa probetur coram superiore. 2. quæstione. 1. nemo. & si excommunicauit, quasi iniustè excommunicans, punietur, & sententia sine difficultate relaxabitur. suprà, de sent. excommuni. sacro. etiam si in veritate esset subditus, & etiam iura denegata debentur, sed si esset exemptus, sententia pronuncietur nulla, sed iste, siue sit exemptus siue non, siue dubitet, prudenter faciet, si appellaret, postquam priuilegium exhibuerit, ne vlterius contra eum procedat, & sic non tenebit, quicquid post fecerit. suprà, de appel. ad audi. & valet hæc appellatio etiam à futuro grauamine, quia est extra iudicium. vt not. suprà, de appel. consuluit. si autem non ostendit priuilegium, sed dicat se habere priuilegium, vel instrumenta alibi, vel testes, vel probationes alias, tunc si id, quod petitur à prælato, notorium est deberi de iure vel de facto, vt quia petit decimas suæ parochiæ, poterit eum excommunicare, non obstante improbabili negatione, quæ non facit rem dubiam, dato tamen prius sibi aliquo termino ad probandum de iure suo, quia si contrarium diceretur, facilè esset cuique iurisdictionem fraudare, sed superior iudex excommunicato petenti absolutionem ad cautelam dabit præstita cautione de parendo ecclesiæ mandatis, & præstita absolutione, quæret quare non dedit decimas, vel aliud quod notum est de de iure deberi, & si probauerit iustam causam denegationis, absoluet eum à præceptis, & si non probauerit, condemnabit eum, nam præsumptio in hoc casu transfert in eum onus probationis, vt aliàs no. sup. de præsump. illud & qui illud negat, quod de iure debetur, illud probare debet. ff. de proba. ab ea. & quia notorium iuris est, sufficit hunc ordinem seruari, sicut apparet in præall. l. quæ alium ordinem seruari non præcepit, nisi quòd probet. arg. ad hoc. quia non seruatur ordo iuris in notorio facti, nec in notorio iuris.

Sed dices nónne iste prælatus in omnem casum debebat cognoscere, an sua esset iurisdictio, & an falsum esset priuilegium, & an esset exemptus? suprà, de rescriptis. super literis. ff. de iu. si quis ex. Respon. quia tunc habet locum quòd iudex debet cognoscere, an sit iudex, quando inter partes contenditur de hoc, quod vnus dicit iudici, vos estis iudex, & rescriptum est verum. & alius dicit contrarium, quia tunc non iudicat in propria causa, sed in aliena. ff. quando appellan. sit. l. 1. §. in propria. Sed secùs [b] est quando iudex prosequitur suam causam, qualis est in superioribus casibus. Vtrum autem exemptus sit, vel non, vel vtrum priuilegium sit verum, vel falsum, vel aliquid aliud quod tangat principalem causam, de his cognoscere non debet, quia esset iudex in causa sua, quod esse non debet. Priuilegium autem de quo hæc decret. loquitur restringi debet, vt illi tantùm authoritate eius excommunicari possint, qui notoriè contra ecclesiam deliquerunt. argumen. suprà, de officio delegati. statuimus. stultè autem faceret episcopus, si in illo casu vbi sibi exhibetur priuilegium peteret arbitros, nec est de iure quod petat, quia illud. c. si clericus. loquitur quando prælatus vult conuenire subditum. Sed hîc nunquam prælatus debet se constituere actorem, sed reum qui fauorabilior est, & tanquam reus debet sub eo iudice conueniri exempti autem, si notoria est exemptio, non tenentur comparere. ff. qui satisda. co. si nota. & ff. de fer. l. 1 Si verò dubium est compareant allegaturi priuilegium, & recedant. ff. de iudi. si quis excommuni. & tutius est si appellatur vt dictum est, & si non comparent, teneret sententia excommuni, vel alia multa ex ea sola causa, quòd non apparet allegaturus priuilegium. argumen. præall. l. si quis ex. (cautio.) Item si excommunicatus sit pro sola contumacia, dum modò constet contumacia, non absoluetur contumax, nisi prius refusis expensis & alio interesse, quia

[a] *Iudicare hoc dictũ refert Ant. de But. in c. cæterũ. vol. 6. suprà, de iu. & dõ. Alex. in cõs. 1. col. 3. circa medium. in 5. Volu.*

[b] *Sed secùs, ꝓ intelligentia dictorum Innoc. hîc, vide Alexan. de Imo. in cons. 29. col. 2. circa medium. in 1. Volu.*

quia & tunc potest dici manifesta offensa (priuilegium) quod continetur in priuilegio de iure communi est, sed ad hoc valet, quia solet plus timeri. vt. 23. distin. quanquam. (congrua) hæc sunt verba, quę dubitationem recipiebant, nam canonici dicebant congruam satisfactionem emendationem damni, vel iniuriæ æstimationem, sed comitissa dicebat congruam satisfactionem si præstaret cautionem de iudicio sisti, hanc autem dubitationem dominus Papa soluit hic.

4 † (Iuri) de hoc no. suprà, de sen. excõ. solet. idem est si in aliquo negotio sit contumax. VERBI GRATIA: quia non vadit ad consilium. 5. qõ. 2. præsenti. 18. dist. si episcopus. & c. se. idem est si non prosequatur accusationẽ cœptam. 4. qõ. 5. c. 1. in fi. & idem dico, si præciperet quid aliud, quod ad officium eius pertinet. 7. quæstio. 1. quia frater. Idem si præcipiat alicui specialiter, quòd non faciat furtum, vel fornicationem cum aliqua specialiter & non obediat, hic excommunicari potest sine alia monitione facienda super emendatione criminis perpetrati, quia verè cõtumax est, quæ sola sufficit ad iustificandam excommunicationem. 11. quæstio. 3. certum. Idem dicunt quidam, etiam si generaliter, vel simpliciter moneat aliquem super fornicatione, quod non credo, quia sicut pro contumacia de expresso crimine debet excõicari, sic de expresso crimine moneri. arg. 2. q. 1. nemo. c. ꝫ. de sen. ex. cum medicina. (offensa) sup. & contumacia, nam pro solo crimine non est quis excõicandus, si velit se corrigere. 11. q. 3. nemo. 45. di. sed illud. 24. q. 3. tam sacerdos, & quod dicit in offensa, idem intelligitur in quolibet crimine. ꝫ. de sen. excom. graue. ꝫ. de offi. dele. ex literis. 24. q. 8. pessimam. 18. q. 4. presbyterorum. 11. qõ. 4. excellentissimus (manifesta) quæ offensa manifesta dicatur in c. proxi. dicitur. (sufficiens) plus placet quod not. ꝫ. de cen. cũ venera.

5 †(Si verò dubia) id est si iudex superior dubitabit, an sit notoria, vel non, tunc statim absoluat eum, nisi aduersarius offerat se probaturum, quod inferior iudex excõicauit eum pro manifesta offensa. inf. c. proxi. ꝫ. de rescript. ab excommuni. in fi. vbi dicitur, quod superiori iudici relinquitur hæc cognitio, an ex iusta causa fuerit excommunicatus, nec vnquam potuit esse iusta, nisi excõicatori esset notoria, vel per cõfessionẽ, vel per probationẽ, vel per euidẽtiã facti. ꝫ. c. c. px. qa si iudici constaret quod pro dubia offensa esset excommunicatus ab inferiori iudice, tunc sine vlla cautione statim absolueret eum quod constaret, quod sententia esset iniusta, quæ non debet ferri in dubijs, sed tantùm causa probata. 2. quæstio. 1. nemo. & c. nomen. 23. dist. habuisse. nisi fortè nõ vt iudex, sed vt pars tulisset sententiam, quia tunc etiam pro offensa non notoria, dummodò postea appareat vera potest quis excommunicari: vt not. suprà, de cens. cùm venerabilis.

CAPVT XXIIII.

1 *Si quis per probationem velit facere manifestam iniuriam aduersarij, audiendus est antequam absoluatur aduersarius.*
2 *Manifesta offensa qualiter cognoscatur, hæ bes hîc exemplificatum.*
3 *Quomodo dicatur periculum imminere moræ, si quis absolui differatur.*



VM OLIM. (Dum ansam). q.d. dum vnam quæstionem soluimus, in grauiorem incidimus, soluimus enim verbum, quod erat in priuilegio. s. quod nemini liceat, etc. illud interpretantes de excommunicatis pro manifesta offensa, vt in susperiori. c. sed ex illa solutione difficilioris quæstionis nodus est intricatus. s. quæ offensa dicatur manifesta (proponentibus) & malè (iudici) malè dicunt, quia in qualibet causa manifesta iniuria dicitur, quàm iudex iudicat manifestam, nisi ab eius diffinitione appelletur, quia ratione iurisdictionis suæ, licet ei præiudicium facere partibus per suam interpretationem. suprà. de postul. ad hoc. ff. de iusti. & iur. l. fi. (sibi) qui tulit sententiam excommunicationis, vel parti pro quo lata est.

1 † (Per confessionem) vel per sententiam, à qua non est appellatum. suprà, de coha. cle. c. vestra. & c. tua. (vel probationem). hîc benè colligitur, quod si quis per probationem velit facere manifestam iniuriam aduersarij, quod est audiendus antequam absoluatur aduersarius, vel dic, quod si excommunicato eo tempore, quo petit absolutionem, obijcitur ꝗd excommunicatus fuit pro offensa, quam modò ostendit, & vult ostendere manifestam per probationes, quod non potest, nec debet eius absolutio propter hoc differri, nisi probet quod per probationes, vel alio modo factum, pro quo eum excommunicauit, fuit notum ex-

communicatori, antequam excommunicaretur, quia aliter esset iniusta sententia, quæ lata esset, non probata causa excommunicationis, & ideò sine difficultate absoluendus est. ff. de sen. ex sacro. §. 1. 2. q. 1. nemo. sed si vellet ostendere per probationes, quæ receptæ fuerunt ab excommunicatore, antequam excommunicaretur offensam esse manifestam, vel veram, benè audiretur in impediendo absolutionem, vel dic quando quis excommunicat vt pars, vel vt exequens officiũ suum, sufficit si post sententiam excommunicationis probatur iusta causa.

2 †(Aut euidentia) non habita differentia, an non fuerit iudic. parti in alijs sufficit enim factum esse notum: vt no. ff. de coha. cle. & mu. tua. Istam autem materiam, vt plenius intelligamus, ponamus in terminis.

CASVS.

Parmensis episcopus pro rapina, quam fecit præpositus Archid. excõmunicauit præpositum. Præpositus ab episcopo petit absolutionem, & conqueritur de iniuria excõicatione, præpositus autem dicit nullam iniuriam se fecisse, nedum manifestã, & addit cum negatione mea sit res dubia. C. de inge. ma. & l. 3. peto & recepta sufficienti cautione de satisfaciendo, si apparuerit me ꝓ manifesta offensa excõmunicatum absolui, & maximè quia & si cõstaret me iustè excommunicatum, tamen cum cautione deberem absolui. suprà, de sent. excommunicat. per tuas. in prin. & multò fortius si dubitatur, suprà, de sent. excommunic. sacro. §. verum. Econtrà respondet Archid. quod quamuis negatione res facta sit dubia iudici, à quo modò petitur absolutio, et tamen qui excommunicauit nota fuit tantum attendendum est, nam & econuerso si coram iudice à quo petitur absolutio probaretur manifesta offensa, nisi probata esset coram excommunicatore, esset iniusta excommunicatio. 2. quæstio. 1. nemo. suprà, de senten. ex sacro. cùm ergò me offeram probaturum manifestam offensam excõmunicatori illatam, sum admittendus.

Nec etiam ob. quod dicit, quòd si etiam constaret de iusta excommunicatione, deberet absolui cum cautione, quod falsum est: vt in fi. decre. per tuas. imò etiam si sit dubium, vbi non est appellatum. suprà eodem §. 1. nisi periculum immineret, satis crederem absoluendum. Nec ob. eod. decre. sacro. §. verum. quæ non loquitur, quando alius vult reuocare sententiam alterius, sed ipse idem cognoscens errorem suum, Imò quod plus est, si constaret de iniusta excommunicatione, videtur quod sit mittendus ad excommunicatorem, vt eum sine difficultate absoluat. argumentum. suprà, de rescrip. ab excommunicato. suprà, de sent. excom. per tuas. suprà. 1. sed illa intelligigimus, vbi est dubium, vbi autem est certum, vel quod ordinem omisit, vel causa non fuit probata, absoluitur à superiore, 2. quæstio. 1. nemo. Item & præpositus dicit aut seruatus est ordo iuris, & tunc si non appellaui, non est dubium notariam offensam per sententiam. suprà, de coha. cle. & mu. tua. Aut non fuit seruatus, & sic superior reuocabit sine aliquibus probationibus. 2. quæstio. 1. nemo. & sic nunquam videntur locum habere posse probationes Archid. Nec est differentia hîc, an sit appellatum, nec ne? Archid. respon. probationes suas locum habere, quando episcopus tulit sententiam ordine iuris non seruato, quia factum erat notorium. Præpositus autem respondit sic, sed & tunc aliquis ordo est necessarius. ſ. citatio & sententia super satisfactione officij. 2. quæstio. 1. Deus. suprà, de diuor. porrò. & tunc demum quando nollet satisfacere secundum sententiam excommunicandus. 11. quæstio. 4. nemo. Archidi. respondet monitionem esse necessariam. suprà, de senten. excom. sacro. quæ non potest esse sine citatione & mandato, cùm dicit præcipio, vt emendes rapinam, quam fecisti Archid. quod mandatum, tenet vim sententiæ in notorijs. Diximus ergò probationem Archid. super eo quòd offensa sit manifesta, siue per probationem, siue per confessionem, siue per euidentiam facti tunc locum haberet, cùm dicit monitionem præmissam, quia manifesta offensa fuit, quando in præpositum excommunicationis sententia lata fuit.

3 † Idem dicimus, si pro manifesta offensa commissa in ipsum episcopum monitione præmissa, excommunicationis sententiam protulisset, vt hîc. & superiori. decre. nisi periculum esset in mora, si absolutio differretur. suprà, de sent. excommunic. sacro. & suprà, de sent. excommunicatio per tuas. intelligo enim periculum moræ imminere, si excommunicator multũ distet, siue prolixũ terminũ ad probandum manifestã offensam reqrat. imò plus videtur quod si excõmunicatus non appellauit super causa, pro qua fuit excõmunicatus, quod decæterò non potest petere absolutionem, quasi non sit pro manifesta causa excommunicatus, quia per sententiam factum est notorium, vt hîc. (Causam). suprà, de vo. & vo. re. ex multa. & de bapt. & eius effe. maiores. §. verum. (probationem) ad expositionem istius loci multum facit. suprà, titu. proxim. solet glos. quæ incipit super eo. etc. versic. item not. quod probatio.

CAPVT XXV.

1 *Recipiendus est talis libellus, peto talem electionem confirmari, vel infirmari, pro cuius declaratione multa hîc habentur.*

Consuetudo non tantùm tempore, introducitur, sed etiam consensus tacitus vel expressus in ea requiritur.

Actio confessoria, & negatoria quando habeat locum.

2 *Hæ actiones confes. & nega. competunt etiam possessori eius iure quod petit.*

3 *Actio in factum ex re iudi. dabitur in hæredem ex turbatione defuncti contra quem fuit lata sententia, sed non dabitur ex turbatione hæredis.*

4 *Si in priuilegio vel alio rescripto fit mentio consuetudinis, vel priuil, necesse est illud exhiberi.*

Publicatio priuilegij qualiter fieri debeat. Remissiuè.

Pereunte monasterio, perit priuilegium.

1 ABBATE. † (Consuetud). hîc videtur talem libellum recipiendum, peto talem electionem confirmari, vel infirmari, quia secundũ leg. contra consuetudinem facta est, arg. sup. de consue. cùm dilec. suprà, de causa pos. cùm ecclesia. 18. q. vlt. c. vlt. ff. cõ. præ. venditor. ff. de aqua plu. ar. l. 1. §. vlti. 9. q. 3. conquestus. 64. dist. quia licet enim tẽpus non sit modus inducendæ obligationis. ff. de ac. & obli. l. obligationum. tamẽ secùs est in consuetudine, vbi non requiritur tantùm tempus, sed etiam consensus est necessarius tacitus vel expressus eius, qui tangitur ex consuetudine: vt no. ff. de consue. c. 1. ex consensu tacito, vel expresso obligationes nascuntur. ff. de pact. l. 1. 2. 3. & 4. ad hoc facit. C. de agri. litibus. Dicimus enim pro iuribus non competere negatoria, vel confessoria, quæ tantùm competit pro seruitutibus & vsufru. sed debere agi, quia ad agentem pertinet de iure. suprà, de causa pos. cùm ecclesia, vel consuetudine, vt hîc, vel constitutione. suprà, de consuetu. cùm dilectus. vel ex priuilegio. 63. dist. Adrianus. & c. seq. Et hoc potest dici, quia confessoria & negatoria, quæ competit quasi confessoria domino, vel quasi domino rei vel ecclesiæ, vel potius procuratori & custodi ecclesiæ, quí potest nomine ecclesiæ agere, cuius quæritur in illa ecclesia, qualis est prælatus illius ecclesiæ. ff. si seruit. ven. l. 2. & prælatum intelligo quemcunque legitimum ministrum, etiam si sit conuentus, qui habet bona discreta, & competit contra possessorem rei, id est ecclesiæ, vbi dico me ius habere. ff. si vsusfru. pe. l. vlt. §. vtrum, vel quasi possessorem, qualis est qui dolo desijt possidere, vel si liti se obtulit. ff. si vsusfruc. pe. l. vltima, & qui non patitur me vti possessione iure mihi debito, sicut in interdicto vti possideris dicimus, nam qua ratione facit, quominus possideam, eadem & ipse possidere videtur. ff. si ser. vendi. loci. §. si quis mihi. & 50. dist. si quis. datur etiam confessoria in rebus non spiritualibus etiam non creditor ff. de remis. l. 1. Item Iulianus. & superficiario. ff. de superfici. l. 1. §. vlti. & vsufru. ff. si vsusfru. pe. l. 1. 1. respon. & datur contra superficiarium agri debentis seruitutem. ff. si ager. vec. l. 1. §. vlt. quasi autem negatoria competit eis, de quibus dicimus competere, & competit quasi confes. contra illum, qui possidet, vel qui tenet ecclesiam, vel rem nomine eius, cuius ius possidet, vel etiam si quis tantùm nomine suo possideat, vt nomine alicuius ecclesiæ contra eum danda est hic quasi negatoria, vt si agam contra aliquem, qui est in possessione Archidia. nego tibi esse ius exercendi iura archidia. in dioceſi mea, vel in tali archidiaconatu, qui ad me pertinet principaliter, vel directè, puta quia sum episcopus, à quo idem Archidi. tenetur & recipitur. argumen. eius quod dicitur in vsufru. qui naturaliter possidet fundum vsufructuarium. ff. de acquir. possess. naturaliter, & tamen contra eum competit negatoria. ff. si vsufructu. pe. l. 4. §. antepe. & vlti. & competit hæc quasi confes. archidi. Item & episcopo, à quo tenetur archidi. ea. ratione, quia est prælatus, & quæ est principalis ecclesiæ, directa domina iuris archidiaconalis & archidiaco. qui hæc iura tenet ab episcopo, est vtilis dominus, & ita vtrique prælato competit

actio

actio nomine eccleſiæ directa, quaſi conſeſ. archiepiſ. nomine ſuo vti. quaſi conſeſ. quemad. & hoc competit domino & vaſallo. argumentum. ff. ſi ager. vecti. l. 1. §. vlti. Item & ea ratione no. quia ad eum pertinet ordinatio omnium eccleſiarum. 10. quæſtio. 1. decretum. 10. qõ. 7. omnes. Item quia præordinator eſt in cunctis. licet in ſingulis ſinguli ſuam habeant ordinationem. 25. diſt. perlectis. & inde eſt, quod poteſt agere pro ſingulis eccleſijs ſibi ſubditis. ſuprà, de ſuc. ab inte. c. vlt. 10. quæſtio. 2. c. vlt. Et hac prædicta ratione. ſ. quia quaſi nega. & quaſi confeſ. competit tantùm ratione dominij, vel quaſi, videtur dicendum, quod ſi aliquis eſt in poſſeſsione alicuius eccleſiæ, non audietur contra alium, ſi velit ei imponi ſilentium, vel ſi dicat, quod nullum ius habet in eccleſia, niſi dicat ſe ius habere in eccleſia, ſicut etiam in rei vendicatione non audi- ☞ tur, ſed dicat ſe habuiſſe poſſeſsionem, niſi dicat ſe dominũ vel quaſi, ſed talis poſſeſſor poteſt vti poſſeſſoris iudicijs, puta interdicto vti poſ. & conſimilibus, ſed ſi alius agit contra poſſeſorem neg. vel confeſ. tunc benè poteſt excipere non eſt ei ius petendi, vel non habes ius in eccleſia, & obtinebit poſſeſſor. ff. de rei ven. fun. ff. ſi vſufruc. pe. vti.

2 † Item not. quod hæ actiones confeſ. & neg. competũt etiam poſſeſſori ei⁹ iure quod petit, licet ſecùs ſit in corporialibus, quorum vendicatio nunquam competit poſſeſſori. ſup. de ali. iud. mutan. cau. fac. c. 2. ff. ſi ſer. ven. ſi fortè. §. ſciendum. &. l. loci. inſti. de ac. §. contra quoque. & contra quemlibet impedimentum datur, vt ſuprà oſtenſum eſt. Et hoc ideò eſt, quia ſi epiſcopus petit iura epiſcopalia ab aliquo abbate, vel quouis alio, nihilominus poteſt vti eodem abbate iuribus epiſcopalibus, puta excommunicare & huiuſmodi facere, ſed ſi epiſcopus peteret abbatem, quaſi ſuum ſubditum, & ſuum clericũ de iure canonico, id eſt, vt in omnibus teneatur ei, in quibus abbas ſubditus epiſcopo ei teneri debet ſecundum canones, in hoc caſu credo, quod abbas in omnibus ager, ſicut liber, & in poſſeſsione libertatis erit abbas. argumentum. C. de lib. cauſa licet. & C. de aſſer. tol. l. fin. in hoc caſu, propriè epiſcopus dicitur intentare præiudicialem, & ſic interim pendente hac quæſtione, non poterit epiſcopus illum abbatem, nec excommunicare, nec aliter procedere contra eum, quia fieret præiudicium principali quæſtioni, qua petit eum in ſubditum, licet hoc dictum ſit in gl. quæ incipit: hîc videtur, quod confeſſoria datur contra eum, qui non patitur alium, vti iure ſuo. argumentum. ſuprà, de præſcript. veniens. ſ. de deci. dudum. tamen ſententia non dabitur tantùm contra perturbantem iura. ſ. vt ceſſet à perturbatione, ſed etiam dabitur reo. ſ. adiudicabit ſeruitutem. vel aliud ius petitum actori. ff. de neg. ge. qui neg. §. fin. & antequam feratur in eum ſententia, non ſufficiet actorem probare ſe poſſedisſe, niſi & probaret ſibi ius petitum deberi. ff. ſi uſufruct. pe. vti frui. ff. ſi. ſer. ven. l. 1. tamen perſentiam ſic rei datæ non fiet præiudicium, quin contra hunc vincentem agere poſsit, niſi coniunctio cauſæ hoc facit. ff. ſi ſer. ven. loci. §. ſi fundus.

☞ † Item nec mandabitur ſententia executioni contra alium, ſed ad intereſſe tenebitur agens, vt diximus ſuprà. de ali. iu. mu. cauſa. c. 1. Melius dicitur, quod non adiudicabitur ſeruitus actori, quia nec petita fuit, ſed tantùm adiudicabitur ſic, cũ talis actor probauerit ſibi deberi ſeruitutem in tali fundo, præcipimus reo, quod eum non moleſtet, Sed contra. Item aliàs eum obtinuiſſet, ſi nihil de proprietate probaſſet, & interdicto vti poſ. tantùm egiſſet, in quo non oportuiſſet eum probare de iure ſeruitutis, ſed de poſſeſsione tantùm, & reſpon. quod multum plus obtinet, quando egit de confeſſoria, quàm quando egit de poſſeſsione per interdictum, quia quando egit confeſſoria, etiam hæres eius compeſcetur à turbatione eo iure quo egit actor, quia de iure actum eſt, & non de peccato, quod dicitur commiſiſſe quia actorem turbet in poſſeſsione per interdictum, ſed quando agit interdicto, hæres non compeſcetur per prædictã ſententiam à turbatione, ratio diuerſitatis eſt, quia quando ſuccumbit in confeſ. de iure debet cauere, quod nec per ſe, nec per ſucceſſores ſuos impediet eum vti iure ſuo, ſed quando agitur vti poſ. non iniungitur reo, niſi quod non turbet actorem ſuper poſſeſsione ſua. Item quando agitur confeſſoria etiam ſi actor non poſsideret, licet tantùm ius haberet, reus autem poſsideret iuſtè, ſed in veritate ius non haberet, tamen ſententia fertur pro actore, & etiam mandabitur executioni. ſuprà, de cauſa poſſeſsio. adulter. ſed ſi ageretur interdicto, quantumcunque

que ius haberet actor, ſi non poſsideret, & reus poſsideret, pro reo feretur ſententia, & ſic etiam eſt multa alia diſsimilia inuenire.

3 †Sed oppones, nõnne actio in factũ ex re iud. datur in hæredem, ergò ſi iudicatũ eſt in interdicto, quod aliquis non turbet, ergò & hæres per hanc ſententiam compeſcetur. Reſpon. benè actio in factũ ex re iud. dabitur in hæredem ex turbatione defuncti, contra quem fuit lata ſententia, ſed nõ dabitur ex turbatione hæredis, quia fortè iuſtè turbat, vtpote qui non vi, nec clam, nec precariò poſsidebat ab aduerſario. Item hæres non tenetur ex delicto defuncti. Item licet confeſſoria & nega. non competant, niſi domino, vel poſſeſſori, qui habet ius in re vt creditori & ſuperficiario, tamen ille qui agit vt dominus prædictis actionibus eſt in poſſeſsione, non oportet quod probet dominium, quia non cogitur dicere titulum ſuæ poſſeſsionis. C. de pet. hære. cogi. arg. op. ff. de lib. cauſa liberis. §. fi. & l. igitur. §. 1. ff. de inge. l. fi. quæ optimè dicũt. C. de lib. cauſa. eam quæ. ſed ſi dominus contra vſufructuarium intendat nega. tunc omnibus modis oportet, quòd probet ſe dominũ. ff. ſi vſufruc. pe. vti. in princ. Sed illud eſt ea ratione, quia vſufructuarius poſsidet naturaliter. ff. de acquir. poſ. naturaliter. Sed contrà. ff. de proba. l. 2. & l. vlterius. C. de proba. actor. vbi dicitur, quod actori incumbit probatio, ſed illud intelligitur cum alterum plus altero non creditur, vel præſumitur. argumentum. ſuprà, vt eccleſ. be. c. 1. & ſi poſtea euincitur res, cui adiudicata eſt ſeruitus à poſſeſſore, pro quo prolata fuit ſententia, ille cui modo res eſt adiudicata, non poteſt agere, nec excipere ex ſententia lata pro poſſeſſore. Alij tamen dicunt, quòd ſi agens confeſſoria, vel nega. eſſet in poſſeſsione ſeruitutis, vel libertatis, tunc non eſt neceſſe, quod probet ſe dominum ipſius rei, cui ſeruitus petitur vel negatur, ſed ſi non eſt in poſſeſsione, tunc oportet eum probare dominium ipſius rei: vt not. Azo. ff. ſi ſer. ven. ſicut. §. ſed ſi quæritur. quòd tamen non dicit, hoc primum dictum magis placet. In hac autem confeſ. & nego. veniunt res ipſa & cautio. ff. ſi ſer. ven. horum. & etiam fruct. & damna quæ poſt lit. conte. acciderunt. Item & ea quæ præceſſerunt, ſed debent ſpecialiter peti. ff. ſi ſer. ven. loci. §. 2. & l. ſicut. argumentum. ff. vti poſ. ſi duo. §. fi. (eligerent) not. ſeruitutem imponi, vt aliquid fiat. ff. ſi ſer. ven. & ſi fortè. §. 2. argum. contrà. ff. de ſer. quot.

† (Robur) hîc benè probatur, quod ☞ intendebat introducere ſeruitutem, quia alium de electione impugnabant, Aliter enim non introduceretur ſeruitus. ff. quẽ ad. ſer. ami. l. vlti. ff. de iti. ac. pri. l. vlti. ff. quemadmo. ſer. amit. ſi quis alia. §. ſicut ius hære. §. item iuli. (iudicium) licet pro bono pacis etiam extra iudicium hæc fierent: tamen quia intendebant ſuo iure vti, quòd ex contradictione apparet, conſuetudo introducitur. Nec credimus haberi pro obtento contradicto iudicio, licet arbitri iudicauerint, quia ſententia eorum nec nomẽ ſententiæ habere meretur. C. de arbi. l. 1. Item quia non ſunt tales, qui poſsint introducere conſuetudinem, vt princeps, vel iudices eius, ſed licet non valeat tanquam obtentum contradicto iudicio, valet tamẽ, quia ſic obtentum eſt in præualente contradictione, inſtit. de iure na. §. ex non ſcripto (ad perſonale). ſ. concedimus.

4 (Imperſonale). ſ. conſiſtere. †(Si mos) argumentum. quod ſi in priuilegio, vel alio reſcripto fit mentio conſuetudinis vel priuilegij, neceſſe eſt illud exhiberi. c. diſt. contra morem. 76. diſt. ieiunium. 19. di. nonne. 20. quæſtio. 2. ſancimus. in Authen. vt ſpon. lar. §. & hoc quoque. argum. contrà. 19. diſt. ſi romanorum. in Authen. vt fra. ſi. §. 1. C. de do. donatio. ff. de do. ex hac ſcriptura. ff. de admi. tuto. chirographis. So. in publicis inſtrumentis non eſt neceſſe exhiberi illud, de quo facit mentionem, in priuatis ſecùs. Alij dicunt, q. ſi in priuilegio contineatur totus tenor inſtrumenti, non eſt neceſſe exhiberi, aliàs ſic, ſed hoc non valet, cùm poſſet eſſe falſitas in bulla. ſuprà, de priuilegio. cùm olim. Tertij dicunt probabilius, quod ſi priuilegium eſt publicatum authoritate iudicis, non eſt neceſſe exhibere principale, aliàs ſecùs. C. de teſt. publica. Qualiter autem facienda ſit publicatio. not. ſuprà, de teſti. Albericus. quantumcunque autem fiat publicatio legitimè, alius audietur volens probare falſitatem, ſi illud exhiberi petit, niſi ſit amiſſum ſine culpa ſua. ſuprà, de fide inſtrum. inter dilec. C. de fide inſtru. l. vlt. (Rectior) rectiſſimum autem eſt, quod ſubrogatio abbatis ſine vlla contradictione & dubitatione, ſit apud monaſterium ſancti Ber. ſed in modo & qualitate, ſecũdũ quã debet fieri ſubrogatio valet cõſuetudo & mos antiquus.

quus. argum. ꝛ. de reſti. ſpo. piſanis. (Non debeat.) 4. diſt. erit (valere). ff. ad munici. l. 1. in fi. ff. de vſu & ha. diuus. in prin. ff. de re. du. quoti. ff. de ſerui. ſi quas. 17. q. 4. q. 12. q. 2. ſi quos. & c. qa. (Euicino) quia Calixtus proximus fuit Paſchali, & quia ex certa ſcientia mutauit verba, ideò benè allegabat monaſterium ſancti Ber. ſi autem hoc non eſſet, non intelligerem ſecundũ priuilegium, eſſe interpretationem prioris, ſed illud præſumerẽ ꝑ falſi ſuggeſtionẽ impetratum. Quidam tamen dicunt, q, de iure videtur Paſchalis priuilegium interpretandum, vt electio eſſet conuentus ſancti Sil. & cõfirmatio abbatis ſancti Ber. argu. ꝛ. de conſue. cùm dilec. alij contrà, (Adiudicauimus) hæc ſententia iuſta fuit, quia conſuetudo talis erat & præſcripta. ꝛ. de conſue. cùm dilec. & c. vlt. Item fuit iuſta propter interpretationem Calixti ex certa ſcientia facta, & cum cauſæ cognitione, ex priuilegio, aut Paſchalis: licet poſsit habere confirmationem, non tamen habuiſſet hoc ius, vt de eo tantùm aſſumeretur abbas, vt quidam dicunt. Alij contrà. (donec) ar. priuilegium, perire pereunte monaſterio. ar. 16. q. 7. hoc ſcripſimus. 25. q. 2. §. vlt. in fi. Hoc autem intelligo ſi pereat & non reædificetur, reædificatio enim idem priui. habet. ar. ꝛ. de elec. quia dili. Item diſtinguo inter priuilegia, quædam enim dantur ordini, & ea durant durante ordine, vt hìc. Quædam dantur ſuper alijs poſſeſsionibus, q, non ſunt ordinis, & illa durant etiam remoto ordine. ar. contrà. ꝛ. de re. do. quia monaſterium.

CAPVT XXVI.

1 *Viduæ, pupilli, orphani & aliorum miſerabilium perſonarũ iudex competens, quis ſit.*

SVPER. (Quibuſdam confiſcantur). ꝛ. de hære. excõicamus (Pedagia) quia à peditibus dantur (Guidagia) qa dãtur pro ducatu (Salinaria) quia dantur vt permittat ſalem vendere, vel emere, & eſt not. quia hoc nuſquam alibi inuenies prohibitum. C. de euic. & cum. l. 3. & l. vniuerſi. C. no. vec. im. non poſ. l. 2. & 3. (vel Later. con). ꝛ. de cen. innouamus (viduis) not. ꝛ. de offic. dele. ſig. 88. di. c. 1. & 2. (reſpõdere) no. viduas, pu. or. & reliquas miſerabiles perſonas poſſe ãſſlibet cõuenire coram eccleſiaſtico iudice, ſed nunquam poteſt inuita conueniri, ſi malit ſub ſeculari iudice reſpondere.

CAPVT XXVII.

1 *Quando ſit tradendus quis curiæ ſeculari.*
2 *Non ſimulatè, ſed cum effectu ſupplicandum eſt pro tradito ſeculari poteſtati.*
Falſarius an ſemper ſit tradendus iudici ſeculari.

1 NOVIMVS. (Expedire dãnabile). † No. quòd pro quolibet crimine, dummodò ſit damnabile & damnoſum, poteſt aliquis tradi curiæ ſeculari. Item quod pro nullo crimine tradi debet, niſi ſit damnabile & damnoſum, vel aliter, vt diximus ſuprà, de hære. excõmunicamus (proiectus) perſententiam quam dicit prælatus, depono talẽ, & omnibus priuil. eccleſiæ priuo (celebranda) de facto, quia poſt ſententiam eſt ſpoliandus veſtibus clericalibus. 11. q. 3. epiſcopi. (Seculari) no. qualiter depoſitus ſit poteſtati ſeculari tradendus (pronunciandũ) poſt ſententiam depoſitionis datam primò, & poſt expoliationem factam ſecundò. Tertiò dicendum eſt iudici ſeculari, quòd depoſitum & expoliatum in ſuum forum recipiat.

2 † Efficaciter) no. non ſimulate, ſed efficaciter ꝑ tradito ſeculari poteſtati ſupplicandum. 23. qõ. 5. c. 1. licet enim prælatus clericum tradat depoſitum in forum laicale, tamen non propter hoc condemnat eum ad aliquam pœnam corporalem (in perpetuum) grauiorem pœnam non poteſt imponere clericis, eſt no. quòd etiam falſarius non ſemper traditur iudici ſeculari, quod intelligo, quando eſt ſpes de correctione.

CAPVT XXVIII.

1 *Secundum decretum non eſt neceſſarium miſſarium miſſo in reali poſſeſſionẽ.*
2 *In realibus & mixtis actionibus ſit tantùm miſ. in poſ. rei petitæ.*
3 *Venditio rarò niſi contra latitantem fit.*
Res pupilli quando alienari poſſint.
Venditio, & miſsio ex ſecundo decreto infrà, quod tempus ſit facienda.
Latitare quis dicatur. Remiſsiuè.
4 *Latitare dicitur qui expreſsè iudicũ vocationi non obedit.*

DILECTO FILIO. (Eidẽ). id eſt, parti aduerſæ. (Indulſimus) quod tamen de iure communi eſt, vt præter nullam indulgentiam beneficio tamen reſtitutionis ſibi ſubueniatur, ſi completa eſt præſcriptio recuperãdæ poſſeſsionis, eo abſente, vel in modico tempore

pore poſtea. ff. ex qui. cau. ma. re. ſed. & ſi. §. quoti. & l. ait prætor. §. deinde. & no. ꝛ. de præſcrip. ex tranſmiſſa. poſſet tamen dici in hoc valere indulgentiam, vt etiam propter reſtitutionem ipſo iure currat tempus.

1 † (Præterea) hinc plenè apparet, quod non eſt neceſſarium ſecundum decretum miſſo in poſſeſsione reali, ſed ſufficit ſolus lapſus temporis ad hoc, vt irreuocabiliter poſsideat, & faciat fructus ſuos, ſed ſi ad maiorem ſui ſecuritatem vult habere ſecundum decre. poteſt illum ſibi dare. ſup. de eo qui mit. in poſ. c. 1. ꝛ. vt lit. non conte. quoniam frequenter. §. in alijs. hanc autem miſsionem tam ex primo decre. quàm ex ſecundo, & tã in perſonali, quàm in reali, facit iudex deleg. non tantũ principis. ſuprà, de dolo. c. 2. ꝛ. de eo qui mit. in poſſ. c. 2. ſed cuiuſlibet alterius delega. ꝛ. de eo qui mit. in poſſ. cùm veniſſent. & iſte eſt caſus, vbi ante lit. conte. delegati. impedit officium ſuum. Quidam tamen Legiſtæ dicunt contrà. Authen. de exhi. re. §. ſi verò.

2 † Item not. quod in realibus & mixtis actionibus, ſit tantùm miſsio in poſſ. rei petitæ, niſi quando latitat, vel quando dolo deſijt poſsidere. ff. ex qui. cau. in poſ. fulcinius. §. Item videamus. & §. ſeq. & C. de præſcrip. 30. an. ſi quis. §. fin.

3 † Item not. quòd venditio rarò fit, niſi contra latitantem. ff. ex qui. cau. ma. in integ. reſtit. l. Item ait. §. hic. & ff. ex qui cau. in poſſ. Fulcinius. §. 1. & §. ſeq. Rarò ideò dixi, quia contra puberem minorem & contra furioſum, & etiam contra pupillum, ſi ex alieno facto conueniantur, fit venditi, ſi eis expediat, vel ſi vrget debitum eis, vel ſi dilatio allaturam eſt damnum creditoribus. ff. ex qui cau. in poſſ. Fulcinius. §. adeò. & l. ſi minor. l. apud Iul. 1. reſpon. & l. in po. 1. reſpon. ff. de bo. Authen. Iud. poſ. ſi nõ exc. 1. reſpon. iſtæ enim perſonæ latitare non poſſunt, imò plus videtur ex prædictis legibus, licet multi cõtradicant. ſ. quia vbicunque etiam alijs perſonis præter prædictas iuſta cauſa moueritiudicẽ, facient venditionem, ſi enim contra has facit vt latitantes, quæ ſunt fauorabiliores, quare non multomagis facit contra alias, & ſi dicas, quod contra prædictas facit ex iuſta cauſa. ſ. quia fingũtur latitare propter tutores vel curatores eorum, qui latitant, certè hoc videtur nõ verum, quia ſi hoc eſſet lex aliqua hanc rationem inter alias, aliquando aſsignare debuiſſet, imò expreſsè dicit lex, ꝙa etiam ſi nullus latitet, tamen contra prædictas perſonas fit venditio, vt dicit præal. l. ff. ex qui cau. in poſ. Fulcinius. §. adeò. Item ſi miſsio & venditio fiunt in reali, vbi fit in alijs miſsio, quam quæ petita ſunt, quare vt prædictum eſt, non fierent in perſonali.

Sed oppones quomodo tam graue dãnũ infligetur abſenti non contumaci ſine ordine iudiciario? Reſpon. hoc fieri propter malitiam latitantis, & etiã contra alios ꝓp multa mala, quæ poſſent euenire, niſi fieret, licet rariſsimè fieri debeat, niſi contra latitantem, & tunc etiam inuentum eſt bonum remedium, quia ſi fiat venditio, cùm non exiſteret debitum, agitur contra ipſum præiudiciali in rem ad recuperationem rei venditæ. Hoc autem non videtur bonum, quia poſtquam per iudicem vendita ſunt, q, poſtea inquiretur, vtrum ſubfuerit debitum, pro quo venditio facta eſt, ſed venditio poterit reuocari, ſi cauſæ, propter quas facta eſt venditio non ſubſint, puta quia non ſit vtile his, pro quibus vendita eſt, vel quia non erat debitor grauatus debitis, vel ſi non erat damnoſum creditoribus, vel ſi nimis feſtinauit. ff. de dam. infe. ſi fini. §. ſi fortè. & ſic loquitur. ff. de priuileg. imperatores. Hoc autem benè fatemur, quod facilius proceditur ad venditionem contra latitantes, quàm cõtra alios, ſed ſi fit venditio contra non latitantem, quaſi latitet, eodem modo fit reuocatio huius venditionis, vel ipſo iure, vel per beneficium in integrum. ff. de dam. infe. ſi fi. §. ſi fortè. ff. ex. qui cau. in poſ. Fulcinius. §. ſi quis. Imò plus dici poſſet, quod cùm hæc ſententia. ſ. quod res debitoris vendatur, ſit tantùm interlocutoria, quia ſummatim tantùm cognoſcitur. C. de bo. Authen. iu. poſ. l. fi. §. an hi. & ſi poſtea iudex contrarium cognoſceret. ſ. quod non fuiſſet debitum, poſſeſsionem & venditionem reuocaret, & etiam ſolutionem factam debitori argum. ff. de reb. eo. magis. §. ſi es. ff. de tranſac. cùm hi. §. ſi prætor. idem quod iuſsit, etc. ff. de re iudi quod iuſsit. Vel is contra, quem lata eſt interlocutoria ſuper ſolutione debiti, & ſuper venditione, poterit appellare. infra decem dies, à tempore quo ſciuit prædictam ſententiam contra ſe latam, cùm in veritate non latitauerit. C. quomodo & quando iud. l. 1.

Et habent locum prædicta. ſ. miſ. in poſ. & venditio etiam contra eccleſiam, ſicut contra pupillum. Si quæras infra quod

tempus facienda eſt venditio, vel miſsio ex ſecundo decreto, poſtquam miſsus eſt in poſſeſsionem cauſa rei ſeruãdæ. Dicunt quidam poſtquam viſus eſt eam habuiſſe pro derelicto, vel non, hoc cõmittendum eſt arbitrio iudicis. ff. de dam. infecto ſi fi. §. non autem. ff. de acqui. poſ. poſsideri. §. fin. ff. de iure deli. l. 1. §. vlt. melius videtur, quod per an. debet expectare. C. de præſcriptio. 30. an. ſi quis. §. vlt. & hoc benè videtur dicere decre. ſuprà, vt lit. non conteſt. quoniam. in fi. Nec ob. C. in qui. cau. non eſt ne. in inte. re. quia illa locum habet in his, quæ fiunt extra iudicium, ſecùs in illis, quæ fiunt in iudicio. C. de iu. properandum. in fi. Item videtur ex decr. præal. ſ. quoniam. quod poſt annum poteſt iudex interponere ſecundum decretum pro venditione facienda, vel ſi non vult ita grauare abſentem, poteſt decernere quod tantùm poſsideat, & fructus faciat quouſque aduerſarius probauerit indebitum, illud cuius cauſa facta eſt miſsio in poſſeſsionem, vel ſi adhuc vult minus grauare abſentem, fortè quod minus liquet ei de debito, tunc reſeruet onus probandi debitum illi, qui minus eſt in poſſeſsionem, nam ſi iudici licet quod plus eſt. ſ. facere finalem venditionem. multo magis quod minus ei licet, ſcilicet prædictas prouiſiones facere. Item & cautione pignorum & venditione, & alijs remedijs vtendum eſt contra contumaces. ff. de vent. inſpi. l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. ſi quis à libe. §. ſi quis. inſtit. de excuſ. tu. §. vlt. & ſuprà, de do. c. 2. ſed quis dicitur latitare habes. ff. ex qui. cau. in poſ. ea. fulci. §. 2. &. §. ſe.

4 † Item dicitur latitare quilibet, qui expreſſè vocationi iudicis non obedit. ff. de priuileg. cùm ſi creditores. & hoc plus placet quàm quod not. ſuprà, vt lit. non conteſt. quoniam in gl. & malè (conueniendi) reſtituitur enim ei tempus quantum fuit abſens ita tamen quod non excedat tempus quod ſibi ſupererat. ff. ex quib. cau. ma. re. ſed & ſi. §. quoti.

CAPVT XXIX.

1 *Oblationum nomine quid intelligatur.*
2 *De datis inter viuos nõ debet eps. habere portionem: ſed tantùm de teſt.*

VM INTER VOS. (Capellæ) not. abbatem conueniri pro eccleſia ſibi ſubdita, & fortè ideò eſt, quia temporalia illius eccleſiæ erant monaſterij, & erant. quæſtio. grangia, vt nota. ſuprà, de appellatio. de priore. aliàs autem licet epiſcopus admitteretur ad agendum pro eccleſia ſua. ſuprà, de ſuc. ab inte. cap. 3. ſuprà, de priuileg. cùm olim propter. ad defendendum tamen non admitteretur, niſi cum ſatiſdatione de iud. ſol. vt. ſ. in bonis ipſius mandatur ſententia executi. ff. de re. iudicia ſi ſe obtulerit. & hoc idem à ſimili crederem de abbate. argumentum. ff. de leg. non poſſunt. & ideò dic melius, vt no. ſuprà, de reb. ſpoli. olim cauſam. & de iud. cùm de pub. & de reli. do. cùm ve. (Probatum) prius tamen titulo allegat. puta, quia ſibi hæc tertia fuerat conſtituta legi. ſuprà, de conſuetud. cùm dileg. quod licet non probetur, ſed vſus tantùm præſcriptus ſufficit. ff. de vſuf. cùm de iu rem. vel aliter vt in glo. quæ incipit.

1 † (Oblationum) nomine oblationum hîc intelliguntur omnia oblata, ſiue mobilia, ſiue immobilia, ſiue in eccleſia offerantur, ſiue extra, ſecùs ſi dixiſſet oblationes altaris. 10. quæſtio. 1. de his antiquos. & melius. ſuprà eodem, cùm carp (& ea miſſa nuncio). argumentum, quod ea quæ acquirit ſacerdos iniungendo pœnitentias per parochiam debent eſſe eccleſiæ. (nuncio) argumentum. quod quemcunque intuitu eccleſiæ acquiruntur ſunt eccleſiæ. 12. quæſtio. 3. pontifices. ſuprà, de teſti. requiſiſti.

2 † (Et decimas). ſuprà, de teſt. officij. & c. de his contrà. infrà eodem, c. 2. contra vbi dicitur, quia de datis inter viuos, non debet habere portionem epiſcopus, ſed de teſtamentis tantùm. Item quod de his, quæ dantur ad perpetuum cultum, vt veſtimenta & quibuſdam alijs, quæ hîc conceduntur portionem canonicam habere non debet. So. illa. c. loquuntur quando agitur conditione ex illis decre. ſuper relictis in teſtamento tantùm, hîc autem loquitur, quando agebat conditione ex canonibus. 12. quæſtio. 2. conceſſo. & c. quatuor. 10. quæſtio. 1. antiquos. vbi expreſſè habes, quod etiam de prædijs debet habere portionem, quæ conſtat ad perpetuum cultum data. 10. quæſtio. 2. hoc ius. Sed dices hoc non agit epiſcopus, ſed prior. quomodo ergò condemnatio ex illis canonib⁹ petet aliquam portionem? Reſpon. hic prior habebat iſtã tertiam ab epiſcopo. Nec ob. quod in. c. dicit de medietate, quia in hoc eſt ſeruanda conſuetudo. ſup. de ſepul. certificari. vel dic, quod hic prior iſtam petijt, quia eam ſtipulatus fuerat, vel aliàs ſibi erat conſtituta, & cùm non poſſet probare ſtipulationem, vel conſtitutionem probauit conſuetudinem. 40. an. in perceptione cuiuſlibet iſtorum ſingulariter. ff. de vſur. cùm de in rem.

CAPVT XXX.

EX PARTE VESTRA. (Operis) poſt nunciationem N. not. O. ædificatum fuit licitè, vel quia remiſſa fuit nũciatio, vel quia fuit ſatiſdatum: vt dixi. ſ. de no. ope. nun. c. 2. & 3.

CAPVT XXXI.

EX PARTE VESTRA. (Eccleſiaſtici). ſuprà eodem, cum inter (eorum ratam) quia iuri conſonat. ſuprà, de teſti. de his vel dic cum legatus poſsit facere conſtitutionem: vt ſup. de offic. leg. c. vlti. eadem ratione poteſt interpretari. ſuprà eodem. inter alia.

CAPVT XXXII.

VA NOBIS. (Maiora) ſcilicet dignitatum quod aliqui non credunt, cum non debeant vocare, ſed maiora appellat pinguiora quamuis accepta propria ſignificatione verbi etiam dignitatis beneficia ſunt. argumentum. à de preca. c. vlti. vbi de hoc not.

CAPVT XXXIII.

TRANSMISSAE. (Facultates). Interpretandum erat dictum canonicorũ ad hoc, vt verum dixiſſe videantur, quod non ſufficiunt facultates propter diminutionem, ſi enim diminutæ, non erant & hoc Papa dixiſſet, nunquam literas dediſſet. argumentum. ſup. de conſti. cùm M. ff. de conſti. in prin. in nouis.

☞ † (Moderantes) not. quod per hoc verbum poſſent minuere, non augere numerum (conuertentes) hæc non ſufficiunt ratione primi mandati, ſed iſtius ſecundi.

CAPVT XXXIIII.

1 *In materia noualium hæc & vſque ad num. 6. multa pulchra colligere poteris.*
Monaſterium in materia noualium quod probare debeat, & quod plebs.
3 *Lingua ſicut facilè mouetur ad loquendum quod vult, ita caro facilè mouetur ad illicita, ſed omnia non facilè mouetur ad aliqd credendum, ſed præcedente ratione tantũ.*
4. *Opinio communis an ſit opinio omnium & communis opinio an & quando transferat onus probandi in alium.*
6 *Opinio communis, an idem importet quod notorium.*
7 *Plena libertas dicitur vbi aliqui ſunt exẽpti à lege dioceſana.*
8 *In eccleſijs exemptis inſtituuntur clerici per fratres: in non exemptis autem non.*
Cura animarum quis habere non poteſt, niſi per epiſcopum cui ſubeſſet velli vicarium eius.
9 *Epiſcopus non requirit de criminibus vel negligentia ſacerdotis exempti.*

VENIENS. Et. ſ. (In ſpeciales). Hic vult dicere quod per hæc verba, non recipimus in proprios & ſpeciales filios, non fit exemptio, ſed tamen non poterunt excõmunicari, vel interdici, niſi à Papa, vel eius legato (ex illo). id eſt, ad id prodeſt eis, quod ſunt in proprios filios recipti, quod non poſſunt excommunicari vel interdici, id eſt, ꝓpter illud (deſertum) hoc deſertum poſt habitationem poteſt dici nouale. ſ. de verb. ſig. quid per nouale. vbi no. in miſsis priui.

†(Memoriam) monaſterium habet priuilegium, de percipiendis decimis noualium inter certos fines agit ad decimas cõtra quaſi poſſeſſores earum, & plebes ad quas de iure cõi pertinent agunt contra eos, vt dimittat eis decimas, quas quaſi poſsident.

Hoc primò quæritur, quid debet probare monaſterium, & quid plebs? Reſpon. teſtes monaſterij debent dicere, quod cõmunis opinio eſt omniũ, qui habitant circa loca quæ monaſterium dicit noualia, et etiam aliorum quos de his quærere cauſa agitat, vel melius omnium qui circa hoc arbitrantur nullum, qui vjuit vidiſſe, vel audiuiſſe, quando loca illa fuerunt culta, & oportet hos habitantes, vel arbitrantes qui prædicta opinantur, ad minus eſſe duos, vel tres, vel plures vt iudex arbitrabitur, ſed non oportet eſſe omnes vel maio-

rem partem, quæ ſic opinetur, nam municipes dominatur ſcire, quod maiores ſciunt. ff. ad muni. municipes. Item adijcient in ſuo teſtimonio, quod nunquam viderunt aliquos qui dicerent ſe vidiſſe illa loca coli, vel audiuiſſent ab illis qui vidiſſent, vel audiuiſſent ab alijs prædeceſſoribus ſurſum in infinitum, vel etiam ab his qui ſecum conuiuebant verſum in infinitum, prædicta loca ſuo tempore coli. Nec videtur ſufficere ſi teſtes dicant non eſt opinio omnium, nec etiam alicuius præcedentium in infinitum quod prædicta loca culta fuerint, quia hæc eſt negatiua quæ probari non poteſt. 6. quæſtio. 5. actor. C. de proba. actor. ff. de probat. l. 2.

2 † Item non videtur his teſtibus neceſſe dicere, quod audiat prædicta loca ſemper fuiſſe inculta, imò benè valet eius teſtimonium etiam ſi audiuerint illa loca aliquando fuiſſe culta, quia tunc probauit monaſterium præſcriptionem eius temporis, cuius non extat memoriã contra confeſſoriam, quam intendant plebes de iure communi ad decimas petendas, & tunc dicent teſtes communem opinionẽ eſſe omnium prædictorum, quod nullus viuens vidit. vel audiuit, quod ſuo tempore fuerint loca prædicta culta, nec videre aliquos qui hoc viderint, vel audiuerint etiam ab alijs de ſuis temporibus. Dicunt quidam & fortè non malè, quod etiam ſi non dicant de ſuis temporibus, ſed de aliorum temporibus, ſed certis quod æquè benè impeditur præſcriptio ſicut de ſuis dicerent. VERBI GRATIA. Dicit teſtis, ego audiui à Petro qui dicebat quod audiuerat à Ioanne, quod tempore Iuſtiniani loca colebant, ſed ab eo tempore citra communis eſt opinio, quod fuerint inculta ſi à Iuſtiniano audiuiſſent indubitatum eſſet, quod non probabitur præſcriptio. Idem etiam videtur ſi non dicat de certo homine, ſed tamen nominat certum factum, vt ſi dicat teſtis, audiui quod prædicta loca colebantur eo tempore, quo conflictus fuit Sarracenorum cum Chriſtianis, ſed poſtea fuerunt inculta. Aliqui tamen dicunt contrà. ſ. quod non ſufficit dicere quod audiuerint ea culta tempore Iuſtiniani, vel tempore conflictus, niſi dixerit, quod vidit vel audiuit ſuo tempore culta. Sed ſecundum primam op. non videtur dominia, ſiue audiuerit à Ioanne, ſiue à Iuſtiniano cum ei dicere ſufficiat, ita de alieno tempore, ſicut do ſuo. Iſtio tamen benè fatentur, quod non debent confuſum tempus dicere, puta quia culta fuerunt à tempore Chriſti citra, ſed certum dicere debent, vt prædictum eſt. ſ. tempore Iuſtiniani vel conflictus, ſed quid ſi teſtis interrogatus reſpondeat aliquos, ſed paucos & ſine ratione opinari contra credimus probari præſcriptionem, ſed quid ſi dicat parem partem opinari contra ſine ratione, hic non credimus valere teſtimonium, quia non eſt teſtis diſtinguere quis faciat cum ratione, vel ſine ratione: ſed quid ſi dicat ego audiui aliquem dicentem ſe audiuiſſe, vel vidiſſe quod ſuo tempore culta fuerunt prædicta loca, ſed ipſe non credidit ei, quia cum interrogaſſet ab eo de cauſa dicti ſui vel de circumſtantijs non reſpõdit ei, vel reſpondet, licet falſum reſpon. quod per hunc teſtem non probatur præſcriptio, quia cùm hic teſtis non eſſet iudex à quo audiebat loca fuiſſe culta, non tenebatur ei reſpondere, ſed ſi falſam cauſam ſubieciſſet ſui dicti, tunc poſſet dici quod benè probatur præſcriptio, dummodò conſtet cauſam quam dixit falſam, & etiam cùm eam dixiſſe, quia fortè non eſt credendum, quod eam dixerit, niſi pars monaſterij hoc probet. Teſtes autem plebis debent habere contrarium. ſ. communem opinion. eſſe prædictorum hominum, qui ſuprà dicti ſunt, quod aliqui ſunt qui viderint, vel audiuerint quando loca prædicta culta fuerint, & ſi non aliud. ſ. conſulem, vel diem, vel annum probent. & ſi teſtes vtriuſque partis hoc plenè dixerint, iudicis diſcretioni relinquitur, qui quibus præferantur, & ſi in hoc articulo præferentur teſtes monaſterij non ſufficit eis niſi probent & aliqua quę ſuprà diximus, cùm lex ad omnia eum aſtringat, ſed ſi teſtes plebis hoc probent, ſufficit eis etiam ſi aliud non probant. Item ſi in hac articulo deficerent, ſed probarent alium articulum. ſ. ſe vidiſſe, vel audiuiſſe aliquos, qui dicerent ſe vidiſſe, vel audiuiſſe ab alijs qui audierant ab alijs quod prædicta loco ſuo tempore culta fuerint, præfertur probatio plebis, quia cùm immittatur iure communi ſufficit, quod in vno & ſi in omnibus infringant probationem monaſterij. Item in hoc caſu, ſi duo tantùm teſtes benè probent hunc articulum, præferentur centum teſtibus monaſterij, qui dixerunt contra, quia iſti aſtruunt affirmatiuam, quod eſt de iure communi, alij negatiuam, quod eſt contra ius, licet in hoc caſu admittantur

propter

propter impoſsibilitatem probationum. Alij tamen dicunt & hoc etiam diſcretioni iudicis committitur, quòd vtrunq; teſtimonium eſt admiſſum contra ius, quia eſt de auditu licet teſtimonium monaſterij ſit magis contra ius, quia eſt de auditu, & aſtruit negatiuã, hæc autẽ ſatis ꝓbãtur. ff. de proba. ſi arbiter. ff. de aqua plu. ar. in ſumma. §. idẽ Labeo. Et dicunt quidã q; ſi conſtet per confeſsionẽ, vel alio modo, q; à centum an. citra ante lit. conte. fuerint prædicta loca culta, quantumcunq; monaſterium. probet pro ſe omnia prædicta, tamen ſuccumbet, quia cùm oporteat eũ probare præſcriptionem, cuius non extat memoria, hæc non eſt talis, quæ eſt. ſ. centũ annos, cum vſq; ad centum an. vel parũ minus, poteſt extendi memoria hominum ſicut vita. ff. de vſuf. ac vſufructus. ſecùs autem ſi per confeſsionem, vel alio modo non conſtet de anteriori tempore, ſed cõſtet quòd à 200. citra fuerint culta, quia tunc benè valebit probatio monaſterij, ſi prædicto modo probauerint.

Prædictæ probationes videntur habere locũ ſi negetur Conſtantinum fuiſſe Imperatorem Romanorum, vel Carolum fuiſſe regem Franciæ, vel ſi negetur aliquem fuiſſe notarium, vel prælatũ, & ſic de alijs ſimilibus, dummodò prædictam metam centum an. exceſſerint, vtrobiq; enim eſt eadem æquitas. Quidam tamẽ dicunt habere locum prædictas probationes, ſi ea quæ intendunt probare excedunt metas 40. an. Alij dicunt quòd etiam præſentia, ſed ignota, puta apud Sarracenos facta prę dicto modo debent probari, ſed nõ placet.

3 † Item no. quòd hæc communis opinio idem eſt, quòd cõmunis credulitas, & ideò oportet famã eſſe, & etiã credulitatem cũ aliqua ratiõe, licet enim lingua moueatur facilè ad loquendõ quod vult, ſicut & caro facilè mouetur ad illicita, anima tamẽ facilè non mouetur ad aliquid credendũ, ſed procedente ratione tantùm, & quia ſolus Deus ſcrutatur animam, ideò ille qui fert teſtimonium de opinione ſi interrogetur, quomodo ſcit hanc communem opinionem, reſpondebit, non ſcio, ſed ſolus Deus nouit, ſed credo cauſam autem credulitatis ſubijciat, quia ſic verbis exprimebat, vel aliam quàm volet, & hac ratione, quia tantũm de credulitate reſpondet, quia teſtificatur ſuper opinionem, videtur ſi interrogatur, quomodo ſcit, quòd ſit communis opinio, reſpondebit, quia ſic audiui à multis. Et credo q; anima organo vocis ſic exprimebat ſuam voluntatem. Item eſt iuſta cauſa ſi dicat cùm multi exprimerent ſuam opinionem.

4 † Alij contrarium non dicebant, ſi interrogaretur à quibus audiuiſti, ſi nominat aliq̃s benè eſt, ſed ſi dicat, nõ habeo in memoria de aliquo, quia non noui de aliquo certo, qa ſic cõmuniter dicebatur videtur valere teſtimonium, videtur autem idem probare cõmunẽ opinionem, & omnium opinionem. ff. de proba. ſi arbiter. quia ſi vnus ſolus eſſet in contraria opinione ductu rationis non eſſet communis proba. vt prædictum eſt, licet autẽ probatio communis opinionis etiam cum prædictis adiectionibus non ſufficiat, niſi in his quæ excedunt metas prædictas, tamen & in his quæ ſunt circa metas prædictas ſæpè multum valet, quia transfertur onus probationis in reum. arg. ſ. de præſum. quia veri. & c. illud. arg. C. de teſt. & in Authẽ. ibi poſita. C. de ſen. & interlo. l. 2.

Et hæc vera videntur, ſi dicitur contractus alicuius prælati mortui non valere, quia non fuit prælatus, vel contra inſtrumenta tabellionis mortui, quod non fuit tabellio, vel contra filios, quod non fuit matrimonium inter parentes, & ſic videtur viuere ille, qui communi opinione dicitur mortuus, & ſic in ſimilibus. arg. prædictarum legum. & ar. 34. q. 1. c. 1. ff. de offi. præto. Barbarius. ſecùs autem eſſet ſi prælatus viueret, vel tabellio, vel maritus, nã in his caſibus & ſimilibus ſi prædicti agerent, puta, quia prælatus repeteret ſuam eccleſiam in cuius poſſeſsione alius eſſet, vel alter alterum peteret, vel tabellio peteret aliquem ceſſare à diffamatione ſua ſuper eo, quòd non eſſet tabellio, nam in his caſibus non videtur, quod communis opinio in alium transferat probationem, & eſt ratio, quia multa ſunt pro reo, ſcilicet, quia eſt in poſſeſsione, & quia negat quod non eſt in alijs caſibus: tamen & huic aliter ſubuenitur: vt nota. ſuprà, de præſump. illud. & ſuprà, de reſtit. ſpo. ſæpè contingit.

5 † Item ſecùs videtur ſi non agitur cauſa inter principales, ſed inter alios, quia ſi aliquis petit aliquid ex contractu prælati viuentis, vel inſtrumenta tabellionis viuentis, ſufficit enim his acturibus probare communem opinionem, quod habetur ꝓ prælato, vel ꝓ notario quousq; probetur contrarium. arg. contra. C. de teſti. l. 2. C. de ſenten. & interlocu. l. 2. Et eſt ratio diuerſitatis, quia principaliter

a *Transfert ad hæc dicta. Adde. Spe. in ti. de proba. §. probare. ver. verum. & refert. Ale. de Imo. in conſi. 208. col. 4. verſi. nec etiam ob. in 2. volu. & Bal. in l. Barbarius. ff. de off. prætor. et ibi mo. in col. 11. verſ. 3. notabiliter & opi. Inno. hic ſegtur Card. in ſuo. conſi. 74. incip. in diſcuſsione præmiſſi articuli. colu. pen. in fi.*

b *Vel tabellio. Adde quòd Pet. de Anc. allegat. in conſ. 213. col. 2. circa fi. & in colu. ſeq. verſ. non obſtat cribi intelligit hoc verum in factis antiquis ſecùs in recentibus qui debet doceri de priuilegio tabellionatus & incip. conſiliorum pro iſto parte inſtituta.*

perſonæ, magis debet habere paratas probationes ſui ſtatus, quàm alius, in iure autem inueniuntur iura, quæ loquuntur de hac materia. ℣. eo. quid per no. & c. ſuper quibuſdam. ſup. de priuil. c. fi. 3. q. 6. hoc quippe. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. idem Labeo. ff. de aqua quo. & æſti. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de iti. actuq; priua. apparet. §. pe. & vlt. C. de fer. l. 1. & 2. & l. ſi manifeſta. ff. de proba. ſi arbiter.

6 † Item aliud eſt communis opinio quàm notorium, huius enim communis opionio eſt tantùm de longe præteritis, & quæ non poſſunt probari per teſtes de viſu, notorium autem eſt de præſentibus, vel proximè præteritis, & quæ facilè poſſunt probari per teſtes de viſu. Et non mireris ſi ſufficiens reputetur à iure hæc probatio communis opinionis. Indubitanter enim reputari debet, quòd omnes homines cõmuniter opinati ſunt ſine condictione tanto tempore, â quo non extat memoria. ff. de aqua plu. arcen. in ſumma. §. idem Iabeo. (In eo plena) hanc plenam libertatem non habent de iure communi, ſed per priuilegia. vt hîc. ℣. ſequitur.

7 (Libertate) not. plenam † libertatem dici vbi exempti ſunt à lege dioceſana, vt hic expreſſè dicit, eſt etiam iuriſdictionis, ſicut apparet in illis verbis, vbi dicit, quod non poſſunt interdicto & excommunicationi ſupponi, quæ ſunt de lege iuriſdictionis, & valet hoc ad intelligendum priuilegia, quæ dant alicui plenam libertatem non expreſsis. c. libertati. non enim intelligitur plena libertas, niſi in his duabus. ll. ſit liber. Melius placet quòd iſtæ eccleſię non gaudebant plena libertate in l. iuriſ. ſed tantùm quò ad certa capitula legis iuriſdictio. erant exemptę, ſcilicet, quòd non poſſent excommunicari, vel interdici, ſed quò ad alia ſuberant dioceſanis. ſ. quia poterant ſub eis conueniri, & ſic de alijs.

8 † Examinandi idcircò clerici fratrum, præſentantur epiſcopis, & examinantur ab eis, quia huiuſmodi eccleſiæ non erant exemptæ, & ideò clerici per epiſcopos erant in eis inſtituendi, ſecùs autem eſſet ſi eccleſiæ eſſent exemptæ ex toto, quia tunc inſtituerentur ibi clerici per fratres. 18. q. 2. c. 1. ſed tunc ſi populus non exemptus, rector eccleſiæ inſtitutus per fratres recipiet curam ab epiſcopo, & reddetur ſibi rationem populi, & ibit ad concilium epiſcopale, & recipiet ſibi ſtatuta ſynodi, & reſpondebit de quarta decimarum, & oblationum mortuariorum, & huiuſmodi quæ ſibi à populo aduenerunt, & præſtabit ſibi reuerentiam obſequium, & honorem ratione populi, & alia quæ alij rectores præſtant epiſcopo. arg. ℣. de priui. ex ore. & de ma. & obe. quòd ſuper.

Nec eſt contra hoc quod dicimus, ſcilicet, quòd debet recipere curam animarum ab epiſcopo, quia eadem ratione videtur, quod quando epiſcopus inſtituit aliquem in eccleſia non exempta, vbi clericus eſt patronus, quòd deberet recipere curam temporalium à patrono. Sol. non eſt ſimile, quia curam animarum non poteſt quis habere, niſi per epiſcopum cui ſubeſt, vel per vicarium eius. 16. q. 7. nullus. ℣. de offi. arch. cum ſatis. ℣. de inſti. & frequentibus, vicarius autem non videtur ab eis exemptus, ſecùs autem in cura temporalium, quæ intelligitur data hoc ipſo, quòd conceſſa eſt cura animarum. † Item poteſt dici quòd præſentatio quã facit patronatus ſufficit, vt poſtea conceſſa cura animarum, concedere videatur patronus & curam temporalium, examinare autem eum non debebit epiſcopus, quia non inſtituit eum in eccleſia, imò abbas, nec eum confirmat, nec ipſi manum imponit, tales enim examinandi ſunt. ℣. de elec. venerabilem. & c. nihil cura enim animarum in hoc caſu non eſt principalis, ſed acceſſoria, ex quo enim per patronum clericum inſtitutus eſt, cura animarum quaſi acceſſoria ex ratione ei concedenda eſt, & ideò etiam nulla eius exceptio admittitur, niſi forte laboraret infamia. ℣. de app. conſtitutus. de accuſa. accedens. nec accuſabitur à populo, nec alio coram epiſcopo.

9 † Idem epiſcopus de criminibus, vel negligentia eius non inquiret, quia non eſt iudex eius, ſed ſi negligens, vel aliàs eſt in regimine epiſcopus poterit dare licentiam populo, quòd ab alio recipiant pœnitentiam & alia ſacramenta. ℣. de offi. or. inter. in fi. ſed epiſcopus non prohibebit, quòd parochiani non recipiant ſacramenta huiuſmodi rectore, quamdiu toleratur. 8. q. 4. nónne. niſi ſciret, vel vehementer præſumeret, quòd parochianos vellet trahere ad errorem, vel ad peccandum, quia tunc non quaſi iudex, nec in forma iudicij, ſed quaſi ſuperior rector eius, & cui etiam præ alijs, & ſuper alios commiſſa eſt cura eiuſdem parochiæ poterit ei mandare, quòd ab eo non recipiat. argumentum. ſuprà, de diuor. quanto. tamen benè caueat iſte epiſcopus, quia ſi poſtea rector conqueratur, de eo oportebit eum probare cauſas, & præſumptiones, quare hoc fecit, quas ſi non probauerit, punietur. argumen. ſup. de exceſsi. prælą. c. 2. ab hoc autem rectore, ſi appellent parochiani extra iudicium appellandus eſt abbas ſuus, quia hæc appellatio plus habet vim procurationis ad iudicium, quàm appellationis. ſuprà, de app. cùm ſit. Sed ſi appelletur ab eo in iudicio, tunc appellandus eſt epiſcopus, à quo eos habet. arg. ℣. de ma. & ob. ſolitæ. ſicut & in eccleſia vacante cuſtodiam habebit populi, quò ad curam. 63. diſt. ſi in pluribus. officia autem audient in parochiali eccleſia, etiam vacante eccleſia, eſſet ab extraneo ſacerdote, quia locus ille corporalis ad hoc deputatus eſt. ℣. de parochi. vt dominic, imò. & ſi rector proceſsiſſet inquirendo contra parochianum, appellabit epiſcopus, & tunc vocabit rectorem vt defendat proceſſum ſuum. ℣. de app. cum ſpeciali. circa fi. & ſi non comparuerit procedet epiſcopus, quia in cauſa appellationis benè procedit lite non conteſtata. (cum plebes) not. quia aliquãdo eccleſiæ parochiales nõ ſunt exemptæ, & tamen parochiani ſunt exempti. de hoc no. ℣. de priuil. recepimus. † (Moderatione) moderatio in hoc eſt, qa iſti fratres clerici integras decimas recepient de noualibus & laboribus poſſeſsionum, quas iſte ordo ſancti Iacobi habebat ante concilium, ſed de illis poſſeſsionibus, quas quæſiuit pòſt concilium ſoluet integras decimas. ℣. de deci. nuper. (in alijs) ſcilicet, quando obueniunt ſibi à dictis fratribus ſui ordinis debent integrè ſoluere decimas (alij defen.) repete quæ not. ſuprà, de verb. ſig. olim tibi.

CAPVT III.

QVI SCANDALIZAVERIT. ſuprà, de renun. niſi agitur. 7. quæſtio. 1. in gloſſ. ſic. (vtilius) 11. quæſtione. 3. inter verba. 22. quæſtione. 2. primum. 32. quæſt. 5. ita ne.

CAPVT IIII.

QVOD NON EST LICITVM.

CAPVT V.

QVOD LATENTER. 10. q. 3. quia cor pium. ff. quod metus cauſa. l. 1. C. quòd metus cauſa. l. 1. & vlti.

CAPVT VI.

1 *Clerici an & quando torqueri poſſint.*
2 *Accuſatores in accuſatione clericorum debent torqueri.*

VM IN CONTEMPLATIONE. (A quæſtionibus) qui torqueri debeant, quando & qualiter hoc nõ noto, quia in ſumma plene de omnib⁹ notaui. † Sed tantùm de clericis videamus, & dixerunt aliqui eos torquendos. 2. q. 1. in primis. 5. q. 5. illi qui. vbi dicitur accuſatores epiſcoporum & teſtes torquendos, quod non videtur poſſe intelligi, niſi de clericis, cùm alij ad accuſationem, vel teſtimonium contra eos non admittantur. G. 2. q. 4. ipſi teſtes. arg. etiam pro eis, quia cum extra teſtimonium licitum ſit eos ſubire verberibus. 45. diſt. cum beatus. 5. q. 6. quia. quare & ſi vacillant in teſtimonio, & viles ſunt, non torquebuntur. ff. de quæſti. ex libero. 4. q. 3. ſi ea. Alij tamen dicunt contra, & in c. contrarijs dicunt laicos tortos, qui admiſsi fuerant in exceptis criminibus, de quibus loquuntur præall. c. Pro crimine autem benè fatemur aliquos verberandos, ſed cauendum eſt ſuper, ne adeò grauiter torqueantur, quòd periculum immineat vitæ vel membro-
2 rum. ℣. ne cle. ſententiam. † Item not. in accuſa. clericorum torquentur accuſatores ſecundum primam opinionem. 5. q. 6. illi qui. quòd non eſt ſecundum legem. Sed mirum videtur, quòd quæſtio facienda ſit in accuſatore cum nullus criminoſus vel ſuſpectus ſit admittendus ad accuſationem. 3. quæſtio. 5. accuſatoribus. & c. ſequen. & q. 8. c. 1. ſed dic nos admittendos in exceptis criminibus, vel quando accuſa-

TITVLVS XLI.

DE REGVLIS IVRIS.

CAPVT I.

OMNIS RES. (Diſſoluitur) fallit in ma. 32. quæſtione. 7. licitè. In ordine & baptiſmo. 15. quæſtione. 7. epiſcopus ſolus. 1. quæſtione. 1. quod quidam.

CAPVT II.

ESTOTE MISERICORDES. (In meliorem) ſuprà, de ſimo. & quæſtiones.

accusatus volens euitare infamiam suam eos vult admittere (à quæstionibus) ff. de quæstioni. l. 1. & C. de quæstionibus. milites.

CAPVT VII.

QVAE MVLTOTIES.

CAPVT VIII.

QVI EX TIMORE.

24. q. 1. pudenda. 22. q. 2. faciat de pœniten. distin. prima solent.

CAPVT IX.

DEFLEAT PECCATOR.

CAPVT X.

QVAMVIS CAVSAE. (Pastoris) negligentis. 81. distin. dictum. 1. q. 1. quod quidam. 49. dist. deinde. 49. distin. c. vlti. in fin. (comedit) pastor enim tenetur de custodia. ff. lo. qui mercedem. 23. q. 3. tres personas. & si negat dolo suo, vel negligentia perijsse, ipsi incumbit probatio. ff. de eden. si quis ex. §. vlti. Item in custodia carceris. ff. de custo. & exhi. re. l. vl. cum aliàs qui dolum allegat, dolum probare debeat. ff. de proba. quoties. §. qui dolum.

CAPVT XI.

1 *Obedientia in spiritualibus obseruatur, homagium in temporalibus.*

INDIGNVM EST. (Homagium). 5. de simo. ex diligenti. aliàs autem licitè ei iurant obedientiam: vt not. 5. de ma. & obe. legabatur. Est autem obedientia in spiritualibus, & in his, quæ ad Deum pertinent, & in his quæ pertinent ad officium cuiusq; prælati. ar. pro his. 10. dist. suscipitis. 5. de ma. & obe. legebatur. 23. dist. quanquam. & 11. q. 3. quid mirum. 8. q. 1. sciendum. 8. 1. quia super. Ad hanc etiam Imperator & Laici tenentur. 61. dist. Valentinianus. 5. de ma. & obe. solitæ. Homagium autem est de temporalibus, & his quæ ad temporalia pertinent, 22. q. 5. de forma. & ideò homagium in hac significatione sumptum, nunquam pro spiritualibus est præstandum. 5. de simo. ex deli. 5. de iureiu. nimis. nec in hoc videtur valere aliqua consuetudo, vt hîc, quia consuetudo iniqua, non potest præscribi; vt not. suprà, de consue. in princip.

FINIS.



INDEX NOVVS ET PECVLIARIS IN COMMENTARIA INNOCENTII,

NVNC PRIMVM IN GRATIAM IVRIS STVDIOSORVM SINGVLARI DILIGENTIA COLLECTVS.

INCIPIT LITERA

A.

ABBAS non debet licentiã dare monacho suo arctiorem religionẽ intrandi. c. dilecti. num. 2. de renunct. Folio 96

Agi potest interdicto pro personalibus actionibus, ita not. Innoc. in c. cùm olim. de cau. pos. & prop. fol. 224. Sed contra. ff. quo. bo. l. fin. Sol. secundum Cy. in l. si certis annis. C. de pac. vel aliud est secũdum Cano. aliud secundum Leges. Tu dic, quòd aliud in annuis reditibus qui æquiparãtur immobilibus. Aliud in obligationibus quæ non sapiunt reditus, nec realem præstationem: vt. ff. qui satis. cog. l. sciendum. per doc. præterea pro ea. facit quod no. ff. de pe. hære. l. regulariter. vel non erit propriè possessorium interdictum sed condictio ex canone, vt c. querelam. de ele. quæ condictio sequitur naturã possessorij: sed cùm detur ibi confessoria ergò habet correspõdens possessorium, vt. ff. si serv. ven. l. sicut. §. Arist.

Agi potest cum eo qui contendit plebem sibi subiectam esse, ita dicit Innocent. in c. cùm olim. de præsc. fol. 302. num. 2. & ibi vide quod abbas potest præscribere iura episcopalia.

Agi potest de nullitate sententiæ etiam post exec. ita not. Inn. in c. ex ratione. de app. fol. 319. num. 1.

ALIENARE nõ licet illi contra quem inquiritur, vel statim quod incipitur inquiri, ita not. Inn. in c. veritatis. de do. & contu. fol. 240. nu. 1. etiam vide Bar. in l. post contractum. de do. et per Cy. in l. si quis post hanc. C. de bo. dam.

Alienare licet rem litigiosam ex causa transi. nisi fieret in fraudem, ita not. Inn. in c. ecclesia. vt lit. pen. fol. 245. vide inf. in ver. iuramentum. in 26. q.

Alienare non dicitur de nouo qui iam factam donationem supplet, ita no. Abb. in c. perpetuas. de dona. quod tene menti.

Alienatio non prohibetur interim quãdo quis petit sibi constitui de nouo aliquod ius incorporale, & ideò qui petit se recipi in canonicum nõ impedit alterius acceptationem, secùs si quis agit ex iure reali vel confessoria, ita not. Inn. de consti. in c. cùm M. Ferra. fol. 4. 5. & 6. Compo. ibidem dicit per alia verba quòd ibi prætenditur aliquod ius de nouo dari, vel auferri non contrahitur vitium litigiosi, teneat interim alienatio. Tamen si agens vincat reuocabitur: vt si fortè beneficium mihi debitum interim pendente appellatione alteri sit concessum, ita dicit ipse ibidẽ, vide inf. in ver. canonis. 7. q.

Alienator solus principalis tenetur de euictione non alij, ita not. Innocen. in c. si quis de reb. eccle. non alie. fol. 388. & vide. inf. in verb. authoritas. in 2. q.

Allegans suam turpitudinem auditur vbi periculum animæ vertitur, ita no. Innoten. in c tertio loco. de præsum. fol. 282. vide inf. in verb. scientia. in 10. q.

Allegans præscriptionem an teneatur probare titulum præscriptionis nècne, vide Innocen. in c. si diligenti. de præsc. fol. 301. & 302. num. 5. & 6.

Allegans carnalem copulam interuenisse est standum suo verbo, ita not. Inn. in c. cõtinebatur. de despon. impu. fol. 467. nu. 1.

Allegare non oportet titulum in præscriptione cuius non extat memoria in contrarium, ita dicit Inn. in d. c. si diligenti. de præscr. fol. 301. num. 5. vnde dicit ipse ibi credere debes quòd prædecessores mei tit. habuerunt ex quo semper pacificè possederunt. tene menti. & vide infr. in verb. testis. in 42. q.

Allegare quis non potest turpitudinem suam, nec agendo, nec defendendo: vt in c. inter dilectos. de dona. per abbatem.

Allegatio iusta est si sum in possessione, & paratus sum stare iuri, ita no. Inn. in c. bonæ. de app. fol. 329. nu. 3.

AMBASIATOR vide omninò infr. in ver. ciuitas. in 5. q.

Amissio instrumenti probatur per iuramentũ adiunctis aliquibus præsumptionibus, ita not. Innocent. in c. cùm olim. el. 1. de pri. fol. 531. num. 1. 2. & 3.

ANGLIA. Anglici reddunt ecclesiæ tributum vnius denarij pro quolibet homine, tamen est reale tributum, ita not. Innocent. in c. fin. de postu. præla. in verb. nam secùs etc. fol. 40. nume. 2.

Anima non facilè mouetur ad credendum aliquid sed præcedente ratione tantùm, vt not. Inno. in c. veniens. de ver. sign. fol. 572. nu. 3.

Animus vtendi requiritur tanquam iure suo quantum ad præscribendum, sed non quantum ad possidendum, quia pede possidet, ita not. Inn. in c. bonæ. de postu. præ. fol. 37. nu. 1. & ibi Host.

Annus anno Domini. M. aliàs ab incarnatione M. 4. institutum sic fuit, quòd officiales Imperatoris eligant ipsum Imperatorem, & eligentes Alamani sunt isti, videlicet Archiepiscopus Colonien sis, qui est cancellarius totius Italiæ, & ab eo Imperator electus potest accipere authoritatem administrandi. Archiepiscopus Treuerẽ. qui est cancellarius Galliæ. Archiepiscopus Magũtinẽ. & Maguntia est ciuitas valdè pulchra, qui est cancellarius Germaniæ. Marchio Brandeburgens. qui est præpositus cameræ Imperatoris. Dux Saxoniæ, qui est portator ensis. Comes Rheni, qui est comes Palatinus & de nobili sanguine valdè dapifer Imperatoris. Dux Boëmiæ, qui est pincerna Imperatoris, & modò est rex Boë. & iste dux Boëmiæ non est necessarius in elect. nisi quãdo alij discordant, & inter partes æquales diuidant. vnde Versus,

Maguntinensis, Treuerensis, Colonien sis,
Et Palatinus dapifer, Dux portitor ens is,
Marchio præpositus cameræ, pincerna Boëmiæ.

ita ponit Innocent. in c. venerabilem. de elect. fol. 65.

APOSTASIA est triplex, vt per Inn. in c. 1. de apo. fol. 509.

Apostata, vide sup. in ver. abbas. in 1. q.

Apostata non dicitur quis licet transeat ad minorem ordinem, quia non facit contra substantia-

liter reguiæ licet ineautè transeat, ita not. Inno. in c. intelleximus. de æta. & qua. fol. 104. nu. 2.

Apostoli, vide sup. in ver. appellatio. in 10. q.

Appellans ab interlocutoria per dolum non est ampliùs citandus ad diffinitiuam sententiam, ita not. Innocent. in cap. ad peti. de ac. fol. 493. num. 3. vide omninò in fr. in verbo, Renuncians. in 7. quæst.

Appellans ante sententiam si offerat se velle probare causam quare appellat esse veram, quòd quicquid fiet post appellationem non valet, ita not. Inn. in c. Romana. de appell. fol. 343. num. 6. vide no. pro limi. c. non solùm. §. illa verò. de app. lib. 6. Aliam limitationem habes in c. cùm app. eo. tit. & lib. & adde & vide in cap. ab eod. tit. & lib.

Appellans non solùm potest appellationē prosequi, sed etiam ex ea excipere potest, ita no. Inno. in c. dilecto. de ap. fol. 337. arg. ff. de excu. tut. l. diximus. & vide inf. in ver. suspensus. in 6. q & inf. in ver sententiam. 15. q.

Appellans ante sententiam si post sententiā iterum appellat ex eadem causa non videtur primæ appellationi renunciatum, ita not. Innoc. in c. accedens, vt lit. non conte. fol. 206. melius in c. dilecto. de app.

Appellans ab interlocutoria vel grauamine debet adijcere causam. i. rationem, quare grauatur, nec sufficeret dicere: appello, quia me grauastis, nam esset idem cū ratione quod esse non debet, vt no. in l. fin. ff. de off. procu. ce. sed benè sufficit dicere, appello quia me grauastis cùm probauerim, vel quia contra me iniquè pronunciastis, vt apparet ex actis causæ: licet nō multum explicitè tamen implicitè assignatur ratio à dicto diuersa: & sic non est ratio nugatoria, ita not. Inn in c. fin. de ope. no. nunc. fol. 530. l. minoribus. C. de his qui. vt ind.

Appellans quando succumbit indistinctè debet refarcire expen. ita dicit Inno. in c. finem. de do. & contu. fol. 239. in nu. 5. vide quòd not. inf. in ver. expensæ. in 3. q.

Appellans nō debet recedere à iudicio antequā deferat vel respuat appellationem, ita no. Inn. in c. super eo. aliàs in c. meminimus. de appel. fol. 320. Et sic no. quòd opponēs exceptionē in iudicio parti nō debet recedere antequā iudex admiserit vel respuerit quòd no, & vide in c. interposita per eum. fol. 312. nu. 3.

Appellans à sententia excōmunicationis et deferens fingitur non appellasse & medio tempore fuisse excommunicatus, ita no. Inno. in c. nouit. de ap. fol. 325. Tamen post defertam appel. potest dicere sententiam nullā principaliter agendo de nullitate, vt l. si expressim. ff. de ap. incidenter autem non potest, quia vna instantia est in principali, ex incidenti verò duæ, & hoc est de mente Inn.

Appellans si coram iudice ap. non prosequitur, nec introducit appellationem, nec agit tanquam appellans, sed solū agit de nullitate non debet audiri secundum quosdam. Inn. tenet contrarium in c. dilectus. de appel. fo. 330. vbi vide. Et hoc si appellatur à diffinitiua, secùs si ab interlocutoria, secundum eum incidenter verò causa nullitatis venit sub prosecutione appellationis, vt. ff. fa. ercis. l. quædam mulier. & ff. de iurepa. l. Carmelia pia. & in. l. 1. C. quando pro vo. non est ne. & facit. C. de accu. l. si absentem. quæ lex probat ꝙ omnis index appellationis est iudex nullitatum, secundum Bar. quod no, Bal.

Appellantis interest eligere auditorium Papæ non appellati, ita no Inn. in c. si duobus. de appell. fol. 318. in nu. 1.

Appellare potest quilibet extra iudiciū à grauamine imminente, ita not. Abb. in cap. bonæ. de appell.

Appellare potest episcopus cuius interest propter aliquod commodum, ita no. Inn. in c. dilectus. de app. post prin. nu. 1. fol. 330.

Appellare, & submittere se protectioni, idem est, ita no. Inn. in c. ad audientiam. de ap. fol. 323. in prin. c. idem dicit & tenet ibi Abb. ergò si quis dixerit, submitto me protectioni talis iudicis ad quem appellari debet, idem est ac si dixisset, appello ad talem iudicem quòd no. & not. quid habeant operari ista verba, videlicet, submitto me protectioni talis iud. etc.

Appellari an possit à muneribus & honoribus ecclesiasticis, sicut à ciuilibus, vide per Inno. in c. 1. de his quæ fi. à ma. par. cap. fol. 385.

Appellari potest ab executione propter defectū ordinis iudiciarij non obseruatū, ita no. Inno. in c. ppositum. ext. de conces. præbend. in 3. coll. fol. 371. num 5. Cassatur autem quicquid fit oppositore nō audito, vt ibid. per Inn.

Appellari non potest à pœna imposita à iure, ita no. Abb. in c ad nostram de ap. Dic aut lex est generalis, & tunc à iure constitutionis appellari nō potest. Aut est lex specialis contra certam personā, & tunc aut culpa vel causa exigente & idem, vt no. ff. de cap. di l. amissione. §. qui deficiunt. Aut sine causa, & tunc appellatur à sententia iudicis lata vigore illius legis: quia illa lex ope exceptionis non valet: vt ff. de exce. do. l. 1. in fi. Sed quæro si iudex ex causa auget vel minuit pœnam a iure impositam, an possit appellari: & videtur quòd non. nam hoc facit legis authoritate: vt. ff. de pœ. l. hodie. Aut dico, quia illi legi per statutum derogatur: nam statutum posterius hodie tollit illam legem, quæ vt puto non habet locum in pœnis statutarijs. quod tene menti.

Appellari potest ab assignatione loci non tuti, ita no. Abb. in c. ex parte. de ap.

Appellari potest etiam secundum legem vbi iuris beneficium denegatur, ita no Ab. in c. super eod. de ap.

Appellari potest ad Papam omissis medijs, ita no. Abb. in c. solici. de ap.

Appellari potest non solùm ex causa probabili, sed ex dubia, ita not. Inn. in c. sacro. de sen. excom. fol. 555. in nu. 4. vide inf. in verbo, Reuocationi. 1. q. de quo vide gloss. ordin. in c. cessante. de ap.

Appellari non potest ab excommunicatione, nec ab absolutione, ita not. Inn. c. per tuas. de sent. excom. fol. 553. num. 2. vide inf. in ver. processus. in 5. quæst.

Appellari potest à nimia moderatione dilationis, non ideò quia in prima vice misit peremptorium, ita no. Inn. in c. 1. de dila. fol. 212.

Appellari non potest ab arbitrio eius ad quem recursum fuit vt cognosceret vt bonus vir, ita no. Inn. in c. præsenti. de refer. fol. 29. nu. 3. ponitur in l. 2. circa fi. ff. de leg. 2. vide inf. in verbo, processus. in 4. q. vide per Io. And. in Spec. de app. §. in quibus. in addi. suis.

Appellari sicut potest à iudice si grauat, sic & ab auditore si grauat: quia inter auditores & iudices quò ad hoc non est differentia, ita not. Innocent. in d. c. dilecti. de maio. & obed. fol. 159.

Appel-

Appellari potest à iuramēto delato à iudice & à taxatione expensarum, ita not. Inn. in c. super eo. ꝙ me. causa. fol. 174. nu. 4. & quotidie istud dictū allegatur, quod potest appellari ab iniqua taxatiōe damnorū & interesse, nō dico à tota taxatiōe, quia est executio primæ sententiæ, sed à quota. ar. no. in l. si cū exceptione. §. hæc autē. ff. quod me. ca. et dicit idē Inn. ꝙ iudex, qui errauit in mala taxatione, potest errorē reuocare. Bal. Sed videtur de iure ciuili ꝙ non possit ab ista taxatione appellari, quia ista taxatio est executio & declaratio condēnationis expensarū, vt colligitur ex gl. l. terminato. C. de fru. & li. expen. Sed sicut non habet appellare. 10. diebus elapsis à sententia cōdemnatoria, ita nec à taxatiōe quæ est executiua primæ sententiæ. ita sentit gl. in simili. in d. l. si cū exc. §. hæc autē actio. quod me. causa. Itē est alia ratio quia ab executione non appellatur nisi modus excedatur. l. ab executione. C. quo. ap. non re. & tunc appellatur ab excessu modi non à tota executione, quia certū est ꝙ in totū non excediturmodus, cū aliqua necessaria sit taxatio & iusta licet non tanta. Exēpla quomodo dicatur modus excedi sunt ista, vt quia ante tempus exequitur & tunc exceditur modus in tēpore. Itē re excediturmodus, quia satis erat missio in possessionem modicæ rei, & facta fuit missio in possessionē magnæ rei: prout colligitur ex gl. d. l. ab exe. C. de ap. l. si quis prouo. Item excediturmodus, loco & causa, sic & plus dicitur quatuor modis. Vnde solemus dicere, ꝙ fideiussor non debet teneri in duriorē causam quā principalis, quod accipitur quatuor modis. Itē cùm sit interlocutoria non procedit gl. sed certè si debet taxare in 5. et taxat in 10. nonne excedit modū in re. i. in quātitate. Item falsum est, quod taxatio expen. sit interlocutoria, quia aliud est sententia, aliud est taxatio, appellatur ergò à grauamine quando excedit metā rationis in exequendo non, vt à sententia, vt colligitur in c. nouit. de app. & sic tenet Innoc. Bald.

Appellari nō potest à disciplina vel correctione secundum regulas, ita no. Inn. in c. ad nostram. de app. fol. 317. Hoc verum nisi abbas vel prælatus in corrigendo excedat modum, quia tunc benè potest appellari, & dicitur excedere modum si corrigat vltra quam regula doceat, ita not. Abb. in c. de priore. de ap. vnde si monachus delinquit in regula, & abbas vel prælatus vult eum corrigere, non potest ab illa correctione vel disciplina appellare, nec correctioni potest præscribi, quia peccandi licentia præscribi non potest, vt ibidem Innoc. & no. e. tit. cum speciale. in fi.

Appellari potest ab instanti grauamine, vel à commatione iudicis, ita no. Innoc. in c. inter cætera. de appellatione. fol. 317. & ca. pastoralis. e. ti. fol. 330. in num. 1. Sed videtur quod à commatione iudicis non possit appellari, quia cōminatio non habet vim sententiæ interlocutoriæ, vel diffinitiuæ, vt. C. commi. vel epist. l. interlocu. & l. fi. quia non est grauamen, sed ordinatur ad grauamen de futuro. Sol. Aut commatio iudicis infert iniustum factū & potest appellari, nam à factis ante factum potest appellari, quia post factū vt post torturam & ossa fracta tardè appellatur. C. de ap. l. si quis prouo. Aut infert iustum metum verbi, vt quia iudex commatur se pronunciaturū, & tunc non appellatur, vt. ff. de iur. l. in peremptorio, et hoc est verū secundū leges, sed secundū canon. videtur secùs inhærēdo dicto Inn. qui dicit hic ꝙ appellatur a cōmi. iud. & facit. ff. de ar. l. non distinguemus. §. cū quidam. & ff. de of. præf. vrb. l. 1. §. cùm patronus. & vide quod no. C. de cohor. l. si aperitur. lib. 12. & ff. de offi. procon. & leg. l. nec quicquā. §. de plano. Adde quod mināe feruentes faciunt iustū metum, vt l. 1. C. si qua. præ. po. & l. 1. si rector prouin. & no. ff. de arb. l. licet.

Appellari potest extra iudicium sine expressione causæ vel personæ, ita no. Inno. in c. consuluit. de app. fol. 322.

Appellari quando possit à sententia interdicti & quando non, & quid profit ista appellatio, vide per Inn. in c. ad hoc. de ap. fol. 322. in nu. 1. & ibidē dicitur, quòd per appellationem non suspenditur sententia exc. nec interdicti, secùs in alijs sententijs & mandatis seu prohibitionibus iudicum, & vide inf. in ver. sententia. in 32. q.

Appellari an possit ab executore, & ex quibus causis, vide per Inno. in c. nouit. de app. fol. 325. & ibi ponit qui sint casus qui non impediunt executionē sententiæ. quod no.

Appellari potest à repulsa & tarditate iudicis, de quo vide Inno. in c. interposita. de app. fol. 340. quasi in fi.

Appellatio an intelligatur deferi per cautionem, vide Inn. in c. cùm venissent. de eo qui mit. in pos. cau. reiser. fol. 243.

Appellatio est istius efficaciæ siue naturæ quod extendit ad grauamina quæ postea subsecuta sunt, ita no. Abb. in c. ex parte. de test. quod no.

Appellatio generalis non valet, ita no. Abb. in c. inter cætera. de app.

Appellatio sicut tenet à diffinitiua sine expressione causæ, ita tenet à mandato quod habet vim diffinitiuē, ita no. Abb. & Io. in nouel. in c. peruenit. de app. quod est no. & probatur. ff. de min. in l. ait prætor. §. permittitur. & dixi in l. minoribus. C. de his qui. vt indig.

Appellatio non requeritur in notorio excessu iudicis, ita no. Abb. in c. peruenit. de app. & vide inf. in ver. condemnatio. in 5. q.

Appellatio remota in vno ca. de connexis intelligitur remota in alijs, ita no, Abb. in c. secundò requiris. de app.

Appellatio à sententia viua voce reseruato sibi beneficio appellandi in scri. quid operetur, vide per Inn. in c. de app. fol. 320. & 321. & per Inno. eo. tit. c. bonæ. & per Bar. in l. cum procu. §. 1. de no. ope. nun.

Appellatio non valet nisi petantur apostoli, ita no. Inn. in c. cordi. de app. fol. 342. in num. 8. quod est not.

Appellatio propriè est illa quæ fit in iudicio, prouocatio verò quæ fit extra iudicium, ita not. Inno. in c. cùm sit. de app. fol. 318. num. 2. vide inf. in verbo, renuncians. in 10. q.

Appellatio extra iudiciū non imponit silentiū ius habenti, nec cassat actum legitimè factum, ita not. Inn. in c. cum nobis. de elect. fol. 48, num. 2. & vide inf. in ver. renuncians. in 11. q.

Appellatio extra iudiciū facit quod iniusta excommunicatio non ligat, secùs si non est appellatū. ita no. Inn. in c. cum nobis. de elect. fol. eo.

Appellatio in vno articulo, an impediat processum in alio, vide Inn. in d. c. cum nobis. de elect. f. e. vide inf. in ver. interlocutoria. in 1. q. vide inf. in verbo, renunciant. in 12. q. vide inf. in ver. casus. in 12. q.

Appellatio an impediat officiū execu. gratiarū, vide Innoc. in c. statutum. de elect. fol. 82. & 84.

num.2. vide inf. in verb. sententia. in 15.q.

Appellatio quando suspendit processum primi iudicis, & quando non, vide per Inno. in c. super eo. aliàs in c. meminimus. de app. fol. 320.

Appellatio non debet impedire effectum confirmationis ex quo confirmatio præcesserit ipsam appellationem, ita no. Inn. in d. c. constitutus. de app. & ibi vide de materia appellationis, confirmationis vel infirmationis electionum. fol. 329. in nu. 5.

Appellatio generalis debet admitti, ita no. Inn. in c. bonæ. de appel. fol. 329. nu. 1. Contrarium tenet Abb. vt sup. in hoc verbo. q. 1.

Appellatio episcopi prodest clero & populo, ita no. Inn. in c. dilectus. de app. fol. 330. & 332. nu. 2.

Appellatio etiam in absentia iudicis facta ritè eximit appellantem ab eius iurisdictione, ita not. Inn. in c. dilectus. de app. fol. eo.

Appellatio non mutat naturam causæ, & ideò est summaria vel ordinaria vt principalis causa, ita no. Inn. in c. cũ speciali. de app. fol. 335. in nu. 7.

Appellatione facta ad Papam nõ solùm principale, sed etiã accessoriũ devoluitur ad sedem apostolicam, ita no. Abb. in c. dilecto. de app.

Appellatione pendente nihil debet innouari qualiter intelligatur hoc dictum, vide inf. in ver. libellus. in 4. q. ibi, quia verũ est in noua exe. etc.

Appellatione interposita quicquid dictum est in sententia reuocatur, ita no. Inn. in c. auditis. de excom. & ibi, vide de forma libelli reuocatorij, & an debeant reuocari attentata antequam incipiat procedi super app. vide in c. dilectus. de app. fol. 317.

Appellatione pendente non potest quis denũciari excommunicatus, ita no. Inn. in c. pastoralis. de app. fol. 330. in num. 3.

Appellationẽ prosequens in termino dato à iudice non videtur deferere si fuit impeditus per inopiam, quia terminus hominis succedit loco termini iuris, vt. ff. de re iudi. l. 3. §. si quis. ita dicit Inn. in c. ex ratione. de app. fol. 319. in num. 2. quod est no. & vult quòd impedito per alium tempus currat, tamen restituitur idem si fuit impeditus propter testium inopiam.

Appellationem non prosequens non potest cõqueri de iudice à quo quòd fecerit litem suã, quia deferendo appellationem videtur suo iuri renunciasse, ita no. Inn. in c. sæpè. de app. fol. 325. in num. 7. secùs si pendet appellatio vt no. per gloss. in l. 1. quod cu. iur. Bal. dicit ibi quòd renuncians appellationi nihilominus potest agere contra iudicem à quo de iniustitia sibi facta, vt alibi refert Bal. facit ad hoc. l. cùm interdicto. C. de ar. tene menti.

Appellationi magis quàm sententiæ statur, ita no. Abb. in c. dilecto. de appel.

Appellationi factæ facilius renunciatur quàm fiendæ, ita dicit Inn. in c. quod ad consultationem. de sen. & re iudi. fol. 306. in nu. 1. quod not.

Appellatur à relatione facta parte ignorante, ita no. Abb. in c. intimasti. de app. vide inf. in ver. sententia. in 70. q. vbi remittitur ad Inno. quando possit appellari, & quando non à sententia excom. vide inf. in ver. sententia. in 71. q.

Appellatur à multis interlocutorijs, cùm appellatio nõ iustificatur nisi per causam allegatam, & etiam non iustificatur nisi per eadem acta: nam appellare ab interlocutoria est appellare à processu, quia interlocutoria est de processu causæ, & processus non potest impugnari per causas extrinsecas quæ non sint inclusæ in processu, & hæc de causis facti sed causæ iuris sunt liquidè per aperturam librorum, de quibus non loquitur. c. appellanti, ita no. Inn. in d. c. fi. de no. ope. nun. fol. 530. Si autem appelletur à præcepto diffinitiuo non est necessaria insertio causæ in appellatione, sed sufficit quòd causa sit prius allegata in processu, vel per errorem omissa, vt. ff. de mino. l. ait prætor. §. permittitur. & quod no. in c. peruenit. de app. in nouel. Et ideò qui appellat à præcepto facto in confessum potest appellationis probare errorem, vt. ff. de app. l. creditor. §. iussus. quod non posset si non audiretur nisi ex eisdem act. cùm habeat effectum diffinitiuum, quia parũ à diffinitiua differt quod no. sed ipse iudex qui est interlocutus, potest ex nouis ac. suam interlocutoriam reuocare contrario imperio, vt. ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba, & l. quòd iussit. ff. de re iudi. idem in superiore eius adito non per viam appellationis, sed per viam querelæ & officio iudicis, vt l. qui arbitrio. ff. qui satisd. cog. secundum quosdam tene menti. vide inf. in verb. causa in 1. q. ibi, quando appelletur à sententia excommuni. etc. vide inf. in verb. suspensus. in 6. q.

Appellatur ab interlocutoria lata in poss. vnde licet in possessorio non appelletur à diffinitiua, tamen à grauamine appellatur, vt si fortè iudex non vult probationes recipere, ita no. Inn. in c. significauerunt. de tes. fol. 261. num. 2. & de mi. l. si ex causa. §. nunc videndum. per Gul. Are. & Bal. & sic ab interlocutoria lata in iudicio possessorio appellatur, vt ibi Innoc.

Appellatus. i. ille qui obtinuit sententiam pro se, si negat eam latam, perdit omne cõmodum quod est ex causa consecuturus, & debet imponi sibi silentium ne vlterius ea vtatur. ff. de inter. act. l. nunc habemus. ergò licet appellans non producat sententiam, quia fortè non potuit habere copiam eius sicut interdum cõtingit, quia iudices nolunt dare copiam vel ex alia causa, tamen procedit app. & iudex interrogabit appellatum in vincentem an sententiatum sit pro eo, & si cõfiteatur, probatur sententia pro confessionem, si neget imponitur sibi silentium ne commodo aliquo vtatur ex ea. ita fi. no. In. in c. G. perpetuus. de fi. inf. fol. 279. & non reperitur istud dictum alibi secundum Bal. facit ad hoc. l. 2. C. vt li. pen. & C. de erro. ad l. 2. instrumentum verò appellationis semper debet produci, aliter enim non potest introduci appellatio. idem dico in simili, quòd si quis delet instrumẽtũ vel scripturam facientem pro eo quod perdit omne cõmodum q̃ posset consequi ex eo etiã si suus aduersarius nollet quod perderet. text. est no. in l. 1. ff. de his qui in testa. deleg. Bald.

Appellatus. i. ille qui obtinuit sententiam si ius suum corã ordinario prosequatur, & appellans cõparet & opponit de app. sed appellatus negat esse appellatũ, vel dicit appellationẽ desertam, tũc iudex aditus cognoscet & pronunciabit, & stabitur sententiæ super hoc per eũ latæ nisi appelletur, ita no. Inn. in c. cõst. de app. fol. 326. 327. 329. n. 2. & 5.

Apprehẽdere, vide omninò. inf. in ver. res. in 2. q.

Approbatus ad aliquod officium non potest in alio consimili reprobari, ita no. Inn. in c. venerabilis. de except. fol. 297. num. 7.

ARBITER vide omninò, inf. in ver. modus. in 2. q. ibi, sed in arbitro non potest, etc. Bal.

Arbiter si habet potestatem auferendi, multum & parum non potest peti reductio ad arbitrium boni viri, ita dicit Host. in ca. humilis. de maio. & obe.

& obe. & vide inf. in verb. clausula. in 1. q.

Arbiter super diuisione bonorũ an possit prohibere partibus aliena. bonorum, dic vt in c. Raynaldus. extra de testa.

Arbiter non recipitur in testem in causa in qua est arbiter, & si fateatur se corruptum non præiudicat parti, ita no. Innoc. in c. non sine. de arbi. fol. 285. adde. l. deferre. §. 1. ff. de iure fisc. & ibi per Bart. & vide etiam in d. c. per Inno. f. quando quis possit de suo officio testificari.

Arbiter absoluit ab obseruatione arbitrij propter contumaciam partis non comparentis, sicut iudex absoluit ab obseruatione iudicij, ita no. Inn. in c. ex parte. de arb. & compromissum soluitur commissa pœna, vt ibidem per Inn. fol. 288. in nu. 1.

Arbiter censetur ille cui datur potestas procedendi seruato ordine iudiciorum, sed quando datur potestas procedendi non seruato ordine iudiciorum, tunc censetur arbitrator, & quam viam sibi elegerit hæc sibi pateat, vt. ff. quod me. causa. l. si mulier. in fi. ita no. Inn. in c. quintauallis. de iure. fol. 286. in nu. 4. & 5. Et sic no. quid operantur illa verba copulatiua. s. tanquàm in arbitrũ & arbitratorẽ quæ quotidie apponuntur in compromissis, quia si datur potestas procedendi ordine iudiciorum seruato & c. aliàs erit arbitrator, vt supr. quòd tene menti. Bald.

Arbitrator, vide omninò inf. in verb. modus. in 2. q. prope fin. ibi, in arbitratore hoc potest dici etc. vide omninò inf. in ver. factum. in 11. q. & in 13. in 37. & in 38. q.

Arbitrio boni viri multa requiruntur, & maximè de actis & actita, ita dicit Inn. in c. prudentiã. ff. de offi. dele. fol. 124. nu. 3. Et an vnus bonus testis excusẽt à calumnia relinquitur arbitrio iudicis, ita no. Io. And. in c. cùm dilecti. de elect. in nouel. & per Host. in c. finem litibus. de do. & cõtu. & vide quod no. in l. maritus. ff. de quæst. & vide sup. hoc eodẽ verbo, in 2. q. vide sup. in verbo, app. in 20. q.

Arbitrium concessum potestati, vide Bar. in l. filius fa. ff. de dona.

Arbitrio tertio absente qui dixit voluntatem suam & animum suum duobus arbitris consocijs, et recessit nolens pronũciare, illi duo possunt pronunciare seu laudare & valebit laudum, ita not. Inn. in c. Ray. de test. fol. 404. in num. 1. non enim debet malitia tertij iudicis seu arbitri recedentis, seu nolle interesse alios impedire, vt in c. fi. de ar. lib. 6. ex quo constat de animi sui voto, secùs si nõ constaret secũdum Inn. quod est no. & vide quod no. ff. de admi. tut. l. Titium. 2. responso. Et istud dictum est verum in recedentibus à loco vbi conuenerant ad iudicandum, vt no. in c. fi. de arb. lib. 6. in nouel. tamẽ Doc. Iuris ciuilis tenent contrarium. s. quia non seruatur ibi forma commissi nisi omnes arbitri electi iudicent, vt. ff. de arg. l. Pedius. §. 1. quæ not. Bald.

Arbitris primis duobus electis si datur potestas eligendi tertium in certum in causam dissensionis tantùm non valet, secùs si partes plenè confidunt de eis, ita no. Inn. in c. innotuit. de arb. fol. 289. in num. 3. do. Fran. ac. dicit quod si tertius arbiter non pronunciatur, aut esset nudus consiliarius, aut pædagogus, tu dic quòd non valet donec authoritate partiũ eligatur seu authoritate imet, & hic tertius est arbiter in quantũ laudat & metu pœnæ sibi paretur à partibus & non est arbiter, quia si discordat ab vtroq; aliorum qui etiam inter se discordabant & tertiam fert sententiam hæc 3. sententia præualet, sed in vero & mero iuris arbitrio nunquam valet dictum vnius, quia vnus nõ est maior pars numero, licet tertius sit maior pars authoritate, vt no. in l. item si vnus. §. principaliter. ff. de ar. Item morte tertij soluitur compromissum si alius subrogatur vnde est per omnia arbiter. Item alij arbitri non faciunt arbitrum hunc l. non distinguemus. §. de off. ff. de ar. sed lex facit secundum quid non simpliciter, vide per Dy. in l. si dominium. ff. de fur. item scias quòd clausula illa, videlicet q̃ vnus solus arbiter possit pronunciare intelligitur alijs absentibus non alijs præsentibus, vt l. non dis. §. cùm in plures. vbi est casus no. Bal.

Archiepiscopus potest punire subditos sui suffraganei, ita no. Abb. in c. ex parte. de inst. & vide inf. in ver. authoritas. in 2. q. & vide inf. in ver. citatio. in 44. q.

Argumenta, id est fama, dicit Innocen. in c. cùm in dioces. de vsu. vel perspicuæ præsumptiones, vt ibidem Innocen. fol. 518.

Armatus, vide inf. in ver. vsus. in 1. q. & vide inf. in ver. auxilium. in 1. q.

Arrharum datione vel promissione an videatur recedi à prouisione legali, vide Bar. in l. item quæritur. de pub.

Articuli quidam sunt antiqui, quidã sunt noui, inclusi veteribus sub præscriptione. Quidam noui trahentes originem à veteribus vt modus, vel conditio, vel pactum à contractu interpretato simpliciter, vt in c. cùm Ioannes eremita. de fide instru. Quidam sunt noui separati & nõ contingunt à veteribus. Quidam sunt quasi contrarij, super istis de iure ciuili admittuntur hinc inde testes, vt causa appellationis vt plenius veritati subueniatur legitimè, vt l. per hãc. secùs est de iure canonico, quia timetur subornatio post per cõtractas atteſt. vt in c. testibus. de test. in Cle. vnde Legistæ student indagationi veritatis. Canonistæ calumniarum expulsioni. Legistæ non præsumunt subornationes nisi in eadem instantia. Canonistæ etiam in alia succedanea. ar. ff. iud. fol. l. cùm apud. Nec ob. eis. c. veniens. de testi. quia ibi inualida est probatio ad obtinendum nisi fiat post li. conte. Et ideò tanquam ad hunc finem non ritè recepti, ante li. conte. iterato recipiuntur postea secùs, nisi ex parte & modo sint ritè recepti super inclusis & implicitis. Quidam de Iure canonico dicunt testes non admittendos: quidam dicunt admittendos, si super hoc figillatim testes non fuerint examinati, licet fuerint implicitè iurati, quod est verum, nisi fuerint didicita testificata quæ legi non possunt. ff. de his quæ in test. del. l. 1. in prin. & quia si iurauerint ergò examinandi. Item super orientibus super eodem facto testes sunt recipiendi si primi non fuerint interrogati secundũ eos. idẽ si fuerint extra articulũ interrogati, quia cùm non fuerint ad hoc producti, licet iudex ex officio interrogauerit non officit didicisse testificata, secundũ Inn. Item super discrepatione quæ non fouent, tamen testes sunt examinandi, vt. ff. de pe. hæ. l. si quis libertatem. in fin. Itẽ si egi rei vẽd. & nixus sum probare vnam causam remotam in primo iudicio, et in causa ap. non admittitur ad probandũ aliã causam, ita not. Inn. in c. fraternitatis. de testi. fol. 257. per totum. Istud vltimum dictum est verum, si specialiter egi expressa in libello causa remota, secùs si simpliciter, vt. ff. de app. l. Seio. & l. Titianus. ff.

quod

quod cum eo. C. de pe. hær. l. hæreditas matertera. ff. de pact. do. l. Bebliuc. in fi. cum similib.

Articulus debet probari prout formatus fuit et imputet sibi qui malè formauit capitula, ita dicit Inn. in. c. apposuit. de cle. excom. & ibi videas per eum. fol. 520.

ASSESSOR debet eligi de communi volũtate partium, ita dicit Inn. in. c. cùm super quæstione. extra de offic. deleg. fol. 129. nu. 6.

ATTESTATIONES & confessiones facta in vna instantia valent in alia instantia etiã reo absoluto ab obseruatione iudicij quod est no. Respondeo est, quia magis sunt acta litis quàm instantiæ, & ideò instantia perempta non perimit acta: secùs in alijs ac. quæ sunt ord. iudicij, ita not. Inn. in. c. causam. de test. fol. 256. num. 1. Aduerte quædam sunt acta quæ fiunt ad litis præparationem & ista non valent in alia instantia, nisi sint probationes vel confessiones. verbi gratia: si tu in vna instantia confessus es te hæredem, vel hoc probaui valent in alia: vt. ff. de inter. act. l. fi. Quædam sunt acta ad litis inchoationem vt lit. conte. & iuramentum calumniæ, & ista acta pereunt cum instantia perempto termino. vt. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. si quis stipulis. Quædam acta fiunt ad veritatis indaginem post lit. conte. & ista non pereunt. Fallit in atte. non pub. quia sine publicatione non probant & in alia instantia publicari non possunt nisi de nouo recipiantur, quia pub. fit officio iudicis mercenario & istud euanuit cum instantia: vt. l. gesta. de re iudi. fallit in. c. quoniam frequenter. vt lit. non conte. Sed ibi non est finita instantia interitu, sed quia non desiderabat vlteriorem processum. Quædam sunt acta quæ fiunt ad interlo. super incidenti vel emergenti: tũc si iudex interloquitur quo ad processum causæ tunc finitur interlocutio: secùs si in principale factũ extraneum. ff. de mi. l. inter vtile. Quædam sunt acta quæ fiunt ad decisionẽ causæ, & ista sunt perpetua: nec enim finitur instantia, id est corroditur per diffinitiuam: sed acquirit intentum sententiæ: vt. ff. de mi. l. 2. §. 1. Et vbi cunq; dixi acta finita: verum est nisi quo ad effectus consummatos de præterito, puta interruptæ præscriptionis: vt. l. cùm notissimi. C. de præscri. 30. vel 40. anno. nam quatenus traxit secum suum effectum non rescinditur, secundum Iac. de Are. & Bart. in l. 3. ff. iudi. solu. secùs tamen si illa citatio perfectè non produceretur inesse quia nõ comparet actor: vt no. in. l. sicut. C. de præscri. 30. vel 40. an. per Guil. de Cu. tene menti. & vide. infr. in ver. silentium. in fin. Bal.

Attestationes si sint combustæ ante sententiam testes possunt iterum produci, ita tenet Inn. in. c. constitutus. de testi. fo. 259. quod verum puto resti. facta ex clausula generali quæ finaliter in alio casu conceditur: vt puta si produxi plures testes & iudex refrenauerit numerum testium, & inter approbatos reperiuntur quidam qui non possunt esse testes, & sic deficit probatio non conceditur restitutio: vt no. ipse idem in. c. auditis. de in integ. resti. fol. 179. vel potest dici quòd sufficiat fides de amissione talium probationum: vt in. c. testimonium. de test. in fi. Bal.

AVGMENTVM vide. inf. in ver. cri. in 6. q. Auth. nũc si hæres. C. de liti. quomodo debeat intelligi, vide Inn. in. c. ex parte. de ali. iu. mu. causa. fol. 184. num. 1.

Authoritas, vide omninò inf. in ver. differentia. in 4. q.

Authoritas archiepiscopi non requiritur quãdo alienatur res maioris ecclesiæ, id est ecclesia cathedralis per episcopum vel capitulum, ita no. Inno. in. c. de his quæ fiunt à præl. fol. 383. & per eũdem in. c. statuimus. de transl. fol. 162. nisi obuiet iuramentum secundum Host. & Lap. Bald.

Authoritas superioris requiritur si duæ villæ velint inuicẽ se vnire in vnũ corpus, idẽ si vnũ corpus velit se diuidere in duo, ita no. Inn. in c. dilecta. de excess. præl. Et quod de duabus villis possit fieri vnũ corpus, probatur in Auth. vt iu. fine quoquo suffr. §. illud. & quod vnum corpus possit diuidi in duo probatur in l. si eadem. ff. de assess. Bal.

Auxiliũ præsumitur quis dedisse eo ipso quòd stat armatus cum malefactore, ita no. Inn. in. c. cõtinentiam. de cler. percuss. fol. 520. vide inf. in ver. vadens. in. 1. q. 1. & inf. in verb. stat. in. 3. q.

Auxilium legis frustrà inuocat qui committit in legem: vt extra de sen. excõ. c. in audientia & c.

BANNITVS vide omninò inf. in ver. excommunicatus. in. 12. q.

Bannitus qui petit se absolui à banno, an possit ante rebannitionẽ impunè occidi, secundum formam statutorum permittentium bannitos impunè occidi, vide per Dy. & Bar. in. l. 4. §. si seruus quem. ff. de acqui. pos. & per eũdem Bar. in l. pe. ff. de adul.

Baptizatus in parte, an sit baptizatus in totum, vide per Bar. in l. possideri. in princ. ff. de acquir. pos.

Bastardus an possit substitui per procu. filio legitimato, vide per Bart. ff. de do. causa mor. in. l. quod cond. vide per eundem in. l. si is qui. ff. de vulg. & pup. substi.

BELLVM prouocare contra infideles & reges Sarracenorum an licitum, vide Innoc. in. c. quod super. de vo. et vo. rede. fol. 429. in. n. 1. & 7. vide inf. in ver. clericus. in. 4. q. vide inf. in ver. ope. in. 10. q. & plenè per Inn. in. c. sicut. de iureiur. fol. 288. nu. 5. vbi tractat de bello licito & illicito.

Beneficia priora ad hoc vt vacent sufficit habere pacificam possessionem beneficij secundi de facto licet de iure non vacet & imputet sibi qui errauit in iure, secùs si errauit in facto, ita no. Inn. in. c. constitutus. de app. fol. 326. in. num. 1. Prælatos maximè non excusat iuris ignorantia, vt ibidem per Inn. vide per eundem in. c. decæterò. de sen. & re iudi. fol. 304.

Beneficia sua quis perdit si per annum stat in excommunicatione, ita no. Inn. in. c. bonæ. de æta. & qual. fol. 105. num. 2.

Beneficia paria potest prælatus instituere alteri sine consensu capituli, ita no. Inn. & Abb. in. c. nouit. de his quæ fiunt à præ. fol. 383.

Beneficiũ dicitur titulus, secundum Host. in. c. dudum. de elect.

Beneficium est beneuola actio tribuens gaudium, capiensq; tribuendo ait Seneca primo de beneficijs. Et omnium beneficiorum ista est natura vt nõ sit necessitas sed potestas, ait Quintilianus lib. 1.

Beneficium est quod tantùm eius causa præstatur in quem confertur, ait Seneca. 8. declamationum. Bal.

Beneficium manuale habens agit eo nomine, ita no. Inn. in. c. edoceri. de rescr.

Bene-

Beneficium omne requirit residentiam nisi cõstet de contrario, ita no. Inn. in c. clericos. de cler. non residen. fol. 354. num. 1.

Beneficium si fuerit collatũ absenti licet nondum acceptauerit non potest alteri conferri, & si conferatur non cõualescit, licet primus repudiet, quia eius volũtas primò debuit explorari, ita no. Abb. in c. accedens. de præb. quod no. arg. cõtra. ff. si cer. pe. l. proinde. & de fideicom. libe. l. ergò. §. si bona. & facit. ff. de leg. 2. l. si tamen Bal. & ratio quare interim non potest conferri est, quia nõ vacat cùm sit iam facta collatio. Bald.

Beneficium non dicitur vacare simpliciter propter renun. factam animo permutandi, ita no. Abb in c. cùm secundum. de præben.

BONA vxorũ nõ debent capi pro debito viri, ita notat Abb. ex literis. de pi. & C. de pri. fisc. l. 1.

ALVMNIATOR puniendus est, siue fuerit calumniator super accusatione, siue super denunciatione, & punitur extraordinariè, ita no. Inn. in c. cùm dilectus. de calumniato. fol. 408. adde quod no. Cy. in l. seueriter. C. de exc. tu. Bal.

Campana multis de causis pulsatur, vide per Inn. & Host. in c. de of. cust. fol. 118. vide inf. in ver. vocatio. in 1. q. & inf. in ver. clericus. in 7. q.

Cancellatio siue cassatio processus & sententiæ prodest omnibus qui per sententiam ledebantur, etiam ipsis non citatis, ita no. Inn. in c. in nostra. de procu. fol. 167. num. 8.

Canonia est nomẽ tituli iuris, sed præbenda est nomen facti, & cadit etiam in extraneum secundum Inn. in d. c. cùm M. fol. 4. & 5. nu. 2. & vide inf. in ver. patientiam. in 2. q. & vide inf. in ver. ingressus. in 1. q.

Canonica portio nõ debetur ecclesiæ parochiali de his quæ singulariter relinquuntur pauperibus cõsanguineis vel amicis intuitu pietatis, quia ista canonica portio non debetur nisi de his quæ relinquuntur alteri ecclesiæ vbi eligitur sepultura separata ab ecclesia parochiali, & ratio ne alias ecclesias suæ præferat, ita no. Inn. in c. de his. de sepulturis. fol. 409. Tamen ecclesia parochialis non aget contra hæredẽ test. sed ecclesia cui est relictum aget: et contra istam cui est relictum dirigitur petitio ecclesiæ parochialis, vt in c. de his. & hac ratione nititur Innoc. non enim ecclesiæ parochiali quæritur iudicio testatoris, imò est quædam falcidia quæ cõtra voluntatem ipsius testatoris detrahitur, & ideò actione ex testamento peti non potest, sed condictione ex canone. Sed si ecclesia cui est relictum repudiat legatum, tunc fortè penes hæredem remanet cum suo honore, vt C. de ca. tol. l. vnica. §. pro secundo. & ar. ff. de contra. tab. l. si post. §. vlt. quod no.

Canonicatus ministeriũ est, ita not. Inn. in c. dilectus. de præb. fol. 359. num. 2. & est secundum in ordine, & vide inf. in verb. tyrannus. in 1. q.

Canonici singulariter res ecclesiæ non possunt alienare, ita no. Abb. in c. ad audientiam. de reb. eccle. non alie.

Canonicũ cathedralis ecclesiæ esse est maior honor quàm esse alterius ecclesiæ, ita no. In. & Abb. in c. fraternitatis. de sepulturis. fol. 409. Et sic videtur q̃ licet infamis possit esse monachus: vt in Auth. de mo. in prin. nõ tamẽ possit impetrare canonicatum cathedralis ecclesiæ. Bal. vide in c. sta. de reseri. lib. 6. & in c. infamibus. de reg. iur. lib. 6. per Dy. Zi. de Cremo.

Canonicus in eligendo nõ dicitur pub. officio fungi, ita no. Inn. in c. cùm dilecti. de consue. fol. 33. nu. 5. In canonicum quis non potest aliquem recipere etiã nomine totius capituli. Sed oportet q̃ singuli canonici hoc faciant ex quo sunt in c. congregati. ita multum no. tenet Compo. in c. eam te. de rescri. vbi omninò vide Bal.

Canonicus electus vltra numerum habet vocem et quotidianas distributiones licet nõ habeat præbendam, ita no. Innoc. & Host. in c. cùm M. Ferra. de consti. fol. 4. nu. 6.

Canonicus statim quod est factus omnia ei incumbunt quæ ad canonicos attineant, ita no. Inn. in c. in literis. de resti. spo. fol. 226. num. 7. & ff. de ædi. ædi. l. ædiles. §. item sciendum.

Capella quæ non potest testificari vbi iussit testator permutatur per episcopum ad alium locum, ita no. Inn. in c. nos quidem. de test. & vide. ff. de vsufr. leg. l. legatum. & quod ibi Bar.

Capellam priuatam potest quis facere in domo propria, ita no. Inn. in c. ad hoc. de reli. do. fol. 436.

Capere delinquentem ideò vt non possit iterũ aufugere seu offendere licitum est cuique, & non solùm capere, sed etiam ligare, ita no. Inno. in d. c. vt famæ. de sen. excom. fol. 552.

Capere potest delinquentem omnis habens iurisdictionẽ, sed priuati qui non habent non possunt capere, nisi illi quorũ interest vt si timetur de fuga quia tunc licet, acclamare verò delinquente licitum est cuiq;, vt ff. de vsur. l. si quis solutioni. §. mora. vel si comprehendatur delinquens in facinore, quia tunc licitum est capere, ita not. Inno. in c. vt famæ. de sen. excom. fol. 552. nu. 4. idem dicit propter immanitatẽ criminis, vt. l. fi. C. de ma. & math. Bal. & vide sup. in ver. bona. in 1. q.

Capitulum, vide inf. in ver. præbenda. in 1. q.

Capitulum totum debet congregari in electione fienda, & est de forma quod congregetur, ita not. Inn. in c. quia propter. de elec. fol. 71. nu. 1. & an valeat quod fit à ma. par. cap. vide per eundem in c. cùm omnes. extra de consti.

Capitulũ prosequitur iura episcopatus quæ videntur temporalia & spiritualia coram episcopo & capitulo, ita no. Inn. in c. dilecti. de ma. & obe. fol. 159. nu. 1.

Capitulũ non succedit prælato in bonis discretis à dignitate, sed succedit successor, ita no. Inno. in c. relatum. extra de test. fol. 401. & 402.

Captus ex causa famosa & in crimine non est infamis, ita no. Inn. in c. vt super his. de pœnis. fol. 542. facit ad hæc. C. de infa. l. 1.

Carcer, vide omninò in ver. citatio. in 2. q.

Castra vel alia loca vel casamenta non licet facere ad æmulationem, ita not. Inn. in c. vt Pisanis. de resti. spo. fol. 236. vide. l. quicunq; C. de fundis limi. lib. 11. in tex. & glos.

Castrum si videatur ius patronatus ei accedit annexum, secùs si vendo palatium vbi est ecclesia in qua habeo ius patronatus. Ratio est, quia castrum in se continet vniuersitatem. s. honorem, iurisdictionem, & districtum, sed palatium nõ est vniuersitas iure, sed purũ corpus, vnde in corporalia ei non accedunt quæ possunt per se stare, ita no. Innoc. in c. ex literis. extra de iurepa. fol. 441. num. 1.

Castrum, princeps fecit castrum vel aliam ciuitatem eo ipso, q̃ scribit ei vt ciuitati vel nominãdo ipsam vt ciuitatẽ videtur ei cõcedere omnia priuilegia quæ ciuitatibus incũbunt, ita no. Iun. in c.

cum

eum ab ecc. de of. ord. quod no. fol. 148. num. 3.

Castrum quod quis mihi furtiuè abstulit et occupauit, si est difficilè eum recuperare posse, licitum est etiam mihi ipsum furtiuè auferre, ita no. In. in c. olim causam. de rest. fo. 230. in nu. 8. Et ibi etiã habes, quòd quando quis tenet violenter rem alterius, si dominus eam habere non potest, licitũ est sibi eã furtiuè occupare et rehabere, quod tenet mentẽ: imò plus dicit ipse Inno. quòd si non possum rem meam habere, possum æquiualentẽ surripere.

Casus in quibus Papa reseruat sibi abso. ponit Iun. in c. nuper. de sen. exc. fo. 550. in. nu. 6. & vide inf. in ver. clericus. in. 4. q. & inf. in verbo, citatio. in. 7. q.

Casus in quibus non est excommunicatus ille qui percutit clericum, ponit Inn. in. c. non dubiũ. & in c. veniens. de sen. excom. fol. 548.

Casus tres indicendi purgationem, ponit Inn. in c. inter. extra de purg. cano. fol. 539.

Casus in quibus possunt testes recipi ante lit. conte. siue libellus sit oblatus, siue non, ponunt Inn. & Host. in c. quoniam vt lit. non contes. fol. 207. & vide vnum casum in c. licet. de test. & alium in c. significauit. eo tit. aliũ. ff. ad leg. Aqui. l. in lege Aqui. alium. C. de vsu. pu. l. pupillus. alium in l. diffamari. C. de inge. ma. alium. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. 1. aliam. C. de fideiuss. l. si contendat. sed non omnes isti pertinent ad materiam huius casus. Bal.

Casus in quibus citatus vel requisitus non tenetur comparere, ponit Host. in c. bonæ. extra de elect.

Casus in quibus opponitur excep. non agendi, ponit. Host. in c. 2. de or. co.

Casus in quibus tenet sententia cõtra res prius iudicatas, vide per Inn. in c. suborta. de sen. & re iud. fol. 313.

Casus in quibus monachus potest esse procurator, vide per Inn. in c. cum I. et A. de sen. & re iudi. fol. 313. nu. 2.

Casus in quo simul duo interueniunt admittũtur ad agendum vel ad accusandũ, vide per Inn. in c. abbate. de sen. & re iudi. fol. 316.

Casus in quibus appellatur ab executione, & casus qui impediunt executionem sententiæ, vide per Inn. in c. nouit. extra de app. fol. 325.

Casus in quibus valet quod fit per iudicẽ pendente app. vide per Inno. in c. interposita. extra de ap. fol. 340. nu. 4.

Casus in quibus tenet processus iud. post appellationem, & quæ differentia sit in appellatione facta in iudicio vel extra de iud. vide per Inn. in c. Romana. de appel. fol. 343. in nu. 7. Et no. tres gradus in prosecutione appellationis per quos gradus procedit, vel non procedit inhibitio fienda iudici à quo, vide ibidem per Innoc. & no. benè hoc. Bald.

Casus in quibus episcopus potest cognoscere cõtra laicos, ponit Inn. in c. recepimus. de priui. nu. 4. fol. 531. Bal.

Causa an debeat exprimi quando appellatur à sententia excommunicationis, vide Inno. in c. per tuas. de sent. excom. fol. 553. nu. 4.

Causa potest delegari in monacho hoc expresso, aliàs non, ita not. Inno. in c. cùm olim. el. 2. de priui. fol. 532. nu. 1.

Causa quæcunq; tractatur etiam per restit. in integ. executionem impedit, ita no. Inn. in c. pastoralis. de off. dele. fol. 135. num. 5. & C. de transf. l. si causa.

Causa si simpliciter est commissa intelligitur etiam commissum petitorium & possessorium: secùs si specialiter alterum tantùm, ita no. Innoc. in c. extra. de sequest. pos. fol. 245.

Causa citationis si non subest et citatus comparet aduersarius eius condemnatur in expensis, ita no. Inn. in c. dilecti. de exce. fol. 294. in nu. 1. & ff. de iudi. l. eum quem temerè. Bal.

Causa iudicij & causa testimonij non sunt eædem causæ, sed diuersæ, ita no. Inn. in c. sicut nobis. de sen. & re iudi. fol. 307.

Causa iusta audiendi quæ potest examinari parte non citata: non tamen iudex debet esse currens, ita no. Inn. in c. tenor. de re iud. fol. 305. quia iusta examinatio erat præparatoria non iudicialis. facit quod no. ff. de bo. pos. l. 3. §. pe.

Causa est inserenda in libello, ita no. Inno. in c. inter monasterium. de sen. & re iud. fol. 312.

Causa probabilis. i. iusta verisimilis causa dicitur, quæ de iure approbatur, ita nota. Inn. in c. bonæ. extra de ap. fol. 329. nu. 3. probabile quantum est ad opinandum quòd si probetur opponenti fauet. Verisimile est quòd prima facie præsumitur quantum ad sententiandum, probabile est quòd ex actis apparet, vt ibi Inno.

Causa vniuersitatis non præiudicat singulis, nec elidit, nec tollit priuilegia singulorum, ita no. Inn. in c. 2. de sepul. fol. 409. nu. 3.

Causam magis inspicimus quàm personã in priuilegijs realibus, sed in personalibus magis personam quàm causam, ita no. Inno. in c. 1. de rescri. fol. 6. & 7. nu. 5. vide inf. in ver. cõpromissum. in. 3. q.

Causarum tria sunt genera, scilicet ciuilis, criminalis, & spiritualis, ita no. Inn. in c. crimina. de collu. deteg. fol. 519. vide inf. in ver. præceptum. in 1. q.

Causas quæ directè pertinent ad ecclesiam, ponit Inno. in c. nouit. extra de iud. fol. 193. nu. 4.

Causæ cognitio nec ordo iudiciorum requiritur in reuocatione iurisdictionis, ita not. Inno. & Host. in c. accedens. vt li. non contest. & ff. de iud. l. iudicium soluitur Bal.

Causæ criminales possunt delegari de iure canoni, excepto vltimo supplicio, ita no. Inn. in c. in archiepiscopatu. de rap. fol. 515. in nu. 1.

Causæ temporalis iurisdictionis & publicorũ officiorum possunt terminari etiam die feriato, ita no. Inn. in c. significauerũt. extra. de iudi. fol. 196.

Cautio de iudicio sisti non propter hoc legitimat personam iudicis coram quo præstatur, nec partium, ita no. Inn. in c. inter monasteriũ. de sen. & re iudic. fol. 312. vide inf. in verb. in nu. 2. sentẽtia. in. 38. q. & vide sup. in ver. appellatio. in 20. q.

CÆCVS, vide inf. in verbo, testis. in 14. q.

Censum qui soluit præsumitur esse vel fuisse fidelis, ita no. Inn. in d. c. præterea. de transf. fo. 164.

Census, vide inf. in ver. petitio. in 3. q. vbi habes de for. lib. ad censum.

Census est signum subiectionis vel exemptionis, ita no. Inn. in c. præterea. de transact. fol. 164.

Cessio, vide omninò in verbo, commissio. in 1. q.

Cessio quando præsumatur simulata, & aliud est cessio, & aliud est contractus.

Cessio debet adhærere contractui nõ præcedere ex interuallo, nec seorsum diuer. instr. de istis omnibus vide plenè per Inno. in c. ex parte. de alie. iud. mu. cau. fac. fol. 184. nu. 2. De verbo cedo, cõcedo, mando, insolutum do, vendo, vel dono, vide Bar. in l. ad eum. ff. de dona.

CHRI-

CHRISTVS quare dimisit nobis suum vicariũ? Respondeo, quia perpetuò nos dilexit, & ideò sine capite nos dimittere noluit, ita dicit Inn. in c. ad apostolicæ. de sent. & re iudic fol. 316. arg ff. de adop. l. si tibi filij. Bal.

CIMITERIVM an debeat esse propinquum ecclesiæ, vide per Innoc. in c. abolendæ. de sepul. fol. 412. num. 2.

Cimiterium non habet omnis ecclesia nisi habeat populum vel ex priuilegio, ita no. Inn. in c. 1. de sepul. fol. 408.

Citare nõ debet iudex nisi reum de quo quæritur quando proceditur ad instantiam partis, sed quando ipse procedit ex officio suo debet citare omnes quos res tangit, ita not. Inn. in c. humilis. de ma. & obe. fol. 160. in num. 2. & interim differtur executio, secundum eun. & Host. ibidem.

Citare non potest vnus de pluribus legatis nisi adijciat causam quare ad eum pertineat iurisdict. ita no. Innocen. in c. prudentiam. de offi. dele. fol. 124. num. 1.

Citari non est necesse singulos de vniuersitate in negotijs vniuersitatum & collegiorum, & ideò absentes citari non debent, sed solum administratores. i. rectores, secùs in factis singulorum, quia debet esse citatio singulorũ non generalis, & ideò etiam absentes sunt citandi, vt. ff. de min. l. etiam. §. fi. ita no. Innoc. in c. humilis. de ma. & obe. fol. 160. num. 2.

Citari quando quis debeat personaliter, et quando sufficit citari ad domum, vide not. Innoc. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in pos. fol. 243. num. 5.

Citandi qui sint in publicatione instrumenti, vide Inno. in c. Alber. de test. fol. 265. nume. 2. & vide. C. de re iudi. l. gestas. per glo. & Doct. Bald. & vide etiam per Inno. in d. c. Albericus. de publi. testa. procu. & inst.

Citata vna parte quæ comparuit in termino sibi assignato, altera verò non comparuit, ille qui comparuit etiam finito termino non potest recedere, & si recedit non erit contumax nec citatio circumcidetur, tamen altera parte comparente sententia valebit, quia iudex potuit expectare de benignitate, secùs si licentiasset comparentem, ita no. Innoc. in c. consuluit. extra de offic. deleg. fol. 130. num. 3.

Citati vel citandi hoc modo si volunt se opponere non intelliguntur citati præcisè sed sub modo, ita no. Inn. in c. dilecti. de exce. fol. 294. in nu. 1. & no. C. si man. ita fue. alie. in l. ea quidem. Inn.

Citatio vbi est nulla, quia non tenet vel non emanauit, ibi sententia est nulla, ita no. Inno. in c. in præsenti. de rescri. fol. 29. nume. 4. & vide per eundem in c. querelam. de proc. fol. 165. num. 2. vbi dicit quod quando citatio legitima non præcessit sententia quæ fertur est nulla facit. ff. de re iudi. l. si cum nulla. & l. vir bonus. ff. iud. so. & quod no. per gl. in l. si pater. C. ne de sta. defun. et in c. vt debitus. de appell. secùs si est aliqua, sed potest elidi, quia arctat nisi opponatur. Bal. inf. in ver. sententia. in 14. & l. q. & sup. in ver. causa. in 10. q.

Citatio iudicis delegati quid debeat continere, vide per Inno. in d. c. præterea. de dila.

Citatio in quibus causis non tenet, vide Innoc. in c. præterea. extra de dila. & de alijs multis ibidem.

Citatio licet requiratur ad sententiam audiendã, tamẽ licet non fiat citatio valet sententia si fuit lata vtraq; parte præsente, ita no. Inn. in c. excepti. de exce. fol 296. & no. in c. quoniam contra falsam. extra de proba. in gl. præsumitur. in fi. & de offic. deleg. cum in iure. & in d. c. exceptiones. in glo. super ver. punitur. de hoc limita vt per Guil. & Bal. in l. pe. ff. de in ius vo. videlicet nisi quando requiritur fieri citatio in scri. dic vt ibi per eos.

Citatio non sufficit fieri ad domũ, quando quis citatur vt examinetur vt testis ad perpetuam rei memoriam, imò si personaliter non reperitur debet expectari quousq; reperiatur, & hoc verum nisi esset periculum in mora. Vbi autem esset periculũ in mora sufficeret citatio ad domum, ita no. Innoc. in c. significauit. de test. fol. 261. & 265. quod not. Bal.

Citatio vbi non est legitima vt in pupillo et similibus, tunc non fiet restitutio expensarũ, ita no. Inn. in d. c. si aduersarius. fol. 243. vbi omninò vide de his & de alijs circa hanc materiam citationis, vide sup. in ver. absens. in 2. q. & sup. in ver. appellatio. in 7. q. & inf. in ver. vniuersitas. in 5. quæst.

Citatio specialis non est necessaria ad scientiam expen. sed sufficit contumacia vel citatio ad diffinitiuam, ergò taxatio potest fieri sine noua citatione, quia est executio implicita ipsa condemnatio expensarum, ita no. Inno. in c. querelam. de procu. fol. 165. in num. 2. & no. in c. super eo. quod me. cau. dixi etiã in l. terminato. C. de fru. et lit. expen.

Citatio quando de gratia citatur ille quem de iure citari non oportet expectandus non est, quia per hanc cita. non quærit sibi ius, ita no. Innoc. & Host. in c. cum inter R. de elec. fol. 47. in numer. 2. Sed alibi dicit Iac. But. quod vbi aliquis est citandus citatus est expectandus, vt ipse no. in Auth. si omnes. C. si vt se ab hære. abst. Bald.

Citatio peremptoria est necessaria in causa appellationis, licet non requiratur litis contest. ita no. Host. in c. ecclesia. de consti.

Citatio quam faciunt canonici ad eligendum non est propriè citatio sed denunciatio, ita no. Innocentius in capitulo, cùm nobis. de elect. fol. 48. in num. 2.

Citatio quæ non est iudicialis nõ requirit peremptorium, ita no. Inno. & Host. in c. cum nobis. de elec. fol. 48.

Citatio si est generalis potest generaliter procedi ad quemlibet actum, secùs si est ad certum actum, ita no. Innocen. in c. consuluit. de off. deleg. fol. 130.

Citatio est exordium iurisdictionis & initium. Sed quò ad causam initium & fundamentum lis. est contesta. Illa enim quæ ante lit. contest. præcedunt sunt quædam præludia non litis ingressus, ita not. Innocent. in c. super quæstionum. de offi. deleg. fol. 132. num. 2 facit. l. 1. C. de præscrip. long. temp. Bal.

Citatio quando fit ad domum, si nemo ibi reperitur, schedula debet affigi ædibus, seu in porta domus, ita not. Innocent. capit. si aduersarius. de eo qui mittitur in possessionẽ can. rei ser. fol. 243. num. 5.

Citatio testiũ requiritur in publicatione testamenti, idem in dep. non autẽ in exemplatione scripturæ auth. Item licet testamentũ habeat sigilla, illa sigilla non sunt authentica, sed priuata, ita no. Innocen. in c. fi. de fi. instru. fol. 280 in num. 1. adde etiam quia si testamentũ est scriptũ manu priuata exigit pub. idem si manu publica, quia non probat nisi testes adiuuent deponendo, vt. C. de test. l. hæc con-

consultißima §.pe.nam instrumentum notarij nõ habet vim niſi duorum teſtium, non 7. ſecundum quoſdam. Sed veritas eſt, quòd in teſtamẽto ſolenni habet vim 7. teſtium, & non requiritur publicatio ſecundum But. Dy. & Bar. inſtrumentum etiam reputatur eſſe vox mortuo, et habet vim tot teſtium, quot ſunt in inſtrumento deſcripti ad eſſentiam inſtrumenti, ſecundum Bar. Bald. Item ſcias quòd error teſtamenti in ſcriptis, quòd teſtamentũ dicitur ſcriptura priuata, vt no. C. quem ad.teſ.ap.l.2. habet probari per tot teſtes per quot falſitas, vt no. ff. de leg. 2. l. cùm proponebatur. Et ſic error & falſitas probantur pari numero teſtiũ, q eſt not. adde inſtit. de inut. ſtip. §. itẽ verborum.

Citatio requiritur in notorio, ita not. Inno. in c. ad noſtram. el. 3. de iureiu. fol. 285. ſ. rei principalis non rei tranſuerſalis, vt. ff. de act. emp. l. emptorem. & operatur notoriũ idem quod legitima probatio in iudicio facta. Item idem q ſententia, quo ad conuincendum, non verò quo ad aliquid de nouo inducendum, vt. ff. de cur. fur. l. Iul. & not. in l. quæ mutuam. §. non ideò. ff. man. nec in canonem latæ ſententiæ, vt. ff. de rit. nupt. l. palam. in fi. & ff. de cap. di. l. amiſsione. §. 1. in gl. Bar.

Citatio quando fuit facta in dubio intelligitur iudicatum contra omnes citatos, ita no. Innoc. in c. quamuis. de re iud. fol. 340. in num. 1.

Citatio ſeu monitio requiritur etiã in notorio, ita no. Inn. in c. ſacro. de ſen. excom. fol. 555. in prin. Adde quod ipſe idem no. in c. tua. de cohab. cle. & mulierũ. fol. 350. in nu. 8. tamẽ monitio iud. i. iuſſus dandi vel faciendi non habetur pro citatione, ſecundũ eum in d. c. tua. in gl. 2. in ver. itẽ monitio.

Citatio prima poteſt fieri etiam ſine cauſæ cognitione, & licet fiat per nuncium, ita dicit Inno. in c. accedens de accu. fol. 494.

Citatio non fiet niſi ad probationem contumaciæ, ita no. Innoc. in c. accedens. de acc. fol. 494. & ibi vide per eum de effectu citationum.

Citatio poteſt fieri alternatiuè vt cõpareat tali die vel tali, ita no. Abb. in c. 2. de teſt. cog. & etiã conditionaliter vt compareas ſi vis opponere, vt no. C. ſi man. ita fue. alie. in l. ea quidem. quod no. Bal. Adde quòd quotieſcunq; mandatur aliquid fieri intelligitur mandari quod fiat apto & congruo tempore, vt. ff. man. l. ſi verò non remunerandi. §. fi. Bal. & no. hæc.

Citatione ſine poteſt notificatio, ſpecificatio & declaratio, ita no. Inn. in c. paſtoralis. de reſc. fo. 12.

Citationis factæ à iudice à quo eſt appellatũ de defectu eius, vide no. in c. prælator. de acc. fo. 497.

Citatus vt compareat perſonaliter debet mittere procuratorem inſtructũ, ſi ipſe nõ poteſt comparere, ſecùs ſi fuit citatus generaliter vel ad domum, ita no. Inno. in c. dilectus. de procur. aliàs de proba. fol. 170. & vide inf. in verbo, ſilentium. in 1. q circa fi.

Citatus ad vnum actum & alios ſucceſsiuè debet mittere procuratorem ad omnia. Sed ſi citatus eſt ad vnum actum ſolum non tenetur facere procuratorem niſi ad illum actum in quo monitus eſt, ita no. Inn. in c. conſtitutus. de proc. fol. 171. in nu. 2. vide inf. in ver. vagabundus. in 2. q.

Citatus debet cõparere ſaltẽ allegaturus ſuum priuilegium, ita no. Innoc. in c. 1. de dila. fol. 212. in numer. 3. vide inf. in ver. renunciamus. in 1. q. & inf. in verbo, condemnatio. in 4. q.

Citatus ſi comparet coram iudice & recedat ſine licẽtia ipſius, dicitur eſſe cõtumax, ita not. Inn. in c. in calumnia. de pœ. fo. 541. in nu. 2. & vide de hoc gl. in l. decurio. C. de decu. & in l. ſi. eo. titu. lib. 10. Sint ergò cauti citati qui comparent, vt non recedant ſine licentia. Bal. Vnde non dicitur cõparuiſſe qui ſine licentia iudicis recedit, ad hoc facit. l. quæſitum. ff. de re iudi. Bal.

Citatus an teneatur comparere poſt terminũ, vide Inn. in c. cùm dilecti. de do. & contu. vbi dicit quod non, quia non comparet legitimè qui in termino non comparet, nõ citat per partem ſed requirit eum, ita no. Innoc. in c. cùm nobis. de elec. fo. 48. nu. 4.

Citatus vel requiſitus in quib. caſibus nõ tenetur cõparere, vide per Ho. in. c. bonæ. de elec. fo. 52.

Citatus ad proceſſum non eſt citandus ad interlocutoria, ſecùs in diffinitiua, ita not. Inn. in c. audi. de procur. fol. 169. in numero 2. & per Iaco. de Are. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procon. & le. & vide gloſs. no. in Authent. iubemus. ſuper ver. ſpectans. C. de iur. item citatio generalis ſufficit, ſed vbi quis citatur ad vnũ arti. debet etiam citari ad alios, ſecundum Innocentium ibid.

Citatus non tenetur comparere quando citatio peccat in forma euidenter vel in materia, nam cùm ſit interlocutoria eſt ipſo iure nulla per manifeſtum errorem & defectum, ita not. Inno. in c. præterea. de dila. fol. 212. in num. 1.

Citatus tenetur mittere procuratorem, non tamen tenetur diumare fortuita, nec dare man. ad ſubſtituendum, ita not. Inno. in c. cùm nobis. vt lite non conteſt.

Citatus non tenetur quis comparere coràm iudice delegato, niſi ipſe delegatus mittat in citatorio copiam reſcri. non dico bullam, ita dicunt Inno. & Hoſt. in cap. præterea. de dila. fol. 212. in nu. 1. Sed ordinarius non tenetur facere fidem de ſua electione. Sufficit enim quòd ſit in poſſeſsione. Si tamen citet ſibi ſubditum vel in loco ſubdito ſibi, ſecùs ſi non ciuem vel incolam poſt receſſum. ſ. abſentem extra territorium nec eum poteſt bannire ob delictum, ſed debet prius apprehendi & remitti, ſecundum Inn. Sed conſuetudo generalis cui eſt ſtandum ſeruat contrarium, quia Forenſes bannitur in ciuitatibus ob delicta, aliàs impunè delinquerent, de iure verò cõmuni abſens qui non eſt aliàs ſubditus ratione originis vel domicilij, ſed eſt de foro delicti præmiſſa licentia citatione poteſt damnari, niſi in pœnis capitalibus, vt l. abſentem. ff. de pœn. & dic vt ibi licet ratione delicti aduena efficiatur de foro, vt l. omnem. ff. de iu. non tamen efficitur ſubditus, & ideò non poteſt vendicari licet originarius & incola vendicetur, vt l. de iure. ad mu. & ita intelligitur quod no. in c. 1. de fo. comp. in Cle. Bal. In pœnis autẽ capitalibus poteſt pati bãnum præſcriptionis bonorum, quia eſt interlocutoria, vt l. 1. ff. de requi. re. Sed ex forma ſtatutorum bannũ etiã perſonale datur quòd tranſit ad veram cond. per diffinitiuam ſubſecutam nõ per ſe, cũ ſit interlocutoria, vt not. Dy. ff. de cuſ. re. per totum. In cõtractibus ille qui receſsit poteſt conueniri excepto aduena, non tamen patitur diffinitiuam lite non conteſt. ſed miſſionem, vt l. hæres abſens. ff. de iud.

Citatus ad diem feriatã an teneatur cõparere die ſequẽti nõ feriata, an verò citatio ſit nulla, vt ff. ſi quis in ius voc. nõ ier. l. 2. in fi. Sed eſt verum q eſt nulla pro illa die. Sed vbi non dicitur quòd excuſetur, ſi non cõparet in ſequẽti die iurid. vide Inno.

Inn. in c. conqueſtus. de fer. fol. 214. num. 1. Dicit enim ipſe quòd ſi in citatione fiat expreſſa mentio temporis feriati, vt compareas die dominica, quòd non valet citatio. Aut non fit expreſſa mentio, vt compareas die 8. & tunc valet, debet cõparere die ſequenti iuridica, quia præcedens dies intercalatur. i. occultatur, & nõ dicitur octaua, ſed iſta quæ eſt dies legitima dicetur octaua. itẽ quia duo videntur præcepta. ff. de ar. l. Celſus. & lex dicit q dies diffunduntur, vt. ff. ſi quis cau. l. 2. §. ſi quis in iudicio. Poſtea Inn. in d. c. conqueſtus. ſentit indiſtinctè quòd debeant legitimo tempore comparere. Hoſt. dicit in c. expoſuit. de dil. quòd aut dies feriata aſſignatur pro termino in quo debeat cõparere & non valet, aut pro termino vſq; quo, & tũc valet, quia dilatio vſq; ponitur excluſiuè, & ideò debet præuenire in comparendo tempore iuridico, ſecundũ Hoſt. Nõ ob. d. l. Celſus. quia ibi dies adjicitur ſolutioni, vnde obligatio eſt perpetua meritò debet poſtea ſoluere. ſed citatio non ligat in perpetuũ. Item non ob. d. §. ſi quis in iudicio. quia ibi erat impedimentũ non ratione temporis ſed ratione perſonæ, puta morbi. vt. ff de ar. l. ſi cum dies. §. ſi quis exc. Et lex dicit diem feriatam in numero dierũ denunciari, ergò non fiet diffuſio, vt. C. de dila. l. ſiue pars. Sed pro Inno. quòd fiat prorogatio arguo ſic. Licitum eſt arguere de contractibus ad iudicia, vt. ff. de iud. l. omnem. Sed in cõtractibus bonæ fidei fiet neceſſaria prorogatio, vt. ff. loc. l. inſulam. §. fi. ergò & in iudicijs bo. fi. Sed reſpõdeo quòd omnia præcepta iudicum ſunt ſtricti iuris, quia ex eis oritur actio in factũ quæ eſt ſtricti iuris, vt. ff. ſi quis ius di. non obt. l. 1. in fi. ergò nõ valet, quia arctatio & impoſsibilitas tẽporis vitiat in loco. Item poſt terminũ remanet citatio ſine termino, ergò non valet ſecundũ eos qui dicunt, dies taxatos eſſe de ſubſtantia dilationis, videtur ergò citatio circumduci & non differri, vt. ff. de arb. l. arbiter calum. & hoc in dila. quæ datur à iudice. Si autem datur à lege vel à principe valet dilatio, & tunc ſi dies feriatus eſt terminus in quo debet comparere, debet comparere in iudicijs die ſequenti non feriata, vt in c. dilecti. de do. & cõtu. Sed in actibus qui fiunt ante iudicium vt in oblatione libelli debet ea die offerri, vt. ff. de adul. l. miles. §. ſexaginta. nam quia poteſt ea die explicari non ſunt feriæ, vt no. in d. l. ex quacunq; ff ſi quis in ius vo. non ier. & in l. 1. de fer. & 15. q. 3. c. placita. quòd ſi lex aſſignet tempus liti vel inſtantiæ non differtur, vt. C. de tem. ap. l. 2. in fi. idem ſi iuriſdictioni vel arbi. vt. ff. de ar. l. ſi de meis. §. fi. Si autem iuri & actioni datur reſti. propter feriás repentinas non propter alias, vt in l. ſed per prætorem. §. ſi feriæ. ff. ex qui. cau. ma. patet itaq; dil. currere cum opus ſit reſti. in inte. idem videtur ſi lex aſſignet tempus ad probandum, vt in c. pia. de exc. lib. 6. quia aſſignatio quæ datur à lege nõ habet vim interlocutoriæ, ſecùs in ea quæ aſſignatur à iudice, vnde iudex poteſt eam mutare velut interlocutoriam, vt. ff. de arb. l. qualem. §. dicere. & de præt. ſtip. l. 1. in fi. & l. pe. vel fortè in c. pia. ceſſat reſtitutio quia eſt excep. dilatoria iuxta no. per Innoc. in c. coram felicis. de in integ. reſt. Sed quid econtrà ſi die feriata pro non feriata iudex citat. circa hoc vide Cy. C. in qui. cau. in inte. reſt. nõ eſt nec. l. in minoribus. in 5. q. Bal. & videretur valere inſpecto fine, quia non prohibetur citatio ſed effectus citationis, vt. ff. de minо. l. 3. §. 1. ff. de cõtrahen. emp. l. ſæpè. §. ſi quis amico. In contrarium videtur non valere inſpecto prin. quia obuiat prin. vt l. dies feſtos. C. de fer. ibi horrida vox præconis fileſcat, et ibi taceat apparitio, etc. ſuſpendit enim lex organa tempore feriato. ad idem. C. de fer. expor. l. ſi minor. Solu. duplex eſt citatio, vna quæ reſidet in iudice, & iſta die feriata ob meſſes debet ſilere, tamen ſi confert in tempus licitum in eo quòd non requirit ſeſsionem pro tribunali, vt in dilatione probatoria niſi de conſenſu partium, vt l. 1. de fer. Nec mireris ſi dico iudicem citare quia potius citat ipſe quàm nuncius, vt. ff. de ma. vind. l. ſi patri ex. in fin. Alia quæ reſidet in nuncio quæ eſt executio actus iudicis, & tunc ſi iudex commiſerit tempore iuridico poteſt nuncius citare tempore feriato ob meſſes, quia executio præcepti poteſt tunc fieri, vt in c. fi. de iud. ſecùs in feriis in honorem Dei, quia tunc executio fieri non poteſt, vt d. l. dies feſtos. niſi vbi periculum eſſet in mora vt in caſib. priuilegiatis, quos ponit Azo. C. de fer. ad fi. Item in feriis repentinis quæ reſpectu reipub. inducuntur, nam reſpub. Deo comparatur. l. fi. C. de ſacr. ſanct. eccle. & feriæ repentinæ diuinis, vt no. in cler. ſæpè. de ver. ſig. in gl. ordi. Sed nunquid habens dilationem octo dierum ad comparendum poßit comparere incontinenti. In prima die dico quod tenetur expectare alterã partem, quia dilatio eſt communis, hoc verum niſi in expect. curreret tempus ſibi ſiue periculũ vt quia habet terminũ ad probandũ, tũc enim non tenetur expectare aduerſarium, alioquin non poſſet producere iura ſua niſi in extremitate temporis quod eſt abſurdum. Aduertat tamen quod ſi interim producit teſtes faciat aduerſarium citari vel moneri, vt. C. de teſt. l. ſi quando. per Bar. & in l. in illa ſtip. de ver. ob. & no. iſta.

Citatus ſimpliciter qui non comparet per ſe debet mittere proc. etiã ſi ſit in carcere alterius iud. vel in exilium, ita multum no. Inn. in c. querelam. de procu. fol. 165. nu. 1. Contrarius tex. eſt ad hoc in l. 2. §. quando diximus. ver. ſimili quoq; modo ff. ſi quis cau. ſecundum d. Bal. in reporta. ſuis. & vide inf. in ver. contumacia. in 4. q. & vide inf. in verſi. reus. in 4. q.

Citatus ſine appo. horæ videtur cita. ad horam conſuetam, ad quam ſolitus erat citari vt compareat, ita no. Inn. in d. c. cum nobis. extra de ele. fol. 48. num. 4.

Citatus ſi timet ne vis fiat perſonæ debet mittere procuratorem, ſecùs ſi conſenſu, ita no. Doct. in c. bonæ. de elect.

Citatus ſi non comparet non dicitur propterea turbare iuriſ. imò iuuare, quia facilius procedit, ita no. Inn. in c. ſignificauit. de offi. or. fol. 149.

Citatus vel iam præſens ad ſententiam non poteſt impedire execu. ipſius ſententiæ, licet veniat ex tranſuerſo nam debuit appel. idem quando ſola ſcientia habetur pro citatione, quia ius citat ſcientem. ſ. vbi ſola ſcientia ſufficit, neq; enim regulariter ſufficit ſcientia, vt per Io. And. in c. cauſam. de elect. in Cle. & l. ſæpè. de re iud. ſecùs ſi non eſt præſens vel citatus à lege vel à iudice, vt. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. & C. ſi per vim vel alio modo. l. fi. & Innoc. in c. veniens. de teſtibus.

Citatus à rege debet ei honorem exhibere comparendi magis quàm archiepiſcopo, ſed Papa ante omnes debet honorari, quia Papæ & Imperatori ſemper eſt obediendum. Et excuſat citatio Papæ non alibi comparentis vbi citatus aliàs comparere

tenebatur nisi citatus procurauerit se citari à Papa, ideò vt coram alio non haberet comparere. Et pro hoc videtur text. not. in l. 2. circa fi. in ver. simili modo. ff. qui satisf. cog. Ita no. Inn. in c. cũ parati. de app. fol. 321. & quod no. ff. de offi. præt. l. 1. §. his cunabulis. & l. 2. in fi. ff. de cu. & exhi. re. Bal. Ex prædictis patet quod si quis est citatus ab vno iudice inferiori, & postea citetur ab vno superiori, quod citatus debet obedire in comparendo magis iudici maiorꝛ quàm inferiori fallit in Papa. Item nisi citatus hoc procurasset vt prædixi.

Citatus comparens per metum illatum personæ vel consensu coram iudice à quo non intelligitur deferere appellationem, ita no. Inn. in c. si iustus. de app. fol. 342. Sed an valeat sententia lata à iudice coacto metu, dic quod sic, sed obstat exceptio. 11. quæstione 3. c. 4. vel vbi metus erat illatus personæ vt pronunciaret non consensi vt sic pronunciaretur. & sic de hoc vt in c. 1. quod me. cau. li. 6.

Ciuis, vide inf. in verb. ciuitas. in 3. q. & inf. in ver. tyrannus. in 1. q.

Ciuitas potest facere legem seu stat. contra ius commune, dummodò illa lex, vel illud statu. non sit præiudicialis alicui personæ certæ, ita no. Inn. in c. venientes. de iureiu. fol. 285. hoc verũ nisi illa specialis persona causam dederit stat. propter sua demerita, vt no. in l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di. Item etiam quod non fuerit demerita illa persona. sta. propter hoc non erit nullum ipso iure, sed ope exceptionis, vt l. 1. in fi. ff. de do. exce. Nec ob. l. si priuatus. ff. qui & à quib. quia ibi populus nõ processit per viam sta. sed per viam metus & compulsionis. Bal.

Ciuitas potest confiscare bona si hoc habet ex priuilegio vel consuetudine, nam ista sunt paria, ita no. Innoc. in c. postu. de fo. comp. fol. 198. & in Auth. de defen. ciui. §. non habente. in fi. glo. magnæ. nam confiscare sibi bona est meri imperij, vt C. de bo. va. l. 1. lib. 10. Bal. vide inf. in ver. syndicus. in 1. q. & inf. in ver. tyrannus. in 1. q.

Ciuitas non restituitur, ita dicit Inn. in c. 1. de in integ. rest. fol. 175. num. 1.

Ciuitas de vrbanitate tenetur reficere damna facta vel inflicta ab hostibus, vel à piratis suo nũcio vel legatis, & non solùm de vrbanitate sed etiam de iure tenetur, ita not. Inno. c. sicut. el. 2. de iureiur. fol. 288. in num. 5. quod est verum quando ambasiata est immeditata seu proxima causa dãni, vel etiam remota, secundum eum ibidem Bal.

Ciuitas, collegia, ecclesia, omnia ista possunt destrui autoritate superioris causa cognita, & tunc perdunt omnia priuilegia ciuitatis & collegij. Vnde si collegium denuò restauratur, si primum erat exemptum istud non erit exemptum. Si ciuitas reponitur & antè habebat ex priuilegio vel præscriptione merum imperium, modò non habebit, nisi restituta sit à principe, quia tunc omnia quæ iuris sunt recuperat, & ciues quos perdiderat & priuilegia & statuta vt hoc accidit Chartagini & Bononiæ, vt. ff. quibus mod. vsuf. amit. l. vsus fructus. & not. in proœ. ff. in. §. hæc autem trie. Si autem de facto opprimatur à prædonibus & latronibus, vel tyrannis, & capiatur & destruatur monasterium, ecclesia vel ciuitas, tamen sine vllo corpore materiali viuit quodam intellectu, & extat anima, vt ita dicam, quasi sine corpore, & retinet omnia priuilegia, vt. ff. de fideiuss. l. mortuo. de pe. hære. l. hæreditas. & ipsi se metipsos reædificari possunt, & si nemo viuit, superior restaurat & priuilegia exemptionis, & cætera iura quæ durabant habitu reducuntur ad actum ipso iure, secundum Innoc. qui hoc no. in c. cùm ex miuncto. de no. ope. nun. fol. 529. num. 2. & facit. ff. de leg. 3. l. pater. §. Tusculanus. Et est ratio differentiæ, quia quando de iure destruit titulus cassatur, sed facti calamitas titulum non aufert nec nomen, vt. ff. de ser. vrb. præ. l. seruitutes. §. si sublatum. & l. eum debere columnam. cũ si. & no. ista Bal.

Ciuitatis nomine non continetur comitatus de stricta significatione, nec etiam comitatiui nomine ciuium continentur, quia stricta significatio in rescriptis est accipienda. Item quia ciues sunt honorabiliores quàm comitatiui, ita no. Host. in c. Rodulphus. de rescr. & ideò in honoribus municipalibus rustici non continentur sub nomine ciuium, vt. C. vt rust. ad nul. obseq. vocen. per totum. debent enim studere agricultura non publi. honoribus. Virgilius tamen homo egregius dicitur Mantuanus, quia in comitatu Mantuæ natus fuit, vt dicit gl. in l. ex vico. ff. ad munic. Bald.

CLAVSVLA sicut tibi iustum videbitur, intelligitur .i. videri poterit & debebit, ita no. Inn. in c. canonum. de const. fol. 2. num. 2. in arbitrio enim hæc verba seu hic sermo interpretatur. i. vt volueris, vt. l. diem. §. stari. ff. de arb. de natura arbitrij est secundum Host. ibidem.

Clausula non obstante aliqua lege, quid operatur in statutis, & dic quod idem quod in rescri. ita not. Innoc. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. fol. 3. num. 3.

Clausula aliàs quãtum de iure poterimus procedemus, non habet vim peremptorij, ita no. Inno. in c. sedes. de rescr. fol. 14.

Clausula si est idoneus non requirit iudicialem discepta. ita no. Innoc. in c. licet de transla. fol. 87. num. 4.

Clausula condemna si inueneris condemnandũ, vel si fuerit probatum, non est forma sed monitio, ita not. Innoc. in c. prudentia. de of. dele. fol. 124. num. 9.

Clausula quod si non omnes, tacitè intelligitur in rescri. ita no. Inno. in c. suspicionis. in fin. de offi. dele. fol. 142 num. 3. vide inf. in verb. modus. in 2. q. per totam.

Clausula si quid residuum fuerit quæstionis, quid significet, vide Inno. in c. ad reprimendum. de offic. deleg.

Clausula non obstante, vbi apponitur in rescr. si pro alio scripserimus, secundæ literæ censentur subreptitiæ, ita not. Innoc. in c. capitulum. de rescri. fol. 23. num. 6. idem ibi Host. & vide infr. in verb. litera. in 4. q. ibi, item subintelligitur hæc clausula, etc.

Clausula ista quatenus fuerit canonicum decernas, restringitur ad petita, ita no. Compo. in c. super literis. de elect. vide sup. in ver. arbiter. in 4. q. in fi.

Clausula studeas ad ius reuocare etiam nudam possessionem continet si iure petatur, ita no. Inno. in c. episcopi. de re. eccl. non alie. fol. 388. num. 3. Et est sciendum quod nuda possessio est triplex. s. præsens, & in ista dicit lex eo ipso q̃ quis possidet plus iuris habet, quàm ille qui non possidet, vt. ff. vti possi. l. 1. in fi. imò & detentatio ad officium iudicis pertinet, vt. ff. de do. l. Aquilius. Præterita & etiam ista vi amissa parit ius agendi ad rem, vt no. ff. de fur. l. ita q̃. de pe. hære. l. at vbi. Et futura quæ

quæ parit interdictum adipiscendæ, non omninò nuda esse debet, sed vestita. tit. C. de edi. diui. Adr. tol. l. fi. & esse eius in tribus consistit, vt. ff. de leg. l. fi. facit. ff. de pe. hære. & non tantùm. de var. & extraor. cog. l. de vsu. C. de fur. l. manifestissimi. §. sed cum in secunda. C. de agr. & censi. l. si colo. lib. 11. ff. de cond. fur. & ideò. §. Neratius. vbi omninò vide Bal.

Clausula ista à tali tempore citra, non includit tempus continuum, secùs si apponatur copula & citra, quia copula cadens inter principiũ & finem includit medium tempus, ita no. Innoc. in c. licet causam. de præb. fol. 250. num. 6. quod tene menti. Bal. Et adde huic dicto quod habes. inf. in verb. testiũ. in 52. q.

Clausula ista facias prouideri, ille cui scribitur potest prouidere per seipsum, ita no. Abb. in c. pro illorum. de præb.

Clerici quando & qualiter possunt bellum indicere, vide Innoc. in c. quod in dubijs. de pœ. fol. 542. & per eundem in c. ex eo. de sen. excom. fol. 548. & vide inf. in ver. tyrannus. in 1. q.

Clerici quando perdant priuilegium clericale, & quando non, vide Inno. in c. prælatorum. de accu. fol. 497. & vide in c. 1. de apostata.

Clerici omnes qui sunt beneficiati tenẽtur facere residentiam, ita not. Compo. & Io. And. in c. cùm omnes. de consue. quod est no.

Clerici minores minora seruitia faciunt, quia purgant ecclesiam, accendunt lampades, pulsant campanas, & similia. Et an maiores sint præferendi eis in præb. vide per Inn. in c. statuimus. de ma. & obe. fol. 160. in num. 1.

Clerici possunt esse procuratores in curia ecclesiastica non in seculari, ita no. Inno. in c. fi. de obli. ad ratiocinia. fol. 110. num. 3. & vide per eundem in c. 1. de iura. calum.

Clerici si vacillant in testimonio eorum nihilominus possunt torqueri, ita no. Inno. in c. conquestus. de re iudic. per l. presbyteri. C. de epis. & cle. l. nullum Inno.

Clerici in minoribus ordinibus cõstituti quando faciunt contrarium suo ordini penitus perdunt officium clericatus, vt si fortè fiunt milites seculares, vel ducant in vxorem viduam, vel in habitu & tonsura non incedunt, sed penitus eam deseruerunt, secùs in constit. in sacris, quia coguntur ad ordinem redire nec perdunt priuilegium, nisi æua fecerint, & habitum deseruerint, ita no. Inn. in c. 1. de apost. fol. 509. num. 3. Et sic not. quando clerici propter inordinatam vitam perdant priuilegium clericale, & quando non.

Clerici possunt dare aliquid liberè pauperibus consanguineis, ita not. Abb. in c. inhibendum. de cohabi. cle. & mulie.

Clerici negotiatores tenentur seruare statuta loci vbi negotiantur, ita no. Abb. in c. ex literis. de vi. & hone. cler.

Clerici etiam in minoribus cõstituti, vt lector, psalmista, & alij in minoribus constituti ordinibus gaudent priuilegio clericatus quò ad forum immunitatu, nisi contradicat consuetudo quæ dat iurisdictionem, ita no. Inno. in c. 1. de apo. fol. 509. num. 3. & in c. nouit. de iud. fol. 193. & istud quod dicit de consuetudine in istis clericis est singulare dictum, valet ergò quod facit potestas vel iudex alius secularis contra eos si cõsuetudo dictat, quod est menti tenendum.

Clerici à quibus muneribus sint immunes, vide Innoc. in c. non minus. de immu. eccle. fol. 489. num. 1. 5. & 6.

Clerici non possunt iurisdictionem prorogare sine consensu suorum episcoporum, ita no. Inno. in c. Romana. de fo. compe. fol. 201. num. 2.

Clerici seculares monasterium non habent vocem in electione prælatorum ipsorum monasteriorum, ita not. Inno. in c. cùm causam. extra de elec. fol. 58. num. 2.

Clerici etiam non residentes habent vocem in electionibus, ita no. Inn. in c. clericos. de cler. non resi. fol. 354.

Clerici coniugati non habent priuilegia ne soluant fisco datia, siue collectas impositas, sed benè habent priuilegium ne propter commissum puniantur pœna corporali, ita no. Abb. in c. ex parte. de cle. coniug. vbi vide per eum, & tene menti. Bal.

Clerico seculari iniuriato an actio competat ecclesiæ, dic quòd non, si non est facta iniuria personæ, secùs si officio vel dignitati. ar. ff. de relig. & sump. fune. §. ossa. & per Innoc. in c. contingit. de sen. excom. fol. 552.

Clericus non potest ferre testimonium in curia seculari sine licẽtia sui episcopi in causa ciuili, ita no. Inn. in c. 1. de iur. cal. fol. 209. in num. 2. In criminali vide gl. in c. cùm ad sedem. de rest. spo. vbi no. quod in prin. causæ fauemus actori, in medio reo & actori, in fine reo, & vide sup. in ver. abbas. in 20. q. Et dicit Inno. in d. c. 1. de iura. calum. quòd clericus non potest iurare, nec esse procurator in foro seculari sine licentia sui episcopi.

Clericus non accusat laicũ criminaliter coram iudice seculari, sed ciuiliter sic, ita no. Innoc. in c. cum P. de accu. fol. 486. num. 3.

Clericus in quibus causis potest dari puniendus iudici seculari facta prius degradatione, vide per Innoc. in c. qualiter & quando. de accu. fol. 494. num. 6. & facit. c. cùm non ab homine. de iudi.

Clericus si petit beneficium vacans qui sunt citandi, vide per Innoc. in c. decætero. de transl.

Clericus percussus potest remittere actionem iniuriarum sed non excommunic. ita not. Innoc. in c. non dubium. & in c. veniens. de senten. excom. fol. 548.

Clericus duorum episcoporum. i. subditus duobus episcopis, si delinquat cui teneatur obedire, id est in cuius foro respondere, vide Inn. in c. ex ore. de priui. fol. 534. num. 2.

Clericus etiam fugiens potest propria autoritate detineri à suo creditore sine metu excommunicationis, ita no. Inn. in c. vt famæ. de sen. excom. fol. 552. num. 3. quod est singulariter no. secundũ do. Petr. de Per. Adde quod quicunque delinquens potest detineri in loco vbi deliquit vt satisfaciat, etiam si fuit clericus, ita no. d. Io. Calde. in rep. c. de illis. de rap. in 2. no. et alle. ad hoc ipsum. c. & d. c. vt famæ. de sent. excom. & c. si clericus. eo. tit. de sen. excom. lib. 6.

Clericus ratione feudi potest compelli & conueniri coram iudice seculari, ita no. Inn. in c. verum. de fo. compe. fol. 196. nu. 2. & idem in laico, quia potest conueniri pro rebus ecclesiasticis coram iudice seculari, ita no. Inno. in c. si clericus. de fo. compe. fol. 196.

Clericus non potest captus detineri etiam volens à iudice seculari, quia est publica iniuria totius clericatus, ita no. Inn. in c. ex rescripto. de iniu. Laicus verò volẽs nõ dicitur detineri ab alio,

sed à semetipso. ff. de rei ven. l. 1. §. per hanc. nisi sit talis qui non habeat sui corporis potestatem. vt vxor, filius & filia. Bal.

Clericus licet sit beneficiatus non prohibetur ad alia beneficia eligi, ita no. Inno. in c. cùm ecclesiasticæ. de excep. fol. 290. num. 3.

Clericus etiam in minoribus existens eligitur ad dignitatem, ita no. Inn. in c. cùm olim. de re iudi. fol. 305.

Clericus excommunicatus postea absolutus, an debeat habere fructus medij temporis, vide Inno. in c. ex insinuatione. extra de app. fol. 329.

Clericus non debet peregrinari, ita not. Inno. in c. 1. de cle. pere. fo. 345. vel ad curiã Papæ accedere pro impetratione beneficij, vel pro vtilitate priuata sine licentia sui episcopi vel prælati sui, secùs si appellaret vel grauaretur, quia tunc non tenetur petere licentiam nisi de honestate, secùs itẽ si teneret realia, vt in c. cùm parati. de app. secundum Inn. quem omninò vide. Bal.

Clericus quando dicatur habere ecclesiam pro derelicta, vide per Inno. in c. ex tuæ. de cle. non resi. fol. 353. num. 4.

Clericus ex sola enormis delicti infamia est remouendus, ita not. Innoc. in c. ex tuarum. de purg. can. fol. 539.

Clericus & laicus possunt esse simul executores testamenti, ita not. Abb. in c. Ioannes. de test.

Clericus vel officialis an possit rumpere ostia suæ ecclesiæ, & intrare per vim, & quid de habentibus seruitutem rerum prophanarum, vide Inn. in c. 1. de im. ecc. fol. 458. num. 2. nec licet prima nisi iure possessorum. Inno.

COERTIO designatur per baculum, ita no. Inno. in c. intelleximus. de ætat. & qua. fol. 104. vide ad hoc. c. 1. de sac. vnct.

Cogitur, de hoc vide infr. in verb. reus. in 6. quæst.

Cognitio an appellatio sit recipienda non pertinet ad iudicem à quo, per causæ cognitionem, sed per euidentiam facti per quam si constat quod appellatio sit ipso iure nulla non supersedet in exequendo. Si autẽ constat quòd non sit ipso iure nulla, tunc supersedet, quia secunda sententia nõ spectat ad eum, vt. ff. de mi. l. præfecti, ita no. Inno. in c. pastoralis. de offic. dele. fol. 135. num. 3. Ex præterito. i. ex primo gestis, & pertinet ad eum talis notio, sed ex actitatis iam non ex actitandis, postea cùm non sit iudex sed ante fuit. Vnde ista est causa cognitio de præterito non de futuro. Bal.

Cognitio causæ summariæ potest per iudicem fieri absq; præsentia partium, ita no. Innoc. in c. ex parte. de accu. fol. 486. quia summariæ cognitio causæ requirit præsentiam partis, vt ibidem per eundem, quod no.

Cognitio hæc, an appellatio sit recipienda nẽcne est prima & præambula cognitio, & eo ipso quod prima facie non apparet quod appellatio peccet in forma, vel in materia, debet admitti, quæ admissio non est sententia interlocutoria nec diffinitiua, & ideò potest fieri parte non citata. Sed appellationem esse iustam vel iniustam, istud est diffinitiuum causæ appellationis, & requirit citationem partis & alia solennia, ita no. Innoc. in c. pastoralis. de offi. deleg. fol. 135. num. 4.

Cognitio summaria sufficit in confirmatione, ita not. Inn. in c. cùm dilectus. extra de elect. fol. 63. num. 2.

Cognitio summaria non est de substantialibus executionis mandati, ita no. Inn. in c. proposuit. de concess. præb fol. 372. num. 5.

Cognoscitur de falso sex modis, scilicet quatuor ciuiliter agendo, excipiendo, replicando, & in integ. resti. petendo. & duobus modis criminaliter, scilicet accusando, & inquirendo, ita no. Inno in c. licet. de prob. fol. 250. num. 2. sed an retractetur sententia qualitercunq; sit pronunciatum eam latam ex falsis probationibus, & videtur q; sic. vt ff. de fal. l. si quis obrepserit. in verb. nihil agitur. Alij dicunt contra. secundum Innoc. in d. c. de hoc vide per Cyn. in l. querelam. C. de fal. vnde qui excipit de falso, non videtur accusare, vt no. ff. de adul. l. 2. §. si publico. quod est no. Bal.

Cognoscitur summariæ de resti. in integ. ita no. Inn. in c. cùm venissent. de in integ. resti. & in c. ex literis. eo. tit.

Coitus, vide sup. in verbo, affinitas. in 1. q.

Collatio, vide inf. in ver. commissio. in 1. q. & inf. in ver. suspensus. in 7. q.

Collatio occulta beneficij licet sit suspecta tamẽ benè valet, ita no. Abb. in c. vt nostrum. vt eccle. bene. vide sup. in ver. beneficium. in 7. q. Bal.

Collecta quomodo fiat per ciuitates & per castra & per villas suppositas ciuitati est tex. cum gl. in Auth. quomodo na. effi. sui. §. si verò non ciuis. col. 7. & ff. de cen. l. forma. & l. qui ex meo. ff. ad muni. Io.

Collegia quæ sunt licita, dicit Inno. quod naturalia. i. realia, vt ciuitates, castra, & villæ, sed collegia certarum personarum non sunt licita nisi superior ea confirmauerit, vel nisi constet euidenter quod pro bono sint facta, ita dicit ipse in c. dilecta. de excess. præl. fol. 526. in num. 5. Et sic habes ex prædictis quòd dicantur collegia realia, & quæ personalia.

Collegium cardinalitũ potest restituere famam sicut & senatus, Papa tamen non restituit laicũ, ita no. Inno. in c. cum te. de re iudi. fol. 314. num 2. vbi vide qui sunt illi qui possunt restituere famã alicui & qui non, sed quid de Imperatore, an possit in integ. restituere famam in terris ecclesiæ, & videtur quod sic, quia est voluntariæ iurisdictionis, & quia hoc competit in signum vniuersalis dominij, & est iurisdictionis non circumscriptæ nec coarctatæ. Bal.

Collegium omne & rector collegij personarum subest generali rectori ciuitatis vel castri vbi collegium est, ita not. Innoc. in d. c. dilecta. de excess. præla. fol. 526. num. 9. & sic collegium notariorum & rector siue prior dictorum notariorũ subest prioribus communis Perusij, vt. C. de iur. omnium iudi. l. fi & in fi. & vide sup. in verbo, ciuitas. in 6. quæst.

Collegium potest quis exire, quia nec intrare nec manere cogitur, cùm sit voluntarium, ita no. Inno. in d. c. dilecta. de excess. præla. fol. 526. num. 4. Ergò si quis est de collegio notariorum liberè potest exire illud, & ad aliud intrare. Secùs in reali collegio ciuitatis vel castri de quo non potest quis se abdicare, secũdum Io. ibidem. Exeuntes autem de collegio recipiunt partem de rebus percipiendis inter singulos, & eorum ius possunt alteri concedere, vt. l. testatrix. §. 1. ff. si ser. ven. Item simul non debet quis recipi vel esse in duob. collegijs, secundũ eum ib. dẽ. Item collegiũ non finitur morte aliorũ de collegio, sed residet in eo qui supuenit, secùs in societate nõ collegiata, secundũ eum ibidẽ. In societate verò collegiata nondebet concipi

concipi stipulatio, vel iudicium nomine societatis vel sociorum nisi impropriè loquendo, vt in præalleg. c. dilecta. fol. 526. quod no. benè. Bald.

Collegium siue societas est plurium corporum vno nomine ei deputato legitima collectio, ita no. Inn. in d. c. dilecta. de excess. præla. fol. 526. num. 6. nomen enim vnum addit singularibus personis sing. quæ ex vniuerso sumitur, vt. l. rerũ mistura. ff. de vsu. secundũ Old. Bald. Et adde quod no. ipse idem Innoc. in rub. de elect. fol. 41. vbi purificat ista conuentus, collegium, corpus & vniuersitas.

Collegiũ vel eius ius remanet etiã in vno solo homine, ita not. Inno. in c. postulasti de iure pa. fol. 444. num. 1. & vide tex. & quod ibi not. per gl. in l. sicut. in fi. ff. quod cu. vniuer. no. Bal.

Collegium, vide omninò inf. in ver. conuentio in 1. q.

Colonus cui sunt omnia bona obligata ratione obseruantiæ contractus potest in re locata manere ratione pignorum, licet locator illam vendiderit, secundum Bald. in l. filiofamiliãs. §. fi ff. solu. matrim.

Colonus si vi ejicitur dominus perdit possessionem, secùs si per iudicem ejicitur, quia iudex nunquam intendit præiudicare iuri vel possessioni tertiæ personæ, ita no. Inno. & Host. in c. quoniam. vt lite non contesta. nam possessio iudicialis plus iuris habere debet. vt Host. ibidem.

Comitatus, vide omninò sup. in verb. ciuitatis. in 3. q.

Commenda beneficij debet fieri cum causa vocato patrono & clerico cui commenda facta est sine licentia proprij episcopi potest eam acceptare, quia non obligatur commendatarius ad eam tenẽdam, nisi quantum voluerit, tamen ad mandatum sui prælati eam dimittere debet, ita no. Inno. in c. constitutus. de app. fol. 322. ergò commenda non datur in titulum, secundum Inn. tituli enim sunt perpetui, vt not. ff. de acqui pos. l. 1. §. veteres. & vide quæ no. Io. And. in c. nemo de inceps. de elec. lib. 6. in noue lla Bal.

Commendam habentes faciunt interim cessare electionem & habent administrationem legitimã, secundum Inn in c. constitutus. extra de accu.

Comminatio, vide supr. in verb. appellatio. in 43. q.

Commissio potest reuocari re integra non cessio vel collatio potestatis eligendi, ita no. Host. in c. cum causis. de elec.

Commissio dispensationis debet fieri personis sublimibus & literatis, ita no. Innoc. in c. dudum. extra de elec. fol. 78. num. 6.

Commissio simpliciter facta videtur facta super toto, ita no. Inn in c. super quæstionum. de offi. deleg. fol. 132. num. 6.

Commodans, & commodatarius, vide supr in ver. conducens. in 1. q. vbi habes quod commodatarius cui equus fuit commodatus ad bellum non tenetur commodatarius si moritur nisi ex pacto.

Combartitio domini necessaria in iudicio nunquam reuocat, imò affirmat mand. procur. sed voluntariè ante lit. contest. reuocat, sed post lit. contest aut est contra dicta & non fiet reuocatio, aut dominus est admissus, & tunc videtur man. reuocasse, ita no. Inn in c. petitio. de procu. fol. 169. nisi in procu. in rem suam, vt. ff. de proc. l. si actor malit. & nisi protestetur se nolle reuocare & nisi accedat procuratori assistendi non succedat instantiam in se transferendo, vt. ff. de procur. l. Paulus, & l. in causæ. §. fi. & insti. de satisd. §. si verò aliquid. quod no. perpetuò. Bald.

Compensatio non admittitur in delictis quo ad pœnas corporales & spirituales & fisco applicandas, ita no. Inn. in c. sicut. in vlt. q. de iure. fol. 288. num. 7. Et quando fit compensatio in delictis, vide Inn. in c. intelleximus. de adul. fol. 514. num. 5. & vide omninò. inf. in ver. reus. in 1. q. in fi.

Compromissarij electionis non propriè dicuntur cõpromissarij sed magis donatarij, ita no. Inn. in c. in causis. de elec. fol. 61. num. 4.

Compromissum soluitur pœna soluta, ita not. Inn. in c. ex parte. de arbi. fol. 188. vide inf. in ver. electio. in 21. q & inf. in ver renuncians. in 6. q.

Compromissum quando fit in iudice semper potest peti reductio, quia obtinet instar arbitratorũ, ita not. Host. in c. causis. de offi. deleg.

Compromitti non potest sententiam, ita no Inno. in c. exposita. de arb. quia iam sopita est quæstio. Inno.

Compromitti non potest in laicum causa electionis ecclesiæ, ita Inn. in c. contingit. de arb. fol. 187. vide sup. in ver. arbiter. in 4. q.

Compromitti potest in iudicẽ delegato, ita not. Abb. in c. exhibita. de rerum permu.

Concedens priuilegium potest illud interpretari etiam partibus non citatis, ita not. Inno. in c. olim. de ver. sig. fol. 565. in num. 2. quod est not. secundum eum. tu vide gl. in l. ab executore. C. de app. quæ non est alibi. Bald.

Cõcedens quis aliquam rem simpliciter, videtur solum concedere illud ius quod habet, ita not. Abb. in c. pastoralis. de do. nam concessio intelligitur fundari super eo, super quo potest de iure fundari, vt. ff. de contrahen. emp. l. qui tabernas. C. de leg. l. vxor. patruꝰ. ff. de vsufr. leg. l. stichus. Ab. Sed quid si duo habent ius, & vnus donat, & alter consentit. Respondeo, si donatur ecclesiæ statim ius vtriusq; est translatum, quia dominium in ecclesiam transfertur sola nuda voluntate, vt C. de sac. san. ecc. l. fi. & est casus in d. c. pastoralis. Si autem donatur alteri, aut est facta traditio, & idem vt. l. fi. C. si aduer. dona. aut non est facta traditio, & tunc non officit consensus, quia consentiens nõ obligatur, vt. ff. de reg. in. l. aliud est vendere. Et ideò leuius est consentire quàm contrahere, vt. ff. de manu. vin. l. si pater. §. fi. vide. l. Caius. ff. de pig. act. vbi est tex. & gl. pro decisione huius quæstionis, sed quid si tu testaris de re mea, & ego tibi consentio, an mihi præiudico, & videtur quod sic, vt. ff. de leg. 1. l. si fundum per fideicommissum. Sed illa lex nihil facit, quia ibi ille consensus præstabatur hæredi, non testatori. Sed alia lege videtur rotundè hoc dici, vt. ff. qui. mo. pig. vel hypo. fol. 1 sicut. §. vendic. Sed in contrarium videtur certum est quod hæres adeundo videtur consentire dispositioni testatoris, & tamen si testator legat rem hæredis non transit dominium, vt no. ff. de seruit. l. Pa. Non ob. d. §. venditionis. quia ibi loquitur in liberatione quæ facilius fiet nudo cõsensu, vt. l. si tibi. §. de pignore. ff. de pac. Sed dominium non perditur nuda animi cognitione, vt. ff. de polli. l. si quis rem. in prin. Si tamen legatarius possideret, tunc consentiens repelleretur exceptione doli. simile. ff. de testa. l. militis codicillis. §. veteranus. & ff. de dona. l. si tibi dederim. & tene menti ista perpetuò.

Concessio dignitatis præsumitur realis, secùs si personæ singulari, ita not. Inn. in c. cùm venissent.

sent. de institutione. folio 368. num. 3.

Conclusio in prima causa non operatur aliquid in causa appel. ita no. Inno. in c. cùm dilectus. de fide instru. fol. 277. vult dicere, quod conclusio facta in principali causa non impedit partem producere instrumenta in causa appellationis, quod est singulare secundum Host. vide inf. in verbo, renuncians. in 7. q.

Conclusum postquam est in causa nullæ sunt partes iudicis, nisi in pronunciando, & ideò postquam est conclusum clausus est processus & nulla allegatio amodo fieri debet, nec in iure, nec in facto, ita multum notabiliter no. Inno. in c. pastoralis. de cau. poss. & prop. fol. 222. num. 1. vbi latè vide de ista materia. Hoc est verum quando cõcluditur in tota causa, sed quò ad capitulũ de producendis testibus concluditur per aperturam testium, vel per dicisci ta testificata, vt in Auth. de testi. §. quia verò. Notabile est hoc quod officium iudicis non concludit nec primo modo, vt in c. Ioannes eremita de fid. instru. nec vltimo modo, vt no. ipse Inno. in c. cùm clamor. de testi. fol. 267. per aperturam testium dico omninò esse cõclusum in testibus producendis. Postquàm verò est conclusum nulla exceptio obijci potest, vt. l. quoniam indubitati. C. de adul. nam inter conclusionem & sententiam nullum est dubium medium nisi citatio ad sententiam, vt in Auth. vt cum de app. cogno. post princip. Et sit conclusio si renunciatur actitandis, vt no. in c. fi. de in mteg. resti. l. 6. in nouel. Et si in criminali consueuit concludi quia renunciatum non valet, vt no. ff. de pac. l. pactum inter hæredem. Sed illa lex quamuis facit in contrarium, sed dicendum est quod in criminali postquam constat de crimine non debet de iuris apicibus disputari dicendo non potuit interuenire procu. sed de impunitate facit quod no. Bald.

Conclusum in causa quando dicatur, vide per Innoc. in c. pastoralis. de cau. pos. & prop. fol. 222. num. 1. & vide inf. in ver. renuncians. in 8. q.

Cõdemnatio expensarum quando fiet in principio litis, quando in medio, quando in fine, ita no. Inno. in c. finem. de do. & contu. fol. 238. num. 2. & 3. & sic patet quod quocunq; tẽpore litis fieri potest. Bal.

Condemnato iniustè, iudex tenetur ad restitutionem totius damni quod consequitur condemnatus, ita no. Inn. in c. super eo. quod me. causa. fol. 174. num. 4.

Condemnato mortuo non fiet executio nisi citato primo hærede, ita no. Innoc. in c. quia. de iudi. fol. 192. vide inf. in ver. sententia. in 28. q.

Condemnato vel grauato sufficit irè vel mittere ad sedem apostolicam pro grauamine sibi illato, & protestari ne quid noui interim fiat, & hoc habetur pro appellatione, ita no. Inn. in c. debitus. extra de app. fol. 334. num. 2.

Condemnatus de crimine publico non propterea intelligitur depositus à beneficio, ita no. Inno. in c. nihil. in fi. de elec. fol. 74. num. 5. vide inf. in ver. sententiam. in 17. q. & inf. in verbo, renuncians. in 2. q.

Condemnatus de crimine non statim perdit officium vel beneficium, sed requiritur post illam condemnationem depositio, ita no. Inn. in c. qualiter. el. 2. de accu. fol. 490.

Condemnatus qui facit id quod est consecutiuum appellationis licet compareat coram iudice à quo non intelligitur deserere appellationem, ita no. Inn. in c. pastoralis. de offi. deleg. fol. 135. num. 4. arg. ff. de mino. l. 4. §. scio. vide sup. in ver. clausula. in 5. q. Bald.

Condemnatus seu grauatus qui non appellauit in incidenti appellans in principali omnia potest prosequi, ita no. Inn. in c. quod ad consultationem. in gl. quæritur. de re iudi. fol. 306. secùs in sententia quæ non tangit factum principale, quia examinatur & appellatur seorsum à principali vt in sententia expensarum, secundum eum ibidem. & secùs interlocutoria quæ fertur ante litem contestatam, vt. C. de procur. l. ita demum. & ibi per Legistas.

Conditio si Deus voluerit quæ subauditur in quolibet iuramento, quid operatur, vide Inn. in c. debitores. de iureiur. fol. 284. num. 2. vbi dicit q̃ operetur hoc, quia si iuraui tibi commodare arma, tu vis ex eis occidere hominem, non teneor tibi seruare hoc iuramentum, quia Deus non vult hoc fieri, vnde iuramentum licitum non debet trahi ad illicitum casum, nec ad periculum animæ perduci, secundum eum ibidem. Et sic no. casum in quo quis potest venire contra suum iuramentum alteri præstitum. vide etiam ibi quod iuramentum præstitum potest etiam in melius commutari, sicut votum factum, secundum Inn. ibi. Bal.

Conditiones quandoq; subintelliguntur tacitè in iuramento, vt sunt conditiones de futuro. Prima est, si Deus voluerit. Secunda, si promissum seruabitur. Tertia est, si contra ius non præcipietur. Quarta, si pecunia numerabitur. vt. l. fi. C. de non nu. pe. Quinta est, si res statum non mutabit. vt. C. de spon. l. fi. Et semper insunt duæ reseruationes. l. saluo iure alterius. & salua authoritate superioris, vt. ff. ad muni. l. fin. ita no. Innoc. in c. quemadmodum. de iureiur. fol. 287. in num. 1. & per eundem in c. cùm contingat. e. tit. facit quod no. in l. fi. ff. qui satisf. cogan. Et sic no. de tacitis cõditionibus quæ in iuramento subintelliguntur.

Conditiones appositæ contra naturam contractus vitiant contractum, ita not. Innoc. in c. 1. de cond. ap. fol. 470. in num. 3. Adde in contractibus triplicem esse perfectionem. i. conuentionalem, essentialem, & executiuam siue finalem. Conuentionalis quatuor sunt species, scilicet re, verbis, literis & consensu, & ista perfectio cadit in contractu in diem, & in contractu conditionali. de hoc dic vt. ff. de peri. & commo. rei ven. l. si id quod. & in. l. qui potior. ff. qui po. in pig. hab. & l. qui balneum. e tit. & l. omnia. aliàs si pecunia. ff. si cer. pe. Essentialẽ perfectionem non habent contractus conditionales, quia nõ producuntur essentialiter inesse ad quod tendunt nisi pro essentia cõditionis, vt no. in l. 2. ff. de in di. addic. & probatur. ff. de ver. ob. l. decem. Item contractus in diem quodammodo est in potentia & habet se ad esse & non esse, et in certis & necessarijs non cadit executio, recipiunt enim quidam contractus liberationem, vt. ff. quod met. cau. l. metum. §. sed quod prætor. Quidam per aliud, vt per traditionem, de istis no. ff. de peri. & com. rei ven. l. necessario. & C. e. tit. l. 1. per Cy. in delictis non cadit, & gl. dicit verum quantum ad natiuitatem personalis actionis, sed potius dicit verum quantum ad acquisitionem dominij, vt. C. commu. deleg. l. fi. §. fi. ff. de vsufr. leg. l. semper per Dy. Dependentia de futuro. ff. ad le. Aquil. l. in lege. & ff. de tab. exhi. l. locum. 4. condemnatũ. hoc dico propter duas quæstiones. Prima est, cuius loci consuetudo seruetur,

tur, nam dico quod in incidenti conuentionis, vt sunt testes inspiceretur locus, quia ibi recipit eam perfectionem. Sed quo ad concomitantiam seu comitantiam executionis inspicitur locus vbi collata est solutio, & idem si potest ibi is pro quo recepta est stipulatio agere sine successione ex forma statuti vt Perusij. Erit hoc etiã si stipulatio erit facta Florentiæ vt soluatur Peru. argu. ff. de solu. l. quæro. nam Perusij fingunt contractum, quia in loco per imaginationem contrahentes se transtulerunt, vt. l. contraxisse. ff. de act. & ob. arg. in. l. nihil. ff. de cap. & post li. reuer. in delictis etiam dico quòd acquirunt formam & legem in loco vbi fiunt, est enim naturalis, nam quod in loco nascitur & radicem habet, ergò & qualitatem sequitur, & ideò Florentinus delinquens Senis gaudebit beneficio statutorum Senensium, vt. ff. de extraor. cri. l. pe. §. sunt quidam. quod not.

Conducens stipendiarios vel equos ad bellum non tenetur ad emendam equorum mortuorum in dicto bello, nisi ex pacto conuentum fuisset, & tũc à finibus pacti non est recedendum, ita no. Innoc. in c. sicut. & inf. de iureiu. fol. 288. num. 4. Idem in commodatario, secùs in mandatore, nisi ex debito hoc ei faciat, secũdum Inn. ibi. quod tene menti, & vide Cy. C. ad. l. Iul. de vi. in. l. quoniã multa facinora. Bal.

Conductor cessando in solutione per biennium cadit à iure suo, ita no. Innoc. in. c. propter. de loca. & condu. fol. 392. num. 3. Hoc modo priuatur tit. conditionis & omni suo iure. Sed statim quod non soluit potest reijci vt commoditas vtendi impediatur, non vt locatio finiatur, vt. C. loca. l. æden. & de fur. l. si seruus. §. locator. secundum Iaco. Bal.

Conferens ordines acquirit iurisdictionem supra ordinariam nec est ab alio ordinandus nisi primò fiat sub eo, ita not. Inn. in c. cùm in distribuendis. de temp. ordi. fol. 99.

Confessio iuramento firmata reuocari non potest, ita no. Inn. in c. cùm dilectus. de accu. fol. 492. facit. c. inter dilectos. de do. vide inf. in verb. sententia. in 18. q.

Confessio vnius latronis valet contra alium latronem quò ad præsumptionem inducendam, ita no. Innoc. in rub. de confes. fol. 246. sed falsarius contra falsarium non recipitur, vt ibidem Innoc. quod not. & vide ibidem in verbo, reus. in. 3. q. in fi. Bal.

Confessio in causa ciuili mandatur executioni, non in criminali sed expectatur sententia, ita not. Inno. in c. quærenti. de off. deleg. fol. 132. in num. 1. de hoc est casus in l. 1. C. de confes. ibi, cùm & soluere cogantur, etc.

Ex confessione potest quis damnari ab ordinario & delegato, licet ad hoc non sit actum, ita not. Inn. in c. cùm super. de confes. fol. 246. in num. 3.

Pro confessione taciturnitas non habetur, ita no. Inn. in rub. extra de postu. præ. fol. 36. num. 4.

Confessio etiam quæ non valet in criminali facit præiudiciũ, quia facit iudicium ad torturam, ita no. Inno. in c. per inqui. de electionibus. fol. 57. num. 2.

Confessio interlocutoria & sententia diffinitiua valent etiam in alio iudicio inter eosdem, ita no. Inn. in c. per inqui. de elect. fol. eod. vide sup. in verbo, attesta. in 1. q.

Confessio meritoria debet esse pura & simplex cum omnibus circumstantijs. hoc verum nisi ex hoc posset magnum periculum imminere vel euenire, quia tunc sufficit soli Deo confiteri vel in genere, ita not. Inn. in c. omnis. in glo. not. non etc. de pœ. & remis. fol. 544. num. 1.

Confessio non nocet ad dissolutionẽ nexus matrimonij, sed mutuæ seruitutis nocet, ita no. Inno. in c. fi. de rap. fol. 515.

Cõfessio potest exponi sed non permittit nisi probaretur error vel ignorantia, ita not. Innoc. in. c. cùm dilectus. fol. 492. de accu. & ibi vide per eũ quid habet probare volens suum errorem reuocare. & vide infr. in verbo, instrumentum. in 1. q. ibi, licet confessio, etc.

Confessio non potest interpretari per hæredes confitentes, ita not. Inn. in c. cùm dilectus. de succ. ab intest. fol. 408. idem dico in libello exceptione positione, & si quia libellum exceptionem vel positionem testantis hæres non potest interpretari, vt not. ff. de rei ven. l. idem Pompo. scribit si frumentum. §. fi. per Azo. Bal.

Cõfessio quam tertius facit super iure meo mihi non præiudicat, & causam reuocare possum, ita no. Inn. in c. cùm super. de re iudi. fol. 307. num. 1.

Confessio interpretatur contra confitentem nisi eam declaret exponendo non perimendo, ita not. Abb. in c. cùm dilectus. de accu.

Confessio licet nullis adminiculis sit cõiuncta, tamen tenet in criminali sponte fiat & plenè probat, ita not. Abb. in c. ex literis. de di.

Confessioni partium statur vbi dubitatur de processu, ita not. Abb. in c. cùm bonæ. de proba.

Confessus non potest variare, ita no. Inno. in d. c. per inquisitionem. maximè quando fuit ipsa cõfessio iuramẽto firmata, vt in c. cùm dilecti. de accu. facit. ff. ad l. Aquil. l. proinde. & C. de proba. Auth. at qui semel. vbi est gl. ord. & per Barto. in c. veniens. de testi. Bald. vide sup. in ver. absolutio. in 7. q. & infr. in verbo, liberatio. in prima quæstio.

Confessus non dirimit matrimonium, ita not. Inn. in c. causam. de offi. deleg. fol. 124. in num. 12.

Confessus sponte debet habere maiorem fauorem quàm conuictus, ita no. Inn. in c. prudentiam. de offi. deleg. fol. 124. in gl. quod sicut. ibi, quid si non, etc. facit ad hoc. ff. de iureiur. l. eum qui. & instit. de act. §. item mista est actio. Bal.

Confirmatio fiet verbo & facto pluribus modis, de quibus vide per Host. ibidẽ, & inf. in verbo, motus. in 1. q.

Confirmatio non tribuit ius vbi requiritur dispensatio & cessat potestas & voluntas dispensandi, ita no. Inn. in c. innotuit. de elect. fol. 49. vide inf. in verb. cognitio. in 1. q.

Confirmatio facit valere acta licet electio sit nulla, ita no. Inno. in c. cùm dilecti. de elect. fol. 63. num. 1.

Confirmatio valet etiam si nullus citetur, & ista confirmatio habet vim sententiæ, ita no. Inno. in c. cùm olim. de dolo & contu. fol. 239. num. 2.

Confirmatio ex contractu peti non potest, quia confirmatio ex consensu pendet & non redditur in inuitum, nec confirmatur inuitus, confirmatio verò quorundam actuum legitimorum vt electionis tutoris & si. quæ desiderant confirmari peti potest, ita no. Inn. in c. 2. de confir. vti. vel. inu. fol. 246. in num. 1. & 2. et sic no. quando confirmatio tribuat ius & quando non: confirmatio verò quæ non est debita non petitur nisi supplicando, & tunc non est indulgenda nisi citato eo qui po-

teſt lædi, vt ff. de adop. l. nam. ita diuus de confirmatione contractus habes etiam in l. ſi quos. C. de dec. De cõfirmatione poſſeſſionis vide. C. de carb. edi. l. 1. per Odo. Cyn. & Bal.

Confirmatio ſententiæ poteſt peti principaliter ad hoc agendo, ita not. Inno. in rub. de confir. vti. vel inu. fol. 345. in nu. 2.

Confirmatio facta de excommunicato valet, ita no. Inno. poſt collect. de conceſ. præben.

Confirmatio obtenta in forma communi, licet non det ius, tamen dat cauſam præſcribendi, ita not. Abb. in c. dudum. de decre. quod eſt not.

Confirmatus ſtatim habet ius adminiſtrandi tẽporalia pleno iure ſine poſſeſſione vel inueſtitura, ita no. Inn. & Hoſt. in c. tranſmiſſã. de elec. fol. 46.

Confirmatus non agit de beneficio obtinendo, ſed de obtento, ita not. Inno. in c. ſi. de eo qui mit. in poſſeſſ. rei ſer.

Confirmatus à Papa poteſt conueniri de ſimonia coram inferiore, ſi agatur contra perſonam & non contra confirmationem, ita not. Inno. in c. decaterò. de re iudi. fol. 304. nu. 3.

Confiſcare, vide ſup. in ver. ciuitas. 2. q. vbi habes, an ciuitas poſſit bona confiſcare. Item quòd confiſcare bona eſt meri imperij.

Congregare exercitum, ſtipendiarios, & amicos, eſt licitũ vuicunq; pro defenſione ſua & rerũ ſuarum, nec hoc dicitur bellum propterea propriè ſed defenſio. Item & pro recuperatione poſſeſſionis, dummodò fiat incontinenti, & non ſolùm laicis, ſed etiam clericis ob hanc cauſam licitum eſt arma mouere. Item & contra ſubditos rebelles & inobedientes armari debent iura & homines, & licitè fiet eis guerra, tam à dominis temporalibus quàm à ſpiritualibus, manu enim militari vtendũ eſt contra rebelles ſubditos, vbi alia remedia non ſufficiunt, & in tali bello poſſunt capi perſonæ res eorum, & clerici quorum intereſt, poſſunt aſſiſtere fauendo contra eos, non tamen eos occidendo, quia eſſent irregulares. Et ſic not. quòd qui præſtat fauorem ictu lapidum in bello licito, in quo alij alios occidunt, non dicitur homicida, nec irregularis, ita no. Inno. in c. olim. de reſt ſpo. fol. 235. nu. 8. tamen modum excedens, poteſt effici irregularis, vt ibidem no per Inno. in fi. Bal.

Coniuncta perſona, quando appellat pro coniuncta poteſt ratificari poſt decẽ dies, ſecùs in nudo geſtore, in quo ratificatio eſt de ſubſtantia.

Sed coniuncta perſona poteſt agere ſine ratificatione, ſi dominus non contradicat, vt l. 1. de appel. recip. ita not. Innoc. in c. auditis. & in c. in geneſi. de elect. fol. 81. facit ad limita. l. bonorum. rem rat. habere.

Coniuncta perſona licet agat in iudicio pro cõiuncta, tamen ſi inueſtituram pro eo recipit non acquirit ipſo iure beneficium, niſi habeatur ratum, & poteſt haberi ratum, licet inueſtituram medio tempore contulerit alteri, quia à facto ſuo recedere non poteſt, ita no. Innoc. in c. accedens. de præben. fol. 361. facit. ff. de ſol. l. ſi quis offerenti. in fin. Innoc.

Coniurationes nec alia pacta debent fieri per illos, ad quos electio prælati pertinet, ita not. Innoc. in rub. de elect. fol. 41.

Conſcientia excuſat iudicem, qui non admittit appellationem, non tamen debet eam ſequi in exequendo interim, ita not. Innoc. in c. paſtoralis. de offic. deleg. fol. 135. nu. 3.

Conſcientia titubans, non inducit in malam fidem, quia mala fides non cadit, niſi ſuper certa ſententia, ita n. Inno. in c. fi. de præſcrip. fol. 303. vide ſup. in ver. aduocatus. in 3. q.

Conſenſus plurium ſufficit in actibus collegij ſimul non ſeorſum quando pertinet ad vtilitatem vel neceſſitatem collegij, ſecùs ſi ad vtilitatem ſingulorũ, vt diuiſio redituum, ita no. Innoc. in c. cùm oẽs. de cõſti. fol. 2. in nu. 3. quia quod collegio, non quod aliquibus expedit maior pars facere debet, vt ff. pro ſoc. l. actione. §. Labeo. & argumen. ff. de ſol. l. conſtitutus. vel potes ſic dicere, quando aliquid competit pluribus, vel competit collegialiter, aut ſingulariter, aut dubitatur, an competat vniuerſaliter vel particulariter, primo caſu requiritur conſenſus in forma collegij, quæ forma collegij non ſeruatur regulariter, niſi interueniat maior pars ipſius, vt l. q. maior. ff. ad muni. & l. nouationum forma. C. de decur. & C. de leg. l. fin. lib 10. ſecundo caſu vide in l. fin. C. communia præd. quod ſufficit diuiſum conſenſus præſtitus tertio caſu vide. l. ſicut. ff. de arbit. vbi quando committitur aliquid pluribus ſimul explicari debet ſimul, vt æqualis ſit forma commiſſionis in hoc tantùm caſu videtur ſemper intelligi quod ſtetur maiori parti, vt ff. de inoffic. teſt. l. ſi pars. licet non ſint collegiati, vt collegium, ſunt tantùm collegiati, quibus certum eſt factum commiſſum ſimul nec poſſet aliquid facere alijs irrequiſitis, vt l. C. de Auth. præſtan. Bald. & vide inf. in verbo, liberatio. in 1. q.

Conſenſus eſt quadruplex, vnus negligentiæ, vbi minus peccat conſentiens quàm agens, niſi forte eſſet nimis craſſa & ſupina ignorantia. Alius dicitur conſenſus conſilij, vbi minus peccat conſentiens quàm agens, ſed magis quàm primus. Alius eſt conſenſus cooperationis, vbi puniuntur æqualiter conſentiens & agens. Quartus eſt conſenſus authoritatis ſine defenſione, vbi plus peccat conſentiens quàm agens, & magis punitur, ita not. Innocen. in rub. de offic. delegat. fol. 122. in nume. 1. in gloſſ. ſuper ver. pœna. Adde quod not. Ioan. And. in c. 1. de pœn. cle. & tenementi iſta Bald. & vide etiam Bar. in l. qui opem. ff. de fur. vbi ponit formaliter verba Innocent. Bald. & vide etiam in d. c. 1. Bart. & Compo. Bal.

Conſenſus illorum qui pòſt erant in poſſeſſione eſt neceſſarius in poſſeſſione iurium quærenda, ita not. Innoc. in c. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 176. num. 2.

Conſenſus partium non ſufficit ad probandum dicta teſtium quæ dicta non valent, & ideò ſi dicta teſtium non valent, quia non reddunt cauſam, etc. vel aliàs non valent illa dicta teſtium, non poſſunt conſenſu partium validari, ita no. Innoc. in c. cùm cauſam. de teſt. fol. 262. in nu. 1. vide ſup. in verbo, citatio in 31. q.

Conſenſus matrimonialis vbicunq; eſt licet ſit illicitus contrahitur iuſtitia publicè honeſtatis, ita not. Abb. in c. ad audientiam. de ſpon. quod no. perpetuò. Bald.

Conſentire poteſt quis in iudicem non ſuum in omnibus iudicijs, ſed non in inquiſitione maximè in præiudicium alienæ, vel maioris iuriſdictionis, ita no. Inno. in c. ad petitio. de accu. fol. 493. in nu. 1. tenementi. vide inf. in verbo, ſolennitas. in 1. q.

Conſentire eſt vnum aliquid eligere, ita not. Inno. in c. cùm in iure. de elect. fol. 64. nu. 1. facit. l. ſi pater. §. fi. de manu. vindic. vide omninò inf. in ver. differentia. in 4. q.

Conſeruator qui condemnauit de crimine poteſt taxare expen. et audire teſtes ſuper hoc quod venit acceſſoriè, & ſi actor non vult per conſeruationẽ de hiis cognoſci reum abſoluet, ita no. Inn. in c. ſtatuimus. de off. deleg. fol. 145. in nu. 1.

Conſeruatores poſſunt inquirere ex ipſo officio ſolùm in notorio, vt ibid. Inn.

Conſeruatorum officium conſiſtit quaſi in mero imperio, ita no. Inn. in d. c. ſtatuimus. de off. deleg. fol. eo.

Conſiliarij de neceſſitate ſunt vocandi, ita not. Inn. in c. nec epiſ. de temp. ord. fol. 98. vide inf. in ver. ſolennitas. in 1. q.

Conſilium debet requiri ante factum, & nõ ſolùm in facto, ſed etiam in medio, ita no. Inn. in c. cũ in veteri. de elec. fol. 77. in nu. 2. vide omninò inf. in ver. modus. in 2. q. per totum.

Conſilium à remotis videtur parua cauſa, quia non ordinatur propriè ad cauſam. arg. ff. loc. l. qui domum, ita no Inn. in c. quod verum. de priui.

Conſtitutio non ligat eum qui dilucidè ſuã ignorantiam prob. ita no. Inn. in rub. de conſt. fol. 1.

Conſtitutio iuris naturalis porrigitur ad præterita, ita no. Inn. & Hoſt. in rub. de conſt.

Quodcunq; ligaueris ſuper terram etc. intelligitur. ſ. per conſtitutiones & præcepta quæ facit Papa, non tamen poſſet auferre baptiſma, vt not. Inn. & Hoſt. in c. quanto. de conſuetudine.

Conſtitutio non ligat cæptum & non perfectũ, ſecundum Hoſt. in c. 2. de conſt.

Conſtitutio quæ concordat cum iure antiquo trahitur ad præterita, ita no. Hoſt. in c. ſi. de conſt. & in Auth. de fil. ante dot. inſtr. nat. §. hæc cõſtitutio inter filios. in fi.

Cõſtitutio pœnalis eſt duplex. ſ. ex parte rei itẽ tùm, & ex parte rei & actorum, ita no. Hoſt. quia nonnulli. de reſcri.

Conſtitutiones quæ non faciunt mẽtionem doli an requirant ad impoſitionem pœnæ verum dolum vel præſumptum, dic vt no. C. vnde vi. l. ſi qs in tantam. in 8. q. & in l. fi. § pen. eo. tit. Aduocati communiter dicunt quòd vbi ſtatutũ non requirit niſi verum factũ ibi non requiritur dolus. Bal. vide de hac materia per d. Bal. in l. quicunq;. C. de ſer. fug.

Conſuetudine poteſt derogari ſolennitatibus inſtrumenti, ita no. Inn. in c. 1. in fi. de fide inſtru. fol. 273. in nu. 9. vbi benè dicit. idem & vbi conſuetudo eſt.

Conſuetudine oritur ius petendi confirmationem & infirmationem, ita no. Inn. in c. Abbate. de verb. ſig. fol. 569. in nu. 1. & vide inf. in ver. titulus. in 2. q.

Conſuetudo excuſat quẽ à peccato, ita no. Inno. in tit. de treu. & pa. tamen contrarium tenet ipſe idem in rub. in fi. de conſue. fol. 31. vide inf. in ver. ſtat. in 5. q.

Conſuetudo quæ dat alicui prębendam videtur ſibi dare licentiam poſſidendi, ita no. Io. And. in c. fin. de conſu. in nouel. Bal.

Conſuetudo dat iuriſdictionem etiam ſpiritualem, ita no. Inn. in c. nouit. de iud. fol. 193. in nu. 6. ergò illud quod facit iudex ſecularis contra clericos ſi conſuetudo erat valet, quia cõſuetudo dat etiam iuriſdictionem ſpiritualem. Adde quod ipſe idem no. in c. 1. de apoſta. Et ſic conſuetudo æquiparatur priuilegio, ſecundum eum ibid. & quòd conſuetudo det iuriſdictionem temporalem & ordinariã, vide l. 1. & quod ibi no. ff. de emã. lib. Bal.

Conſuetudo transfert poſſeſſionem ipſo iure ſine apprehenſione, ita no. Inn. & Hoſtien. in c. 1. de conſue. ergò ſi Papa vel Imperator vult propter inueſtituram baculi vel bireti non dabitur alia poſſeſſio, ſed ſolùm licentia ingrediendi poſſeſſionem ſecundum eos quod not. quia non eſt alibi. Bal. Alibi, ſcilicet, in re collec. in l. ratihabitio. de pig. ac.

Conſuetudo vniuerſitatis afficit etiam ſingulares perſonas, ita no. Inn. in fi. de conſue. fol. 33.

Conſuetudo Romanæ curiæ eſt, quòd non confirmat aliquem electum niſi ſint præſentes duo de electoribus, ita no. Inn. in c. 2. de elec. fol. 41.

Conſuetudo extenditur & priuilegium ſed nũ præſcrip. ita no. Inn. & Hoſt. in c. fi. de offi. archi. quia facilius extenditur ius quàm factum. facit. ff. de iti. act. priua. l. 1. & ff. de bo. poſſ. l. ſed cũ patrono in ratione ſui.

Contractus licet non debeat fieri cum excõmunicato de præcepto apoſtoli, tamen ipſe non prohibet contractũ de facto ſeruari, quia non habet perpetuam cauſam prohibitionis, ſed tẽporalem durante excommunicatione, ergò ſi de facto contrahitur cum ipſis ſeruari debet contractus, ita not. Inn. in c. ſi verè. de ſen. excomm. fol. 551. in num. 1. vide ſup. in verb. citatio. in 28. q. ibi. ſed in cõtractibus bonæ fidei etc.

Contractus excommunicati valet ex conſenſu partium etiam ſi ſit per ſententiam excommunicatus, ita no. Inn. in c. auditis. de excep. aliàs in c. pia. fol. 295. in num. 4.

Contractus tenet dummodò forma ſeruetur, ita not Inn. in c. grauis. de depo. fol. 390. adde quod in vend. præd. pupillorum tria ſunt de forma ipſius contractus. ſ. tutorum authoritas, cauſæ examinatio, & decretum, vt C. ſi prop. pub. penſi. l. fin. & C. de præd. mino. l. ob es. & l. ſi quidem. & ff. de tranſ. l. cùm hi. §. ſi prætor. & ſi aliquod iſtorum deficit non valet, quia ritè factum, vt d. l. cùm hi. §. ſi prætor. requiritur & quartum, vt quod fiat ſubhaſtatio, vt ff. de mino. l. & ſi ſine. ſicut in eccleſia, vt C. de ſac. ſan. eccle. Auth. hoc ius porrectum. ſed illa Authentica loquitur quando venditor propter debitum ſatisfaciendum, ſed vbi propter vtilitatem eccleſiæ non inuenitur de ſubhaſtatione nec etiam ſecundum canones hoc requiritur, ita not. ipſe Innocen. in cap. dudum. de rebus eccleſiaſt. non alie. fol. 389. quando autem iudex vendit, qui debet ſeruare iuris ſolennitatem in vendendo, requiritur ſubhaſtatio, vt C. de fide inſtrum. & iure haſtæ fiſca. l. 1. lib. 10. vide gloſſ. in l. auctor. ff. rem ratam hab. & Bald. in l. pen. de rebus eod. Notandum eſt tamen quod vbi reperitur decretum appoſitum ibi præſumitur cauſa & ſubhaſtatio, vt notat Spe. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum. ver. & breuiter. non tamen præſumitur authoritas interpoſita, vt ff. de publi. l. quæcunque. §. fin. & dic vt ibi. Item not. eſt quòd decretum nunquam tranſit in rem iudicatam, quia ſemper poteſt probari contrarium, vt ff. de rei vend. l. fundum. Item & quædam alia ſunt quæ non ſunt de forma, ſed circa formam, quæ congruunt offic. iudi. de quibus omninò mandat inquiri, vt l. magis puto. § non poſſunt. ff. de rebus eod. & tamen omiſſa non vitiant venditionem, ſed beneficium reſtitutionis afferunt, vt ff. de mi. l. tutorem ſimil. Sic dicimus in electionibus prælatorum, vbi ſi fiat contra formam electio

est nulla ipso iure, vt in c. quia propter. de elec. licet posit per exceptionis obstaculum impugnari, vt in c. quod sicut. de electio. & in c. bonæ. el. 2. de postu. sicut in processu iudicij dicimus quod quædam sunt de substantia, vt lite contesta. quæ omissa vitiat processum ipso iure, vt in tit. vt lite non contesta. quasi per totum, quædam circa substantiam non tamen substantialia, vt libelli oblatio, iuramẽti præstatio, & alia quæ omissa processum iudicij non annullant, vt C. de lite contesta. Auth. offeratur. & C. de iur. cal. l. 2 §. sed quia veremur. quod tene menti Bal. Sed nũquid immunitas ecclesiæ transit ad emptorem vt non soluat collectã vel gabellam sicut non soluit ecclesia, vt not. ff. ad muni l. incola. respondeo non, vt ff. de pub. l. licitatio in fi. secundum d. Tho. de formag. vide inf. in verb. testis. in 43. q. & infr. in verb. sententia. in 2. q. vbi habes, quòd quando petitur annullari cõtractus officium iudi. imploratur, & vide supr. in verb. conditio. in 3. q. vbi omninò vide, & tene menti.

Contractus, nota quod ex contractu ecclesiæ transit in eam dominium sine traditione, vt C. de sac. san. eccle. l fi. & per Bart. in l. ex hac scriptura in prin. ff de do. vide sup. in verb. concedens. in 3. q. ibi, sed quid si duo habent ius etc. in 26. q.

Contrauenire licet cui quod post sententiam contra suam confessionem sententialiter reprobatam, ita not. Inno. in c. mulieri. de iureiu. fol. 289. & in c. venerabilis. de excep. per eundem. fol. 292. num. 7.

Contumacia, vide inf. in ver. procurator. in 5. q. vbi habetur quibus temporibus proc. possit esse contumax, & in quibus contumacia illorum tẽporum nocet, & vide ibi vnum dictum sing. vide inf. in verbo, sententiam. in 15. q. & inf. in ver. responso. in 5. q.

Contumacibus non inuenitur posita certa pœna sed tantùm condemnatis, ita not. Innoc. in c. de causis. de offi. deleg. fol. 120. nu. 7.

Contumax in iurando de calumnia perdit causam & habetur pro confesso, tamen si illa instantia est peremptа perit hæc pœna, & perit contu. peremptа instantia, quia hæc pœna imponenda venit iud. officio mercenario, & ideò lite mortua non potest ex hoc agi vel excipi, secundum Innocent. in c. fi. de iura cal. fol. 211. arg. ff. de iure fisci. l. eius qui delatorem. Sed vbi extra iudicium imponitur pœna priuata potest ad id agi & excipi secundum eum ibidem. & vide supr. in versic. citatio, in 8. quæst.

Cõtumax tamdiu potest opponere declinatoriam quàm diu posset si compareret, vnde in causa appellationis nõ auditur postquam incœpit disceptari negotium principale, secundum Innoc. in c. præterea. de dil. fol. 212. in nu. 1. quod est not. vide sup in ver. crimen. in 10. q. ibi, nam contumacia nõ infamat etc.

Contumax citea testes producendos nihilominus est citandus ad diffinitiuam, ita no. Inno. in c. nosti. de elect. fol. 43. Et sic not. quod semper absens contumaciter præsumitur in malitia donec veniat. Bal.

Contumax est ille qui cõparet & absolutè protestatur quòd non intendit in iurisdictionem consentire, & ideò debet iste loqui conditionaliter. s. nisi & inquantum sit iudex competẽs, ita no. Inn. in c. Cumana. de elect. fol. 76. in num. 4. quod tene menti. & vide sup. in ver. citatio. in 10. q.

Contumax comparens iudice sedẽte pro tribunali, an indigeat restitutione in integ. ad appellandum Innocent. hoc tractat in c. querelam. de proc. fol. 165. nu. 2. Sed non firmat se. Et communis opinio est quòd non, sed ipso iure appellet, quia lex admittit comparationem suam & fingit eum non contumacem. vt l. diuus. ff. de in integ. restit. & ita no. gl. in l. inter minores. eo. tit. sed si vult restitui ad totam causam oportet quòd petat in inte. restit. quia qui statim venit obtemperasse videtur, & ideò dignus est restitutione. Expedit autem potius restitui quàm appellare, quia non itur aliò. ff. de mi. l. perfectum. & quia non ita tacito deseritur lis resti. sicut appellationis, & quia potest peti restitui post decem dies, sed non interponi appellatio. Alij dicunt quod verissimus contumax qui dixit nolo venire, indigeat rest. ad appellandum non ipso iure. Sed verus contumax qui inuentus nihil dixit ipso iure sed fictus ipso iure appellat hoc ex qualitate contumaciæ, sed beneficio suæ comparationis hoc plus consequitur, quia potest restitui ad totam causam, & ita intellexit d. Azo. vt sup. patet. Bal.

Contumax verus sicut non auditur appellãs ita & itineris arreptio ei nihil prodest, ita no. Inn. in c cùm olim. de do. & cont. fol. 239.

Contumax si quis fuerit in processu nihilominus citari debet ad sententiam diffinitiuam, ita no. Inn. in c. cùm olim. de test. fol. 261. num. 3. et idem tenet Abb. ibid. Bal. & in c. ad pœnam. §. alij. de accus & no. per gl. in l. iubemus. C. de iud. in gloss. super verbo, spectans. secùs ad interlocutoriam, vt ipse idem no. in c. auditis. de procu. vnde licet aliquis sit positus in banno propter contumaciam, non tamen patitur diffinitiuam nisi primò ad eam fuerit citatus, caue tamen vt cùm procedis secundũ statuta ciuitatis vel domini de hoc disponentis ea ad vnguem obserues. de rescr. c. cùm dilectus. Bal.

Cõtumax in appellatione introducenda siue terminus fuerit præfixus à iure, siue à lege, siue ab homine vel iudice habetur pro desertione appellationis, ita not. Innocent. & Hostien. in c. personas. de appel. & per Hostien. in c. seq. quod est verum, nisi fuisset impeditus, quia ille qui habet cõsequi appellationem in termino assignato non videtur deserere si fuit impeditus, etiam per inopiam, quia terminus hominis succedit loco termini iuris, vt ff. de re iud. l. 3. §. si quis. ita dicit loco ipse idem Inno. in c. ex ratione. de app. fol. 319. nu. 2. quod est no. Bald.

Conuentio, vide omninò inf. in ver. reconuentio. in 2. q.

Conuentus per se etiam sine authoritate prælati sui facit syndicum, vbi habet bona distincta à prælato, quia habet propriam administrationem, ita not. Inn. in c. edoceri. de rescr. idem si prælatus vacat, quia tunc conuentus solus facit syndicum, vt ipse idem Inn. no. in c. dilectus. extra de consuetudine. fol. 33. nu. 2. quod no. Bal.

Conuersus an habeat canonem si incedit in habitu, & destinatione animi vult esse clericus. gl. quòd sic. in c. 2. de inst. Item an dicatur religiosa persona, & an gaudeat priuilegio fori. d. Petr. ibi quòd sic in lectur. sua.

Copia, vide infr. in verb. testis. in 44. q. & sup. in ver. citatio.

Copula, vide sup. in ver. clausula. in pe. q.

Copula carnalis, vide inf. in ver. testis. in 75. q. & sup. in ver. allegans. in 5. q.

Correctio

Correctio disciplina, vide sup. in ver. appellatio. 25. q. vbi de his no. Bal.

CREDERE videtur ponens illud quod ponit non certitudinariè scire ita esse, ita no. Innoc. in c. statutum. de confes. fol. 247.

Credi debet libro censualis & ei fides adhibẽda est, item creditur etiam notario sine testibus, licet pars neget testes dixisse illud quod reperitur scriptum, vt dicebat Matarellus, ita not. Innocen. in c. ad audientiam. de rescrip. & vide per Doc. in l. si quis decurio. C. de fal. & quod no. in l. curent. ff. de testa. & vide l. lege. & l. Celsus. ff. de proba. quod not.

Creditor, vide inf. in verbo, monasterium. in 1. quæst.

Creditur in foro conscientiæ quicquid homo dicat, ita no. Innoc. in c. consulti. de reg. & transeun. ad relig. fol. 422. nu. 3.

Creditur literis episcoporum sigillatis quod est verum in extraiudicialibus, secùs in iudicijs, ita no. Inn. in c. possessionem. de proba. fol. 248. num. 1. vide inf. in ver. sigillum. in pe. & 2. q.

Creditur relationi publici nuncij licet non appareat de commissione, secùs in nuncio priuati assumpto, ita not. Innoc. in c. quoniam cõtra falsam. de prob. fo. 252. nu. 3. vide per Cy. in l. nemmem. C. de requ. re. qui dicit quòd semper apparere debet de commissione. facit ff. quod met. causa. l. fin. Bal. et dicit ibidem Inn. q illam cessionem non oportet scribere in act. & debet cõmitti nũcio citatio certarum personarũ, non incertarum, vt no. Bar. in l. C. de iud.

Credulitas non excusat in iura. calũ. nisi adsit veritas, ita no. Inn. in c. fi. de iura. cal. fo. 211. in nu. 1. in prin. quod tene menti pro testibus vt cũ deponunt vera esse non credulitati sed certitudini veritatis debent inhærere. Bal. & vide inf. in verb. scriptura. in 6. q.

Credulitas, creditur soli assertioni cardinalis, vt per Inn. in c. cùm olim. de priu. fol. 531. & in c. ex rescripto. de loca. fol. 392. & ibi per Glo. et Doc. maximè per do. Petrum.

Crimen probatum in modum exceptionis nõ inducit priuationis sententiam, ita not. Inn. in c. inter dilectos. de excess. præla. fol. 524. in nu. 1. & vide inf. in ver. respons. in 3. & 4. q.

Crimen quale potest obijci instituto vel prouiso. vide ibid. Inn.

Crimen omne est publicum & nunquam de eo potest transigi de iure canonico, ita no. Innoc. in c. crimina. de collu. fol. 519. & crimen veritatis dimitti non potest. Secùs in crimine præsumptionis vel suspi. vbi pœna culpæ excedit, & est delictum omissionis, vt ff. ad Silla. l. 2. Bal.

Crimen, ætas, infamia, & quia testis non sufficienter probat id ad quod inducitur, excludit probationẽ testis, ita no. Inn. in c. quoties. de pur. can. fol. 538. facit quòd no. gl. in l. Lucius. ff. de infa. Et licet actor deficiat prædictis modis in accusatione tamen inducitur purgatio. Item non sufficit corã se Euangelium habere, vt ibi. Inn.

Crimen pacis fractæ pertinet principaliter ad ecclesiam, ita no. Inn. in c. nouit. de iud. fol. 193. in nu. 7. & vide inf. in ver. maleficiũ. in 1. q. et inf. in ver. procu. in 1. q.

Crimen quando tenetur quis denunciare, vide Inn. in c. nouit. de iud. fol. 193. in nu. 1.

Crimen notorium punitur ex testibus receptis super inquisitione generali non aliud crimen, ita not Innocent. & Host. in c. bonæ. de elect. fol. 52.

Crimen de iure ciuili, aut opponitur testi cum infamia facti, aut cum infamia iuris. Aut sola infamia sine crimine. Aut solum crimen sine infamia. Primo casu aut est crimen atrox, vt hæresis, & in totum repellit testem. vt C. de sum. tri. & fide catho. l. 1. Aut est crimen leue, vt iniuriarum. Et tunc non repellit sed fidem test. lædit seu vulnerat. Vnde ex altera parte duo integri viri contrarium asserẽtes præponderarent. arg. ff. de adẽ. l. si quis ex argentarijs. & de test. l. ob carmen. §. fi. Secundo casu omninò testis repellitur, nam etiam cum tormentis non probat. vt ff. de test. l. 3. §. pe. et ff. de sena. l. Cassius. Tertio casu non repellit testẽ, sed fidem eius, & valet aliquantulum, vt si pater filium interponit, aut iudex instigatorem, vt ff. de infa. l. ob hæc verba. Quarto casu non repellitur quis à testimonio, puta si crimen erat occultũ, vel erat crimen contumaciæ, quia non venerat ad iudicem, nam contumacia non infamat. vt l. 1. C. de modo multa. Et hæc sunt verba nisi in crimine periurij, quia periurus omninò repellitur, vt l. Lucius. ff. de infami. & ff. de re mili. l. qui cum vno. §. ignominia. nisi iuramentum esset temerarium, vt not. Inn. in c. constitutus. de test. fol. 259. De iure autem canonico probato crimine cum dolo statim videtur esse probata infamia canonica, & repellitur test. ante peractam pœnitentiam, sed post peractam pœnitentiam non repellitur nisi in crimine periurij, ita no. Inno. in c. testimonium. de test. nec sufficit pœnitentia cordis, de qua no. inst. de iniur. §. fi. Sed requiritur satisfactio operis, quod no. Bal.

Crimina recipiunt augmenta propter multiplicationem actuum, vel multiplicationem iniuriæ, ita no. Inn. in c. nouit. de iud. fol. 193. & facit ff. de pœ. l. si diutino. Et facit ad stat. si quis vno impetu etc. Bal.

Criminis enormitas inducit aliud quàm ipsum crimen, ita no. Inn. in c. cùm nõ ab homine. de iud. fol. 192.

CVMVLARE, vide omninò inf. in, verb. restitutio in integ. in 2. q.

Cura animarum qualiter accipiatur, vide per Inn. in c. de multa. de præben. fol. 363. in prin.

Cura animarum qualiter probetur & qualiter debeat fieri posi, vide Inn. in c. dudũ. de elec. fol. 51. in nu. 2. & vide inf. in ver. forum. in 1. q.

Cura animarum quot modis dicatur, vide Inn. & Host. in c. cùm satis. de offi. archi. & vide inf. in verb. plebis. in q.

Cura animarum dicitur cura iurisd. non ordinis, & ideò aliud est potestas, aliud est cura animarum, ita no. Host. in d. c. cùm satis. de offi. archi.

Curator, vide inf. in ver. rex. in 2. q. etc.

Curator potest dari in testamento de iure canonico sicut tutor, ita no. Io. An. in c. vlt. de iud. lib. 6. in nouel.

Curia domini Papæ est commune forum, quia ibi Roma vbi curia, ita not. Inno. in c. exposuit. de dila. fol. 213. nu. 3.

Curia Romana seruat suas ferias litigantium, & quilibet iudex seruare debet ferias sui fori, quia feriæ ordinem processus sapiũt, tempus enim de ordine videtur, ita no. Inn. in c. conquestus. de fer. fol. 214. nu. 6.

Curiam domini Papæ accedentes an possint ibi conueniri, & de beneficio reuocandi domum, vide Inn. in c. licet, extra de foro cõ. fol. 200. n. 1.

DAMNA-

DAMNATVS quis de maleficio commisso, si sententia ex qua est damnatus requirit confirmationē alterius iudicis, debet interim ipse damnatus retineri in carceribus ipsius iudicis qui eum condemnauit, et nō debet ad alium remitti, ita no. Inn. in c. vt famæ. de senten. excom. fol. 552. in nu. 3.

Damnum vide inf. in ver. socius. in 3. q. & sup. in ver. ciuitas. in 5. q.

DEBITOR hæretici non tenetur ei soluere, ita no. Inn. in c. fi. de hær. fol. 507. vide inf. in ver. soluere. in 1. q. & vide omninò inf. in ver. silentium. in 1. q. circa principium.

Debitores ecclesiæ non debent soluere prælato nun legitimo sed debitores prælati sic, ita no. Inno. in literis. de resti. spo. fol. 226. nu. 3.

Debitū non cōpensatur cū fructibus, nisi fructus sint consumpti, et tūc omninò propriè dicitur fieri cōpensatio cū pretio fructuum, & debet pretij quātitas esse liquida, ita no. Inn. in c. ad nostrā. de iureiu. fol. 285. vbi omninò vide Inn. vide do. Bal. in l. diuortio. §. ob donationes. ff. sol. matr. & vide inf. in verb. fructus. in 3. q.

Decimæ an possint concedi in feudū, vide per Inn. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præla.

Decimæ quomodo probatur quòd iure diuino debeantur, vide per Inn. in c. fi. de sepul. fol. 412. nu. 4. Adde q̄ no. ff. de pet. hær. l. si dño vel à patre. §. fi. in gl. vbi dicitur, q̄ decimæ personales intelliguntur deductis expen. secùs in decimis realibus, fructus enim negotiationis vel operarum non dicuntur nisi dedu. expen. et pretio. vt C. de colla. l. illud. sed fructus ex terra dicuntur quicqd ex terra nascitur & in naturali significatiōe in decimis. Item in colono. vt ff. pro so. l. cū duobus. §. si in cōeunda. regulariter secùs. vt ff. de vsuf. leg. l. fundi Trebatiani. de hoc vide per Iac. de Are. in l. fructus. ff. sol. matr. & per Inno. in c. pastoralis. de dec. fol. 417. est igitur differentia inter fructus operarum & terræ, quæ omnia perpetuò no. Bald.

Decretum secundum potest interponi in reali, ita not. Innocent. in c. dilecto. de verb. signif. fol. 570. in nu. 1. & intellige positiuum silentij & non adiudicatiuum dominij, quia agens esset sibi contrarius, vt no. ff. de dam. infec. l. si finita. §. Iulianus. per Glo. & Dy. & Bal.

Decretum secundum non est actori necessariū, in reali tamen potest interponi, ita not. Innocēt. & Hostien. in c. quoniam. vt lit. non contest. hoc est verū in iuribus secùs in rebus corporalibus, quia translata possessione reus non est amplius reus. vt ff. de no. ope. nun. l. prius. & no. in l. si finita. §. Iulia. ff. de dam. infec. Sed in corporalibus non cadit adeò plena possessio, & ideò etiam possessor agit. vt not. C. de vsufruct. l. corruptionem. quod not. Bald.

Decretum non ligat ignorantem tamen præsumitur quòd quis sciat publicū bannū, ita no. Inno. & Host. in c. 1. de postu. præla. vide inf. in verb. electio. in 6. q. & vide omninò inf. in ver. differētia. in 4. q.

Decretum secundum quid prodest in beneficijs. & vide per Inn. in c. cùm contingat. de do. & cōt.

Decretum idem est quod iussus prout in iudice residet, sed prout residet in executore idem est quod actualis missio, ita no. Innocent. in c. 1. de eo qui mit. in possess. cau. rei ser. fol. 242. nu. 6. vnde decretum de mittendo sequuta actuali missione causa custodiæ, dicitur primum. Si causa satisfactionis dicitur secundum, ante verò actualem missionem nō dicitur reale sed verbale decretum, nec constituit ius in re. vt l. non est mirum. §. sciendum. ff. de pigno. act. vnde tres sunt actus, pronunciatiō de mittendo, commissio de mittendo, & executio commissionis. Prima delegatur vt ex primo decreto non ex secundo. Secunda verò non delegatur, vt in l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. Tertia delegatur cum iurisd. sed nuncio committitur, vt ff. vt in poss. leg. l. is cui. §. missus. & idem dicit Innocent. quòd iudex qui mitti potest adijceret præceptum: puta sic præcipimus reo vt admittat secum istum causa rei seruandæ vel causa custodiæ, vel si præcipimus reo vt det possessionem tali secundum Innocent. ibidem, nec ista dicetur sententia diffinitiua, quia non agitur ad hoc principaliter. facit ad hoc. d. l. si prius. & tene ista menti, quia sunt no Bal.

Decretum de primo & secundo decreto, vide plenè per Bart. in l. si prius. de no. ope. nun. & vide inf. in ver. sententia. in vlt. q.

Decretum an missus ex personali in possessionē ex primo decreto possideat, & quid in hypothecaria, vide per Bart. in l. possideri. §. fin. de acquir. possess. & in Spec. in ti. de con. §. sequitur. ver. sed pone quod conuenit. etc.

Declaratio vide inf. in ver. libellus. in 3. q. circa medium. ibi, nam qui declarat libellum etc. & sup. in ver. citatio. in 22. q.

Deducēs in libello aliqua tenetur probare substantialia & causas sine quibus libellus non esset recepturus non alia quæ non sunt de natura petitionis, nec habent ea qualificare licet ea natura sit rata, vt l. habebat. de inst. & not. Innocent. in cap. ex parte. de pri. fol. 532. num. 1. dic vt in l. adita. C. de æden.

Defectus alterius nemo supplet nisi in casibus à iure expressis, ita no. Innocen. in c. quia diuersitatem. de conces. præb. fol. 372. nu. 4.

Defensio non solùm permittitur cuicunq; ex suis sed etiam extraneis permissum est defendere nō excedēdo modum. Nam licitum est iuuare quemcunq; ius habentem ad defensionem personæ et rerum, & ad recuperationem quando lex permittit, ita not. Inn. c. fi. verò. de se. exc. fol. 547. num. 2. in contrarium facit quòd no. ff. de vi & vi ar. in l. cùm fundum. secundum Ioan. & sic no. ex prædictis, quòd proijcientes lapides ad sedationem rixarum non puniuntur. Bal. vide sup. in ver. absolutio. in 7. q. & inf. in ver. sta. in 3. q.

Defunctus licet non sit conquestus tamen actio datur hæredi ad contractum vsurarium rescindēdum, ita no. Ab. in c. ad nostram. de act. & ven.

Degradatus, vide plenè in c. degradatio. de pœ. lib. 6.

Delegati si sunt plures & vnus abest, licet iste sit absens dolosè, alij nihilominus possunt facere sine illo, ita no. Inn. in c. causam. de offi. deleg. fol. 124. num. 2.

Delegatio an possit probari per testes & an priuilegium, vide Innocentium in cap. cùm olim. de priuil. fol. 53a. num 5. & vide gl. in l. 1. de man. prin. Bald.

Delegationes & subdelegationes probantur per literas delegantis sigillatas, ita no. Inno. in c. quoniam contra. extra de probationibus. fol. 252. in nu. 2.

Delegato aut ei committitur inquisitio, et tūc debet

debet inquirere de fama aut iubetur & tunc non, vide per Inno. in c. ex parte. & in c. cùm oporteat. de accu. fol. 490. nu. 3. & vide sup. hoc eodē ver. in 8. q.

Delegato non sufficit veritas delegationis sibi factæ sine scientia ad hoc vt possit vti iurisdictione, ita not. Innoc. in c. prudentiam. de offi. dele. fol. 124. in num. 8. sed loquitur de veritate conditionis & commissionis. Bal. contrarium ipse videtur not. in c. ex literis. de rescrip.

Delegatus an habeat exercitium iurisdictionis à tempore datæ delegationis, vel à tempore præsentationis sibi factæ de litera, vide quod not. per Innocent. in c. conquerente. de resti. spo. fol. 229. et vide sup. in ver. causa. in 16. q. & sup. in ver. citatio. 26. q.

Delegatus non potest implorare brachium seculare, ita not. in c. 1. de offi. archiep. & vide quod not. in c. 1. de præben. in Cle.

Delegatus à principe si illam causam alteri delegat non potest illam causam ad se reassumere si velit, ita no. Inn. in c. super quæstionum. de offi. deleg. fol. 132. nu. 1.

Delegatus competens si sibi associauit iudicem incompetentem non valet processus, quia procedendo cum adiuncto non seruat formā commissionis. Secùs in pluribus ordinarijs, ita no. Inn. in d. c. super quæstionum ff. de offi. dele. fol. 132. num. 6. vide eo. tit. in c. super abbatia.

Delegatus non potest transferre in aliam personam commissionem sibi factam, si commissio est personalis, secùs si realis est, ita not. Inno. in c. dilectus. de pœnis.

Delegatus si committitur sibi inquisitio, tunc debet inquirere de fama, si autem sibi iubetur non debet inquirere, ita no. Inn. in c. ex parte. de accus. fol. 486. Sed ordinarius inquirit de crimine etiam non facta prius inquisitione de fama, secùs in delegato, vt ibid. per Inn.

Delegatus cui commissa est causa vniuersitatis potest cogere vniuersitatem ad constituendū procuratorem, ita no. Inn. in c. Romana. de sent. excō. fol. 565. nu. 3. & per Iac. de Are. in l. ergò de fideicom. lib. Bal. vide sup. in ver. citatio. 32. q.

Delegatus non potest vti delegatione, nisi primò ea probata, & si de facto ante aliquid facit non valet quod factum est, ita no. Inn. in c. cùm venerabilis. de censi. fol. 448.

Delegatus ab archiepiscopo vel patriarcha potest detrahere vltra duas dietas, ita not. Inn. in c. nonnulli. de rescr. fol. 22. num. 4. & omninò vide inf. in ver. modus. in q. 2. quasi per totum.

Delegatus Papæ non potest mittere in possessionem laicorum, ita no. Inn. in c. significasti. de offic. deleg. fol. 121. nu. 4.

Delegatus non potest exequi transactionē partium, quia non fuit datus ad hoc, ita no. Inn. in c. si quādo. de offi. deleg. fol. 122. et ff. de pact. l. tale pactum. Bal.

Delegatus qui in totum subdelegat nihilominus potest reuocare, re tamen integra, ita not. in c. in literis. de offi. deleg. fol. 122.

Delegatus eo ipso quòd delegationem suscipit delegans suam iurisd. diminuit, ita no. Inno. in c. super quæstionum. de offi. dele. fol. 132. nu. 9.

Delegatus cui commissa est potestas excommunicandi non potest excommunicare ex delegatione sibi facta, secùs in articulo, ita no. in c. cū olim. in fin. de offi. deleg. fol. 139. nu. 4.

Delegatus ad aliquam causam licet recipiat ēt promissum in eum factum, non tamen propter hoc derogatur iurisd. sibi ante attributæ, ita no. Inno. in c. innotuit. de arbi. fol. 189. nu. 4.

Delegatus tuetur possessionem quam ipse dedit vsque ad annum, ita no. Inn. in c. ex parte. de test. fol. 255. in num. 3. dic vt in c. quærenti. de offi. dele.

Delictum, vide inf. in ver. forensis. in 1. q. vbi plenè.

Delictum administratoris interdum habet aliquam iuris formam cōtrahendo de tributo procuratoris litigando, vt l. polla. C. de his qui. vt indi. impetrando, vt l. 4. §. si procurat. ff. quod quisq; iur. authorando, vt l. si dolo. ff. si quis omis. caus. test. interdum non habet aliquam iuris formam. Et hoc dupliciter, scilicet, committendo, vt l. meminerint. C. vnde vi. aut omittendo, vt d. §. si procur. illud verò quòd non punitur dominus criminaliter pro delicto administratoris. vt est text. no. in d. l. polla. ibi, de calūnia tua etc. ita no. Inn. in c. tuæ. vt lit. non contest. fol. 206. & perpetuò tene ista fixa corde. Bald. & vide inf. in verb. punitur. in 3. quæst.

Delinquentibus plu. pariter vnusquisq; principaliter tenetur vt principalis de facto suo, si factum per se potest differi, ita not. Inn. in c. sicut. de homi. fol. 510. nu. 3. & non tenetur de ope. quia nō videtur ad hoc accessisse vt opem ferret, sed vt esset principalis, secùs in ciuilibus, quia duo rei non videntur inuicem fideiubere nisi probetur distinctè & clarè quòd per se præstiterit alij auxilium & per se vulnerauerit & damnum dederit, non enim eò quòd insultū fecit ideò auxilium dedisse videtur, quia insultus cum primo vulnere confunditur, vt C. de accu. l. qui de crimine, et die vt l. qui seruo. in fi. ff. de fur. per Bar. Adde etiā quòd quando aliquis accusatur de auxilio præstito debet exprimi ad quid præstitit auxilium et cuī vt certi hominis factum arguatur, vt l. licet. §. fin. ff. nau. cau. stab. quia auxilium ad hoc de quo agitur præstitū esse debet non ad aliud. vt l. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. & vide omninò quod no. in Cle. 1. de pœnis. in gl. ord. quam tene menti.

Demonstratio, vide inf. in verb. testis. in 41. q. ibi, falsa demonstratio etc.

Denegans soluere censum licet appellet potest excommunicari, ita no. Inn. in cap. significauit. de censi. fol. 446. nu. 3.

Denuncians per calumniam punitur extra ordinem, ita no. Inn. in c. cùm dilectus. de calum. fol. 498. vide sup. in verb. citatio. in 25. q. & supr. in ver. crimen. in 8. q.

Denunciatio potest fieri tam in iudicio quàm extra iudicium, ita no. Inn. in c. solicitudine. de ap. fol. 336. in nu. 3. vide inf. in ver. libellus. in 2. q.

Depositio, vide omninò sup. in ver. citatio. in 40. q. vide inf. in ver. testis. in 44. q. in fin.

Depositio quid nocet monachis, vide per Inno. in c. dilectus filius. de fi. mo. vide sup. in ver. testis. in 57. q. & inf. in ver. spiritualia. in 2. q. & sup. in ver. condem. in 2. & 3. q.

Desertio, vide sup. in ver. appell. in 38. q. & in 46. q. & sup. in ver. condem. in 5. q.

Detinens aliquam vt sponsam etiam de futuro potest petere restitutionē si spoliatur, secùs si tenet concubinā, ita tenet Inn. in c. ex parte. de resti. spo. fo. 232. in nu. 3. Ex hoc quod dicis de spōsa, est verū si spoliatur à tertio, secùs si ab ipsa sponsa, quia dissoluere potest sponsalia, ita no. Inn. ibid.

Detinens

Detimens conuenitur rei vend. aut auferatur sibi detentio & custodia, nõ vera possessio, ita no. Innocent. in c. quoniam. vt lit. non contesta. fol. 207. num. 8.

Deuolutio potestatis quomodo fit ad superiorẽ, vide Inn. & Host. in c. vlt. de elect.

DICTIO quod, vel quæ, sicut in certa literis, an aliquid præstat, vide Innoc. in c. ex ore. de prius. de condi. & demon. l. quibus diebus. §. cùm dominus. & de leg. 1. l. quidam.

Dictio cùm, ponitur accessoriè & priuilegijs importat hanc conditionem. s. si sit accessoria, ita not. Iunoc. in c. dudum. de pri. fol. 537. nu. 4.

Dies feriatus an poßit pro termino aßignari, vide per Innocent. & Hostien. in c. exposuit. de dila. & vide in l. arbiter literalem. de arbit.

Diffamatus, vide omninò inf. in ver. silentiũ. in 1. q. & inf. in ver. sententia. in 74. q.

Differentia inter priuilegium & confirmationem quæ sit, vide per Innocent. in c. cùm inter. de re iudic. fol. 306. in num. 2. & vide sup. in ver. appell. in 26. q.

Differentia est inter cõsuetudinem quæ arctat ad residentiam præcisè, & eam quæ causatiuè respectu præbendæ, ita not. Inn. in c. clericos. de cler. non resi. fol. 354. nu. 2.

Differentia est inter contractum emphyteuticum & censualem, vt per Inn. in c. constitutus. de relig. do. fol. 436. nu. 1.

Differentia inter has formas prouideas, nam hic etiam inuestire potest facias. inf. & facias aßignari. vide Inn. in c. pro illorum. de prebend. fol. 360. num. 1.

Differentiam inter publicam vocem notorium & manifestum ponit Inn. in c. vestra. aliàs in c. sicut. de coha. cler. & mul. & vide de hoc in ver. notorium. in 5. q.

Differunt ista tria decretum, authoritas, et cõsensus, quia sententia decreti exigit scripturam et testes adesse & probationes esse, vt C. de fi. instr. l. emancipatione. ff. de adop. l. post mortem. quia est de act. l. actus. C. de fer. Authoritas verò non est sententia, sed supplementum defectus, & debet sponte præstari, vt ff. de au. tut. l. 1. in fi. item debet præstari in prin. actus, quia aliàs. l. consilio parum firmo resistit. ff. de aut. tut. l. obligari. in fi. de fer. expor. l. si minor. Consensus est rei gestæ vel gerendæ, vel quæ est in fieri confirmatio. & ideò omni tẽpore adhiberi potest. vt ff. de pig. l. si fundus. §. 1. ita not. Innocent. de re. ec. non alie. in c. dudũ. li. 6. fol. 389. in nu. 3. Sed qualiter cognoscã istud? respondeo, si ad solennitatẽ adhiberi debet à iudice erit decretũ, et si ab alio ratione publ. officij hoc erit authoritas nec valet ratihabitio. Si aũt vt à priuato non per modum solẽnitatis nudus cõsensus est secundum eum ibi, & no. benè ista. vide Bart. in l. si autem plures. de aqua plu. ar. & in l. si quis mihi bona. §. iussum. de acqui. hære. vide do. Bal. in l. fi. C. ad mace. & Io. An. in c. ratihabitio. de reg. iur. in gl. & in mercurialib.

Dignitas est esse seruum ecclesiæ, ita no. Abb. in c. iniust. de rer. permu.

Dignitas habet successorem, & si dignitas est contempta agit successor, secùs in canonico, ita no. Innocent. in c. quod sicut. de elect. fol. 58. in nu. 5. ergò prælati succedunt in honore & onere in locũ prædecessorum, sed secùs in cano. Bal. vult dicere Innocent quòd gesta nomine canonici non possunt haberi rata per canonicum qui ei succedit, quia in iuribus canonici succedit capitulũ licet alius succedat in præbenda. hoc vult dicere Inn. hic secundum Bar. in l. bonorum. in fi. ff. rem ra. ha. quod est no. secundum eum ibid.

Dignitates ecclesiæ non ordinantur secundum ius ciuile, nec ex suo sumunt iurisdi. ita no. Host. in c. adhæc. de offi. archiep. & idem tenet Inno.

Dignitates in ecclesia quæ dicantur, & quid si est temporalis, vide per Inn. in c. de mult. de præb. fol. 363. in nu. 7.

Dilapidare nullus magis dicitur quàm ille quũ committit delictum propter quod bona sua confiscantur, ita not. Ab. in c. ex literis. de pig. quod no. vide de hoc gl. no. in §. item prodigus. inst. quibus non est permis. face. test.

Dilatio non datur post terminum lapsum datũ ad probandum nisi ratione impedimenti, ita not. Innocent. in c. in causis. de testi. fol. 256. in num. 3. & illud quod dicitur de quarta productione intelligitur ante lapsum peremptorium, vt ibidem Inn. dicit.

Dilatio quarta qualiter petitur, et qualiter denegatur, vide Inn. in c. significauerunt. de testi. fol. 261. num. 1.

Dilatio est danda parti ad habendos aduocatos, ita no. Inn. in c. 1. vt lit. non contest. fol. 205. in nu. 4. & vide infr. in ver. tempus. in 11. q. & omninò vide supr. in verb. citatio. in 36. q. circa med. ibi, quia dilatio quæ aßignatur à lege etc. et ibi, nunquam habens dilationem.

Dilatio taxata à lege non potest taxari à iudice nisi cum causa, ita dicit Ab. in c. in causis. de testi. adde quòd quando dilatio non est taxata à lege tũc iudex taxat. vt ff. de iur. deli. l. 1. & ff. qui satisf. cog. l. de die. in prin. si autem est taxata, aut est dilatio uniformis quæ pro factorum qualitate non variatur, vt dilatio 10. dierum ad appellandum, et ista non potest taxari per iudicem, vt C. de appel. Auth. hodie. aut est dilatio diuersa & difformis pro qualitate factorum, et tunc iudex potest taxare, vt ff. de fer. l. oratione. & de re iud. l. qui pro tribunali. Et ideò lex nunquam aßignat istas dilationes quin iudici reseruet arbitrium moderandi, vt in c. indultum. de reg. iur. lib. 6. per Dy. Sed pone statutum dicit quòd qui non soluit condemnationem intra mẽsem pes ei amputetur, an iudex poterit minuere istud tẽpus causa cognita, & credo quod non, quia verba statuti sunt conditionalia, & conditio est formaliter adimplenda. l. Meuius. ff. de condi. & demon. & ideò ex quo statutũ figit pedem in certo tepore à forma statuti nõ discedam & totum tempus expectabo. vt l. in illa stipulatione. de verb. oblig. etiam si reus renunciaret dilationi, tamẽ iudex nõ potest facere plusquam verba statuti patiantur, maximè in criminalibus. arg. not. in l. pactum inter hæredem. ff. de pact. Bald.

Dilatio quòd si in prima dilatione probatoria fuit dictum & peremptoriè, tunc secunda dilatio non dabitur nisi cũ maiori solennitate quàm aliàs daretur. i. quòd impedimentum in prima probari oportet testibus non autem sufficit iuramentũ solum, ita no. Innoc. in c. in causis. de testi. fol. 256. in nu. 3. quod est no.

Dilationes sunt ita moderandæ, quòd nõ transcendãt tẽpora instantiæ aßignatæ à lege homine vel statuto, ita no. Inn. in c. in causis. de testi. fol. 256. in nu. 3. et per eundẽ de acc. in c. ad pet. §. alij tamen facit. C. de adul. l. fi. Bal.

Dispen-

Dispensatio, vide inf. in verb. prælatus. & in 1. q. ibi, qui tamen allegat dispensationem etc. & in 6. q. vide sup. in verb. commissio. in 2. q. & infr. in ver. prætor. in 1. q. & inf. in ver. superior. in 1. q. & inf. in ver. episcopus. in 2. 4. & 5. q. & inf. in ver. electio. in 13. q.

Dispensatio inordinata potest reuocari tamẽ beneficium interim licitè retinetur, ita no. Inno. in c. diuersis. de cler. coniug. fol. 352. in nu. 1. & vide sup. in ver. abbas. in 9. & 17. q.

DOLVS procu. nõ nocet domino in eo quòd nõ potest recuperari à procu. vt in beneficio, quia in hoc procu. non intelligitur esse solutẽdo, sed negligẽtia procuratoris nocet domino in beneficialibus, ita no. Inn. in c. cùm olim. de cau. poß. & prop. fol. 224. num. 5.

Dolus vel culpa præsumitur interesse in delicto ex qualitate instrumenti cum quo percutitur, ita no. Inn. in c. significasti. de homi. fol. 512. nu. 3. & ff. ad l. Cor. de sica. l. 1. §. sed si claua. per Iaco. de Are. & circa hoc vide quòd no. Spec. in tit. de pb. §. si. ver. vnde cùm quidam. item præsumitur & mixtæ ratione qualitatis personæ percucientis & qualitatis instrumenti, vt est gloß. no. in l. 1. C. de sica. ff. loca. l. item quæritur. §. idem Iulianus. Sed si de qualitate instrumenti non apparet & ex percussionibus filius vel seruus moritur intra triduum præsumitur dolus, vt C. de emen. propin. l. 1. sed illud secundum. l. Mosaycam. Sed secundum ius ciuile ictus contemplandi sunt, & ex qualitate ictuum præsumitur, præsumitur etiam si post multos dies moriatur, vt ff. ad l. Aquil. l. mela. §. si plures. et in d. §. idem Iulianus. vnde forma calcei non erat instrumentum aptum ad nocendum, quia circa qualitates ipsius instrumenti quatuor considerantur. s. natura, aptitudo, inuentio, & cõsuetudo, sicut not. in simili in l. 2. ff. si cer. pe. et tene menti ista Bald.

Dolus non præsumitur in literis iustitiæ vel paruæ gratiæ, sed in magna sic, ita not. Inn. in c. ad falsariorum. & in c. accedens. de fal. facit ad renũ. mulierum & filiorum, quia si asserunt se læsos in magna quantitate præsumitur interuenisse dolus, aliàs non, ad hoc vide gl. no. in l. cùm proponas. C. de pac. in glo. super ver. caruit.

Dolus si agit & dolosus excipit melior est conditio excipientis qualiter hoc intelligatur, vide per Innocent. in c. intelleximus. de adul. fol. 514. num. 1. nam circa idem debet intelligi nõ circa diuersa Innocent. vnde non soluens gabellam agens ex illo contractu ad pœnam repellitur ab aduersario qui similiter non soluit gabellam illius cõtractus eiusdem. Sed in diuersis contractibus non habet locum, quia ille qui non soluit in vno, auditur in alio, & si statutum dicat quod in nullo audiatur malpagus. i. non soluens gabellam de cõtractu, non tamen poterit excipi ab eo qui est in simili delicto, & ideò dixi ad pœnam, quia secùs si ad purũ interesse: nam quando reus certat de lucro & actor de dãno, obstat reo replicatio doli, vt no. ff. so. ma. l. cùm mulier. per Ia. de Are. in extraiudicialibus, & non imputat arenarius arenario mores prauos: vt l. arenam. secundum Inn. Sed quare de vsuris etiam in alio contractu excipitur? respondeo odio vsurarum, est enim speciale secũdum Inn. in vsurario enim attenditur delictũ in genere, non enim agitur de speciali facto puniendo, et prædicta sunt vera in ciuilibus, sed in criminalibus in præiudicium fisci non fiet compensatio delictorum secundum Innocent. bannitus verò bannitum repellit, quia ista qualitas consideratur in genere banni nõ respectu certi actus, & in genere admittitur compensatio, vt l. 1. §. pen. ff. si pars hær. pe. secundum Iac. But. & hoc in exc. odiosis sed in fauorabilibus reus est potior, vt in §. sed fraudandi. Et ex prædictis colligo, quando in delictis fiat compensatio, & tene menti. Bal.

Dolus in spiritualibus rescinditur per officiam iudicis, ita not. Abb. in cap. cuius. de rerum permu.

Domesticam autem de plano & sine citatione partis debet præmittere ordinarius, vt C. de offi. recto. prouin. l. iustissimos. Bald.

Domicilium, vide supr. in ver. abbati. in 20. q. Et an cõtrahatur per scholarem in loco studij, vide Bart. in l. lex Corn. §. si cùm fundus. ff. de iniu.

Dominium an transferatur per sententiam, vide per Inn. in c. proposuit. de conces. præbend. fol. 371. nu. 5. & dic quòd per sententiam condẽnatoriam sequuta possessione transfertur dominiũ non per absolutionem. ff. de pig. l. si superatus. & not. inst. de offi. iud. §. fin.

Dominiũ non probatur per exceptionẽ annuæ pẽsionis, ita no. Ab. in c. cùm Bertholdus. de re iu.

Dominium & possessio an quæratur per generalem procuratorẽ. Bar. dicit quod sic, in l. qui mihi donatum. de dona.

Dominium potest quæri ex pluribus causis eo tempore concurrentibus, secùs si aduerso secundũ Bart. in l. poßideri. §. ex plurimis. de acq. poß.

Dominus si iurat de calumnia & postea constituat procuratorem ad sic agendum, vel ad sic respondendum, non cogitur procu. iurare de sua malitia. ar. ff. manu. vm. l. pater ex. in fin. Secùs si non habeat certum man. limitatum, ita no. Inno. in c. 1. de iu. cal. fol. 209. nu. 4. nec crimen contrahit, pcu. cum man. sic limitatum est. ff. de contrahen. emp. l. quod sæpè. §. si quis amico. & vide inf. in ver. factum. in 3. q. & inf. in ver. possessio. in 4. q.

Dominus procuratoris reuocat errorem nudo verbo. inf. triduum. ita no. Host. in c. scrip. de elec. vide inf. in ver. testis. in 11. q.

Dominus castri vel villæ potest agere pro iniuria facta suis fidelib. vel subditis, vel villanis, siue dominus habeat iuris. circa castrũ vel villã vel homines, siue homines tantùm: quia fortè ex aliqua liga vel iuramento sunt sibi submissa, & in defectum iustitiæ potest mouere bellum contra iniuriãtem suis subditis, tamen dominus in libello non petit damnum emendari suo subdito cuius non est procu. sed sibi pro suo interesse. Nec dominus istius castri vel villæ poterit facere concordiam vel remißionem de insulto & damno suorũ singulorum subditorum, ita no. Inn. in c. dilectus. de app. fol. 330. nu. 2. et tene mẽti. maximè pro repressalijs concedendis in defectum iustitiæ, quia & bellum moueri potest.

Dominus an teneatur ex delicto serui siue familiarum & scholaris ex delicto famuli & potestas ex delicto familiæ. vide Bart. in l. 1. §. familiæ. de publ.

Dominus continetur etiam sub nomine monasterij, ita no. Inn. in c. volentes. de priui. fol. 538. vide sup. in ver. capella. in 2. q. & sup. in verbo, citatio. in 11. & 12. q.

Donans aliquas res ecclesiæ in proprietatẽ vel ad vtile dominium, an ipse donans poßit recipere de ipsis rebus censum ab ecclesia, vide per Innoc. in 1. de

in c.de mona.de præben.fol.357.num.2. & loquitur in eo qui ædificauit ecclesiam & dotauit eam. Inn.& vide sup.in ver.abbas.in 5.q.quòd no.

Donans se & sua alicui ordini est verus regularis quemcunq; habitum portet, ita no. Abb.in c. 2.de testa.quòd est not.secundum eum ibi.

Donatio facta ecclesiæ per ingressum monasterij per licitum egressum ante professionem reuocatur quia fundabatur super eo quòd tollitur, secùs in mera & pura donatione stante per se ipsam, ita not.Inno.in c.quod à te.de cle.coniu. fol.352. Adde quòd ipse idem not.in c.in præsentia.de proba.fol.249.num.4.vide inf.in ver.monasterium. in 2.q. & vide inf.in ver.rex.in 5.q.

Donatio inofficiosa non reuocatur nisi quatenus est inofficiosa, ita no.Abb.in c. Raynal. extra de test.nō distincto sit inofficiosa dona.re & consilio, vel re tantū, nec distincto sit donatum liberis vel extraneis.vt C. de inof.test.Auth.vnde si parens.secundū Iac.But.Alij dicunt propter fraudē in totum reuocari.item querela ista æquiparatur querelæ inoff.testa.ergò ab extraneo totū aufert. de leg.2.l.Lucia.§. Imperator.in gl. & dic vt ibi per Dy. Quandoq; donatio reuocatur sola natiuitate liberorum, & tunc reuocatur in totum.vt C. de reuoc. do.l.si nunquam & arg.ff.de pac.l.tale pactum.§.fin.Bald.potest dici quòd opi.Iaco.But. sit vera, vbi agens habet aliquid titulo institutionis vt solum ad supplementum competat querela inofficiosæ donationis aliàs sit vera opinio aliorū.

Donatio facta personæ censetur personalis, ita not.Abb.in c.cùm venissent.de insti.tene menti. vide sup.in ver.alienatio.in 5.q.& sup.in verb. adultus.in 1.quæst. & sup.in ver.concedens.in 4. quæst.

Dos debet restitui spoliato antequam cognoscatur de fœdere matrimonij, ita not.Host. in c.accedens.vt lit.non contest.

Dos perditur per adulterium vxorum, vt per Bart.in l.rei intel.§.moræ.ff.sol.matr.

A VICE quid importat hoc verbum, vide Hostien.in c.cùm Vintonien sis.de elect.

ECCLESIA tribus modis accipitur, vno modo, pro vniuersis ecclesijs Christianorum. Secundo modo, pro vniuersis ecclesijs & ministris ecclesiarum. Tertio modo, pro vniuersa congregatione fidelium. His tribus modis accipiendo ecclesiam reperitur, quòd ecclesia habet multa priuilegia tā à Deo, quàm ab Imperatore, quàm à Papa: quæ priuilegia si violantur, dicitur fieri cōtra libertatem ecclesiæ, & incurritur pœna Auth.cassā & irrita. C. de sac.san.ecc.& c.nouit. de sent. excom. Si autem aliquod priuilegium est concessum alicui ecclesiæ singulari per Papam vel Imperatorem, vt ecclesia Perusinæ, & contrarium statuendo illud priuilegium violetur non habēt locum istæ pœnæ, quia non dicitur fieri cōtra libertatem ecclesiæ, tunc enim offenditur ecclesiastica libertas quando ius publicum offenditur quod in sacris & sacerdotibus consistit: vt.ff.de iusti.& iur.l.1.§.ius publicum.non quando ius priuatum vnius ecclesiæ tantùm, ita not. Innocent.& Host. in d.c.nouit.de sent.excom.quòd est multum not. & menti tenendum, secundum Old. & Cy.in d. Authē. cassa & irrita.sic etiam dico quòd ciuium libertas non minuitur licet status vnius hominis periclitetur. Si autem fiat sta. quòd ecclesiæ non audiantur super decimis, quia istud est priuilegium datum ecclesijs à lege diuina dicitur fieri contra libertatem ecclesiæ. Si autem fiat statutum quòd ecclesiæ in suis iuribus non audiantur post 10.ann.istud est contra priuilegia indulta ab Imperatore de quadragenaria præscriptione, & ideò est contra libertatem ecclesiæ. Si autem fiat statu. quòd clerici non possint declinare in rīsdi. iudicia laici, istud est contra priuilegia indulta ecclesiæ, id est ministris ecclesiasticis à Papa, ideò est contra libertatem ecclesiæ. Sed ponamus quòd ecclesia noua cultiua habet priuilegium quòd non curat sibi minor præscri.centum ann. Si fiat statutum impeditiuum istius singularis prærogatiuæ non dicitur esse contra libertatem ecclesiæ secundum Innocent.& hoc quò ad pœnas illius.c.nouit. Sed tamen statutum laicorum non tenet contra ecclesias, vt in c.ecclesia.de constitu. Non tamen dico idem si venerit in deroga. ecclesiæ Romanæ, quia offenso capite totum corpus videtur iniuriam pati, etiam si sola auricula tangatur, vt not.ff.de fur.l.vulg. Et ideò statuta quæ fiunt contra iura soli Romanæ ecclesiæ competentia, puta contra dona. Imperatoris puto dici contra libertatem ecclesiæ & contra ius publicum. Et ista statuta credo esse impræscriptibilia nec vllo tempore roborari, quia lex prohibet statui, et damnat statutum, & statuentem, & patientem, & præscribere esset præbere cōtinuam delinquendi licentiam. Sed an valeat statutum quòd declinantes sint extra protectionem communis, videtur quòd non, sed contrarium seruatur quasi statutum sua ope subtrahi possit. Nec enim cogitur de suo beneficio facere, sed contrariū videtur quia imponitur pœna actui licito, & ideò nō valet.vt.ff ad l.Fal.l.Seius Augerius.& non demerito imò pro lege superiorum præceptum.vt in c.si diligenti.de fo. compe. magis enim declinat eum lex quàm ipse, cùm nec volens cōsentire possit.vt C.de leg.l.ab administratione. Non tamen videtur contra libertatem ecclesiæ, quia non statuit quod nō declinetur.i.quòd non audiatur declinatio declinantis, sed si declinat statuit de alia lite futura, vel dic, quòd etiam valet statutum quò ad priuilegia illius ciuitatis deneganda, sed non quò ad ius commune. sic bannitus perdit iura ciuitatis suæ, & non iura cōmunia, non intentabit ergò viam statuti, sed viam iuris communis ad hoc. vide Cy. in l.1. C. de secun. nupt. facit. l. si quis in bello. §. in ciuilibus. ff. de cap. Sed pone dicit statutum quòd instrumēta cōfessionalia mandentur executioni de facto, id est, executiuæ sine ordine cognitionum. Aliud statu. dicit quòd post decem annos nō possit peti executio. Nunquid ecclesia possit postea petere, videtur quòd sic suo priuilegio. vt in cap. de quart.de præscr. & in Auth.quas actio. C.de sac.san. eccl. in contrarium videtur quia ecclesia se fundat beneficio statuti, vnde totus iste processus est præter ius commune, & ideò non ob. except. agat ergò ecclesia post decennium via ordinaria non via executiua, nam quoties addimus & detrahimus etc.vt.ff.de iust.& iur.l. ius ciuile. & sicut statutum addit circa modum ita detrahit circa tēpus præscripti, imò verius non addit nec detrahit sed totum de nouo inuenit. Et idē potest ius quòd induxit taxare omni generi personarum.arg.ff.de in.do. l. promitten. in princ.cum sua gloss. sic & in tempore accusandi vel inquirendi, vt C.de fal. l.querela.

Querela. Si enim clericus nollet accusare, secundum formam statuti nō poterit accusare lapso termino statuto, & tunc arguo de ciuilibus ad criminalia.ff.de iud.l.omnem.& de pœ.l. absentē. quòd certius est si statutum adimat iurisd. quòd potest secundum Iac.in Auth.statuimus.C. de sacr. san. ecc. Sed quid de stat. disponentibus quòd de omnibus possessionibus debeat solui datium gabella & collecta. An si ecclesia post statutum acquirat aliquam possessionem teneatur soluere collectam, & videtur quòd non, nisi potiùs esset imposita: vt ff. ad muni. l. incola nam mutata persona domini mutatur conditio possessionis, vt ff. de pub. l. licitatio. in fin. quod est verum. Sed pone dicit statutū quòd omnia prædia sint tributaria an ecclesia poterit tunc cogi. Respond. collecta non imponitur per modum tributi, sed imponitur personæ per taxationē bonorum, et in personam dirigitur obligatio, vt ff. de mu. & ho. l. rescripto. §. fi. & ideò quia non vadit per illā viam tale statutum non officit ecclesijs. Alij dicunt contra. nam sicut transit seruitus, vt ff. de ser. rust. præd. l. viam cōstituti. inf. si fundo. sic & hoc onus, ergò ecclesia habebit res suas in æstimo laicorum, et erit sub quodam tributo extraordinario quod non habet certam formam à principio sic. ff. de an. leg. l. medico. quòd nō credo verum, quia res ecclesiarum sunt separandæ à potestate laicorū, cùm sint diuini iuris. ar. no. per Inn. in c. verum. de fo. comp. fol. 196. nu. 1. vnum tamen est omittendum, quòd illa statuta dicuntur contra libertatem clericorum quæ eos timidiores & meticulosos, & eorum aduersarios faciunt audaciores. vt ff. quar. rer. act. non datur. l. 1. §. quæ onerandæ. secundū Bar. vnde non valet illud statutum quòd de clerico occiso non fiat pœna nisi 10. li. nec debebit bonus iudex pati probari eum clericum. ar. ff. de in. l. prætor. §. 1. ad excusandas excusationes in peccatis. nam boni viri interest vias malitijs claudere, vt ff. de rei vend. l. in fundo. Tamen in Italia vti homines viuunt, & nescio qualiter contrarium seruatur in multis partibus, vide inf. in verb. renunciamus. in 3. quæstione. Bald.

Ecclesia potest pati etiam secundum decretum, ita no. Inn. in c. dilecto. de verb. sign. fol. 570. nu. 1. & vide quod no. C. communi di. in l. fi. Et ab isto decreto potest appellari secundum Inn. ibi. et si iudex non vult adiudicare dominiū, potest adiudicare veram possessionem & fructus secundū Inn. ibi. quod est no. facit in ar. l. Lucius & Titia. ff. fami. ercis.

Ecclesia non tenetur ad pœnam in contractu irrationabili promissam, ita not. Ab. in c. 2. de preca.

Ecclesia tenetur indistinctè si mutuum sibi factum cōuertitur in perpetuam vtilitatem ipsius, sed in cibis monachorum non tenetur vltra taxam debitam mona. ita tenet Inn.& Ab. in c. pe. de fideiuss. facit ff. de ali. pu. præ. l. fi. & ff. de exer. l. fi. Bald.

Ecclesia non vacans potest conferri loco non personæ, ita no. Ab. in c. consuluit. de don.

Ecclesia non potest fideiussorio nomine se obligare, ita no. Ab. in c. 2. de solut.

Ecclesia parochialis debet habere quartam non solùm de relictis, sed etiam de omnibus oblationibus, vt de cereis & de pitantia, quæ fiet alteri ecclesiæ vbi corpus sepelitur, ita no. Abb. in c. in nostra. de sepul.

Ecclesia dicitur parochialis inspecto habitu nō inspecto actu tantùm, ita no. Inno. & Abb. in c. de multa. de præben. denominatio enim fiet potius ab habitu quàm ab actu. Bald.

Ecclesia qualiter teneatur ex contractu prælati vel proc. & quis dicatur institor in reb. ecclesiasticis vel prophanis, & de natura ipsorum officiorū indistinctè, vide per Innoc. in c. quod quibusdam. de fideiuss. fol. 396. nu. 3. vide sup. in verb. cano. portio. in 1.q.

Ecclesia potest infligere pœnam corporalem, ita no. Inn. in c. archiepiscopatu. de rap. fol. 515. in nu. 2. & de iure cano. causæ criminales possunt excepto vltimo supplicio, vt ibidem per Innocent. & vide omninò supr. in verbo, ciuitas. in 6. quæstione.

Ecclesia quando est exempta quòd ius perdit, tunc episcopus ratione exemp. vide per Innocentium in cap. recipimus. de priuileg. fol. 531. in num. 1.

Ecclesia vna quando donat alteri in proprios vsus vel vnitur alteri, quid iuris acquiratur, et qd si adijciatur pleno iure, & an donatarius possit ecclesiam donatam obligare, vide per Inn. in c. pastoralis. ext. de priu. fol. 535. nu. 3.

Ecclesia vnita an possit impetrare separationē bonorum, vide per Inn. in d. c. pastor. de priui. fol. eo. & ff. de min. l. ait prætor. in fi. vide sup. in ver. causam. in 4. q.

Ecclesia nō ligat sub terra, ita no. Inn. in c. mulieres. de sen. exc. fol. 547.

Ecclesia interdum non est exempta & tamen parochiani sunt exempti, ita dicit Inn. in c. veniens. de ver. sig. fol. 572. nu. 8.

Ecclesia habens parochiam dicitur curata, licet de facto ibi nulli sint parochiani, ita no, Inn. in c. de multa. de præben. fol. 363. in prin.

Ecclesia quando habet collegium, tunc prælatus eius debet esse perpetuus, ita not. Inno. in c. in latera. de præben. fol. 366. nu. 1. & ibi plenè vide per Inn. de eccl. mona.

Ecclesia quando dicitur ad aliquem pleno iure pertinere, vide Inn. in c. cùm inter. de re iudi. fol. 306. num. 2.

Ecclesia præsumitur libera vbi non apparet & ibi sit aliquis patronus, habet tamen episcopus in ea ius episcopale, ita not Inn. in c. cùm venerabilis. de excep. fol. 292. nu. 9. & vide sup. in ver. cimiterium. in 2.q.

Ecclesia an teneatur ad expensas ex cōtumacia procuratoris, et an restituatur ne teneatur ad ipsas, vide per Hostien. in c. 1. vt lit. non conte. & vide inf. in ver. fiscus. in 1.q. ibi, secùs in ecclesia etc. & infr. in ver. prælatus. in 1.q.

Ecclesia cognoscit de qualibet oppressione pauperum & de sacrilegio etiam in dubio, ita no. Inn. in c. cùm sit generale. de fo. comp. fol. 197. nu. 2.

Ecclesiam vnam potest habere quis titulatam, sed plures habere potest in commendam, ita not. Inn. in c. eam te. de ætat. & qualit. fol. 102. num. 1. vide inf. in ver. inor. in 1.q.

Ecclesiæ hospitalium non sunt exemptæ, ita no. Inn. in c. ad hæc. de priu. fol. 531.

Ecclesiæ tenentur ad munera patrimonialia, ita no. Inn. in c. non minus. de imm. eccle. fol. 459. nu. 5.

EDICTIS, vide sup. in ver. acta. in 3.& 4.q.

Edictum generale sufficit quādo nescitur quæ certa persona citari debeat, ita no. Inn. in c. per venerabilem. qui fi. sint leg. fol. 481. nu. 3.

EFFECTVS attenditur magis quàm verba, quandoq; vel ipſum factum, quandoque econtrà, quia magis verba quàm factum ſiue effectum, ita no. Inn. in c. 1. de biga.

Effuſio ſanguinis quæ dicatur, vide per Inno. in c. cũ illorum. de ſen excom. & ſup. in ver. app. in 48. q. & ſup. in ver. capitulum. in 2. q.

ELECTA vna via an poſſit ad aliam rediri, vide per Bart. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de pub.

Electio, an poſſint eligi duo ad vnam præbendam, vide Inn. extra de præbẽ. in c. maioribus. fol. 355. vide ſup. in ver. admiſſus. in 1. & 3. q.

Electio dicitur via ordinaria, poſtulatio via extraordinaria, nec facit quem prælatum ante diſpẽſationem, ita not. Hoſt. in c. gratum. de poſtu. præl. aliàs in c. 1. & vide infr. in verb. poſtulatio. in 2. quæſt.

Electio Papæ de conſuetudine pertinet ad ſolos cardinales, & quæ ſint ſpecialia in electione Papæ, vide Hoſt. in c. licet. de elect. vide inf. in ver. impeditus. in 1. q.

Electio quando compromittitur videtur conſenſum de perſona idonea, ita not. Hoſt. in c. cauſam. de elect. & electus à compromiſſario videtur electus à compromittentibus, & debet ſtare electioni nõ vi emologationis, ſed vi electionis, quia ipſimet finguntur elegiſſe, vt ibid. Inn.

Electio vbi cunq; eſt nulla ipſo iure licet nondum ſit cognitum de nullitate non impedit ſecundam electionem, iſtam regulam ponit Inn. in c. cõſideranimus. de ele. fol. 44. nu. 2. vide inf. in verb. ſuſpenſus. in 8. q.

Electio canonica non prohibetur propter decretum, ita no. Inn. in c. innotuit. de elect. Hoſt. cõtra non tamen decretum eſt de ſubſtantia electionis, ſed de concomitantijs, & ſicut Apoſtoli non probant appellationem ſic nec decretum electionem. Hoſtien. ibidem vide infr. in verb. legitimatus. in 4. q. et ſup. in ver. admiſſus. in 1. q. et ſup. in ver. confirmatio. in 4. q.

Electio ſi fit per dolum, an teneatur electus renunciare ſi alidi ſit dignus, vide per Inn. in c. quod ſicut. de elect. fol. 58. num. 11. vide infr. in verb. reprehende. in 1. q. & ſup. in verbo, conſenſus. in 4. quæſt.

Electio non poteſt celebrari quando recipit aliquis de his qui ſunt neceſſarij ad capitulum faciendum licet recedat licentiatus, ita no. Innocen. in cap. conſideranimus. de elect. fol. 44. num. 3. tenemenți.

Electio quando caſſatur propter defectũ ordinis ipſe qui fuerat electus non ob hoc efficitur infamis, ita no. Inn. in c. cùm poſt. in fi. de ele. fol. 76.

Electio eſt canonica & non requiritur diſpenſatio licet aliqui ſint contenti, ita not. Inno. in c. tenubis. de cle. pere. fol. 113.

Electio integratur ex tribus. ſ. ex facto electorum, patientia eorum quorum intereſt, & ex confirmatione ſuperiorũ, ita not. Inn. in c. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 176. nu. 3.

Electione nunquam acquiritur quaſi poſſeſſio iuris eligendi niſi electio confirmetur, & ſufficit prima confirmatio in cõtradictorio indicio, ita no. Inno. in c. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 176. nu. 6. vide ſup. in ver. crimen. in 2. q.

Electiones duæ factæ quæ ex illis præualeat, vide Hoſtien. in c. ad audien. de ele.

Electo poteſtate an poſſit ab electi, recedi antequàm acceptet, vide Bart. in l. 1. abſenti. ff. de don.

Electores præſumuntur ſcire qualitatem electi, ita no. Hoſt. in c. cùm terra. de elect.

Electores qui habent ab alio poteſtatem eligẽdi eligunt ſuo nomine non nomine committentiũ, ita not. Inn. in c. in cauſis. de elect. fol. 61. nu. 4. vide infr. in ver. tempus. in 5. q. & ſup. in ver. annus. in 1. q. & ſupr. in ver. capitulum. in 1. q. & ſupr. in ver. conſuetudo. in 8. q.

Electores non poſſunt compromittere de facta electionis factæ, ita no. Inn. in c. dudum. de elect. fol. 51. nu. 3. vide inf. in ver. vox. in 1. q.

Electores non transferunt dominium prælaturæ ſed confirmator ſic, ita no. Innocent. in c. ex parte. de arbi. fol. 188. nu. 5.

Electus à collegio non habet ius excommunicãdi niſi authoritate epiſcopi, ita no. Inn. & Hoſt. in c. archidiaconus. de offi. vic.

Electus poteſt renunciare in manibus eligentium ante confirmationẽ, ita no. Inn. in c. cùm veniſſent. ſupradicto de in inte. reſt. vide bonam glo. in l. legatus. ff. de off. præſi.

Eligendus eſt idoneior præmiſſo tamen ſemper eo cuius intereſt, ita no. Innocent. in c. cùm olim. de teſt. fol. 261. num. 2. vide omninò. inf. in ver. tyrannus. in 1. q.

EMANANS à delegato non dicitur emanare à ſede apoſto. ita no. Iñ. in c. dilectus. de ſi. presb. fol. 108.

Emens granum tempore fertilitatis eo animo vt tempore mopiæ carum vendat, & lucretur, an ſit peccatum, vide per Inn. in c. multa. de cler. & mona.

Emendare, vide ſup. in ver. conducens. in 1. q.

Emendatio, vide omninò. inf. in ver. libellus. in 4. & 12. q. circa medium. ibi, item vbi libellus non continet etc.

Emphyteoſim quam pro ſe & filijs pater ſtipulatur, facit quod filij veniũt vt adiecti poſt mortem patris, et ideò à domino videntur capere mortis cauſa capionem, et ſic habet locum in ea ius accreſcendi ſecundum Bart. in l. mortis cauſa capitur. de do. cau. mor. & plenè in l. ſi mihi & tibi. de verb. obl. vide in Auth. ſi quas rumas. C. de ſac. ſan. eccle. & in ti. qui feu. da poſſ. §. 1. per do. Bal.

Emphyteota poteſt compenſare cenſum quem habet dare cum alio debito, ita no. Abb. in c. bona fides. de depo. quod no. Bal.

*Emphyteota eccleſiæ poteſt purgare moram inf. modicum tempus poſt biennium, quod modicum tempus eſt vnius menſis vel duorum, ita no. Abb. in c. potuit. de loca. & ff. de iud. ſi debitori. & de compẽ. l. fi. & de iu. fi. l. aufertur. §. qui cõpen. vel eſt 10. dierũ. vt ff. de conſt. pecu. l. promiſſo. vel eſt arbitrariũ, vt. ff. de iur. fiſ. l. 1. in fi. & quod no. in ſimili in l. cùm proponas. C. de bon. au. iud. poſ. & hoc in biẽnio legali, quia tempus quod eſt appoſitum à lege non impedit purgationem moræ, licet in pœnam fiat translatio dominij, & reuertatur ad eccleſiã ipſo facto quod eſt mirabile et contra theoricam Dyn. in l. ſi ſeruus. §. ſequitur. ff. de verb. obl. vbi dicitur quòd vbi in pœna fit trãslatio dominij nunquam locum habet purgatio moræ. Sed in hoc capitulo eſt ſpeciale de æquitate canonica. Sed quid ſi iſtud biennium eſt conuentionale? reſpondeo idem videtur quia potius videtur legale quàm conuentionale, nam per huiuſmodi pactum quod per omnia deſeruit iuri communi potius videtur eſſe ius commune quàm pactum, vt ff. de re iudi. l. 4. §. ſi quis. in gl. ibi, non vterq; vbi gl. dicit, quòd tempus à iudice ſtat. conſonat cum tempore legali eſt legale, & quatenus eſt conuentionale ſeu iudiciale, ſic & hìc dicam. nam homo exprimit quòd tacitè inerat. ar. ad idem ff. de adop. l. ſi arrogator. vbi dicitur quòd ſi prouiſio in teſtamentum reducatur non tamẽ dicitur prouiſio teſtato. ſed legis. Ad idẽ facit quòd no. in c. 1. de cõſt. lib. 6. vbi no. quòd ſi de iure cõmuni fiat ſtatutũ, nõ propterea dicitur ſtatutũ ſed ius commune, ad idem etiã facit quia etiã pactum ſecundum ius cõmune debet interpretari, vt ff. de dã. infe. l. inter quas. et l. dãni. per Iac. de Are. & pactũ publicũ. i. ſtatutũ loci, vt not. ff. de decr. decu. in rub. diſtinguitur ſecundũ ius cõmune, vt C. de noxa. l. 2. & no. in l. fi. §. in compu. C. de iu. deli. & ſimiliter cõſuetudo ſecundũ ius cõmune interpretatur & diſtinguitur, vt in c. cũ dilectus. de conſue. quòd ſatis dici poteſt & hoc verũ niſi fuerit appoſitũ iuramentum, quia tunc mora non poteſt purgari, vt l. ſi qs maior. C. de tranſa. ar. tamẽ contra, quia periurus auditur et purgat moram, vt C. de bo. au. iud. poſ. Auth. & qui iurat. vbi dicitur quòd ille qui iuramit de iudicio ſiſti, & nõ ſtetit, et propterea paſſus eſt miſſionem, tamẽ auditur refec. ſumptibus, et præſtita ſatisd. de iudicio ſiſti. Sol. iſtud eſt propter naturam miſſionis quæ ideò fit, vt quis tædio affectus veniat reſponſurus, & ideò non mirum ſi veniens auditur, quia ad hoc prouocatur quòd no. perpetuò.

Emphyteuta qui intra duos menſes poſt biennium ſatis facit dicitur celeriter ſatisfacere, ita not. Abb. in c. 2. de frig. & malef.

EPISCOPALIS ordinis quæ dicantur, et quæ authoritas epiſcopalis, & quæ iuris di. vide Hoſt. in c. dilecto. de offi. archie.

Epiſcopatũ acceptans videtur renũciare prioratui beneficia, ita no. Inn. in c. noſtra. de reſcr. & vide ſup. in ver. Abb. in 8. q. & inf. in ver. teſtis. in 46. q.

Epiſcopi & ſimiles an poſſint diſpenſare, cũ poſtulatur coram ſe, vide Inn. in c. fi. de poſtu. præla. fol. 40. nu. 4. vide inf. in ver. teſtator. in 2. q. & in ver. abbas. in 13. q.

Epiſcopi non poſſunt in ordinibus diſpẽſare nec reperitur expreſſum, ita no. Inno. in c. fi. de obla. ad ratio. fol. 110. nu. 3.

Epiſcopi ſoli conferunt beneficia et præbendas de iure communi, archidiaconi nec alij prælati nõ conferunt, ita no. Inn. in c. cũ ſatis. de offic. archi. fol. 114. nu. 2.

Epiſcopi eccleſias parochiales poſſunt facere conuentuales ſiue collegiatas, dum tamen ad hoc earum ſufficiant facultates, ita no. Abb. in c. quoniam. de vi. & ho. cle.

Epiſcopus vide ſup. in ver. ſyndicus. in 1. q. ibi et eſt no. quod epiſcopus etc.

Epiſcopus licet nõ ſit canonicè confirmatus tamen valent geſta ab eo, & ſufficit hoc ſolum quòd ſit confirmatus, nec exigitur q canonicè propter communẽ vtilitatem & communem errorem, vt ff. de off. præf. l. Barbarius. ita no. Iñ. in c. nihil. de elec. fol. 74. nu. 3. vide ſup. in ver. abbas. in 2. q.

Epiſcopus quando permittatur & quando prohibeatur diſpenſare, vide per Inn. et Hoſt. in c. dilectus. de temp. ord. fol. 100. nu. 2. vide ſup. in ver. caſus. in 13. q.

Epiſcopus diſpenſat etiam in crimine notorio, ita no. Inn. in c. 1. de corp. vitiatis. fol. 111.

Epiſcopus tenetur ex facto ſui vicarij, & imputet ſibi ſi malũ vicariũ elegit, vide Hoſt. in c. ad hæc. de off. archi. & vide ſupr. in verb. capella. in 1. quæſt.

Epiſcopus nõ corrigit exceſſus ſuorũ canonicorũ, quia ſunt pars ſui corporis, ita no. Inn. in c. irrefragabili. de offi. ord. fol. 152. in nu. 5.

Epiſcopus quomodo dicatur iudex exemptorũ & non exemptorũ, & eorũ qui nihil committunt quòd ad ſuam iuriſdictionẽ reuocetur, vide Inno. in c. paſto de offi. ord. fol. 151. nu. 1. facit in ſimili. l. 2. C. de decu. lib. 10.

Epiſcopus ſuũ archiepiſcopum non excõmunicat, licet in ſua dioceſi delinquat, quia eſt inferior eo, ita no. Inn. in c. cùm inferior. de ma. & obe. fol. 160. in nu. 1. Sed extraneũ archiepiſcopũ ſic, quia in ſuo territorio maior eſt eo, vt ff. de manu. l. apud eum.

Epiſcopus quãdo alienat nõ requiritur decretum ſuperiorum ſecùs quando inferior prælatus, ita no. Inn. in c. ſtatuimus. de trãſac. fol. 162. nu. 2. vide ſup. in ver. authoritas in 2. q.

Epiſcopus qui non poteſt habere poſſeſſionem, an debeat conſecrari, vide per Inno. in c. conſtitutus. de app.

Epiſcopus an poſſit diſpenſare ſuper reſidentia quò ad habendos fructus præbendæ, vide Inn. in c. clericos. de cle. non reſi. fol. 354. num. 1. qui dicit q ſuper hoc diſpenſare non poteſt quod tene menti. Item eſt differentia inter conſuetudinem quæ arctat ad reſidentiam præciſe, & eam quæ cauſatiuè reſpectu præbendæ, vt ibidem dicit quod eſt no.

Epiſcopus & canonici faciunt vnum capitulũ in electione non in iuriſdictione, ita not. Inno. in c. poſtulaſtis. de conceſ. præben. fol. 378.

Epiſcopus ſine capitulo habet ius inſtituendi & deſtituẽdi in eccleſijs mino. ita no. Inn. in c. nouit. de his quæ fiunt à præl. fol. 383. Bal.

Epiſcopus cum capitulo ſuo poteſt facere ſtatutum, ita no. Inn. in c. veſtra. de lo. & condu. fol. 392. quæ ſtatuta ſunt ius prætorium & fiunt iure magiſtratus, & ideò actio penalis eſt annalis ſecundum Bar. quod eſt no. Bal.

Epiſcopus quando dat eccleſiam, quid dare intelligitur tunc. vide per Inn. in c. paſtoralis. de dona. fol. 398. nu. 1.

Epiſcopus debet præcingere aliquem miniſtrũ oratorio, ita no. Innocen. in c. authoritate. de cenſi. fol. 451.

Epiſcopus qui concedit monacho curam debet illum remouere & non abbas, ita not. Inn. in c. 1. de capel. mona. fol. 438.

Epiſcopus habens iuriſdictionem temporalem, an poſſit indicere bellum, vide Inn. in c. quod in dubijs. de pœ. fol. 542. qui tenet quòd ſic, nec eſt irregularis ſi ex illo bello ſequatur homicidium, quia ipſe nõ occidit, ſed lex niſi ſuo corpore adſtet, vt ff. de ri. nup. l. palam. in fin. Inn. & ſic multoties faciũt epiſcopi in Alemania guerram cum certis etc. Bal.

Epiſcopus non poteſt indicere laico pargationem niſi in crimine eccleſiaſtico, ita not. Innocentius in cap. nos inter. de pœ. et illud dicitur crimen eccleſiaſticum quòd eccleſia ſuæ cognitioni reſeruat quòd in ſacra re committitur, vt ibidem gloſ. ord. Bal.

Epiſcopus non debet pati quòd ſui ſubditi obſeruent inutile interdictum, ita not. Abb. in cap. quæ ſunt. de his quæ fiunt à ma par. cap.

Episcopus cũ maiori parte capituli potest prouidere pro utilitate ecclesiæ de iuribus pertinẽtibus ad singulos super rebus ecclesiæ, secùs in eo iure quod pertinet ad singulos ratione personæ, ita no. Ab. in cap. ex parte. de his quæ fiunt à ma. par. cap.

Episcopus potest citare suum clericum in curia Romana, ita tenet Ab. in c. memimus. de app.

Episcopus non potest dispensare res ad episcopatum pertinentes seu constãtes sine consensu capituli, ita no. Ab. in c. cùm veniſſent. de inst.

EQVVS, vide sup. in verb. conducens. in 1. g. ibi, non tenetur ad emendam equorum etc.

Equus si per se vadit ad brauium sine puero, an dominus equi debeat habere brauium, vide per Bare. in l. 1. §. item acquirimus. ver. cæterùm. de acquirend. possession. vbi dicitur, quòd debet attendi ista. quia si dicit cuius equus primò venerit, ille habeat, tunc habere debet, secùs si dicit qui primò venerit cum equo etc.

EREMITA, vide inf. in verb. monachus. in 2. quæst.

Error procuratoris potest reuocari vsq; ad finẽ causæ, debet tamen error probari, ita no. Inno. in c. pe. de confes. fol. 247.

Error, vide sup. in ver. dominus. in 2. q. & supr. in ver. actori. in 1. q.

Error circa substantialia rescripti vitiat rescriptum, item æquiuocatio nominis, ita no. Host. in c. super literis. de rescri. facit quod not. ff. de in. l. eũ quem temerè. Sed error in accidentalibus vel error qualitatis non vitiat, vt ibid. Host. vide supr. in ver. citatio. in 40. q.

EVANGELIA vide omninò sup. in ver. crimen. in 4. quæst. vbi habes an testi sufficiat habere Euangelia coram se, & idem in omnibus vbi requiritur actus Euangeliorum.

Euictio, vide sup. in ver. alienatio. in 1. q.

EXAMINATIO vide sup. in ver. abbas. in 3. q. & inf. in ver. test. in 44. q.

Examinatio clericorum debet fieri in collatione beneficiorum, ita not. Inn. in c. quia diuersitatem. de concess. præb. fol. 372. in nu. 5. et ita seruat curia Romana. et vide infr. in verb. testis. in 25. q. et 44. & sup. in verb. causa. in 40. q. & sup. in ver. citatio. in 28. q.

EXCEPTIO dilatoria solutionis potest opponi in causa appellationis, ita no. Ab. in c. cùm Ioãnes. de fi. instrum. & vide supr. in verb. app. in 38. quæst.

Exceptio duplex oritur ex iuramento. s. declinatoria & peremptoria. ita no. Inno. in c. cùm veniſſent. de mſt. fol. 368. nu. 5.

Exceptio rei iudicatæ opponitur ante lit. cont. ita no. Ab. in c. testimonium. de rei iud. fol eo.

Exceptio banni si non admittatur ante lit. contestat. iudex debet eam reseruare & interloqui sine præiudicio sententiæ banni. arg. ff. qui po. in pign. hab. l. Claudius. secùs si de ea fuit plenè cognitum, ita sentit Innocen. in c. veniens. de accu. fol. 487. & vide per Cyn. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vti. pub. Bal.

Exceptio semel opposita ad elidendum rescriptum et reiecta si ex eodem rescripto ad aliud agatur, tamen iterato opponi non potest, ita not. Inno. in c. cùm dilectus. de pur. cano. fol. 539. in num. 5. quod not. & vide sup. in verb. admiſſus. in 4. & 8. quæst.

Exceptio excommunicationis quandoq; est peremptoria, quandoq; dilatoria, vide quod no. Ab. in c. exceptionem. de excep.

Exceptio nulla obijci potest ante libellum porrectum, ita no. Innocen. in c. constitutus. de procu. fol. 171. in nu. 1. quod tene menti. Bald. contrarium no. in l. fi. C. de excep.

Exceptio licet sit reprobata in causa principali nihilominus opponitur in causa appellationis, ita no. Inn. in c. quod ad cõsultationem. de re iud. fol. 306. num. 4.

Exceptio declinatoria & dilatoria quia parum faciunt debent opponi ante lit. contesta. vel tunc, s. in contestatione litis, & qui distulit opponere præsumitur postea malitiosè opponere, ita no. Inn. in c. pastoralis. de excep. fol. 290. in num. 3. & ideò dicit ipse ibi quòd ille qui opponit hodie vnam exceptionem & cras aliam, iste talis est malitiosus vel quærit subterfugia, & ideò statuitur terminus ad oppo. secundum Innoc. idem si quis sæpiùs producit testes, vt in Auth. de testi. §. quia verò. col. 7. qui possunt produci sine dilatione vsque ad aperturam testium. sed cum dilatione vsq; ad peremptorium. & inf. peremptorium vsq; ad quartam testium productionem & eductionem de nominibus testium sic. ff. de arb. l. non ex omnibus. est etiã alia ratio primi dicti, quia exceptiones declinatoriæ sunt quædam præludia iudiciorum, tenc mẽti. Bald. & not. ex prædictis de tempore opponendarum excep.

Exceptio dilatoria solu. non impedit litis contest. super negotio prin. ita no. Innocen. in c. pastoralis. de excep. fol. 290. vide omninò inf. ver. reus. in 4. q. in fi.

Exceptio peremptoria quæ potest simul esse vera cũ negotio princi. potest probari per testes post didicita testificata vt exceptio pacti. Secùs si sit adeò contraria quòd non sit compatibilis cum facto prin. nam tunc non possunt recipi testes, quia esset super eodem maximè cùm debeant deponere testes pro vtraque parte extra de exce. falsi. nisi in dr. esset probã. quia tunc est nouum capitulum, ita no. Abb. in c. 1. de testi. nisi fortè per resti. in integ. nam si post sententiam potest peti restit. in integ. ergò & ante, nã noualis est ista causa rest. in integ. Alij dicunt, quod nisi dicãtur testes corrupti non potest quæstio refricari, sed ista fuit opinio. Placen. reprobata per Accur. tene menti. ista. Bal.

Exceptio quam quis offert se statim probare nõ impedit lit. contesta. nisi excom. notoriè appareat, ita not. Inn. in c. fi. de lib. obl. fol. 203.

Exceptio obreptionis impedit processum literarum obreptitiarum non aliarum licet impediat ex abrupto, ita no. Inn. in c. exceptionis. de lit. contest. fol. 204.

Exceptio pacti de non pe. non impedit processum nisi in pacto interueniat iuramentum, quia exceptio iurisiurandi etiam si in contractu sit iuratum impedit processum, sed exceptio pacti de non agendo impedit processum, quia est pactum factum ad lites excludendas cùm demùm in iud. agitur, sed pactum de non petendo est magis exclusiuum oblat. quàm litis, quia etiam extra iud. petitur secundum Innocent. in c. 1. de lit. contest. fol. eo. contra quam facit. ff. de pecu. l. si postea. ergò pactum de non mouenda quæstione impedit processum, absit enim quòd exceptio peremptoria impediat, sed ex eodem facto duæ oriuntur exc. s. declinatoria & peremptoria, & declinatoria est illa quæ impedit non perẽptoria quod est no. Bald.

Exce-

Exceptio eadem subreptionis potest bis opponi iurisd. et gratiæ, quia opponitur ad diuersa, ita no. Inn. in c. super literis. de rescr. fol. 16. nu. 11. vide infr. in verb. libellus. in 11. quæstio. ibi nec reperio etc. Bal.

Exceptio criminis vel irregularitatis opposita contra electum habet vim accusa. & debet lis super ea contestari, ita no. Innocent. in c. super eo. de elec. fol. 45. idem ibid. no. Host.

Exceptio declinatoria iurisdict. quando est talis quæ reddit iudicium nullum ille cui competit potest eam opponere à principio coram eodem iudice, vel post sententiam coram iudice nullitatis, & licet non valet diffinitiua contra contumacẽ, tamen iste qui prima facie habet iurisdict. potest multam imponere. Si autem exceptio reddit nullum retro processum, vnde debet opponi à princ. tunc siue competat in priuilegium, siue de iure communi debet opponi coram eo iudice, etiam si exceptio contineat crimen vel infamiam, & si iudex grauet opponentem, tunc appellet secundum Innoc. ergò semper coram eodem iudice opponenda est declinatoria, etiam si crimen tangit infamiam vel condemn. iudicis, nam infamia vel crimẽ non perimit ipso iure iurisd. sed elidit ita demùm si opponatur, ergò si non est obiectum non reddit iudicium nullum. Item iudici ordinario non potest obijci infamia, sed solummodò admonitio, sed contra delegatum potest opponi infamia etiam sine alia admonitio. non tamen potest opponi crimẽ sine infamia iuris, vt quod sit adulter vel homicida, ita no. Inn. in c. cùm super. de offic. deleg. fol. 129. nu. 3.

Exceptio adulterij vel homicidij repellit iudicem, ita not. Innoc. in d. c. cùm super. de offi. deleg. fol. eo.

Exceptio manifestæ offensæ an impediat absolutionem fieri, vide Inn. in c. coram. de off. deleg. fol. 140.

Exceptio quæritur multo ergò ignoranti, ita no. Host. in c. cùm pridem. de pac.

Exceptio in multis casibus opponitur nõ agenti quos vide per Host. in c. 2. de ord. cog.

Habētes cerebrū debile debent post potum ire ieiuni ad testificandum, ita no. Abb. in c. 2. de testi. Et sic, si quis reputatur esse ebrius, ad testificandum non debet admitti. Item not. ex prædictis, quod intellectus hominis non dicitur esse ita clarus post comestionem & potum, sicut & quando est ieiunus.

Habentes potiora iura debent in possessorio sicut in petitorio obtinere, ita not. Abb. in. c. licet causam. de proba. facit. l. fi. C. de edict. diui Adriani. Bal.

HÆREDITAS quæ ab indigno aufertur fisco applicatur, ita no. Abb in c. sancto. de success. ab intest. & ff. de inoffi. testa. l. Pap. §. meminisse. Et solus fiscus hoc opponit, vt. ff. fami. ercisc. l. is consequenter. §. 1. hoc tamen verum est de indigno non tamen prohibito, nam si titulus in eum nō cadit vt in spurium fiscus non venit idem vbicunque quis ipso iure repellitur, vt. C. de secun. nup. l. 2. & C. de his quib. vt indi. & l. hæreditas. & ff. sol. matr. l. ab hostibus. §. si vir vxorem. ff. de vulg. subst. l. ex facto. §. si. adde ff. ad Silla. l. propter. §. nepotes.

Hæremodicium contrahitur aliter in causa criminali quia inducit plenam desertionem, & aliter in causa ciuili vbi sola instantia triennio perit, ita no. Inno in c. licet. de accu. fol. 487. num. 3.

Hæres sacerdotis qualiter teneatur de malè gestis à sacerdote, vide per Inn. in c. ex præsentium. de pigno. fol. 395. & vide sup. in verb. condemnatio. in 4. q.

Hæres vsurarij non conuenitur ex maleficio vsurarum commisso à testatore, sed conuenitur ex quasi contractu condictione indebiti, ita no. Inno. in c. Michaël. de vsur. fol. 518.

Hæres de iure canonico tenetur ex delicto defuncti pro viribus hæreditarijs etiam si non fecit inuentarium non tenetur in plus, quia canon non distinguit an fecerit inuentarium vel non, ita no. Inno. in c. in literis. de rapto. fol. 515. & per Io. An. in c. quanquam. de vsur. lib. 6. Nec enim defunctus in plus in foro conscientiæ tenebatur licet in foro causarum defunctus qui nō posset soluere esset in carcere detinendus. Sed pœna carceris non transit ad hæredem, quia est corporalis, & si quis haberet licentiam capiendi defunctum non posset eius hæredē capere, quia ex facto alterius proprię non dicitur quis ex maleficio teneri, vt. ff. de dol. l. hæres. & de offi. procon. l. obseruare. §. 1. est enim captura personæ personalis sed captura rei. i. pignus prætorium trāsit ad hæredem quia realis est, vt. ff. qui po. in pi. habe. l. si iure. sed quòd personaliter cohæret transire non potest, vt. ff. de his quibus no. infa. l. furti. §. qui alieno. cum si. Bal.

Hæreticus vide inf. in verbo, sancti. in. 1. q. vide sup. in verb. crimen. in 10. q. vbi habes quòd crimen hæresis est atrox, & sic iste criminosus repellitur à testimonio. Bal.

HOMICIDA iustè detinet beneficium & dignitatem donec deponatur. Idem in alijs irregularibus. Secùs in omninò incapace, vt in illiterato, infante & muliere, vt in c. cùm in nostris. de confes. præb. Et sic no. quod illiteratus, infans & mulier, istæ tres personæ sunt incapaces beneficiorū. Bal.

Homo liber potest se obligare ad hostagium pro qualibet causa publica, vt pro pace, & scilicet nō pro debito priuato. potest tamen pro debito priuato iurare stare in certo loco, & inde non discedere, ita not. Innocent. in capi. ex rescripto de iureiurando. fol. 284. ad carcerem verò iud. potest quis se obligare, sed non ad carcerem creditorum,

vide

vide quod no. ff. de fur. l. interdum. §. qui furem. Et si ille qui stat obses pro alio soluerit, poterit agere & repetere ab illo, pro quo soluit, vt ff. de neg. gest. l. nam & Seius. Bal.

Homo liber non debet in facie bullari ob reuerentiam creatoris, non creaturæ, ita no. Innoc. in c. ad audientiam. extra de crimi. falsi. fol. 510.

Honor, vide sup. in verb. citatio. in 44. q.

Hospitale quod quisq; priuatus sua authoritate constituit priuatim, non est locus religiosus, & potest alienari, ita no. Innoc. in c. inter dilectos. de dona. fol. 399. nu. 2.

Hospitale priuatum potest quis facere in domo sua, ita not. Innoc. in c. ad hæc. de relig. do. fol. 436. idem de capella. vt ibidem Inno.

ICONOMVS potest fieri ad tempus & imperpetuum, secundū Inno. & Host. in c. edoceri. de rescrip.

IGNORANTIA. Affectator ignorantiæ tanquam sciens punitur, ita no. Inno. in c. cùm inter. el. 2. de elect. fol. 50. vide inf. in ver. tempus. in 12. q.

Ignorans non dicitur peccare, vt C. ne sanctū baptis. l. 2. & ideò non excommunicatur, ita not. Inno. in c. nouerit. de senten. excom. fol. 558. nu. 3. facit. C. de decur. l. generali. lib. 10. & l. quicunq;. C. de ser. fugi.

IMPEDITVS in causa electionis tenetur mittere procuratorem quod est propter instans periculū, ita no. Iñ. & Host. in c. cùm inter R. de elec.

Imperator ante coronationem an habeat plenitudinem potestatis, cùm non dicatur Imperator, sed Rex Romanorum, vide Inn. in c. venerabilem. de elect. Sed quid si duo Imperatores eliguntur in discordia, dic quòd vterq; administrabit, vt Rex Romanorum, & vterq; habebit eandem potestatem quam habet Imperator, donec electio alterius approbata erit per Papam, glo. est no. & singularis in c. Romani. de iureiur. quod not. & tene menti. Bal. & vide sup. in verbo, annus. in 1. q.

Imperator & quicunq; Princeps, in quibus casibus poßint cassari, vide ibidem per Host. vide omninò inf. in verbo, Papa. in 51. quæst.

Imperator in temporalibus præest vniuersis ecclesijs & personis, nisi in rebus & in terris donatis ecclesiæ, ita no. Innoc. de sen. excom. c. nouerit. fol. 558. nu. 2. ergò in terris donatis ecclesiæ nullam habet iurisd. ff. de offic. præfec. vrb. l. 1. §. cùm vrbem. in glo. Bal. vide inf. in verbo. Rex. in 5. q.

Imperio vacante iurisd. deuoluitur ad Papam, ita no. Inno. in c. licet. de fo. compe. fol. 197. num. 3.

Imperium ecclesiasticum, vnde habuit originem de maioritate eius, & de summa potentia, vide in d. c. licet. per Inno. fol. eo.

Imperium quomodo potest esse iustum cùm habuerit originem à vi, vide per Inno. in c. ꝙ super. de voto & vo. redemp. fol. 429. nu. 10. Respondeo iure gentiū, vt l. ex hoc iure. ff. de inst. & iu. Bal.

Impetratio, vide inf. in verbo, ius. in 11. q. & inf. in verbo, taciturnitas. in 2. q.

Impetratio non valet, vbi est certus numerus canonicorum, nisi in bulla fiat mentio de illo numero, ita no. Ab. in c. dilecto. de app. quod no. Bal.

INCESTVOSVS, vide sup. in ver. fili⁹. in 1. q.

Incidēs, vide. inf. in verbo, pronunciatio. in 1. q.

Indicia plenæ subiectionis quæ sint, & quot indicia coniunguntur adinuicem ad probandum, vide per Iñ. in c. cùm inter. de re iud. fol. 306. nu. 2.

Indicia & signa de hæresi debēt plenè probari, ita no. Inno. in c. sicut. de simo. fol. 498.

Indiciorum viam non sequimur per omnia in consilio animæ, ita not. Inno. in c. qui cum fure. de furtis. fol. 515. & no. C. de fur. l. inciuilem. Bald.

Indicium duobus testibus probari debet. l. fi. C. de hæred. nam duo testes deponendo super indicio probant indicium, & non vnus solus testis, sed vnus testis de veritate, & non super indicio deponens benè facit indicium, dummodò sit ritè & legitimè receptus, aliàs nihil probat, vt ff. de quæst. l. maritus. secundum Bart. Bald. & vide inf. in verbo, rumor. in 2. q. & vide Bart. in l. fi. ff. de quæst. ff. & ꝙ not. in l. 1. C. qui & aduer. quos.

Indicium dicitur vsq; ad sententiam, ita not. Ioan. And. in c. quamuis. de elect. in nouella.

Indulgentia strictè interpretatur, ita no. Innoc. & Host. in c. licet. de transla. & vide. inf. in verbo, priuilegium. in 2. q.

Infamia facti repellit à testimonio in criminali, secùs in ciuili, ita no. Abb. in c. testimoniū. de testi.

Infamis, vide sup. in ver. captus. in 1. quæstio. ibi non est infamis, etc. vide sup. in verbo, electio. in 12. q. & sup. in verbo, canonicus. in 8. qō. circa fi.

Infamis quando repellatur ab accu. & testimonio, & quando non, vide per Inno. in c. cùm te. de re iud. fol. 314. in nume. 1. & vide sup. in ver. crimen. in 4. q.

Infrà, de significatione huius dictionis, vide Inno. in c. auditis. de excep. aliàs. in c. pia. fol. 295. num. 1.

Ingressus, ingressum canonicum quis dicatur habere, vide Inno. in c. nihil. de elect. fol. 74.

Inhibitio iudicis non cassatur, licet ipse iudex non vacauerit partes, ita not. Innoc. in c. 1. de noui ope. nunc. fol. 529. tamen non est intelligendum de omni inhibitione, sed de ea quæ ordinatur ad cognitionem futuræ causæ, vt est nunciatio noui operis quæ citationis vim habet, vt si sentiat se grauatū veniat responsurus, vt not. ff. de no. ope. nunc. l. de pupillo. §. meminisse. aliàs præposterū est prius mandare quàm cognoscere, vt in c. Roma. de app. lib. 6.

Inimicus vide inf. in verbo, iudex. in c. quæstione. & inf. in verbo, testis. in 32. q.

Iniuria personalis est, si quis aliquem in carcere coërcet, secùs si ille propter metum non vult de domo exire, vnde ille qui tenet clericum detentum incidit in canonem. Secùs si clericus ille se cogit inimicorum metu, ita not. Inno. in c. nuper. de sen. excom. fol. 550. nu. 2. Item incidit in canonem qui tenet clericum per testes, vel frenum equi, nam & hæc est iniuria personalis. Secùs si quis laceret sibi vestes, vel offendat equum nō constringendo personam. Item si quis fugat clericum eijciendo eum de posseßione iniuria personalis est, vt not. ff. de fur. l. itaq; fullo. Tamen non incidit iste in canonem, quia nō mittit manus in personā ipsius clerici, vt ibidem Innoc. facit. l. 1. ff. de his qui deiec. vel effu. hinc est quòd in lege Cornelia iniuriarum ingredi domum alterius vi est caput per se distinctum à capite pulsati & verberati, vt ff. de iniur. l. lex Cornelia. in prin. Bal.

Iniuria etiam fit si executio fiat ꝑter debitū rationis, ita no. Innoc. in c. fi. de no. oper. nun. fo. 530. & vide sup. in ver. crimen. in 6. quæstio.

Iniuria non probatur per vnum testem & iuramentum, ita not. Abb. in c. peruenit. de test. cogen. & vide sup. in ver. crimē. in 10. q. vbi habes quando

quando admittatur, & quando repellatur à testimonio committens crimen iniuriarum, & ibidem dic, quòd crimen iniuriarum est leue crimen.

Innouare aliquid non dicitur ille, qui vtitur veteri posseßione, ita no. Inno. in c. à memoria. vt lit. pen. fol. 245. & vide omninò in Spec. in tit. de ces. act. §. 1. ver. in summa. Bal.

Inopia excusat ab excommunicatione vel interdicto, ita not. Innoc. in c. P. & G. de offi. deleg. fol. 134. in num. 2. & idem tenet Abb. in c. Odoardus. de solu. argumen. ff. de collati. bo. l. 1. §. si cùm duobus. Sed benè poterit debitor banniri & carcerari, nisi cedat bonis, vt C. qui bo. ce. pos. l. 1. & l. penul. adde quod no. ff. de procu. l. Titius. tamen no. de carcere, quòd antequam carceretur, debet fieri excußio bonorum, vt not. l. 3. §. tutores qui. ff. de suspec. tut. secundum Bar. quod non est verum, quia etiam antè nisi cedat bonis potest quis carceri mancipari, nam si ideò cedit bonis ne carceretur, ergò aliqua bona habebat, vt in Authen. de fideiusso. §. quod autem. & in c. ex literis. de pigno. Bald. vide sup. in verbo, filius. in 2. q.

Inquiri debet de capite & de membris, quando infamia præcedit, ita not. Innoc. in c. cùm dilectus. de accu. fol. 492.

Inquiri non potest, nisi semel de crimine vnius hominis, ita not. Innoc. in c. intantum. de collusio. fol. 520. num. 3.

Inquiritur de criminibus illius, qui debet promoueri absq; specificatione criminum, secùs in iam promoto, ita not. Innocen. & Host. in c. 1. de postu. præla.

Inquisitio si est completa & probata superueniens accusatio, non facit ipsam cessare, vt l. fin. de noxa. & de ædil. edic. l. si quæ eo. Item quia timetur collusio. C. de aboli. l. 2. ff. de iureiur. l. eum qui. §. in popularibus. & de inoffi. testa. l. si suscepta. item quia inquisitio & accusatio sunt de iure communi, & ad idem tendunt, vnde vnum non excludit aliud, vt l. 1. §. dixerit. de publi. & l. in ambiguis. ff. de reg. iur. & per Innocent. in c. cùm dilecti. de elect. fol. 63. num. 9. circa fi. vide Dyn. in c. factum legitimè. de regu. iu. lib. 6. & vide Cyn. & Bald. in l. 1. §. Plautius. de libe. agno.

Inquisitio est processus ordinarius, id est, legitimus, ita not. Innocent. in c. dilecto. de senten. excom. fol. 564. nu. 1. vnum tamen no. quòd qui impetrat inquisitionem, non dicitur accusare. gloss. est no. in l. 1. C. si tutor non gesserit. quod no. Bald.

Inquisitio generalis, quando fit non seruatur forma iudiciorum, ita no. Host. in c. bonæ. de elec. & no. insti. de pub. iud. in prin. vide sup. in verbo, accusatio. in 3. q.

Inquisitio quando committitur ad instantiam alicuius recipiuntur testes quos ille nominat, quando autem iudex inquirit ex suo officio, tunc recipit illos quos sibi videtur recipere, ita not. Host. in præalleg. c. bonæ. de elect. facit. ff. de condi. ob tur. cau. l. si tibi. Bald. vide. inf. in verbo, libellus. in 2. q. & sup. in ver. alienata. in 2. q.

Inquisitio canonica potest fundari super delicto in genere, sicut infamia & purgatio, nec coarctandus est inquisitor qui facit ex officio & bono zelo, sicut coarctatur accusator qui procedit ex odio, & qui debet esse plenè instructus non per famam, & ideò in inquisitione non habet locum. l. libellorum. ff. de accu. quia potest fieri de homicidio, simonia, & adulterio in genere, licet non dicatur vbi & quando, & cum quo, secundum Inno. & sentit glo. ibidem insti. de pub. iud. in princ. Tamen secùs est in inquisitione quæ succedit loco accusationis, & tendit ad eandem pœnam, vt no. Ia. But. in inst. de act. in prin. nam & in ea habet locum. d. l. libellorum. & si illa omittuntur est inquisitio specialis inepta. & d. glo. insti. de pub. iud. debet intelligi in inquisitione generali nō in speciali secundum Doct. Et idem dicit in exceptione, quia in accusatione si habet vim accusationis, vt in exceptione lenocinij, vel sit opp. testi. vt in c. præsentium. fauore probationum credo illud fore introductum, vt cùm sint certæ non elidantur per incertum, aliàs autem sufficit exceptio generalis, vide ista quæ tanguntur in c fin. de pur. ca. per Inno. fol. 540. & in accusatione ciuili, si irrogat infamiam idem quod in accusatione, si non, tūc non est necesse apponere talia, vt ff. de iniur. l. prætor. per Bar. Bald. vide. ff. de dolo. l. item exigit. per Guil. de Cu. & do. Bal.

Inquisitio ab episcopo quod committitur ad instantiā alicuius videtur ille legitimatus promotor, ita no. Iñ. in c. ex parte. extra de accu. fol. 486.

Inquisitio specialis circa inquisitionē sunt ista, primum est, quia in ea non requiritur solennitas quæ in accusa. vt no. insti. de publi. iud. in prim. Secundum, quia in inquisi. testes possunt recipi lite non contest. vt per Inno. in c. vt lit. non contestat. fol. 206. nu. 7. Tertium, quia testes possunt recipi post aperturam testium, vt per Inno. in c. cùm clamor. de testi. fol. 267. nu. 2. Ratio quia in inquisitione non est accusator, & ideò subornatio non timetur. Quartum, quia si super inquisitione generali testes aliquid dicant quòd iudex per id potest ferre sententiam, vt per Inno. in c. dudum. de elec. fol. 51. nu. 4. Quintum, quia iudex potest formare inquisitionem specialem, si testes super inquisitione generali recepti aliquid dixerint, & potest ipsos iterato examinare & sentētiam ferre, vt not. Inno. in c. qualiter. de accu. fol. 490. num. 2. Item non videtur quòd quis ex generali inquisitione damnetur, nisi ad specialem descendatur secundū Inn. ibidē. vide in. l. si vacātia. C. de bo. vac. li. 10.

Inquisitor datur ad petitionem vniuersitatis, ita not. Innoc. in c. cùm dilectus. de purg. cano. fol. 539. num. 5.

Inquisitor procedit contra Seium, Seius opponit declaratoriam, dicit: inquisitor responde primò inquisitioni reseruat[illegible]
ritur an Seius teneatur
sic, quia inquisitor nō li
rum, vt no. inst
verum, quia
no. in c. exh
vitiat proc
cusationis,
hoc quia in
bet constar
personarun
in l. si quær
Adri. tol.
dā. sup ver
Inquisit
lennitati
in c. cùm op
dic, vt not.
lec. Bald.
Instanti
inclusiuè, n
sit abbreui

loco temporis præfixi de iure communi, & facit quòd alia sit meta temporis, ita no. Inn. in c. vt lit. non conte. fol. 205. vide inf. in verbo, tempus in. 9. q. & inf. in verbo, reſcriptum. in 1. q.

Inſtantia dicitur durare dupliciter vno modo, id eſt integritas totius proceſſus. Alio modo inſtantia citationis. Primo modo finitur inſtantia dupliciter, vno modo tempore. i. triennio quod incipit lite conteſt. vel quaſi. Alio modo, quod iudex abſoluit reum ab' obſeruatione iudicij quod fieri poteſt etiam ante litem conteſta. & iſtis modis etiam acta pereunt, non tamen prout iuriſdict. delegata ſecundum Innoc. Secundo caſu non finitur inſtantia nec proceſſus inchoatus, ſed ſolùmodò illa citatio aboletur, vt l. & poſt edictum. ff. de iud. Sed nouo iure etiam illa inſtantia citationis non tollitur, niſi comparens hoc petat pronunciari, quia vno comparente, id eſt, citato citatus habetur pro vero contumace, & contrahitur eremodicium ſecundum Innoc. Item quando quis abſoluitur ab inſtantia totius litis eſt neceſſe aduerſarium citari, ſecùs ſi ab inſtantia cit. ſecundum eum. Ad hoc tamen vt circumducatur edictum requiritur quòd iudex hoc pronunciet vel partè licentiet, aliàs non circumducitur, quia iudex poteſt ſpectare de benignitate in diem ſequentem, & quia poteſt ſupplere pro abſente, qui tamen comparuit ſi finito termino receſſit ſine aliqua licentia non eſt habendus pro contumace, & qui nõ expectauit vſq; ad voluntatem iudicis non poteſt petere expenſas ab aduerſario. Notandum tamen eſt quod licet in iudicijs circumducatur edictum, ſecùs tamẽ eſt in electionibus & alijs factis, in quibus negotio infecto nunquam circumducitur edictum ſecundum Inno. in c. conſuluit. de offic. dele. quod eſt totum menti tenendum Bald. vel aliter dicas, quòd inſtantia perst quatuor modis, ſcilicet, tempore, lapſu, termini, vel triennij. Item ſi iudex abſoluit reum ante terminum, id eſt, abſoluit reum ab obſeruatione iudicij. Item ſi renunciatur inſtantiæ, item renũcietur liti, vt ff. iud. ſol. l. 3. & C. de pact. l. poſtquam liti. & no. C. de præſcrip. lon. temp. l. 1. Sed quid ſi per diffinitiuam reus eſt abſolutus & appareant probationes quæ fecit actor, nam iudex qui abſoluit videtur eis fidem adhibuiſſe. Sed videtur quod valeant, quia ſententia non tollit veritatem, nec probat veritatem factam legitimo tempore, vt ff. rem ratam habe. l. procu. ad exhibendum. §. 2. ff. de condi. inde. l. Iul. Bal.

Inſtrumenta ſuſpecta non probant, & quando inſtrumentum redarguitur de falſo, debet tunc ædi totum nec ſufficit partem tenere. ita no. Abb. in c. contingit. de fide inſtru. Adde in priuilegio, quia ſolùm illa pars debet ædi ab impetrante quæ facit ad cauſam, vt ibi dicit Abb. idem in legatario, quia debet ſolùm ſibi ædi illa pars teſtamenti quæ facit pro eo circa legatum, vt C. de prec. imper. offer. l. fi. per Ia. de Are. & Cyn. à ſimili illa ſola pars inuentarij debet ædi, quæ tangit factum petentis iudici tamen debet integraliter produci, vt ff. ad leg. Fal. l. maritus. p Iac. de Are. Bal. vide ſup. in verbo, amiſſio. in 1. quæſt. & ſup. in verbo, appellatio. in 32. q.

Inſtrumenta ex quo ſunt in iudicio producta & in ac. regiſtrata originale ſeu exemplar non cogitur ædi, niſi falſum allegetur, ita not. Innoc. in c. quoniam contra falſam. de prob. fo. 252. nume. 4. vide omninò. inf. in verb. teſtis. in 61. q. 2. & ſup. in verbo, citatio. in 40. q.

Inſtrumento ſtatur, & ꝓſumitur contra ipſum, niſi figura ſeu forma præſumptionis defendatur ipſius inſtrumenti, ita not. Innoc. in c. 1. de fide inſtru. fol. 273. num. 9.

Inſtrumentum q̃ quis produxit, non poteſt reuocare productionem, licet poſſet reuocare confeſſionẽ ſi fuerit erronea, ita no. Innoc. in c. cùm olim. de cenſi. fol. 447. num. 3 Primum eſt verum, niſi aduerſarius opponat quod ſit falſum, quia tũc poteſt producens ei renunciare, vt l. 3. C. de fide inſtru. Bald. ratio eſt, quia omnis producens ſcripturam videtur fateri quod ſit vera, & omnia in ea contenta ſecundum eum hîc, & in c. venerabilis. de excep. Bald.

Inſtrumentum non probat ea quæ ibi dicuntur incidenter, ſed ea ſolùm de quibus notarius interfuit rogatus, ita no. Inno. in c. cùm in iure peritus. de offi. deleg. fo. 138. nu. 5.

Inſtrumentum procurationis non eſt de act. ſed productio eius ſic, ita no. Inno. in d. c. cùm in iure. de offi. dele. fo. 138. nu. 6. vide ſup. in verbo, actio. in 6. q.

Inſtrumentum non dicitur falſum, licet erratum ſit in verbis narrationis, ſed tunc demũ cùm reperiatur falſum in eo, de quo notarius atteſtatur de viſu & proprio auditu, ita no. Innocen. in præalleg. c. cùm in iure. de offic. deleg. fol. 138. nu. 5.

Inſtrumẽtum non probat, niſi illa tantùm quæ tunc fuerunt geſta, ita not. Innoc. in d. c. quoniam contra falſam. de prob. fol. 252. nu. 7. & vide eod. titu. in c. 1. in Cle. nam notario debet mandari & man. non eſt de re geſta & hoc de principalibus, ſed de acceſſorijs probant, vt l. optimam. C. de cõtrahen. & commit. ſtipu. Item quando præſumitur ſolennitas omnia probat etiam ea, quæ tunc non erant in fieri, vt not. in l. 1. C. de fide inſtru. & iure haſtæ fiſc. lib. 11. Bal.

Inſtrumentum notarij quando copiatur in actis ſufficit etiam ſine ſubſcrip. teſtium, & eſt ſpeciale, ita no. Inno. c. poſt ceſſionem. de probat. fo. 248. nu. 2. in contractibus tamen licet ipſa inſtrumenta fiant apud acta requiruntur ibi teſtes, vt ſi cõſtituo procuratorem apud acta. Item in actis voluntariæ iuriſdi. vt in emancipa. manumiſſionibus & ſi. niſi fiant in publico parlamento vel archiuo, vt C. de fide inſtru. l. emancipatione. & ff. de adoptio. l. poſt mortem. & C. de his qui in eccle. manu. l. 1. vel niſi fiant coram Principe, vt C. de teſti. l. omnium. Adde quod not. ff. de teſti. l. current. & C. de donati. in l. in hac. & ff. quemadmo. teſt. aper. in l. ſi quis. Bal. vide inf. in verbo, litera. 15. q.

Inſtrumentum dicit quòd Abbas & conuentus facit procuratorem, dic quòd Abbas intelligitur loqui vt membrum collegij, non vt ſingularis perſona, & ideò ipſe Abbas non repellitur à teſtimonio, ita no. Inno. in c. ad hoc. de te. & ibidem vide per ipſum, quando monachus & abbas poſſint eſſe teſtes in cauſa ſui monaſterij.

Inſtrumentum quando publicatur vel exemplificatur requiritur quòd pars ſit citata, vel ſit ibi præſens, ita no. Inno. & Hoſt. in c. fi. de fide inſtru. Saluo quod contra producentem ſtatur ſumpto. vt l. ad hæc. C. de fide inſtru. Item quod contra eum qui tranſſumi fecit, vt ff. de admini. tu. l. chirographis. & ideò contra tutorem probatur ex inuentario, licet non appareant inſtrumenta originalia debiti, quod benè no. Bal. & ſic nõ ex prædictis qualiter inſtrumentum debeat publicari & exemplari,

exemplari, & differentia inter publi. & exempli. publicatur enim quod prius exemplatũ erat, puta teſtimonia. Item teſtamenta. Exemplatur autẽ quod publicũ eſt, & publici authoritate nititur, ſecundum Inn. & Hoſt. ibidem.

Inſtrumentum qui producit pro ſe tenetur ſtare ei contra ſe niſi illud iudex non admiſerit tanquam falſum. Dicit tamen ipſe hîc, quòd ſi peto à te decem, & tu excipis de pacto de non petendo & producis ad hoc falſum inſtrumentum in quo debitum continetur licet ego aliter non probem, cõdemnaberis vigore inſtrumenti, quod eſt dictum ſingulare ſecundum do. Petr. Bald. Sed ſi fortè iudex non admiſit eum tanquam minus ſolenne, tamen productio habet vim confeſſionis eius quod in eo continetur, ita not. Innoin c. cùm venerabilis. de excep. fol. 292. num. 7. facit ff. depo. l. publia. in fi. & C. de fide inſtru. Auth. ad hæc. & quod no. in l. 1. §. æditiones. ff. de ædẽdo. ſublato autem fundamento confeſſionis tollitur confeſſio ſecundum eundem. Si tamen producens chartam vel allegãs legem errat ſibi, non præiudicat ſecundum Innocen. ibid. vide ſup. in verbo, citatio. in 38. q.

Inſtrumentum & aliæ ſcripturæ notarij excõmunicati vel ſententialiter condemnati non valent, idem ſi teſtis eſt, quia teſtimonium valebit ex quo ſententialiter non eſt condemnatus, ita no. Innocentius in c. Pia. de exceptionibus fol. 295. num. 4.

Inſtrumentum donationis in dubio interpretatur in largiorem partẽ quatenus tangit ius donantis, ita no. Abb. in c. cùm dilectus. de dona. Et in dicto. c. nota clauſulam in fine cõtractus poſitam referri ad proxima non remota quod eſt valde nota. Et ſuper hoc no. ad quod eſt vna intentio quandoque dubitatur quæ ſit mens ſeu quæ ſit intentio, & interdum plura copulantur à lege, interdum ab homine, & interdum clauſula eſt ſpecialis, interdũ vniuerſalis, interdum indiffinita. Et quãdoq; oratio eſt copulatiua, quandoq; diſiunctiua, quandoq; conditionalis, vt ff. de hæred. inſt. l. ſub conditione. & de verb. ſig. l. hæc verba. vnde in d. c. ſunt plures donationes & plures donandi formæ. Et ideò clauſula vltimo loco poſita non refertur ad omnia tenemenți. Bal. Item in diſpoſitione legali multum ponderamus rationem an ſit eadem vel non. ar. C. de interd. l. 1. nam vbi eſt eadem ratio ibi eadem mens eſt vel eſſe præſumitur, vt d. l. 1. C. de interd. & no. in l. cum tale. §. pen. de cond. & demonſt. quæ ratio ſi ſcripta eſt, perit auxilium directum, vt ff. de ver. ſig. l. nominis & rei. §. 1. Si autem non eſt ſcripta perit vtile remedium, vt in d. l. 1. C. de interd. item ſi ſunt plures leges vel plura capitula dictum in vno ſtatuto, non videtur in alio repetitum, vt l. prætore. §. rit. ff. vi bo. ra. itẽ ſi eſt vna lex habens plura capitula diuerſa naturæ natura vnius non videtur accommodata naturæ alterius ſed quantum natura communis ſit & quatenus ratio eſt vniformis & capitula ſunt contigua fit repetitio, vt not. inſtit. ad l. Aquil. §. hoc autem capite. & inſt. de rer. diuiſ. §. item lapilli. item quod iuris eſt videtur repeti non facti contingentia eadem exigi in diſſeparatis, ſecundũ Bar. Bald.

Inſtrumentum ſtatim debet ædi vbi in poſitionibus vel in libello de eo fit mentio, ita no. Ab. in c. 1. de prob.

Inſtrumentum locationis in quo dicitur conduxit & precario rogauit importat quod intelligatur rogare ne poſſideat, ita no. Bart. in l. ſi quis ante ff. de acqui. poſſ.

Intentio ſola committendi vſuras ſine perceptione non obligat ad reſtit. ita not. Inn. in c. conſuluit. de vſu. fol. 517.

Interdictum quis poteſt ſuſpendere, & quæ differentia ſit inter interdicere locum, & interdicere perſonas, vide de his per Innocentium in cap. vt priuilegia. de priuilegijs. folio 536. numero 1.

Interdictum an extendatur ad familiares epiſcopi & capituli, vide per Innocent. in c. quòd nõnullis. de priu. fol. 536. nu. 2. facit in arg. ff. de iud. l. non aliàs. §. 1. Bal.

Interdictum quid vult dicere. Et an interdicti poſſint ſepeliri in cimiterio, & ſi fuerint ſepulti vtrum ſublato interdicto ſint extumulandi, de omnibus his vide Inno. in c. tanta. de exceſ. præla. fol. 527. nu. 6.

Interdictum dicitur violare qui in ordine ſuo agit quæ ordini ſuo non cõueniunt ſolenniter per Innocen. in d. c. tanta. fol. eod. vide inf. in verb. ſuſpenſus. in 6. quæſt.

Interdictum non obſeruans debet ab offi. remoueri & efficitur irregularis, ita not. Innocen. in c. 1. de poſtu. præl. fol. 35. num. 7. vide inf. in ver. teſt. in 25. q.

Interdictum differt à ceſſatione à diuinis quia p. imo caſu, id eſt, celebrans tempore interdicti eſt irregularis alio caſu non, ita not. Innocentius in cap. irrefragabili. de offic. ordin. folio 152. numero 4.

Interdictum non ſuſpendit propter appellationem, ita not. Abb. in cap. ad hæc. de appel. de qua nulla ratio reddi poteſt, niſi quia ita ſtatuit canone vileſcat authoritas clauium. Bal.

Intereſſe commune quis dicitur proſequi, & quis intereſſe ſingulare, vide Inno. in c. cùm eccleſiaſtice. de excep.

Interlocutoria vide ſupr. in verb. cita. in 27. q. prope finem. & ſuprà in verbo, confeſſio. in 7. quæſt.

Interlocutoria non tranſit in rem iudicatam quando diffinitiuè eſt pronunciandum de principali, ita not. Innocent. in cap. cùm dilecti. de electi. fol. 63. num. 10. tamen poteſt appell. quando fertur ſuper capitulo ſubſtantiali, vt l. intra vtile. ff. de minor. item quando fit ſtatim executio vt ſi pronũcietur aliquem eſſe capiendum vel torquẽdum vt ibi not. item ſi non expectat aliam poſt ſe, vt l. ait prætor. §. permittitur. eod. tit. item ſi non recipiatur poſt ea procurator, vt C. de procur. l. ita demùm. ſecundum Legiſtas. Bal.

Interlocutoria poteſt ferri contra abſentem & non per contumaciam, ita no. Innocent. in cap. auditis. de procu. fol. 169. nu. 2. & per Iac. de Are. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. de off. proconſ. & leg. Secùs in diffinitiua. vt l. furioſo. & ibi no. ff. de re iud. Bal. hoc verum quòd interlocutoria poteſt ferri abſente parte ſi parum grauat, vt l. ille à quo. ff. ad Trebel. & l. recuſare. in prin. eo. titu. Secùs ſi nimis grauat vel abſorbet ius alterius, vt in Auth. vt ſpon. larg. §. ad hæc. col. 9. & in Authen. de hær. & fal. §. ſi verò abſunt. col. 1. et per ea quæ no. ff. de bon. poſſ. l. 3. §. pen. & per Innocent. in d. cap. auditis. Bald. vide per Bald. ſuper hoc in. l. eleganter. §. ſi quis poſt. ad fin. ff. de cond. indebi.

Interlocutoria quando poſſit reuocari vel emẽ-

dari vide per Inn. in c. cùm cessante. de appell. fol. 335. & de præto. stip. l. 1. §. vlt. Bal.

Interlocutoria & man. iudicis factum ex officio perit perempta instantia quia est de ac. si mandatum sit factum cum causæ cognitione, ita no. Innocent. in c. cùm venissent. in glo. non concessi. de inst. fol. 368. nu. 5. vide inf. in verb. testis. in 32. q.

Interlocutoria an possit reuocari intra 10. dies à tempore latæ, vide per Inn. c. sacro. circa fi. de sen. excom. fol. 555. nu. 13.

Interlocutoria fertur super emergenti, ita not. Ab. in c. licet causam. de prob. & vide sup. in ver. appellatio. in 31. q. & sup. in ver. citatio. in 19. q.

Interpretatio priuilegij potest fieri pendente lite, sed non modificatio, ita no. Inno. in c. olim. de verb. sign. fol. 565. nu. 2.

Interpretatio rescriptorum debet concordare cum iure cõmuni, ita no. Innoc. in c. 1. vt lite penden. fol. 245. & sentit in c. si aduersarius. de eo qui mit. in posses. cau. rei ser. fol. 243. nu. 4. idem in statutis, vt in c. cùm dilectus. de consu. Nam aut statutum loquitur ambiguè vel indiffinitè & tunc distinguitur per ius commune, vt l. 2. C. de noxa. Aut est plana verborum signific. & tunc in casu deciso standum est sta. sed in casu omisso sequimur ius commune, & si non reperitur eo casu ius commune disponere tũc proceditur de similibus ad similia. l. de quibus. de legib. Bal.

Interrogatoria fiunt super testibus examinandis, & non debet dari necessario cop. interrogatorij parti aduersæ ne possit instruere testes, si tamen iudex dat parti cop. vt opponat interrogatorio poterit facere, & non peccabit secundum Innoc. nec vitiat instructio dictum test. vt no. Roffre. in ti. de senatuscon. libo. Articulorum verò & capitulorum probandorum debet dari copia parti ad oppo. contra impertinentia & ad deliberandum, & hoc venit ex illa regula quòd omnia sunt ædenda quibus quis vsurus est, vt ff. de æden. l. 1. §. ædenda sunt. vtitur autem capitulis qui ea producit, ita not. Innocen. in c. Albericus. de testi. fol. 265. nu. 5. & facit quod not. per eundem in c. 1. de probat. Tamen dicit Inno. in d. c. Albericus. quod licet nõ fuerit data copia articulorum parti nihilominus processus valebit, vide inf. in verbo, testis. in 5. 7. & 45. q.

Interruptio ciuilis quot modis fiat, vide Inno. in c. illud. de præscrip. fol. 298.

IRREGVLARIS non est corpore vitiatus, ita not. Innocen. in c. presbyterum. de cler. ægro. folio 368.

Irregularis est scribens sententiam mortis, ita no. Inno. in c. in sententiam. ne cler. vel mona. fol. 162. in nu. 3. & vide inf. in verb. suspensus. in 1. & 4. q. & sup. in ver. interdictum. in 5. q. & infr. in ver. suspensis. in 1. & 3. & 9. q.

Irregularitas est de iure positiuo, & non habet locum nisi in casibus expressis in iure, ita not. Inn. c. ad audientiam. de homi. fol. 511. in nu. 9.

IVRISDI. non potest prorogari in foro pœnitentiali, quia potius est officium quàm iurisdi. ita not Abb. in c. de causis de offi. deleg.

Iurisd. si est commissa alicui specialiter an derogetur ordinariè generali, vide Innocent. in c. recepimus. de priuileg. folio 531. in prin. qui allegat. l. pro & contra. vide supr. in verbo, abbas. in 8. quæstion. vbi habet episcopalem iurisdictionem, vide supr. in verbo, causa. in 6. quæstion. ibi in reuocatione iurisdict. etc. vide sup. in ver. citatio. in 28. q. circa medium. ibi idem si iurisdictioni etc. vide infr. in verbo, imperio. in 1. quæstion. & suprà in verbo, excommunicatur. in 4. quæst. Bald. vide Ange. de peru. in l. testament. C. de testa.

Iurisd. quando competat cum scribitur pluribus iudicibus, vide Innocent. in cap. prudentiam. de offic. delegat. fol. 124. numero 9. vide infr. in verbo, testis. in 70. quæstio. & inf. in verb. sententia. in 33. q.

Iurisdict. suppenditur per appellationem, & quando hoc sit verum, vide per Inno. in c. super eod. de appellation. fol. 320. Et sic no. quando appellatio suspendit processum primi iudicis et quãdo non.

Iurisdictio tollitur contraria consuetudine & præscripta, ita dicit Innocent. in cap. ad nostram. in fi. de appell. fol. 317. & vide infr. in verbo, statutum. in 1 quæstion. non ante factum statutum oritur iurisdictio.

Iurisdictio nuda transfertur ad iudicem appellationis non possessio vel aliud ius, ita not. Innocent. in c. Romana. de appell. fol. 343. num. 5. vide omninò infr. in verbo, reus. in 1. q. & sup. in verb. citatio. in 35. q.

Iurisdictionis tres sunt species principales, scilicet, merum imperium, mixtum, & iurisdictio. Si quis vtitur vna specie non porrigitur ad aliã speciem. Sed per exercitium vnius speciei quemlibet articulum illius speciei videtur exercere, ita not. Innocent. & Abb. in c. dilectus. ne capellis mona. & tene menti ista. Bal.

Iurisdictionis venditione qualiter possessio acquiratur, vide Bar. in l. possideri. in prin. ff. de acqui. pos. & ibi ponit de venditione castri. etc.

Iudex potest informari de fama alicuius sine ordine iudiciario & sine testibus in forma iudicij receptis, ita not. Innocent. in cap. cùm in tua. circa fin. in verbo, de plano. de spons. fol. 465. ergò si iudex inquireret cũ testibus inhabilibus, non potest sibi opponi de testium inhabilitate, quia sine eis actus valeret, multò magis ergò valere debet licet sint inhabiles per gloss. not. in l. quidam testamento. §. 1. ff. de testa. Bal. vide inf. in ver. testis. in 7. q. & sup. in ver. causa. in 11. q.

Iudex si dixit in commissione, committimus tibi vices nostras, certè ex vi istorum verborum nõ potest reuocare commissionem nec ad se resumere, ita no. Inn. in c. venerabilis de offi. deleg. fol. 141. num. 3. & vide in ca. 1. in fi. eod. titul. vbi videtur tex.

Iudex appellationis non potest pronunciare ex primis act. nisi producantur, & si ex act. ipsis non visis iudicaret peruerteret quodammodo ordinem iudicij & non rectè faceret, ita no. Inno. in c. cum Bert. de re iud. fol. 310. num. 4. & vide Bal. in l. is apud quem. post prin. C. de æden.

Iudici non debent esse clausa dicta testium, ita not. Inno. in c. cùm clamor. de testi. & vide do. Bal. in l. is apud quem. in 3. col.

Iudex si recusatur ex eo quia opponitur sibi q̃ est iudex fœmina vel infamis non admittitur talis recusatio, ita no. Inn. in c. sciscitatis. de resc. fo. 123. nu. 2. & in c. 1. super. de offi. dele. fol. 123. nu. 5. vide inf. in verbo, scientia. in 1. q.

Iudex quis esse non potest in causa suæ familiæ quam habet in sua potestate vel in suo obsequio. Sed propter modicam familiaritatem non repellitur

repellitur, & facilius repellitur iudex quàm testis, ita no. Inno. in c. insinuante. de offi. deleg. fo. 131. in nu. 1. vide sup. in verbo, citatio. in 17. q. & vide q̃ no. in glos. in quæstione. 5. consanguinei.

Iudicibus ordinarijs & alijs administratoribus ratione casuũ emergentium licet leges transgredi, ita no. Innoc. in c. 1. de consti. fol. 2. in nu. 2. & vide in l. si quis filio. §. 1. de iniu. rupt. irritoq; testa. Bal. ibi. vide inf. in verbo, sententia. in 1. q.

Iudex si reuocat iurisdictionem delegatam quæ in se tantùm residet partes de communi concordia non possunt procedere corã reuocato, quia ista reuocatio non tangit ius partis, ita no. Inn. in c. cùm contingat. de rescri. fol. 20. in nu. 5. Pro iudicibus discretis semper est præsumendum prima facie, ita not. Inno. & Hosti. in c. accedens. vt lite non contest. vide ad hoc l. Herennius. §. Caia. ff. de mino. Bal. vide omninò inf. in verbo, sententia. in 23. q. post prin. vide. ff. de offi. præfec. præto. l. 1. & per Cy. in. l. ea quidem. C. de accusa.

Iudici non creditur de processu, ita no. Innoc. in c. cùm dilecti. de elec. fol. 63. nu. 6.

Iudex licet possit conueniri ex maleficio & quasi tamen quando eius processus petit cassari, non agitur contra eum sed contra illos quorum interest, & cũ illis debet fundari iudicium, ita no. Inn. in c. in nostra. de procu. fol. 167. in nu. 8. item ille dicatur pars qui citatur, & contra quem fertur sententia, & iudex qui tulit sententiam inter partes non est citandus, secùs in inquirente ex officio, secundum Inn. in d. c. in nostra. vnde concluditur quod iudex qui tulit sententiam super accusatione non citatur in causa appel. vel nullitatis. Sed quando sententiauit ex inquisitione quam fecit ex suo offi. tunc debet citari secundum Inn. Ad iudicem qui cognoscit inter principales semper sunt remittendi venientes ex trãsuerso, ita not. Inn. in c. humilis. de maior. & obe. fol. 160. nu. 4. & dicuntur venire ex transuerso illi contra quos non agitur, vt. l. venditor. ff. de iudi. quam le. no. Bal.

Iudex qui se pronunciat non reddit se suspectũ, quia est officiũ necessarium non voluntariũ ita no. Inn. c. pastor. extra de rescr. in fi. fol. 12. n. 4.

Iudex potest suam sententiam defendere quia est suum interesse, ita not. Inn. in c. dilectus. in fi. extra de rescri. fol. 23. & ibi vide Host.

Iudex, no. q̃ merus executor nõ procedit vt iudex, ita no. Inn. in c. cùm inter. de elec. fol. 47. ibi vide.

Iudex potest procedere ex suo officio vbi accusator est illegitimus. s. inquirendo non accusationem prosequendo, ita no. Inn. in c. oporteat. de accu. Per iudicem potest fieri causæ summariæ cognitio sine p̃sentia partiũ, ita no. In. in c. ex parte. de accu. fo. 486. vide inf. in verbo, sententia. in 55. q. Nota, q̃ non dicit sine cita. & ideò caue, vide in c. sæpè. de verbo. signi. in Cle. super verbo, defensiones.

Iudici est pœna si ei cassetur sententia vel processus, vide glos. no. in c. 2. de proba. in Cle. & vide inf. in verbo, sententia. in. 67. q. vide in l. si. iudex. ff. de varijs & extraordi. cog.

Iudicis nisi de man. quis non tenetur respondere aduersario suo, sed si respondet sibi præiudicat, ita no. Inno. in c. prout. de do. & contu. fo. 237. nu. 1.

Iudex an possit condemnare de fructibus quando perit res, & non iustitia, vide signanter. l. vtiq. ff. de rei ven. secundum Inno.

Iudicem vnum in causa possessorij. Alium in causa proprietatis nemo potest impetrare, nec valent literæ ad hoc impetratæ, ita no. Inn. c. in 1. de causa pos. & proprie. fol. 219. nu. 1. vide inf. in verbo, reconuentio. in 2. q.

Iudicem quem esse si fuit semel iudicatum, de cæterò q̃rela nõ sui iudicis super processu suo audiri non debet, ita no. Inno. in c. pastoralis. de rescrip. fol. 12. nu. 8. quod intellige quando lex dat sibi iurisdi. ratione dubij. Secùs si caret funditus iurisdictione, vt in c. super literis. de rescr. & est no. gl. in Authent. habita. C. ne fil. pro patr. Bal.

Iudex secularis tenetur seruare condemna. sententiam, bannum & excommunicationem epi, & euitare ipsum excommunicatum. Et econtrà episcopus tenetur seruare sententiam iudicis secularis, tamen in hoc est differentia, quia episcopus potest compellere iudicem secularem per censuram ecclesiasticam ad obseruandum suam sententiam non econtrà, quia nedum vnus potestas capitaneus vel vicarius vel baiulus est sub episcopo, sed etiam rex quo ad censuram ecclesiasticã, secundum Inn. facit quod no. in l. ex ea. ff. de postu. nõ tamẽ cogitur iudex secularis procedere, & condemnare ad epi mandatum, nec econtrà licet condemnatum à b vno, alter debeat euitare, & sic iurisdictiones ecclesiasticæ & laicales debent se cauere adinuicem non opponere, ita no. Inn. in c. 1. de offi. ord. & tene menti.

Iudex appellationis potest corrigere & emendare, vel reformare ea, q̃ fiunt in fraudem iudicij, ita no. Inno. in c. bonæ. de app. fol. 329. nu. 2.

Iudex licet recipiat compromissum non tamen propter hoc derogatur suæ iurisdictioni, ita no. Inn. in c. innotuit. de arb. fol. 148. nu. 4.

Iudex in quibus casibus potest iudicare secundum æquitatem, vide Inn. in c. 1. circa med. super verbo, suo. de const. fol. 2. nu. 2.

Iudex an possit esse testis in causa si eam delegauerit, vide inf. in verb. testis. in 11. q.

Iudices ordinarij & delegati quando possint in causa testificari, vide in c. dilecto. de test. per In. fo. 264. in nu. 3. vide sup. in verbo, condemnatio. in 1. q. vbi habes, q̃ si iudex condemnauit aliquem iniustè, q̃ condemnatio tenetur ad resti. suarum expen. omnium.

Iudex [illegible] sententiam temperare, ita no. In[illegible] tes. de [illegible] latio. in 40. q.

Iudices duo vbi sunt pares, si vnus præuenit alium in cognoscendo factum ab altero in eodemmet negotio valet & tenet nisi appelletur, ita no. Inno. in c. cùm omnes. de const. fol. 2. nu. 3. & vide quod no. gl. in c. ad hæc. Sed contra hoc facit quod no. in l. magistratus. ff. ad mu. & videtur casus in l. 1. ver. sanè. de offi. consu. Tamen punitur actor in expen. primi iudicij, vt no. gl. in c. ex tenore. de rescr. & in c. dilectus. de pur. ca. Secùs vbi pars peteret se remitti ad primum iudicium, quia ibi finem recipere debet, vt ff. de iu. l. vbi acceptum. Non ob. d. l. magistratus. quia ibi loquitur in collegijs vbi plures sustinent vices vnius. Item nõ ob. d. l. 1. de off. consu. quia illud est verum

sequendo eundem processum. Sed ex nouo libello si non opponatur processus valet, sed si opponatur persistere debet in veteri, vt in Aut. qui semel, C. quo. & quand. iu. & in d. c. cùm M. per In. Bal. Et ibidem vide per Compost. qui clarius loquitur quàm Inno. Bal.

Iudex ex sola comminatione recusări non potest, secundum Hosti. in c. si quando. de rescr. quod no. Bal.

Iudex dubitans an rescriptum sibi præsentatum sit verum vel non, si de facto procedit valet processus si reuera rescriptum est verum, ita no. Inn. in c. super literis. de rescr. fol. 16. nu. 1. Sed quomodo potest procedere cùm nesciat se esse iudicem? Respondeo, sufficit quod putet & opinio cum veritate concordet, aliàs sufficit veritas sine opi. & scientia, vt ff. de iu. l. 2. §. 1. Sed illud est in extraordinaria iurisdictione, & vide Bar. in l. multum. ff. de cond. ind. Bal.

Iudex in decidendo & puniendo sequitur cõsuetudinẽ loci delicti commissi, secundum Inn. in rub. de consue. fo. 33. nu. 8. Sed in cognoscendo & procedendo sequitur cõsuetudinem suã & loci ipsius iudicis, secundum Oldr. Primũ est verum, si intentatur actio vel accusatio, sed si imploraretur offi. iudicis, iudex sequitur legem suam quæ dat sibi iurisdi. & officium, vt no. in l. 2. ff. de eo quod cer. loco. præsertim si officium residet in iudice & in parte, vt officium inquirendi, ideò quia secundum sua statu, inquirit de delicto commisso extra territorium, quia hoc mero officio exercetur, & quia est magis procedendi via quàm pœna vel decisio. Alij dicunt contrà, quia nulla lege cauetur quod de delicto extra territorium commisso possit inquiri, & quia cùm extra delinquitur, huiusmodi iudicis maiestas non contemnitur, hoc tenet Guid. de Suza. Sed Cyn. & Bar. tenet primam opi. Bal.

Iudex potest parcere vt non pronuncietur contumacia, sed non in expen. cùm sit interesse partis, ita no. Inno. in c. consuluit. de offi. deleg. fol. 130. nu. 5. Et adde ad id de expen. l. sancimus. C. de iudi. ibi scituris iudicibus etc.

Iudex si iudicat vltra suam iurisdictionem & nil sibi opponitur valet sententia, nisi error sit expressus, ita no. in c. cùm super. de offic. dele.

Iudex à quo non potest citare appellantem, ita no. Inn. in c. pastoralis. extra de offi. dele. fol. 135. nu. 7.

Iudex ad quem donec constet sibi de vigore ap. quod sit iudex non potest mittere inhibitoriam, ita no. Inn. in d. c. pastoralis. de offi. dele. folio. 135.

Iudex nullitatis potest condemnare & absoluere, & vide. l. verum. §. ex facto. in fi. ff. de mino.

Iudex tuetur suam iurisdi. vt reus, vt actor, & vt iudex: Vt reus, quando est in possessione & alius eum impedit, tunc enim potest & armis, & legibus, & processibus eam tueri, sicut quilibet potest omnimodò quo melius potest se tueri. Vt actor, debet enim agere corã superiore, quia fortè vult consequi commoda iurisdict. vt not. in l. de iure. ff. ad municip. Tamen iste iudex fatuus est, si possidet & eligit viam agendi, nisi hoc faciat propter potentiam aduersarij vt iudex, cognoscit enim inter alios vt medius homo, non vt pars. Et quando procedit vt pars, visis iuribꝰ & instrumẽtis alterius partis debet silere nõ iudicare, vnde quando iudex est pars, tunc quæstio principalis est de iurisdictione principaliter per se mota, quando vt iudex, tunc incidens est alteri no. principaliter per se, quia est diuersum factum de quo non est actum, vt. ff. ad exhi. l. de eo. §. fi. ita no. Inn. in c. ex parte. de ver. sig. fol. 566. nu. 3.

Iudex cui nihil est probatum, nihil mandare potest, ita no. Inn. in c. solet. in fin. de sen. excom. fol. 560. nn. 13. vide quod dixi in l. qui accusare. C. de æden. & vide quod no. per glos. in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. in bonæ fidei. in prin. glo. magnæ. C. de reb. cred. & iureiur.

Iudex potest reuocare suum errorem, ita no. Inno. in c. sacro. de sen. excom. fol. 555. nu. 13. idem dicit in c. fi. quod met. cau. quia si iudex malè condemnauit in expen. potest condemna. expen. reuocare: idem dicit in c. auditis. de procuratoribus.

Iudex quando possit cognoscere de iniuria sibi facta, vide Inno. in c. 1. & in c. ex parte. de ver. sig. fol. 566. nu. 3.

Iudex appellationis debet sequi consuetudinẽ partium, item potest addere & supplere sententiæ, ita no. Inn. in c. Rainutius. de testa. fol. 404. nu. 5. & in c. pastoralis. de of. delega. fol. 135. & idem tenet ibi Abb. facit. C. de appel. l. ampliorem. & ff. quod cum eo. l. Titianus. emendat enim, tam in dicto, quàm in ratione, vt ibi Bal. & vide. l. finali. C. quando prouo. non est necesse.

Iudex potest petere auxilium moderatum, & quid de exemp. vide Inno. in c. 1. de sta. mona. fol. 431. nu. 3.

Iudex si non admisit exceptionem, quia putabat non veram esse, valet processus ipso iure, nec propter hoc dicitur inordinatus, ita no. Inno. in c. post elec. de conces. præben. fol. 375. nu. 2.

Iudex etiam sine aliquo libello potest decernere possessorem esse tenendum in sua possessione, si ex narratione partium, scilicet facti constat de possessione, ita no. Inn. in c. cùm venissent. de instit. fol. 368. nu. 1. Adde. ff. de ser. vr. præd. l. interdictum. & me. vbi vide Bal. sed an possit dare licentiam quod quis ingrediatur possessionem propria authoritate. Bar. ponit in l. iustè. ff. de acqui. pos. aduerte istud procedit iudiciaria cognitione præcedente, quod die vt. l. eum qui. §. fi. epistola. ff. de fur. & facit. l. dot. C. solu. mat. à contrario sensu literæ, secundum Iac. de Are. de quo per Cy. in l. momentaneæ. C. vnde vi. Sed an iudex possit dare hanc licentiam non præcedente cognitione aliqua in casu quo pars sua authoritate apprehenderet seu intraret possessionem, vide per Bar. in l. creditores. C. pig. depost. Iac. de Belui. & quod ibi scripsi secundum Albe. de Ros. post. Old. & Iac. But.

Iudex licet citetur ad defendendũ suum processum non tamẽ propter hoc dicitur esse pars, vide plenè per Inn. in c. speciali. de app. fol. 335. nu. 8. videtur enim comparere vt iudicem appellationis instruat, vt ibid. Inn.

Iudex appellationis potest ex suo mero officio facta in fraude iudicij corrigere & reformare, ita no. Inno. in c. bonæ. in fi. de appellationibꝰ folio 329. numero 4. & vide per Cy. C. de alic. iudi. l. 1. & ff. de app. tu. in l. chirographis. §. fi. per Dy. Bal.

Iudex si viderit vel constabit sibi de testium subornatione vel de eorũ vilitate non debet sequi dicta eorum, ita no. Inno. in c. causam quæ. de re iudi. fol. 306. etiam sine excep. secundum eum ibidem. & vide inf. in verbo, libellus. in 12. q. prope fi.

Iudex potest soluere partes à termino eis assignato, ita no. Inno. in c. 1. de re iud. fol. 303. & vide. inf. in verbo, iurisdi. in 3. q.

Iudex ordinarius vel delegatus siue elector quando possit interim sententiare vel eligere, & quando non, vide Inno. in d. c. 1. de re iud. folio. 303.

Iudex quando procedit ex præsumptionibus multum debet temperare sententiam in mitiorem partem, ita no. Inno. in c. quia. de præsump. fol. 281. nu. 2.

Iudex appellationis sequitur statutum primi iudicis ratio est quia eius loco succedit, vt l. penul. ff. de iu. solui. Et ideò si in criminali appellatur & cõfirmatur sententia pœna venit applicanda bursæ fisci cuius iudex pronũciauit, quia hæc est lex illius iudicis: itẽ executio corporalis fit per illum, quia lex suæ iurisdictionis hoc dicit, ergò ipse debet reum detinere in suo carcere. Sed in eo quod applicari debet bursæ partis ei bursæ non derogatur similiter quicunque exequatur, & dic vt in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pac. ita not. Inno. in c. 1. de consuetudine. folio 31. nu. 8.

Iudex à quo qui non detulit appellationi potest exequi suam sententiam in certis casibus. Primò, si appellatio non fuit interposita intra tempus appellandi, sed postea post præclusam viam lapsu temporis & hoc constat. Secundò, si appellatio est inepta, puta quia appellatum ab interlocutoria sine causa vel sine scrip. Tertiò, quando appellatio est prohibita à lege, vt quando quis est confessus, & conuictus de maleficio, hoc etiam casu secundum canones prohibetur appellare. Quartò, quãdo appellatio est remota, pter clausulã appellatione remota inserta à iure vt in præfectis prætorio, vel inserta in rescripto & appellatur incoloratè & informiter. Quintò, quando appellatio est remota propter veram contumatiam, vt no. in c. 1. de dolo. in Cle. Sextò, quando certum est appellationem esse iniustam. Et hæc sunt vera nisi appelletur ad principem, quia tunc postquam princeps admisit appellationem nihil est attentandum, secùs est in alio inferiore qui non potest iuri derogare, ita no. Inn. in c. pastoralis. de offi. dele. Tu clarus dic, aut appellatio peccat per impossibilitatem, & ista non trahit negotium ad superiorem, aut peccat aliàs. Et tunc aut in forma & idem aut non in forma et tũc debet iudex à quo silere, vt. ff. de mino. l. intra vtile. Quid in causa nullitatis? dic si euitenter peccat in materia nõ impeditur executio, vt no. Inn. in c. cùm in iure. de offi. dele. fol. 138. n. 2. & C. de or. cogni. l. fi. quia non derogat iurisdictione primi iudi. nec rescindit causa nullitatis pnunciatũ, vt. l. 3. §. si seruus. de acquirendo pos. per Dy. Inno. tamẽ si sententia dicatur nulla ex defectu iurisdictione interim non debet fieri executio idem si aliàs res dubia, quia in dubijs non debet fieri executio, vt l. si quis filio. §. si quis. ff. de iniust. test. de ludibrio fiat processus præiudicialis vel ipsa executio reuocetur. ar. l. diximus. ff. de executio. tut. Si autem per apertam calumniã dicatur nulla sententia interim fiat executio, vt l. satis. C. de fal. idem si per præsumptam calũniam præsumptione iuris. ar. in Au. quæsuper. secùs si præsumptione hominis quia ex ea nihil est innouandum, quia est probabilis non necessaria. ff. de pœ. l. absentem. Et no. quod licet lege caueatur quod non possit opponi de nul. sententiæ tamẽ si dicatur nulla ex defectu iurisdictionis, talis exceptio procedit & debet admitti, vt not. gl. vnica & singularis in c. 1. de seq. pos. & fru. in Cle. idem puto si contineat errorem expressum. Sed in errore velato vel alia nullitate velata non potest opponi, vt l. 3. C. de edic. di. Adria. tol. Et quod dixi in re dubia executionem fieri non debere, intelligo de executione iudi. secùs in execu. lega. quæ nititur soli veritati, ar. ff. de condi. ob cau. l. si pecuniam. §. si seruum. net fingi lites possunt in præiudicium dispositionis legalis, vt ff. de transa. l. cum hi. §. si cum lis. non dico in priuata executione, quamuis enim publica executio retardetur, priuata tamen pœna non meretur, vt si quis occidat bannitum pendente causa nullitatis banni, quod tamẽ re vera valebit secundum Dy. vbi sup. & sic aufertur potestas bannito vlterius diputandi de banno. arg. contra. ff. man. l. quintus. & fac. ff. de mu. & ho. l. reus delatus. & de libe. causa. l. qui de libertate. tenementi. Bal.

Iudex qui cognoscit de causa restit. in integ. contra sententiam, si videbit ipsam non valere, pronunciabit quod non valet, & non procedet ad alia, sic iudex appellationis, vt in. §. ex alia. hoc non placet Inn. quod iudex aditus super restitutione vel nullitate intromittat se de eo quod non est actum, ita no. Inno. in c. coram. de offi. dele. f. 140. n. 2. vide Cy. in l. eos. C. de. app. & Bal. in l. si expressis. ff. eo. tit. Bal. in l. pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. in 1. 4. q.

Iudex appellationis non potest iudicare de eo quod non est petitum, ita no. Inno. in c. cùm contingat. de offi. deleg. fo. 140. nu. 6

Iudex potest suum processum defendere, ita no. Host. in c. decæterò. de transac. item & sententiam suam defendere potest, ita not. Inno. & Hosti. in c. dilectus. in fi. de rescrip.

Iudex sicut absoluit ppter contumaciam partis, ita & arbiter potest absoluere ab obseruatione arbitrij, ita no. Inn. in c. ex parte. de arb. fol. 188. nu. 1.

Iudex ecclesiasticus in quibus casibus potest se immiscere causis secularibus, vide Inno. in c. licet. de foro compe. fol. 197. nu. 3.

Iudices extraordinarij vbi debeant sedere & iudicãre, & quis puniat eorum officiales, vide Inn. in c. cùm contingat. de fo. compe. folio. 198. nu. 1.

Iudex potest ferre sententiam etiam de re quæ non est de sua iurisdictione, ita no. Inno. in c. postulastis. de fo. cõpe. sed contra videtur vt no. C. de anna. excep. l. fi. in fi. Sol. dixit quod illa quæstio intelligitur, quando quis sortitur forum ratione possessionis non ratione contractus vel domicilij,

micilij, & sic concordat. cum Innoc. & dicit Innoc. quòd si habeo bona Mediolani, non ideò dominus Mediolaneñ. potest ea confiscare, si aliàs non sum sibi subditus, quia fortè occidam Mediolaneñ. extra districtum Mediolani, vel aliud delictum committam, qui à statuto suo non ligat, ex quo in territorio suo non delinquo. Fallit si offensus non inuenit de me iustitiam, quia tunc potest bona mea occupare, vt 23. q. 2. c. dominus noster. sed propter onera realia bona potest confiscare & sibi incorporare, & si non soluantur, quia hic res non persona conuenitur sententia prædio datur, vt. ff. de neg.ge.l.qui in aliena.in fi.secundũ Inn.in d.c.postulasti. & in c. à nobis. de senten. exc. idem tenet Bar.in l.cunctos populos.in 8. q. C.de sum.trin. & fide catho. Bal.

Iudex non potest quem citare extra territorium vt sit verus contumax licet missionem patiatur, ita not.Innoc.in c.licet. de foro compe. & citare non potest realiter, id est per capturam personæ, quia executio realis non potest fieri extra territorium, si edictum extra territorium proponatur solenniter, vel ad domum citetur, citatio porrigit effectum suum contra citatum vbicunque sit & erit verus contumax si sciuisse probetur, vt. l. fid.ge decre. ab ordi. fa. & poterit excommunicari, & banniri, & confiscari, vt. l. 1. de requi. reis. ff. Si autem nuncius ad eum citandum mittatur intra territorium non valet citatio, quia extra fines temporis vel loci mandantis non potest nuncius citare. arg. ff. de arbi. l. si cùm dies. §. si intra. & non valet citatio quæ peccat in fundamento & initio suo, vt in c. pastoralis. de re iudi. in Cle. Si autem citatio per nuncium vel literam fit intra territorium, sed in loco exempto, vt puta in ecclesia benè valet, vt l. præsenti. C. de his qui ad eccles. confu. & no. per glo. in l. plerique. ff. de in ius vo. facit quod no Cyn. in l. omnes. §. nihilominus. C. de episco. & clê. Citatio ergò quæ intra territorium sumit initium effectum suum porrigit vbicunque, secùs si peccat in fundamento sui principij, quia vbi fundamentum non est firmum non benè de fine perpenditur, vt no. in simili. ff. de arbi. l. si vnus. §. principaliter. & quod no. in simili. ff. de postu. in l. ex ea. quod tenet menti. Bal.

Iudex quando pronunciat se iudicem contra verum contumacem non potest appellari licet non esset iudex, ita no. Inn. in c. præ. de dila. fo. 212. numero 3.

Iudex potest quædam ex suo arbitrio facere in fauorem litigatoris, quæ tamen si non facit non potest appellari, ita no. Inn. in c. fi. de ferijs. sic & supplere potest, tamen si non supplet non potest appellari, quia hoc non consistit in iure partium, & vide Spec. in tit. de offi. iudi. & potest delegare & non delegare, & si delegat non potest appellari, quia non tangit ius partis, secundum Io. And. alibi, et potest facere gratiã spectationis contumacibus, nec inde potest appellare, quia ista potius pertinent ad iudicis authoritatem, & animi sui motũ quàm ad necessitatem, & no. benè ista. Bal. vide omninò sup. in ver. conclu. in 2. q.

Iudex quilibet debet obseruare ferias sui fori, non ferias litigantium, & ita obseruat etiam curia Romana. feriæ enim sapiunt ordinem processus, tempus enim est de ordine, ita not. Inn. in c. fi. de for. folio 214.

Iudex potest mutare interlocutoriam latam super exceptione, vnde quando ponitur exceptio per aliquã partium alteri, sententia interlocutoria iudicis requiritur, vt videatur an benè vel malè fuerit exceptum, vt not. Abb. in c. duobus. de appellatio. de primo not. Innoc. in c. 1. de ordi. cog. folio 215. & vide quod no. ff. de re iudic. l. quod iussit.

Iudex laicus non potest cognoscere de aliqua spirituali actu, nec principaliter, nec incidenter, sed remittitur causa ad episcopum, ita not. Innoc. in c. tuam. de ord. cog. folio 217. Non obstat. l. quoties. C. de iudi. quia illud intelligitur de incidenti quæ non est alterius fori principalis, sed forum spirituale est diuersi fori principale à foro temporali, vt ipse Innoc. no. in c. licet. de fo. compe. fol. 197. in nu. 1. Non obst. quod iudex vxorem prægnantem mittit in possessionem nomine ventris & puerum ex carboniano, vt l. 1. §. si ea. ff. de ver. in possessione mitti. vbi etiam no. quòd licet in summarijs sufficiant præsumptiones ad probandam filiationem, tamen ad probandum matrimonium exigitur plena probatio, quia & ibi dico quòd iure canonum debet fieri remissio ad episcopum. Nec ob. quod iudex secularis interponit decretum in emanci. quia est iste actus voluntariæ iurisdictionis. Nec ob. quòd decernit alimenta, quia verum est si aduersarius fatetur eum esse filium, nam confessionem benè potest audire, sed si aduersarius negat remittuntur ad episcopum. Ratio est vt dicit Spe. in tit. de reconuentione. hoc capitulum habet locum vbi de matrimonio incidit quæstio contentiosa & contradict. secùs si non in modum disceptationis quæritur sed de plano, quod est no. Sed quid erit si coram arbitro incidit quæstio filia. communis, an remittet illam ad episcopum, dico quòd non, quia non potest eam arbiter remittere, vt. ff. de arbit. l. non distinguemus. §. de officio. item non procedit arbiter vt iudex, & sic non fiet contra hanc decretalem, tamen istæ probationes non valebunt isto casu in vero iudicio. Quid si fiant sta. contra hanc decretalem. Respon. istæ probationes non valebunt isto casu in vero iudicio. Quid si fiant sta. contra hanc decretalem. Respon. valent, testimonia tanquam extra iudicialia nõ tanquam iudicialia. Et si statutum vult facta extra iudicium valere inter sibi subditos benè valebit statutum, non tamen erit vera probatio sed ficta, quia statuta non possunt iurisdictionem spiritualem conferre. Quid in arbitratore? dic, quod nõ sunt iudicialia testimonia, quæ fiunt coram eo, & sic est duplex genus testimonij, vt. C. de hære. l. quoniam. Et quod dicit hæc decretalis habet locum etiam in excep. clericatus excommunicat. & periurij quæ sunt causæ spirituales secundum Host. & ista tene menti. Bal.

Iudex si non vult audire aduocatos & eorum allegationes, non propterea dicitur grauare partem, quia præsumitur iudex sapiens in iure, nec apparet quòd propter hoc grauet partem, quia multi sunt qui non egent allegationibus iuris seu legum, ita not. Innoc. in c. pastoralis. de causa

de causa possessionis & proprietatis. fol. 222.

Iudex si condemnauit de principali, & non de fructibus, & interesse, quod pertinet ad consequentiam petitionis non poterit de fructibus & interesse agi nouo iudicio, quia sopitum videtur vnà cum principali, ita no. Inn. in c. grauis. de resti. spo. fo. 230. Bal.

Iudex duobus æquè probantibus non potest inter eos diuidere possessionem, quia non est ad hoc actum, ita not. Inn. in c. licet de proba. fo. 250. nu. 5.

Iudex debet laborare vt intercipiat testem, si videtur ei suspectus, ita no. Inn. in c. cùm causam. ad fi. de testi. fo. 262. in nu. 6. idem tenet Azo. C. eo. tit. in summa.

Iudex ex officio suo debet inquirere de conditione testis, licet non excipiatur ab alio contra quem producitur, ita not. Inn. in d. c. cùm causam. de testi. fo. eo. & not. ff. de mag. conue. l. 1. §. si præses. Bal.

Iudex licet deleget causam nõ propterea in illa poterit testificari, quia delegatus iure delegantis fungitur, ita no. Inn. in c. dilecto. de test. fo. 264. nu. 3.

Iudex debet quærere à testibus de causa scientiæ sine interrogatorio, & si interrogauit, & testis nihil vel non benè respondit, tunc non debet repeti interrogatio, secundum Inno. in c. cùm clamor. de test. fo. 267. in nu. 3. Si verò iudex non quæsiuit malitia & dolositas præsumitur, quia omittit ea quæ officio suo incumbunt, debet enim suo officio interrogare de causis scientiæ, si autem iudex omisit interrogare de circunstantijs non de substantialibus, vt de loco, tempore, & contestibus, & si non sunt contestes iterum interrogandi, si autem iudex omisit interrogare de principali re vel facto, vt de libello in præscriptione, tunc debent repeti testes, quia fuit culpa iudicis non partis, ita no. Inn. in c. per tuas. extra de testi. fo. 267. nu. 4.

Iudex in testibus interrogandis potest ex officio supplere, ita no. Inn. in d. c. per tuas. extra de testi. fo. eo.

Iudex qui non pronunciat super princ. non potest parti reseruare petitionem expensarum, quia nunquam habuit petitionem seorsum à principali, ita no. Inn. in c. finem. de do. & contu. fo. 238. nu. 2.

Iudex potest committere notario examinationem testium fiendam & in absentia, ita no. Inn. in c. quoniam contra falsam. de probat. fo. 252. & in c. cùm Bertholdus. de re iudi. fo. 310. & no. etiam in c. 2. de iureiu. li. 6. & in c. 1. de offi. deleg. in Cle. & in c. cũ causam. de testi. & ipsemet notarius instrumentum de commissione facta sibi potest facere, ita tenet Bald. in l. ex sententia. ff. de testa. tute. tamen magis cautum est vt alius notarius rogetur de confectione istius instrumenti cõmissionis. Host. & Io. An. in c. quoniam contra. de proba. quod est no. sine commissione notarius non potest examinare, quia hoc spectat ad officium iudicis non notarij, vt no. C. de test. l. hac consultissima. §. pe. facit. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. oportet. & ibi per Dy. Bal. sed pone testes qui sunt de eodem domicilio iudicis non possunt venire ad iudicem propter infirmitatem nunquid iudex debet ire ad testes p recipiẽdo testimonium, dic quod in criminali sic, sed in ciuili non tenetur ire, sed poterit committere exami. notario, & vide Bar. in d. l. ex sententia. ff. de tes. tu. Bal. vide in c. constitutus. de fide ius.

Iudex si viderit vacillare testem debet iubere notario quod scribat in actis qualiter ipsi iudici videtur testem vacillare, & titubare, & pallere, & c. & debet scribi modus vacillationis, ita no. Inn. in d. c. quoniam contra falsam. de prob. fol. 252. nu. 5. Et ibi etiam vide qualiter notarius debet scribere vacillationem testium, quando iudex sibi dixit, Inn. ibidem: & no. benè ista Bal. & no. quòd eo tunc, id est tempore vacillationis debet iudex hoc notario committere non ex interuallo, & maximè non debet committere finito iudicio, vide Inn. in d. c. quoniam contra fal. fo. eo. & Ang. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa.

Iudex si citat aliquem per suam schedulam suo sigillo sigillatam, licet non sit scripta manu notarij valet tamen, ita not. Inn. in c. 2. de fide instr. fo. 275. nu. 3. facit in ar. l. si publicanus. §. de rebus de publi.

Iudex quando habet duas vias ad procedendum, seu duas authoritates iurisdictionales, potest ex vtraque procedere. Item potest vnum actum facere ex vna, alterum ex altera, & tunc ex ea via quam elegit processus est iustificandus, vt ff. de offi. eius cui mand. est iurisd. et. l. si prætor. sed habens vnam authoritatem & putans se diuersam habere si procedit an valeat processus, & videtur quod sic, nisi astringat se solum ad procedendum ex incompetenti authoritate secundum Inn. sed alij dicunt valere, quia credit se iudicem & est, & sic non errat circa fundamentum, sed errat in qualitate vel causa iurisdic. suæ, sicut ille qui procedit vt ordinarius ex principali iurisdictione cùm non posset nisi ex prorogata, tamẽ dicit lex valere suum processum. ff. de iu. l. 1. §. 2. vide ista per Inn. in c. cùm ex officij. de præscr. fol. 300. & per Bal. in l. multum. ff. de con. & demon. Bal. vide per d. Bal. de hoc in l. falsus. C. de fur.

Iudex appellationis quando tertius appellet, an pronunciabit pro appellante sibi non fieri præiudicium, an rescindet sententiam in totum, etiam quò ad principalem qui acquieuit sententiæ, item an persona quæ venit ex transuerso quæ nunquam appellauit posset 3. appellare, item an mandetur sententia executioni in præiudicium vnius & non alterius, vide de omnibus istis Inn. in c. cùm super. de re iudiciaria. fol. 307. nu. 2. & 3.

Iudex in sententia potest dicere, ego pronuncio vel nos pronunciamus, licet sit vnus solus iudex, ita no. Inn. in c. apostolicæ. de re iud.

Iudex non potest reseruare ius de quo non est actum nisi de consensu partium, ita no. Inn. in c. cùm dilecti. de emp. & vend. fol. 392. facit. ff. de pac. do. l. libellus Marcellus. Bal.

Iudex imponit perpetuum silentium accusatori si non fuerit in termino, ita no. Inn. in c. licet. de accu. fol. 487. nu. 4. Scias tamen quod istud silentium est interlocutoria, & potest ab impositione talis silentij appellari, quia nimis præiudicat. ff. de accu. l. Titia. Bal.

Iudex potest corrigere errorem suum, siue errauit

vduit in proceſſu, ſiue interlocutoria & in criminali, ita no. Inn. in c. qualiter. el. 1. de accu. folio 490. nu. 2.

Iudex ſi procedit contra aliquem non ſubditum proceſſus non valet nec tacitus conſenſus ſufficit ad actum illum validandum, ita no. Inn. in c. ad petitionem. de accu. folio 493. nu. 1. Sed benè ſufficit conſenſus expreſſus, ita no. C. commu. ver. iud. l. 2. & vide. ſup. in verbo, arbiter. in 9. q. vide in l. 1. C. de iuriſdictione om. iudi. & in l. ſi per errorem. ff. eo. tit. & vide ſup. in hoc eodem verbo in proxi. 6. q.

Iudex recipit cautionem pro officij ſui ſecuritate, ita no. Inno. in c. quia fruſtra. de vſu. folio 518. num. 2. & vide per Old. & Barto. in l. ſi quis vxori. ff. ſi fugitiui. de fur.

Iudex laicus ſi tenet aliquem in carcere qui dicit ſe clericum, an teneatur eum dimittere & quando, vide per Inn. in c. contingit. de ſen. excom. folio 552. num. 2. Et dic quod detinet eum donec iudex pronunciabit clericum, nam iudex laicus de clericatu non habet cognitionem ſecundum eum, & poteſt epiſcopus inhibere iudici laico ne procedat contra clericum etiam litigare volentem ſecundum eundem Innoc. ergò ſi hoc facit epiſcopus, non tamen dicitur clericus declinare ſed inuitus abſtrahi, nec incidit in pœnam inclinantium, quia eo inuito epiſcopus pro intereſſe totius ordinis clericalis declinat eum, non autem ſeipſum declinat. Et vide. l. 1. C. de le. admi. par. tene menti. Bal. de iſto punctо eſt hodie caſus ad literam in c. ſi index laicum. de ſen. excom. in 6.

Iudex an poſſit reuocare poſt litem conteſtatam interlocutoriam per eum latam antè, vide per Inno. in c. ſæpè. de app. folio 325. num. 3.

Iudex non poteſt iudicare neque cogere aliquem ad aliquid faciendum ſine cauſæ cognitione, aliàs non valet ſententia, ita no. Inno. in c. ſolicitudinem. de app. folio 331. num. 4. ſed pone ſententia aliquo caſu eſt nulla. Quæritur an conſenſus partium faciat eam valere, Et dic quod non, quando omni reſpectu erat nulla, & hoc quantum ad agendum, ſed quantum ad excipiendum ſic, vt. C. commun. vtr. iud. l. 2. arg. ff. de pigno. l. 1. in prin. ſi autem eſt nulla non ſimpliciter, ſed habito reſpectu ad dominum tunc ratificatione ſumit effectum, vt. l. 3. §. 1. ff. rem ra. habe. & C. qui pro ſua iuriſdi. Iac. But. Bal. vide. ſup. hoc eodem verbo, in 6. proxi. q.

Iudex appellationis an poſſit de principali cauſa cognoſcere, vide Inn. in c. vt debitus. de app. fol. 334. nu. 5.

Iudex eccleſiaſticus erit iudex ſi eccleſia petat ſe reſtitui in integrum, ita no. Inn. in c. cùm ſit. de fo. compe. fol. 197. nu. 2.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcit de qualibet oppreſſione pauperum, & de crimine ſacrilegij etiam in dubio, ita no. Inn. in d. c. cùm ſit generale. de fo. compe. fol. eo.

Iudex eccleſiaſticus cognoſcere debet de cauſis viduarum, quia ad eum iuriſdictio pertinet, licet de gratia ſpeciali deferatur iudicibus ſecularibus vt ipſi cognoſcant, ita no. Inn. in c. licet. de fo. compe. fol. 197. nu. 3. Adde quod no. in c. ſignificantibus. de offi. delega. in nouella. & in l. 1. C. quando impera. inter viduas. Bal.

Iudex eccleſiaſticus habet cognoſcere de cauſa dotis & adulterij, ita no. Inn. in c. 1. vt li. non conteſt. fol. 205. nu. 3.

Iudex non repellitur propter omnem inimicitiam ſed ſolùm propter grauem, teſtis verò repellitur propter grandiorem quæ non ex ipſo ſed ex alio cauſam habet. ff. de ar arbi. non diſtinguemus. §. cum quidam & in c. cùm P. extra de accu. Et nimius fauor inſtar inimicitiæ continet, ita no. Inn. in c. accedens. vt lit. non conteſt. quæ inimicitia probatur ex verbis puta ex capitalibus minis, dum tamen ex perſonis dicta penſemus, vt in l. 1. C. ſi quis impera. maled. & l. licet. C. de arbi. item ex ipſis rebus & factis, vt. C. de appel. l. ſi quis prouocatione. Bal. vide ſup. in ver. colonus. in 1. q. ibi, quia iudex non intendit præiudicare. vide omninò ſup. in ver. citatio. in 28. quæſtione ibi. Sed reſpondeo quod omnia præcepta iudicum & c. vide ſup. in verbo curia. in 3. q. ibi, & quilibet iudex & c.

Iudex licet mittat in prima citatione peremptorium pars quæ citatur non propter hoc poteſt appellare, quia iudex in quacunque citatione ſi vult poteſt quem citare cum peremptorio, ita no. Inn. in c. 1. de dila. fol. 212. tene menti. vide Bar. in l. 2. ff. de app. rec. & Bald. in l. 2. C. de epiſc. aud.

Iudex appellationis quam diu cognoſcit an appellatio ſit recipienda non debet inhibere, ita no. Inno. in c. dilectus. de reſcriptio. folio 22. nu. 3.

Iudex non poteſt ſuper petitione principali iudicare, nunc pro vna parte, nunc pro alia, quia ſuper toto debet ſic formare ſententiam, actus enim pronunciandi eſt indiuiduus, ſed ſi ſunt plura capitula poteſt de per ſe ſuper quolibet pronunciare niſi eſſent connexa & inſeparabilia, ita no. Inn. & Hoſtien. in c. cùm inter. de elec. Nec obſt. l. intra vtile. ff. de mino. vbi per ſe iudicatum fuit ſuper ætate, quia id fuit inter loquendo non diffiniendo, nec ſuper re, id eſt ſuper reſtit. petita. ſed ſuper quodam præambulo, id eſt cauſa petitionis ſcilicet ſuper ætate, & tene menti pradicta. Bal.

Iudex poteſt iudicare ſuper his quæ veniunt ex quadam conſequentia, licet ſpecifice non fuerit petitum in libello, ita no. Inn. in c. querelam. de elec. fol. 54. ff. de mino. l. ſi iudex. & C. de ſent. & interlo. om. iudi. l. cùm eorum. Bal.

Iudex quilibet dum tamen ſit ordinarius abſoluit à ſententia excommunicationis lata à iure. Sed ſi eſt lata ab homine is qui eam tulit abſoluit vel ſuperior in ea iuriſdictione, ita no. Inn. in c. prudentiam. de offi. deleg. folio 124. in num. 13. vel poteſt dicere, iudex maior poteſt abſoluere à ſententijs ſuorum ſubditorum, vt vult Inn. in d. c. prudentiam. de off. deleg. Et hoc ſi offi. minorum ei ſubalternatur, vt ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur. aliàs non debet ſe intromittere, vt 11. q. 1. c. perſonas. per Archi. Bal.

Iudex quando pronũciat appellationem fuiſſe deſertam iſta pronunciatio eſt interlocutoria, & ideò debet appellari in ſcriptis & cum cauſa cognitione, facit quod no. in c. ſi. de app. in le. & C. quando iudex. l. ſi præſes. quaſi deſertam. & ideò quia eſt interlocutoria redit executio ad primum iudicem. arg. l. intra vtile. ff. de mino. & no. in l. tale pactum. §. qui prouocauit ff. de. pac. & tangitur per Inn. in c. paſtoralis. de offi. deleg. fol. 135. nu. 5. Bal.

Iudex inferior non cognoſcit de nullitate ſententiæ ſuperioris, ita not. Inn. in c. cùm in iure. ver. ſecùs. de offi. deleg. folio 138. numero. 3. facit in arg. ff. de mi. l. minor autem nec merus executor per capitulum decæterò. de re iud. ſecundum Inn. per Bar. in l. à diuo Pio. in prin. c. ff. de re iudi.

Iudex poteſt ſuam iuriſdictionem defendere etiam cum enſe, & etiam in bello, hoc verum ſi iuriſdictio erat euidens & notoria, ſed ſubditus vel alter ſubtrahit ſibi exercitium iuriſdictionis, ita no. Inn. in c. dilectus. de pœ. folio 542. & plenius per eundem in c. olim. de reſti. ſpo. Bal.

Iudex ſuperior in aliquo territorio poteſt cognoſcere de omnibus cauſis de quibus iudex inferior poſſet cognoſcere in ipſo territorio, ita no. Inn. in c. cùm ab eccleſiarum. de offi. ordi. folio 148. numero. 3. facit. C. de offi. præfect. verb. l. 1. in fi. hoc verum niſi conſuetudo illius terræ præfigeret certum ordinem in cognoſcendo ſecundum eum ibidem. Et dic, quod ipſo iure non valet quod actum eſt contra conſuetudinem informantem iuriſdictionem & contra ordinem conſuetum, tene menti. Bal. No. contra conſuetudinem informantem iuriſdictionem etc. Nam conſuetudo poteſt tendere ad deciſionem ſeu iuſtitiam cauſæ. Et tunc dic vt per Cy. in l. 2. C. quando pro. non eſt neceſ.

Iudex ſi taxauit male expen. poterit illam taxa. reuocare, ita no. Inn. in c. ſuper eo. quod met. cau. folio 174. numero. 4. & per eundem in c. ſæpè. de app. folio 325. numero. 3. vbi habes an poſſit appellari.

Iudex ſuperior poſtquam incœpit cognoſcere de appellatione inferioris poſſeſſionem dare non poteſt, ita not. Inn. in c. conſtitutus. de app. folio 326. numero. 3. vide. ſup. in verbo citatio. in 27. q. vbi habes quòd omnia præcepta iudicium ſunt ſtricti iuris. Not. quòd omnia præcepta iudicum etc. quia contra facit quod habetur in c. cùm eccleſia ſutrina. de cau. poſſeſ. & propter. Sed hoc intellige in articulo præcepti. Et vide Cy. in l. quoties. C. de fideicom.

Iudex qui ſe obtulit facere rationem & iuſtitiæ complementum non dicitur grauare, ita no. Inn. in c. dilectus. de appellatione. folio 332. numero. 2.

Iudex à quo appellatur debet citari ad audiendam ſententiam iudicis ad quem, ita not. Inn. in c. cum ſpeciali, de app. fol. 335. in nu. 8.

Iudex poteſt iudicare ex pluribus præſumptionibus, ita not. Inn. in c. illo vos. de pigno. Et per Dy. ff. de excu. tut. l. 2. Bal.

Iudex poteſt punire delinquentem ex ſuo offi. etiam ſine accuſatore, ita no. Inn. in c. qualiter. de accu. el. 2. folio 494. in numero. 5. facit. c. fin. de cele. miſſa. Punitur ergò quis ſine accuſatore, ratio eſt ne maleficia remaneant impunita.

Iudex an eo ipſo quod fuit oppoſita exceptio quod non erat iudex deſinat eſſe iudex, ita quod proceſſus poſtea factus per eum non valeat. Inn. in c. cùm ſpecialis. de app. folio 335. numero. 2. dicit quod non recordatur ſe legiſſe, ſed Bar. in l. 1. C. ſi qua. præd. po. dicit quod recordatur quia allegat ibi eſſe c. 1. ſum ſed. d. Bal. ibi. dicit quod eſt ſpeciale, ibi tene menti. Aduerte alibi Bar. quærit in hoc vtrum ex eo quod opponitur iudici, quod eſt ſuſpectus ex hoc impediatur proceſſus. 2. & dicit quod ſic contra Inn. per Bar. in l. qui poterat. ff. ad Treb.

Iudex vnus poteſt alteri mandare quod recipiat probationes vice ſua ſen. nomine ſuo, ita not. Abb. in c. conſtitutus. de fideiuſ.

Iudex ſi dicit ſolue, ſolue, ſolue: non propter hoc dicitur tertia monitio, ita not. Abb. in c. tua. de dona vide. gl. in l. 4. de pig. ac. Bal.

Iudex poteſt terminum aſſignatum reuocare, non enim habet maiorem autho. termini aſſignatio quàm interlocutio, ſed interlocutoriam poteſt reuocare: ergò & aſſignationem termini, ita not. Abb. in c. ſignificante. de appel. quod tene menti. Bal.

Iudex in cauſis beneficialibus cognoſcit de meritis cauſæ, etiam appellatione deſerta, ita not. Abb. in c. 2. requiris. de app. Bal.

Iudex qui commiſit cauſam alicui vt cognoſceret & pronunciaret habito conſilio à quodam ſapiente, ſi ille pronunciauit omiſſo conſilio non oportet appellare, quia ſententia eſt nulla ipſo iure, ita not. Ioan. And. in c. non eſt. de conſue. li. 6. in nouella. quod tene menti. Adde quod ille qui petit conſilium hominis certi non poteſt appellare à ſententia illius conſilij vigore lata vel etiam à conſilio non appellat. tex. eſt ad hoc melior qui ſit in iure ciuili, in l. generaliter & ſin autè ia. verb. cum mimus crudele eſt parti etc. C. de reb. cred. & iureiuraandum quod not. Bal.

Iudex ſi in prima dilatione probatoria dixit, & peremptorie; & tunc ſecunda dilatio non dabitur niſi cum maiori ſolennitate quam aliàs daretur, id eſt quod impedimentum in prima oportet probari teſtibus, non autem ſufficit ſolum iuramentum, ita not. Inn. in c. in cauſis. de teſti. fol. 256. numero 2. quod tene menti. Bal.

Iudex vbicunque daret dilationem probatoriam demum conceſſa reſti. in integ. ibi arbiter qui non poteſt concedere reſtitutionem eo, quòd eſt miſti imperij dabit dilationem non prohibita reſtitutione, ita not. Inn. in c. pe. de arbi. fol. 190. nume. 3. quod eſt not. dignum. de hoc per Cy. in l. fina. C. vbi apud quos. Bal.

Iudex quotieſcunque iudicat vt bonus vir ab eius ſententia appellari non poteſt vnquam, ita not. Innoc. in c. præſenti. de reſcrip. folio 29. numero. 9. quod eſt not. ſecundum Odo. Bal. vide Ioan. Andr. in addi. Spec. in tit. de appella. §. in quibus.

Iudice vel quorunq; alio officiali mortuo aũ poteſtatẽ eius exerceat aliquis ante euentũ ſucceſſionis, vide Inn. in c. ad abolendam. de hare. fo. 507. n. 1. Et dic q̃ ſubalternũ officium redit ad dominũ principalem. Principale officium ad nullum niſi officium epiſcopi, quod ad capellanum redit

in eo propriè quod pertinet ad episcopi iurisdictionem, sicut est iurisdictio & confirmatio, quia sunt vnum corpus & in vno collegiali corpore, etiam vnum ius omnium recidit, vt l. sicut. in fi. quod cu. vniuer. nomi. nisi singulares personæ. Inn.

Iudices qui erunt quod est contentio inter dominum & vasallum de feudo vel circa feudum, dicit Inn. quod pares, id est habētes feuda similia, & quando contentio inter vasallos est, dominus ipsorum est iudex, sed ad quem appellabitur in istis casibus, vide Inn. in c. cæterùm. de iudi. fo. 191. nu. 5.

Iudices habentes mistum imperium, isti solum habent potestatem dandi plenam possessionem nudam verò possessionem in casibus causa custodiæ possunt dare simplices magistratus, ita no. Inn. in c. tuæ. vt li. non conte. fol. 206. Primum fallit in litis diuisorio, vbi requiritur litis decisio corporalis, vt l. inter castellanum. ff. de arb. Bal.

Iudices sedebunt à mane vsq; ad vesperas quomodo hoc intelligatur, vide Inn. in c. consuluit. de offi. deleg. fol. 130. nu. 4.

Iudici potest de facto resistere ille qui non est citatus dummodò possideat, ita no. Inn. in c. si quando. de offi. delega. fol. 122. vide sup. in verbo, factum. in 9. q.

Iudici soli licet non credatur nisi quatenus constat ex actis: tamen creditur iudici & notario simul, ita no. Inn. in c. quoniam contra falsam. de proba. fol. 252. nu. 8.

Iura spiritualia non sunt diuersa inter episcopum & capitulum, ita no. Inn. in c. cùm clerici. de ver. sig. fol. 566. vide sup. in verbo, electio. in 14. q6.

Iura loquētia de stipul. & acquisitionibus seruorum habent locum in contractibus monachorū, ita no. Inn. in c. cùm olim. el. 2. de priuileg. fol. 532. nū. 4. facit ad materiam. l. si seruus. C. de pac. quia quæ ibi dicuntur idem in seruo idem in monacho.

Iura spiritualia non transeunt in vniuersitate temporalium rerum, & si sit appositum signum vniuersale, ita no. Inn. in c. ex literis. de iurepa. fol. 44. nu. 1. Bal. caue. per. l. quædam. ff. de acquir. rer. do. & per no. in l. modicis. ff. de contrah. emp.

Iura quando sunt contraria statur posteriori, tamen generale non derogat speciali alicuius loci, ita no. Inn. in c. 1. de rescrip. fol. 7. nu. 3.

Iuramento firmato à iure nil debet addi vel detrahi, quia certos habet fines, ita no. Inn. in c. dilec. de ma. & obe. fol. 159. nu. 2.

Iuramentum turpe nō est seruandum sed turpiter præstitum sic donec absoluatur iurans, nisi ex necessitate, ita no. Inn. in c. venerabilem. de elec. fol. 65. nu. 5. & in c. cùm inter. de renunc. vide inf. in ver. testis. in 27. q.

Iuramentum quod est præstitum alicui tanquàm officiali eo deposito non debet ei seruari, secundum Hostien. ibi. Et vide inf. in ver. testamentis. in 45. q. Bal. vide in c. ad apostolicæ. de re iud. lib. 6. & in c. pastoralis. eo tit. in Cle.

Iuramentum de non reuelando secretum intelligitur nisi ex iusta causa reueletur, ita no. Inn. in c. qualiter. el. 2. fol. 490. de accu.

Iuramentum veritatis succedit loco iuramenti calumniæ in causis spiritualibus, ita no. Inn. in c. literas. de iura. calum. lib. 6. fol. 210. nu. 2. Idem in criminalibus, vt in c. dilectus. de ac. Et ideò nō est iuramentum purgationis, interdum enim iuramentum calumniæ facit sufficientem probationem vbi id quod petitur agenti prodest, & alij non dicet vel parum, vt no. ff. ad exhi. in l. thesaurus. tene menti. Bal. vide sup. in ver. actor. 15. q.

Iuramentum minoris repræsentat ipsum esse maiorem non essentialiter, cùm esset quid impossibile, sed iuris præsumptione sic, vide Inn. in c. cùm causam. aliàs. in c. fi. de iura. cal. fol. 211. Et quid est hoc dicere, vide per Cy. in l. si quis maior. C. de transa. Et hoc quod facit eum maiorē est verum nisi fraus interuenit, vt no. in l. quid ergò. §. contrarium. ff. de contra. iudi. tu. Bal.

Iuramentum præstitum potest in melius commutari sicut votum factum, ita no. Inn. in c. debitores. de iureiu. fol. 284. nu. 2.

Iuramentum de obseruandis sta. restringitur ad licita, ita no. Inn. in c. clericus. de iureiu. fol. 289. C. de vsu. l. eos. in gl. no. Bald. de hoc in c. 1. de iureiu. lib. 6. & vide in l. nō videtur data. §. q iussu. ff. de reg. iur.

Iuramentum quod præcipitur à iure præstari super contractu fiendo vel alijs, intelligitur quod solenniter præstari debeat tactis manibus sacrosanctis Euangelijs, vt in Authen. vt omnes obed. iudi. §. fi. col. 5. ita no. Inn. in c. & si Christus. de iureiur. fol. 287. nu. 3. & no. per Io. An. in c. vt circa. de elec. li. 6. Bal. Patet igitur quod vbicunque fit mentio in l. vel statutis de iure præstando intelligitur quod præstetur solenniter tactis corporaliter sacrosanctis Euangelijs.

Iuramentum debet esse veritatis indago, ita no. Inn. in c. & si Christus. de iureiu. vnde & si pars iurat attendere illud quod ignorat dicitur subire anceps periurium, vt. ff. de in litem iuram. l. videamus. quæ assertio temeraria veritatis in parte est culpa. ff. de ac. emp. l. Iul. §. 4. in teste autem esse dolus & falsitas si præcisè affirmaretur secundum Inn. alibi. Item iuramentum debet esse materia liciti & honesti, non rei turpis vel prohibitæ. ff. de pac. l. iuregentium. §. & generaliter. item stylus descriptionis exigitur in consilium animi. ibidem Inn. & Hosti. no. Bal.

Iuramentum debet seruari licet sit in præiudicium rei familiaris, secùs quando est in præiudicium animæ, ita not. Inn. in c. quemadmodum. & in c. cùm contingat. de iureiu. folio 288. numero. 3.

Iuramentum cadens super debito seruandum est, licet sit per vim extortum, ita no. Inn. in c. ad nostram. de iureiu. fol. 286.

Iuramentum est personale ex parte iurantis, sed est reale ex parte eius cui præstatur, ita no. Inn. in c. veritatis. de iureiu. fol. 285.

Iuramentum transit ad hæredem recipientis non ad hæredem iurantis, nec sortitur hæres forum vniuersale ex iuramento defuncti, nec censura ecclesiastica potest compelli, vt no. in c. fi. de fo. compe. lib. 6. in nouella. per Io. And. licet Abb. dixerit contrarium in c. parochiano. de sepul. tamen veritas est quod iuramentum quantum ad spiritualitatem, quæ sibi inest, non transit ad successorem iurantis. Sed quantum ad robur contractus benè transit, quia vires & robur à princip. sui assumpsit de præterito, & ex

persona hæredis robur non mutatur. Item transit quantum ad probationem, vt in Authen. de iureiu. à no. præst. col. 5. Bal.

Iuramentum defuncti in extremis præstitum afficit hæredem, & facit eum hæredem de foro ecclesiæ, ita tenet Abb. in c. fin. de sepul. Secùs si esset iuratum in contractu, namper hoc non efficitur hæres de foro ecclesiæ, nisi iam cœptum esset iudicium cum defuncto, vt not. Io. An. in c. fi. de foro comp. lib. 6. in nouella. Et est ratio, quia iuramentum est personale ex parte iurantis & per mortem virtus spiritualitatis ei annexa dissoluitur, vt in c. veritatis. de iureiuran. per Inno. Aliæ verò vires iuramentum & robur contractus non pereunt morte iurantis. Bal. Et facit quod hæres teneatur iuramentum præstitum à testatore in articulo mortis seruare: vt. ff. de leg. 2. l. cùm pater & filius matrem. Bal. vide. ff. de leg. 3. in l. cum quis decedens & codicillis & Titia. per Bal.

Iuramentum astringet testem ad veritatem dicendam tam super facto quàm super circumstantijs, vide per Abb. in c. cùm causam. de testibus.

Iuramentum fidelitatis extenditur ad futura, ita dicit Abba. in c. clericus. de iureiuran. & ibi vide per eum. & vide. l. si fructus. ff. de vsufru. in gl. ord. Bal. vide sup. in verbo appellatio. in 26. q.

Iurans aliquid dare vel facere sine stipulatione nulla oritur actio ciuilis vel canonica ex hoc iuramento. Sed denunciatio potest impetrari, ita not. Inno. in c. nouit. de iud. quod not. Bald. Et sic not. quod iureiuran. non includit pactum, coniuncto. c. 1. extra de pact. vide Iac. But. & Bur. in l. 1. C. de ope. li. & Bal. ibi. & Inn. c. cùm venisset. de institutio. fol. 368.

Iurans in animam alicuius debet respondere id quod domino videtur non quod sibi, ita not. Inn. in c. fi. de iudi. cal. folio 211. & in c. ad hoc. de test. Et de iuramento præstando in animam alterius, vide. 62. dis. c. tibi domino. Bal. vide supra in verbo conditio. in 1. & 2. quæst.

Iurans homini ab homine potest absolui, ita not. Inn. in c. cùm inter. de renun. folio 88. nu. 1.

Iurans aliquid dare vel facere alteri, & ille idem iurauit aliquid dare vel facere alteri. Si vnus non seruat iuramentum alteri, nec alter illi non obseruanti seruare tenetur, ita not. Inno. in c. peruenit. de iureiuran. folio 283. numero. 2. facit quòd no. in l. 1. in fin. ff. de lo. pub. fru. & ff. loca. l. quæro. §. inter locatorem. & ff. de iureiurando. l. si non fuerit. & de non nu. pec. l. fi. de act. emp. l. Iul. §. offerri. C. de transa. l. scire apud acta. ff. de rescin. ven. l. fi. & de pac. l. 1. & quod ibi no. cumsi. Ergò si iurasti dare mihi centum, & ego tibi equum. Si tu non facis promissa, ego non deiero si non facio similiter quæ promisi, nam defectus causæ excusat, vt in d. ll. Ex prædictis collige casum, quòd quis licitè venit contra iuramentum suum, & no. ista Bal. idem quòd dicit Inn. in primo dicto tenet Abb. in c. sicut. de iureiuran. qui dicit, quòd non est periurus ille, qui periuro non seruat fidem. Ad hoc vide. ff. de contrahen. emp. l. domum. in fi. Bal.

Iurans parere mandatis alicuius simpliciter tenetur obedire de quolibet mandato de quo verisimiliter potuit cogitari. Si autem iurauit aliquid in specie, tunc in foro animæ statur intentioni iuram. in foro autem causarum statur interpretationi iuris, ita not. Inn. in c. veniens. de iureiuran. folio 285. numero. 1. adde quod no. ff. de re. iuris. in l. non videtur. §. qui iussu. & C. de vsur. in l. eos. iuramentum enim licet sit ita præstitum, debet tantùm intelligi arbitrio boni viri facit. ff. de oper. lib. l. si libertus. ita Bal.

Iurans non appellare non obstante iuramento adhuc poterit appellare per causam superuenientem, ita dicit Inn. in c. ad hæc. de app. fol. 318. idem in reductione. ibid.

Iurans non alienare ea quæ sunt de mensa, intelligitur iurare etiam de posteà quæsitis mensæ, ita not. Inn. in c. vt super. de re. ecc. non alie. folio 389. idem Host. ibidem. Tamen res consuetæ infeudari non sunt de mensa, secundum Innoc. ibidem & per eundem in c. ex parte. de feudo. & consuetudo in hoc seruanda est, vt. ff. de aqua quo. & æsti. l. 1. §. permittitur. Sed quomodo iuramentum trahitur ad futura? Respondeo, quia est vniuersale, vt. ff. de fun. instru. l. Lucius. & in l. fi. C. quæ res pi. obli. pos. Et no. quòd res quæ non deuoluuntur ad episcopatum sed ad episcopum nomine alieno. i. pauperum non debent episcoporum deputari mensæ, sed nomine pauperum vendi debent, & liberè pretium pauperibus erogari. Mensa spiritualis non continetur appellatione pauperum, & in hac alienatione nulla est necessaria solennitas siue forma. vt in Authen. de ecclesiastis. titulis. §. qui hoc facere. & §. interdictum. col. 9. secundum Bar. quod est benè no. & est ratio, quia episcopus facit istam aliena. vt executor cui non est data aliqua forma. tene menti. Bal. Sed quid si episcopus rem emphyteuticam non relocauit, & stetit per annum, an iste lapsus anni facit rem esse de mensa. Archi. tenet quod sic, quia ex quo episcopus percipit fructus nomine mensæ ipsi mensa deputasse videtur. Ego non credo quòd consuetudo rei sic de facili perimatur sicut nec inducit, ad hoc. ff. communia præd. l. venditor. Bal.

Iurare possunt de calumnia omnes qui habent administr. à lege vel à iudice sine speciali mandato, vt no. Inn. in c. imperatorū de iura. calū. fol. 211.

Iurare potest de veritate etiam ille qui nō videt, si tamen indubitanter nouit. Fallit in teste qui dicit vidisse & præsentem fuisse in actu, ita no. Inn. in c. fi. de iur. cal. fol. 211. Ergò pars quæ iurat vera esse non debet interrogari de causa scientiæ, & si interrogetur potest dicere scio, quia indubitanter noui: secùs in teste qui debet reddere causam per sensum corporis & de re ita gesta eo presente & vidente, vnde dicit tex. quod in teste semper requiritur præsentia & memoria, vt. ff. de fur. l. quidam tabularum. in fi. & ff. de testa. l. quidam testamento. in fin. & C. de test. l. testium. in fi. Et hoc dictum dūs meus Do. Car. Vbrensis allegat, quod ad hoc vt ecclesia romana possit mouere arma spiritualia & temporalia, sufficit quòd habeat iustitiam veritatis indubitanter, licet non habeat iustitiam probationis, quia procedit ecclesia vt pars cui sufficit veritatis fundamentum. Bal. Item scias quòd si testis

diceret

diceret se credere vel sibi videri non valeret suum testimonium, vt no. ff. de arbi. l. diem proferre. §. si plures. quia ista verba magis pertinent ad iudicium, vt eod. tit. l. quid tamen. §. 1. quàm ad assertionem facti. Bal. Item æquè creditur parti in negatiua sicut in affirmatiua, secùs in teste, quia videri factum negatiuam non potest. Et ideò magis creditur affirmantibus qui dicunt se vidisse quàm his qui dicunt non se vidisse, vt no. per gl. in d. §. si plures. & per gl. in c. 1. de præscri. li. 6. nisi testis adiciat nec esse notuisset quim vidissem: vt no. in. l. 1. §. 1. ff. de iti. act. priu. Tunc enim astruit negatiuam per sensum corporis, vt. C. de contrab. & commit. stip. l. optimam. Si autem dicit testis simpliciter non vidi nihil probat, quia sensum negat & tanquam ignorans deponit vnde nil probat, in negatiua etiam vaga vel generali testis est suspectus, vt in. c. cùm ecclesia. de cau. poss. & prop. Debet enim esse coarctata, vt possit in veram notitiam cadere, sed nec omnis sensus sentit negatiuam. Sed sensus visus tantum, quia locum vacuum video. Sed non ens, non gusto, non tango, nec odoro, nec audio. Per contrarium sensum probatur negatiua, quia non entia non obijciuntur sensibus, nec apparent sensibus, quia sentire est pati, & ab ente debet fieri secundum Arist. Et si iste libellus non concludit ista tacita confessio est contumatia non concludit quia pro qualitate libelli debet intelligi confessionis effectus, vt no. C. de iureiur. cal. l. fi. §. fin autem reus. in gl. per h. secùs in confessione expressa, quæ potest excedere naturam petitionis secundum Inn. alibi tene menti ista. Bal. vide inf. in verbo, probatio. in 5. quæstio. & inf. in verbo, procu. in 13. q.

Iurare quando quis possit in animam filiorum, & quando non, vide Inn. in c. ad hæc. de testi.

Iuratur iterato de calumnia propter præsumptam malitiam, ita not. Inn. in c. cùm dilecti. de elect. fol. 63. nu. 9. ergò iuramentum calumniæ non excusat ab expen. secundum Host. ibid. Bal.

Iuratus non accusare aliquem potest renunciare ad correctionem, ita not. Inn. in c. veniens. de accu. fol. 487. nu. 3.

Iurauí stare mandatis tuis non poteris propter hoc iniungere mihi graue & insolitum, ita not. Abb. in c. veniens. de iureiuran. arg. l. fi. stulas. §. pe. ff. de contrah. emp. Bal. vide in l. pe. de arbi. per Guil. & in l. fi. de præto. sti. per Bar. in l. si quis in conscribendo. C. de pa. per Cy. & Bal.

Iurauí non esse contra ecclesiam, licet sic iurauerim, tamen si ipsa est contra me possum me defendere ab ipsa, nec intelligor iurimeo præiudicasse, ita no. Abb. in c. petitio. de iureiu.

Iurauit quis non vendere vel alienare rem si de facto alienat vel vendit, ipsa alienatio tenebit non ob. iuramento, ita tenet Inn. & Io. And. in nouella. in c. dilecto. de præb. quod no. pro principibus qui aliquando permittunt vasallis alicuius castri eorum iuramento quòd nunquam alienando istud castrum exibit de corona regali, & sæpè contrauenium & alienatio tenet per prædicta, tene menti. vide in c. licet. de iureiu. lib. 6. in gl. & in nouella. per Bal. in l. duobus. in fi. ff. de iureiurando. adde tamen quòd tenet alienatio, si fuit moderatè facta. Secùs si immoderatè, vt quia per eam læditur dignitas regalis, vt not. ipse idem in c. intellecto. de iureiuran. adde similiter ad primum dictum. sup. e. quæstio. quod no. in simili de domino qui iurauit non reuocare procuratorem quæ reuocare potest, licet sit periurus, vt in c. fin. in gl. super verbo, reuocatus. de procu. li. 6. quæst fingu.

Iure, id est secundum ius quod secundum consuetudinem fit, dicit Inn. in c. cùm venissent. de eo qui mit. in possessio. cau. rei ser. numero. 1. folio 243.

Ius commune si deducatur pactum non est simonia, ita not. Inn. & Hostien. in c. ad audientiam. de rescri. vide inf. in verbo, reus. in 5. quæstio.

Ius alicui non quæritur per sententiam excommunicationis, ita not. Inn. in c. sacro. de sen. excom. folio 555. in numero 8. vide inf. in verbo, renuncians. in 14. q.

Ius patronatus ecclesiæ transit non solùm ad filios, sed etiam ad extraneos hæredes, quia transit cum vniuersitate, ita not. Inn. in c. 1. de iurepa. fol. 440. nu. 1. tene menti perpetuò.

Ius patronatus ex sola præsentatione non quæritur, ita not. Inn. in c. quoniã. de iurepa. fol. 440.

Ius patronatus post fundationem ecclesiæ non quæritur, ita not. Inn. in c. 1. de iurepa. folio 440. nu. 1. & vide sup. in ver. castrũ. in 1. q. ibi ius patrona. etc. vide sup. in verb. in 1. q. ibi oritur ius petendi etc.

Ius quæritur in beneficijs ecclesiasticis sine possessione, vide per Compost. in c. cùm M. de cõst. Bal. vide in c. literis. de consue. & dixi in l. traditionibus. C. de pac.

Ius impetrandi acquiritur in gratiosis ex sola interpretatione, & tantum operatur in eis interpretatio, quantũ in contentiosis citatio, secundũ Inn. in c. constitutus. de rescri. folio 15. nu. 3.

Ius quando petitur in aliqua re debent vocari omnes quos tangit res, ita not. Inn. in c. inter quatuor. de maio. & obed. folio 157. numero 3. & interdum vocantur illi quos res non tangit per præiudiciũ, sed per affectũ, vt sunt consanguinei & amici, quod est in vno casu tantum. s. quando volo pcedere contra aliquẽ absentem vel pupillum tanquàm contra indefensum, nam ista negatiua quòd sit indefensus aliter nõ potest apparere nisi per istam discursionem & imaginationem, vt l. ergò. ff. ex qui. cau. ma. Porrò hi qui præiudicio contingunt sunt citandi nisi in illis casibus in quibus res iudicata seu inter alios acta non præiudicat secundum Inn. & no. ff. de mi. l. de ætate. & ff. qui. ex cau. ma. l. si miles. §. 1. & C. si propter. publ. pensi. l. si desertor. in fi. Regulariter non sunt citandi illi qui non habent ius in processu. Bal.

Ius statim est quæsitum in beneficialibus ex permutatione, secùs in rebus corporalibus, ita not. Inn. in c. inter cætera. de præb. folio 358. numero 3.

Ius an quæratur alicui ex inuestitura, vide per Inn. c. ex ore. de his quæ fiunt à ma. par. cap. folio 386. per Dy. in c. 1. de reg. iuris. lib. 6. Bal.

Ius non potest acquiri in beneficijs ex præscriptione, ita not. Abb. in c. ex parte. de testi.

LAICI

LAICI interdicti promoueri non possunt, ita no. Inn. in c. non est. de spon. fol. 464.

Laici pro rebus ecclesiasticis possunt conueniri coram iudice ecclesiastico, ita no. Inn. in c. si clericus. de fo. compe. fol. 196.

Laicus debet postulari ad canonicatum non eligi, ita no. Inn. in c. fi. de oblig. ad ratioci. fol. 110. nu. 2. etc.

Laicus tempore inchoati processus & delicti si postea efficiatur clericus vel monachus non mutat forum, vt l. si quis postea. ff. de iudice. & l. cùm quædam puella. ff. de iurisd. omn. iud. Ne pœna alteretur vbi in pœnis inspicitur tempus delicti. Sed vbi inspicitur tempus sententiæ, tunc secùs quia secundum illud tempus moderatur condemnatio, licet secundum aliud tempus accusatio sit formata, vt. ff. si ex noxa. cau. agatur. l. pe. & de pœnis. l. 1. & ff. de neg. gest. l. Pompo. la. 2. Si verò sit clericus ante inchoatum processum idem quo ad pœnam si in fraudem recipit clericatum secundum Dy. Sed quare sicut bona alienare potest sic vt ita dixerim non & personam, vt. ff. de dona. l. & post contractum. de in integ. restitutio l. absentem. Non enim est persona aut res litigiosa, Respondeo, quod noxa sicut lepra sequitur caput, vt no. in Authen. de mona. in princ. colum. 1. & ff. de cap. di. l. 2. §. nemo. & ff. de post. l. ex ea. Vel dic, quod licet clericus in ante gesto teneatur inspecto initio tantum iudex secularis non potest in eo exequi sententiam corporalem, quia non potest mittere falcem in alienam messem. arg. ff. de bo. aut. iudi. poss. l. cum vnus. §. is qui. & ff. si serui. vendi. l. sicuti. §. Aristo. & in Authen. de sancto episcopo. §. si verò. coll. 8. vbi dicitur, quod primò degradari debet & postea tradi ad pœnam iudicis secularis. Sed an post capturam clericatum accipiens dicatur esse præuentus dic quod sic, quia captura est citatio realis, quandocunque captura non est citatio sed custodia, vt in c. famæ. de sen. excom. Vt quando iudex secularis capit clericum in scelere seu in delicto comprehensus tangitur ista materia in c. 1. de obligatis ad ratio. & melius per Io. An. ibidem quem omninò vide. & per Bar. in d. l. 1. ff. de pœ. Bal. item scias, quod mutatio est duplex. s. fori & pœnæ, & neutra fit si erat præuentus, sed si non erat præuentus fit mutatio iudi. non pœnæ, nisi quando non cadit in iudice talis qualitas pœnæ, tunc enim primò degradari debet, postea remitti puniendus veteri pœna, & facit. ff. ad muni. l. incola. & quod ibi no. Bal.

Laicus tenens clericum in carcere seu asserentem se clericum: An laicus teneatur eum dimittere, & quando, vide Inn. in c. contingit. de senten. excommu. fol. 552. nume. 2. & vide sup. in verbo, iudex. in 78. q. vbi latè.

Laicus non accusat clericum seu presbyterum etiam de fornicatione, ita no. Inn. in c. ex parte. de testi. fol. 255. nu. 1.

Laicus etiam de spiritualibus tenetur respondere Papæ, ita no. Inn. in c. dilectus. el. 4. de præb. fol. 367. vide sup. in verbo, clericus. in 22. q. & etiam in 30. q.

Latitare dicitur omnis qui non obedit vocationi iudicis cùm scire præsumatur, ita no. Inn. in c. dilecto. de verbo. significat. folio 570. nu. 4.

Laudum arbitratorum non emologatur tacitè lapsu temporis, ita no. Inn. in c. quintauallis. de iureiur. folio 286. in nume. 4. Ratio est, quia magis accedit contractui quàm sententiæ, vt in Authen. vt diffe. iudi. §. 1. col. 8. Item si arbitrator non procedit vt iudex, ergo non habet citare partem ad essentiam laudi secundum not. per Inn. in c. dudum. de præsum. Sed ad sui instructionem si ei non liquet de causa requirit absentem, & si absens non comparet videtur impedire ne arbitretur, vt. ff. de verbo. ob. l. si quis arbitratu. Item quare citat, vbi requiritur exploratio voluntatis, vt. ff. de ædi. edi. l. quod si nolit. & de in diem addic. l. si necessario. & de leg. 2. l. quod tamen. quod tene menti. Adde quod no. per gl. ff. de arbi. l. si de meis. §. decepisse. per Dy. & ff. de fur. l. si dominium. per gl. & de iud. l. 1. & vide quod dixi ff. de condi. in deb. l. si procurator. Bal. vide sup. in ver. arbiter. in 7. q.

LEGATARIVS admittitur in testem in causa testamenti, quia necessariò non sequitur, valet testamentum ergò & legatum, ita no. Inn. in c. quoniam. de testi. fol. 254. nu. 2.

Legati in prouincia sibi commissa possunt facere constitutiones generales in his, quæ pertinent ad suam iurisdictionem, ita no. Inn. in c. nemini. de offi. leg. fol. 147. idem tenet Abb. in c. 1. de loca. & sic facere stat. procedit per eundem, per quem procedit iurisd. & eandem metam habet statuere & iudicare secundum Inn. siue quis habeat iurisdictionem altam, siue superiorem, siue bassam, id est inferiorem, & potest facere statu. in spectantibus ad suam iurisdictionem. Non tamen potest facere statu. ne à sua iurisdictione possit appellari, quia soli principi licet apponere clausulam omni appellatione remota, vt in c. venientes. de iureiu. quia hoc. s. an app. sit recipienda nécne, non pertinet ad suam iurisdictionem sed ad iurisdict. superiorum. Numquid ergò valet statutum quod faciunt isti in prouincijs quibusdam. s. quod ab interlocutoria non possit appellari, videtur quod sic, si appellatur ab inferiore ad episcopum legatum. Secùs si ad Papam, quia non potest diuertere à molendino domini Papæ, potest tamen retinere hunc modum quod faciat iudices tres: primum primæ causæ, secundum primæ appellationis, tertium secundæ appellationis, & sic non poterit appellari extra prouinciã, quia non est licitum tertio prouocare, & hoc est iuris cõmunis non vi sta. secundum Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Qui non dicit verum, quia quo ad Papam potest appellari omissis gradibus. Si autem facit constitutionem non negatiuam sed affirmatiuam, puta quod ab interlocutoria liceat appellari vna vice valet constitutio, quia appellat ius superioris non autem minuit secundum quosdam. Sed videtur quòd non possit sine speciali commissione statuere id cuius contrarium statuit dominus, vt. ff. man. l. si hominem. Sed quæd si statuit vt procedatur summariè & de plano videtur valere, quia nõ tangit ius superioris sed ordinem iudiciorum, in contrarium allegatur. ff. de officio procons. & leg. l. nec quicquam. & no. Spec.

no. Spes. in tit. de leg. §. superest. ver. sed nunquid. & in c. fi. de hæret. li. 6. & de ver. sig. c. sæpè. in Cle. in gl. 3. Sed qd si statuit ꝙ minor non restituatur videtur ꝙ non valet. ff. de mino. l. 3. in princ. Arg. cõtra. ff. quod quisq; iu. l. 1. §. 1. & plenè vide in c. fi. de app. li. 6. in nouella. Bal.

Legatum, vide inf. in ver. testator. in 1. & 3. q. & infrà in verb, oprælatus. in 2. q.

Legatus quid possit reseruare suæ collationi, vide Inn. in c. cum dilectus. de iurepa. fol. 443. nu. 2. & vide quod no. ff. de testa. mil. l. si certarum. in fi. Bald. vide sup. in verbo, emanans. in 1. q. & sup. in verb. ciuitas. in 5. q.

Legatus an possit facere sta. cõtra ius commune? dic ꝙ sic, nisi in reseruatis vel prohibitis statuti, ita not. Inn. in c. vt singulæ. de offi. archipresb. fol. 118.

Legatus facta vnius prouinciæ existens in alia explicat si bi decreta, ita no. Inn. in c. nouit. de offi. leg. fol. 146.

Legatus nullam habet potestatem auferendi iura vnius ecclesiæ & dare alteri, ita no. Inn. in c. fi. de confir. vel inu. fol. 34. 7.

Leges ciuiles an sint seruandæ in foro ecclesiastico seu canonico, vide per Inn. in c. 1. de no. ope. nun. fol. 529. & etiam per Io. And. ibidem in nouella. & in c. quid clericis. de fo. compe. Dic ꝙ si loquimur in sententia tũc inter laicos est seruanda in foro episcopi si patitur iurisdictio iudicantis, vt in c. fi. de excc. li. 6. Si loquimur in sta. Aut statu. est contrarium cano. Et tunc episcopus debet seruare canones non sta. vt in c. ecclesia. de constit. & in c. cùm causam. de re iud. Aut non est contrarium sed supplet vel distinguit ius canonicum, & tunc seruandũ est statu. arg. notatorum in l. 1. de constit. princ. Aut sta. est præter ius canonicũ & disponit de casu aliàs non decisso. Et tunc seruandum est, vt ff. de leg. l. de quibus. & ideò consuetudines feudorum seruantur in foro episcoporum sicut patta, vt ff. de legib. l. sed & ea. Et non solũ consuetudo est seruanda sed simile consuetudinis & statuti no. ibi. & l. non possunt. & in l. sed & posteriores. eo. tit. nam quando lex sit super casu non decisso semper tacitè agi videtur, vt de similibus ad similia porrigatur vel procedatur, quod est no. Bal. Adde ad istam materiam ꝙ no. gl. in c. malæsidei. de regu. iu. lib. 6. Bal. vide Bar. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. & no. bñ hoc in eo ꝙ dicit semper & an hoc ꝓcedat in penalibus, dic vt in c. 1. §. sed quia natura. in ti. q̃ sit pri. cau. bene. amit. & ibi dixi.

Legis intellectum sufficit habere licet non habeamus intellectum factũ, ita no. Inn. in c. ecclesia. vt lite pend. fol. 245.

Legitima potest diminui ꝑ textu consuetudinis, ita not. Abb. in c. Rainutius. de test. imò ibi casus de hoc melior quisit in iure ibi, dum dicit secundum Tuscanensem consuetudinem ciuitatis etc. vide Cy. in l. sancimus. C. de nup. Bal. vide Ioan. An. in c. multum. de reg. iu. li. 6. qui allegat ad idem. d. c. Rainutius.

Legitimatio sobolis non firmat electionem illegitimè electi, aliàs nati, quia non purgatur vitium eligentium, quia non trahitur retrò, ita no. Host. c. innotuit. de elect.

Legitimatio personæ procuratoris non facit eũ irreuocabilem ãn litem contest. ita no. Inn. in c. in causis. de elec. fo. 61. nu. 4.

Legitimatus & restitutus famæ ab Imperatore est habilis ad honores ciuiles non ecclesiasticos, ita not. Inn. in c. per venerabilem. qui fi. sint leg. fo. 481. nu. 2. legitimatus à Papa non videtur legitimatus ad succedendum nisi in terris ecclesiæ, ita dicit Inn. in c. per venerabilem.

Legitimatio summi Pontificis quid operatur, vide Inn. ibi.

Legitimè videtur factum in dubio quod factum est, ita no. Inn. in c. fin. de lib. obla. fo. 203. & ibi vide de natura istius verbi legitimè.

Legitimè nihil potest fieri si forma non seruatur, ita no. Host. in c. cum dilecta. de rescri.

Lex licet sit abrogata tamen ratio semper remanet legis quam semper licitum est allegare, ita no. Inn. in c. nouit. de iud. f. 193. num. 6. & vide l. pe. in princ. C. de lat. lib. tol. Innocen. vide sup. in verbo, citatio. in 28. q. circa med. ibi. quod si lex assignet tempus etc. Bal. vide in c. authoritate Martini. de præb. li. 6. & Bar. in l. si. de fal.

Lex, petendæ. C. de tempo. in integ. rest. habet locum vbi terminus præfigitur partibus non iudici, ita no. Inno. in c. de causis. de off. dele. fo. 120. nu. 5. ff. de mino. l. inter vtile. no. C. de adul. l. fi. & ff. de excu. tut. l. si cùm ipse. & in l. scire oportet. §. consequens. & per Dy. in §. rursus. & l. arbitrio. §. pe. ff. de dol. Bal. vide inf. in verbo, sta. in 5. q.

Lex. 1. §. solent. ff. quando app. sic intelligitur quando præses sedebat in ordine non iudicans sed consulens, vel quando sedit iudicans sed contradixit, & ideò potest cognoscere de appellatione, quia cognoscit diuerso iure, ita no. Inn. in c. irrefragabili. de offi. ord. fo. 152. nu. 2.

Lex, de vsuaquæ. ff. de va. & extraor. cri. qualiter intelligatur, vide In. in c. 2. de offi. iud. f. 155. nu. 2.

Lex pe. ff. de aqua quo. & æsti. vide Inno. in c. cùm venissent. in fi. de in integ. rest. fol. 176. nu. 9.

Lex, si de meis. ff. de arb. vide Inn. in c. per tuas. de arb. fo. 187. nu. 3. ibi ponit etc.

Lex, si quis in tantam. C. vnde vi. an habeat locum in causis ecclesiasticis, vide Inno. in c. ad nostram. de iureiur. fo. 284. & 285.

Lex, vtiq. ff. de rei ven. qualiter practicetur in sententia formanda, & cæteris capitulis illius legis, vide Inno. in c. 1. de re iud. fo. 303.

Lex, petendæ. C. de tempo. in integ. rest. & l. diffamari. C. de inge. manu. quomodo debent intelligi, vide Inn. in c. sup. eo. de app. f. 320. & ibidem vide per Inno. de coarctatio. dilatio. & vide sup. hoc eodem verbo. in 2. q.

Lex viua quando aliquid prohibet debet idẽ operari ac si lex mortua prohiberet, ita no. Inn. in c. fi. de accu. fo. 497.

Lex si detur quod hæreticus in articulo mortis non posset reconciliari esset inhumana & contra voluntatem Dei, ita no. Inn. in c. à nobis. de sent. excom. fo. 549. nu. 2.

Lex de intellectu. l. Barbarius. ff. de off. præsi. vide omninò Inn. in c. cum dilecta. de rescr. fo. 59. nu. 1. vbi ponit not. intellectum illius legis.

LIBELLO non procedente potest fieri missio ex primo decreto & executio sententiæ, ibidem Inno.

dam Innocent. & vide supr. in ver. actor. in 1. & 3. quæst.

In libello sufficit accessoriè petere fructus perceptos & percipiendos sine alia expressione quantitatis, ita no. Inn. in c. 2. de lib. obl. fol. 60. & ff. de arbi. l. qui tamen. §. pe. Bal.

In libello sufficit dicere peto 10. quæ mutaui, licet non adjiciam te mihi soluisse vel solenniter in contractu esse, vel pecuniam in vtilitatem esse conuersam, ita not. Innoc. in c. fi. de lib. oblig. fol. 203. etc.

De libello disiunctiuo, vide per Inn. in c. abbate. de re iud. fol. 316. num. 1.

Libello eodem potest petiri es & pœna licet tẽpore peti. nondum sit commissa, vt extra de test. c. Raynaldus. in princ. per Doct. & do. Pet.

Libellum ineptum si iudex admisit & super eo est probatum non valet probatio, ita not. Spec. in ti. de offi. iudi. §. de seruis. ver. quid si libellus. & no. in c. examinata. de iud. per Io. And. Inn. Si verò libellus est aptus sed processus ineptus, adhuc non valet probatio, nisi per cõfessionem, in c. Pisanus. de rest. spo. secundum Io. Cald. & ff. de iureiur. l. si patronus libertam. per Guil. de Cun. Si delegatus pronunciat super ineptitudine libelli non desinit esse iudex, quia est interlocutoria. ver. quid si proprio G.

Libellus est triplex, quidam est supplicationis, & est ille qui offertur iudici à quo tantùm, inde præsentatur iudici recognituro de causa, deinde parti contra quam. Quidam dicitur conuentionalis, & iste primò offertur iudici, deinde parti. Alius dicitur citatorius, qui offertur parti tantùm. In primo non requiritur expressio rei vel causæ, vt l. prætor. ff. de iurisd. om. iud. In secundo, requiritur expressio rei vel causæ proximæ & remotæ. Inn. 3. non requiritur expressio causæ, vt vt. C. si man. ita fue. alie. l. ea quidem. in glo. Hoc quantum ad libellum quia debet & potest procedi. Sed est libellus ex quo potest sed non debet procedi quando exprimitur causa proxima tantum. s. oblatio informis, tamen valet ad interruptionem. Est tertius libellus ex quo non debet, nec potest procedi, quia non concludit iudici neq; parti iste est difformis, & sic est triplex libellus. s. ex quo procedi potest & debet, ex quo potest & non debet, ex quo non potest nec debet. Aliud est enim libellus informis. Aliud difformis sicut in iuramento dicimus, & sic erit triplex libellus, formis, informis, & difformis, ita no. Innoc. in rub. de lib. obla. fol. 202.

Libellus in quo iniusta causa petitur non debet recipi, ita no. Inno. in c. inter dilectos. de dona. fol. 399. in nume. 2. & not. ff. de excep. dol. l. 2. §. circa Bal.

Libellus propriè non dicitur querela cui petitio non inseritur, ita no. Innoc. in c. in nostra. de sepul. fol. 411. in prin.

Libellus qualiter debeat concipi in petitione quartæ episcopalis, vide Innoc. in c. certificari. de sepul. fol. 410. in num. 1. Adde quod quarta episcopalis non debetur nisi ab ecclesijs subditis. Sed parochialis debetur etiam ab exempt. quia ista non debetur ratione superioritatis sed ratione iniuriæ. ideò quia non sepeliuntur apud parochiam secundum Io. And. in capitulo, cum officijs. de testam. Bal.

Libellus qualiter formetur quando socius agit contra socium, ratione societatis, vide Inno. in c. dilecta. de excess. præla. fol. 526. in num. 7.

Libellus quando formatur simpliciter, & tunc nomine proprio intelligitur formatus nisi esset persona ecclesiastica, quia tũc nomine ecclesiæ intelligitur formatus, ita no. Inno. in c. olim. de resti. spo. fol. 235. num. 2.

Libellus requiritur in causa inquisitionis & denunciationis, ita no. Innoc. in c. 1. de lib. oblat. fol. 202. num. 3. vide inf. in ver. sententia. in 16. q. & inf. in ver. renuncians. in 14. q.

Libellus quando possit mutari vel emendari, & quando non, vide Inno. in d. c. 1. de lib. obl. fol. 202. in num. 6. post lit. contest. Item in causa appellationis non potest quis emendare vitium petitionis in libello positum. Sed vitium exceptionis benè potest emendare vel vitium posi. vt. C. de temp. appel. l. per hanc. & no. C. de appel. Nec obst quod app. pendente nihil debeat innouari, quia verum est innouatione executionis. Secùs est innouatione probationis vel delegationis, vt. l. fin. C. de erro. aduo. tene menti Bal. Item scias quod in l. in deli. §. si detracta. ff. de noxal. fuit generaliter actum ibidem. nam qui declarat libellum non dicitur mutare vel emẽdare, & ideò hoc potest fieri in quacunq; parte litis exponendo quod dixi non perimendo. ff. de rei vend. l. Pompo. scribit si frumentum. §. 1. & in c. cùm dilectus. de accu. Sed secundum quosdam est falsum, quia ille. §. si detracta. loquitur in libello speciali, nam eo ipso quod non exprimitur qualitas videtur simpliciter agi, nec potest postea addi qualitas post litem contesta. quia non intentant per libellum secundum commune dictum aduocatorum. Doc. nostri dicunt, quod quando in libello adjicitur qualitas. Aut super ea fundatur intentio actoris, & est de substantia, & tunc post li. contest. non potest detrahi, quia alia via est electa, exemplum in l. 1. §. diuus. ff. de ficar. & ff. de inst. l. habebat. & ar. l. si mulier. in fi. ff. quòd me. cau. in ratione sui. Aut ex ea pendet beneficium conuenti & non obligatio agentis, & tunc potest addi & detrahi, vt. d. §. si detracta. quia obli. principalis secundum Legistas non mutatur, tene menti ista Bal.

Libellus generalis admittitur, & tunc valet etiam sententia generalis. Tamen debet esse clarior quàm libellus, ita not. Inno. in c. 2. de lib. obla. fol. 203.

Libellus licet non sit recipiendus sine causa, tamen si recipiatur & respondeatur ab aduersario benè tenet processus, ita not. Innoc. in d. c. fi. de lib. obla. fol. eo. vide sup. in hoc eodem verbo, in tertia quæst.

Libellus non requiritur vbi non agitur contra specialem personam nisi quando contradictor petit, ita no. Innocent. in c. 1. de lib. obla. fol. 202. num. 4.

Libellus etiam sine conclusione procedit coram Papa, & fortè etiam coram alio si cõclusio sit vniformis & ex verbis colligi possit, argum. ff. de Auth. iu. l. pe. & not. inf. q. 4. quia præsulatus facit. ff. de liber. & posthu. l. Gallus. §. quidam rectè. Si verò possunt diuersæ conclusiones elici non procedit libellus per conclusionem non declaratus. Si autem libellus habet cõclusionem licet non sit per circumstantias declaratus procedit, vt. ff. de pœ. l. si præses. & no. Innoc. in c. 1. de li. contest. fol. 204. num. 3.

Libel-

Libellus debet continere talẽ cauſam quæ probata ſufficit. i. quæ neceſſario inferat, ita not. Inn. in c.1. de li. conteſt. fol. eo. & no. in l.2. §. circa. ff. de excep. do. vel ſaltem inferat præſumptiuè, vt. l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in frau. cred. & argumentum. not. in. l. pe. ver. ſed quæ ratio. C. de peri. tu. Bal.

Libellus ineptus non ſolùm reijcitur ſed etiam veritati contrarius notoriè, ita no. Inno. & Hoſt. in c.1. de off. vica. nec debet poni in act, quia iudex verbo & facto poteſt eũ lacerare, vt. l.1. & ibi gl. ff. de offi. aſſeſſo. & in l. fi. C. de ordi. cog. & no. in l. qui cùm maior. §. ſi patris. ff. de bo. li. Sed quæro libellus ineptus fuit oblatus in iudicio contra aliquem vel fuit generalis vel obſcurus, ille contra quem fuit oblatus fuit litem conteſtatus ſuper illo libello ineepto generali vel obſcuro, nihil opponens. Poſtea iſte videt quòd libellus eſt ineptus ſeu obſcurus opponit contra libellum, dicitur ab actore quòd illa exceptio nõ erat admittenda, quia erat exceptio dilatoria, & ſic debuit ante lit. conteſt. opponi, vt. l.2. & l. exceptionem. C. de prob. Certum eſt enim quod eſt licitum arguere de ciuilibus ad criminalia, vt. l. abſentem. ff. de pœ. Sed nos videmus quòd ſi libellus ineptus generalis vel obſcurus offertur debet excipi ante lit. conteſtatam, & tunc debet nomen rei in libello aboleri, vt l. libellorum. ver. item quid ſi accuſator. ff. de acc. item iſta videtur excep. facti non iuris, quia obijcere quòd libellus ſeu eius intentio non valet, vt dicit. l.1. ff. ſi men. fal. mo. dixe. ibi nec intentionẽ, etc. vnde cum intra tempus non fuerit appoſita ſilentio perdit vt cauſam, vt extra de excep. c. paſtoralis. C. qui accu. non poſ. l. ſi ea. nec reperio iure cautum quòd exceptio non oppoſiti libelli ſit peremptoria, quia peremptoria habet ſe circa negotium principale et hoc ſonant verba, quia perimit. Dilatoria differt iudicium cum à capite libellus poſſit reſtaurari facit quòd no. in c. Raynal. de teſta. Dic plenè per Ioan. And. in c. examinata. de iud. in nouella. De incertitudine libelli dico quod non vitiat ipſum ſi non opponitur, vt. C. de anna. except. l. fi. nam acta ordinaria li. non vitiantur propter incertitudinem ſecùs in probatorijs & deciſorijs, vt. ff. depo. l.1. §. ſi quis argentum. in gl. no. de rei vendi. l. idem Pompo. ſcribit ſi frumentum. §. fin. vera autem ineptitudo poteſt ſemper opponi ante ſententiam, vt in d. c. examinata. Hoc verum ſi peccat in iure, ſecùs ſi peccat in facto, vt. d. l. fi. de anna. except. Item vbi libellus non continet cauſam poteſt quandocunque emendari per modum probatiõis. Si autem cõtinet cauſam inſufficientem non poteſt emendari niſi ante lit. conteſt. vt. l. adita. C. de æden. & l. 2. §. circa. de excep. Sed ar. contra. ff. de appel. l. ſcio. Sed illud in cauſa appellationis vbi vera cauſa appareret ex act. primis. Sed quid ſi reus eſt litem conteſtatus ſuper libel. ambiguo, & fecit hoc ideò, vt ſententia eſſet generalis. Sed actor cum ſibi deficiant probationes vult reſtringere libellum declarando ſuam intentionem ad hoc vt ſententia ſibi non officiat in alijs. Sed reus contradicit per Auth. qui ſemel. C. quo. & quando iud. & quia in fauorem rei eſt inductum quòd poſſit procedi ſuper ambiguo libello ſi reus vult quid iuris hoc caſu glo. in alleg. l. fi. de anna. excep. arguit pro & contra. Sed contra actorem multum facit. ff. de arbi. l. de rebus. Sed pro eo actore facit. ff. de rei vend. l. idem Pompo. ſcribit. §. fi. & argum. ff. de verb. oblig. l. inter ſtipu. §. 1. quod videtur verius. Ad hoc. ff. de ver. ob. l. quicquid aſtringendæ. Sed quid erit ſi iudex vult incertum libellum repellere. Reus contradicit, videtur quòd reus non admittatur, quia libellus incertus præſertim vbi cauſa non concludit, quia concluſio non ſequitur ex præmiſſis. Contrarium dicas, quia iniuriam facit iudex tam actori quàm reo, vt no. in d. l. fin. C. de anna. excep. Ex his colligitur illa propoſitio famoſa quam dicit Iac. But. in d. l. edita. C. de æden. ſ. quòd libellus generalis concludit iudici non parti opponenti. Aliud autem in libello ineptο præcisè, vt quando ius non conuenit facto, vt. C. ne quis vel à regia. l. 1. & de formulis. l.2. Puta ſi laicus petat eccleſiam in proprietatem, licet ſit patronus, quia in laicis ius proprietatis non cadit, vt in c. examinata. de iud. Sicut nec Iudæus mancipium Chriſtianum, etc. l. vt vir bonus. iud. ſol. nam iſte libellus eſt contra ius conſtitutionis. Sed libellus incertus eſt potius contra ius partis, & hoc verum vbi actio proponitur. Secùs ſi officium iudicis, quia tunc etiam partibus inuitis iudex ex officio poteſt repellere petitionem indiſcretam, vt C. de præd. cur. l. 1. lib. 10. & ff. de tranſact. l. cùm hi. §. in cauſa. tene iſtamenti perpetuò. Bal.

Libellus non eſt neceſſarius in cauſa appellationis, quia ſine libello poteſt iudicari ex præmiſſis actis, ita no. Innocen. in c. coram. de offi. delega. fol.140.

Libellus generalis includit ea quæ ſunt iuris communis non ea quæ ſunt conſuetudinis. Vel dic, quòd libellus non indiget ſpecificatione in his quæ includuntur de iure communi, ſed in his quæ non includuntur de iure communi, eget ſpecifica expreſſione, ita no. in c. conquerente. de offi. ordi. fol.153. num.3.

Libellus quomodo formetur quando petitur caſſari electum vel electionem, vide Innocentium in c. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 67. num.2.

Libellus ſupplicatorius debet offerri referendarijs ſacri palatij, ita no. Innoc. in c. ex literis. de in integ. reſt. fol.179. num.3.

Libellus iſte dico quòd tali tempore & loco me ſpoliaſti tali re, vnde iuſtitiam mihi fieri peto benè valet de generali iuſtitia, ita not. 1. quæſtio 4. quia præſulatus, ita not. Innocentius & Hoſt. in c.2. de ordi. cognitione. nec coarctat iudex vigorem, quin etiam iniuſta ſententia valeat niſi appelletur. Sed iuſtificat libellũ contra ineptitudinẽ peti, id eſt concluſionis, & concludit iſte libellus generalis iudici. Item parti niſi petat declarari, vt. ff. de rei vendi. l. ſi in rem. in fi. ſcilicet quando narrata poſſunt recipere diuerſas concluſiones, ſed quando habent vnicam tantùm & vniformem concluſionem, tunc concluſio eſt ſpecialis & certa. Reo quoque ſic petere ſufficit, vt not. ff. de in ius vocandum. l. libertus à patrono. quod videtur reus facere eo ipſo quod excipit vel negat, vt. l. amplius. ff. rem ratam hab. & ff. de procuratore. l. non ſolùm. §. ſi ſtatus. & ideò quando contradictio rei ſapit vim turbationis actoris non eſt neceſſe aliter probare de turbatione, argument. ff. de acquirend. rerum. domin. l. Pomponius in fine. Item poteſt quis eandem petitionem ex pluribus cauſis iuſtificare,

vt ff. de admin. tuto. l. Æmilius. & de excu. tu. l. qui teſtamento. & de contrahend. empt. l. ſi mater tua. et l. ſicut exceptionem. §. ſi plures. de excu. tu. tene mẽti. Bal. Idem dicit Inn. quod ſi libellus generalis recipitur proceſſus valebit. Sed ſi in eo plures includantur condemnationes ſecundum illam quæ minorem condemnationem requirit fiet condemnatio niſi ex qualitate probationum vel ex proſecutione actorum aliud inducatur, ita not. ipſe in cap. dilecti. de ordin. cogn. quod not. Ex hoc not. quod procedit iſte libellus peto talem cõdemnari ſecundum formam iuris & ſtatutorum, ſcilicet, ſi non petatur declarari alia lege. vt ff. de acc. l. Senatus. in quo libello dic quod aut per ſtatut. derogatur iuri ciuili, vt quia dicit ſtatut. quòd non poſſit niſi pœna ſtatuti imponi, & tunc ſolum ſtatut. videtur eſſe acceptatum, quia ea via videtur electa quæ poſſibilis eſt. vt l.3. ff. de teſtam. min. Aut non derogatur, & tunc aut ſtatu. cumulat pœnam, & tunc vtraque via videtur eſſe electa, vt l. qui ſepult. de ſepulc. via. Aut non, & tunc via ſimplicior & leuior per iudicem eſt tenenda ſi acta patiuntur, vt ff. de pœn. l. ſi præſes. Aut non poteſt addere cui vult dummodò probet, & tunc iudex ſequi debet viam probationum, ſecundum Innocent. & hoc in pœna imponenda, ſed in ordine iudicij debet procedere tantũ ſecundum ſtat. ſuum, quod benè not. Bald.

Libellus non continens originem peti. dicitur generalis & informis. Tamen tenet ſuper ea informis ſententia & pariet exceptionem rei iudic. in omnibus, ita not. Innocent. & Hoſtien. in c. ſuper. de ord. cog. ſed iſte libellus non debuit recipi. vt C. de aden. l. fin. & l. fin. C. de annua. excep. & argum. ff. de verbo. obligationib. l. criticum. libellus informis nulla probatione valet, vt not. ff. depo. l.1. §. ſi quis argentum. fallit in probatione confeſſionis, vt ff. iureiur. l. ſi duo. §. ſi quis. Et not. quòd libellus indefinitus æquipollet generali ſecundum Innocentium. Poteſt tamen indiſcreta petitio poſita in libello declarari in proceſſu, & tunc medium arctat extrema, niſi malignè factum ſit, vt ff. de arb. l. de rebus. quod not. Bald.

Libellus incertus procedit ſuper pertinentijs, quia petuntur accuſatorie, & nomine pertinentiarum caſtri intelligitur territorium eius, ita no. Innocentius. in c. cùm ad ſedem. de reſtitut. ſpol. folio 233. num. 2. & 4. & petito caſtro tacitè intelligitur petitum eius territorium, vt ff. de offic. præfect. vrb. l.1. §. cùm vrbem. Bald.

Libellus an ſit dirigendus contra eum quem dico vaſſallum meum eſſe vel diſtrictualem? An contra eum qui poſſidet obedientiam in eo? An contra vtrunque? Dic, quòd contra vtrunque, vt vtrique præiudicet, quia vtrique eſt æquè principalis, nam poſſidentis intereſt non perdere, & poſſeſſi intereſt dominium non mutare, ita not. Innocentius, in cap. ad audientiam. de reſcript. folio 24. num. 2. & not. in l. inuictus. ff. de fideicom. liber. & ff. de rei vendic. l.1. §. per hanc. quod not. Bald.

Libellus ſi recipiatur & in eo non apparet de intereſſe actorum quod ſententia debet reſtringi ad intereſſe actorum ſi poteſt fieri aliàs debet ferri ſecundum probata, ita not. Innocenti. in cap. inter monaſterium. de re iud. fol.312. nu.2.

Libellus ſubiectionis formatur contra clericos rebellantes, ita not. Inno. in c. cùm inter. de re iud. fol.306. nu.2.

Libellus eſt neceſſarius ſuper his quæ ante lit. conteſt. contingunt, ita no. Inno. in c. ſignificante. de app. fol.339. in num 1.

Libellus qualiter debet formari in cauſa appellationis, vide per Innocent. in c. dilectus. de app. fol.330. & videtur caſus not. in l. Atheius. in fi. cum l. ſeq. ff. de aqua plu. arc.

Libellus re peremptæ procedit etiam ſi res petatur in actione ex teſtamento, vt per Bal. in l. filiofam. res. ff. de do. cau. mor.

Liber rationum an faciat fidem, & quando, & quid de libris mercatorum, vide per Bar. in l. nuda. ff. de do.

Liberatio tanquam quid fauorabile poteſt fieri etiam abſente parte aduerſa, ita not. Innocent. in c. veniens. de renunc. fol.95. & per eundem in c. fidem. de pac. per gloſ. in l.1. C. de pac. & in l. nõ ſolùm. §. ſi libertatis. ff. de libe. leg. Confeſſio verò ad obligandam & pactum requirit præſentiam aduerſarij, vt ff. de pact. l. idem in duobus. ff. de confeſ. l. certum. §. ſi quis verò. & ff. de act. & oblig. l. cõſenſu. & C. de don. l. non ambigitur. & C. de ſac. ſan. eccl. l. illud. & de contrahen. empt. l.1. in fin. Nam vbicunq; requiritur ibi oportet quod conſenſu amborum actus producatur, facit quod not. ff. de negot. geſt. l. fin. in fin. & qui renunciat liti videtur renunciare iuri. Secùs ſi dicat renuncio inſtantiæ, vt C. de præſcript. long. tempor. l.1. C. de pact. l. poſtquam liti. Et vide Innocent. in cap. ex tenore. de renunc. Bald. vide Bart. in l. Athletæ. §. dat remiſſionem. ff. de excu. tu. & in d. §. ſi liberationis.

Liberato principali per remiſſionem ſibi factam videtur etiam liberatus conſiliarius & quilibet accuſatorius ſibi in iudicio animæ, ita not. Innocentius in cap. ſicut. de homi. folio 510. num. 2. quod not. ad paces quæ fiunt quotidie, quia facta pace cum principali, et cum ſuis auxiliatoribus facta videtur, quod no. Bal.

Libertas, vide inf. in ver. res. in 3. q.

Libertates deducendæ ſunt ad temperantiam, ita not. Innocent. in cap. quanto. de cenſi. folio 447.

Licitum & illicitum aliter iudicatur in foro conſcientiæ, quàm cauſarum, de quo vide plenè per Innocentium in cap quia plerique. de immu. ecc. fol.460.

Licitum eſt facere reprobationem reprobationis non vlterius, ita not. Abb. in cap. licet cauſam. de proba.

Ligare nemo poteſt non ſubditos & ſi conſuetudo erat in contrarium non valet, ita not. Innoc. in cap. quæſiui. de his quæ fiunt à ma. par. capi. fol. 386. nu.2.

Limes quid ſit, & in cuius iuriſdictione ſit, & ſic quis iudicat de eo quòd fiet in confinio territorij, vide per Inn. in cap. penul. de paroch. fol.413. num.2.

Limes & limitũ adhærentia non præſcribuntur, & quæ dicantur adhærentia limitis, dic quod relinquitur arbitrio iudicis, ita not. Inn. & Ab. in c.1. de parochijs.

Limites & ea quæ ſunt circa limites quãdo poſſunt præſcribi, & quando non, vide Innoc. in c. ſuper eo. de paroch.

Limites probantur per libros antiquos, teſtes, & famam adminicula, ita not. Abbas in cap. cùm cauſam. de probation. quod not. quia ſæpè eſt de facto.

Lis conteſtari poteſt in cauſa appellationis licet non ſit neceſſarium, ita no. Inn. in c. Raynal. de teſta. fol. 405. nu. 4. & ibi vide per Abbatē, & intellige altera parte præſente ſed vtraq; parte præſente exordio, ſic lis eſt conteſtanda, vt C. ne lic. in vna ead. cau. l. 1. per Iacob. & Cyn. facit quod not. per gl. not. in c. per venerabilem. qui fil. ſint legi. quod eſt no. Bald.

Lis mota non impedit executionem ſententiæ à qua non eſt appellatum, ita not. Innoc. in c. cùm in iure. de offi. deleg. fol. 138 In contrarium facit capitulum, vt calumnijs eod. tit. in Cle. Pro prima opinione facit. l. fin. C. de ordin. cog. niſi ſit præiudicialis, & habens paratam probationem, vt C. quando prouo. non eſt nec. l. 1. in verſ. ſi promptas. & hæc vera vbi conſtat de iuriſdictione pronūciantis Sed vbi non conſtat nunquam fit executio ſecundum Innoc. & ideò exceptio iudicis incompetentis ſemper impedit execu. ſententiæ, vt eſt glo. ſing. in c. 1. de ſequeſt. poſſ & fru. in Cle. itē hæc vera ſunt ſi cōſtat de proceſſu cauſæ veræ vel præſumptiuæ. Secùs ſi non conſtat de proceſſu. Quando autem præſumatur factus proceſſus & quādo nō, vide per Inn. in d. c. cū in iure, ſuperius allegato. Ex prædictis patet, quòd laudum non meretur executionem niſi producatur cōpromiſſum, & videatur iuriſdictio. Bal.

Lis non eſt conteſtata ſuper plus petitione quando petitur plus tempore, & hoc liqueat inducis per exceptionem oppoſitam & probatam de partium conſenſu, vel confeſſione, vel inſtrumēto, abſoluitur reus ab obſeruatione iudicij duplicatis inducijs, & actore condemnato in expenſis elanditur actori iudiciorum copia, niſi reficiat expen. ita not. Innocent. & Hoſtien. in c. 1. de plus pe. Sic ergò dilatoria ſolutionis non eſt cauſa abſolutionis, ſed dilationis vel duplicationis inducirum, ſcilicet, quæ reſtabant tempore litis motæ, arg. ff. de pœn. l. aut facta. §. quiſquis. & vide quod dixi in l. ſi pecuniam. ff. ſi cert. pet. etc. Bald.

Lite conteſtata poteſt opponi contra accuſantē quòd ſua non interfit, ita no. Inn. in c. ſuper his. de accu. fol 488. nu. 7. etc.

Lite pendente non debet quis priuari poſſeſſione, ita not. Innocent. in c. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 176. nu. 2.

Lite pendente ſine quæſtione iuris patronatus, an poſſeſſor poſſit præſentare, vide per Abb. in c. ex literis. de iurepa.

Litem conteſtari non videtur qui reſpōdet poſitiōi, quia nec poſitio dicitur libellus vel petitio, nec continetur cōcluſio in poſitionibus, vnde poſitiones nō fiunt ad litis inchoationē ſed ad veritatis indaginem. In præparatorijs autē cauſarum fiūt poſitiones, ita no. Inn. in c. 1. de lit. conteſt fol. 204. nu 1. Et ſuccedunt loco probationis non loco lit. cont. ſecundum Spec. in tit. de lit. cont. §. 1. Bal. & vide ſup. in verb. citatio. in 24. q.

Lite conte. poteſt fieri per negationem facti, & per negationem iuris, vnde ſufficit dicere reo, nego me contraxiſſe, vel nego me teneri, ita no. Inn. in d. c. 1. de lit. conteſt. fol. eo. nu. 3. De hoc in Spec. in tit. de lit. cont. in ſecunda parte. §. 1. verb. ſed nunquid. per reſponſionem cum ſequenti vbi omninò vide & l. age. C. de tranſa. & l. edita. C. de æden. in opin. Hug. Bal. vide ſup. in ver. exceptio. in 7. q.

Litem conteſtandi præſumitur animus fuiſſe vbi verba ſunt apta ad litem conteſtandum ſecūdum Innocentium in d. cap. 1. de lit. conteſt. folio eod. num. 3. vide ſuprà, in verbo, citatio. in 23. quæſtion. ibi licet non requiratur lit. conteſtat. etc.

Litera non valet ex quo ſtylus curiæ non ſeruatur, ita no. Hoſt. in c. man. de reſc.

Litera vacante ſede miſſa videtur potius miſſa eccleſiæ quàm perſonæ, ita no. Hoſt. in c. eam te. de reſcript. & vide ſupr. in verb. credulitas. in 5. quæſt.

Litera impetrata contra vicarium non arctat dominum, ita no. Inn. & Hoſt. ibid.

Litera commiſſionis citandi non eſt neceſſariò ponenda in actis, ita not. Inn. in c. quoniam contra falſam. de prob. fol. 252. in num. 3. quia iſta commiſſio citandi non eſt de ac. ſecūdum eum. ſed Cy. in l. nemmem. C. de requi. reis. tenet quòd debet poni in act. Bal.

Litera noua ſcripta in charta raſa ſeu vetuſta inducit præſumptionem contra inſtrumentum nō repulſionem, ita no. Inno. in c. cùm Ioannes eremita. de fide inſtr. fol. 277. nu. 8.

Literas principis vitiat mala Grammatica, ſed mala Grammatica in narratione non vitiat, quia eſt mala Grammatica partis non principis, ita not. Inn. in c. ad audientiam. & in c. ex parte. el. 2. de reſcr. fol. 11. vel dic quòd quælibet vitiat, ſed falſa orthographia non vitiat, quia non eſt ſcientia, vt in c. ex parte. de fide inſtru. vide inf. in verb. reſcriptum. in 4. q. & ſup. in ver. gratia. in 1. q. & ſup. in ver. factum. in 2. q.

Literæ ad inſtātiam impetratæ quot modis tollantur ſeu euaneſcunt, vide per Hoſt. in c. eterùm. de reſcri.

Literæ impetratæ ſuper confirmatione ſententiæ licet non adijciant ſi veniat confirmanda tamē tacitè intelligitur quòd ſunt literæ iuſtitiæ, ita no. Inn. in c. ex parte. de reſcri. fol. 7. nu. 3. Item ſubintellitur hæc clauſula partibus conuocatis quod iuſtum fuerit decernas ſecundum Hoſt. & vide ſup. in ver. factum. in 1. q. & inf. in verb. reuocatio in 3. q. etc.

Literæ iuſtæ poſſunt etiam eſſe obreptitiæ. i. præter conſcientiam impetratæ, ita not. Inno. in c. cùm dilecta. de reſcr. fol. 19. num. 4. ar. l fi. in fi ff. quod me. cau. Bal.

Literæ quæ ſunt clam impetratæ ab aduerſario id eſt, eo inſcio, non ptopterea dicentur obreptitiæ, ſecundum Innocentium. Contrarium ipſe not. in cap. cùm olim. de re iudi. fol. 305. vbi dicit quòd quando quis impetrat literas aduerſario ſuo ignorante, quòd iſtæ literæ ſunt ſubreptitiæ. Exponit ipſe ibi ignorante. i non citato citando, & dicit idſe ibidem in d. c. cùm olim. ſed arg. contra. ff. de acqui. poſſ. l. clam poſſidere. quæ nihil facit Bald.

Literæ impetratæ à falſo procuratore cenſentur falſæ, & ideò non poſſunt ratificari confirmatione, ita not. Innocentius in cap. ex parte decani. de reſcription. folio 25. numero 2. Nec debent eſſe in pendenti propter ſummam authoritatem earum. arg. ff. de hæred. inſtit. l. illa inſtitutio.

Literæ à non clerico ſuper beneficio impetratæ non valent, ita not. Innocentius in cap. cùm iuris. de tranſact. folio 7. numero 4. ergò ſi quis non habet tonſuram non poteſt impetrare beneficium.

Literæ

Literæ impetratæ ſunt impetrantis tantùm ante præſentatio. ſed poſt præſentatio. ſunt communes, ita not. Innoc. & Hoſtien. in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. ergò non conferunt iuriſdictionem antequam præſententur, quia iuriſdictio communis eſt, hoc verum actu, ſed habitu ſtatim iudex eſt quòd ſuperior delegat, vt ff. de iudi. l. cùm furioſus. ergò illud quod facit iudex delegatus ante præſentationē eſt ipſo iure nullum, quia actum, id eſt exercitium non habet. Non obſtat. ff. de iud. l. 2. §. 2. vbi ſufficit ſcientia litigatorū, quia illud in prorogatione, nam & ſiue expreſſa prorogatione tacitè fit prorogatio litigando. Vnde ſi iudex videt eos coram ſe litigare non procedit temerè & ſic non obſtat. Quid in mand. procuratoris qui aliquid facit ante receptas literas mādati. Dic vt not. Archi. in c. is qui. de procur. lib. 6. vbi tenet quod non valet, quod non credo verum, quia ex quo dominus mandat ratum habere tenetur. vt ff. de procur. l. ſi procurator abſentis. Aliàs nulla ratihabitio valeret, quia man. præſentatum nō fuit, quod nec erat in rerum natura, quod eſt contra iuris ciuilia regulas, facit. ff. qui ſatiſda. cogn. l. Iulia. Sed an eo ipſo quod dominus tranſmittit alicui inſtrumenta cauſæ videtur eum facere procuratorem. Dic vt not. Guil. de Cu. in l. Labeo. ff. de pact. & tangitur in l. fin. C. de pact. conuen. ſed ibi non eſt mera traditio inſtrumentorum ſed conuentio perſonarum, & ex multis concurrentibus augetur effectus. Bal.

Literæ ſigillatæ prælatorum vel aliorum officialium quam fidem faciant, vide Innocentium in cap. 1. & plenius in c. 2. de fide inſtru. fol. 274. in nu. 2.

Literæ quando impetrantur non eſt neceſſe ibi fieri mentionem de appell. ita not. Inn. in c. oblatæ. de app. fol. 334. nu. 1. quod eſt no.

Literæ monitoriæ quid operentur, & quid dicio executorum, vide per Innocen. in c. dilectus. de præb. fol. 363. nu. 5.

Literæ impetratæ non dicuntur obreptitiæ, licet impetrans ſit peccator, ita not. Innocent. in c. propoſuit. de conceſſ. præb. fol. 371. nu. 4.

Literæ iudicis ſine teſtibus faciunt fidem, ita not. Abb. in cap. cùm à nobis. de teſti. & ibi dicit quòd duo teſtes derogāt literis ſigillatis. Ratio eſt, quia vna vox eſt probatio plena & vera, ſigillum verò plena & præſumpta, ſed vera derogat præſumptè ſecundum Pau. de Liam. quod nota benè.

in Literis de iuſtitia nō eſt neceſſe facere mentionem de principali iure aduerſarij, quia non læditur illud ius partis, ſecùs in gratia quæ venit ad elidendum ius alterius, ita not. Innocent. in c. cùm ordinem. de reſcrip. fol. 9. nu. 3.

Litis conteſtatio vel quaſi debet fieri ſuper exceptione, ita no. Innocen. in c. exhibita. de iud. fol. 195. & vide. inf. in ver. teſtis. in 84. q.

Litis conteſtatio non fit per exceptionem oppoſitam, dicit Innocentius in cap. prout. de do. & contu. folio 237. num. 1. Nec eſt neceſſè quòd iudex interroget, vt ibi vide omninò inf. in ver. teſtis. in 42. q.

Litis conteſtatio an requiratur in inquiſitione ſi partes non ſunt contumaces, vide Inn. in c. cùm olim. de teſt. fol. 261. nu. 3.

LOCA quæ dicantur vicina, vide plenè per D. Petrum in c. ſuper. Spec. ad fi. de priu.

Locatio, vide omninò infrà, in verbo. ſacerdos. in 3. q.

MAIOR quot modis quis dicatur, vide Inno. in c. ſedes. de reſcr. fol. 14. nu. 2. & ibi etiā vide quæ perſonæ dicantur maiores, et quæ minores.

Maior pars capituli vel vniuerſitatis an poſſit ordinare de rebus ſingulorum, vide per Inn in c. fi. de his quæ fiunt à ma. par. capi fol 386.

Maleficium ſiue crimen punitur etiam inuito accuſatore quando de maleficio ſiue crimine conſtat, ita no. Inn. in c. quia. de iud. fol. 192. Sed quid de interfecto qui dixit, ſciant omnes quod Titius qui infamatur quòd me interfecit non eſt in hoc culpabilis. An nihilominus poſſit accuſari. An verò ipſum teſtimonium interfecti eum excuſabit & videtur, vt no. ff. ad ſil. l. diuus. Sed illa lex intelligitur in delicto in committendo, quia tanc ſola veritas probationū inſpici debet, & punitur maleficium etiam inuito offenſo. vt l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſcopo. & not. benè. Bald.

Maleficium non dicitur eſſe notorium per confeſſionem quando quis confitetur factum, ſed negat illud malefactum imò dicit iure feciſſe, ideò conſeruator qui habet magis punire quàm cognoſcere non intromittet ſe de hoc. Alij dicunt quòd imò in c. ſtat. de offi. deleg. vnde ſi reus producit teſtes actor poteſt ſimiliter id. & ſi aliàs non poſſet quod eſt no. Bal.

Maleficium non debet neq; poteſt alicui obijci in genere, ſed debet ſpecificatè opponi, ita no. Inn. in c. ad hæc. de teſti.

Malitia procu non nocet domino, niſi dominus dolum vel culpam participet, ita not. Inno. in c. ſignificante. de pig. fol. 395. vide ſupr. in ver. arbiter. in 7. q. & ſup. in ver. conducens. in 1. q. ibi ſecùs in mandatore etc. Vide ſup. in verb. citatio. in 49. q. vbi habes quòd quotieſcunq; mandatur aliquid fieri, quod fiat tempore apto & congruo etc.

Mandans indirectè vel conſulens in morte alterius niſi pro fide morte ſecuta efficitur irregularis. Si autem mandat indirectè. Aut man. eſt honeſtum, & caſus improuiſus non fecit quem irregularem. Si inhoneſtum tunc ſic niſi man. vel cōſilium reuocatum fuerit expreſsè prius & ſagaciter aduerſario intimatum, quòd ſibi caueat vel tacitè, vel per parentelam. ff. de adi. leg. l. 3. in fi. ergò conſilium & mandatum datum in criminibus reuocari poteſt ante factum, ita not. Innocent. in c. ad audientiam. de homic. fol. 511. per totum. quod tene menti. Bald. vide infr. in verb. procura. in 4. quæſt.

Mandans percuti clericum, & interim mandantem pœnituerit et deceſſerit, nō incidit in canonem, ita not. Inn. in c. mulieres. de ſent. excom. fol. 547.

Mandata plura vbi inuicem ſe compatiuntur vtriq; mandato tenetur quis obedire, ita not. Inn. in c. expoſuit. de dila. fol. 213. nu. 3.

Mandata quæ fiunt in iudicijs ex abrupto nō valent, nec oportet quòd appelletur, quia mandata iudicum ſemper debent fieri cum cauſæ cognitione, aliàs nunquam tranſeunt in rem iudicatam, ita not. Innocentius in cap. cùm veniſſent. de in integ. reſt. fol. 176 numero 9. Et hoc in mandatis quæ ſunt de ſpecie contentioſæ iuriſdictionis, ſed mandata quæ non pertinent ad lites vel cauſas, ſed ad aliud officium præcipientis benè valent, vt ibi. Inn. quod no. Bal.

Mandatum vicini habetur pro mandato etiam in causis criminalibus, ita no. Inno. in c. cùm M. de purga. fol. 539. & l. 3. §. in hac. ff. audi. fol. Bal.

Mandatum Papæ est intelligendum secundum ius, ita not. Innocent. in cap. quia cunctis. de conceß. præben. fol. 379. nu. 8. idem dicit in c. dudum. de elec.

Mandatum Papæ adimplens qualiter et de quo conueniatur, vide Innocent. in cap. dilectus. el. 3. de præb.

Mandatum quòd capitulum aliquid faciat intelligitur directum ad membra quæ faciunt capitulum, ita no. Innocent. in cap. Romana. de sen. excom. fol. 565. num. 3.

Mandatum speciale derogat generali, ita not. Inno. in c. abbatem. de reser. fol. 28.

Mandatum Apostolicum referendum est ad ius, ita not. Innocent. in cap. dudum. de elect. fol. 51. numero 3. vide supr. hoc eodem verbo, in 3. quæst.

Mandatum iurisdictionis potest fieri ad futura & conditionaliter, ita no. Innoc. in c. cùm olim. de offi. deleg. fol. 140. nu. 2.

Mandatum iudicis de rebus occupandis benè excusat occupantem à pœna constitutionis siue legis. l. si quis in tantam. C. unde vi. ita not. Innocē. in c. ad nostram. el. 1. de iureiur. fol. 284. Hoc verum si tale man. emanauerit ritè, sed si nō emanauit, tunc habet locum. l. meminerint. C. eod. tit. in vi expulsiua. in viturbattua habet locum. l. fin. C. si per vim, vel alio modo. secundum Bart. & quātum ad hoc dicitur rectè emanasse eo ipso quòd pars fuit citata, vt d. l fin. C. si per vim, vel alio modo. Vel dic, quòd præceptum excusat non indiscreta permissio. Bal.

Mandatum factum nuncio quòd citet omnes qui se opponunt, intelligit, qui se opponunt tunc vel postea, quia præsentis confusum præsens non tenet vsum, ita no. Innoc. in c. dilecti. de excep. fol. 294. nu. 1.

Mandatum Papæ non debet deludi, sed debet realiter adimpleri, ita no. Inn. in d. c. inter cæteras. de præb. fol. 358. nu. 3.

Mandatum superioris transit in rem iudicatam si non appellatur, ita not. Innocen. in d. c. inter cætera. de præb. fol. eo. nec reuocatur si causa cognita factum fuit, vt not. in l fin ff. de offic. procur. cæsa. Bald.

Mandatum Papæ illi qui implerunt, et postea molestant seu contraueniunt, an illi possint excōmunicari authoritate earundem literarum. Dicit Inn. quòd non, nec extranei qui de iure impediūt, secùs si contra ius, ita no. Inn. in c. pro illorum. de præb. fol. 360 nu. 3. vide sup. in ver. citatio. in 26. quæst.

Mandatum an finiatur morte, vide per Bart. in l. cùm filium §. si quis ff de don.

Maritus tenetur alimentare vxorem, etiam si nullam dotem habuit, imputetur sibi si duxit eam sine dote, ita no. Inn. in c. per vestras. de do. inter vir. vxo. fol. 484. nu. 3.

Maritus de suis proprijs non de bonis mulieris tenetur alere vxorem, ita not. Inn. in c. peruenit. de empt. & ven. fol. 392. Hoc verum si vxor sibi dotem soluerit. vt ff. mand. l. creditor. §. inter. de excep. do. l. pater. Et viro operetur, vt l. sicut. de ope. lib. & idem in vidua, quia nisi operetur hæredibus mariti non debet alimentari ab eis, nisi esset prægnans, tunc enim donec pariat alitur propter partū, & fortè etiā post partum per 40. dies post, vt ff. de pe. l. prægnantis. in gl. sed an vidua debeat habere ab hæredibus mariti vestes viduales? Credo q̄ sic, sunt enim appendices luctus, & quasi expensa funeris. Et quia in seruitio viri esse videtur. arg ff. solut. matrimo. l. in his. §. 1. item si adhuc debet alimentari cū adhuc de eadem familia fit, sic ergò in vestiri maximè si est grauida. Aliī dicunt quòd non, nisi amore descendentium reliquerit, vt C. de infir. pe. cæliba. l. fin. in fi. tene mēti istā perpetuò. Bal.

Maritus an habeat modicā coercitionē in vxorem. Gādinus tenet quòd sic, in materia seu tractatu de pœnis ad fi. Quod est verum cum causa, aliàs non licet, imò plus puniatur tunc quàm si in aliam deliquisset, vt ff. de pœn. l. capitaliam. §. omnia. Bald.

Mater in ætate filij non est legitima testis vbi tangitur commodum filij. Sed facit indicium, ita no. Inn. in c. cùm dilectus. de acc. fol. 491. Et indicium est minus quàm semiplena probatio, vnde duo indicia non faciunt plenam probationem, vt no ff. de prob. l. cum probatio. & de excu. tu. l. 3. §. ætas præsertim in causa criminali, vt ibi per Dy. facit. c. fi. de succ. ab intest. Bal. in alijs verò casib⁹ mater non est legitima testis pro filio, quia nimis diligit eum naturaliter, dicit Abb. in c. super ea. de test. sed in causa ætatis sicut scriptura patris admittitur, vt inst. de inge. in fi. & ff. de excu. tu. l. 2. §. ætas. Sic testimonium matris, vt ff. de probat. l. etiam. s. ad indicium non ad semiplenam probationem, vnde oportet quòd mater alio teste coadiuuetur. arg. ff. de æden. l. si quis ex argentarijs. §. 1. & facit. ff. de con. & demon. l. Lucius. Bald.

Matrimonium non probatur per instrumētum dotis directè, præsertim in præiudicium alterius matrimonij, ita not. Inn in c. illud. de præsum. fol. 280. nu. 2.

Matrimonium non probatur etiam quòd quis asserat aliquem longo tempore possedisse, quia lōga possessio nec etiā fama probat matrimoniū, ita no. Inn. in d. c. illud. de præsum. fo. e. idem in beneficio quia licet quis longo tēpore tenuerit seu possederit ecclesiam, non propter hoc propter quod beneficium seu ecclesia sit possidentis, ergò dominium non probatur per assertionem longæ possessionis, nec per famā nisi in possessorio, secundū In. ibidem. nec quasi dominium intentatum, vt no. C. de prob. l. cùm res. et ff. de pub. l. eum qui. §. in publico. tene menti Bal. vide per gl. Cy. & Bal. in l. proprietatis. C. de prob. & in Auth. quas actiones. C. de sac. san eccle. ad fin. per Bal.

Matrimonium quod non tenuit à principio, an possit postea confirmari, vide Inn. in c. 1. de eo qui duxit in vxo. quam per adul. po. fol. 472. Et ibi potest etiam confirmari, tamen filij ante nati vel concepti non legitimantur per subsequens matrimoniū, vt l. Paulus. ff. de stat. ho. & ibi per Guil. de Cu. Sed illi qui sunt nati ex legitimo concubinatu benè legitimantur per subsequens matrimonium, tene menti Bal.

Matris appellatio extenditur ad omnes ascendentes, & filij ad omnes descendentes sed non ad trāsuersales, ita no. Inn. in c. si verò. de sent. excō. fol. 547. vide inf. in ver. pater. in 2. r. ibi & mater etc.

MEDICINA an debeatur famulo infirmo, vide per Bar, in l. si cùm dotem. §. sin autem. ff. sol. mat.

Medicus

Medicus qualiter teneatur de morte infirmi, & si infirmus nolit seruare præcepta medici, an dicatur mortuus ex suo defectu, an ex vulnere? Dic quòd ictus est contemplādus, de quo vide per Inno. in c. tua. de homic. fol. 512. in num. 2. & 3. Sed quid si infirmus obediuit medico sed decessit culpa medici collige ex suis dictis ibi & facit. ff. loca. l. maritus. & l. illicitas. §. tuas. ff. de offi. præsi. tenementi. Bal.

Merum imperium, vide sup. in ver. ciuitas. in 2. q. vbi habes quòd confiscatio bonorum est meri imperij, & vide ibi in 6. q. post prin.

Metus sicut debet cadere in constantem virū, sic dolus in prudentem, aliàs non vitiat iuramentum, ita no. In. in c. cùm dilectus. quòd me. cau. fol. 174. num. 1. Adde quòd nimia reuerentia æquiparatur timori, vt no. in l. 1. §. quæ onerandæ. qua rerum actio non datur, in gloß. quæ non est alibi. Bal.

MINOR non restituitur ad opponendum exceptionem declinatoriam maximè odiosam idem in eccleſia, ita not. Inno. in c. coram fœlicis. de in integ. rest. fol. 184. num. 2. sed dilatoriam solutionis vel peremptoriam rest. vt ff. de in integ. rest. mi. l. minor 25. annis. omissam & ibi no. Bal.

Minor si omittit coram arbitro excipere vel probare non potest coram eo petere resti. in integ. ita not. Innocē. in c. causa. de in integ rest. fol. 183. nu. 8. vid. inf. in ver. statutum. in fi. q.

Minor eo ipso quòd confitetur tempore incongruo dicitur lædi, ita not. Innoc. in c. ex literis. de in integr. rest. fol. 179. nu. 4.

Minor non habens curatorem non potest committere sicut nec contrahere, sed non potest procedere ad actus iudiciales coram arbitro, quia compromissum tenet instar iudicij, in dubio tamen qui compromisit præsumitur legitimæ ætatis, vt ff. de arbi. l. 3. in prin. quia quilibet præsumitur idoneus. ff. de prob. l. cùm de ætate. & l. ab ea parte. & in Spec. in tit. de arb. §. fi. & §. constat. verb. sed quid de minore. & in c. dudum. de præsum. vt in c. 1. vt ec. benefi. & vide ff. de min. l. minor. §. minores. in tex. & gl. Spe. in locis sup. alleg.

Missio ex primo decreto potest fieri nullo præcedente libello idem de executione sententiæ, ita not. Innoc. in c. 1. de lib. obl. fol. 202. num. 4. & vide inf. in verb. testator. in 2. q. & inf. in verb. libellus. in 8. q.

Missio in possessionem quædam est reuocabilis, quædam irreuocabilis, etiam ex primo decreto, ita no. Inn. in c. quærenti. de off. deleg.

Missio in possessionem sicut fit in tertio loco in causam iudicati in omnibus sic & in alijs corporalibus, secundum Innocentium in cap. 2. de eo qui mit. in poß. cauſ. rei ſer. fol. 243.

Missio non fit in beneficio debitorum vel in iure pa. pro temporalibus, quia non possunt adinuicem permutari, nec vnum alteri commensurari, sed pro spiritualib. benè potest fieri missio in alijs spiritualibus, ita no. Innocē. in c. 1. de eo qui mit. in poß. cauſ. rei ſer. fol. 242. nu. 3.

Missio quando reuocatur propter rationabilē excusationem absentis, vel propter ætatem, quia pupillus non venit refectio expensarum, ita not. Innocen. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in poß. cau. rei ſer. fol. 243. num. 2. & est gloß. in l. minor. ff. de enictionibus. ergò si pupillus citatur, quia citatio non est legitima, non tenetur ad expensas.

Missio vtrum fiat in re petita & conuicta seu euicta, an verò fiat in alia re loco pignorum? dissert, quia primo casu quando fit in re petita & cōuicta, seu euicta, tertius contradictor impedit executionem, quia tunc debet fieri executio de facto sine vlla causæ cognitione, vt dicit Innocentius, in c. ex ratione. de appel. fol. 319. in princ. ff. de peti. hæred. l. Pompon. de rei vendic. l. is à quo. ff. depoſi. l. 1. §. apud Iul. ff. de vſufruc. l. cuiuſcunque. §. ſi fundus. Secundo casu, quando fit in alia re loco pignorum, tunc impedit illa missio execu. ff. de re iud. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. C. ne vxor pro mari. l. ob maritorum. & l. 1. C. de priu. fiſ. tunc enim exigitur ſummaria cognitio, ita no. Inn. in c. veniens. de teſt.

Missus in possessionem, quando lucretur fructus, & quando non, vide Innocentium in cap. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non contesta. fol. 207. nu. 9.

Missus in possessionem pro mensura debiti petiti non valet vbi obstat exceptio. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis fiat ei. nisi fiat ex diffinitiua, vt l. eo tempore. ff. de pecul. Sed aliæ pœnæ quæ sunt meræ pœnæ, benè possunt infligi contumaci, vt excommunicatio, & multa, & bannum, quia citatus non ritè non tenetur comparere, sed citatus non rectè benè tenetur comparere, licet iudex sciat se iniustè facere si hoc non exprimat, secùs si exprimat aliquid quod videatur illicitum vel iniustum, vt ff. ne quis eum qui in ius voc. l. 1. §. Officium. & l. sed eximendi. & not. in l. vir bonus. ff. iud. sol. secundum Oldr. & Innocent. in cap. 1. de dilat. folio 212. vide supr. in verb. actor. in 10. quæst.

MODERATIO dilationum habet vim interlocutoriæ, & potest ferri interlocutoria absente parte sicut procedit, nam interlocutoria est de processu, ita no. Innocen. in c. ad pet. de accu. fol. 493. num. 3.

Modi agendi post confirmationem qui sunt, vide per Innocentium in c. constitutus. de appell. fol. 326. num. 7.

Modum dicitur excedere omnis ille qui grauat siue excedit fines mandati siue iuris, ita no. Innoc. in c super quæstionum. de offic. delegat. folio 132. num. 2.

Modus pronunciandi in causa abbellationis, et de libell-

extra d.

Mod

tenden

fol. 51. n

Mo

legatio

ſubdel

conſiliu

ſibi reſ

imò pl

libet,

non pr

vt non

filij tal

non po

conſilij

tra ſub

Hoſtie

hoc ſi

bitrij.

ſentiu

pitulum in quibus consentiunt sicut fit quotidie, & hoc non est de forma compromissi, sed est quædam obligatio quæ fit inter partes, & iste modus in iudice delegato est de forma, ita quod non valet ipsa iure si non seruetur. Nam cuilibet non licet delegare, licet liceat modum apponere. arg. ff. de in lit. iuran. l. videamus. §. pen. & sicut modus dicitur de forma sententiæ, vt C. de sen. & interl. om. iud. l. cùm eorum, ita & de forma commissionis formáque ista est forma iuris, quia à iure approbata est. Alij dicunt quòd arbitro etiam potest apponi ista clausula vt sequatur consilium de dando sibi de iure non de facto, vt ff. de hæ. inst. l. illa institutio. secundum Ray. Tertij dicunt, sed hæc opin. mihi non placet, quòd aut assumitur arbiter in cuius mero ponitur arbitrio, & tunc clausula ista quasi contradictoria vitiat. Aut in bono viro & non mero, & tunc valet, consiliarius iste non reprobatur quòd arbitrium sit captatorium & sub alio. Consiliarius enim non diffinit nec ex consilio oritur actio, nec ius, sic in Cle. exiui de paradiso, & per hoc dico quòd qui seruat sibi consilium non reseruat sibi iurisdictionem, item si iste consiliarius eligatur apud prætorem, vel seorsum à compromisso standum est, vt l. item si vnus. §. principaliter. ff. de arb. in arbitratore hoc potest adijci sicut executori vltimæ voluntatis & procuratori, vt l. itaq. §. si quis. ff. man & quod dixi esse de forma est verum, vbi per hoc suam conscientiam onerauit secundum Host. item est verum, cùm adijcit certa persona, si verò incerta monitio est quia tacitè intelligitur, vt C. de sen. ex peri. reci. l. 2. item quando adijcitur ita tamen vt iustè iudices, quia est quædam monitio non modus vel forma, secundum Inn. in d. c. prudentiam. de offi. deleg. & tenementi ista. Bal.

Monachi & eremitæ egent modica literatura, ita not. Innocē. in c. cùm in cunctis. de elec. fol. 42. num. 1. & vide omninò infr. in verb. natus. in 1. quæst.

Monachi spoliati possunt restitutionem petere, ita no. Inn. in c. olim. de acc. 496. nu. 1.

Monachi extrinseci & prouisionati, an sint vocandi in elec. & factis monasterij, vide per Abb. in c. fi. de reli. do. Si eorum beneficia sunt manualia videntur vocandi, aliàs secundum eum ibidē tanquam emancipati secundum alium abbatem de sancto inuito. Bald.

Monachus castaldus monasterij nō agit pro cōuentu, nisi sit syndicus, sed præbendarius etiā suo nomine agit, ita no. Inno. & Hosti. in c. edoceri. de reser.

Monachus qui efficitur sub spe abbatiæ quæ adhuc non vacat, non peccat, quia est licita spes, ita no. Host. in c. cùm ad hoc. de elec. vide infr. in ver. monasterium. in 2. q.

Monachus potest eligi ad episcopatum, ita not. Inn. in c. post translationē. de renun. fol. 94. nu. 3.

Monachus non potest esse ante 14. annum, ita not. Innocent. in cap. cùm in di. de tempor. ordin. fol. 99.

Monachus licentiatus absolutus est à primo monasterio, ita no. Innocē. in cap. sicut. el. 1. de iureiu. fol. 285.

Monachus in quibus casibus, & pro quibus personis de licentia iuris communis vel abbatis possit esse procurator, & in iudicio, vide per Inn. in cap. cùm I. & A. de re iud. fol. 313. nu. 2. Et ibi habes quòd vbicunque permittitur monacho agere in eo casu potest procuratorem constituere, quod not. Bald. vide ff. qui pet. tut. in l. 2.

Monachus non potest condemnari ad refectionem expens. quia non habet proprium, ita not. Inn. in c. reprehensibilis. de appel. fol. 322. vide infr. in ver. sepultura. in 1. q.

Monachus potest admitti ad accusandum contra abbatem quasi petita venia in qua non requiritur citatio partis, ita no. Innocē. in c. ex parte. de accus. fol. 486.

Monachus expulsus de monasterio non acquirit monasterio, quia absolutus ab ipso, ita not. Inn. in c. cùm olim. el. 2. de priuil. fol. 532. num. 3. idem est ergò in alijs qui sunt absoluti & licentiati, quod est valdè no. Bald. de hoc vide in cap. vnico. in gl. fi. de infan. langui.

Monachus non potest esse arbiter, ita no. Innoc. in c. cùm ad monasterium. de statu mona. fol. 432. num. 4. & est gloss. ordin. in l. pedius. §. 1. ff. de arbit.

Monasteria an sint exempta à lege diocesis vel iurisdictiōis, vide plenè per Inn. in c. 1. de sta. mona fol. 431. nu. 4.

Monasterio perempto an pereant eius priuilegia, vide per Inn. in c. abbate. de verbor. signific. fol. 569. nu. 4.

Monasterium an teneatur ex contractu vel delicto abbatis vel monachi, vide Inn in c. cùm olim. el. 2. de priuileg. fol. 532. num. 4. & per gl. in c. dilectus. de ord. cog.

Monasterium tenetur debitoribus ingressi, non solùm de bonis acquisitis tempore ingressus, sed etiam de postea acquisitis, nec habet separ. bonorum, ita not. Innoc. in cap. 1. de oblat. ad ratiocinia fol. 110.

Monasterium adit hæreditates monacho delatas liberè & liberius quàm monachus si esset sui iuris, vnde si monachus haberet feudum aliquod possessionem, proprietatem, vel vsumfructum, omnia ista ad monasterium transeunt cui monasterio de istis propriū habere licet in vita monachi ingressi. Sed eo mortuo feudum ad dominum reuertitur & monachus non oportet quòd adeat iussu monasterij, quia principalem additionē habet monasterium, & ad ipsum spectat. Monacho autem mortuo & professione facta monasterium adit, & omnia in eum transfert pleno iure qualiacunque sunt bona, & hoc ex virtute professionis, ita no. Inn. in c. in præsentia. extra de proba. fol. 249. num. 4. Bald. item monasterio ex persona ipsius monachi competit rei ven. & publicatio. et possessio in ipsum monasterium transibit ipso iure vt ff. de preca. l. si adoptauero. quia cum capite bona transfert. ff. de sec. tab. l. qui ex liberis. item intellige quòd feuda ingressi transeunt ad monasterium si ipsis feudis possit deseruiri per substitutū, & omnia ista transeunt cum vniuersitate, quia per se alienari non possent in ecclesiam, facit quod no. ff. de verbor. obligationib. l. si ita quis. §. ea lege. & l. quidam. de acqui. rer. dom. & C. ne rei do. vel templorum. l. 2. cùm si. secundum Innocent. in d. c. in præsentia. tene menti ista. Bald. Adde quod dona facta ecclesiæ per ingressum monasterij reuocatur per licitum egressum ante professionē, quia donatio ista fundatur super eo quod tollitur, scilicet, egressus. Secùs est in mera & pura donatione facta per seipsam, vt no. ipse idem in c. quod à te de cle. coniug. Bald.

Moneta quādo fit requiritur ibi intrinseca materia

teria bonitas, euidentis authoritas commensurata expendendi quantitas. Et quando fit moneta ex adulterina materia vel forma tūc moneta dicitur falsa, sed quando fit ex excessu pretij, tunc dicitur iniusta & non falsa, ita not. Innocen. in c. quanto. de iureiur. fol. 285. vide ad materiam de moneta Bart. in l. si prius. de aqua plu. arc. & Bal. in l. eleganter. §. qui reprobos. de pign. ac.

Monitio nuda videtur quando per rescriptum nihil additur iurisd. ordmariæ, ita not. Innocent. in cap. licet. de offi. ord fol. 151. vide sup. in verbo, citatio. in 46. q.

Monitio iudicis id est iussus dandi vel faciendi non habetur pro citatione, ita no. Inn. in c. tua. aliàs in c. sicut. in gl. 2. ver. item monitio. de cohab. cler. & mul. fol. 349. & 350.

Monitio necessaria est etiam in notorio, ita not. Inn. in c. sacro. de sent. excom fol. 555. nu. 1. Adde quòd ipse idem not. in c. ad nostram. el. 2. de iureiu. fol. 285. & plenius in c. tua. de coha. cleri. & mul. per eundem. fol. 349. Sed contrarium videtur idē tenere in cap. quanto. de transa. scilicet, quod in notorio possit ferri sententia etiam non citata parte.

Monitus ad faciendum residentiam censetur etiam monitus ad audiendum sententiam admonitionis, nec est necesse quòd super hoc specifice citetur, ita no. Abb. in c. decaterò. de cler. non resi. quod no. Bal.

Monopolium, de materia monopolij, vide per Inno. in c. significante. de app. fol. 339. & ibi habes quod illi ti. per priuilegium & consuetudinē potest derogari.

Mora qualiter contrahatur per lapsum termini, & quid operetur mora circa fructus, vide plenè per Innoc. in c. propter. de loca. fol. 392. num. 7.

Mortuo prælato custodia rerum pertinet ad capitulum, ita no. Inno. in c. 1. vt ecclesia. benefi. fol. 386. num. 5.

Mortuus. Prælato mortuo vacat possessio prælaturæ sed non possessio bonorum ecclesiæ, ita not. Innocent. in c. ex parte. de arg. fol. 188. num. 3. Sed quid in prælato ecclesiæ collegiatæ, dic idem, quia possessio prælaturæ est vacans, sed non possessio rerum ecclesiæ, quia est apud collegium, & si non est collegium vt quia omnes decesserunt adhuc nō vacat possessio. Et idem est si decedat rector ecclesiæ non collegiatæ quia non vacat possessio. Et si quis eam interim occupat, œconomus ecclesiæ vel successor potest agere nomine ecclesiæ interdicto vnde vi. non crimine expilatæ hæred. vel interdicto adipiscendæ possessionis secundum Innocentium in cap. cùm super. de causa possess. & prop. Et ratio est, quia ecclesia est in animam viuentem, quæ nunquam moritur. arg. in Authen. quomodo opor. episcopos. in fin. col. pe. & no. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud. Dissimilis est ecclesia hæreditati iacenti, quia hæreditas non est in animam viuentem, vt ff. de fideiuss. l. mortuo. & de stip. seruo. l. vsufr. & l. 1. §. Scæuola. si quis test. lib. esse iuss. fue. & de minis. etiam qui ei modum. Quæro ergò qs interim possidet bona ecclesiastica dicit Moyses, q muri ecclesiæ, quod est ridiculū dicere, quia insensata non possident, vt no. in l. sicut. ff. quod cu. vni. no. Dic ergò, quod possidet ecclesia, scilicet, vniuersalis sine congregatio fidelium, vel Christus, secundum Inn. vel ecclesia Romana tanquam ecclesiarum domina & caput. Sicut enim gallina sub alis congregat pullos suos, vt not. in l. 1. ff. de in integ. rest. mmo. Sic ecclesia Romana sub alis suis omnes alias ecclesias continet, & tenet possessio, ergò potest dici esse penes ecclesiam quæ est caput & membra simul vt penes ecclesiam vniuersalem, id est, congregationē fidelium penes ecclesiam quæ est membrum & nō caput, vt penes ecclesiam Perusinam quæ ex eo quòd non habet collegium actu sufficit habitu vt possideat, quod est no. Et sic ecclesia tribus modis dicitur pro capite, pro membris, & pro vtroq; simul. Sic & Christus in diuina scriptura quandoque ponitur vt caput, quandoque vt membra, quandoque vt vtrunque, vt reperitur in Psalmis in diuersis locis, & est arg. quòd valeat relictum factum ecclesiæ minorum, scilicet, vt capiat Deus .i. ecclesia Romana, quia Domini capacitas consideratur in cuius persona fundatur, vt ff. de legat. 2. l. debitor. §. seruo. & ad leg. fal. l. cùm dotem. non enim media persona sed finalis inspicitur in qua acquisitio sumit effectum vt ff. ad Treb. l. cogi §. hi qui. tene ista menti. Bal.

MVLIER & religiosa potest esse executrix testamenti, ita not. Abb. in c. vos quidem. extra de testa.

Mulier si iurat non habet beneficium Velleiani, vide per Abb. in cap. ex rescripto. de iureiur. & in Authen. matri & aniæ. C. quando mu. tu. offic. fun. po. ibi renunciabit ex conscientia legis, & legis authoritate, & ideò non est necesse ibi quod certioretur de beneficio Velleiani, quia eo casu non lædituir renunciando sed lex exequitur. Sed vbi renunciat non de conscientia legis nō valet iuramentum nisi fuerit certiorata nec præsumitur certiorata, vt ff. de verborum obligationibus. l. sciendum. per gloss. & Dyn. secundum Ray. Bald.

Multiplicatio, vide supr. in verbo, crimen. in 6 q.

Multitudo quæ appellatur, vide per Innocentium in cap. latores. de cler. excomm. folio 520. & quæ gens, vide l. pen. ff. de prob. Bal.

Mutilati membris, aut monstruosi sunt irregulares, ita not. Innocentius in cap. porrò. de cler. pugn. in du. fol. 513. & vide ff. de sta. ho. l. nō sunt liberi. Bal.

Mutilati membris & corpore vitiati non possunt testificari contra clericos in causa criminali, ita not. Abb in c. 1. de excep.

Mutuans ecclesiæ debet esse diligens vt illud mutuum in rem ecclesiæ conuertatur, sed in alijs contractibus sufficit vtiliter esse cæptum, ita not. Innocentius in cap. grauis de depos. folio 390 nu. 1. in priuatis autem personis dic vt in l. fin. de exer. & de noua. in l. doli. tene menti ista. Bal Et no. quòd pro eodem reputamus soluere tutori vel ecclesiæ secundum Innocentium ibidem ad hoc. ff. de pign. l. si quis. in prin. & l. ciuitas. ff. si cer. pet. ff. de neg. gest. l. si pupilli. §. 1. in gloss. C. si aduers. credi. l. pen. & per Cyn. in Authen. hoc ius porrectum. C. de sac. san. eccl. Aut ergò quis mutuat vel aliter contrahit aut negotia gerit ecclesiæ aut soluit, vt ibid. Inn. no. Bal.

NARRATIO sola non dicitur nec est petitio, quia si hæc esset petitio, cùm narrat factum quod est falsum, secundum Innoc. in cap. 1. de liv. contestat. fol. 204. num. 3.

Narratio facti non debet fieri per aduocatum, ita no. Innocent. in cap. pastoralis. de iud. folio 194. num. 2.

Natus illegitimè potest esse monachus nō præfatus, ita not. Inn. in cap. 1. de filijs presby.

NEGANS soluere censum licet appellet potest excommunicari, ita no. Inno. in c. significauit. de censi. fol. 446. num. 3. vide supra in ver. feudum. in pe. quæst. & sup. in verbo, lit. contest. in 3. quæst.

Negatio improbabilis non facit rem dubiam, ita not. Innoc. in cap. ex parte. de verbor. signific. fol. 572. num. 3. & per doct. in l. 1. C. de proc. Bald. & vide inf. in verb. tantum. in 1. q.

Negationum non sunt causæ, & ideò mera negatiua non probatur, ita not. Innocē. in c. bonæ. de ele. fol. 52. Student aduocati ponere negatiuè, vt non videantur se astringere ad probādum, vt no. ff. de mi. l. de ætate.

Negatiua ista quod instrumentum non habet vitium, an possit probari per testes qui illud inspexerunt, non tamen facto interfuerunt? Dic quòd de vitio visibili sic, si testes sunt periti, non autem de vitio falsitatis, ita not. in cap. cùm olim. de priuil. fol. 532. num. 2. vide inf. in ver. scriptura. in 3. quæstion. & suprà, in ver. appellatio. in 33. quæst.

Negatiua aliter probari non potest nisi vbi fingitur probata ex quo actor non probat, ita not. Innocent. in cap. coram de offic. deleg. fol. 140. & de probatione negatiuè, vide per eūdem, in c. 3. loco. de prob. fol. 248.

Negatiua non probatur nisi indirectè, siue sit implicita, siue explicita, & præsumitur contra testem qui astruit negatiuam, ita no. Innocentius in cap. cùm ecclesia sutrina. de cau. poss. & prop. fol. 220. num. 7. Nisi illa negatiua habeat fundamentum vel fomentum iuris, vt quod ad canonicos electio tantum pertinet, quia quando testis conformat se cum iure communi semper dictum suum meretur excusationem secundum Host. & est triplex negatiua, vna est quæ cadit in plenam notionem testis, & ista est negatiua facti instantanei, vt quòd ego non sum in tali loco, quia testis videt intuitiuè locum vacuum, & per hoc intelligit quòd non sum ibi, semper enim intelligentia opus est, quia vt dicit Aristot. in problematibus, intellectus videt, intellectus audit. Alia est negatiua, quæ cadit in præsumptiuam notitiam vt negatiua facti continui. Vt quia negat testis Titium hoc anno possedisse, quia vidit Seium solum hoc anno intrare, & ex re & fructus percipere præsumitur quod non habeat compossessorem. Item in negatiua memoria non extare. Alia est, quæ non cadit in sensum testis vt est negatiua quæ non habet concomitantiam certi loci & temporis in prima negatiua, & testes negantes probant vt affirmantes, in secunda magis, creditur duobus affirmantibus quàm duobus. vel 10. negantibus, in tertia negantibus nō creditur. Primum probatur in l. optimam. C. de contraben. & commit. stipul. Nam si creditur plus quàm instrumento, ergò plus quàm testibus scilicet probatur in l. diem proferri. §. si plures. ff. de arbor. & probatur in c. 1. de pœ. li. 6. tertiū probatur in l. actor. de probat. et negatiuè sunt tres vna facilis probari testibus, alia difficilis, alia impossibilis, vide omnia in præall. cap. cùm ecclesia sutrina. de cau. poss. & propr. per Innocent. licet non ita clarè, & tene mēti de dictione absq;, an sit dictio affirmatiua vel negatiua, vide Cyn. in d. l. actor. C. de probat. & in cap. qui generaliter. de procu. lib. 6. per Arch. Bal.

Negatiua quod quis non sit contumax, qualiter probetur sentit Innocent. in cap. actor. de dolo & cont. fol. 242. & est gloss. ord. in l. ex consensu. §. 1. ff. de app.

Negatiuam solutionis opponens cum periurio debet eam probare si est tertius. Secùs si creditor, quia creditor habet ius fundatum ex promissione, sed tertius non habet fundamentum, ita not. Inno. in cap. super his. de accus. idem tenet Cy. in l. 2. C. de iure emphy. & ibidem etiam per gloss. ergò si syndicus accusatur, quòd nō denunciauit maleficium, debet denuntians probare negatiuam. Sed Bart. dicit, quòd accusans repræsentat fiscum qui est creditor, & ideò non habet probare negatiuā, quia fiscus per istum tanquam per picam & organum suum agere videtur ac si creditor ageret per procuratorem vel coniunctam personam. Secùs si agens ageret ciuiliter ad interesse suum ex negligentia contra syndicum, quia denunciatio nō debetur sibi sed fisco, & ideò probet negatiuam, sed certè imò vtrique debetur arg. ff. de leg. 3. l. fideicommissa. §. interdum. sed quid si oppono, quòd tu non soluisti gabellam contractus, & ideò excipio contra te agentem ex contractu. Certè tunc debeo probare negatiuam per librum cēsualem, nam hic fiscus est creditor, ego sum oppositor alius & alius, secundum Bart. in l. in illa. de verborum obligationib. & l. hoc iure. eo. titu. vbi videas. Et idem si oppono quòd non procedit accusatio, quia non fuit soluta decima in communi. No. tamen, quòd nisi statutū permittat excipi de hoc, ista exceptio non procedit, vt not. in l. 2. ff. si ager vect. vel emph. pet. facit ad hoc. l. his consequenter. §. 1. ff. fa. erci. nisi ista solutio esset de ordine processus, quæ verba sunt not. digna. Si autem non opponitur negatiua solutionis & periurij, sed ordinationis istud est potius negare quàm excipere, & ideò neganti non incumbit onus probandi secundum Innocentium ibidem. Si autem opponatur negatiua formæ præsumitur forma seruata, Innocē. quæ omnia verba tene menti perpetuò.

Negotia vniuersitatis debēt fieri per vniuersitatem simul congregatam, ita no. Inno. in c. audi. in fi. de ele. fol. 60. nu. 5.

NISI de ista dictione & de eius materia siue natura, vide omninò inf. in verb. sententia. in 26. q. circa fin.

NOCERE nihil potest seruare ordinē iudiciarium, ita not. Innocent. in c. nouit. de iud. fol. 193 nu. 1.

Nomen procuratoris est generale dicit Inn. in c. constitutus. de ele. fo. 76. & vide sup. in ver. error. in 1. q. vbi æquiuocatio nominis etc.

Nomen integrum & cognomen debet apponi in rescription. ita not. Hostien. in c. cùm accessissent. de const.

Nominare alterum in iudicio quando sit licitum alteri, & quando non, not. Innocentius in cap. quoniam. vt lit. non contest. folio 207. numero 8.

Nominatio est nuda in tractatu, & solennis in scrutinio, ita not. Innocent. in c. quod sicut. de ele. fol. 58.

Notarij malè faciunt si faciunt instrumēta nisi de mandato illorum quorum interest, ita no. Inno. in c. 1. de fi. instru. fol. 277. & vide inf. in ver. testis. in 28. q.

Notarij qui scribunt actus extraiudiciales de nocte, nō scribunt actum est hoc de nocte, sed scribunt actum est hoc de die, cui nox illa applicatur, quia in instrumentis & alijs quæ fiunt extra iudicium nox habetur pro die. d. more Romano. ff. de fer. sed in actuarijs iudiciorum est secùs, quia debent scribere omnia de die, ita no. Inno. in c. consuluit. de offi. dele. fol. 130. num. 5.

Notarios possunt creare principes & alij domini temporales in eorum territorio, ita not. Inno. in c. cum. P. tabel. de fi. instru fol. 279. nume. 3. super verb. tabell. & ibi vide quis potest creare notarios.

Notarius dicitur à nota, quia in notis redigunt quæ coram eis agūtur. Tabellio dicitur ex eo quia in tabulis scri. ita no. Inn. ibidem ibi, & licet aliqui po.

Notarius si est mortuus qualiter probabitur quod fuerit notarius, dic quod per communem opinionem probabitur, ita no. Innoc. in c. veniens. de ver. sig. fol. 572. num. 5. idem de prælato & filio qui fuerit legitimus, quia per communem opinionem probabitur hoc secundum eundem ibidem quod not. Bald.

Notarius quòd quis non fuerit qualiter probabitur, vide Inno. in d. c. veniens. de verb. sig. fol. eo.

Notarius iam diu mortuus ex quo fuerit in possessione officij præsumitur pro instrumentis suis, secùs si viuit & litigat ipsemet de officio suo & negetur notarius, ita not. Innoc. in d. c. veniens. de verbor. signif. fo. eo. vide infr. in eodem ver. in 15. quæst.

Notarius licet fecerit vnam chartam falsam aliæ valent, illa enim falsa non tollit effectū aliarum. Ille autem quas facit post condemnationem nullum habent vigorem, ita no. Inno. in c. fraternitatis de hære. fol. 506. num. 1. non tamen dicitur instrumentū de falso redargui nisi redarguatur tenor instrumenti, licet præsumptio tacita, vt no. ff. de pac. l. iuris gentium. §. quòd fere. licet præsumptio pro reliqua charta habeatur, vt. C. de peri. tut. l. pe. de apoc. pub. l. quicunque. lib. 10. Bald. Et an notarius infamis possit conficere instrumenta, not. in l. 2. §. miles. ff. de insa. ff. ad le. Iul. repet. l. si. per Bar. Bal.

Notarius non potest alteri stipulari, nisi in iudicio vel quasi, ita no. in c. dudum. de conuer. coniug. fol. 427. num. 1. Alij contra Inno. ibidem, vide Io. And. in c. quanquam. de vsur. lib. 6. & per Bar. in l. non quasi. ff. rem pupil. sal. fore.

Notarius in iudicio potest fungi duplici officio, scilicet mandato iudicis se subscribētis & stipu. Innoc. in d. c. dudum. fo. eo. & vide inf. in verbo, prælatus. in 2. q.

Notarius si semper scribit in instrumento se rogatū multum proderit & ad quod, vide Inn. in c. 1. circa med. ibi non esse vtile quòd tabellio, etc. de fi. instru. fol. 277. num. 7. vide omninò sup. in ver. credulitas. in 4. q.

Notarius socius si negabitur esse quid sit necesse probare ad hoc vt fides suo instrumento adhibeatur, vide per Innocen. in d. c. 1. de fi. instr. fol. 277.

Notarius tenetur ædere instrumenta contractuū illi cui quæritur ius ex contractu. ff. de æden. l. prætor. Sed aduersarius nō tenetur ædere nisi ad eum peruenerit protocollū notarij, nā si suis nummis redempti instrumentum cōtractus, adeò istud instrumentum est suum, quod alteri non tenetur ædere. Si tamen de instrumento quis formet libellū vel faciat positionē antequam respōdeat libello vel positioni debet ipsum ædere, & aliter non debet responderi quia sē vsurum dicit de eo agit vel ponit. Et hoc verum, si suum est instrumentum & habet in promptu, secùs si instrumentū est alterius tantum vel magis alterius quàm suū. Item secùs si instrumentum sit tale q; aduersarius debeat habere penes se vel præsumatur habere, vt. l. 3. ff. de æden. Item secùs si non habet in promptu, vt. l. 1. ff. de fideiuss. Et hoc tempore deliberationis sed tempore probationis tenetur quis producere simul & probare, & si producit probat pro vtraq; parte, vt no. ff. de æden. l. 1. §. ædītiones, ita no. in fi. in c. cùm olim. de proba. facit. ff. vt leg. not. ca. l. posti. §. dies. secundum Bar. Bal. Et de ista materia vide omninò in Spe. ti. de instr. ædi. §. nunc dicamus. & ibi vide multas quæst. ad hanc materiam. Bal.

Notarius si non recordatur se fuisse rogatū instrumentum factum nō valebit nec poterit ipsum conficere de nouo, ita no. Inn. in c. 1. de fide instru. fol. 273. num. 7. quod tene menti. Bal.

Notarius siue probet notariatū per priuilegiū siue per quasi possessionem per exercitium officij, & cōmunem opinionem gentiū coadiuuantē sufficit sibi, ita no. Inn. c. 1. de fi. instru. fo. 2. q. no. Bal. & vide sup. hoc eodem verbo. in 8. q.

Notarius propriè est ille quē creauit Papa vel Imperator, quia iste vbiq; terrarū mūdi potest cōficere instrumenta, propter autem sta. vel consuetudinē non potest fieri notarius, qui verè & vniuersaliter habeat publicū officium secundū Inno. & Host. sed scriba qui intra territoriū statuentis habet potestatē conficiendi instrumenta intra cōfecta vbiq; habent vigorē, sed extra rogata necubi valent. Hi habent quoddam officiū locale secundum Spe. Potest autē Papa & Imperator hoc ius creandi notarios concedere alteri secundū Inn. & Host. ita no. ipsi in c. cum. P. tabellio. de fi. inst. Sed quæro an notarius imperiali authoritate possit exercere officium in terris ecclesiæ vel in causis spiritualibus. Vel notarius Papæ in terris imperij in temporalibus. Et crederem quod sic, quia istud est officium nō iurisd. & vbiq; extenditur dignitas hominis quæ est annexa ossib⁹. ar. no. ff. de post. ex ea. quod no. Bal.

Notarius non potest delegare scripturā, ita no. Inno. & Host. in c. cùm P. tabellio. de fide instru. fol. 279. idem no. in Authen. de tabel. §. nos autem. col. 4. vnde notarius palatij non potest committere alteri commentariensi vices suas, vt. ff. de iure fisc. l. in fraudem. §. quoties. & ar. l. pe. C. de spor. facit quod not. in Auth. de hæred. & fal. C. si verò ab sunt. col. 1. nec vnus debet ingerere manus in officio alterius, vt. l. 2. C. de execu. & exact. lib. 10. quod not. Bal.

Notarius quando semel vel pluries dictionem, etc. apponit in instrumentis, iudex suppleat illā interpretando ex natura contractus, vel ex consuetudine regionis, vel ex consuetudine notarij, vel ex proximis scripturis, ita no. Hos. in c. cum. P. tabel. de fide instr. facit. C. loc. l. licet. & ff. de fund. instru. l. cum de lanionis. §. 1. & ff. de pig. act. l. vel vniuersorum. & ff. de æden. l. si quis ex argentarijs. §. si mitium. Bald.

Notarius non potest incidere instrumen. etiā q;

partes asserant se errasse in contractu, ita no. Inn. in c. quoniam contra. de proba. fol. 252. num. 9. quod est no. Bald.

Notificatio, vide supr. in verbo, citatio. in 12. quæst.

Notorium est de præsenti vel proximo, cõmunis opinio est de longè remotis, ita no. Inn. in c. veniens. de ver. sign. fol. 572. num. 8.

in Notorijs proceditur per famam ad liquidam probationem sine ordine iudiciorum, ita not. Inn. & Host. in c. bonæ. de elect. vide inf. in ver. sententia. in 58. q.

Notorium excludit spoliatum à restitutione, ita not. Inn. in c. constitutus. de fil. presby. fol. 108. Et vide sup. in verbo, citatio. in 61. q.

Notorium dicitur illud quod est coram pluribus confessatum, ita not. Innoc. in c. sta. de offi. de leg. fol. 145. num. 6. quod no. perpetuò.

Notorium est quod adeò omnibus liquet & quasi inficiari non potest, ita no. Innoc. in c. sicut. in gl. magna. versi. notorium. no. de cohab. cler. & mulier. fol. 349. quod notorium proponitur per. 10. testes. Inn. Sed Accur. dicit, notorium esse quasi coram turba & populo factum, vt ipse not. C. de accu. in l. ea quidem. Potest autem esse notorium de quolibet actu vt de officio, vt. C. qui. & aduer. quos. l. 1. in gl. Sicut est notorium Barbarium gessisse præturam, vt. l. Barbarius. C. de offic. præto. De maleficio dic, d. c. sicut. & in. d. l. ea quidem. De contractu dic, vt in. l. 1. C. de his qui in eccle. manu. Est autem notorium aliud præsumptionis, vt. d. c. sicut. in glo. magna. versi. notorium præsumptionis. Hoc secundo modo dominium potest esse notorium, vt. ff. de nego. gestis. l. at qui natura. §. cùm me absente. in gl. Nam possessio notoria facit dominium esse notorium præsumptiuè, vt not. in. l. penult. de condi. insti. & ff. de solu. l. Titia. indirectè ergò cadit notorium super dominio, quia iura inuisibilia sunt, vnde per se non cadit in eis scilicet iuribus notorium facti, sed per accidens ex additis visibilibus cohærentijs.

Notorium veritatis est triplex, scilicet facti instantanei fluxi iam retro facit, quod no. ff. de acq. posse. l. 1. §. veteres factorum reiteratorum iam & nunc facit quod no. ff. de pœnis. l. si diutino. Facti continui habentis in se actum successiuum facit q no. ff. de iureiuran. l. eum qui. §. in popularibus, & quòd not. in. l. pe. de actio. & obliga. in notorio facti præsentis non præteriti potest procedi ad diffinitiuã præmissa citatione & reo contumace omissis omnibus alijs medijs, id est li. conte. & prob. Sed reo comparente debet seruari forma iudiciorum in glos. magna. ver. & dicunt. & verb. non tamen negamus. Si autem sit notorium cõtinuum, vt si laicus detinet clericum in carcere, vel vasallus hostiliter insequitur dominum suum, adeò valida est veritas tam notoria quòd nullum desiderat ordinem ver. si autem sit continuum, statim ergò potest ferri sententia, nec cadit facti defensio vel negatio propter quam inducię contedi consueuerunt, vt. ff. de re mil. l. 3. §. si ad diem. & l. 1. de fur. Bal. Innocent. finaliter videtur in alia glo. velle. in ver. item si dicimus quòd in nullo notorio veritatis sit necessarius ordo præter cita. & q valet sententia lata tam contra absentem quàm contra præsentem omissis medijs, etiam si iuditi non constet esse notorium. Sed in non notorio vel in notorio præsumptionis requiritur ordo iudiciorum & non valet sententia non rece. proba. quia fertur inordinatè omisso medio, nam proba. sunt media causæ, vt no. in. l. 1. ff. si quis ius dic. non obtem. secundum Innoc. idem no. glo. in l. prolatam. C. de senten. & inter l. om. iud. & Ber. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. Secùs si iudex recipit testes, nam licet non probent, tamen valent iniusta sententia quia non peccat in ordine iudiciorum, vt. ff. de æden. l. argentarius. §. cùm autem. Et istud quod dictum est de modo procedendi in notorijs habet locum in criminibus, secùs in ciuilibus disceptationibus nisi pertineãt ad merum iudicis officium, & posset de eis inquiri, quia tunc idem quod in criminalibus secundum Inno. & remittit ad no. per eum in c. ad nostram. de iureiur. ergò vbi proceditur per modum accusationis, quia ordinarius est processus, vt no. in l. Barbarius. ff. de offi. præto. debet seruari forma iudiciorum, non tamen exiguntur probationes, quia notorium est liquida probatio probata ipso facto, vt. ff. de act. empt. l. emptorem. nisi reus negaret. Simile no. C. de peric. tu. l. si tutor. Et no. notorium exequarè rei iudicatæ quantum ad fidem sciendi & fidem faciendi. Sed quantum ad aliquod ius notorium inducendum vel prohibendum secùs, nisi vbi esset canon latæ sententiæ, vt. ff. de cura. fur. l. nullius. & ff. de ritu nup. l. palam. in fi. & not. ff. de cap. dimi. l. amissione. in fi. §. 1. & hoc de notorio per viam liquidi facti. Sed in notorio pronunciationis non requiritur ordo nec citatio, prout not. idem Innoc. in c. ex ratione. de app. vide Bar. in l. à diuo Pio. §. in venditione. de re iud. & Bal. in l. 1. C. de iu. & fac. igno. in notorio confessionis in criminali requiritur processus si fuit confessio extra iudicium, vt. ff. de adul. l. capite quinto. Sed in iudicio requiritur sententia, prout no. ff. de insa. l. ictus. & hoc si confessio est legitima, aliàs, nõ debet ferri sententia, vt in c. at si clerici. de iud. & de ele. c. per inquisitionem. et. ff. de quæst. l. maritus. Inn. in præal. c. sicut. tene menti ista perpetuò. Bal.

NVLLITAS, vide inf. in ver. rest. in integr. in 2. q. & sup. in verb. actor. in 4. quæst. & sup. in ver. appellatio. in 55. q.

Numerus, vide inf. in ver. vox. in 2. q. & inf. in ver. statutum. in 5. q. in fi.

Numerus canonicorum licet sit ruptus & valeat impetratio vltra numerum quo ad canonicatum, non tamen valet quo ad præbendam, ita no. Inno. in c. pro illorum. de præb. fol. 360. nu. 5. etc.

Nuncius, vide sup. in ver. citatio. in 29. q. circa fin. ibi, sed nuncius.

Nuncius potest constitui in iudicio ad allegandas causas absentiæ, ita no. Inn. in c. quærelam. de procu. fol. 165. num. 5. & vide sup. in ver. credulitas. in 6. q. & sup. in ver. ciuitas. in 5. q.

OBEDIENTIA *in spiritualibus* est licita, sed homagiũ *in spiritualibus* non, sed in temporalibus consistit, ita not. Innoc. in c. indignum. de reg. iu. fo. 574.

Obedientia quæ habeatur pro confessione, vide per Inn. in c. consuluit. qui cler. vel vonen. fol. 471.

Oblatio. Quid contineatur nomine oblationum, vide per Innocent. in cap. cùm inter. de ver. sig. fol. 570.

Obligatio prælati non est perpetua, nec efficit successorem, sed obligatio capituli sic, ita not. Inno. in

no. in c. nisi essent. de præb. fol. 360. quod no. Bald. vide inf. in ver. testis. in 8. q. prope finem.

Obligatur quis ad resignationem facti, non ad resignationem iuris, ita no. Inno. in c. proposuit. de concess. præb fol. 371. num. 4. vide inf in ver. vniuersitas. in 6. q. in fi.

OCVLVS officialium sæpè fallitur, ita dicit Inn. in c. ex parte. extra de fi. instru. fol. 279.

ODIOSVS, vide inf. in ver. testis. in 80. q. & inf. in ver. tractus. in pe. q. & inf. in ver. renouatio. in 3. q.

OFFENSA grauis quæ dicatur, vide per Inno. in c. cùm illorum. de sen excom fol 551.

Offensa quando dicatur facta in persona vel in rebus, vide Bart. in l. licitatio. §. quod. illicitè. ff. de publi. & per do. Pet. in c. nuper. de sen. excom.

Offensus, vide inf. in ver. sta. in 5. q.

Offensus solus potest opponere except. offensæ etiam manifestæ, ita no. Inno. in c. sacro. de sen. excom. fol. 555.

Officialis qualiter teneatur in syndicatu, vide per Bar. in l. 1. §. quod nouissimè ff. de publica.

Officium excusatoris est allegare absentiam, & iustificare causis & probationibus, ita no. Inno. in c. veniens. de test. fol. 263. & iste excusator non tenetur satisdare, vt no. in l. nemo alienæ. ff. de reg. iu. Et quilibet est habilis ad hoc officium etiam infamis et excõmunicatus, vt no in l. 1. eruum quoque. 3. publicè. ff. de procu. Et si excusatio sua non placet iudici debet super hoc interloquendo pronunciare à qua interlocutoria poterit excusator appellare, ar. ff. de neg. ge l. liberto. § fi. nõ tamen punitur si non appellat vt ibi placet, sed non potest excusator priuilegiũ dommi allegare seu opponere declinatoriam except. quia hoc pertinet ad officium procuratoris, & in hoc exigitur man. & quòd persona sit habilis sed Inn. ergò procu. in criminali potest apponere exceptionem fori, & alias except quæ non extendunt crimen, sed ad crimen respondere non potest, nec potest cum eo fundari iudicium quòd relegationis pœnam excedere possit. Potest tamen allegare causam defensionis quæ est liquida & exactis, cùm etiam sine vllius allegatione iudex debeat in actis inhærere secundum Inno. sed quid si ciuilis incidit in criminali, an potest agi per procuratorem, videtur quòd sic, quia est quæstio ciuilis non criminalis, cùm lex dicat, q criminalis incipit demum ista finita. C. de plag. l. fi nam disputatur seorsum à crimine & ante li. conte. secundum la. ibi. Quid de exceptione banni quæ perimit iurisd. et crimen ex forma statuti, dicit Iac. Bal. quòd ante lit. conte. non potest opponi per procuratorem, quia mista est non mera declinatoria, habet ergò reus personaliter comparere ad eam opponendã, quia perimit crimen qualitercunq; opponatur, & idem tenet Cy. nisi bannum esset notoriũ per acta quæ tunc producuntur, quia tunc magis ex officio quàm vi exceptionis repellitur agens secundum Cy. in l. reus. C. de acc. Nec enim debet admitti euidenter calumniosa accusatio. ff. de bo. lib l. qui cum maior. § si patris. vbi de hoc. Iac. Bu. dixit procuratorem admitti, quia exceptio banni examinatur per se ante crimen intentatum, & fortè ista exceptio non dicitur criminalis ar. no. per Inn. in c. dudum ecclesia. de elec. Sed opinio Cy. est verior, tenet menti. Bal. & vide inf. in ver. sententia. in 16. q. in fi. ibi, dum dicit quòd iudicis officiũ, etc. & in. 50 q. Itẽ vide inf. in ver. reconuentio. in 1. q. & sup. in verbo, actio. in 3. q.

Officium iudicis quoddam expeditur proprio motu, quoddam ad postulatiõem partis, nam si respicit publicam vtilitatem sine accusatione experitur inquirendo, vt. c. qualiter & quando. de accu. Item si publicam pietatem & æquitatem vt in tutore dando vel reuocando, vt. ff. de suspec. tut. l. 3. Item si publica de causa de leg. 1. l. ciuitatibus. & ff. de vsufru. leg. l. legatum. Idem si testamentorum pietate. ff. de pe. hære. l. hæreditas. in fi. & c. nos quidem. de testa. Idem si animæ fauore vsuræ & malè collec de iureiu. c. ad nostram. el. 2. Quod verò rem familiarem alicuius respicit & non publicam curam petenti tantum impendi debet, ff. de dam. infe. l. 3. §. hoc iudicium. & si lex iudici imponitur expediendi processum & nemo petit non intelligitur index in mora, vt ibi Spec. in tit. de off iud. Bal.

OMISSIO consuetudinis loci non vitiat matrimonium, quia consuetudo nõ dat esse, aliàs non esset matrimonium, ita not. Abb. in c. 1. de despon. sed consensus vt materia seu substantia, & verba vt forma, ita not. ff. de iust. & iu. l. ius ciuile. & C. de præscri. 30. vel 40. annor. l. cùm notissimi. in prin. Et no. quòd siue consuetudo inspiciat præludia matrimonij, vt de dandis iocalibus, siue ritum quendam, vt de pallio tenendo supra caput idem est, quia ista non attingunt substantialem essentiam matrimonij secundum Abb. ibidẽ. In his autem quæ possunt recipere modum & formam esse à consuetudine, omissio modi vel formæ vitiat, vt ff de verb. obli. l. qui Romæ. §. Flauius Hermes. Bald.

Omissis medijs substantialibus non potest peruenire ad extrema, ita not. Innoc. in c. contingit de arb. fol. 187.

Omissum per iudicem in interlocutoria potest postea suppleri. Secùs postea in diffinitiua, ita not. Inn in c. auditis. de procu. fol. 169. numer. 2. vide inf. in verb. sententia in 25. q circa medium.

Onus de soluendis collect. & oneribus potest imponi in re quæ traditur ecclesiæ, tamen laicus non potest reseruare sibi ius inadẽdi propria authoritate si non seruetur pactum, ita no. Inno. in c. verum. de fo. compe. fol. 196. in num. 2. facit in arg. ff. commu. præd. l caueri. Host. tenet contrarium in c. cùm dilectus. de dona Bal.

OPEM præstans bello iniusto nullam habet actionem ad impendia facta vel damna habita, ita not. Inn in c. sicut. de iureiu. fol. 288. ergò caueant Nobiles & Barones quod alijs dominis habentibus guerram præstent adiutoriũ, quia debent cõsiderare an id iustum sit, vel non. Et si iniustum nunquã pro damnis habitis agere possunt ad emẽdam, quod perpetuò not. Bal.

Opinio quæ non in fauorem prævalet veritati quæ est in odium, ita no. Inno. in c. nuper. de bigam. 2. fol. 312.

Opinio erronea non inducit malam fidem, dicit Inno. in c. fi. de præscrip. fol. 303.

Opinio communis in anima non in voce consistit, tamen quod organo vocis exprimitur credere quis putatur, ita no. Inn. in c. veniens. de ver. sig. fol. 572. num. 3.

Opponens crimen an debeat designare locum & tempus, vide Innocentium in capitulo ad hær. de testi. vide sup. in verbo, appellatio. in 38. quæstione.

Optio non competit excommunicato, sicut nec eligere potest, in c. referente. de præb.

ORDI-

ORDINARIVS inquirit de crimine etiã non facta prius ordinaria inquisitione de fama, secùs in delegato, ita no. Innoc. in c. cùm oporteat. de accu. fol. 490. num. 1. domesticum de plano, & sine citatione partis debet præmittere ordinarius, vt. C. de off recto. prouin. l. iustissimos. Bal. Et vide inf. in ver. renuncians. in 1. q. & inf. in ver. reconuentio. in 2. q.

Ordinarius inquirit de crimine ex sola suspicione, secùs in delegato, ita no. Abb. in c. vt nostrum. vt eccle. benefic. Et præsumptio transfert onus probationis secundum eum ibidem, interdum aggrauat onus probandi, vt. l. non est verisimile. ff. quod me cau. Bald. & ibi vide. & vide sup. in verb. citatio. in 27. q. & quis dicatur ordinarius no. Host. de off. or. §. 1. & quare dicatur ordinarius no. ipse idem in c. fi. de fo. compe.

Ordinatio ad titulũ patrimonij quid operetur, vide Inn. in c. episcopus. de præb. fol. 355. num. 2.

Ordinatio, consecratio, electio, & prouisio, non fiunt in forma iudicij, sed confirmatio sic, ita not. Innoc. in c. ad dissoluendum. de despon. impub. fol. 468. num. 4.

Ordinatio cassata, an redeat ad eum qui malè ordinauit, vide Innoc. in c. ad aures. de excess. præla. fol. 524.

Ordinatus in sacerdotẽ præsumitur habere alios ordines si est ordinatus à perito & discreto, ita no. Inn in c. tuæ. de cler. pereg.

Ordinem procedendi ad relationem iuris, ponit Inno in c. debitores. de iureiu fol. 284. num. 2. facit in arg ff. de iure deli. l. profectitia. Bald. vide inf. in ver. sententia. in 68. q.

Ordinem in genere an valeat quis profiteri, vide per Inno. in c. porrectum. de regu. & transe. ad relig. fol. 421. num. 2. & vide sup. in ver. causa. in 6. q.

Ordines qui sunt illi qui conferunt cum executione, qui sine, qui nec vno modo nec altero? Dic, quod ordinem cum executione dãt illi qui habent ordinem & authoritatem. Ordinem sine executione dant illi, qui habent ordinem & authoritatem in habitu, sed non in actu & exercitio propter irregularitatem eorum. Si autem non sunt irregulares vel aliàs crimino si nec excommunicati publici vtraq; conferunt, depositi autem ab ordine & administratione nil conferunt quasi priuati, ita no. Inno. in c. 1 de schisma. fol. 507.

Ordo sacer quid sit, vide per Inn. in c. 1. de schisma. fol 507. num. 3. & vide sup. in verbo, abbas. in 2. q.

Ordo naturalis est, vt cognitio exceptiõis præiudicialis præcedat cognitionem causæ principalis, dicit Inno. in c. prout. extra de do. & contu. fol. 237. num. 2.

Ordo naturalis est, vt primò statuatur terminus actori ad probandum quàm reo, tamen propter lites abbreuiandas potest statui vtriq; simul, ita no. Inno. in c. prout. de do. & contu. fol. eo.

PACISCI nõ licet super diminuenda quantitate decimarum & pactũ si factum fuerit non valebit, ita no. Innoc. in c. venerabilis. de confir. vti. vel inu. fol. 347.

Pacta simplicia confirmantur eũ debita modificatione, ita not. Inn. in c. significatũ. de præb fol 356.

Pactum de non mouendo quæstionem impedit processum, quia ex ipso facto oriuntur duæ exceptiones. s. declinatoria & peremptoria, & ita est vbicunq; peremptoria impedit processum. Absit tamen quod peremptoria impediat. Sed cuius facto oriuntur duæ exceptiones. s. declinatoria & peremptoria, declinatoria impedit processum non peremptoria, quod est no. ita no. Inno. in c. 1. de lit. conte. fol. 204. nu. 1. & vide sup. in ver. exceptio. in 4. q. ibi, sed pactum de non petendo. etc. & vide inf. in ver. renuncians. in 10. q.

Pactum factum contra naturam contractus nõ valet, ita no. Abb. in c. fi. de preca. vide Bar. in l. vbi ita donantis. ff de do. cau. mor.

Pactum quod pignus non soluto debito fiat creditorum si plus valet res & pignus debetur, nam à communiter accidentibus ita cõtingit quod plus valet pignus quàm debitum, ita not. Abb. in c. significasti. de pigno. Si autem deterius est pignus, valet pactum. arg. ff. de leg. 3. l. quæ habebat. ff. de hær. instit. l. si quis solidum. Nam quod non valeat pactum istud est statutum in odium creditorum non in eius fauorem, simile no. ff de transac. l. cùm hi. §. causa. sed dicitur tale pactum valere. ff. de solut. l. Calipus. & de pigno. l. si fundus. §. fin. Solu. vt pro iusto pretio habeat valet pactum, quod intelligitur si simpliciter non facta mentione pretij dicatur, vt. d. l. Calipus. sed vt pro debito habeat non valet pactum, quia non est fauendum feneratoribus. ar ff. de priui. credi. l. si vemri. §. in bonis. in ratione literæ.

Pactum an valeat quod quis possit capere debitorem suum Doct. quòd non, in l. alia. §. eleganter. ff. fol. mat. per Bar. in repe. l. creditures. C. de pig. & ibi etiam not. an possit quis renunciare beneficio cessionis.

Pactum quod non possit probari solutio debiti aliter quàm per instrumentum an valeat, vide Saly. in Auth. iubemus. C. de iudi. dicentem: aut pactum est generale contra omnem speciem probationis, puta debitor pacisc itur cũ creditore quod solutionem nõ allegabit, nec vlla specie probationis illam probabit. Et tunc non valet, quia inuitat creditorem ad delictum. ar. l. si vnus. §. illud. ff. de pac. & sic videtur contra publicam vtilitatem & contra bonos mores. Aut pactum est speciale puta ~~ma probet per testes~~, sed per instrumentum, tunc credo quod valeat quia non inuitat ad delictũ sed fraudem debitorum repellit, potest enim tempore solutionis sibi prouidere, & per instrumẽtum probare, pro hoc facit quia tale quid potest fieri per legem vt patet in casibus not. in l. pactum. de pac. ergò & per pactum. arg. l. fi. de fide. Bal.

Pactum, vide sup. in ver. monachus. in 3. q. vide inf. in verb. pœnitentia. in pe. q. & sup. in ver. coniurationes. in 1. q. & sup. in verb. appellatio. in 35. q.

Palatium episcopi non gaudet ecclesiastica libertate, ita no. Inn in c. inter alia. de immu. eccle. fol. 460. Contrarium no. 17. q. 4. c. id cõstituimus. in glo. ordinaria, quam not. & vide sup. in verb. castrum. in 1. q.

Pallium archiepiscopi quare debet habere quatuor cruces nigras, vide Host. in c. 1. de vsu pallij. vbi plenè.

Papa quando donat aliquid alicui illi quibus donat ex plenitudine potestatis Papæ statim efficiuntur possessores, ita no. Inn. in c. bonæ. de postu. fol. 37. nume. 3. idem videtur in Imperatore si dat iurisdictionem, vel priuilegium, vel sententiam vt valeat etiam non subditis citatis, quia super iure

iure domini sui non subditorum iudicat, vt. l. fi. in fi. ff. de ser. vrb. præd. quod est no. Bal.

Papa cognoscendo videtur ad se causam reuocare inter eosdem non inter alios, ita no. Inno. in c. cùm oporteat. de const. & vide sup. in verb. casus. in 1. q.

Papa mandando quod aliquis recipiatur in canonicum videtur mandare quòd conferatur illi canonicatus, nam id mandatum includit ea quæ sunt facti, ita not. Inno. & Host. in c. cum te. de rescrip. vide sup. in ver. citatio 44. q.

Papa si rescribit pro indigno præsumitur circumuentus, ita no. Host. in c. cum adeò. de rescr.

Papa verum dicat in bullis mando vel præcipio, est differentia & vis in istis verbis secundũ Host. in c. capitulum. de rescr. vbi vide, quia quãdo vtitur verbo mandamus, tunc tale mand. non rumpit ius commune, sed quando vtitur verbo, præcipimus sic, vt no. ff. de offi. præsi. l. sæpè. Bal.

Papa fert sententiam in notorio etiam parte non citata, ita no. Inn. in c. quanto. de transa.

Papa est publica persona, ita no. Inn. in c. cùm pridem. de pac. fol. 161.

Papa etiam potest errare in fide, ita not. Inno. in c. 1. de sum. tri. fol. 1. dicet non præsumatur, vt in l. fi. ff. de supel. lega. Et ideò non debet quis dicere, credo id quòd credit Papa, sed illud quod credit ecclesia, & sic dicendo non errabit. Bal.

Papa potest committere cui vult executionem relictorum ad pias causas, ita no. Inno. in c. cùm tibi. de ver. signi. fol. 566.

Papa an possit præcipere iniusta maximè laicis, vide Inno. in c. inquisitioni. de sen. excom. fol. 554. num. 3.

Papa quando recipit aliquos in proprios filios an videatur quasi adoptando eos in suam meram potestatem redigere & eximere ab alijs, vide Inn. in c. cum capella. de priui. fol. 534. num. 1. & vide eo. titu. c. si Papa. lib. 6. Et dic quòd non, quia sunt verba affectionis & non exemptionis, facit. ff de hæred. Inst. l. nemo qui frater. §. 1. Inno. ibidem.

Papa si recipit scienter aliquem ad osculum videtur eum absoluere, no. Inno. in c. cùm olim. el. 1. de priui. fol. 531. num. 3.

Papa si dicit ad audientiam nostram peruenit, & hoc modo inquisitionem committit valet licet Imperator sit infamis, ita no. Innoc. in c. cùm oporteat. de acc. fol. 490. num. 5. vel excommunicatus, vt. l. 1. C. de præc. imper. offe.

Papa non debet se intromittere de iurisd. Imperatoris nec econtrà nisi opem ferendo, ita no. Inno. in c per venerabilem. qui fil. sint leg. fol. 481. n. 3.

Papa non debet sustinere quòd sibi illudatur, & ideò receptus authoritate Papæ in canonicum præferendus est & in præbenda, ita not. Inno. in c. inter cætera. de præb. fol. 358. num. 3.

Papa mandauit alicui vt eligeret & ille malè elegit, quæritur quis denuò eligere debet, vide Innoc. in c. inter dilectos. de excess. prælat. fol. 524. num. 4.

Papa solus iudicat de suis priuilegijs, quomodo hoc dictum intelligatur, vide Innoc. in c. cùm venissent. de iud. fol. 193.

Papa nunquam aufert parti suam exceptionẽ, ita no. Inno. in c. ex transmissa. extra de fo. compe. fol. 196.

Papa ex certa scientia quæ colligitur ex tenore rescripti derogat iuri communi, secùs in legato, ita no. Inno. in c. præsenti, de reser. fol. 29. in prin.

Papa commisit alicui ordinem ecclesiæ quid sit est facere iste, dic quòd si inter partes cõmisit debet facere ius. Si autem per modum gratiæ latiores debet habere habenas, ita no. Inn. in c. super eo. de offi. dele. fol. 123. num. 1.

Papa supplet defectus Imperatoris & corrigit vitia eius, ita not. Innoc. in c. 1. de offi. or. fol. 147. num. 2. Et sic videtur quod Imperator habeat superiorem in temporalibus quòd est falsum. Sed intelligitur dictum Innoc. in crimimibus ecclesiasticis, & crimen ecclesiasticum est, quòd si ecclesia non esset apud gentiles crimen esset, vt in c. nos inter alios. de pur. can.

Papa omnia potest, debet tamẽ præmittere clauem discretionis ante clauem potestatis, ita not. Inno. in c. quanto. de iureiuran.

Papa solũ dispensat cum irregularibus, ita not. Inno. in c. cùm æterni. de re iud. fol. 317.

Papa non restituit laicum ad famam, ita no. Inno. in c. cum te. de re iud. fol. 314. nume. 2. Tamen collegium cardinalium potest restituere famam clericis, vt ibidem Inno. not.

Papa habet in se plenitudinem potestatis, vnde si reuocat ad se negotium omnibus silentiũ est indictum, ita no. Inn. in c. vt nostrum. de app. fol. 333. Hoc autem facit Papa dupliciter, vel verbis, vel rebus ipsis & factis, & incipiendo cognoscere. ar. ff. de legi. l. de quibus. ibidem Inno.

Papa quando mandat simpliciter testes recipi intelligitur seruato ordine iudiciorum, ita no. Inno. in c. cùm dilectus. de confir. vti. vel inu. fol. 347. num. 2.

Papa licet det formam procedendi in principali non remouet quin debeat fieri lit. contest. ita not. Inno. in c. cùm dilectus. de confir. vti. vel inu. folio eod.

Papali reseruationi renunciari non potest, ita no. Inno. in c. cùm accessissent. de consti. fol. 4.

Pars, vide omninò inf. in verb. tempus. in 2. q. & vide sup. in verb. conclusio in causa. in 1. q.

Pars potest asserere veritatem licet non viderit secùs in teste, quia testis testificari debet de veritate sensata organo sensus palpata, ita no. Innoc. in c. ex literis. de iureiur, fol. 289. quod est no. Et in parte istud dictum de teste est contra Old. alibi. Bald. Et vide etiam Innoc. in c. fi. de iur. cal. fol. 211. & inf. in ver. testis. in 86. q. & inf. in ver. sententia. in 34. q. circa med.

Pars non tenetur ius alterius partis dicere, id est sui aduersarij, ita no. Innocen. in c. si duobus. de app. fol. 318. num. 2. adde. l. non ex omnibus. §. 1. & quòd ibi no. ff. de arb. vbi quis non tenetur dicere nomina testium quæ contra eum faciunt, & dic vt. ff. de ven. inspi. l. 1. per Iaco. de Are. Bal.

Pars quomodocunque reputet sibi satisfactum esse in termino non contrahitur excommunicatio, ita nõ. Inno. in c. præterea. de app. fol. 324. & in c. P. & G. de of. dele. fo. 142. quod not. pro debitoribus si contra eos est lata sententia excommunicationis quam incurrant, si certo tempore nõ soluant debitũ creditori, quia si creditor tempore solutionis reputet sibi quomodocunq; satisfactum & debitor non erit excommunicatus, & not. benè hac. Bal.

Partes quando intendunt prorogare iurisdictionem delegatam illa solum prorogatur si quæ est ordinaria, ita no. Innoc. in c. significantibus. de offic. deleg. fol. 142. num. 5. & vide sup. in verb. actor. in 1. & 2. q.

Partium

Partium voluntate receditur à iure communi, ita no. Inno. in c. 1. de reſt. ſpo. fol. 225.

Pater non habens filios legitimos videtur legitimare filios baſtardos per teſtamentum eo ipſo quòd vocat eos filios, ita no. Inn. in c. per tuas. qui ſi. ſint leg. num. 1. fol. 480. Hoc verum quo ad ſucceſſionem tantùm, non quo ad veram & plenam legitimam, cùm ad hoc non habeat poteſtatem, ſecundum Hoſt. ibidem quod tene menti. & vide in Auth. vt li. ma. & auiæ. poſt prin. colla. 8. nam ius ciuile præſumit matrimonium, ſed eccleſia non, ſed vt præſumptio iuris ciuilis locum habeat requireretur quod matrimonium ſit poſſibile, de natura. i. quòd mater iſtius filij viuat. Item requiritur de iure, ꝙ vterq; ſit ſolutus: Item de facto, ꝙ de facili habeatur vtriuſq; præſentia & conſenſus. Item ſecundum bonos mores, quod non ſit nimis incidens viro. ff. qui & à qui. l. ſi rogati. §. ſi matrimonij. Et ita dicit Bar. cuius verba ſunt truffæ, quia iſta ſpecies legitimationis non eſt per matrimonium verum vel præſumptum tunc fieri, ſed retro factum eſſe, vel eſt ſpecies differens ab alijs modis, præſertim ſi pater dum teſtatur eſt in puncto mortis vbi etiã de matrimonio vero ſufficiat. Bal.

Pater & mater an poſſint offerre filium monaſterio, vide Inno. in c. ſi quis. de reg. & tranſeun. ad relig. fol. 419. num. 2. vide inf. in verb. teſtis. in 37. q.

Pater non dicitur filium poſſidere, licet ſit in quaſi poſſeſſione patriæ poteſtatis, ſecundum Bar. in l. 1. §. acquirimus. ff. de acqui. poſ. in fin. Sed an ex delicto filij teneatur aſſignare ſibi legitimam, vide Bar. in l. ſi cùm dotem. §. ſi poſt. ff. ſolu. ma.

Pater quando dilapidat bona filij quid ſit agendum, vide per Bar. in l. ſi conſtante. ff. ſolu. mat.

Patientia aduerſarij qualiter probetur, & an ex pluribus aduerſarijs ſufficiat vnum pati, & an canonici dicantur poſſidere ius eligendi, vide de omnibus iſtis per Innoc. in c. bonæ. de poſtu. præl. fol. 37. num. 1.

Patientia habetur pro titulo, ita no. Hoſt. in c. cura. de iure pa.

Patroni non conferunt beneficia ſed præſentãt, ita no. Innoc. in c. ex frequentibus. de inſt. fol. 368. & vide ſup. in ver. clericus. in 14. q.

Patronus laicus ſi non eligit epiſcopus ſuccedit, ſecùs ſi eligit indignum & non eſt tempus lapſum, ita not. Innocent. in c. cùm vos. de offi. ordi. fol. 149.

Patronus ſeu is ad quem ſpectat collatio beneficij poteſt vti ea collatione & iure ſuo, poſſeſſore nec citato, nec aliter priuato, ita no. Innoc. in c. de multa. de præben. fol 363. num. 3.

Pax, vide inf. in verbo, res. in 3. q. ibi, iuſtitiam & pacẽ, etc. & vide ſup. in verbo, crimen. in 5. q.

PECCATVM remittitur per pœnitentiam quoad Deum, non quo ad iudicem fori, quin debeat puniri, ita no. Innocent. in ca. de his. de accu. fol. 486.

Pœna poteſt peti etiam ſi excedat intereſſe niſi ſit loco vſurarum appoſita, ita no. Inno. in c. tuam. de pœnis. fol. 542. & vide. ff. ſi cert. pe. l. rogaſti. §. ſi. Bal.

Pœna certa impoſita à iure non poteſt permutari niſi per illum qui habet poteſtatem diſpenſandi, ita not. Inno. in c. licet. de pœ fol. 541. num. 1.

Pœna inſerta veteri conſt. quæ poteſt implicitè ſub ea includi retrotrahitur, ita no. In. in c. cùm tu. de vſu. fol. 517.

Pœna quæ nõ imponitur primordialiter ſed ratione contumaciæ non facit clericum agentem irregularẽ, quia nõ videtur ad hoc actum, ſed etiam venit ex officio iudi. ita no. Inn. in c. poſtu. de homi. fol. 513. arg. ff. de pe. hæred. l. item veniunt. §. cùm produximus. & de in litem iuran. l. 1. Inno. vide ſup. in verbo, app. in 13. q.

Pœna ordinaria non imponitur ex inquiſitione ſecundum Cano. ſed ſecundũ Leg. ſic ſicut ex cauſa, ita no. Inno. in c. cum P. de purg. cano. fol. 538. quod eſt verum, ſi proceditur cum plena cauſæ cognitione. ſecùs ſi incidenter & ſummatim, quia tunc extraordinariè etiam ſecundum leges, vt no. C. de teſti. l. nullum. & ff. de vſufa. l. iſtius fuſtium. idem quandoq; eſt quia iudex non habet tantum imperium, vt. l. 2. C. de ſpor. & l. fi. ff. de offic. præfec. vigil. & l. ſi quid. ff. de offic. procon. Bal.

Pœna vbi non reperitur certa debet apponi talis quæ magis timeatur, ita no. Inno. in c. de cauſis. de offi. dele. fol. 120. num. 7. Et iudex poteſt eligere minorem ſecundum eum, vide gloſ. dicit quòd eligit reus. ff. de min. l. quòd ſi minor. §. ſi ſeruus. Tu dic vt no. C. de ſer. fu. l. 3. & l. quicunq; Bal.

Pœna adiecta conſtitutioni affirmatiuè nõ exigit monitionẽ ſecùs ſi negatiuè niſi habeat diem, ita no. Inn. in c. extirpandæ. de præbend. fol. 365.

Pœnæ ſecundarum nuptiarum ſunt abolitæ per dictum Apoſtoli: quòd mortuo viro ſtatim nubat in domino, etc. niſi illæ pœnæ quæ ſunt in fauorem liberorum, quia illæ adhuc ſtant, ita not. Innoc. in c. fi. de ſecun. nup. fol. 485. Aliud eſt enim viduitatem indicere. Aliud proſpicere proli. ff. de condi. & demon. l. ſed ſi huius. §. fi. Bald. idem tenet Abb. ibidem. item non eſt ſublata pœna quòd priuetur tutela, vt. C. quãdo mu. tu. offi. fun. poteſt. Auth. ſacramenta. Bald.

de Pœnis ciuilibus & canonicis, & quid ſit ſimilitudo adinuicem, vide plenè per Inn. in c. qualiter. el. 2. de acc. fol. 494. n. 6. et ibi etiam dicit, ꝙ in pœnis proceditur de ſimilibus ad ſimilia. Bal.

Pœnitentia habet locum in peccato formæ non in peccato materiæ, ita no. Inno. in c. quia propter. de elec. fol. 71. num. 8. Sed Hoſti. ibi, tenet contrarium. & Io. Cald. tenet cum Inno.

Pœnitentia qualis debet eſſe in corde, & quanta debet eſſe in ſatisfactione, & an ſit arbitraria, vide Innocentium in c. omnis. de pœni. & remiſ. fol. 544. num. 3.

Percutiens, vbi quis percuſſit & timetur de percuſſione euidenter poteſt impunè percuti, ita no. Innoc. in c. ſi verè. de ſen. excom. fol. 551. ſup. in verbo, caſus. in 2. q.

Peremptorium verbum debet adijci in citatione vt ſit verum & expreſſum peremptorium, nec ſufficit vna citatio ſola ad ſententiã, niſi eſſet dictum in ea peremptoriè, vel niſi citatio fuerit in perſonam quæ ſemper habet vim peremptorij, ita no. Inno. in c. ad petitionem. de accu. fol. 493. num. 3. vide ſup. in verb. clauſula. in 3. q.

Peremptorium non eſt neceſſe quòd perueniat ad eum qui de contumacia vel culpa notatus eſt, ita no. Inno. in c. ex literis. de exceſ. præla. fol. 524. vide ſup. in verb. appellatio. in 6. q. ibi non ideò, quia in prima vice iniit peremptorium, etc. vide ſup. in verbo, citatio. in 19. 24. & 27. q.

Periurium anceps non cogitur quis ſubire in facto alieno, ita not. Innocen. in c. cùm dilectus. de purg. cano. fol. 539. num. 2.

Periurus eſt infamis, dicit Ab. in c. querelam. de iureiur. De iure ciuili, dic vt no ff. de infam. l. Lucius. in gloſ. ord. Bal. Et vide ſup. in verbo, crimen. in 10. q. circa fi. vbi habes quod periurus repellitur omninò à teſtimonio, Innoc. in c. Corradus. de ſolu.

Permutare eccleſiæ licitum eſt, & poteſt peti, ita no. Abb. in c. quæſitum. de rerum permu.

Permutatio habet locum in ſiſcalibus pœnis nõ in pœnis creditorum niſi eis conſentientibus, ita no. Inno. in c. Odoardus. de ſolutionibus. fol. 397.

Perſecutio in iure appellatur res eccleſiaſtica, ita no. Innoc. in c. peruenit. de teſtib. cogn. fol. 272. quod no. Bal.

Perſona electa connumeratur inter eligentes, ita no. Inno. in c. cùm in iure. de elec. fol. 64. num. 2. quod tene menti. quia hoc intelligitur quando proceditur per viam compromiſſi & non per viã ſcrutinij, vt no. Bart. in c. Cumana. de elect. & eſt ratio, quia in ſcrutinio quilibet vtitur ſua voce tantùm, ſed in compromiſſo non tantùm ſua voce ſed compromittentium fungitur poteſtate, ita tenet Hoſt. & Io. And. in d. c. Cumana. Ratio autem quare perſona electa nõ computetur inter eligentes nec augeat numerum eligentium, no. per Bar. in c. per veſtras. de iure pa, quia à ſe non debet nec poteſt quis oriri, & quia differentia debet eſſe inter eligentes & electum, & not. hæc Bal. Et vide ſup. in ver. coniuncta perſona. per totum. & ſup. in ver. commiſto. in 2. q.

Perſona ſi poteſt ſubmitti multò fortius locus, ita not. Innocen. in c. ex tuarum. de autho. & vſu pal. fol. 88.

Perſona principalis ſi confitetur & negat ſtatur confeſſioni, ſecùs in pluribus procuratoribus eiuſdem non inſolidum conſt. quia cõcorditer debent confiteri aut negare, ita no. Innoc. in c. in noſtra. de procu. fol. 167. num. 3.

Perſonæ miſerabiles quæ ſunt, vide Inno. in c. ſignificantibus. de offi. deleg. fol. 142. num. 2.

Petens ſe reſtitui ad ſententiam vel ad probandum, non per plenam reſtitutionem, ſed ſemiplenam & præparatoriam ſic, vt. ff. ad exhiben. l. theſaurus. Et ideò non eſt opus ordine iudiciario, nec probatur neceſſarijs, ſed præſumptiuis, ita no. Inn. in c. 2. de in integ. reſt. fol. 176.

Petens aliquid puta electionem confirmari videtur petere confirmari omni iure quo melius & efficacius valere poteſt, ita no. Inno. in c. cùm eccleſia. de cau. poſ. & prop. fol. 220. num. 7. & vide ſup. in ver. actor. in 13. q.

Petẽs aliquod ius in eccleſia debet dicere quod ius petit, & ex qua cauſa ſeu titulo petat, ita not. Inno. in c. ad audientiam. de præſcr. fol. 299. vide ſup. in verbo, alienatio. in pe. q.

Petere amoueri inſtitutũ quia poſſit, vide per Inno. in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb. fol. 372. num. 1.

Petere incoloratè quid ſit, in c. ex literis. de in integ. reſti. & dic quod eſt non aſſignare cauſam in libello, vel iudici interroganti, quod eſt bene not. Bald.

Petitio dummodò ſit tolerabilis debet admitti, ita no. Innocent. in c. examinata. de iud. fol. 194. nu. 2.

Petitio ſicut debet eſſe legitima, ita & reſponſio, ita no. Inno. in c. 1. de li. conteſt. fol. 104. vide ſup. in ver. litis conteſta. in 2. q. 1. ibi, vel petitio, etc. & vide ſup. in ver. abſolutio in 7. q.

Petitio ſuppletur per ſententiam, & econtra ſententia per petitionem, ita no. Hoſt. in c. querelam. extra de elec.

Petitio ſubiectionis eſt generalis, & procedit ſine ſpecificatione capitulorum, ita no. Innoc. in c. cùm inter. de re iud. fol. 306. numer. 1. & ibi vide quod libellus ſubiectionis formatur contra clericos rebellantes.

Petitio vbi eſt generalis tunc ſententia poteſt ferri generalis, ita not. Abb. in c. licet cauſam. extra de proba.

in Petitis cor̃a diuerſis iudicibus poteſt petens petere ſe remitti ad eundem iudicem primo aditũ ſuper eodem facto, vel contiguo, nec tamen proceſſus eſt nullus, ita no. Inn. in c. cùm. M. de conſt. quod no. Bal. vide inf. in verb. reſti. in integrum. in 6. q.

Peto cenſum, & ſi non ſoluas peto te pronunciari cecidiſſe à iure tuo, iſta petitio procedit ſecundum Inno. in c. literæ. de dil. fol. 213. vide ſup. in ver. actio. in 5. q.

Peto eccleſiæ canonicam mihi debitam de his quæ Titius reliquit tali eccleſiæ in teſtamẽto. Dicit Inno. quod procedit libellus ſi eccleſia non poteſt ſpecificè exprimere quid & quantũ. ff. ſi pars hær. pe. l. pe. in fi. ff. de rei vend. l. quæ de tota, & intereſſe, ita no. Inno in c. 2. de ſepul.

Petrus accepit à Chriſto exercitium poteſtatis per traditionem clauium, iſtæ claues nõ erant militares, ſed ſpirituales, ita no. Compoſt. in c. tranſacto. de conſt.

PIGNVS vide inf. in ver. teſtis. in 42. q. in fi. & vide omnino inf. in ver. teſtator. in 1. q.

PLEBS dicitur habere curam animarum, ita not. Inno. in c. ad audientiam. de eccle. ædific. fol. 458. & vide ſup. in verbo, actor. in 12. q.

PORTIONES an dicantur præbendæ & reditus, vide per Innoc. in c. dilectus. el. 1. de præben. fol. 359. num. 6.

Portiones & præbendas diſtinctas, an habere poſſint regulares qui non habent proprium, vide Inno. in d. c. dilectus. fol. eo. facit gl. in c. ex parte. aſten. de conceſ. præben.

Poſitio alternatiua admittitur in facto alieno, ita no. Inn. in c. ex parte. el. 2. de reſcr. fol. 11. num. 7. idem in articulis ſecundum Hoſt. ibidem. & vide omninò ſup. in verbo, cura animarum. in 1. q. & ſup. in ver. credulitas. in 6. q.

Poſitiones, vide omninò ſupr. in ver. lite conteſt. in 2. q.

Poſitioni criminoſæ debet reſponderi in ſpiritualibus vel tendenti ad crimen, ſecùs in temporalibus. ita not Innocent. in cap. dudum. de elect. fol. 51. in num. 11. & vide inf. in verb. reſponſio. in tertia q.

Poſſeſſio, vide ſup. in verb. iudex. in 90. q. & vide omninò ſup. in ver. colonus. in 1. q. & inf. in ver. teſtis. in 9. q.

Poſſeſſio eſt triplex, conuentionalis, iudicialis, & violenta: primæ duæ non præiudicant domino, vltima ſic, niſi facta fuerit violenta, ita not. Hoſt. in c. quoniam. vt li. non conteſt. & de acquiſ. poſ. l. fi. Bal. Et vide inf. in ver. ſpiritualia. in 2. q. vide Bar. in l. peregrè. §. quibus. ff. de acquir. poſſ. & Bal. in l. ob maritorum. C. ne vxor pro mari.

Poſſeſſio vacans prodeſt domino, ſed ſi non eſt vacans prodeſt bonæ fidei poſſeſſori, ita no. Innoc. in c. Cumana. de elec. fol. 76. num. 4. vide inf. in ver. eos. in 3. q.

Possessio iurisdictionis qualiter acquiratur alio possidente, & cuius scientia sit necessaria, vide in c. conquerente. de offi. ord.

Possessio sine causæ cognitione nemini est auferenda, ita no. Innoc. in c. inter quatuor. de maio. & obe. fol. 157. nu. 2. facit. C. de pac. l. si pacto quo pœnam. Bal. vide inf. in ver. taciturnitas. in 2. q. & sup. in ver. allegans. in 4. q. vide Io. An. in c. licet episcopus. de præb. lib. 6. & dixi in l. si deserta prædia. C. si prop. pub. pensita.

Possessio acquiritur in corporalibus solo titulo, ita no. ibi. in c. cùm nostris. de concess. præb. fol. 373. num. 3. ergò si imperator concedit alicui aliquam iurisdictionem statim facit eum possessorem, quia Imperator habet vniuersalem possessionem statim quod est coronatus, licet per singula non attingat, quia non debet glebas circuire, vt. l. 3. ff. de acqui. poss. Est enim irregularis possessio eius & plurimum iuris & iustitiæ habet qui non potest expelli de iure. Sed si de facto nõ habuit possessionem eam alteri dare non potest, quia nemo dat quòd non habet, ius tamen proprietatis transfert sine possessione. arg. l. pe. C. de do. inter vir. & vxor. & facit ad prædicta quod no. C. de ince. nup. in Auth. in prin. col. 2. Patet etiam ex prædictis quòd Imperator, qui obtinuit in corporalibus non indiget missione in possessionem, quia per solam sententiam victus perdit possessionẽ & victor eam nanciscitur quod est verũ in actore vincente. Si autem vincat reus nũquid indiget executore. ff. quod met. cau. l. metum. §. sed licet. & ff. qui satisd. cog. l. sciendum. §. si fundum. Sed in rebus corporalibus victor non potest inuadere possessionem sua authoritate, licet habeat sententiam iudicis pro se nisi de iudicis licentia, non tamẽ omnis iudex potest sibi dare licentiam, sed solum ille qui potest in possessionem mittere. Item scias quòd in corporalibus non habetur possessio nisi mediante re corporali, vt. l. si ædes. ff de serui. vrba. prædio. ista ponit Inno. in c. cum nostris. de concess. præben. licet non ita clarè & plenè, quæ tene menti. Bald. Item dico quod si princeps dat alicui suam iurisdictionem, siue per priuilegium, siue per sententiam quod valet ista donatio etiam non citatis subditis, quia super iure sui dominij non subditorum iudicat, vt. l. 1. in fin. ff. de serui. vrba. prædio. quod not. Bald.

Possessio quasi iuris præbendalis, canonicalis, vel episcopalis qualiter acquiratur, & qua actione & qualiter perditur, & qua vi vel qua resistentia vel contradictione. Et an in corporalibus requiratur animus & corpus. i. voluntas & factum, nam in corporalia facto possidentur. ff. de ser. vrb. præd. l. seruitutes. § in superficiebus. in fi. principij in acqui. pos. ita no. Inno. in c. in literis. de resti. spo. fol 226. num. 10. vnde omnia incorporalia iuris intellectum habent quia iura sunt. Sed quædam inhærent rebus corporalibus, vt iurisdictio, quæ adhæret territorio, vt. C. vbi & apud quos. l. fi. Item seruitutes personales vt vsus fructus vsus ministerium seruorum dicuntur in personam facta relatione ad alteram partem. i. ad habentem. Tamen in rebus & in iuribus realibus fundatur, alioquin non essent seruitutes, sed obligationes personales. ff. de serui. l. vt pomum. & de serui. rust. præd. l. pecoris. & de vsufruc. leg. l. fundi Trebatiani. & no. ff. de vsufru. l. si quis ita. Item seruitutes reales sunt hincinde. i. prædiales. Item personalium seruitutum quæritur possessio, patientia & vsu. ff. de vsufruc. l. 3. §. dare. In realibus dic, vt. l. 2. de seruitu. & aqua. In realibus sententia prædio datur. ff. de nego. gest. l. qui aliena. in fi. & inhæret prædio. ff. de contra. em. l. si aquæ ductus. Reales etiam seruitutes insunt rebus actiuè & passiuè. Personales insunt rebus passiuè tantùm, sed personales obligationes nullo modo insunt rebus, sed personis tantùm, sed iurisdictio inest rebus solum actiuè, & inest personis passiuè. Et ideò est in rem ex parte vtentium, & in personam ex parte patientium. Sic esse vasallum ratione origmis. i. fidelis est quædam seruitus, vt no. ff. de vsufru. l. si cuius. & est quasi personalis. Sed esse vasallum ratione rei est seruitus realis. quæ omnia tene menti. Bal. Quædam sunt simpliciter incorporalia, & sine vllo corpore iuris habent intellectum vt ius eligendi, ius præsentandi & si. ar. ff. de pet. hære. l. hæreditas. in fi. in istis nõ cadit possessio corporalis nec quæritur pedum positione, sed per actus conuenientes et cõsuetos, & quando fiunt vt fieri debent, & à quo fieri debent secundum Inno. in d. c. in literis. de rest. spo. Scias quod est reperire quasi possessionem eligendi, quia omnis possessio quæ alicuius efficacia est cum sterilis esse non debeat fructus parit possessori, quos ergò fructus ista possessio parit, respondetur eligere erit in fructu, sed an fructus iste erit naturalis, an industrialis. Dic quòd industrialis, quia non solo cursu naturæ producitur in esse, sed facto hominis secundum Inno. in d. c. in literis. in quasi possessione iurisdictiõis tria sunt. s. quasi possessio quæ in facultate est, vsus qui in exercitio est, fructus qui in commoditate est, vt perceptio bannorum & cæterarum commoditatum iurisdictionis. Sed in electione commoditas non est distincta ab vsu, vnde eligere licere. i. eligere de licentia iuris est fructus. Idem in iure præsentandi, quia præsentare est vsus fructus huius iuris, nec enim aliã commoditatem præstat modo præsentandi nisi ipsum præsentare, & actus & exercitiũ dicitur esse fructus seu habitus iuris, & possessio ista quandoque incipit à iure, et tunc sufficit titulus adiudicationis per sententiam iudicis, vt no. de concess. præb. c. cum nostris. per Inno. Tamen ex solo titulo nemo possidet ista incorporalia nisi qui habet verum ius, sicut nemo possidet actu nisi qui habet actum. Quandoq; incipit ista possessio à facto, & tunc factum id est actus procedere debet, aliàs non habet causam nec fundamentum vllum vnde exigitur causa fundamenti secundum Inn. in d. c. in literis. de rest. spo. fol. eo. sed non ita clarè, tene menti omnia ista. Bald.

Possessio iurisdictionis quæritur ordinario si ingresso territorio subditi sibi pareant in faciendo, quia maius signum est facere quàm pati secũdum Inno. in c. in literis de rest. spo. fol. eo. Et an sit duplex possessio in incorporalibus. s. naturalis & ciuilis, & quando prædium possedit seruitutem vacantem domino Et quæ sit potentior naturalis an ciuilis in incorporalibus, & super qua magis fundatur præscriptio, vide de omnibus istis inslit. de act. §. ea. per Iaco. Bu. Bal.

Possessio in corpore an magis quæratur per vnũ actum quàm per alium, vide Innoc. in c. ex parte. de resti. spo. fol. 232. num. 4. vide sup. in ver. beneficium. in 3. q.

Possessio ecclesiæ & aliarum rerum intelligitur continuata donec quis expellatur, ita not. Inn. & Host. in c. sæpè. de rest. spo. & vide sup. in verbo, animus. in 1. q.

Pos-

instrumentum locationis factum extra rem, ita no. Inno. in c. inter dilectos. in fi. extra de fid. instru. fo. 276. nu. 3. unde per instrumentũ non probatur possessio: quia non infertur necessariò nec præsumptiuè, ut. C. unde cogna. l. non hoc tamen. qui probat reditus apportatos à colono præsumitur possidere nisi contrarium probetur, ut. l. Pompo. ff. qui mod. ususfru. amit. & l. quamuis. §. si conductor. de acqui. pos. & C. finium regund. l. si quis super. quòd tene menti. Bal. uide Bar. in d. l. quãuis. & l. qui uniuersas. §. quod per colonum. de acqui. pos.

Possessio iurisdictionis aliter quæritur contra subditos qui possunt in possessione libertatis, aliter cõtra eum dominum qui eos subditos tenet, ita no. Inno. in c. dilectus. de capel. mona. fo. 438. nu. 3.

Possessio generalis iurisdictionis quæ territorio uniuersali cohæret non acquiritur licet singuli de uniuersitate confiteantur se esse subditos & iurent fidelitatem. Si tamen hoc non faciunt collegialiter, ita no. Inno. in c. dilectus. de capel. mona. fo. eo. quod no.

Possessio uacua quæritur in subsidium per bannum & si nemo in ipsum incurrat, ita no. Innoc. in c. dilectus. de capel. monacho. fo. eod.

Possessio non quæritur per illum qui ingreditur possessionem rei quam putabat sibi fore legitimè traditam, sed non erat. Ratio est, quia non ingreditur animo acquirendi, sed iam quæsitam retinendi. Ista est glo. not. ff. de acqui. pos. in. l. possideri. in prin. Sed Bar. eam ibi reprobat.

Possessione de accipienda quando plures armata manu contendunt cuilibet est inhibendus accessus ante cognitam rationem uel causam. Si autẽ armata manu cõtendunt de possessione retinenda, quia uterq; asserit se possidere, tunc summatim cognoscitur quis possideat & tũc alteri inhibetur ne ante cognitã quæstionẽ accedat. Si aũt unus uelet inuadere alius retinere, nõ debet iudex hoc permittere, vt. l. illicitas. ff. de offi. præsi. & ff. de offi. procu. cesa. l. fi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. pen. Si autem possessio erat vacãs, & unus alium præuenit in possessione occupanda ille qui præoccupauit erit loco possessoris, nec potest vim pati: nec debet per iudicem compelli nisi cõueniatur in beneficijs uel præbendis quas iudex non debet pati occupari licet vacent, ita no. Innoc. in c. in præsentia. de proba. fo. 249. nu. 3. tene mẽtiista. Bald. vide sup. hoc eodem verbo. m. 11. q.

Possessionem ingrediens cũ decreto iudicis inualido an teneatur pœna statuti deturbata possessione. Bar. tenet quod sic, si statutũ simpliciter loquitur. Ratio quia fuit in lata culpa. Secùs si statutum requireret dolum secundum eum in. l. iustè possidet. de acqui. pos. quod no. Et adde quod idẽ Bar. no. in l. 1. §. non autem. ff. si quis testa. liber esse iuss. fue.

Possessionem nactus seu adeptus fingitur quis qui non est per consuetudinem, ita no. Innoc. in c. cùm super. de cau. pos. & prop. fo. 221. per c. 2. de consue. fo. 32. ergò in. c. 2. non est fauor ecclesiæ quod quæratur ecclesiæ possessio sólo titulo: quia hoc non est verum, vt no. C. de sac. sanc. eccle. l. fi. nam hoc videmus in alijs personis priuilegiatis, vt in fisco, cui non acquiritur possessio nisi accipiatur, vt no. ff. pro soc. l. cum duobus. §. idem respõdit. vnde sicut imperio non acquiritur possessio sine actu corporali sic ecclesiæ, idem videmus in causis priuilegiatis. C. so. ma. l. dotis. facit quod no. idem Inno. in c. in præsentia. de probat. Operatur ergò plus consuetudo quàm fauor ecclesiæ. ar. ff. quib. ex cau. ma. l. sciendum. et. l. deniq;. Sed ibi erat possessio odiosa circa quam non fingitur. Sed in d. c. 2. erat possessio fauorabilis, quod tene mẽti Bal. & vide sup. in ver. clausulæ. in. 10. q.

Possessionem nunquam habitam non licet propria authoritate intrare, ita no. Inno. in c. cùm uenissent. de rest. spo. fo. 229. & ibi casus Bal. vide in. l. non dubium. C. de leg. & in. t. in prin. ff. quo. lega. per glo. Accur. & inf. hoc eodẽ verbo. in. 16. circa finem. ibi, si autem erat possessio vacans etc.

Possessionẽ nullus potest quærere contra principem aliàs Papam quæ ei præiudicet quo ad spiritualem iurisdictionem. Sed quo ad corporalem iurisdictionem in aliqua ciuitate vel similibus sic, ita no Inn. in c. bonæ. de postu. fo. 37. in nu. 1. quòd tene menti. Bal. vide Cy. in l. competit. C. de præscri. 30. vel 40. an.

Possessionem auferre est de processu iudicij, ita no. Inno. in c. dudum. de elect. fo. 78. vide omninò inf. in verb. statutum. in 5. q. circa med. ibi, de possessione verò etc.

Possessiones ecclesiæ æquè benè dicuntur illæ, quæ pertinẽt ad episcopatum sicut illæ, quæ pertinent ad canonicos, ita no. Inn. in. c. nouit. de his quæ fiunt à præla. sine consensu cap. fo. 383.

Possessorium & petitorium si simul cumulantur in eodem libello licitum est iudici diuidere libellum, & pronunciare antè de possessorio quàm de petitorio, si sibi constiterit, ita no. Inn. in c. suborta. de re. iud. fo. 313. quod est no. Bald.

Possessorium præmittitur in ordine pronunciandi, ita no. Inno. in c. cùm dilectus. de cau. poss. & prop. fo. 224. sed in præualentia exequendi præfertur petitorium, cedit ergò possessorium petitorio quo ad finalem effectum & duos intellectus, vel in cumulatione, uel in contraria seu mutua cõnexione. Subijciamus rem in exemplo. Ago interdicto vnde vi & rei ven. Super vtroque pronunciabitur, per. l. de qua re. ff. de iu. Sed vna executione contentus ero. Si fiat executio in rei uend. debet mihi sufficere quod rem habeo cùm accessionibus per interdictũ nudã possessionẽ aduoco. ff. uti possid. l. si duo. in fi. Sed per rei uẽ. euinco, ut insi. de offi. iud. in fin. ff. si serui. uẽd. l. 2. & ff. de rei uend. l. Põpo. §. sed res. & ff. de actio emp. l. si quis fundũ. Fruſtra ergò de possessorio laboro. ar. ff. de inul. & pup. l. fi. §. Titius. de ædi. edi. l. bouẽ. §. aliquãdo. Si ergò simul peto executionem petitorij & possessorij non repellar ratione duplicitatis, sed fiet executio petitorij omisso possessorio, quia una solutio sufficit ad utrãq; si primò plenior fiat argu. ff. de solut. l. nunciatione. §. fi. Si uerò uolo petere executionem petitorij non possum, sed possessorij possum tantùm, non enim est fruſtra pronunciandum, fruſtratoria enim pronunciatio fieri nõ debet, sicut dicit lex quod arbiter electus absq; pœna non cogitur pronunciare ne fruſtra sit & impunè contemnatur, ut. ff. de arb. l. litigatores. §. fi. Alius intellectus est ad declarationem dati capituli cùm dilectus, scilicet quòd agebam contra te interdicto recuperandæ, tu contra me rei uend. pro incorporalib. in quib. actio nõ datur possessorij, ut inst. de act. §. æquè. uel corporalibus, quia ego habebam naturalẽ tu ciuilem, per uim pronunciatur contra te in possessorio, contra me in petitorio. Si petam contra te executionem repellar, Et ideò fiet

executio contra me, quia causa dominij præualet nudæ possessioni, argu. ff. de publi. l. exceptione. ff. mand. l. mand. distrahendorum seruorum, sed uidetur quod non debuerim audiri, quia exceptio spoliationis est priuilegiata, ut. l. si quis ad se fundum. C. ad leg. iul. de ui. Sed quod in d. c. cùm dilectus. non fuit opposita exceptio ut in tit. seq. c. 1. nec reconuentio habet uim exceptionis, quia super exceptione non pronunciatur, sed super reconuentione sic, ut. ff. de excep. rei iud. si inter te & me. Ad aliud ergò pronũciatur super possessione, si petitorium confundit possessorium. Respondeo propter fructus, ut. ff. de rei uend. l. utique. Item quia benè fiet executio nisi exciperetur, et sic sententia producit effectum suum in esse non opponatur, & ita declaro ego, Bal. Istud. c. uide supra in uerbo, appellatio. in quæstio. 31. & sup. in uerb. causa. in 9. quæst.

Possidens tantùm potest turbari in possessione, qa qui nõ possidet turbari nõ potest. Et modi turbationis sunt exprimẽdi in libello, ita no. Inn. in c. licet causam. de proba. fo. 250. nu. 6. aliàs si non exprimeret, esset libellus generalis et incertus, q̃ no. & tene benè menti. Bal. & uide do. Bald. in l. ordinarijs. C. de rei uendi.

Possidere & præscribere potest quilibet clericus ius excommunicandi & similia, ita no. Inno. in c. olim. el. 3. de resti. spo. fo. 235. nu. 1.

Postulabiles qui sint, & qui ineligibiles, uide per Hosti. in c. fi. de postu. præla. & uide omninò sup. in uer. forma. in 1. q.

Postulatio si non admittitur iniuria fit postulantibus. licet dicatur quòd postulatio gratiæ sõlùm innitatur, ita no. Hosti in c. bonæ. de postu. præla. & uide sup. in uerbo, electio. in. 1. q. & idem tenet. gl. in c. pen. de postu.

Postulatur non professus, ita dicit Host. in c. cùm monasterium. de elec. & uide per Arch. in c. nullus. de elec. lib. 6.

Potestas siue uicarius, uide de his omninò inf. in uerb. statutũ. in 2. q. ibi, potestas tenetur seruare.

Potestas an teneatur ex delicto suæ familiæ, uide Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. de publ.

Potestas condemnat aliquem ad mortem. An iste efficiatur seruus pœnæ, uidetur quod nõ, q uia non potest potestas alicui libertatem adimere uel ciuitatem. ff. de offi. præsi. l. illicitas. §. qui uniuersas. Prætereа iste condemnatur ex forma statuti, & statutum non dicit quod fiat seruus pœnæ, ergò etc. nam quod omittitur à statuto pro omisso haberi debet. ut no. Cy. in l. 1. C. de hære. inst. Præterea nos uidimus quòd bona nõ confiscantur quod fieret si moreretur seruus pœnæ. Præterea nos uidimus quod hodie nemo benè natus exconde mnatione efficitur seruus pœnæ. Ex hoc sequitur quòd ualent eorum testamenta quia sunt liberi, & retinent. In contrarium uidetur, quia ista sententia statim facit damnatum seruum, ut. ff. de pœ. l. qui ultimo. & l. quidam. ergò non ualet suum testamẽtum. Et hoc est uerum de iure, quia lex non iudex facit eum seruum. ar. ff. de rit. nup. l. palam. in fi. tamen si de consuetudine est quod eorũ testamenta seruentur ualet testamentum, cùm etiam lex & consuetudo possint concedere testandi licentiam. argu. ff. de offi. præto. l. Barbarius. in fi. & de his quib. ut in d. l. pe. & hæc uera de condẽnatis præsentibus, sed absentes condemnati ex forma statuti non fiunt serui, nisi demũ fiant captiui, tũc quasi ab hostibus capti incidunt in seruitutem, nam sententia in eos fertur hoc modo, quod si quo tempore peruenerint in fortiam communis etc. ut. c. pastoralis. de re iud. in Cle. Vnde antequam casus eueniat interim sunt liberi & possunt testari. ar. ff. de ser. expor. l. Titius. Bal. hoc ponit Spe. in ti. de iu. om. iu.

PRÆBENDA potest habere iura sua sicut quælibet domus ecclesiastica, & ideò nomine præbẽdæ agi potest sicut nomine hospitalis, ita no. Innoc. in c. ex literis. de proba. fo. 248. nu. 2.

Præbenda est annexa canonicatui, & quo iure præbendæ petantur, uide per Inn. in c. dilectus. el. 3. de præb. Adde. sup. in uerb. canonicus. in 4. q.

Præbendas plures an quis possit habere, uide per Inno. in c. cùm iamdudũ. de præb. fo. 358. nu. 2.

Præbendæ ubi sunt distinctæ ibi ex mora capituli non deuoluitur electio canonicorum ad episcopũ, ita no. Inn in c. cùm ecclesia. de elect. fo. 62. nu. 2. uide sup. in uer. episcopus. in 7. q. in uer. suspensus. in 2. q.

Præceptores nõ possunt remoueri. Et an teneatur locus ex dolo uel culpa eorum, uide Innoc. in c. cùm deputati. extra de iudic fo. 195. nu. 3.

Præceptum iudiciale requirit causæ cognitionem & probatam. Secùs in extraiudicialibus præceptis, ita not. Inno. in c. ad aures. de tempo. ord. fo. 98. nu. 1. & in c. 2. de in integ. rest. fo. 176. & uide quod no. Ber. in d. c. ad aures. & quòd. no. ff. de appel. l. creditor. §. iussus. & l. non potest uideri dolo carere. de regu. iur. et uide inf. in uerbo, sententia. in 1. q.

Præceptũ non ligat quando est dubium de fundamento iurisdictionis, ibi no. Inn. in c. cùm in iure. de offi. deleg. fo. 138. nu. 1. & uide sup. in uerb. citatio. 38. q.

Preces cardinalis uel patrocinia an inducant simoniã, uide Inn. in c. tuã. de æta. & qual. fo. 103. nu. 3. quod. no. cõtra officiales q precib. flectũtur. Ba l. facit in l. obseruare. ff. de offi. præsi. Bald.

Preces importunæ æquiparantur metui, ita no. Inno. in c. petitio. de iureiur. tene hoc benè menti pro renũcia. falsorũ qui propter importunas preces renunciant successioni. Bald. adde quod nimia reuerentia æquiparatur metui uel timori. glos. est sing. in l. 1. §. quæ onerandæ. ff. quarum rerum act. non da. Bal. & uide inf. in uer. supplicatio. in 1. q.

Prælati licet sint de inferioribus possunt dispensare cum illiteratis, ita not. Inn. in c. 1. de sumtri. fo. 1. Tamen ille qui allegat dispensatio. oportet eã probare, ut ibidẽ Host. uide omninò inf. in uer. filẽtiã. in 2. q. et inf. in uer. procu. in 4. q. & inf. in uer. renũciãs. in. 1. q. & uide sup. in uer. conuentus. in 1. q.

Prælati habent administrationem liberam cũ donatione modicæ rei, secùs in alijs administratoribus, ita no. Inn. in c. ueniens. de præscri. nu. 5. Non enim est ita coarctandus administrator Dei sicut hominis, quia Deus nobilissimus est. arg. ff. de don. l. filius. morisq; nobilium est donare, ut. ff. de na. rest. l. quæris. Et ideò maior & liberalior est potestas prælatorum quã aliorum administratorum secundum eum ibidem tene menti. Bald.

Prælati plures possunt esse in ecclesia unus sub alio qui subalternantur alteri, ita no. Host. in c. cùm non. de præb. fo. 357. nu. 2.

Prælati an possint dare minoribus uel inferioribus eis potestatem conferẽdi beneficia, uide Inn. in c. constitutus. de concess. præb. fo. 378. uide gl. in c. de offi. uica. li. 6. & in c. pe. de offi. leg. li. eo. & de elect. in c. cum concessa. in Cle.

Prælatura inferior ab episcopatu uel sacerdotium, non liberat à patria potestate, ita no. Inn. in c. indecorũ. de æta. & quali. fo. 101. nu. 1. uide sup. in uer. natus. in 1. q.

Prælatus ubicunque facit aliquid sciẽter quod est contra ius commune si factum est tale quod dispensare possit super eo, tunc id factum habetur pro dispensatione, quod est no. ita no. Inn. in c. diuersis. de cle. coniug. fo. 352. nu. 1. probatur etiam per. l. quidam consulebat. ff. de re iudi. quod tene menti pro reformationibus factis per consiliarios contra formam statuti, quia si habent potestatem suspẽdendi statuta, uidentur tacitè suspensa & in eis dispensatum. Bal. Ad hoc uide etiam quod no. Inn. in c. ueniens, de fil. presby. & quod no. 54. dist. c. si seruus. Bal. & uide inf. in uer. uxor. in. 3. quæst. & sup. in uerb. administrator. in 2. q. Sed contraria gl. est in c. 1. de æta. & qual. li. 6. & gl. 16. q. 1. ecclesia habet senatus.

Prælatus ecclesiæ de qua culpa tenetur, uide Innoc. in c. ea quæ. de offi. arch. fo. 114.

Prælatus petit rectorias nomine suo: Sed. ret ecclesiæ nomine ecclesiæ, ita no. Inno. in c. in literis. in fi. de rest. spo. fo. 226. nu. 14.

Prælatus si habet conscientiam læsam, ecclesia uerò habeat bonã fidem, quid debet facere prælatus, uide Inn. de præsc. c. fi. fo. 303. & ibi glos. in fi. in c. bonæ. de postu. & 50. dist. c. generalia. 22. dist. de Constantinopolitanæ.

Prælatus excommunicatus an propter excommunicationem debet cessare ab administratione prælaturæ, uide per Inno. in c. ex tuæ. de cleri. non resid. fol. 353. nu. 9. & uide tex. in c. ueritatis. de dol. & contuma.

Prælatus quãdo quis est de facto licet nõ de iure ualẽt, quæ gessit sicut in barbario, ita no. Inn. in c. literas. de concess. præb. fo. 377. nu. 2. & est sententialis admonitio necessaria secundum eum ibidem. & uide glos. in c. nihil. de elect. & in c. 1. de schisma.

Prælatus concedendo in feudum, feudum solidum non dicitur alienare, ita no. Abb. in c. 2. de feu. nam consuetudo conuertitur in naturam. unde uidetur talis esse natura rei argumẽtum ad idẽ. ff. de lega. 3. l. pater. §. quindecim ratione sui. & l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quo. & acti. Bal. uide gl. in c. significauit. de censi. & 35. q. 8. de gradib. per Arch. uide Pau. in c. 1. de rescr. & in c. 2. de feudo. & quod not. idẽ Inno. in c. ut super. de reb. eccl. non alie. fo. 389.

Prælatus ea quæ acquisiuit post prælaturam præsumitur de bonis ecclesiæ acquisiuisse, ita no. Abb. in c. 1. de testa. & aliàs in Authen. de sanc tissimis episc. §. interdicimus. col. 9. idem dicit gl. in officiali publico, ut no. C. de iure fisc. l. facultas. li. 10. Secùs in tutore et curatore, quia præsumitur industria & nõ fraude quæsitũ, ut. C. arb. tutelæ. l. si defunctus. Sed uxor de bonis uiri uel suis operib. honestis præsumitur acquisiuisse, & totũ acquirit uiro in cuius seruitiũ esse debet, ut. l. sicut. ff. de oper. li. idẽ in concubina, quia nisi in honore parum ab uxore distat, ut. l. item legato. §. parui. ff. de leg. 3. nec debet esse melioris conditionis concubina quàm uxor. ut. l. si concubina. ff. rerũ amo. & ff. de uer. obli. l. masurius. Bal. ubi sup. in uer. beneficium. in 3. & 6. qõ. ubi de hoc.

Prælatus qui est notarius potest sibi describere legatum factũ ecclesiæ, ita no. Inn. in c. cùm inter uos. de sen. & re iud. fo. 306. quod benè probat tex. secundum eum. Nec ob. l. 1. C. de his qui sibi asser. in te. quia loquitur de illis qui in propria causa se asscribunt secundum eum, quod no. Bal.

Prælatus si contrahit nomine suæ personæ successor in suo beneficio non tenetur. Si autẽ contrahit nomine officij, tunc successor in dicto beneficio tenetur. Hoc uerũ in rectore uel prælato secùs in præbendario, quia non obligat successorem, quia loco usufructuarij censetur usus præbendarius nõ loco procuratoris ecclesiæ, sed prælatus & rector utroq; nomine censetur, ita no. Inn. in c. querelam. ne prælati. ui. suas. fol. 504. ar. ff. loca. l. si quis domũ. Est ergò differentia quis cõtrahit & quo nomine. Et ubi dixi teneri successorem, est uerum si cõtractus est legitimus nõ in præiudiciũ ecclesiæ, aliàs nõ, ut quia non in utilitatem ecclesiæ sed p̃sonæ redũdauit, ubi non tenetur successor, qa obligatio non est in rẽ, sed in personã scripta, tene mẽti. Bal.

Prælatus admittitur pro cõuẽtu cũ cautione de rato, et si bona sunt diuisa, ita no. Host. in d. c. edoceri. & ibi per gl. facit. ff. de mino. l. pater. Bal. uide sup. in uer. dignitas. 1. q.

Prælatus agere potest pro obedientia sua, secũdũ Inno. in d. c. edoceri. de rescri. fo. 19. nu. 4.

Præscribi potest etiam contra uisitationẽ priuatam, ita no. Inn. in c. cùm ex. de præscri.

Præscribi non potest liberatio à procuratore stante uisitatione, quia est annexa uisitationi, ita no. Inn. in c. cùm ex offi. de præscr. fo. 300. nu. 2.

Præscriptio nõ interrumpitur per exceptionẽ, ita not. Inn. in c. 2. de ord. cog. fo. 215. nu. 10. Fallit in except. non nu. pecu. ut in Auth. hanc querelã. C. de non nu. pec.

Præscriptio non procedit in causis spiritualib. nec ipsa præscriptio dicitur titulus legitimus, ita no. Inn. in c. contingit. de dol. & cõtu. fo. 241. nu. 1. & uide inf. in uer. titulus. in 2. q.

Præscriptio est restringenda quia odiosa, ita no. Inno. in c. ex trãsmissa. de præscri. fo. 298. nu. 2. Et uide. ff. de don. in l. arbitrio. §. pe. Bal. uide inf. in uer. soluere. in 2. q.

Præscriptio centum annorum requiritur quãdo ius priuatim iuri publico ecclesiæ Romanæ est coniunctum, ita no. Inn. in c. ad audientiã. de præscri. fo. 299. nu. 2. & uide inf. in uer. res. in 3. q.

Præscriptio nõ ualet nisi in capitulis pbatis, ita no. Inn. in c. ad audientiam. de præscr. fo. eo. & uide. ff. de iti. act. priua. l. 1. §. Viuianus. Bal. & uide sup. in uer. abbas. in 14. q.

Præscriptio non currit in his quæ præsumuntur ex timore præstita, ita no. Innoc. in c. si diligẽti. de præscrip. fo. 301. nu. 5. q̃ notat. uide sup. in uer. abbas. in 23. q.

Præscriptio non extenditur ad aliam rem, ita not. Inno. in c. tua. de decimis. fo. 416.

Præscriptio nõ currit in obediẽtia, ita no. Abb. in c. cùm nõ liceat. de p̃scr. Ergò ciuitates imperij non possunt p̃scribere q̃ non obediãt imperio, & terræ ecclesiæ quin obediãt ecclesiæ. Præscriptiones enim contra ius diuinũ q̃ dicitur, quod omnis anima principi sit subiecta nõ procedũt, quia nulla præscriptio potest tollere legem superiorũ, nec diuidere imperium, nec ecclesiã, quæ sunt indiuisibilia & perpetua, aliàs sequeretur, quod sicut una ciuitas præscriberet se in libertate, sic & totus mundus, annihilaretur imperium, quod nec ipse Imperator potest permittere, ut no. C. quomodo opor. episcopos. in prin. col. 1. Alij dicunt quod cùm ecclesia non habeat iurisd. in tempora

libus ex diuina institutione, sed ex donatione imperatorum quòd potest præscribi contra ecclesiã, facit quod no. in c. benè. de postu. præl. Sed ego dico quod ciuitates possunt præscribere merum imperium & commoda iurisdictionis, non tamen libertatem absolutè. Licet gl. dicat aliud in uenetis. inst. de nup. & C. præsc 30. uel 40. anno. l. competit. & no. in Authen. de defen. ciui. §. nulla. in fi. glo. magnæ. col. 3. Vnde istud imperium præscriptum est subalternum & subditum principi, quia sic Deus instituit sic ius ciuile & canonicum scriptum. Præscriptiones enim nõ inuenit ius gentiũ sed ciuile, & ideò per ius ciuilè potest omnib. præscriptionibus derogari, & ius ciuile uiuũ est imperator, & accidit quòd sicut uegeticulus nõ potest continere liquorem ultra suam capacitatem, sic nec ciuitas quæ est circumscripta non potest esse capax imperij non circumscripti, fieret autem sic si libera foret. Sed contra hoc est, quia quædam ciuitates sunt liberè ratione fœderum. ff. de cap. l. non dubito. Solutio ibi loquitur de his quæ nunquam imperio Romano fuerunt subiectæ, uel sunt liberè actu, sed habitu sunt subiectæ, & ita fortè uiuit mundus. Et istud negotium est altissimũ & maioris egẽs inquisitionis. Bal. uide sup. in uer. animus. in 1. q. Et sup. in. uer. appel in 3. q. 4.

Præscriptione interrupta per interruptionem possessionis non interrumpitur effectus præcedẽtis tituli. Et ideò si postea iterato incipit bona fide possidere præscribit ex titulo præcedenti glos. est sing. secundum Bar. in l. is qui pro emptore, §. si quis bona. ff. de usuca. et no aliã gl. in l. Celsus. eo. ti. in gloss. magna. in uersi. & idem erit etc. quod in quibusdã casib. quo ad dominiũ tradstio est necessaria debet illa pbari ad hoc ut pcedat usucapio uel præscriptio. Sed in casibus in quibus quæritur sine traditione debet apprehensio probari aliàs nũ usucapitur, nec est alibi glos. illa. Bart.

Præscriptionum quædã sunt merè odiosæ quæ currunt solo odio. 30. & 40. anno. in laicis. Et hæ per citationem interrumpuntur, ut l. sicut. C. de præscri. 30. uel 40. anno. Nisi citatio suum effectum secum non posit trahere, ut quia circundatur propter contumaciam actorum, tunc enim imperfecta est citatio, quia nõ cõstat ex suis partibus. Sed efficitur in causa caduci & in exordio antequam sit in facto esse alius causæ subducitur, ut not. in d. l. sicut per Guil. de Cu. Omnis enim actus ad hoc ut producat effectum interruptionis in seipso perfectus & ualidus debet esse, ut no. C. de lit contest. Authent. offeratur. & not. in l. si pater. C ne de sta. defun. Et per has præscriptiones nõ tollitur obligatio naturalis. ut no. ff. de neg. gest. l. at qui natura. & de fideiuss. l. si quis postquam. rem ra. ha. l. fi. Et per hoc probatur quia is natura debet qui de iure gentium debet. ut. ff. de reg. iur. l. cùm amplius. §. is natura debet. Si de iure gen. non sunt pscri. cognitionales, quia iusgen. est uniformæ, præscr. uerò sunt difformes. Et ideò tales pscr. quæ sunt contra bonam fidem debitã iure naturæ ius canonicũ non fouet, imò rescindit eas si ad hoc agatur. Sunt enim contra naturalẽ iustitiã, licet sint contra iustitiã positiuã, ut no. ff. de postu. l. 1. §. puerilia. confistũt enim in iure bono ppter lites dirimẽdas sed non æquo: ut no. ff. de iusti. & iur. l. 1. §. 1. Nec enim qui diu patitur cõsentire uidetur, ut no. ff. de dolo. l. 1. §. si quis eum. quia ista est nuda patientia non adiuncta alicui rei significanti consensum. Secùs in præscriptione quadã quæ uenit ad corroborationem consensus, & cõfirmationem contractus, quia illa est coniuncta consensui, ut. l. fi. C. de his qui à nõ do. Quædam sunt præscriptiones mistæ & fauore possessoris & odio negligentiæ actoris, est enim negligentia legibus odiosa & detestabilis. l. nõ enim. ff. ex quib. cau. maio. Et per has secundum Mar. q̃ritur dominiũ ita ut ipse solus sit dñs & alter omninò desierit qui quodã fuit dñs. Vnde tertio possidẽte ante dñs nõ posset agere quasi absortũ sit uetus dominiũ iure perscriptionis secundũ. Mar. Sed Bul. & Io. tenent quod utile dñium q̃ratur & directũ nõ absorbeatur. ar. rerũ incorporaliũ, nã in ipsis per præscr. ius utile quæritur, ut ff. de aqua plu. arcẽ. l. 1. in fi. Sed posset rñderi q̃ in illis non requiritur titulus, & ideò pscriptio sit nimis efficax, quia minus iustificari põt. ff. si seruit. uendi. l. si quis diuturno. Et q̃ generalis citatio uel alia interruptio gñaliter operetur in omnib. quæ sunt apta includi sub genere & in cõnexis eisdẽ. C. de anna. excep. l. si quã legẽ. ego intelligo in omni gñe præscriptiõis. Rectè tamen dicit se dñm qui præscri. suffultus est, quia licet appel. dñij de stricta significatione referatur ad directũ, ut ff. si ager uect. uel emphy. pe. l. 1. §. q̃ in ppetuũ. tñ de larga significatione etiã interdũ refertur ad utile, imò etiã interdũ ad publicanã in his quæ ueniunt principaliter propter aliud, ut. ff. de rei uend. l. Marcellus. i trãseũt cũ uniuersitate. illud enim non esset uerũ in singularib. petitionib. ff. de cust. l. minor. §. si seruus. et facit q̃ no. p Dy. ff. de excep. rei iud. in. l. si mater. §. eãdẽ. & in l. & an eadem. §. actiones. in uersi. qualis cunq; itẽ præscriptiões mistæ uel mediæ interrũpuntur modo. super li. contest. uerã, ut. C. de rei uẽd. l. moræ. lit. et p quasi cõtest. ut l. 2. C. ubi in rẽ act. per morã contestãe li. ff. si quis cau. l. si eũ. in fi. Quædam sunt præscriptiones introductæ mero fauore, ut usucapio pro triennis istis prædictis trib. modis interrumpitur quo ad effectũ nõ ipso iure, et ideò q̃ usucapit alienare potest ius quod habet. ff. de rei uẽ. l. si post. nec uitio litigiosi præcluditur sibi ius in eo q̃ litigiosi motio non potest impedire. & sic conuersio quædã directi in utile dominium, & tñ ex eadem instãtia infertur sententia, quia subrogatur utile dominiũ loco directi, et sic fingitur idẽ dominiũ numero. ar. ff. de dona. inter uir. & uxo. l. dona. §. spõsus. Quædã sunt præscr. sua natura currẽtes & redhibitoria & quanto minoris & iniuriarum. Et tunc dic, ut l. si. ff. de eo per quẽ fac. & l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. s. q̃ interrumpitur per lit. contest. uel per moram li. contest. ita tangit Inn. in c. ex transmissa. de præscr. sed non ita latè, nec clarè, & tene menti. Bal. Et scias etiam quod quando q̃ plus operatur tempus quàm pactum quandoque minus. ff. ad Treb. l. facta. §. si quis. ff. quemadmodum. ser. amit. l. satis. § si ergò. interdũ sunt paria, ut no. ff. de neg. ge. l. si ego. & tene menti ista omnia Bald.

Præsentatio clericorum habet uim electionis, ita no. Inno. in c. cùm autem. de iure pa. fo. 443.

Præsentatio an dicatur fructus, uide Innoc. in c. consultatio. de iure pa. fo. 442. nu. 1.

Præsentatio descripti debet fieri capitulo nec sufficit fieri executoribus, secundum Host. in ca. in literis. de rescri. uide infrà in uer. tempus. in 2. q. & uide tex. de concess. præben. in c. si soli. & c. capitulo. eo. tit. li. 6. & gl. in c. bonæ. el. 2. de elec.

Præsens, uide omninò sup. in uer. consuetudo. in 8. q. nisi sint præsentes duo.

An præ-

uide per Inn. in. c. quoniam cõtra falsam. de prob. fo. 252. & nu. 8. & per eundem in. c. dudum. de sump. fo. 282. nu. 2.

Præsumitur quis idoneus ad simplicia beneficia nisi contrarium probetur, ita no. Abb. in. c. dudum. de prob.

Præsumitur pro sententia & pro actis, si constat de actis, secùs si non constet, nisi post tempus exercendæ appellationis, quia tunc omnia præsumuntur solenniter acta, ita no. Inn. in c. in præsentia. de renũ. fo. 91. Citatio tamẽ nõ præsumitur, ut not. Guil. de Cun. in l. pe. ff. de in ius uocan. Bal. uide inf. in uer. sententia. in 1. q.

Præsumitur pro sententia iudicis ordinarij. Sed pro sententia iudicis delegati non præsumitur nisi appareat de iurisd. ita not. Inn. in c. eùm in iure. de offi. deleg. fol. 138. in nu. 4. uide inf. in uerbo, sententia. in 4. 1. q.

Præsumitur pro sententia quo ad æquitatẽ sui, non quo ad acta iudicij, nisi sit lata inter præsentes & non contradicentes, ita not. Inno. in c. cùm in iure peritus. ff. de offic. deleg. fo. eod. facit. C. de rela. l. 1. & uide ff. de fideiuss. tuto. l. cùm ostendimus. §. fi. & per Bar. in l. fi. ff. quando app. sit. Bal. & per Innoc. in c. quoniã contra falsam. de proba. fo. 252.

Præsumitur subtraxisse qui sacrum dißigillat, & contra eum iuratur, tamen iudex taxat, ita no. Innoc. in c. super eo. quod me. cau. fo. 174. nu. 2. uide sup. in uer. litera. in 15. q.

Præsumitur minus pro susceptione habitus quàm pro uoce expressa, ita no. Inno. in c. 2. quod me. cau. fol. 173. nu. 3. uide inf. in uer. sententia. in 43. q. & inf. in uer. tantam. in 1. q.

Præsumitur habere iustiorẽ causam ille qui prætendit antiquiorem poss. ita no. Innoc. in c. pastoralis. de cau. possess. & prop. fol. 222. nu. 6. facit ff. de act. emp. l. si ea res. Et hoc quando patet de proprietate possessionis, quod no. Bal.

Præsumitur quis uelle defendere suum factum, ita no. Inn. in c. diuersis. de cle. cõiug. fo. 352. uu. 3.

Præsumitur de posses. de eodem facto numero qui cõcordat, in loco tempore, & alijs circunstantijs, ita no. Inn. in c. qualiter. el 2. de accu. fo. 494. num. 3.

Præsumitur semper contra coniurantes nisi cõiuratio sit specialis contra diffatatum, ita no. Inn. in c. 1. de schisma. fo. 507. nu. 4.

Præsumitur pro assertione iudicis, cui partium consensus accedit: & est ratio quia partes possunt sibi præiudicare per suam confessionem, ita no. Inno. in c. cũ H. de eo, qui fur. ordi. fo. 523. ad hoc. C. de fide instru. & iur. hast. fisca. l. 1. lib. 10. & in l. optimam. C. de contrab. & commit. stipu. Secùs si partes non consentiunt, quia non creditur iudici, ut not. in Authent. si quis in aliquo documento. C. de æden. per Cy. Bar. & Me. Bald.

Præsumitur excõmunicatus qui semel fuit excommunicatus, ut in c. sicut. de sen. excom. Tamen si quis est excommunicatus sub cõditione, debet probari conditio, ita no. Innoc. in c. proposuit. de cler. excommu. ministrante. fo. 521.

Præsumitur possidere omnis qui detinet nisi contrarium probetur, ita no. Inno. in c. eum olim de priui. el. 2. fol. 532. nu. 7. uide 7. quæst. 1. ca. per Archiepis.

Præsumptio præsumitur pro sententia excõmunicationis, licet non transeat in rem iudicatam. Secus in alijs sententijs, ita no. Inn. in c. bona. de elec. fo. 52. nu. 1. & uide inf. in uer. testis. in 69. q.

Præsumptio contra petentem facit quòd petitio rest. in integ. nõ retardat petitionem executionis, ita no. Inn. in c. suscitata de in integ. rest. fo. 182. Hoc est uerum in uehementi præsumptione iuris sicut est pro sententia principis & præfecti prætorio, ut. ff. de offi. præfec. præto. l. 1. Secùs in nuda præsumptione hominis, quia propter eã non recedit à iure communi, ut. l. absentem. ff. de pœ. sed argu. contra. de ord. cogni. l. fina. C. de falsis. l. sartis. Bal. uide sup. in uerbo, Abbas, in 15. q.

Præsumptio iuris & de iure quando dicatur, uide Inno. in c. quia uerisimile de præsum. fo. 281. nu. 2. Et præsumptio operatur multa & uaria, ut ibidem Inno. uide de spon. c. is quod. in glo.

Præter naturam, istud dictum ponit, Inn. in c. dudum. de elec. fo. 78. ibidem enim dicit, quòd ista dictio nõ includitur in dispen. sed remouet uitium obreptionis.

PRINCEPS Romanus si inducit bellũ, tũc tam res nobiles, quàm personæ fiũt capientiũ. Si autem princeps inferior uel alius habens iurisdi. bellum indicit, potest nomine suæ iurisd. statuere de lucro rerum, si bellum sit iustum. Item de retẽtione personarum, non tamen capti sunt serui. Si autem sit libellum ab eo qui non habet iurisd. in aduersarium à Deo uel à lege, sed est bellum pro inimiciitia propulsanda seu uindicanda, tunc nec res nec personæ efficientur capientiũ, benè tamen possunt retineri res pro recuperatione damnorum factorum, ita no. Inn. in c. 2. aliàs fi. de iureiu. & in c. sicut. eo. ti. fo. 288. Ex prædictis igitur patet, quòd captus in bello regum uel populi fit seruus. Et ideò captus liberè potest testari, secùs est in bello imperiali, & fuit de facto in persona Bulgari de maßiano quod benè no. An autem in generali pace possint remitti damna singularum personarum, no. per Inn. in c. in nostra, de iureiu. Bal. Et sic no. ex prædictis, quòd ualent statuta facta tempore iustæ guerræ ciuitatis super spoliis, tamẽ capti non sunt serui, uide inf. in uer. statutum. in 3. q. Ibi, quia etiam iudex princeps non potest, etc.

Princeps potest delegare causas ciuiles prælati, ita no. Inno. in c. inter dilectos, de fide instru. fo. 276. nu. 2. Idem in criminalibus, ut c. in archiepiscopatu. de rapt. Abb.

Princeps rescribit tribus modis, scilicet secundum legem, præter legem, & contra legem, contra ius diuinum uel naturale, contra insgentium. Et contra ius ciuile seu positiuum, & tunc aut ius ciuile uenit ad corroborationem iurisgentium, uel ad coadiuuandum, ut actionis, aut per se, ut. l. pe. ff. de const. princ. & l. fi. C. si contra ius uel uti. pub. & not. Inn. in c. 1. de rescr. fo. 7. uide sup. in uer. Papa. in 1. q. & sup. in uer. imperator. in 1. & 2. q. uide omninò inf. in uer. tex. in 1. & 2. q.

Principale, uide omninò inf. in Reconuentio. in 3. quæst.

Prior claustralis conuocat capitulum ad electionem faciendã non tamen propter hoc habet iurisdictionem, nec est syndicus, ita not. Inno. in c. 1. de maio. & obe. fol. 156. nu. 2.

Prior potest compelli ad conuocandum capitulum, si necessitas incumbit, ita no. Inno. in c. 1. de maio. & obed. fo. eo. facit. l. 3. de fidei com. lib. Bal.

Prior tempore potior est in iure uel in præbenda, quomodo autem attendatur ista prioritas, uide Inno. in c. relatum. de præb. fo. 356. nu. 2.

Prior est nomen dignitatis, ita not. Inno. in c.

monachi. de sta. mo. fo. 432. nam prioratus est dignitas, & hoc est uerum de conuentuali secùs in alijs, ita dicit Abb. in c. nisi essent. de præb. itẽ not. in c. & si principalis. in Cle.

Prioratus quãdo est de mẽsa, nõ dicitur habere priorẽ, ita no. Inn. in c. monachi. de sta. mo. fol. eo. uide gl. no. in c. frequẽs. de cõceſſ. pla. in gl. magna.

Priuilegia rectorum marchiæ in app. interpositis ad sedem apostolicam, ponit Inn. in c. cùm uenissent. de eo qui mit. in pos. fol. 243. num. 1. uide sup. in uerb. clericus. in 40. q.

Priuilegia præiudicialia sunt stricti iuris propter uitium ambitionis, ita no. Host. in c. dudum. de priui. facit tex. in c. quamuis de præben. li. 6.

Priuilegium & continet ius commune non est priuilegium, ita not. Inn. in c. 1. de reſcri. fo. 7. nu. 4. niſi concedatur inhabili, ut. l. ſi quando. C. de inoffi. teſta. facit. ff. mand. l. qui mutuam. C. de fideic. l. quidem rectè. Sed ſi aliquid addit uel detrahit iuri communi tunc est priuilegium, ut. l. ius ciuile. ff. de iuſt. & iu. Sed ſi ſtatutum cõtinet ius commune benè est ſtatutum, ſed recipit intellectũ iuris communis, ut. l. 2. C. de nouа. & tolluntur cõtraria. l. ſicut ius commune, ut no. in c. 1. de conſt. li. 6. idẽ dicit in cõſuetudine, uel dic, & conſuetudo nõ est cõſuetudo nec eſt ciali ter, nec effectualiter, ſed est mera obſeruãtia iuris ſcripti, nõ noua ꝑſcriptio conſuetudinis, quia non inducitur tẽpore ſed in uſum facti inducitur Bul. uide ſup. in uer. cõſuetudo. in 9. q. & ſup. in uer. cauſa. in 3. q.

Priuilegium & indulgentia continere debent aliquid ſpecialitatis, ita no. Hoſt. in c. 1. de reſcr. uide in c. ſi Papa. & in c. de bis. in priuileg. lib. 6.

Priuilegiũ ſpeciale dicitur illud & conceditur alicui ordini ſecundũ Hoſt. in c. ſi quãdo. de reſcr. uide omninò. inf. in uerb. ſtatutum. in 5. q. & ſup. in uer. clericus. in 5. q.

Priuilegium carnale fortius est quã ſpirituale, ita no Hoſtien. in c. 1. de transla.

Priuilegiũ ſuper litiũ pendẽtia impetratũ ualet ſi faciat mẽtionẽ litis, ita no. Inn. in c. dilectus. ut lit. penden. fol. 245. nu. 1. Et quando dicitur liꝑdere. An ꝑ ſolã citationẽ in tali caſu, uide gl. in c. cauſam. de teſt. ubi gl. uidetur dicere & per ſolã commiſſionem cauſæ, uide etiam tex. cum gl. in c. 2. ut li. pend. in Cle.

Priuilegiũ cõceſſum miniſtris eorũ ꝑſonam nõ egreditur, ita no. Inn. in c. ꝓmittimus. de ſen excõ. fo. 560. facit. ff. de leg. 2. & l. cùm patronus. & ibi per Iac. de Are. uide ad hoc gl. no. in c. priuilegiũ. de regu. iur. lib. 6.

Priuilegiũ rumpitur quòd ad numerũ canonicorũ eo ipſo & quis recipitur ultra numerũ, canonicorũ et ꝑ cõſequẽs quo ad numerũ portionũ, ubi ꝑbẽdæ nõ ſunt diſtinctæ, quia talis portio acceſſoria est et rũpitur rupto principali, ut. ff. de iniuſt. teſt. l. nã & ſi. §. rumpẽdo. Secùs ubi ꝑbendæ ſunt diſtinctæ, quia tunc rupto canonicorum numero ad hoc ſtat numerus præbẽdarum, cùm præbendæ peti nõ poſſint antequã uacent, & tã numerus canonicorum quàm præbẽdarum est principalis, & ideò rupto uno non rumpitur relẽquũ. ar. C. ſi. pẽ. ap. l. 3. ſecũdũ Abb. in c. dilectus. de ꝑbẽ. tene mẽti. Bal.

Priuilegium ſuũ allegare qs tenetur ſed nõ priuilegium aduerſarij, ita no. Abb. in c. ſi duobus.

PROBARE, nõ habet inſtitutionem ſuperiorum, ſed de uſu facti tantum, qui dicit ſe ſpoliatũ poſſeſſione iure canonicatus, ita no. Inno. in cap. ex parte. de reſtitutionibus ſpo. folio 232. num. 5.

Probare non ſufficit unum ſi quis ſe aſtrinxit ad probandum plura, ita no. Abb. in c. licet cauſam. & ibi caſus de proba.

Probare nõ ſufficit q̃ teſtes falſum dixerũt poſt latã ſententiã ſicut nõ ſufficit probare corruptionẽ tantum niſi falſitas probetur, uide per Inn. in c. licet cauſam. de proba. fo. 250. nu. 2.

Probatio quid ſit, uide Inn. in c. forus. de ver. ſig. fo. 565. & habes ibi quid ſit arg. circa prin. & uide C. de ꝓba. in rub. et de rei vẽd. l. indicia Bal.

Probatio incũbit actori, cùm alteri plus altero non creditur. Secùs ſi pro actore præſumitur, ita no. Inn. in c. abbate. de ver. ſig. fo. 569. nu. 3.

Probatio q̃ nõ ꝑdeſt dicitur imptinẽs, & nõ debet admitti, ita no. Inno. in c. inter dilectos. de excẽſ. ꝓla. fo. 524. & facit de offi. deleg. c. cũ contingat. el. 3. uide omninò ſup. in uer. fortè. in 3. quæſt.

Probatio fundamenti puta iuriſdictionis delegatæ iuris eligẽdi præter ius cõe, & cõſilij incũbit affirmãti in iudicijs, quia iuriſdictio delegata eſt extraordinaria, nõ præſumitur tñ ſi utraque pars fuerit præſens tãquã eorũ delegatio ſine ꝓteſtatione alicuius exceptionis cõtra iuriſdictionem & fuerit litis cõte. præſumitur pro iuriſdictione. In alijs añ exceptionibus quæ non ſunt fundamenti, ſed cauſæ principalis uel incidentis, nõ præſumitur pro iudice niſi in commiſſione ſuo arbitrio ut in dilationibus uel ſuæ taxationi, ut in fructibus. Item non præſumitur in iudicijs ſolennitas. 1. ordo iudiciorum ſed in extraiudicialibus præſumitur ſolẽnitas, niſi ubi ſcriptura requiritur, ita no. Inn. in c. nnotuit. de eo qui fur. ord. ſuſce. fol. 529. Aduertendum est hic quia duplex eſt ſolẽnitas. ſ. cauſalis et formalis. De prima dic, ſi inſtrumẽtũ cõtinet cãm, ant diſpoſitiuè aut narratiuè. Si diſpoſitiuè, quia cauſa oritur ex ipſo inſtrumẽto ut cã emptionis & venditionis, tũc ſtatur inſtrumẽto, ut C. depo. l. deſideriũ. Si narratiuè aut ſuper illa cauſa fundatur obligatio, & tunc præſumitur cauſa uera, niſi probetur contra per ſimilem probationẽ eiuſdem ſpeciei, ut. l. generaliter. C. de non nu. pec. Fallit in mutuo & dote niſi in inſtrumẽto facta ſit mentio, ut. C. de non nu. pec. l. ſi ex cautione. Si ſuper ipſa non fundatur obligatio, tunc est impulſiua, ut. ff. de cõdi. indebi. l. damus. Et ſi præſumatur uera ſiue non ualet obli. ut. ff. de dona. l. 2. §. ſi aut cauſa non eſt expreſſa in inſtrumento, & tunc aut quis ſciebat ſe non teneri & obligatur cum effectu, ut ff. ſi quis cauſ. l. ſed & ſi quis. §. fin. aut errabat, & tunc ſecùs, ut. l. 2. §. circa. ff. de exceptionib. do. aut dubitatur, & tunc aut ſunt merita uel indicia donationis & præſumitur donatio, ut. l. campanus. de oper. liber. & de proba. l. procula aut non ſunt indicia donationis, & tunc aut ad liberandum & præſumitur donatio, ut l. tale pactum. ff. de pac. & exigitur inſinuatio, ut ff. qui mo. pig. uel hypo. ſol. l. pe. §. 1. & ff. de regu. iur. l. ſi quis obligatione. aut ad faciendum & tunc non præſumitur donatio, ut. d. §. circa formalis ſolennitas alia probatoria. Et ſi inſtrumentum non continet hanc non præſumitur pro inſtrumẽto quo ad ſolennitatem, ut C. de teſta. l. ſi unus. tamẽ quo ad ueritatem præſumitur ſi ibi ſunt duo teſtes, ut. l. fi. de re eorum & exinde naſcitur obligatio naturalis iure gentiũ quod ueritati incumbit, alia probatoria ſubhaſtatio cauſæ deciſiæ, tunc poſt decretum interpoſitum præſumitur nõ aute, ut, l. 1. C. de fi. inſt. & iur. haſtæ

Alia probatoria ut authoritas & decretum, & iſta non præſumitur, ut. ff. de pub. l. quæcunq. §. fin. Alia ſubſtantialis, & iſta præſumitur ut. ff. de ver. obli. ſciendum. Et quæ ſit ratio differentiæ, dic ut ibi per Dy. quia iſta eſt intrinſeca ſolennitas ab actu, quod no. Bald.

Probatio de cõſcientia admittitur per iuramẽtum purgationis, ita no. Inn. in c. bonæ, de elec. fol. 52. num 5. uide inf. in ver. ſcientia. in 3. q.

Probatio recepta ualet niſi ſit talis quæ recipi non debuit, ita not. Inno. in c. conſtitutus. de filijs preſby. fol. 108. in libello. ut. l. fi. C. de anna. excep. Bald.

Probatio teſtium probantium ſimpliciter factum non probat notorium, ſecùs ſi probet factum cum circumſtantijs includentibus notorium, ut quia factum coram populo uel in concilio generali per confeſſionẽ autẽ ſimplicis facti bene, aut probatur notorium aut fit notorium ex tempore confeſſionis, ita not. Innocen. in c. ſtatuimus. de offi. dele, fol. 56. num. 5. & ſup. in ver. actor. in 11. q. & uide in c. monialis. de purg. cano.

Probatio ſimplex non ſufficit quando requiritur probatio qualificata, ita not. Innoc. in c. ſtatuimus. de offi. deleg. fol. 145. num. 6.

Probatio criminis in modum exceptionis, quomodo operatur, uide Inno. & Hoſt. in c. 2. de ord. cog.

Probatio indirecta poteſt fieri etiam teſtibus præſentibus, ita no. Inno. in c. finem. de do. & contu. fol. 238. num. 1.

Probatio facta iudici non in figura iudicij, non ualet in contradictorio iudicio, ita not. in c. quoniam contra falſam. de probat. fol. 252. num. 8. not. per glo. in l. 1. C. quo. bono.

Probatio ſummaria ſufficit in poſſeſſorio, ita no. Inno. in d. c. quoniam contra falſam. de proba. fol. eo. & no. in d. l. 1. quo bono.

Probatio iuridica teſtium ualet pro poſſeſſore contra publicum inſtrumentum, ita no. Abb. in c. 3. de proba. Et ibidem uide quòd illi de capitulo poſſunt eſſe teſtes in cauſa capituli.

Probatio dubia non prodeſt probanti, ita not. Abb. in c. præſentia. de proba. & l. 1. §. ſi quis argentum. ff. depoſi. & l. fin. ff. de præto. ſtipula. Bald.

Probatio uiſus nõ est ſufficiens probatio quando actus non plenè patet uiſui, ita not. Abb. in c. præterea. de teſt.

Probationes factæ coram uno iudice fidem faciunt coram alio, ita no. Abb. in c. cum bonæ. & ibi caſus. de proba.

Probationes ſunt recipiendæ etiam in interdicto uti poſſi, tantùm ſuper eo quod petitur non ſuper alijs, ita not. Innoc. in c. licet cauſam. de proba. fol. 250. num. 8.

Probatur per iuramentum intereſſe contra omnem violentum ui expulſiua, inquietatiua, & turbatiua, compulſiua, ita not. Inno. in c. ſuper eo. quod met. cau. fol. 174. num. 3. & l. ſi duo. ff. uti poſſi. in §. fi. Si probani per tres teſtes ubi duo ſufficiunt, parum prodeſt aduerſario meo obijcere contra unum uel appellare, ita not. Innoc. in c. ſuper eo. de app. fol. 320.

Procedi quomodo debeat ſuper exceptionib. tã per iudicem quã per procuratorem, uide Inn. in c. inſerpoſita. extra de appellatio. fol. 340. num. 1.

Procedi non poteſt in cauſis ambaſiatorum & eorum qui ſunt abſentes cauſa reipublicæ, ita not. Innoc. in c. licet. de foro compe. fol. 200. num. 2. uide inf. in uerbo, ſententia. in 2. & in 72. q.

Procedi poteſt per inquiſitionem in cauſa ciuili fiſci uel eccleſiæ Romanæ, ſed in cauſis priuatorũ non poteſt procedi per inquiſitionem, ſed debet procedi per petitionem. ff. de dam. infec. l. 4. §. hoc autem iudicium. forma autem iſta eſt data à iure, ut ſine petitore non procedatur, nam petitio eſt de forma iudicij, ut. ff. de iudi. l. inter litigatores. aliter iudicium ordinem ſuſcipere non poteſt. ff. de libe. cau. l. liberis. §. ſi quis. & actor et reus ſunt nomina correlatiua, & ideò ubi non eſt actor ibi non eſt reus, quia in correlatiuis uno deſtructo uel poſito ineſſe deſtruitur & reliquum, id eſt ineſſe ponitur. de accept. l. fin. & l. fin. C. de iudi. uidui. tol. Item actiones inſtrumenta quædam ſunt. Item & petiti. & ſine talibus inſtrumentis iudex iuriſdictionem ſuam non exercet. Hinc eſt quòd nec de facto ſupplet niſi in caſibus expreſſis in iure, & lex dicit quòd ibi officium iudicis excepit petitr. Iſtud eſt notabile ualde, quia ad officium iudicis pertinet. Notandum eſt ergò quòd lex ait ualde pertinet, id eſt ultra communem modum officij cauſarum. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum. ſuper executione tamẽ teſtatoris iudex procedit ſine petitione, & ſuper petitione uſurarum & non dimiſſarum in teſtamento, ita no. Iun. in c. ad noſtram. el. 2. de iureiu. fol. 285. Quod autẽ dicit in teſtamento, intelligitur quandoq; ad pias cauſas ut pro anima, ut. ff. de leg. 2. ſi quis Titio in gl. uel pro monumento. ff. de pet. hære. l. hæreditas. in fi. aliter enim ſi ad epiſcopum non pertinet publicatio teſtamenti, ergò nec executio, ut. C. de epiſ. & cle. in l. repetita. & no. in c. ſi. de fid. inſtr. ꝓ Inn. ne cui minora denegantur maiora concedantur, ut. l. pactio. ff. de ſer. expor. & de ſenatori. l. qui indignus. cum ſi. Papa uerò de plenitudine poteſtatis inquirere poteſt ſine ullo petitore & omnia facere exequi, ſecundum Inn. in d. c. ad noſtram. el. 2. tene menti. Bald.

Proceditur in curia non obſtante abſentia alterius partis quando appellatur extra iudicium, ita no. Inn. in c. ſtatuimus. de elec. fol. 84. num. 7.

Proceditur in cauſa inquiſitionis etiam lit. non conteſt. & non ſufficit ad domum citatio in cauſa inquiſitionis, aut ergò citabitur perſonaliter, aut per edicta publicè propoſita in albo prætoris, ita no. Innoc. in c. ſi aduerſarius. de eo qui mit. in poſ. cau. rei ſer. fol. 243. num. 4. & uide. l. 1. de requi. reis. tene menti. Bald.

Proceſſu publicato ad hunc poſſunt produci inſtrumenta, ita not. Innoc. in c. paſtoralis. de cau. poſ. & prop. intellige uſque ad calculum diffinitiuæ ſententiæ antequam concluſum ſit in cauſa, ut c. cùm dilectus. de fide inſtr.

Proceſſus debet caſſari ſi in eo nõ fuit ordo ſeruatus, ita not. Inn. in c. uenerabilis. extra de offi. deleg. fol. 14. 1. num. 3.

Proceſſus & appellatio ubi fiunt ſuper eodem etiam ſi ab interlocutoria interim eſt ſuperſedendum, ita no. Inn. in c. quia propter. de elec. fol. 71. num. 11. ff. de mino. l. inter utile. & arg. l. diuus. ff. de exc. tuto. hoc enim natura appellationis operatur & maioritas tribunalis. Bal. uide ſup. in uer. caſus. in 12. q.

Proceſſus licet caſſetur non nocet poſſeſſori non citato, ita no. Inno. de purga. ca. in c. cùm dilectus. fol. 539. facit. l. ſi deſerta prædia. C. ſi pro. pub. penſita. et no. in l. cùm mil. §. 1. qui ex cauſis maio. Bal.

Processus licet sit cœptus per denunciationem transfertur ad inquisitionem, & vterq; modus potest cumulari, ita no. Inno. in c. licet heli. de Simo. fol. 500. num. 2.

Processus vnius non nocet alteri quando sunt duo in eodem crimine coniuncti, ita no. Innoc. in c. cum super. de confes. fol. 246. nume. 3. vide sup in ver. appellatio. in 23. q & vide glo. in c. dilecto. de præben.

Processus iudicis valet etiã post recusationem ipsius iudicis nisi appelletur, ita no. Inno. in c. cùm speciali. de app. fol. 335 num. 4. Adde ad hoc quod no. sup. in ver. iudex in 18. q. de hoc dicto Inno. videtur casus in c. super quæstionum. de offi. dele. lib. 6. Contrarium tamen no. glo. 2. q. 6. c. quoties. & in 5. q. quia suspecti. et dicit tex quòd per recusationem desinit esse iudex. de offi. delega. c. cũ super. & eo. tit. c. in literis. in glo.

Processus inquisitionis est extraordinarius & multum arbitrarius, ita no. Innoc. in c. cùm oporteat. de accu. fol. 490. num. 1. Adde quod no. inst. de pub. iud in prin. idem Arch. & Io. And. in c. non est. de consue. lib. 6.

Proclama ad quam ecclesiam affigi debeat, vide Innoc. in c. cum inhibitio. de clande. despon. fol. 469. num. 1 ad idem c. causam. de elec. in Cle.

Procurator oportet quod habeat speciale mandatum ad crimen opponendum, aliàs non est legitimus procurator, ita no. Innoc. in c. super his de accu. fol. 488. num 12. & c statuimus. in fi. de elec. lib. 6. nec sufficit cauere vt ibi. Et si procuratorium non extenditur ad oppositionem criminum nisi hoc specificetur in mandato, vide sup. in verbo, abbas. in 6 9. 13. & 16. q. & vide sup. in verb. absolutio. in 5. q ibi, procurante, etc. vide casum in c. non potest. de procur. in Clemen.

Procurator licet contestetur litem nihilominus dominus debet iurare de calumnia, & respondere posit. ita not. Innoc. in c. pastoralis. de iud. fol. 194. nume. 2. vide inf. in verb. testis. in 46. q. & sup. in ver. casus. in 8. q. hodie est casus. de iura. cal. lib. 6.

Procurator vniuersitatis vel collegij debet respondere id quod maiori parti placet, ita no. Innoc. in c. pastoralis. de iud. fol. 194. nume. 2. vide sup. in ver. citatio in 2. 3 & 4. q.

Procurator non potest iurare in animam domini nisi habeat ad hoc speciale mandatum, ita not. Innoc. in cap. quia propter. de electio. fol. 71. nume. 14.

Procurator non prorogat iurisdictionem consentiendo, sed excipere omittendo nisi ad hoc habeat speciale mandatum, ita no. Inn. in c. de causis. de offi. deleg. fol. 120. num 1.

Procurator litis non prorogare potest iurisdictionem de re ad rem sine speciali mandato, ita no. Innoc. in c. cùm alim. de offi. dele. fol. 139. num. 2. & ibi casus vide inf. in verbo, socius. in 3. q.

Procurator potest renunciare exceptioni dilatorie, & etiam probationi exceptionis peremptoriæ, alij dicunt non valere renunciationem, quia per procuratorem remitti non potest exceptionem sed omitti, ita no. Inno. in c. cùm olim. de off. deleg. fol. 139 num. 3. Hæc vltima est verior, quia remissio est donatio, vt. ff. de dona. l. si quis delegauit. Item quia procurator contractus non potest renũciare exceptioni, puta non nu. pec. C. de noua. l. nõ abstulit. Nec fideiussor, vt no. ff. mand. l. si fideiussor. §. quædam. tamen x ordine iudiciorum potest procurator concludere in causa, licet hoc modo renuncietur omnibus decæterò actitandis, vt not. ipse in c. pastoralis. de cau. pos. & prop. fol. 122. & per Io. And. in cap. fi. de in integ. rest. lib. 6. Bal.

Procurator ad negotia & mediator testificetur si partibus placet, aliàs non, ita Inno. in c. Romana. de testib. de primo vide gl. in c Romana. de secundo vide in capitulo primo de testi. lib. 6.

Procurator conuentus non secundum suum credere, sed secundum voluntatem & placitum maioris partis conuentus debet respondere, secùs in abbate qui prosequitur suum ius, ita not. Innocent. in c ad hæc. de testib. & ibi vide per eundem quòd abbas potest reuocare procuratorem constitutum à conuentu. Inno. Bald.

Procurator potest esse contumax ante litem contestatam in præparatorijs iudiciorum, & tunc præiudicat domino vt dominus patiatur primum decretum, vt. C. de procura. l. eum qui. Non secundum decretum, vt. l. hoc amplius. in fi. ff. de dam. infec. facit. ff. de procura. l sed & hæred. in fi. Item vt dominus habetur pro confesso super præparatorijs interrogationibus, vt. ff. de procura. l. non solùm. Item vt claudatur domino iudiciorum copia, nisi primò refectis expen. arg. ff. de leg. secundo. l. qui solidum. §. etiam. non vt dominus possit excommunicari, quia procurator datur causa non personæ, nec vt dominus possit infamari. ff. de infami. l. furti. §. qui alieno. nec multari, vt. l. pen. §. si procurator. ff. si quis ius dicen. non obtemperat, nisi dominus ratificet culpam procura. l. tertia. §. si procura. ff. quod quisque iur. & cap. prim. insi. vt lit. contest. Sed benè facit dominum incidere in pœnam contractus & contemptus, quia non exigitur dolus, vt. l. non distinguemus. §. si domini. ff. de arbit. sed si dominus non esset monitus non excusaretur constituendo ignarum & contumacem. arg. ff. manda. l. idem. §. si tutor. C. qui pe. tu. l. cùm à matribus. & de appel. l præses. & ff. de iniur. l. sed si vnius. §. procur. potest etiam contumax esse procura. in ipsa lite contestanda, quia non vult litem contestari. Et idem quòd supra quia sumus in primo tempore, scilicet ante litem contest. Potest etiam esse contumax post litem contest. & tunc contumacia procura. nocet domino ad præiudicium litis fortius quàm ante lit. contest. quia maior est contumacia post litem contest. quàm antè, & dominus ex hoc potest pati secundum decretum. Non solùm ergò missio tædialis fiet ex contumacia procu. post litem contest. sed etiam præiudicialis in vera possessione. C. de digni. l quoties in me. In domino, quia delictum procura. post li. conte facit dominum cadere à causa. Ergò & contumacia, vt ff. de except. doli. l. apud Celsum. §. quæsitum, scilicet vt possit ferri sententia ex contumacia. ar. C. de his quibus vt indignus. l. polla. vbi non solùm in lite præiudicat sed in alio præiudicio, quia venit ex necessaria consequentia ipsius litis quod est mera pœna, sed ibi loquitur in prosequente non in contumace. Item nocet vt dominus habeatur pro confesso super positionibus, vt in capit. secundo de confess. lib. 6. Sicut si ipse dominus esset contumax, vt. ff. de confes. l. certum. Sed non nocet quo ad præiudicium excommunicationis vel personæ, quia super ipsam personã non habet man. & hoc verum, nisi ipse dominus dissimulet & particeps fiat ipsius contumaciæ, quia tunc ipse est causa excommunicationis ipsius

ipsius non procurat. vt C. de exactio. mili. anno. l. 2. lib. 12. Potest etiam esse contumax procur. in ipsa sententia, quia personaliter citatus dixit, nolo venire, & ex hoc dominus patitur sententiam, sed non priuatur beneficio appellandi, quia dominus non est verus contumax, ex quo procur excessit fines mandati, tamen sententia valet propter culpam domini, qui malum procuratorem constituit. Post sententiam potest procurat. esse contumax in non appellando. Et tunc si est soluendo præiudicat domino, secùs si non est soluendo, vt ff. quando appell. sic. l. penu. in fin. & not. C. de appellationibus aut. hodie. quod est not. Bald. potest etiam procurat. esse contumax in appellatione interposita prosequenda, & tunc indistinctè nocet domino nisi dominus adiuuaretur extraordinario remedio per restitutionem in integ. vt ff. de mino. l. etiam si fine. §. fin. de dolo. l. arbitrio. §. penul C. de iudi. l. properandum. in fin. & d. l præses. de appell. Vnde scis quod licet procur. verus contumax non audiatur appellans tamen dominus, propter cõtumaciam procura. intra 10 dies poterit appellare. Ita tamen quod illi 10. dies computentur à die latæ sententiæ, si autem dominus est fictè contumax, quia citatus fuit ad domum, sed non repertus habet 10 dies ad appellandum, & isti 10 dies à die scientiæ computantur, quod est dictum singulare licet glos. in cap. præsentium. in glo. per hanc dum allegat. 2. q. 6. biduum. infr. de testi. videntur sentire contrarium, vide ista not. per Innoc. in cap. 1. vt lit. non contest. fol. 205. num. 1. & 2 & ibidem per Host. vide sup. in verbo, citatio. in 38. q.

Procurator post litem contest impeditus debet constituere proprium procuratorem suis proprijs expen. Vnde licet non haberet de pecunia domini expendat de sua bursa secundum Innocent. tamen repetet à domino per actionem mandati secundum Host. Sed ante litem contestatam non imputatur si non substituit etiam si habuit mãdatum ad substituendum, de domini diligentia qui dedit mandatum ei noceat ad substituendum, nemo enim qui constituit procur. tenetur dare man. ad substituendũ, & si hoc facit, sibi nocere non debet. nec debet fieri eius conditio deterior, vbi autem procu. non habet mandatum ad substituendum ante lit. contest. ideò non imputatur si non substituit quia non potest, sed quædam lex videtur dicere quod non prius teneatur expendere quàm recipere. ff. mand. l. si verò non remunerandi. §. fin. quæ omnia tenementi Bald.

Procurator ad negotia potest dominum nominare in iudicio & quasi declinatoriam habeat opponere, secùs in procur. ad iudicia, ita not. Inno. in c. quoniam. vt lit. non cont. fol. 207.

Procurator ecclesiasticarum personarum iurat de calumnia sine mandato speciali, & est speciale in personis ecclesiasticis, ita not. Innocentius in cap. de iurament. calum. fol. 209. nume. 4. quod præstatur super tota causa. Sed ad iurandum in emergentibus non requiritur speciale mandatum, nec vbi lis non contestatur. ff. de procurator. l. non solùm. in prin. de damn. infe. l. qui bona. § qui alieno. vbi de hoc Bald. vide supr. in verb. exceptio. in 7. quæst.

Procurator debet mittere talis & ita instructus quòd sciat veritatem negotij, aliàs si interrogetur, & dicat se nescire veritatem, quia ignorat factum, facit dominum suum haberi pro contumace quò ad expens. imputetur enim domino quare non misit procu. instructum et scientem negotij veritatem, ita not. Innoc. in c. in pertractandis. de iura. calum. fol. 211. vide sup. in ver. imperditus. in 1. q.

Procurator licet iurauerit de calumnia, tamen si dominus tanquam legalior interrogetur, nihilominus dominus teneatur iurare, ita no. Inn. in c. fin. de iura. calum. fol. 211. nu. 1.

Procurator quãdo dubitat, debet habere inducias ad dominum consulendum, ita not. Inn. in cap. exposuit. de dila. fol. 213. num. 2. vide sup. in verb. actor. in 4. q. ibi causa facere procuratorem.

Procurator substitutus ad impetrãdum potest alium substituere si habuit ad hoc speciale mandatum ita not. Hostien. in cap ex parte decani. de rescriptionib. vide sup. in verb. citatio. in 31. quæst. & supr. in verb. licentiatus in quinta quæstio. & supr. in verb. dominus. in 3. quæst. & sup. in verb. nomen. in penul. q.

Procurator si constitutus est à prælato nomine suæ ecclesiæ, vel à potestate nomine ciuitatis non finitur mandatum licet constituens moriatur vel non integra. Idem in actore tutoris, ita notat Inno. in c. dilecti. de fo. competendo. fol. 199. num. 1. facit l. penult. §. 1. C. de admi. tuto. & l. si quis alicui. ff. de acqui. hæred. & l. item eorum §. fin ff. quod cu. vniuer not. Hodie est casus in contrarium in c. fin. de procur. in Cle. Sed si prælatus dum ipse litigat de prælatione sua facit procuratorem nomine suo, & moritur quandocunq; expirat mãd. vt ff. de suspect. tuto. l. post finitam. Hodie dic vt in cap fin. de procurat. in Cle. Si prælatus fecit alium contractum. Aut concernit reditus, qui spectant ad prælatum, vt quia locauit prædia, & tunc mortuo vel translato vel amoto prælato contractus non durat vlterius. ff. loca. l. si quis domum. & cap. fin ne prælа vices suas. vbi not. glo. nisi contraxerit vt syndicus monasterij vel solenniter cum consensu capituli, vel pro vtilitate monasterij, quia vtiliter gestum, propterea debet ratum haberi, vt ff. de neg. gest. l. Pomponius. la. 1. Aut contractus concernit veram alienationẽ proprietatis, & tunc si contractus fuit seruata solennitate, statim possessor cœpit iure perpetuario possidere & non quod solenniter actum est, vt ff. de mino. l. in integrum. & l. si minor. ff de acqui. har. Bald.

Procuratore constituto ad litem contestandum & ad substit. potest per se causam peragere totam, ita not. Inno. in c. petitio de procur. fol 169. nu. 3. ff. de proc. l. qui procuratorem dat. Bald.

Procuratorem constituens non dicitur habere aduersariũ nec iudicem antequam adeat, & ideò si reuocat procuratorem ante lit. contestatam non tenetur intimare nisi procuratori, ita no. Innoc. in c. ex insinuatione. de procu. fol. 166. in princ. & lis. mota si lis est contestata valet contestatio. sed an valeat reuocatio secundum eum in c. in nostra. in glo. aduersa. eo. tit.

Procuratorem non sufficit dimisisse, si procur. noluit comparere dominus eum constituens tenetur de impensis, ita not. Innoc. in c. constitutus. de proc. fol. 171. nu. 3.

per Procuratorem generalem quæritur possessorij dominium secundum Bart. in l. qui in donatiõ. ff. de don. & ibi vide per eum quid in pacto & adiectionis in diem & legis commissoriæ.

Procuratorem an quis facere possit inhabilem, & ad substituendum habilem. Bart. quod non, si

in eo procur. officium radicatur. Secùs si nudum præstat ministerium per l.1.§. cæterùm. ff. de acq. poß. & per Ioan. And. in c. religiosus. ff. de procu. in Cle. Casus est de hoc in termmis in c. procur. de elect. lib. 6.

Producens, vide omninò sup. in ver. instrumẽtum. in 1.q. & sup. in ver. attestati. in 2.q.

Professi non habent vocem in capitulo, ita not. Inn. in c. ex ratione. de æta. & qual. fol. 101.

Professus potest expelli de monasterio si est incorrigilis, ita not. Innocen. in c. cùm causam. extra de elect. fol. 58. nu. 2.

Prohibitio alienati facta à testatore an valeat, vide planè per Abbatem in cap. Raynald. de testa. Sed an prohibitio facta filio extendatur ad nepotes, vide quod not. in Authen. de restit. fideicom. §. nos autem. col. 9. An prohibitio facta honorato extendatur extra suam prouinciam, vide. ff. de legat. 3. l. pater. § quindecim. An prohibita venditione prohibita sit omnis species alienationis, vide glos. quæ non est alibi secundum Doct. in l. 2. C. de usucap. pro empt. Et quid de locatione longissimi temporis. ff. de le. 2. l. codicillu. §. instituto. An prohibita alienatione à testatore possit fieri alienatio propter debita testatoris persoluenda, vide. ff. de manu. test. l. qui potuerunt, et de fideicomm liber. l. cùm per fideicom. per Iacob. de Are. & dic vt per Barto. in l. filius fa. §. diui. de leg. 1. An qui alienationi consensit, possit postea agere vigore prohibitionis factæ à testatore, vide. ff. de legat. 2. l. cùm pater. §. liberis. An prohibitio facta super contractu includat vltimam voluntatem, vide. ff. de legat. 3. l. pater. §. fundum. An in generali prohibitione includatur ecclesia, scilicet, vt non possit etiam ecclesiæ dari, vide. ff. de verborum obligationibus. l. si quis ita. §. ea lege. An prohibitus alienare teneatur cauere & facere ne per legem alienetur, dic vt in d. §. ea lege. An prohibitus emere videatur prohibitus pignus accipere. ff. de pigno. l. in quorum. An prohibitus alienare possit actionem remouere vel in iudicio confiteri, vide. ff. de iur. deliberand. l. ait prætor. & ff. si quid in fraudem patro. l. 1. §. quòd si in litem. & C. de transact. l. præses. An prohibitus alienare possit habere rem pro derelicta, vide. ff. de stipul. seruo. l. quod seruus. Bal.

Promisi centum vel aliam quantitatem nomine pœnæ dare, & si non soluerem vel non facerem quod promisi. Certè quantumcunque fuerint promissa ista centum nomine pœnæ non tamen cogor soluere istam pœnam, sed solùm interesse, ita not. Inno. in c. tuam. de pœn. fol. 542. quod singulariter est not. Bald.

Promissio facta vni iudici non extenditur ad alium iudicem. ff. iudi. fol. l. pen. ita no. Abb. in c. præterea. de test cogen.

Promissio facta authoritate mandati, de ea persona ad quam non trahitur man. est nulla, ita not. Inn. in c. cùm olim. de præben fol. 367.

Promittens non exigere non incidit in pœnam si aduersarius suus cui promiserat sponte soluat, ita no. Inno in c. constitutus. de pœn. fo. 542. quod no. facit ad no. in l. 3. ff. sol. mat.

Promotio non impeditur ex obiectu culpæ, ita not. Inn. in c. 1. de oblat. ad ratio. fol. 110. sed an obiectu doli ciuilis sint puniendi, vide ibidem Inn. & idem glos. dicit.

Promotus dicitur confirmatus licet non ordinatus, ita not. Inn. in c. cùm in cunctis. de elec. fol. 42. nu. 3.

Promotus in episcopum licet ante promotionẽ esset in peccato mortali tenet, ita no. Inn. in c. sicut. de iureiu. fol. 288. & ibi casus.

Promouerì non possunt ad ordines sacros ioculatores, bufones & homines degeneres, ita no. Inn. in cap. cùm decorem. de vit. & honest. cleric. folio 348. quomodo enim sunt digni ordinibus qui non sunt testimonio digni. ff. de senat. l. Cassius. & l. indignus. & ff. de iud. l. cùm prætor. §. pen. & de testi. l. testium. §. pe. ergò infames non possunt ordinari nec ꝓmoueri ad sacros ordines nisi ingrediantur monasterium, vt in Authen. de monast. in prin. col. 1.

Promouendum quæ sunt circa ipsum considerandа, vide Inn. in c. ex tenore. de temp. or. fol. 97. nu. 4.

Promotoris inquisitio non dicitur de substantia processus, nec est citandus, ita no. Inn. in c. olim de accu. fol. 496.

Pronunciandũ est super emergenti in quo examinatur seorsum à principali causa, vt super quælibet declinatoria, vt C. de plag. l. præses. & C. de de adulter. l. quoniam Alexandrum. Est tamẽ validus processus ad vlteriora si iudex cognouit & non pronunciauit, quia tacitè videtur pronunciasse, vt ff. de minor. l. ait prætor. §. permittitur. & de app. c. ex parte M. facit. ff. de iud. l. 2. § si dubitetur. & l. si quis ex aliena. Secùs si nihil cognouit nec pronunciauit, quia tunc inordinatè processit & non valet iudicium, vt in c. exhibita. de iud. Vel dic, quòd valet, sed potest appellari. Non obstat. l. prolatam. C. de senten. & interlo. om. iud qa ibi loquitur quando ordo iudicij peruertitur. scil. post litem cont. Secùs si antè, nam ante litem cont. non est iudicium secundum Bart. super incidenti. i. quæ examinatur post lit. cont. simul cum principali, quia pars eius est. Si quidem à parte actoris non oportet pronunciari, tamen si pronunciatur valet, nec dicitur propterea pars grauari si funde tur in iustitia. ff. de minor. l. inter vtile. Et dicitur incidens vt replicatio, vel quæ partem probandorum continet. Si verò à parte rei sit incidens & peremptoria. Hoc modo dicitur incidens quæ substantiam petitio. elidit, non potest pro reo pronunciari interloquendo sed diffiniendo sic, quia lit. cont. sperat sententiam diffinitiuam. ff. de iud. l. de quare. sicut vnumquodq; appetit finem proprium. ff. de min. l. 3. §. 1. Sed ante lit. conte. super incidenti fertur interlocutoria, vt ff. de proc. l. si & reus. & de lit. cont. c. exceptionum. lib. 6. Et vide quod dixi. ff. de iureiu. in l. iusiurandum. & ad pecunias. §. 1. Et hîc Host. et Io. describit emergentes ex tempore, quia non possunt causari nisi in iudicio, vnde exceptio iudicis incompetentis, vel procuratoris, vel ineptitudinis libelli, & omnes quæ non desiderant diffinitiuam, nascuntur in litis limine et exordio non antè, & tempore litis inspicitur si competunt vel non. Sed incidentes habent originem extra litem motã & causam vetustiorem secundum Io. facit quod not. ff. de cond. ob caus. l. qui se debere. & in l. 1. C. de ord. iud. Ista tangit Inn. in c. P. de ord. fol. 217. sed non clarè sicut ego dico, tenementi ista perpetuò. Bal.

Pronunciare aliquem tuendum in possessione, idem est quod imponere aduersario silentium, ita not. Inn. in c. cùm venissent. de insti. fol. 368. nu. 3.

Pronunciatio, quãdo sit pronunciãdum in incidenti, & quando non, vide Inn. in c. cùm in iure peritus, de elec. fo. 64. facit gl. no. in c. 1. de or. cog.

Prophetæ

Prophetæ & sancti quodcunq; dicunt est indubitanter tenendum, ita no. Innoc. in c. cùm venerabilis. de excep. fol. 292. nu. 6.

Prorogatio fit quatuor modis, submissione & tamen quia statim submittentes efficiuntur subditi non possunt pœnitere, vt l. est receptum. ff. de iur. om iu. Contrarium no. ff. de iud. in l. 1. Item permissione, & tunc prorogans pœnitere potest vsq; ad lit. contest. vt l. si conuenerit. ff. de iurisdict. om. iudi. quia obligat. Item solutionis, & ista fundat iurisdictionem à prin. vt no. in l. 1. ff. si quis in ius voc. non ierit. Item declinatoriæ exceptionis omissione, & in hoc sufficit si elapsus sit terminus opponendi declinatorias, vel est factus actus contrarius, vel incompassibilis exceptioni declinatoriæ, vt ff. de iudi. l. sed & si susceperit. Item scias quod quatuor impediunt prorogationẽ, primò defertur fundamenti in principali iurisdictione, vt l. priuatorum. C. de iurisdict. om. iud. & in c. P. & G. de offi. deleg. & c. significasti. de foro compe. Item error, vt l. 2. & l. si per errorem. ff. de iurisd. om. iud. Item metus, vt d. l. 2. & prohibitio superioris, vt in c. 2. §. 2. Item taxatio legis impedit prorogationem de tempore ad tempus, scilicet, lex taxat tempus iudici & instantiæ. Secùs si iudici tantùm quod est no. Et quod dixi, de errore est verum in iurisdictione conferenda non in ea quæ est corroboranda ne elidi possit, vt ibi & alibi no. Et debet fieri prorogatio ad iurisdict. consimilẽ, vt no. in l. inter cõuenientes. ad municipales. & ex prorogatione acquiritur authoritas & exercitium ignoranti propter fundamentum principalis iurisdi. vt d. l. 2. § 2. quod tene menti. Bald. Item scias quod quadruplex est prorogatio, scilicet, de re ad rem, de tempore ad tempus, de persona ad personam, & de loco ad locum. Sed illa de loco ad locum non habet locum in ordinario secundum quod not in c. 1. de fo. compe. in Cle. Illa de persona ad personam non habet locum in delegato, & sufficit iurisdict. in habitu, vt possit prorogari ad actum, vt l. 1. ff. de iu. vide omnia ista per Innoc. in c. si pro debilitate. de offic. deleg. fol. 120 nume. 4. & vide sup. ver. clericus. in 20. q. & sup. in ver. citatio. in 28. quæstio. vbi habes quod in contractibus bonæ fidei sit necessaria prorogatio.

Protestans si aliquid contra se dicit statur sibi, & ei imputetur, ita not. Innoc. in d. c. cumana. de elect. fol. 76. facit. ff. pro dona. l. fi. & ff. de minо. l. Æmilius. Bal.

Protestans non excipit, quia protestatio non elidit petiti. Item qui protestatur non agit, ita no. Innoc. in c. 2. de ord. cogni. fol. 215. & inf. in ver. testis. in 40. q.

Protestatio valet vbi res potest dupliciter intelligi, non vbi certus est intellectus, ita no. Inno. in c. cùm M. de consti. fol. 4. nume. 1. ibidem vbi quis per contrarium factum contradicit protestationi, si facta secum adinuicem non compatiuntur non valet, vt hic dicit Inno. idem Ber. ibidem. Et est casus in c. tua. de sponsa. & ibidem. vide quod factũ prævalet protestationi, nec protestatio tenet ad hoc. ff. de acquir. hæred. l. si seruum. §. si quis seruus. Item protestatio valet ad præcauendum futura, nisi actus qui sequitur sit incompassibilis protestationi, sed ad cassandum præterea sequens protestatio non valet secundum Doct. Bald. vide omninò. inf. in ver. testis. in 13. q. & inf. in ver. renuncians. in 13. q.

Protestatio non nocet tacenti nisi sint signa consensum indicantia, ita not. Inno. in c. cumana. de elect. fol. 76. nu. 3. & Iaco. de Are. in l. 2. §. veritate. ff. solut. matrim. aliàs. l. fi. ff. de libe. agno. Bald. & vide sup. in verbo, contumax. in quinta quæstione.

Protestatio contrarius commune facta non valet, nisi illi protestata. consentiat iudex vel aduersarius, puta si quis protestatur quòd ius non patitur, puta excep. esse salutis in tempore, quia ius non patitur, ita not. Inno. in c. præsentium. de testi. fol. 270. nu. 3.

Protestatio an iuuet, vt non videatur appellationi renunciare, vide Inno. in c. quæstioni. & in c. qua fronte. de app.

Protestationem suam nemo potest cogi quòd remittat, nisi in renunciatione noui oporis, ita no. Innocentius in c. sanc. de offic. delegat. fol. 122. nume. 2.

Prouisor seu executor si non seruat formam mandati sibi facti nulla est prouisio, sed sunt quædam clausulæ monitoriæ seu oratoriæ. Quædam sunt modales quædam conditionales. Monitoria clausula est, quando committens dicit prouideas talem si est idoneus, quæ clausula non facit conditionem, & valet prouisio etiam si ille non fuerit idoneus dummodò sit habilis, licet non sit dignus nec sufficiens. Conditionalis clausula est, quando committens dicit prouideas tali si est oriundus de prole militum, vel de nobili ciuitate vel genere, nam si non est talis qualis esse debet non tenet prouisio, quia forma prouisionis erat limitata propter appositionem conditionis, & hic executor non habet examinare ista conditionaliter, sed de plano in domo non in iudicio, quia est merus executor qui debet exequi sine causæ cognitione. Simile not. C. de his quibus, vt indi. l. si ea, tamen legitimum contradictorem audire debet talis executor maximè si citare incipit, quia fortè sic assumpsit in mandato iudicis & super auditis per eum debet pronunciare. ff. de confirm. tut. l. tutores à patrono. in verb. idoneum pronunciando. Item ab ista suæ pronunciatione potest appellari intra 10. dies sicut à grauamine seu à sententia. Sed si non assumpsit partes iudicis potest perpetuò opponi defectu conditionis. Alij dicunt ꝙ licet citet vt iudex illum cuius interest & cui præiudicatur, tamen hoc facit vt summari se informet, non vt pronunciet, & ideò non est processus iudiciarius, nec debet pronunciari vel appellari. Hoc ergò constat in ista conditione, si est ita quod non exigitur citatio. Si autem non dicantur verba cõditionis, si est ita. Sed dicantur si tibi constiterit, tunc exigitur citatio tanquam sit de forma commissionis si alius læditur, tamen ille cuius nõ interest non potest opponere quòd non sit citatus ille cuius interest. Sed si non læditur alius, tunc nemo citandus est, quia videtur vt simplici bono viro, non vt disceptatori committi, ita not. In. in c. dudum. de præsumpt. quod no. quia quotidie accidit de istis executoribus. Adde & omninò vide quod not. ff. de bono. poss. l. tertia. §. penul. Modus quoq; insertus intelligitur de forma non ad essentiã actus, sed ad executionem, vt no. C. de senten. l. cùm eorum. & vide quod no. ff. de condi. & demon. in rub. & vide etiã in c. 1. de offi. deleg. in Clemen. casus breuis est executor & prouisor non tenetur citare, nisi partes iudicis assumat sponte vel coactè ex forma mandati, & ista est

substan-

substantia. Bald. Vel conclude ex præmißis primò de officio executorum. Item quòd merus executor debet exequi de plano, & sine figura iudicij & causæ cognitione. Item quòd si in rescriptis sententia vel simile aliud opponatur aliqua conditio, quod ante omnia debet cognosci de conditione si est vera. Item quando conditio additur alicui ad hoc, vt actus producatur in esse debet actus extitisse. ad hoc vide. ff. cond. & demonstra. l. qui hæredi. §. fina. & in rub. eodem titul. Item quòd in casu quo executor citet summariè cognoscere debet. Bald.

PVBLICATIO, vide omninò sup. in verb. citatio. in 38. & 40. q.

Punitio criminis vsurarum spectat ad iudicem secularem, non ad episcopum, ita no. Innoc. in c. ad nostram. de iureiur. fol. 284. Et an notarius qui facit instrumenta vsurarum veniat puniendus, vide 46. distin. c. sicut. & 10 distin. c. non licet. Et quare vsuræ prohibitæ sunt, vide in Authen. nul. cred. agrico. in prin c. colum. 4. Adde ad prædicta quod not. in c. nos inter. de purg. cano. Innoc. ponit multas rationes, quare sunt prohibitæ, super rub. de vsur. & Host. in c. 2.

Punitur non delinquens pro facto delinquentis in factis vniuersitatis, ita no. Innocen. in c. quia propter. de elect. fol. 71. nu. 9. vide inf. in verb. testis. in 16. q. & inf. in ver. reus. in 6. quæst.

Puniuntur plus authores quàm factores, ita not. Innoc. in c. nouerit. de senten. excom. fol. 558. num. 3. & vide c. 1. de vsur. in Cle. & sup. in ver. calumniator. in 1. q.

Purgatio an includat inquisitionem, dic quòd sic, si causa incœpit à præcedenti inquisitione, secùs si à præcedenti purgatione, ita not. Inno. in c. cùm in iuuentute. de purga. cano. fol. 538. Et ille qui se purgat absoluitur ab infamia, vt per Inno. in c. dilecto. de purga. cano. fol. 539.

Purgatio si non fuit præstita prout debet, interim alia præstari debet, ita no. Inno. in c. cùm dilectis. de purga. cano. fol. eod. num. 5. & vide sup. in ver. casus. in 3. q. De hoc videtur casus in c. ex tuarum. de purga. cano.

QVALITAS agendi est exprimenda in libello, si ex ea in alia transferatur iurisdictio, vel de lictum arguatur, & sic vbicunq; ratione qualitatis vel circumstantiæ datur iurisdictio quæ aliàs non daretur, ibi non procedit libellus, nisi qualitas in libello exprimatur, ita no. Inno. in c. cùm sit generale. de fo. compe. fol. 197. nu. 2.

Qualitas facti puta notorietas vbi aufert iurisdictionem non sufficit probare simplex factum, quia est iudex incompetens vt conseruator, ita not. Inno. in c. statuimus. de offic. delega. fol. 145. num. 2. De hoc hodie est casus in c. 1. eo. tit. lib. 6.

QVÆSTIO finium regundorũ cohæret causæ proprietatis, & super proprietate & possessione recipiuntur probationes, ita not. Innoc. in c. ex literis. de proba. fol. 248. num. 3. Sed ex possessione præsumitur proprietas, tamen valet possessio in diuisorijs iudicijs, vt l. 2. ff. fami. ercis. hoc verum, si habet possessionem titulatam, alioquin præsumitur prædo si non habet aliam causam adijcere, nisi possideo, quia possideo. ff. de peti. hæred. l. qui interrogatus. & ff. commu. diuidun. l. communi diuidundo. §. inter prædones. Alij dicunt meram possessionem sufficere ad dominium præsumendũ, quia hæc actio non requirit verum dominium, & quia incidenter deducitur secundũ Oldra. & Bar. in l. pe. ff. de cond. institu. & vide quod legitur & no. ff. si pars hæred. pe. l. 1. §. proinde. Bald.

RATIFICARI non potest sine solennitate id, quod ab initio fieri nõ potest sine solennitate, ita no. Inn. in c. cùm dilecti. de empt. & vend. fol. 392.

Ratificatio non augmentat numerum, quia absentes non computantur in numero, ita not. Host. in c. in Genesi. de elect.

Ratihabitio non sufficit vbi tractatus debet præcedere, nisi præmisso tractatu. Innoc. in c. cùm nos. de his quæ fi. à præl. fol. 383.

Ratio. Rationes quæ fiunt ex officio, puta ab argentario, vel mercatore, & si. Vel quæ non fiunt ex officio, licet mandantibus partibus sunt ædendæ plenè cum die & consule, quia rationum discussio aliter non potest patère: nam rationes continent data & accepta, & per computum. ff. de ædend. l. si quis ex argentarijs. §. rationes. non autem est rationum solus contractus, vel vna apodissa vnius promissionis vel confessionis. Propria verò & priuata ratio vnius non est alteri ædenda. Fallit in vsurario, vel ratione animæ, vt per rest. vsurarum à peccato anima liberetur, vel odio vsurarum, vt in c. 1. de vsur. in Cle. domesticæ autem rationes quas quis scribit in suo memoriali, non ex officio, sed ex animi sui motu sunt. Itẽ instrumenta quibus quis vsurus est tenetur ædere siue docere. ff. de arbi. l. non omnibus. nec cogitur quis suum aduersarium instruere de suis testibus propter metum subornationis. Originale tamen semper debet reddi producenti, vt l. probatoria. C. de diuer. offi. lib. 12. omnia ista tangit Inno. in c. 1. de proba. sed non ita plenè nec clarè. Bal.

RECONVENTIO nec etiam conuentio habet locum coram iudicem delegato dudum post lit. contesta. quia tex. legis limitat tempus, dum dicit mox à principio. Sed coram iudice ordinario habet locum conuentio, non reconuentio, ita not. Innoc. in c. 1. de mu. pet. fol. 203. nume. 4. & vide text. & gloss. no. multum. ff. de procu. l. omnium. quòd iudex potest assignare terminum reo pro conueniendo, quod tene menti. Et vide de fraude quòd quis non possit, nisi sub vna iudice conueniri. in d. c. c. 1. in fi. per Inno. & vide in c. dispendia. de rescrip. lib. 6.

Reconuentio vsquequo procedat in petitorio & possessorio, vide Innocẽ. in c. 1. de sequest. poss. & fru. fol. 245. nu. 3. Et ibi dicit Innoc. quòd vbi principale negotium non effugit cognitionem iudicis accessorij amodò disceptari nõ põt, q. no. Bal.

Reconuentio locum non habet, vbi officium iudicis incidenter imploratur, nec in causis summarijs, nec in causa appellationis, ita no. Host. in c. 1. de mu. pe. facit. ff. de procu. l. sed & hoc. §. non solùm. & l. omnium. Bald.

Rectè & ritè, istorum verborum vide plenè differentiam, sup. in verb. missum. in 3. q.

Rector ecclesiæ non potest transire vltra tempus suæ vitæ sine authoritate episcopi, ita no. Inn. in c. veniens. de transact. fol. 163. & ibi casus. vide sup. in ver. citatio. in 36. q.

Rector collegij electus debet confirmari à superiore in realibus collegijs, ita noc. Inno. in c. cùm dilecta in Christo. de excess. præla. fol. 526. idem in personalibus secundum quosdam. ibidem Inno.

Rectores collegiorum habent iurisdictionem in causa vniuersitatis & singulorum, & etiam alij qui non sunt de collegio possunt coram eis agere contra totam societatem, & contra singulos de societate, ita not. Innoc. in c. cùm ab ecclesiarum. de offi. ordi. fol. 148. nu. 1. Et statuta eorũ valent coram suo iudice, vt l. 2. in fi. C. de consti. pec. Bal.

Reges non possunt testando priuare regno nedum filios, sed nec fratres vel alios consanguineos ex stirpe paterna descendentes sola voluntate. Et est in eis speciale quod est verum, quando regna deferuntur per successionem. Secùs si per electionẽ deferantur, ita not. Innoc. in c. grandi. de supplen. negl. præla. fol. 96.

Reges quam libertatem dant ecclesiæ, vide Inno. in c. auditis. de in integ. rest. fol. 179.

Regibus & alijs dominis habentibus iurisdictionem datur curator istis de causis. Primò, si nescit regnum suum defendere. Item si in eo non seruat benè custodiam & pacem, maximè locis religiosis & personis pauperibus. Item, quod plus est, si perdita nescit recuperare, ita no. Innoc. in c. grandi. de supplen. neg. præl. fol. 96. nu. 3. & quis curatorem dat talibus, vide ibidem Innoc.

Registrum, quid dicatur regis trum, & an scripturæ regis tri faciant fidem, vide de omnibus istis per Inno. de procur. c. 1.

Regnum propter delictum primogeniti deuoluitur ad sequentem, ita no. Innoc. in c. licet. de voto. fol. 429. & ibi casus.

Regula vel statutum ipsius regulæ non sunt ius, ita no. Inno. in c. dudum. de controuersio. coniug. fol. 427. in num. 4. & vide inf. in verb. superior. in 2. q.

Regula ex quo est approbata per Papam nemini licet contradicere, ita no. Innoc. in c. ne Dei. extra de simo. fol. 504.

Relatio. De materia relationum vide plenè Inno. in c. intimasti. de appella. fol. 339. in nu. 1. vsque ad nu. 4. vide sup. in verbo. credulitas. in 6. q.

Relictum, vide omninò inf. in verb. testator. pe. q. ibi & dicitur relictum ad pias causas, etc. & inf. in d. ver. testator. in 3. q.

Religiosus, vide inf. in ver. sepultura. & in ver. templ. in 1. q.

Rem potest quis sua propria authoritate retinere & apprehendere statim quod quis habet inuestituram verbalem, quia de corporali non est dubium, ita no. Inno. in c. 2. de consue. fol. 32. & non est alibi hoc dictum, vt dicit Bal. in l. qui ratiario. ff. de pigno. act. Bal.

Remissio, remitto tibi vnum annum de pœnitentia quæ sit virtus istorum verborum, vide plenè per Innoc. in c. quod autem. de pœni. & remis. fo. 543. nu. 3. Et de virtute istorũ verborũ, quodcũq; ligaueris super terram, etc. vide ibidem Inno.

Remissionem condemnationis factam per communem non intelligitur facta remissio debiti priuatæ personæ, nec condemna. spectantis ad priuatum, vide sup. in ver. guerram. in vlt. q.

Renuncians beneficio statim quod renunciat prælatus vel ordinarius potest illud alteri conferre, & potest statim illi auferri possessio sine vlla citatione. Secùs si non renunciat beneficio, sed fortè debet sibi propter contumaciam & non suscipiendo ordines, quia tunc iste propter hoc non est priuatus ipso iure, sed secuta sententia, ita not. Inno. in c. accepta. de resti. spo. fol. 225. nu. 1. Vide sup. in verbo. liberatio. in 1. q. in fi.

Renuncians appellationis condemnatur in expensis, ita not. Innoc. in c. ex parte. el. 2. de rescrip. fol. 11. num. 1. vide sup in ver. episcopus. in 2. q. ibi videtur renunciare propria benefi. & vide omninò inf. in verbo. statutum. in quinta quæstione circa med.

Renuncians appellationi nihilominus potest agere contra iudicem de iniustitia sibi facta, ita not. Abb. in c. sæpè. de appel. facit. l. cum interdicto. C. de arb. tute. quod no. Bald. vide per Bart. in q. per eum disputata, quæ incipit, à sententia iudicis qui malè iudicauit, etc. & dic vt ibi.

Renuncians in vno articulo nihilominus potest, si vult in alio appellare, ita no. Inno. & Abb. in c. dilectus. de app.

Renunciare ecclesiæ est magis quàm renunciare liti, ita not. Inno. in c. in nostra. de rescrip. fol. 25. num. 3.

Renunciare quis non cogitur rei, in qua credit se ius habere, ita not. Innoc. in c. licet. de transla. præla. fol. 87. nu. 2.

Renunciare quis non potest iuri quod ex se absolutè non pendet, ita no. Host. in c. de causis. de offic. deleg. & ibi est gloss. not. facit. 2. q. pe. in summa. & de re iud. c. fi. lib. 6.

Renunciare nõ potest quis solennitatibus quæ requiruntur in vero iudicio, sed in compromisso sic, ita no. Host. in c. de causis. de offi. deleg.

Renunciare videtur protestationi & verbis, qui vnum dicit aliud facit, ita no. Innoc. in c. tua. extra de spon. fol. 466.

Renunciari potest testibus. Sed aut est renunciatum generaliter, & tunc si aduersarius de nouo opponat in causa appel. ex qua admittitur ad excipiendum admittitur ad probandum. Sed si specialiter renunciatum est testibus super aliquo certo articulo seu capitu. & tunc secùs, ita no. Innoc. in c. cùm venissent. de test. fol. 258. nume. 3. Et sic no. casum, vbi testes recipiuntur post generalem renunc.

Renunciari non potest per statutum appellationi singulorum, sed per pactum sic, ita no. Innoc. in c. venientes. de iureiu.

Renunciari potest appellationi, ita no. Innoc. in c. constitutus. de app. fol. 326. Et potest appellari tam in iudicio quàm extra, vt ibidem Inno.

Renunciari potest libello producto & amisso in causa ciuili, sed non in criminali post inscriptionem, ita no. Inno. in c. licet. de accu. fol. 487. nu. 5. quia in criminali forma est iam data à iure quod petatur abolito, & tunc est in pectore iudicis, si vult eam concedere nè cne. Bald. Adde quòd licet accusator se inscripserit ad pœnam talionis potest nihilominus libellum emendare ante lit. contesta. secundum Iaco. in l. ædita. C. de æden. & in l. accusaturus. ff. de adul. nisi per statutum productio accusationis haberet quo ad producentem vim litis contest. Producere autem accu. nemo cogitur. ff. de fur. l. Sempronia. de falsis. l. Athaletus. C. de accu. l. si quis homicidij. quod no. perpetuò.

Renunciatio litis potest fieri etiam absente altera parte, ita not. Innocent. in c. cùm pridem. de pact. fol. 161. Ex hoc patet quod potest deferi app. per pactum contrarium, vel per renunciationem expressam etiam altera parte absente, ita not. gloss. in l. postquam liti. C. de pac. Sed quid si non renunciatur liti, sed alteri iuri. Si quidem tacitè renunciatur

ciatur valet inter absentes. l. 2. C. de pac. ff. de min. l. si filius. Aut est ius quod potest tolli nuda voluntate, puta sola ratificatione & valet in absentia. ff. de nego. gesto. l. pompo. & l. Nesennius. Aut est ius radicatum quod non potest tolli nuda voluntate vnius, & tunc si interueniat medium organum, id est, nuncius vel epistola. & valet. argumen. l. consensu. ff. de act. & oblig. Si verò non interuenit instrumentum, id est, organum vna glo. quæ est in l. non solùm. §. si liberationis. de liber. leg. dicit quod valet, sed illud esset verùm in vltima voluntate secùs in contractibus, vt not. ff. de pact. l. idem in duobus. Bald. & no. benè ista.

Renunciatio & conclusio facta in causa principali non extenditur ad causam appellationis, nisi expressè dictum vel actum sit quod ad causam appellationis porrigetur, ita no. Innocen. in c. cùm venissent. de testi. fol. 258. nume. 3. Aduerte hic, quia in renunciatione si fuit renunciatum productionibus & allegationibus. Et tũc est verum quòd renunciatio ista facta in causa principali, non nocet in causa appel. Aut renunciatur iuri de quo fit probatio, & nocet renunciatio in causa appel. vt C. de fide instru. l. 3. Bald. Sed an renunciatio & conclusio in causa dicantur de essentia iudicij, ita quòd si omittatur processus sit nullus. Et videtur quòd non, quia numeratur inter illa quæ sunt de essentia, vt no. C. de senten. l. prolatam. Veritas est, quod de substantia est renunciare & concludere, aliàs nihil valet processus secundum Doct. & est expressum in c. quoniam contra falsam. de probat. & in c. cùm dilectus. de fide instru. facit. C. de iudi. Authen. iubemus.

Renunciatum non videtur priori appellationi interlocutoria per appellationem posteriorem à diffinitiua, quia tunc rata remanet sententia, vnde gemmatio appellationum non nocet, ita notat Innocen. in c. dilecto. de appel. fol. 337. num. 4. Casus est hodie in c. si antè. cum glo. sua. de dolo. in Cle.

Reo non currit tempus siue terminus actore agere non valẽte, ita not. Innocen. in c. prudentiam. de offic. deleg. fol. 124. & vide l. si. ff. de lege commisso. Bal.

Reprobatus, vide sup. in ver. approbatus. in 1. quæst. & ibi dixi de ista quæstione, vt ibi vide.

Res non dicitur integra, quando substantialia sunt inchoata, vt contractus cùm est de substantia, sed præludia, vt missa de Spiritu sancto non facit rem desinere esse integram, ita no. Innoc. & Hostien. in c. in causis. de elect. vide sup. in ver. restitutio in integrum. in 6. q. & sup. in ver. renuncians. in 4. quæst.

Res quæ non possunt præscribi quæ sint, vide Inno. in c. causam. de præscri. fol. 298. & eo. titu. in 6. cùm non liceat. per glo.

Res inter alios acta quando præiudicat, vide per Inno. in c. auditis. de præscri. fol. 299. nu. 1. & vide glo. in c. pe. de app.

Res iudicata quando prosit alteri, vide plenè per Inno. in c. quamuis. de sen. & re iud.

Res quæ sine solennitate fieri non possunt fiunt nec ratificari, ita not. Abb. in c. cùm dilecti. de emp. & vend. quod est no. argumentum contra. ff. de manumiss. vind. l. si pater. §. fi. Bald. & vide quod not. Innoc. in c. prudentiam. de offic. deleg. fol. 124. vide sup. in verb. ratificatio. in 2. q.

Rescissio vel actio ad decipiendum ob dimidiũ iusti pretij excessum non habet locum in transactione, ita no. Inno. in c. cum causa. de emp. & vẽdi. & no. ff. ad Trebel. l. Lucius. §. si. dum tamen transactio sit bona fide facta. Bal. Inno.

Rescripta an sint perpetua, vide plenè per Host. in c. sedes apostolica. de rescri. Et de præualentia literarum, ibidem per Inno. & Host.

Rescripta beneficialia tanquam ambitiosa sunt restringenda, ita not. Inno. in c. cùm olim. de præben. fol. 367. nu. 4. Sic ad lites quasi odiosa. Innoc. Et vide de hoc text. in cap. quamuis. de præbend. in 6.

Rescripta quando dicuntur sibi inuicem derogare, vide plenè per Host. de rescri. c. 1. De priuilegijs iuris, vide ff. de mino. l. si apud Bal. & vide sup. in ver. nomen. in vlti. q.

In rescriptis semper debet fieri mentio de religione secundum stylum curiæ, ita not. Host. in c. si quando. de rescrip. & vide sup. in ver. beremodicium. in 1. q.

Rescriptum an afficiat successorem beneficij vel patrimonij, vide Inno. in c. significauit. de rescri. fol. 26. & ibi casus.

Rescriptum & instantia ex ipso fundata non transit contra singularem successorem, nec ex eodem rescripto potest conueniri. Et quod dicitur instantiam ad successorem transire de vniuersali est intelligendum, ita no. Innocen. in c. quia V. de iud. fol. 192. sup. in verbo, forma. in 3. q.

Rescriptum non iuuat impetrantem si contra rescriptum facit, quia non intelligitur pro eo rescriptum qui contrarium facit eis quod est scriptum, ita no. Inno. in c. mandatum. de rescrip. fol. 26. num. 4.

Rescriptum accipit vires ex intellectu scribentis, ita no. Innoc. in c. cùm ecclesiasticè. de excep. fol. 290. & in c. cùm olim. de præb.

Residentia, vide omninò sup. in ver. beneficiũ. in 5. q. & vide omninò sup. in ver. clericus. in 6. q.

Resignatio beneficij an possit fieri in alijs manibus quàm episcopi, vide Inno. in c. ex insinuatione. de simo. fol. 500. & vide gloss. in c. 1. de renun. in Cle.

Respondere non debet quis aduersario suo, nisi de mandato iudicis. Tamen si sponte respõdet, sibi præiudicat & imputetur sibi, ita no. Innocẽ. in c. prout. de do. & contu. fol. 237. nu. 1. vide glo. in c. cùm in causa. de iura. calum.

Respondere quis non cogitur positioni vel interrogationi, quando crimen obijcitur, nisi obijciens obijciat crimen cum notorio vel infamia vel sententia, quia vbi debet quis se purgare, ibi debet & respondere, ita no. Inno. in c. cùm super. de confes.

Respondere tenentur querelantibus oẽs illi, qui sunt in concilio prouinciali, ita no. Inno. in c. graue. de præben. fol. 365. nu. 7. Tamen in criminali nemo respondere tenetur sine citatione, de quo est casus in c. 1. de iudi. & vide Ioan. And. in c. fin. de electio. lib. 6. Et in generali concilio quilibet habet ius reuocandi domum, ibidem Innoc.

Respondere nolens intelligitur esse contumax, nisi sit liquidum, qualiter non tenetur respondere, ita no. Inno. in c. veniẽs. de accu. fol. 487. nu. 3.

Responsio, vide omninò sup. in verbo, positiones. in 2. q. & inf. in verb. reus. in 5. q.

Restitui in integrum contra sententiam, vel in integrum restitui ad appellandum quid differunt, vide Inno. in c. fi. de in integ. restit. fol. 184.

Restituitur

Restituitur spoliatus secundum modum & speciem spoliationis, ita not. Inn. in c. ex parte. de rest. spo. fo. 232. nu. 4. & vide inf. in uer. testis. in 60. q. & inf. in uer. testator. in 3. q.

Restitutio in integ. petitur de plano contra interlocutoriam, ita no. Inno. in c. querelam. extra de procu. fo. 165. nu. 2.

Restitutio in integrum aduersus sententiam & nullitas ipsius sententiæ possunt cumulari sicut in eodem libello, ita not. Inn. in c. constitutus. de in integ. rest. fo. 183. nu. 2. & nullitas est remedium extraordinarium, quomodo ergò conuertitur, respondeo alterum est uerum, non autem conuertuntur in essentia. Sed est quidam modus agendi toleratus à iure, sicut & ille dico sententiam nullam, & si qua est appello. Item ille dico rem ad me pertinere iure dominij uel quasi nam causæ & huiusmodi & probationes earum sunt contiguæ. Bal. vide sup in uer. ciuitas. in 2. q.

Restitutio in integrum quando petitur in iudicio ad allegandum uel probandum in ipso iudicio, sufficit tunc summaria cognitio & probatio, ita no. Inn. in c. ex literis. de integ. rest. fol. 179. nu. 2.

Restitutio in integrum aliter petitur à domino. l. qui seruo. §. item quare. ff. de rest. in integ. et rem potest quis petere in eodem libello siue petat restitui contra sententiam siue contra contractum celebratum super re possessa à petente. Secùs si super re non possessa. Et ideò aliud est cùm petitur restitutio contra præsumptionem quia contra non possidentem præscribitur, & est necessaria, rescissoria, ita no. Inno. in d. c. ex literis. in 2. col. de in integ. restit.

Restitutio in integrum est restringenda quia iuri communi & generali contraria, ita no. Inno. in c. ex transmissa. de præscr. fol. 298. num. 2. & no. ff. de condi. inde. l. si. §. idem quæsijt. & facit in ratione sui. ff. de act. & obl. l. in honorarijs. §. sed cum rescissa. Bald.

Restitutio Papæ non cassat electionem canonicorum, quia non inuenit locum uacantem, ita no. Inno. Host. in c. innotuit. de elect. Adde & uide glo. & tex. eod. tit. c. si eo tempore. lib. 6.

Retentio, uide inf. in uer. tutus. in. 1. q.

Reuelare, uide infrà, in uerbo, testis. in 60. quæst.

Reuelare an teneatur quis illud quod fit quãdo taciturnitate ueritatis iustitiæ non petijt, nam testis adeò tenetur, qui cum taciturnitate periret uera iustitia, uide Inno. in c. offic. de pœnit. & remis. fol. 544. de cond. ob cau. l. idem est. §. sicut. ubi de hoc & ibi uideas, & no. C. de fur. l. inciuile. & l. ciuilem. per glo. & Cy.

Reuocari possunt de facto quæ de facto fiunt, dicit Innoc. in c. audi. de rest. spo. fol. 225. nu. 3. ff. de euic. l. minor. in prin. uide sup. in uer. appellatio. in 23. q.

Reuocari non debet omne id quod post appellationem fit, nisi fiat contra appellationem, ita no. Innoc. in c. consuluit. de appel. fol. 322. & l creditor. ff. manda.

Reuocatur id quod fit contra appellationem, non id quod fit citra appel. secundum Innoc. in c. quia propter de elec. fol. 71. uide inf. in uer. sentẽtia. in. 52. q. & sup. in uerbo, absurditas. in penul. q. casus est in c. cùm inter. de elect.

Reuocatio, uide sup. in uer. commissio. in pe. q. & sup. in uerbo, dominus. in 2. q. & sup. in uer. fatẽtiũ. in 5. q. & sup. in uerbo, sententia. in 3. q. & in 23. q.

Reuocatio literarum domini papæ est odiosa & ualent literæ, licet nõ fiat mentio de appellatione, ita not. Inno. in c. ex literis. de offi. dele. fo. 137. & uide sup. in uer. causa. in 6. q.

Reus non cogitur respondere libello quãdo iurisdictio fundatur ex loco contractus nisi sit fundata prius iurisdictione, ita not. Inno. in c. romana. de fo. compe. fo. 201. nu. 2.

Reus potest opponere contrarias exceptiones ex quibus idem resultat effectus, secùs si discordent ratione finis, ita no. Abb. in c. ueniens. de præscr. & ibi per eum.

Reus cõuentus rei uend. si probauit se dominũ confirmanda est ei possessio & proprietas adiudicanda, ac si possidens non egisset, ita no. Inno. in c. cùm uenissent. de resti. spo. fo. 229. Actore ergò non probante reus absoluitur. Sed reo probante actor condemnatur reo, nam reus eo ipso quòd excipit uel negat petere uidetur. Non est ergò sine petitiõe si pro eo fertur sentẽtia. Et hoc patet quod sententia lata pro reo probante facit eum dominum, si actor erat dominus & si tertius erat dominus causat ei usucapionem. ff. de excep. rei iudi. l. si quis rem à non domino. Item si reus à possessione cadat & uadat ad actorẽ, poterit reus petere exequi sententiam contra actorem antiquum ex possessione noua, ut. ff. de iureiur. l. sed & si possessori. & si hoc nõ fateret sentẽtia lata pro tali reo ui cõdemnationis actoris faceret ui condemnationis domini, quia in reali etiam ubi non potest fieri condemnatio potest fieri executio. ar. ff. de pe. hãred. l. 4. de excep. rei iud. l. à te. §. 1. Sed Host. dicit quod reo absente debet ferri absolutoria: nam aut debet reo res adiudicari cùm non sit hoc petitum, nam reconuẽtio exigitur ad hoc ut actor possit cõdemnari reo in aliqua principali re aliàs frustra esset reconuentio. ff. de excep. rei iudi. l. si inter me & te. & est expressum. ff. si pars hæred. pe. l. 1. §. proinde. ibi inuicem petere debebunt etc. item dicere quod quando probatio excedit petitionem fiat condemnatio ex sola probatione absq; petitione ridiculum est, ut. o. examinata. de iud. Itẽ per Hostien. facit. C de transact. l. pro fundo. & no. in l. siue apud acta. eo. tit. nam non est idem retinere & adiudicare. Sed cùm Inn. concordat glo. ff. de proba. l. circa eum. & Dy. in regu nõ licet actori. de regu. iur. lib. 6. Item aliquid plus debet consequi reus probando se dominum quàm nihil probando. ar. inst. de act. §. 1. Sed per Host. facit quia natura sententiæ lata pro reo est petere excep. non ius agẽdi. ar. ff. de eo per quẽ fac. erit. l. 1. §. si reus. Dico quòd Inn. dicit uerum circa eandẽ possessionem non ut feratur condemnatoria, nisi per modum silentij, scilicet iustificatoria sententia, pronunciabit enim iudex reum iustè possidere, quia probauit se dominum, & ideò eum absoluet, & sic incidenter faciet mentionem de probatione dominij poterit etiam dicere. Item declaro eum dominum, quia in hoc uenit incidenter, et sic confirmat reo possessio & addetur titulus sententiæ. ar. ff. ad carbo. l. 1. Resultant effectus prædicti, quia licet mera probatio non habeat paratam executionem, uerum est nisi transiuit in sententiam confessionem uel iusiuran. Ita no. glo. quæ non est alibi in. d. l. sed & si possessori. §. pe. Et confessio tacita æquipollet expressè quo ad executionẽ paratã, quod est no. ff. de pact. l. tale pactũ. §. 1.

Sed

Sed dictum Hoſt. habet locum in diuerſa poſſeſſione, vt ſi reus poſſidet dimidiã, actor aliã dimidiã, nam nõ ideò quòd reus probet excipiendo ſe dominum totius rei adiudicabitur ſibi poſſeſſio actoris nec eã euincet, quia nõ eſt actũ ad hoc. Nunquam enim exceptio egreditur petitionem, vnde in exceptione compenſationis, ſi plus eſt debitũ ex quo compenſatur ad quod compenſatio obijcitur, & totum probetur, non tamen in reſiduo condemnabitur. ff. cõmod. l. in rebus. §. ſi. quod ſingulariter eſt not. Bal. vide, inf. in ver. ſilentium. in. 1. q. circa med.

Reus voluntarius debet firmare perſonam ſuam in iudicio, ſed reus neceſſarius eo ipſo quod eſt citatus habet perſonã legitimatã, Inno. ita no. in c. paſtoralis. de excep. fo. 29. nu. 3. Sed non legitimã cauſam niſi eam aſſignet & probat quod tenet mẽti. Et vide Inn. in c. cùm inter. eo. ti. Et eſt reus neceſſarius omnis ille contra quem dirigitur narratio petitionis ſpecialiter & non in genere, quia quãdo fit citatio generalis ſine ſpecificatione perſonæ ſolum intelliguntur citati illi quorum intereſt, & quia non conſtat quorum intereſſe habens comparationes ſi negatur eorum intereſſe docere de ſuo intereſſe ſecundum Innoc. ibidẽ quod no. Bal.

Reus conuentus quando ſimpliciter negat non cogitur probare ius ſuum, ſufficit enim ſibi quod alleget titulum. ff. de rei vendi. l. in ſpeciali. Secùs ſi excipit, ita no. Inno. in c. ſi diligenti. de præſcrip. fo. 301. in nu. 2. Dic vt in l. cogi. C. de pœ. hæred.

Reus punitur ex eadem inquiſitione criminaliter, et cogitur ad reſtitutionem damnorum, ita no. Inno. in c. cùm oporteat. de accu. fol. 490. nu. 2. & eſt multum no. Secùs in accuſ. in l. 1. C. quando ciui. act. præiud. cri. Bal. vide Cy. in l. ſi quis ad ſe fundũ. C. ad iul. de vi. & Barto. in l. prætor. §. hoc edicto. ff. vi bo. rap. & in l. interdũ. §. qui furem. ff. de furt.

Reus condemnatus per ſententiã quæ erat nulla an poſſit principaliter agendo petere declarari ſententiam nullam. Et videtur quod ſic, vt. ff. fami. ercif. l. quædam mulier. de iurepa. l. fi. Sed in cauſa nullitatis incidens quæſtio eſt, & incidit cauſæ appellationis, non autem eſt cauſa principalis & per ſe intentata, vt no. C. quan. prouo. non eſt neceſſe. l. 1. in gloſſ. ord. in contrarium videtur quod reus eſt tutus ope exceptionis & ſibi ſufficit exceptio, vt. l. 1. §. ſi reus. ff. de eo p quẽ factũ erit. l. 1. §. ſi debitor. ff. vt in poſſeſ. lega. Item ex quo ſententia eſt nulla non expedit à iudice petere id quod eſt ipſo iure diſpoſitũ vel cõceſſum. ff. de cõdi. inſti. l. quæ ſub cõditione. §. fi. & l. 1. C. de theſau. Solutio, dicunt quidam quod reus non poteſt agere de nullitate principaliter & per ſe, vt. l pure. §. ſi. de excep. do. Sed tu dic quod officium iudicis oritur quo petitur ſententia nulla declarari, & reuocari quatenus de facto proceſſit, vt. l. 4. C. de accu. facit quod no. ff. de ferijs. l. 1. in fi. principij. ff. quæ ſentẽ. ſine app. reſcin. l. 1. §. 1. de eui. l. minor. in prin. nec obſtat quòd datur exceptio, nã & nihilominus actio, id eſt, officium iudicis loco actionis dabitur. ar. ff. de lib. le. l. quod mihi. & quod no. ff. de iureiu. l. ſed & ſi poſſeſſori. poſt prin. ſecundum Abb. in c. de ſenten. & re iud. & tene menti. Bal. vide per Bart. in l. quidam in ſuo. ff. de cond. inſt. & ibi etiam per Bal. vide etiam per Barto. in l. fi. quos. de C. decurio. lib. 10.

Sed an procedat, iſta petitio dico ſentẽtiam nullã, & ſi qua eſt peto eam reſcindi vi appellationis, & videtur quod non ſecundum Abb. ibidem. Nam ſiue ſit actor originalis ſiue reus non poſſit allegare contraria, vt. c. veniens. de præſcri. quia iſta ſunt cõtraria eſſentialiter ratiõe finis nã cõtraria naturæ ſunt. Præterea ſi ſententia fuit lata ab ordinario cauſa appellationis pertinet ad ſuperiorem. Cauſa nullitatis non ptinet ad ſuperiorẽ, ſed ad eũ iudicem qui iudicauit, ut. C. quomodo & quando iud. l. fi. vt proponis. in glo. C. de ſen. ex peri. recip. l. 1. C. de ſen. & interlo. om. iud. l. 1. Sol. dicit Dy. quod aut appellat actor et nõ procedit libellus implicans contraria. arg. C. de inoffi. teſt. l. eum qui aut appellat reus & tunc procedat libellus, quia cauſa nullitatis uenit incidenter, ut in l. 1. C. quãdo prouo. non eſt neceſſ. Sed iſta ratio uidetur falſa, nam dicto libello cauſa nullitatis expreſſẽ, & per prius nõ per poſterius intentatur, unde principaliter uenit adeò quòd licet appellatio à principio eſſet ipſo iure nulla, uel poſtea deſerta, tamen durat cauſa nullitatis. argu. C. ſi penden. app. l. 3. facit quod no. Inno. in c. ſæpe. de app. & Guil. de Cu. in l. ſuum. C. de iure delib. & uide per Barto. in l. ſi expreſſim. ff. de app. Oldr. dicit quòd libellus procedit, quia iudicia quæ ſimul cumulantur ſunt ſimul tractanda & contigua: ad quod facit capitulum, conſtitutus. de in integ. reſt. & quod ibi no. per Inn. in c. cùm olim. §. eadẽ. de priuileg. ſed Inno. alibi dicit, quod aut appellatur à diffinitiua & procedit dictus libellus. Aut ab interlocutoria non habente inſtar diffinitiuẽ. Et tunc ſuperior non cognoſcit de nullitate ſicut nõ procedit libellus reſpectu nullitatis, quia interlocutoria nulla ipſo iure nunquam defertur ad ſuperiorem in gradus iuriſdictionis. Sed ad eundem iudicem pertinet corrigere factum ſuum, ita no. In. in c. dilecto. de app. quod eſt ualdè not. Ad hoc facit quod ubi cœptũ eſt iudicium, adhuc pendet ibi, & non alibi finẽ accipere debet. ff. de iud. l. ubi. imò plus eſt dicendum quod ſi in libello non eſt facta mentio nullitatis, tamen de ea pronunciari poteſt quia ineſt tacitè, & quia incidentia expediuntur ſine libello. ff. de excu. tut. l. qui teſt. ff. de mino. l. uerum. §. ex facto. ff. de appel. l. ſi conſtat. ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. item ſciendum. Sed pone condemnatus petit ſententiam pronunciari nullam, iudex pronunciat ſententiam nullam. Sed reus ultra dicit, domine abſoluatis me à debito. Dicit iudex ſuperior, ego nõ ſum iudex debiti, ſed iudex proceſſus & nullitatis eius. Modò quæritur an iudex nullitatis poſſit debito pronunciare, & uidetur quòd non, quia eſt petitum coram eo, nec habet in hoc iuriſdictionem, ſed ubi cœptum fuit iudicium ibi finem accipiat. ff. de iudi. l. ubi cœptum. ſecundum Iaco. Bu. in d. l. fi. ut proponis. ſed Bar. dicit, quod iudex nullitatis ſuccedit in locum primi iudicis in abſoluendo & condemnando ſuper contẽtis in prima petitione, per. l. abſentem. C. de accu. in uerbo ibi proſua iuſtitia reformabit, uide per Bart. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. & in l. pe. C. quando prouo. non eſt neceſſ. habet enim cauſa nullitatis naturam appellationis ut deuoluat totum negotium ad idem. ff. famil. ercif. l. quædam mulier. ubi corrigitur ſententia & pronunciatur ſuper actione prima ad idẽ de iure patro. l. Carmelia pia. ſed Iaco. de Are. cõcedit hoc quando cauſa primum iudicẽ redire non debet propter ſuam ad iniquitatem & dolum, ut. d. l. 4. C. de accu. aliàs ad

eundem

eundem redit pronunciatio niſi ſit appellatum, vt d. l. ubi cœptum. & d. l. carmelia pia. & hæc teneas & no. benè iſta Bald. vide Cy. in l. eos. C. de appel. & Bald. in l. tale pactum. § qui prouocauit. in 14. q. ff. de pac. vbi videtur diſtinguere an ſit petitum vt pronuncietur ſuper principali vel non ſit petitum.

Rex, vide omninò ſup. in verbo, Papa. in 1. q. & ſup. in verbo, bellũ. in 1. & 2. q. & ſup. in verbo, princeps. in 1. q. & ſup. in verbo, bellum. in pe. q. & ſup. in verbo, citatio. in 44. q.

Rex poteſt donare & etiam alienare moderatè, non ita immoderatè vt lædatur dignitas regalis, ita no. Iun. in c. intellecto. de iureiur. fol. 289. idem in Imperatore, vt not. in Auth. quomodo opor. epiſco. in prin. col. 1.

RVMOR eſt vocum multitudo. Fama verò eſt opinio, vt. c. ad petitionem. de accu. per Inno.

Rumor minor eſt quàm fama, ita no. Innoc. in c. tertio loco. de præſumpt. facit tex. in c. ſuper eo. de conſang. & affini. & facilius naſcitur & finitur rumor quàm fama. l. fi. ff. de hæredi. inſti. Item iudicium minus eſt quàm ſemiplena probatio. ff. de proba. l. cùm probatio. per glo.

Ruſticus, vide ſup. in verbo, ciuitas. in 3. q. ibi, & in honoribus municipalibus ruſtici non continentur. Bal.

SACERDOS quando debeat dimittere miſſam propter præſentiam excommunicati et quando non, vide Innoc. in c. nuper. de ſenten. excom. fol. 550. num. 3. & c. vt famæ. eo. tit. vbi per Inno.

Sacerdos etiam ſimplex abſoluit ab excommunicatione in articulo neceſſitatis, ita no. Innoc. in c. decæterò. de ſenten. excom. tex. eſt in c. nuper. in fi eo. tit. fol 550. num 6. idem tenet Abb. in c. ſi. de ſepul. Et dicit quod excommunicato qui confeſſus fuit non poteſt interdici ſepultura, licet non ſatisfecerit, quod not. Bald.

Sacerdos non debet teſtificari nec diuulgare illud quod ſibi dictum eſt ex confeſſione, quia illud ſcit vt Deus non vt homo, ita not. Inno. in c. qualiter. de accuſa. fol. 490. nu. 2 & not. idem in ſumma de confeſ. q. 185. & per beatum Thom. in 2. 2. q. 70. artic. 1. in reſp. ſecundi argumenti, vide inf. in ver teſtis. q. 60.

Sacerdos in foro pœnitentiali eſt publica perſona & poteſt ſtipulari abſenti, ita not. Inn. in c. parochi. de ſepul. fol. 412. vide gloſſ. not. in c. quanquam. de vſur. lib. 6. Adde quod in foro pœnitentiali non requiritur præſentia aduerſarij, ſecùs in foro iudiciali. ff. de confeſſ. l. certum. §. ſi quis abſente.

Sacerdotes electi à capitulo quando dicantur habere curam animarum, vide Inn. in c. cùm non igno. de præb. fol. 357. num. 1. vide inf. in ver. teſtis. in 51. q.

Sacerdoti pauperi an liceat locare operas ſpirituales? dic quod non in præiudicium dominorum, ſed in eleemoſynis ſic, ita not. Innoc. in c. quoniam. ne præla. vic. ſuas. fol. 504. num. 3. & 4.

Sancti quando diſſonant in opinionibus neutra ſapit hæreſim, ita no. lũ. in c. ne innitaris. de conſt.

Satisfactio, vide ſup in ver accuſatio. in 4. q.

SCHEDVLA vide inf. in verſi. ſigillum. in 4. & 6. q. & vide ſup. in ver. citatio. in 32. q.

Schiſma eſt triplex, vt per Innoc. in c. 1. extra de ſchiſma. fol. num. 1.

Scientia præſumitur poſt duos menſes à die publicationis vel bonus vir arbitrabitur, ita not. Innoc. in cap. 2. de conſt. fol. 2. & l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. Bal.

Scientia cancellarij habetur pro ſcientia Papæ, ita not. Inno. in c. cum dilecta. de reſcr. fol. 19. nu. 3.

Scientia præiudicat perſonæ tranſuerſali in ſuis caſibus, licet citatio non interuenerit, vide Inno. in c. quamuis. de re iud. fol. 314. num. 4. & ſic not. caſus in quibus ſufficit ſola ſciẽtia ſine aliqua denunciatione, & vide. C. ſi vnus ex plu. app. l. 1. Sed ſpeciale eſt in cauſa appellationis, quia ſententia eſt indiuidua, & ibi vide Cy. Bal.

Scientiam probare debet qui allegat ſcire, Innocen. de fil. presby. c. conſtitutus. fol. 108.

Scire nullus tenetur ſed credere & opinari, ita no. Inno. de reſcr. c. niſi cùm pridem.

Scribens ſententiam mortis irregularis eſt, ita no. Inn. in c. ſententiam. ne cle. vel mona. fol. 162. num. 1. Et quid de baliſtarijs ſimiliter, vide ibidem per eundem Inno.

Scribi non debet in inſtrumentis aliquid quòd ſit contra bonos mores vel contra ius, ita not. Inno. in c. filius. de teſta. fol. 400. Adde etiam quòd nec inſolita nec nimis cauteloſa. ff. de condit. inſti. l. ſi quis ſub conditione. & quod ibi not. & tenementi hic. Bald. Et ſic no. quod cauteloſa prouiſio & adtectio clauſularum inſolitarum præſumptionem fraudis inducit, vide in c. illo vos. de pig. & in c. ad noſtram. de emp. & vend.

Scriptum ſi eſt alicui quòd faciat Titio prouideri, & prouiſor mandat quod fiat hoc in certa eccleſia, & ibi hoc de iure fieri nõ poſſit poteſt mandare quod alibi recipiatur, ſecùs ſi de iure tenet man. licet non habeat facti executionem, ita not. Inno. in c. in literis. de offi. dele. fol. 122. num. 2. ar. ff. de fideicom. l. quia ſatis & ff. mand. l. inter cauſas. §. abeſſe. & ff. qui ſatiſ. cog. l. quoties. cum ſi. & c. ſuper eo. de offi. dele per eundem, & vide per Inno. in c. decæterò. de re iud.

Scriptura qualis dicatur publica, & qualis nõ, vide in c. 1. in prin. ſui de fide inſtr. per Inno. vide ſup. in ver. prælatus. in 2 q.

Scriptura qualis dicatur authentica, & qualis non, vide in d. c. 1. in prin. c. de fide inſtru.

Scriptura ex quo eſt facta manu publica, & habet ſigillum authenticum, et mortuis teſtibus ibidem ſcriptis facit fidem & creditur illi ſcripturæ, dummodò non ſit in aliquo vitiata, vel vituperata, vel ſuſpecta, vel calumnioſa, ita no. Inn. in d. c. 1. de fi. inſtru. fol. eo. ſuper ver. publicam. & ibi tex. ad literam. Bald. vide in c. cum P. tabellio. eo. tit. per Inno.

Scriptura iudicis licet ſit tribus teſtibus ſubſcripta non probat acta, niſi ipſe iudex ſit iudex & notarius, & ea ſcribit vt notarius, ita not. Inno. in c. cùm à nobis. de teſt. fol. 259. C. de ſac. ſan. eccle. l. iubemus. §. his tabel quod no. Bal. Et ſic ſcripturæ iudicis non creditur, licet ſit facta in iudicio, vide Bal. in Auth. ſi quis in aliquo documento. C. de æden.

Scripturam neganti eſſe notarij incumbit onus probandi, Inn. in d. c. 1. de fide inſtru. fol. 273. nu. 9. Adde quod no. in c. veniens. de verbo. ſign.

Scripturæ regiſtri, an faciant fidem, vide Inn. in c. 1. de procur.

Scripturæ ſolius notarij creditur circa dicta teſtiũ, ita no. Inn. in c. cùm dilecti. de elec. fol. 63.

Scrutinium, vide ſup. in ver. perſona. in 1. q.

SENEX quando dicatur quis ita quòd eius teſtimonium recipiatur ante lit.conteſt.relinquitur arbitrio iudicis,ita no. Inno.in c.quoniam.vt li.non conte.fol.207.num.2.

Sententia lata ſuper crimine eſt perpetua,ſecùs ſi ſuper contumacia,ita no.Innoc.in c.ex literis.de conſt.fol.6.num.2.& ibidem Hoſti. & gloſ. Sed quomodo poteſt eſſe perpetua, quia dicit gloſſ. in Auth.vt nul.indi.§. ad hæc. ver. iubemus. collat. 9.quod præcepta iudicis non durant vltra tempus ſuæ iuriſd. per. l. fi. ff.de pæ.& de iuriſd.om. iud.l.eum qui magiſtratus. Facit quod not.in l.1. C.de poſtu.l.ſi certarum.§.ſi ff.de teſt. mil. & offi.leg.e. præſenti. lib. 6. hoc intellige lite non conteſt.nec cognitio de cauſa facit præcepta, quia tũc ſua præcepta non extendantur vltra tempus ſuæ iuriſd.Secùs ſi præcedit litem conteſta. quia tunc ſunt perpetua,ita not.glo.valde no.in d.l.ſi. ff. de pæn.& ſic tollitur contrarium de. d. l. 1. C. de poſtu.& ibi no.in opin.& hæc in arbitrarijs, alia autem præcepta ſine cauſa non valent,vt.l.3. C. cõmi.vel epiſt. Et cum cauſa ſunt perpetua. ff. de iudi.l.ſi debitori. & .l. quoties. C. de fideicommiſ. Bald.Adde quòd not.Arch.in d.c.præſenti.

Sententia non debet formari cõtra canonicum qui defendit eccleſiam ſeu eius perſonam, ſed debet formari contra eccleſiam quam defendit, ita not. Abb.in c. cùm iam dudum. de præb. & licet ſic vnus canonicus poſſit ſuam eccleſiam defendere,non tamen in eius perſonam ſed in perſonam eccleſiæ ſententia eſt formanda, & tene menti. Bald.

Sententia,regula eſt quod cui nocet ſententia noceant & acta,ita no. Innoc.in c. cauſam quæ. de teſt.fol.256.num.3.quod no.

Sententia quæ erat nulla propter defectum iuriſdictionis ſi per ſuperiorẽ pronuncietur aliqua conualeſcit,ita not.Innoc.in c.ſuper literis. de reſcri.fol.16.nu.7.vide ſup.in ver. caſus.in 7.q.

Sententia lata per obreptionem quando debeat retractari,vide Innoc.in c.cùm dilecti. de reſcrip. fol.19.num.3.vide inf.in ver.teſtis.in 42.q.

Sententia lata ſuper iuriſdictione reſpectu territorij lata inter partes domino non præiudicat, ita no. Inn.in c.ſuper literis.de reſcr.fol.16.vide ſup. in ver,reus.in 3.q.

Sententia interdicti ritè fertur in vniuerſitatem,quia poteſt ferri pro alieno delicto, ita not. Inno.in c.bonæ.de elec.fol.52. vide ſup.in verb. citatio.in 18.q.

Sententia lata ſuper inquiſitione præiudicat accuſationi niſi probent de proprio intereſſe, & de ignorantia,ita no. Inn.in c.cum dilecti.de elec.& vide per.Ber. & Inn. in c. cùm P. manconella. de accu.fol.486.num.1.4.5.8.& 9.vide ſup.in ver. citatio.in 9.q.

Sententia lata ſuper ætate nõ tranſit in rem iudicatam,quando lata fuit ex aſpectu vel præſumptione,vel ſummaria cauſæ cognitione, vt ibidem. Hoſt. Si autem ex plena diſcuſſione tunc tranſit in rem iudicatam,pro probante, & contra probantem,vt.l. de ætate.ff. de minо. tene menti. Bal.vide ſup.in ver.citatio.in 19.q.

Sententia ſuper ætate non facit ius vbi verſatur periculum animæ,ita not.Inno.in c. cùm dilecti.de elec.fol.63.num.8.

Sententia lata interdicto vti poſſidetis contra defunctum non mandatur executioni contra hæredem ex facto hæredis,ita no.Inno.in c.abbate.de ver.ſig.fol.569.num.3. Ratio eſt,quia eſt diuerſum factum de quo non eſt actum.l.de ea.§. fin.ff. ad exhib.Bald. vide. ff. de pig. act. in l. rem alienam.

Sententia arbitratorum ſiue fuerit bona ſiue mala eſt ſeruanda,ita no.Innoc.in c.ſicut. de ſent. excom.

Sententia expenſarum poteſt ferri licet quia nõ ſit citatus ad hoc ſi erit contumax,ita not. Inno.in c.calumniam.de pœ.fol.541.num.2.Ratio eſt,quia citatus in principali videtur citatus in acceſſorio, etc.Bal.

Sententia poteſt retractari propter æquitatem caſus ſuperuenientis,ita no.Innoc. in c. 2. de purga. cano.fol.538.& ibi caſus idem tenet Azo in ſumma. C. de re iud.quòd no.Bal.& eſt caſus.ff.ad leg. Aqui.l.in l.Aquilia ſi deletum. & .ff. de cond. fur.l.ſi fullo vel ſarcinator,etc.

Sententia quæ dicatur generalis,& quæ generaliſſima, & generalitas ſententiæ præſupponit generalitatem libelli,quia ſententia debet correſpondere libello. Et quæ ſunt illa quæ debent poni in libello ſpecifice, & quæ non. De omnibus iſtis vide per Innoc.in cap.tanta.de exceſ.prælo. 527.num.4.Et dicit quòd principalia ſunt no. natim petenda. Sed acceſſoria iuris & acceſſoria actionis veniunt tacitè iudicis officio mercenario ſecundum Inno.ibidem.& eſt ratio, quia iudicis officium mercenarium libellum non deſiderat,vt no.ff.de interrog.act.in rub.Bal.

Sententia abſolutoria ab inſtantia iudicij non eſt diffinitiua, quia vt diuerſa ponitur,ita not. Innoc.in c.ad petitio.de accu.fol.493. nume.3.& eſt caſus in l.Titia.ff.de actio.& oblig.& ibi Barto.& gloſ.ordi.in l.clarum.ff.ſi ſer. vend. & not. per glo.in c.fina.de app. in Clemen. vbi not. quòd abſolutoria ab inſtantia appellationis eſt interlocutoria.Bald.

Sententia lata per iudicem ſecularem ſuper dote valet,ita no.Inn.in c.de prudentia. de dona. inter vi.& vxo fol.483.

Sententia legitimationis vel illegitimationis non facit ius quoad alios,ita no. Inno. in c. cauſam quæ.qui filij ſint leg.fol.479.num.5. Nec ſententia falſi ſecundum eum ibidem, & eſt caſus in l.2. C.de fid.inſtru.Bald.

Sententia enim filiationis facit ius,vt.l.1.in fi. ff.de lib.agn.quæ eſt contra Bal.

Sententia debet formari contra defenſorem defenſorio nomine,ita no.Inno.in c.cauſam quæ. qui ſi.ſint leg.fol.479.num.9. vide Bar.in l.ſolutionem.ff.de ſolut.

Sententia ſuper legitimatione perſonarum poteſt reuocari & poſt lit.conteſt.ita not.Innoc.in c. nouit.de app.fol.325.in contrarium facit.ff. de iu. l.ſed & ſi ſuſceperit.Bal.

Sententia lata ſuper naturali poſſeſſione an præiudicet poſſidenti ciuiliter, vide per Innoc.in c. quamuis.de re iud.fol.314.nu.2. vide.ff.de vſuf. l.cuiuſcunq.§.1.Bald.

Sententia excommunicationis,ſuſpenſionis,& interdicti eſt ſpecialis,vt ſi lata eſt ſub conditione:vel die, interim quandocunq; poſſit appellari etiam poſt 10 dies,quia huiuſmodi ſententiæ nunquam trahuntur retrò, etiam ſi iudex dicat ex nũc prout ex tunc excommunicamus,vt.ff.de off.procon.l.obſeruare.§.ſi. & de ver. obl. l. huiuſmodi. quod eſt verum in conditione de futuro, ſecùs ſi de præſenti vel de præterito,vel purè, quia tunc appellatio non ſuſpendit executionem quæ ſtatim traxit ſecum ſuũ effectum, nec enim excommunicatus reconciliatur per app.ſed per abſolutionem, & manus impoſitio, quia iſta forma tradita eſt ab eccleſijs. Eccleſiaſtica forma tenaciter ſeruanda eſt,nam omiſſio modi vel formæ etiam in actu fauorabili impedit diſpoſitionem legalem.ff.de ver. obl.l.qui Romæ.§.ſlauius.item quia trahit ſecum inſeparabilem executionem iuris, & de iure, vide Innoc.in c.præterea.de app.fol.324.num.5. & gl. in c.1.de conſeſ.præb.in Cle. Sed dubitatur de iſta ſententia,excommunico te niſi ſolueris, an ſit pura vel conditionalis retractanda facta ſolutione. Et ſi quidem ſententia incipit à condẽnatione,videlicet,condemno te ad 10.niſi ſolueris in tali termino, excommunico te, iſta excommunicatio eſt conditionalis, & moram non ſoluendi deſiderat ſecundum Innocent. quia venit ad pœnam contumaciæ,& ideò malè dicit gl. quæ eſt. ff. de act. & obl.l.obligationum ferè.§.conditio.nam dictio niſi aut inſeritur obligationi primariæ aut ſecundariæ. Primo caſu facit conditionem.ſi.de condi.& demon.l.quibus diebus.§.quidam. Secundo caſu non facit conditionem.ff.de in diem addic.l.1. niſi moram deſideret,vt hic, vel dic vt not.in d.l.2. Aut enim apponitur ad inchoationem commodi, & tunc facit conditionem, aut ad executionem commodi,& tunc facit modum,vt.l.vniuerſa. C. de prec.imper. offer. aut ad expirationem contractus vel beneficij & tunc non, aut adijcitur ad inchoationem incommodi & penalitatis, & tunc facit conditionem,vt hîc ex natura. Sed quid erit de iſta ſententia,excommunico te ſi eliges, an iſta ſententia requirat actum in facto eſſe & ſic valeat electio tanquam facta à non excommunicato, an ſufficiat in fieri vt excommunicatio actum præuenire videatur quòd eſt verius ſecundum Innoc. quia qui excommunicat videtur interdicere, & mens ſententiæ eſt ponderanda,ita not.in ſimil.ff. fa.ercisc.& puto.§.1.ita no.Innoc.in d.c.præterea requiſiſti.de app.quod tene menti.Bal.vide Cy.in l.1. C.ſi aduer.del.& facit de verb. ſig. c. intelligentia.& .c.præterea.& .c. in his. vbi magis ponderatur mens ſententiæ quàm verba. quod nota benè.

Sententia lata præiudicat in omnibus quæ conſecutiuè ſunt priorum iudicatorum,nõ in his quæ requirunt nouum iudicium,ita no.Inno.in c.cùm ſuper.de re iud.fol.307.in prin.

Sententia qualiter fit ferenda in perſonalibus actionibus ſi reus cadat à poſſeſſione, vide Innoc. in c.1.de re iud.fol.304.

Sententia quibus verbis debeat formari, vide Inno.in c.abbate.de re ind.& ibi dicit quod iudex poteſt dicere ego et nos,licet ſit vnus ſolus iudex. Innoc.

Sententia præiudicat ei qui ſcit ſuam cauſam agi ſi non appellat,ita no.Innoc.in c.ſicut nobis.de re iud.& eo tit.& in c.quamuis.& ibi no.

Sententia in quibus caſibus tenet contra res prius iudicatas, vide Innocent.in c.ſuborta.de re iud.fol.313.

Sententia lata propter falſos teſtes retractatur, ita not. Innocen.in c.cùm inter.de re iud.fol.306. num.2.

Sententia diffinitiua lata per iudicem appellationis an valeat appellatione deſerta,vide per Innoc.in c.ex ratione.de app.fol.319. num. 3.& per Dyn.in l.ſcire oportet.§.conſequen. ff. de excuſa. tut.& inſtit.de actio.§.rurſus. Ratione dubij valet forte in caſu vero exiſtente.

Sententia condemnatoria lata ſuper aliquo capitulo libelli generalis, vt plurium capitulorum ſpecificatorum,an intelligatur abſolutoria in caeteris capitulis,vide Innocen. in c. cùm inter. de re iud.fol.306.nu.3. qui dicit quòd ſic in libello generali.Secùs in capitulis ſpecificatis ſecundum eũ ibidem. Primum eſt verum mero iure. Sed quo ad effectum de æquitate ſubdiſtinguitur,quia aut eſt generalis perſecutio, aut ſpecialis, ſi generalis verum dicit Innoc.ſi ſpecialis, aut per errorem, quia proſequens ignorabat ſe habere ius aliquod & tunc non noceat. C.de iudi. licet. aut pro maleficio cauſa diuidendi vnum proceſſum in plures, & tunc in omnibus noceat.ff.de arbi.l.de rebus,ita no.Cy.ſecundum Petr. in d. l. licet. C. de iudi.& ibi videas.Item in ſententia abſolutoria debet inſeri cauſa,in condemnatoria non, quia reſpicit libellum ff.de inſa.l.2. C. de iudi. l. properandum. Bald.Vel clarius ad ratificandum iſtam materiam dic vbi ſunt plura capitula quæſtionis iudex hodie ſuper vno,cras ſuper alio poterit ferre ſententiam,ſed ſi vna eſt ſententia de expen. li. vt in.c. auditis.de procu.& melius in c.finem. de dol. & contu. Innoc.dicit quod in primo dicto ſententia eſt nulla qua condemnauit idem ſi abſoluiſſet ſiue fuerit ſententia iudicis ordinarij ſiue alterius, vt no.glo.ord.C.ſi aduer.rem iud.l.1. & .ff. de arb. l. diem.in glo.poſita ſuper verbo,à tota. & not. in l. apud Celſum.§.item quæritur.de exce. doli. & .l. pro his.C.de app.l.eos. & .l. ampliores. & .ff.famil.erciſc.l.in hoc iudicio. & de iud. l.de quare. & .l.1. C.de ord.indic. Sed in contrarium videtur extra de arb.c.cum tempore. ſed ſolue vt ibi. Ber. Inno.& Ioan. And.dicunt quod habeat locum ſiue capitula principaliter & ſingulariter petantur in eodem libello ſiue petatur magna ſumma ſiue parua,ſiue plures res, vt not.in d. l. diem.in glo.à tota.in fi.dum dicit,item in pluribus controuerſijs per.l.quidam tantùm. in prin. & in hoc malè dicit Inn.Si verò in diuerſis libellis tunc ſeparatim poteſt ferre ſententias,& quælibet valebit per. d.l. quidam tantum. ver. quid ſi. vt ſeparatim quaſi plura compromiſſa,etc. Non obſtat.l.etiam.§.1.ff. de mino.quia non loquitur in cauſa principali ſed in cauſa reſt.in integram vt ibi. licet à certo capitulo petere reſt.in mte. vbi non eſt neceſſe ab omnibus petere ſuper quo eſt reſtitutio indulta & ſententia valebit ſiue ſit confirmans ſiue non. Nõ obſtat.l.quædam mulier. ff.famil. erciſc. quia ibi loquitur in cauſa appellationis vbi licitum eſt à certo capitulo appellare,nec eſt opus à tota ſententia appellare vbi ſententia lata eſt in vno capitulo.à quo non eſt appellatum valet licet tota ſententia non tangatur. Secùs in cauſa principali vbi omnes controuerſias in eodem libello inſertas ſuper diuerſis capitulis valet ſententia vna decidẽdo, abſoluendo, condemnando vel in parte abſoluendo,& in parte condemnando ſecundũ quod expedit,vt.d.l.diem.§. quid tantùm.ff. de arb.& in l.in hoc iudicio.ff.fami.erciſc.& .d.l.etiam.§.ſi ex cauſa.ff. de mino. ſecundum Iaco. de Are. & Odo. Ratio enim eſt quia ſententia debet eſſe conformis libello,aliàs eſt ipſo iure nulla, item iudex non poteſt diuidere libellum nec pro parte ſua officio fungi. Et circa hoc ſatis quod triplex eſt pars.ſ.integralis,numeralis & reciproca, nam ſi vendico domum,& iudex ſolum iudicat de ſuperficie

ficie & non de solo ipso iure non valet sententia, quia totum integrale est petitum, & de toto integrali non potest ipse diuidere nec scindere, iurisdictio enim & officium pronunciandi debet esse indiuiduum & integrale, sicut dicimus in testamento, quod actus ipsius est indiuiduus. l. hæredes palam. §. pen. ff. de testa. Testamentum enim dicitur sententia sicut ipsa sententia iudici & ꝙ indiuiduum recipit strictiorem similitudinem. ff. de admi. tut. l. inter tutores. Pars verò naturalis est triplex, scilicet pars rei, id est quantitatis, pars actoris. i. capituli in actione generali, & pars libelli, vt cum plures in eodem libello simul cumulantur actiones. In prima parte sententia ipso iure non valet, vt si peto decem & iudex profert sententiam in 5. vt not. in l. 1. C. si aduer. rem iudi. Nisi agamus contra plures in solidum, tunc enim valet sententia contra quemlibet pro parte, licet quo ad singulos sit pro parte tamen quo ad diuersos est in solidum, vt. l. 1. C. si plures vna sent. quia super toto est pronunciatum. Et vide Cyn. in d. l. pe. in 2. parte, quando sub vna actione plura capitula comprehenduntur, siue vnum qualificet aliud siue non, tamen super toto est pronunciandum. Tamen quædam differentia est, nam ibi sunt duo capitula coæqueua siue paria. Si libellus fuerit generalis & prosecutio generalis ipso iure non valet sententia in parte, vt. l. quid tamen. ff. de arbi. Si autem specialiter fuerit prosecutus refert, quædam est prosecutio ad litis inchoationem, vt lit. contest. quædam ad vehementem probationem, vt subsequentia post lit. contest. Si ergò lis fuerit specialiter conte. super certo capitulo tantum valet sententia ipso iure, & alia capitula super quibus non fuit lis contestata complecti non potest, quia diffinitiua non potest ferri super eo super quo non erat lis contest. Si autem erat generaliter lis contestata, sed postea actore patiente declarata super vno capitulo, si quidem sequitur, scilicet tunc sententia specificè fertur in vno capitulo reseruato tamen iure si quod competit, in alijs autem valet sententia. Si autem simpliciter est lata tunc de iuris rigore non diuiditur secundum naturam sententiæ quæ est quòd sit indiuidua, & ideò de rigore in omnib. obest, sed de æquitate quia non prosecutus est omissa medijs datur replicatio nisi actor dolo fecerit causa vexandi reum. ff. de arbitr. l. de rebus. & not. in d. l. licet. per Cyn. Sed vbi capitulū qualificat aliud missio qualitatis non vitiat substantiam sic. ff. de pœnis. l. si præses. non enim tanta vis est accidentis licet dependeat ab ipsa substantia sed ecōtrà facit ꝙ no. ff. de suspec. tut. in l. hæc enim. In tertia verò parte vbi plures actiones cumulantur eodem libello & iudex iudicat de vna tantum, dico quod plures libelli censentur & valet sententia ipso iure, vt si quis cumularit petitorium & possessorium. C. de appellationibus. l. 1. & est pars reciproca. Et tunc aut reciproca circa idem iudicium vt numero indiuisorio & tunc non valet sententia in parte lata, vt si iudex designat vni partem & non alteri ad hoc facit lex in hoc iudicio fami. ercis. Aut sunt diuersa iudicia, vt causa conuentionis & reconuentionis, petitionis & compensationis, tunc valet sententia in altero, sed propter iniquitatem iudicis potest appellari. ff. quæ sentent. sine appel. rescin. l. 1. in fin. & de compen. l. quid. §. 1. cum simi. Et per ista verba plura iura ad consonantiam rediguntur. Innoc. hîc aliqualiter tangit ista in c. cùm inter nos. de re iudica. sed hic not. hoc clarius. Bald.

Sententia est certa licet referatur ad instrumenta in iudicio non producta, ita not. Innocent. in capitulo, cùm venerabilis. de except. fol. 292. num. 8.

Sententia iudicis excommunicati si non erat publicè excommunicatus valet, ita no. Innoc. in c. except. de excep. fol. 296. numer. 1. casus est in c. ad probandum. de reg. iur. Nam sententia publicè excommunicati non tenet, vt hic per Innocentium & per Abb. in d. c. ad probandum. de re iudi. & etiam de iure ciuili, vt not. in l. prima. C. de re iudi. in gloss. ordinaria, quam not. quia est singu. Bal.

Sententia arbitratoris condemnatur etiam si fit iuratum non venire contra, ita not. Innocentius in capitulo quintauallis. de iureiurand. fol. 286. num. 2. & vide supr. in verbo, præsumptio. in 3. quæst.

Sententia reductionis ad arbitrium boni viri meretur executionem officio iudicis, ita not. Inno. in d. c. quintauallis. de iureiurand. fol. eod. idem in iuramēto appositō in compromisso arbitratoris secundum eum ibidem.

Sententia lata per arbitratores in diebus solennibus valet, quia quod fit ab eis tenet & in quacunque die solenni. Ratio enim est, quia arbitrator non dicitur propriè iudex, nec iudicium censetur, nec per consequens sententia, vide Innocentium in capit. quintauallis. de iureiur. fol. vt sup. & vide in Auth. vt diffe. iudi. §. si verò. colla. 9. & in Spec. in titul. de arbi. §. fin. sed nunquid amicabilis. Bald. vide sup. in verbo. factum. in 12. quæst.

Sententia debet mandari executioni non obstante quòd aliquis dicat se habere ius in illare, præstita tamen citatione per illum cui illa res est adiudicata, ita no. Inno. in c. veniens. de testibus. fol. 263.

Sententia potest ferri in causa matrimonij sine scrip. ita no. Innoc. in c. Albericus. de testi. fol. 265. num. 1. in alijs autem casibus requiritur scriptura & potest ferri sine testibus secundum Innoc. ibidem. Sed arg. contra in Auth. de hære. & falci. §. si verò absti. col. penul. Solu. dic quòd ibi loquitur in inuentario. Bal.

Sententia lata præsente parte & non contradicente præsumitur pro eo quod sit lata solenniter & veritatem contineat, ita not. Inno. in c. quoniā contra falsam. de proba. fol. 252. ad hoc facit. l. 1. C. de re iud. et l. cū ostendimus. §. fi. de fideiust. tut. & l. fi. quando appel. sit. Bal. vide glos. fi. in si. in d. c. quoniam contra falsam.

Sententia licet dicat qualiter lis sit contest. & iuratum fuit de calūnia, etc. vt solet apponi in sententijs nō propter hoc creditur sententiæ nisi aliàs appareat per acta, ita not. Innocen. in d. c. quoniam contra falsam. fol. eod.

Sententia excommunicationis non præsumitur pro iudice nisi prout in alijs sententijs, ita not. Innocentius in d. c. quoniam contra falsam, folio eodem.

Sententia diffinitiua debet ferri ex personali citatione, idem in sententia excommunicationis, quia requiritur monitio. Hoc verum nisi reus malitiosè latitaret, quòd præsumitur ex coniecturis, vt not. in l. Fulcinius. ff. ex quib. cau. in pos. ea. Vel etiam absens à loco debitæ residentiæ, puta ab

ab ecclesia vbi tenebatur residere: nam tunc sufficit eum citari ibidem. Præsumitur enim se malitiosè absentare cùm teneatur ibi residere, hoc verum agente eo, cui est obligatus ad residentiam, puta agit ecclesia contra clericum vel vxor contra maritum. Secùs si tertius ageret, quia quo ad eum non teneturresidere, vide istud not. per Innoc. in c. si aduersarius. de eo qui mit. in possess. causa rei seruan. fol. 243. num. 7. Bald.

Sententia etiam incerta non valet super expen. ita no. Innoc. in c. finem. de dolo & contu. fol. 237. num. 2. vide sup. in verbo, petitio. in 5. q. & sup. in verbo, confessio. in 6. q.

Sententia priuationis non est necessaria, quando quis renunciauit beneficio, quia ipso iure est priuatus, & ideò sine alia citatione potest statim ab ordinario alteri conferri beneficium illud, & auferri sibi possessio. Sed quando quis per delictū vel contumaciam est priuandus tunc requiritur sententia & ea lata priuatus erit & non antè, ita not. Innoc. in c. audita. de resti. spo. fol. 225. num. 4. Ad vltimum dictū vide glos. quæ tenet contrarium in ca. commissa. de elect. lib. 6. in glo. quid si, etc. Circa primum dictū, vide in c. licet episcopus. de præben. lib. 6. in nouella. & in c. secundum leges. de hære. & de offi. ordi. in c. ordinarij. eo. lib. in nouella.

Sententia iudicis qui bona fide est in quasi possessione iurisdictio, valet. Vnde in iurisdic. quæritur possessio ab ordinario quando ingressus est territorium, & subditi sibi obediunt in præceptis, vnde magis signum obedētiæ est facere siue obedire quàm pati, ita no. Innoc. in c. in literis de restit. spol. fol. 226 num. 7. & 8. De hoc vide l. si vrbana. ff. de condi. inde. & l. filiæ ff. de solu.

Sententia fertur non solùm super eo quod petitur, sed etiam super causis eius, ita not. Innoc. in c. cùm ecclesia. de causa possess. & proprie. fol. 220. num. 2.

Sententia non tenet quando non præcessit legitima citatio, ita not. Innoc. de procu. c. querelam. fol. 165. num. 2. & vide ff. de re iudi. l. si cum nulla. & in l. vir bonus ff. iudi sol. & in l. si pater. C. ne de stat. defun secus si est aliqua & potest elidi quia arctat nisi opponatur Bal. vide sup. in verbo. citatio. in penul. q.

Sententia vel processus quando petitur annullari imploratur officium iudicis, ita not. Innoc. in c. ex insinuatione. de procu. fol. 166. idem si contrarius, vt in c. constitutus. de in integ. rest. & offi. iudicis largo modo dicitur actio personalis, & non parit exceptio rei iudi nisi ex causa expressa in libello, ita not. Innoc. in d. c. ex insinuatione, vide per Bar. Bal. in l. quæ sub conditione. §. si ff. de cōdi. insti.

Sententia vniuersalis mandatur executioni in rebus quæ probantur tempore executionis, ita no. Inno. de offi. ordi. c. conquerente. fol. 153. facit l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Bal.

Sententia lata super iurisdictione negatiuè nō potest reuocari etiam de voluntate partium prorogantium, ita no Inno. in c. significasti. de offi. deleg. fol. 121.

Sententia non meretur executionem nisi constet de citatione vel præsentia partis tempore sententiæ, ita no. Inno. in c. cum in iure. de off. deleg. fol. 138. num. 3. idem tenet Guil. de Cu. in l. 1. ff. de in ius voc. Bald. & vide vbi Guil & Bar. qui hoc limitant, nisi requiratur citatio in scriptis. & dic vt per Io. And. in c. vlt. de elec. lib. 6. in nouella.

Sententia aliquem esse procuratorem nec præsumit esse si negetur, secundum Innoc. in c. cùm in iure. de offi. dele. fol. 138. Non obstat l. optimam C. de contrahen. & commit. stipu. quia ibi loquitur in contractibus in quibus pars nunquam videtur confiteri id quod est de substantia. Bal. vide sup in verbo præsumptio. in penul. q.

Sententia in dicto tenet licet in causa vel ratione non corrigatur, quia falsa vel erronea, ita no. Inn. in c. in præsentia. de renun. fol. 91. ar. l. scio. ff. de app. & l. Titianus. ff. quod cū eo. & l. Æmilius. ff. de minō. Nam quandoq; remouetur ratio & non dictum, vt l. Papi. exuli ff. de mino. & vide glo. in l. si is ad quem. ff. de acqui. hære. Bald.

Sententia est nulla si non vocati fuerunt quorum intererat, ita no. Innoc. in c. dudum. 2. de elec. fol. 78. & vide glos. in l. minor. ff. de mino. Bal.

Sententia in notorio fertur etiam non citata parte, ita not. Innocentius in c. quanto. de transact. Vide glos. contrariam in c. ad nostram. de iureiur. de diuor. c. porrò. & de purga. ca. c. cùm dilecti.

Sententia lata contra minorem vel ecclesiam ex falsa vel obreptitia probatione pro ipso iure est nulla, vt l. 1. C. de sen. aduer. fisc. latis. lib. 11. præsertim inter pupillum & tutorem cùm indefensus sit, & solus sit ex vna parte & tutor ex altera. ff. de excu. tut l qui testamento. & ff. de mino. l. verum. § ex facto. Sed si est lata contra maiorem ex falsa causa tacita vel expressa valet, sed datur restitutio. ff. ad Trebel. l. seruo. inuito. § cùm prætor. & ff. de acquir. hæred. l. si is ad quem per glos. & Dy. per Innocentium de renunc. c. in præsentia. Bal.

Sententia an mandetur execu. in præiudicium vnius non alterius, vide per Innoc. in c. cum super. de re iudi. fol. 307. num. 2.

Sententia lata super actione parit exceptionem rei iudicatæ super eadem actione & super alia quæ primò non poterat cumulari, vt ff. de excep. l. fundi. idem in excep. vt c. cùm dilecti. de elect. vt excludat ius excipiendi, ita not. Innocent. in c. 2. de ord. cogni. fol. 213 & ipse idem eo. tit. c. fi. & per Host. ibidem Bal.

Sententia lata super exceptionem contra excipientem si processus fuerit summarius non tollit ordinariam iurisdictionem, ita not. Inno. & Host. in d. c. 2. & fi. do ordi. cogni. facit ff. de re iudi. l. 2 diuo Pio. §. si super rebus. si verò processus fuerit ordinarius, aut tendit ad eundem finem cum actione, & tollitur actio. ff. de compen. l. quod in diem. §. 1. Aut ad aliud prosequendum, & tunc tollitur. ff. de euict. l. venditor. quia ad aliam rem ageretur, ergò non obstat exceptio, vt l. cum queritur. ff. de excep. Innol. Bal. vide per Cy. in l. peremptorias. C. sent. rescin. non pos & per Bal. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

Sententia lata super exce. iurisd. per exceptionem non sufficit ad agendum, nec ad accusandum, nec eodem probationes valent, secundum Innoc. in locis superius alleg. nisi in adulterio, vt. ff. de adult. l. 2. §. si publico. & facit quod no. ff. de ver. obli. l. qui Romæ. §. si. Ex hoc ego dico, quòd ille qui venit contra laudum excipiendo non incidit in pœnam. l. non distinguemus. § cùm quidam. ff. de arbi. l. non intelligitur, propterea conuictus in pœnis, imò iterato potest probare suam except. se-

eùs fortè agendo, vt d.§. fi. Bal. & vide omninò sup.in ver.citatio.in 4.4.q. vbi habes vtrum sententia lata à iudice coacto valeat nécne, etc.

Sententia non debet retractari prætextu exceptionis de nouo repertè, ita not. in c. dilectus. de rescrip.fol.22. num.3.

Sententia si cõtinet multa capitula licitum est appellare in vno solo, ita no. Innoc.in c.dilecto.de appel.fol.337.num.2. casus est in c.Raynaldus.de testa.vide sup.in verbo, libellus.in 5.q.

Sententia dat & aufert animũ possidenti, quia dat animum victori & aufert victo, & hoc sufficit in corporalibus, ita not. Innoc.in c.cùm venissent.de in integ.resti.fol.176.

Sententia lata super expen. licet sit conditionalis & incerta valet, & iudex sententiando potest sibi reseruare taxationem, ita not. Inno.de dolo & contu.c.finem.fol.237.num.3.

Sententia potest retractari contrario indicio quando in eius tenore constat de eius iniustitia idem si non fuit ordo seruatus, idem si aduersarius eius qui vicit sponte est admissus coram Papa ad proba.iniquitatis licet non fuerit appellatum, ita not. Innoc. in c. cum Berthol. de re iudi.fol.310. num.4.

Sententia lata me sciente cum certa persona possidente rem meam mihi præiudicat quantum ad possessionem, sed non quantũ ad proprietatem, ita not. Innoc. in c. cùm super.de re iudi.fol.307. num.9.

Sententia excommunicationis non potest suspendi licet tempore inchoationis possit reuocari & prorogari, ita no. Inno.in c. cum inquisitionem. de appel. & ibidem vide quando possit appellari & quando non à sententia excommunicationis, & vide per eundem in c.ad hæc.de app. fol.322.

Sententia non solùm suspenditur per appel. sed etiam per man. & prohibitio in diem facta, vt si fortè iudex prohibuit ingressum possessionis vel suspendit quem à beneficio, quia per appellationem man.ista & prohibitiones sunt suspensæ. Secùs est in sententijs censuræ, & in sententia interdicti vel excommunicationis, quia appellatio eas non suspendit, ita no. Innoc.in c.ad hoc.de app.fol. 322.num.1. Et quid in suspenso à pontificalibus, vide ibidem Inn. Et ideò si excommunicatus appellauit à sententia excommunicationis lata in eũ pendente appellatione est vitandus in iudicio, vt ipse idem no.in c.sæpè.eo.tit. Ratio autem sumitur ex prædictis, quia sententia excommunicationis propter appellationem non suspenditur. facit c.solùm.de sent.excom.lib 6.

Sententia non est exequenda contra hæredem nisi præmissa citatione, vt per Inno. in c. quia V. de iudi.fol.192.

Sententia qualiter formatur quando agitur secundum formam.l.diffamari. C. de inge. & manu. vide per Innocen. in c. dilecto. de præben.fol.362. num.5.

Sententia diffinitiua an debeat ferri contra diffamantem. An faciat sibi imponi silentium super diffamatione solum ? Dic quod si clarè fuit probatum de iure diffamati ferri debet diffinitiua, ita no. Innoc. in c. causam quæ. qui fil. sint legi. fol.479.

Sententia excommunicationis habet duos effectus, quia expellit & in expulsione detinet. Econtra operatur absolutio, ita no. Inno.in c. officij. de senten.excom.fol.554.

Sententia qualiter formari debet in danda resti. in integ. contra contractum, vide per Abb. in cap. ad nostram. de reb. eccles iast. non alienan. fol. 389.

Sententia lata in absentem causa absentiæ probata retractatur, ita no. Abb. in c. cum Bertholdus. de re ind. Aduerte quia absentia. Alia necessaria & iusta & fauorabilis vt causa reipublicæ & testimonij, alia necessaria & odiosa, & est absentia bannimenti. ff. de mino. l. Papinianus. exuli. & vide quod no ff. ex quib. cau. in pos ea. l. ad cognitionem. in glo. ordinaria. Alia voluntaria & fauorabilis. De hoc dic, vt. l nemo. ff. ex quib. cau. ma. Alia voluntaria simplex. i. nec fauorabilis nec odiosa, vt causa rei familiaris mercantiæ & solutij. De hoc dic, vt in l. fin. de in inte. resti. Omnis ergò absentia aut est necessaria aut voluntaria. Necessaria est duplex, quædam priuilegiata & amica legis, quædam detestabilis & odiosa. Voluntaria est triplex, quædam habens prærogatiuam, vt causa studiorum quia reipu. interest. Quædam odibilis & contu. quædam neutra, puta quandam artem mercanicam vt mercantiæ & similem artem vel causam no. ista Bal. Inn. h. d. in c. querelam. extra de procu. fol.165.

Sententia præiudicat tertio qui habuit ius se opponendi & passus est de suo iure disputari, quia potuit prohibere ne sibi fieret præiudicium se opponendo, & quia non fecit videtur consensisse nisi appellet, ita no. Inoc. & Abb. in c. quamuis. de re iudi. & vide. ff. sol. mat. in l. 2. §. voluntatem. per la. de Are. & Dy. Extra no. quod illa regula, Res inter alios acta, etc. Fallit in primo decreto, quia in omnibus prodest qui sunt paris rationis et cõditionis, & vno omisso omnibus alijs est parata via. C. de bo. author. iud. pos. l. fi. & ff. commod. l. vnus. nam missio est ex edicto prætoris, & prætor omnibus suum edictum aperit adeò, quòd licet missus renunciauerit missioni, hoc non nocet alijs quibus erat via aperta. ff. de contratab. l. si post mortem. Non obstat. ff. de mino. l. si iudex. quia hîc erant priuilegia paria, ibi autem priuilegium minorum erat maius prius quàm maiorũ, & erant correlatiua, & destructo antecedente destruitur & consequens. Sed in casu nostro vnum non dependet ab alio, nisi quo ad originem non quo ad productionem messe. Item est & aliaratio illarum legum, nam cùm creditor mittitur in possessionem omnium bonorum, omnibus debet prodesse missio non autem præiudicare, cæterùm nec inducere ius prioritatis, quia non debet intentio iudicis præiudicare alijs non citatis. Hodie verò non fit nisi pro mensura debiti declarati, & sic est coarctata ad vnũ solum debitum, ergò alijs non prodest, vt in c. quoniam frequenter. in fi. vt lit. non contest. quod verũ est si sunt omnia bona vnde possit alijs satisfieri, aliàs benè prodest, vt not. in d. l. cũ vnus hoc verũ quo ad pignus percipiendũ. Sed quo ad veniendum ad secundum decretũ sine alio primo decreto semper prodest, quia ordo seruatur. Ratio legis est in d.l. cùm vnus. secundum Iac. Butrig. & est not. Bald. Sed an est idem in captura personæ debitoris sicut rerũ, vt z, quod captus ad petitionem vnius creditoris fingatur captus ad petitionem omnium. Certè hoc nulla lege cauetur, quod ex eadem captura omnibus ius quæratur. Sed benè credo, quod per nouum processum possit benè recommendari in carcerem, si autem prima captu-

ma capturæ pronuncietur nulla, recommendatio quæ in ea fiet euanescit, vt in d. l. cum vnus. secundum Bar. qui hoc disputauit. Sed quid in secundo decreto an omnibus prodest? dico quòd nõ, quia habet vim diffinitionis. Et istud secundum decretum potest dupliciter interponi, scilicet per missionem & per adiudicationem insolutum, vt in l. ordo. C. de excep. rei iud. Si fiet venditio debet satisfieri emptori et superfluũ si quod est distribuatur alijs, vt d. l. fi. §. si autem. vbi not. quod licet venditio debeat fieri pro mensura debiti, tamen nõ est venditio nulla licet excedatur modus. Et ad idem facit quod no. C. quo. app. non reci. in l. ab executione. vbi glos. dicit, quòd debet appellari, non tamen quòd istud plus debet poni in sequestro reddendo cui iudex mandabit. Et quòd in ista venditione quæ fit iure creditorum, aliàs venditoris debet interuenire scriptura, & debet fieri apud acta cum iuramento, vt d. l. fi. Adde etiam quòd expensæ quæ veniunt reficiendæ ratione primi decreti probantur per iuramentum, vt d. l. fi. §. 1. quæ omnia tene menti. Bald.

Sententiam diffinitiuam potest quis pati in criminali ex sola confessione etiam sine aliquo processu, ita not. Innoc. in c. qualiter. el 2. de accu. fol. 494. num.10. vide gloss. not. in c. Romana. de app.

Sententiam eius quem nescit delegatum obseruare quis non tenetur, ita not. Inno. in c. illud. de cler. excom. mi. fol.521.

Sententiarum tria sunt genera. Quædã est, quæ nunquam transit in rem iudicatam, vt in matrimonio propter periculum animæ & vinculi inseparabilitatem: quia quod Deus cõiunxit, etc. Alia est, quæ statim transit vt sententia censuræ. Alia est sententia, quæ est media inter ista, vt illa quæ post decem dies in rem iudicatam transit, idè Host.

Sententiæ latæ sine ordine & causa non est parendum, secùs est in præcept. quæ non pertinent ad forum causarum, sed ad authoritatem præcipientis, ita not. Inno. in c. ad aures. de temp. or d. fol. 98. num.1. facit. ff. de annu. leg. l. quintus. §. Pomponius. Bald. vide sup. in verb. mandans. in 11. q. & sup. hoc eodem verbo in 1. q.

Sententia suspensionis & excommunicationis & missionis ex primo decreto possunt reuocari citra ordinem iurisdictionis contrario imperio, ita not. Innoc. in c. ad audientiam. de rescrip. fol. 24. num. 2. facit quod not. ff. de euict l. minor. in princ. Bald. vide sup. in verbo, renuncians. in 1. q.

Sepultura. An monachis & alijs fratribus religiosis liceat eligere sepulturam quando extra locum sui conuentus obeunt, vide per Inno. in c. nimis. extra de concess. præben.

Sequestratio fit propter contumaciam, ita not. Innoc. in c. ex literis. de dol. & contu. fol. 237. Et materiam sequestrationis tractat plenè Io. And. Et quando locum habeat, & quando non, in c. locupleteuri. de reg. iuris lib. 6. in mercurialibus. Bald.

SIGILLARE potest quis schedulam licet nõ legerit eam, ita not. Inn. in c. quanto. de his quæ fi. à præla. quod tene menti. Bal. Sed contrà videtur dicere glos. in d. c. 2. in gl. super verbo, sigillũ, etc. vbi dicitur, quòd non dicitur sigillasse ille qui non audiuit nec vidit, nec subscripsit se ille qui errauit.

Sigillorum de materia & authoritate sigilli, vide plenè per Inno. in c. 2. de fid. instru. fol. 274. in verb. sigillum. & sup. in verbo, citatio. in 4. q. vide sup. in verbo, credulitas. in 4. q.

Sigillum, quando sit credendum sigillo, vide per Inno. in c. 1. de fid. instru. fol. 273. num. 2. & per Bart. in l. Lucius. ff. de fi. instru. Bald.

Sigillum appellat ius canonicum, sed ius ciuile appellat annulum, ita not. Innoc. in d. c. 2. de fide instru. fol. 274. super dicto verbo, sigillum. circa medium, dũ dicit, item not. quod ius ciuile appellat, etc. Et sic quotiescunq; fit mẽtio in iure de annulo, vale loqui de sigillo. Item scias quòd sigillũ, aliud authoritatis, vt sigillum Papæ, episcoporũ, & dominorum temporalium. Aliud solennitatis, vt sigillum testium in testamentis. Aliud testimoniale, vt. l. si qua per calumniam. C. de epis. & cleri. Aliud ratificatiuum, vt. l. 2. C. de reb. alie. non alie. non tamen dicitur sigillasse ille qui errauit. C. plus vale quod agi. l. fi. ita not. Inno. in d. c. 2. quod no. Bald.

Sigillum quid importet, & quid schedula vacua sigillata, vide per Inno. in d. c. 2. fol. eod.

Silentium nunquam imponitur silenti sed vexanti: hinc est, quòd si habeo debitorem & nihil ei dico, non potest petere vt mihi silentium imponatur, nec potest petere quòd mihi terminus assignetur ad probandum vel ad agendum, vt. l. 1. C. vt ne. inui. age. vel acc. cog. Sed si infamo delatorem si quidem de statu ipse potest petere & implorare officium iudicis loco defensionis & loco deficientis actionis. secundum. l. diffamari. C. de inge. manu. quia diffamatio affert periculum diffamato, cum hoc ipsò diffamans se gerat pro domino. Si verò diffamo de crimine, & tunc aut in iudicio aliquem diffamo, & debet mihi terminus assignari ad agendum ff. de act. l. cum Titia. & l. si ea. C. qui accu. non pos. & c. licet. de accus. & ff. de fal. l. Athaletus. Aut extra iudicium & non in faciem iudicis, & tunc istud officium iudicis mercenarium non pertinet ad iudicem. Sed ego infamans teneor actione iniuriarum, vt. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. quod in cœtu. & tunc priuatum est crimen iniuriarum nisi in famoso libello. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. fi. Nulla tamen lege cauetur quòd hæc sit sententia falsi, imò nec. l. renuit. ff. ad turpil. l. quæsitum. Quandoque tamen ex verbis diffamatorijs oritur controuersia possessionis, & tunc agi potest. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. centum. in glos. Dic ergò quandoq; reus iure ordinario non potest producere testes cùm petit eos recipi & publicari ad æternam rei memoriam, & dicitur quis reus ratione obligationis, item ratione possessionis, nam possessio facit quem reum. ff. de iudi. l. non aliàs. §. 1. C. de alie. iud. mutan. cau. fac. l. 1. ff. de no. ope. nun. l. si prius. Et dixit Ioan. And. quod testes publicati pro reo ad æternam rei memoriam nõ valent. Et idem fingat quòd recepti sunt ad finem defensionis non ad finem agendi. Sed certè finis est diuisibilis in agendo & defendendo, & ideò non valent pariter in vtroq; ff. de iurein. l. sed si possessori. §. fi. Saluò tamen iure opponendi in personas & dicta cùm extra ordinem sint recepta. C. de testi. l. fin. Et nota casus quòd interdùm recipi petit testes is qui non habet actionem nec habere sperat, & tunc testes publicantur vt hic. & ff. de testi. l. curabit. C. de usur. pupil. l. fi. interdum quis non habet actionem sed habere sperat & tunc loquitur. ff. ad l. Aquil. in lege. Sed ibi speciale, quia duo concurrebant,

videlicet, odium delinquentis, & timor interitus probationis interdum habet actionem, & est timor ne pereat ex dilatione legali & tunc loquitur. ff. ad Carbo l. 3. §. duæ causæ. interdum habet eum præsenti exercitio cum testes sunt propter quòd possunt recipi & tunc examinantur & non publicantur, scilicet tunc sed postea suo tempore intra annum, tamen vt in c. quoniam frequenter. vt lit. non contest. nisi partes velint statim publicari, & tamen publicatio testium non erit actio, vt not. ff. de iniur. l. sed & si vnus §. pe. Et an requiratur citatio personalis quando testes extra ordinem recipiuntur, not. Innoc. in c. significauit. de testib. vbi prædicta omnia dicit in substantia, & ibi vide, facit ad vltimum. ff. de incen. rui. nauf. l. pedius. & l. ne quid. non tamen citatus est semper admittendus ad contradicendum, vt not. ff. de bono. posse. l. 3. §. penult. & addo quod not. per Dy in l. 4. de dam. infec. & per Io. And. in c. præsumitur ignorantia. de reg. iur. in 6. in mercurialibus. Bald. vide quod not. gl. in l. gesta. ff. de re iudi. quod in apertura & in attestationum publicatione non est necessaria citatio partis. Alij dicunt contra Bar. allegan. illam glo. sed nihil dicitur de citatione sed de præsentia tantùm. Adde etiam quòd attestationes non publicatæ non faciunt fidem in alio iudicio, quia illa acta demum faciunt fidem in alio iudicio quæ translata sunt in publica monumenta, vt d. l. gesta. de re iu. & no. in l. 3. ff. quæ in frau. cred. secundum Richar. Malum. & alios. & tene bene omnia ista menti. Bal. Et vide sup. in verbo, appellatio. in 21. q. & supr. in verbo, sententia. in 74. q.

Silentium habetur pro consensu in temporali concessione quam facit prælatus, ita not. Abb. in c. cõtinebatur. de his quæ fiunt à præla. circa quod dic aut prælatus facit aliquid vt tendo, aut concedendo primo casu, aut suis proprijs & solus potest, vt in c. edoceri. de rescrip. Aut communibus & non potest solus. sed capitulum debet sibi consentire quod facit eo ipso quòd scit & non contradicit, nam prælatus assimilatur patri, & capitulum assimilatur filijs. ff. sol. matr. l. si cùm dotem. & l. 2. §. voluntatem. & ff de procur. l si filiusfamil. §. sed & si filia. Nisi prælatus ad turpem causam vteretur, quia tunc taciturnitas capituli habetur pro contradictione. ff. solut. matri. l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. nam præsumptiones legis de consensu loquentis ad licita & honesta aptanda sunt non ad illicita. arg ff. de fur. l. qui vas. §. vtare. & facit. ff. quarum rer. act. non datur. l. 1. § quæ onerandæ. in fin. Aut prælatus vtitur rebus vel iuribus proprijs capituli capitulo tacente. Et tunc videtur quòd non valeat quod ipse facit, quia immittit falcem in alienam messem, & capitulum scit ius suum vbique durare. ff. quibus mod. pig. vel hypot. solui. l sicut. §. non videtur. nisi capitulum se subscriberet vel consentiret expresse, vt. d. l. sicut. §. venditionis. & ff. de pigno. fideiussor. §. patere. aliàs apponeret sigillum. C. de reb. alie. non alie. l. 2. cum simili. Et hæc vera quando prælatus facit acta nomine suo, secùs si procuratoris capituli, quia tunc taciturnitas habetur pro mandato, vt not. per Inno. in c. edoceri. de rescrip. & probatur in l. semper. §. qui non prohibet. ff de reg. iur. Si verò prælatus facit aliquid concedendo, & tunc aut in illa concessione requirtur certa forma & non sufficit taciturnitas, vt in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacro. sanct. eccles. Aut sufficit nuda voluntas, & tunc sufficit sciuisse, vt c. cõtinebatur. quæ omnia sunt menti tenenda. Bal.

Simonia, vide suprà in verbo, ius. in 1. q. & suprà in verbo, preces. in 1. q. sup. in verbo, soluere. in 3. q.

SOCIVS socij crimmis tam ad testimonium quàm ad præsumptionem non admittitur, ita not. Innoc. in c. 1. de testib. fol. 254. vide inf. in verbo, testis. in 27. q.

Socius debet participare cum laboribus & dãnis casus aduersi alteri consocio aduenientibus, ita not. Innocentius in capitul. sicut. de iureiur. fol. 285.

Socius potest esse procurator socij criminosi, ita not. Innocen. in c. licet de accu. Socius de societate mercatoris, vide Bart. in l. penul. ad si. ff. de stipul. seruo.

Solennitas consilij, ordinis, vel authoritatis, vbi requiritur in aliquo actu factum non potest alteri ratificari, quia deficit forma. ff. de ser. expor. l. minor. Secùs est si non est de forma. C. de preci. imper. offe. l. vniuersa. & secùs est si triplex consensus, ita no. Innocent. in c. prudentiam. de offi. deleg. fol. 124. vide sup. in verb. renuncians. in 6. quæst.

Solennitates quæ debent interuenire in instrumento possunt per consuetudinem aboleri, ita not. Innoc. in c. 1. de fi. instru. fol. 273. ergò per consuetudinem detrahitur istis solennitatibus, quod est not. Bald.

Soluere notario pro scriptura quam fecit nõ est simonia, ita not. Innocent. in cap. 1. de simonia. fol. 498.

Soluere potest debitor etiam post terminũ sibi assignatum lapsum, sed citatus ad certum terminũ post terminum comparere non potest siue tenetur, quia non dicitur quis legitimè comparere qui non comparet in termino, ita not. Inno. in c. cùm dilectus. de dolo & contu. fol. 338. & vide glo. not. in c. quamuis. de appel. in Clemen.

Solutio vna vtriq; parti inducit præsumptionem, ita no. Innocentius in ca. olim. de censib. fol. 448.

SPECIFICATIO vide sup. in verb. citatio. in 22. q.

Spiritualia possunt deponi, ita not. Innoc. in c. examinata. de iudi. fol. 194. num. 1.

Spiritualia & omnia incorporalia quæruntur sine possessione. de conces. præben. c. cum nostris. ita not. Innocent. in c. cùm bonæ. de postul. præla. fol. 40.

Spoliatus proprio patrimonio conueniri potest super beneficio & rebus ecclesiæ, ita not. Innoc. in c. ex parte. el. 2. de rescrip. fol. 11. num. 4. & vide sup. in verbo, notorium. in 3. q.

De spoliatrone iurium incorporalium vide plures quæstiones quas ponit Hosti. in c. querelam. de elec. & ibi omninò vide per eum. Bal.

Sponsalia contrahuntur quatuor modis, quos ponit In. in c. 1. de sponsa. duo. fol. 469. nu. 1. & vide sup. in verb. adulteriũ. in 1. q. ibi, cũ sponsa. etc.

Sponsalia, an quis cogatur complere, vide plenè per Abb. in c. illis. de despon. impub. & vide glo. in c. literis. de spons.

Sponsam de futuro nõ tenetur quis ducere interueniente fornicatione, secùs in vxore, ita not. Inn. in c.

in c. quemadmodũ. extra de iureiur. fol. 287. nu. 3.

STATVTA collegij valent inter illos de collegio licet non sint aliter approbata per superiorẽ, non tamen ligant superiores ad obseruandum ista statuta, vt not. in l. 2. C. de constit. pe. Doct. dicunt quòd potestas tenetur seruare inter mercatores statuta mercatorum, sic de alijs, vt in Authen. de rest. fideicommiss. §. argentarij. Et hoc si verba statuti diriguntur in ipsos mercatores, nam quia lex confirmat istud statutũ, ergò potestas debet ipsum seruare. Si autem verba statuti dirigantur in ipsum iudicem non possunt imponere legem superiori, vt ff. de arbi. l. nam magistratus. & hoc quãtum ad substantiam diffinitiuæ causæ. Sed quantum ad modum & ordinem processus quilibet iudex seruat statuta sua non alterius iudicis. ff. de testi. l. 3. in fin. C. quemad. test. aper. l. 2. & C. quæ sit lon. consuet. l. 2. per Cy. Bal. vide sup. in verb. renuncians. in 5. q.

Statuto cauetur quòd contra laudum nihil possit obijci, an poterit peti reductio? dico quod non. arg. ff. de aleato. l. penult. §. quod autem. idem si dicat quòd nil possit excipi, nam cùm denegatur exceptio & actio per quam peruenitur ad excipiendum. vt. C. de transaction. l. nec intentio. ff. sol. matrim. l. cùm mulier. & not. ff. de minor. l. in causa. la. 1. per gloss. & Cyn. in additio. Nam nec minor hoc casu posset aduersus laudum restitui in integrum, secundum Cyn. ibidem quod est not. dignum. Si autem dicit quòd non possit excipi, quia qui excipit propriè loquendo non agit, vt per Innocentium in cap. 2. de cauf. possess. & propriet. fo. 219. ista ponit Spec. in tit. de arbit.

Statutum non valet quando verba ipsius à domino tantùm in subditos diriguntur, secùs si ad vniuersos. Item non valet sententia de futuro quòd ad dominium in subditos, quia iurisdictio debet præcedere prouinciam quæ non præcedit, nam ex facto ante factum non oritur iurisdictio in eos qui foris sunt, ita not. Innocentius in cap. à nobis. de sentent. excommun. folio 549. In subditis autem potest fieri lex & contra tertiam personam ex causa, vt not. ff. de capi. dimi. l. amissione. §. qui deficiunt. Sed sine causa, non, nam si ex tali lege ageretur obstat exceptio doli, nam dolus etiam in legibus committitur, vt l. prima in fi. ff. de exceptionibus dol. vbi autem in statutis ponitur signum vniuersale vt omnis, quilibet, & quicunque, vt not. ff. de reg iur. l. prima. Si autem fiet hoc in fraudem, quia casus non potest nisi ad vnam personam accommodari illa persona dicitur nominata, nam inter cæteros fiet exhæredatio, ff. de Libe. & Posthum. l. Titius. & ideò pro singulari sermone habendum est quò ad vnum solum concluditur. arg. l. si optio. ff. de opt. leg. Plerunque tamen expressa nocent, quæ non expressa non nocent, vt in regulis iuris. Quædam ex formali oppressione vitium sumunt, vt l. actus. de reg. iur. tenementi. & vide infr. in ver. vniuersitas. in 1. 2. & 3. q.

Statutum non potest tollere alicui ius suum quæsitum nisi ex causa iusta & rationabili, sed suum auxilium, vel iuris ciuilis vt actio, potest tollere, sed non funditus impedire, quin officium iudicis imploretur, quia etiam princeps non potest tollere nec offerre imprecationem nec desensionẽ, cùm sit de iure naturali, ita not. Innocentius in cap quæ in ecclesiarum. de constitutio. folio 3. numero 2. quod not. Item scias quòd ex causa iusta potest fieri statutum etiam contra singularem personam, vt not. gloss. in l. amissione. §. 1. ff. de capi. dimi. Bald. vide supr. in verbo, clausula. in secunda quæstione.

Statutum laicorum super rebus ecclesiæ valet si Papa illud confirmat aliàs non, ita not. Inn. in c. 1. de transact. fol. 162.

Statutum, priuilegium vel consuetudo an quodlibet istorum tollatur per vnum actum contrarium, vide per Innocentium in cap. accedentibus. de priuileg. Et dic, quòd si quis offendat statutum vel consuetudinem, & est talis qui potest eam tollere, videtur eam tollere sed in priuilegia non est ita, quia nõ perdit ipsum, nisi quòd ad illum qui facit in contrarium, quia priuilegium est tantùm indultum suo fauore, & ideò neminem nisi seipsum ludificat, & quilibet rei suæ est diffinitor & arbiter, & variare potest, quia nec legem nec hominem offendit. arg. ff. de act. empt. l. si sterilis. §. si. Nam priuilegia potius sunt facultatis quàm necessitatis, & vti & non vti, est in libera potestate priuilegiati. arg. ff. de mino. l. si iudex. Leges enim nõ debent poni in alicuius libera potestate, et ideò qui legem offendit frustrà eius auxilium inuocat. vt ff. de mino. l. auxilium. §. in delictis. Nec debent leges ludificari, vt not. ff. de adopt. in l. si adoptio. §. cùm. Nec etiam homo, vt ff. quib. mod. pig. vel hypo. fol. l. sicut. §. illud. indignatur enim lex vacillationi quæstionis subesse cum constare esse debeat, vt ff. de insti. & iur. in iustitia facit quod no ff. de procur. l. in causa. Et erubescenda est varietas, vt C. de modo mult. in l. eos. vel dic melius, secundum Innocentium. Aut loquimur in priuilegio. Et tũc cùm aliud sit omittere, aliud sit remittere vel renunciare, licet quis omittat in vno casu in alijs vti poterit. C. de excus. tut. l. voluntate. nisi alij casus nascantur de eodem facto in quo adhibuit consensum puta ex eodem testamento. C. ad leg. fal. Authen. sed cum testator. vel nisi ex lapsu temporis inducatur præsumptio generalis renunciatio priuilegij. arg. ff. de vsur. l. qui semissem. Sed dominij renunciatio nunquam præsumitur ex lapsu temporis, secundum Innocentiũ, quod est not. De hoc not. C. commu. diui. in l. pen. De possessione no. ff. de reg. iur. l. 3. per Dyn. Si tamen non occurrit casus in quo priuilegij vtẽdi facultas se non obtulerit ex solo tractu temporis nihil præsumitur remitti, vt C. de decur. l. insimul. lib. 10. ibi dum dicit, si necessitas non exigit patria non remitti, qui text. est ad hoc no. valdè. Aut loquimur in statutis vel consuetudine. Et tunc aut vtens contradictiones habet quod esse potest, nam si totum capitulũ faceret contra bona & vtilia statuta ecclesiæ confirmata à superiore vel contra bonas consuetudines in vtilitatem monasterij introductas, quæ statuta confirmantur ipsa firmitate inueterati vsus per legem de quibus. ff. de legi. vnus etiam de capitulo potest contradicere, & si nemo contradicat superior ex suo officio contradicit, nec tollitur id quod est pro bono ecclesiæ introductum ex defectu potestatis causæ deficiẽtis habet procedere, inducere, & tollere. ff. de legibus. l. de quib. § fi. aut consuetudo vel statutum est magis in fauorem personarum quòm in fauorem realem ipsius ecclesiæ, & tunc per vnicum actum directo contrarium frangitur statutum, non tamen si frangitur numerus ca-

nonicorum rumpitur propterea numerus præbendarum, vt no. Inn. in c. pro illorum. de præben. nã non videtur vnum statutum, sed plura capitula. ff. de minor. l. etiam. §. 1. Et ideò rupto vno statuto non rumpitur aliud diuersum ab illo etiam procedente per eandem rationem, vt no. C. de sac. san. eccl. Authen quas actiones. argu. contra. C. de indi. vidui. tollend. l. fin. Sed ibi est pluralitas plurium personarum & vna lege conclusarum, & tene menti ista. Bald. vide supr. in ver. ciuitas. in 1. quæst.

Statutum vel consuetudo non valet in præiudicium tertij maximè superioris, ita dicit Abb. in c. veniens. de iureiuran. etc. vide supr. in verbo, sacerdos, in 6. q.

Statutum dicit, quòd filius non possit se obligare sine expressa licentia patris, modò in eodem instrumento filius & pater se principaliter obligãt, vel vnus pro alio fideiubet, nec dicitur quod pater dederit licentiam filio, an sufficit, quidam dicunt quod non, quia est tacita licentia non expressa, verum est enim quod pater videtur consentire. ff. quib. mod. pig. taci. cõtrahen. l. si gratuita. §. fi. & ff. quib. mod. pig. vel hypo sol. l. Titius Sempronio. in prin. nam & duo rei videntur inuicem fideiubere, vt l. vir vxori. §. fin. ff. ad Velleia. & arg. quod sufficit. ff. de procur. l. filius. §. sed & filia. Et si dicatur quod non est expressa licentia, dico quod satis est expressa rebus ipsis & factis. arg. ff. de lega. l. de quibus. & necessariò sequitur ex verbis & ex tenore verborum apertè colligitur. arg ff. de lib. & posth. l. Gallus. §. 1. Nam & rationi statuti satisfactum videtur, ergò & ipsi statu. ff de ritu nup. l. libertus. §. Senatus. C. de iud. l. fi. & de condi. & demõ. l. cùm tale. §. pen. in gl. Spec. in tit. de actore.

Stipulatio, vide supr. in verbo, sacerdos. in 1. quæst.

SVBDELEGATVS vide suprà in verbo, modus. in secunda quæstione in prin.

Subdelegatus nunquam potest exequi, & ideò delegans ei videtur sibi reseruare executionem, secundum quosdam. Innocentius tenet contrarium, & cùm in totum à se abdicet iurisdictio, non potest sibi reseruare consilium, ita not. ipse in cap. super quæstionum. de legat. folio 132. numero 9. Secùs si in totum non abdicauit, vt ipse idem notat in cap. si pro debilitate. eo. tit. aliàs in prædictis esset sibi contrarius etc.

Subditi ciuitatis vel ecclesiæ non tenentur obedire violento inuasori, imò propria autoritate ei resistere possunt, ita not. Iñ. in c. in literis. de restit. spol. fol. 226. nu 3. & vide sup. in verb. archiepiscopus. in 1. q.

Submittere, vide supr. in verbo, appella. in 42. quæst.

Substitutio facta filio si decesserit sine liberis ex se legitimè procreatis non excluditur per ingressum religionis, ita no. Abb. in cap. Rainutius. de testam. quia in incertis non certis locus est coniecturis, secùs si simpliciter dixit sine filijs nisi ingrediantur ordinem minorum, quorum ordo in capiendo non habetur loco filij. Et ideò ordo fratrũ minorum non excludit substitutum, imò facta possessione statim admittitur substitutus, quia expectare mortem naturalem superuacuum est, vnde expectatur quia non expedit. ff. de statu. liber. l. Arethusæ. in ratione sui. Alij dicũt, quòd idem est dicere simpliciter sine filijs, & dicere sine filijs ex suo corpore procreatis, vt not. Dyn. ff. de legat. 2. l. si ita quis. §. si is cui. Sed vide Cyn. in Authẽ. contra rogati. C. ad Trebel. sed præcedens opin. in vsu eruatur.

Successor tenetur soluere debita prædecessoris, si debitum fuit contractum in vtilitatem ecclesiæ, ita not. Abb. in c. 1. de sol.

Successores an teneantur de facto prædecessorum, vide per Innocent. in cap. cùm secundum. de præbend fol. 357. num. 1. vide sup. in ver. dignitas. in 1. q. & in ver. capitulum. in 4. q.

Succumbens in exceptione quam opposuit contra testes condemnatur in expensis, ita not. Abbas in cap. præsentium. de testi. nam sic faciendo processum causæ principalis retardat, sed omnis tardans processus condemnatur in expẽsis. C. de fruct. & lit. expen. l. pe. secundum Bart. ergò etc.

Superior potest denegare dispensationem siue citationem in parte, ita not. Host. in cap. nisi de renun. & vide supr. in verbo, sententia. 2. quæst.

Superior ex quo confirmauit regulam videtur dedisse abbatibus potestatem faciendi ea quæ sunt in regula contra suos monachos & conuersos, ita not. Host. in c. quanto. de offic. ordin. vide sup. in ver. sta in 5. q. circa fi. vbi superior ex suo officio potest prohibere.

Superior potest prohibere ne aliquod collegium fiat & iam factum destruere, ita not. Innocentius in cap. dilecta. de excess. prælato. folio 526. numero 4.

Supplicatio quid sit, quid precum porrectio, quid petitio veniæ ad corrigendum quod malè actum est, & quomodo fiat. vide in omnibus istis per Innocentium in cap. auditis. de in inte. restitu. fol. 179.

Surdus, vide omninò sup. in ver. testamentum. in 43 q.

Suspensi celebrantes quales sunt irregulares, & quales sunt excommunicati celebrantes, vide Innocent. in c. proposuit. de cleri. excom. minist. fo. 521.

Suspensi vel amoti in ecclesia à beneficijs non debent admitti ad omnes contractus ipsius ecclesiæ, ita not. Innoc. in c. apostolicæ. de ext. fol. 294.

Suspenso interdicto non potest appellari, quia viget quò ad esse, non quò ad executionem esse, ita not. Inn. in c. cùm inter. de consue. fol. 33. Et dicit ipse idem quod licet interdictũ relaxetur ad tẽpus, tamen post illud tempus non erit nouum interdictum, quia interim non cessauit interdictum, sed eius effectus. alle. l. cùm hic status. §. siue. ff. de do. inter vi. et vxo. Sed qs effectus huius subtilitatis? Respondeo, si est nouũ interdictũ tempore suspensionis posset appellari. Si autem esset antiquũ, non. Et ista quæstio fuit de facto Bononiæ tempore do. Ioan. de Heulegio. & ista opi. Inno. videtur vera, quam no. in l. si vnus. §. 1. ff. de pac. Simile habes quòd licet securitas debeatur bannito ad tempus tamen semper durat bannum, vt not. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. vide supr. in verb. excommunicatus. in 1. q.

Suspensus à pontificalibus vel ab ingressu ecclesiæ, an sit irregularis, vide Innocent. in cap. cum medicinalis. de sentent. excommu. folio 560. num. 3. Et dic quòd non, nec excommunicatus minori, secundum eum vide sup. in verb. excommunicatus. in quarta quæstione. De suspenso ab ingressu

gressu ecclesiæ non est verum quod dicit Innocentius, vt patet in c. is cui. de sentent. excomm. lib. 6.

Suspensus non potest conferre præbendas, nec exercere spiritualia, ita not. Innocent. in cap. tanta. de exces. prælat. fol. 527. num. 5. vide supr. in verb. sententia. in 70. quæstio. idẽ tenet in c. quia diuersitati. de conces. præben.

Suspensus à iudice donec eum pœniteat aliàs satisfaciat magis suspensus esse videtur à Deo quàm ab homine, quia homo exprimit quòd tacitè inest per legem, & ideò interim celebrans non est irregularis quod not. ita not Innocent. in c proposuit. de cler excommun. mini. fol. 521. vide sup. in ver. appellatio. in 43. q.

Suspensus à beneficio quanto tempore duret suspensio, vide per Innocent. in c. cùm bonæ. de ætat. & quali. fol. 103.

Suspensus ab officio impedit non solùm ea quæ quis consequitur ex confirmatione, sed etiam ex consecratione, vt collatio beneficiorum, secũdum Inn. & Host. in c. dilecti. de consue.

Suspensus à canone potest eligere non tamen eligi, ita not. Host. in c. cùm Vintoniensis. de elect. Casus est in cap. si celebrat. de cler. excomm. ministran.

Suspensus à canone celebrans non fit irregularis; secùs in suspenso ab homine Excommunicatus autem tam ab homine quàm à canone celebrans fit irregularis, ita no. Innocen. in c. sicut. de cohabita. cleri. & mulie. fol. 349.

Suspensus ab officio propter crimen liquidum videtur suspensus à beneficio, secùs si non suspenditur propter crimen, sed propter suspicionem criminum, & propter infamiam, ita not Ab. in c. decorem. de vita & honest. cler.

SYNDICVS constitutus à capitulo cum voluntate prælati an videatur constitutus ab vtroque scilicet, prælato & capitulo, vide per Innoc. in cap. sine sede vacant. folio 382. qui sentit quod sic. arg. ff de procur. l. si filius. §. sed & filia. argu. contra. ff. de ma. vindi. l. si pater. in fin. & econtrà certum est, quod valet per d. §. sed & filia. Bald.

Syndicus creatus à conuentu non indiget confirmatione episcopi vel alterius superioris, ita no. Innocentius de iura calum in c. cùm causam. & c. imperatorum. fol. 211. Credo hoc esse verum quando conuentus habet bona distincta à prælato, quia tunc potest, nam tunc habet propriam administrationem aliàs secùs, vt notat Innocent. in c. edocere. de rescrip. Sed in syndico vniuersitatis creato, an requiratur confirmatio vel authoritas superio. gloss. in l. nulli. ff quod cu. vni no. dicit quòd sic. Guil. de Cu. tenet contrarium, si factus fuerit ad agendum, nam quadam vniuersitates non habent iudices vt villæ, & tamen faciunt syndicum. Sed si vniuersitas vellet alienare. tunc in confirmatione syndici requiritur decretum, vt l. fin. de rei vendica. vnde dicit ibi Innocent. non facio vim in nomine, sed in persona & qualitate constituẽtium, & modò ipsius constituentis, quia si dico, facio Titium actorem vel syndicum meum erit procurator, & non actor vel syndicus, nec propter hoc vitiatur procuratorium. arg ff. de condi. & demonstra. l. pater seuerinam §. cõactionum verba. non enim omnes homines vti sciunt proprijs sermonibus. l. quot. C. fami. ercis. Et est notandum, quod episcopus & alij prælati faciũt procuratorem ad eorum lites proprio sumpto vocabulo, quia præsumuntur domino in agendo. Et ciuitas facit etiam procuratorem in suis rebus proprijs sumpto proprio vocabulo procuratoris, quod cùm est non requiritur decretum in vera constitutione proc. ita not. Inn. in c. causam. de iur. calũ. quòd tene menti. Bald.

TACENS possessionem alterius videtur impetrare obreptitiæ, ita not. Innocentius in cap. dudum. de priuileg. fol. 537. & C. vnde vi. l. meminerint. & l. 1. §. si quis adeò. ff. ne vis fiat ei. Bald.

Taciturnitas pro confessione non habetur, & ita not. Innocent. in cap. de postulat. prælato. folio 35.

Tantùm, hæc dictio tantùm includit in se negatiuam, et contra testes qui sic deponunt est præsumptio, ita not. Innocent. in cap. licet. de probat. fol. 250.

Taxatio, vide omninò sup. in verb. appellatio. in 23. quæstione. & supr. in verbo, citatio. in 18. quæst.

TEMPLARII & hospitalarij sunt minus religiosi quàm monachi, ita no. Inn. in. c. in nostra. de sepult. fol. 411. vbi vide per eundem. Bal.

Tempora quæ sint, quæ subducantur de medio præscriptionum, vide Innoc. in cap. ex transmissa. de præscription. fol. 298. Sed an tempora impedimenti subducantur de medio tempore præscriptionis. Dic triplicem esse præscrip. s. dominij vtilis vel directi, vel alterius realis, item liberationis seu exceptionis. Itẽ instantia seu vsucapione præscribitur proprietas. i. verum & directum dominium, quia est fauorabilis et præscriptione 10. vel 20. annorum vtile dominium, quia mista, & qui habet vtile dominium potest dicere rem suam esse. ff. de rei vend. l in rem §. fin. de iureiuran. l. si duo patroni. § 2. Hoc etiam tempore iure seruitutis quæruntur. C. de præscrip. longi temp. l. fi. Exceptio autem contra actionem personalem præscribitur 30. annis; quæ tamen non est vera liberatio, quia nõ tollitur naturalis obligatio. Secùs in præscriptionibus quæ sui natura currunt nõ respectu odij vel fauoris, quia ibi quæritur vera & plena liberatio, vt in redhibitoria, vel quantò minoris secundum quosdam instantiæ præscribitur triennio, vt l. properan C. de iud. & nulla instantia durat vltra triennium. Item præscribitur liti & instantiæ appellationis & restit. in integ. l. in hac. de dolo Sed circa rerum præscriptio. dic aut est impedimentum circa natiuitatem actionis, & non currit præscriptio. l. in rebus. §. omnes. C. de iure domi. impe. Aut circa intentationem actionis. Et tunc aut est impedimentũ iuris aut facti. Si iuris, aut est impedimentũ leue & de facili potest amoueri, tũc currit præscriptio. l. sed et si per pretorẽ. ff. quib. ex caus. maio. Aut est impedimentũ quod sic de facili amoueri non potest, & tunc nascitur ex delicto & idem, nam indignus est propter facinus. ff. de mino. l. Papinianus. exuli. Aut est impedimentum præcisum, & tunc aut confertur in beneficium, & fiet interim præscriptio & sine alterius iniuria debet conferri beneficium. C. de iudic. l. 2. §. pen. C. de iure deliber. l. fin. §. donec. Aut non confertur in beneficijs sed propter aliam æquitatem. Et tunc præscriptio cœpta continuat viam suam sed datur restitutio, vt not. ff. de offi.

de offi. præsid. l. senatus. Contr. ff. ex quibus causis maio. l. sed si per prætorem. §. sed & si feriæ. & §. seq. & l. nec non. §. si quis sæpius. cum si. Si verò non est cœpta, non currit. C. de anna. excep. l. 1. in fi. quia vbi nulla mora, ibi nulla præscriptio, vt ibi dicitur. Si verò est impedimentum facti & nõ iuris semper datur restitutio non ipso iure. ff. de seruit. rustic. prædior. l. Attilicinus. Circa verò præscriptionem iudicialem, die vt not. ff. de minor. l. intra vtile. & C. de in integ. re. l. pen. in fin.

Temporalia sunt de foro Imperatoris. Spiritualia autem sunt de foro Papæ, ita no. Inn. in c. accedens. de proc. fol. 170. num. 3.

Tempore dato ad probandum auditur postea pars ad probandum articulum ad cuius probationem non fuit postea admissa intra terminum propter appellat. ill egitimam ab aduersario interpositã, ita no. Inn. in c. tam literis. de testi. fol. 260. vide sup. in versic. termmus. in 3. quæst. & id quod est ibi pone hic.

Tempus de quo non est notum iudici qualiter probetur, vide Innocen. in cap. quamuis. de verborum signif. fol. 565. vide sup. in verbo, reus. in 2. quæst.

Tempus præsentationis rescripti est considerãdum, non tempus datæ, secundum Inno. in c. mandatum. de rescr. fol. 126. nu. 2. & vide sup. in verb. appellatio, in 39. q.

Tempus statutum à canone mortua voce interpellat & habet vim vocis viuæ, ita not. Inno. in c. cùm nobis. de elec. fol. 48.

Tempus minus requiritur in amissione proprietatis, ita not. Innocent. in c. querelam. de elec. fol. 54. & ibi ponit multas quæstiones de spolia. iurium incorporalium, quas vide per eum.

Tempus eligendi vel præsentandi non currit nisi à die scientiæ vacationis, ita not. Innocent. in c. ne pro defectu. de elect. fol. 70. nu. 2.

Tempus breue siue non competens à lege appellatur illud quod est ita breue, quod id ad quod conceditur cum dilatione fieri non potest, ita not. Innocent. in c. cùm in veteri. de elect. fol. 77. num. 5. C. de temp. in integ. rest. l. penult. & in l. 2. C. de temp. appell.

Tempus non currit ignoranti, ita not. Inn. in c. nec pro defectu. de elect. fol. 70. nisi in suũ fauorem per l. genero. ff. de infami. Bald.

Tempus currit impedito quando per suam culpam est impeditus, quia sua culpa non debet ecclesiæ præiudicare in elect. ita not. Host. in cap. his à quibus.

Tempus instantiæ quantò breuius tantò debẽt esse breuiores dila. ita not. Inn. c. de causis. de offi. deleg. fol. 120. item Host. ibid.

Tempus quadrimestre in causa criminali non datur iudicatis, ita not. Inn. in c. quærenti. de offi. dele. fol. 132. nu. 1. etiamsi aliqua restitutio incidat secundum eum.

Termini fatales non habent locum in causa nullitatis, sicut nec in prima causa, quia non inducitur de tertio nisi in causa appell. non in causa nullitatis, quando causa nullitatis per se mouetur. Secùs si est annexa appellationi, quia non durat plus tacitum quàm principa. secundum Innocentium instantia enim nullitatis benè finitur triennio, tamen denuò potest moueri, idem in causa reductionis ad arbitrium boni viri, quia ista petitio est prima, & prima instantia quam alia non processit, ita sentit Innoc. in c. directè. de appel. fo. 323. quod no. Bal. Et vide sup. in ver. reus. in 2. q.

Termini qui in ipso iudicio sumunt originem, possunt arctari causa cognita, licet sint legales & non prætorij, ita no. Inn. in c. quod ad consul. de re iudi. fol. 306. & vide gloß. in c. indultum. de reg. iur. lib. 6. & ibi per Dy.

Termino elapso dato ad deliberandum compellitur reus præcisè respondere, ita not. Inn. & Abb. in c. pastoralis. de except. facit ff. de iureiur. l. iusiuran. Bal.

Termino finito completa est læsio, Inn. in d. c. coram de fide instru. & ff. de contrahen. empt. l. qui fundum. Et ex tunc quadriennium currit secundum eundem ibid. Ad hoc vide c. 1. de integ. resti. in Cle.

Terminum assignare non potest ille qui non est iudex, ita not. Innoc. in c. cùm contingat. de rescri. fol. 20.

Terminus præfixus ab homine, id est, à iudice habetur pro peremptorio, ita not. Inn. in c. per tuas. de appel.

Terminus qui præfigitur ad appellandum seu appellationibus est triplex. Primus, ad iter arripiendum. Secundus, ad se repræsentandum coram Papa. Tertius, ad causam terminandam. Et iste tertius numerus non præfigitur ab homine, sed à iure, ita no. Inn. in c. ex insinuatione. de appellationib. fol. 329. num. 1. Alius terminus est quòd rediat ad prosecutio. nec imponitur à lege, nec ab homine secundum Innoc. vnde non est fatalis seu desertorius nisi in tribus casibus, vide per Inno. in d. c. ex insinuatione. vide supr. in verb. appell. in 38. quæst.

Terminus si fuit datus ad producendum testes propter aliquam exceptio. oppositam si pars non producit ipsos testes, vlterius eos producere non potest. ita not. Inn. in c. prudentiam. de offic. deleg. fol. 124. nu. 12. Hoc intellige verum, si exceptio erat vera. vt quia producens erat excommunicatus. Secùs si erat calumniosa. arg. C. de adul. l. fi. C. de temp. in integ. rest. l. pen. l. cùm quidam. de bono. poß. Nam in primo casu imputet sibi qui suo vitio approbatus recedit. ff. ex quibus cau. maio. l. sed & si per præto. §. si cum decreto. & arg. ff. de condi. fur. l. & ideò. Arg. contra quòd impedito non currit tempus. ff. de mino. l intra vtile. & de inoff. test. l. eũ qui respondetur qui suo dolo impeditur imputet sibi. ff. de liber. cau. l. ergò. & c. eis quibus, de elec. Bal. Sed cõtra videtur de concess. præben. c. quia diuersitatem.

Terminus si est præfixus ab homine in banno etiam post terminum ipsius banni auditur quia re integra. Secùs si à iure, ita no. Inn. in c. per venerabilem. qui filij sint leg. fol. 481. & in c. cùm in tua. qui matri. accu. poß. fol. 482. Et videtur casus in c. si tibi absenti. de præben. li. 6. & gl. ord. in c. ordinarij. de off. ordi. lib. 6. Bannum verò pœnale non ligat sine causa. Sed quid si iudex in assignatione termini adijciat, pronunciamus te post terminum non auditurum? dic quòd nihil operatur secùs si ipso termino, tunc non pronunciet, secundum Inn. quod no. multum. & l. si eo tempore. C. de distract. pigno. Bal. vide sup. in verb. reus. in 2. q. & sup. in verb. testis. in 1. q.

Terminus omnis de sui natura intelligitur esse peremptorius, etiamsi non exprimatur in citatione, ita no. Inno. in c. consuluit. de appel. fol. 322. & est gloß. in c. 1. de except. in Cle.

Terminus

Termmus obstat vt post terminum nulla admittatur probatio, ita not. Innocent. in c. coram. de fi. instru. Casus est ibi intelligendo secundum ius commune, vide supr. in verbo, silentium. in 1. quæst.

Terminus iuris potest prorogari ex causa quæ oritur ab ipso iudice, vel propter culpam, de quo per Inn. in c. fi. de except. fol. 297. Facit quod not. in Authen. matri & auiæ. §. ad hæc & vide per Cy. in Auth. item si de empti. appel. & C. de adul. l. fin. & ibi per Cy. de temp. in integ. rest. l. petendæ. ff. de excu. tut. l. scire oportet. §. consequens. & l. si cùm ipse.

Terminus appellandi non currit à die terminj purgationis sed interlocutoriæ, ita no. Inno. in. d. c. quod ad consulta. de re iudi. fol. 306. gloß. tamen ibi videtur tenere contrarium etc.

Terminus datus ad voluntatem partiũ habetur pro peremptorio & pro conclusione, ita no. Inn in c. super eo de appell. fol. 320. tamen ille qui iurauit non appellare poterit non obstante iuramento ex causa superueniente appellare, secundum eundem ibi ad hoc, c. fin. Idem in reductione, vt ibidem Innoc & sic eoipso quod pars consensit in termino, talis termmus est reputandus per conclusionem causæ, siue in causa nisi aliud nouum emergat, vide ad hoc. ff. de verborum obligationib. l. qui Romæ §. Augerius. Bald.

Terminus prorogatus à iudice intelligitur prorogatus cum suis accessorijs & pœnis tam spiritualibus quàm temporalibus, ita not. Innocent. in cap. præterea. de appellation. fol. 324. quod not. Bald.

Territorium, qualiter autem requiratur possessio castri & eius territorij, & an per possessionem castri habeatur possessio territorij, vid. per Bart. in l. possideri in prin. ff. de acqui. poß.

Testamentum, vide sup. in ver. citatio. in 40. quæst.

Testamentũ filij factum, cùm pater erat captiuus, rumpitur patre ab hostibus redeũte, licet filius ante decesserit, ista est gloß. sing. in l. fin. C. de sen. paß. quam tenet Bart. in l. si is qui pro emptore. in pe. charta post prin. de vsucap.

Testator qui ponit animam suam & bona sua in voluntate alterius, videtur iubere omnia dari pro anima sua, ita not. Innocent. in c. cùm tibi. de testam. fol. 402. & sic ad pias causas, ibidem tenet Abb. vnde iste tacitè rogatus intelligitur rogatus esse ad pias causas. Sic etiam Imperator interpretatur verba pro fideicommisso licet quædam verba deficiãt in eo. ff. de leg. 2. l. vnum ex familia. §. fin. iste tamen non poterit spurio testatoris distribuere, quia in hoc tacitam fidem accommodare nõ potuit, facit. ff. de probat. l. cùm tacitum. & l. quo testamentum. Sed si iste spurius esset inops satis credo q̃ posset dare aliquid pro alimentis. arg. de eo qui duxit in vxor. quam polluit per adult. l. cùm haberet. item dat tanquam pauperi non tanquam filio, facit quod no. C. de sac. san. eccl. l. illud. et casu illius. c. superius allegati est quod relictum ad pias causas, valet etiam si dispositio sit captatoria, secundum Bart. & vide Cyn. in l. captatorias. C. de test. mili. Sed Rich. Malũ. dicit, quòd illud capitulum loquitur in voluntate distributoria, secùs in voluntate institoria, secùs in dispositiua, ita dicit ipse inquadã sua disputatiõe quæ incipit, Titius hæres. Adde etiam quòd pietas dicitur duobus modu, vno modo respectu personæ, Alio modo respectu actus, & hoc dupliciter, scilicet, respectu actus dispositiui, & respectu actus distributiui. Pietas quæ est personarum proprièn on pertinet ad materiam nostram de relictis ad pias causas, de ista loquitur l. Nesennius. ff. de neg. gest. & C. de nego. gest. l. alimenta. & ff. de inoffic. testa. l. nam & si parentibus. Pietas verò respectu actus dispositiui est materia nostra. Et dicitur relictum ad pias causas, quod relinquitur personæ vniuersali, vel loco pio, vel in rem ipsam piam, vt in refectione eccleſiæ vel monumenti. Vel distributio committitur ad arbitrium executorum, vt d. c. cùm tibi. et generaliter quicquid pro anima relinquitur vnde relictũ pro anima incertis est relictũ ad pias causas secundum gloß. not. ff. de leg. 2. l. fi. quis Titio. facit. C. de sacrosanct. eccleſ. l. illud. & quod ibi no. & in Sper. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. & sciat quòd inter. distributio verò pia largo modo dicitur omnis executio vltimæ voluntatis, vt in Authen. de hær. et falci. § si verò. ibi dum piè agendo. col. 1. quod tene menti. Bal. vide sup. in verb. rex. in 2. quæst. vide Ioan. And. in repetitione. cap. Ioannes. de testam. Bald. in l. de leg. 2.

Testator si instituit pauperes Christi hæredes, cùm esset quid difficile quòd pauperes intrarent possessionem hæreditatis, si fideicommissarius est datus ab eo ille mittitur loco pauperum, aliàs episcopus eos mitteret, ita no. Inn. in c. cùm tibi. de testa. fol. 402.

Testator cùm dicit in testamento, relinquo male ablata, quid significet ex istis verbis, vide per Innocent. in cap. quia plerunque. de iuram. calum. Et ex suis dictis colliges quæ plenè ponit de restitutione malè ablatorum vel acquisitorum.

Testator cùm facit testamentum est insanus mente, postea autem facit aliud testamentum. Si dubitatur an tempore testamenti fuerit sanus mẽte vel sanus in dubio præsumitur quòd ex quo tẽpore primi testamenti erat in furore, quod etiam fuerit tempore facti secundi testamenti in illo furore, nisi probetur quod tunc fuerit in suo bono esse & sensu, ita no. Inno. & Ioan. And. in c. fin. de succes. ab intest. quod tene menti. Bald. & ibi videtur casus. vide suprà in verbo, decedens. in 4. quæst.

Testator quando dicit, relinquo bona mea, idem est ac si diceret omnia bona mea, quia indefinita æquipollet vniuersali, ita no. Abb. in c. relatum. de teste. vel quia nomen bonorum est nomen vniuersale. ff. de fund. instrum. l. Lucius. & ad Treb. l. cogi. & C. quæ res pigno. oblig. poß. l. fin. & ibi per Cy.

Testes qui variant in vsu reiterabili sunt per distinctionem partis ad concordiam reducendi, & potius concordandi sunt quàm reprobandi, ita no. Abb. in c. cùm tu. de testi. idem in actu continuabili, nam in eo vnus testis potest referri ad principium temporis, alter ad finem, & sic poterunt saluari, vt no. in l. insulam. ff. sol. mat. per Iaco. de Are. & Bart. in l. 2 ff. si cert. pet.

Testes extra prouinciam sunt cogendi, ita not. Abb. in c. cùm olim. de testi. vide in c. stat. de resc. lib. 6. Bal.

Testes ante publicationem sunt reprobandi nõ post, ita no. Abb. in cap. series. de testibus. & practicam huius vide per eum & de testi. cap. ex parte. Bal.

Testes possunt sapiùs induci cũ variatur modus agendi.

cgendi, ita not. in c. constitutus. de test. & c. veniens. eo. tit.

Testes licet in aliquibus casibus non compellãtur, tamen possunt excõmunicari impedientes, ita no. in c. constitutus. de testib. quod non facit quod no. C. de fur. l. inciuile. Bal.

Testes duo derogant literis sigillatis, ita no. Ab. in c. cùm à nobis. de testib. quia viua vox est probatio plena & vera. Sigillũ plena & præsumpta, sed vera derogat præsumptæ, secundum Paulum de Lea.

Testes quando possunt cogi ad testificandum si se subtrahunt, vide Inn. in t. 1. de test. cog. fol. 271. num. 2. vide sup. omninò in ver. crimen. in 9. q. & in ver. tantùm. in 1. q.

Testes in causis spiritualibus interrogantur de veritate & credulitate sine iuramento, ita not. Inn. in c. adhæc. de testi. quod est multum no. idem in syndico, vt ibid. Inn.

Testes si non legitimi numeri dicantur interfuisse actui, de quo instrumentum fuit factum testis vnus adhibitus, qui dicit se interfuisse nõ probat contra instrumentum, quia vnus est singularis. Vide latiùs in c. cùm Ioannes eremita. de fid. instru. & gl. in c. in nostra. de testi. & vide omninò sup. in ver. articuli. in 1. q. vbi sunt aliqua ad istam materiam. Bal.

Testes possunt produci in causa inquisitionis etiam post aperturam de testib. c. cùm clamor. hoc verum in iudice in quo non timetur subornatio, quia præsumptio officij excludit præsumptionem doli. arg. l. si multi. de publi. & quia testes sunt semper aperti iudici cùm ipsos examinat, secundũ Innoc. Reus verò producere non poterit, nisi actor producat. arg. l. petendæ. C. de in integ. rest. Et si inquisitio habet promotorem, quia promotor non dicitur accusare nec habere ius in processu inquisitionis, ita no. Innocen. in d. c. cùm clamor. fo. 267. nu. 2. vide sup. in ver. casus, in 4. q.

Testes qui non facerent probationem etiã sunt recipiendi si facerent præsumptionem, ita no. Inn. in c. præsentium. fol. 270 & in c. veniens. de testi. fol. 263. vide per Cyn. & Bal. ad probationem. C. de probat.

Testes possunt esse familiares nisi sint subditi producentis, ita not. Innocent. in cap. in literis. de testib. fol. 258. & vide supr. in verb. citatio. in 11. quæst.

Protestans contra testes eorum dictis potest vti ad excludendam probationem aduersarij, non tamen ad intentionem protestationis fundãdam, vt quia esset sibi ipsi contrarius, ita not. Innoc. in cap. præsentium. de testi. fol. 270. Et si protestans petit eos pro se examinari, videtur à protestatione destitisse, secundum Innocentium ibid. tene menti. Secus si facit interrogatoria contra articulos partis aduersæ, secundum quæ petit eos interrogari, vt ibid. ipse not.

Testes familiares & producentis subditi licet non probent vt dicit Innoc. in c. literis. de testam. tamen saltem faciunt indicium. text. est singularis qui non est in alibi in l. si quando. C. vnde vi. not. in c. 1. de restit. spolia. & per Bart. in l. 2. §. æta. ff. de exc. tut. quæ omnia tene menti. Bal.

Testes an esse possint ecclesiastici, vide Inno. in c. cùm nuncius. de testi. fo. 256. & vide sup. in ver. arbiter. in 3. q.

Testes possunt esse singuli de vniuersitate in præsentia vniuersitatis, quia reddunt eorum testimonium vt singuli non vniuersitas, not. Innoc. in c. insuper. de testi. fol. 255. Hoc verum si ista est causa proprietatis & vtilitatis, vt l. Celsus. ff. quod cuiusq; vniuer. no. & l. testatrix. §. 1. ff. communia præd.

Testes quando non sunt concordes in dictis eorum vel in causis scientiæ quid sit tunc fiendum, vide per Innocent. in cap. qualiter. de accus. fol. 490.

Testes non recipiuntur cõtra eum qui non habet aduersarium & creditur literis testimonialibus, ita no. Inn. in c. 1. de postu. præl. fol. 35.

Testes ijdem si pluries recipiantur ad testimonium pluries iurare tenentur. Hoc verum quando habẽt super diuersis factis testificari. Sed si iam testificauerint super vno facto. Et iterum ad illud factum vocentur, non oportet iterum iurare, ita no. Inno. in c. fraternitatis. ne testib. fol. 257. num. 2. vide sup. in verbo, attestationes. in 2. q. Bal. vide per Bar. in l. hæredes palam. §. sed si notam. ff. de testa.

Testes in quibus casibus recipiuntur ante lit. contestat. oblato libello vel non oblato, vide per Innocent. in c. quoniam. vt lit. non contestat. folio 207. num. 1.

Testes quando possunt iterum examinari in eadem causa, item quando testes recepti in vno iudicio probant in alio & quando non, vide de istis not. per Inno. in c. veniens. de testibus. folio 263. num. 4.

Testes debent loqui clarè & intellectiuè, aliàs si obscurum est, dictum suum non valebit, vt no. Inn. in c. cùm clamor. de test. fol. 267. & per eundẽ in c. 1. de sum. trin. & fide catho. fol. 1.

Testes contra vnam personam producti contra aliam non valent, ita not. Inn. in c. constitutus. de testi. fol. 259.

Testes si inter diuersarum partium est per omnia æqualitas illi præferuntur qui iuri communi consonant, ita not. Inno. in c. auditis. de exce. & satis not. dicit hoc tex. in c. licet causam. de probat. & no. in c. licet. & in c. in nostra. de testib.

Testes suos quis potest reprobare, ita not. Inno. in c. licet. de testi.

Testes quando alij quàm illi qui sunt scripti in instrumento contradicunt instrumento quid iuris erit, vide per Innocentium in cap. Ioannes eremita. de fide instrum. fol. 277. num. 2. vide gloss. in c. in nostra. de testib.

Testes pauci affirmantes multis negãtibus præferuntur, ita no. Inno. in c. quid per nouale. de verb. signif. fol. 566. num. 3. Et vide quod not. in c. 1. de præsc. lib. 6. per Io. And.

Testes vbi duo sufficiunt si per tres probaui nil prodest parti obijcere contra vnum vel appellare, ita not. Innocent. in cap. super eod. de appellat. fol. 320.

Testes singulares probant iurisdi. ita no. Inno. in c. licet ex quadam. de testi. fol. 266. Dicit Iac. de Are. quod testes singulares in specie concordes in genere probant genus. i. genera singulorum non singula generum, quod valet ad probandum hæresim, secundum Iacob. facit. ff. de testibus. l. ob carmen. in fi. quod tene menti. Bal.

Testes recepti ad rei memoriam non valent nisi contra eos qui citati sunt, ita not. Inn. in c. significauit. de testi. fol. 265.

Testes inquisiti non possunt induci in causa accusat. si aliquid aliud agebatur in prima & aliud in secunda

in secunda causa, ita no. Inn. in c. dum in tua. extra de testi. fol. 266.

Testes vnius si deponunt vniuersaliter affirmatiuè quando possunt concordare cum testibus qui particulariter deponunt super incompatibili, vide plenè per Innocentium in c. licet. de probat. fol. 250.

Testes recepti in inquisitione generali iterum recipiuntur in inquisitione speciali, ita not. Innocent. in c. bonæ. de elect. fol. 52. vide sup. in verbo, inquisitio. in 4. q.

Testes possunt produci simul ab vtraq; parte, ita no. Innocen. in c. proposuit. de cleri. excom. minist. fol. 521.

Testes non possunt recipi ex partis contumacia in causa restitutionis in integrum lite non contestat. nisi post tres menses, ita not. Innocent. in c. accedens. vt lit. non contest. fol. 206. Host. ibid. tenet contrarium, & tene menti. Vide sup. in verb. iudex. in 100. q ibi testis repellitur propter grauiorem etc.

Testes possunt recipi ad cautelam etiam parte non citata, ita not. Host. in c. bonæ. de elec.

Testes quando sunt tales recepti qui non recipi debuerunt absenti cõtra quem recepti sunt datur restitu. ita not. Innocent. in c. cùm causam de testi. fol. 262.

Testes meos possum reprobare ex causa quæ ab alio procedit, ita no. Inno. in c. cùm venerabilis. de excep. fol. 292. num. 7.

Testes qui volunt probare memoriam non extare qualiter debent deponere, vide per Innocen. in c. veniens. de verb. sig. fol. 572. Et est ista probatio multum difformis ab alijs probationib. veris, secundum eum ibidem. Nec est horum testium distinguere quis reddat benè vel malè, et sufficit quod testis referat se ad tempus certum, vt quia dicit tempore talis conflictus non autem dicat à tali tempore citra secundum Inno. ibidem. Et sic not. quod sufficit deponere super tempore vel circumstantijs temporis vt si quidem diceret tale quid fuit tempore mortalitatis etc. Bal. vide Bar. in l. in summa. §. item Labeo. ff. de aquæ plu. arc.

Testi nõ est permissum iurare qui sint viri prouidi & discreti, quia id solum iudici cõpetit, ideò specifice testis debet dicere personas apud quas est infamia contra inquirendum & non debet dicere conditionem & hoc modo formare inquisitionem, postea enim non habet locum probatio per famam, secundum Innoc. & hoc quando infamia dicitur esse apud aliquos. Sed si est communis apud maiorem partem gentium vel vicinię sufficit deponere in genere de fama sine specificatione personarum singularium, ita not. Inno. in c. cùm dilectus. de testibus.

Testi non creditur de infamia alicuius nisi adijciat iustam vel legitimam causam scientiæ, ita no. Inn. in c. cùm oporteat. de acc. fol. 490.

Testi contra quem inducuntur testes non datur copia capitulorum quia exitus controuersiæ non tangit eum. Sed pati debet ædi copia capitulorum quæ contra eam inducuntur etiam in causis crimmalibus ex illa regula ædenda sunt omnia. ff. de æden. l. 1. §. ædenda sunt omnia. quæ tene mẽti, ita not. Inn. in c. inter solicitudinem. de purgacano. fol. 539.

Testi sufficit semel causam sui dicti reddidisse nec de causa vltersus interrogandus. Sed de circumstantijs siue proximis sic & de dolo tempore contestibus siue remotis vt si videatur suspectus, vt de vestibus & similibus. Hæc enim non sunt causæ sui dicti sed circumstantiæ ad veritatem inuestigandam, ita not. Innocent. in c. cùm causa. de test. Et sufficit deponere eo modo in quo includitur causa scientiæ, secundum Fran. Accur. Bal. Sed quæro ab extra de vno ito cauetur quòd testes interrogari debeant de causa scientiæ aliàs non valeat dictum eorum. Contingit quod testes deponunt eo modo quo includitur causa scientiæ. An valeat dictum eorum? Et videtur quod sic, vt hîc per Innocentium, nam amodo interrogatio est superflua cùm sine interrogatione respondent. ff. de interrog. actio. l. si sine. item non cogitur respõdere cùm semel dixerit, vt C. de app. ampliorem. §. in refutatorijs. Item hic erat quædam superfluitas & inculcatio verborum quæ fugiẽda & amputanda est, vt not. in l. certi condictio. ff si cert. pet. Præterea mens & ratio statuti sequenda est. ff. de exc. tut. l. scire oportet. §. & si maximè cuius statuti ratio fuit iudicum calliditatibus obuiare, nam certam rationem reddere tenetur ad idem. ff. de acqui. hæred. l. illud in ratione sui. Vnde pariæ sunt siue testator vna ratione prohibeat alienari extra familiam siue duabus, nam vtrobiq; causam rationis tunc assignasse dicitur. Alij dicunt contrà, quia non debet recedi à tradita forma statuti. Sed ista ratio est rudis, quia non est omissa forma, sed sub compendio verborum inclusa. Et expressum dicitur id quod compendio verborum continetur, & nihil omissum dicitur cùm totũ legi potest, vt l. 1. post prin. ff. de his quæ in testam delen. & C. de precibus imper. offe. l. 1. Quid econtrà statuto canetur quod credatur testibus contra nobiles licet non reddant causam bonam sui dicti. Pone ergò deponit testis contra nobilem, vel magnatem quod vim fecit, interrogatus testis quomodo scit? Respondit, quia credo, vel quia habet vxorẽ, vel quia rex est in Francia. Quæritur an probet, & videtur quòd sic, quia assertiuè deponit. ff. de except. doli. l. 2. §. circa. Et ideò statutum debet intelligi quando causa confert aliquid dicto, puta adminiculum vel præsumpt. ideò hîc variatio nihil facit. Aliud est enim malam causam reddere, & qualitatis non substantiæ significare vitium. ff. de dolo l. eleganter. §. 1. & C. ad exhi. l. si res. cùm si. Bald.

Testibus publicatis tertia persona non potest producere testes super eisdem capitulis quia publicatio ei præiudicat sicut sententia & confessio quàm tertius facit super iure meo mihi non præiudicat, & eam reuoco, ita not. Innocen. in c. cùm super. de re iud. fol. 307.

ad Testificandum recipiuntur socij criminis saltem ad præsumptionem & indicia, ita not. Innocentius in cap. 1. & cap. quoniam. fol. 254. de testi. vide sup. in ver. socius. in 1. q.

